Vasa sacra & vestes sacra non possunt pignorari, vel alienari, præterquàm in redemptionem captiuorum: aliàs à recipiente vindicantur omni exceptione remota. Baldus. Vel sic: Res mobiles etiam sacra non possunt alienari vel pignorari, nisi in redemptionem captiuorum, vel si debitum vrget quod aliunde solui non valet, & alteri ecclesiæ tantùm: aliàs vindicantur extantes, & consumptarum æstimatio conceditur. Salyc.

XXI. *Idem A. Demosthenì præfecto prætorio.*

SAncimus [a] nemini licere sacratissima atque arcana vasa vel vestes, cæteráque donaria [b] quæ ad diuinam religionem necessaria sunt (cùm etiam veteres leges ea quæ iuris diuini sunt, humanis nexibus non illigari sanxerint [c]) vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere: sed ab his qui hæc suscipere ausi fuerint, modis omnibus vindicari tam per religiosissimos episcopos [d], quàm per œconomos [e], necnon & sacrorum vasorum custodes: nulla eis [f] actione relinquenda [g] vel super recipiendo precio [h], vel fœnore [i] exigendo pro quo res pignoratæ sunt: sed omnibus huiusmodi actionibus respuendis, ad restitutionem eorum [k] omnibus modis coarctari. Sin autem vel conflata [l] sunt [m] vel fuerint [n] vel alio modo immutata vel dispersa: nihilominus vel ad ipsa corpora [o] vel ad ipsa precia [p] eorum exactionem competere, siue per in rem [q], siue per condictionem [r], siue per in factum [s] actionem: cuius [t] tenor in multis & variis iuris articulis [u] sæpe est admissus: excepta videlicet causa captiuitatis & famis, in locis eis in quibus hoc (quod abominatur) contigerit. Nam si necessitas fuerit in redemptione captiuorum [x], tunc & venditionem præfatarum [y] rerum diuinarum, & hypothecam, & pignorationes fieri concedimus: quoniam non absurdum est animas [z] hominum quibuscunque vasis vel vestimentis præferri: hoc obtinente non solùm in futuris negotiis, sed etiam in iudiciis pendentibus [a].

IN AVTHENT. DE alie. & emphy. §. pe. in fi. col. ix. constit. iij.

Ista authentica addit alium casum in quo vasa sacra possunt alienari. Baldus.

PRæterea [b] si habeat ecclesia superflua vasa, cùm debitrix sit, nec aliunde soluere possit: ne quid immobile alienetur, vel distrahatur, integra ea [c] gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio) vel aliis locis venerabilibus [d] oblata dentur, vel conflata [e] cuilibet alij vendantur, quò magis debitum persoluatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc obseruationem: eisdem pœnis subiaceat quæ in rebus immobilibus sunt proditæ.

---

a ¶ *Sancimus.* sicut lex *iubemus*, prohibet, punit, & permittit: ita hæc sed illa in mobilibus, hæc in immobilibus, & sic ista imitatur illam: licet cæteræ leges huius tituli dicant de his quæ sunt vsui Deo ministrantium, hic tamen de rebus diuino cultui consecratis dicit.

b ¶ *Donaria.* vt thuribula & similia: ista enim quodammodo donata sunt Deo.

c ¶ *Sanxerint.* vt & *infra de relig. locum. & ff. de contrahend. emptionibus leg. & liberi. & l. sed Celsus in princip. & de vsucapio. l. vsucapionem. & de rer. di. l. in tantum. §. sacra.*

d ¶ *Episcopos.* cum fortè res erant episcopalis ecclesiæ: imò certè & si alicuius capellæ vel monasterij sibi subditi: *vt in authentic. de alien. & emphyt. §. & quoniam cognouimus. collatio. ix.*

e ¶ *Oeconomos.* quando alius obligauit, nō œconomus.

f ¶ *Eis.* scilicet emptoribus.

g ¶ *Relinquenda.* scilicet contra ecclesiam, sed contra œconomū sic: *vt in authentic. de alien. & emphyt. §. si verò præter hæc. colla. ix. & in authentic. de non alien. ij. si aut. m creditor in pignore.*

h ¶ *Precio.* quando emit.

i ¶ *Fœnore.* i. fœnerata pecunia, quando scilicet mutuauit.

k ¶ *Eorum.* scilicet vasorum.

l ¶ *Conflata.* id est confracta, & in massam redacta.

m ¶ *Sunt.* s. vasa à tempore huius legis.

n ¶ *Vel fuerint.* scilicet deinceps. Acc.

o *Corpora.* si extant.

p ¶ *Ad ipsa precia.* id est æstimationem, scilicet si corpora non extant.

q ¶ *Per in rem* [a]. scilicet si extant in eadem forma.

r ¶ *Siue per condictionem.* id est ex lege ista, vel sine causa quando mutata sunt, vel non extant.

s ¶ *Per in factum* [b]. cùm consumpta sunt, & non extant, vel: id est cum extant, vel non extant.

t ¶ *Cuius.* s. actionis in factum.

u ¶ *Articulis.* nam loco cuiuslibet edicti & interdicti datur. *vt inst. tit. de interdict. in fin.* & in subsidium legis Aquiliæ, *vt instit. ad le. Aquiliam. in fin.* & in contractibus nominatis tribus: do vt des: facio vt facias: do vt facias in quarto videlicet facio vt des, datur de dolo actio: *vt ff. de præscript. verb. l. naturalis.* & in aliis multis casibus in subsidium: *vt hic & de præscript. verborum. leg. quoties.* Et de hac actione dic vt notat. *ff. de præscript. verb. super rubrica.* ¶ Sed ad id quod dixi dari rei vindicationem, est contra. *ff. de rei vindicat. in rem. § locum.* Solut. quod ibi dixit rem sacram rei vindicat. peti non posse, verum est à priuato & laico: sed ab ecclesiasticis potest. 2 Vel dic adiecta causa ecclesiæ: quia vendicat tanquam ecclesiæ, non tanquam suam: *sicut & argument. ff. de rei vindicatio. l. j. §. j.* 3 Vel hæc corrigit, vel hæc est disiunctiua, cuius altera pars est vera, in rem scilicet, & in factum dari: quia in factum datur. 4 Vel ponitur, vel pro & siue correctiuè. 5 Prima [c] verior.

x ¶ *Captiuorum.* s. vendi talia vasa.

y ¶ *Præfatarum.* s. mobilium hodie & immobilium, nisi hac conditione, vt non alienentur, ad ecclesiam venerint, *vt in authentic. de alie. & emph. §. sanctissimas. col. ix. quam quidam hic habent. quæ incipit. res mobiles.*

z ¶ *Animas hominum.* id est [a] animata corpora: *vt & argumen. ff. de pœnis. l. in seruorum. §. pœna. inst. de co. cui li. causa bo. add. §. & ne huiusmodi. & ff. de vent. in pos. mit. l. j. §. & generaliter.* & illud [b], Mihi res, non me rebus submittere conor. Hac etiam ratione dicas pro alimētis pauperum fieri alienationem: quia animæ hominum, &c. & quia simili modo sine insinuatione in vtraq; causa donatur: *vt supra eodem. l. illud. & infra de don. si quis pro redemptione. in princi. & pro hoc in decretal. xij. q. ij. cap. aurum habet ecclesia. licet authent. de non alien. §. iisdem. colla. ij. & de alien. & emphyteu. & sanctissimas. coll. ix. de his non dicant.*

a ¶ *Pendentibus* [c]. dūmodo non pendeant ex appellationis causa: *vt in authentic. vt cùm de appel. cogn. in princip. colla. viij.* ¶ Sequitur authen. præterea. vt si hactenus fuerint factæ tales venditiones, modò reuocentur. Accursius.

P*Ræterea.*] CASVS. Vasa superflua, si debitum vrget quod aliunde non possit solui, possunt vendi: ne quid aliud immobile alienetur: & possunt vendi integra alteri ecclesiæ, laico autem non nisi conflata: & si præter istam formam emantur, vel vendātur ista vasa, reuocantur: & eædē pœnæ imponuntur accipienti, quæ imponerētur si acciperet rem immobilem ecclesiæ.

b ¶ *Præterea.* lex codicis in casu permiserat alienari: hic in alio; præterea, &c.

c ¶ *Ea.* scilicet vasa.

d ¶ *Venerabilibus.* sub. sicut sunt, s. integra.

e ¶ *Conflata.* i. confracta, liquidata: sed tamen & adhuc videntur sacra. *arg. Instit. de rerum diuisio. §. sacræ res. & ff. de rerum diuis. l. in tantum. § semel.* licet Decretistæ distinguant. Sed benè potest responderi, quòd calix [d] fractus non sit sacer. cùm nihil calicitatis remansit eo fracto, sed domo diruta remanet area, quæ est eius maxima pars. ¶ Item quomodo vendentur, cùm æstimari nō possint: *vt ff. de re. diui. l. sacra. § fin. & de cōtrahend. emptio. l. sed Celsus. in princip.* Resp. fiet vt poterit æstimatio, vt & in libero [e] homine, cuius venditio quandoque valet: *vt j. de patr. qui fili. dis. l. ij. & ff. de his qui deiecerunt, vel eff. l. fin.*

S*Ancimus.*] CASVS. Lex erat, quòd si curialis alicui daret in vita vel in vltima voluntate, quarta dabatur curiæ fallit si daret ecclesiæ, litera plana est. ¶ Not. ex hac leg. in fin. arg. quando contra allegatur aliqua lex quæ loquatur in ecclesia, si non occurrit alia congrua responsio, potes dicere, speciale est in ecclesia propter rationem quæ hic ponitur in text. secundum Paul. hic.

---

a Adiecta causa de iure ecclesiastico. i. ff. de rei vindica. Aliàs rē nō suam nemo vindicat.

b Est enim in factum actio subsidiaria actionis in factum.

Rei vindicatio an pro re sacra possit intentari.

c Imò secunda Bartolo placet.

a De prelio vitam hominum vt anima hic pro vita sumatur.

b Horatius.

c lex trahitur ad lites pendentes: at nō statuta etiā hoc expresse dicatur Nouell. in medio litis hęc. n. nō trahuntur ad litiū decisionem, quas ea præterito metimur Auth. de non alie. §. alienationis. sed ad ordinem iudicij tantū, qui futurus esse potest.

d Calix fractus non remanet sacer. Res sacræ vt æstimari possint.

e Homo liber quandoque vendi potest.

a ¶*Sancimus*. Consuetudo siue lex erat quę dicebat, quòd si quis decurionum vel curialium vellet suam substantiam totam dare quoquo modo alicui, siue in vltima volũtate, siue inter viuos: certa pars, puta quarta, dabatur curiæ: hodie verò excipiũtur per hanc legem omnia loca venerabilia, vt eis decuriones bona oĩa dare possint, & curia nil detrahat: & in aliis omnib. remaneat dicta consuetudo: *vt hic &* j. *quando & quib. quarta pars. l. j. & ij. & j. de impo. lu. de. l. j. lib. x.* sed si curialis fit cleric[e], tũc tres partes suæ substãtiæ remanent apud curiam: *vt j. tit. j. auth. sed neque. quæ est contra.* secus si aliter donet ipso ĩ curia existẽte, vt hic.

b ¶*Xenones*, vbi[a] peregrini alũtur? & omnia quæ sequũtur, sunt nomina venerabilium locorum: quæ expone: *vt* j. *eod. l. illud.*

c ¶*Curiali*. id est alicuius curialis. nã ex bonis curialiũ tãtùm dabať quarta ipsi curiæ.

d ¶*Viuos*. s. donationis.

e ¶*Inscriptionibus*. Inscriptio erat quarta portio eius rei quã aliquis dabat venerabili loco: *vt j. quãdo & quib. quarta pars de. l. ij. & j. de impo. lu. descri. l. j. li. x.*

f ¶*In aliis quidem personis*. s. priuatis.

g ¶*Humanas*. q. d. benè debemus facere discrimen.

h ¶*Conseruetur*. q. d. benè debet conseruari.

VT *inter diuinum*.] CASVS. Facit hæc l. differentiam inter priuatos ex vna parte, & ecclesias & ciuitates ex alia circa præscriptionẽ in quatuor casibus, scilicet in hereditate, item in legato vel fideicommisso, item in donatione, item in venditione: vt si ecclesiæ vel ciuitati ex prædictis causis debeatur, non curràt præscriptio nisi cẽtum annorum. 2 Secundò dicit de captiuis ecclesię vel ciuitatis, si quid eis debeatur ex prædictis causis. 3 Tertiò, quòd si ecclesiæ ciuitati & captiuis aliquid debeatur, personalis & realis actio & hypothecaria ex causis præmissis eis competit. 4 Vltimo, quòd in præsentibus & futuris locũ habeat negotiis. ¶Not. primò ex hac l. in princ. secundum Iason. hic. quòd ecclesia[b] & ciuitas æquiparantur: & ad hoc quotidie allegatur iste text. & intellige verum quantum ad tres casus positos hic in text. aliàs æquiparatio non procedit. 2 Not. secundò ibi, aliquam reliquerit hereditatem, secundum Albe. Bald. Salyc. Fulgo. Pau. & Ias. hic, quòd verbum[c] relinquendi, trahitur ad institutionem heredis & hoc ideo, quia adiectum vniuersitati secundum eosdem.

i ¶*Vt inter diuinum*, duobus modis dicitur ius[d] diuinum: & à deo constitutum, vt euãgelia: & ipsi deo cõstitutũ, vt super reb. ecclesiasticis factum, & hoc secundo modo accipitur hic. ¶Item & publicum duobus modis dicitur, vt à qualibet ciuitate factũ, quod dicitur ius ciuile: *vt insti. de iur. na. §. ius autem ciuile.* & ciuitati factum, scilicet super rebus ciuitatis & sic hic accipitur. Ac.

k ¶*Publicumque*. ex vna parte, & priuatum ex alia parte.

l ¶*Priuata commoda*. dic, id est iura super commodis priuatorum facta. inter duo prima, scilicet ius diuinum & publicum ex vna parte, & hoc tertium ex alia, est differentia: *vt hic & j. l. proxim. in fin.* ¶Et sic not. quòd idem ius datur reb. ciuitatum, quod rebus ecclesiarum: *vt hic & j. eod. l. illud. & arg. in authent. de non alien. §. finimus. coll. ij.* Sed arg. contra *ff. de verb. sign. l. eum. qui vectigal. in fi.*

Ecclesia lucratiuam descriptionem non soluunt. Bald. Vel sic: Ecclesia habet immunitatem à lucratiuorum inscriptione. Bart. Vel sic: Fauore ecclesiæ permittitur adscripto curia totam suam substantiam in ecclesiam vel locum pium trãsferre, nulla fienda deminutione. Salyc.

XXII. *Idem A. Demostheni præfecto prætorio.*

SAncimus[a] res ad venerabiles ecclesias, vel xenones[b], vel monasteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel ptochotrophia, [vel nosocomia,] vel brephotrophia, vel[*] denique ad aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curiali[c] † liberalitate, siue inter viuos[d], siue mortis causa, siue in vltimis voluntatibus habita, à lucratiuorum inscriptionibus liberas immunésque esse: lege scilicet quę super huiusmodi inscriptionibus[e] posita est in aliis[f] quidem personis suum robur obtinente: in † parte autem ecclesiastica, vel aliarum domuũ quæ huiusmodi piis consortiis deputatæ sunt, vigorem suum pietatis intuitu mitigante. Cur enim non faciamus discrimen inter res diuinas & humanas[g]? & quare non competens prærogatiua cælesti fauori conseruetur[h]? 1 ¶Quam oportet non solùm in casibus quos futurum tempus creauerit, sed etiam in adhuc pendentibus & iudiciali termino vel amicabili compositione needum sopitis obtinere. 2 ¶Recitata septimo miliario huius inclytæ ciuitatis, in nouo consistorio palatij Iustiniani.

Ecclesia & ciuitas in rebus relictis iure hereditario, legatis donationibus, & venditionibus, habet priuilegia circa præscriptionem centum annorum, & circa dominij acquisitionem sine traditione possessionis: & habens personalem hypothecariam: & etiam in rem actionem. hoc dicit secundum Bart. Ista lex est valde no. præmisso proœmio huius lect. triplex subdit statutum, vt patet ex summario.

XXIII. *Idem A. IVLIANO P. P.*

VT inter diuinum[i] † publicúmque[k] ius, & priuata[l] commoda, competens[m] discretio[n] sit sancimus, si quis aliquam reliquerit hereditatem[o], vel legatum, vel fideicommissum, vel donationis titulo aliquid dederit[p], vel vendiderit[q], siue sacrosanctis ecclesiis, siue venerabilibus xenonibus[r], vel ptochotrophiis[*], vel monasteriis masculorum vel virginum, vel orphanotrophiis, vel brephotrophiis, vel gerontocomiis, nec non iuri ciuitatum: vel donatorum, vel venditorum, vel relictorum[s] eis sit longæua exactio, nulla temporum solita præscriptione coartanda[t]. Sed & si in redemptionem captiuorum quædam pecuniæ vel res relictæ[u], vel legitimo modo donatæ sunt: & earum exactionem longissimam[x] esse censemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis huiusmodi actiones[*] circuncludi: sed ne videamur in infinitu[y] hanc[z] extẽdere, longissimum vitæ hominum tempus eligimus: & non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi centum annorum[a] curricula excesserint. tunc e-

a ¶*Centum annorum*[e]. hæc. n. est lõgissima[f] hominis vita: *vt hic & ff. de vsufruct. l. an vsusfructus.* & tãto tẽpore durãt actiones ecclesiis & ciuitatib. & captiuis, *vt hic.* ¶Sed videtur contrariũ in iure ciuitatum, secundum M. nam videtur, quòd viginti tantum annis duret: *vt ff. de di. & temp. præscript. l. in omnibus. quæ est contra.* Solutio ibi specialiter in reb. fiscalib. Romanorum loquitur[g], quæ multis aliis priuilegiis gaudẽt: quare mirari nõ debes si hic grauentur: cum & idem in libertate sit, scilicet quòd quandoque est deterioris conditionis quàm res aliæ: quia & alia multa habet priuilegia: *vt ff. de li. caus. l. liberis. §. si duo. & leg. duobus. & de ma. test. leg. cum ex pluribus.* 2 Vel dic secundùm P. quòd ista corrigitur *per leg. omnes. l. infra de præs. xxx. ann. & infra de fundis pad. s. lib. xj.* quæ sunt similiter huic contraria. nam statuerunt xl. annos, & [h] illæ duæ corriguntur per istã, & ista per auth. quas actiones. j *eodem.* 3 Vel dic: illę tres loquuntur de retinendis, hæc loquitur de acquirendis. sed hæc nõ placet: quia maior præscriptio deberet statui in amittendo, quàm in acquirendo siue recuperando. 4 Vel dic secũdũ Ioan. quòd hæc in quatuor tm̃ casib. loquitur: illæ in aliis, hæc placet. 5 Vel dic quòd oẽs illæ actiones quæ

¶Item not. hic quòd ius publicum ciuitatum aliarum[a] appellatur præter Romanorum, secundum quosdam: *vt infra de ser. fu. l. mancipia.* alibi pro Romanorum & aliarum ciuitatum: *vt ff. de publica. l. sed & hi. §. præterea.* alibi pro Romanorum tantùm: *vt d. l. eum qui vectigal. & infra de offic. eius qui vicem alterius gerit. leg. j.* Accursius.

m ¶*Competens*. id est idonea.

n ¶*Discretio*. id est differentia.

o ¶*Hereditatem*. instituendo ecclesiam vel ciuitatem.

p ¶*Dederit*. id est dare consueuerit.

q ¶*Vendiderit*. quatuor nota secundum Ioan. in quibus hæc lex locum habet[b]: in hereditate, in legato, in donato, in vendito[c].

r ¶*Xenonibus*. locus in quo peregrini suscipiuntur: & expone huiusmodi venerabilia loca: *vt* j. *eo. l. illud.* Acc.

s ¶*Relictorum*. hoc refertur ad hereditatem & legatum.

t ¶*Coartanda*. scilicet exactione.

u ¶*Relicta*. idem in hereditate relicta eisidẽ & in emptione facta nomine captiuorum.

x ¶*Longissimam*. i. centum annorum.

y ¶*Ita infinitum*. Not. infinitatem[d] vitari: *vt ff. de leg. iij. l. fideicõmissa. §. si quis dect. & de dãn. infec. q. bona. in fin. & in auth. vt deter. fit nu. cler. in prin. coll. j.* Argumen. contra. *in authent. de non alie. §. finimus. & ff. de in litẽ iur. l. videamus. §. iurare & ff. de fideius. l. si ita stipulatus à Seio.*

z ¶*Hanc*. exactionem.

Marginal notes, left margin:

a Xenones.

* vel si quid aliud tali.

† à Lucratiuis rebus.

† Lex generalis mitigatur vt ad loca pia non extendatur.

b Ecclesia & ciuitas in tribus casibus cõparantur. Hic 23. Contrariè notatur…: Codicis vnicæ epitomator græcus Nouel. etc. in Paralipomenis Ant. Aug.

c Relinquendi verbum cõmune seu generale quod referri potest ad institutionẽ directam, & sub institutionem fideicommissariã vniuersalẽ & particularem. *v. hic Bal. pro* est rei vniuersali vel particulari adiectum.

d Ius diuinum & publicum duobus modis dicitur.

Marginal notes, right margin:

a De quo iure publico hic agatur.

† Gloss. in *no.* 3. *super ver. Ecclesia fungatur etc.* dici per hanc l. quod ecclesia fungitur iure reipublicæ.

b In his 4 casibus nõ currit præscriptio contra Ecclesiam nisi 100. annorum quæ præscriptio hodie ad annos 40 *auth.* [illegible]

c Et permutatione secundum aliquos, quoniam est similis venditioni.

* ptochiis.

d Infinitas vitanda. Contra. *s. licet dilation. cũ Gloss. a. ver. infinitas. extra de test.*

e Contra *c. ad audientiam extra de præscri. cum ra. ibi.* Nouell. extra epitomator aut illã non abrogare priuilegium centum annorum debitis ciuitati exigendis, redactionẽ captiuorum per hãc constitutionẽ. *tit.* Ts. l. lib. *ii. Cuiac.*

* actionem.

* eligimus.

f Vita hominis lõgissima cẽtum annorum.

g Solue aliter secundum Bal. hic & dic quòd hic loquitur in quatuor casibus fauorabilibus: ibi in aliis casibus nonfauorabilibus, sed & dicitur. Idem post Petrum refert. dicit in omnibus ad res fisco incorporatas.

h Videtur secundum fed.

quæ prolixius durabant, artant: hæc autem econtra quæ minus durabant, prorogat. ¶ Item contra. j. *de fun. rei priu. l. cum quid. l. xj.* vbi xxx. annis præscribitur seruus publicus: sed ibi de seruo principis [a] dicit. præterea est ibi fauor curiæ præscribentis, qui facit etiam naturales filios legitimos: *vt in authent. quib. mod. nat. effi. sui. §. quod verò non est. col. vij. & inst. de nupt. in fin.* ¶ Item contra. j. *de ope. pub. l. præscriptio.* sed ibi speciale vt nulla præscriptio currat in locis publicis. [b] *ff. de via pub. l. viam.*

a hic de re ciuitatis.

b vt est via & platea.

enim [a] tantummodò huiuscemodi exactionem euanescere finimus. Siue itaque [b] memoratis religiosissimis locis vel ciuitatibus hereditas siue legatum vel fideicommissum fuerit relictum [*], siue donatio vel venditio processerit, in quibuscunque rebus, mobilibus vel immobilibus, vel se mouentibus, siue pro redemptione captiuorum [c] quædam fuerint derelicta vel donata [d], fit eorum [e] penè perpetua vindicatio, & ad annos centum (secundùm quod iam dictum est) extendatur: nulla alia exceptione temporis inhibenda [f], siue contra primas [g] personas, siue contra heredes vel successores eorum moueatur [h].

1 ¶ In his autem omnibus casibus non solùm personales [i] actiones damus, sed etiam in rem [k], & hypothecariam, secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ legatariis & fideicommissariis hypothecariam [l] donauit: & supradictis omnibus vnum tantummodò terminum humanæ vitæ imponimus, id est centum metas annorum. 2 ¶ Hæc autem omnia obseruari sancimus & in his casibus qui vel postea fuerint nati, vel iam in iudicium deducti [m] sunt. D. D N. Iustiniano P P. A. Coss.

IN AVTHENTIC.

de eccle. tit. §. pro temporalib. autem. colla. ix. consti. vj.

Hodie vbi contra priuatum haberet locum præscriptio 10. 20. vel 30. annorum, gaudet ecclesia spacio 40. annorum, sublato centum annorum spacio, quod soli ecclesiæ Romanæ reseruatur in priuilegium. Salycet.

Quas [n] actiones † aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præscriptio excludit: hæ si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur [o], vsucapione [p] triennij, vel quadriennij præscriptione [q] in suo robore durantibus [r], sola Romana ecclesia [s] gaudente centum annorum spacio vel priuilegio.

a ¶ *Tunc. enim.* s. elapso illo tempore nulla petitione vel exactione facta. Accur.

* derelictum.

b ¶ *Siue itaque.* repetit, vt addat: quia iã dedimus priuilegium circa præscriptionẽ: innuit itaq. & aliud demus: vt ei cõpetat in rem actio si non tradiderit: & repetit tamen prius quod dixerat.

c ¶ *Captiuorum.* vel [c] similis causa, vt pauperibus: *vt j. ti. j. l. nulli. & l. si quis ad.* & episcopo his casibus datur vindicatio per leges illas.

c Captiuorum & pauperum similitudo.

d ¶ *Donata.* ita quòd non tradita.

e ¶ *Eorum.* s. relictorum vel donatorum.

f ¶ *Inhibenda.* s. actione. Accursius.

g ¶ *Primas personas.* relinquentium scilicet heredes primos, vel contrahentium. Hoc quod dico relinquentium, referas ad heredes & successores: hoc quod dico contrahentium, referas ad primas personas & heredes & successores. contra primas enim personas relinquentium non posset moueri actio, cum non sint.

h ¶ *Moueatur.* actio scilicet. Sic ergo si contra alios agat, potest repelli minori præscriptione: quod in petitione hereditatis potest aptari, & in rei vindicatione, & non in aliis.

i ¶ *Personales actiones.* ex empto, vel conditione ex lege, vel ex testamento actione, vel hereditatis petitione.

k ¶ *In rem.* scilicet vtilem [d]. Sed quid si precium non fuit solutum? idem fortè: *vt ff. de Publicia. l. de p etio.* nam & hic de vtili dicit: vt ibi. Sed tu dic [e] quod in eodem casu vindicat sine traditione, quo & priuatus facta traditione. scilicet soluto precio, vel aliàs satisfacto: *vt instit. de re. di. §. vendita.* ¶ Item nunquid possessio sine traditione transfertur? Respond. non, quia plurimùm facti habet possessio: *vt ff. ex qui cau. ma. l. denique & ff. de acqui. pos. l. cum heredes. in princ.* ¶ Item quid si vni ecclesiæ prius vendidit, & solutum fuit precium: non tamen tradidit: deinde alij ecclesiæ vendidit, & tradidit, quæ erit potior? Respon. prima: prælata vtili actione directæ [f]. *vt ff. de procur. in causæ. in fi.* licet sit argu. contra. j. *de rei vind. l. quoties.* Sed illa in priuato loquitur, & extraordinaria est.

d Immo potest dici directa

e calido Azo putabat actionẽ in rem de qua hic refertur ad res legatas tãtum sed dicẽdũ est specia le esse in Ecclesia & ciuitate vt ex solo contractu siue traditione transferatur dominium & ea conseq̃uenti actio. mihi, de quo v. plura apud Tiraquellum priuileg. 107. pia causa.

f Ita ratio est falsa P. de Cast. & ias.

l ¶ *Hypothecariam.* hoc refertur secundùm Azo. & H. ad sola legata & fideicommissa. & in aliis bonis relinquentis: non est speciale in hypotheca: quia & per aliam legem competit, vt subiicit, secundum: &c. quam habes. *j. communia de leg. l. j.* 2 Alij etiam ad donata trahunt & empta & vendita: vt & ibi competat tacita hypotheca, sicut in aliis bonis vendentis vel donantis. ¶ Et secundũ eos tria [g] priuilegia concedit hæc lex, circa præscriptionẽ, quæ aliis similis no repetitur nisi vt in *d. l. de vsufructu. l. an vsufructus & j. ne rei do. vel tem. l. j. & ij.* 2 Item & in rei vindicatione quæ datur non tradita possessione: quod non est aliàs: *vt ff. de rei vin. l. si ager. & j. de pact. l. traditionibus. quæ sunt contra.* 3 Item in tacita hypotheca, vt dixi.

g Tria priuilegia hac lege cõceduntur. & quæ.

m ¶ *Deducti sunt.* i. existunt, & nondum defuncti.

Quas actiones. Hæc auth. in parte corrigit. l. in parte adiuuat. dicit lex codicis, quòd ecclesiæ gaudet præscriptione centum annorum, hæc auth. dicit quod contra omnes ecclesias præscribitur præscriptione. xl. annorum, excepta Romana ecclesia, contra quam non præscribitur nisi spatio centum annorum. Vin.

n ¶ *Quas actiones.* si competant priuato.

o ¶ *Excluduntur.* Hoc fallit in duobus casib. [a] in quib. priuatus audiretur vsq. ad xxx. ann. vt & aliàs triennalis est præscriptio: & sic ecclesiæ est annalis: vt in hereditate hæretici: *vt in authen. vt cum de appe. cogn. §. si vero liberi. colla. viij.* & in bonis rapientis monacham: *vt in auth. de san. epi. §. si quis rapuerit. colla. ix.* [b] ¶ Sed quid si ecclesia cõtra ecclesiã se vellet tueri? Respon. quadraginta [c] annis tueri potest, secundùm Al. *argu. ff. ex quib. cau. ma. l. fi.* licet quidam dicant. xxx. annis. ¶ Item quid si ecclesia contra priuatũ velit se tueri? nunquid priuatus poterit vti eadem exceptione? Respõ. eodem modo quo & aliquis priuatus contra alium priuatũ. Nec ob. *ff. quod quisque iu. leg. j.* quia hoc priuilegium ex liberalitate [d] principis fuit indultũ nullo petente: ibi ad alterius petitionẽ: *vt ff. eo. tit. l. iv. in prin.* ¶ Item an idem in ciuitate quod in ecclesia cui præscriptio. c. annorum. fuit largita? Respon. nõ idẽ secundũ Pi. & Io. [e] q̃a in ea nõ inuenitur cor rectũ: *vt j. de ap. l. præcipimus. in fin. & de te. sta. l. sancimus.* Sed Pl. [f] dixit idẽ q̃a eadẽ est ratio vel maior: ergo idẽ ius: *vt ff. ad l. Aquil. illud & j. de di. rescri. l. j.* ¶ Itẽ nunquid poterit hodie concedi, vt tm̃ centũ annis cõtra aliquã ecclesiã præscribatur? Respon. sic, vt fuit Nouantulanæ ecclesiæ, tũ q̃a sunt odiosæ [h] præscriptiones, sicq; artãdæ: tũ quia antiquæ [i] formæ redditur: *vt argu. ff. de pac. l. si vnus. §. quod & in specie. & j. de spon. l. fin.* ¶ Item an hoc poterit concedi vt nulla præscriptio obiiciatur? Respõn. non: *vt arg. ff. si quis cautio. sed & si. §. quæsitum.* ¶ Item nunquid contra has præscriptiones vel minores, quæ currunt vt statim dices, poterit restitui in integrum ecclesia vel ciuitas? Quidam vt Pi. sic, vsque ad quadriẽnium à tempore læsionis. s. completæ præscriptionis. *vt j. de iure reipu. l. rempublicam. lib. xj. & j. quib. ex. cau. ma. l. respublica.* nam hic parificat rempub. ecclesiæ: sed respublica restituitur: ergo & ecclesia. & hoc dicunt ferè omnes. 2 Alij quòd non: & æquiparatio fit minori in contractibus, & iudiciis non autem in præscriptionibus. ¶ Item quid si præscriptio x. vel xx. vel xxx. annis cœperat currere contra eum cui ecclesia successit? Dicunt quidam secundùm Pi & Ia. fieri quadraginta annis: *vt ff. de vsu. l. cum quidam. §. fiscus. & §. si debitores.* Sed potest dici eam debere vti iure priuati: *vt ff. de iure fisci. l. fiscus. & de fun. do. l. si fundum.*

p ¶ *Vsucapione.* s. triennij.

q ¶ *Præscriptione.* vt si fiscus rem ecclesiæ venderet tanquam suam: *vt j. de quadrien. præscript. l. ij. in fi. principij.*

r ¶ *Durantibus.* vt currant contra ecclesiam cum effectu. & idem in qualibet præscriptione minore decennio: vt in redhibitoria, vel quantò minoris: quia in xxx. & tricennali tantùm innouat hæc constitutio: *vt in co. authen. vnde hæc sumitur.* Hæc constitutio innouat constitutionem priorem: *vt in auth. de ec. ti. §. prò temporalibus. col. ix.* secus in minore contra quem ipso iure non currit: *vt j. in quib. cau. in integ. resti. non est necessaria. l. j.*

s ¶ *Sola Roman. ecclesia.* hæc clausula sumpta est ab Irnerio ex illo titulo, vt ecclesia Romana, &c. *coll. ix.* qui dicebat aliam constitutionem, *scilicet hæc constitutio, &c. col. viij.* loqui in aliis ecclesiis tantùm. Sed tu dic secundum H. quòd in omnibus dicit, & sic corrigit illam, vt ecclesia Romana. cũ etiam specialiter de ea mentionem faciat in rubrica, sic dicens, hæc constitutio innouat, &c. est ergo hæc adiectio falsa iure legum: sed iure canonum valet. quod dixit Ir. *xvj. q. iij. c. fin. & c. ad audientiam. & c. cum nobis. & ca. si diligenti. extra de præscript.*

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, &c.

De rebus ecclesiarum dixit: nunc de ministris.

a Præscribitur anno his duobus casibus aduersus ecclesiã: quibus non præscriberetur aduersus priuatum nisi tricẽnalo. Cur ita? An vt ecclesia celerius agat vt potius alleuetur. An quod illis causibus non timeretur communi, vt vult Bartolus, vel ipso iure adquiritur ipsi ecclesiæ, vt notat. Fulgos. Castrens. Iason.

b Hoc hodie non seruatur iure Canonico. vid. de præscrip. in 6.

c Non tamen 12. Neque hoc casu ecclesiæ, eiusdẽ priuilegij. Ea enim tantum hic priuilegia est quæ certat de damno vitãdo in quẽ præscribitur, cuius denique priuilegium est speciale.

d Et motu proprio. Nã cũ omnib. ecclesiis detur hic priuilegiũ verisimile est id non nisi ad supplicationem ...

e Bartolus, negat eminent identitate rationis induci correctionẽ le gis. ...

f In correctione non est id. ... cita extẽsio etiamsi sit maior ratio.

g Hæc opinio est sequentur Vltramontani, ... maxime si agitur de aliquo correlatiuo. ...

h Non tamen omnes. sunt enim quædam fauorabiles, ... ratione introductæ præscriptiões ob moram non petentis.

i Leges antiquæ sua forma restituti possunt, si in noua lege dicitur. Non obstante lege tali contraria, & huiusmodi restitutio fieri debet cum eadem solennitate quã fuit in priore.

XXIV. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός*.

* Epitome.

Η ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλή.

¶ Η παροικικοῦ^a δικαίῳ γινομένη ἔκδοσις, ἄκυρός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ὡς μήτε τῷ νόμῳ γνωριζομένη. Ἐὰν ὑπάρχων ἄρχων Κωνσταντινουπόλεως δι' ἑαυτοῦ, ἢ μέσου προσώπου παρὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀκίνητον ἐκλάβῃ, τὸ πραχθὲν ἄκυρον, καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν διατίμησιν τοῦ πράγματος, ὁμοίως καὶ οἰκονόμος. εἰ δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πείσει ἢ ἀναγκάσει περιελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα, καὶ τὸ πραχθὲν ἄκυρον, καὶ τὸ δοθὲν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας ἀποδίδοται αὐτῇ, καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑπόκειται ποινῇ κ. χρυσίου λιτρῶν, αὐτός καὶ ὁ τὸ πρᾶγμα δοὺς, καὶ ὁ λαβὼν ἐπὶ τῷ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ συνάλλαγμα τὸ δοθὲν αὐτῷ δίδωσι διπλοῦν, καὶ πάντα προσκυροῦνται τῇ ἐκκλησίᾳ.

a Παροικικῷ δικαίῳ seu colonariam iure.

¶ Περαιτέρω τῶν κ. ἐτῶν ἀκίνητον τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ μισθοῦται.

¶ Μόνοις εὐπόροις^b δεῖ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεύειν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως, καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου, καὶ δύο ἑξῆς κληρονόμων, καὶ μὴ κουφίζειν πλέον τοῦ ἕκτου μέρους τοῦ σωζομένου κανόνος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκδόσεως. εἰ δὲ βλάψει τὸ πρᾶγμα, ἐνισταμένου τοῦ χρόνου ἐξωθεῖται, καὶ τὴν ζημίαν ἀποθεραπεύει. εἰ δὲ ῥαθυμήσειεν ὁ οἰκονόμος, ἢ ἀπόροις ἐκδῷ, ἐπιγινώσκει τὴν βλάβην.

b Εὐπόροις qui magnos habeant redditus.

Latinè per Antonium Contium.

Constantinopolitana ecclesia, omnium aliarum est caput.

1 ¶ Iure colonario facta concessio, irrita est in ecclesiasticis, vtpote neque iure cognita.

2 ¶ Si in actu magistratus Constantinopoleos per se vel mediam personam à magna ecclesia immobile acceperit, id quod gestum erit, irritum erit & dabit ecclesiæ æstimationem rei. Similiter & œconomus. Si verò & per alium modum persuaserit, aut coegerit, peruenire ad se ecclesiasticā rem, & id quod gestum fuerit, infirmum sit, & pro illo datum in personam ecclesiæ restituitur ipsi, & præterea subiicitur pœnæ^c viginti auri librarum ipse & ille qui rem dedit & qui accepit ob eam rē quod curauit fieri contractum. Datum ipsi reddit duplum: & omnia adquiruntur ecclesiæ.

c Pœna viginti librarum auri.

3 ¶ Vltra viginti annos res immobilis ecclesiæ ne locator.

4 ¶ Solis locupletibus licet & oportet ecclesiasticas res in emphyteusin dare propter restitutionem aspectus. Excedi autem non oportet vitam emphyteusin capientis & duorum deinceps eius heredum, neque releuari amplius sexta^d parte seruati canonis in tempore traditionis. Si autem lædatur res instante tempore expellitur & damnum sarcit. Si verò negligenter versatus fuerit œconomus, aut minus idoneis in emphyteusin dederit, ipse agnoscat damnum.

d vide authē. perpetuus s.c.

XXV. Ο αὐτός*.

* Epitome.

Οἱ χαρτουλάριοι^e τῆς ἐκκλησίας τῆς μεγάλης, οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον αὐτῆς κατὰ μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ἢ ἕτερον τρόπον. Γίνονται δὲ χαρτουλάριοι ὑπαγομένου λιβέλλου, καὶ φέροντες ὑπογραφὴν τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ οἰκονόμου, καὶ ἐάν τις αὐτῶν φανῇ κλέπτων, ἢ παραδιδοὺς, ἢ ἄλλως ἀνεπιτήδειος, ἔξεστι τῷ πατριάρχῃ, καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν τοῦ καταλόγου. Γίνονται δὲ εἰς σκρίνιον^f τῆς ἀνατολῆς χαρτουλάριοι. ιε. εἰς τὸ Ἀσιανῆς ις. εἰς τὸ Πόντου ιε.^* εἰς τὸ δομεστίκων ιε. εἰς τὸ Θρᾴκης. η. εἰς τὸ τοῦ Ἀντιόχου. ς. εἰς τὸ τοῦ Καλοποδίου. ς. εἰς τὸ τοῦ ἀναλώματος. ι. εἰς τὸ τῶν ληγατάριων. θ. καὶ λαμβάνουσι λόγῳ συνηθειῶν ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις πεντηκοστάς, ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ λοιποῖς συναλλάγμασιν, ἑκατοστήν. οἱ δὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημένον ἀριθμὸν γινόμενοι χαρτουλάριοι ἐκπίπτει, καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ. ιε. λίτρας καὶ ὁ ποιήσας αὐτὸν κ. μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ οἰκονόμοι λογιζέσθωσαν γνώμῃ τοῦ πατριάρχου τὴν γινομένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς, καὶ μισθωταῖς, καὶ διοικηταῖς ἑκάστου μὲν οἰκονόμου ζητοῦντος τὰ τῆς ὑφ' ἑαυτὸν διοικήσεως, τῶν δὲ λοιπῶν κατὰ πρόσταξιν ἔγγραφον τοῦ πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφοντος τὸ Ἀνέγνων, καὶ τὸ χωρὶς τούτου παρατηρήσεως λογισθὲν οἴκοθεν, καὶ οἱ οἰκονόμοι διδόασιν. Τὰς δὲ λογιζομένας δαπάνας καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμβάνουσιν οἱ χαρτουλάριοι ἑκατοστάς, ὁ δὲ πλέον λαμβάνων, καὶ τῆς ὑπουργίας τοῦ χαρτουλαρίου, καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει. παραχρῆμα δεῖ τοὺς οἰκονόμους κατὰ μῆνα, ἢ τὸ μάκιστον ὑπὲρ δύο λογοποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρκαρίους ἐπεὶ κινδυνεύουσιν.

e Chartularii magnæ Ecclesiæ.

Scrinium Orientis.

* εἰς τὸ δομεστίκων manuale Cuiac. lib. 11 obser. c. 28. vt sit per scrinia enumeratio diœceseon Orientis.

f Scrinium Orientis.

genus diuisio consuetudines.

Arcarij.

Latinè per Antonium Contium.

Chartularij ecclesiæ magnæ, neque per intermediam personam possunt accipere rem immobilem ipsius per conductionem aut emphyteusim aut alium modum.

1 ¶ Fiunt chartularij præeunte libello, & ferente subscriptionem tam patriarcha quàm œconomo.

2 ¶ Et si quis ipsorum apparuerit surripuisse aut transtulisse aut aliàs inutilis esse, licet patriarchæ & œconomis eum expellere de catalogo.

3 ¶ Fiunt autem ad scrinium Orientis, chartularij xv. ad Asianæ, xvi. ad Ponti, xv. ad domesticorum, xv. ad Thraciæ, viij. ad Antiochi, vi. ad Calapodij, vi. ad expensarum, x. ad legatorum, ix.

4 ¶ Et accipiunt ratione consuetudinum, pro emphyteuticis quidem instrumentis, quinquagesimas^a, pro conductionalibus verò, & cæteris contractibus centesimam^b.

a Quinquagesimæ.
b Centesimæ.

5 ¶ Si verò suprà præfatum numerum chartularius fiat, eiicitur & dat ecclesiæ xv. libras, & qui fecit illum xx.

6 ¶ Cum inquisitione diligenti œconomi discutiuntor, sententia Patriarchæ, factam impensam ab emphyteuticis & conductoribus & administratoribus vnoquoque ex œconomis inquirente, in sibi commissa administratione. Reliquarum verò rationem inquirent ex iussione scripta Patriarchæ qui rationibus subscribet, hoc, Relegi. & quod extra hanc obseruationem discussum fuerit, de domo sua œconomi præstabunt.

7 ¶ Imputatæ autem seu acceptolatæ impensæ & illatarum pecuniarum accipiunt œconomi centesimas^c, qui autem plus accipit, & ministerio chartularij & sacra dignitate excidit.

c Centesimæ.

8 ¶ Incontinenti oportet œconomos singulis mensibus aut ad summum*, binis, rationes reddere apud arcarios. sin minus periclitabuntur.

* τὸ μάκιστον, Ant. Aug. verterat, minimum item verbū in cōtinenti ad superiorē clausulam retulerat nos ad sequentem.

XVIII. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Ἐπειδήπερ ἐν πολλαῖς ἤδη διαθήκαις εὕρομεν τοιαύτας συστάσεις, καθ' ἃς ἢ ἐξ ὁλοκλήρου τις ἔγραψε τὸν δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν κληρονόμον, μὴ προσθεὶς εὐκτήριον οἶκον μηδένα, ἢ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξ ἡμισείας, ἢ ἐξ ἄλλων ἀνίσων μερῶν, ἕτερον δέ τινα ἐξ ἡμισείας, ἢ ἄλλης μοίρας. ἤδη γὰρ πλείοσι διαθήκαις κατὰ τοῦτον γινομέναις τὸν τρόπον ἐντυγχάνομεν, καὶ πολλὴν ἀδηλίαν ἐντεῦθεν ἴδομεν κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁρῶμεν νόμους, καὶ ταῦτα ἐπανορθούμενοι, θεσπίζομεν εἰ μὲν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γράψειέ τις κληρονόμον, ἢ ἐξ ὁλοκλήρου, ἢ ἐκ μέρους ἀντικρυς δοκεῖν τὴν κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν, ἢ τὴν κώμην, ἢ τὸ χωρίον, ἐφ' ᾧ ἐς καθεστηκεν ὁ τελευτήσας, ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐνίστασθαι κληρονόμον, καὶ εἰς ὁλόκληρον τὴν ἔνστασιν ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων αὐτῆς οἰκονόμων, ἢ εἰς τὸ μέρος καθ' ὅσον κληρονόμος ἐγράφη, αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος, ἢ καὶ ληγάτων, ἢ φιδεικομμίσσων καταληφθείη, καὶ ταῦτα διαφέρειν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἵν' οὕτω εἰς πτωχῶν ἀποτροφὴν αὐτὰ προχωρεῖν. εἰ δὲ ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀρχαγγέλων ἐμνήσθη, ἢ τῶν προταιμωτάτων μαρτύρων, μὴ ποιησάμενος οἴκου μνείαν, τοῦτο ὅπερ ἴσμεν παρά τινος διατυπωθὲν, καὶ τοῖς τῶν ἐπιφανῶν γεγονότα. καὶ τῇ ἀεὶ λεγούσῃ καὶ νόμων ἐντυγχανούσῃ παιδείᾳ, εἰ μὲν ὅσα κατὰ τὴν πόλιν ἐκείνην, ἢ τὴν ἐπαρχίαν αὐτοῦ, εὐκτήριος οἶκος εἰς τιμὴν ἐκείνου τοῦ σεβασμιωτάτου ἀρχαγγέλου, ἢ τοῦ ἁγιωτάτου μάρτυρος.

Iuxta sanctionem [a]. c. a. sus. Eximit clericos & eorum familiam: & non solum munera extraordinaria, nec hospites attingeros. ¶ No. ex hoc textu dedictione iuxta [a], nã quadoq. ponitur relatiue, quandoque locatiue & designatiuè. Primo modo loquitur hic. Secundo modo loquitur text. & Gl. ff. de serui. pr. l. quida Hyberus. & l. si datam. ff. de rit. nu. Bald.

a Iuxta dictio quãdoque ponitur relatiue vel locatiue & designatiue.

a ¶ Iuxta sanctionem. i. legē.

b ¶ Meministis. epi copi & clerici, & facit mentionem de. l. placet. j. ti. proxi. & loquitur hic. Constantinus, qui fuit imperator primus[b] Christianus. j. de Nat. li. l. diui Constantini. & l. illam. placet, fecit vel ipse, vel alius eius antecessor.

b Cõstantinus primus Imperator Christianus.

c ¶ Mancipia. [c] i. familia vestra.

c Clericorum immunitas extenditur ad eorum ministros & familiares.

d ¶ Nullus. i. exactor.

e ¶ Collationibus. i. sordidorũ munerum, vel extraordinariorum.

f ¶ Vocationes. i. sordidorum munerum, vel extraordinariorum.

g ¶ Hospites. [d] hospites hic intellige milites armatos: quorũ hospitalitas eis quasi munus incumbebat, hospites autem, pauperes suscipere debēt. Vnde Paulus, Hospitalitate inuicem præuenientes, vt j. pro xi. [e] Sed opponitur, hospitis [f] receptio est patrimoniale munus: vt j. de ma. pa. li. x. & l. etiam. hlix. & j. de mu. & ho. l. ii. § mune. & l. & q. 9. signum. § munus hospitalis ergo clerici debēt subire. vt j. eo. l. dehis. quasi contra Reip. subeũt clerici munera patrimonialia, sed non omnia, quia tributorum tantũ. 2 Vel aliter hospitis susceptio [g] alia rei propriè cohæret, alia nõ: sed quasi ex inopinato suscipitur. Primo casu clerici nõ excusantur: quia nec milites nec mulieres, nec impuberes, nec veterani, imo nec ipse princeps. vt j. de mu. & pa. per totam l. & q. vt ne si ea in empt. spec. sa. cx. li. x. & ff. de vac. mu. l. sunt munera. In secundo & clerici & milites excusantur: vt hic & j. de vet. mu. l. ... § ... Vel melius licet [h] patrimoniale sit mun' suscipere hospites tamē propter beneficium speciale hui' legis se excusant: illi enim soli se excusant q de hoc habēt specialepriuilegium: vt

d Hospitalitas duplex, grauis & onerosa.

e Vide ...

f Hospitis receptio an sit patrimoniale munus, & velut ...

g Delegati & ... quod ... Christo ... quitur.

† Instituto D. N. Iesu Christo ex asse vel pro parte quia ...

† Relictum Archangelo ... aut ...

† Excusationes ...

[Greek text: ... Dat. XIIII. Kal. Nou. C. P. Lamp. & Orest. V V. C. C. Conss.]

Latinè per Ant. Con.

QVoniam in plerisq. nuper testamentis inuenimus eiusmodi institutiones, quibus ex asse quis scripserat Dominum nostrum Iesum Christum hæredem, non adiiciens oratorium aut templum vllum, aut ipsum Dominum Iesum Christum, ex semisse vel alius inæqualibus partibus, alium verò quempiam ex dimidia vel alia portione. Iam enim in compla ra huiusmodi testamenta i... dimus, cùm videremus multam exinde incertitudinem secundum veteres leges exoriri. Nos hoc etiam emendantes sancimus si quidem Dominum nostrum Iesum Christum † scripsit quis hæredem, vel ex asse vel pro parte, videri è conuerso ipsius ciuitatis, vel castelli, vel agri, in quo constitutus erat defunctus, ecclesiam sanctissimã institutam esse heredem & hæreditatem peti debere per Deo amantissimos eius œconomos ex asse, vel pro parte ex qua hæres institutus est, eodem obtinente, & si legatum † vel fideicõmissum relictum sit, vt ipsa cõpetant sanctissimis ecclesiis ad hoc quidē vt ad pauperũ alimoniam conferant. 1 ¶ Si verò vnius ex Archangelis memi nerit, vel venerandorum martyrum, nulla facta ędis mentione (quod quidem etiam nouimus a quodam factum qui ex illustribus erat, & in omni eloquij & legum doctrina spectatissimus) si quidē aliquis sit in illa ciuitate, vel vicinia eius venerabilis locus in honorē illius reuerendissimi archangeli vel martyris contructus, videri ipsum scriptum esse hæredem: si verò nullus talis locus est in illa ciuitate, viciniáue eius, tunc venerabilia loca quæ in metropoli eius sunt, videri instituta: & si quidem in ipsa metropoli inuentus fuerit talis aliquis locus, illi proculdubio videri relictam, vel hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum. Si verò illis nullus talis locus appareret, de nuo ecclesias quæ in illo loco sunt, capere id debere. Sanè sanctissimis ecclesiis omnes aliæ domus cedunt, nisi † constet defunctum aliud nomen sensisse & voluisse adiicere, & aliud dixisse. non tale quid accidisse & nos scimus in cuiusdam Pontici testamento, & tunc etiam constitutum fuisse vt contra† scriptum veritas obtineret.

2 ¶ Si autem testator certum locũ non apposuerit, multa autem templa eiusdem tituli aut nominis in illa ciuitate inuenta fuerũt vel eius vicinia, si quidem in aliquo illorum defunctus frequenter versabatur†, & maiorem erga illud habebat affectionem, illi templo videri legatũ relictum. Si verò nihil tale inuenietur, maxime ei templo ex multis eiusdem nominis videatur relictũ legatum, vel hereditas, quod est cęteris indigentius, † & magis opis egens. Dat. xiij. kal. Nou. C P. Lampad. & Orest. vv. cc. Conss.

ff. de vac. mu. l. sunt munera, vt philosophi, & artium professores & milites, & veterani: vt ff. de mu. & ho. l. 3. § gē. c. ff.

h ¶ Onerari. Tria dicuntur in lege ista, quod clerici excusentur vel excusentur ab extraordinariis muneribus. 2 Secundò, q si quid honestè quæsierint, quòd erogetur in vsus pauperũ. 3 Tertiò, hoc cõcedit tam clericis, quàm suis familiarib. ¶ Ex hac. l. not. primò quòd clerici de bonis prebendarum suarũ quæ vēdunt, vel vendi faciũt, nõ tenētur soluere gabellas, nec etiã ad portã soluũt, etiã si sint clerici coniugati. 2 No. vltimò, q priuilegiũ clericorum datur eorũ vxorib[•], & filiis, sec. Bal.

i ¶ Inuehitur. quoad eos: & si exigatur, iniuria est eis, sed si ex gratia à laicis, nõ est iniuria: vt statim dicet. Et dic sy de extraordinariis exactionib' dicit. Nec obstat j. l. proxima.

k ¶ Commoditatis. i. extra ordinariæ collectæ.

l ¶ exactionum. i. sordidorum munerum.

m ¶ Nullaq. idem dicit melius declarando.

n ¶ Sordiderũ. i. operũ.

o ¶ Negotiatores. s. laici.

p ¶ Præstationem cõpetentem. vt collectam extraordinariam.

† Voluntas defuncti maximè spectanda.

† Testamentis scripturæ voluntas defuncti præualet.

† Præsumitur voluntas testatoris ex eius cõsuetudine.

† Pauperiori bus in dubio fauendum.

Titulus iii.

DE EPISCOPIS, ET CLERICIS & orphanotrophis, & xenodochis, & brephotrophis, ptochotrophis, & ascetriis, & monachis, & priuilegiis eorum, & castrensi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.

Clerici extraordinaria munera non subeunt, & hospitem recipere non tenentur. Bald.

1 *Imp.* Constantinus *A. Clericis salutem dicit.*

IVxta † sanctionem [a] quam dudum meruistis[b], & vos, & mancipia[c] vestra, nullus[d] nouis collationib.[e] obligabit: sed vacatione[f] gaudebitis: præterea † neq. hospites [g] suscipietis. Da. VI K. Sep. Placido & Rom. Coss.

*CT. 16. t. 8

† Has leges ...

Clerici non vocantur ad munera sordida: quia conueniētius est quod bona eorũ inter pauperes distribuantur, quam in sordidis muneribus, vel alias illicitè consumãtur, & hoc priuilegium datur clericis & eorum seruitoribus, & vxoribus, & filiis, hoc dicit, secundum Iacobum Butrig.

II. *Imper.* Constantivs *A. & Iul. cæsar ... episcop.*

OMnis[h] ta clericis indebitæ conuentionis[k] iniuria, & iniquę exactionis[l] repellatur improbitas:

a ¶ *Vniuersis*.s.clericis non habita relatione ad singulos clericos, id est,ad singula generum:quia non ad vagabundos: vt j.*eod. generaliter*,sed ad singulos gradus,i. ad genera singulorum.
b ¶ *Strepitus*.vocatio.
c ¶ *Parsimonia*.i.parcè viuendo quæ fuit.simile verbum ff.*de peculio.l.peculium. ex ca.*
d ¶ *Prouisione*.i.dexscié tia:vel scriptura.
e ¶ *Conscia*.vt ex scriptura.
f ¶ *Congesserint*. i.congregauerit. Accursius.
g ¶ *Oportet*.i.opportunum,est vel decẽs est. sic ff.*de tutt.& rat. l.j. in princip.*nec enim est ne cesse:vt j.e.l.*sacrosancta. quæ est contra*.2 Vel hic in quæstis de rebus ec clesiæ:ibi de suo patrimonio.
h ¶ *Ergasteriis*.ab erga, quod est opera,& stero quod est statio,inde ergasterium.i.operarũ statio.
i ¶ *Tabernis*.pro eodẽ accipe.i. stationibus, vel propriè.Sed hoc quo modo,cùm etiã tabernas intrare nõ debeãt, *xliij. dist.c.nullus*?Resp.loquuntur: vt ff. *de petit. hæ.l.ancillarum.*
k ¶ *Religionis*.s.pauperũ.
l ¶ *Verù etiam*.non solũ clericis damus hoc priuilegiũ, verũ etiã &c.
m ¶ *Hominibus*.s.familiaribus.
n ¶ *Eorundẽ*. clericorũ.
o ¶ *In mercimoniis*.s. vendendis.
p *Cauerũt*.i.prouiderũt
q ¶ *Redundarent*.i.abũdarẽt tam in se, quàm in suis.
r ¶ *Cõquiescat*.nisi sint ea quæ ad expeditionẽ nostri numinis accepimus:vt j.*ti.j.l.neminem. quæ est contra.*
s ¶ *Clericis*.i.hominib. clericorum.
t ¶ *Cõiugia*.licita tamẽ, quæ antequã erãt clerici.
u ¶ *Liberi*. habiti ante sacros ordines.
x ¶ *Ministeria*.i ministri.
y ¶ *Filij*. ante cõcepti. nã post sacros ordines essent incestuosi. Itẽ si sint inseruitio parẽtũ, & viuũt patres clerici: non aliàs,& fac. s. *tit.j. placet.*
z ¶ *Ab huiusmodi*. non extraordinariis.

nulláque[m] conuentio sit contra eos munerum sordidorum[n]: & cùm negociatores[o] ad aliquam præstationẽ[p], competentẽ vocatur, ab his vniuersis[a] istiusmodi strepitus[b] conquiescat. Si quid enim vel parsimonia[c], vel prouisione[d], vel mercatura†, honestati* tamen conscia[e], congesserint[f], id in vsum pauperum atque egentium ministrari oportet[g]. * ad * id quod ex eorũdem ergasteriis[h] vel tabernis[i] conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis[k] existimẽt lucrum. 1 ¶ Verum etiam[l] hominibus[m] eorũdem[n] qui operam in mercimoniis[o] habent, diui principis genitoris mei statuta multimoda obseruatione cauerunt[p], vt iidem clerici priuilegiis pluribus redundarent[q]. 2 ¶ Itaque extraordinariorum munerum à prædictis necessitas atque omnis molestia conquiescat[r].
3 ¶ Ad parangariam quoq. præstationem non vocentur, nec eorundẽ facultates, atque substantiæ. 4 ¶ Omnibus clericis[s] huiusmodi prærogatiua succurrat, vt & coniugia[t] clericorum ac liberi[u] eorum quoq. & ministeria[x], id est, mares pariter ac fœminæ, eorúmq. etiã filij[y] [& filiæ]* immunes semper † ab huiusmodi[z] muneribus perseuerent. Datum viiij. Id. Decemb. Med. Lecta, V. Kal. Ianua. apud acta, Constantino A. viij. & Iuliano Cæs. ij. Conss.

Nullus Laicus potest imponere collectã vel onera clericis, ecclesiis, vel piis locis: nec inuadere bona ecclesiarũ vel clericorũ: & si requisiti negligunt emendare, subiacent banno imperiali: de quo nõ eximãtur, nisi debita satisfactione præmissa. Bald.

Noua constitutio Friderici Imperatoris de stat. & conss. contra lib. ecc. col. x. §. item nulla.

Iтем nulla. Hæc cõstitutio coadiuuat & auget. l. C. & dicit duo. Primò præcipit, quod nulla cõmunitas, vel persona vel priuata debet cogere clericos ad exactiones collectarum, siue ad extraordinaria munera. 2 Secundò dicit, quòd si aliquis contra fecerit, tenetur reddere acceptum in triplum: & banno imperiali subiicietur: à quo non liberabitur, nisi satisfecerit. ¶ Ex hac cõstitutione not. 1 primò quòd cõmunitates nullã habent potestatem in ecclesiam vel ecclesiasticas personas, nec possunt eis imponere collectas. 2 Not. secundò de triplici pœna, quæ alibi nõ reperitur in inuasione rei immobilis. sec. Bald. hic. Viuianus.
a ¶ *Item nulla*. constitutio Friderici.
b ¶ *Angarias*. hoc expone vt dixi. s. *tit. j. l. neminem.*
c ¶ *Præsumant*. ex prædicta causa, quia nõ soluerunt collectas: vel etiam ex alia, vt hic tanquam fauor[a] extendatur: vt ff. *de li. & post hum. cum quidam.*
d ¶ *Quod si fecerint*. aliqui officiales.
e ¶ *Ab ecclesia*. Ratione[b] ergo delicti erit laicus in foro ecclesiæ: quod est notãdũ: sicut fit de loco publico per *auth. qua in prouincia. j. vbi de cri. agi. oper.*

Item[a] nulla cõmunitas † vel persona publica, vel priuata collectas, vel exactiones, angarias[b], vel parangarias ecclesiis vel aliis piis locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere ecclesiastica bona præsumant[c]: quod si fecerint[d], & requisiti † ab ecclesia[e] vel imperio, emendare contempserint, triplum[f] refundant, & nihilominus bona imperiali banno subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.

k ¶ Ob id. vt fideiussor vel pignus. ¶ Sed opponit. j. de prędiis mi. l. etsi u. So. secundũ M. hic in perpetuũ prohibitis, sed[o] alienatio prædij minoris non est perpetuò prohibita. quandoque enĩ conceditur, vt ob æs alienum: vt in eo. tit. l. ob æs. & secũdũ hoc nulla oppositio obstaret. 2 Sed certè si in perpetuò prohibitis tantùm seruatur hęc lex, in paucissimis casibus locũ haberet: quia vix est aliquid sic generale, cui non derogetur per speciale: vt ff. de regu. iur. l. omnis definitio. Dico ergo prohibitum esse res minorum alienari in eorum præiudicium: non autem præiudicatur minori, si tutor sit obligatus, vel res eius. ¶ Similiter opponitur & respondetur ff. de arbi. l. si pupillus. & s. de sacrosan. ec. l. iubemus ij. §. sane. j. ¶ Vel si velis euitare omnes oppositiones, dic quod in perpetuò prohibitis loquatur. quod non placet. Vel sol. ad omnia, & dic vt dixi in pric. quòd loquitur quando lex aliquid prohibet, & vltra nõ procedit: vt s. de sacros. ec. l. nemo martyres. si autem vltra procedat serua quod statuit. ¶ Nec habet locũ hæc l generalis, cũ speciales clausulæ habeant locũ: vt ff. de verbo. obli. l. do'i. & de pœnis. l. sanctio. & ex qui. cau. ma. sed & si per. §. deinde. ¶ Nec obstat quòd hic dicitur, licet legislator, &c. vbi innuit idem esse siue vltra processerit, siue nõ: quia huiusmodi oratio nõ semper innuit cõtra: vt ff. de verb. oblig. l. quecunque. §. ij. ¶ Itẽ op. de Barbario qui nõ debuit esse ĩ dignitate: vt ff. de offic. præt. Barbarius. Sed ibi erat error communis. ¶ Item op. de §. alteri stipulari. inst. de inutil. stipu. sed ibi præter l.

l ¶ Qua. aliàs quam vbique seruari & tunc dictio, factum, regitur à verbo prohibente. aliàs, quam vbique non seruari. &c. & tunc quam, regitur à verbo, seruari.

m ¶ Stipulationem. vt ff. de verb. obl. l. generaliter.

n ¶ Mandatum. vt instit. mandati. §. illud. Accursius.

o ¶ Nec sacramentum.[p] vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. generaliter. & j. authent. sacramenta puberum. non solum. §. j. col. v. ¶ Sed contra j. si aduer. vẽ. l. j.[q] Sol. secundum M in perpetuò prohibitis. 2 Tu dic secundum B. quòd ibi fuit secundum legem venditio, quia cum decreto, & sacramentum restitutionem denegat.

c ¶ Quod fauore. Pone casum. vt infra de procu. l. nō eo minus. & infra de fide instru. plures. & ff. de Cur. edil. l. iij. §. dua. & infra de secund. nupt. l. generaliter. §. in his. & ff. de mi. si iudex. & facit ff. eo. nulla. ¶ Sed contra.[a] ff. quod quisque iur. l. j. Sol. refert an ad postulationem fuerit concessum, vt ibi: an non: vt eodem titulo. l. iij. in principio & his. 2 ¶ Item contra Institu. de auctor. tutor. §. neq́;.[b] Sed certè etiam damnum poterat ibi esse in vexando: vt ff. de minorib. l. minoribus xxv. annis. Itē obligaretur creditoribus hereditariis. 3 ¶ Item cōtra infra[c] de quaestionib. l. pridem. Sed illud euenit propter perplexitatem quandam: quia non posset torqueri pro eo quin & contra eum. Nam pro vtraque[d] parte debet dicere veritatem: vt supra de episcop. & cler. authen. sed iudex. 4 ¶ Idem contra[e] supra de Iudaeis. l. die sabbati. Solu. illud speciale pro festiuitate Iudaeorum. 2 Vel ibi concessio priuilegij nō stetit in finibus concessionis, sed vltra processit, hic stetit. 3 Vel ibi duo pręcepta sunt. 5 ¶ Item contra[f]. ff. de iur. au. annu. l. ij. Sed ibi priuilegio suo renūciasse videtur, cum dixit se ingenuum. 6 ¶ Item est contra[g] ff. de excu. tut. l. cūm ex oratione. l. fin. Sed ibi libert[e] habebat priuilegium fauore patroni, non pro se, quòd ab alia tutela excusaretur. vnde si impetrat ius anulorū aureorū, ciuitatem vel excusationem perdit: quia non sibi erat priuilegium concessum. 7 Item ff.[h] de peti. & commo. rei vend. l. si vina. j. Sed distingue an pacto, vt ibi: an lege vel à principe: vt hic fauor inducatur. Primo casu obtinet quod ibi: secūdo, quod hic dicitur. Sed hoc non valet: vt ff. de leg. commis. l. ij. & de in diem addic. l. Sabinus. Sed tu dic, q̀ ibi nō est fauor: quia non est extra ius cōmune. tūc[i] enim dicitur fauor vel priuilegium, cùm est extra ius cōmune. nam dicitur priuilegium, id est priuata lex 8 ¶ Item contra[k]. ff. de pact. do. inter socerum. §. cùm inter. Sed ibi non fuit aliquis fauor propriè.

Fauorabile interpretationem non recipit, quae eum cui fauetur, laedere possit. Salyce.

VI. *Iidem AA. Florentio P. P.*

Qvod fauore[a] quorundam constitutum[*] est quibusdam casibus ad laesionem eorú nolumus inuentum videri. Da. kal. Aug. Theodosio. A. XVII. & Festo Conss.

Natura legis est disponere de futuro, non de praeterito. hoc primò, nisi caueatur in lege, quod extendatur ad praeterita vel pendentia. h. d. secundo Bal.

VII. *Iidem AA. Cyro praefecto praetorio, & consuli designato.*

Leges† & constitutiones futuris[b] certum est dare formam negotiis, nō ad facta praeterita reuocari: nisi nominatim &[*] de praeterito tēpore, & adhuc pēdētib. negociis cautū sit. Dat. Non. April. Cōstātinop. Valent. A. V. & Anatolio cōss.

Quando contingit casus nouus super quo oportet statui, recurritur ad principem: & ille cum procerum & senatorum deliberatione procedat faciendo suum statutum redigi in scripturam. Baldus.

VIII. *Iidem AA. ad Senatum.*

Hvmanum esse probamus, si quid de caetero in publica[d] priuatáue[e] causa emerserit necessarium, quod formā generalē & antiquis legibus non insertā exposcat, id ab omnibus antea tā proceribus nostri palatij, quàm gloriosissimo coetu vestro, Patres conscripti tractari: & si vniuersis tam iudicibus, quàm vobis placuerit, tunc legata[f] † dictari: & sic ea denuo collectis omnibus recenseri[g] & cū omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari: vt vniuersorum[k] cōsensus, nostrę serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur, Patres conscripti, non aliter in posterum legē à nostra clementia promulgandam[i], nisi supradicta forma fuerit obseruata. Benè enim cognoscimus, quod eum vestro consilio fuerit ordinatū, id ad beatitudinem nostri imperij, & ad nostram gloriam redundare[k]. Dat. XVI. Kalen. Nouemb. Aëtio. III. & Symmacho Cōss.

Leges non debent ab aliquo ignorari. hoc primò. Et si circa legem principis occurrit dubitatio est ad principem recurrendum. Bald. Vel sic: Ab omnibus debent scire iura, ad permissa sectanda, & prohibita declinanda. Et legum obscuritas vel duritia à principe est interpretanda & mollificanda. hoc dicit. Sal.

IX. *Impp. Valentinia. & Martia. AA. ad Palladium praefectum praetorio.*

Leges† sacratissimae quae cōstringunt hominum vitas, intelligi† ab omnibus debent[l]: vt vniuersi praescripto[m] earum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel[n] permissa[o] sectentur. Si quid verò in hisdem legibus latum fortassis obscurius[p] fuerit, oportet id ab imperatoria interpretatione patefieri, duritiámque[q] legum nostrae humanitati incongruam emendari. Dat. VI. Id. Feb. Aetio & Studio Conss.

Ex Cuiacij obseruationibus lib. XII. c. XXXI.

X. Αὐτοκράτωρ ΛΕΩΝ καὶ Ἀνθέμιος ΑΑ. *

Πάντες κατὰ νόμους πολιτευέσθωσαν, κἂν εἰ τῷ θείῳ διαφέρωσιν οἴκῳ. D. VIII. Id. Feb. Anthemio. A. XI. Conss.

Omnes legibus regantur & subiiciantur etiam si ad diuinam pertineant domum.

Dubitatio super noua lege noniter emergens, debet dirimi per interpretationem conditoris. hoc dicit. Non intelligas quòd non possit dirimi per iudicem causa inter litigantes, sed inter vniuersos debet dirimi per conditorem, hoc dicit & tunc habet vim legis generalis. hoc dicit lex seq. Bald. Vel sic: vbi legis intellectus consuetudine vel alia lege non est declaratus, princeps est adeundus. Salycetus.

Leges. Hec lex plana est, & diuiditur in duas partes. Primò ponit regulā, secundò exceptionē. secunda ibi, nisi. ¶ Not. ex tex. cū glo. q̀ licitū est allegare leges veteres & correctas ad decisionē praeteritorum negotiorum ad quae lex noua & corrigēs nō trahitur, sed debet decidi secundū legem veterem. vide Bal. in l. fi. ff. de fals. & glo. in c. nouit. de iud. super verbo, quicunque. Pau. hic.

b ¶ Futur. i. vt j. de vsu. l. de vsuris.

c ¶ Cautu sit. vt s. de sac. sancte eccle. l. antea. & penul. & fin. ¶ Sed quid si agitur causa post legē factā, & de cōtractu inito ante legē? Dic veterem seruari legem: vt in authen. vt cùm de app. cog. in princip. col. viij. & in authen. hac constitutio interpre. prio. consti. ta. col. vj. & j. de testa. l. iubemus. in §. Auditio. Intellige glo. veram in casu quo lex respicit litis decisionē: secus verò quādo lex pertinet ad lit. ordinationem, ita loquitur l. ij. in princip. & l. §. fin. j. de iure propter cal. dan. secun. Bart. hic.

Hvmanum. Tria facit. Primò ponit dictū seu formam legiā cōdendae, secun. Pe. Secūdò dicit aliter nō pcedendū q̀ forma seruata. Tertiò cōmendat ea quae fiūt cum deliberatiōe. secūda ibi, scitote. tertia ibi, benè enī. Bal.

d ¶ In publica. vt si quaeratur an ciuitas possit dari in feudum.

e ¶ Priuatáue. vt an possit monachus vel clericus succedere ī feudū.

f ¶ Legata. i. delegata alicui notario, vt dicetur.

g ¶ Recenseri. i. tractari an aequum sit.

h ¶ Vniuersorū. vniuersitas enī cōsentit. ¶ Et sic est arg. contra. ff. de acq. poss. l. j. in fin. & ff. de li. vniuer. l. j. ¶ Fraus fit legi de persona ad personam: vt ff. de don. l. j. in fi. & j. de iis qui veniam aetatis l. vnica. & ff. de admi. re. ad ciui. pertinen. l. j. §. j. 2 De re ad rem ff. ad Macedo. sed Iulianus. §. j Marci dotione: vel de re ad rem eandem. j. de agri. & cen. si. l. quemadmodu. lib. xj. 3 De contractu ad contractum. (& hoc dupliciter: vel ad eundē: vt ff. ad Vell. quāuis. §. si cū essem. vel ad alium: vt ff. de donat. inter vir. & vxo. sponsus §. circa.) 4 Vel de noīe ad nomē: vt in auth. vt nulli iudicū. §. j.[a]

i ¶ Promulgandam. Ar. p lr. ad id quod dixit. s. de emē. Iusti. Codi.[b] insi. Sed potest responderi, quòd in principio quādo cōdidit. l. istā, nō credebat amplius se corrigere vel emendare. li. quas fecerat in corpore iuris. sed mutauit ppositū. nā q̀ medicamēta morbis hoc exhibēt iura negotiis &c. vt in authen. hac constitu. in nouat. coll. viij. 2 Tu dic post Bar. hic q̀ iste ordo non est necessitatis sed voluntatis, ideo omissio eius non vitiat.

k ¶ Redūdare. vt j. de re. pu. non dubium.

l ¶ Leges. Debent[c]. vt & j. de iur. & fact. igno. l. constitutiones. ¶ Sed contra. s. de episc. & cle. l. repetita. & j. de iure delibe. l. fi. in princi. Solu. vt in ambabus diximus.

m ¶ Praescripto. id est dicto.

n ¶ Vel permissa. pone semper vel, pro &.

o ¶ Permissa. hoc verbo etiam imperata continentur: aliàs ponitur aliter: vt ff. eo. l. legis virtus. Accur.

p ¶ Obscurius.[d] vt[e] nomine datorū etiā donata cōtinebantur: vt j. de col. auth. ex testamento dixi. & idē vbicūque est dissentio doctorū.

q ¶ Duritiam. quod esset necesse: vt si qui & à quo [illegible] perit.

a Statuta in fauorem an retorqueri liceat in odium.

b Pupillus quòd non potest sine tutoris authoritate adire, fauoris est: quòd effectu aditionis priuetur, odij.

* a Introductum est & cōstitutum, vel à lege, vel à principe impetratum, vel partiū mutuo consensu.

c Seruus nec aduersus dominū, nec pro domino torquetur.

d Testis non est idoneus, nisi sit habilis ad testimoniū ferendum pro vtraque parte.

e Iudaei sabbatho inius trahi nec trahere alios possunt.

† C. Th. 3. 1. Idē aut Cicero 3. actione in Verrē, & Nouella Iustiniane 19.

f Pronunciatio super ingenuitate, licet postea rescindatur, tollit priuilegiū aureorum annulorum.

g Libertus excusatur à tutela ingenui, nisi ius aureorum anulorū impetrauit.

h Vino omni empto, excepit acetosū, quāuis ista exceptio sit apposita in meū fauorem, retorquetur tamen in meum odium, vt acetosa, meanō sint inuito venditore.

† legata dictari in duobus manuscriptis.

† Priuilegium lex extra ius commune.

k Dotem sibi solui si pater stipuletur in casum diuortij, soluto morte matrimonio actio ad dotē recuperādam nō est propria solius patris sed communis eius & filiae.

l Vtrum si causa est de praeterito, lis de futuro, statutum interim factum porrigitur ad iudicium, quod pendet agitatur, non ita tirat, videtamen Bal. hic.

† Haec enim praefatio Nouellae Martiani A. de matrimoniis Senatorum, quae hodie extat integra in lib. Nouel. Martiani, in [illegible] Alar.

† Leges statuta, iura canonicum & similia iura an ignorare liceat, vide Bald. hic. nu. j. vbi etiam quaerit an cōmittens in legem, praesumatur id facere ex dolo vel ex lata culpa.

a Vel de modo ad modū. de tempore ad tempus, de quantitate ad quantitatem. vide Bal. ad l. non dubium. j. eod. Gloss. in l. fraus ff. eod.

b hęc enim in legibus Nouellarum forma hic tradita, seruata videtur.

c Leges à nullo ignorande aut ignorari praesumantur vide tamē Aretinum in §. super [illegible] Insti. de suspect. tuto. Alciat. 1. praesump. 31 Cora. 4 Miscel. 47.

d Verba legis interpretāda sunt à conditore.

e Id est verum nomine datorum continētur data simpliciter & ob causam.

a ¶ Cum de nouo. Superius de legibus conditis & cõdẽdis dixit: nunc de his intelligẽdis. ¶ Et pone exẽplũ: In nouo iure ... statuit ius nouum, sacramẽta minorum inuiolabiliter obseruari, an tantùm detur exceptio emptori? an etiam actio? interrogabitur de hoc princeps: & ipse respondebit, sine eo tamẽ potest dici quòd etiã actio datur: vt ff. de acq. re. domin. l. si tuas. & ff. famil. erciscund. l. inter cohæredes. §. ij. & de leg. ij. cum quis. §. nuptura. ¶ Et distingue hic dubitatio ĩ iudicio cõtingit, aut super nouo negotio (puta an ciuitas possit dari in feudum: vel an monachus possit succedere in feudum.) Aut super lege aliqua. Primo[a] casu dñs imperator est consulẽdus, si est præsens: vt s. eo. l. humanum. & j. de vete. iur. enucl. l. ij. §. sed qa diuina. & ff. de fideicom. liber. l. itaque. & arg. j. de iudi. l. fin. ubi, ne compellatur, &c. Si autem nõ sit eius copia, tunc procedant de similibus ad similia, ff. eo. non possunt. Si verò super lege: si quidem certo[b] modo per consuetudinem est intellecta, ei[*] intellectui stabitur: vt ff. eod. l. minime. & l. si de interpretatione. quòd si ex consuetudine nõ est certificata: recurritur (vt dictum est) ad principem, si sit eius copia, vt hic, & ff. eod. & ideo. & l. nam vt ait, ubi, vel certa iurisdictione, &c. alioquin interpretabor in beniginiorem partem: vt ff. eo. l. benignius. & l. in ambigua. Sed si[c] dubitem quæ sit benignior, verborum significationi stabo: vt ff. de condi. & demõ. l. Publius. §. j. (quãquam videtur primò standum significationi verborum: vt ff. de lega. iij. non aliter.) Tertiò[d] procedam de similibus ad similia: vt ff. eo. l. neque leges. & de hoc dixi ff. eo. non possunt.

b ¶ Usu. i. cõsuetudine.

c ¶ Tam. si à primò incipias hæc duo sunt necessaria. sic j. de iur. delib. l. potuit.

Si imperialis. Tria facit, primò ponit dictũ, secũdò adducit tres rationes ad illud probandum, tertiò concludit. Secunda ibi, quid enim maius. Tertia ibi, explosis itaque. Bald. CASUS. Si causa ventilata est coram principe, & ab eo definita, dicitur quòd illa sententia est lex cõmunis etiam ad alia similia: cùm & lex antiqua dicit, quod prĩcipi placuit, &c. Secundò quærebatur, an princeps possit legem dubiam interpretari. Quam dubitationem remouet dicens: cũ & legem possit condere de nouo, quare aliàs recurretur ad eum pro his & aliis dubiis, si eius interpretatio non valeret? Sol. ergo ipse est conditor & interpres legum, saluo quod Iurisconsulti fecerunt: quia ipsi auctoritate principis fecerunt. Viuianus. ¶ Nota in versic. Quid enim, &c. quòd nihil est maius & sanctius imperio, & hoc intellige, nisi apostolatus beati Petri cùm apostolicus confirmet principem: vt in auth. de defen. ciui. §. interim. & ideo imperator iurat domino Papæ fidelitatem, per c. venerabilem. extra de elect. & clem. j. de iureiur. Bald.

XI. Impp. LEO & ZENO AA.

Cum de nouo[a] iure quod in ueterato usu[b] nõ adhuc stabilitum est, dubitatio emergat necessaria est tam[c] suggestio iudicantis, quàm sententiæ principalis auctoritas. Dat. X. Kal. Mart. Leone Iuniore, A. Cons.

Sententia definitiua principis lata super causa de qua plenè cognouit, & eius declaratio habet vim legis generalis: & eius est interpretari, cuius est condere. Salycetus.

XII. Imp. IUSTINIANUS A. Demosthenĩ P. P.

Si imperialis[d] maiestas causam cognitionaliter† examinauerit, & partibus cõminus[e] constitutis sententiam dixerit: omnes omnino iudices qui sub nostro imperio sunt, sciãt hanc esse legem nõ solùm illi causæ pro qua producta est, sed & omnibus similibus[f]. Quid enim maius, quid sanctius imperiali est maiestate: vel quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, vt regale sensum contẽnat: cùm & veteris iuris conditores constitutiones quę ex imperiali decreto processerunt, legis[g] vim[*] obtinere, apertè dilucidéq. definiant? Cùm igitur & hoc in veteribus legibus inuenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationẽ obtinere: eorũ quidem vanam subtilitatẽ[*] tam ridemus, quàm corrigendam esse censuimus. Definimus autẽ omnem imperatorum legũ interpretationem† siue in precib[*], siue in iudiciis, siue alio quocunque modo factam, ratam &[*] indubitatam haberi. Si enim in præsenti leges condere soli imperatori[h] concessum est, & leges[i] interpretari, solo dignum imperio esse oportet. Cur autem[k] ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur & sese non esse idoneos, vel sufficientes ad decisionem litis illi existiment, ad nos decurratur? & quare omnes ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri euenit, aures accipiũt nostræ, si non à nobis interpretatio mera procedit? Vel quis legũ ænigmata[l] soluere, & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is cui soli legislatorẽ[*] esse concessum est? Explosis[m] itaque his† ridiculosis ambiguitatibus, tam cõditor, quàm interpres legum solus[n] imperator iustè existimabitur: nihil hac lege derogante veteris iuris conditoribus: quia & eis[*] hoc maiestas imperialis permisit[o]. Dat.† VI. kal. Nouemb. Decio V. C. Conss.

d ¶ Si imperialis. hanc legem intellige in his quæ nõ sunt decisa per ll. vt in feudo, & similibus: in aliis enim potius legem seruaremus scriptam, cùm hæc sententia non sit lex constituta, sicuti debet constitui: vt s. eo. l. humanum.

e ¶ Comminus.[a] i. presẽtialiter[b], aliàs nõ valeret: vt ff. de re iudic. l. de vnoquoque. Item magis ob absentiã, quàm quia ius habeat contra absentem, lata videtur: vt ff. de exhib. l. ideò. & ff. de inof. test. l. qui repudiantis. §. fin.

f ¶ Similibus. Contra. s. eo. l. ij. Sol. vt ibi. Item contra. j. de senten. l. nemo. Sed hic principis, ibi alterius iudicis.

g ¶ Legis vim. vt institu. de iur. natur. §. sed & quod principi.

h ¶ Soli imperatori. hoc expone, vt j. statim.

i ¶ Leges. nunc respondet.

k ¶ Autem. id est certè.

l ¶ Aenigmata. i. subtiles dubitationes.

m ¶ Explosis. id est remotis.

n ¶ Solus Imperator. ita[c] quòd nullus alius solus, vnde populus Romanus potest[d] etiam hodie legem condere. vt inst. de iure natu. §. lex. Item senatus: vt ff. eod. l. non ambigitur. Excludit ergo solus[e] singula generum, non genera singulorũ, vt & ibi, Scipio solus ciuitatem seruauit, i. nullus ali[*] solus: magis autem populus seruauit. Itẽ non obstat j. de off. præfect. præt. l. formam. aliàs normam, quia auctoritate principis hoc facit: vt & hic subiicit. Item noc quod dicit, quòd populus trãstulit potestatem in principem. Nam expone i. [f]concessit: vt ff. de offi. ei[*] cui mã. est iurisd. l. j. in fin. Alij vt Io. dicunt quòd populus Romanus hodie non potest facere legem[g].

o ¶ Permisit. vel ratũ habuit: vt in proœmio inst. §. cumque. & facit. j. de vet. iur. enuc. l. j. in pri. iij. col.

TITULUS XV.

DE MANDATIS principum.

Mandatum principis non potest probari nisi per scripturam. Baldus. Vel sic: Prætextu mandati principis non debet admitti quis cuiusuis dignitatis: nisi illud probet in scriptis. Salycetus.

I. Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Eusignium præfectum prætor.

Si quis † adserat cum mãdatis nostris secretis se venisse: omnes sciant nemini quicquam nisi quod scriptis[p] probauerit, esse credendum: nec vllius dignitate terreri, siue ille tribuni, siue notarij, siue comitis proferat dignitatem: sed sacras nostras literas esse quærendas Datum XVI. kal. Iul. Heracleæ Merobaude, II. & Saturnino Consulibus.

DE MANDATIS. principum.

Suprà de constit. principum dixit: Sed quia mandata sunt constitutiones speciales, ideò de his supponit. Et est inter mandatum & constitutionem differentia tanquam inter genus & speciem.

p ¶ Si quis.] Scriptis. non[h] autem testibus, vt hic, & est speciale: vt & arg. s. de epis. & cler. l. si qua per calum. §. fin. Et no. j. si minor se ma. di. l. ij. & dic de hoc extra de iureiur. c. ego.

DE SENATUSCONSULTIS.

Dictũ est suprà de legibus quæ à populo eiusque interaltu fiebant: sed quia aucto populo immẽsu difficile cœpit posse conuenire in lege cõdẽda: ideò elegit populus cẽtum senatores, vt ipsi vice populi cõsulerẽtur: vt quicquid statuere it, lex esset: vt inst. de iur. nat. §. senatusconsultũ. & ita factum est senatusconsultum Velleianum, Maced. & alia multa.

Quamuis

a Primo consulendus vbi factũ aliquod nouum occurrit, si modò sit præsens: si absẽs, iudex procedet de similibus ad similia.

† Sententiam principis latã super nouo iure, non requirere citationem: in aliis sententiis cõtrarium esse. Romanum sing. 771.

b Legis ratio si est certa, & certam habet quoque verborum significationem: standum est verbis & mente neque tũ consulendus est princeps, nisi forte emergeret iniquitas. l. ille aut ille. ff. cùm in verbis ff. de legat. 3 l. præstat ff quib. à quibus manumis.

* al. legis vicẽ obtinere aptè dilucidéque. &c.

c Verbis standum quoties dubitatur de interpretatione benigniore.

* scrupulositatem.

d Atque ita primum consulitur princeps si præsẽs sit: si absit id quod benignius, tũ verba, postremò de similibus ad similia procedendum.

† Interpretatio principis iusfacit quod ad omnes, vt non solum huiusmodi interpretatio vim habeat sententiæ, sed etiam generalis statuti.

* al. ratam indubitanterque haberi.

a Glossis ...

b Comminus i. præsentialiter.

† decursitur

* al. legislator.

† huiusmodi.

* al. quia hoc eis maiestas &c.

† al. Recitata septimo mensis vrbis Constantinop. in nouo palatio consistorij Iustiniani.

c Solum imperatorem leges interpretari. quod adde huic loco Ex eius ad Titul. de constitutionibus...

d Dic vt in fine huius Glossæ.

e Taxatiua dictio solus excludit quãdo quæ singula generum, nõ genera singulorum.

† C. T. 1. 4.

f Transferre procedere.

g Proinde non sunt à populo imperatorem posse deponi, vt cuius non est creare, eius non sit exauctorare. quibus obstat lex 1. ... ff de origine iuris. Tutant autem prius Electoribus competere: posterius Pontifici R. Bar. hic in fi.

h Delegatio tamen iurisdictionis ab inferiore quam sit princeps facta, testibus probari potest 33. qu. 2. c. in sententiis, ... Bal. hic. Hinc intereà colligunt, Non credi iudici delegato, nisi de eius commissione constet. vide Guido. Papa dec. 318.

a ¶ Quamuis.] Firmi
tatem. vt instit.
de iure naturali. §. senatus-
consultum.
b ¶ Statutorũ. à senatu.
c ¶ Crimine. & sic etiam
deportetur: vt j. ad legem
Iul. de ambi. l. j. & hoc l.
quia magnæ a auctorita-
tis est senat. vt ff. à quibus
appel. non li. l. j. & ff. de fin.
l. quo minus. & facit. j. de
preti. imp. offeren. l. rescri-
pta.

a senatuscon-
sulta magnæ
sunt authori-
tatis.

DE VETERE.
iure enucleando.

De nouis iuribus dixit, nunc de vetere. z Vel sic: Ex posita sunt. s. duæ partes le gis, scilicet constitutio & senatusc. videamus de plebiscitis, & prætorum edictis, & ita de vetere iure enucleando. Et quia in compositione veteris iuris quidã maiorem, quidã minorẽ sententiam habuerant, de auctoritate eorum ponit. Azo.

d ¶ Deo. Prima lex dicit quod mandat fieri Digesta, & quibus & qualiter faciẽt, & ex quibus libris. Secunda dicit quòd facta sunt, & dicit qualiter & ex quibus libris, & seruari præcipit. Itẽ dicit quòd mandauit fieri institutionem & quibus, & ex qua materia: & tandem præcipit seruari.
e ¶ *Neque armis.* vnde illud. non in fortitudine equi, nec tibiis volun tatem habebit &c.
f ¶ *Hócque opere.* i. Codice digesto.
g ¶ *Tuæ.* Triboniano loquitur: vt j. d. proxi. §. *nos itaque.*
h ¶ *His itaque.* s. sapientibus à Triboniano electis.
i ¶ *Vt & his omnib.* colli ge hic quæ sit materia b huius operis. i. digesti. Accursius.

b Digestorum
materia quæ

k ¶ *Scripserunt.* non ex licentia principis.
l ¶ *Sanctionem.* i. digestum.

II. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΙΟΥΣΤΙΝΟΣ
καὶ [illegible] ΑΑ.

Θεσπίζομεν μηδένα τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων [illegible] μείζονα τῶν εἰρημένων [illegible] ῥήματι προστεθέντα [illegible] ἢ ἄλλο τι [illegible] αὐτοῖς, πλὴν [illegible] τῶν συνδικαστῶν [illegible] τὰς ψήφους τὰς μνημονευθείσας ἄγραφον [illegible] θείαν κέλευσιν τὸν δικαστὴν [illegible] καὶ τὸν ἐνδοξότατον κοιαίστωρα [illegible] καὶ τοὺς [illegible] τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ὀρθῶς τὴν ἄγραφον θείαν κέλευσιν τὴν γινομένην ἐπὶ τοῖς προσιοῦσιν [illegible] δικαστὴν [illegible] ἢ ἄλλο τι [illegible] εἰς τὰς δίκας [illegible] ταχύτερον [illegible] τούτῳ γὰρ [illegible] μόνης τῆς θείας ἀγράφου κελεύσεως [illegible].

Latinè Ant. Contij.

SAncimus neminem clarissimorum magistratuum nostrorum maximorum aut mediorum suis inscribere sententiis quod diuino verbo iussimus ducendum esse alique aut deducendum, aut aliud quidpiam decernere, aut pronuntiare eorum, quæ fiunt ab ipsis præterquam syndicaston quod attinet ad coniudicum dationes in quibus rectè ferunt sententias referentes, nõ scriptam nostram interuenisse diuinam iussionem quæ iudicem vel coniudicẽ daret Similiter & gloriosissimum quæstorem sacri nostri palatij & spectabiles referendarios nostræ pietatis rectè non scriptam diuinam iussionem, factam ad eos qui nos adeũt & iudicem aut coniudicem poscunt aut aliud quid eorum quæ ad lites prolixas celerius finiendas aut clarius deadendas pertinent. In hoc enim & solo sacræ non scriptę iussionis mentionem fieri concedimus.

Heracleę Richomere & Clear. Coss.

TITVLVS XVI.

DE SENATVSCONSVLTIS.

Senatusconsulta sunt seruanda & contra ea rescripta non valent, & imperator punitur. b. d Sal.

1. *Imppp.* Grat. Valentin. & Theod. AAA. *ad Senatum.*

† al. Imppp.
Valentinia
Theodos. &
Arcad.

QVamuis senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem a, tamen nostris legibus etiam idem prosequimur: adiicientes, vt si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentauerit, vt transire ei formam liceat statutorum b: tertia patrimonij parte mulctetur, & damnatus ambitus crimine c, maneat infamis. Dat. vii Kal. Aug.

Codex.

TITVLVS XVII.

DE VETERE IVRE ENVCLEANDO
& de auctoritate iuris prudentium qui in Digestis referuntur.

1. *Imp.* IVSTINIANVS. A. *Triboniano viro eminenti ss. quæstori sacri pa atij.*

* leguntur.

† Hæc constitutio reperitur etiam in capite Digestorum, cum inscriptio. DE CONCEPTIONE DIGESTORVM.

DEo d † auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cælesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum reipublicæ sustentamus: & ita animos nostros ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis e confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio: sed omnem spem ad solam prouidentiam referamus summæ trinitatis, vnde & mundi totius elementa processerunt, & rerum dispositio in orbem terrarum producta est. Cum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum auctoritas, quæ & diuinas & humanas res benè disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem (qui ab vrbe condita & Romuleis descendit temporibus) ita esse confusum, vt in infinitum extẽdatur, & nullius humanę naturæ capacitate cõcludatur: prius nobis studium fuit à sacratissimis retro principibus initium sumere, & eorum constitutiones emendare, ac viæ dilucidæ tradere: quatenus in vno codice congregatæ, & omni superuacua similitudine & iniquissima discordia absolutæ, vniuersis hominibus promptum suæ synceritatis prębeant præsidium. Hócque f opere cõsũmato, & in vno volumine nostro, nomine præfulgente, coadunato cum ex paucis & tenuioribus releuati, ad summam & plenissimam iuris emendationem peruenire properamus, & omnẽ Romanã sanctionẽ & colligere, & emendare, & tot auctorum dispersa volumina vni codici indita ostendere, (quod nemo alius neque sperare neque optare ausus est:) res quidem nobis difficillima, imò magis impossibilis videbatur: sed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio inuocato eam quoque curam nostris animis reposuimus, freti Deo, qui & res penitus desperatas donare, & consummare virtutis magnitudine potest. Et ad tuæ g synceritatis optimum respeximus ministerium: tibique primum hoc opus commisimus, ingenij tui documentis ex codicis nostra ordinatione acceptis: & iussimus, quos probares tam ex facundissimis antecessoribus, quàm ex viris disertissimis togatis fori amplissimę sedis ad sociandum laborem eligere. His itaque h collectis, & in palatiũ nostrũ introductis, nobísq; tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamen, vt tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. Iubemus igitur vobis, antiquorũ prudentiũ, quibus auctoritatẽ conscribẽdarũ interpretandarúmq. legum sacratissimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere, & elimare: vt ex his omnibus i materia colligatur, nulla (secundum quod possibile est) neq. similitudine, neq. discordia derelicta: sed ex his hoc colligi quod vnum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes scripserunt k, quorũ scripturæ à nullis auctoribus receptæ, nec vsitatæ sunt. neque nos eorũ volumina nostrã inquietare † sanctionẽ l dignamur. Cumq. hęc ma-

† inquinare

teria à summa † nostri numinis liberalitate collecta fuerit, [a]oportet eam[b] pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctissimũ templum iustitiæ consecrare, & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius degerere, tam secundum codicis nostri constitutionem, quàm edicti perpetui imitationem, prout hoc nobis[*] cõmodius esse potuerit, vt nihil extra memoratã cõsummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum per mille & quadringentos penè annos cõfusum, & à nobis purgatum, quasi quodam muro vallatum nihil extra se habeat: omnib auctoribus iuris æqua dignitate pollentib. & nemini quadam prærogatiua seruanda: quia non omnes ĩ omnia[*], sed certi per certa vel meliores vel deteriores inueniuntur. Sed neq. ex multitudine[d] auctorũ, quod meli[*] & æquius est iudicatote: cum possit vnius forsan & deterioris sententia & multos & maiores aliqua in parte superare. Et ideo ea quæ ĩ notis[e] Æmilij Papiniani ex Vlpiano & Paulo: necnõ & Martiano adscripta sunt, q̃ antea nullam vĩ ꝓpter honorem splendidissimi Papiniani obtinebant, nõ statim respuere[f]: sed si quid ex his ad repletionem summi ĩgenij Papiniani laborum, vel interpretationem, necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere, legis vicem[*] obtinens, nũ moremini: vt omnes qui relati fuerint in hunc codicem prudentissimi viri, habeãt auctoritatem, tãquam si eorũ studia ex principalibus constitutionibus profecta, & à nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia[g] enim meritò nostra facimus[*], quia ex nobis omnis eis impartietur auctoritas. Nam qui subtiliter[h] factum emendat, laudabilior est eo qui primus inuenit.

Sed in hoc studium vobis esse volumus, vt si quid in veteribus libris non benè positum inueniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum: superuacua longitudine semota, & quod imperfectum est repleatis, & omne opus moderatum & quàm pulcherrimũ ostendatis. Hoc etiam nihilominus obseruando, vt si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris posuerunt, non rectè[i] scriptum inueniatis: & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis: vt hoc videatur esse verum & optimum, & quasi ab initio scriptum, quòd à vobis electum & ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Cum enim antiquã lege quæ regia nuncupabatur, omne ius omnisq. potestas po. R. ĩperatoriã translata sit[k] potestatẽ: nos verò sanctionem omnẽ non diuidimus in alias & alias cõditorum partes, sed totam nostra esse volumus, ne quid possit antiquitas nostris legib. abrogare. Et in tantum volumus eadẽ omnia cum reposita sunt, obtinere: vt si aliter fuerint apud veteres conscripta in contrariũ autem in compositione nostra inueniantur: non scripturæ sed nostræ electioni hoc adscribatur. Nulla[l] itaq. in omnib. prædictis codicis[m] membris ἀντινομία (sic. n. à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquẽ sibi locum vindicet: sed sit vna concordia, vna consequẽtia, aduersario nullo constituto. Sed & similitudinem (secundum quod dictum est) ab huiusmodi cõsummatione volumus exulare: & ea quæ sacratissimis cõstitutionib. quas in codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex veteri iure non concedimus: cum dualium constitutionũ sanctio sufficiat ad eorum auctoritatem, nisi fortè vel propter diuisionem, vel propter repletionem, vel pleniorem indaginem hoc contigerit: & hoc tamen perraro, ne ex cõtinuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid ĩ tali prato spinosum. Sed & si quę leges in veterib. libris positę, iam per desuetudinem abierunt: nullo modo vobis easdẽ ponere permittimus: cum hæc tantummodo obtinere velimus quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius almæ vrbis comprobauit, secundum Saluij Iul. scripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates consuetudinem Romæ[n] sequi & leges quæ caput[*] est orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligimus non solùm veterem, sed etiam regiam nostram, quæ Deo propitio melioribus condita est auguriis. Ideoque iubemus duob. istis codicibus[o] omnia gubernari: vno constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum codicem[p] componendi: vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum institutionum vicem obtinens[q] vt rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur scientiam. Nostram autem consummationem, quę à nobis Deo annuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis iuris peritis in posterum audentib. commentarios[r] illi applicare, & verbositate sua supradicti codicis compend.ũ confundere: quemadmodum in antiquioribus temporibus factum est cum per contrarias interpretantium sententias totum penè ius conturbatum est: sed sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitas (quę παράτιτλα nuncupantur) quædam admonitoria[t] eius facere, nullo ex interpretatione[u] eorum vitio oriundo. Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio: iubemus non per signorum captiones, & compendiosa ænigmata (quæ multas per se, & per suum vitium ἀντινομίας induxerunt) eiusdem codicis textum cõscribi, etiam si numerus librorum significetur[x], aut aliud quicquam. Nec enim hæc per specialia signa numerorum manifestari, sed per litterarum consequentiam explanari concedimus. Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vnà cum aliis facundissimis viris studeat, & tam subtili quàm celerrimo fini tradere: vt codex[y] consummatus, & in quinquaginta libros digestus[z], nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prouidentiæ argumentum, & nostri imperii vestrique ministerij gloriam.

Dat.

a ¶ *Fuerit*. id est q. a vos legeretis & elimaueritis.
b ¶ *Eam*. sc. materiam.
c ¶ *Prerogatiua*. ¶ Arg. cõtra j. *de offic. rectoris. prouinciæ. l. potioris.* & not. hic hoc verbum.
d ¶ *Ex multitudine*. sic[a] pro testibus: *vt ff. de testibus. l. ob carmen. § fina.*
e ¶ *In notis*. id est libris Papiniani notatis per istos alios. Accur.
f ¶ *Respuere*. sc. velitis.
g ¶ *Omnia enĩ*. Nota omnia[b] enim meritò &c.
h ¶ *Subtiliter*. si habes, nõ subtiliter: dic, non subtiliter factũ qui emendat &c. Si habes, nõ insubtiliter, dic emẽdat nõ insubtiliter, sed subtiliter. *sic. ff. de heredibus instituendis. l. j § .ij.*
i ¶ *Rectè*. quoad sententiã, sed superior. §. quoad ordinationem.
k ¶ *Translata sit*[c]. id est cõcessa. *sic. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. l. j. in fi.*
l ¶ *Nulla*. Nota nullũ contrarium[d] vel simile in legibus reperiri vel inueniri: *vt j. l. proxi. §. per contrarium.*
m ¶ *Codicis*, s. Digesti.
n ¶ *Romæ sequi*. vt ff. de legibus & senatuscõsultis, de quibus. ¶ Itẽ not. Romam[e] caput orbis.
o ¶ *Codicib*. id est Codice & Digesto.
p ¶ *Codicem*. id est Digestum.
q ¶ *Obtinens*. repete, iubemus.
r ¶ *Commẽtarios*. scilicet faciendo & addẽdo nouas leges. Nam nõ prohibet exponi istas. sed verius est quòd reprobet: vt statim patet.
s ¶ *Codicis*. id est digesti.
t ¶ *Admonitoria*.[f] signa antiqua quę vicẽ tenẽt concordantiarum[g].
u ¶ *Ex interpretatione*. de qua dixi supra de legi. & consti. l. j.
x ¶ *Significetur*. quia dicit. Iul. lib. x. continuè enim debet scribi.
y ¶ *Codex*. id est Digestũ.
z ¶ *Digestus*. id est fact[*].

* al. Cumque hæc materia summi numinis liberalitate collecta &c.
a Ex multitudine non iudicãdum sed ex qualitate dicentium, proficantium, testantium & similium.
* alias, prout hoc vobis cõmodius esse patuerit.
b Nostra dici possunt, quæ nobis mandãtibus facta sunt.
* Hæc verba ponuntur in glos. super verb. Oratio, in l. vt Veterum distin. 9.
c Populi potestas omnis in Imperatorem translata.
d Contrariũ multum in legibus, vt hic de quo tamen dubitari meritò potest: vt alias notaui.
e Roma caput orbis.
* alias, legitum.
f Admonitoria ad leges interpretandas quid.
g Concordantiæ hic vocantur ... legis & ..., quæ in speciẽ tales videntur.
* Concor. Gl. sic in c. ... extra de transa. vbique verba formaliter recitantur.
* Phi. lib. 5. a. 5.

a ¶ Tanta.] Quę. sc. tempora.
b ¶ Vacillantem. scilicet sanctionem. & vocat tam imperatorum quā aliorum leges sanctionem.
c ¶ Hoc. scilicet antiquum ius.
d Extendentem. repetes, sanctionem.
e ¶ Neque contrarium. neque idem. nisi iuris diuisione adiuuetur: vt supra. l. pro vi. §. nulla. & de nouo codice facien. §. quibus.
f ¶ Præsidium. id est Deum qui est præsidium mortis.
g ¶ Centena millia versuum. versus appellat leges, vel paragraphos, vel responsa.

† Extat etiam hæc constitutio in capite Digestorum cum hac inscriptione: DE CONFIRMATIONE DIGESTORVM.
* Vide Alciatum dispunct. lib. 1. c. 23.
a Versus pro legibus para graphis vel responsis. vt hoc. aut potius pro lineis.
* Error calculi hoc loco deprehenditur in pandectis Florentinis. Nam Iustinianus circa annū vrbis 1279. imperare cœpit. Itaque in cētum annis, & quod excurrit summa hæc annorum maior est quàm esse debeat. Itaque suspicor legēdum trecētos: quomodo hic legatur in pluribus impressis, nec ferēda est quorundā balbutiētium audacia, Triboniani alios potius hic mordentium

Dat. XIIII. Kalend. Ianua. Constantinopo. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

FELICITER.

II. *Impp.* † CAES. FLA. IVSTIN. AAA. *ad Senatum & omnes populos.*

TAnta * circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatib. nos substētare dignetur. Post bella. n. Parthica ęterna pace sopita, póstq. Vvādalicā gētē erepta, & Carthaginem, imò magis omnē Libyā Romano īperio iterum sociatā: etiam leges antiquas iā senio prægrauatas, per nostrā vigilātiā prębuit ī nouam pulchritudinem & moderatum peruenire compēdiū: quod nemo ante nostrum īperiū vnquā sperauit, neq. humano īgenio possibile esse penitus existimauit. Erat. n. mirabile, Romanam sanctionē ab Vrbe condita vsq. ad nostri īperij tēpora (quæ[a] penè ī mille & trecētos * annos cōcurrūt) itestinis prœliis vacillātē[b], hócq.[c] & in īperiales cōstitutiones extēdētē[d], ī vnā reducere cōsonātiam, vt nihil neq.[e] cōtrariū, neq. idē, neq. simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro reb. singulis positæ vsquam appareant. Nanq. hoc cœlestis quidem prouidētiæ peculiare fuit: humanæ verò ībecillitati nullo modo possibile. Nos itaq. more solito ad īmortalitatis præsidiū[f] respeximus, & summo numine inuocato, Deū auctorē, & totius operis præsulē fieri optauimus: & omne studiū Triboniano viro excelso, magistro officiorum, exquæstore sacri nostri palatij & excōsule credidimus, eiq. omne ministeriū huiusmodi ordinationis imposuimus, vt ipse vnà cū aliis illustrib. & prudētissimis viris nostrū desideriū adimpleret. Nostra quoq. maiestas semper inuestigādo & perscrutando ea quæ ab his cōponebantur, quicquid dubiū & īcertū inueniebatur, cū numine cœlesti rectè emēdabat, & ī cōpetentē formā redigebat. Oīa igitur cōfecta sunt domino & Deo nostro Iesu Christo possibilitatē tā nobis quàm nostris in hoc satellitib. præstante. Et prīcipales quidē cōstitutiones duodecim libris digestas, iā ante ī codicē nostro nomine præfulgentem cōtulimus. Postea verò maximū opus aggrediētes, ipsa vetustatis studiosissima opera iam pænè confusa & dissoluta, eidē viro excelso permisimus tā colligere, quàm certo modo ramini tradere. Sed cū oīa percūctabamur, à præfato viro excelso suggestū est duo penè milia librorum esse cōscripta, & plusquam tricies cētena milia versuum[g] à veterib. effusa: quæ necesse esset oīa & legere, & perscrutari, & ex his quod optimū esset eligere. Quod cœlesti fulgore & summæ trinitatis fauore cōfectum est, secundū nostra mandata quæ ab initio ad memoratū virum excelsum fecimus, & in quinquagīta libros omne quod vtilissimū erat collectū est, & oēs ambiguitates, decisæ sunt, nullo seditioso relicto: noménq. libris īposuimus Digestorum seu Pandectarū, quòd oēs disputationes & decisiones in se habeāt legitimas. Nā quod vndiq. fuit collectū, hoc in sinus suos receperūt[b], in cētū quinquaginta pænè milia versuum totū opus cōsummā. tes. & in septē partes eos[c] digessimus, non perperā, neq. sine ratione: sed in numerorū naturam[d] & artem respicientes, & cōsentaneam eis[e] diuisionem

b al. recepe runt. f. Digestum.
c Eos versus
d Naturā & artem. Cōstat enim ex di gnioribus partibus. l. tribus, & sic ex trinitate, & iij. &c. sicut quatuor elementis. & incipit hic liberum f. diuidere.
e Eis. versib.

partium cōficientes. Igitur prima quidem pars totius contextus (quæ Græcè τὰ πρῶτα nuncupatur) in quatuor libros reposita est. Secundus autē articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellatur. In tertia verò cōgregatione cūcta quæ de rebus nominantur, cōtulimus, octo libris ei deputatis. Quartus autem locus, qui & totius compositionis quasi quidā inuenitur vmbilicus, octo libros suscepit: in quorū primo oīa quæ ad hypothecam pertinent, reposita sunt, vt nō à pignoratitia actione in libris de rebus posita multum distarent. Alio libro eidem inserto volumini, qui ædilitiū edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationem quæ euictionib. apposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum consentanea sunt: & prędictæ actiones quasi pedisse quæ illarum ab initio processerūt: in vetustioris quidē edicti ordinatione in loca deuia & multū distantia diuagantes, per nostram autē prouidentiā[a] his cōgregatæ cū oportuerat ea quæ de eodem penè loquuntur, in cōfinio ponere. Alius deniq. liber post duos primos nobis excogitatus est, de vsuris & traiectitiis pecuniis, & de instrumentis & testib. seu probationib. necnon præsumptionibus: & memorati tres singulares libri iuxta cōpositionem de reb. positi sunt. Post hos quę de sponsalibus, & nuptiis, de dotibus, & legib. earū dicta sunt, reposuimus, trib. librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros conscripsimus, & memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus, omnia vndiq. tam vtilissima, quàm pulcherrima iura continētem[b]. Quintus autem nobis exoritur Digestorum articulus, in quo de testamētis & codicillis tam priuatorum quàm militū omne quicquid antiquitus dictum est, inueniat quis repositum, qui[c] de testamentis appellatur. De legatis autē & fideicōmissis quinq. librorū numerus aggregatus est. cúmque nihil tam peculiare fuerat, quam legatis quidē legis Falcidiæ narratio[d], fideicōmissis autē, quàm senatuscōsulti Trebelliani[e]: singulis libris vtriq. eorū applicatis tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autē senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. Captiosas etenim, & ipsis veterib. odiosas Pegasiani senatuscōsulti ambages, & vtriusque senatusconsulti inter se tam superuacuas, quàm scrupulosas diuersitates respuētes[f], totum ius super his positum Trebelliano senatuscōsulto adiudicauimus. Sed & in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa quæ in reb. non prosperè gestis & tristib. tēporib. Romanis increbuit calamitatib. bello coalescens ciuili, in nostris remaneat tēporibus, quæ fauor cælestis & pacis vigor firmauit, & super omnes gētes in bellicis victoriis posuit: ne luctuosum monumentū[g] lęta secula inumbrare concedatur. Sexta deinde pars Digestorum exoritur: in qua omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ tam ad ingenuos quàm ad libertinos respiciāt: & ius omne quod de gradib. & adfinitatibus descendit, legitimæq. hereditates, & omnis ab intestato successio: & Tertyllianum & Orfitianum senatusconsultum: ex quib. matres & filij inuicem sibi heredes existunt: in geminos libros cōtulimus, bonorum possessionis multitudinem in cōpendiosum & manifestissimum ordinē cōcludentes: Post hac, ea quæ de operis noui nunciationib. damniq. infecti, & de ædificiis dirutis, & eorum insidiis, &

a Prouidentiā l. Digestorum cōpilationē.
b Continētem f. ordinationem.
c Qui articulus: sed alii legunt adiectiue.
d Narratio. subaudi, adiūgatur.
e Trebelliani repetes, narratio adiungatur.
f Respuentes. f. nos.
g Monumentum. i. memoria.

[a] ❡ Retrib. ann's. Nota tribus annis factas leges. quod facit ad id quod not. §. de iustin. co. confir. in fi. ❡ Itē no. vilissima pecunia posse libros cōparari: qđ

de aqua pluuia arcēda veterib. auctorib. placita sunt: necnō quę de publicanis & donationibus tā iter viuos quàm mortis causa cōficiendis, cauta legib. inuenimus, in librū singularē deduximus. De manumissionibus autē & de liberali causa alius liber respondet: quemadmodū & de acquisitione tā dominij, quàm possessionis, & titulis qui eā inducunt, multæ & variæ lectiones vni sunt insertæ volumini: alio libro deputato his qui iudicati vel in iure confessi sunt: & de bonorum detentionibus & venditionibus: & vt ne quid in fraudem creditorum fiat.

Pōstq. hæc oīa iterdicta glomerata sunt, & deinceps exceptiones: & de tēporū prolixitatib. & de obligationib. & actionib. liber iterū singularis extēditur: vt præfata sexta pars totius Digestorū voluminis octo libris definiatur. Septimus autē & nouissimus articulus Digestorū sex libris formatus est: i quo de stipulationib. seu verborū obligationib. & fideiussorib. & mādatorib. necnō nouationibus, & solutionib. & acceptilationibus, & de prætoriis stipulationib. omne quidē i[a] iuenitur gemino volumine iscriptū esse, quod i libris antiquis nec numerare possibile fuit. Et post hæc duo terribiles libri sunt de delictis priuatis & extraordinariis, necnon publicis criminibus: qui omnē continent seueritatē pœnarúmq. atrocitatē. Quib. permixta sunt, & ea quæ de audacib. hominib. cauta sunt, & qui se celare conātur, & cōtumaces existunt: & de pœnis quæ cōdēnatis isligūtur vel cōcedūtur: necnō de eorum substantiis. Liber autē singularis de appellationibus nobis excogitatus est cōtra sentētias tā ciuiles, quā criminales causas finiētes. Cætera autē oīa quæ de municipalibus, vel decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nūdinis, & pollicitationibus, ac diuersis cognitionibus, & censibus, & significationib. verborū à veterib. iuenta sunt, quæq. regulariter[b] definita, i se recipit quīquagesimus totius cōsummationis perfectus[c]. Quæ oīa per virū excelsum necnon prudētissimū magistrū, ex quæstore & exconsule Tribonianū: qui similiter eloquentiæ & legitimæ sciētiæ artib. decoratus, & i ipsis rerū experimētis emicuit: nihilq. maius nec charius nostris vnqoàm iussionib. duxit: necnō per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, i. Cōstantinum virum illustrem comitē sacrarū largitionū, & magistrū scrinij libellorū, sacrarúmq. cognitionum: qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese cōmendauit: necnō Theophilū virū illustrē magistrum, iurisq. peritū i hac splēdidissima ciuitate laudabiliter optimā legū gubernationē extēdētē[d]: & Dorotheū virū illustrē & facundissimū quæstorē[e], quē i Berytiēsium splēdidissima ciuitate leges discipulis tradētē propter eius optimā opinionē & gloriā ad nos deduximus, participémque huius operis fecimus: sed & Anatoliū virū illustrē magistrū, qui & ipse apud Berytiēses iuris iterpres cōstitutus, ad hoc opus adlectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedēs: cū & pater eius Leōtius, qui post Patriciū iclytæ recordationis quæstorem & antecessorē, & auus eius Eudoxius post Leōtiū virū gloriosissimū prætoriū cōsularē atq. Patriciū filios eius optimam sui memoriā in legib. reliquerit: Necnō & Cratinū virū illustrē, & comitē sacrarū largitionū, & optimū antecessorē huius almę vrbis cōstitutū. Qui oēs ad prædictū opus electi sunt vna cū Stephano, Mēna, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leōtio, Platone, Iacobo, Cōstātino, Ioāne, viris prudētissimis: qui patroni quidē sunt causarū apud maximā sedē præfecturæ quæ Oriētalib. prætoriis præsidet: oēs autē suæ virtutis testimoniū vndiq. accipiētes, & à nobis ad tāti operis cōsummationem electi sunt: & cum omnes in vnū cōuenerūt, gubernatione Triboniani viri excelsi vt tātū opus nobis auctoribus possent conficere: Deo propitio in quinquaginta libros opus consummatum est.

[a] al. in repete. positū est.

[b] Regulariter hic. apparet quod regulæ iuris sunt de ff.

[c] Perfectus. s. liber. al. disperfectio.

[d] Extendentem, id est docentem.

[e] al. antecessorem.

est libello, adsumpto ad id optimo Iulia. in oratione quã in cõmune habuit in seniore Roma, hoc ipsum quoq. ait, vt si quid pręter id quod iam ordinatũ est emerserit, cõueniẽs est eos qui in magistratu sunt, illud conari decidere & remedium imponere secũdum eorum quæ iam ordinata sunt, cõsequentiam [imitationem] Hæc igitur oẽs. dicimus autem vos, * magne* Senatus, & omnes nostræ reip. homines cognoscentes, grati quidem cõfitemini Deo, qui nostris temporib. tantum bonum seruauit: vtimini vero nostris legib. nulli earũ quæ veterib. libris inscriptæ sunt attẽdẽtes, neq. ad ea quę nunc posita sunt, illas cõpar. tes, quia etsi vide. tur quædam inuicem non cõsonare, tamẽ prius illud & vetustius nobis vt imperfectum displicuit, nunc autẽ hoc visum est debere obtinere. Nam prohibem' illis in posterũ vti, hæc autẽ sola obseruari in rep. & obtinere concedimus & sancim', ita vt qui conat' fuerit ex priorib. libris, & nõ ex his duob. solis & cõstitutionum [libro] à nobis cõpositis vel factis, vti quibusd. legib. vel eas in iudiciis legere, vel si quis iudicauerit ex his, apud se recitari eas passus, falsi re' erit & publicorum criminum iudicatus & pœnæ addictus, quod, etsi non dicerem', vel ex hoc ipso manifestũ esset. Sed & hoc optimum fore iudicauimus pręponere Digest. volumini, & veteres iuris cõditores & illorum vol. & vnde collectio facta sit legum nunc à nobis congestarum. quod & fieri iussimus & factum est, & simul ea quæ de his reb. cõscripta sunt supponi huic diuinæ nostræ constitutioni præcipimus, vt omnib. fiat manifestum, & quid prioris inexperientiæ simul & incertitudinis esset, & quid à nobis ad inuentum. Legislatores autem seu legum interpretes illos cõgessimus, qui apud oẽs probati & recepti erant, & priorib. imperatorib. placuerant, & qui ab his nominari meruerunt. Si. n. aliquis nondum veterib. legislatorib. cognit' est, nos & huic interdixim' huius volum. cõmunicationem. omnib, sanè hîc positis vnum ordinem & dignitatem parem dedim', nulli cuipiam maiore quã cæteris data prærogatiua. Si. n. his quæ ab illis scripta sunt omnib. imperialiũ cõstitutionũ dedimus robur, quid est quod in his ampli' quódq. minus haberi debeat? Illud autẽ quod statim cum hãc compositionẽ legũ congregari mandarem', iussim', iterũ & nunc sancimus illud confirmando, omnib. similiter interdicim' ne quis audeat hominũ qui sunt nũc, aut in posterũ erunt, cõmentarios scribere harũ legũ, præterquã si velit quis in Græcã lingua hæc transferre, quę etiã volum' sola secũdũ pedem seu catapoda nuncupata vti legum interpretatione. & si quid secundũ nominatorum paratistorũ vt cõueniens est adscribere voluerit vsum, aliud aũt nihil omninò ne tãtillum quidẽ circa ea facere, nec rursum dare seditionis & dubitationis, aut infinitæ multitudinis, legib occasionẽ, id quod antea in antiqui edicti factũ est ordinatione, ita vt illud breuissime cõstitutũ, ex differentiũ cõmentariorũ differẽtia seu diuersitate in infinitã extenderet multitudinem. Si quid. n. fortè ambiguũ fuerit visum vel litiũ certatorib. vel his qui reb. iudicãdis pręsunt, hoc imperator interpretabit rectè. nam hęc facultas illi soli legib. permissa est. Itaq. quisqs ausus fuerit ad hãc nostram legũ compositionẽ cõmentarium aliquod adiicere: aliter atq. nostrę huius iussionis forma prę scribit, is sciat quod & ipsi falsi reo legib. futuro, & quod cõposuerit eripiet, & modis omnib. corrũpet. Eadem pœna imposita & aduersus eos qui notis [seu signis] quibusdam in scriptura vtentur, (quæ signa singulas vocant) & qui per ea conturbare

* patre conscripti.

a ¶*Ageres.* ô miles, i.[a] defenderes, *sic ff. de edend. l. j. in princ. & de re iudic. l. sæpè.* sic contra *j. de testi. l. j.* 2 Vel propriè:[b] quia qui excipit, agit: *vt ff. de except. l. j.* nam reus in exceptione fit actor.

b ¶*Armatæ.*[c] milites enim nostros, &c. *vt j. de iu. delib. l. fin. in princ.* Sed quid si rusticus? Resp.[d] idem non potuit consulere peritiores: *vt ff. eo. l. regula. §. sed iuris.* aliud in aliis. *vt j. sen. resc. ind. non poss. l. peremptorias. ff. de bo. pos. l. in bonorum.* Solue secundum illam, & distingue.

c ¶*Allegationes.* i. exceptiones, s. il peremptorias.

d ¶*Permitto.* ipso iure alij per restitutionem in integrum.

e ¶*Ex sententia.* s. actione[f] in factum, quæ descendit ex sententia: *vt infra de re. cred. l. actioni.*

f ¶*Vti.* tria pro milite faciút, quia miles, quia certat de dãno vitádo, & quia reus. Duo cótra eum, s. res iudicata, & iuris ignorantia.

¶Item[g] no. hic[h] casum vbi peremptoria[i] post[k] sentétiam opponitur. 2 Secundus. *ff. de re iud. l. Nesennius. §. fi.* 3 Tertius *ff. de fideiu. l. si fideiussores. §. idem respon.* 4 Quartus *ff. ad Maced. l. tametsi nõ opposita.* 5 Quintus *j. de procur. l. licet.* 6 Sext[us] *ff. de min. l. minor. xxv. anno. omissam.* 7 Ali[us] *vt ff. sol. matrim. l. ex diuerso. §. fi.* 8 Alius vbicunq; dico iudiciũ nullũ fuisse, quia iudex incompetés, vel excõmunicatus: *vt j. quãdo prouoc. non est nec. per totum. & j. l. si à non compet. per totu.* licet[l] impropriè dicas exceptio hoc casu, & in falso procuratore, cum nullũ sit iudicium: *vt in d. l. licet.* licet aliàs auté præter istos casus post sentétiam opponi nõ potest: *vt j. sen. rescin. non poss. l. peremptorias.* ¶Dilatoria[m] dic vt *j. de probationib. l. exceptionem.* ADDITIO. Dic quòd idem est iudiciũ de dilatoriis sicut de peremptoriis. s. quòd poterunt opponi post sentétiam definitiuam. Ful. & Ial. hic

scripturam tétauerint, nec per totam cõsequétia literarum numeros & nomina veterũ prudétum, & totã legũ positioné scripserit. Sciát etiã librorũ ita scriptorũ cõparatores, se inutilis fore libri dominos. neq. n. damus licétiã talib libris in iudicijs vti & aliquid agere, etiam si cõtingat librũ in ea ipsa parte, quę recitatur, nullũ habere tale signũ, [aut notam] sed in alia quacũq. sui parte, quáuis semel tantũ id admissum sit. Itaq. ipse quidem eum librum pro nõ scripto prorsus habebit. is auté qui eum scripserit & ignoráti emptori dederit, duplũ soluet eius æstimationis, ei qui ita in quãtitate damnum passus fuerit, nihilominus iniũgéda criminali pœna. Hoc etenim & in alijs cõstitutionib. ea de re positis scripsimus: tam his quę Latina processerũt voce quàm ea quæ Græcorũ lingua: quam quidé ad legum professores rescripsim[us]. ¶Hęc igitur volumina (Institutorũ & Digest. dicimus) ex fine tertij nostri fœlicissimi cons. suum robur obtinere sancimus .i. ex ante tertiũ kal. Ianuariorũ præsentis duodecimę indictionis in omne ęuum valitura, & vnà cum imperialib. cõstitutionib. vigoré & locum habitura, tam in his quæ postea emerserit, quàm his quę in iudicijs adhuc pendent, necdum amicalib. tradita sunt trãsactionib. Quodcunq. n. hactenus vel iudicatum, vel transactũ est, retractari non sustinemus. Quem quidem cõsulatum tertium nobis nominatissimũ * dedit Deus, quando & sub ipso pax cum Persis cõfirmata est, & hoc tantùm legum volumen repositum est, quod à nemine maiorum vnquã excogitatum fuit, atq. ad hæc tertia pars mũdi, dicimus auté totam Lybiam, nostris adiũcta est sceptris, cũa hęc à summo Deo, & sotere nostro Iesu Christo dona, tertio nostro consulatu indulta. ¶Oẽs itaq. laudatissimi nostræ Reip. magistratus diuinam hanc nostrã su-

CVm ignorãtia.] CASVS. Quidã fecit talem quæstioné: Mater mea mortua est. eius hereditatem repudiaui[n], quam nũc vellem, nunquid ego eã petere potero? dicit Imperator, quare repudiasti? Dicit ei, Domine, iuris ignorantia ductus: Respon. imperator: serò venisti ad petendam illam hereditatem, eo quòd per ignorantiam iuris eam repudiasti. Viuianus.

g ¶*Non possis.*[o] ô fili.

h ¶*Desideras.* Imò videtur audiri: *vt j. de repud. hered. l. fin. quæ est contra.* Solue. illic in paterna hereditate loquitur: hic in materna, hoc non placet, quia & in materna videtur admitti post renunciationem: *vt ff. ad Tertyl. l. filij. §. j. quæ est contra.* Solut. refert[a] an renũtiet eo modo vt in perpetuũ eam nõ habet, vt hic: an dicat non adeò, quia magis differt tunc *argum. j. vnde lib. l. final.* Vel hic præterierat[b] annus intra quẽ per l. illã filij poterãt adire, & ideò dixi sera prece. Tu dic quòd hic alius adiuerat: ibi non. *ar. ff. de min. l. quod si minor. §. Scæuola. & ff. de success. edict. §. sed videndum. & d. l. de repud. hered. l. fin.* ¶Et no. tria facere contra istũ, quia maior, quia ius ignorauit, & quia de lucro certat.

Agere pro accipere, et excipere pro agere.
b Nihil est Bar. & Ias. facere tegendũ impropriè.
c Vtrum hæc lex habeat locum in militibus nostri temporis & quasi militibus, vi. de Cynum & Bartol. hic.
d Placet in Pau. & Ful. displicet tamen Bar. Pau. Bal. Salyc. & Iason.
e Ratio est quia non laborat eodem animo in casibus iure ex prosequi tractandi.
e Exceptioné aliã offerunt aduersus sententiã quia nulla est: aliã contra executionem sententiæ: alia cõtra actionem primam in sententia renouatam quasi vt opponi oporteat. vide Bart. hic num. 2. 3. 4. 5. 6.
f Ex sententia actio in factũ descendit.
g Abuditur Gl. in §. appellantur Inst. de exceptio.
h Peremptoria quibus casibus post sententiã opponitur.
i Exceptio omnis quæ nõ repugnat sententiæ, potest etiam opponi post sententiã quæ trãsiuit in rem iudicatã etiam in executione. vide Capellã Tholosanã decis. 258. 561. Gloss. in l. 41. inc. ff. de re iudic.
k Est exemplũ dilatoriæ non peremptoriæ.
l Quidam putant hãc legé locum etiam habere in militibus omittentibus exceptiones dilatorias ex mirũ quod beneficia Principum latissimè interpretari oporteat, quod Bartolus non admittit, motus scilicet q priuilegia stricte accipienda sunt.
m Dilatoriæ post sententiam definitiuam non possunt opponi nisi certis casibus, de quibus supra & ratio est quia ex definitiua sententia ius oritur & exceptiones dilatoriæ quia declinatoriæ iudicis, & procuratoria l. j. ff. de exceptio.
n Hereditate repudiata an possit adiri. vi. d. Bal. hic.
o Ignorantia iuris facile excusari nõ potest.

scipientes cõstitutioné, vt vtatur prędictis nostris legib. vnusquisq. in suo procurabit iudicio. Proponet auté eam in maxima & regia hac vrbe, & eius gloriosissimus præfectus, curæ autem erit excellentissimo & laudatissimo nostro magistro, & gloriosissimis atq. beatissimis præfectis sacrorum nostrorum prętoriorum, tam his quæ ad solé orientem, quàm his quæ in Illyride, nec nõ his etiam quæ in Lybia sunt, per sua edicta *, his qui sub ipsis ordinati sunt ista facere manifesta, ad omnium nostrorum subditorum inexcusabilem notitiam. Dat. xvij. Kal. Ian. Domino nostro Iustin. perpetuò Augusto III. Consule.

TITVLVS XVIII. DE IVRIS FACTI ignorantia.

Permittitur militi qui exceptioné peremptoriam per iuris ignorantiã ante sententiam non obiecit, vt eam post sententiam possit opponere. Baldus & Salycet.

I. Imp. ANTONIN. A. Maximo * militi.

QVàuis † cùm causam tuam ageres[a], ignorãtia iuris propter simplicitaté armatæ, militiæ allegationes[c] cõpetentes omiseris: tamen si nõdum satis fecisti, permitto[d] tibi, si cœperis ex sententia[e] conueniri, defensionib. tuis vti[f]. Dat. 7. Kal. Ma. duob Asperis Coss.

Renuncians hereditati maternæ, eam postea non potest adire, licet prætendat iuris ignorantiam. Bald.

II. Imp. GORDIANVS. A. Iuuenali.

CVm ignorantia iuris excusari facilè nõ possis[g], si maior annis 25. hereditati matris tuę renũtiasti, sera prece subueniri tibi desideras[h]. Dat. 13. Kal. Maij Ariano & Papo Coss.

Lapsus temporis petendi bonorum possessionem, inducit tacitã & irreuocabilem repudiationem. Bal. Vel sic: ignorantia iuris non excusat in lucro, seu quasi lucro captãdo. h. d. Pau. de Castro, & Salic.

III. Imp. PHIL. A. Marcellæ.

SI emancipata[i] à patre intra annum bonorum possessionem petere cessasti, prætẽdere iuris ignorantiã nullis rationibus[k] potes. Dat. XVI. Kal. Iul. Peregrino & Æmil. Coss.

SI emãcipata.] CASVS Titius habebat filiã, quam emancipauerat, decessit iure intestatus: ista filia non petiit bonorum possessionem intra annum, voluit postea petere prætédens ignorantiam iuris, nunquid potest? Dicit quod non. Viuianus.

i ¶*Si emancipata.* secus si non emancipata, quia tunc intra triennium auditur, *vt j. de rep. here. l. vlt. quæ est contra,*[c] imò hoc iure prorio. ¶Item not. quòd tria faciunt contra istam: quia maior, quia de lucro certat, & quia in iure errauit.

k ¶*Nullis rationibus.* cùm potuisti consulere peritiores, aliàs secus: *vt ff. de bon. poss. l. in bonorum.* Sed videt quòd iuris[d] ignorantia non obsit in dammis vitandis: *vt ff. de iur. & fact. igno. l. error.* hoc autem est dãnum, cùm patris hereditas sit debita filiæ, *vt j. de condic. l. fin. §. pe.*[e] Sed resp. nõ est debita, sed quasi[f] debita: *vt j. de curat. fur. l. fi. §. j.* & sic non est vere damnum. Item admitti potest ex alio capite, puta vnde cognati, quia renunciatio nocet tantum in illo, quod sibi tunc competebat, scilicet vnde liberi, *vt ff. de suc. ed. l. j. §. sed videndum.* Vel dic quòd perpetuò possit adire de iure ciuili, quia non repudiauit: *vt infra de iur. deliberan. l. licet.*

SI post diuisionem.] CASVS. Quidam fecit talem quæstionem Imperatori: Decessit agnatus vel cognatus meus, cui ius successio ab intestato ad me pertinere debet, venit quidã, & attulit testamentũ quoddam, dicens q insimul cum eo in eo testamẽto fuit institutus heres, feci cum eo extra ius diuisionem, modò apparebat falsum testamẽtum, vel minus solenne. Quæro quid iuris sit? Dicitur quòd si credis te posse probare testamentum esse falsum, vel minus solenne: adeas rectorem prouinciæ, & coram eo proba. Quod si feceris, nõ obstabit diuisio quin solidam recipias hereditatem. Viuianus. ¶Ex hac l. not. in versicul. ostende igitur, quòd scriptura testamenti præsumitur vera.

a Petrus tamé putat effectu idem esse repudiare, ac nolle adire. Bartolus, hic & in l. si verus ei obiectus de leg. aliud existimat, & his verbis nolo adire cum anno certo, induci repudiationé. Alij dicũt, hic alium adiuisse: in cõtrarium legibus nõ adiuisse.
b Ista cum sequen. diuinat. Bar. & P.
** Priuilegium huius l. competit militi ipso iure, & non per restitutionem in integrum. Bar. Castr. Ias. Bal. & alt. ac cõmuni.*
c Dic melius in repudiatione hereditatis expresse, hic verò tacite. Bart. & l. vt à tempore est exclusus, nõ expressa repudiatione.
d Ignorantia iuris verè obsit in damno vitando.
e l. si quis legatum infra de fal.
f Legitimæ ratione seu in legitima filius debitus patris creditor, ex causa tamen lucratiua. v. Campegium de dote. I. parte quæ. 47. quoniam legi: & meritò. iure enim naturæ legitima debetur iure naturæ debitã, impropriè debitum. Proinde quod ea ratione quæritur lucro, non debito cõputandum.
adde Bald. hic Aretin. in l. si duo infra de ad. qu. hered. Bar. bar in c. Raynut. extra de testamentis.

2 Not. secundo, quòd testamentum in dubio præsumitur solenne. 3 Tertiò nota, quòd asserenti negatiuam ad impugnationem scripturæ incumbit onus probandi, secundum Bal. hic.

a ¶*Factam.* scilicet sine iudice.

b ¶*Tibi.* hæredi instituto in testamento non solenni cum quodam extraneo.

Erronea diuisio errore probato non officit diuidenti. Et præsumitur error, si ex postfacto apparet rem aliter se habere. h.d. Bald. Vel sic. Diuisio facta per verum heredem cum herede putatiuo per ignorantiam iuris vel facti, non præiudicat vero heredi probata veritate. Pau. de Cast.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. *Iuliana.*

SI post diuisionem factam [a] testaméti vitium in lucem emerserit: ex his, quæ per ignorantiam confecta sunt, præiudicium tibi [b] non comparabitur[c]. Ostende[d] igitur hoc apud correctoré virum clarissimum amicum nostrum, testamentum, vel fide [c] veri deficere, vel iuris ratione stare non posse [f]: vt infirmata scriptura, quę testamenti vice prolata est, solidam successionem obtineas[g]. Dat. VIII. Id. Iul. Diocletiano. IIII. & Maximiano. III. AA. Coss.

Falsa confessio non immutat veritatem: ideo probata veritate non præiudicat confitenti. Paul. de Cast. & Salyc.

V. *Iidem* AA. & CONSTANTIVS & MAXIMIANVS *Cæs. Martiali.*

c ¶*Cóparabitur.* quin habeas totú ab intestato.

d ¶*Ostende igitur.* ò fili.

e ¶*Fide veri.* quia est falsum.

f ¶*Non posse.* quia minus solêne. ¶Et sic not. quòd status [a] testamento, & præsumitur [b] solêne, [c] donec contra probetur.

g ¶*Obtineas.* ¶Contra[d] est. ff. *famil. ercisc. l. cum putarem.* vbi [e] post sententiam non retractatur diuisio, etiam si non fuit cohæres. Solu.[f] ibi cum iudice, hic sine iudice facta fuit diuisio: vt ibi in fi. ¶Item contra *infra de test. l. eg. non dubium. §. fin.* Solu. vt ibi. ¶Item videtur nullo modo repeti eo casu cum fuit non solenne. [g] naturaliter enim erat debitum, quod solutum per ignorantiã iuris non repetitur: *vt infra eod. l. cum quis.* Respód. [h] secundum quosdam extraneis naturaliter debentur legata ex non solenni voluntate: non autem hæredes inter se tali obligatione tenentur, quod non placet [i]: quia sicut cum solenne est, obligantur inter se ciuiliter & naturaliter: sic cum non est solenne, debent naturaliter obligari, vt video ex stipulatione: ex qua vbi est solemnis, nascitur ciuilis & naturalis obligatio: vbi vero [k] non solemnis, naturalis tantum. 2 Dic ergo quòd hic fuit error facti, non iuris, credebat enim testamentum habere septem sigilla, cum non haberet nisi sex: & forte ostendebatur ei ac si essent septem. & sic ex [l] probabili ignorantia facti solutum repetitur. *vt ff. ad Macedon. l. fi.* ¶Sed qua actione repetit. Respon. illam medietatem medietatis quam dedit ei credens esse accipientis, rei vindicatione cum errans dominium non mutauit *vt ff. de condic. cau. da. l. dedi. § penult.* aliam per condictionem indebiti vel sine causa. *vt ff. de condic. sine causa. l. j.* Sed Pe. dicebat hunc non tradidisse: & ideo dicit, obtineas, scilicet tu filius, id est, retineas, secundum eum.

CVm falsa] CASVS. Sempronius conueniebatur actione hypothecaria pro domo quadam paterna, quasi domus esset materna. quæsiuit creditor ab eo, vtrum domus esset paterna, qui conuenit eum pro ista domo hypothecaria actione. dicit ei Sempronius: non est domus de bonis paternis, sed maternis: ecce instrumentum per quod apparet quod fuerit de bonis maternis non paternis. modo quæritur, vtrum sua confessio possit ei nocere: & dicit Imperator quòd nihil ei nocebit si facta fuit extra iudicium, cum falsa sit. Viuianus

h ¶*Cum falsa.* hypothecaria côueniebatur filius in bonis maternis, & erat heres patris & matris.

i ¶*Id quod paternum.* siue in facto errando, quia credebat matré emisse quod pater emerat: siue in iure, quia credebat donationé à patre in matrem vxorem factam tenuisse, & hoc si extra ius. Si auté in iure, error iuris [m] non excusat, sed facti sic: *vt ff. de confes. l. non fatetur.*

k ¶*Nihil egisti.* quoad dominium perdendum vel mutandum, in quo sola [n] voluntas non sufficit. Sed in possessione sic: *vt ff. de acquiren. poss. l. si quis vi. §. differentia.* ¶Sed arg. contra, l. istam. *ff. de pact. dotale. in princ.*

SI non transactionis.] CASVS. Quidam Titius quæsiuit Imperatori: Dominus Archanticus mortuus est, qui fecit me sibi promitere certam quantitatem olei, qui credebam me esse suum debitorem in maiori quantitate, quàm essem: puta debebam. l. & promisi per stipulationem. c. quæritur, vtrum possim istam obligationé condicere in eo quod plus est. & dicit Imperator quod si hoc non fecisti ex causa transactionis, tunc bené poteris condicere, soluto prius quod debes. Viua.

a Testamentú prolatú an cónunó probet. Immó nó præsumitur solêne. l. ... ver. Baldu. hic.

b Solemnitas testamenti in dubio præsumitur. Ideoque qui solêne negat, id probare debet ...

c Vtrum error præsumatur si quis probauerit aliter se rem habere.

d Erronea diuisio ...

e Istam sol. sequuntur Bar. Bald. Pau. & Ia.

f Ex testamento nó sollenni non oritur obligatio naturalis, vt hic ... testamento ff. de fideic. libert.

g Istam etiam sequútur Bar. Bald. Pau & Ia.

h Et male Bar.

i Nihil est. Pau. hic.

k Immó de vtroque errore intelligitur. Bar. Bald. Pau. ...

l Solutum ex probabili errore repetitur.

m Solue secúdum Bart. hic quia ibi loquitur in confessione liberatio nis: quæ sola voluntate potest induci.

n Voluntate sola dominiú non admittimus, Sed possessionem tâtum.

CVm falsa [h] demonstratione mutari substantia veritatis minimè possit: respondendo id, quod paternum [i] erat, ex maternis esse bonis, nihil egisti [k]. Dat. Prid. Kal. Ianua. Diocletiano. V. & Maximiano IIII. AA. Coss.

Promissio pro parte indebitá catenus reuocatur, quatenus erratur, nisi ex causa transactionis interponatur. Bald. Vel sic: Promittens plus quàm debeat per errorem, potest liberationé condicere. Paulus de Castr.

VI. *Idem* AA. & CC. *Tauro & Paullioni.*

SI non transactionis [l] causa, sed indebitam errore [m] facti olei materiam vos Archantico [n] stipulanti spopondidisse rector prouinciæ animaduerterit: reddito [o] quod debetis, residui liberationem condicentes [q] audiet. Dat. V. Kalend. Maij. CC. Coss.

Erronea confessio cum erratur in facto, potest vsque ad sententiam reuocari, sed post rem decisam est irreuocabilis.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Zoæ.*

ERror [r] † facti nec dum sententia lata fuerit, non poterit. Viuianus.

l ¶*Si non transactionis.* tunc enim secus: *vt infra de condi. inde. l. ij.*

m ¶*Errore facti.* An idé si iuris: quidam non: *vt hic.* Sed nos contra, cum non [a] debet nocere in damno vitando: *vt ff. de iur. & fac. igno. l. error. in fine.* ¶Et dic quòd fit ciuiliter & naturaliter indebitum, vel naturaliter tantùm: secus [b] si est naturaliter debitú. nam tunc solutum non repetitur: *vt ff. de condic. indebit. l. fideicommissum. ¶. eo. l. cum quis.*

n ¶*Archãtico.* illi fœneratori. propriú nomen est.

o ¶*Reddito.* s. tu debitor.

p ¶*Residui.* debebat enim. l. cados olei, & promisit c.

q ¶*Côdicêtes.* per condict. sine causa: *vt ff. de condi. sine cau. l. qui sine.*

ERror. Habet duas partes. In prima parte loquitur de tempore ante sententiam. In secunda parte de tempore post sententiam: vel alio modo ré decisam. Secúda ibi. Nam causa. Bal. CASVS. Dicit imperator quòd si aliquis fuit confessus aliquid in iudicio per errorem facti quod nó erat verum: post istam confessionem potest reuocare. quod verum est ante sententiam. si autem sententia lata fuerit, non poterit. Viuianus.

r ¶*Error,* ex ista potest intelligi & in errore qui interuenit circa confessioné factam in iudicio, & in eo qui interuenit in ea, quæ facta est extra iudicium. In eo qui [illegible] extra iudicium, dic vt supra *eo. l. cú falsa.* Nam ibi [c] non nocet negocio non finito, sed eo finito vel per transactioné vel per senteńtiam postea subsecuram, sic *j. l. proxi.* Est tamen differétia: [d] quia dum confessus est extra iudicium, potest retractare, nec pręsumitur ita esse: licet lo. contra. Sed cum in iudicio cófitetur, præsumitur ita esse, nisi contra probetur: *vt j. de erro. adu. o. l. r.* ¶Sed ad illam primam regulam sunt signata contraria in prim. s. ff. de inter. ac. l. de ætate. §. *uls.* Sed nó ob. quia ibi loquitur quando [e] dixit ex certa scientia. tunc [f] enim ita demú licet ei pœnitere, si nulla captio sit actoris: & si est captio pœnitet ante lit. contes. ¶Item signatur contra. *ff. de confes. l. fin. cum quo.* Sed ibi dicit quod fuit cófessus ex certa scientia. Vel est ibi speciale: quia videtur cófiteri quasi ex trãsactione, cum cóueniebat actione quæ crescit per inficiationé. ¶Item côtra dicit. *ff. ad Vell. si mulier in iure.* vbi dicit iuuari mulieré erranté senatus. Vell. Sed respó. nó [g] negat per hoc quin & huius legis auxiliú possit habere. 2 Vel dic quod ibi vbi dicit, existimauit se heredé, & credebat suú creditoré, postea reperit quod nó erat, inuenit intercessisse: subuenit quidé ei. 3 Vel dic quod iã erat côtra ipsam lata senteńtia postquã auxilium. Vell. cópetiit. ¶Ad hoc est signatú aliud côtrariú. *j. de lib. caus. l. iubemus.* Sed illud est verú quoad præsumptioné, nó tamé nocet, si probet côtrariú. Ista tamé regula fallit in casu. *j. arbi. tu. l. vlt. post prin.* ¶Ité no. quod dicit Pe. secus esse in errore aduocati [h] qui nó reuocat nisi [i] intra triduú: *vt j. de erro. aduo. l. fin.* & inducit rationé, quia melius quis erroré alienú quã suú corrigere potest, vt patet in ludo [k] de scacis. nã melius videt qui ibi assistit, quã lusor. Sed nostri præceptores intelligút aliter. l. istã, vt ibi, & dicam. *j. de fid. instru. l. iiij. & ff. de dona. l. iij. & ff. de noxa. l. elect. §. neq.*

f ¶*Facti.* Pone casum *ff. fa. ercisc. l. cum putaré.* 2 Item in qualibet exceptione etiam dilatoria: quæ omissæ per erroré facti possunt opponi etiam post lit. contest. etiam in indebito soluto.

a Error iuris in damno vitando nocere non debet.

b Naturaliter tantùm debitú solutum, non repetitur.

c Comm. Glo. l. Post princ. inc. significanto de resumpt.

c Confessio per erroré facta in iudicio, negotio finito iam transactione vel sententia nocet: alias non nocet.

d Confessionis iudicialis & extra iudicialis differétia: Hæc præsumitur ita esse, nisi contrarium probet qui confessus est: prior illa: non præsumitur ita esse, nisi probet, is cui facta fuit cófessio.

e Cófessio facta ex certa sciétia an & quatenus retracta ri possit.

f Nisi est. immó dic quòd ibi confessio fuit erronea circa præparatoria iudicij. quæ non sunt tâti præiudicij sicut circa decisionem causæ. f. & la. hic

g Illud nihil est dicere: immó dic quòd mulier iuuatur speciali priuilegio. quo nó iuuatur masculus.

h Aliã distinctioné aut potius differétiã quidã hic afferût. quòd in reuocatione confessionis propriæ vel procuratoris, necesse est probare errorem: at non in aduocati: Host. ... cui confessio de probat.

i Error aduocati nó reuocatur, nisi intra triduum.

k Seacorum ludo.

a ¶*Finito*.transactione,vel sententia,vel iureiurando.
b ¶*Nocet*.nisi probetur contrarium.
c ¶*Decisa*. per sententiam.
d ¶*Tali*.id est errore facti[a]. ¶ Sed[b] contra. *j.de erro.cal.l.j.* Imò concordari[c] vt ibi. 2 ¶Itē contra. *j.de reb.cre.l.si.*[d] *& si ex fal.instr. per totam & de re iu.l.diuus.& de tutela.l.admonendi.* Solu.in his omnibus dolus est admissus ab aduersario,qui[e] non debet ei patrocinari: *vt j. de le.l.si legatarius.& ff. de dol.l.si legatarius.* 3 ¶Item cōtra *j.si aduer. rem iud.l.y.* Sed illud ratione ætatis, non erroris. 4 ¶Item contra. *j.de fur. l. fin. §. si autem vestim.* Sed dic quòd ibi non restauratur aduersus eū dem, sed aduersus aliū, scilicet furem 5 ¶ Item contra. *ff.de conf.l.si is cum qu* . quia ibi error ante sententiam præiudicat, & tamē est error facti. Solu. ibi in facto proprio errauit, hic in alieno, quod quidem licet: *vt ff.pro so.l.fin.in fi.* 6 ¶Item contra. *ff. quando act. de pecu.est an.l.y.* Sol.ibi erat communis[f] error, sicq; probabilis: *vt ff. ad Macedon.l.iy.& de offic.prat.l. Barbarius.* 2 ¶Vel ibi falso ex certa scientia aduersarius aliquid allegauit. *sic. ff. de iudic.l.si prætor.§.Marcellus.* & sic soluitur. *ff. de institut.l. habebat.in prin.* 3 Vel ibi in l. habebat. post sententiam non agit ex ea causa qua pri9 egit, sed ex alia. ¶ Item quod dicit errorem[g] facti non nocere,est verum maximè alieni. nec etiam facti sui nocet in iudicio: *vt ar. ff. pro suo l.fina.& ff.de confess. l.non fatetur.* & de hoc dixi plene,ff.eo. *l.regula in princip.*

a Error facti potest allegari etiam post litem sententia terminatā si allegās velit errorem probare.
b An causa decisa, ob errorem facti possit rescindi.
c Error facti potest allegari aduersus sententiam inuitam ob errorem vel calculi.
d Error facti retractat, potest causa decisa per instrumentum.
e Dolus admissus prodesse nō debet.
† quæ.
f Error communis probabilis, & excusat ab eo, quod ita factū est.
g Error facti, maximè alieni in iudicio non nocet.

nito[a] negocio nemini nocet.[b] Nam causa decisa[c] velamento tali[d] non instauratur. Dat. VI. Non. Iul. CC. III. Coss.

Erronea confessio non facit valere testamentum inualidum, nec ei imponit vires: nec etiam valet per seipsū vt disponat in aliquo effectu. Bald. Vel sic: Erronea confessio super viribus testamenti non praiudicat confitenti. Vel sic: Verba enūciatiua per errorem emissa, siue principaliter propter se, siue propter aliud dispositionem non induunt etiam fauore libertatis. h. d. ista. l. cum seq. Pan. de Cast.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Dionysia.*

CVm testamentum[e] nullo iure constiterit: ex eius qui † ab intestato successit, professione sola, veluti ex testamēto libertos per errorem profitentis, orcini[f] vel proprij liberti, si non ipsius[g] accessit iudicium[h] (cum errantis voluntas nulla sit) effici non potuerunt.[i] Dat. V. Kalend. Septemb. CC. IIII. Coss.

Qui recipit aliquid tanquam à tali, non intelligitur confiteri eum talem esse si appareat errasse per contrariorum terminorum veritatem. Bald. Vel. sic: Verba enunciatiua per errorem in contractu vel quasi emissa non disponunt. Salycetus.

C*Vm testamento.*] CASVS. Quidam condidit testamētum minùs solenne,in quo libertatem seruis suis reliquit,& quandam quæ poterat sibi succedere ab intestato,heredē instituit .i. ista mulier instituta non adiit ex testamento,cum potuit ab intestato succedere. quadam die vocauit istos quibus erat relicta libertas in tali testamento,suos libertos:cū tamen in veritate nō essent liberti, quia testamentum non erat solenne.modò quæritur,verum per istam confessionem mulieris liberti sint isti facti? &dicitur quòd neque orcini,neq liberti mulieris erunt,quia errantis nullus est consensus.&dicuntur orthini,quia directò erat eis relicta libertas ab eo qui tendebat ad orcum. Viuianus.

e ¶*Cum testamentum*.in quo erat institutus agnatus qui ab intestato erat successurus.

f ¶*Orthini*.[h] id est directò iussi esse liberi: *vt insti.de si.re.per si.re. §.libertas.ver.at u qui.* ab orthos quod est rectum. 2 Vel dicuntur ab orco.quia manumittuntur ab eis qui tendunt ad orcū vel ad mortem. Orchum per c & h scribendum ait Probus grammaticus,vnde & orchinus.

g ¶*Ipsius*.qui successit ab intestato.

h ¶*Iudicium*. id est voluntas.

i ¶*Non potuerunt*. ¶Imò videtur quòd errantis[i] heredis voluntas ei præiudicet. *ff.ad l.Fal.l.j.§.si legatarius.* vbi errātis voluntas tollit heredi interdictū,quorum legatorum.Sed ibi ratione possessionis præiudicat,hic verò in proprietate. Vel dic vt ibi not. ¶Item no quòd Ir. glossauit hic, cū ex ignorātia deficit id quod fieret à sciente, vt hic fuit pactum,[k] aliàs delictum: sic expone. hic enim deficit libertas propter ignorantiā. quæ valeret si esset sciens.[l] & quòd subiicit hic.pactū.intellige tacitum dādæ libertatis.Item quòd subiicit,aliàs delictum.deficit ratione ignorantiæ: *vt infr. ad l. Corne.de fi.l.j.* & sic ponitur vt,id est sicut. Vel dic,[m] quòd à sciēte fiet.q. d. idem esset si à sciente.nam siue tacitum pactum,*vt hic*:siue expressum sit pactum inter dominum & seruum de libertate danda,in futurum non valet:[a] *vt j. de constit. l.interpositas.& j.de col. dete.l.j.* sed nec modo datur.nam hæc verba non sunt dandæ libertatis: *vt infra de testa.mil.l.ex his verbis.* Sed potest respōderi quòd aliud hic quā ibi:quia hic naturaliter erat debita libertas ex volūtate testatoris sed ibi nullo iure. 2 Præterea quia subiicit, aliàs delictū.exponūt[b] quidam,&alio modo.i. aliud est in delicto,quia valet libertas. & da exemplum. *j. si man. ita fue. alien.l. j.* 3 Vel aliàs delictum.id est aliud est si quis scienter delinquat. 4 Vel aliàs delictum. i. aliud est si quis iuris ignorātia fatetur se deliquisse: *vt ff.de confess.l.nō fatetur. prima placet. Non potuerunt*,remanebunt ergo serui.

h Orthini liberti.
i Erranti heredis voluntas an & quando ipsi heredi præiudicat.
k Tobonti de non præiudo l.
l. An qui scienter liberum eū esse ait, qui non est, manumittere eū videatur
m Et male Bart.
a Nisi prædat obligatio naturalis.
b Et male Bald.

VIIII. *Iidem* AA. & CC. *Caio & Antemio.*

NOn idcircò minus, quòd à vobis[k] velut à liberis debitam accepisse pecuniam Sanius dicitur (cum nullus sit errantis † consensus[l]) mouere status quæstionem prohibentur eius heredes. Dat. VI. Id. Decembr. CC. V. Coss

Debitum naturaliter tantùm, indebitum ciuiliter, solutum tamen per ignorantiam iuris non repetitur, sed per ignorantiam facti repetitio conceditur. h. d. secundùm intellectum Gloss. Bald. Vel sic: Indebitum ciuiliter tantùm facti errore non iuris solutum repetitur. Salycetus.

X. *Iidem*. AA. & CC. *Arabbia.*

CVm quis[m] ius ignorans † indebitam pecuniam soluerit, cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere, tibi notum est. Dat. V. Kalend. Ian. CC. VI Coss.

N*On idcirco.*] CASVS. Seius plures seruos habebat. ab illis seruis vt à liberis recepit quandam summam pecuniæ, & factum est publicum instrumentū inter dominum & seruos suos super hoc.vocat postea illos seruos suos: qui dicunt ei:Domine de cætero non potes non vocare seruos, quia fecisti pactum & instrumentū nobiscum sicut cum liberis. quæritur quid iuris sit. Dicitur quòd nihilominùs possum mouere eis quæstionem, & etiam heredes tuei, cum errantis nullus sit cōsensus. Viuianus.

k ¶ *A vobis*. scilicet libertis.

l *Consensus*. vt[e] *ff.de iur. om. l. si per errorem. & de iud.l.y.in princip.& j.eod.l.ad probationem.* ¶Sed quid si hic fuit sciens? Respon.idem:licet quidam contradicant.

¶ Hæc vniuersaliter ...
al. Arapha. al. Amabia. Philippa.
† De materia ...
C. Th. ...
e Et ... lus est cōsensus.

C*Vm quis*.Textus iste primò ponit dictum Secūdò ponit quādam distinctionem bimembrem.Secunda ibi,Per ignorantiam.Bald. CASVS. Mæuius quandam quantitatem quæ fuit debita naturaliter,indebita verò ciuiliter,puta legatam mihi in testamento minùs solenni, soluit errando in iure: vult ipse repetere vt indebitam.quærit, an habeat ipse repetitionē? Dicitur quòd non: quia in iure errauit.secus si in facto fuisset erratum. Viuianus.

¶ Nota ex hac.l.duo necessaria. Primū est,quòd error iuris nō potest prodesse circa repetitionem debiti naturalis tàntum. Secundum est, quòd error facti prodest circa repetitionem debiti naturalis,& sic non dabitur retentio,non obstante quòd sit naturaliter debitum. de hoc no. ff. *de condict. inde. l.interdum.& l.cum n.§.j.Bald.*

m ¶*Cum quis*. Pone casum in indebito ciuiliter,sed naturaliter debito: *vt j.ad.l.Fal.l.error.* 2 Vel dic in voluntate non solenni credebat heres debere legata. ¶ Et distingue: quia aut est ciuiliter[d] indebitum, sed naturaliter debitum, & tunc solutum per ignorantiam facti repetitur,iuris non: *vt hic & d.l.error.& ff. de condi.indeb.l.fideicommissum.& ff. ad Maced.l.6.* (fallit in muliere & in minore qui repetunt per ignorantiam iuris solutum tale indebitum: *vt ff.ad Vell.l.quamuis.§. interdum.& ff.de condi.indebiti.l. interdum.* Sed Pe.dixit[e] isi tali indebito soluto siue per errorem facti siue iuris, non repeti: & dicebat speciale in l. Fal.& muliere & minore) 2 Item econtra si debitum[f] est iure ciuili,sed naturaliter indebitum, solutum per errorem iuris vel facti repetitur: *vt ff. de condict. inde.l. si non sortem,§. indebitum.& §.adeo.* (fallit institut. de oblig. quæ ex quasi con.§.6. & ff.de condit.inde.l.in summa.in princ.& ff.man.l.si fideiussor. j.§.in omnibus.) 3 Item si[g] est indebitum vtroque iure: siue errore facti, siue iuris ignorantia solutum repetitur: *vt per Glos.*

d Indebitum ciuiliter,naturaliter tamē debitum ignorantia facti repetitur, ignorantia iuris nō repetitur nisi à quibusdam personis.
e Et male Salycetus.
f Indebitum naturaliter, iure tamē ciuili debitū solutū per errorem iuris vel facti repetitur, nisi certis casibus.
g Indebitum naturaliter & ciuiliter solutum iuris vel facti ignorantia, repetitur nisi certis casibus.

totum

totum titul. de condict. indeb. C. & ff. (sed fallit in casibus quos modo in superiori casu notaui. 4 Si autem est vtroque [a] iure debitum, sed ope exceptionis indebitum: si quidem est dilatoria,[b] debitum solutum per errorem facti repetitur, secus si iuris. vt ff. de condict. inde. l. in diem. & ff. man. l. fideiussor. §. quemadmodum. vel sec. Azo. idem vtrobique: vt ff. man. l. fid. l. si fi. §. quam ... Si autem perpetua: si quidem fauorabilis, vt Vel. solutum siue iuris, siue facti errore repetitur. Si verò odiosa, vt Maced. solutum per ignorantiam iuris non repetitur: vt ff. de condic. inde. l. q. exceptionem. in prin. sed per facti errorem probabilē repetitur: vt ff. ad Maced. l. fi. Si verò dubitetur sit perpetua vel dilatoria exceptio: solutum siue iuris siue facti errore repetitur: vt ff. de condic. inde. l. sufficit. quocunque enim dixi solutum repeti, nisi ex certa scientia solutum non repetitur: vt ff. de cond. indebi. l. j. Idem si est tutus exceptione quæ sit inducta ad rigorē [c] iuris conseruandū, & soluat, nullo modo repetitur: ff. de condic. inde. l. Iulian. & ff. de condic. inde. l. j. ¶ Item opponitur in casu huius l. Nōnne est tutus fauorabili exceptione heres? ergo solutum repetitur per prædictam l. qui ex ceptionem. Sed respondetur. non [f] dicitur heres habere exceptionē, cū legatarij nullam habeant actionem ex non solēni [g] voluntate Item & si est solennis, & excedunt legata dodrantem: ipso iure remanet in bonis heredis quarta: ff. ad l. Falc. l. pen. & ff. ad l. Falc. l. ... vnde non dicitur habere actionem legatarius. sic ergo nec heres exceptionem. Sed in minore [h] dic vt ff. si aduersus creditores l. j. & hæc omnia intellige maiore.

Mulieribus non succurritur propter ignorantiam iuris in lucris captandis: sicut nec masculis in ... minoris ætatis: quo casu tam mulieribus quàm masculis succurritur per beneficium restitutionis. Pau. de Cast.

XI. Impp. CONSTANTINVS A. Valeriano agenti vica. iam præfecturam.

Quamuis [a] in lucro nec fœminis ius ignorātibus subueniri soleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam [b] locum hoc non habere retro principum statuta declarant. Dat. III. Kal. M. Gallicano & Symmacho Coss.

Nemo potest dissimulare se leges nescire. Baldus.

XII. Impp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Flauiano PP. Illyrici & Italiæ.

Constitutiones [c] principum nec ignorare quenquam nec dissimulare [d] permittimus. Dat. VI. Kal. Iun. Vincentiæ. Tatiano & Symmacho Coss.

Mulieribus non subuenitur propter ignorantiam iuris vltra quàm masculis, nisi in casibus à iure expressis. h. d. secundum Bart. & Pau. de Cast.

XIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Erythrio præfecto prætorio.

Ne passim [e] liceat mulieribus omnes suos contractus retractare in his quæ prætermiserint vel ignorauerint: statuimus si per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus, in quibus præteritarum legum auctoritas [f] eis suffragatur, subueniri. Dat. Kal. Iul. Martiano & Zenone Coss.

Quamuis.] CASVS. Mulier quædam errans in iure, quia omisit petere bono. possess. erat minor: vult modo petere, consuluit dominum Imperatorem, qui dicit ei: quare non petisti? illa respondet: credebam cursum temporis mihi non nocere. dicit ei Imperator: nō potes petere: quia in iure errasti. illa dicit quod minor est. xxv. ann. dicit ei Imperator. si hoc est, ratione ætatis bene petere potes. Viuianus. Not. ex hoc text. quòd magis [i] subuenitur ætati quàm sexui, licet aliquando æquiparentur. l. j. in fin. ff. de eden. la. hic

a ¶ *Quamuis.* Pone casum vt supra eo. l. si emancipata.

b ¶ *Imperfectam.* quia est minor: & restituitur: vt ff. de minori. l. ait prætor. l. vltimo.

Constitutiones.] CASVS. Hac lege cauetur, quòd nulli est permissum ignorare vel dissimulare constitutiones imperatorum: & dicit ille simulare qui non scit eas, & dissimulare qui scit & se nescire dicit. Viuian.

c ¶ *Constitutiones.* aliud est in aliis legibus secundum quosdam: quod non [k] placet Ioan. vt s. tit. j. l. j. in fi. j. coll. & s. de leg. & const. l. leges sacratissimæ. & ... in auth. vt fa. no. con. coll. v.

d ¶ *Dissimulare.* Quod non est, simulo: dissimuloq. quod est: vt ff. de concussio. l. j.

Ne passim.] CASVS. Quia mulierib. succurritur quandoque, crederet aliquis quòd indistinctè succurratur, ita liceret eis cōtra pacta sua venire passim & indistinctè hoc remouet. & dic vt in litera. Viuian. ¶ Not. hic quòd statuta generaliter & indefinitè condita ita ligant mulieres sicut masculos, nisi specialiter excipiantur secundum Ias. hic.

e ¶ *Ne passim.* id est indistinctè.

f ¶ *Auctoritas.* ¶ Sunt [a] enim quædam leges quæ specialiter prouident eis: vt intercessione: vt j. ad Velle. l. j. si ne. in v. respon. 2 Item vt ab incestus crimine excusentur si sola iuris nostri obseruantia deficit: vt ff. de adulter. l. si adulterium. §. j. 3 Item in satisdatione iudicio sisti recepta minus idonea: vt ff. qui. satisd. cog. l. de die. §. minori. 4 Itē cum indebitum soluūt, vt exonerentur probatione: vt ff. de probatio. l. cum de inde bito. §. j. 5 Item si cautiones vel rationes in iudicio non eduntur: vt ff. de eden. l. j. §. vltim. 6 Item cum stipulantur dotem nouando de bono debitore ad inopē. vt ff. so. matrimonio. l. si cum dot. in §. si mulier. 7 Item cum legatum sibi adscribunt dictante matre: vt ff. ad l. Cornel. de fal. l. diuus Claudius. §. idem in filia. 8 Item vt ff. ad Turpill. l. j. §. accusationē, in fin. §. & l. mulier. 9 Item infra de fal. mone. l. j. §. viduas. 10 Item ff. de iure fis. l. ij. in fin. ¶ Sed nōnne regulariter etiam maribus iuris ignorantia non nocet in damno [b] vitādo: vt ff. eod. l. error in fine. sic ergo fœminæ deterioris conditionis esse videntur, cum certis casibus eis subueniatur, sed maribus semper. Sed certè hic dicit illis casibus eas iuuari quibus mares & eo amplius in prædictis in quibus nō iuuarentur mares. vnde dic quòd in prædictis mulieres iuuantur vltra mares.

TITVLVS XIX.

DE PRECIBVS IMperatori offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat vel non.

Laudabilis fidei exemplum, & atrocitas criminis, faciunt inhabilē pro habili reputari ad impetrandum, & etiam ad prosequendum impetrata. Bal. Vel sic: Seruus qui ad supplicandum regulariter non admittitur, pro laudabili exemplo & atroci delicto in persona domini commisso auditur. Salyc.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Faminæ.

Licet seruilis [g] conditio deferendæ precis [h] facilè capax non sit: tamen admissi sceleris atrocitas, & laudabilis fidei exem-

DE PRECIBVS Imperatori offerendis, &c.

Dixit de iure quod consistit in sacris & sacerdotibus, nunc de eo quod in magistratibus. & primo de principe præmittens [c] a quibus & qualiter adeatur. 2 Vel sic: Post tractatum diuinorum sacrorum, consequens est vt videamus de ministris humanorum sacrorum, id est de legibus. vnde consequens est vt videamus de ministris humanorum sacrorum id est legum: quarum quia dominus Imperator caput est & minister. de imperatore audiamus. Et quia ipse non temere, sed per preces est adeundus: videamus de precibus ei offerendis, & de quibus rebus liceat ei porrigere preces. Azo.

Licet seruilis.] CASVS. Dominus meus qui plures seruos habebat, occisus est a quibusdam. vnus de illis seruis adiit Imperatorem, & narrauit sibi factum illud, & nullus de parentela sua hoc Imperatori voluit insinuare, rogans & supplicans Imperatori vt rescriptum concederet aliquibus iudicibus, quòd de morte eius facerent inquisitionem. dicit ei Imperator. Frater tu seruus es, neque potes de iure admitti ad postulandum rescriptum: verumtamē quia atrox est delictum, & propter tuum laudabile propositum, vt & alij serui fiant fideliores dominis suis, dabimus tibi rescriptum. vade ergo cum rescripto nostro ad præfectum prętorio, qui te libenter vt decet audiet: & qui vindictam seuerissimam prout conuenit malefactoribus imponet. ¶ Nota ex hoc text. ibi, atrocitas, regulam notabilem, quòd propter [d] atrocitatem & enormitatem delicti quædam permittuntur contra regulas iuris quæ aliàs non permitterentur. & facit iste text. secūdum Bald. hic in secundo nota. pro regula quàm tradit Innocēt. in cap. j. de constitutionib. quòd ex [e] causa licitum est leges transgredi, secundum Iasonem hic.

g ¶ *Licet seruilis.* id est seruus.

h ¶ *Precis.* id est vt deferat preces principi: sic aliàs iudicio [f] esse potest in casibus. vt dixi. ff. de iudic. l. non certis. & eisdem casibus

Marginal notes: a Indebitū ... exceptione ... [illegible]. c Exceptio quæ ... ad rigorem iuris conseruandū ... [illegible]. f Priuatio ... supponit habitum ... exceptio, & actionem. g Ex testamēto non solēni nulla cō petit legata rijs actio. h Gl. ... i Ætati magis subuenitur, quàm sexui. k Leges quæcunque nulli ignorare permittitur ... a Mulieribus multæ lege subueniūt specialiter, & quæ illæ sint. b Ignorantia iuris in damno vitādo minus nocet fœminis, quàm masculis. c Princeps omnium magistratū caput. d Atrocitaté delicti quædā permittuntur, contra iuris regulas. e Leges trāsgredi ex causa licitum. f Seruus quibus casibus in iudicio esse potest.

poterit forte supplicare. sed licet regulariter non admittatur, vt hic: si tamen fuerit admissus, valet quod ei conceditur: *vt j. eo. l. vniuersa.*

a ¶*Exemplum. vt j de proba. l. exemplo. & ff. de pa. l. aut facta. §. fin. & l. si quis aliquid. § qui abortionis.*

b ¶*Vindicandi.* hoc enim petebat sibi licere.

c ¶*Annotationis.* id est scripturæ factæ motu principis. in simili enim negocio fecerat idē vel de præsenti decreto dicit.

d ¶*Curet.* & etiā libertatem habebit in præmium: *vt infra qui. ex cau. serui. p. opraf. ac lib. l. j. & ff. qui sine ma. ad li. per. l. qui ob necem.* Sic & si accusat quem crimine læsæ maiestatis, auditur: *vt infra ad leg. Iul. mai. l. vult. & ff ad l. Iul. m. l. si famosis.*

plum[a] super vindicanda[b] ex de domini tui, nobis hortamēto fuit †, vt præfecto prætorio iuxta annotationis[c] nostræ decretum demādaremus, (quem adire cura) vt auditis his quæ in libello contulisti, reos inuestigare, & seuerissimam vindictam iuxta legum censuram exegere curet[d]. Dat. VIII. Id. Octob. Diocletian. VI. & Maximiano. III. AA. Cons.

Rescriptum per quod dilatio datur vel remouetur, valet: sed rescriptum per quod peremptoria exceptio datur vel remouetur, non valet, quia esset nimis præiudiciale, & nimis exorbitaret a ratione. hoc dicit Bald. Vel sic: Dilatoria per rescriptum conceditur, non peremptoria. Saly.

Quoties. Diuiditur in duas partes. Prima loquitur in rescripto quod concernit dilationem iudicij vel solutionis. Secunda loquitur in rescripto quod concernit decisionem litis, & ipsum principale negocium. Secunda ibi, Quod autem Baldus.

Casus istius legis ponitur duobus modis vt in Glossa. Vno modo sic: Dominus meus accessit ad Imperatorem, & dixit ei: Domine habeo creditorem, qui tota die vexat me petendo quod ei debeo: peto rescriptum ne possit me conuenire intra quinquennium. Dixit ei Imperator, benè tibi concedimus. Vult modo magis aliud rescriptum petere, vt ne in perpetuum possit conueniri à suo creditore. Dixit ei Imperator: Illud tibi concedere non possumus sine magno damno aduersarij. 2 Verius alio modo pone in creditore qui voluit impetrare rescriptū ne aliqua exceptio possit obiici, & tunc planior est litera.

II. *Imp.* CONSTANTINVS *A. Seuer. PF. VT.*

QVoties[e] † rescripto nostro moratoria[f] præscriptio[g], permittitur, aditus supplicanti pādatur. Quod autem totius negocij cognitionem tollit, & vires principalis negocij exhaurit: sine graui partis alterius dispendio conuelli[h] non potest. nec præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur[i]. Dat. X. Kalend. Iun. Nicææ Paulino & Iuliano Conss.

Fisco damnosa, vel iuri contraria, non conuenit impetrari. Bald. Et est canonizata xxv. q. ij. nec damnosa.

¶ Nota ex hac l. secundum Cyn. Bar. & alios, illud vulgatum. quod differtur, non aufertur. *cui concordat. c. ancillam. xxxij. question. ij. & ca. nemo desperandus est. de pœnitent. distinct. vij. Iason.* hic

e ¶*Quoties.* Pone casum in debitore petente dilationem temporalem: qui est audiendus: quia non est magnum damnum in mora modici &c. *vt ff. de iud. l. si debitori:* si autem peremptoriam peteret, non auditur: & sic nihil est contra. 2 Vel pone casum in creditore qui petebat vt statim sibi solueretur, cum debitor haberet temporalem exceptionem: auditur enim. secus si perpetuā habet debitor, quia non audietur. *vt hic* ¶ Et secundum hunc casum primæ parti est contra[h]. *vt infra de pactis inter emptorem, & ven. l. antepen.* Sed ibi magnum tempus petebat auferri debitori, hic paruum. Vel solu. vt ibi. ¶ Item contra.[i] secundæ part. infra *de rescin. vend. l. rata.* Sed ibi non fuit concessa: sed dicit, si concederetur, sequeretur inconueniens. ¶ Sed quæro, an ex certa scientia princeps possit cōcedere? Respond. sic in actionibus quæ sunt de iure ciuili. secus in dominio rei meæ, quod mihi velles auferre etiam ex certa scientia. non enim posset, cum illud habeam de iure gentium, siue naturali, quod est immutabile: *vt instit. de iur. nat. §. sed.*

f ¶*Moratoria.* id est dilatoria. Accursius.

g ¶*Præscriptio.* id est exceptio: Accursius.

h ¶*Conuelli.* id est concedi.

i ¶*Petatur. vt j. e. l. rescripta. & j. de sacros. eccl. l. priuilegia. & j. de eman. l. nec aut. & j. si per vim vel alio modo. l. fin. & ff. de relig. l. si quis sepulchrum. in princ.*

k ¶*Nec damnosa fisco.* vt quòd fiscus teneatur de euictione vltra quadriennium cū vendidit rem alienam vt suam: *vt instit. de vsuca. §. fin.* Item quòd non soluantur tributa, sed desideratur secunda iussio ad hoc vt non soluantur tributa: *vt in authen. vt nulli iudi. §. hoc verò iubemus. col. ix.* Accur.

l ¶*Nec iuri contraria.* puta ne minori. 14. an. liceat testari: *vt j. quando prouoc. non est necesse. l. ij. & j. si contra ius vel vti. pu. l. fi.*

III. *Idem A. ad populum.*

NEc damnosa fisco[k], nec iuri[l] contraria postulari oportet. Dat. prid. Kal. Octobr. Constantio. A. VII. & Constantino Cos. IIII. Coss.

Qui habet dilationem à principe, tenetur satisdare de soluendo in termino: aliter non gaudet dilationis commodo. Bald.

IIII. *Imppp.* GRAT. VALENTIN. & THEOD. *AAA. Floriano præfecto præt.*

VNiuersa rescripta quæ in debitorum causis super præstandis[m] dilationibus promulgātur, non aliter valeant[n], nisi fideiussio idonea super debiti solutione prębeatur[o]. Dat. VIII. Kal. Mart. Constant. Antonio & Syagrio Coss.

Semel tantum licet supplicare, contra sententias præfectorum prætorio. Bald. Vel sic: Supplicatio & non appellatio permittitur aduersus sententiam præfecti prætorio, & tantum semel. Salyc.

V. *Impp.* VALENTINIANVS & VALENS. *AA. ad Volusianum præfect. præt.*

SI quis † aduersus præfectorum prætorio sententias duxerit supplicandum[p], victúsque de vno fuerit, nullam habebit licentiam iterum super eadem causa supplicandi. Dat. XV. Kalend. Octobr. Romæ. Valentiniano & Valente. AA. Coss.

VNiuersa.] CASVS. Hæc l. limitat legem quoties. supra eo. nam in lege quoties. dicitur quòd debitor potest impetrare rescriptū quòd non teneatur soluere creditoribus suis vsque ad quinquenniū. Hæc l. dicit quòd hoc verum est, si idoneum fideiussorē dederit creditoribus de satisfaciendo ad diem positam. ¶ Not. primò ex hac l. quòd rescriptum quod concedit dilationem, non valet, nisi præstetur idonea satisdatio de soluendo in termino. 2 Secundò nota quòd qui habet dilationem, tenetur interim satisdare, secundum Bald. hic. Et ista l. est canonizata xxv. *quæst. ij. ca. vniuersa.* vbi etiam habes quasi omnes leges huius tituli & titulorum sequentium, secundum Iason. hic.

m ¶*Præstandis.* ipsis debitoribus.

n ¶*Valeant.* id est sortiantur effectum.

o ¶*Præbeatur.* creditori. & præbentur antequam impetretur rescriptum: aliter indultum nullum est secundum P. Sed tu dic quòd tenet: sed eo vti non potest nisi det fideiussorem demum si aduersarius postulet: *argum. ff. sol. ma. l. si constante. §. ij.* ¶ Sed an & hoc onus[k], scilicet dandi fideiussorem, per priuilegium remitti potest? Respon. non: cum esset graue alteri parti. *vt supra eod. l. ij.*

SI quis aduersus.] CASVS. Bene scitis quod à præfecti prætorio sententia non appellatur. Pone, Præfectus prætorio tulit aliquam sententiam contra M. supplicauit iste M. contra sentētiam. ille autem qui cognouit de supplicatione, confirmauit primam sententiam. vult iterum M. supplicare super eodem negocio, quæritur, an possit? dicitur quod non potest. Viuia. ¶ Not. ex hoc tex. quòd licet sit permissum bis appellare, tamē non est permissum victo nisi semel supplicare, secundum Bald. hic.

p ¶*Supplicandum.* Nam appellari non potest: *vt j. de sen. præf. præt. l. j. & de episc. aud. l. episcopale. & ff. de offic. præf. præt. l. j. §. fi.* ¶ Sed videtur non posse etiam supplicari: *vt j. ne lic. in vna ead. causa tertio prouo. in rub. & in tex.* Sed certè ibi iam fuerat iudicatum bis vel ter: vnde sicut non potest ab alio appellari, sic nec ab isto supplicari. Alij dicunt quod hic in principali causa tulit sentētiam, ibi in causa appellationis. Accur.

QVæ supplicatio.] CASVS. Hæc auth. non corrigit l. C. sed eam supplet & determinat. lex C. dicebat indistinctè supplicari semel à sententia præfecti præt. hæc auth. dicit tria. Primò cui sit facienda supplicatio. Secundò & tertiò dicit, quis sit effectus supplica-

supplicationis si sit intra decem dies. Circa primū dicit hæc authen. cum præfect. præt. pronūciat inter aliquos, potest offerri ei supplicatio & suis consiliariis & executoribus: sed de supplicatione cognoscit solus præfectus & non alij. 2 Secūdo dicit quòd si aliquis supplicat à sententia præfecti prætorio intra x. dies, sententia non est mandanda executioni, nisi victor dederit fideiussorē idoneū de restituēdo omni eo quòd accepit, cum legitimis augmentis, si sententia per supplicationem retractata fuerit. 3 Tertio dicit quòd si aliquis supplicauerit post decem dies, ista sententia mandabitur executioni pro victore nulla fideiussione præstita. & hoc casu licet supplicare principi vsque ad biennium, non autem post.

¶Nota ex hac l. ibi, vel eorum cōsiliariis, quod supplicatio[a] potest porrigi non solùm præfecto prætorio, sed etiam officialibus suis, secundum Iasonem. 2 Nota secundo *ex text. ibi, nisi sub hac forma &c. secundum Bald. & Salyc.* quòd tempus[b] dicitur de forma actus: vnde infert Bald. quòd ille qui non obseruat tempora constitutionis, non dicitur seruare formam: quòd est notandum secūdum eundem propter constitutiones ecclesiarum, quæ imponunt metas temporis. Iaso. hic.

a ¶*Præfectis.* idem ergo ipse retractat secundum P. & B. quod secus est in appellatione: *vt infra de appellat. eos in prin.*

b ¶*Vel eorum consiliariis.* quod est absurdum. dic ergo: eis offertur libellus: sed princeps vel præfectus cognoscet: *vt ff. de minor. l. minor autem. & l. præfecti.*

c ¶*Introducentibus.* scilicet, referendariis: *vt in authen. vt liti. iu. §. fina. colla. ix.*

d ¶*Offerenda.* etiam in scriptis: vt in appellatione contingit.

e ¶*Subsecuto.* id est, supplicatione subsecuta intra x. dies.

f ¶*Sententia.* scilicet à qua supplicatum est.

g ¶*Victrix pars.* scilicet actor

h ¶*Augmentis.* scilicet fructibus & accessionibus.

i ¶*Forma.* id est intra x. dies, scilicet vt detur gloriosis præfectis vel eorum consiliariis, vel causas introducentibus.

k ¶*Retractationis.* Sed quomodo retractabit? Respon. si cōtra ius constitutionis est lata. aliàs, cum[d] nec appellatio recipiatur, nec supplicatio ibi secundum Azo.[e] 2 Alij dicunt grauari eum in fideiussore tantum. 3 Item fit hæc retractatio vsque ad biennium: *vt hic & j. de sent. præfect. præt. l. j. & ibi plene no.* ¶Item no. hic quod pendente supplicatione[f] mandatur sententia executioni, non sic pendente[g] appellatione: *vt ff. nihil nou. appellat. penden. l. j.*

VNiuersis.] CASVS Homines seruilis conditionis non admittuntur ad impetrandum rescriptum vel supplicandum, sed cum impetratum fuerit, valebit: nec refert à quo fuerit impetratum. ¶Nota ex hac l. secundum Iaco. Butr. quòd sicut declinatoria tollitur per litis contestationem, ita per rescriptum impetratum. Bald. Iason. hic.

l ¶*Vel seruo.* impetranti pro alio licet admitti non debuerit: *vt s. eod. l. j.* ¶Quid autē si pro se? Respond. valet si sciuit princeps: non aliàs: *vt arg. j. qui admitt. ad bon. pos. l. beneruus. & ff. de bono. possess. l. seruus.*

m ¶*Minime requiratur.* sic non requiritur. *ff. de ino. test. l. postbu-* mo. *§. si quis ex his, & de petit. hæred. item veniunt. §. quo. & de verb. oblig. cum seruus.* ADDITIO. Intellige istam l. nisi impetrans fuisset excommunicatus[a]: quo casu rescriptum ipso iure est nullum: *vt in ca. j. de rescripts. lib. vj.* Item nisi impetrans committeret mendacium vel falsitatem, vt si asserit se procuratorem, & non est: hoc vitiat etiam rescriptum, *ca. quia nonnulli. et cap. ex parte. extra de rescri. in anti.*

IN AVTHENTIC.

vt sponsa. lar. §. aliud. collat. ix. constit. ij.

Vbi supplicatur præfecto prætorio intra decem dies, non mandatur sententia executioni sine satisdatione: sed vbi post decem dies supplicatur, mandatur sentētia executioni sine satisdatione: sed si retractatur sententia intra biennium, retractatur executio retro facta. h. d. secundum Bald.

QVæ supplicatio † gloriosissimis præfectis[a], vel[b] eorum consiliariis, vel causas introducentibus[c] intra decem dies post sententiam offerenda[d] est: quo subsecuto[e], sententia non[f] aliter executioni mandabitur, nisi victrix[g] pars dignam fideiussionem præbuerit tantum restituendi cum legitimis augmentis[h], quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resoluatur. Nisi sub hac forma[i] supplicatio porrigatur, executio causæ sine fideiussione procedet: retractationis[k] iure illi seruando, qui se grauatum putauerit: vt intra biennium supplicare possit imperatori.

Non refert à quo sit impetratum: dummodo à principe sit concessum. Bald.

VI. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Isidoro. pp.*

VNiuersis simul hanc obseruantiam remittimus, vt à quocunque liberæ conditionis constituto, vel seruo[l] supplicante impetratum fuerit rescriptum: minimè[m] requiratur, † per quem preces oblatæ sint. Dat. III. Id. Nouēb. Theodosio. A. VII. & Palladio. Coss.

Rescripta iuri contraria non valent: sed rescripta quæ neminem lædunt, & supplicantibus prosunt, valent. Item valent rescripta, quæ pœnam commissi criminis indulgent. hoc dicit.

VII. *Impp.* THEODOSIVS[a] & VALENTINIANVS. *AA. ad Senatum.*

REscripta † contra ius[n] elicita, ab omnibus iudicibus refutari[o] præcipimus: nisi fortè sit aliquid quod non lædat[p] alium, & prosit petenti, vel crimen[q] supplicantibus indulgeat. Dat. VIII. Id. Nouēb. Rauennæ, Theodosio XII. & Valentiniano II. AA. Coss.

In supplicatione sufficit ponere substantiam & effectum instrumentorum super quibus supplicatur, nec expedit ponere totum tenorem ipsorum. h. d. Bald. Vel sic. Superflua non debent scribi in supplicatione, sed necessaria tantùm pro negotij instructione. Saly.

REscripta contra ius. Primo ponit regulam. secundo ponuntur duæ exceptiones. Secunda ibi. Nisi fortè. Bald. CASVS. Dominus meus impetrauit rescriptum per mendacium. vtrum valeat? Dicitur quòd non: sed præcipit imperator refutari rescriptum à iudicibus, nisi tale quid concessum sit quod non noceat alij, & prosit petenti, vel tale quid quod pœnæ remissionem obtineat. 2 Alij aliter ponunt, cum rescriptum impetratum sit cōtra formam iuris, non valebit.

¶Ex hac l. nota duas regulas. Prima est, quòd rescripta contra ius impetrat, anon debent per iudices obseruari. 2 Secunda est, quòd illud, quod nemini nocet[b], & mihi prodest, de facili concedendum est. *Concord. text. not. in l. j. & ij. §. item Varus. in fin. ff. de aqua publ. arcen. Iason. hic.*

n ¶*Rescripta contra ius.* puta vt liceat peremptoriam[c] opponere post sententiam. Non[d] autem potest intelligi in illis priuilegiis, quæ prohibita sunt à iure petinam tunc non valent, etiam si alij non nocerent, & prodessent petenti: *vt inf. ... si nupt. ex re. l. j.* quod vult finis huius l. Loquitur ergo de istis priuilegiis vel rescriptis de quibus non dicitur in l. quòd non debeant tribui, sed sunt contra id quod dicit lex, siue quod dictat ius commune, & pone exemplum de hoc vltimo, *vt supra l. nec damnosa in fin. not.* nam si concederetur, non potest stari.

o ¶*Refutari. vt j. si contra ius. l. fin. & s. de sacrosan. eccles. l. iubemus nullam. & j. de cenan. l. iij.*

p ¶*Non lædat alium. vt ff. de sens. l. fin. & i. fi. de præpo sacri. cubi. libro xii. leg. fin. & de decur. libro x. leg. neque Dorotheum.* Item quod dicit. non lędat alium. scilicet prorsus: secus enim si nō[e] modicum: *vt supra eodem. leg. quoties. & ff. ne quid in loco publico. leg. ij. §. si quis à principe. & ne quid in flumine public. l. j. §. sunt autem qui putant. & de reli. & sumptu funerum. l. si quis sepulchrum. in princip.*

q ¶*Crimen.* id est criminis pœnam. & da exemplum in infamia[f] mulieri[g] intra tempus luctus nubenti remissa: *vt j. ad Tertull. l. si qua. & in scenica: vt & j. de nup. l. imperialis. §. illud his. item infrà de sen. pas. l. fina. in fi. & per totum.*

INstrumentorum.] CASVS. Hæc l. tractat qualiter sit principi supplicandum: & dicit quòd si aliquis accedit ad principem volens ei supplicare, non debet ei narrare totum tenorem instrumentorum, sed vim quæstionis, & illa tātùm verba quæ in se habent dubitationem.

¶Nota primò ex textu in princip. quòd in exemplo debet poni tenor de verbo ad verbum nullo addito vel minuto, secundùm Bal. hic. 2 Nota secundò ibi, inter partes ita dubitari &c. quòd illa particula est edenda, de qua est controuersia inter partes: reliquæ verò particulæ tanquàm in pertinentes nōn edantur secūdum Iaco. Are.

Marginal notes:

† Concor. in c. ad audientiam. a. in Gl. super verbo ... fuerit appellatum. extra de rescrip.

a Supplicatio potest nō modò præfecto sed & eius officialibus.

b Tempus dicitur de forma actus: itaque qui tēpus constitutionis nō seruat, formā nō seruat.

c Referēdarij seu per referēdarios causa introducebantur in auditorium. P. Pretorio.

d Appellare vbi non licet, ibi nec supplicare licet: vt hoc quod falsum est. Nam non appellatur recte à sententia P. Pretorio, licet supplicari possit.

e Dic melius secundū Bart. ibi fuisse bis appellatū bis verò nō fuisse appellatum

f Executio fit sua supplicatione pendente mandatur at non pendente appellatione

g Appellatione suspenditur executio sententiæ. at non supplicatione.

h Exceptio declinatoria tollitur litis cōtestatione, sed & principis rescripto.

a Quibus ex causis rescriptū vitietur

† Excommunicati impetrans rescriptum nulla mentione facta sua excōmunicationis, valet eo absoluto. gloss. in verbo, concordia ... prudentiam. §. fortas. de offic. deleg.

a In C. Th. ... tribuitur Cōstantino.

b Allegatur per Gloss. super verbo ... super literis. de rescript. & est hac lex ... c. rescripta. b Prorsus secundo Glossam ... ne lædat.

c Exceptio peremptoria opponi non potest post sententiam.

d Rescripto impetrari potest quod prodest petēti, & alij non nocet, modo id quod impetratur nō sit prohibitum à iure peti.

e Rescripta impetrari possunt aduersus modicum damnū præiudicij.

f Infamiam princeps remittere seu famam restituere potest.

g Nubens intra tēpus luctus iure ciuili est infamis.

a ¶*Instrumentorum*.vt cùm quis de quadam parte testamẽti quæ reteret:& in preces originem totius rei ostẽdere vellet: sufficit enim vim[a] instrumenti principi dari: & sensum eorum verborum de quibus fuit dubium:*vt hic,& j.de appellat.l. ampliorem.§.in refutatorys.& leg.ne causas.& ff.de eden.leg.argentarius.§.j.& j.si contra ius vel vtil.publ.leg.j.*

a Instrumentorũ enim principi differre, sat est, si supplicante neque requirtur totum instrumentum eas.

¶Et arg.cõtra j.*de transf. l. vt responsum*. Sed solue vt ibi dicitur.

QVANDO LIBELLVS *principi, &c.*

Generaliter de precibus dixit,nũc de effectu illarũ, quis quoad quædam pro lite contestata habentur.

D*Vbiũ*. Præmitte q̃ quædã sunt actiones,quæ nõ dantur hęredibus, neq; in heredes, nisi lis fuerit contestata: putà merè pœnales, &c. CASVS. Dominus meus habuit aliquam temporalem actionem contra aliquem: porrexit preces imperatori vt ipse rescriberet aliquibus iudicibus vt hac de causa cognoscerent, rescripsit imperator.mortuus est impetrans, vel supplicans.Quæritur an actio ista transeat ad heredes?Dicitur quòd sic, ac si lis esset contestata, & etiam contra hęredes dantur, & illud quidem verum est, si dominus imperator rescripsit.Viuianus.

¶Nota primò secũdum Iacob. hic quòd rescriptum [b] habetur pro libello & contestatione litis quantum ad effectũ huius tituli,sed non habet vim libelli conditionalis secundum Bal. & Ful.hic. 2 Nota secundò ex tex.quod [d] si est impetratum rescriptum,& ille qui impetrauit, mortuus est antequàm eum produceret in iudicio: tale rescriptum transit ad heredes actiuè & passiuè secundum Bal. Ful. Pau. de Cast. & Iacob. hic.

b Rescriptum libelli vim habet, vt lis cõtestata dicatur, et nõ vt prolibello cõditionali habeatur.

a Præfecto Augustali.C.T.n.i.y.

† Concor. cum hac.l.c relatum extra de offic. deleg. cũ Gloss. talem in fin.

c Rescriptum impetratũ trãsit ad heredes actiuè & passiuè etiam si nõ sit productum in iudicio, & in rescripto,nol la fuerit tradendum mentio.

d Rescriptum habetur pro libello, vt eius oblatione perpetuatur actio intelli gatur, non vt litigator sit immunis à libello parti aduersæ proponendo, & ordine procedendi. Necesse est enim vt aduersario libellũ offerre, & cum eo litẽ contestetur. aliàs sententia lata, ipso iure nulla esset. Authentica si offeratur extra de iudic.

b ¶*Dubium non est contestationem*:Nota quoad effectũ [e] in casib. qui sunt j.l.proxi.nam illa hãc restringit.

c ¶*Oblatæ*.Imò etiã executor est mittẽdus: vt j. *de præscriptio.xxx. annorũ. leg. sicut in principio. quæ est contra*. Solut. hic in prætoriis. *vt j.l.proxi*.ibi de aliis: 2 Vel hic,corã [f] principe,ibi,coram alio iudice.

Aliud est igitur litem esse contestatã, & haberi pro contestata.l. infrà vbi in tẽnatio.

e Præscriptio regularis & cõuentionalis seu ordinaria si misso executore: irregularis, seu per supplicationem libellum, solo etiã libello principi oblato fit.

d ¶*Exerceri*. & hoc casu potest loqui. *ff. de actio. & obligat. el.constitutionib.& facit argum. contra ff.de in ius voc.l.libertus.y*. Sol.vt ibi dicitur. ADDITIO. Dic quòd quantum ad hoc quòd incidat pœnam l.aureorũ, tãquam temerariè vocauerit patrẽ vel patronum in ius,supplicatio porrecta principi etiam obtento rescripto non sufficit: vt ibi. secus quoad effectus de quibus hic Ias.

T*Emporales*.] CASVS. Dictum est suprà quòd quædam actiones perpetuantur:quædã non,dicit Imperator non esse verum in omnibus actionibus, nisi in temporalibus, annalibus,& prætoriis. in aliis non. Viuian.

VIII. *Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.*

INstrumentorum[a] exempla non prosit precibus adiunxisse: sed necesse sit eorum in supplicatione vim exprimi,vt responsuro principi vera precatio rem aperiat cognoscendam: his solis (cum necessitas exegerit) verbis precibus inserendis, quorum de sensu inter partes, ita dubitari contigerit, vt etiam meritò nostrum expectetur iudicium. Dat.VI.Kalend. Apr. Constantinop. Florentio & Dionysio Coss.

TITVLVS XX.

QVANDO LIBELLVS principi datus,litis cõtestationem faciat.

Rescriptum principis non solum habetur pro libello, sed pro contestatione litis, & transit ad hæredem, h. d. lex prima. Hoc verum est in actionibus annalibus: secus in perpetuis: quia ibi rescriptum non habetur pro contestatione litis: h. d. lex secunda, & sic totus titulus est conclusus. Bald.

I. *Impp.* ARCAD. & HONOR. *AA. Remigio præfecto prætorio.*

DVbium [b] non est † contestationem litis intelligi etiam si nostræ fuerint tranquillitati preces oblatæ [c]: eásq. aduersus hæredem quoque eius in quem porrectæ sunt,vel ab herede eius, qui meruit,exerceri [d]. Dat. III.Kal. Apr.CP. Arcadio IIII. & Honorio,AA. III. Consulibus.

II. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Menna præfecto prætor.*

TEmporales actiones, quæ per oblationem precum, & ad eas [e] rescriptionem * perpetuantur, definire necessarium esse duximus, ne quis putet ad alias etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodò per oblationem precum, & ad eas rescripta perpetuari, quæ à prætore constitutæ annali [f] † tempore coarctatæ sunt. Dat. Kalend. April. Constãtinopoli, Decio. V. C. Coss.

TITVLVS XXI.

VT LITE PENDENTE[g] vel post prouocationem [h], aut definitiuam sententiam, nulli liceat imperatori supplicare.

Præuenire sententiam in supplicando non prodest, si antequam princeps rescribat, sententia feratur. Bald. Vel sic: Sententia non retractatur virtute rescripti postea sub sequuti, licet supplicatio fuisset prius porrecta. h. d. notabiliter. Pau. de Cast.

I. *Imp.* ALEXAND. *A. Caperio*

LIcet † postquam supplicasti [i], priusquàm rescriptum impetrares [k] præses prouinciæ vir clarissimus pronunciauerit [l]; cum tamen à sententia non prouocaueris, rescriptum quod post ea secutum esse suggeris [m], ad retrahenda ea quæ decreto [n] terminata sunt, non patrocinatur [o]. Dat. Kalend. Mart. Lupo & Maximio Coss.

Lite pendente non licet nisi in certis causis supplicare: sed ea sententialiter terminata, impossibilis & pœnalis est ipsi supplicanti supplicatio, h. d. secundum Bald. Vel sic: Lite pendente non licet supplicare nisi pro actorum vel sententiæ copia denegata: causa verò finita nullo modo, sub pœna dispendij litis & infamia. Sal.

II. *Imperat.* CONSTANTINVS *A. Probiano suo salutem.*

SVpplicare.] CASVS. Non licet alicui supplicare lite pendente nisi iudex ei copiam actorum vel inspectionẽ negauerit.tunc enim potest supplicare vt imperator rescribat cogendo iudicem vt ei actorum copiam faciat: neq; est iste audiendus qui quæstionem determinatam iterùm vult refricare, si autem contra fecerit, puniendus erit, vt in fine dicitur. Viuian. ¶Nota primò ex hoc textu secundum Baldum, quòd semper est facienda copia actorum, & etiam sentẽtiæ: supple, cum [e] die & consule, & ita intelligitur iste textus, & l.y.j. de edend. licet secus in aliis instrumentis priuatis: vt in l.j.§.editiones ff.de edend.

e ¶*Ad eas*.est ergo necesse peti & concedi.

f ¶*Annali*.vt iniuriarũ,& vi bon.rapt.& quod met.cau.& aliæ quæ non sunt rei persecutoriæ: *vt ff.de act.& obli.l.in honorarys*. Sed contra.infrà de an. except.leg. vt perfectius. vbi etiã ciuiles per libellum perpetuantur, sed ibi speciale in quatuor casibus. Item ibi [a] non fuit libellus datus principi, sed episcopo vel præsidi.

a Dic meliùs quod ibi loquitur in reterruptione præscriptionis hic non. Iason.

g ¶VT LITE PENDENTE, *&c.*

De precibus, & earum effectu, dixit: nunc quando sit vel non sit supplicandum.

h ¶*Post prouocationem*.supple omissam.

† Concor. Gloss. cum in extrau. cap. i. de libel. l. & Gloss. super verbo, ratione ex de reg. iur. ambiro. de resp. ibi. & vide Gloss. fi. in c. dilud. extra de præscrips. quod quia nõ dicitur extra pręscriptio vt lis pen.

L*Icet postquam supplicasti*.] CASVS. M.habuit causam cum vicino suo,& coram præside litem contestatus est, pẽdente lite iste adiit imperatorẽ, & impetrauit rescriptum quo continebatur qualiter iste debe ret sententiam ferre,vel dic melius,vt iudicium transferretur in alium, & antequàm dominus meus esset reuersus cũ isto rescripto,præses vel prætor tulit sentẽtiam: vult M. prætextu illius rescripti retractare sententiam quæritur an possit? Dicitur quòd non, nisi ab illa sententia prouocatum fuisset. Viuianus.

¶Not: ex hac l. subtiliter secundum Raph. Ful. hic videri ext. quòd arripere iter ad principem non habet vim prouocationis [b] interpositæ ab iudice. Ias. hic.

† Concor. ad hoc cap. vlt. cum Gloss. i. extra vt lis pen.

b Appellatio non intelligitur qui iter ad principẽ arripuit.

i ¶*Licet postquam supplicasti*.vt non posses cõuenire sub tali iudice: & hanc supplicationẽ porrexisti ante lit. cõtestatam,vel postmam etiam ante non [c] est adeundus princeps, nisi prius defensor requisitus non faciat ius: *vt in authent. vt differ. iud.§.si verò.j.col. ix. & de mand.princip.§.si tibi quoque.col.iy.*

c Princeps nõ est adeundus, nisi prius defensor interpellatus, quod faciat.

k ¶*Impetrares*.i. concederetur.

l ¶*Pronunciauerit*. contra te.

m ¶*Suggeris*.i. dicis. & idem si ante sententiam fuisset indultum.

n ¶*Decreto*.i.definitiua sententia. *& ad hoc j. de translat.l. causas. & infrà de errore aduoca.l.sententias. & infrà sen. resp. non pos. l.iy.*

d Decreti pro definitiua sententia.

o ¶*Non patrocinatur*. i. non iuuat.

e Acta edi debent cum die & cõsule, aliud, in priuatis instrumentis.

2 Nota secundò ibi dum dicit, protinus cōdemnetur quòd si quis producat aliquā scripturam vetitā produci sub certa pœna quòd eo ipso potest condemnari ad pœnam sine alio processu secundum Bald. & Pau. de Cast. hic.

a Supplicare quibus temporibus licet. ⁊ C. 1 h. 11. 30. 6.

b Lite pidente quibus casibus supplicare licet, ad de Gloffam Nouella in verbo legitimo.

c Dummodo non concernat causā de qua offenditur. Bar. & Pau.

d Acta quæ.

a ¶ *Non licet.* Tria[a] nota tempora: Ante litem contestatam, & tunc licet supplicare, dū modo prius sit requisit[b] suus iudex, & non facit ius: *vt dixi* § *1. proxi.* Item post lit. contest. & tunc non licet, *vt hic*, nisi[b] in casibus, qui excipiuntur hic. Tertium post sententiam, & post decē dies, & tunc non licet: *vt in fi. huius l. et* § *1. prox.* & hoc in his quę petuntur pro ipsa causa. si autē aliud priuilegium peteretur, quandocunque [c] potest.

b ¶ *Actorum.* id est [d] eorum quæ aguntur in iudicio. s. attestationū, & confessionum, qua publicanda sunt: *vt hic, & in auth. de test.* § *quis vero. col. x.* ADDITIO Dic quòd talia acta in iudicio sunt communia, & debent edi vtrique parti, & concord. c. perpetuus de fi. instr. & Gl. in c. quoniam cōtra. in ver. tempora. de probat.

† C. Ti. 11. 30. 6.

c ¶ *Pronunciationis.* s. inter locutoriæ: [e] vel etiā fortè definitiuę illius iudicis à quo appellatur: *vt j. de eden. l. ii apud & de appell. quoniam nonnulli. & l. à pro consulibus.* De tertio autem potest supplicari lite pendente, scilicet vt iudex procedat. Item de quarto, vt alius associetur, cum forte ille suspectus sit: *vt in authent. in medio litis.* § *super hoc. col. vij.*

e Supplicare in quib. casibus liceat lite pendente.

d ¶ *Quæstionem.* per definitiuam sententiam à qua non est appellatum aliàs nec terminata videtur: *vt ff. ad Turpi. l. j. in fi. & de pœn. l. rei capitalis.*

* al. consultibus Græcorū.

e ¶ *Suffragio.* s. rescripto.

f ¶ *Aestimationem.* & sic duplum punitur.

SVpplicare † causa pendente non licet[a], nisi vel actorum[b] communium vel pronunciationis[c] editio denegetur. Qui autem terminatam rescripto vel consulatione quæstionem[d] ex quisito suffragio[e] refricare conabitur, in omnem litis æstimationem[f] aduersario suo protinus condemnetur, omni venia deneganda, si quis contra hæc supplicare tentauerit. Dat. Id. August. Arelate. PP. Id. Octob. Thebeste, Sabino & Ruffino Coss.

* *Non appellanti est impositum silentium ipso iure & si tentat per rescriptum retractare decisa, notatur infamia. Bald.*

III. *Idem A. ad vniuersos prouinciales.*

QVi † licitam prouocationem omiserit[g], perpetuò silere debebit: nec à nobis impudens petere per supplicationem auxilium. Quod si fecerit, desiderio suo carebit, & ignominiæ pœna notabitur. Dat. Kal. August. PP. Kal. Sept. Basso & Ablabio Coss.

TITVLVS XXII.

SI CONTRA IVS, VEL vtilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum, vel impetratum.

Omissio non vitiat rescriptum in eo quod si fuisset expressum, fuisset tamen æquè concessum Bald.

1. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Gregorio.*

QVi [*illicitam.*] CASVS. Ideò non debet aliquis rescriptum impetrare lata sententia, per quod possit sententiam infirmare quia debet quis lata sententia contra se appellare: quod si non fecerit perpetuò debet silere, si autem contra fecerit, desiderio suo carebit, & pœna notabitur infamiæ. Viuian. ¶ Nota primò ex hac l. quòd de natura sententiæ[f] est imponere perpetuum silentium victo, & intellige silentium super contradictione, secundum Bal. 2 Nota secundò in fin. secundum Paul. hic vnum mirabile, quòd incurrit infamiam[g], qui supplicat vt retractetur sententia quæ transiuit in rem iudicatam: & sic si produceretur in testem, posset sibi obiici quòd non esset habilis. Patitur etiam aliam pœnā, de qua in l. præcedenti. in fin. & dicit Paul. hic istud menti tenendum.

f Sententiæ ea est natura, vt condemnato perpetuū imponat silentiū.

g Infamis fit, qui supplicat aduersus sententiam, quæ transiuit in rē iudicatam.

g ¶ *Omiserit.* Qui autem si illicitam omisit vt quia toties appellauerat, quia iam plus appellari non poterat, vel ex vera cōtumacia fuerat damnatus? Respondetur, potest supplicare, tunc secundum quosdam: *argument. huius l.* quod non placet, ne altero casu ex[h] contumacia consequatur premium: *vt ff. de neg. gest. l. sue hereditarie:* altero infinita incurratur: *vt* § *de sacros. eccles. l. fin.*

h Premium ex contumacia nemo consequi debet.

i Infinitas vitanda.

SI CONTRA IVS, VEL VTILITATEM *publicam, &c.*

Tractando de precibus fecit mentionem de rescriptis: ideò de his generaliter supponit.

NOn idcirco.] CASVS. Dominus meus impetrauit rescriptū cōtra vicinum suum, impetrādo omisit quædam, quæ exprimere debebat, porrexit illud rescriptum iudici, & petiit vt procederet in causa, aduersarius dicit quod nō debet procedere: quia quædam dicūtur omissa, & sic tacita veritate impetratum rescriptum. Quæritur, vtrum pcedere debeat? Et dicitur quod sic, & debet cognoscere in causa. Viuian. ¶ Not. ex hac l. q̄ vbicunq; aliquid tacetur q̄ videtur obstare, & in effectu non obstat, non vitiatur rescriptū sec. Bal. hic.

† ad hem. locum v. Alexandrum i. decons. 17. num. 24.

NOn idcirco minus is cui ex † nostro rescripto cognitio delata est[h], iudicare potest, quod ex gestis[i] quædam in precibus[k] omissa proponis. Dat. V. Non. Maij, Diocletiano IIII. & Maximiano III. AA. Coss.

Ista lex est notabilis & vtilis, & habet duas lectiones. Vna est secundum Pla. si reperiatur rescriptum. per mendacium impetratum, non cognoscet impetratus de negotio principali. h. d. Bald. Vel sic: Ista lex habet multas lecturas, & summariè secundum omnem lecturam, intendit. Mendacium supplicantis delegatum cognoscere & pronuntiare non impedit pro tenore veritatis, vel magis strictè: Supplicantis mendacium in qualitate vel circunstantia rei non impedit delegatum cognoscere & pronunciare pro veritatis tenore. Saly.

h ¶ *Delata est.* i. delegata[a] causa, puta appellat.

a Si princeps in suo rescripto dicat simpliciter, delegamus tibi talem causam, intelligitur mandasse cognitionē & decisionē. sec. si dicat delegamus tibi talem causam cognoscendam, quia tunc tantum causę cognitionem mandasse videtur v. Bellum …

i ¶ *Gestis.* apud primum iudi.

k ¶ *In precib.* principi por rectis quia videbat per mendaciū impetratū, & sic nullum; sed tamē valet. ¶ Sed cont. j. l. prox. Sol. vt ibi.

P ¶ *Rescriptione.* Dominus meus impetrauit rescriptū & p mendacium, quæritur ergo, an iudex debeat pcedere, & sententiā ferre? Et dicitur quod benè debet pcedere non secundum mēdacium, sed secundū tenorē veritatis, falsum autē est siue in facto, siue in iure aliqd falsum, vel tacēdo verū, exprimatur ¶ No. ex hoc tex. ibi, siue in tacendi fraude, q̄ mendaciū ita pōt. cōmitti tacēdo veritatē, sicut exprimēdo falsū tatē, sec. Ias. & dicūt hic in fin. Bar. & Raph. Fulg. post Iac. But. quod testis debet ita puniri pœna fal. quando scienter tacet veritatem, sicut qui do exprimit falsum: *con cor. c. p. & ibi Pa. de cri. fal. & tex. not. in c. quisquis xj. q. iij.*

† Hac lex cum 4. legibus seq. … 25. q. 2. præscriptione.

II. *Idem AA. &* CONSTANT. & MAXIMIAN. CC. *Statiæ.*

PRæscriptione[l] † mendaciorū opposita[m], siue in iuris[n] narratione mendaciū reperiatur, siue in facti[o], siue in tacendi[p] fraude: pro tenore[q] veritatis, non deprecantis affirmatione datū iudicem cognoscere debere[r], & secundum hoc de causa cōuenit ferre sententiā[f]. Dat. Kalend. Dec. Sirmij. CC. Coss.

l ¶ *Præscriptione.* i. exceptione, qa dicit suggesto mēdacio impetratū.

b Nota bene istā Gl. quod surreptio tacitis scripti non vitiat rescriptum Ias. hic. cuius Glos est valde singularis secundū Bald. hic in a. c. ad hoc quòd tempus quod datur ad appellandum, possit augeri per statutum & cōsuetudinē & reputauit singulare Felin. in c. cum sit Romana. extra de … Appellatio …

m ¶ *Opposita.* ab eo contra quem est impetratum.

n ¶ *Iuris.* s. scripti, vt quia dixit legē dicere intra duodecim dies posse appellari: quod non placet[b] cùm oīa iura sint in ejus pectore: *vt j. de test. l. omnium & j. vnde vi l. meminerint.* & quia multi sunt circa eum semper iurisperiti. 2 Dic ergo iuris consuetudinarij, cum ius aliud scriptum, aliud non scriptū: *vt inst. de iur. nat. gent. & ciu.* § *constat.* Dicebat[c] enim consuetudinē esse terræ suæ quòd intra xij. dies poterat appellari & dic iure, qualitate facti. Dicebat enim se intra x. dies appellasse: cùm postea appellasset; & sic ponitur ius *ff. de iure. l. fi.* § *fin. autem.*

o ¶ *In facti.* s. narratione q̄ dicebat se appellasse, cū nō esset verū.

p ¶ *Tacend.* quia dicebat se appellasse, & in veritate appellauerat, sed nō exprimebat super qua causa: cùm talis erat super qua non poterat appellari quæ sunt multæ[d]: *vt* § *qua app non re. per totum. & maximè in l. fi.* Item exemplum est *ff. de cuist. l. si rem. q.* § *vlt. & de adol. l. sip. ter sam.* § *fi. & de minus vot. sed si hoc.* § *patronum.*

d Multis in causis appellari non potest.

q ¶ *Pro tenore* contempto rescripto.

r ¶ *Debere* quatuor modis intelligitur hoc 1. Primò, vt pronūciet se iudicē nō esse, sec. P. 2 Secūdò, q̄ fit aliàs ordinarius partiū dictus delegatus, sec. H. 3 Tertiò quod cō senserint partes in delegatū, nō in hoc quod per mēdacium est impetratū. 4 Quartò qa delegatus nō cognoscit, sed alius qui erat ordinarius partiū, & secūdū hos modos quatuor nō cognoscit ex vi rescripti de principali negotio: sed quia vel partes cōsenserūt. vel quia aliàs erat ordinarius: vel nullo modo. vt in primo. 5 Quintò sec. Az. ex vi rescripti sequēdo veritatē tacitā, non mēdaciū expressum cognoscit de toto negotio sec. decret. *vt ext. de rescr. c. super literis.*

e hinc colligere … voluntariam respectu terræ … putauerat interesse, valere … in personis nō subiectis iudici … Bald …

f ¶ *Sententiam.* i. feret sententiam, super hoc sc. vtrum fuerit im-

a Dobitationis causa iurisdictio quandoque tribuitur cui cō petit.

petratum per mendacium, an non, secundum Plac. sic causa[a] dubitationis habet iurisdictionem, quam aliàs non haberet: *vt & ar. ff. de iud. l. si quis. j. & l. si quis in ius voca. l. pen. & de lib. causa. l. ordinata. & j. si adu. rem iud. l. si cum pater.* 2 Vel dic secundum Azo, quòd faret sententiam super causa principali: & illud quod erat per mendacium dictum, illi non proderit. ¶ Sed secundum hoc, contrarium huic l. videtur *infra eo. l. & si legibus.* nam videtur hic quòd mendax[b] precator nō prorsus careat impetratis: quia saltem iudicem habet ex hoc rescripto per mendaciū impetrato. Sed hic loquitur de eo qui aliàs erat ordinarius partium, aliàs secus esset: vt ibi secundum Ir. ¶ Sed argument. contra. huic solutioni. *ff. de offic. eius cui man. est iur. l. & si prætor.* nō obstat: quia ibi tenuit delegatio: hic non. 2 Vel intellige quòd hic dicit, cum partes consenserunt in delegatione iurisdictionis, sed in forma iudicandi non consenserunt, sed vnus impetrauit per mendacium. 3 Vel dic datum à lege id est[c] ordinarium non à principe datum, & sic ordina literam istam, pro tenore veritatis datum iudicem cognoscere debere: non datum pro deprecantis adfirmatione. ¶ Item contra. supra l. proxim. Sed illa in rescriptis, hæc in priuilegiis. 2 Vel ibi ea tacuit, quæ si dicta fuissent, nihilominus impetrasset, hic non: *vt ff. de ven. inspi. l. j. §. fina.* 3 Vel distingue, vtrum fuit per errorem falsum dictum. 4 Vel distingue[d] si rescriptum fuerit impetratū per mendacium, aut ad obseruantiam iuris communis: & tunc valet, quia pro tenore veritatis cognoscendum est: *vt in l. nostra. & l. & si non cognitio.* aut ad priuilegiū, & tunc non valet: & si[f] potest intelligi infra eod. *l. & si legibus.* & ff. de nat. rest. *l. j. fi. & de adopt. l. si pater. in fi. cum l. sequen.* & est ratio, quia priuilegia impetrantur pro meritis: *vt ff. de re mil. non omnes. in fi. & infra de statu. & imagin. l. vltima.* vnde si mentiatur, non est mirum si penitus careat impetratis: *vt prælegat. l. infra eod. & si legibus.* sed rescripta ad obseruantiam iuris communis, v.g. vt iustitia obseruetur valent, nam pro tenore veritatis cognoscendum est. ¶ Vt in lege nostra pateat per omnes solutiones, quòd ex vi rescripti de principali nunquā iudicabit. 2 Vel dic ex vi rescripti esse pro veritatis tenore iudicandum, & non pro affirmatione deprecantis: *vt j. eo. l. & si legibus.* sec. Azo. & sic veritas[e] tacita habetur pro expressa: *vt ff. de seruit. l. si cui.*

b Mēdax precator an sem per careat impetratis.

c Iudex à lege datus dicitur ordinarius.

* C. Th. l. 1. 4. ad Barbarum Pompeianum consularem Campaniæ.

d Rescriptum per mendaciū impetratū an valeat.

e Tacita veritas habetur pro expressa.

f Probationē licitā & debitam iudex nō admittēs, punitur.

f Rescriptum principū imò & Papę, vt hic etiam à iudicibus inquirēda: neque tali inquisitione sic iniuria principi: cùm huiusmodi inquisitio fiat veritatis quærendæ causa, cuius princeps studiosus esse debet. Imò qui id facit iudex placere principi debet. *vt hic adde c. si quando. extra de rescript.*

g veritatis sectatores Deo placent.

i Tacitè quędā in sermone accipiuntur.

k Tacita veritas pro expressa habetur.

Vbi rescriptum dicitur falsum, recipienda est probatio super obiectu, aliàs punitur iudex. h. d. secundum vnum intellectum, vel non loquitur hic de falso propriè sumpto, sed de mendacio impetrantis, super quo iudex debet recipere probationem. h. d. secundum aliam lecturam. Bald.

III. *Imp.* CONSTANTIN. *A. ad Bassum. pp.*

PVniri iubemus decem librarum auri mulcta iudices[a], qui vetuerint precum argui falsitatem. Dat. Kalend. Octob. Constantino A. III. & Licinio Cæsar III. Coss.

Iudex executionis habet cognitionem obreptionis. Bald. Vel sic: Etiam vbi executio committitur, de veritate precum inquiritur: & si pronunciatur rescriptum non tenere, ordinarius causa habebit de cætero procedere in principali.

IIII. *Iidem A. ad Pompeianum consularem Campaniæ.*[*]

ET si non cognitio[b], sed executio[c] mandatur, de veritate precum[d] inquiri oportet: vt si fraus[e] interuenerit, de omni[f] negocio cognoscatur. Datum Idus Nouembr. Aquis, Dalmatio, & Zenophilo, Coss.

PVniri.] CASVS. Quoddam rescriptū[f] fuit impetratum à principe, quo iudicem delegauit dominum M. in causa quadam, vocatis partibus voluit procedere. arguebatur de mendacio M. voluit illud sustinere, quæritur quid iuris? Dicitur quòd iudex qui vetuit probare tale mendacium, debet puniri, in x. lib. auri. ¶ Not. ex hac lege secundum Bal. hic puniri qui licitam & debitam probationem non admittit, &c.

a ¶ *Iudices.* non[g] ergo timeant miseri prælati si veritatem sequātur, cùm Deo[h] & Papæ per hoc placeant, *vt & j. de appel. l. fina. in fi.* Vt enim quædam[i] in sermone tacitè excipiuntur aliàs, *vt ff. de seruit. l. si cui.* sic & hic veritas[k] tacita pro expressa habetur vt secundum eam procedatur: *vt j. eo. l. ij.*

ET si non cognitio.] CASVS. M. impetrauit rescriptum vt sententia quædam mandaretur executioni, cùm autem ad iudicem peruenit cum rescripto suo, qui debebat istam facere executionem: dictum fuit ab aduersario fraudem interuenisse in impetratione, vt quia fortè principi dixit latam fuisse sententiam, cùm non esset. Quæritur, quid iuris sit, dicitur quòd iudex executionis debet diligenter inquirere de veritate precum istarum, & si inuenerit quod M. fuerit in fraude versatus, tunc de omni negotio cognoscat. ¶ Nota ex hac l. secundum Cyn. & Rapha. Fulgo. hic esse textum valdè singularem, quòd si alicui committitur executio alicuius sententiæ, & re vera nulla vnquā sententia fuit lata, potest iste cognoscere de causa principali. Ias. hic. 2 Nota secundò hic videri textum fortem in verbo, de omni negotio. pro opposit. Azo. contra Plac. de qua in l. præscriptione s. eo. Caue tamen secundum Iason. hic: quia textus dicit impersonaliter, cognoscatur. vnde Placen. respondet, s. ab ordinario.

b ¶ *Et si nō cognitio.* causę principalis. 2 Vel dic executionis.

c ¶ *Sed executio.* cùm[a] hoc consistat in mixto imperio, mandari[b] non potest: *vt ff. de iur. om. iudic. l. iubere. & l. ff. de offic. eius cui mand. est. iurisd. l. j.* Sed[c] respon. princeps mandat, vt hic: non alius[d] cognitionem executionis, i. esset mandanda, vel non esset, sed ipsa missio non potest mandari. 2 Vel hic[e] primū decretum, ibi secundum, *vt ff. de offic. eius cui mand. est iurisf. cognitio. in fin.*

d ¶ *Precum.* dixit reum damnatum, nō dixit verum, vel tacuit.

e ¶ *Fraus.* putà dixit latam sentētiam esse, cùm adhuc non esset.

f ¶ *De omni.* putà de principali causa & tota. ¶ Sed à quo? Respondent ab ipso: vt quia dixit latam sententiam. & non erat, & de hoc dic extra *de sentent. & re iudicat. c. de cætero.* ¶ Item contra infra de *execut. rei iudicat. l. si vt pro ponis.* Sed hic interuenit fraus: ibi non. 2 Vel ibi[f] de nuncio, hic de iudice executore. 3 Vel[g] hic de mendacio: ibi de facto principali cognoscat. ADDIT. Vide de hac materia pulchram gloss. in verbo, & si sciat. in *c. pastoralis, §. quia verò. extra de offic. de legatar.*

a Mixti imperij causa est executio sententiæ.

b Mandari non possunt ea quæ sunt mixti imperij.

c Executionē sententiæ an & qui possit demandare.

* Paris. l. 3. sup. de legibus & l. 7. sup. de precib. imp. off.

d Hæc est contraria l. a.

e Hæc est falsa secundum Pau. hic.

f Executor sententiæ iudex cognoscere potest de meritis causę, at non executor nudus facti, vt nuncius l. si vt propon. infra de execu. rei iudicata.

g Dic melius secundū Pau. hic.

h Refertur hæc lex 15. quæst. 2. c. ... vel

Mendacium necat priuilegium. h. d. secundum Baldum. Vel sic: Priuilegium vel rescriptum in re vel causa fraudulento mendacio impetratum, est nullum, & impetrans punitur. Saly.

V. *Impp.* THEOD. & VALENT. *AA. ad Senatum.*

ET[*] si legibus consentaneum[g] sacrum oraculum mendax[h] precator attulerit, careat[i] penitus impetratis: & si nimia mentientis inueniatur improbitas, etiam seueritati subiaceat iudicantis. Datum VII. Idus Nouembr. Theodosio XII. & Valentiniano II. AA. Coss.

Rescriptum contra ius constitutionis, vel contra publicam vtilitatem, non valet, Baldus. Vel sic: Rescriptum contra publicam vtilitatem, tanquam iuri contrarium, nullius est momenti. h. d.

ET si legibus consentaneum.] CASVS. M. impetrauit rescriptum, & per[h] mendacium: neque tamen legibus contrarium sed iuri consentaneum. Quæritur, vtrum commodum aliquod inde debeat habere? Dicitur quòd non: sed carere debet commodo rescripti, & si nimia eius fraus inueniatur, iudex eum pro arbitrio suo punire poterit. ¶ Nota, secundum Paul. de Castro, & Iasonem. hic, quòd ista lex loquitur in rescripto gratioso, in quo princeps concedit aliquam gratiam, vel secundum, vel præter ius, putà concedit feudum, vel concedit beneficium ecclesiasticum, vel concedit gratiam alicuius delicti, certè si supplicatio arguitur de falso, rescriptum redditur nullum: imò potest puniri de falso supplicans: quia lex præsumitur quòd princeps concesserit gratiam propter supplicationem, & iste est verus intellectus huius legis. Sed l. præscriptione supra eod. loquitur in scripto ad obseruantiam iuris communis, secundum Iason. hic.

g ¶ *Consentaneum.* s. aliàs: vt quia non lædat alium, & prosit petēti: *vt 3. de pre. impe. offi. l. rescripta.*

h ¶ *Mendax.* vt quia[i] dixit se strenuū militem, & multos latrones apprehendisse, & transfugas demonstrasse, ob talia enim cōsueuit crimina remittere imperator, vel aliqua priuilegia concedere: *vt ff. de re militari. l. non omnes §. fin.* at iste in omnib. est mētitus.

i ¶ *Careat.* *vt & infrà titul. j. l. final. & infrà si nupt. ex re. pec. l. j. & suprà de senatusconsult. l. j.* Sed certè imò videtur valere secundum veritatem: *vt suprà eodem l. secundum quæ est contra.* Solue vt ibi.

i Priuilegium vitiatur ex mendacio in causa finali admisso quod rescripto adiectum est.

OMnes.] CASVS. Sępè contigit quod rescriptum est impetratum contra leges communes, & aliquando contra voluntatem principis, præcipit ideò imperator, quod non recipiātur huiusmodi rescripta ab aliquibus iudicibus, imò quod ab eis debeāt refutari: & præci-

præcipit similiter iudicibus quòd istas leges generales & communes sequi debent. ¶ Nota primo ex hac l. quod generalis constitutio est obseruanda potiùs quàm rescriptum. 2 Nota secundo quòd rescripta inutilia non sunt per iudicem causæ admittenda. & idem dic in alijs instrumentis inutilibus quòd iudex non debet pati quòd redigatur in actis, secund. Bal. hic.

a ¶ *Adnotationem.* quæ fit ipso motu: *vt* ʒ. *de legi. l. iiij.*

b ¶ *Generali iuri. vt* ʒ. *de preci. impe. off. l. rescripta. & l. nec damnosa. & de sacrosanct. eccles. l. iubemus nullam. & ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. si quis à principe. & ʒ. de transact. l. causas. & ʒ. de operi. publi. l. v. & ʒ. de legi. & constitut. l. iu. & ʒ. de vec. l. omniu.* ¶ Et distingue: b quia si rescriptum est contra c ius Dei vel euangeliorum: non valet: *vt ff. de argum. l. nam magistratus.* (Distinguere tamen potest lex humana legem Dei: vt illud, In ore duorum, &c. nam distinguitur testamentum ab alijs: & est ratio: *vt infr. de fideicommiss. l. fina.* cum & Apostolus d dicat: Estote subditi principi tanquam præcellenti & ducibus ab eo missis) Si vero cótra ius humanum: si cótra ius naturale vel gentium, non valet: vt si petam, quòd res alterius mihi detur. nam dominia rerum sunt de iure gentium: *vt ff. de iustitia & iur. ex hoc.* & tunc non valet, cum sint immutabilia: *vt instit. de iur. natur. §. penultim.* (Fallit tamen in casibus: *vt infra de vend. re. fis. l. j. lib. x. & infra de quadri. præscript. l. fin.* & fallit ratione delictorum, *vt per totum titul. de bon. damnator.* Item ratione publicæ e vtilitatis: *vt ff. de rel. g. l. si quis sepulchrum circa princip.*) Si autem est contra ius ciuile, vt circa actiones, quæ sunt de iure ciuili: *vt ff. de origin. iur. l. ij. §. omnium.* si quidem vt prorsus tollantur, non valet: vt differantur, valet. *vt* ʒ. *de precib. imper. off. l. quoties.* ¶ Quid autem si dixerit imperator, non obstante tali lege? Respondetur, valet: *vt ff. de leg. iij. l. si quis. in princip. & in authen. de testa. imperfect. §. penult. colla. vj.* Alij hoc non exigunt, sed distinguunt, an ex certa scientia concedat, vel non: *vt arg. ff. si quis caut. l. sed & si quis. §. fin.* Si autem contra publicam vtilitatem, valet tunc demùm si secunda iussio f intercedat: non aliter, *vt hic & in authent. de mand. princip. § deinde competens. collat. iij. & in authen. vt nulli iudic. §. & hoc verò iubemus. collat. ix.* si verò per mendacium, valet. sed secundùm veritatem iudex datus debet procedere: *vt* ʒ. *ead. l. ij.* sed P. dixit etiam tunc valere si modicam contineat læsionem. & hoc not. ff. de constit princip. l. j. in fin.

a Rescripta aduersus generale ius non sunt admittenda.

b Similis gloss. ... ff. de iustit. ...

c Rescripta contra ius diuinum, naturale, gentium & ciuile an & quando valere possint.

d 1. Petr. 2.

e Lex & princeps quando causa publica ... per ... causa publicæ vtilitatis ... possunt ... tollere ...

f Geminata & iterata principis iussio pro certa scientia & motu proprio reputatur.

vj. *Imp.* Anastasius *A. Matroniano pp.*

Omnes cuiuscunque maioris vel minoris administrationis vniuersæ nostræ Reipublicæ iudices monemus, vt nullum rescriptú, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacrá adnotationem a, quæ generali b iuri vel vtilitati publicæ aduersa esse videatur, in disceptationem cuiuslibet litigij patiantur proferri: sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas. Dat. Kalend. Iul. Constant.

Titulus XXIII. De diversis rescriptis, & pragmaticis sanctionibus.

Rescriptum communiter impetratum, præsumitur vtrique concessum. Bald. vel sic: Praeiudicij paritas, & rationis identitas facit quòd in responsione intelligatur repetita persona, quæ in interrogatione præcessit. hoc dicit secundum Barto. Vel sic: Rescriptum in causa communi vni de supplicantibus directum, ad vtrumque porrigit suum effectum. Salycetus.

i. *Imp.* Alexander *A. Supero.*

De diversis rescriptis, et pragmatis sanctionibus.

Dixit supra de rescript. contra ius elicitis: nunc generaliter de omnibus pragmaticis fallis. Vel sic: Dictum est supra de rescript. quæ sunt contra ius: nunc audiamus de diuersis ab his id est de contrariis, id est de his, quæ sunt secundum ius. Vel sic: Supra tractauit de rescriptis: sicut & illa rubrica intelligitur, de diuersis & temporalibus præscriptionibus. in ff. Azo.

Si libellum.] casus. M. vna cum fratre suo accessit ad imperatorem: & de quadam sua communi causa, quam cum Titio habebant, obtulerunt libellum imperatori: & cú imperator deberet rescribere non fecit in rescripto mêtionem, nisi solum de M. voluit frater M. agere: obijciebatur ei quòd nó possit, quia rescriptú non fecit de eo mentionem. quæritur, quid iuris sit? Dicitur quod benè potest agere: eo maximè quòd libellum simul obtulerunt, & eo quòd causa erat communis. Viuianus.

¶ Nota ex hoc text. secundum Iason. hic regulam quòd rescriptum ambiguum a debet intelligi secundum supplicationem. *facit l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. act.*

Si a libellum c de cómuni causa tu, fraterve tuus, dedisti: quáuis rescriptum ad vnius personam directum sit, vtrique tamen prospectum d est. Dat. id. Iul. Alex. A. II. & Marcello Coss.

c ¶ *Si libellum* in quo continetur quòd princeps delegat iudicem in causa quam vult intentare contra quendam pro impetrando iudice.

d ¶ *Prospectum est.* quia, quæ b in præfationibus dicuntur, & cæt. *vt ff. de verborum obligation. l. Titia. §. idem respondit.* ¶ Item nota, quòd beneficium ratione consortis c ad alium porrigitur: *vt hic. & ff. quemadmodum seruit. amit. l. si communem. in princip. & si ser. uit. vindic. loti. §. si fundus. & facit in authentic. vt lib. ma. & aui. §. an hoc. infra. §. & infra si vnus ex pluribus appellauit. l. j. & ij. & infra, ad exhibend. si ser.* ¶ Sed argum. contra. ff. *de minor. l. quòd si minor. §. si seruum. & ff. de condict. fur. l. vj.*

a Ambigua rescripta intelligi oportet secundum supplicationem.

b Repetita in fine intelligi turque in præfationibus dicuntur.

c Beneficium ratione cóforti ... porrigitur.

Rescriptú est perpetuum, non autem est annale, nisi aliud tempus destinatur in rescripto. & est no. a. tex. Bald. Vel sic: Rescripta de iustitia sunt perpetua, nisi in eis apponatur certum tempus. h. d. Pan. de Cast.

ii. *Imp.* Claudius *A. Epagato.*

Falsò e † adseueratur auctoritatem rescriptorú de uoluto spacio anni † obtinere firmitatem suam non oportere: cum ea, quæ ad ius f rescribuntur, perennia g esse debeant, si modo tempus, in quo allegari vel audiri debent, non sit comprehensum h. Dat. VII. K. lend. Nouemb. Antiochiano & Orphito Coss.

Falsò.] casus. impetrauit rescriptú quo vius non est intra annú: post annum vult vti: cósuluit sapientem suum qui respondit ei quòd rescriptum nó valuit ex quo annus lapsus est post impetrationem. adiuit imperatorem volens aliud rescriptum impetrare super eadem causa. dicit ei imperator, nónne aliud rescriptum habuisti? respon. imperatori, domine sic: sed sapiens meus dicit post annum non valere ex quo vsus non sum. vade ad dominum, & vtere rescripto tuo: quia falso persuasum est tibi: imò scias quòd huiusmodi rescripta perpetua sunt. Viuian.

e ¶ *Falsò.* aduerbium.

f ¶ *Ad ius.* id est ad causam.

g ¶ *Perennia.* id d est sine fine. *sic ponitur. ff. de si. l. i. §. & arg. ʒ. de pæn. l. ferum.* 2 Vel verius e si ad agendum: tunc vsque ad xxx. annos: *vt ʒ. de præscriptione xxx. annor. l. sicut.* si ad excipiendum, tunc perpetuo: *vt ff. de dol. exception. l. pure. §. fina.* secus autem si ad faciendum: *vt ff. de nun linu. l. j. que est contra.* Et est ratio, quia priuilegium nundinarium f decennio perit, vt ibi: quia in g præiudicium vniuersorum impetratur: sed alia in præiudicium singularis personæ.

¶ Quid autem si concessit princeps alicui facere molendinú h in flumine publico? nonne hæc concessio erit perpetua? Certè sic per hanc l. cum indistinctè loquatur. Non obs. de nundinis, quia in speciali i causa loquitur: nec debet trahi ad consequentiam: *vt ff. de legi. & senatu. consult. l. quod verò.*

h ¶ *Comprehensum. vt & arg. ff. de tuit. si rem. §. si.*

e Hoc lex ... ʒ. ...

d Perpetua sunt quæ sine fine sunt, vel Decennalia.

e Rescripta in dubio ad perpetua ...

f Nundinarum priuilegium decennio perit, & cur.

g Nundinæ in præiudicium vniuersorum impetrantur.

h Molendini cócessio facta à principe, perpetua est.

i Specialia trahi in consequentiam nó debent.

iii. *Imp.* Diocle. & Maximian. *AA. Crispino præsidi prouinciæ Phœniciæ.*

Sancimus, vt authêtica ipsa atq. originalia rescripta, & nostra etiam manu subscripta, nó exêpla i earú insinuentur k. Dat. Prid. Kal. Apr. Annibaliano & Asclepiodoto. Coss.

Sancimus.] casus. Qui vult probare aliquid per rescriptum, non debet exemplum probare ex publico, sed ipsum originale. idem est si hoc exemplificauit ad perennem rei memoriam. & hoc potest lex dicere. sic ergo authentica & originalia rescripta sunt iudici præsentanda, non autem exempla. Viuianus.

i ¶ *Non exempla.* ¶ Argument. quod per originalia k est probandum: *vt & infra de eden. l. procurator. & ff. de fid. instrumens. l. ij.*

k ¶ *Insinuentur.* id est l in iudicium ostendantur ad aliquam proba-

k Probationes fieri debét ex instrumentis originalibus, & authenticis non exemplis.

l Insinuari dicuntur quæ in iudicio ostenduntur, vel publicantur ad cæterorum rei memoriam.

tionem faciendam. 2 Vel insinuentur, id est publicentur ad æternam rei memoriam ad ᵃ finem habendam. de publicatione loquitur. j. de testa. publicati. & l. consulta.

a ¶ Si qua beneficia personalia. Quid si non personalia? certè idē: quia quare aliud esse debeat, nō video. ff. ad l. Aquil. l. illud.

b ¶ Careant. ¶ Contra s. de no. co. fa. §. penult. Sol. vt ibi.

Sacrilegij.] CASVS. Imperator cōcessit immunitatem domino M. vel aliquod aliud priuilegium: dicitur à quibusdam quod dominus M. nō est dignus talem habere immunitatē vel dignitatē. dicit quòd qui tale aliq̄d dicit, incidit in crimē sacrilegij. nam instar ᵇ sacrilegij est reputare aliquē indignū quem imperator approbauit. ¶ Nota primò ex hoc textu ibi, diuinis, quid rescriptū ᶜ imperatoris dicitur res diuina: quia est Deus ᵈ in terris: vt in no. in authent. s. de sacrosa. eccles. 2 Nota secūdò in verbo, dignitatib. q̄ imperator potest cōferre dignitates alicui nō habenti, & nobilitare ᵉ quēcūq; vult, secūdū Bal. & Paul. de Cast. hic. c ¶ Sacrilegij. dic ᵃ casum: vt ff. de re iud. l. quid a con sulebat. et facit j. de cri. sacri. l. j. & s. de sacros. eccles. l. placet. & de prec. imper. offe. l. vniuersis.

Sacri.] CASVS. In rescriptis emanantib. ab imperatore fiebat subscriptio imperatoris: vt s. eod. l. sancim ᵃ. crederet quisquàm illa subscriptio posset fieri de quolibet liquore vel quolibet encausto. non est ita (vt dicit imperator) sed debet scribi de quodā encausto. quod debet fieri de duob. piscibus, de murice & cōchylio: qui debent comburi, & ex illo puluere fieri encaustū imperiale. & nisi de tali encausto fuerit facta subscriptio, nō valet rescriptū. Dicebat aliqs Romanus: Volo tali encausto scribere rationes meas & facere. dicit imperator, quòd nō licet alicui habere nisi ipsi soli: & si aliquis tētauerit pœna capitali punietur. Viuian. d ¶ Sacri affatus. i. nostra rescripta. Et nota quædā referri hac l. sine quibus nō valet rescriptū: quæ tamen hodie non seruantur.
e ¶ Vultu. id est aspectu.
f ¶ Lustrentur. i. scribātur ex toto. 2 Vel verius lustrētur, id est illuminentur vel cinnabrientur.
g ¶ Signentur. id est illuminentur affatus. Est ᶠ autem murex piscis, quòd debet coqui: & conchylium est animal sine capite, quod debet cōburi, & postea vtrūque teri, vt ex eo fiant signa in rescriptis. Accurs.

a Insinuationes instrumentorū ad æternam rei memoriam fieri solent, vt ad ea in futurū recurratur, quoties opus erit, si scilicet emendæ causæ.
* Ad Bassum PP. C. l. I. I.
b Sacrilegij instar indignū ducere quem princeps dignū iudicauit.
* l. 2. infra de crimine sacri leg.
c Rescripta principis vt res diuinæ habentur.
d Princeps Deus in terris.
e Nobilitare potest princeps quēcunque vult.
* vet. rescriptione sine omnibus in vno et ac apta tū sub rescriptione.
f Murex piscis

Concord. 25. q. ij. si qua. vbi est hæc lex canonizata. Bald. & Salyc.

IIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Lycianos.

Si qua beneficia personalia ᵃ sine die & consule fuerint deprehēsa, auctoritate careāt ᵇ. Dat. V. Kal. Aug. Sabariæ. Probiano & Iuliano VV CC. Coss.

V. Imppp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. A A A. ad Nicetium. I. V. annonæ.

Sacrilegij * instar est, super quibuscunque administrationibus vel dignitatibus promulgandis diuinis obuiare beneficiis. Dat. Kal. Febr. Mediolani, Archadio. A. & Bautone Coss *.

Rescripta debent esse scripta cum encausto cocti muricis, & in chartis siue membranis: alias non valent. Et nemo priuatus tale encaustum habere potest sub pœna capitis, & bonorum amissione. Salyc. sed hodie non seruatur. vt in gloss.

VI. Imp. LEO. A. Hilariano magistro officiorum & patricio.

Sacri affatus ᵈ, quoscunque nostræ mansuetudinis in quacunque parte paginarum scripserit auctoritas, non alio vultu ᵉ pœnitus aut colore, nisi purpurea tantummodo inscriptione * lustrentur ᶠ: scilicet vt cocti muricis, & triti conchylij ardore signentur ᵍ. Eaque tantummodò fas sit proferri vel dici rescripta in quibuscunque iudiciis, quę in chartis ʰ siue membranis ⁱ subnotatio nostræ subscriptionis impresserit ᵏ. Hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum aut concessum habere, aut quærere, aut à quocunque sperare: eo videlicet qui hoc aggressus fuerit tyrannico spiritu, post proscriptionem bonorum omnium capitali non immerito pœna plectendo. Dat. VI. Kalend. April. Iordane & Seuero Coss.

Non valent rescripta principis nisi apponatur clausula, si preces veritate nitantur. & puniuntur, qui rescripta dictant vel scribūt hac clausula non apposita. In secūda parte dicit quid sit pragmatica sanctio.

VII. Imp. ZENO A. Sebastiano præfecto prætorio.

Vniuersa † rescripta siue in personam ˡ precantium siue ad quemlibet iudicem manauerint, quæ vel adnotatio ᵐ, vel quæuis pragmatica ⁿ sanctio nominentur *: sub ea conditione proferri præcipimus, si preces veritate nitantur. Nec aliquem fructum precator oraculi præcipiat impetrati, licet in iudicio adserat veritatem, nisi quæstio ᵒ fidei precum imperiali beneficio monstretur inserta. Nam & vir magnificus quæstor ᵖ, & viri spectabiles magistri scriniorum, qui sine præfata adiectione qualecunque diuinum responsum dictauerint, & iudices qui susceperint, reprehensionem subibunt. Et qui illicitè dictata scribere ausi fuerint cuiuscunque scrinij memoriales seu pragmaticarij vel adiutores primicerij, amissione cinguli feriantur. Pragmaticas præterea sanctiones ᵍ non ad singulorum preces super priuatis negotiis proferri, sed si quando corpus aut schola ʳ, vel officium, vel curia, vel ciuitas, vel prouīcia, vel quædam vniuersitas hominum ob causam publicam fuderit preces, manare decernimus: vt in his ˢ etiam veritatis quæstio reseruetur. Dat. X. Kalend. Ian. Constantinop. post consulatum Basilisci. II. & Armatij.

IN AVTHENT.

Vt diuinæ iussiones subscriptionem habeant gloriosissim. quæstoris. colla. VIII.

Gloriosissimi * quoque quæstoris subscriptio est necessaria, in qua contineatur, & inter quos, & ad quem iudicem, & per quem sacrum dirigatur oraculum. alioquin à nullo iudice suscipiatur.

h ¶ In chartis. de bombyce. Accursius.
i ¶ Membranis. de ouib. & dicuntur membranæ, ᵃ quia de membris alium eripiuntur.
k ¶ Impresserit. i. scripserit.

Vniuersa.] CASVS. Hac l. tractatur sub qua forma debeāt impetrari rescripta: & dicit quòd Imperator debet scire fidem precum, vtrum veritatem contineant, vel non: & tunc debet rescriptum concedi: neque valet rescriptum nisi illa clausula, scilicet, si preces veritate nitātur, fuerit inserta. & si quæstor manum apponat rescripto, debet diligēter inspicere si inuenerit ibi illam clausulā: quā si nō inuenerit, debet tūc subtrahere rescriptū quasi nullum. quod si iudices susceperint, reprehensionē subibunt. & hoc faciūt curiales. 2 Itē in curia dñi imperatoris erant sciniarij & notarij: dicit illis imperator, quòd nō debet aliquis illorū illicitè aliqua rescripta dictare vel scribere, nec recipiantur huiusmodi rescripta: & si cōtra fecerint, punient. 3 Dicit in fi. q̄ nōvult facere pragmaticā aliquā sanctionē ad postulationē alicui ᵃ priuati, nisi fuerit ad postulationē alicuius ciuitatis, vt in fine dicit. 4 Cætera oīa plana sunt vsq; ad tit. de edendo. vide per te. Viuianus.
l ¶ In personam. vbi Imperator alloquitur ipsos precantes.
m ¶ Adnotatio. quæ ᶜ fit spontaneo motu.
n ¶ Pragmatica. i. ᵈ causa ventilata in auditorio.
o ¶ Quæstio fidei. i. inquisitio, id est superior adiectio, si ᵉ preces veritate nitāt. sed secūdùm ea no. valet rescriptū etiā si hæc verba non apponantur: quia tacitè intelliguntur: vt extra de rescript. c. ij. & ad hoc 7. tit. j. l. & si non cognitio. Sed Pet. dixit etiā secūdùm l. si. non inserantur, valere rescriptum. quod est cōtra l. hāc. Item dixit, q̄ si est inserta hæc clausula, præsumitur pro impetrāte q̄ verum dixerit. si autem non expresserit, tunc contra eum præsumitur. quæ distinctio non probatur lege.
p ¶ Quæstor. i. cācellarius ᶠ hodie. ¶ Et no. q̄ in fine rescripti debet esse subscriptio quæstoris, quæ cōtinea ᵍ inter quos & ad quē iudicē, & per quā psonā fuerint directa: vt in aut. vt diu. iu. su. fi. subscri. hab. gl. quæ. col. 8.
q ¶ Sanctiones. i. rescripta quæ dantur consilio procerum. Accur.
r ¶ Schola. i. ʰ vniuersitas hominum.
s ¶ Vt in his etiam veritatis. i. si preces veritate nitantur debet. n. oppo-

a Membranæ vnde dicantur.
* Hæc l. est canonizata 25. q. 2. si qua.
* al. nominentur.
c Adnotatio quid.
d Pragmatica quid.
e Rescriptis principum & Pontificum an hæc formula, si preces veritate nitantur, necessario requiratur, an verò tacitè subintelligatur, an adduc præsumatur rescriptum verum.
* Hæc authentica in vno tantum exemplari reperitur.
f Quæstor pro cācellario ad Boetiū in tract. de auth. magni cōsilij in fine.
g Subscriptio quæstoris in fine rescripti ponitur.
h Subscriptio quæstoris rescripto adiecta quid cōtinere debeat.
i Schola pro vniuersitate hominum.

opponi secundum l. licet Petrus dixerit contra: sed non benè.

DE STATVIS ET imaginibus.

Quis per rescripta debeat fieri imagines in suum vel alterius honorem ideo de his ponit. Et est differentia inter statuam & imaginem: quia in statua nihil est quod hominis effigiem non designet: sed in imagine sic est pictura.

a Statuis dimago differunt.

Dicit de principe: nunc de statua & imaginibus quæ ad eius reuerentiam pertinent.

a ¶ Si quis [Accepisse.] i. fieri permisisse.

b Accepisse statuã videtur qui statuam sibi fieri permisit.

b ¶ Aeneas. i. de ære.

c ¶ Extra. i. sine.

d ¶ Imperiale. i. sine licētia principis. Accur.

e ¶ Polluit. id est vituperauit.

f ¶ Titulis. videt enim illicitè extorsisse, i. accepisse dignitatem quã modò perdit.

g ¶ Subiturum. nam erit infamis.

c Pudoris periculū pro infamia.

h ¶ Nec eos. putà officiales.

Adulari est fpecies prodi tionis. Cassiod.

i ¶ Ignauia. i. per ignorantiam & socordiam.

k ¶ Si quãdo.] Adorationis. quia non debet adorari ibi dominus imperator.

d Adorari princeps in statuis non debet.

l ¶ Prœbet. sc. iudex.

m ¶ Præsentiam. i. propter suam præsentiam.

n ¶ In nostræ.] Iniuriã. i. quæ esset iniuria si hoc fieret.

o ¶ Propulsari. i. procul abiici & remoueri. & facit j. l. proxi.

p ¶ Et virtutum. Nota sic. ff. de inst. & iur. l. j. in princ. & j. de nup. l. si libertam. & s. de episc. & cler. l. quonsamque nerabilis. Accur

e Præmia merētibus tribui conueniunt.

q ¶ Oportet. vt si aliquis vellet facere statuam, non debet facere collectam inter amicos ad faciendam statuam.

† aliàs collationū.

r ¶ Postulata. à principe vt mandet iudici terræ q permittat eam fieri.

DE HIS QVI AD statuas confugiunt.

Quia ad statuam (de qua hoc dictum est) quidã confugiebãt homines: ideo ponit de confugientib. ad statuas. Azo.

¶ Qui ad statuas.] Inuidiæ. i. blasphemiæ, aliàs blasphemiæ creandi. dicebat enim se fugisse ad statuas, quia Titius volebat eum interficere, cū non esset verum. & hoc faciebat causa infamandi Titium.

t ¶ Vindicentur. nam puniētur illi qui volebant illi iniuriari, si ad aliquẽ actum processissent. nã aliàs solà cogitatione non punirentur, nisi in casibus: vt ff. de pœn. l. cogitationes. & de hoc plenè habes notatum s. de episc. & cler. l. si quis non dicam rapere. & s. de his qui ad eccles. confug. l. prœsenti. circa princ.

a Cogitatio sola no punitur nisi certis casibus.

u ¶ Artibus. i. maleficiis.

x ¶ Sententia. nam vinculis publicis mãcipantur: vt ff. de pœn. l. capitalium. §. ad statuas. & facit inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. si.

b Pœna iniuste confugientis ad statuã principis.

tur: & qui contra fecerit, xx. lib auri plectatur, & eius officium simili pœna percellatur.

TITVLVS XXIIII.

DE STATVIS ET imaginibus.

Iudices non debent permittere erigi aliquas statuas sine principis licentia sub pœna his statuta. Salyc.

I. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Theodoro præfecto prætorio.*

Si quis iudicum accepisse[a] æneas[b], vel argenteas, vel marmoreas statuas extra[c] imperiale[d] beneficium in administratione positus detegetur: emolumenta quæ accepit in ea positus dignitate quam polluit[e], cum extortis titulis[f] vel præsumptis in quadruplum fisco nostro inferat: simúlque nouerit existimationis suæ pœnam se subiturum[g]. Nec eos[h] sanè à periculo pudoris haberi volumus immunes, qui adulandi † studio, aut metu inconstantis ignauiæ[i] transire quæ sunt interdicta, tentauerint. Dat. XII. Kal. Ian. Mediolani, Honorio. A. IIII. & Eutychiano Coss.

II. *Impp.* THEOD. A. & VALENTIN. *Cæs. Aetio præfecto prætorio.*

Si † quando nostræ statuæ vel imagines eriguntur, siue diebus (vt adsolet) festis, siue communibus: adsit iudex sine adorationis[k] ambitioso fastidio, vt ornamentum diei & loco & nostræ recordationi sui probet[l] accessisse præsentiam[m]. Dat. III. Non. Maij. Theod. A. XI. & Valentiniano Cæs. Coss.

III. *Idem* A. & C. *Florentio præfecto prætorio.*

In nostræ serenitatis imaginibus & statuis erigendis priuatæ collationis † iniuriã[n] propulsari[o] præcipimus, ne quid in eis suũ collator agnoscat. Dat. IIII. Non April. Theodosio. A. XVII. & Festo Coss.

IIII. *Idem* A. & C. *ad Nonium comitem & magistrum officiorum.*

Et virtutum[p] præmia tribui merentibus conuenit, & aliorum honores aliis damnorũ occasionem fieri non oportet[q]. Idcirco quotiens vel iudicibus nostris, vel cuilibet alii statua fuerit à quocunque collegio seu officio, vel in hac sacratissima ciuitate, vel in prouinciis postulata[r], nequaquàm ex descriptione sumptus collegi patimur: sed eius, cuius ad honorem petitur, expensis propriis statuam collocari præcipimus. Dat. V. Kal. April. Theodosio. A. XVIII. & Albino Coss.

TITVLVS XXV.

DE HIS QVI AD STATVAS confugiunt.

Qui confugerunt ad statuas principis, ab omni violentia debent esse tuti: si tamen sine iusta causa ibi confugerint, veniunt puniendi. Saly.

I. *Impp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Cynegio præfecto prætorio.*

Qui ad statuas vel vitandi metus, vel creandæ inuidiæ[s] causa cõfugerint: si certas habuerint causas quibus cõfugere ad Imperatoria simulachra debuerint, iure ac legibus vindicentur[t]. Sin verò probati fuerint artibus[u] suis inuidiam inimicis creare voluisse: vltrix in eos sententia[x] proferatur. Dat. pri. Non. Iul. Constantin. Honorio. N. P. & Euodia Coss.

TITVLVS XXVI.

DE OFFICIO PRÆFECTI prætoriorum Orientis & Illyrici.

I. *Impp.* ALEXANDER A. *Theodoro.*

Libellus[y] præfecto prætorio datus, pro litis contestatione haberi nõ potest[z]. Dat. prid. Kal. Octobr. Agricola & Clementino Coss.

Nota quòd præfectus prætorio potest facere legem generalem: & in hoc dicit glo. quòd æquiparatur principi. Salyc.

II. *Idem.* A. *Restituto.*

Formam[a] † a præfecto prætorio datam, etsi generalis sit, minimè legibus vel constitutionibus contraria: si nihil postea ex auctoritate mea inuocatũ est, seruari æquum est. Dat. Idib. August. Seuero & Quintiano Coss.

Nota quod propter valetudinem, vel negligentiam, furtum vel baratariam, iudices possunt remoueri ab officio. Salyc.

III. *Impp.* VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. AAA. *Tatiano præfecto prætorio.*

Si quos, iudices vel propter aduersam & longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam†, aut furtum, vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse reppererit: his[b] ab administratione remotis[c], & vice eorum aliis subrogatis, furibúsque pœnis legitimis subactis[d], ad nostræ mansuetudinis sententiam † non crimina, sed vindicta referatur. Dat. V. Id. Decembr. Cap. Arcad. & Bautone Coss.

DE OFFICIO præfecti prætoriorũ Orientis & Illyrici.

Dictũ est s. de principe, qui cap. est omnium magistratuum: nũc audiamus de aliis magistratib. qui sunt principia tanquam capitis mẽbra: vt j. ad l. Iul. maiestat. l. quisquis ibi. Vũ & ipsi sunt pars corporis nostri. Azo.

y ¶ Libellus supplicatorius.

z ¶ Non potest. licet fuerit rescriptum ad eum libellum, & sic non parificantur in hoc principi: pitur arg s. quando i. princip. da. l. j. q. secus in casu: vt j. l. proxi.

c Supplicatio nẽ vel querelam remotam non censeri appellationis remotione, seu remota appellatione hinc colligit Myn singerus.

a ¶ Formam. aliàs formã & aliàs normam. ¶ Et nota præfectum facere legem, sic ut princeps: sic nec ab eius sententia appellatur: vt j. de sen. præfecto. præt. o. l. j.

b ¶ Si quos iudices.] Hu. scilicet iudicibus.

c ¶ Remotis. sic episcopus[f] degradatur si est inutilis. & ad hoc iura sunt s. de hæret. & Mal. quicunque. & j. de ser. fugit. l. mancipia. & ff. de suspect. tut. l. hæ enim. §. fi. & ff. de custo. reo. l. carceri.

f Degradantur episcopi si inutiles sint.

d ¶ Subactis: aliàs subiectis.

† scientiam in omnibus manu scrip.

a ¶ De ordinario iudice. delinquente.
b ¶ Ab eo. s. ordinario.

DE OFFICIO praefecti praetorio Africae.

c ¶ Quas gratias. No. quaedam bona verba circa princ. & non leguntur istae duae leges.
d ¶ Vltimum. Not. hic quod vocat se imperator vltimum seruu minimum: sic papa dicit in rescriptis, Seruus seruorum Dei.
e ¶ Exoramus. s. Deum.
f ¶ Reipublicae. s. quando nos scribem etiam praefectis: etiã huic videamur scribere inter alios.
g ¶ Quam. s. sedem.
h ¶ Ab ea. s. sede.
i ¶ Annexa. vt j. eod. §. hoc etiam. simile verbũ j. l. prox. §. ad hoc iubemus. Accursius.

IIII. Iidem AA. Addeo comiti & magistro vtriusque militiae.

De ordinario iudice[a] semper illustris est cognitio praefecturae: licet militari viro ab eo[b] facta fuerit iniuria. Dat. prid. Kal. Ianuar. Constantin. Theodosio. A. IIII. & Habundantio Coss.

A. Impp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Anthemio praef. praet.

Si quis post hac velut indebitis oneribus grauati, ad preces crediderit conuolandum, siue de nauiculariis rationibus, siue transuectionibus: rescripta quae de omnibus his atq. huiusmodi ordinationib. emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuae rescribantur. Dat. Idib. Decemb. Stilichone. II. & Anthemio Coss.

TITVLVS XXVII.

Constitutio Graeca hic deesse notatur

Fortassis illa cuius haec in Ecloga Basilicon synopsis extat, quae tamen ad Titulum superius pro[...] pertinet, vt Io. Leunclaius adnotauit.

Οἱ ἔπαρχοι πρὸ πάντων καθεζέσθωσαν, ὀπίσω δὲ αὐτοὺς οἱ συγκλητικοί. id est,

Praefecti ante omnes sedeant, & post eos Senatores.

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO Africae, & de omni eiusdem dioeceseos statu.

1 In nomine Domini nostri Iesu Christi, Imperator Caesar Flauius IVSTINIANVS, Alamannicus, Gotticus, Germanicus, Francicus, Anticus, Alanicus, Vvandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Archelao praefecto praetorio Africae.

Qvas gratias,[c] aut quas laudes domino Deo nostro Iesu Christo exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre. Multas quidẽ & antea à Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eiusdem beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus: prae omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per nos pro sua laude & pro suo nomine demonstrare dignatus est, excedit omnia mirabilia opera, quę in seculo cõtigerunt: vt Africa per nos tam breui tempore reciperet libertatem antea *nonaginta quinq. annos à Vvandalis captiuata, qui animarum fuerant simul hostes & corporum. nam animas quidem diuersa tormenta atq. supplicia non ferentes, rebaptizando ad suam perfidiã transferebant: corpora vero liberis natalibus clara, iugo barbarico durissime subiugabant. Ipsas quoq. Dei sacrosanctas ecclesias suis perfidiis maculabant: aliquas vero ex eis stabula fecerunt. Vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis poenas suas miserabiliter loquebantur *. Alij vero post diuersa tormenta per diuersas dispersi prouincias, vitam in exilio peregerunt. Quo ergo sermone, aut quibus operib. dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me vltimum[d] seruum suum, ecclesię suae iniurias vindicare dignatus est, & tantarum prouinciarum populos à iugo seruitutis eripere? quod beneficium Dei antecessores nostri non meruerunt: quibus non solum Africam liberare non licuit, sed & ipsam Romam viderunt ab eisdem Vvandalis capta, & omnia imperialia ornamenta in Africam ex inde translata. Nunc verò Deus per suam misericordiã non solum Africã & oẽs eius prouincias nobis tradidit, sed & ipsa imperialia ornamenta, quę capta Roma fuerant ablata nobis restituit. Ergo post tanta beneficia, quę nobis diuinitas contulit, hoc de domini Dei nostri misericordia postulamus, vt prouincias, quas nobis restituere dignat' est, firmas & illaesas custodiat: & faciat nos eas secundũ voluntatem suam ac placitum gubernare, vt * vniuersa Africa sentiat omnipotentis * Dei misericordia, & cognoscant eius habitatores à quàm durissima captiuitate & iugo barbarico liberati, in quanta libertate sub felicissimo nostro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes exoramus[e], sanctae & gloriosae semper virginis & Dei genitricis Mariae precibus, vt quicquid minus est reipublicae nostrę, per nos vltimos seruos suos restituat in suo nomine Deus, & dignos nos faciat seruitium eius adimplere. Deo itaq. auxiliante pro felicitate reipublicae[f] nostrae per hanc diuinam legem sancimus, vt omnis Africa quam nobis Deus praestitit, per ipsius misericordiam optimum suscipiat ordinem, & propriam habeat praefectura: vt sicut Oriens atq. Illyricum, ita & Africa, praetoriana maxima potestate specialiter à nostra clementia decoretur cuius sedem iubemus esse Carthaginem: & in praefatione publicarum chartarum prefecturis aliis eius nomẽ adiungi: quam[g] nunc tuam excellentiã gubernare decernimus: & ab ea[h] auxiliante Deo septem prouinciae cum suis iudicibus disponantur, quarum Tingi *, [&] quae proconsularis antea vocabatur, Carthago, & Bizacium, ac Tripolis rectores habeant consulares. reliquae verò, id est Numidia, & Mauritania, & Sardinia, à praesidibus cum Dei auxilio gubernentur. Et in officio quidem tuę magnitudinis, nec non pro tempore viri magnifici praefecti praetorio Africae, trecentos nonagintasex viros per diuersa scrinia & officia militare decernimus. In officijs verò consulariũ ac praesidum quinquaginta homines per singula officia esse sancimus. Quae verò emolumẽta siue magnificentia tua, siue cõsulares, & praesides, & quod vnusquisq. ex officio eorum de publico cõsequi debeat, notitia subter annexa[i] declarat. Optamus ergo vt omnes iudices nostri secundum voluntatẽ & timorem Dei & nostram electionem †atq. ordinationem sic suas administrationes gubernare studeant vt nullus eorum aut cupiditati sit deditus, aut violẽtias aliquas vel ipse inferat, vel iudicib. aut officijs eorum, aut quibuscunq. alijs collatoribus inferre permittat. Licet enim per oẽs prouincias nostras (Deo iuuante) festinemus vt illae suos habeant collatores maximè tamen tributarijs dioeceseos Africanae cõsulimus qui post tantorum temporum captiuitatem meruerunt (Deo iuuãte) per nos lumẽ libertatis aspicere. Ergo iubemus oẽs violentias & omnem auaritiam cessare, & iustitiam atq. veritatem circa omnes nostros tributarios reseruari. Sic enim & Deus placatur: & ipsi possunt celerius sicut collatores alij nostrae reipublicae releuari atque florere.

Sportulas etiã ab officio tam viri magnifici praefecti [praetorio] Africani, quàm reliquorũ iudicũ sic exigi iubemus, quomodo in nostris legib. est dispositũ, & ab omni republica nostra custoditur: vt nullus audeat quocunq. tẽpore vel quocunq. modo earum excedere quãtitate. Hoc etiã pręsenti sanctione credimus ordinandũ, & nõ multa dispendia pro cõpletione chartarũ, vel codicillorũ, vel in nostro laterculo, vel in scrinijs praefecti praetorio per Africam iudices sustinere videantur: quia si ipsi dispen-

Margin notes:

seruum vltimum dei Imperator se nominat.
b Serui seruorum Papa.

¶ lib. 6. titul. 5. c. 22.

AFRICA quasi aprica aduersus, quasi à ... sine horrore frigoris. Isido. apertus. Festus in Verbo Apricum.

* al. centum & quinq. al. centum & quinquaginta. al. ante centum quinquaginta quinque annos. Marcellinus in Chronico ait Honorychum Vvãdalorum regem adolescenti catholico cuidam tota linguã abscisse praescindi, cumque mox locutum esse de fidei suae confessione. Idem testatur se vidisse multos fideliũ praecisis linguis & manibus truncatis integra voce loquentes.
* Huius miraculi martyrij testis est Nicephorus li. 17. c. 11. eccle. hist. vbi hanc constitutionẽ allegat, & speciatim exẽpla huius miraculi latius enumerat ex Procopio.

* Zeugi, vel Zeugi. in omnibus manu scriptis. Zeugis autem erat olim prima prouincia Africae, in qua erat & Carthago, vt ait Isidorus li. 14. c. 5. & & veteres notitiae prouinciarũ in quibus haec prouincia simpliciter appellatur proconsularis, nullo alio nomine designato, vnde apparetrerum esse quod subdis sustinian & simul apparet particula & post verbum Tingi perperã hic additam, cũ etiã desit in omnibus manu scriptis Cons.
† Contra. commen ... fuper verbo ... extra de consuet. vbi recitantur haec verba.

dijs læsi non fuerint, nullã habebunt necessitatẽ eiusdem nostræ Africæ tributarios prægrauandi. Iubemus ergo vt iudices diœceseos Africanæ tã ciuiles, quã militares in nostro laterculo pro codicillorum atq. chartularũ promotionis suæ cõsuetudinib. nihil vltra sex solidos præbeãt: at verò in scrinio præfectorũ nõ vltra xxij. solidos cogantur inferre, quẽ modũ si quis excesserit, ipse quidẽ iudex xxx. librarum auri dispẽdio subiacebit: officiũ verò eius non solũ simile dispẽdium, sed & capitale periculũ sustinebit. Nã si aliquis ex quacũq. parte ausus fuerit iussiones nostras excedere, & non festinauerit cũ Dei timore eas seruare, non solùm dignitatis aut substãtiæ periculum sustinebit, sed etiam vltimo supplicio subiacebit. Et est notitia Deo auxiliante*. Pro annonis & capitu pro tẽpore PP. per totam Africam auri libras cẽtum. Pro annonis Cõsulariorum* auri libras xx. Pro annonis Cãcellariorum auri lib. vij. Item officijs eius ita. In scrinio primo hominib. decẽ pro annonis xviij. pro cap. sol. xij Fiunt sol. cxlviij. Item numeratio, pro annonis, sol. v. & pro cap. sol. iiij. Fiunt sol. xlvj. Secundò* pro annon. iij. annuos sol. v. & pro cap. vij. cap. sol. v. & pro cap. ij. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xvj. iij. verò & iv. ad ann. I. ann. sol. v. & ad cap. I. cap. sol iiij. Fiunt xxiiij. Reliquis iij. ad ann. I. ann. sol. v. & ad cap. I. cap. sol. iiij Fiunt solid. xxviij. In scrinio secundo, vt supra scriptum est. In scrinio tertio, vt supra scriptũ est In scrinio quarto vt supra scriptum est. In scrinio primi scrinij, quod est subadiuuæ hominib. x. ann. xiiij. ca. xij. Fiunt sol. cxvj. sol. Ita primi scrinio pro ann. iij. ann. sol. v. & pro cap. ij. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xxiij. Secundò pro ann. iij. an. sol. vt supra scriptũ est, & pro cap. cap. sol. vt sup. scriptum est, & fiunt sol. xvj. Tertio & quarto pro ann. i. annona, solidorum vt sup. scriptum est, & pro cap. I. cap. sol. vt sup. scriptum est. Fiunt sol. xxij. Reliquis hominib. vj. ad ann. I. annon. sol. v. & pro capitu cap. sol. iiij Fiunt sol. lviij. In scrinio* Cõmentariensis hominib. xij. ann. xvij. cap. iiij. Fiunt sol. cliij. Primo commentariensi. ann. iij. sol v. pro cap. ii. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xxiij. Sequentes homines ad ann. ij. ann. sol. v. pro cap. ij. cap sol. iiij. Fiunt sol. xlviij. Reliqui homines viij. ad ann. I. ann. sol. v. & capit. I. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xxvij. In scrinio ab actis hominib. x. ann. xiiij. cap. xi. sol. cxviij. Ita primo ann. iij. pro ann. I. sol. vj. cap. ij. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xxiij Secundo & tertio ad ann. ij. ann. sol. v. & ad cap. ij. cap. sol. iiij. Fiunt. so. xxxij. Reliquis xvij. ad an. I. sol. v. ad cap. I. cap. sol. viij. Fiunt sol. lxiij. ¶ In scrinio libellorum hominib. vij. ann. vj. Fiunt sol. v. pro cap. ij. cap. so. iiij. Fiunt sol. xvj. Secũdo ij. pro an. sol. x. pro cap. I. so. iiij. Fiũt so. xij. Reliquis hominib. iiij. ad ann. I. ann. solid. v. & ad capit. I. sol. iiij. Fiunt. sol. xxxvj. ¶ In schola exceptorum hominib. lx. ann. lxxiiij. capit. lxij. sol. dcxviij. Ita primo & secundo ann. iij. pro ann. sol. v. & ad capit. cap sol. iiij. Fiũt so. xlvj.* Alijs hominib. vj. ad ann. ij. sol. v ad cap. I. cap. sol. iiij. Fiunt sol. cxvj. Reliquis hominib. x.* ad ann. I. ann. sol. v. & ad cap. I. cap. sol. iiij. Fiũt sol. cxv. Reliquis hominibus xliiij. ad ann. I. sol. v. & ad cap. sol. iiij. Fiunt sol. ccclxxxvj. ¶ In schola singularium hominibus l. ann. iij. cap. I. sol. cccclxxiij. Ita I. ann. ij. sol. v. cap. I. cap. sol. iij. Fiunt sol. xxxiiij. Secundo, tertio & quarto ad an. v. ann. sol. v. & ad cap. I. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xxxiiij. s. ¶ Reliquis xlvj. ad ann. I. sol. v. & cap. I. cap. sol. iiij. Fiũt sol. ccccxviij. In schola mittendariorũ hominib. I. ann. lij. s. cap. I. sol. 342. Ita primo anno ij. ann. sol. v. & ad cap. I. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xiiij. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. ann sol. v. & ad cap. I. cap. sol. iiij. Fiunt sol. xxxiiij. s. ¶ Reliquis hominib. xlvj. ad ann. I. ann. sol. v. & ad cap. I. cap. so. iiij. Fiunt sol. cccxxiiij.* ¶ In schola cursorum hominib. 30. ann. 22. s. cap. 30. sol. 232. Ita primo anno, ann. sol. 5. cap. I. cap. sol. 4. Fiunt sol. 17. Secundo, tertio & quarto ad an. I. s. ann. sol. 5. & ad cap I cap. 4. Fiunt sol. 34. s. Reliquis hominibus 26. ad ann. I. ann. sol. 5 & ad cap. I. cap. sol. 4. Fiunt sol. 234. In schola nomenculatorum, hominibus 22. an. sol. 5. cap. 12. Fiunt 115. Ita primo anno, ann. sol. 5. cap. I. s. cap. sol. 4. Fiunt sol. 16. Reliquis hominibus 11. ad ann. I. ann. sol. 5. & ad cap. I. cap. sol. 4. Fiunt sol. 99. ¶ In schola stratorum* hominibus 6. ann. 7. cap. 6. sol. 59. Ita primo anno, ann sol. 5 cap. I. cap. sol. 4. Fiunt sol. 14. Reliquis hominibus 5. ad ann. I. an. sol. 5. & ad cap. I. cap. sol. 4. Fiunt sol. 45. ¶ In schola *prætorianorum* hominibus decem ann. 12 cap. 11 sol. 97. Ita primo anno, pro ann. 2. sol. 5. pro cap. sol. 4. Fiunt sol. 16. Reliquis hominibus 9. ad ann. I. pro ann. sol. 5 cap. I pro cap. sol 4 Fiunt sol. 71.* ¶ In schola draconariorum hominibus 10. ann. 11. cap. 10 s. sol. 206. Ita primo anno, pro ann. sol. 14. cap. I pro cap. I. sol. 4. Fiunt sol 16. Reliquis hominibus 9 ad ann. I. pro an. sol. 5. cap I. pro cap. sol. 4. Fiunt sol 80. ¶ In scrinio operum hominibus 20. ann. 24. cap. 21. sol. 224. Ita primo ann. 3. pro ann. sol. 5. cap. 2. pro ca. sol. 8 Fiunt sol. 24. Reliquis hominib. 3. ad an. 2 pro an. sol. 5. & ad cap. I. pro cap. sol. 4. Fiũt sol. 62. Reliquis alijs hominibus 6. ad an. I. pro an. sol. 5. & ad ca. I. pro cap. sol. 4. Fiunt sol. xc. ¶ In scrinio arcæ hominibus 20. an. 28 ca. 21 sol 222. Ita primo anno, 3. pro an. sol. 5. cap. 2. pro cap. sol. 4. Fiunt sol. 23. Reliquis hominibus 4. ad an. 2. pro an. sol. 5. & ad cap. I. pro ca. sol. 4. Fiũt sol. 42. Reliquis alijs hominibus 6. ad an. 2. sol. 5. & ad ca. I pro cap. sol. 4. Fiũt sol. 68. Reliquis alijs hominib. cx. ad an. I. pro an. sol. 5. & ad ca. I. pro ca. sol. 4. Fiũt sol. x6. ¶ In schola chartulariorũ hominibus l. an. 58. ca. 2 pro cap. sol 4. Fiũt sol. 24. Ita primo anno. pro an. sol. 5. ca. 2. pro ca. sol. 4 Fiũt sol. 23. Reliquis hominib. 3. ad an 2. pro ann sol 5. & ad cap. I. pro ca. sol. 4. Fiunt sol. 48 Reliquis alijs hominibus 6. ad ann. I. pro an. so. 5. & ad ca. I. pro ca. so. 4. Fiunt so. 48. Reliquis hominibus 40. ad an. I. pro an. so 5. & ad ca. & pro ca. so 4 Fiunt so. 360. Fiũt homines 396 an. 509. so. 2. 499 ca. 420. Fiũt so 4. 73 3. dc82. Item pro ann. & cap. censualium* sol. 448. Officiorum eius sol. 160.* potest.* medi hominibus 5. ann. 48. cap. 18 sol. 418. Ita primo anno, pro an. 15. capi. 5. sol. 5. Secundo pro ann. 10 capit. 5. sol. 70 Reliquis hominib. 3 ad an. 8 & ad ca. 2 sol. 150. ¶ Grãmaticis hominibus 2 ad an. 10. & ad cap. 2. ad sol. 70. sortitas.* ¶ Oratoribus hominibus 2. ad ann. 10 cap. 5. ad sol 70. Hæc igitur quæ pro dispendijs, ciuilibus iudicibus Africæ, corúmque officijs, id est tam scrinariis amplissimæ eius præfecturæ, quàm cohortalibus per hanc diuinã constitutionem statuimus tua magnitudo cognoscens ex Kal. Septẽb futuræ tertiæ decimæ indictionis, effectui mancipari, obseruaríque procuret, atque edictis publicis omnibus innotescat. His scilicet qui ordinati fuerint à tua sublimitate, secundum præsentem diuinam cõstitut. firmitatem sui status in perpetuo habituris. Nam Deo iuuante de militaribus iudicibus & de officiis eorum, & de alio nostro exercitu

---

Marginal notes:

* Hanc notitiam reperi in vno duntaxat manuscripto, quem diligẽter contuli.

* consiliariorum 130.

* al. In scrinio secũdo, vt supra scriptum est. In scrinio tertio, vt supra scriptum est, &c.

* al. scrinio cõmentariensi ho.

* ccclxx-xliij.

* ccccliv.

* stratorum.

* Lusti.

* lxxxj.

* al. consolatiõ sol. ccexlviij. officiis eius solid. ccccxviij Ita primò pro an. no xv. capi. vj. sol c. Secundo pro ann. x. ca. v. sol. lxx. reliquis hominibus. &c. vt hic.

a¶ *In nomine Domini.* Nota, [a] In nomine Domini incipiendum: *vt in auth. de armis in prin. colla. vj. & in aut. de quæst. in pri. col. vj.*
b¶ *Interim.* Exponeur j. *ea l. §. sicut ergo prædictũ.*
c¶ *Dromones.* [b] i. naues.
d¶ *Maximè*, aduerbium.
e¶ *Clausuras.* [c] i. imperij limina.
f¶ *Eam.* ordinationem de prouinciis. *sic ff. de mu. & hono. l. vt gradatim.*
g¶ *Labores suos. sic infra de ineff. mag. offi. l. nemo.*

* Ex eo quod in hac constitu. Iustin. ait fore tā 13 indictione, contra hic constituit, datā esse Iustiniano & Theodosio Coss. a Instrumentū nomē Domini præfigendū esse ea hoc etiam loco interpretes colligunt. b Dromones naues. c Clausuræ imperii limina.

per aliam sanctionem statuemus. Dat. Const.* DN. Iustin. PP.*

11. *Idem A. Belisario magistro militum per Orientem.*

IN nomine Domini [a] nostri Iesu Christi ad oĩa consilia omnésq. actus semper progredimur. Per ipsum.n. iura imperij suscepimus. Per ipsum pacem cum Persis in æternum cõfirmauimus. Per ipsum acerbissimos hostes, & fortissimos tyrãnos deiecimus. Per ipsum multas difficultates superauimus. Per ipsum Africã defendere, & sub nostrum imperium redigere nobis cõcessum est. Per ipsum quoq. vt nostro moderamine rectè gubernetur, & firmè custodiatur, confidimus. Vnde per eius gratiam etiam ciuilium administrationum iudices & officia* singulis Africanis prouinciis cõstituimus: attribuentes quidem emolumentũ, quod vnusquisque percipere debeat. Ad eius igitur prouidentiam etiamnũ animum nostrum referentes, & armatas militias, & duces militũ ordinare disponimus. ¶ Sancimus itaq. vt dux militum Tripolitanæ prouinciæ in Leptimagnensi* ciuitate sedes interim habeat. Dux verò Byzacenæ prouinciæ & in Capsa, & altera Lepte ciuitatib. interim sedeat. Dux verò Numidiæ prouinciæ in Constantinensi ciuitate sedes interim [b] habeat. Dux autem Mauritaniæ prouinciæ in Cæsariensi ciuitate interim sedeat. ¶ Iubemus etiam vt in traiectu qui est contra Hispaniam, qui Septa* dicitur: quantos prouiderit tua magnitudo, de militib. vnà cum tribuno suo homine prudente, & deuotionem seruante Reip. nostræ per omnia constituas: qui possint & ipsum traiectum semper seruare, & oĩa quæcunq. in partib. Hispaniç, vel Galliç seu Francorum aguntur, viro spectabili duci denunciare, vt ipse tuæ magnitudini referat. In quo traiectu *etiam dromones [c], quantos prouideris, ordinari facias. ¶ In Sardinia autem iubemus ducem ordinari: & eum iuxta montes vbi Barbaricæ* gentes videntur sedere, habentem milites pro custodia locorũ, quantos & ibi tua magnitudo prouiderit & omnes diligentes pro commissis suæ custodiæ prouinciis inuigilent, & ab omni hostium incursione subiectos nostros tueantur illæsos: & festinent die † noctéq. Dei inuocando auxilium, & diligenter laborando, vsq. ad illos fines prouincias Africanas extẽdere, vbi ante inuasionem Vuandalorum & Maurorum Resp. Romana fines habuerat, & vbi custodes antiqui seruabant: sicut ex clausuris & burgis ostenditur. Maximè [d] autem ciuitates quæ propè clausuras & [e] fines antea tenebantur, cum essent sub Romano imperio constitutæ, auxiliante diuina misericordia cum hostes per partes expelluntur, festinent comprehendere, atq. munire: & in illis duces & milites per partes accedãt, vbi antea fines & clausuræ prouinciarum erant quando integrę Africanæ seruabantur sub Romano imperio prouinciæ: quod Deo annuente (cuius auxilio nobis restitutæ sunt) speramus citò nostris prouenire temporib. & vt in securitate & pace prouinciæ cum antiquis finibus integræ seruentur, & vigilijs, ac laborib. deuotissimorum militum, & cura spectabilium pro tempore ducum custodiantur illæsæ: quoniam ita conuenit, vt semper custodes fines prouinciæ seruent: ne detur hostib. licentia incurrendi aut deuastandi loca quæ nostri subiecti possident. ¶ Quantos autem milites, siue pedites, siue equites, per vnumquemq. limitẽ collocari oportet ad custodiẽdas prouincias & ciuitates, tua magnitudo, prout considerauerit, ordinet, & nobis referat: vt si præuiderimus sufficientem esse ordinationem, confirmemus eam [f]: sin autem perspexerimus, & aliquid amplius fieri, vt eam augmentemus. Quid autem dux stipendiorum nomine proficiscens suisq. hominib. & quid eius officium consequetur: hoc in subdita declaratur notitia. Sicut ergo prædictum est, interim nunc duces ac milites secundũ nostram dispositionem in locis seu ciuitatib. in quib. iussimus, sedeant, donec Deo auxiliante nobis ac Reip. nostræ per labores nostros in illis locis constitui possint, in quib. vniuscuiusq. prouinciæ antiquus limes constitutus erat, quãdo florente Romana Rep. memoratæ prouinciç integræ tenebantur. ¶ Pro limitaneis verò ordinandis necessarium nobis esse videtur, vt extra comitatenses milites qui per castra sunt, milites limitanei constituantur, qui possint & castra, & ciuitates limitis defendere & terras colere. & vt alij prouinciales videntes eos per partes, ad illa loca se conferant. Et exemplum fecimus vnius numeri limitaneorum: vt secundũ exemplum, quod nos misimus per castra & loca, quæ prouiderit tua magnitudo, eos ad similitudinem nostri exempli ordine, sic tamen, vt si inueneris de prouincijs idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant, limitaneorum, constituas numero in vnoquoq. limite: vt si aliqua forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei sine Comitatẽsib. militib. vnà cum ducib. suis adiuuare loca, vbi dispositi fuerint, nõ lõgè limitem exeuntes, nec ipsi limitanei, nec duces eorũ, vt nullũ etiam dispẽdiũ à ducib. vel ducianis prædicti limitanei sustineant, nec aliquas sibi cõsuetudines de eorũ stipendijs per fraudem ad suũ lucrũ conuertant. Hæc autẽ non solum in limitaneos volum* obseruari, sed etiam in Comitatenses milites: & vnumquẽq. ducẽ, & tribunos eorundẽ militum iubemus, vt semper milites ad exercitatione armorũ teneãt. & non cõcedant eos diuagari, vt si quãdo necessitas cõtigerit, possint inimicis resistere: & nullũ audeãt duces aut tribuni commeatalẽ de ipsis dimittere: ne dum sibi lucrum studẽt cõficere, incustoditas nostras relinquãt prouincias. Nam si vsurpauerint memorati duces, vel officia eorum, seu tribuni cõmeatalem de militib. relinquere, vt aliquod lucrum de eorum emolumẽtis sibi acquirere, hoc nõ solum in quadruplũ iubemus publico rependere,* sed etiam dignitate eos priuari. Magis. n. debent & duces & tribuni supra deputata sibi emolumenta secundum labores suos [g] de nostra largitate remunerationem sperare, & non de commeatis militum, aut eorum stipendijs lucrum sibi acquirere: quoniam ideò ordinati sunt milites, vt per ipsos prouinciæ vindicentur: præcipuè cùm sufficienter, & ipsis ducib. & eorũ officijs emolumenta præstitimus, & semper prouidimus vnũquemq. secundum labores suos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducere.* Postquam vero Deo placuerit, & per tuam magnitudinem limes oĩs in antiquum statũ peruenerit, & benè ordinatus fuerit: tũc vbicunq. necessitas emerserit, viri spectabiles duces inuicem sibi quãdo vsus exegerit, auxiliũ præbeãt: vt prouinciæ seu limites, eorũ vigiliis & laborib. (Deo iuuante) illæsi custodiãtur. Sicut autẽ iubemus audaces & feroces cõtra inimicos iudices, ac milites nostros esse: sic volumus eos mites circa collatores nostros existere, & nullum

* Officiales.
* sic plerique manuscript. in vno verò repert, Leptis magnæ. vtraque lectio recta est. Huius autem Leptis magnæ, quæ ciuitas est prouinciæ Tripolitanæ, mentio fit in l. vlt. ff. de censibus. est enim Leptis altera in prouincia Bizacena, vt idẽ Iustinianus & Isidorus & veteres notitiæ docent.
* Septa rectè vt & apud Procopiũ lib. 6. de ædific. Iustin.
* Tractata
* Barbaricinç.
† Custodiam qui debet etiam tenetur ad nocturnam.
* dependere.
* producere

a ¶*Ausus fuerit.* i. vsurpauerit.
b ¶*Reducti.* s. erunt.
c ¶*Fuerit.* i. fit.
d ¶*Docuerit.* s. tua magnitudo.
e ¶*Castella.* sicut Papa pôt de ^a vno episcopatu facere duos, sic & Imperator potest ^b de duab. ciuitatib. facere vnã & econtra: vt in authent. vt iud. sine quoquo suffra. §. nulli quoque. col. 2.
f ¶*Annexa.* s. proxima. l.
g ¶*Percipiant.* Quidã finiunt hanc legem hic, quidam habent plus, s. quantum quilibet dux cum suis hominibus capiat, & sic est notitia de quã ĩfecit mentionem.

a Episcopatus vnus in duos findi potest.
b Ciuitas vna in duas & econtra ex vna duæ, & ab Imperatore fieri possunt.

lum damnum, nullámq. læsionem in eos efficere. Sin autem quisquam de militib. ausus fuerit ^a quamcumq. læsionem tributarijs nostris inferre: periculo viri spectabilis, ducis, seu tribuni, & principis digna vindicta efficiatur, vt indẽnes tributarij nostri custodiantur. Si verò pro quibusdam causis interpellatio apud nostros iudices facta fuerit: iubemus non amplius sportularum nomine, quàm nostris legib. definitum est, executores accipere, pœnã eisdem legib. insertam ex transgressione formidantes. Cùm autem Deo annuente Africanæ nostræ prouinciæ per tuam magnitudinem secundum nostram dispositionem ordinatæ, & limites in antiquum statum reducti ^b, & omnis Africa sic detenta fuerit ^c sicut erat: Cum ergo hæc omnia (Deo iuuante) præsente tua magnitudine disposita & perfecta fuerint, & per labores tuos [antiquos] fines omnes Africa receperit, & docuerit ^d nos de omni ordinatione totius Africanæ diœceseos, id est, quanti & qui milites in quib. locis vel ciuitatib. cõstituti sunt, & quanti limitanei, & in quib. locis & militiis collocati sunt, tunc iubemus tuam magnitudinem ad nostram clementiam remeare. Interea verò si aliquas ciuitates, seu castella ^e per limites cõstituta prouiderit tua magnitudo nimię esse magnitudinis, & propter hoc non posse benè custodiri: ad talem modum ea construi disponat, vt possint per paucos bene seruari. Cum autem magnitudo tua omnib. dispositis ad nos remeare iussa fuerit, tunc duces vniuscuiusq. limitis quotiens pro componendis ciuitatib. aut castris, & pro stipendiis suis, aut pro annonis aliquod opus habuerint, celerius ad virum magnificum præfectum per Africã significet*: vt ipse, quæ necessaria fuerint, festinet facere, ne aliqua protractio prouinciis noceat. Ea verò, quæ ipse fecerit, vel quæ adhuc necessariò procuranda sunt postea, & memoratus vir magnificus præfectis [prętorio] Africæ, & viri spectabiles duces, & de aliis omnibus, quæ ibi agũtur, frequenter ad nos referãt, vt bene facta confirmemus, & quæ opportunius debent fieri, ex nostra dispositione peragantur. Hoc etiam decernimus, vt iudices qui ordinãdi sunt per Africanos limites, nihil amplius in sacratissimo palatio cuilibet personæ, aut dignitati, vel in prętorio per Africã præfecturæ & magisteriæ potestati præbeant, nisi quantum subter annexa ^f declarat notitia. Nam si quis amplius, quàm in subdita notitia taxatum est, vsurpauerit seu acceperit, triginta libras auri mulctæ dependat nomine, cum quo & periculo indignationis nostræ serenitatis subiacebit: nulla alia qualibet persona, aut dignitate, aut officio accipiente aliquid ab eis, præter illos quorum nomina in subiecta notitia continẽtur. Ad hoc iubemus, vt (Deo iuuãte) vnusquisq. dux, seu eorum officia secũdum quid notitia subter annexa cõtinet, emolumẽta sua ex tributis Africanæ prouinciæ ex Kal. Septẽb. instãtis fœlicissimæ tertiæ decimę indictionis percipiãt. †† ^g Et* hæc notitia Deo volẽte debet de legari ducib. & eorũ officiis in Africa cõstitutis pro annonis & capitu per singulos annos prębendis.

* significentur.

*Hanc similli ter notitiam in vno tantũ exemplari reperi.

Ita. Clarissimo viro Duci Tripolitanę prouincię, & hominib. eius singulis solid. v. cap. clviiij. singulis ca. solid. dcclxxxiij. Adsessori ducis, & officio, ab hominib. eius. xl. anno. xcvj. s. singulis ann. capit. solid. vj. Simul fiũt pro ann. & ca. sol. dclxxiv. Diuiduntur sic. Adsessori in an. 8. ca. 4. Primicerio in ann. 8. cap. ij. ¶ Ducenariis, iij. ad an. vj. solidi: fiũt an. capitis fiũt capitũ. cap. Cẽtenariis. vj. an. v. sunt. Fiũt an. iv. & ad cap. 1. fiũt. an. xvj. & ad cap. iij. fiũt cap. viij. ¶ Circitorib. 9. semis. Aliis xj. ad ann. 1. s. fiũt. an. xiiij. sunt. & ad cap. iij. fiũt cap. xj. Itẽ viro clariss. Duci Bizacenę prouincię, & hominib. eius, an. cxc. singulis in an. sol. v. ca. clviij singulis cap. so. vv. Simul fiũt pro an. cap. sol. dclxx. oẽs. Diuiduntur sic. Adsessori in ann. vij. cap. iv. Primicerio in an. v. cap. ij. Numerario, in an. vj. cap. iij. Ducenario, iv. ad an. iij. Fiunt. cap. iij. Cẽtenariis, vj. ad an.* xv. & cap. 1. Fiunt cap. vij. Circitorib. viiij. ad ann.* Fiunt ann. xiij. & ad capit. 3. Fiunt cap. vij. Circitorib. 9. ad an. ij. Fiunt 18. & ad cap. Fiunt an.* xiij. cap. viiij. semis. Alijs xj. ad xj. ad an. iij.* Fiunt ann. xiij. s. & ad cap. xj. ¶ Item viro clarissimo Duci Numidiæ prouinciæ, & hominib. eius, an. cxc singulis an. sol. 9. capit. clviij. singulis cap. sol. 9. Simul fiunt pro an. & cap. sol. ccclj. xxx. 4. Adsessori Ducis, & officio eius, hominib. xl. an. & cap. sol. v. cap. xlviiij. singuli ca. sol. v. cap. xlvi. ij. singulis cap. sol. iij. Simul fiunt pro ann. & cap. solid. clxiiij. s. Diuiduntur sic. Adsessori in an. xiij. cap. vi. Primicerio* an. cap. iij. Numerario in annum iiij.* Fiunt ad an. xvj & ad cap. v. Centenarijs, ad an. ii. s. Fiunt duodecim. & ad cap. cap. vj. Biarchis viij. Circitorib. 9 ad ann. 2. Fiunt ann. cxxvi. & ad cap. iij. Fiunt cap. viij. semis. Alijs xj. ad an. ij. Fiunt ann. xvj. sunt xv. & ad cap. iij. Fiunt cap. xj. ¶ Item viro clarissimo Duci Mauritaniæ prouinciæ, & hominibus eius ann. cxc. singulis an. sol. v. cap. sol. cc. clx. xxxv. Adsessori Ducis, & officio eius hominib. xl. an. xcvj. s.* iij. s. Fiunt simul pro ann. & cap. sol. dclxx. iij. s. Diuiduntur sic. Adsessori in anno. 9. cap. 4. Primicerio, in ann. v. cap. 1. Numerario, in ann. capit. 3. Ducenarijs, 3. ad ann. 3. s. Fiunt ann.* & cap. 3. Fiunt cap. 2.* Centenarijs 9. ad ann. vv. & ad caput 3. Fiunt capita v. Biarchis, 8. Circitoribus, ad ann. 8. Fiunt anno 18 & ad cap. 3. Fiunt cap. 3. Fiunt cap. 11. Item viro clarissimo duci Sardiniæ Insulæ, & hominibus eius. ann. cxc. singulis an. sol. cclxxxij. Adsessori ducis, & officio eius hominibus, xl. ann. xcvj. s. singulis an. sol.* capit. 48. singulis cap. sol 9. Simul fiunt pro ann. & cap. cl. clxxxvj. Diuiduntur sic. Adsessori ann. 9. & cap. 3. Primicerio in annum. 2. cap. 3. Numerario, in annum. cap. 3. Ducenatis, 4. ann. 3. sunt anno. xvj. & cap. 3. sunt & cap. 9. Circitorib. 9. ann. 3. Fiunt ann. 28. & cap 3. Fiunt cap. 9. Circitorib. 9. ann. 3. Fiunt anno. 4. capit. 9. semis. Alijs vndecim ad annum, sexdecim sunt, & ad capit. tria Fiunt capit. xj.

NOTITIA consuetudinem quas in sacro laterculo, & in prætorio amplissimæ præfecturæ per Africam, & in officio magistri militum, pro tempore dux præbere debet vniuscuiusque limitis, sic. In sacro laterculo, sol. vj. ¶ In officio magisteriæ militum potestatis pro insinuandis administrationis suæ diuinis nostræ serenitatis adfatib. sol. xij. ¶ In officio amplissimæ præfecturæ per Africam pro insinuandis eiusdem chartis. sol. xij, Gloria itaque tua quæ per hãc pragmaticã sanctionem nostra statuię æternitas, effectui ea mancipari, obseruarique præcipiat Emissa lex Idibus Aprilibus, CP. DN. Iustiniano, PP. A. IIII. & Paulino VC. Consulibus.

a ¶DE OFFICIO præfecti vrbi.

Suprà visum est de imperatore, qui est summus, item de præfectis pretorio, qui inter alios maiorem dignitatem habent, nunc ergo restat videre de inferioribus. Et dicit Od. quod Papa ad similitudinem huius præfecti vrbis, cum exit Romam, relinquit ibi vnum Cardinalem, qui vices[a] eius gerit in Roma, & de hoc qualiter debet dimittere, habetur vnum textum multum venustum, & elegantem, hoc est optimo & pulcherrimo sermone dictatú in c. fundamenta, ex. de elec. lib. 6. Ful.

a Vicarius vrbis Romæ, absente Pontifice constituitur.

b ¶S*Tudentibus.*] *Redundasset.* i. si totum cõmitteremus præfecto annonæ.

c ¶*Præfecturæ.* s. vrbis.

d ¶*Lateat.* quin ipse habeat.

e ¶*Potestates.* prefectus vrbis, & præfectus annonę, vt *eo. tit. l. iij.*

f ¶*Potestas.* i. præfectus vrbis: *vt j. l. iij.*

g ¶*Exerat.* i. habeat.

h ¶*Nomine,* vocatur enim præfectus vt ipse.

¶Et nota hic duo: quòd inferior[b] subsit superiori: *vt j. de offi. rect. prouinc. l. potiorem.* Et quòd nomini[c] est deseruiendum: *vt j. de def. ciui. l. defensores. ij. & suprà. de epis. op. & cler. l. decernimus in fi.*

b Inferior superiori subest.

c Nomini deseruiendum.

i ¶Q*uod promulgatis.* Hęc lex nõ legitur.

k ¶*Sanctionibus.* quas non habemus: quæ dicebant quod sequitur, & *facit ff. eo. l. 1. §. cum vrbem.*

l ¶*Tua.* loquitur præfecto vrbis.

m ¶*Obseruet.* s. hoc.

n ¶*Aduocandas.* coram se, quia in eis nõ habet iurisdictionem.

o P*Ræfectura.* nõ legitur.

p ¶*Vsurpat.* Not. pro incipientibus aliquem librum qui rogant scholares, vt eos audiant sine præiudicio aliorum.

q ¶O*Mnia.*] *Genera.* vt Pistorũ vel similium, hæc nõ legitur.

r ¶P*Rimicerius.*] *Personarum.* i. aliarũ suscipiat curam.

s ¶*Locum.* sic[d] *ff. de mun. & hono. l. vt gradatim. & j. de aduo. diu. iud. l. petitionem.* ¶Sed argum. contra in *aut. de mon. §. pen. col. j.*

† alias, Cæsenæ.

d Gradatim honores deferuntur.

LECTORI.

Hanc notitiam integram, censuráq. doctissimorum virorum, quatenus licuit, restitutam ex trib. vetustis exemplarib. reposuimus, quæ dictionẽ percipiant, pag. 188. præcedente non procul à fine geminis crucib. notatam, statim sequitur ad titulum vsq. sequentem procurrentem, nempe. De officio præfecti vrbi. Cuius loco legebatur hactenus in omnibus exemplarib. (quotquot extent) impressis sequens notitia miserè lacera, manca ac mutila, quod innuere videtur glossema, Percipiant. Quã quidem notitiam denuò hic, vt diligentia nostræ partim fidem tibi faceremus, partim ne glossema otiosum esset, suppingere non piguit.

Et hæc notitia, Deo volente, debet delegari iudicibus & eorum officijs in Africa constitutis pro annonis & capitu per singulos annos præbendis. Item viro clarissimo duci Tripolitanę prouincię & hominib. eius anno[*] nonagesimo singula annona solidos quinq. cap. 159. singuli cap. solidos 282. adsessori ducis, & officio ac hominib. eius 40. annis 90. & 7. Item viro clarissimo duci Byzacenæ † & hominib. eius similiter. Item viro clarissimo duci Numidiæ, & hominibus eius similiter. Item viro clarissimo duci Mauritaniæ prouinciæ. & hominibus eius similiter. Item duci Sardiniæ, & hominib. eius similiter. Item notitia consuetudinum, quas in sacro laterculo, & in prætorio amplissimæ præfecturæ per Africam, & in officio magistri militum pro tempore dux præbere solet vniuscuiusq. limitis, sic: In sacro laterculo sex solidos, in officijs magisteriæ militum potestatis pro insinuandis diuinis administrationib. seu diuinæ serenitatis affatib. solidos 12. pro officio amplissimæ præfecturæ per Africã pro insinuãdis eius chartis solidos 12. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionẽ nostram statuuntur, æternitatis effectui mancipari, obseruaríque præcipiat.

TITVLVS XXVIII.

DE OFFICIO PRÆfecti vrbi[a].

Nota, quòd licet specialis officialis constituatur super annona vel abundantia, vel super damnis datis: non propterea tollitur iurisdictio quam potestas habet super hiis ratione vniuersalis iurisdictionis, cum ista concordant tex. & glo. in l. fi. j. de iurisd. omn. ind. Saly. Cura annona pertinet ad præfectum vrbi, licet super ea constitutus sit specialis præfectus, hoc intendit etiam pro casus positione. Fulg.

I. *Imp.* VALENT. & VALENS. AA. *ad Volusianum præfectum vrbis.*

STVDENTIBVS nobis statum vrbis, & annonariam rationem aliquando firmare: in animum subijt, eiusdem annonæ curam non omnib deferri potestatib. ¶ Et ne præfectura vrbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset[b]: eiusdem præfecturæ[c] sollicitudinis necessitatem mandamus: sed non ita vt lateat[d] officium annonariæ præfecturæ, sed vt ambæ potestates[e], in quantum sibi negotij est, tueantur ciuilem annonam, sitq. societas muneris: ita vt inferior gradus meritum superioris agnoscat, atq ita superior potestas[f] se exerat[g], vt sciat ex ipso nomine[h] quid pręfecto debeatur annonæ.

Præfectus vrbis homines in prouinciis cõmorãtes ad se aduocare non potest, nisi ex duabus causis hic expressis hoc intẽdit. Et videte tex. & ista est illa lex, qua determinauit Iac. de Are. quòd iudex potest suos subditos citare extra suum territoriũ existentes, de quo audiuistis in clem. pastoralis, extra de sen. & re iudi. Bartol. sumit ex hac l. quod non debet procedi ad inquisitionem nisi fama præcedat. Quomodo autem colligitur? certè multum extraneè, hoc modo: hic dicit posse euocari homines à prouinciis, quando sunt obnoxij, quomodo autem sunt obnoxij? certè quia de eis mala fama præcedebat, &c. Raph. Fulg.

II. *Idem* AA. *ad Ampelium præfectum vrbi.*

QVod promulgatis[i] sanctionib[k] tua[l] sinceritas rescriptum esse nõ nescit, etiam ex præcepto nostro cõpetenter obseruet[m]: nec quasdam personas de prouincia existimet aduocandas[n], nisi tantummodo suos officiales, & homines populares huius almæ vrbis seditioni obnoxios.

Præfectus vrbis præest cunctis officialibus, & potestatibus. Saly.

III. *Imppp.* VALENS, GRATIA. & VALENT. AAA. *ad Rufinum præfectum vrbis.*

PRæfectura[o]* vrbis cunctis quę intra vrbẽ sunt, antecellat dignitatib.* tantum [ex omni* parte deriuatis] quantum sine omni iniuria ac detrimento honoris alieni vsurpat[p]. Dat. VI. Kal. Iul. Valente A. V. & Valentiniano Iun. Cons.

* in plerisque Præfectus vrbis, recte
* potestatibus
* ex omnium parte deriuatis, rectissime.

Vniuersi ciues, & collegia præfecto sunt subdita, h. d. Saly.

IIII. *Imppp.* THEOD. VALENT. & ARCAD. AAA. *Seuerino comiti sacrarum largitionum.*

OMnia corporatorum genera[q] quæ in Cõstantinopolitana ciuitate versãtur, vniuersos quoque ciues ac populares, pręfecturę vrbanæ regimoderamine cognoscas.

Officium primicerij durat biennio: quo finito siue tempore, siue morte, siue alia ratione, sequens in ordine matriculæ locum eius debet obtinere. Saly.

V. *Imp.* THEODOSIVS A. *Constantino præfecto vrbis.*

PRimicerius adiutor* tuæ sedis officij per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscæ ordinationis meruit, curam insuper personarum[r]† vsurpatione omni atq. ambitione cessante suscipiat: hoc etiam adiecto, vt si quis ex memorato ordine, vel cõditionis humanæ fine preuẽ[s], vel alia quacũq. ratione militię gradũ proprię amisisse mõstrabitur: solitę ambitionis iniuria vacãte locum[s] is qui iuxta matriculæ veritatem sequitur, obtineat.

* adiutorum vet. rectè.
† epistolarum emendat Cuiac. 13. Obser.

TITVLVS

DE OFFICIO Magistri militum.

Hic titulus non legitur: nec sequēs de offic. quæsto. nec sequens de offic. magistri officio um nisi in l. nemo ubi not. simile supra de offi. præf. prætor. Afric. l. ij. §. & semper. & infra de proxi. sacro scrin. l. vnicuiq. lib. xij. Et l. vlt. super illo verb. subrogetur, potest notari pro præbenda vacante.

a ¶ Eos. præcipimus subaudi, eos subiacere sententijs ciuilium iudicum super quolibet negotio, qui militant vltra statutos, scilicet milites in officio magisteriæ potestatis per Orientem.

b ¶ *Qui.* Not. quod qui non sunt in matricula, sunt tāquàm priuati.

c ¶ *Sententiis.* subaudi, iubemus.

d ¶ *Ciuilium.* repete, parituris.

e ¶ Milites. per Illyricum.

f ¶ *Consistunt.* scilicet pri mò, sed omnia in suo statu remaneant: id est militent in suis locis, ne ex pensæ, &c.

g ¶ *Præfecturam.* vrbis.

h ¶ *Procrastinatione.* loquitur magistro militū.

i ¶ *Omnia.* repete, destinare.

k Cum propitia. hic incipit l. cum propitia.

l ¶ *Sed quia.* quòd aliàs.

m ¶ DE OFFICIO quæstoris.

Hic titulus non legitur.

n ¶ Totius] Laterculi. i. cameræ deputatæ ad thesaurum principis recipiendum: *vt not. in authen. vt iuri. sine quo. suffra. §. quod autē. coll. ij.*

o ¶ *Castrorum.* vt decuratariis: aliàs deauratoris: vt Petrus de vico.

p Omnes.] *Reuocare.* vt redeant ad quæstorem.

q ¶ Officia. Not. cō tra Petrū de vico. qui locat quæstus sine principe.

r ¶ *Militantes.* s. quæstores.

s ¶ *Peragere.* sine licentia principis.

* al. magistratuum.

a Primatiā & b militis scēsentur qui non sunt in matricula. ideòque priuilegiis muniri non fruuntur. Cæterū quod de militibus armatæ militiæ hic dicitur ad studiosos extendit Portius. Jo. aps. Inf. de verum dono.

b Laterculus quid sit.

TITULUS XXIX. DE OFFICIO MAgistri militum.*

Magister militum, & com... per hoc edictum nullam habeat iurisdictionem in prouinciales: & præfectus vrbis nullam habeat iurisdictionem in milites. hoc intendit etiam pro casus expositione. simile: nam potestas nullam habet iurisdictionem in stipendiarios: & capitaneus nullam habeat iurisdictionem in ciues, nec forenses.

I. Imppp. VALENTIN. GRATIAN. & THEOD. AAA. ad Eusignium. pp.

Viri illustres comites & magistri peditum & equitum, in prouinciales nullam penitus habent potestatem, nec amplissima præfectura in militares viros.

Per hanc legem dicitur communiter, quòd potestas potest cognoscere de causis criminalibus officialium suorum. Si ergo aliquis miles collateralis, vel aliquis ex iudicibus potestatis aliquod delictum commiserit: potestas eos debet punire. Fulg.

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Hypatium magistrum militum per Orientem.

APparitores per Oriētem statutos officij tui ad aliud iudicium trahi minimè oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, siue ciuiliter, siue criminaliter appellantur, eos litigare debere.

Ex hac lege nota quòd illi qui sunt in matricula vltra numerum statutum, non gaudeant priuilegiis eorum, in quorum matricula sunt. Leges sequentes nihil habent. & vide tex. tantummodo. Veniamus ad lecturam ordinariam, &c.

III. Imp. ZENO. A. Sebastiano præfecto prætorio.

EOs[a] qui[b] vltra statutos in officio magisteriæ per Orientem potestatis militant, ciuilium quoq. iudicum sententijs[c] super quolibet negotio subiacere præcipim[us]: ipsis quin etiam statutis in tributarijs collationibus ciuilium[d] quoq. iudicum dispositionib. proculdubiò parituris.

IIII. Imp. ANASTASIVS. A. Ioan. magistro militum per Illyricum.

MIlites[e] de locis, in quib. cōsistunt, ad alia loca sine speciali nostræ serenitatis auctoritate nullatenus transferri præcipimus: ne eorum expensæ in locis in quib. consistunt[f], minuantur, sed si fortè quædam vrgens & necessaria causa emerserit, vtilitati ac securitati publicæ tam amplissimā prætoriarum præfecturam[g], quā tuam sedem sine vlla procrastinatione[h] prospicere protinus† oportet, & suggestiones ad nostras aures destinare, indicātes tam loca de quib. milites transferendi sunt, quàm ea ad quæ peruenire eos oportet, nominaq. fortissimorū numerorum in quib. iidem milites referuntur, nec non quantitatem annonarum, & ante oĩa[i] causam ob quam iidem milites trāsferendi sunt: vt post talem suggestionem à nostra auctoritate competentia procedant.

† aliàs peni tus.

V. Imp. IVSTINIANVS A. Zetæ* viro illustri magistro militum per Armeniam & Pontum Polemoniacum, & [cæteras*] gentes.

CVm propitia[k] diuinitate Romanum nobis sit delatum imperium: sollicita cura, cauta diligētia pertractantes perspeximus oportere etiam partib. Armeniæ, & Ponto Polemoniaco, & gentib. proprium magistrum militum per hanc legem constituere, tuámq. magnitudinem, quę nobis ex ante gestis optimè commēdata est, idoneam ad talem fore dignitatem confidentes elegimus: certasq. prouincias, id est magnā Armeniam, quæ interior dicebatur: & gentes, Anzitenā videlicet*, Ingilenam, Astyanenā, Sophenam, Sophanenam, in qua est martyropolis, Belabitenam, & primam & secundam Armeniam, & Pōtum Polemoniacum tuæ curæ cum suis ducib. cōmisimus, comite Armeniæ penitus sublato: cunctósq. subdimus numeros, non modò quos in præsenti nouos cōstituimus, sed etiam de præsentalib. & Orientalib. & aliis agminib. segregatos: nō tamen eorum quantitatem agminum minuentes: sed quia[l] plures eis addidim[us] sine reipublicæ grauamine, & sine augmēto sumptuum, aliquantos subtraximus: ita tamen, vt post hāc subtractionem ampliores remanserint, quàm vsq. ad nostra felicia fuerant tempora.

* al. Gitem

* deest in vet. codic.

* Harum gentiū veræ appellationes partim ex col locatione ea subscriptorum partim ex nouella. 31. de descriptione quatuor præsid. Armeniæ. restitui Conatus.

TITULUS XXX. DE OFFICIO QVÆSTORIS.[m]

I. Imp. THEOD. A. Salustio* quæstori.

TOtius minoris laterculi[n] curam scias ad tuæ sublimitatis sollicitudinē pertinere: ita vt tuo arbitratu, & scrinio* memoriæ totius minoris laterculi, dignitates, hoc est præfecturæ, oēs tribunatus, & præpositurae castrorum[o], iuxta cōsuetudinem priscam clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. VI. Kal. Maij, Constantinopo. Castino & Victore Coss.

* al. Sallustio.

* pone legendū, ex scrinio.

II. Iidem A. Helioni comiti & magistro officiorum.

OMnes minoris laterculi* dignitates, quæ sub cura quidem ac sollicitudine viri illustris quæstoris esse antea videbantur, postea verò vel vniuersę vel mediæ ad magistrorum militum potestatem dispositionémq. transierant: placuit nunc clementiæ meæ, vetusti temporis more reuocato, ad priscā deinceps iura reuocare[p]. Dat. III. Kalend. Maij, supra scriptis Coss.

* quod fuerit laterculū minus aut maius vide hic in prænotatis.

III. Imp. ANASTASIVS A. Eusebio magistro officiorum.

OFficia[q] & conditiones quæ pertinent ad viros deuotos in sacro scrinio memoriæ militantes, nemini[r] liceat sub quacunq. occasione sine vlla diuinæ subscriptionis liberalitate peragere[s]: eo quicunq. in hoc fuerit postea facinore conuictus, publicatione bonorum suorum multādo: officio quoque rectorjs prouinciæ, in qua non allegato super gerenda sollicitudine sacro rescripto aliquis ausus fuerit eandem curam sibimet vsurpare, trium librarum auri dispendio feriendo. Dat. Kal. Mart. Constantinopol. Anastasio. A. & Rufino Coss.

TITVLVS XXXI.
DE OFFICIO MAGIstri officiorum.

I. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad Agentes in rebus.*

PRiuilegijs dudũ scholæ vestræ indultis, [&] integris reseruatis, ad ducenariam, † cẽtenariam, & biarchiam nemo suffragio [a], sed [*] labore vnusquisq. perueniat: principatum verò adipiscatur matricula decurrente: ita vt ad curas agendas & cursum illi exeant, quos ordo militię vocat, & eius laborum adiutor. [b] Præterea [c] in quo totius scholæ status, & magistri securitas cõstituta est, idoneus probitate morũ ac bonis artib. præditus, nostris per magistrum obtutib. offeratur, vt nostro ordinetur arbitrio.

II. *Imppp.* VALENTINIANVS, THEODOS. & ARCAD. AAA. *ad Patricium magistrum officiorum.*

NEmo agentium in reb. ordinem militiæ atq. stipendia peruertat, etiam si nostri numinis † per obreptionẽ detulerit indultum. [d] ac si quis formam admissi [e] istiusmodi docebitur obtulisse, in locũ ex quo indecenter emerserat, reuertatur: vt is gradu cæteros antecedat quem stipendia meliora, † vel labor prolixior fecerit anteire. PP. Hadrumeti.

III. *Impp.* THEODO. & VALENTIN. *AA. Florentio & magistro officiorum.*

SCholariũ nostrorum deuotiõ pbata nostris parẽtib. circa maximæ serenitatis, nostrę affectionẽ enituit. † vnde quicquid ad fouenda seruandáq. eorum priuilegia postulatur, statim credimus admittendũ. Ideóq. suggestionem tui culminis approbantes, viris spectabilib. comitib. scholarum verberandi regradãdive [*] senatores [f] & ducenarios, licentiam denegamus. Ea nánq quę tali cõmotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam. Dat. XVI. Kal. Maij CP. Cyro VC. Cos.

IIII. *Iidem* A. A. *Nomo magistro officiorum.*

CVræ tui perpetui [*] culminis credimus iniungendum, vt super omni limite sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorúmq. ac clausurarũ cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. Dat. II. Id. Septemb. Cõstantinop. Maximo. II. & Paterio Coss.

V. *Impp.* IVSTINVS † & IVSTINIANVS A. A. *Tatiano magistro officiorum.*

IVbemus eum ad militiam deuotissimorum scholarium de cætero peruenire, qui nostrum meruit iudicium: nec licere pro tẽpore tui culminis administrationẽ habenti, sine huiusmodi probatoria aliquem inter eosdem viros deuotos scholares suis referre præceptionib. sed sciat is qui sine sacro rescripto ad eandem peruenire militiam ausus fuerit: nõ solùm ea se priuari, verumetiam pœnę viginti librarum auri subijci. Illud etiam obseruari de cętero volumus, vt si quis locus statúsve scholarium in quacunq. schola vacauerit: ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locum præceperit. [g] ad hæc, quadrimenstruos breues eorundem scholariũ, cura tuæ sublimitatis, & pro tempore [h] viri excellentissimi magistri officium cõscribi volumus, & eos sacro scrinio laterculi præstari, ibi deponendos: vt semper notitia eorundẽ scholarium certa sit, neq. publico damnum aliquod infligatur. Dat. X. Kal. Maij Constantinop. Mauortio. V. C. Cos.

TITVLVS XXXII.
DE OFFICIO COMITIS SACRARVM [i] largitionum.

I. *Impp.* ARCADIVS & HONORIVS *AA. Limenio comiti.*

PAlatinis [k] hæc cura debet esse præcipua, vt periculo proprio notarijs destinatis, super negligentia iudicum (si ita res exegerit) conquerantur [l], ne eorum sit impunita desidia [m]. Iudices quoq. de eorum nominib. referre cõuenit, quos cõmodis proprijs magis, quàm vtilitatib. publicis studere prouiderint [n]: breues etiam quadrimẽstruos ad officium palatinum nouerint dirigẽdos, aurúmq. exactum ad sacras largitiones [o] sine vlla dilatione esse mittẽdum. Dat. III. Kal. Maij, Honorio. VII. & Theodosio. II. AA. Coss.

TITVLVS XXXIII.
DE OFFICIO COMITIS RERVM priuatarum. [p]

I. *Impp.* VALENTI. & VALENS *AA. ad Honoratum consularem Byzantij.*

SI quid [q] negotiorum actitatum fuerit, in quib. aliquid commodi fiscalis appareat, ad officium rei priuatæ [r] tua grauitas acta transmittat, vt instructione percepta, quid sibimet [f] iuris auxilio debeatur, agnoscat. Dat. VI. Kal. Ian. Valenti. & Valente. AA. II. Coss.

Græca constitutio deesse notatur in manusc. quod & Ant. Augus. notat. videndum est ne non eadem sit, quæ sub sequenti tit. De officio comitis sacri patrimonij esse debet, deestq. ibidem notatur in antiquis libris, quam & Ant. Aug. sit desiderari, nec eam tamen, aut eius vllam epitomẽ edit. Nos ex lib. 60. Basil. à Cuiacio primum editam sub suo tit. sic restituimus: nam ille tit. non indicauit.

ΜΗτε ὁ κόμης τῶν ἰδικῶν πραγμάτων μήτε τις ἕτερος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἢ ἐν ἐπαρχίαις ἀρχόντων, [illegible] θησαυροῦ καταμηνυτὴν προσδεχέσθω. εἰ δὲ περί τινος ἑτέρου [illegible] [illegible] ὁ τυχὼν [illegible] [illegible].

Eadem sententia Latinè.

NEq. comes priuati patrimonij, neq. quiuis aliorum magistratuũ qui vel in vrbe Constantinopolitana vel in prouĩcijs sunt, eũ qui super thesauro aliquẽ defert admittat. Sed si super alio fiscali iure nũtiationẽ quis faciat, sub fideiussione mox nõ minus quinq. librarũ [auri] id fiat. & ne quod sigillũ, vel descriptio vel alia vlla innouatio interueniat super rebus nũciatis ante sententiã ex scripto latam.

DE OF-

DE OFFICIO magistri officiorum.

Hucusq. de illustribus tractauit. Nunc incipit tractare de sp. illabilibus secundum Pon. qui mediam gerunt administrationem: vt in Authent. de non alie. aut permu. §. vlti. col. ij. Azo.

a ¶ *Priuilegiis.*] *Suffragio.* i. precibus.

b ¶ *Adiutor.* i. ordo.

c ¶ *Præterea.* subaudi, ille.

d ¶ *Nemo.*] *Indultum.* i. [a] rescriptũ.

e ¶ *Admissi.* i. rescripti impetrati.

f ¶ *Scholarium.*] *Senatores.* i. filios senatorũ qui erãt scholares in militia, & ducenarios eorum filios.

g ¶ *Vrbem.*] *Præcepit.* No. pro locis in scholis. nam scholare recedente non debet alius sibi locũ vindicare sine licentia dñi. 2 Item not. pro præbenda. nam vno canonico mortuo non debet alius in locũ eius subrogari sine licẽtia papæ.

h ¶ *Pro tẽpore.* repete, culminis, &c.

i ¶ DE OFFICIO comi. sacr. largi.

Hic est illustris: vt infra de asses. l. fi. & non legitur.

k ¶ *Palatinis.* i. [c] officialibus palatij principis, qui sunt cum comite largitionum.

l ¶ *Conquerantur.* i. dicãt principi.

m ¶ *Desidia. sic*]. *de priua. car. l.* j. §. j.

n ¶ *Prouiderint.* q. d. vn[9] iudex accuset alium.

o ¶ *Largitiones.* aliàs religiones. & propter hoc est hic titul. at sequẽs titul. de officio comit. rerum priuatarũ non legitur.

p ¶ DE OFFICIO comitis rerum priuatarum.

q ¶ *Si quid.* aliàs siqui dem negotium, aliàs si quod.

r ¶ *Priuata.* i. procuratoris Cæsaris.

f ¶ *Sibimet.* i. fisco.

¶ al. decenam etiam & centenam. &c. [*] al. nisi labore.

a indultũ pro rescripto.

b Scholarium recedentium loca in scholis non sunt primi occupantis sine licẽtia professoris.

¶ al. nominis

c Palatini qui dicantur. [†] al. longiora

Ex Nouell. Theodosii. à Lithe edita Pat. l. t. supra de priuileg. scholarium.

¶ Nominis. vet.

[*] sic in ipsa non rectè per peram antea degradandi. [*] al. perpetuo. y al. eloriarum. al. clausurarũ, vt in l. 2 supra de offi. PP. Af. vbi constanter in omnibus libris legitur clausura.

¶ recta est inscriptio, & sub scriptioni sequenti cõuenit, ac historia.

[*] al. addimur. sacri palatii sacrique patrimonij Byzantij.

DE OFFI. COMI. sacri palat. &c.

a ¶ SI quis. *In articu-lo*, i. statim.

*perperā hic noua rubrica eo est inducta.

DE OFFICIO procōs. & leg.

Perfecto tractatu illustriū, supponit de spectabilibus. hic enim Proconsul spectabilis est, ut diximus suprà de offic. praefec. praet. Afr.

† vide Alciatum i. Parergon 17.

b ¶ LEgati. procōsulum.

c ¶ *Transmittere non morentur.* excepto crimine suspecti tutoris, de quo etiam pronuntiāt. ¶ No. duo[a] in hoc legato specialia, & quòd de omni crimine cognoscit, & quod etiā pronunciat in crimine suspecti: *ut hic, & ff. de offi procon. & le. l. solent. & ff. de suspe. tu. l. j. §. j.*

*In quibusdā libris hic inserta reperitur constitutio quae est l. 2. supra de of. mag. offi. ideo illam repetat qui volet.

a Legatorum prouincialiū specialia natura.

d ¶ DE OFFICIO comitis sac. patrimo. constitutio graeca.

e ¶ OFficium. Adiit. s. suis ingressibus ad eum.

f ¶ *Agere.* i. viuere

g ¶ *Cuius.* s. officij.

h ¶ *Principem.* patrem serenitatis nostrae, quod est s.

i ¶ *Cōmouerunt.* No. quod pia[b] allegatio mouet principē.

b Pia allegatio mouet principem.

k ¶ DE OFFICIO comitis Orientis.

Procurator erat rerum quae erant in Oriente, & nō legitur hic titulus.

l ¶ DE OFFICIO praef. Aug. &c.

Hic est spectabilis: ut j. de priue. carc. l. j.

m ¶ O*Mnia tributa.*] *Hic*. loquitur praefecto Augustali.

*perperam hic ponitur tit. de offic. com. sac. patr. cum sequens cōstitutio pertineat ad tit. de offic. Proconsul. & lege.

n ¶ P*Raefectus.*] *Puniēdi.* Imò videtur: *ut ff. de offi. praesid. l. illicitas. §. qui uniuersas. quae est contra.* Sol.[c] speciale hic, ut nō habeat ius gladij. 2 Vel dic. non habet ius in hos, habet tamen in alios.

c Praefectum praetorio Augustalem an & in quo ius gladij habeat.

o ¶ DE OFFICIO vicarij.

Non legitur.

p ¶ I*N ciuilib.*] *Meritū.* cuius est hic vicarius.

q ¶ *Reuerentiā* cùm praefectus[d] repraesentat reuerentiam principis, & sic iste vicarius praefecti fit per medium praefectum: *ut ff. de of. praef. praet. l. j.*

d Principem repraesentat praefectus.

r quas.

r ¶ R*Elationes.* *Auctoritas.* Not. contemptū[e] esse si non audiatur.

e Vel contemni- videtur qui non auditur.

s ¶ DE OFFICIO praetoris.

Spectabilis est, & dic primā legē quae tractat de officio eius, & nota tex. ibi,

*Perperā antea Lyciarchae legebatur.

TITVLVS* XXXIIII.

[DE OFFICIO COMITIS sacri palatij.]

1. *Impp.* ARCAD. & HONOR. *AA. Mineruio comi. Re. priuat.*

AD palatinorū curam, & rationalium officia, oīm rerum nostrarum, & totius perpetuarij †, hoc est emphyteuticarij iuris exactio reuertatur. Dat. Ian. Mediolani, Caesario & Attico Coss.

11. *Iidem AA. Vrsatio comiti rerum priuatarum.*

SI quis iudicium vir illustris, vel praefectus vrbi, cognitionem comitiuae rerum priuatarum examini debitam, sibimet vindicandam cēsuerit, vel tuitionem contra eiusdem statuta sedis praestiterit: ad 50. librarum auri illationem poenae nomine officium eius teneatur, quam decet in articulo[a] exigi, mansuetudinis nostrae aerario sociandam. Dat. VI. Idus. Aug. Rauennae Constantio & Constantino Coss.

TITVLVS XXXV.

DE OFFICIO PROCONsulis & legati.

1. *Imp.* CONSTANTIN. *A. Aeliano proconsuli Africae.*

LEgati[b] non solùm ciuiles, sed etiam criminales causas audiant: ita vt si sententiam in reos ferendam prouiderint, ad Proconsules eos transmittere non morentur.[c]

[DE OFFICIO[d] COMItis sacri patrimonij.]

1. *Impp.* HONOR. & THEODOS. *AA. Simplicio Proconsuli Asiae.*

OFficium[e] Hellesponti consularis aeternae recordationis patrem serenitatis nostrae adijt[f]: & expositis suis incommodis, quib. à Vicarianis apparitorib. vrgebatur, orauit sub tuae sublimitatis agere[f] potestate: cuius[g] allegationes humanae proclimus piū principem[h] commouerunt[i]: quod † & nos obtineri censemus.

TITVLVS XXXVI.

DE OFFICIO COMITIS Orientis.[k]

1. *Imp.* LEO *A. Vsto* *praef. praet.*

TItulos qui Alytarchiae † & Syriarchiae munerib. in prima Syria deputati sunt, per officia tam viri spectabilis Comitis Orientis, quàm viri clarissimi rectoris prouinciae flagitari praecipimus. Alytarchiae quidem ludi, cura viri spect. bilis Comitis Orientis, & eius officio: † Syriarchiae verò sollicitudine viri clarissimi moderantis prouinciam, eiúsq. apparitoris exerceantur: nullíq. penitus curialium, nec si voluerint, idem munus, vel honorem subeundi licentia permittatur.

sedula seruitus. & quid plus seruiet emancipatus patri quàm si sit in potestate.

t ¶ P*Ateat.*] *Exuant.* i. liberent.

† officij.

TITVLVS XXXVII.

DE OFFICIO[l] PRAEFECTI Augustalis.

1. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. *AAA. Florentio praefecto Augustali.*

OMnia tributa per Aegyptiacam dioecesim † cura & prouidētia claritatis tuae[m] à moderatorib. prouīciarum exigi iubemus. Si qui tamen ex possessorib. siue militarib., siue non militarib., ad inferenda quae debentur, audaces extiterit: eos per militare etiam auxilium (si opus exegerint) ad solutionem compelli sancimus.

† In veteribus semper scribitur dioecesinabisque diphthōgo, vt & apud Cassiodorum.

11. *Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONOR. *AAA. Rufino praet. praefecto.*

PRaefectus[a] praetorio Augustali ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia, & super his referendi, non amouendi, vel puniēdi[n] habeat potestatem.

a vide Menochium. i. de arbitrar. quaestio. numero 16.

TITVLVS XXXVIII.

DE OFFICIO VICARII.[o]

1. *Imppp.* VALENT. VALENS & GRATIA. *AAA. Antonio praefecto praetorio.*

* al. additur, & praefectu.

IN ciuilib. † causis vicarios comitib. militum conuenit anteferri, in militarib. negotijs comites vicarijs anteponi. Quotiens societas in iudicando contigerit: priore loco vicarius ponetur, † comes adiunctus accedat. Siquidem praefecturae meritum[p] caeteris dignitatib. antestet: & vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere iudicet portionē, & sacrę cognitionis habeat potestatem, & iudicationis nostrae soleat repraesentare reuerentiam.[q]

† Alciatus li. 2. parerg. cap. 12.

† Ponderetur.

11. *Iidem AAA. ad Hesperium praef. prae.*

REelationes vicariorum, si quando vsus attulerit, ad nostram mansuetudinem referantur. Relationes enim iudicum libenter audimus: ne ad ministratorum decrescere videatur auctoritas[r], si eorum consulta veluti profanorum preces à nostris aditis repellamus.

TITVLVS XXXIX.

DE[s] OFFICIO PRAETORVM.

1. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad Senatum.*

PRaetori † defertur haec iurisdictio sancientib. nobis, vt liberale negotium ipse disceptator examinet, sanè interponi ab eo decreta cōueniet, vt siue in integrū restitutio referenda est, probatis duntaxat causis, ab eoden etiam interponatur decretum: seu tutoris dandi, seu ordinandi curatoris impleatur ab eo interpositio decretorum, quippe cùm apud eū quoq. adipisci debeat patronorum iudicio sedula seruitus libertatē. Nec sanè debita filiorum votis patrum vota cessabunt, vt pateat[t] † copia liberos suos exuant[t] potestate, magis proprijs obsequijs mancipatos: cùm sese intelligant his obsequij plus debere, à quib. se meminerit sacris vinculis exutos. Dat. Kal. Ian. Eusebio & Hypatio Coss.

† C. T. 6. c. 16. in nouo edit.

† al. legendū parente.

a ¶ TRes. Olim [a]. xviij. vt ff. de orig. iu. l. ij. §. deinde aliquos Augustos.

a Praetores quot Romae Constantinopoli.

b Praetores Romanae & Constantinopolitanae non alibi eligendi, quam qui in illis vrbibus domicilium habent. † aliàs tamen quòd est in statu.

b ¶ Proprium larem. sic [b] & j. de episcop. & cleri. l. in ecclesiis. ¶ Sed contra j. de cri. sacril. l. ij. Sed speciale in praetore. ¶ Item contra ff. de offi. praet. Barbarius.

c ¶ DE OFFICIO rectoris prouinciae.

Casus.

d ¶ POtest. Pone casum: Quidam fecit scribi rem in instrumento, quae ab alio possidebatur, suam esse. qui cum de falso accusaretur, dixit se non accusari posse, quia verum erat quod in instrumento est scriptum. 2 Vel dixit: De falso me accusas, sed ego dico te seruum meum esse: & sic proprietatis tui ipsius tibi refero quaestionem: vt & aliàs infra de adul. l. quoniam Alexandrinum. 3 Vel tertio dic: Petebam fundum à muliere: & ostendebam instrumentum. ipsa illud de falso accusabat. ego eam dico non admitti, quia foemina est, quae [c] non admittitur ad publicam accusationem. sed ipsa dicit suum esse fundum, & sic pro sua re debere admitti: vt infra qui accu. non poss. l. vxor. sed l. se. contra. & facit infra de fal. l. & si ad te. & de ordi. l. j.

* al. vocetur

* Pars huius l. ed infrà de Praetoribus lib. xij. l. j.

c Accusatio publica non permittitur foeminis.

* Maximum.

e ¶ PRaesides. Haec lex non legitur, nec sequentes: vide tamen notabilia.

f ¶ Insolentior. [d] i. immodestior, inobediens.

d Iudex inferior potest per litteras ad superioris iudicis de inquietatore sua territorio dimodo hoc non tum faciat iudices maiores. vel Gouernem P. pa. Detis. 528.

g ¶ Quo pro vt.

h ¶ IVstissimos. Accusandi repete, damus potestatem.

i ¶ Absumat. sic supra de episc. & cleri. l. quoniam venerabiles.

k ¶ Voces. contra malos iudices.

l ¶ INofficiales. facit j. de spec. l. ij.

m ¶ Publicum. s. officium.

n ¶ POtio-rum.] Tribuatur. vt & supra de offic. praef. vrb. l. studeant.

o ¶ Irrogatur. aliàs iniuria, & aliàs poena. & facit j. de offic. diuer. iud. l. singuli. & suprà de vet. iure e-nu. l. j. §. omnib. & §. sed neque.

p ¶ CIuitas.] Ingenium. i. superbia.

q ¶ QVi ordinariam.] Dignitatem. aliàs potestatem.

r ¶ Profligauerit. quia accepit de salario sequentis potestatis.

s ¶ NE quis.] Contra cōsulta caelestia.

II. Impp. VALENT. & MARTIAN. AA. Tatiano. P. P.

TRes [a] tantummodò praeto res electos opinionis in hac vrbe per singulos annos iudicio senatus praecipimus ordinari: qui cōpetentes causas, & debitos actus integre suscipere, atq. tractare debebunt, vt hic tantùm † tres ex his, qui propriū larē [b] in hac alma vrbe habeant, non ex prouincijs eligant. Nec si quisquam etiam propter alias causas ad hanc vrbem de prouīcijs venerit, ad praeturae munus efferantur: * sed hi tantummodò (vt dictum est) qui hic domicilium fouent: ita tamen, vt nec ipsi sumptus quosdam inferre cogātur inuiti, sed habeant spōtaneum liberalitatis arbitrium. Dat. 15 Kal. Ian. Constantinop. Valent. III. & Albieno Coss.

* Graeca constitutio notatur hic desse.

TITVLVS XL.

DE OFFICIO RECTORIS prouinciae. [c]

I. Imp. ALEXAND. A. Iuliano.

POtest [d] de falso causam cognoscens praeses prouīciae, incidentem proprietatis quaestionem dirimere. Dat. 6. Kal. Apr. Maximo. II. & Vrbano Coss.

II. Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximianum * praef. pro.

PRaesides [e] prouīciarum oportet, si quis potentiorum extiterit insolentior [f], & ipsi vīdicare non possunt, aut examinare, aut pronūciare nequeūt: de eius nomine ad nos, aut certè ad praetorianae praefecturae scientiam referre: quo [g] prouideatur, qualiter publicae disciplinae, & laesis tenuiorib. consulatur. Dat. 5. Kal. Maij, Probiano & Iuliano Coss.

III. Idem A. ad prouinciales.

IVstissimos & vigilantissimos iudices publicis acclamationib. collaudādi damus omnib. potestatem: vt honoris eis auctiores proferam' processus & ecōtrario iniustos, & maleficos querelarum vocib. accusandi [h]: vt censurae nostrae vigor eos absumat [i]. Nam si verę voces sint [k], nec ad libidinem per clientelas effusae, diligenter inuestigabimus: praefectis praetorio & comitib. qui per prouīcias cōstituti sunt, prouincialium nostrorum voces ad nostram scientiā referentib. Dat. Kal. Nouē. Cōstātinop. Basso & Ablauio Coss.

IIII. Iidem A. ad Periclem praesidem.

INofficiales [l] praefectorum, cursum publicum [m] laniantes, vel praua contra vtilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem: ita vt praefectos de eorum culpa facias certiores. Dat. X. Kal. Nouemb. Nicopoli, Constatio & Albino Coss.

V. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Aproniamum praefecto vrbi.

POtioris gradus iudicib. ab inferiorib. cōpetens reuerentia tribuatur. [n] Sed vbi publica tractatur vtilitas etsi minor iudex veritatem inuestigauerit, nulla maiori irrogatur [o] iniuria. Sanè qui insignia dignitatis adhoc exercet, vt indignis iniurijs existimet adficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur: nō declinabit nostrae indignationis aculeos. Dat. 5. Kal. Iun. Arintheo & Modesto Coss.

VI. Impp. VALENT. GRATIAN. & THEOD. AAA. Cynegio. P. P.

CIuitas Phodiorum † iniuriam suam non tam decenter, quàm sero conquesta est. Vnde inuiolabili obseruatione sancimus, vt quoniam tempore hyemis nauigatio saepè periculosa est, & semper incerta, in illis quinq. vrbibus quae potiores esse caeteris asseruntur, vicissim hyemandum sibi iudices recognoscant. Quòd si cuiquam tale existat ingenium [p] vt praecepta nostra contemnat: 50. ab eo argenti librae, cētum ab eius officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri iurib. inferantur.

† Rhodiorum quod videtur rectius.

VII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio. PP.

QVi ordinariam gesserit dignitatem [q]: † quicquid ex venturę delegationis titulis profligauerit [r], cum dispendio pudoris atq. fortunae de proprijs facultatib. intra prouinciam positus inferre debebit. Dat. 7. Kal. Iun. Constantinop. Honorio nobiliss. puero & Euodio Coss.

† al. potestatem

VIII. Iidem AAA. Cynegio praef. praet.

NE quis iudicum in prouincia sua praefectianū vel palatinum, vel militē, vel ex his etiam, omnib. si qui antea in huiusmodi officijs fuerint cōmorati, intercessorem, i. executorem *, cuiusquam litigatoris petitione in quolibet seu priuato seu publico negotio putet esse tribuendum. Nam peccantem contra consulta coelestia [s], cum officio suo non solum detrimentum famae, sed etiam patrimoniorum damna comitentur. Dat. Non. Aug. Constantinop. Honorio N. P. & Euodio Coss.

* hominibus. al. exactorem.

IX. Iidem AAA. Potamio praefecto pra. Illyrici.

NVllus prouīcię moderator augustissimam vrbem sine iussione nostra adire audeat. Nam si patuerit quem contra decreti nostri praecepta venisse: is congrua condemnatione plectetur. Dat. 10. kal. Ia. Mediolani post cōsulatū Timasij, et Promoti.

X. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio comiti sacrarum largitionum.

NVllum palatinis tibi obsecundantib. cum prouīcialib. volumus esse cōmerciū, sed iudices scire debent hoc sibi praecipue esse cōmissum, vt ipsi à prouincialib. exigant, & consueta deposcant: palatinum verò possessor [t] non horreat [u]: qui non sibi, sed iudicib. atq. officijs praeceptus est imminere. Dat. 6. Kal. April *

XI. Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Theodoro praefecto praetorio.

Moderato-

id est cōtra praecepta huius legis.

t ¶ NVllum possessor. i. ciuis vel rusticus.

u ¶ Horreat. quia non ibit ad eum. & ita palatini imminent iudicibus, & iudices collatoribus.

a ¶ Omnes.] insolẽtia.i.officialiũ siue apparitorum inobedientia.

b ¶ Nulli iudicum.] i.palatia.s.principis.

c ¶ DE OFFICIO præfecti vigilum.

Licet cœpit tractare de clarissimis, hic tamen est spectabilis; vt ff. eo.l.iij. Quare ergo hic ponitur? Resp. cõsiderauit prima tempora, secundum quæ non erat præfectus vigilum, imò erat qui dam qui præerat excubiis: vt ff. eod.l.1.in fin. & de ori.iur.l.j.§. hęc omnia, & non *legitur hic titulus.*

d ¶ Præfecti vigilũ.] *Tuæ.* præfecti prætorio vel vrbis.

DE OFFICIO CIuilium iudicum.

e ¶ Honorati. i. aduocati.

f ¶ *Panduntur. vtj. de postul.l. quisquis. in fi.* Sed in alijs horis sedere possunt; vt j. *de of. diu.iu.l.fi.*

g ¶ *Residendi.* i.sedendi. Acc.

h ¶ *Si quis.* aliàs est hic rubrica. De officio præfecti annonę. ¶ Sequens titulus de offic.mil.iud. non legitur. ¶ Sed s.l.j. signatur contra ff. *de rei vind.l. qui restituere. Sol.* vt ibi. ¶ Item sequens de comi.rei mili. non legitur.

DE OFFICIO MIlitarium iudicum.

j ¶ Nunquam. dic vt in superiori rubrica.

k ¶ Præcipimus nequãdo. *In eo.* iudicio magistri militum.

l ¶ *Comitianũ.* i. comitis qui præest prouinciæ.

[Margin: ¶ al. illicitè vel incessãque. — † al. pignoratio. — ¶ al. Imperat. An. Rabus A. Viniano pręf. prætorio. ... — a Comitiani vel ...]

Moderatores† prouinciarum curam gerere iubemus, ne quid potentum procuratores perperã iniustéq. †committant. Dat. VI. Kal. Decemb. Rauẽnæ, Basso & Philippo Cos.

XII. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Monachio. p. p.*

Omnes prouinciarũ† apparitores pro inueterata auctoritate iuxta motum iudicis nudatos, verberib. (si ita res tulerit) subiacere præcipimus; vt & facilis executio rerum publicarum sit, & officiorũ insolentia[a] comprimatur, & iudicũ seueritati cõpetens reddatur auctoritas. Dat. VI. Kal. Ian. Honor. IX. & Theodosio V. AA. Conss.

XIII. *Imp.* LEO *A. Constantino p. p.*

Si quis cohortalib. adhuc obsequijs obligatus, regimen prouincię, vel cingulum cuiuslibet militiæ dignitatisue quoquo modo meruerit, contra licitũ vsurpatis impetratisue careat, etiamsi vltroneè à nostra liberalitate ius regendæ prouinciæ, vel militię seu dignitatis cuiuspiam sibi iactauerit delatum fuisse. Dat. II. Id. Aug. Leone A. IIII. & Probiano Conss.

XIIII. *Idem A. eidem præfecto prætorio.*

Nulli iudicum qui prouincias regunt, in ciuitatib. in quib. sacra palatia, aut prætoria sunt, liceat his relictis priuatorum sibi domos ad habitandum veluti prętoria vindicare: sed sacratissima modis omnib. inhabitare palatia[b] seu prætoria cogãtur: vt hac necessitate cõpellãtur eorum reparationi prouidere. Vbi autem & palatium est, & prætorium: palatium quidem habitationi præsidis, prętorium autem vel suscipiendis conseruandisq. specieb. publicis horreorum vice, vel alij necessariç rei deputetur. Quod si quis aliquando dissimulare tentauerit: protinus eum atq. officium eius 50. librarum auri multam ad reparandum sacrum, quod neglexerit palatium soluere sancimus. Dat. VI. Id. Febr. Clementino & Probo Conss.

TITVLVS XLI.

VT NVLLI PATRIÆ SVÆ ADMINISTRAtio sine speciali permissu principis permittatur.

Græca cõstitutio Anastasij Imperatoris, vt scribit Iacobus Cuiacius ad Paul. lib. v. sentẽt. tit. xij. qui tamen putat esse cõstit. vlt. tit. De officio rectoris prouinciæ. At nos aliter sentimus, moti & auctoritate librorum veterum, qui nouam rubricam minio scriptam post illum titulũ descriptam habent, & Græcorum interpretum consensu, qui ad l. vlt. j. de crim. sacrileg. hunc titulum numerat. xlj. lib. Codic. in eadem est etiam nobiscum sententia præstantissimus Anto. Aug. Cæterùm crediderim Codex idem hac constitutione fuisse cautum, quòd supradicta vltima constit. tit. de crim. sacri. continetur.

TITVLVS XLII.

DE QVADRIMENSTRVIS BREVIBVS.

Græca constitutio deest.

CONTIVS.

Hunc titulum disertè ita scriptum in veterib. libris, & à nemine adhuc recentiorum animaduersum intrepidè restitui, vt qui & hoc loco opportenè sit insertus. Optat quidem Iacob. Cuiacius, vir doctissimus, eum fuisse additum titulum de Apochis, lib. x. quia & quadrimenstruorum breuium, l. j. illius tituli mentio fit, sed idcirco non fuit additus, quia hic iam proprio fuerat collocatus. Extat similis tit. li. xi. Cod. Theodosiani tit. xxv. de quadrim. breui. & sub eo constitutio sing. Theod. Arcadij & Honorij AAA.

TITVLVS XLIII.

DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILVM.[c]

I. *Impp.* THEO. & ARCA. *AA. Nephridio præfecto*[*] *vrbis.*

Præfecti vigilum huius vrbis nihil de capitalib. causis sua authoritate statuere debent, sed si quid huiusmodi euenerit, culmini tuæ[d] potestatis referre: vt de memoratis causis celsiore sententia iudicetur.

[* al. præfecto vigilum. vt liquet ex verbis constitutionis sequentis.]

TITVLVS XLIIII.

DE OFFICIO PRÆFECTI ANNONÆ.

Græca constitutio sub hoc titulo miniato deest, & notatur in manusc. Hoc igitur pacto restitutis 5. tit. in hoc primo lib. Codicis, qui antea deerãt, i. tit. de offic. comit. sacri patrimonij, tit. de offic. vicarij. (qui in omnib. manuscriptis extat) tit. vt nulli patriæ suæ admi. & tit. de quadrim. br. & tit. de offi. præf. anno. perpulchrè numerus tit. huius libri per oĩa conuenit cum numero Græcorum, quos duos numeros cõciliare, anxiè studuit Anto. August. nec tamen præstare potuit.

TITVLVS XLV.

DE OFFICIO CIVILIVM IVDICVM.

I. *Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. *AAA. Curtio præf. præt. Extat C. T. 1. 7. 2.*

Honorati[*] [e] qui litem habere noscũtur: his horis, vel temporib. quib. causarũ vel merita, vel facta pãduntur[f] [*] residendi[g] cum iudicib. non habeãt facultatem. Dat. III. Non. Febr. Rauennæ Basso & Philip. Conss.

[* al. curiales. — * pendentur.]

II. *Impp.* HONOR. & THEOD. *AA. Anthemio præf. præt.*

Si quis[h] pro publicis functionib. quę flagitãtur, aliquo se defendere tẽtet munimine: adeat iudicẽ, & promat quæ duxerit adserenda. Quẽ si iudex (quod nõ †arbitramur) minus audire maluerit: ipse quidẽ administrator 30. librarũ auri, apparitor[*] verò eius 50 feriatur dispẽdio. Dat. XIII. Kal. Aug. Constãtin. Hon. VIII. & Theod. III. AA. Conss.

[* Officium ac mynus fautu quisque facere præsumitur 30 talis esse, qualis esse debet. adde Acc. etum ... 9. c. 16. infra de pœnis. — † apparitio. — C. T. 1. 8 ... tal. deest, pac. in C. Thed.]

TITVLVS XLVI.

DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM.

I. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. *AAA. magistris & comitibus vtriusque militiæ.*[*]

Nunquam[i] omnino in † negotijs priuatorum, vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. prid. Id. Feb. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundant. Coss.

II. *Impp.* HON. & THEOD. *AA. Monachio.*[*] *p. p.*

Præcipimus, nequãdo curiales vel priuatæ cõditionis homines ad militare exhibesse iudicium, vel cõtra se agẽtiũ actiones † excipiãt, vel litigare in eo[k] cogãtur. Interminationẽ autẽ 50. librarũ auri aduersus comitianũ[l] officiũ ꝑponi decernimus, si quid cõtra hoc aliquãdo tentauerit.

[* Maximo al. Monaxio. — † al. accip...]

III. *Impp.* THEOD. & VALENT. *AA. Anatolio magistro militum.*

Nemo de his qui inuitorũ spectabilium ducum officijs militauerit, scholæ agentium in rebus

a ¶ N*Emo.Hæt.aliàs,* huius.

b ¶ D*Vces.] Principl bus.i.maiorib.* iudicib. non legitur.

NE REI MILITARis comitib. &c.

c ¶ O*Mnes.] Aderationem.* aliàs, exactionem, id est collectam.

d ¶ *Ministerium.* vt lauacra eis præstentur.

DE OFFICIO DIuersorũ iudicum.

e ¶ N*Emo.] Materfamilias.* quæ[a] ipsa sit, habes. *ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. l. nam ciuium.*

f ¶ *Protrahat. sic ff. de in ius vo. l. neq. impuberes. & ll. sequentib.* Et potes hic dicere auth. quę est *in authent. vt nulli iud. §. necessarium. coll. ix. & est scripta. infrà de custo. re. supra.* illa l. quoniam.

g ¶ *Eius.* s. mulieris.

h ¶ *Quæ.* s. mulier.

i ¶ *Necessitatibus.* i. debitis. idem tamen in priuatis.

k ¶ *Posse seruari.* publicis necessitatibus: quod habetur. ʒ.

l ¶ S*Inguli.] Celsiorib.* i. legum ductoribus.

m ¶ *Viris. sic. ʒ. de officio rect. prouinciæ. l. potioris, et ʒ. l. proxi.*

n ¶ S*Ciant principes.* i. maiores officiales.

o ¶ *Corniculary.* i. [b]turbatores.

p ¶ *Honoratis.* s. doctoribus.[c]

q ¶ *Denegata. vt & infra. vbi sena. vel da. l. final. §. sedendi.* nisi in casu: *vt supra. de officio ciui. iudi. l. j.*

VT OMNES IVDIces tam ciuiles, &c.

r ¶ N*Emo.] Excedere.* i. recedere.

ſ ¶ *Antequam quinquaginta.* Nota.

t ¶ *Super furtis.* s. suis & domesticorum & manipulariorum: *vt infrà ad leg. Iul. repe. l. j.* in quadruplum damnatur: *vt ibidem dicitur. & infrà titu. y. l. commissarios. & infrà vbi de ratiocinijs. l. fi.*

u ¶ *Respondeat.* apud episcopũ causam examinantem, & non ex scripto: sicut & cum fugit. vel etiam apud principem: *vt in auth. vt iud. sine quoque suf. §. si quis autem. & §. necessitatem. & §. si autem voluerit. coll. ij.* vel apud superiorem magistratum: vel apud eum cui commisit prætorio præfectus: *vt in fi. huius legis.*

*Limitum videtur legendũ. sic infrà in eâ. l. pro limitis legitur militum.

a Mater familias quæ. † al. qua.

* al. initiarũ quæ, vt in hoc titulo que quidam notarũt ex suis libris elusuraruque: quidã, & elusoriarum, vt supra l. 4. de offi. cõ. sac. larg. l. 9. quæ est pars huius legis.

b Corniculatores pro turbatoribus hic perperam accipit Accursius.

* al. curia.

c Doctoribus ianua Principum apertæ esse debent.

* insignia al. pro flagitari. quod puto rectius.

*Sic in manuscr. ideirco noluimus mutare hanc inscriptionem ex C. Th. 1. 9. l. vbi exstat hæc constitutio.

* agit vet. & C. Th.

quacunq. subreptione post cõpletam militiam societur, nec agendi vicesviri clarissimi principis accipiat facultatẽ. Si quis autẽ aduersus hæc[a] nostræ perennitatis decreta venire conetur: militia spoliatus proscriptionis pœna pro parte bonorum tertia coustringatur. Dat. V. Kal. Feb. Cõstantinop. Maximo II & Paterio Coss.

IIII. *Idem AA. Nomo magistro officiorum.*

DVces militum[*] & præcipuè quib. gẽtes, quæ† maximæ cauendæ sunt, appropinquant in ipsis limitib. commorari, & milites ad proprium redigere numerum imminentibus magisterijs potestatib. diuturnísq. eorum exercitationib. inhærere præcipimus. Castrorum quinetiam refectionis lustrationísq.[*] curã habeant. Quibus cũ principib.[b] castrorúmq. præpositis, pro laborum vicissitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos, magisterię potestatis arbitrio, deputamus. Dat. II. Id. Sept. Constantinop. Maximo II. & Paterio Coss.

Constitutio Græca.[*]

TITVLVS XLVII.

NE REI MILITARIS COmitibus & tribunis lauacra præstentur.

1. *Imppp.* ARCAD. & HONOR. & THEOD. AAA. *Anthemio præf. præt.*

OMnem inquietudinẽ à curijs[*] & ciuitatib. præcipimus prohiberi, nec vlla priuata ab his succedendi balnea ad tribunorũ vel ducum aliorúmve militariũ comitum vsus: nec adcrationem[c] aliquam pro hac causa profligari.[*] Illustrib. enim tantúmodo viris comitib. ac magistris militum (si tamen id voluerit) hoc ministerium[d] indulgemus: duplι pœna violatorib. huius sanctionis imminẽte. Dat. V. Kal. Decẽb. Arcadio. A. VI. & Probo Coss.

TITVLVS XLVIII.

DE OFFICIO DIVERsorum iudicum.

1. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad Domitium Celsum vicarium.*

NEmo iudex aliquem officialem ad eam domum in qua materfamilias[e] degit, † cum aliquo precepto existimet esse mittendum, vt eandem in publicum protrahat[f], cum certum sit debita eius[g] quæ[h] intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius vel cuiuscunq. rei habita distractione, publicis necessitatib.[i] posse seruari.[k] Quòd si quis in publicũ matremfam. posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra vllam indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat. IIII. Id. Aug. Sabino & Rufino Coss.[*]

IN AVTHENT. vt nulli iud. §. necessariũ. coll. ix. Not. cxij. c. vj. Ne mulieres in carcerib. includantur.

SEd hodie nouo iure pro fiscalib. vel priuatis debitis nulla mulier debet includi, sed ad iudicem veniet per se, vel per procuratorem suum: vel mittat vnum, vel alterum, quatenus negotiũ legitimè exequantur. Si contra factum fuerit, maiores iudices 20. libris auri, minores 10. puniantur. Obedientes autem eis cingulo spoliabuntur, & pœnis subiacebunt corporalib. & in exilium damnabuntur, scilicet nec pro crimine grauissimo in carcerem mittitur, sed in gyncorium aut custodiã mulierum: vt ibidem continuo dicitur.

II. *Imppp.* VALENT. & THEOD. & ARCAD. *AAA. ad Principium p. v.*

SInguli quiq. iudices sciant, celsiorib.[l] viris,[m] & his quorum nonnunquã iudicio prouehuntur, honorificentiam debitam esse præstandam: nec in proscriptionib.† suis fratres audeant nominare: apparitione multãda, cuius hæc est cura. Dat. Id. Feb. Richomere & Clearcho Coss.

III. *Idem AAA. Constantio p. v. Gallicorum.*

SCiant principes[n] † & corniculatij[o] & primates officiorum, & iudices etiam, ternas libras auri à suis facultatib. erogãdas, si honoratis[p] viris (quib. etiã consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur) secretarij iudicũ non patuerit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata.[q] Dat. V. Id. Nouẽ. Tyberiade,[*] Timasio & Promoto Coss.

TITVLVS XLIX.

VT OMNES IVDICES TAM† CIVILES QVAM militares post administrationẽ depositam quinquaginta dies in ciuitatib. vel certis locis permaneãt.

1. *Imp.* ZENO[*] *A. Sebastiano præf. præt.*

NEmo ex viris clarissimis prǽsidib. prouinciarũ, vel consularib. aut correctorib. vel[*] qui administrationis† maioris insulas meruerint, id est viri spectabiles proconsules, aut præfect. augustalis, aut comes Oriẽtis, aut cuiuslibet tractus vicarius, aut quicunq. dux, vel comes cuiuslibet militis,[*] vel diuinarum comes domorum, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere[r] de locis quos rexisse noscitur, antequã[ſ] 50. dierum constitutus numerus finiatur. Sed per id tempus præsides quidẽ & consulares, necnon correctores in metropoli, spectabiles verò iudices tam ciuiles quàm militares in ciuitatib. administratæ dioeceseos illustriorib. publicè, non domi, vel intra sacrosanctos terminos, vel regiones aut potentes[*] domos latitantes, sed in celeberrimis locis ante oĩm quos nuper gubernauerant, ora versentur: vt pateat omnib. facultas libera super furtis[t] aut criminib. querimoniã cõmouendi: ita, vt ab omni defensus iniuria prouisione post eum administrantis, ac periculo officij, nec minus curialium, & defensoris ciuitatis, iuratoriæ tantum cautioni cõmissus postquam fuerit in querimoniam deuocatus, pulsare volentibus (vt dictum est) pro legum ratione respondeat[u]:

*Paulò aliter legitur in C. Th. sed hic Sabino tantùm quã illic Sabiniano. Pars Auth. hodie nouo iure infrà de custodia reor.

† al. superscriptionibus suis gessime.

† pars l. 9. infrà de proxi. sac. scriniorum.

* al. Tiberiade.

†Cicero ait hodie quod hoc titulo, cautũ quoque fuisse lege Iulia repetundarum.

* Leo. * ac ve.

† De præscriptione & dierũ vide Dictum tract. de præscriptionum. & † Vide Altiat. 1. Parad. 6.

*legendũ. Ii militis, vt est in vet.

* al. potentũ domus.

Diuina

a ¶*Diuinæ.* aliàs diuina, id est reuocatoria.

b ¶*Inferre.* idem velut seruus inhonestus capi potest: *vt in auth. vt iudi. sine quoquo suff. §. necessitatem. & j. ea. l. §. ipse autem.*

c ¶*Peruenerit.* nisi per duos dies tantum: *vt in authen. de administrat. §. illud autem. colla. vij.* si verò nullum mittat nuncium, semper iudicat vsque ad aduentum successoris: *vt ff. de offic. procon. l. meminisse. in princip.* Nuncius aut præmissus exercet oia preter membri abscissionem, & vltimum supplicium: *vt in auth. de collat. §. ad hoc id prohibemus. coll. ix.*

c ¶*Peruenerit.* finito tẽpore primi.

d ¶*Debito tamen honore.* Imò non seruato honore: *vt in auth. vt iud. sine quoquo suff. §. necessitat. coll. v.*

e ¶*Irretitus.* s. per accusatorem qui inscripsit.

f ¶*Perdurabit.* & patiatur pœnam pro [a] qualitate delicti: *vt ff. ad leg. reps. l. lex Iulia. §. fin.*

g ¶*Tuæ.* ò præfecte prætorio.

h ¶*Orta.* per cõtestatiõnem.

i ¶*Terminare.* speciale. j. de iudicijs. l. properandum. in prin.

k ¶*Præfato modo.* i. infra viginti dies.

† In quibusdã exẽ. legitur, tribuat: vel diuina reuocatoria vel codicilli aliorius administrationis oblatio, vel præcepto amplissimæ tuæ sedis, vt alterius prouinciæ moderatoris vices obtineat, aut præcepto præfatæ vel alterius ciuilis seu militaris cuiuscunque potestatis, vt quamcunque sollicitudinẽ publicam gerat, aut exhibeatur, aut deducatur, aut postremò cuiuslibet occasionis excogitata calliditas excludatur vel modis &c.

a Pœna delicto commensuranda.

† ab his super eius fuga protinus requiratur.

DE OFFICIO EIUS QUI VICEM ALICUIUS, &c.

Dictum est supra de magistratib. ordinarijs: nunc & vicarijs de quib. dictum est, ordinarij erant & in tempus certum intelligebantur: quod etiam erat ordinarij præfecti: nunc vt ipsi vices ordinariorum præsentium & absentium supplerent. Nunc autem ponit de his qui gerunt vices mortuorum & absentium, & appellantur suffecti: decentes autem dicebantur demortui. Azo.

† De præscript. & mor. in mat. de Dyn. trall. de præscr. mod. 19.

l ¶[I]N *causa.*] Reipublicæ. ciuitatis alicuius: & sic in [b] iudicio restituitur ciuitas: *vt & j. de iure reip. l. j. lib. xj.* & in contractu: *vt eo. tit. l. rem. & j. qui. ex cau. maio. l. respublica.* & hoc patet quia de præside dixit aliàs procur. Cæsaris.

b Restituitur ciuitas potest in iudicialibus & contractibus.

m ¶*Reipublicæ.* ordinabit autem respublica syndicum vel actorem contra priuatum, & cognoscet præses prouinciæ, vel eius vicarius.

n ¶*Flagitare.* ad [a] instar pupilli: *vt j. de in. reipu. l. rempubl. lib. xj. & j. quib. ex cau. ma. l. respubl.*

a Argumentũ à pupillo ad rem pub. iream prohibere & e quem & vtile quando eadẽ est ratio in vtroque. *vide omnino in loco a pupillo ad rempub.*

o ¶[S]*Vggerente.*] *Vestra.* ò præfecte.

p ¶*Eos.* s. vicarios.

q ¶*Sedis amplissimæ.* vel alterius, qui habet merum imperiũ: *vt ff. de offi. eius cui mand. est iur. l. j.*

r ¶*Rectorum.* s. decedentium vel absentium, qui decedentes dicũtur demortui, & substituti vicarij dicuntur suffecti. Secus si delegaret: quia talia delegari non possunt: *vt ff. de offic. eius cui man. est iu. l. mandata. & ff. de re. iu. omnia.* Est enim vicarius ordinarius à lege non delegatus.

s ¶*Habere.* faciendi ea quæ dicit, s. tutores.

t ¶*Assistere.* præter [b] vltimum supplicium forte, & membri [c] abscissio nem: *vt in authent. de coll. §. ad hoc id prohibemus. coll. ix.*

a *alias vacantes.*

b De Vicarijs Conse. No. 8. Vbi ait videri sublatum hũc titulum. Domitiano, al. prouinciæ vicarius seu locum tenens principis vel alterius superioris, potest ea facere omnia, quæ potest ille ordinarius in cuius locum substitutus erat, potest ergo omnes causas meri & mixti imperij, vsque ad mortem & membri abscissionem exclusiue probata hac glossa. de quo v. Marsil. a parte super l. defensor. §. num. 19. 21.

c Hic notatur membri abscissionẽ pœnam esse capitalem.

DE ADSESSORIBUS & domesticis.

De iudicib. & eorum officijs supra dictum est. Nunc videamus de collateralib. eorum, id est adsessorib. & domesticis, & cancellarijs. Quis sit adsessor, quis domesticus, quis cancellarius, & qui possint esse, & quod sit eorum officium. Azo.

a Tit. Præsc. 20. diversum v. Dynamo trac. de præscri. num. 9.

nec vllam ante præfinitũ tẽpus de prouincia discedendi excusationẽ ei tribuat: vel diuinæ [a] vocis † copia, vel codicilli alterius administrationis oblati vel præceptum amplissimæ tuæ sedis, vt alterius prouinciæ moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfatæ, vel alterius ciuilis vel militaris cuiuscunq. potestatis, vt quancunq sollicitudinẽ publicã gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut postremò cuiuslibet artis astutia, cuiuscunq. occasionis excogitata calliditas excludatur: vt modis omnib. quæ pro vniuersarum prouinciarum salute sancimus, sortiantur effectum. Quòd si quis temeritate punienda saluberrimã legẽ circũscribendã vel violandã crediderit: licet & maiestatis reus non immeritò iudicetur, attamen quinquaginta librarũ auri multam publicis calculis inferre [b] cogetur: simili pœna plectendo eo, qui post eum ad ministratione suscepta minimè eum curauerit honestè retinendũ, aut super eius fuga protinus referendũ. † Administrationẽ autẽ deponere non volumus decessorẽ antequam successor ad prouinciæ fines peruenerit [c], licet literis ad eũ, seu programmate, vel edicto ad officium & prouinciales vsus fuerit. Ipse autẽ qui præsentem fugiens non obseruauerit legem: vbicunq. repertus fuerit, licet in hac florentissima ciuitate, ad prouinciam sine vllo penitus obstaculo præceptione tui culminis curam etiam viri clarissimi rectoris prouinciæ in qua repertus fuerit, deducetur per sex † mensium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minimè possint crimina vel furta clari. Officiũ etiam quod eum debito tamen honore [d] seruato, non prohibuerit contra leges tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio ferietur. Quod si intra quinquaginta dierum numerũ fuerit fortè pulsatus, & præfato tempore elapso necdum finita lis fuerit: ciuiliter quidem super furtorum scelerib. pulsatus, dato procuratore instructo post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi. accusatione verò super criminib. facta, per inscriptionum laqueos irretitus [e], vsq. ad terminum causæ ibidem necessario perdurabit [f]. Sciant autẽ vniuersi iudices, apud quos vel administrationis iure, vel ex præcepto amplissimæ tuæ [g] sedis huiusmodi controuersiæ ciuiliter vel criminaliter ventilantur intra viginti † dierum spacium debere se præfata litigia postquam orta [h] fuerint, terminare [i]. Nam si supersederint, ipsos quidem decem librarum auri condemnationẽ subire censemus: accusationẽ verò seu ciuilem intentionem semel in iudicium deductam præfato modo [k] legitimè terminari. Dat. V. Id. Octo. Constantinop. Zenone. A. II Coss.

IN AUTHENT. VT iudices sine quoquo suff. §. necessitatem. col. ij. const. ij.

SI verò antequam cõpleantur 50. dies, fugiens capiatur, detineatur à prouincialib. & omne quod datum fuit ea occasione, furti actione exigatur: præsente tamen Deo amabili episcopo, & causam ex non scripto examinante.

[a] TITULUS L.

DE OFFICIO EIUS QUI vicem alicuius iudicis vel præsidis obtinet.

1. *Imp.* GORDIANUS *A. Domitio*[b] *præfecto præt.*

IN causa quæ spectat ad vtilitatem reipublicæ, eum qui vice præsidis prouinciam administrat, potuisse cognoscere, in dubium non venit. Sanè si in aliquo captum est ius reipublicæ [l]: iuxta scita diuorum principum defensores reip. [m] modo adesse fiduciam negotio putãt, restitutionis auxilium possunt flagitare. [n] Dat. III. Non. Nouemb. Sabino. II. & Venusto Coss.

II. *Mandata Imperatorum* THEOD. & VALENT. AA. *missa Antiocho cæterisque præfect. prætorio per referendarium, quæ sic habent.*

SVggerente magnificentia vestra [o], docta imperialis æternitas debere eos [p], qui præceptione principali seu vestræ sedis [q] amplissimæ tueri locum rectorum [r] prouinciarum noscuntur, auctoritatem habere [s] tutores seu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere ad alienãdas minorum similiũmq. eis personarum seu curialium facultates, & emancipationes quoq. legib. celebrare, & oĩa quæ ad iurisdictionem rectoris prouinciæ pertinent actitare [t]: præcipere dignata est pro dispositione vestræ celsitudinis præfatas huiusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. prid. Id. Octobr. Constantinopol. Hierio & Ardaburio Coss.

TITULUS LI.

DE ADSESSORIBUS, ET DOMESTICIS, & cancellariis iudicum.

1. *Impp.* DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS, AA. *Paulino.*

Studiorum labor meretur, vt hi qui in publicis administrationib. constituti sociari sibi consiliorum participes cupiunt, spe præmiorum atq. honorificentia sua prouocet[a] eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili, & necessitate incongrua libertati. Dat. prid. Id. Iun. Tyberio & Maximo* Coss.

II. *Imp.* Constantin. *A. ad B ssum. p. v.*

Præsides non per adsessores, sed per se subscribant libellis.[b] Quod si quis[c] adsessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit, mox adsessor qui subscripsit, exilio puniatur: præsidis verò nomen ad nos referri iubemus, vt in eū seuerius vindicetur. Dat. XV. Kal. Sept. Constantino. A. VI. & Constantino Cæsare Coss.

III. *Impp.* Arcad. & Honor. *AA. Messala. p. p.*

Consiliarios iudicum[d], & cancellarios[e], & eos qui domesticorum funguntur officio[f], post depositā administrationem 50. dies in prouincijs residere præcipimus.[g] Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit[h]: eáq. in quadruplum restitui iubemus, quę docebuntur † ablata: vt duplum spoliatus accipiat, & duplum noster fiscus[i] acquirat. Dat. VI. Kal. Ian. Mediolani, Theodosio & Rumordio Coss.

IIII. *Iidem &* Theod. *AAA. ad Cæsarium vicarium.*

Domesticus iudicis à publicis actib. arceatur.[k] Quòd si necessitatib. publicis sese conuictus fuerit miscuisse: statim eum ad maioris potestatis[l] examen deduci oportet, vt competens in eum vindicta promatur. Dat. VI. Id. April. Honorio. A. VI. & Aristeneto Coss.

V. *Impp.* Honor. & Theod. *AA. Seleuco præfecto prætorio.*

Nemo in prouincijs, qui semel domestici vel cancellarij ministerium gesserit, ad eādem obseruationē aliqua ambitione[m] iterum remeare concedatur. Dat. III. Id. Decembr. Rauen. AA. X. & VI. Coss.

VI. *Idem AA. Vitaliano duci Libyæ.*

Nemo de domesticis ducum vel comitum militarium officijs eorum consummatus, post completum sui temporis actum ad eandem rursum sollicitudinem audeat adspirare: decē librarum auri cōdemnatione proposita, si quis hāc violare voluerit sanctionem: eadem pœna officio quoq. eius coercendo, si per ambitionem vel auaritiā ex his aliquid temerariè consenserit. † Dat. VIII. Kalend. Nouemb. Honorio. A. XI. & Constantio. II. Coss.

VII. *Iidem AA. Eustachio præf. præt.*

Velut[n] † castrense peculium filij familias adsessores etiam post patris obitum vindicent, qui consilijs proprijs administratores iuuare consueuerunt, si quid licitis honestisq. lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. Constantinop. Hono. XIII. & Theod. X. AA. Coss.

VIII. *Iidem AA. Asclepiodoto præf. præt.*

Nullus iudicum † ad prouinciam sibi commissam quenquam secum ducere[o] audeat, cui domestici vel cancellarij nomen imponat[p]: nec profectum ad se vndecunq. suscipiat, ne famæ nota cū bonorū publicatione plectatur. Periculo enim primatum officij cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos iudicib. applicari iubemus: ita vt post depositam administrationem nec militiam deserant, & prouincialib. præsentiam sui exhibeant, quo volentib. sit accusandi eos facultas. † Si enim idonea causa exegerit ad detegenda † iudicis flagitia & quæstioni eos subdi oportet.[q] Dat prid. Kal. Iun. Asclepiodoto & Mariano Coss.

IX. *Impp.* Theod. & Valent. *AA. ad Taurum.*

Si post depositā administrationem iudicum, præsentiam vel exhibitionem domesticorum, querimonia prouincialiū aut curialium vel aliqua publica necessitas postulauerit, per eosdem[r] administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibúsq. tradantur. Dat. V. Non. Iul. Constantinop. Theodosio. A. XIII. & Maximo Coss.

X. *Iidem AA. Florentio præf. præt.*

In consiliarijs obseruari censemus, vt in eum qui in sua prouincia[s] vltra quatuor menses moderatorib. adsederit[t] aduersus leges antiquas, & diuorū retro principum scita, proscriptio bonorum, & accusatio publici criminis immineat, nisi per cœleste oraculum vel amplissimæ tuæ sedis præceptionem sese defendat. Dat. XIII Kal. Feb. Theod. XVII. & Festo Coss.

XI. *Iidem AA. Zoilo præf. præt.*

Non minus * adsessorib. maiorum magistratuum, quam ipsis iudicib. nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est. Ideóq. consiliarios virorum illustrium præfectorum tam prætoriorū, quàm huius inclytæ vrbis, eminentissimorúmq. magistrorum militum, necnon etiam viri illustris magistri officiorum, siue prædicto officio iam functi sunt, seu fungentur in posterum: post depositum etiam officium ab omni indictionis onere seu ciuilium seu militarium iudicum, prorsus immunes esse præcipimus: vt nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiendo quolibet grauamine penitus iniungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione * multando, si quid aduersus statuta * clementiæ nostræ innouari concesserit. Datum V. Kalend. Mart. Theodosio. A. XVIII. & Albino Coss.

Marginal notes (outer margin): a Iudicis subscriptio necessaria in alienatione rerū minorum & transactione alimentorū permittenda. b Imperij mixti causa minorum & aliorū. c Testamentū per aliū subscribi potest. * al. Tyberiano & Dione. d Consiliarij pro adsessoribus. * al. libellis. e Familiæ delicto tenentur consiliarij iudicum. f Honores nō sunt continuandi. † aliàs, desideratur. g Peculium quasi castrense adsessores filij familias habent. h Testes in se ipsum virum quis exhibere est cogendus. Solue, hic Iudex nō producit domesticos testes aduersus se: sed potius innocentiam suā purgat: nisi dicamus hūc casum specialem publicę vtilitatis causa.

Right margin: talius temerè consensit. † C. T. l. 11. † C. T. l. 12. † al. facilitas. † al. retegenda. † Non parem in omnibus manuscriptis. * dānatione.

Gloss:

a ¶ Studiorum.] Procedit sic & s. de statuis. & virtutum. Acc.

b ¶ Præsides.] Libellus. id[a] est petitionibus quę fiunt super alienandis prædijs minorum, & pro transactionibus alimentorum & alijs faciendis, quæ sunt mixti[b] imperij. secus in testamento.[c] vbi per aliū subscribit quis: vt infra de testam. l. si. & l. iubemus. & auth. & ratio ob seruato.

c ¶ Si quis. præses.

d ¶ Consiliarios. i.[d] adsessores.

e ¶ Et cancellarios. vt suos notarios.

f ¶ Officio. vt sui milites & alij de famil. de[e] quorū omnium delictis tenentur, vt his, & j. ad l. Iu. re. l. j.

g ¶ Præcipimus. vt s. vt omnes iu. tam ciu. quā mi. l. j. in princ.

h ¶ Subtraxerit. vt & j. de ex his tri. l. hj. ti. x. & ff. ad Sil. leg. §. pe.

i ¶ Fiscus. vt & j. de modo mul. l. fin. §. quod si quis.

k ¶ Domesticus.] Arceatur. id est, non sit patronus in causis.

l ¶ Potestatis. s. præsidis.

m ¶ Nemo.] Ambitione, non[f] enim potest quis cōtinuare honores: vt his, & ff. de mune. & hono. l. honor. §. gerendorum. & j. l. prox. secus autem si non est ibi ambitio: vt j. eo. liceat. & inde prin. agen. in re. l. ex agentibus. lib. xij. 2 Vel illa l. liceat loquitur in adsessore: hæc in domestico vel cancellario.

n ¶ Velut] Nota. & s. j. de aduoc. di. iud. ... & j. de inoff. test. l. fi.

o ¶ Nullus.] Secum ducere. Imò videtur cum inde habere non potest: vt j. in cōsiliarijs. Sed illic in adsessore hic etiam in alijs. 2 Vel hic nomine, sed non re erat cācellarius.

p ¶ Imponat. cum non sint tales. argu. contra s. eo. l. consiliarios.

q ¶ Oportet. & sic tenetur pro his quos secum duxit: vt & ff. de offic. proconsul. obseruare.

r ¶ Si post.] Per eosdē. & sic j. de aboli. fallaciter. ¶ Sed ar.[h] contra † j. de testi. l. nimis graue.

s ¶ In consiliarijs.] Prouincia. cōtra s. eo. nullus. Solu. vt ibi.

t ¶ Adsederit. ex iussu principis. aliàs nec intra hoc tempus potest: vt ff. ex quib. cau. maio. l. hi qui. & l. si cui. in prin[illegible]

a ¶ *Liceat] & saepius.* cum alij non inueniuntur idonei: *vt ff. de mu. & ho. l. honor. § fin. & in auth. de defen. ciui. § fin. coll. iij. & j. de aduo. di. iud. l. si quis derogatus.* alioquin contra: *vt s. ea. l. nemo.* 2 Vel supra male egit primo anno, hic bene.

b ¶ *Nemo] Cuiuscunque magistratus.* Nõ potest ergo quis simul[a] esse adsessor & aduocatus, sicut nec iudex & aduocatus: *vt j. de postu. qu. quis.* Nec in duabus militijs: *vt j. qui mil. non poss. l. v. § in posterum. li. xij.* Sic nec plures habere honores. *vt ff. ad mu nici. libertus. § praescriptio. & ff. e. l. pe.* Item nec vicẽ duarum personarum: *vt ff. de pactu. si plures. & j. de prox. sacro. scri. l. hac parte. li. xij.* nec in duabus societatibus: *vt ff. de colle. illici. l. j. § fi. & facit in decre. lxxxix. distin. singula, et ibi nota ple. de hac materia.* Viuia

c ¶ *Ad vtrumque festinat.* vnde illud, Qui binos lepores vna sectabitur hora, Vno quandóque quandoq; carebit vtróque. Acc

d ¶ *Sufficere. sic ff. de rebus cor. l. magis § in primis. & ff. de neg. gest. atqui natura. § cum me.* Acc.

e ¶ *Quasdam literas.* sic *s. de leg. & consti. l. non dubium & j. de natu. li. l. legem. in fi.*

f ¶ *Vindicare,* aliàs iudicare, deposita etiam aduocatione.

g ¶ *Incorrupti.* i. boni.

h *Iudicis.* vt *ff. de iur. om. iud. praetor.* nec testis: *vt ff. de testi. l. fin.*

DE ANNONIS, &c.

De maioribus & minoribus magistratibus. supra dictum est. Nunc autem ponit de eorum solatijs, vel salarijs. Et quia ipsi percipiebãt salaria in annonis, ideo ponit de annonis & capitis,[b] id est capitatione ministrãtium & adsessorum, & aliorum gerẽtium publicas dignitates, id est quae dabantur administrantibus publica offi cia. Azo

i ¶ De annonis. &c. *generaliter de annonis, specialiter de capitatione dicit hic, & j. de serui. & aqua.* 2 *Vel dic de annonis &c. id est de annona quae pro capite & persona magistratuum & adsessorum dabatur. & hoc est quod dicitur.* j. de anno. ciui. l. fin. li. xj. & de eroga. mi. anno. l. fi. li. xij. *quod milites nostri annonas & capita singulis diebus consequebantur. Sicut enim capitatio[a] dicitur tributum quod quidem pro capite datur: ita annona[b] dicitur tributum, quia pro capite magistratus datur: vt dixi supra.*

xii. *Impp.* Valent. & Martian. *AA. Palladio pp.*

Liceat omnib. iudicib. illustri praeditis potestate consiliarios sibi eosdem secundò, ac tertiò, & saepius[a] adiungere[*]. quia qui semel rectè cognitus est, non debet ob hoc solùm. quòd iam probatus est, improbari. Data. Valent. A.[***]

In veterib. libris notatum est deesse hoc loco legem Zenonis, cuius mentio est in Nouell. l. Ix. sed & in Micro synopsi extat haec,

Μηδένα χωρὶς τ ἀρχόντων οἱ σύνεδροι δικαζέτωσαν. τὰ ἐκείνων τιθέτε ὀνόματα. id est,

Adsessores sine iudicib. nunquam ius dicant: quinetiam eorum nomina ponant.

Subscriptio ex vet. lib.

Dat. 6. kal. Iul. post consulatum Decij & Longini.

xiii. *Imp.* Iustinianus *A. Demosthe ni praefecto praet.*

Nemo ex his qui aduocati causarum constituti sunt vel fuerint etiam in hac regia vrbe, in quocunq. iudicio deputati, & in alijs omnib. prouincijs nostro subiectis imperio, audeat in vno eodémq. tempore tam aduocatione vti, quàm consiliarij cuiuscunq.[b] magistratus, quib. respulica gerenda cõmittitur, curam arripere: cũ satis abundéq. sufficiat, vel per aduocationem causis perfectissime patrocinari, vel adsessoris officio fungi: ne cum ad[†] vtrunque festinat, neutrum benè peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: vel si adsessionem elegerit, in ea[†] videlicet permaneat: ita tamen, vt post consiliarij sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. Nec sit concessum cuiquam duob. magistratib. adsidere, & vtriusq. iudicij curam peragere: (neq. enim facile credendum est etiam duabus necessarijs reb. vnum sufficere.[d] nam cum vni iudicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est. sicq. nulli eorum idoneum in totum inueniri.) sed altera adsessione penitus semota, vnius magistratus esse contentũ iudicio. Nec callidis machinationib. huiusmodi legem putet quis esse circunscribẽdam, etsi non consiliarij signũ, quod solitum est, chartis imponat, sed aliàs quasdam literas[e] excogitatas adsimulauerit, existimas ei licere fungi quidẽ memorato officio, sub huiusmodi tamen vmbra latere, cum in legem committant & hi, qui vigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinant. Neq. sibi blandiri quemquam oportet, quòd praesentis etiam legis aculeos possit euadere, quemadmodum & anteriores leges super hac re positas deludebat. Si quis etenim in tali commisso fuerit inuentus, sciat se de matriculis aduocatorum penitus esse delẽdum & decem librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturum per virum illustrem comitem rerum priuatarum exigendam: & aliam maiorem regalis culminis subiturum offensam: cum nec ipse iudex qui hoc fieri passus est, & sciens prudénsq. hoc cõmiserit, sine imperiali cõmotione remanebit. Eidẽ poenae quidem subijciendo etiam eo vel eis qui in his causis quarum patrocinium adepti sunt, quibúsq. aduocationẽ suam praestiterunt, adsessiones[†] cuiuscunq. magistratus colore audeat vel audeant vindicare:[*] ne affectionis suae vel aduocationis memor, incorrupti[g] iudicis[h] non possit nomen perferre. Dat. 5. Kalend. Octob. Chalcedone, Decio. V. C. Conss.

k ¶ *Omnibus.] Et capite.* i. capitatione, aliàs, capitu.[c]

l ¶ *Dignitatis.* i. debito & capite praestãdo. Acc.

m ¶ *Particularib.* i. singulorũ descriptionib. Cũcta legũtur.

n ¶ DE CONTRACtibus Iudicũ, vel eorum qui sunt, &c.

o ¶ *Quicunque.] Emere.* vt[d] *de cõtrah. empt. l. nõ licet. & l. qui officij. in princ. & de iure fisci. l. aufertur. § j.*

TITVLVS LII.

DE ANNONIS,[i] ET CAPITATIONE, ADministrantium, & eorum adsessorum, aliorúmve publicas solicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas consecuti sunt dignitates.

i. *Impp.* Theod. & Valentin. *AA. praef. praet.*

Omnibus tam viris spectabilibus, quàm viris clarissimis iudicibus, qui per prouincias siue militarem siue ciuilem administrationẽ gerunt, nec non comiti cõmerciorum, magistro aeris, siue priuatae rei rationali per Ponticam atq. Asianam dioecesim, item & adsessoribus iudicum singulorum in praebendis solatijs annorum hic fixus & stabilis seruabitur modus, vt ea pro annonis & capite[k] † dignitatis[l] suae debitis pretia consequantur, quae particularibus[m] delegationib. † solent contineri. Dat. 3. Kal. Iun. Constant. Theod. XVII. & Festo Coss.

TITVLVS LIII.

DE CONTRACTIBVS[†] IVDICVM[n], VEL EOrum qui sunt circa eos: & inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tempore proprias aedes aedificent [sine sanctione pragmatica.] *

Praetores & prouinciarum rectores non possunt per se vel per alios contrahere in loco sibi commisso, nisi pro necessitate victus & vestitus. Saly.

i. *Imp.* Iustinianus *A. Menna praef. praet.*

Quicunq. administrationem in hac florentissima vrbe gerunt, emere[o] quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere nõ aliter possunt nisi specialẽ[*] nostri numinis hoc eis permittẽtẽ diuinã rescriptionẽ meruerit. Donationes verò omnimodo recusẽt, scientes nõ esse validas eas in quibuscũq. reb. & quacũq. aestimatiõe, nisi post administrationẽ depositã

* Iniungere.
a Iterũ per se non vicẽ quibus easibus fungi nõ possumus.
† in
† eadem.
† circumscribẽdum.
a Capit. quid.
b Annona quid.
c Capitumentum dicitur & capitum.
d Emere iudices Constantinopolitani quidquã prohibẽtur in vrbe Constantinopolitana sine principum speciali permissione.
† pote legendũ adsessionis
* pote legendũ iudicare: ne affectionis suae aduocationis memor, incorrupti iudicis &c.
† al. & capite.
† al. delargitionibus.
† Officialis dũ est in officio, cum subditis contrahere non potest: cuius sententiae exceptionem vide apud Socinum regula lxii. 278.
* in vno duntaxat exemplari reperi haec verba.
* al. specialiter.

a ¶Praeterierit. scilicet infra si maior factus ratum ha. l. fin.
b ¶Prouincias. hoc in minoribus, s. in praesidibus, qui sunt clarissimi: vt j. de pri. car. l. j. & ita inter minores quid iuris sit audi: vbi nō possunt ratificari huiusmodi cōtractus, multò minus ergo & in defensores ciuitatis, vel magistratu municipali, qui non habēt merum imperium, sed modicam iurisdictionē & coertionem: vt ff. de iur. om. iud. magistratib. sed praesides etiam merum imperium habent: vt ff. de off. praesid. illicitas. §. qui vniuersas. ¶Sed quid si duo sint in magistratu? an alter emere potest ex officio si alter auctoret? videtur quòd sic, sicut in duobus tutorib. quorum vno auctorante alter emit: vt ff. de auct. tu. l. pupillus. §. sanè. Sed puto contra, quia ibi est media persona vt pupillus, cui praestatur auctoritas, quia ipse consentit: quod dici non potest in vniuersitate, quod consentiat: vt ff. de lib. vniuer. l. j. 2 Vel quod verius est, ipse magistratus vniuersitatem repraesentat: vnde non inuenitur media persona: vt s. in pupillo dictum est. Accursius.
c ¶Alimoniam. Not. sic & ff. de off. praesid. l. plebiscito.
d ¶Aedificationes. repete, prohibemus.
e ¶Datum est. vel quia ex rebus ciuitatum alijs vendiderat: vt j. de vend. re. ci. l. fi. lib. xj.
f ¶Personam. vt & j. de his quae vi metusue cau. l. pe. & facit j. si cer. pe. l. eos. & l. penul.
g ¶Iudicationibus. i. sententijs.

a Merum imperium non habent defensores ciuitatis vel magistratus municipales.
b Merum imperium habuerunt praesides.
c Collega collegae an auctor esse possit.
d Magistratus vniuersitatē repraesentat.
e Alimentorū enim causa fa notabilis. * al. inferuntur.

vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratā habuerit, vel tēpus quinquennale praeterierit, in quo nulla querela super hisdem donationib. vel ab ipso donatore vel ab eius successorib. facta fit.

Prouīcias b verò moderātib. non solùm donationes, sed etiam emptiones quarumcunq. mobilium vel immobilium rerum (praeter eas quae ad alimoniam c vel vestes pertinent) & aedificationes d, licet sacri apices aliquid eorum permiserit, penitus interdicimus.

Nec ratum sit, quod his donatione vel venditione datū e est, licet quinquennale tempus post depositam administrationem excesserit, vel consensus donatoris vel venditoris post eandem administrationē adiectus sit. Haec autem etiam ad domesticos & consiliarios eorum trahi necessarium duximus: illud etiam adijcientes, vt nec per interpositam personā f aliquid eorū sine periculo possit perpetrari: quae etiā ad praeterita negotia referri sancimus nisi transactionib. vel iudicationib. g sopita sint. † Dat. 5. Id. Decemb. Constantino. D. N. Iustiniano. A. II. Coss.

TITVLVS LIIII.
DE MODO MVLTARVM quae à iudicib. h infliguntur.

Not. glo. hic positam quae ad hoc consueuit allegari, quòd damnatus ex inquisitione nō sit infamis: quod clarius tenet gl. j. de susp. tu. l. fi. Sal.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS *AA. Firmo.*

Multa damnum i famę non irrogat. Dat. 5. Id. April. Antonino A. & Geta vtrisq. ij. Coss.

Procurator Caesaris non habet potestatem multandi. Saly. & idem in procura. fiscali: vt in l. seq. Saly.

II. *Imp.* ALEXANDER *A. Decimio praefecto praetorio.*

PRocuratores meos vel rationales, multae indicendae ius non habere saepè rescriptū est. Dat. 13 Kal. Sept. Modesto & Probo Coss.

III. *Imp.* GORDIANVS *A. Celeri praefecto praetorio.*

CVrator reipubl. (qui Graeco vocabulo logista k nuncupatur) multandi ius non habet. Dat. Idib. Sept. Gordiano A. & Auiola Coss.

DE MODO MVLtarum, &c.

Dictum est s. de magistratibus fere omnibus: sed quia permissum est eis defendere iurisdictionē suam poena vel multa iudicio: vt ff. si qui ius dicenti non obtempera. l. i. ideo ponit de modo multarum.

h ¶A iudicibus. haben tib. merum imperium, non alijs. vt ff. de iudi. l. ij. §. fi. & j. l. ij. & l. iij. quas lege.

i ¶Multa damnum. extra ordinarium. Et not. pro condemnatis Bononiae bonum argumētum, quòd non sunt infames f, cum extraordinariè condemnentur.

Scilicet magistratus municipales habet. Cuia. ad l. 131 de verb. signific.
f Condemnatus per officium iudicis, non fit infamis: & e hic [illegible] ff. [illegible] interdum.

IIII. *Impp.* GRAT. VALENT. & THEO. AAA. *Eutropio praef. praet.*

ILlustres viros praefectos praetorijs vsq. ad 50. librarum auri multam, cum peccatum grauissimū erit, peruenire finimus. Dat. 8. Id. Ian. Gratiano V. & Theod. AA. Coss.

Not. duo. Primò, quòd multa applicatur fisco. Secundò quòd iudex potest multam in eius impositione in salarium aduocatorum deputare vel in refectionem alicuius rei spectantis ad rempubl. Saly.

V. *Impp.* VALENT. THEOD. & ARCADIVS AAA. *ad Praetextatum praefectum praetorio.*

MVltarum seuera l cōpendia aerario m nostro protinus esse querēda nullus ignoret: nisi ipse iudex id quod ad poenā admissi facinoris exculpitur n, vel publicis operib. vel cursui o publico, vel alijs necessarijs causis specialiter deputauerit. Dat. 5. Id. Sept. Aquil. Richomere & Clearch. Coss.

Secundum varietatem iudicum maiorē & minor multa potest imponi, ob correctionem tamen malorum morum. vltra ter quis non potest multari: & contra faciens punitur: nec multa imposita potest minorari, nisi ob paupertatem multari. Sal.

VI. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Messalae praef. praet.*

EOs qui ordinario p prouīcias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, vltra † duarū vnciarum auri summam condemnare non patimur. Procōsularem q verò potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum vnciarū auri summa cohibebit: in qua forma etiā comes Orientis atq. praefect. Augustalis erit. Caeteri verò spectabiles r iudices, & qui vice nostra administrationis gubernacula susceperit, vltra 3. auri vncias sibi intelligant licētiā denegatā. Id quoq. obseruandum à moderatore esse censemus, vt in vnius correptione personae (si ad id continuato peccati impulerit) trinae s tantummodò in anno † condemnationis sub* praestituta summa seueritas exerceatur. † Quòd si quis t praedictum modum excesserit u: huius auctor x † admissi, condemnato ad dupli restitutionem fisco y verò nostro ad inferendam eam quantitatem quem multae nomine inflixerit, tenebitur. Nec tamen ad huius legis moderationē pertinere se credant z qui in peculatibus a aut manubijs, id est depraedationib. aut concussionib. furtis, alijsq. flagitijs, quae coerceri seueriùs conuenit, fuerit deprehensi: sc. vt scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet b fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. c Nec putent factu facile esse, vt aut praecipiti persuassione condemnent quē culpa

k ¶CVrator. Logista. i. a rationalis. à b logos, quod est sermo. Inde alogista: vt ff. de admi tu l. quidam decedens. Acc.
l ¶Multarum seuera. i. crudelia.
m Aerario. nisi in casib. hīs. de epi. aud. l. ij. & ff. de iure pa. l. diam. ij. §. fi.
n ¶Exculpitur. i. aufert.
o ¶Vel cursui. i. salarijs aduocatorum.
p ¶EOs qui ordinario. delegati non nisi in casu: vt j. de sportul. ij. Accur.
q ¶Proconsularem. idem videt in episcopo: quid in procōsule & istis: vt s. de episc. audi. l. episcopale. & in auth. de sanc. episc. §. si autem oeconomus. col. ix.
r ¶Spectabiles. secus in magistratib. municipalibus: vt j. tit. j. defensores ij.
s ¶Trinae. ¶Sed contra j. de seruis fugiti. l. iiij. §. j. Sol. vt ibi.
t ¶Quòd si quis. s. iudex. Accur.
u ¶Excesserit. s. iudex. A.
x ¶Auctore. i. iudice. Ac.
y ¶Fisco nostro. vt & s. de ad ess. l. consiliarios.
z ¶Se credant. q. d. praedictus modus seruabit in delinquentes, nisi reperiatur commisisse peculatum, vel furtum, vel aliqua crimina quae grauius solent coerceri. tunc enim maior multa potest à praedictis indici.
a ¶In peculatibus. sic ponitur in Auth. de trien. & semis. §. haec à nobis. col. iij.
b ¶In cuiuslibet. i. cōtra vel super, dūmodò in casibus praedictis.
c ¶Proferatur. etiam vltra summā praedictam.

a logista quod fit. & vnde dicatur.
b dic potius λογιστής quod est computator, rationarius.
a vt qua forma [illegible] sportulis.
* Glossa manuscripta Accursij sic habet: auctor, id est in den. [illegible]
† haec lex non seruatur de consuetudine. Bossius in pra. crimina. titul. de multis numero 9. & de forum Regula 148. Magistratus multam taxa[illegible] de modo multa. [illegible]
† al. annum. [illegible]
† alias exercetur.
† aliter legis Accur. in glo. manuscrip.

a ¶*Varietate*. Not. quod varietas [a] reprobatur. Sed arg. contra. *ff. de rol. bon. nonnunquam. in prin.* & dixi ff. de procu. l. in caussæ. in prin.

b ¶*Paupertas. vt* b *ff. de officio præsid. l. illicitas. §. fin.*

DE DEFENSORIBUS ciuitatum.

Dictum est supra de materiis magistratib. s. prouinciarum: nunc de minoribus, s. ciuitatum defensorib. ...: ut in primis quasi defensor conditus est, & postea quod sit eius officium. Azo.

c ¶De defensorib. ciuitatũ. *qui sunt minimi, qui nec merum nec mixtum habent imperium* vt in authẽ ti. e. §. nulla. in fin. col. 3. *sed modicam coercitionem: vt eo. ti. §. audiant.*

d ¶*Si quis.*] *Crediderit.* de defensori bus loquitur.

e ¶*In minorib. caussis.* aliter quandoque ponitur minima [c] summa: *vt ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. iij. §. quamuis.* hodie vsque ad trecẽtos aureos: *vt in auth. eo. §. & iudicare. col. iij.* Accur.

f ¶*Iudicialia.* scilicet tua. Accur.

g ¶*Conficiat.* s. actor

h ¶*Delegationem.* quia fortè à fisco annonam consequebantur: *vt infra de numerariis, actua. & chartu. l. exceptores. lib. xij.*

i ¶*Restituas.* id [d] est restitui facias.

k ¶*Cæteras.* s. res.

l ¶*Defensores. Idoneis.* & catholicis: *vt s. de episcop. audi. l. iubemus.*

m ¶*In defensorib.*] *Iterũ.* hæc forma, nõ le; itur hæc l.

n ¶*Quinquennij.* hodie biennij. *vt in auth. eo. §. iusiurandum.*

o ¶*Procacitati.* repete occurras.

p *Iudicem.* id est præsidem.

q [a] ¶*Exigendi.* aliàs exhibenda: aliàs exigẽda. id est inferenda. Acc.

r ¶*Defensores. Multas.* nisi in casibus [ ] *de sportu. §.*

s ¶*Plebem.* i. populum.

t ¶*Desinant.* sic nomina [e] sunt cõsequentia seu conuenientia rebus: *vt insti. de donatio. §. est & aliud. & ar. ff. de iustit. l. à nullo.*

u ¶*Per oes.* non legitur. Acc.

x ¶*Coalescere.* i. crescere.

y ¶*Maturari.* i. perfici.

z ¶*Defensores. Imbuti. vt supra de episc. audi. l. iubemus. & in authent. iusiurandum quod præstatur.*

a Varietate reprobatur. — b Paupertas laudatur. — * rectè tõgrueret hic ... inscriptiõ nã Arcadius tam consonanteaque Potamio fuerat in consortium imperij adscitus. — * Hodie est qui adesse reos dispe tionẽ habent. Nouç de defensoribus ciuitatum. — c Minima summa quæ dicatur. — d Restituit, qui restitui facit. — * prospectum. — † vt. — e Nomina cõsequentia seu conuenientia rebus esse debent. — * subsubauoque. — * supra edidit.

pa non ingrauet: aut erubescenda varietate [a] iudicij pro arbitrio proprio immutandũ esse, quod iusserint: nisi paupertas [b] condemnari hoc persuaserit. Dat. XII. Kal. Septem. Theod. A. II. & Cynegio. Coss.

TITULUS LV. DE DEFENSORIBUS ciuitatum. [c]

I. *Impp. Valentinian. & Valens. AA. Senecæ defensori.*

Si quis de tenuiorib. ac minuscularijs * rebus interpellandum te esse crediderit [d], in minorib. [e] caussis, i. vsq. ad 50. * solidorum summam acta iudicialia [f] cõficiat [g]: s. vt si quando quis vel debitum iustum, vel seruum qui per fugam fuerat elapsus, vel quod vltra delegationem [h] dederat, postulauerit, vel quodlibet huiusmodi, tua disceptatione restituas. [i] Cæteras [k] vero quæ dignæ forensi magnitudine videbuntur, ordinario insinuato rectori. Dat. XV. Kal. Ian. Terici. Valentiniano & Valente AA. Coss.

II. *Idem AA. ad Probum præfect. præt.*

1 Defensores ciuitatum, nõ ex decurionum, seu cohortalium corpore, sed ex alijs idoneis [l] personis huic officio deputentur. Dat. III. Non. Nouemb. Iisdem Coss.

III. *Idem Gratianus AAA. ad Seratam.*

Vt illi ratione perspectũ * est, vt innocens & quieta rusticitas, peculiaris patrocinij id est defensoris locorum beneficio perfruatur, & † apud eum in pecuniarijs caussis litigandi habeat facultatẽ. Dat. IIII Id. August. Hierapoli, Valentiniano & Valente. AA. vtrisq. II. Coss.

IIII. *Impp. Gratian Valent. & Theodosius AAA. Theodoro defensori.*

In defensorib. vniuersarum [m] prouinciarum erit administrationis hæc forma, & tempus quinquennij [n] spacij metiẽdum: s. vt in primis parentis vicem plebi exhibeas: descriptionib. rusticos vrbanósq. * non patiaris adfligi: officialium insolentiæ, & iudicum procacitati [o] (salua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi cum voles ad iudicem [p] liberam habeas facultatẽ: superexigendi [q] * damna, vel spolia plus petentium ab his quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquam vltra delegationem [a] exigi, quos certum est nisi tali remedio non posse reparari. Dat. XI. Non. Ian. Constantinop. Arcadio & Bautone Coss.

a *Iubemus.* non legitur.

V. *Impp. Valentinian. Theod. & Arcad. AAA. Potamio præfecto Augustali.*

2 Defensores † nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis sui tantum fungantur officio. Nullas infligunt multas [r]. Sæuiores * non exerceant quæstiones. Plebem [s] vel decuriones ab omni improborum insolentia & temeritate tueantur: vt id tantùm quod esse dicuntur, esse nõ desinant [t]. Dat. III. Non. Mart. Constantinop. Arcadio. A. II. & Rufino Coss.

VI. *Idem AAA. Tatiano. pp.*

Per oẽs [u] † regiones in quib. fera & periculi sui nescia latronum feruet insania, probatissimi quiq. & districtissimi defensores adsint disciplinæ; & cotidianis actib. præsint, qui non sinant crimina impunita * coalescere [x]. [z] remoueant patrocinia, quæ fauorem * reis, & auxilium scelerosis impertiendo maturari [y] scelera fecerunt. Dat. V. Id. Aprilis. Arcadio A. II. & Rufino Coss.

VII. *Impp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Cæciliano præf. præt.*

3 Defensores ciuitatum † oblatos sibi reos in ipso latrocinio vel congressu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut stupro, vel raptu, vel adulterio deprehensos, & actis publicis sibi traditos; expresso crimine cum his a quib. fuerint accusati, mox sub idonea persecutione ad iudicium † dirigant. Dat. prid. Kal. Ian. Mediolani, Stilichone. II. & Anthemio Coss.

VIII. *Impp. Honor. & Theod. AA. Cæcilio. pp.*

4 Defensores ita * præcipimus ordinari, vt sacris orthodoxæ religionis imbuti [z] mysterijs, reuerẽdissimorum episcoporum, nec non clericorum & honoratorum ac possessorum & curialium decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam prætorianam potestatem: vt litteris eiusdem magnificæ sedis eorum solidetur auctoritas. Quòd si quid à qualibet persona contra publicam disciplinam in læsionem possessorum fieri cognouerint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres viros magistros equitum & peditum, magistros etiam officiorum, & comites tam sacrarum largitionum, quàm rerum priuatarum. Dat. XV. Kal. Febr. Rauennæ, Honorio. VIII. & Theod. III. AA. Coss.

IX. *Iidem. AA. Cæcilio. † pp.*

Iubemus [a] † cura ac solertia defensorum minimè possessores maiorib. mensuris & ponderib. a susceptorib. prægrauari: sed eos deprehensos, ad iudicium dirigi cum ipso cõmissæ fraudis indicio. Illud etiam fieri permittimus, vt si prouincialib. nostris contestari iniurijs, seu læsiones suas cupientib. actorum confectio à defensorib. denegetur: licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum conscriptum, eo tempore *. quo fuerat contestandum, in frequentiorib. ciuitatum locis proponendi, conueniendiq. scribas, tabularios, & cætera officia publica commonendi (per quæ libellum colligi

† C. T. l. 10. 6. — * al. seueriores quæstiones quas tamen magistratus municipales infligere audeant ... deuer. significat. — † C. T. l. 10. 3. — * al. Impunitate crescere. * al. calescere. al. conualescere. * lenocinia. — † C. T. 9. 2. 5. — † Ad præsid. Nam de leuioribus tantum criminibus cognoscunt. Nov. 15. & l. 8. C. Th. de iurisdict. — * al. sic. Defensores ciuitatum ita iudicamus ordinari. &c. — † al. Cæciliano. † C. T. 1. 8. — * al. iniurias læsiones suas &c. — * tenore. quo dam manifes. & C. T. reddit.

a Protestatio interdum libelli dati vice, fungitur.

a ¶ *Oportebit.* hæc protestatio [a] habetur pro libello dato. Accur.
b ¶ *constiterit.* i. acta recipere.
c ¶ *Exerceatur.* id est, exerceatur per præsidem, cum defensor nolit facere.
d ¶ N*Vlli liberare.* vt ff. de offic. præs. l. legatus.

DE MAGISTRATIBUS municipalibus.

Supra de magistratibus ciuitatum: Nunc de magistratibus municipiorum vel villarum seu burgorum: [b] *in quibus satis dici potest eadē* [c] *seruāda quæ dicta sunt sup. defensorib. ciuitatu. Azo.*

b Burgorum magistratibus.
c Argumentum ab extensio ad magistratus ciuitatum ad magistratus municipiorū, villarum & burgorum.

e ¶ DE MAGISTRATIBUS municipalib.

Hic tit. tractat de magistratib. castrorum & villarum, non ciuitatum.

f ¶ D*Ecuriones.*] Tres mēses. antequā incipiat eorum administratio. Accur.

g ¶ M*Agistratus.* facit j. l. proxi. tit. proxi.

DE OFFIC. IVRI. Alexand.

h ¶ I*Vbemus.*] Dūtaxat. q. d. nō apud aliū in eadem ciuitate.

i ¶ *Dicerentur.* vt & ff. eo. l. j. & 3. tit. proxi. l. y. & j. de don. l. in hac.

DE EDENDO.

Dictum est de magistratibus: sequitur de iudiciis, [d] *quæ per magistratus exercentur: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. post originē. & primo. de edendo: quod præparatorium est iudiciorum.*

d Iudicia per magistratus exercentur.

a *Vel sic: Dictum est 3. de magistratib. & eorū officiis quæ diximus consistere in contentiosa iurisdictione. Cōtentiosa autē iurisdictio est in iudicium cognoscenda & terminanda: quorum iudiciorum præparatio* [e] *est editio actionu. Et ideo ponit de edendo: id* [f] *est, de editione facienda: subaudi, eorum quæ necessaria sunt in agenda causa. Sed in* [g] *primo necessaria est editio actionum: post modū litis cōtestatio in processu causæ necessaria est editio rationū instrumētorū & actorū: de quibus omnib. videam*[h]*. Azo.*

e Contentiosa iurisdictio quid.
f C T. n. 1.
f Iudicii præparatio, editio actionis.
g De edendo titulus pro titulo de editione facienda eorū quæ necessaria sunt ad causam agendam.

¶ *Et nota quod tripliciter* [h] *editur de edēdo dicit, s. actionum:* vt j. eod. l. edita. *Rationum,* vt j. eod. l. j. & l. nō est. & l. iustum. & l. si. *Et instrumentorum:* vt j. eo. l. ij. l. qui accusare. & l. procurator. ¶ *Et dic de edendo id est, demonstrando, ab edoce, du.* ¶ *Sed quæritur, quare dixit de edendo per gerundium, & non de editione? Item quære non subiunxit accusatiuum: & dic vt diximus ff. eod. in rubr.*

h Edi actiones, rationes, & instrumenta debent.
*huc duxit & euocat Strabo lib. 17. geographiæ.

oportebit [a],) atq. inuitis supra memoratis personis subactorum confectione ingerendi, quorum quæstione fides possit inquiri: qua probata, in eos quos gestorum petitam confectionem negasse constiterit [b], vigor iudiciarius exerceatur [c]. Datum XI. Kal. Febr. Rauennæ. Honorio VIII. & Theodosio. III. AA. Coss.

Nota quod non potest aliquis renunciare officio defensoris ciuitatis, nisi cum auctor. principis. Bal.

x. Impp. THEOD. & VALENT. AA. *Cyro præfect. prætor.*

NVlli defensorū licere decernimus, si de publica sollicitudine se voluerit liberare [d], nisi diuinos affatus intimauerit tuæ sublimitatis iudicio. triginta librarum auri pœnam tam moderatoribus prouinciarum, quam cæteris iudicib. vel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. XV Kal Septemb. Constantinopo. Cyro. V. C. Cos.

TITVLVS LVI.

DE MAGISTRATIBVS municipalibus [e].

I. Imp. CONSTANTINVS AL. ad Florentium. pr.

DEcuriones † ad magistratū, vel exactionem annonarū, ante tres menses [f], vel amplius nominari debent: vt si querimonia eorum iusta videatur, sine impedimento in absoluendi locum alius subrogetur. Dat. Id. April. Constantinop. Seuero & Rufino Consulib.

II. Impp. VALENTINIAN. & VALENS, AA. ad Germanianum.

MAgistratus [g] conficiendorum actorū habeant potestatem. Dat. XIII Kal. Ian. Gratiano. N. P. & Dagalaipho Coss.

TITVLVS LXVII.

DE OFFICIO IVRIDICI Alexandriæ.

I. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. *Alexandro duci & præfect. Augustali.*

IVbemus apud Alexādriæ duntaxat [h] clarissimæ ciuitatis iuridicum, licitum & concessum esse, singulis quibuscunq. volentib. donationis conscriptæ solenniter instrumenta reserare, eisdémq. robur adiiciat gestorum series apud eundem cōfecta, tanquam si apud virum clarissimū moderatorem prouinciæ, vel magistratus, vel defensores [a] plebis, habita fuisse dicerentur. [i]

Explicitus est lib. I. Cod.

Codicis Domini IVSTINIANI

sacratissimi principis perpetui A. repetitæ prælectionis Liber secundus.

TITVLVS I.

DE EDENDO.

Actor primò debet inspicere quā facultatem probādi habe: quia reus habens rationes vel instrumenta ex quib. possit de iure ipsius actoris doceri, non tenetur edere: nisi ex iusta causa in iure expressa officia iudicis indaganda. h. d. secundum vtranq. lecturam. Primo in codice rationum intelligitur. Secundo in instrumētis: vt gl. Alexan. Imo. Vel sic: Editio petitur iudicis officio, causa cognita exhibenda. h. d. Syl.

I. Imp. ANTONINVS PIVS A. *Æmilio.*

IPse dispice [k] quemadmodum [l] pecuniā quam te deposuisse dicis, deberi ibi probes. Nam quod desideras, vt rationes [m] suas aduersaria tua exhibeat: id [n] ex causa ad iudicis officium [o] pertinere so-

I*pse.*] CASVS. Pecuniam meam apud campsorem deposui. decessit: & successit ei filia, si volo quod exhibeat mihi codicem rationum, in quo continentur data & accepta: vt probare possim quantum recepit, & quantum mihi solutum est: an sit cōpellē da, quæritur: respō. q inspicere debeo quo genere mihi debeatur: an ex causa mutui, &c. vel qua specie probationis, vt ipsi possum: vel per testes, vel per instrumenta: & competens iudex interponet se vt exhibitio fiat, si me mandante vel aliquo nomine meo confectæ sint rationes, vel si mihi editæ sunt, sed amissæ fortuito casu, tunc enim iudex iubebit mihi exhiberi. Viuia. ¶ Ex hac. l. not. primo ibi, quēadmodum. secūdum verū intellectum quod depositum [a] potest probari non solum per instrumentū publicum, sed etiā per testes & per omnē aliam speciem probationis. 2 No. secūdo singulariter secundum Iaso. ex hoc text. q etiā in cōtractu depositi reus non tenetur edere actori librū rationū ad fundandā intētionem actoris. 3 Not. tertio ibi, ad iudicis officium. hic videri tex. q editio actionis [b] petitur officio iudicis. & sic intelligūt glos. Bart. & doctor. Ias. hic.

a Probari depositū potest non solū per instrumētum publicum sed & per aliam omnem speciem probationis.

b Editio actionis petitur officio iudicis.

k ¶ *Dispice.* id [c] est diuersis modis aspice omnē speciem probationis.

c Dispicere pro diuersis modis aspicere.

l ¶ *Quemadmodum.* scilicet vel ex causa depositi, vel ex alia, cum multa [d] sint genera credendi. 2 Vel sic, qua [e] specie probationis: hoc est per testes vel instrumenta, vel cōfessiones.

d Credendi multa sunt genera.
e Probationis species testes, instrumenta, cōfessiones.

m ¶ *Rationes.* id est [f], codicem rationum in quo accepta & data solent describi: vt ff. eod. l. si quis. §. rat onem. alij intelligunt in instrumentis.

f Rationes pro codice rationum quo accepta & data describi solēt.

n ¶ *Id ex causa.* vt [g] faciat edi scilicet si me vel procuratore meo mandante scriptæ sunt, non aliter. ff. eod. l. si quis. §. pertinere. & l. prætor. §. j. 2 Vel quia semel editæ sunt, debent tamen iterum edi: quia actor amisit sibi editum fortuito casu vt ff. eod. si quis. §. prætor. & infra de fid. instrument. l. illata. In hoc est ergo causæ cognitio si sint scriptæ me mandante vel procuratore meo, vel non. Item an emiserim casu fortuito vel non, scilicet semel editum. ¶ Sed quomodo potest poni in rationibus, cum fœmina esse non possit argentaria: vt ff. eod. l. fœminæ. & hic dicit fœminam teneri? Respond. [h] hæc successit argentario: vt ff. eod. quædam. §. qui. §. ex hoc? Sed dic, vt ibi dixi.

g Edi nobis rationes nostras, nostra interest si nostro vel procuratoris nostro mādato, vel deperdita velsi fortuito casu amissa.

2 ¶ Alij [i] qui intelligunt in instrumentis: dicunt [k] ex causa edere reum actori, scilicet ad replicationem probandam, non intentionem fundandam: vt j. eo. l. fin. in fi. & sic etiam loquitur. l. qui accusare: scilicet vt non petat ad intentionem fundandam? facit etiam ad hunc secundum intellectum. ff. ad legem Falcidiam. l. maritus. § fin.

h Mulier.
i Editionem successit, tum debens.
QVi † semel in ius vocauit aliquẽ in Regia vrbe aut prouinciis, post libellum oblatum ei qui vocatus est, non amplius eundem reum neque ex scripto neque sine scripto vocet in ius, hoc est non faciat aduersus ipsum aditiones ex non scripto, sed apud primum iudicem permaneat. ¶ Qui verò libellum accepit quamuis in aliud transferatur officium, miles fortè vel clericus factus, respondeat omnimodo in primo iudicio aut foro quod inspecto priore eius ordine seu officio seu cõditione existimabatur cõpetens nullã habens fori præscriptionem. ¶ Qui verò semel vocauit in ius si post oblatam conuentionem vocato, ad aliud cum vocauerit iudicium pro iisdem causis, & indemnitatem seu id quod interest præstato ei qui conuentus est, & causa cadat, quamuis iustã habuit actionẽ.

TITVLVS III.

DE PACTIS.

Fideicommissum conditionale potest conditione pendente per pactum remitti: & datum pro remissione non repetitur etiam conditione[o] defecta h. d. secund. Alex.

1. *Imperatores* SEVERVS *&* ANTONINVS AA. *Philino*.

CONDITIONIS incertum [a], inter fratres nõ iniquis[b] rationib. cõuẽtione[c] finitum[d] est. Cum igitur[e] verbis fideicõmissi petitum[f] a patre[g] tuo profitearis[h], vt si vita[i] sine liberis decederet[k], hereditatem Licinio Frontoni restitueret[l] pactum † eo tempore de sextante[m] Licinio Frontoni dando[n] cum liberos Philinus[o] non sustulerit, interpositum, nõ idcirco potest iniquum videri, quia[p] facta (sicut placuit) diuisione diem suum te filio[q] eius superstite functus[r] esset[s] PP. VII. Kal. Decemb. Seuero. A. II. & Victorino Coss.

Creditor hereditarius, qui sponte egit contra emptorem hereditatis, intelligitur pacisci de non conueniendo heredem. h. d. Salyce. Vel sic; Tacitum pactum prodest absenti & ignoranti. Iac. But.

II. *Imper.* SEVERVS *&* ANT. AA. *Claudio*. †

POst vẽditionẽ hereditatis[t] à te[u] factã, si creditores cõtra emptores actiões suas mouisse probare poteris[x], eósq.[y] eas[z] spõtanea[a] volũtate suscepisse: exceptiõe taciti[b] pacti nõ inuti

r ¶ *Functus*. s. Philinus pater tuus.

s ¶ *Esset*. natus post pactum.

POst venditionem.] CASVS. Delata tibi erat hereditas in qua erant plures creditores: vendidisti[g] eã. cum suo onere transit. si creditores emptorem conueniunt, & spontè actionẽ suscepit: an eis creditoribus volentibus agere contra te, obstabit exceptio, quæritur? & respond. quòd sic ratione taciti pacti, quia tacitè videntur pepigisse tecum de non conueniendo, conuento emptore. Viuianus.

t ¶ *Hereditatis*. transferendæ ad emptorem cum omni onere & emolumento: vnde in singulis non præstatur euictio: *vt j. de eui. l. j.*

u ¶ *A te* scilicet herede.

x ¶ *Poteris*. tu venditor.

y ¶ *Eos* scilicet emptores.

z ¶ *Eas*. scilicet actiones.

a ¶ *Spontanea*. nec enim coguntur[h] directè, sed tu vẽditor cõuentus si soluisti, habes recursum cõtra emptorem per actionem ex vendito vt restituat: *vt j. de here. ven. l. ij. & ff. de here. vel ac. ven. l. ij. § si venditor. & ff. de dona. l. hereditatem.*

b ¶ *Taciti pacti*. facti. s. inter te & creditores. ¶ Sed videt quòd ipso iure sis liberatus: *vt ff. de fund. solutionem*. Sed dic non esse

a Pactum quod dicitur esse contra legem.

b Pactum cõtra voluntatẽ defuncti non valet.

c Cessãte causa impulsiua non cessat effectus: à finali cessante, cessat.

d Causarũ finalium aliæ proximæ aliæ remotiores.

e Pacti & trãsactionis differentia.

f Pactum quo renunciatur hereditati an valeat v. Socinum. regula 380. aūas l. pacti ... de collationibus c. quãdo de pactis ... v. eundem Socinum reg. 338. vbi negat renunciationẽ simplicẽ iuris de futuro valere nisi 4. casibus quos ibidẽ notat. v. Baldũ in l. pactũ infra vbi ... scribit huiusmodi pactum esse cõtra naturalẽ pietatẽ & nutrire peccatũ. adde Corras. s.

Misceł 19.

o Concordat Paulus ... sen. tit. de fidei. cõmiss. s. loquitur de ... pro ... satisfacti ... commissi.

r al. Claudiano.

f v. Fab. de morte trac. de emptione, s. parte pr. num. 6 ...

g Quòd si donasti potestne agi in donatariũ à creditoribus? v. Guidonẽ Papæ deci. 412. adde eundem decis. 105. ... de donataria ... heredum.

h Regula Rau. & Iason.

a ¶ STudiorum.] Proueniunt. sic & s. de statu. l. & virtutum. Acc.

b ¶ PRæsides.] Libellus. id [a] est petitionibus quę fiunt super alienandis prædijs minorum, & pro transactionibus alimentorum & alijs faciendis, quæ sunt mixti [b] imperij. secus in testamento. [c] vbi per aliũ subscribit quis: vt infra de testam. l. si. & l. iubemus. & auth. & non observato.

c ¶ Si quis præses.

d ¶ COnsiliarios. i. [d] adsessores.

e ¶ Et cancellarios. vt suos notarios.

f ¶ Officio. vt sui milites & alij de famil. de [e] quorũ omnium delictis tenentur, vt hic, & j. ad l. Iu. re. l. j.

g ¶ Præcipimus. vt s. vt omnes iu. tam ciui. quã mi. l. j. in princ.

h ¶ Subtraxerit. vt & j. de ex til. & tri. l. ay. li. x. & ff. ad Sil. leg. §. pe.

i ¶ Fiscum. vt & j. de mo. mul. l. fin. §. quod si quis.

k ¶ DOmesticus.] Arceatur. id est, non sit patronus in causis.

l ¶ Potestatis. s. presidis.

m ¶ NEmo.] Ambitione. non [f] enim potest quis cõtinuare honores: vt hic, & ff. de mune. & hono. l. hono. §. gerendorum. & j. l. prox. secus autem si non est ibi ambitio: vt j. eo. liceat. & j. de prin. agen. in re. l. ex agentibus. lib. xij. 2 Vel illa l. liceat loquitur in adsessore: hæc in domestico vel cancellario.

n ¶ V... ut Noc. [g] & sa. j. de aduoc. di. iud. l. fin. & j. de inof. test. l. j.

o ¶ NVllus.] Secum ducere. Imò videtur cum inde habere non potest: vt j. l. in cõsiliarijs. Sed illic in adsessore hic etiam in alijs. 2 Vel hic nomine, sed non re erat cãcellarius.

p ¶ Imponat. cum non sint tales. argu. contra s. eo. l. consiliarios.

q ¶ Oportet. & sic tenetur pro his quos secum duxit: vt & ff. de offic. procons. l. observare.

r ¶ SI post.] Per eosdẽ. & sic j. de aboli. fallaciter. ¶ Sed ar. [h] contra [i] j. de testi. l. nimis graue.

s ¶ IN consiliarijs.] Prouincia. cõtra s. eo. nullus. Solu. vt [l] ibi.

t ¶ Adsederit. ex iussu principis. aliàs nec intra hoc tempus potest: vt ff. ex quib. cau. maio. l. hi qui. & l. si cui. in princ.

a Iudicis subscriptio necessaria in alienatione rerũ minorum & transactione alimentorũ permittenda.
b Imperij mixti causæ minorum & alimentorum.
c Testamentũ per aliũ subscribi potest.
* al. & restitui.
Tyberiano & & Dione.
d Consiliarij pro adsessoribus.
† al. libellis.
e Familiæ de lictis tenentur consiliarij iudicum.
f Honores nõ sunt continuandi.
† aliàs, desidetur.
g Peculium quasi castrense adsessores filij familias habent.
h Testes in se ipsum verum quis exhibere nõ cogendus.
i Solue, hic Iudex nõ producit domesticos testes aduersus se: sed potius in nocẽtiam suã purgat: nisi dicamus hũc casum specialem publicę vtilitatis causa.

STudiorum labor meretur, vt hi qui in publicis administrationib. constituti sociari sibi consiliorum participes cupiunt, spe præmiorum atq. honorificentia sua prouocet [a] eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili, & necessitate incongrua libertati. Dat. prid. Id. Iun. Tyberio & Maximo* Coss.

II. Imp. CONSTANTIN. A. ad B. ... p. v.

PRæsides non per adsessores, sed per se subscribant libellis. [b]* Quod si quis [c] adsessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit, mox adsessor qui subscripsit, exilio puniatur: præsidis verò nomen ad nos referri iubemus, vt in eũ seuerius vindicetur. Dat. XV. Kal. Sept. Constantino. A. VI. & Constantino Cæsare Coss.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messala. p. p.

COnsiliarios iudicum [d], & cancellarios [e], & eos qui domesticorum funguntur officio [f], post depositã administrationem 50. dies in prouincijs residere præcipimus. [g] Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit [h]: eáq. in quadruplum restitui iubemus, quę docebuntur † ablatæ: vt duplum spoliatus accipiat, & duplum noster fiscus [i] acquirat. Dat. VI. Kal. Ian. Mediolani, Theodosio. & Rumoridio Coss.

IIII. Iidem & THEOD. A.A.A. ad Cæcilianum vicarium.

DOmesticus iudicis à publicis actib. arceatur. [k] Quòd si necessitatib. publicis sese conuictus fuerit miscuisse: statim eum ad maioris potestatis [l] examen deduci oportet, vt competens in eum vindicta promatur. Dat. VI. Id. April. Honorio. A. VI. & Aristeneto Coss.

V. Impp. HONOR. & THEOD. A.A. Seleuco præfecto prætorio.

NEmo in prouincijs, qui semel domestici vel cancellarij ministerium gesserit, ad eãdem obseruationẽ aliqua ambitione [m] iterum remeare concedatur. Dat. III. Id. Decembr. Rauen. A A. X. & VI. Coss.

VI. Idem AA. Vitelliano duci Libyæ.

NEmo de domesticis ducum vel comitum militarium officijs eorum consummatus, post completum sui temporis actum ad eandem rursum sollicitudinem audeat adspirare: decẽ librarum auri cõdemnatione proposita, si quis hãc violare voluerit sanctionem: eadem pœna officio quoq. eius coercendo, si per ambitionem vel auaritiã ex his aliquid temerariè consenserit. † Dat. VIII. Kalend. Nouemb. Honorio. A. XI. & Constantio. II. Coss.

† aliàs temerariè concesserit.

VII. Iidem AA. Anthemio præf. prat.

VElut [n] † castrense peculium filij familias adsessores etiam post patris obitum vindicent, qui consilijs proprijs administratores iuuare consueuerunt, si quid licitis honestisq. lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. Constantinop. Hono. XIII. & Theod. X. AA. Coss.

† C. T. ...

VIII. Iidem AA. Asclepiodoto præf. prat.

NVllus iudicum † ad prouinciam sibi commissam quenquam secum ducere [o] audeat, cui domestici vel cancellarij nomen imponat [p]: nec profectum ad se vndecunq. suscipiat, ne famæ nota cũ bonorũ publicatione plectatur. Periculo enim primatum officij cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos iudicib. applicari iubemus: ita vt post depositam administrationem nec militiam deserant, & prouincialib. presentiam sui exhibeant, quo volentib. sit accusandi eos facultas. † Si enim idonea causa exegerit ad detegenda † iudicis flagitia & quæstioni eos subdi oportet. [q] Dat prid. Kal. Iun. Asclepiodoto & Mariano Coss.

† C. T. ...
† al. facilitas.
† al. retegenda.

IX. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Taurum.

SI post depositã administrationem iudicum, præsentiam vel exhibitionem domesticorum, querimonia prouincialiũ aut curialium vel aliqua publica necessitas postulauerit, per eosdem [r] administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibúsq. tradantur. Dat. V. Non. Iul. Constantinop. Theodosio. A. XIIII. & Maximo Coss.

X. Iidem AA. Florentio præf. prat.

IN consiliarijs obseruari censemus, vt in eum qui in sua prouincia [s] vltra quatuor menses moderatorib. adsederit [t] aduersus leges antiquas, & diuorũ retro principum scita, proscriptio bonorum, & accusatio publici criminis immineat, nisi per cœleste oraculum vel amplissimæ tuæ sedis præceptionem sese defendat. Dat. XIII. Kal. Feb. Theod. XVII. & Festo Coss.

XI. Iidem AA. Zoilo præf. prat.

NOn minus * adsessorib. maiorum magistratuum, quam ipsis iudicib. nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est. Ideóq. consiliarios virorum illustrium præfectorum tam prætoriorũ, quàm huius inclytæ vrbis, eminentissimorúmq. magistrorum militum, necnon etiam viri illustris magistri officiorum, siue prædicto officio iam functi sunt, seu fungentur in posterum: post depositum etiam officium ab omni indictionis onere seu ciuilium seu militarium iudicum, prorsus immunes esse præcipimus: vt nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiendo quolibet grauamine penitus iniungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione * multando, si quid aduersus statuta * clementiæ nostræ innouari concesserit. Datum V. Kalend. Mart. Theodosio. A. XVIII. & Albino Coss.

* Non paret in omnibus manuscriptis.
* al. statuta.

Liceat

a ¶ Liceat] & sæpius. cum alij non inueniuntur idonei: vt ff. de mu. & ho. l. honor. §. fin. & in auth. de defen. ciui. §. fin. col. iij. & j. de aduo. diu. iud. l. si quis derogare. alioquin contra: vt ȝ. eo. l. nemo. 2 Vel supra male egit primo anno, hic benè.

b ¶ Nemo] Cuiuscunque magistratus. Nō potest ergo quis simul[a] esse adsessor & aduocatus, sicut nec iudex & aduocatus: vt j. de postu. quisquis. Nec in duabus militijs: vt j. qui mil. non poss. l. v. §. in posterum. li. xij. Sic nec plures habere honores. vt ff. ad municip. libertus. §. præs. ripto. & ff. e. l. pe. Item nec vicē duarum personarum: vt ff. de pactis. si plures. & j. de prox. sacro scri. l. hac parte. li. xij. nec in duabus societatibus: vt ff. de colle. illicit. l. j. §. fi. & facit in decre. lxxxix. distin. singula, et ibi nota ple. de hac materia Vinia

c ¶ Ad vtrumque festinat. vnde illud, Qui binos lepores vna sectabitur hora, Vno quandóque quandoq; carebit vtróque. Acc

d ¶ Sufficere. sic ff. de rebus eorū. l. magis §. in primis. & ff. de neg. gest. atqui natura. §. cum me. Acc.

e ¶ Quasdam literas. sic ȝ. de leg & consti. l. non dubium & j. de natu. li. l. legem. in fi.

f ¶ Vindicare. aliàs iudicare, deposita etiam aduocatione.

g ¶ Incorrupti. i. boni.

h Iudicis. vt ff. de iur. om. iud. l. prætor. nec testis: vt ff. de testi. l. fin.

a Denū pro sonarum vicē quibus casibus sustinere nō possumus.

† eadem.

DE ANNONIS, &c.

De maioribus & minoribus magistratibus. supra dictum est. Nunc autem ponit de eorum solatijs vel salarijs. Et quia ipsi percipiebāt salaria in annonis, ideo ponit de annonis & capitu,[b] id est capitatione ministrātium & adsessorum, & aliorum gerētium publicas dignitates, id est quæ dabantur administrantibus publica officia. Azo

i ¶ De annonis. &c. generaliter de annonis, specialiter de capitatione dicit hîc, & j. de seru. & aqua. 2 Vel dic de annonis & c. id est de annona quæ pro capite & persona magistratuum & adsessorum dabatur. & hoc est quod dicitur j. de anno. ciui. l. fin. li. xj. & de eroga. mi. anno. l. fi. li. xij. quod milites nostri annonas & capita singulis diebus consequebantur. Sicut enim capitatio[a] dicitur tributum quod quidem pro capite datur: ita annona[b] dicitur tributum, quia pro capite magistratus datur: vt dixi supra.

a circumscribendum.

XII. Impp. VALENT. & MARTIAN. AA. Palladio pp.

Liceat omnib. iudicib. illustri præditis potestate consiliarios sibi eosdem secundò, ac tertiò, & sæpius[a] adiungere*. quia qui semel rectè cognitus est, non debet ob hoc solùm, quòd iam probatus est, improbari. Data. Valent. A.***

In veterib. libris notatum est deesse hoc loco legem Zenonis, cuius mentio est in Nouell. l. lx. sed & in Micro synopsis extat hæc,

Μηδένα χωρὶς τῶν ἀρχόντων οἱ σύνεδροι δικάζειν θελέτωσαν τὰ ἐκείνων τιθέντες ὀνόματα. id est,

Adsessores sine iudicib. nunquam ius dicant: quin etiam eorum nomina ponant.

Subscriptio ex vet. lib.

Dat. 6. kal. Iul. post consulatum Decij & Longini.

XIII. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto præt.

Nemo ex his qui aduocati causarum constituti sunt vel fuerint etiam in hac regia vrbe, in quocunq. iudicio deputati, & in alijs omnib. prouincijs nostro subiectis imperio, audeat in vno eodémq. tempore tam aduocatione vti, quàm consiliarij cuiuscunq.[b] magistratus, quib. respulica gerenda cōmittitur, curam arripere: cū satis abundéq. sufficiat, vel per aduocationem causis perfectissime patrocinari, vel adsessoris officio fungi: ne cum ad † vtrunque festinat, neutrum benè peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: vel si adsessionem elegerit, in ea † videlicet permaneat: ita tamen, vt post consiliarij sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. Nec sit concessum cuiquam duob. magistratib. adsidere, & vtriusq. iudicij curam peragere: (neq. enim facile credendum est etiam duabus necessarijs reb. vnum sufficere.[d] nam cum vni iudicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est, sicq. nulli eorum idoneum in totum inueniri.) sed altera adsessione penitus semota, vnius magistratus esse contentū iudicio. Nec callidis machinationib. huiusmodi legem putet quis esse circunscribēdam, etsi non consiliarij signū, quod solitum est, chartis imponat, sed aliàs quasdam literas[e] excogitatas adsimulauerit, existimas ei licere fungi quidē memorato officio, sub huiusmodi tamen vmbra latere: cum in legem committant & hi, qui vigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinant. Neq. sibi blandiri quemquam oportet, quod præsentis etiam legis aculeos possit euadere, quemamodum & anteriores leges super hac re positas deludebat. Si quis etenim in tali commisso fuerit inuentus, sciat se de matriculis aduocatorum penitus esse delēdum & decem librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturum per virum illustrem comitem rerum priuatarum exigendam: & aliam maiorem regalis culminis subiturum offensam: cum nec ipse iudex qui hoc fieri passus est, & sciens prudénsq. hoc cōmiserit, sine imperiali cōmotione remanebit. Eidē pœnæ quidem subijciendo etiam eo vel eis qui in his causis quarum patrocinium adepti sunt, quibúsq. aduocationē suam præstiterunt, adsessiones † cuiuscunq. magistratus colore audeat vel audeant vindicare:[f] ne affectionis suæ vel aduocationis memor, incorrupti[g] iudicis[h] non possit nomen perferre. Dat. 5. Kalend. Octob. Chalcedone, Decio. V. C. Conss.

TITVLVS LII.

DE ANNONIS,[i] ET CAPITATIONE † ADministrantium, & eorum adsessorum, aliorúmve publicas solicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas consecuti sunt dignitates.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. præf. prat.

Omnibus tam viris spectabilibus, quàm viris clarissimis iudicibus, qui per prouincias siue militarem siue ciuilem administrationē gerunt, nec non comiti cōmerciorum, magistro æris, siue priuatæ rei rationali per Ponticam atq. Asianam diœcesim, item & adsessoribus iudicum singulorum in præbendis solatijs annorum hîc fixus & stabilis seruabitur modus, vt ea pro annonis & capite[k] † dignitatis[l] suæ debitis pretia consequantur, quæ particularibus[m] delegationib. † solent contineri. Dat. 3. Kal. Iun. Constant. Theod. XVII. & Festo Coss.

TITVLVS LIII.

DE CONTRACTIBVS † IVDICVM[n], VEL EOrum qui sunt circa eos: & inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent [sine sanctione pragmatica.] *

Prætores & prouinciarum rectores non possunt per se vel per alios contrahere in loco sibi commisso, nisi pro necessitate victus & vestitus. Saly.

I. Imp. IVSTINIANVS A. Menna præf. prat.

Qvicunq. administrationem in hac florentissima vrbe gerunt, emere[o] quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere nō aliter possunt nisi specialē * nostri numinis hoc eis permittētē diuiná rescriptionē meruerit. Donationes verò omnimodo recusent, scientes nō esse validas eas in quibuscūq. reb. & quacūq. æstimatiōe, nisi post administrationē depositá

a Capit. quid.

b Annona quid.

k ¶ Omnibus.] Et capite. i. capitatione, aliàs, capitu.[c]

l ¶ Dignitatis. i. debito & capite præstādo. Acc.

m ¶ Particularib. i. singulorū descriptionib. Cūcta legūtur.

n ¶ DE CONTRActibus Iudicū, vel eorum qui sūnt, &c.

o ¶ Quicunque.] Emere. vt[d] de cō trahē. empt. l. nō licet. & l. qui officij. in princ. & de iure fisci. l. aufertur. §. ij.

c Capitu tendo dicitur & capitum.

d Emere iudicas Constantinopolitæ nō. quidquā prohibetur in vrbe Constantinopolitana sine principum speciali permissione.

† pote legendū adsessionis

* pute legendū iudicare: ne affectionis suæ aduocationis memor, incorrupti iudicis &c.

† al. & capitu.

† capitum

† al. delargitionibus.

e Officialis dū est in officio, cum subditis contrahere non potest: cuius sententiæ exceptiones v. apud Socinum regula officialis 278.

* in vno duntaxat exemplari reperi hæc verba.

* al. specialiter.

vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratã habuerit, vel tẽpus quinquennale preterierit[a], in quo nulla querela super hisdem donationib. vel ab ipso donatore vel ab eius successorib. facta sit.

Prouĩcias[b] verò moderãtib. non solùm donationes, sed etiam emptiones quarumcunq. mobilium vel immobilium rerum (præter eas quæ ad alimoniam[c] vel vestes pertinent) & ędificationes[d], licet sacri apices aliquid eorum permiserit, penitus interdicimus.

Nec ratum sit, quod his donatione vel venditione datũ[e] est, licet quinquennale tempus post depositam administrationem excesserit, vel consensus donatoris vel venditoris post eandem administrationẽ adiectus sit. Hæc autem etiam ad domesticos & consiliarios eorum trahi necessarium duximus: illud etiam adijcientes, vt nec per interpositam personã[f] aliquid eorũ sine periculo possit perpetrari: quæ etiã ad præterita negotia referri sancimus nisi transactionib. vel iudicationib.[g] sopita sint. † Dat. 5. Id. Decemb. Constantino. D. N. Iustiniano A. II. Coss.

TITVLVS LIIII.
DE MODO MVLTARVM quæ à iudicib.[h] infliguntur.

Not. glo. hic positam quæ ad hoc consueuit allegari, quòd damnatus ex inquisitione nõ sit infamis: quod clarius tenet gl. j. de susp. tu. l. fi. Sal.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS *AA. Firmo.*

Mvlta damnum[i] famę non irrogat. Dat. 5. Id. April. Antonino A. & Geta vtrisq. ij. Coss.

Procurator Cæsaris non habet potestatem multandi. Saly. & idem in procura. fiscali: vt in l. seq. Saly.

II. *Imp.* ALEXANDER *A. Decimio præfecto pratorio.*

PRocuratores meos vel rationales, multæ indicendæ ius non habere sæpè rescriptũ est. Dat. 13 Kal. Sept. Modesto & Probo Coss.

III. *Imp.* GORDIANVS *A. Celeri præfecto pratorio.*

CVrator reipubl. (qui Græco vocabulo logista[k] nuncupatur) multandi ius non habet. Dat. Idib. Sept. Gordiano A. & Auiola Coss.

IIII. *Impp.* GRAT. VALENT. & THEO. *AAA. Eutropio præf. præt.*

ILlustres viros præfectos prætorijs vsq. ad 50. librarum auri multam, cum peccatum grauissimũ erit, peruenire finimus. Dat. 8. Id. Ian. Gratiano V. & Theod. AA. Coss.

Not. duo. Primò, quòd multa applicatur fisco. Secundò quòd iudex potest multam in eius impositione in salarium aduocatorum deputare vel in refectionem alicuius rei spectantis ad rempubl. Saly.

V. *Impp.* VALENT. THEOD. & ARCADIVS *AAA. ad Prætextatum præfectum pratorio.*

MVltarum seuera[l] cõpendia ærario[m] nostro protinus esse quęrẽda nullus ignoret: nisi ipse iudex id quod ad pœnã admissi facinoris exculpitur[n], vel publicis operib. vel cursui[o] publico, vel alijs necessarijs causis specialiter deputauerit. Dat. 5. Id. Sept. Aquil. Richomere & Clearch. Coss.

Secundum varietatem iudicum maior & minor multa potest imponi, ob correctionem tamen malorum morum. vltra ter quis non potest multari: & contra faciens punitur: nec multa imposita potest minorari, nisi ob paupertatem multari. Sal.

VI. *Impp.* ARCAD. & HONOR. *AA. Messala præf. præt.*

EOs qui ordinario[p] prouĩciasiure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, vltra † duarũ vnciarum auri summam condemnare non patimur. Procõsularem[q] verò potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum vnciarũ auri summa cohibebit: in qua forma etiã comes Oriẽtis atq. præfect. Augustalis erit. Cæteri verò spectabiles[r] iudices, & qui vice nostra administrationis gubernacula susceperit, vltra 3. auri vncias sibi intelligant licẽciã denegatã. Id quoq. obseruandum à moderatore esse censemus, vt in vnius correptione personæ (si ad id continuato peccati impulerit) trinæ[s] tantummodò in anno † condemnationis sub* præstituta summa seueritas exerceatur. † Quòd si quis[t] prædictum modum excesserit[u]: huius auctor[x] † admissi, condemnato ad dupli restitutionem, fisco[y] verò nostro ad inferendam eam quantitatem quem multæ nomine inflixerit, tenebitur. Nec tamen ad huius legis moderationẽ pertinere se credant[z] qui in peculatibus[a] aut manubijs, id est deprædationib. aut concussionib. furtis, aliisq. flagitijs, quæ coerceri seueriùs conuenit, fuerit deprehensi: sc. vt scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet[b] fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur.[c] Nec putent factu facile esse, vt aut præcipiti persuasione condemnent quẽ culpa

---

a ¶*Præterierit. sic infra si maior factus ratum ha. l. fin.*

b ¶*Prouincias.* hoc in minoribus, s. in præsidibus, qui sunt clarissimi: *vt j. de pri. car. l. j.* & ita inter minores quid iuris sic audi, vbi nõ possunt ratificari huiusmodi cõtractus, multò minus ergo & in defensores ciuitatis, vel magistratu municipali, qui[a] non habẽt merum imperium, sed modicam iurisdictionẽ & coertionem: *vt ff. de iur. om. iud. magistratib.* sed præsides[b] etiam merum imperium habent: *vt ff. de off. præsid. illicitas. §. qui vniuersas.* ¶ Sed quid si duo sint in magistratu? an alter emere potest ex officio si alter auctoret? videtur quòd sic, sicut in duobus[c] tutorib. quorum vno auctorante alter emit: *vt ff. de aucto. tu. l. pupillus. §. sanè.* Sed puto contra, quia ibi est media persona vt pupilli, cui præstatur auctoritas, quia ipse consentit: quod dici non potest in vniuersitate, quod consentiat: *vt ff. de lib. vniuer. l. j.* 2 Vel quod verius est, ipse magistratus[d] vniuersitatem repræsentat: vnde non inuenitur media persona: *vt s. in pupillo dictum est.* Accursius.

c ¶¶*Alimoniam.* Not.[e] sic & *ff. de off. præsid. l. plebiscito.*

d ¶*Aedificationes,* repete, prohibemus.

e ¶*Datum est.* vel quia ex rebus ciuitatum alijs vendiderat: *vt j. de vend. re. ci. l. fi. lib. xj.*

f ¶*Personam. vt & j. de his quæ vi metusue cau. l. pe. & facit j. si cer. pe. l. eos. & l. penul.*

g ¶*Iudicationibus.* i. sententijs.

DE MODO MVLtarum, &c.

Dictum est s. de magistratibus fere omnibus: sed quia permissum est eis defendere iurisdictionẽ suam pœnæ vel mulctæ indictio: vt ff. si quis ius dicenti non obtempera. l. i. Ideo ponit de modo multarum.

h ¶A iudicibus. *habentib. merum imperium, non alijs.* vt ff. de iudi. l. ij. §. fi. & j. l. ij. & l. iij. quas lege.

i ¶M*Vlta damnum.* extra ordinarium. Et not. pro condemnatis Bononiæ bonum argumẽtum, quòd non sunt infames[f], cum extraordinariè condemnentur.

k ¶C*Vrator. Logista.* i.[a] rationalis. à[b] logos, quod est sermo. Inde alogista: *vt ff. de admi. tu. l. quidam decedens.* Acc.

l ¶M*Vltarum seuera.* i. crudelia.

m *Aerario.* nisi in casib. *vt s. de epi. aud. l. ij. & ff. de iure pa. l. diuus. ij. §. fi.*

n ¶*Exculpitur.* i. aufert.

o ¶*Vel cursui.* i. salarijs aduocatorum.

p ¶E*Os qui ordinario.* delegati non nisi in casu: *vt j. de sportu. l. ij.* Accur.

q ¶*Proconsularem.* idem videt in episcopo: quid in procõsule & istis: *vt s. de episc. audi. l. episcopale. & in auth. de sanc. episc. §. si autem œconomus. coll. ix.*

r ¶*Spectabiles.* secus[c] in magistratib. municipalibus: *vt j. tit. j. defensores ij.*

s ¶*Trinæ.* ¶ Sed contra j. de seruis fugiti. l. iiij. §. j. Sol. vt ibi.

t ¶*Quò. si quis.* s. iudex. Accur.

u ¶*Excess. rit.* s. iudex. A.

x ¶*Auctore.* i. iudice. Ac.

y ¶*Fisco nostro.* vt & s. de ad eff. l. consiliarios.

z ¶*Se credant.* q. d. prædictus modus seruabitur in delinquentes, nisi reperiãtur commisisse peculatum, vel furtum, vel aliqua crimina quæ grauius solent coerceri. tunc enim maior multa potest à prædictis indici.

a ¶*In peculatibus.* sic ponitur in Auth. de trien. & semis. §. hæc à nobis. col. iij.

b ¶*In cuiuslibet.* i. cõtra vel super, dũmodò in casibus prædictis.

c ¶*Proferatur.* etiam vltra summã prædictam.

---

a Merum imperium non habent defensores ciuitatis vel magistratus municipales.

b Merum imperiũ habuerunt præsides.

c Collega collegæ non auctor esse potest.

d Magistratus vniuersitatẽ repræsentat.

† hæc alias desunt.

e Alimentorũ enim causa fauorabilis.

* al. inferuntur.

Scilicet magistratus municipales habet. Cuia. ad l. 131. de verb. signific.

f Condemnatus per officiũ iudicis, non fit infamis vt hic finalis est Glo. in l. vlt. in fi. ... de suspe. tutoribus.

a Logista quasi ... & vade de ...

b dic potius ἀπὸ λογίζεσθαι, quod est computare, rationes inire.

c v. quæ scripsi ad glossam. l. 1. supra de sportulis.

* Glossa manuscripta Accursij sic habet auctor, id est iudex, rectè Cui.

† hæc lex non seruatur de cõsuetudine. Bossius in practica criminal. titul. de multis numero 9. alle. Bertrand. Regula 148. ... magistratus multam taxatam in l. ex. cod. de modo multarum excedere non posse.

† al. annum.

† supra statuta.

† alibi exercetur.

† actor legis Accur. in glo. manuscrip.

a ¶*Varietate.* Not quod varietas [a] reprobatur. Sed arg. contra. *ff de col. bon. nonnunquam. in prin.* & dixi ff. de procu. l. in caussæ. in prin.

a Varietas reprobatur.

b ¶*Paupertas.* vt [b] *& ff. de officio præsid. l. illicitas. §. fin.*

b Paupertati succur.

DE DEFENSORIbus ciuitatum.

Dictum est supra de maioribus magistratib. s. prouinciarum: nunc de minoribus, s. ciuitatum defensorib. videamus, vt in primis qua liter defensor constituatur, & postea quod sit eius officium. Azo.

[a] refte cōgnoscunt hic cōsules inscriptiōe, quod Arcadius tum nondum antequam deitonio fuerat in consortium imperij adscitus.

c ¶De defensorib. ciuitatū. *qui sunt minimi, qui nec merum nec mixtum habent imperium:* vt in authē ti. c. §. nulla. in fin. col. 3. *sed modicam coercitionem: vt eo. ti. §. audiet.*

[a] Hodie vsque adeo ... discussionē habent. Nouis de defensoribus ciuitatum.

d ¶S*I quis.*] *crediderit.* de defensoribus loquitur.

e ¶*In minorib. caussis.* aliter quandoque ponitur minima [c] summa: vt *ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. iij. §. quamuis.* hodie vsque ad trecētos aureos: *vt in auth. eo. §. & iudicare. col. ix.* Accur.

c Minima summa quæ dicatur.

f ¶*Iudicialia.* scilicet tua. Accur.

g ¶*Conficias.* s. actor

h ¶*Delegationem.* quia forte à fisco annonam consequebantur: *vt infra de numerarijs, actua. & chartu. l. exceptores. lib.* xij.

i ¶*Restituas.* id [d] est restitui facias.

d Restituit, qui restitui facit.

k ¶*Cæteras.* s. res.

l ¶D*Efensores. Idoneis.* & catholicis: *vt* j. *de episcop. audi. l. iubemus.*

[a] perspectum.

m ¶I*N defensorib.*] *certe.* hæc forma, nō legitur hæc l.

† vt.

n ¶*Quinquennij.* hodie biennij. *vt in authen. e. §. iusiurandum.*

o ¶*Procaciatati.* repete occurras.

p ¶*Iudicem.* id est præsidem.

q [a] ¶*Exigendi.* aliàs exhibenda: aliàs exigēda. id est inferenda. Acc.

r ¶D*Efensores. Modestas.* nisi in casu: *vt* j. *de sporta.* ij.

s ¶*Plebem.* i. populum.

t ¶*Desinant.* sic nominas [e] sunt cōsequentia seu conuenientia rebus: *vt. insti. de donatio. §. est & aliud. & ar.* j. *de ferijs l. à nullo.*

e Nomina cōsequentia seu conuenientia rebus esse debent.

[a] Iubemus ... que.

u ¶P*Er oēs.* non legitur. Acc.

x ¶*Coalescere.* i. crescere.

y ¶*Maturari.* i. perfici.

z ¶D*Efensores. Imbuti.* vt *supra de episc. audi. l. iubemus. & in authent. iusiurandum quod præst. col.* ij.

[a] super eadem ...

pa non ingrauet: aut erubescenda varietate [a] iudicij pro arbitrio proprio immutandū esse, quod iusserint: nisi paupertas [b] condemnati hoc persuaserit. Dat. XII. Kal. Septem. Theod. A. II. & Cynegio. Coss.

TITVLVS LV. DE DEFENSORIBVS ciuitatum.[c]

I. *Impp.* VALENTINIAN. & VALENS. *AA. Senecæ defensori.*

SI quis de tenuiorib. ac minusculariis [a] rebus interpellandum te esse crediderit [d], in minorib. [e] caussis, i. vsq. ad 50. [a] solidorum summam acta iudicialia [f] cōficiat [g]: s. vt si quando quis vel debitum iustum, vel seruum qui per fugam fuerat elapsus, vel quod vltra delegationem [h] dederat, postulauerit, vel quolibet huiusmodi, tua disceptatione restituas. [i] Cæteras [k] vero quæ digna forensi magnitudine videbuntur, ordinario insinuatore [?] ctori. Dat. XV. Kal. Ian. Terici. Valentiniano & Valente AA. Coss.

II. *Iidem* A A. *ad Probum præf. P. prat.*

1 DEfensores ciuitatum, nō ex decurionum, seu cohortalium corpore, sed ex alijs idoneis [l] personis huic officio deputentur. Dat. III. Non. Nouemb. Iisdem Coss.

III. *Iidem* GRATIANVS A A A. *ad Senatum.*

VT illi ratione perspectū [a] est, vt innocens & quieta rusticitas, peculiaris patrocinij id est defensoris locorum beneficio perfruatur, & † apud eum in pecuniarijs caussis litigandi habeat facultatē. Dat. IIII Id. August. Hierapoli, Valentiniano & Valente. AA. vtriiq. II. Coss.

IIII. *Impp.* GRATIAN VALENT. & THEODOSIVS A A A. *Theodoro defensori.*

IN defensorib. vniuersarum prouinciarum erit [m] administrationis hæc forma, & tempus quinquennij [n] spacij metiēdum: s. vt in primis parentis vicem plebi exhibeas: describi nib. rusticos vrbanósq. [a] non patiaris adfligi: officialium insolentiæ, & iudicum procacitati [o] (salua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi cum voles ad iudicem [p] liberam habeas facultaté: superexigendi [q] [a] damna, vel spolia plus petentium ab his quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquam vltra delegationem exigi, quos certum est nisi tali remedio non posse reparari. Dat: XI. Non. Ian. Constantinop. Arcadio & Baurone Coss.

[a] I*ubemus.* non legitur.

V. *Impp.* VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. A A A. *Potamio præfecto Augustali.*

2 DEfensores † nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis sui tantum fungantur officio. Nullas infligant multas [r]. Sæuiores [a] non exerceant quæstiones. Plebem [s] vel decuriones ab omni improborum insolentia & temeritate tueantur: vt id tantum quod esse dicuntur, esse nō desinant [t]. Dat. III. Non. Mart. Constantinop. Arcadio. A. II. & Rufino Coss.

† C. T. 1. 10. 2.

[a] al. seueriores. quos tamē magistratus municipales infligunt. ... significat.

VI. *Iidem* A A A. *Tatiano. PP.*

PEr oēs [u] † regiones in quib. fera & periculi sui nescia latronum feruet insania, probatissimi quiq. & districtissimi defensores adsint disciplinæ; & cotidianis actib. præsint, qui non sinant crimina impunita [a] coalescere [a]. [x] remoueant patrocinia, quæ fauorem [a] reis, & auxilium scelerosis impertiendo maturari [y] scelera fecerunt. Dat. V. Id. Aprilis. Arcadio A. II. & Rufino Coss.

† C. T. 1. 10. 3.

[a] al. impunitate. rectius.

[a] al. calescere. al. conualescere.

[a] seruarent.

VII. *Impp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. A A A. *Cæcilliano præf. præt.*

3 DEfensores ciuitatum † oblatos sibi reos in ipso latrocinio vel congressu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut stupro, vel raptu, vel adulterio deprehensos, & actis publicis sibi traditos; expresso crimine cum his a quib. fuerint accusati, mox sub idonea persecutione ad iudicium † dirigant. Dat. prid. Kal. Ian. Mediolani, Stilichone. II. & Anthemio Coss.

† C. T. 2. 1. 5.

† Ad præsidē. Nam de leuioribus tantum criminibus cognoscunt. Nal 15. & l. 8. C. Thade iurisdic.

VIII. *Impp.* HONOR. & THEOD. A A. *Cæcilio. PP.*

4 DEfensores ita [a] præcipimus ordinari, vt sacris orthodoxæ religionis imbuti [z] mysterijs, reuerēdissimorum episcoporum, nec non clericorum & honoratorum ac possessorum & curialium decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam prætorianam potestatem: vt litteris eiusdem magnificæ sedis eorum solidetur auctoritas. Quòd si quid à qualibet persona contra publicam disciplinam in læsionem possessorum fieri cognouerint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres viros magistros equitum & peditum, magistros etiam officiorum, & comites tam sacrarum largitionum, quàm rerum priuatarum. Dat. XV. Kal. Febr. Rauennæ, Honorio. VIII. & Theod. III. AA. Coss.

[a] al. fr. Defensores ciuitatum ita iudicamus ordinari. &c.

IX. *Iidem* A A. *Cæcilio.* † *PP.*

IVbemus [a] † cura ac solertia defensorum minimè possessores maiorib. mensuris & ponderib. a susceptorib. prægrauari: sed eos deprehensos, ad iudicium dirigi cum ipso cōmissæ fraudis indicio. Illud etiam fieri permittimus, vt si prouincialib. nostris contestari iniurijs, seu læsiones suas cupientib. actorum confectio à defensorib. denegetur: licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum conscriptum, eo tempore [a]. quo fuerat contestandum, in frequentiorib. ciuitatum locis proponendi, conueniendiq. scribas, tabularios, & cætera officia publica commonendi (per quæ libellum colligi

† *ad.* Cæcilio.

† C. T. 2. 1. ...

[a] al. iniurias. læsiones suas &c.

[a] tempore. qui ... C. T. ...

a Protestatio interdum libelli dati vice, fungitur.

a ¶ *Oportebit.* hæc protestatio [a] habetur pro libello dato. Accur.
b ¶ *onstiterit.* s. acta recipere.
c ¶ *Exerceatur.* id est, exerceatur per præsidem, cum defensor nolit facere.
d ¶ N*Vlli liberare.* ar. ff. de offic. præs. l. legatus.

oportebit [a],) atq. inuitis supra memoratis personis subactorum confectione ingerendi, quorum quæstione fides possit inquiri: qua probata, in eos quos gestorum petitam confectionem negasse constiterit [b], vigor iudiciarius exeratur [c]. Datum XI. Kal. Febr. Rauennæ. Honorio VIII. & Theodosio. III. AA. Coss.

Nota quod non potest aliquis renunciare officio defensoris ciuitatis, nisi cum auctor. principis. Bal.

x. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Cyro præfect. præt.*

NVlli defensorũ licere decernimus, si de publica sollicitudine se voluerit liberare [d], nisi diuinos affatus intimauerit tuæ sublimitatis iudicio. triginta librarum auri pœnam tam moderatoribus prouinciarum, quàm cæteris iudicib. vel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. XV Kal Septemb. Constantinopo. Cyro. V. C. Cos.

TITVLVS LVI.

DE MAGISTRATIBVS municipalibus [e].

1. *Imp.* CONSTANTINVS *Al. ad Florentium. pr.*

DEcuriones † ad magistratũ, vel exactionem annonarũ, ante tres menses [f], vel amplius nominari debent: vt si querimonia eorum iusta videatur, sine impedimento in absoluendi locum alius subrogetur. Dat. Id. April. Constantinop. Seuero & Rufino Consulib.

11. *Impp.* VALENTINIAN. & VALENS, *AA. ad Germanianum.*

MAgistratus [g] conficiendorum actorũ habeant potestatem. Dat. XIII Kal. Ian. Gratiano. N.P. & Dagalaipho Coss.

TITVLVS LXVII.

DE OFFICIO IVRIDICI Alexandriæ.

DE MAGISTRATIBUS municipalibus.

Supra de magistratibus ciuitatum: Nunc de magistratibus municipiorum vel villarum seu burgorum: [b] *in quibus satis dici potest eadẽ* [c] *seruãda quæ dicta sunt sub* (?) *sensorib. ciuitatu. Azo.*

b Burgorum magistratibus.
c Argumentũ seu extensio ad magistratus ciuitatum ad magistratus municipiorũ, villarum & burgorum.

e ¶ DE MAGISTRATIBUS municipalib.

Hic tit. tractat de magistratib. castrorum & villaris, non ciuitatum.

f ¶ D*Ecuriones.*] Tres mẽses. antequã incipiat eorum administratio. Accur.

g ¶ M*Agistratus.* facit j. l. proxi. tit. proxi.

DE OFFIC. IVRI. Alexand.

h ¶ I*Vbemus.*] Dũtaxat. q. d. nõ apud aliũ in eadem ciuitate.

i ¶ *Dicerentur.* vt & ff. eo. l. j. & j. tit. proxi. l. ij. & j. de don. l. in hac.

DE EDENDO.

Dictum est de magistratibus: sequitur de iudicijs, [d] *quæ per magistratus exercentur:* vt ff. de orig. iur. l. ij. §. post originẽ. *& primo de edendo, quod præparatorium est iudiciorum.*

d Iudicia per magistratus exercentur.

2. *Vel sic: Dictum est j. de magistratib. & eorũ officio quæ diximus consistere in contentiosa iurisdictione. Cõtentiosa autẽ iurisdictio est in iudicijs cognoscendis & terminandis: quorum iudiciorum præparatio* [e] *est editio actionis. Et ideo ponit de edendo. id* [f] *est, de editione faciẽda: subaudi, eorum quæ necessaria sunt in agenda causa. Sed in* [g] *primis necessaria est editio actionis: post modũ litis contestatio in processu causæ necessaria est editio rationũ instrumẽtorũ & actorũ: de quibus omnib. videamus.* Azo.

e Contentiosa iurisdictio quid.
f C. T. 12. 1. Iudicij præparatio, editio actionis.
g De edendo titulus pro titulo de editione facienda eorũ quæ necessaria sunt ad causam agendam.

¶ *Et nota quod tripliciter* [h] *edictũ de edẽdo dicit, s. actionum:* vt j. cod. l. edita. *Rationum,* vt j. cod. l. j. & l. nõ est. & l. iustum. & l. fi. *Et instrumentorum:* vt j. eo. l. ij. l. qui accusare & l. procurator. ¶ *Et dic de edendo. id est, demonstrando, ab edo, edis.* ¶ *Sed quæritur, quare dixit de edendo per gerundium, & non de editione? Item quare non subiunxit accusatiuum? & dic vt diximus. ff. eod. in rubr.*

h Edi actiones, rationes, & instrumenta debent.
* hũc βιγμοῦ (?) vocat Strabo lib. 17. geographias.

I*pse.*] CASVS. Pecuniam meam apud campsorem deposui. decessit: & successit ei filia. si volo quod exhibeat mihi codicem rationum, in quo continentur data & accepta, vt probare possim quantum recepit, & quantum mihi solutum est: an sit cõpellẽda, quæritur: & ideo ꝙ inspicere debeo quo genere mihi debeatur: an ex causa mutui, &c. vel qua specie ꝓbationis vti possum: vel per testes, vel per instrumenta: & competens iudex interponet se vt exhibitio fiat, si me mandante vel aliquo nomine meo confectæ sint rationes, vel si mihi editæ sunt, sed amissæ fortuito casu. tunc enim iudex iubebit mihi exhiberi. Viuia. ¶ Ex hac. l. not. primo ibi, quẽadmodum. secũdum verũ intellectum quod depositum [a] potest probari non solum per instrumentũ publicum, sed etiã per testes & per omnẽ aliam speciem probationis. 2 No. secũdo singulariter secundũm Iaso, ex hoc text. ꝙ etiã in cõtractu depositi reus non tenetur edere actori librũ rationũ ad fundandã intẽtionem actoris. 3 Not. tertio ibi, ad iudicis officium. hic videri tex. ꝙ editio actionis [b] petitur officio iudicis. & sic intelligũt glos. Bart. & doctor. Ias. hic.

a Probari depositũ potest nõ a solũ per instrumẽtum publicum sed & per aliam omnem speciem probationis.

1. *Impp.* LEO & ANTHEMIVS *AA. Alexandro duci & præfect. Augustali.*

IVbemus apud Alexãdriæ duntaxat [h] clarissimæ ciuitatis iuridicum, licitum & concessum esse, singulis quibuscunq. volentib. donationis conscriptæ solenniter instrumenta reserare, eisdẽmq. robur adiiciat gestorum series apud eundem cõfecta, tanquam si apud virum clarissimũ moderatorem prouinciæ, vel magistratus, vel defensores * plebis, habita fuisse dicerentur. [i] *

Explicitus est lib. 1. Cod.

Codicis Domini IVSTINIANI sacratissimi principis perpetui A. repetitæ prælectionis Liber secundus.

TITVLVS I.

DE EDENDO.

Actor primò debet inspicere quã facultatem probãdi habe. quia reus habens rationes vel instrumenta ex quib. possit de iure ipsius actoris doceri, non tenetur edere: nisi ex iusta causa in iure expressa officia iudicis indaganda. h. d. secundum vtranq. lecturam. Primo in codice rationum intelligitur. Secundo in instrumẽtis: vt gl. Alexan. Iano. Vel sic: Editio petitur iudicis officio, causa cognita exhibenda. h. d. Syl.

1. *Imp.* ANTONINVS PIVS *A. Aemilio.*

IPSE dispice [k] quemadmodum [l] pecuniã quam te deposuisse dicis, deberi ibi probes. Nam quod desideras, vt rationes [m] suas aduersaria tua exhibeat: id [n] ex causa ad iudicis officium [o] pertinere solet.

k ¶ *Dispice.* id [c] est diuersis modis aspeice omnẽ speciem probationis.

l ¶ *Quemadmodum.* scilicet vel ex causa depositi, vel ex alia, cum multa [d] sint genera credendi. 2 Vel sic, qua [e] specie probationis: hoc est per testes vel instrumenta, vel cõfessiones.

m ¶ *Rationes.* id est [f], codicem rationum in quo accepta & data solent describi: vt ff. cod. l. si quis. §. rationem. alij intelligunt in instrumentis.

n ¶ *Id ex causa.* vt [g] faciat edi scilicet si me vel procuratore meo mandante scriptæ sunt, non aliter. ff. cod. si quis. §. pertinere. & l. prætor. §. j. 2 Vel quia semel editæ sunt, debent tamen iterum edi: quia actor amisit sibi editum fortuito casu vt ff. cod. si quis. §. prætor. & infra de fid. instrument. l. illata. In hoc est ergo causæ cognitio si sint scriptæ me mandante vel procuratore meo, vel non. Item an emiserim casu fortuito vel non, scilicet semel editum. ¶ Sed quomodo potest poni in rationibus, cum fœmina esse non possit argentaria: vt ff. eod. l. fœminæ. & hic dicit fœminam teneri? Respond. [h] hæc successit argentario: vt ff. eod. quædam. §. quis. §. ex hoc? Sed dic, vt ibi dixi.

2 ¶ Alij [i] qui intelligunt in instrumentis: dicunt [k] ex causa edere [l] reum actori, scilicet ad replicationem probandam, non intentionem fundandam, vt j. eo. l. fin. in fi. & sic etiam loquitur. l. qui accusare: scilicet vt non petat ad intentionem fundandam? facit etiam ad hunc secundum intellectum. ff. ad legem Falcidiam. l. maritus. § fin.

o ¶ *Officium.* Dicit vna lex, ꝙ si tutor non faciat rationes, vel factas non exhibet, siue non edit, habere locum actionem tutelæ: vt ff. de tut. & rat. dist. l. j. §. officio. Alia contra procuratorem non edentem dari mandati contra socium pro socio: vt ff. eod. l. quod in princip. sic ergo cum semper argentarius conficiat vel scribat rationes mandato scholaris vel eius procuratoris: locum habet mandati, & non officium iudicis, vel actio in factum ex illo edicto

b Editio actionis petitur officio iudicis.
c Dispicere pro diuersis modis aspicere.
d Credendi multa sunt genera.
e Probationis species testes, instrumenta, cõfessiones.
* defensorum.
[i] dicerentur recte, vt referatur ad gestorum seriẽ.
f Rationes pro codice rationũ in quo accepta & data describi solẽt.
g Edi nobis rationes nostras, nostra interest si nobis vel procuratori nostro mãdantibus descriptæ vel si fortuito casu amissæ.
* Mandato.
h Edi rationes successores etiam debent.
i Editio actionis an officio iudicis aut per actionem petatur.
k Rationum verbo hac in lege quidam intelligũt instrumenta, non tantum rationes argentariorum.
l Edere instrumenta actorẽ reus cogitur ad replicationem probandam, non ad intentionem seu actionem fundandam.
m Edere rationes recusans tutor, tutelæ: procurator, mandati, socius pro socio actionem cogitur.

lo edicto de edendo, sic [a] ergo totus tractatus de edendo videtur destructus vbicunq. notant Doct. dari officium iudicis, vel actionem in factum. Respon. Quotiescunq. ab initio contrahitur cum aliquo. Vt gerat negotia mea, vel vt sit meus socius: *vt fuit in d. l. quædam.* vel vt sit tutor, & gerat negotia mea, & faciat librum rationum: *vt fuit in d. §. officio.* contra tutorem procuratorem & socium locum habet tutelæ, vel mandati, [b] vel pro socio: *vt in præal. l.* Aut non fuit ab initio contractum, sed dixit tantum scholaris argentario vt scribat rationes: tunc habet locum officium iudicis, vel actio in factum ex illo edicto de edendo: *vt ff. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. ex hoc.* Acc. ADDITIO. Tota hæc materia debet intelligi in rationibus publicis, & factis ab his qui publicum exercent officium: secus in priuatis, secundum Doctores. *l. argentarius. §. respon. ff. e.* vt expresse tenet hic Ioan. Fab. in suo breuiario.

a Edendarum rationum causa verum officium iudicis locum habeat vel actio in factum ex hoc titulo de edendo: an vero non de iure, cum fuisset tutelæ, vel mandati actio. b Nisi mandatum fieret ad monumentum, tantum & non ad inducendam obligationem. Bart. & vide hunc locum. sex exceptiones ad hanc regulam ex Petro Duenna regula 5.

I. Apud.] CASVS. huius legis ponitur §. vt libellus princip. l. ij. j. de iudic. properandum. §. j. & ff. de iudic. l. mortuo. Item in causa appellationis: *vt j. de appellatio. l. ne causas. & l. eos. & l. à proconsulib.* Item administratore, vnde si quis egit contra aliquem, & testes, vel alias probationes induxit, & iudex distulit causam vltra tempus statutum, scilicet trium annorum, & actor iterum incipit agere: quæritur, cùm acta illa siue ciuilia, siue criminalia, quæ prius facta fuerunt, sint apud administratorem: vtrum possit cogi ad exhibendum, eo forte quod testes mortui sunt? & dicitur quod iudex compellet eum exhibere, vt veritatem inuestiget. ¶ Ex hac lege nota tria. Primò, quòd iudex causæ facit edicta. 2 Secundò not. quòd est verum in qualibet causa tam ciuili, quàm criminali. 3 Tertiò not. quòd finis & vtilitas editionis est inuestigatio veritatis: *vt hic, & j. eo. l. non est nouum.* Bald. hic.

a ¶ *Is apud quem.* s. iudex. ¶ Et dic quinq. modis casum. 1 Primò res, i. causa appellationis: *vt j. de app. l. ne causas. & l. à proconsulib. & l. eos in fi.* 2 Secūdò, res. i. causa principalis. Sed exhibētur acta, quæ diu absuerat actori: *vt j. de iud. properandum. §. & si quidem.* 3 Tertiò res. i. causa principalis quæ apud successorem primi iudicis agit. *vt ff. de iud. l. mortuo.* 4 Quartò in administratore. i. ordinario qui commisit seu delegauit totam causam cognoscendā retenta sibi definitiua sententia, qui acta debet videre tec: *vt j. de iu. aut. ad l. ge.* 5 Quintò loquitur de publicatione testium, q. iudex mandat fieri: *vt & s. et si pe. l. v. & in aut. de te. §. quia verò in l. o. vij.*

b ¶ *Acta publica.* Publica [d] acta vocat, omnia acta, quæ fiunt publice coram iudice.

DEbitori tuo si heres extitisti: actio quam contra eum[a] habuisti, adita[b] hereditate confusa[c] est. Sed si eam hereditatē, posteaquam ī iudicio obtinuisti[d], ei tradidisti[e] quem sententia superaueras, ea conditione pactóque, vt tam cæteris creditoribus[f], quàm tibi in eo quod tibi deberetur[g] si eam hereditatem non adisses, satisfaceret: pacti conuentionísque fides seruanda est: quæ si non seruatur[h], ex stipulatu[i] (si modò pacto subiecta est) dabitur actio[k], [vel † præscriptis verbis si stipulatio non interuenit.] PP. III. Kalen. Aug. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Pactum appositum super fœtibus pecorum inter dominum & pastorem diuidendis, est seruandum. Bal. & Salyc.

VIII. *Idem. A. Mucatraulio.*

SI pascenda pecora partiaria, id est vt fœtus eorū portionibus[l] quibus placuit, inter dominum & pastorem diuidātur, Apollinarem[m] suscepisse probabitur, fidem pacto præstare per iudicem compelletur[n]. PP. IIII. Kalen. Octob. Alexādro. A. II. & Marcello. Coss.

DEbitori.] CASVS. Debebam tibi. c. instituit te heredem. aditione hereditatis confusa est actio. Item aduersus Titium, qui illam hereditatem possidebat, egisti peti. here. & succubuit. & cum eo pepigisti vt sibi hereditatem restitueres si tibi & aliis creditoribus satisfaceret: vel credidisti, & non stat placitis, & pacto fuit stipulatio subiecta. ages ex stipulatu & certi condictione: si non fuit subiecta, ages prescriptis verbis. ¶ Not. ex hac l. regulam, quòd quando creditor est heres debitoris cōfunditur obligatio & actio. Bal.

† Inclusa desunt in omnibus manuscri. & ex Glossis intexplerit, quod euidēter docent Azo. & Accursius. qui id inferunt ex regula. l. rebus infra de rerum permuta. Cōt.

a ¶ *Eum.* sc. licet defunctum.

b ¶ *Adita.* scilicet animo tantum: vt *instit. de hered. quali. & diffe. §. item.*

c ¶ *Confusa est.* *vt ff. de sol. l. Stichum. §. aditio. & j. ad leg. Falc. l. licet. & j. de fideicommis. l. cum secūdam. & de neg. gest. l. si ab eo. & ff. de fide ius. l. si debitori creditor. & infrà de hered. actio. leg. penul.* ¶ Sed cōtra, vt infrà *de iure delib. l. fi. §. sin vero & ipse.* Sed ibi propter inuentariū quod fecit, nō extinguitur actio. 2 Vel si velis dicere quòd extinguatur, non tamen quin deducat. ¶ Et distingue[d] hic, quia aut debitor creditori vel econtra succedit, & tunc extinguitur actio, vt dictum est: & contra fideiussores: *vt ff. de fideius. l. heres. §. quòd si stipulator.* aut correus reo promittendi, vel reus correo stipulandi, & tunc ambæ remanent: *vt ff. de duo. reis. leg. si reus. in prin. & ff. de solu leg. si duo.* aut fideiussor fideiussori, & tūc neutra tollitur: *vt ff. de fideius. heres. §. non est.* aut fideiussor rei stipulandi, vel contra: & tunc accessoria tollitur: *vt d. l. heres. §. quòd si idem stipulator,* aut fideiussor reo promittendi, vel econtra: & tunc si tenetur reus naturaliter & ciuiliter, accessoria tollitur. si[e] naturaliter tantum, tunc nulla: *vt dicta. l. heres. §. quod si hic. & §. retro.*

c Actio extinguitur si creditor succedat debitori. de quo vide plura apud Duenasium regula actio. 18

d Adde hunc loco Azonem in summa infra de hereditat. act. vbi plenius tractat. quemadmodum actiones confusione extinguuntur.

e Nisi tam si fuisset constituta, cum si dixerit ... est tunc ... l. stromo ff. de ... qui, mot. ... fa. iuf.

d ¶ *Obtinuisti.* cum effectu, id est quia fuit tibi restituta.

e ¶ *Tradidisti,* id est reddidisti. H.

f ¶ *Creditoribus.* quia intererat tua his solui: *vt j. de hered. vēd. l. ij.*

g ¶ *Deberetur.* condictione indebiti. *ff. de condic. indeb. leg. si is qui.* ij. quando dixit, do tibi hereditatem. si enim rebus specialiter designatis, non tenetur.

h ¶ *Seruatur.* quia dicat te alij pactum fecisse, & sic nō valere: quia alteri stipulari vel pacisci nemo potest. *ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. alteri.* vel non posse resuscitari actionem extinctam.

i ¶ *Ex stipulatu.* id est ex stipulatione certæ cōditionis. alioquī si non est subiecta, sed pactum, agitur præscriptis verbis: *vt infra de*

Codex.

rerum permu. l. rebus. Et si excipiat, ex pacto replicabis. Si traditio non interuenerit, sed apud possessorem, qui dicit se heredem, res dimisit hoc pacto, aget ex sententia. & si excipiat de transactione replicabit: *vt infra eo. l. cū proponas. ij.* si sine pacto, aget actione sibi cōpetente prius pro se: *arg. ff. de here. vēd. l. ij. §. fe. vlt.* pro aliis aget iure cesso. Si non est cessum, aget secundum H. ex sententia. & si opponat aliquid replicet de dolo, quasi cum habeat emolumētū, habeat & onus. *vt d. l. ij. de here. vēd. l. ij.* Ac.

k ¶ *Actio.* ad interesse vel pœnam.

SI pascenda.] CASVS. Si cum pastore de pecoribus tuis pascendis conuenisti, tibi parte fœtus reseruata, & sibi parte: si placitis non stet, eū vt stet, compellet competens iudex. videbatur non esse seruandum prędictum pactum, quia de inæquali bus partibus cōuenit, & ita esse iniquum. cōtrarium verum est. Viuianus.

l ¶ *Portionibus.* fortè inæqualibus: propter quod videbatur iniquum, ideoque non esse seruandum.

m ¶ *Apollinarem.* pastorem.

n ¶ *Cōpelletur.* per[a] actionem pro socio si voluerunt esse socij: *vt ff. pro socio. l. cum duobus. §. si in coeunda.* aliàs est contractus innominatus do vt facias. & sic agitur præscriptis verbis: *vt ff. de præscript. ver. l. si tibi rem.*

[*] In quibusdā codicib. hæc l. cum l. postquam. præcedēt. si pascēda.

† id est promitteret, ipsa videlicet mater. Sic in Cod. Grego. est pacisceretur

[*] Additur in Gregor. quia de re iudicata pacisci nemo potest.

a Actionem cōp... re non esse ... iudicis, etiā verba ... ad iudicem, hinc colligitur.

Rimittens ius quod habet ex sententia, per dolum aduersarij, non perdit ius quæsitum ex sententia. h. d. secundum Bal.

IX. *Imp.* Alexander A. *Dionysio.*

CVm posteaquā[*] aduersarius[o] matris tuæ victus esset matrem tuam circunuenerit[p], vt ei caueret[q] † nullam se controuersiam de seruis moturam: id pactum mala fide factum, irritum[r] est, & cum ex ea conuentione cum matre tua agi[f] cœperit, iudex eam liberabit.[*] PP. prie. Id. Sept. Alexandro. II. & Marcello Coss.

Pactum appositum in traditione rei, vestitur ipsa traditione. hoc dicit. Bal. Vel sic: Pactum appositum iuxta rei traditionem vestitur ab ea vt actionem producat. Paul. de Cast.

X. *Idem A. Nica.*

LEgem[t] quā dixisti cū dotē pro aluna dares, seruari oportet[u]: nec obesse tibi poterit quod dici solet[x], ex pacto actionē nō nasci. tunc enī hoc iure[y]

CVm postea.] CASVS. Seruos suos à me possidēte petiit rei vindic. mater tua: & obtinuit. si eam dolo induxi. fore inebriando eā, vt mihi condemnationem remitteret: quæritur an valeat pactum? & respon. quòd non. & si agatur ex sententia, & ego excipiam de pacto. ipsa replicabit de dolo: & ita est casus in quo quis potest venire contra pactum suum.

o ¶ *Aduersarius.* scilicet possidēns familiam matris, scilicet seruos.

p ¶ *Circumuenerit.* dolo dante causam conuentioni.

q ¶ *Caueret.* sine pœna vel cū pœna, accepta fortè pecunia parua.

r ¶ *Irritum est.* vel replicatione doli. vnde aget prima actionę: si excipiatur de pacto, replicabit de dolo. Sed[b] ego intelligo quòd petitur sententia executioni mandari: vel si actio prima per Aquilianam stipulationem fuerit ipso iure sublata. tunc de dolo: *vt infra titu. j. sub prætextu. §. sanè.*

f ¶ *Agi.* id est excipi: *vt argu. ff. de except. doli. j.* & tunc dic liberabit, scilicet indulta replicatione vel actione doli, *vt dixi.* 2 Vel dic agi propriè, scilicet ad pœnam quam mater promisit si contrauenerit.

b Irritū vox an significet exceptione irritum verò ipso iure. adde hic Decium.

LEgem.] CASVS. Pro alumna tua centum in dotem marito dedidisti futuro: & cum eo pepigisti de ea summa tibi reddēda quocunque modo solutum matrimonium fuerit, vel morte, vel alio modo. decessit alumna. maritus non vult pacto stare, quasi non vallato per stipulationem, quæritur an sit compellendus? & respon. quòd sic. & ex eo agere potes. non enim opus fuit stipulatione, cum rei interuentu pactum vestiebatur, quia in traditione dotis pactum fuit factum.

t ¶ *Legem.* id est conuentionem[c]: *vt ff. depositi. l. j. §. si conuenerit.* & fuit hæc conuentio vt soluto matrimonio dos eis redderetur.

c Lex pro cōuentione vt hic sumitur pro forma dotandæ. ...

u ¶ *Oportet.* scilicet legem.

x ¶ *Solet.* *vt ff. eo. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & §. quinimò.*

y ¶ *Hoc iure.* quia actio non nascitur ex pacto.

a ¶ *Conuenit.* & sic non est nudum pactum, sed rei interuētu[a] vestitum. 2 Vel dic, vestitum est cohærentia contractus, in quo interuenit res: & sic cessat opinio, quæ fit contra hanc glo. quam alibi notaui.

b ¶ *Condictio.* id est certi cōdictio generalis. Vel dic, si habes cōditio, id est pactio nis adiectio. si cōdictio, id est personalis actio: *vt Institut. de act. §. sic itaque. & ff. rerum amo. l. rerum amotarum.* Et dic condictio vtilis, id est efficax, & nominatur præscriptis verbis: *vt hic, & infra de præscriptis verb. l. rebus. & infra de pact. conuen. l. j. & infra de dona. l. legem. & ff. de præscriptis verb. l. si dominum. & ff. eod. l. diuisionis.* ¶ Sed contra infra locati si tibi. Sol. vt ibi[c]. ¶ Item no. hic tria. Primò qualiter cognoscatur nudum pactum. Secundò, quot sunt vestimenta pactorū. Tertiò, quot casibus nuda pactio parit actionem: quæ dic vt diximus. ff. eo. l. iurisgētium §. sed cum nulla, in glo. caute incipit. & in §. quinimò, in glos. quin pro etiam: &c. in fi. eius. & dic vt ibi.

vtimur, cum pactum nudū est: alioquī cū pecunia datur. & aliquid de reddēda ea cōuenit[a], vtilis[a] est cōdictio[b]. PP. III. Kal. Mar. Albino & Maximo Coss.

Ex pacto apposito iuxta contractum non agitur, si desinit interesse competere. hoc dicit. secundum Alexand.

XI. *Idem. A. Capitoni.*

EX conuētione quidē qua pactam nouercam tuā cū patre tuo dicis, cum fundum ī dotem daret[c], vt creditoribus[d] quibus fuerat prædia obligata, vsuras solueret[e] actio tibi[f] aduersus eam[g] cōpetere non potest[h], etsi[i] pactum in stipulatione deductū probetur †. Sed si fundus æstimatus[k] (ita vt pars instrumēti[l] significat) in dotē datus est, ex vēdito[m] actio, vt placitis[n] stetur, cōpetit[o]. PP. Non. Decembr. ipso. A. III. & Dione. II. Coss.

Vltima pacta prioribus contraria derogant eis: & ideo pactum de non vtendo, pacto de non petendo

E X conuentione.]C A S V S. Si patri tuo mulier sibi nubens prædium in dotem creditori obligatum dedit, & cum ea pepigit vt sortem & vsuras solueret: ex isto pacto interposito inter eā & tuum patrem quæritur an agere possis mortuo patre vt soluat: & distinguitur, aut fuit datum æstimatum, aut nō. in primò casu ages ex empto, vt faciat quod conuenit. in secundò non ages, cum tua non intersit, etiam si fuerit pactum stipulatione vallatum. Viuianus. ¶ Not. primo ex hac l. quòd ad quem non transit dos, non transit ius agendi ex pactis dotalib. istud est verū si sua non interest. aliàs secus. & ita dicit hæc l. 2 Secundò not. quòd non solū ex toto instrumento, sed etiā ex qualibet parte instrumēti oritur probatio, secundū Ba.

c ¶ *Fundum in dotem daret.* scilicet inæstimatum.

d ¶ *Vt creditoribus.* hoc est pactum vt creditoribus &c.

e ¶ *Solueret.* scilicet nouerca.

f ¶ *Tibi.* scilicet filio.

g ¶ *Eam.* scilicet nouercam. Accursius.

h ¶ *Non potest.* & est ratio secundum quosdā, quia matrimoniū[c] non transit ad heredem, nec ergo eius accessio, id est dos, neq. de dote pactum: *vt ar. ff. si quis cau. l. si eum. §. fina.* licet ex contractu actiones generaliter transeant ad heredem: *vt ff. de vsufr. leg. adhuc. §. si operas.* Sed hæc ratio non placet secundum H: dic ergo quòd ideo non agitur pro futuro tempore, quia prædium redit ad mulierem cum suo onere. sed pro præterito si quid est solutum à marito quondam, agere potest: *vt ff. de vsufr. l. quæsitum.*

i ¶ *Etsi.* id est quanuis.

k ¶ *Aestimatus.* Suppliciter[d] enim fit æstimatio: vna, quę facit emptionem[e], *vt hic:* alia, quæ determinationem: *& pro hoc. ff. de iure dot. l. plerunque.*

l ¶ *Instrumenti.* dotalis.

m ¶ *Vendito.* æstimatio enim facit emptionem: *vt ff. de iure dot. l. plerunque. & j. de iure dot. l. j. & l. cum dotem.* ¶ Et dic ex vendito. id[f] est empto: *vt & infrà si seruus extero. l. j. & ff. de actione empti. l. veteres.* ¶ Item contra j. *sine censu vel reli. l. j.*[g] vbi dicit quod non cōpetit. Sol. hic in vsuris loquitur secundum ius commune, ibi, in tributis secundum ius singulare: quod non placet, quia etiam in tributis bene valet inter eos, licet non in præiudicium fisci: *vt ff. eo. l. inter debitorem. & l. epistola. §. pactum.* dic ergo in l. contraria non valere in præiudicium fisci, sed contrahentium sic.

n ¶ *Placitis.* id est pacto.

o ¶ *Competit.* id est datur.

P *Acta.*]C A S V S. Debebas mihi x. feci tibi pactum de non petendo, deinde de petēdo. quæritur, cui istorū pactorum standum sit: & respon. quòd vltimo, & agam actione pristina. Viuia.

p ¶ *Pacta.* quādo sunt cōtraria. & ab habili persona: & nisi prima fuerint derogatoria posteriorum. *ff. de lega. ij. l. si quis. & de lega. j. l. si mihi. §. fi.* vbi ponitur casus, quod in codicillis legauero, vale re nolo.

ante facto, reddit efficacem obligationem elisam ab illo. Alex.

XII. *Idem A. Flaccilla.*

PActa[p] nouissima[q] seruari oportere, tā[r] iuris, quàm ipsius rei æquitas[s] postulat. Quapropter si cōuentione quę præcessit[t], diuisa pars vsurā se non esse cōsensit[u], & maximè[x] si (vt proponis[y]) id etiam apud acta præsidis adseuerauit: actionem quæ super prima conuentione fuerat, exercere non prohiberis[z]. PP. III. Kal. Martij Agricola & Clemente Coss.

Pacta apposita incōtinenti iuxta contractum valent, etiam quo ad producendam actionem: sed ex interuallo apposita prosunt ad excipiendum tantum. Alexand.

XIII. *Imp. MAXIMINVS. A. Mario.*

IN bonæ fidei contractibus[a] ita demum ex pacto[b] actio[c] competit, si incontinenti[d] fiat. nam quod postea[e] placuit, id[f] nō petitionē[g], sed exceptionem[h] parit. PP. V. Id. Ian. Maximino, A. & Africano Coss.

q ¶ *Nouissima.* vt[a] si primum sit factum de non. petendo, secundum q̄ liceat petere: *vt hic, & institu. de replic. in prin. & ff. eo. l. si vnus. §. pactus.* & idem in vltima voluntate: *vt ff. de adimen. lega. l. ij. §. fin.* Item hoc verum si vltima valent, aliàs non: *vt ff. eo. l. iurisgentium. §. sed si fraudādi.* 2 Item est verū nisi primum deroget vltimo: *vt & ff. de leg. j. l. si mihi & tibi. §. fi.* 3 Item hoc verum nisi per primum sit actio ipso iure sublata: *vt ff. eo. l. si vnus. §. pactus. ij. resp. & l. si tibi. §. quadam.* 4 Item verum nisi res sit secuta ex primo: *vt ff. eo. l. ab emptione.*

r ¶ *Tam iuris.* prætorij & stricti iuris: *vt ff. eo. l. iurisgentium. §. prætor.*

s ¶ *Aequitas* quæ tuetur pacta: *vt ff. eo. l. j.*

t ¶ *Præcessit.* de non petendo.

u ¶ *Consensit.* & sic quòd liceat petere.

x ¶ *Et maximè.* maximè valet propter præsentiam actorum: *vt arg. ff. de eden. l. si quis. §. j.* & facit pro literis sigillatis ab[b] episcopis vltra mōtes. 2 Vel dic maximè valet, quia magis potest probari si negetur pactum.

y ¶ *Proponis.* creditor.

z ¶ *Prohiberis.* Et si opponat exceptionē ex primo pacto, replicabis ex alio. & sic non tollitur ipso iure primum. ¶ Et ita est cōtra. ff. *de solu. l. Stichū. §. naturalis.* Sol. vt diximus. ff. *e. l. si vnus. §. pactus. in glo. imò videtur, &c.* & quas vires primi & secundi pacti dic vt in ea. glos. diximus.

I*N bonæ fidei contractibus.*]C A S V S. Terrā tuam mihi vendidisti. l. incontinenti pepigisti mecum vt tibi traderem ad colendum. vel vendidi tibi Codicem. & incontinenti conueni vt eum mihi commodares ad osculandum. an valeat pactum vt ex eo agere possis, quæritur: & respon. quòd sic. videbatur quòd non, quasi nudum esset. sed nudum non est, sed vestitum cohærentia contractus. & hoc si incontinenti fuit factum pactum. sed si ex interuallo, actionem non parit, sed exceptionem tantum. Viuianus.

a ¶ *In bonæ fidei contractibus.* qui[c] enumerātur Instit. de ac. §. *actionum.* & dicas idem in stricti iuris: *vt j. eo. l. petens. & ff. si cer. peta. l. lecta. §. dicebam.* Sed in his, scilicet bonę fidei, maximè videbatur valere etiam ex interuallo appositum propter[d] exuberantem fidem quæ in his desideratur. Ia.

b ¶ *Ex pacto.* scilicet nudo.

c ¶ *Actio.* præscriptis verbis, & vetus informata: *vt infra de pact. inter empt. & vendi. l. ij.*

d ¶ *Incontinenti.* id[e] est in ingressu vel egressu contractus: *vt j. e. l. petens. & de edil. act. l. si apud.* & sic quòd non diuerterint pacifcentes ad alia: *vt ff. de duo. reis. l. duos. §. fi.*

e ¶ *Postea.* scilicet ex interuallo.

f ¶ *Id.* id est pactum.

g ¶ *Non petitionem.* id est actionem, licet ad petitionē sit factū, puta vt fideiussor detur pro euictione.

h ¶ *Sed exceptionem.* si fiat ad hoc[f], puta vt non detur fideiussor, quem primo conuentum fuerat dari: *vt ff. de contrahen. emptio. l. pacta conuenta.* & distingue hic vt ibi diximus in glos. super verbo, noua emptio.

S*I pacto.*]C A S V S. Conueni tecum de permutando Codice, cum Digesto tuo, nudo pacto, quia non interuenit traditio. & deinde conuenit pacto de pœna præstanda, si non fiat quod conueni in principio. Deinde de ea præstanda per stipulationem conuenit, si non fiat quod conueni. & istud est tertium pactum,

a Melius dixisset scilicet actione: vt est de mente Iaso. & Io. Ma. [illegible]

[a] ne intelligas vtilem hic directa, & ad differentiam directæ, vt quidā putant Cont.

b Dic ibi nō fuisse initum pactum cum eo cui facta fuit traditio hic secus. Iason.

c Hæc lex postea repetitur totidem verbis. l. j. infra si ne censu vel reliq. fund. disp. non poss. nisi quòd illa de tributis, hæc de vsuris loquitur. illa in secundo responso, habet sed & si. hæc, sed si illa negat agi ex vēdito. hæc affirmat.

† Contractus simulatus quomodo probetur, vide Bart. hic. Authen. consil. 2. 138.

c An vt matrimoniū. ita & dos ad heredem nō transit.

d Aestimatio duplex est. vna emptionē, alia determinationem facit.

e Aestimatio in dubio presumitur facere emptionē nisi modicitas pretij aliud suadeat. Ias. hic. In dubio cum fundus æstimatus, videtur et causa æstimari. *vt not. in l. quoties infra de iure dotiu. l. plerūque. ff. de iure dotiu.*

f Vēditum pro empto.

g Melius facit l. 1. secundum Ioan. Ma. hic.

a Vltima regulariter priori bus derogant & plerunque etiam vltima, in quem, vt pacta, vt testamenta, nisi illa vltima non valeant, nisi prima derogent vltimo, nisi primo sublata sit actio ipso iure, nisi res secuta sit ex primo actu. His enim casibus vltima non præferētur.

b Probant literæ Episcoporum sigillatæ illisque statur in his quę sunt modici præiudicij, & non in alijs. Bal. *& de ista materia vide plenissimè per Panorm. & Fel. in c. post cessionem, extra de proba.*

c Bonæ fidei cōtractus qui & quot.

d Fides exuberās desideratur in contractibus bonæ fidei.

e Incontinenti contractum pacta adiecta cēsentur, quæ in ingressu vel egressu contractus adiecta, sic vt paciscentes ad alias non diuerterint.

f Imò idem si fieret principaliter ad agendum. Ia.

pactum, & vestitum. quæritur, quo istorum conueniam te, si non feceris quod conuenit primo? Respon. quòd agã ex tertio vt cõsequar quod conuenit per primum, vt metu pœnæ pareatur cõuentis, aut cum effectu exigetur pœna conuenta in secundo pacto. an autem audiendus sim, si velim mitti in pos. rerum tuarũ quæritur? & respon. q nõ. ¶ Ex hac l. no. primò quòd pactum principale est nudum, licet pactum pœnale sit vestitũ. Et ex hoc infertur, quòd accessorium non vestit principale, & ratio est: quia non dependet ex eo, nõ influit accessorium in principali secundum Bald. 2 Secũdò no. quòd si non seruatur nuda conuentio, agi tamen nõ potest ex stipulatione pœnali. Tertiò not. quòd petitio pœnæ habet naturam processus alternatiui, cùm possit solui principale aut pœnale vsque ad sententiam. Quartò & vltimo not. ex hoc admitti purgationem moræ. Baldus.

Quando pœnalis stipulatio incipit à præcedenti conuentione nuda: si conuentio nuda non seruatur, agitur ad pœnam: à qua liberatur reus, si conuentioni nudæ pareat: aliàs condemnabitur ad pœnam. Et bona debitoris propter conuentionem non seruatam non debent in creditorem de facto transferri, sed ordine iuris seruato. Alexand.

XIIII. *Imp.* GORDIANVS A. *Cælio militi.*

SI † pacto[a] quo[b] pœnã aduersarium tuũ promisisse[c] proponis si placito[d] non stetisset, stipulatio subiecta[e] est: ex stipulatu[f] agens, vel id quod in conuentionem[g] deuenerat vt fiat, consequeris: vel pœnam stipulatione comprehensam more iudiciorum exiges[h]. nam[i] bona aduersarij tui in te transferri citra solennem ordinem[k] frustra deprecaris. P P. Kalend. April. Gordiano A. II. & Pompeiano Coss.

Non valet pactum per quod pater promittit in instrumento dotali se filiam instituturum in æquali portione cum filio, quia aufert liberam testandi facultatem. Alexan. & Bald.

XV. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIANVS nobilis. Cæs. Rœstmenio.

1 PActum[l] quod dotali instrumento comprehensum est, vt si pater vita fungeretur[m], ex æqua portione ea quæ[n] habebat, cũ fratre heres patri suo esset: neq. vllã obligationem contrahere, neq. libertatem[o] testamẽti faciẽdi mulieris patri potuit auferre[p]. PP. X. Kal. Martij, Æmiliano & Basso Coss.

Fideicommissum fratribus reciproce iniunctum, potest pacto remitti: & sufficiens causa est, quòd vnus alteri, & alter alteri remittat. Bal.

XVI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. *Diaphanto.*

1 CVm proponas[q] filios testamẽto scripto heredes rogatos esse, vt qui primus rebus humanis eximeretur[r], alteri portionem hereditatis restitueret: quoniã precariam substitutionem fratrum consensu remissam adseris, fidei commissi persecutio cessat. P P. IIII. Id. Feb. Maximo II. & Aquilino Coss.

Pactum cum scriptura & sine scriptura eiusdem est efficaciæ. Vel sic: Fides non scripta sicut scripta est seruanda. Bal.

XVII. *Iidem* AA. *Dexímacho.*

2 PActum quod bona fide[s] interpositum docebitur: etsi scriptura nõ existẽte, tamẽ si aliis probationibus[t] rei gestæ veritas comprobari potest, præses prouinciæ secundum[u] ius custodiri efficiet. P P. IX. Kalen. Iul. hisdem Coss. quibus supra.

a ¶ *Si pacto.* Tria fuerũt pacta. Primum nudum de aliqua permutatione. Secundum nudum de pœnæ præstatione. Tertium vestitum verbis, scilicet de præstatione eiusdem pœnæ. Dic ergo, si pacto scilicet secundo.
b ¶ *Quo* scilicet secũdo.
c ¶ *Promisisse.* id est nudo pacto conuenisse.
d ¶ *Placito* s. primo.
e ¶ *Subiecta.* quæ est tertium pactum.
f ¶ *Ex stipulatu.* scilicet ex tertio.
g ¶ *Conuentionẽ* s. prima.
h ¶ *Exiges.* per tertium pactum.
i ¶ *Nam.* respondet tacitæ obiectioni.
k ¶ *Solennem ordinem.* sed cum solenni posses, vt si debitor cedat bonis secundum quosdam. 2 Vel dic quòd est ordo vt ex interlocutoria olim fiat in omnia bona missio: *vt ff. quibus ex cau. in pos. ea. l. j.* hodie pro mẽsura debiti declaratio: *vt j. de bonis auct. iud. pos. l. pro debito. & l. cum proponas. & authen. ibi posita.* Ex definitiua secũdùm legem. *ff. de re iudi. l. à diuo. § in venditione.* ¶ Ei autem quod dicitur cõpetere ex stipulatu ad pœnam, est contra *ff. si cer. pet. l. si quis certam. & insti. de ver. oblig. in prin.* Solu. hæc pœna erat in facto, vt scriberet librum, vel similia. 2 Vel dic ex stipulatu, i. ex stipulatione, certi. s. condictionis *vt j. de dolo. l. j.* Tertij dicunt quòd hæc est incerta propter euentum, quia nescitur quid consequatur, *vt hic, & ar. ff. de verbo oblig. l. vbi autẽ nõ apparet. § qui id quod. & § fundi.* hoc nõ valet, quia semper est incertum antequam consequatur pœnã. 4 Media placet. ¶ Item quæro, an obligatio naturalis quæ oritur ex nudo pacto secundo & primo, sit nouata per stipulationem? Dic quòd sic, nisi esset in contrarium actum: *vt ff. de act. & oblig. l. obligationũ ferè. in fi. & de noua. l. fin. in prin. & de ver. obl. l. ita stipulatus. § fi.* hodie nõ: *vt j. de noua. l. fina. in fi.* ¶ Item nunquid vestitur primum ab vltimo? Respon. non: quia nõ vestitur principale ab accessorio: *vt j. de contrahen. & commit. stipula. l. nuda.* ergo quod dicit, consequeris, scilicet actione quæ oritur ex tertio pacto. ¶ Item quomodo ad aliud agitur & aliud consequor? Respon. metu tertij paretur primo: *vt arg. j. de rei vxo. ac. circa prin.* & ideo dicit, consequeris per actionem: sed ad pœnam dicit, exiges: *vt ff. de leg. ...* *§ si rem.* In casu tamen agitur ex primo, non tertio. *vt ff. de ope. lib. l. si ita stipulatio.* ¶ Sed quando committitur hæc stipulatio? Respon. plenè vt diximus. *ff. si quis cau. l. etsi post tres.* in glos. nam ipso iure &c.

PActum.] CASVS. Filiam tuam cuidam viro tradidisti, & pro ea dotem tradidisti, sed cum ea conuenisti, vt tibi cũ fratre suo ex æquali portione succederet: neque ciuiliter neque naturaliter te obligasti: cum tale pactum sit cõtra bonos mores. s. de futura successione: vnde eo non obstante habes testandi facultatẽ. Viuianus.
l ¶ *Pactum.* comprehensum inter patrem & filiam.
m ¶ *Fungeretur.* id est decederet.
n ¶ *Ea quæ.* quę erat sui.
o ¶ *Libertatem.* id est facultatem.
p ¶ *Auferre.* *vt s. e. l. fin. & de inoffi. test. l. si quando. § j. & de colla. l. pactum. & ff. pro socio. l. in duobus. ... si fratres.* § Idem respondit. Est enim turpe pactum non solùm quod contra ius vel naturam est: sed & illud quod facit non esse liberi arbitrij, quod esse debebat: *vt supra d. sacrosanctis ecclesijs.*
q ¶ *Cum proponas.*] CASVS. Duos filios heredes instituisti, & eos rogasti, vt si quis eorum sine liberis decederet, quòd alij portionem suam restitueret. illam substitutionem factam adinuicem remiserunt. an valeat pactum quæritur? & respon. quòd sic, licet videtur contra, cum pactum sit de non succedendo: *vt infra de colla. l. pactum.* quia licet vnicuique renũciare iuri suo. Viuianus.
q ¶ *Cum proponas.* licet hoc pactum videatur contra ius, non tamen est. quia vnicuique &c. *vt infra eo. l. pe. & ff. eo. l. pactum. & fa. infra titu. j. l. de fideicommisso. & de pac. conuen. l. hereditas.* Item si vnus fratrum cum alter frater rem venderet præsens non contradixit, dico eum sibi fecisse pręiudicium: *arg. infra de fideicom. l. quoties. j. & de lega. ij. l. cũ pater. § libertas.* Sed contra ff. de leg. j. l. si fundum per fideicommissum. Itẽ[c] differt hęc l. à prima huius titu. quia ibi, alter tantùm rogatus legitur, hic vterque. Item ibi vnus solus remisit, & non totum remisit, hic vterque & totum. & ea quæ ibi diximus, & hic dici possent.
r ¶ *Eximeretur.* scilicet sine liberis.

PActum.] CASVS. An sine scriptis valeat pactum, quæritur? & respon. quòd sic. & ideo pręses seruabit secundum ius, id est secundum iuris formam: vt si fuerit ad agendum, agatur: si ad excipiendum, excipiatur. Viuia.
s ¶ *Bona fide.* id est non dolo vel metu.
t ¶ *Probationibus.* id est approbationibus: videlicet si tales sũt personæ quæ paciscũ, & res quæ in pactum possunt deduci, nec pactũ sit improbatum, scilicet contra leges vel bonos mores.
2 Ego aliter lego, vt ponatur hæc dictio propriè. & expone: puta testibus vel confessionibus partium.
u ¶ *Secundum ius.* id est secundum iuris formam, siue ad agendũ, siue ad excipiendum. ¶ Sic ergo nota, quòd tantùm valet pactũ sine scriptura[d], quantum cum scriptura: *vt infra titu. j. l. cum te. & infra fami. ercisc. l. non ideo & de rei vin. l. iudicia. & de fidei instrumen. l. j. & l. in instrumentis. & l. sequen. & l. in exercendis.* Sed fallit in casib. *vt supra authen. hoc ius porrectum. de sacrosanct. eccles. & infra de non nume. pecu. l. generaliter. & infra de fide instrumen. l. contractus. & de iur. emphy. l. j. & ff. de proba. ... & infra si minor. ... supra de mandatis principum. l. j.* Sed non est pactum. Accursius.

Vide ad hanc legem Alexandrum. Decimum ad l. legem supra eod.

Correcta per nouellã Leonis 19.

Imago l. pacti dotali infra de collatio. & l. vlt. ff. de suis & leg.

Missio in bona possessionem. ... per mensura debiti ... definitiua secundum legem ...

a Pactum turpe dicitur multis modis.
b Libertas arbitrij pactum ... & omnia illa ... arbitrium tollitur.
Diophanto.
Iunge hanc legem cum l. j. supra eo.
Id hodie non ... in fraudem iuris aut cuiusquam.
Deximacho.
c legendum ergo. Sed.
d Pactum sine scriptura an tantum valeat quantum cum scriptura.

Ex receptione partis debiti soluti ab vno ex correis debendi, inducitur diuisio debiti: ex qua quo ad omnes reos debendi inducitur exceptio taciti pacti: & sic alij pro virilibus partibus tantùm conueniri possunt. Alexand.

XVIII. *Iidem AA. Iulio & Aemilio.*

SI creditores vestros ex parte debiti admisisse quenquã [a] vestrum [a] pro sua persona soluentem † probaueritis: ad tuus rector prouinciæ pro sua grauitate, ne alter [b] pro altero [c] exigatur prouidebit [d]. PP. VII. Id. Ian. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. Coss.

S *I creditores.*] CASVS. Habebas tres debitores qui tenebantur tibi in x. & in solidum. vnum cõuenisti: & pro parte sua exegisti, volens à quolibet suam partẽ exigere. remisisti portionem aliis non soluentibus. an regressum cõtra eum pro portione istorum habeas? Respõn. obstare exceptionem pacti: quia videris cũ eo pepigisse accipiendo partem debiti, & diuisim & nõ in solidum conueniendo, ne pro portione illorum conueniatur: & sic non potes agere. Viuia.

a ¶ *Quenquam vestrum.* qui singuli in solidum tenebamini.

b ¶ *Ne aliter.* scilicet qui soluit.

c ¶ *Pro altero.* qui non soluit.

d ¶ *Prouidebit.* taciti pacti exceptione opposita: *vt j. de fideius. l. liberũ.* ¶ Sed contra eo. titu. l. reos. Solu. hic admisit dicendo: quemlibet admitto pro parte: vt patet ex verbo, quemquam id est quemlibet vestrum. est enim signũ vniuersale: *vt ff. de heredi. instit. l. hoc articulo.* & secundum hoc est expressum pactum. 2 Vel etiam dic tacitũ. s. residuum non petam. 3 Vel ibi in solidum vnum conuenit. secus si diuidat [a] petendo pro parte vel accipiendo: & sic debet esse quenque i. vnumquenque. & sic tacitum pactum: vt hic secũdùm Azo. 4 Vel dic non rediri ad primum: vt hic, nisi alius sit non soluendo: vt ibi. & arg. *ff. de fideius. l. inter eos. §. j. ij. & iij. & de pecul. l. si ex duobus. in fin. j. respon.* ¶ Et eisdem modis, scilicet primò & tertiò, solue aliud contrarium, *ff. de lega. j. l. si ex toto. §. j.* 2 vel ibi expone alteru tro. id est altero. *vt & ff. de pact. l. rescriptum. §. si pacto.* 3 vel in vltima voluntate speciale. ¶ Item *arg. contra ff. eo. l. tale. §. post diuisionem.* sed etiam ibi plus accepit ab vno, quàm deberet: nec erant rei debendi. Acc.

Pactum futuræ successionis inter priuatos non valet, etiam pro donatione causa mortis: sed inter milites ad discrimen belli pergentes factũ contemplatione mortis vim habet vltimæ voluntatis. h. d. & nõ est alibi secundum do. Alexan.

XIX. *Iidem AA. Victoriano militi.*

LIcèt [e] inter priuatos [f] huiusmodi scriptũ, quo cõprehẽdit, vt is qui superuixerit, alterius [g] reb. † potiatur, ne donationis quidem mortis [h] causa gestę efficaciter speciẽ ostẽdat: tamẽ cum voluntas [i] militum, quę super vltimo vitæ spiritu, déq. familiaris rei decreto [k], quoquo [l] modo cõtemplatione mortis ĩ scripturã deducitur, vim postremi iudicij obtineat, proponásq. te ac fratrem tuum ad discrimen prælij pergentes [m], ob cõmunem mortis fortunam inuicem esse pactos, vt ad eum qui superstes fuisset, res eius cui casus finem vitæ attulisset, pertinerent. existente conditione intelligitur ex fratris tui iudicio, (quod principalium constitutionum [n] prompto fauore firmatur) etiam rerum eius compendium [o] ad te delatum esse. PP. XV. Kal. Deceb. Sirmij, ipsis. XV. & III AA. Coss.

L *Icet.*] CASVS. Pactum inter priuatos de futura successione, contra bonos mores factũ est: vnde nõ valeat. verùm si duo milites ad bellum venientes pepigerunt, vt quicunque illorũ in bello decederet, bona eius ad superstitem deuoluerentur, an valeat pactum, quæritur? & respon. quòd sic propter priuilegiũ militiæ. & ad bona decedentis vocabit superstes. Vi. ¶ Not. primò ex hac l. quòd [b] per donationem causa mortis non potest dari hereditas: sicut nec per codicillum vel epistolam. quod tene mẽti secundum Bart. 2 Secundò not. quòd verbũ [c] potiatur, & verbũ pertinere, videntur esse verba directa. 3 Tertiò not. quod nomine rerum [d] vniuersa hereditas significatur, secundùm Bal hic.

e ¶ *Licet.* id est quamuis.

f ¶ *Inter priuatos.* [c] non priuilegiatos.

g ¶ *Alterius.* scilicet qui non superuixerit.

h ¶ *Mortis causa. vt j. de pact. conuen. l. hereditas.* huic enim donationi potius accedere videbatur, sed tamen non est quia ĩ donatione pręfertur donatarius heredi: *vt ff. de don. cau. mor. l. Seia. per. l. illam. in §. fin.* 2 Dic quòd non videtur donare causa mortis nisi expresserit: *vt ff. de do. cau. mor. l. senatus. §. j.* hic autem tali pacto heredem sibi efficere cupiebat. Item donatio emolumentum, & non onus afferre potest: *vt ff. man. l. si he. editatem.* hic autem etiã onus habet propter vicissitudinem [f], quia in persona cuiuslibet eorũ habebat locum dictum pactũ. ADDITIO. Dicit hic Cyn. q̃ ideo nõ est hic donatio causa mortis, quia illa requirit quinq. testes: *vt infrà de codic. l. fin.* hic autem non fuerunt nisi duo: ergo non potest valere vt donatio causa mortis inter priuatos.

i ¶ *Voluntas* scilicet aliàs in alio casu.

k ¶ *Decreto.* id est dispositione.

l ¶ *Quoquo modo. vt j. de testa. mili. l. milites.*

m ¶ *Pergentes.* iam armati. ADDITIO. Ista glos. est not. secũdùm Ioan. Mar. hic ad hoc quòd ille q̃ stat armatus iuxta delinquentem, videtur sibi præstare opem, & de rixa cogitasse.

n ¶ *Constitutionũ.* id est legum.

o ¶ *Compendium.* scilicet vniuersitatis, non solũ quodlibet emolumentũ singulare. ¶ Sed quęritur an sit testamentũ. Quidam quòd sic: *vt hic innuit in fin. l.* Alij contra, & dicunt simpliciter [a] vltimam volũtatem ADDITIO. Ista glos. est sing. secundum Ang. *in l. ij. §. genera. ff. de acquir. pos.* & secundum l. a. hic. ad hoc q̃ dabilis [b] est vltima voluntas in genere.

Dominium non acquiritur solo consensu vel contractu: sed demum traditione secuta, si tradens est dominus: si autem non est dominus, tunc secuta vsucapione. Alex.

XX. *Iidem AA. & CC. Martiali.*

TRaditionibus [p] & vsucapionibus [q] dominia rerum, nõ nudis [r] pactis trãsferuntur. PP. Kal. Ian. ipsis. V. & IIII. AA. CC. Coss.

T *Raditionibus.*] CASVS. Conueni tecum de permutanda re mea cum tua nudo pacto, traditione non secuta. an propter hoc rei meæ dominus effectus sis, quęritur: & respon. quòd vsucapione & traditione dominia rerum transferuntur: non nudo pacto, vel aliter pollicitus sum tradere: & non tradidi. & vide vt priùs. Viuia. ¶ Ex hac. l. no. tria. 1 Primò quòd rerum dominia quæruntur per traditionem. 2 Secundò, quòd rerum dominia transferuntur per vsucapionem. 3 Tertiò, q̃ ipsa rerum dominia nõ quæruntur per obligationem seu conuentionem personalem. Bal.

p ¶ *Traditionibus.* vel [c] quasi: *vt instit. de re. diui. §. interdum.* Item intellige cum causa vera vel putatiua. *ff. de acquir. re. do. l. nunquàm.* & idonea ad transferendum dominium: *vt institut. de re. diui. §. per traditionẽ.* & à domino. *vt ff. de acquir. re. do. l. traditio.* vel quasi: *vt instit. qui. alie. licet. §. j.* Sed & his interuenientibus fallit in re vendita tradita, nisi satisfaciat de precio *vt instit. de re. diui. §. vendita.*

q ¶ *Et vsucapionibus vt ff. de vsucap. l. vsucapio est.* ¶ Sed an idem in præscriptione [d]? Quidam vt M. sic: *vt ff. de vsuca. l. eum qui. & instit. de vsucap. §. j. in fin.* Nos contra: *vt j. de praescript. XXX. an. l. si quis emptionis. in princ.* & dicta iura quæ dicunt dominium quæri, nõ obstant. Sed dic, scilicet vtile, siue effectum dominij.

r ¶ *Non nudis. vt j. de rei vin. l. seruum.* & nudum appellat omne quod non est traditione subnixum. i. quod non habet rei traditionem annexam: licet sit vestitum: *vt ff. de pig. act. l. j.* fallit in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diẽ: *vt ff de rei vindi. l. e. si quis hac. in princ. & j. de pac. inter emp. & vend. l. cõmissoria.* Itẽ in ecclesia [e]: *vt s. de sac. san. ec. l. si. & j. de dona. quæ sub mo. l. j.* Itẽ in man' insectione: *vt ff. de contrah. emp. l. si quis sub hoc.* vel vbi post iiectionem man'. Item in vltimis voluntatib. *vt ff. de seruit. l. Papinianus. & de le. j. l. cum pater. §. surdo. & de acqui. pos. l. cum heredes. in prin.* Itẽ aliud in possessione: *vt ff de acqui. poss. l. si quis. ij. §. differentia.*

C *Um proponas.*] CASVS. Hereditatem fratrum meorum ex testamento dicebas te possidere: dixi testamentum illud esse falsum: & me debere eis succedere ab intestato. me agente here. peti. mecũ pro dimidia hereditatis transegisti. ex isto themate tres eliciũt quæstiones. 1 Vna, an si possideam rẽ mihi adiudicatã nomine trãsactionis. & eã reuocare vis: an tibi obstet exceptio? dicitur q̃ sic. 2 Est & alia: si non possideam, an ex pacto trãs

actionis

actionis agere possim, si placitis nõ stes: resp. quòd non, si stipulatio non intercessit. & si ago cõtra te: & excipias de transactione: replicabo de dolo, sc. quia fides transactionis siue pacti tibi seruanda non est, ex quo mihi eã seruare nõ vis. 3 Vel aliter hereditatem fratris mei possedisti, quia te instituit hered. fundum à te petebam paternum: & mecum pro dimidia here. trãsegisti: & procede sicut in primo casu facta fuit super hereditate trãnsactio, vt tibi remitterem quæstionem fundi. Viuia.

†Pertinet pro parte, hæc lex ad Tit. seq. sed non male hic sub titulo posita est.

a ¶*Inter vos*. scilicet te & aduersarium.

b ¶*Fratrum*. præmortuorum sc. qui vel totum vel maiorẽ partẽ hereditatis aduersario tuo reliquerant. Sed cũ ei de fundo quodã qstionem faceres, vt ei illam remitteres, cõuenit tecum hereditatẽ æqualiter diuidere: vt dicit. 2 Vel dic quòd totam vindicabas ex alio forte titulo. & sic planius legitur.

†Fidem frangenti regulariter fides seruari non debet. v. tamen Socinum regula. 149.

c ¶*Causa*. de fundo habita, de quo quæstionem inferebas. vel aliter vt dixi.

d ¶*Potes*. s. illum qui habebat tecum qstionem, nisi fortè vellet dicere pactum nudũ, & sic non valere.

e ¶*Possides*. id est quod ex transactione ad te peruenire debuit.

f ¶*Placito*. id est ex hac pactione sua conuentione nuda fuit pactio.

g ¶*Natam*. cur nõ? Respon. quia nondum videor planè impleuisse ex parte mea, licet actionem remittam: *vt ff. de condic. inde. l. elegãter. §. penul. & dices. j. tit. l. 9. sine apud.*

h *Stipulatione*. subaudi, Aquiliana.

i ¶*Vti*. sc. exceptione trãsactionis. & sic no. non a esse seruandam fidem non seruanti: *vt ff. de inoffi. testa. l. si instituta. in prin. & j. tit. proxi. l. si quis maior. & l. sine apud. & facit ff. de lega. ij. cum pater. §. libertis. & j. de fideicom. l. quoties j. & j. pro soc. l. si societatis. & facit. ff. e. l. diuisionis.* ¶Sed contra j. tit. j. l. cum mora. vbi & seruatur fides non seruanti, & ex pacto transactionis nascitur actio præscriptis verbis. Sol. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit facta conuentio per verba in quib. poterat cadere implementum, hîc non, sed per ista verba, promitto non agere, vel non petere: vel similia. Bar. hic.

a Fides non est seruanda fidẽ non seruanti. Eo quod Bar. Pau. & Ias. & cõtra primum in ca. peruenit. de iure iur. extra de constitutio. adde 140. Hippolyt. singulari 145. v. exceptionem ad hanc sententiam apud Socinũ regu. 149.

XXI. *Iidem AA. & CC. Castrio.*

CVm proponas † inter vos [a] sine scriptura placuisse, fratrum [b] tuorum successiones æquis ex partib. diuid, & transactionis causa [c] probari possit hanc intercessisse conuentionẽ, exceptione te tueri potes [d], si possides [e]. Quòd si aduersarius tuus teneat: & hoc placito [f] nullam actionem natam [g] esse, si tibi stipulatione [h] non prospexisti, debes intelligere, nec aduersario tuo transactione vti [i] concedendum est, nisi † ea quæ placita sunt, adimplere paratus sit. PP. Kalend. Maij, Fausto. II. & Gallo Coss.

De debito liquido per administratorem non potest fieri gratuita remissio. hoc dicit. Salycetus. Vel sic: Legitimus administrator potest recipiendo solutionem debitorem liberare, non autem debitum liquidum remittere. Alexand.

XXII. *Iidem AA. & CC. Acheloo.*

3 PActum curatoris recipere minorem quantitatem paciscentis, adultæ ætatis suffragiũ ne noceat efficiet. tutores. n. & curatores exigentes pupillis & adultis debitum etiã non remittentes [k] præstant obligationis liberationem. PP. XVIII. Kal. Decemb. Sirmij, ipsis. VII. & VI. AA. Coss.

Filius non potest tollere actionem competentem patri, per pactum de non petendo, vel etiam debitum recipiendo h. d. secundum Pa. de C.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Honorato.*

FIlius [l] paciscendo aut debitũ accipiẽdo, nihil detrahit patris obligationi [m]. PP. XVII. Kalend. Decemb. Sirmij, ipsis. VII. & VI. AA. Coss.

PActum.] CASVS. Quæsiuit quidam an curator adulti possit facere pactũ de nõ petẽdo & recipiẽdo partẽ cũ debitore ipsi adulti. itẽ an possit partẽ remittere? Et rñ. quòd neq. adulto pjudicat, nec remittens, sed cũ effectu debitũ exigẽs eum liberabit.

k *Remittentes*. gratias [b], & liquidum debitum: quia tunc non sunt loco domini, cum pupillum spoliant: *vt ff. de admi. tut. l. Lucius Titius. §. fin. & ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor. & arg. ff. de transact. cum hi. §. si prætor.* ¶Sed contra *ff. de fur. l. si pignore. in fin. & l. interdum. §. qui tutelam.* Sed ibi non erat liquidum: *vt j. tit. j. l. præses.* ¶Item contra *ff. de iniur. l. sed si vnius. §. j.* Sed ibi facit pactũ vt non nascatur actio: quod potest. hic natam volebat tollere. ¶Item contra *ff. de tutel. et rat. distr. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. & l. tutor.* Sed nec ibi erat liquidum.

b Tutor gratis nõ potest remittere liquidum pupilli seu debitum.

FIlius.] CASVS. Si debitori patris pactum fecit filius de non petendo an valeat pactum, quæritur: & resp. quod nõ: nec si debitor ei soluat, liberatur, patri enim filius præiudicare non põt. ¶Not. primò quòd filius nõ põt in pjudiciũ patris pacisci. 2 Secundò no. quòd id quod patri debet, nõ potest filio solui. de hoc vide quod le. & no. *ff. sol. ma. l. vero procuratori.* cum similib. Bal.

l ¶*Filius*. vt si patri postea succedit.

m ¶*Obligationi*. *vt & j. de re. cre. l. nec filius. & ff. de sol. filiusfamilias. & de compen. l. debitor.* ¶Sed contra *ff. de except. l. si iussu.* Sed ibi erat redhibenda res à filio vendita. vnde recipiendo eã facit quod pater necesse habuit facere. ¶Item fallit hæc regula *ff. eo. l. cõtra iuris. in fin. & l. sequen.* & repete hic quæ possunt adaptari ad filiũ, ex his quæ diximus in seruis: *vt sup. eodem l. si seruus* [a].

a Adde, debitum contra eũ per filium vel seruũ possit eo soluit, si vero, §. pactum. ff. e. & l. quæ seruus. ff. de pecu. & cotidie. quod seruus.

Pactum de non petendo factum aliquibus heredibus tantùm, non prodest aliis coheredibus. h. d. secundum primam lect. Alex.

XXIV. *Iidem AA. & CC. Domina.*

SI actionem legati vel fideicommissi quam aduersus heredes mariti quondam tui habuisti, te adfectione heredum [n] aliis remisisse probetur: exceptionem pacti contra debitores instituenti, actiones nocere tibi minimè posse intelligis. PP. XVII. Kalend. Ianua. Sirmij. CC. III. Coss.

Debitores super iure creditorum pacisci non possunt. Bald. Vel sic. Pactum inter debitores factum, seu heredes debitorum, quòd alter soluat omnia debita seu hereditaria, non nocet creditoribus, quo minus agere possint contra quemlibet pro debita sua hereditaria portione. h. d. cum l. seq. secundum Pau. de Cast. & Alexand.

XXV. *Iidem AA. & CC. Euhemero.*

DEbitorum [o] pactionibus [p] creditorũ petitio nec tolli [q] nec mutari [r] põt. S. IV. Kal. Mai. Sirmij. CC. III. Coss.

Creditor non tenetur seruare pacta heredum debitoris: sed ipsi heredes inter se seruare tenentur. Bal. Vel sic: Lex præcedens ponit regulam: ista ponit exemplum regulæ. h. d. Vel sic: AEs alienum ipso iure inter heredes diuiditur: nec eorum pacto creditoribus præiudicatur. Et non exhibito instrumento communi ad interesse potest agi. Salyce.

SI actionem.] CASVS. Decessisti, quatuor heredes instituisti tibi: & vxori tuæ legatum ab heredibus præstandum reliquisti duobus ex heredib. actionem sibi ex legato cõpetentẽ remisit vxor defuncti. an sibi præiudicauit quantum ad alios vt sibi agenti obstet pacti exceptio, quæritur? & resp. quòd non vel si duos instituit, & credebat quatuor institutos, & duob. puta remisit, nõ præiudicat sibi aduersus alios. Viuianus.

n ¶*Adfectione heredũ*. Et dic quòd cum erãt quatuor heredes, remisit duob. ex his: nõ prę iudicat cõtra alios: *vt j. tit. j. l. j. & ff. eo. l. si vnus. §. ante omnia.* 2 Vel si remisit putatiuis [b], nõ præiudicat contra veros: *vt ff. eod. l. si tibi. §. cum possessor.* Sed est contra. *ff. de constit. pecu. l. si post.* Sol. vt ibi [c]. Item contra *ff. eo. l. antepe.* Sed pone ibi casum vt ibi dixi. 3 Vel dic tertiò [d], actiones legatas pro parte remisit debitori amore heredum: & ideo nõ præiudicat in residuo.

b Putatiuis heredibus remissum, nõ præiudicat contra veros. hoc est non prodest veris.

c Dic ibi in pacto obligatorio: hic in liberatorio, las.

d Reprobatur quia est de indubitabili, nec congruit litteræ secundum Bar. & alios.

¶Dic ergo aliis: sc. heredibus secundùm primũ: vel aliis, qui heredes nõ erãt, secundùm aliũ: vel aliis, s. debitorib. affectione heredum, secundum vltimum casum: & est simplex relatio.

DEbitorum.] CASVS. Si Debitores tui quorum quilibet fuerit debitor in solidum, inter se pepigerũt, vt vnus pro omnib. tibi satisfaceret: an pacto eorum tollatur actio quã habebas aduersus alios, quæritur? & resp. quòd non. neque enim tolli potest in totum: neque mutari à persona in personam, scilicet quòd iste pro omnibus conueniatur, & illi liberentur. Viuianus.

o ¶*Debitorum*. hîc decessit creditor multorum debitorum duob. relictis heredib. *sed j. l. proxi. decessit debitor.*

p ¶*Pactionibus*. habitis inter eos. secus in creditoribus: *vt ff. eo. l. & l. vnum. §. fin. & l. sed.*

q ¶*Tolli*. in totum.

r ¶*Mutari*. à persona in personam: *vt ff. sa. cerist. l. iij. & j. sa. cred. l. licet. & ff. de regu. iur. l. alterius. & ff. eo. l. sale. §. post diuisionem. & l. si vnum. §. pacta. aliàs est. §. ante omnia.*

PActo.] CASVS. Decessit paterf. iij. vel. iiij. heredib. institutis, diuiso ære hereditario ipso iure quod testatori debebatur, vel ipse debebat. pepigerũt inter se vt creditori hereditario vnus pro omnib. satisfaceret. an eorũ pactum eũ solidũ creditori obligare possit, quæritur, & resp. quòd nõ: sed vnusquisque pro hereditaria portione tenebitur. neq. illud tantum locum habet in

succedente de iure ciuili, sed & prætorio. 2 Vel sic forma quæstionem an quis pro ære alieno alij in solidum pacto suo obligari possit: quæritur & respon quòd nõ. si autẽ cõuenerit inter eos quòd vnus haberet chirographa debitorum vt à debitorib. exigeret, & creditoribus satisfaceret: si placitis non stet, vt reddat vel exhibeat chirographa cõuenitur, vel ad interesse, vt faciat quod cõuenit, i. vt satisfaciat creditoribus. Viuian[*]. ¶Nota quòd obligatio diuisa inter heredes debitoris, vel bonorum successores, eorum pacto non potest in persona vnius redintegrari, secundùm. Bal. hic.

† In nonnullis exẽplis sic legitur, Pactũ successorum debitoris ex lege, &c. ad quæ alij heredi. pro portionibus quæsitum singulis ipsóque iure diuisum &c. sed hæc lectio falsa est & explodenda. Cont.

a ¶Ipso iure. vel dic pro portionib. quæsitis singulis ipso iure. & sic punctabis post dictionem iure. 2 Vel dic verius, æs alienum diuisum ipso iure, vt ar. j. si cer. pet. l. j. & fami. ercis. l. ea. & l. licet. & de her. vend. l. j. & l. pro hereditarijs. de here. actio. ¶Et quod dicit, æs alienũ. i. qd ipse aliis, vel alij sibi debebant: vt ff. de ver. l. cedere diem. § æs.

* Aliàs, cum coherede.

b ¶Vnum. successorẽ.

c ¶Non potest. i. pro ære alieno quis insolidum obligari nõ potest pacto suo, &c. Azo. cõuenerat enim inter eos quòd vn[us] haberet chirographa debitorum, & satisfaceret creditoribus: quod si nõ facit, vel vt reddat chirographa, vel ad interesse vt faciat quod cõuenit, conuenietur.

d ¶Honorario. id est iure prætorio.

† v. in hunc locum Fortunium Neejemã. na lib. 2. g 90. numero 5. Aciarum 5. Pandan.

e ¶De chirographis. i. instrumentis.

f ¶Exhibẽdis. s. cõdictione ob causam. 2 Vel dic vt exhibeantur secũdũ l. ff. fa. er. sequæ sunt.

xxvi. Iidem AA. & CC. Cornelia.

PActo † successorum debitoris, ex lege duodecim tabularum æs alienum hereditarium pro portionibus quæsitis singulis ipso iure [a] diuisum, in solidum vnum [b] obligare creditori non potest [c]: quod & in honorario [d] succedentibus iure, locum habet. De chirographis [e] itáque communibus exhibendis [f] coheredem [g*], vel non perfectis in diuisione placitis [h], cõuenire [i] quanti tua interest, potest. PP. III. Id. Octob.[*] Variani. CC. Coss.

Pactum cohærens contractui stricti iuris, informat illum adeo, quòd ex eo sic informato datur actio ad id quod in pacto deuenit. Salyc.

Vel sic: Legitur tribus modis in glo. tamen secundùm veram lec. hoc intendit, Pactum cohærens contractui stricti iuris, informat actionem quæ oritur ex illo contractu, vt ex ea sic informata agi possit ad id quod in pacto deuenit. Alexan.

xxvii. Iidem AA. & CC. Aurelio, Chresimo.

PEtens [k] ex stipulatione quæ placiti [l] seruandi causa secuta † est, seu antecessit pactum, seu post statim [m] interpositum sit, rectè secundùm se ferri sententiam postulat. S. VI. Id. Nouemb. Heracleæ. CC. Coss.

g ¶Coheredem. conuenire potes. aliàs, contra heredem. & aliàs, cum herede. & sub. agere potes.

h ¶Placitis. vt scilicet perficiantur.

i ¶Conuenire. præscriptis verbis. ¶Sed nũquid illo casu ille qui debuit ex conuentione in solidũ creditoribus respondere, prius conuenietur: vt euenit in duobus magistratibus dantibus tutorem, & conuenientibus vt alterius tantùm periculo detur: vt ff. de mag. con. l. j. § si inter. Respon. non quia vt ibi dicit, perinde est ac si alter tantùm dedisset tutorem.

k ¶PEtens. Quidã ita ponũt casum: Stipulatus sum à te quod nudo pacto conuenisti, vel conuenies. hæc positio nõ valet: quia quare diceret. statim? nam si post vel ante per mille an. pactus esset, idẽ esset: præterea nõ ageret ex pacto: vt ar. ff. de here. inst. l. asse. & de cond. inst. l. institutio. 2 Alij dicũt [a] quòd pepigi tecũ quòd in cõtractu quẽ feci vel faciã tecũ, de imperialib. intelligatur. & cõtractus stipulationis erat in decẽ. 3 Tu dic iij secundũ V. [b] pactũ fieri incontinẽti vt aliq̃d fiat stipulatori. & agitur ex stipulatione informata, & ex pacto præscriptis verbis. ¶Sed quid si vt aliquid fieret, conuenit debitori accipienti pecuniã sine vsuris? Rñ. nõ puto ei informari stipulationẽ: quoniã nõ ipse, sed alius interposuerat: sed si daret vsuras, fortè ꝯ. esset, q̃a gratia vsurarũ se creditor onerauit. ¶ Itẽ ad hoc vt vestiatur pactũ nudum ex stipulatione, intellige stipulationẽ factã super principali, pactum verò nudũ super accessorio. ¶Aliud autẽ dico si nudo pacto cõuenio de permutando: & si nõ dederis stipulor pœnã. nam hîc non puto pactum vestiri à stipulatione, cum stipulatio pœnæ sit accessorium: pactũ verò principale: & principale non vestitur ab accessorio. Sed contra: vt infra de contrahen. stipul. l. nuda. Item si nudo pacto conuenio de permutando, & incontinenti aliquid nudo pacto paciscor, deinde ex interuallo primum pactum ex rei traditione vestiatur, an & secundum pactũ à primo sumat vires? Respondeo nõ, quia ab initio fuit nata tantùm naturalis obligatio, postea nascitur ciuilis. sed secus dico vbi à principio nascitur etiã conditionaliter ciuilis & naturalis. vt in venditione conditionali: vt ff. de peri. & com. rei ven. l. si in venditione secundùm Azo. ¶ Itẽ quid si pacto nudo & vestito interposito tollã per acceptilationem vestitum, an remaneat aliud? Quidam dicunt quòd sic: vt ff. de contrah. em. l. sed Celsus. § si fundus. & ar. ff. de contra tabu. l. si post mortem. § fin. Accur.

a Al. mali Bar. Pau. & Ias.

b Hæc placet Bartol. Pau. Alexan. sed prior melius congruit textui secundùm Ias.

l ¶Placiti. quod erat de dando centum animo nouandi, secundũ tertiam positionem.

m ¶Statim. siue ante, siue post: vt j. de edi. act. siue apud. & de vsur. l. si vsuras. & ar. ff. de incen. rui. nau. l. si quis. § quod ita. & ff. si cert. pe. l. lecta.

Præstatio temporalis non est modus obligationis validandæ. Vel sic: Nudum pactum præstatione longi temporis non vestitur. Vel sic: Præstatio regulatur à causa à qua descendit: non autem regulatur à præstatione. Et loquitur hæc lex in præstatione formali, id est ad certam causam relata h. d. secundum Bald. Vel sic: Præstatio diuturna non est efficax ad confirmandum pactum nudum, seu obligationem inualidam. Vel sic: Pactum nudum rei interuentu non vestitur contra ipsum implentem: sed vestitur verbis, id est si sit stipulatione vallatum. Alexand.

xxviii. Iidem AA. & CC. Leontio.

SI certis [n] annis, quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit: ad præstandum in posterum indebitum solutum obligare [o] non potuit eum qui pactum fecit, nisi placitis stipulatio intercesserit. S. III. Non. Decemb.[*] Burtodixi, ipsis. VIII. & VII. AA. Coss.

Priuilegio fori à lege vel à principe indulto potest renunciari, & iudex vel arbiter qui admittit exceptionem declinatoriam non admittendam, facit litem suam. hoc dicit Bald. & Salycetus.

xxix. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni PP.

SI quis in † conscribendo [p] instrumẽto sese confessus fuerit nõ vsurũ fori præscriptione [q]

SI certis.[a]] CASVS. Mutuaui tibi. x. pacto mecum cõuenisti vt præstares vsuras. x. annis soluisti: sed plus soluere non vis. an ex pacto tecũ agere possim vt in posterum soluas, quæritur? & respõ. quòd non, nisi pacto fuisset subiecta stipulatio. alio modo pone vt in glo. Viuia.

a v. ad hunc locum Barbatias. de præscriptionibus. 3 parte 5. quæst. 10 passim vbi quærit & disputat, verum ex lõgi tẽporis cursu cum præstatione vel sine, inducatur titulus.

n ¶Si certis. Casum pone in vsuris: vt j. de vsuris. l. creditor. 2 Vel pone in operis nudo pacto debitis, vt ff. de operis lib. l. operis. Sed ibi nec nudo pacto erant conuentæ operæ. 2 Vel in donatione olim, hodie secus: vt j. de nona. l. si quis argentum. § fin. 3 Vel in seruis ex quacunq. causa promittẽtibus postea factis liberis: & ita sciebant se non teneri nisi naturaliter tãtùm: sed vim ciuilis credebant forte habere. Si autem poneres in eo qui crederet se ciuiliter & naturaliter obligatum, cum esset naturaliter tantùm: etiam stipulatione facta subueniretur promissori propter facti errorẽ: vt j. de erro. calc. l. j. quod hic videtur negari. secundùm Azo. facti error erat: s. credebat fortè se promisisse post manumissionem, cum ante promisisset, sed quando credidit quòd teneatur ciuiliter. ¶Dic ergo si certis. s. paucioribus tribus, secundùm M. ¶Et sic soluitur contrarium. j. de fideicommiss. l. j. vel ibi duplici fauore, s. alimentorum, & vltimæ voluntatis [b]. Vel hic errans soluit, ibi sciens. ¶ Et sic etiam non obstat. infra de non numeranda pecun. l. cum fidem.

tiã semel posita s. 3. hac consuetudine j. de episcop. audien. l. si quis in conscrib.

b Hanc solutionem sequitur hic Bar. priore & sequenti reprobata.

o ¶Obligare. de præstando in posterum. ¶Sed contra ff. de vsur. l. cum de in rem verso. Solu. vt ibi in glo. s. decennio.

SI quis in conscribẽdo.] CASVS. Hæc lex dicit, quòd si aliquis specialiter fori priuilegio renũciet, quod sibi ratione militiæ vel dignitatis cõpetit nõ potest cõtra suã renunciationẽ seu pactum venire, & subijcitur ratio: quia nõ licet decipere cõtrahẽtes. pacta quæ legitimè inita sunt retractãdo, quæ prætor tuetur neque antiquæ regulæ repugnare, qua dicit quòd vnicuiq. licet his, quæ pro se introducta sunt renũciare. In fine verò dicitur quòd si iudices, maiores vel minores arbitri, siue illi qui in locũ recusati iudicis eligũtur, hoc obseruare neglexerint, puniẽtur. ¶No. primò ex hac l. secundũ Bal. quòd ille qui cõfitetur renũciare videtur. 2 Secũdò no. circa finẽ. & ad hoc sæper allegatur, quòd sicut iud. qui malè iudicat, facit litem suã. ita arbiter vel arbitrator sed tñ non tenentur nisi de dolo & lata culpa postquam fuerunt assumpti de consensu partium, per l. j. § j ff. si mẽ. falsum mo. dixe. Pau. hic.

p ¶Si quis in conscribendo. non est in hoc vis: vt s. eo. l. pactum. q.

q ¶Præscriptione. id est exceptione.

Militia

a ¶ *Militiæ*. nam vt conueniatur sub magistro militum, habet priuilegium: *vt j. de iurisd. omnium iudi. l. magisteria*.

b ¶ *Dignitatis*. dignitas est genus: sacerdotium species. & dic de tali sacerdotio vt dicit: *j. de naturali. l. j. circa princ.* si autẽ diceres de clericis ᵃ coram episcopo, corrigeretur per decre. de foro cõpe. si diligenti. & per authen. Frederichi statuimus. positam *sup. de episc. & cleri.* vbi dicitur quòd non possunt renũciare priuilegiis fori. & in auth. de sanc. episco. §. œconomos. coll. ix. ADDIT. Dic quòd illa iura loquuntur in eo qui renunciaret foro sui ordinarij. sed text. iste potest etiam hodie procedere in eo qui renunciaret priuilegio fori, vt non posset conueniri nisi coram aliquo particulari iudice, puta coram Archidia. vel alio iudice speciali. Bar. Ioan. Mariæ, & Ia.

ᵃ Clerici priuilegio fori renunciare non possunt.

c ¶ *Scripturã*. in qua fuit confessus se non vsurum fori priuilegio.

d ¶ *Nemini licere*. pa. scienti um, secũdum Py. non quia iudices eorum possunt eos extrahere. vel lex ista loquitur in illis personis quæ tres iudices habent: vt scholares.

† vide gl. l. in c. si diligenti. ex tra de foro cõpe.

e ¶ *Decipere*. hæc duo simul iuncta non permittuntur: sed alterũ vtcõtra ᵇ pacta venire licet quandoque: vt statim dices in casibus in quib. nõ videt decipere, cũ auctoritate legis fiat. ¶ Itẽ licet cõtrahentibus se mutuo decipere ᶜ: *vt ff. de minor. l. in causa. ij. §. pen.*

ᵇ Auctoritate legis contra pactum venire licet.

ᶜ Deceptio contrahentibus permissa.

ᵈ Aduersus pacta an venire liceat & an renunciare iuri suo pro se introducto liceat. v. plenissime apud Socinum regula. 335.

f ¶ *Edicto*. quod est *ff. eo. l. iure gentium. §. prætor ait.*

g ¶ *Non valeant*. non potest reddi ratio: *vt ff. de verb. oblig. l. à Titio*. in *fi* [illegible]

h ¶ *Antiqui. vt & ff. ad Velleia. l. fin. §. pen. in fin. & de mino. l. si index. & ff. eo. l. pactum. & j. de episc. & cleric. l. si quis in cõscribendo.* ¶ Sed contra ᵈ *ff. de iurisd. omn. iud. l. si conuenerit.* Sol. vt ibi ᵉ. 2 Itẽ fallit hæc regula in quibusdã casib. notatis hic à Io. Primus *ff. de pact. do. l. de dic. cum ij. & seq.* sed ibi speciale: *vt arg. ff. sol. mat. l. j.* 3 Secundus *ff. sol. matr. l. alia. §. eleganter.* Sed ibi. quia contra bonos mores. 4 Tertius *ff. de pollu. l. quos prohibet.* Sed ibi propter honorẽ prætoris: *vt ea. tit. l. j.* vel vt puniantur prohibiti: *vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. §. quod si quis.* 5 Quartus *ff. de procur. l. insf. §. veterani.* sed ibi propter publicã vtilitatẽ: *vt j. locati. l. milites.* 6 Quintus *j. de iur. calum. l. ij. §. sed quia.* sed redditur ibi ratio. 7 Sextus *j. de libe. cau. l. nec si volens.* sed ibi nõ sunt verba pacti: vt diximus. *j. de his & fac. ignor. l. cum testamentum.* 8 Itẽ *ff. de vsufru. l. sed & si quid. in fin.* Expone vt ibi. 9 Itẽ alius *j. de pact. pig. l. fi.* sed ibi speciale, ne creditores nimiũ extẽdãt suã auaritiã. 10 Itẽ *ff. si quis caut. l. sed & §. quæsitum.* sed ibi tenet speciale pactũ, & ita nõ est cõtra. 11 Itẽ cõtra *j. de quæstio. l. seruos.* ibi nõ fuit pactũ. 12 Itẽ & *ff. de pact. l. si vnus. §. pacta.* sed ibi ponitur ratio solutionis. 13 Itẽ cõtra *j. de inoff. test. l. si quando. §. illud. & de colla. pactum. & j. l. proxi.* Sed illud cõtra bonos mores. 14 Itẽ *ff. eo. l. ius autem agnationis.* sed ibi est ius naturale. 15 Item *j. de pat. po. l. abdicatio.* sed ibi nõ fuit pactũ. 16 Item *ff. de transact. l. cum hi. in princ.* Solu. speciale ibi. 17 Itẽ *ff. de pigno. actio. l. tig. in fin.* sed est speciale: vt ibi notaui. 18 Item *j. de aduo. diuer. iudi. l. ne quis.* Sol. vt ibi not. 19 Item *ff. de lib. caus. l. j. ij. & iij.* sed ibi nõ tantũm renunciãtis, sed etiã mei causa est: *vt in eo. tit. l. quoniã.* 20 Itẽ *ff. de preca. l. cu precario.* Sed ibi nõ fecit pactum de nõ petendo: tunc. n. teneretur: sed concessit ad tempus, & etiam interim mutauit voluntatem: ideo quia cum vnum speciale pro eo cui conceditur, inducatur: scilicet ne teneatur nisi de dolo & lata culpa: & hoc contra eum inducitur: *vt ff. de iure. l. eum qui. in princ. & quib. ex cau. ma. l. j. & de precario. l. quæsitum. §. eum quoque secundum Io.* 21 Item *ff. commu. diui. in hoc iudicium. §. si tormentas.* sed ibi vt euitetur infinitas. 22 Item & alius *ff. de danf. act. de lib.* 23 Item & alius *ff. de off. præf. l. pen.*

ᵉ Tu dic quòd quandoque aliquis est iudex alterius, sed ille ex proprio priuilegio potest eũ declinare. exemplum in scholari, authentica habita, infra ne filius pro pa. tre. exceptum etiã in l. in. fra si qua per potentiam. l. j. tunc per pactũ potest renunciare. ita loquitur hic. & tex. tunc j. contrade iudic. secundum communiter doc. ibi. Aut quis nullo modo est iudex, & tunc per pactũ ista exceptio iudicis incompetentis non potest impediri. ita loquitur. l. si conuenerit. ff. de iurisd. omnium iud. secundũ Bart. hic.

i ¶ *Iudices*. ordinarij.

k ¶ *Obseruent*. si de hoc aliqua coram eius causa est, vt nõ audita allegatione fori procedant.

l ¶ *Pedaneos. i.* delegatos. & ponitur in auth. de iudic. §. vetus. colle. v. alias ponitur etiã pro ordinario qui tñ de minimis cognoscit: *vt j. de peda. iudi. l. fin.* ¶ Et quod subiicit, cõpromissarios ᵇ, sic cum pœna: & arbitros electos, scilicet sine pœna. Vel dic cõpromissarios scilicet arbitros & electos: vt ponatur totum pro eo qui datur in locum recusati iudicis: *vt j. de iudi. l. apertissimi.* vel dic vt prius. Vel quod subiicit, electos, scilicet in locum recusati.

ᵃ Pedaneus [illegible]

ᵇ Compromissarii & arbitri differentia.

m ¶ *Suam*. sed qualiter potest habere locũ in arbitro? Respondeo: vt quia compromisimus de causa principali: & sic sunt duæ rationes. Prima quia compromisit, & quia renũciauit. 2 Vel dic quòd de hoc ipso fuit compromissum an renunciatio valeat.

ᶜ vi. ad hanc Ferrariũ Nomenclatura 35. numero. 4.

n ¶ *Intelligantur*. & sic actione in factum ex quasi maleficio tenentur: *vt inst. de obliga. quæ ex qua. delicto. in princ.* ¶ Sed videtur quòd arbiter non faciat litem suam: *vt j. de arb. auth. decernimus. quæ est contra.* Sol. ibi deliquerũt partes compromittẽdo contra legem: & ita arbiter non tenetur eis.

propter cingulum militiæ ᵃ suæ vel dignitatis ᵇ, vel etiam sacerdotij prærogatiuam: licet antea dubitabatur, si oporteret eandem scripturam ᶜ tenere, & eum qui hoc pactus est, non debere aduersus suam conuentionem venire: vel licẽtiam ei præstare, discedere quidem ab scriptura, suo autem iure vti. sancimus nemini ᵈ licere aduersus pacta sua venire, & contrahentes decipere ᵉ. Si. n. & ipso prætoris edicto ᶠ conuenta, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnimodo obseruanda sunt: quare & in causa pacta non valeant ᵍ, cum alia sit regula iuris antiqui ʰ, omnes licentiam habere, his quæ pro se introducta sunt, renunciare †? Omnes itaque iudices ⁱ nostri hoc in lit. b. obseruent ᵏ: & huiusmodi obseruatio & ad pedaneos ˡ iudices, & ad cõpromissarios, & arbitros electos perueniat: sciturі, quòd si neglexerint, etiam litem suam ᵐ facere intelligantur ⁿ. Dat. Kalend. Sept. Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

Pactum quo disponitur de hereditate viuentis, non valet: nisi ille consenserit, & in eodem consensu perseuerauerit vsque ad mortem. h. d. Salycetus & Alexander.

XXX. *Idem A. Ioanni præfecti. præt.*

De † quæstione tali à Cæsariensi aduocatione ᵒ interrogati sumus: Duabus vel pluribus personis spes alienæ ᵖ hereditatis fuerat ex cognatione fortè ad eos deuoluendæ: pactáque inter eos inita sunt pro aduentura hereditate, quibus ᵠ specialiter declarabatur ʳ, si ille mortuus fuerit, & hereditas ad eos peruenerit, certos modos in eadem hereditate obseruari: vel si fortè ad quosdam ex his hereditatis commodum peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur si huiusmodi pacta seruari oporteret. Faciebat autem

De *quæstione*.] CASVS. Hic quæritur duo vel plures de cognatis alicuius qui suã hereditatem ad se sperant deuoluendam, non tamen necessario, sub hac fama pacta conficiant, si hereditas cognati mei, puta auunculi, ad aliquem nostrum pro parte vel in solidum perueniat: inter nos pro virilibus portionibus diuidatur: vtrum valeat, nécne: dicitur quòd videbatur valere, eo quòd neque de succedendo, neq. de non succedendo tractabatur, sicut si conuenisset de ipsa disponenda: sed quia ex pactione dispositionis futuræ successionis alicuius idem periculum possit prouenire quod de ipsa successione contingere consueuit: omnia huiusmodi pacta tanquam contra bonos mores inita penitus prohibentur: nisi de voluntate ipsius processerint de cuius hereditate hæc talia tractabantur. & hæc vera sunt quocunq. genere contractuũ huiusmodi pacta fiant. ¶ Nota primò in hac. l. quòd pactũ de hereditate viuẽtis certo modo disponenda post mortem eius, censetur esse contra bonos mores, & ideo non valet, nisi consentiat dominus, & vsque ad mortem in consensu perseueret. 2 Secundò not. quòd licet quis possit hypothecare bona præsentia & futura: non tamen potest hypothecare bona viuentis, quæ sperat sibi per successionem deferri, secundũ Bald. hic.

o ¶ *Aduocatione*. id est ab aduocatis Cæsaris.

p ¶ *Alienæ*. hæc lex secundùm quosdam non loquuntur de liberis, duplici ratione. Primum, quia ipsi non insidiarentur vitæ parentum vt extranei. vnde Ouidius: Filius ante diem patrios inquirit in annos. Item quia non de aliena, sed de sua hereditate dicerentur pacisci. *vt ff. de lib. & posth. l. in suis.* 2 Tu dic idem in liberis ᶜ, quia & ipsi insidiantur: *vt insti. quod cum eo. §. penult.* & non sunt domini, sed propter ᵈ spem dicuntur quasi domini: *vt instit. de here. quali. & diff. §. sui.* cum ergo sit eadem ᵉ ratio, ergo idem ius: *vt j. l. proxi. & ff. de verb. oblig. l. à Titio.*

Ouidius.

ᶜ Idẽ esset in parẽtibus. Ia.

ᵈ Liberi propter spem hereditatis paternę, quasi domini dicuntur.

ᵉ Vbi eadem ratio, ibi idẽ ius est.

q ¶ *Quibus*. pactis.

r ¶ *Declarabatur*. per stipulationem, puta dabo tibi tertiã partẽ hereditatis, si ad me peruenerit totã: & tu mihi idẽ facies vel si mihi & tibi obuenerit: promitto quòd diuidã æqualiter. Nam ita demum est pactũ, si vni ab altero quid est dandum vel faciendũ, non ab alio tertio alteri eorum. vel ab altero eorum alteri tertio. Et ita non placet positio quorundã qui in præmissis casibus admittunt pactionem: & hanc intelligunt cum promisi quòd tu succedas vel possis succedere. Sed hoc certè non esset pactum: quia etiam ex voluntate partium nullus eorum alteri eorum de aliquo dando vel faciendo adstringetur. Pactum ergo erat, vt dixi de disponendis rebus per successionem deuoluendis.

a Quæres dubitas: vnde hic quæstio pro dubitatione, proinde non vt impia affirmatio aut negatio, ita quæstio in pœnã trahi debet.

a ¶*Quæstionem*.id[a] est dubitationem.
b ¶*Quia adhuc*.hæc erat ratio quare non valent: *vt ff. de vulga. & pupil. substit. l. ij. §. prius. aliàs inte. dam.*
c ¶*Et quia*.hæc est ratio econtra quare valeant.
d ¶*Euentus*.propter insidias, quæ parantur eius vitæ super cui' bonis paciscuntur. *vt j. tit. j. l. de fid. cõmisso.*

eis quæstionem[a], quia[b] adhuc superstite eo de cuius hereditate sperabatur, huiusmodi pactio processit. & quia[c] non sunt ita confecta, quasi omnimodo hereditate ad eos peruentura, sed sub duab. cõditionib. cõposita sunt. *Si ille mortuus fuerit. &, Si ad hereditatẽ vocẽtur hi qui huiusmodi pactionẽ fecerũt.* Sed nobis oẽs huiusmodi pactiones odiosæ esse videntur†, & plenæ tristissimi & periculosi euentus[d]. Quare.n.quodã viuente & ignorãte, de reb. eius quidam paciscentes cõueniunt[e]? Secundum veteres itaq. regulas sancimus, omnimodo huiusmodi pacta quæ contra bonos mores inita sunt, repelli, & nihil ex his pactionib. obseruari[f]: nisi ipse forte, de cuius hereditate pactum est, voluntatẽ suam eis accõmodauerit[g]: & in ea[h] vsq. ad extremum vitæ suæ spacium perseuerauerit. tũc[i] etenim sublata acerbissima[k] spe, licebit eis illo sciente & iubẽte huiusmodi pactiones seruare. quod etiam anteriorib. legib. & constitutionib.[l] nõ est incognitum, licèt à nobis clarius est introductum[m]. Iubemus[n] etenim neq. donatiões talium[o] rerum[p], neque hypothecas penitus esse admittendas, neq. alium quen-

e ¶*Conuenũt*.aliàs cõuenerunt, vt quasi futuri ei heredes.
f ¶*Obseruari*.sed potius aufert eis hereditas vt ab indignis, etiã si eis deferatur: *vt ff. de dona. l. quidam. §. vl. & l. seq. & de his quib. vt indig. l. ij. §. fin.* ¶ Item no. hic argum. secundũ quosdam quòd non tenet cõcessio præbendæ nõ vacantis[b], vel feudi[c] nondum aperti in domino: *vt arg. ff. de iure codi. l. litera.* Sed falsum est: *vt ff. pro socio. l. iij. §. de illo. & j. vt actio. ab herede & contra heredem. l. j. & ff. de dona. causa mortis. l. mortis. causa capimus. in princ.*
g ¶ *Accõmodauerit*. sed ipse nõ põt pacisci: *vt j. ti. j. l. cum donationis. & de pactis cõuen. l. hereditas.* ¶Et sic not. quod[d] nõ potest facere, scilicet pacisci: alij tamen consentit. *sic ff. de manu. vind. l. si pater. in fin.* Item fructuarius manumittere non potest. *vt j. de vsufructu. l. vsufruc.* matri tamen consentire potest manumittenti: *vt infra. communia de manu. l. j.* Sic econtra quandoq. põt per[e] se, quod non põt per alium: *vt ff. de solu. l. fugitiuus. & de vi & vi arm. l. cum fundum. & j. de thesau. l. nemo ij.* Per[f] stipulationem tamen potest fieri, vt[g] si promittam tibi bona mea post mortem meam: *vt j. vt actio. ab herede. l. j.* & erit donatio[h] causa mortis, vel inter viuos. ADDITIO. Dic quòd ille casus est penitus diuisus à casu legis nostræ, secundùm Iaso. glo. tamen est vera in se, secundùm eundem Barto. & Paul.
h ¶*In ea*.scilicet voluntate.
i ¶*Tunc*.scilicet quando ille de cuius hereditate fit diuisio, cõsensit diuisioni, quam isti faciebant.
k ¶*Acerbissima*.i. vt præsumitur[h] quòd isti insidiẽtur vitæ eius, quia nisi esset boni, non præsumitur quòd iste consentiret diuisioni quam isti faciebant de bonis eius.
l ¶*Constitutionibus*.quas non habemus.
m ¶*Introductum*.per hanc l.
n ¶*Iubemus*.redit ad primum casum.
o ¶*Talium*.s. sic factas ꝓpter spẽ successionis: vt fuit in primo casu.
p ¶*Rerum*.s. adhuc viuentis.
q ¶*Pacisci*.[i] scilicet sic vt dixi: ne sit contra *ff. de contrahen. emp. l. rem alienam.* ¶Sed videtur contra *ff pro soc. l. iij. §. de illo.* Solu. ibi non de hereditate certæ personæ. ¶Item contra *ff. de here. vendi. l. ij. §. sed.* Sol. ibi abundat, maximè[k]. ¶Item contra *ff. de act. em. l. si quis seruum.* Sol. vt ibi. ¶Item videtur quòd pactum huius l. non est de futura successione: quia[l] tunc est de futura successione, quando id agitur vt per pactum successio ad aliquem perueniat. Hic verò tale pactum non inuenitur nec enim de eo dubitabatur, cum & ante Iustinianum hoc erat certum: *vt infra de col. l. pactum. & supra eod. l. pactum j. & de inutil. stipula. l. ex eo. & ff. de verbo. oblig. stipulatio hoc modo.* Sed respondeo quòd est futuræ successionis scilicet disponendæ, quæ ad eos erat deuoluenda.
r ¶*Secta temporum &c.* id est nos qui sequimur alios imperatores, non patimur. *& facit ff. de aqua plu. arce. l. in diem, & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. ij. §. sed dominorum.*

b Præbenda non vacans conferri non potest. Vide de hoc ca. nulla eum. ca. si quan. extra de concess. præben. & relatum in Gl. s. de præbendis & adde de [illegible]
c Feudũ non apertum & huiusmodi dignitates nondum vacantes an & quemadmodum concedi possint.
d Concor. ca. accepimus. cũm Glo. l. extra de pac.
e Cõsentiendo alteri quædã possumus quæ soli non possumus.
f Per nos quædã facere possumus, quæ per alium nõ possumus.
g Stipulanti hereditatem si remittere possumus, at [illegible] paciscenti.
h Stipulanti hereditatem, quẽadmodum promittere eã possumus.
i Donatio mortis causa omnia bona præsentia & futura hinc colligunt de quo v. Clarũ [illegible] donatio quæst. 19. vers. sed quid si.
k [illegible] dic quòd ibi pactum venit in consequentiam alterius contractus præcedẽtis ideo valet. secus si principaliter fieret tale pactũ vt hic.
l Pactum futuræ successionis quẽadmodum fiat.

DE TRANSACTIONIBVS.

De pactis in genere dixit, nunc in specie.

N*Eque pactio.*] CASVS. Tres curatores habuisti cùm fuisti adultus: qui tibi ex mala administratione tenebantur. contra duos litem instituisti, & cum eis transegisti, vel eis pacto remisisti. nunquid transactio facta cum duobus, tibi præiudicet aduersus tertium quo minus cũ eo agere possis, quæritur: & respond. quòd non, siue coniuncta, siue separata fuit administratio. Viuia.

quam contractum: cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel pacisci[q] secta[r] temporum nostrorum non patiatur. Dat. Kal. Nouem. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

TITVLVS IV.

DE TRANSACTIONIBVS.

Transactio facta cum quibusdam ex administratorib. nõ patrocinatur cæteris cũ quib. non est trãsactũ, h. d. Bal. & Saly. Vel sic: Liberatio facta per pactum gratuitũ, vel per transactionẽ vni ex tutorib. vel curatorib. non prodest alteri quo minus pro mala administratione conueniri possit. h. d. Alexand. & Pau.

1. *Imp.* ANTONINVS A. *Celerio.*

NEQVE pactio[s] †neq. transactio cum quibusdam[t] ex curatorib. siue tutorib. facta, auxilio cæteris est in his quę separatim communitérve gesserunt, vel gerere debuerunt. Cum[u] igitur tres curatores habueris, & cum duobus ex his transegeris, tertium[x] conueniri non prohiberis. Dat. Kalen. Maij Gentiano & Basso. Coss.

s ¶*Pactio*.pactio[a] gratuita[b] dicitur, transactio[c] econtra. *ff. eodem l. j.*
t ¶ *Cum quibusdam*. vnusquisque[d] enim in quo deliquit tenetur. *argu. ad hoc inf. de pœn. l. sancimus.*
u ¶*Cum igitur*. dixit in genere: nũc in specie.
x ¶*Tertiũ*. cũ quo propter vnitatẽ actionis videbatur transactio, & pone exemplum *j. si vn' ex pluri. ap. l. j.* Sed nõ est: *vt hic & ff. de pactis. l. idem in duob. §. j. & l. si vnus. §. ante omnia. & j. de repu. heredi. l. fuus. & j. si aduersus rẽ iud. l. j. & j. ar. tut. l. omnes. & l. cum qui. & j. quib. res iud. non noc. l. ij.* ¶Sed cõtra. *ff. de tut. & ra. dist. si ex duob. in fine.* Sed ibi in eo quod accipit, nõ vltra pręiudicat. ¶Et distingue hic: aut diuisa est administratio per iudicẽ, aut à testatore, aut ab eisdem, aut à nullo. Primis duob. casib. nullus ex alterius parte tenetur, & sic posset loqui hæc lex in eo quod dicit separatim: *vt j. de diu. tut. l. v. §. j.* sed fallit in casibus ibi dictis: sed in aliis duob. subdistinguitur: quia aut omnes gesserunt, sine dolo tamen, aut vnus, aut nullus, aut omnes dolosè. Primo casu præiudicat[f] in virili, cum omnes in viriles teneantur beneficio diuisionis: *vt ff. de tuto. & ra. dist. l. j. §. nunc tractemus.* & quia cessio fieri non posset, *vt ff. de solu. l. Stichum. §. penultimo.* In secundo dic quòd electo gerente liberantur alij: *vt ff. de administ. tuto. l. si pupillus j. respon.* In tertio & quarto dic idem ius in vno quod in alio. Nam & vterque eorum insolidum tenetur sine beneficio diuisionis, secundùm Azo. licet H. contra, & verius. & nulli ceditur actio: *vt ff. de tut. & ra. dist. l. j. & nunc tractemus. & ff. de admini. tuto. l. si plures.* His ergo casibus vno electo non præiudicat nisi in accepto: *vt arg. ff. de fideiusso. si stipulatus. §. si. & de tut. & ra. dist. l. si ex duobus.* Loquitur ergo hæc lex in eo quod dicit, separatim, scilicet quando à testatore vel à iudice facta fuit diuisio, vt contra tertium remaneat in sua parte administrationis. Item & quando gesserunt omnes sine dolo in eo quod dicit, communitérve, &c. & sic tertius conuenitur, scilicet pro virili, & in duobus vltimis similiter conuenitur tertius. Sed tunc in omni eo quod deest[g], potest intelligi hæc lex. ¶Item not. quòd si vnus soluit totum cum dicitur culpa gessisse, habet regressum contra alium, etiam si actio non cedatur: *vt dicto. §. nunc tractemus.* ¶ Quære non ita in fideiussore: *vt ff. de fideiusso. l. vt fideiussor?* Respondeo: quia fideiussor habet contra reum actionem mandati: vnde non sic facilè ei subuenitur: tutor contra nullum. datur ergo ei contra tutorem. 2 Vel dic quòd tutor conuenitur actione bonæ fidei, scilicet, tutelæ: fideiussor ex stipulatu, quæ est stricti iuris: *vt ff. de Carboniano edicto. l. iiij.* 3 Vel dic alio modo vt not. *dicta l. vt fideiussor.* & de hoc etiam plura habes. *ff. de negotiis gestis. l. ex facto.* ADDITIO. Et ibi glossa innuit veram solutionem.

a Pactionis & transactionis differentia.
b Pacta fiunt gratuitò.
c Transactiones non fiunt gratuitò, sed aliquo dato.
d Pœna maneat suos authores.
† iunge l. si ex duobus. ff. de tutel. ratio nib. distrah.
e Transactio nius ex tutoribus an prosit alij.
f Pupillo. Pau. hic.
g Glo. malè loquitur secundum Alexan. & Las.

tionem, istam scilicet si tutor soluens vt correus hoc agit, vt suũ contutorem in correum liberet sicut sic. merito habet actionem contra eum. fideiussor verò principaliter agit vt liberet reum: sed confideiussores liberantur per quandam consequentiam: igitur contra eos non habet actionem nisi cedatur. Bart.

CVm te proponas.] CASVS. A sorore tua hereditatẽ possidẽte eam petijsti, & cũ ea transegisti pro centum quamuis sibi peteti iure non soluisti: postea fiscus succedit sorori tuæ ob delictum ab ea commissum, nunquid. c. pmissa ex causa trãsactionis teneris soluere fisco Resp. quòd sic: quia sicut si soluissem ex ea causa fisco, repetere nõ possẽ: ita si nõ soluissem ex illa stipulatione rectè conueniri possẽ. Vel dic quòd idẽ est in fisco quòd in priuato. ¶Nota primò ex hoc tex. quòd iustitia vel iniustitia causæ principalis non attenditur in transactione. 2 Secũdò not. quòd quæstio mouetur insistendo & resistendo. 3 Tertiò quòd idẽ iuris est in fisco & priuato. 4 Quartò nota quòd tolerabilior est dolus possessoris, quàm dolus petitoris, secũdùm glos. Bald. hic.

a ¶*Transegisse.* &c[a] sic eras actor. Nã propriè[b] actor dicit̃ transigere, reus impropriè.

b ¶*Cauisse.* i. cautionẽ promisisse: *vt j. de verb. sign. l. sancimus.* & illa dabat tibi totã hereditatẽ. Vel dic impropriè trãsegisse, & erat reus.

c ¶*Nulla.* s. de iure. de facto tamẽ erat. & subaudi, non per calumniã. nam tunc nõ valet trãsactio, siue actor siue reus per calũniã litiget, secundum Rogerium: *vt ff. de condic. indeb. l. in summa.* sed in actore consentio. in reo autẽ existens calumnia nõ impedit transactionem. licet alia via conueniri possit dolosus: *vt §. eo. l. sub prætextu.*

d ¶*Rectè cauta.* i. recta & naturalis causa transactionis fuit timor litis: *vt & ar. ff de pecul. l. quod debetur. & de ali. iudi. l. item. §. potest.*

e ¶*Si fisco.* qui fortè tuæ sorori successit. 2 Vel dic idem esse in fisco quod in priuato.

f ¶*Conuenireris.* certi condictione ex huiusmodi cautione: *vt j. eo. l. nec intentio. & d. non num. pec. l. si transactionis.*

Timor litis motæ vel mouendæ etiam de facto & non de iure, est sufficiens causa propter quam possit fieri transactio valida: ideo ex cautione interposita datur actio, & soluti inhibetur repetitio. h. d. Salyc. & Alexan.

II. *Idem A. Lucretio.*

CVm te proponas cum sorore tua de hereditate transegisse [a], & ideo certam pecuniam ei te debere cauisse [b]: etsi nulla [c] fuisset quæstio hereditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia rectè [d] cauta intelligitur, ex qua causa si fisco [e] soluisses, repetere non posses: & si non soluisses, tamen iure conuenireris [f]. PP. III. Id August. Antonino. A. IV. & Balbino Coss.

Specialis transactio specialem operatur effectum: hoc dicit Bartolus. Vel sic: Specialis transactio non præiudicat vltra deducta in ea, hoc dicit Salyc. vel sic: si petatur pars pecuniæ debitæ, & super parte petita transigatur, transactio ad alteram partem non extenditur. h. d. secund. lect. quæ ponitur in gl. in verbo: nominatim. Alex.

III. *Imp.* ALEXANDER *A. Tullio.*

AGe cũ Geminiano [g], quòd pater eius curator tibi datus negotia [h] tua gesserit: & si apud iudicem negabit se hac actione [i] teneri, quoniam transactio [k] & Aquiliana stipulatio [l] interposita [m] est: iudex contemplatione iudicij [n] quod bonæ fidei est) quæret de quanta [o] pecunia nominatim [p] transactum sit: & si apparuerit de minore [q] transactum †, quantam pecuniam reliquam ex administratione curæ deberi probatum fuerit, soluere eum iubebit [r], quòd [s] non in stipulationem Aquilianam obligationis iure [t] tantum deductum est, quanta erat quantitas pecuniæ quæ debebatur [u]. Datum Prid. Id. Aug. Maximo. II. & AEliano Coss.

AGe.] CASVS. Curam alicuius gessisti, & negotia in pluribus specieb. administrasti: & conuenit te is cuius negotia fuerunt. interuenit transactio interposita Aquiliana stipulatione & acceptilatione. decessisti. an non obstante ista transactione facta super vna re conuenire possit heredem de alijs speciebus, quæritur, & respondetur quòd potest. Dicitur in litera de quanta pecunia. i. de quib. speciebus, &c. dic quòd hic fuit specialis transactio: vnde transactione facta super vna specie, puta frumento, non potuit impedire petitionem super alia. Viuianus.

g ¶*Age cũ Geminiano.* s. vtili negotiorũ gestorum actione: *vt j. de neg. gest. l. curator.* & est verbũ permittentis, nõ præcipientis age, secundum Ir. aliàs esset contra: *vt j. vt nemo inuitus agere vel accu. l. j.* ADDITIO. Ex hac gl. nota quòd quando alicui imperatur aliquid quod eius priuatã vtilitatẽ cõtinet, verba imperatiui [e] modi habent vim consilij: *vt hic, & prob. itur in l. ij. in fi. ff. mandati.* Bar.

h ¶*Negotia.* & malè.

i ¶*Actione.* s. prædicta

k ¶*Transactio.* ratio quare non teneatur, vel econtra ratio quare iudex inquirat.

l ¶*Stipulatio.* supple, & acceptilatio. scilicet inter te & patrem Geminiani, & qualiter fiant hæc. *dic vt insti. quib. mo. tol. oblig. §. est autem acceptilatio.*

m ¶*Interposita.* s. cum patre Geminiani.

n ¶*Iudicij.* s. actionis negotiorum gestorũ, quæ est bonæ fidei *vt hic. & ff. de neg. gest. l. quia tantundem. & insti. de act. §. actionũ.* sed aliàs aliter accipitur iudiciũ: *vt not. inst. qui. non est permiss. fa. test. §. præterea.* ¶Et notãt quidã hic ex eo quod dicit, quæret, quòd iudex supplet de [b] facto, in bonæ fidei iudicio. quod est falsum nisi ei sit cognitum vt iudici & sic intelligitur hic, *& j. de tem. & repara. ap. l. ij. § fin. & de appell. l. amplioram. circa princ. & ff. de testib. l. iij.* ibi, tu magis &c. sed de iure potest: *vt j. et quæ desunt aduo. l. j.* ¶Quare ergo dicit, bonæ fidei? Respo. subaudi, maximè: quia in his latius [c] est officium iudicis: *vt patet instit. de act. §. in bonæ fidei.* Sed tamen idem in hoc casu esset in stricti iuris, si de parte non de toto est transactum.

o ¶*Quanta pecunia.* i. de quot specieb. licet generaliter fuerit actũ contra curatorem.

p ¶*Nominatim.* debebat cc. & petij. c. & de his transegi pro l. potero petere alia. c. Accurs.

q ¶*De minore.* i. de vna specie.

r ¶*Iubebit.* opposita replicatione: *vt & j. de iud. l. licet.* quod nõ placet. imo ibi in iudicijs. ¶Sed contra *j. eod. sub prætextu specierum.* Sed distingue: quia aut [d] est generalis transactio, & tunc obstat exceptio in omnibus vt ibi, nisi in duobus casib. *vt ff. de pact. l. tres fratres. & ff. eod. l. non est.* Aut generalis petitio, & de specie transactum est: & tunc obtinet quod hic dicit. Aut econtra specialis petitio, & generalis transactio: & tunc similiter in specie petita tantùm nocet: *vt inf. eadem, l. si de certa.* aut vtraque specialis: & tunc idem: *vt ff. de pact. l. si vnus. §. & in summa. aliàs, ante omnia.*

s ¶*Quod* id est quia.

t ¶*Iure.* aliàs purè, aliàs curæ.

u ¶*Debebatur.* ex obligatione curæ malè administratæ.

Hoc intendit: Ad actionem ipso iure per transactionem & acceptilationem extinctam non datur regressus: sed dolo ductus habet actionem de dolo, qua sibi succurritur, nisi super dolo transegerit. Bal. vel sic: Generalis transactio acceptilatione vallata actionem sic extinguit, quòd ad eam amplius regressus haberi non potest: sed dolo inductus agit de dolo, nisi de illo dolo transactum fuerit. Salyc.

IV. *Idem A. Numidio.*

ACtione administratæ curæ [x] ab eo qui legitimæ ætatis annos [y] compleuit, in Aquilianam stipulationem deducta [z], & per acceptilationem extincta, nullam aliam superesse nisi [a] de dolo intra con-

ACtione.] CASVS. Curam alicuius gessisti, & malè. si maior factus te conuenerit ex mala administratione, & tecum dolo inductus transegit, quia fortè inebriasti: an liberatũ te per acceptilationem prima actione conuenire possit, quæritur? & respond. quòd non sed sibi superest actio de dolo: quia dolo eum induxisti ad transigendum: & hoc si super dolo nulla intercessit transactio lite super eo postea mota. Ex hac l. not. quòd dolus non impedit quin acceptilatio ipso iure perimat actionem. & quòd postquam actio est ipso iure perempta, nunquam resuscitatur. Bald.

x ¶*Curæ.* i. vtilis neg. gest. *vt j. l. proxi.* Accur.

y ¶*Annos.* xxv. &c. *vt j. de his qui ve. æta. l. fi.*

z ¶*Deducta.* quod ideo fit, quia obligatio [e] iure gentium non posset accepto ferri, nisi deduceretur in stipulationem Aquilianam: *vt instit. quibus modis tolli. oblig. §. item per acceptilationem.*

a ¶*Nisi de dolo.* hæc dictio nisi [f] ponit, scilicet quòd de dolo detur. sic *& ff. si quis. cau. si eum. §. fin. in fi.* & dic arg. quod ibi notaui. ¶Sed pro quo dolo datur de dolo? Respon. pro dolo in transactione commisso. nam dolo fuit inductus ad transigendum: *vt j. eod. sub prætextu instrumenti. ij. respon.* 2 Alij dicunt, vt Py. quia stipulatione.

a Transigere propriè dicitur si qui agit non qui excipit: *vt* ...

a Negotiorũ gestorũ actio bonæ fidei est.

c In bonæ fidei iudicijs latius ...

d Transactio generalis ad generalem petitionem ...

e Nisi dictio quam vim habeat vide Barto. hic & Dy. ...

f Obligatio iuris gentium accepto ferri nõ potest nisi prius deducta in Aquilianã stipulationẽ.

non implet quod conuenit: quod non placet secundum Azo. *ff. de dolo. l. j. §. si quis.* Item alia ratione, quia tūc daretur condictio ob causam, vt se reponat in obligationem: *vt ff. de condict. cau. da. l. si quis accepto.* Vel datur actori præscriptis verbis ad interesse quasi ex do vt des: vt, hoc remittere sit dare: *vt ff. de condict. causa da. l. si mulier. & de præscript. ver. l. ob eam causam.* & sic cessaret de dolo. 3 ¶ Sed si velis tueri l. dic quod ibi in *l. si quis accepto.* loquitur de[a] cōdictione certi generalis, quę cōcurrit, cū actione de dolo. 2 Vel quia ibi erat certū eum fuisse debitorem, hic non. 3 Vel tertiò, quia hic non agebatur vt tm̄ accepto ferret: sed vt in perpetuum desisteret. Vnde etiā cōmittitur pœna, si vel de facto agatur post Aquilianā stipulationē: *vt j. e. l. vlt.* Cū[b] ergo non sit in totum causa secuta, propter quam reus dare cōuenit, agi nō potest cōdictione ob causam, vt[c] se reponat in pristinā obligationē: quia nondum est verū eum in perpetuum destitisse. *vt ff. de condict. indebi. & eleganter. §. penult. ad hoc allegabatur hic. §. fine in perpetuum. &c.* & hoc vbi fit transactio super re quæ est in cōtrouersia & lite: *vt hic patet.* Aliud si super re certa remittenda gratis vel nō gratis, *vt in l. si quis accepto.* 4 Sed primam lecturam approbo, per *l. j. ff. de dolo. §. si quis.* sed & aliter potest dici vt ibi.

a Cōdictio certi generalis cōcurrere potest cum actione de dolo.

b Condictione causa dati causa nō secuta agi non potest, nisi in totum causa non sit secuta.

¶ Ifte textus est sing. secundum Bal. hic & Pa. in l. j. ff. de pro. ne. dolo.

c Actio datur interdum aduersus liberatum vt se reponat in obligationem.

¶ l. 21. supra tit. proa.

cessa tempora[a] non ambigitur: nisi specialiter etiam dolo transactum[b] sit. PP. I I. Non. Mar. Alexan. A. I I. & Marcello Coss.

Idem operatur confessio quod publicum instrumentum factum de cōtractibus. Vel sic: Non est minor probatio per confessionem, quàm probatio per publicum instrumentum. Bal. Vel sic: Confessio probat, & defectus scripturæ transactionem non vitiat. Salyc. & Alexander.

V. *Idem A. Eutycato.*

CVm te transegisse cum herede quondam tutoris tui profitearis: si id post legitimam ætatem fecisti, frustra † desideras vt à placitis[c] recedatur. licet enim (vt proponis) nullum instrumentum intercessérit[d]: tamen si de fide contractus confessione tua constet, scriptura quæ probationem rei gestæ continere solet, necessaria[e] non est. PP. Kalen. Mar. Albino & Æmiliano * Coss.

Querela inofficiosi sopita non potest instaurari, etiam ob nō obseruantiam promissorū: sed agitur præscript. verbis, vel ex stipulatione vt seruentur promissa. Salyc. vel sic: Ad querelam inofficiosi testamen. motam, & per transactionem remissam, non datur regressus heredibus transigentis, licet promissa eis non seruentur, sed contra non seruantem succurritur per actionem ex stipulatione, vel præscrip. ver. si stipulatio intercessit. Alexand.

VI. *Idem A. Pomponiis.*

CVm mota[f] † inofficiosi querela, matrem vestram cum diuersa parte transegisse ita, vt partem bonorum susciperet[g], & à lite discedere, proponatis, instaurari[h] quidem semel omissam querelam per vos[i], qui matri heredes extitistis, iuris ratio nō finit[k]. Verum si fides placitis præstita non est: in id quod interest, diuersam partem[l] rectè conuenietis[m]. Aut enim stipulatio[n] conuentioni subdita est, & ex stipulatu[n] actio competit: aut si omissa verborum obligatio est, vtilis actio[o], quę præscriptis verbis rem gestam demonstrat, danda[p] est. PP. VIII. Id. Ian. Agricola & Clemēte Coss.

Procurator ad agendum transigendo non præiudicat domino. Alex. & Salyc. vel sic: Qui habet exercitium actionis, non habet potestatem decisionis. Iaco. Butr.

VII. *Imp.* GORDIANVS A. *Iulio militi.*

TRansactionis † placitum[q] ab eo[r] interpositū, cui causæ actionem[f], non decisionem litis mādasti, nihil petitioni tuæ derogauit[t]. PP. X I I I I. Kalend.

deducto agitur, ad interesse. Bal.

f ¶ *Cum mota.* quò solo in casu transmittebatur ad heredem, nisi sopita esset per transactionem: *vt hic fuit. & ff. de inoffic. testamen. l. postumus. §. fina. & l. sequen.* hodie[a] verò etiam non præparata transmittitur ad heredem: *vt infra de inofficio. testa. l. si quis filium.*

g ¶ *Susciperet.* vnde patet quod fuit do vt facias: licet præuentum fuerit in faciendo.

h ¶ *Instaurari.* id est intentari.

i ¶ *Per vos.* sed per matrem posset, si viueret, & ei fides non seruatur. *vt ff. de inofficio. testamen. l. si instituti. in princip. quæ est contra.* 2 Vel ibi sub conditione renunciauit si seruaretur ei fides prima vel prior. 3 Vel ibi præparata[b], hic habetur pro nō præparata: quia destitit omninò siue renunciauit: *vt ff. de inoff. ficio. testa. l. Papinianus. §. si quis postrem. & l. nā & fi. §. j.*

k ¶ *Sinit.* vel[c] *ff. de inofficioso testamen. nam & fi. §. j. & l. Papinianus. §. j. & 4.*

l ¶ *Partem.* scilicet coheredis.

m ¶ *Conuenietis.* scilicet vos filij.

n ¶ *Stipulatu.* propriè[d], si de incerto dando conuenit. Si autem de certo, tunc expone, id est certi condictione *vt ff. si certum pe. l. si quis certum. & instit. de verb. oblig. in prin.*

o ¶ *Vtilis actio.* id[e] est præscriptis verbis efficax, quæ demonstratur à re gesta.

p ¶ *Danda est.* scilicet à lege: & sic est datiua, sed non est hoc verum. Sed dic vt alibi notatur. Sed videtur dari de dolo, *vt ff. de præscript. verbis. l. naturalis. §. quod si faciam quæ est contra.* Solut. hic fuit do vt facias: licet ipsa præuenerit in faciēdo, vt in litera modo notaui. 2 Item contra *supra titu. j. l. cum proponas.* nam & ibi non seruatur fides non seruanti. 3 Item actio ex pacto non datur: in quibus duobus hæc lex contrarium seruat. Solu. specialé est pro filiis. cum[f] enim vnum sit contra eos, quià non datur eis querela etiam præparata: quod fieri debet: *vt ff. de inofficio. testamen. l. quemadmodum,* aliud pro eis posset induci, vt habeant actionem præscriptis verbis: *vt arg. ff. de iureiurando. l. cum qui. in princip.* 2 Vel dic quòd fit speciale[g] ratione querelæ: quia ipso iure per pactum tollitur, vt[h] in actione furti, & similibus: *vt ff. de pactis. l. si tibi. §. quædam. & l. si vnus. §. pactus. in fi.* idem vbicunque per pactum ipso iure tollitur actio, vt acceptilatione: *vt dixi supra eod. l. actione.* alioquin rediret ad primam: *vt infra eod. l. fine apud.*

a Querela etiam nō præparata hodie ad heredem transmittitur.

*al. Pōponio. † Constitutio cum propositis supra tit. proc. vide Al. tractat. lib. 5. paradox. ca 6. Coc. l. 27. & Institut. ff. de inoffic. test. Contat. 2. Misc. cell. 10.

b Querela præparata pro præparata ab eo non habetur, qui omnino destitit seu renunciauit.

¶ Aquilianā.

¶ Querela semel omissa non instauratur.

d Ex stipulatu actio pro incerto vel certi actione.

e Vtilis actio pro præscriptis verbis.

† In quibusdam codicibus hæc constitutio sequitur constitutionem proxime sequentē, extat hæc constitutio in fragmētis Codicis Gregoriani quæ eodicibus superfunt, sub titulo de transact. l. 1. Cont.

f In vno gratiarum, in alio iniustus.

g Querela inofficiosi ipso iure per pactum tollitur.

h Pacto ipso iure quæ actiones tollantur.

d Actio de dolo hodie intra biennium datur.

a ¶ *Tēpora.* olim[d] annum vtile, hodie biennium: *vt j. de dolo. l. f.*

b ¶ *Transactum sit.* actione de dolo mota, & sopita per transactionem. & intellige secundum B. etiam[e] si per dolum sit transactū super dolo, quòd valeat: *vt j. de plus peti. l. j.* ne in infinitum eatur. ¶ Item quæritur, si transegi[f] cum curatore meo: vtrum possim eum postea conuenire de eo quod per dolum malè gessit, quasi non videar transegisse super dolo? Videtur quòd possim: *vt ff. de liberat. lega. l. Aurelio. §. fin.* Sed dico contra. Aliud est enim legare[g] liberatione: & tunc obtinet lex, *Aurelio. l. fi.* & aliud est dicere, nolo vt conueniaris, vel remitto tibi actionem: quo[h] casu omnia remisisse videtur: *vt dicta. l. Aurelio. in princ. & eod. titu. l. si quis ratio. nib. & l. pellitur. & de administra. tuto. l. quidam. decens. in fine.*

e Transactio per dolum facta, super dolo, valet.

f Transigens cum curatore in dubio transegisse eo videtur de dolo, & cum liberasse dolo actione.

g Liberationem legare & dicere nolo vt conueniaris vel remitto tibi actionem, differunt.

h Remissa actionis effectus is est vt omnia remissa intelligantur.

CVm te.] CASVS. Tutelam alicuius gessisti, & decessisti. si pupillus factus adultus de mala administratione cōuenit heredem tuum: & transegit, non ob hoc quòd scriptura non intercessit, minus stabit placitis. cum enim transactionē intercessisse aliis probationib. probari possit: scriptura necessaria nō est, Viui.

c ¶ *A placitis.* id est à transactione. aliàs, à placito.

d ¶ *Intercesserit.* vel intercessit, & est amissum: *vt[i] infra de fide instrumen. l. j.*

e ¶ *Necessaria non est.* vt[k] *j. si mi. se ma. dix. l. j. & facit ad hoc. j. tit. j. l. pactum. ij. & j. de probatio. proprietatis. & l. cum res. & de rei vind. l. iudicis. & famil. ercisc. l. non ideo.*

i Transactio scripta, pręterea amissa scriptura nō rescinditur.

k Transactio sine scriptura probari potest.

CVm mota.] CASVS. Si auus tuus decessit, & matrem tuam exheredauit, & extraneos instituit, & inofficiosi querela agens cum eis transegit, vt accepta parte hereditatis à lite discederet, & discessit: an si placitis non est steterint instituti, possis tu heres matris tuæ redire ad querelam inofficiosi, quæritur: & respon. quòd non. sed si intercessit stipulatio, ages ex stipulatu, si non, ages præscriptis verbis. ¶ Nota primò, quòd querela inofficiosi sublata, amplius non potest institui. 2 Secundò not. quòd ex non obseruantia pactorum non resuscitatur actio perempta. 3 Tertiò, quòd ex pacto de bonis suscipiendis in stipulationem

TRansactionis.] CASVS. Si procuratorem ad agendum instituisti, & cum aduersario tuo transegit, cum hoc ei non mandasti, tibi præiudicare non potuit. Viuia.

q ¶ *Placitum.* id est pactum.

r ¶ *Ab eo.* id est procuratore.

f ¶ *Actionem.* id est actum siue exercitium: *vt exponitur supra de sacrosan. eccl. authen. hoc ius porrectum.*

t ¶ *Derogauit.* nisi in[i] tribus casibus. si habet speciale mandatum, vel si liberam, vel si fit in rem suam: *vt ff. de procuratoribus. l. procurator. tui generaliter. & ff. de iureiurando. l. iusiurandum quod ex. §. fin. & l. seq. & de pactis. l. rescriptum. in fi. cum tribus ll. sequen. & infrà de nouat. l. non ab slatae. & ff. de solut. hoc iure.* ADDITIO. Declara hanc glossam secundum Pau. cum dicit ibi, vel si liberam, quòd quando habet liberam administrationem omnium bonorum, vel habet liberam administrationem in lite & causa illa in qua transegit, si secus in lite tantum: quia tunc non posset transigere

i Procurator cum speciali, vel libera, vel in rem suam datus transigere potest.

transigere de causa principali, sed solùm super instantia: *vt not. per Bar. in l. ff. de procuratoribus. l. mandato. & l. qui Romæ. §. Calli. de verb. oblig. & probatur in cap. cui ad agendum de procur. lib. vj.*

D*E alimentis.*] CASVS. tibi in testamento alicuius alimenta relicta sunt, & cum herede super his nó petendis sine prætore vel præside transegisti. non valet transactio, neq; tibi præiudicat: de præteritis autem si tibi non soluit, non de futuris potuisti transigere sine prætoris aut præsidis auctoritate, & sine causæ cognitione. Viu.

a ¶ *Transigi potest.* etiã sine prætore.

b ¶ *Præside.* vel cum eo, sed non causa cognita. cognoscere enim debet & modum alimentorum, & personas transigentium, & causas transactionis: & potes etiam alia addere: *vt ff. eo. cum hi.* ¶ An autem possit agi pro futuris alimentis? dic quòd sic: *vt dixi. ff. de vsuris. l. j. §. j.* secundum. Azo per *l. j. de fideicom. missi. l. j.* Accurs. ADDITIO. Hanc l. intellige in alimentis relictis in vltima voluntate: secus in debitis contractu: quia de his potest indistinctè transigi: *vt d. l. cum hi. §. plane. Bart.*

Ianu. Gordiano A. & Auiola Coss.

Super alimentis præteritis liberè transigitur. super futuris verò auctoritas prætoris requiritur. ratio est, quia ex futuris alimentis pendet vita hominis, non ex præteritis. Baldus.

VIII. *Idem A. Liciniο.*

DE alimentis † præteritis si quęstio deferatur, transigi potest ᵃ: de futuris autem sine prætore seu præside ᵇ interposita transactio, nulla auctoritate ᵃ iuris censetur. PP. X. Kalen. Ian. Pio & Pontiano Coss.

Transactio conditionalis valet: & sufficit ad transigentem aliquid peruenire posse vt transactio valeat. Et transactio parit exceptionem etiam contra realem actionem. Salyc. & Alexan. Vel sic: Quamuis nihil fuerit datum nomine transactionis: si tamen fuit dandum, transactio tenet. Iacob. Butri.

IX. *Idem A. Agrippino.*

S*I super.*] CASVS. Marito sororis tuæ super fundo tibi quæsito quæstioné mouisti: & cum eodem trãsegisti, vt sibi cederes possessioné fundi, si tibi decem daret intra octo dies: & si placitis non staret, vlterius quęstionem de fundo non moueret. si nó fecit quod côuenit, sibi agẽti obstabit doli mali exceptio: & si sua auctoritate accipiat, præses prouinciæ vim mihi fieri phibebit. Viuian.

c ¶ *A fratre.* qui dicitur Leuir. ᶜ sed soror viri dicitur Glos. ᵈ duorum ᵉ fratrum vxores dicuntur einateres: *vt ff. de gradib. l. non facile §. gradus.*

d ¶ *Vim.* neque iudicialem, neque aliam. ¶ Sed contra infra *eod. l. transactio nulla.* Solu. sufficit ᶠ aliquod emolumentum posse capere, cum per eũ stet quo minus caperet: *vt hic fuit.* Vel dic quòd dicitur pactum, non transactio: secundum Odo. *Et facit ff. de rei vindi. l. si qs hac lege. & ff. de pact. l. tale pactu. §. j. & infra de pact. inter empt. l. j.* Accursius.

e ¶ *Competeret.* pro fundo quem possides.

f ¶ *Submoueri.* i. si intentetur.

SI super † possessione quæ tibi quæsita est, cum quæstionem patereris à fratre ᶜ vxoris tuæ, pactum conuentum, & stipulatio inter vos (vt allegas) interposita est, vt si intra diem certum idem aduersarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessione ei cederes, vel si eam inferre quantitatem non curasset, vlterius quæstionem non patereris: & is qui ita spopondit, promisso satis non fecit: consequens est, te, ad quem res pertinet, vim ᵈ ab eo pati non debere. Cuius rei gratia vir clarissimus præses prouinciæ interpellatus vim [fieri] prohibebit: præcipuè cum etiam si in rem diuersæ parti actio competeret ᵉ, huiusmodi pactione ᵃ propter vtilem exceptionem posse submoueri ᶠ. PP. VI. Id. April. Gordiano

F*Ratris.*] CASVS. Filios fratris tui super hereditate & super statu conuenisti: quia dicebas eos nó esse filios suos, vel forte filios, sed se venundari passi sunt ad precium participandũ, & trãsegisti. si à principe impetrare volueris vt à pacto transactionis resilire possis, & quæstioné sopitam resuscitare, non eris audiendus, tum ratione sanguinis, tum propter fidem transactionis, tũ quia nullus esset litium finis: quia qua ratione recedi posset à transactione, & à sententia, & à iureiurando: & per sententiã, & per transactionem receditur à lite: *vt ff. de iureiurando.* ¶ Nota primò ex hac l. quòd de quæstione spurietatis ᵃ vel status potest transigi. Secundò not. quòd finis debet litibus imponi. Bald.

h ¶ *Et statu.* id ᵇ est libertate: vt quia passi fuerint patre viuente se vendi ad precium participandum, & ideo patri vt serui nóh debebant succedere.

Aug. II. & Pompei. Coss.

Exceptio transactionis impedit processum, vt finis sit litium. h. d. & ad hoc semper allegatur ista lex. Salyc. vel sic: Exceptio transactionis impedit processum inchoari super his quæ per transactionem remissa fuerunt, & sic impedit litis ingressum seu contestationem: quia est exceptio litis finitæ, & ad hoc allegatur semper ista lex. Alex.

X. *Imp. Philippus A. Apollophania.*

FRatris tui filiis de paterna successione ac statu ᵍ etiam nunc ʰ † contra † fidem sanguinis, itémque placitorum, quæstionem inferre parum probè ⁱ postulas. nullus ᵏ etenim erit litium finis, si à transactionibus bona fide ˡ interpositis cœperit facilè discedi. PP. Prid. Kalend. April. Peregrino & Æmiliano Coss.

In reciproca remissione æqualis speciei nullus intelligitur lædi, nec senex; nec iuuenis. h. d. not. Bald. Vel sic: Fideicommissum vicissim iniunctum potest remitti, nec ex hoc dicitur minor lædi. Salyce. Vel sic, Quando reciprocum fideicommissum remittitur, neutra pars lædi videtur. h. d. & non est alibi secundum Bald. & Alexand.

XI. *Impp. Valerianus, Gallienus, AA. & Valerianus nobiliss. Cæsar Caiano militi.*

DE fideicommisso † à patre inter te & fratrem tuum vicissim dato ᵐ, si alter vestrum sine liberis excesserit ⁿ vita, interposita transactio ᵒ ᵃ rata est: cum fratrum concordia remoto captandæ ᵖ mortis alterius voto improbabili, retinetur: & non potest eo casu rescindi tanquam circumuentus sis, cum ᵠ pacto tali consenseris, neque eam cui

g ¶ *Statu ante.* ante transactioné faciebat ꝫ fidé sanguinis, nunc transactione facta & ꝫ. eandem, & cõtra pactum trãsactionis: *sic & ꝫ. de ep. au. l. decern. mus.* Acc.

i ¶ *Parum probè.* i. malè.

k ¶ *Nullus.* Sed nũne remanet finis sententię & iusiurandũ: *vt ff. de iureiurã. l. j. & v.* Respõ. si liceret recedere a trãsactione, eadé ratione ab aliis: & sic null' remaneret finis. ¶ Et nota de fine ᶜ litis: & dixi *ff. si cer. pet. a. l. quã. in fin.*

l ¶ *Bona fide.* secus si malaru ꝫ. *eo. l. actione.* vbi rescindit per actioné de dolo. *& ꝫ. eo. sub prætextu.*

D*E fideicommisso.*] CASVS. Pater & mater cuũ testator instituit, vt si alter vestrũ sine liberis decederet, ad alterũ veniret sua portio, & ecõtra: & hoc fideicõmissũ inuicem remisistis: valebit remissio & trãsactio: & hoc duplici ratione. vna q̃a tollit votũ alterius mortis captãdę: alia q̃a iure cõmuni vsi sim. Et no. quòd improprię ponit transactio: Vel dic, fortè dubium fuit an hinc inde fuissent grauati. hoc casu pót dici transactio: & valebit vt cõcordia inter vos retineat: neq; debet trãsactio rescindi, si dicas te deceptũ, cum minor nó fuisti. si etiã minor fuisses, non ob hoc debuit rescindi, cũ iure cõmuni vs' fuisti: quia quãtũ tu remisisti, & ille tibi remisit. vnde ꝫ tale pactum non erat restituendus: *vt ff. de mino. l. denique. §. vltimo.* ¶ Nota primò ex hoc textu de verbo cõcordia: q̃d sæpè reperit in statutis. Retinet cõcordia ᵈ di discordia & causa discordię amouet: *vt hic text' expressè dicit. & de hoc verbo vt. c. j. ext. de mutu. peti.* Secũdò no. quòd ille qui nó proponit causam sufficientem, nó debet audiri. Bald.

m ¶ *Dato.* id est relicto vt detur.

n ¶ *Excesserit.* i. decesserit.

o ¶ *Trãsactio.* i. finis quidã siue refutatio. nã im, pprię ᶠ ponit. cũ nó fit de re dubia: & lite incerta: *vt ff. eo. l. j.* Vel dic quòd dubiũ erat an hinc inde essẽt grauati à testatore vt faciat ad titul. Acc.

p ¶ *Captandæ.* i. ᵍ optãdæ vel machinandæ. Alibi ponitur pro acquirere: vt cum dicimus, talis captauit beneuolentiam talis.

q ¶ *Cũ pacto.* hæc dictio cũ, potest esse ratio quare nó sit circumuentus: & econtra quare videbatur circumuentus. & subaudi sẽper, sine machinatione alterius, *vt s. tit. j. l. cum proponas. j.* aliàs secus ꝫ. *tit. j. l. cum posita.* sed si sciret illum dolosè facere, non infirmatur: *vt ff. de act. empt. l. j. § fin. & ff. de re iudi. l. nemo videtur.*

Marginal notes (left): ᵃ In nominalibus exempl. hęc lex de alimẽtis, & lex trãsactionis, inuenta sunt. ᵇ ratione. ᵃ Transactio de alimentis præteritis sine prætore: an cum præteritis quidem, non tamen causa recognitanó potest. ᵇ Causæ quæ cognitio requiratur, vt de alimentis transigatur apud præsidẽ. ᶜ Leuir. ᵈ Glos. ᵉ Einateres. ᶠ Transactio ni aliquod emolumentum intercedere sufficit. ᵃ Sic in omnibus manuscrip. quos vidi. sunt qui legisse ficiant. actione. Cont.

Marginal notes (right): ᵃ Transigi potest de statu spurij vel filiatio: aliud in sponsalitio. l. non dilligenter. ff. de liberali. & ff. de arbitr. ᵇ Status pro libertate. ᶜ Litibus finem imponi debet. ᶠ Propter randum infra de ... ᵃ Sic scriptum in omnibus manuscriptis, quos vidi: alii dicunt legi in quibusdam. Gordianus ... ᵖ Perfidus non ... ᵈ Transactio maiç ... ratione ... actione de dolo. Hunc l. j. supra de pactis. ᵃ Conc. Pan. li. 4. sent. tit. de fideicommissi ... ᶜ Concordia retinetur dum causa discordię amouetur. ᶠ Transactio propriè dicitur quę fit de re dubia & incerta. ᵍ Captandæ ... tur, si à de cuius heredi tate agitur, in id obseruatur.

a ¶ *Agere*.i.habere.
b ¶ *Agere*s.i.haberes.
c ¶ *De causis*. quas proposuisti, quia non es circumuentus. visus[a] enim fuisti iure communi, ideoque non es circumuentus: *vt ff. de minor. l. verum. §. sciendum. & seq.* Item non[b] restituitur: *vt j. de in integ. resti. l. non videtur. & facit 3. tit. j. l. j. & l. cum proponas. j.*

Deceptus nō videtur qui iure communi visus est.
b Restitutio denegatur ei qui iure communi visus est.

subueniri solet, ætatem agere[a] te proponas: nec si ageres[b], iisdem illis de causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes. PP. XV. Kal. Decem. Valeriano & Gallieno. AA. vtrisque ij. Coss.

Administrator ciuitatis potest super re dubia transigere non autem debitum liquidum remittere. h. d. secundum Alexan. Bald. & Salyc.

XII. *Idem AA. Primo* †.

PRæses prouinciæ existimabit: vtrū de dubia lite transactio inter te & ciuitatis tuæ administratores facta sit: an ambitiosè[d], id quod indubitatè deberi posset[e], remissum sit. nam priore[e] casu ratam manere transactionem iubebit: posteriore verò casu nocere ciuitati gratiam non sinet[f] †. PP. XVI. Kal. Mart. Æmiliano & Basso. Coss.

Transactio facta iusto metu, rescinditur: metus tamen iustificatio ex sola qualitate facti in transactionem deducti non probatur: & inter dominum & seruum transactio non valet. Alexander & Salycetus. Vel sic: Transactionem vitiant metus & dominium seu seruitus: vbi inter dominum & seruum interuenit. Iacob. Butri.

XIII. *Impp. Diocl. & Max. AA. Probæ.*

INterpositas metus causa transactiones ratas non habere[…]

Ex Cod. Gregor. l. de pact. & transact.

PRæses.] CASVS. Si debitori ciuitatis administrator eiusdem transactionis causa remisit debitum: hoc casu an valeat trāsactio, quæritur: vnde distinguendū est, aut liquidum fuit ciuitatis debitum: quo casu non valeat remissio: vt hic. aut nō, & valebit: quia tunc de re dubia fit. & hoc præses. i. maior magistratus prouidebit. potuit esse quòd credebas te aliquid ciuitati debuisse, cum non tenebaris.

† *Auctl. in C. Gregor.*

d ¶ *Ambitiosè*. Ambiebat, i. desiderabat honorē per debitorem.

Ex re indicata scilicet, vt in C. Greg. Con.

e ¶ *Nam priore*. quando de re dubia, & lite incerta.

f ¶ *Non sinet. vt[e] & ar. ff. de iureiurando. l. cum qui. §. in popularibus. & l. tutor. in p. ine. & l. iusiurandum quod ex §. j. & ff. de pact. l. Imperatores. & de decret. ab ord. fa. l. ambitiosa.* ¶ Sed contra j. de vsur. l. aduersus. Solu: vt ibi. ¶ Et no. quod dicit hæc lex in administratore[d] ciuitatis, idē in omni alio simili administratore: vt prælato, tutore vel curatore. ¶ Sed quid si nō ambitiosè, sed bona fide gratis remittunt: & liquidum debitū erat: sed[c] quia fortè vsura erat, vel alia iniqua pecunia, dices, valere: *vt hic in verb. ambitiosè. & ff. de ser. interdū. ū. qui tutelā. & l. si pignore. §. si. & de inim. l. sed si vnius. §. j.* Pla. contra. 3. tit. j. l. pactum in AD D. Istā opinionem Pla. sequuntur communiter doctores: vt testatur hic Bart. soluens rationem & iura per gloss. allegata.

† alias, posteriore nocere ciuit gratia non finet.
e Transactio ambitiosa rescindi potest.
d Transactio exclusa administratoris gratiosa, rescindi potest.
e Transigere aut potius gratuitò remittere debitū liquidum, vsurarum, vel aliās improbè administrator rei alienæ non potest.

INterpositas.] CASVS. Si metum intulisti, non valet transactio: & hoc in prima. refert tamen an fuerit talis metus, qui potuit cadere in constantem virum, quo casu non valebit: alioqui secus. & hoc in secunda. Si autem cum mihi promitteres, metum intuli, & super promisso transactū est, & mihi concessisti aliquid: nō videbitur metu extorta transactio. vnde licet in principali causa & in promissione probaueris tibi metum illatum, nō propter hoc metum intercessisse probasti in transactione: vnde contra eam venire non poteris. 2 Vel dic, in principali causa protestatus fuisti magno clamore tibi vim trāsigēdo illatā. hoc autē solum nō sufficit ad probandū metum, sed probare debes: *vt j. de dolo. l. dolus.* 3 Vel dic quòd habebas iustam causam & liquidam, vnde non erat verisimile te transigere, &c. nisi tibi metum intulissem: sed non sufficit ad probationē illationis metus: quia necesse habebas aliter probare, quàm per qualitatem causæ principalis. Si autem me seruum tuum dixeris. & hoc probaueris. non valebit transactio, cum inter dominum & seruum nō teneat pactio. Viu. ¶ No. ex hac l. bonū tex quòd ad hoc vt competat actio directa quod metus causa, ex verbis & mente edicti prætoris positi *in l. j. ff. quod met. cau.* requiritur metus iustissimus[f], s. mortis, vel cruciatus corporis. secundùm Paul. de Castro. hic.

f Metus leuis nō consideratur vt …

g ¶ *Edicto perpetuo*. quod habes *ff. quod metus cau. l. j.* Sed & quandoque locum habet tantum edicti sententia: *vt ff. quod met. cau. l. isti quidem §. si is.* Quandoque officium iudicis: *vt ff. eo. tit. l. fi. & fi fenerator. & de var. cog. l. medicus. & quare actio non datur. l. j. §. qua onerandæ.* Quandoque constitutio: *vt infra quod met. cau. l. per impressionem.* & his omnibus modis rata non habentur. ¶ Item quod dicit, perpetuò[a], i. generali. multa enim significatione: *vt diximus ff. pro soc. l. j.* Vel dic sine tēporis præfinitione: *vt ff. quod metus cau. l. si mulier. §. quod metus & 3. de diu. te. prescrip. l. j.* non autem quòd ex eo actio perpetuò detur, nisi ad simplum: *vt ff. quod met. caus. l. fin. §. j. & ij.*

a Perpetuum dictum generali sine tēporis præfinitione. ex quo perpetuò datur actio.

ri edicto perpetuo[g] continetur. Nec tamen[h] quilibet metus ad rescindendum[a] ea quæ eo sensu terminata sunt, sufficit: sed talem metum probari oportet, qui salutis[i] periculum, vel corporis cruciatum[k] contineat. Ad vim tamen vel dolum arguēdum qualitas[l] causæ principalis non sufficit. vnde si nihil tale probari potest, consensu quæstiones terminatas minimè instaurari oportet. Sed quoniam eum cum quo te transegisse commemoras, ex ancilla (tua) natum †, seruum tuum esse adseueras: si vera sunt quæ precibus complexus es, alia ratio[m] pactum reformat[n]. Nec enim dubij iuris est, dominos cum seruis suis paciscentes, ex placitis teneri atque obligari non posse[o] S. IIII. Non. Apri. Byzantij, ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Transactio dissoluitur consensu simul & actu contrario, & agitur causa ex integro. Saly. Vel sic, Communi consensu partium à transactione recedi potest. Alex.

XIIII. *Idem AA. Sopatra.*

SI diuersa pars[p] contra placitum[q] agere nititur: æquitatis ratio suadet, refusa[r] pecunia[f] (cum & tu[t] hoc desideras) causam ex integro agi.[u] PP. IIII.

h ¶ *Nec tamen*. licet dicat generaliter de metu, non tamen quilibet[b] sufficit, vt subijcit: *vt ff. quod metus causa. §. metum autem nō & c. & ff. quib. ex causis mai. l. iij. & j. de distr. pig. l. & qui. & j. de restit. ven. l. si voluntate.*

b Metus quilibet non sufficit ad rescindendum contractum al. rescindenda.

i ¶ *Qui salutis*. vt[c] mortis. & quasi[d] mortis, quod dic per exempla: *vt ff. quod metus cau. l. isti §. penul. & fin.* vt sic differat à sequenti casu.

c Salutem impugnat qui mortem vel quasi inferre alicui debet.
d Quasi mortis & mortis metus similitudo.

k ¶ *Cruciatum*. quod[e] iudicis discernitur arbitrio: *vt ff. ex qui. cau. ma. l. metus autem causa. in p.* & sic notat causam principalem ipsā venditionem.

e Officio iudicis discernitur quis metus sufficiens ad iustum …

l ¶ *Qualitas*. veluti[f] si in venditione dolus vel metus fuerit. ex qua venditione transactio processerit ex interuallo[g]. per hoc enim nō creditur fuisse in transactione dolus. 2 Vel principalem causam dicit contestationem doli vel metus: quæ sola nō sufficit, nisi consequenter probetur: *vt j. de dolo l. dolum & quod metus cau. l. metum & j. eo. tit. si maior.* 3 Vel tertiò qualitas causæ. s. quòd dicat ita se iustam & liquidam habuisse causam, vt non sit verisimile transegisse: vnde habebat instrumenta, qb. sufficiēter poterat fundare intētionē suā.

f Qualitas causæ principalis quid, vel causa principalis.
g Ex interuallo …

m ¶ *Alia ratio*. superior enim erat dolus vel metus, hîc autem ratio personæ: quia cum ea pacisci non potest.

n ¶ *Reformat*. i. rescindit. sic reserare, i. aperire. formari[h] autem pactum dicitur quando vestitur.

h Formatum pactum cum vestitum.

o ¶ *Nō esse*. nisi de libertate paciscatur: *vt ar. j. de lib. cau. l. cum affirmes. & l. post certu.* secundùm quosdam. 2 Nos 3. arg. earundem legum. ¶ Sed 3. nos. *ff. de acquir. here. l. si seruum. §. si quis dederit.* Sol. vt dixi: in d. l. cum affirmes. 3 Item cōtra *j. e. l. fin.* Sed ibi dicit valere transactionē super quæstione libertatis factam quod verum est, si tamen dubitabatur de statu. *sic & ff de iudi. vix.* hîc tamen agitur super alia quæstione. ADDIT. Dum quæritur an pactum factum inter dominum & seruum valeat, distinguit hîc Bar. aut sit pactum inter dominum & seruum de alio quàm de libertate, & indistinctè non valet: *vt hic.* aut fit de libertate, & tunc aut erat dubium an esset seruus, & valet: *vt l. fi. j. e.* aut certum & tunc aut fit cum domino futuro, & valet: *vt l. si seruum. §. si quis dederit ff. de acquir. he.* aut cum præsenti & tunc secus: *vt d. l. cū affirmes j. de libe. cause.*

An & quando pacisci seruum & dominum cum seruo valeat.

SI diuersa.] CASVS. Si me ad fundum conuenisti, & transegisti vt mihi fundum cederes, & tibi darem decem: an à pacto trāsactionis discedere possimus, quæritur: & rn. quòd sic, dūmodo hoc fiat de vtriusq; consensu: & actione pristina agere potes, refusa mihi pecunia quam dedi nomine transactionis. Viuianus.

p ¶ *Si diuersa pars*. i. actor.
q ¶ *Contra placitum*. scilicet transactionis.
r ¶ *Refusa*. id est restituta.
f ¶ *Pecunia*. transactionis nomine data per reum ipsi actori: & dic condictionem indebiti competere ad hanc pecuniam repetendam: *vt ff. de condic. indebi. l. eleganter. iij. respon.*
t ¶ *Tu*. scilicet reus.
u ¶ *Agi. vt & ff. de solu. pupilli. §. j.* ¶ Sed nunquid ipso iure non obstante

obstante prima transactione? Rn. non: vt ff. de o. et a. si vnus. §. pactus. & dixi. j. tit. j. l. pacta nouissima. ¶Item quid si sublata erat prior actio per acceptilationem & Aquilianam stipulationem? Rn. idē videtur esse dicendum, quòd agatur veteri: vt j. eo. vbi. ¶ Sed ar. contra: ff. de pact. si vnus. §. sed si pactum. Sed fortè dabitur ei prior actio vtilis ex æquitate: vt arg. j. si aduersus transact. l. j. & ij. ¶Item quare secus in sententia? vbi etiam lata per partium consensum secunda non valet vt j. quando prouo. non est necess. l. j. nisi cum esset dubiū an esset iudicatum, & super hoc iudicaretur: vt ff. quæ sent. sine app. rescin. l. j. Respond. quia fit ex consensu transactio, & ideo contrario consensu tollitur: vt ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. sed iudicium in inuitum redditur: vt ff. de ver. obl. l. inter stipulantem. §. j.

Iul. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Transactio facta per Aquilianam stipulationē & acceptilationem perimit omnem actionem, & perimit ipso iure. secus si non interueniat Aquiliana stipulatio & acceptilatio: quia tunc non perimit ipso iure, sed op. exceptionis. Bald. Vel sic: Si transactio fiat per acceptilationem præcedente Aquiliana stipulatione, non potest actor ad pristinam etiam realem redire, licet reus transactionem non obseruet. Alex.

XV. Iidem AA. Pontio.

VT responsum cōgruens[a] accipere possis[a], infere pacti exemplum: ita enim intelligemus † vtrum sola conuentio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio necnon & acceptilatio secuta fuerit[b]: quæ si subdita esse illuxerit[c], nullam aduersariæ tuæ petitionē hereditatis, vel in rem[d] specialem cōpetere, palàm[e] * est. PP. XV. Kal. Aug ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Legitima transactio rescripto principis non tollitur. Alex. Bald. & Sal.

XVI. Iidem AA. & CC. Catilio.

CAusas[f] vel lites transactionib. legitimis[g] finitas imperiali rescripto resuscitari nō oportet[h]. S. V. Id. Mart. ipsis. V. & IIII. AA. Coss.

Ex transactione pœnali cum clausula, rato manente pacto, da- *tur exceptio, & pœna exactio: ex non pœnali verò sola exceptio. Salyce. Vel sic: Potest quod datum est repeti, & exceptio transactionis opponi contra actorem, promissa non seruante reo, si hoc actum fuit, id est si in transactione fuit apposita clausula, rato manente pacto. Alexander.*

XVII. Iidem AA. & CC. Marcello.

CVm proponas, † ab ea[i] cōtra quam supplicas, litem quam tecum habuit, trāsactione decisam, eámq; acceptis his quæ negotij dirimendi causa placuerat dari, nunc de conuentione resiluisse[k], ac petas vel pacto[l] stari, vel data restitui: perspicis[m], si quidem de his reddendis manente transactionis placito, statim stipulatione, si contra fecerit, prospexisti, & XXV. annis maior fuerit[n]: quòd * exceptionem pacti, & actionem datorum habeas.[o] Quòd si nihil tale conuenit: exceptio[p] tibi, non etiam eorum quæ dedisti, repetitio[q] competit, parta[r] securitate. PP. V. Id. Iun. ipsis. AA. V. & IIII. Coss.

In omni pœna sanguinis potest transigi vel pacisci, excepta pœna adulterij: de alia pœna non, nisi falsi. Salyce. & Alexand.

XVIII. Iidem AA. & CC. Valenti.

TRansigere[f] † vel pacisci de crimine capitali[t], excepto

Vt responsum.] CASVS. Quærebas à principe an mulier te prodo te cōueniens, & tecum transigens, venire posset cōtra transactionem? & respon. declarare debes an facta fuit simpliciter transactio: quo casu ei agenti actione pristina. obstabit excep. transactionis. an fuit sub lata per acceptilationem, interposita Aquiliana stipulatione: quo casu nullam habebit aduersus te actionem, neque vniuersalem id est hered. petit. neque singularem, vt rei vind. Viuianus.

a ¶Possis. tu qui simpliciter quæris an possit aduersaria tua contra transactionem venire. Et nota. quòd benignè docet imperator supplicātem qualiter proponat: vt supra de prec. impera. offe. l. fin. Durius autem respondet ibi iurisconsultus: vt ff. de testam. l. Titius.

b ¶Fuerit. his enim duobus modis fit: vt j. eo. l. ij.

c ¶Illuxerit. i. apparuerit.

d ¶Vel in rem. Sed quomodo[b] istæ actiones accepto ferrentur: cum sola verborum obligatio possit accepto ferri: vt ff. de accep. l. an inutilis. §. acceptam? Respon. deducuntur in stipulationem Aquilianam prius: vt instit. qui. mo. tol. oblig. §. item per acceptilationem. ¶Sed quomodo[c] potero rem meam stipulari: vt ff. de leg. j. l. cæterа. §. j. & de verb. oblig. l. nemo. Respon. non rem, sed quanti mea interest: vt inst. qui. mo. tol. obl. §. est autem. & ff. de verb. obl. l. scire debemus. §. si à fure.

e ¶Palàm est. nisi: vt j. si aduersus transactionem. l. ij. Accur.

Causas.] CASVS. Transegi tecum, postea impetraui iudicē cōtra te super debito super quo transegi, nō facta mētione de trāsactione. certè si facio te citari corā iudice, & tu cōpares, excipis de transactione iam facta, & facis de ea fidem, & iudex debet pronunciare rescriptū esse surreptitium: quia si de transactione fecissem mentionē, tale rescriptū non obtinuissem: quia nō est intentio principis lites sopitas per transactionē vel sententiam resuscitare, & sic pronunciabit se non esse iudicem competentē, secundùm Paul. de Cast. hic.

f ¶Causas. Dicūt quidā causam ante litis contestationē: post cōtrouersiam tamen, sed post litis contestationem incipit esse[d] lis: vt arg. j. de litig. authen. litigiosa. 2 Alij causas criminū, sed lites ciuiles: vt ff. de testi. l. j. §. j. & ff. de verb. signif. l. litis nomen. 3 Tu potes dicere tertiò, scilicet causa post contestationem litis. sic enim dicit Tullius: Causa est res quæ habet in se controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione. sed lis est ante & post, & sic est genus, & causa species: vt j. quomodo &

quando iudex. authent. qui semel. ¶An ergo ante[a] contestationē potest transigi? videbatur quòd non, quasi non sit res dubia litis: vt ff. eo. l. j. Sed cōtra est, vt hic. & ff. de condict. indeb. eleganter. §. si quis. non autem post sententiam: vt in ea. l. §. si post.

g ¶Legitimis. aliàs non: vt supra tit. j. l. cum postea.

h ¶Oportet. cùm enim exhauriat in totum ius alterius, præsumitur[b] contra ius: & ideo non valet:[c] vt hic, & supra de preci. impe. offe. l. quoties. & si contra ius vel vtilit. public. l. omnes. & infra de error. aduocat. l. fin. & sen. rescin. non posse. l. fina. nisi diceret, non obstante hac lege: ff. de legat. iij. si quis. in principio.

Vm proponas.] CASVS. Mulier aliqua petebat à te fundū. tecum transegit vt dares ei decem, & à lite discederet. non vult stare pacto transactionis. petis vt pacto stet, vel reddat quę nomine trāsactionis dedisti. qualiter tibi consulatur, quæritur. & respondetur, aut conuenisti vt staret trāsactioni, & si non staret transactioni, repetere posses quæ dedisti transactione manente: aut non. Primo casu repetes quæ dedisti, si non stet pacto: & ei agenti obstabit transactionis exceptio, cùm intercessit stipulatio, si contra transactionem veniret, neque fuit minor xxv. ann. Si autem non conuenisti, sed vt à lite simpliciter discederet, dedisti: si agenti similiter obstabit trāsactionis exceptio, neque datorum tibi dabitur repetitio. Viuian.

i ¶Ab ea. scil. actrice, vel à creditrice præsente.

k ¶Resiluisse. id est resilire velle.

l ¶Pacto. scilicet transactionis.

m ¶Perspicis. i. intelligis, vel intelligere debes.

n ¶Fuerit. nam si minor esset, iuuaretur in integrum restitutione.

o ¶Habeas. id est habebis: vt ff. de transactio. l. qui fidem. ¶Sed contra: ff. de pact. l. et scriptum. §. j. Sed ibi non fuit dictum, rato manente pacto.

p ¶Exceptio. vt infra de dolo. l. si superstite. ¶Et not. quòd huius l. distinctio locum habet vbi non iurauit se non venturū contra trāsactionem. tunc[d] enim & soluit pœnā, & reddit accepta, nec agere potest: vt j. eo. l. si quis maior. 2 Item intellige cum[e] vetus actio superest: alioquin restituit accepta, & nō agit. 3 Item præstat pœnā: vt j. eo. l. vbi. ¶Sed quid si est stipulatus reddi data, nō eo addito vt remaneret placitū? Respon. dicūt quidam esse in electione promissoris reddere data, vel stare pacto: vt arg. j. eo. vbi. 2 Tu dic in electione repetentis: vt ff. de condi. indeb. eleganter. §. si quis post. in fin. & de pac. l. et scriptum. §. j. & ff. eod. l. pacto. & l. qui fidem. & de verb. oblig. l. ita stipulatus. in fin. & de euict. l. vindicantem.

q ¶Repetitio. s. simul. sed per se fieri: ff. de condict. indeb. eleganter. §. si quis. in fin. & dixi j. eo. l. sine apud.

r ¶Parta. i. quæsita.

TRansigere.] CASVS. Titius accusauit aliquē de crimine publico capitali. quæritur an super hoc crimine possit trāsigi vel pacisci? Resp. & distingue. aut enim irrogat pœnā sanguinis, aut nō. Primo casu transigitur præterquàm in crimine adulterij. In secundo casu non, præterquam in crimine falsi. Viuia.

s ¶Transigere. s. gratis[f] quo ad paciscētes, & non gratis quo ad transigentes: vt ff. eo. l. j.

t ¶Capitali. puta quod ingerit pœnā sanguinis. ¶Tribus modis

---

a De confessione post sententiam facta non valet transactio, quia vt hic...

b Obligationes in rē accepto ferri possunt, dummodo deducantur in stipulationem Aquilianam. c Rem suam quis stipulari non potest, sed quanti sua interest.

d Causa & lis differunt. ad Cl. l. 1. g. 1. de verbo. signif.

a Transigitur ante contestationem, at non post sententiam potest.

b Contra ius esse praesumitur quod in totum alterius ius exhaurit. c Conc. Gl. supra de preci. impe. &c.

† Facit ad hanc l. Gl. fin. in l. eo. &c.

a al. quod & exceptionem.

† Alciat. lib. 6. parad. c. 1 &c. ad hanc constitutionem adde Cotrafium &c.

d Pœna recedendi à transactione intrata ea est, ... b Hoc inter cætera habet periurij pœna ... e Transactione facta ... actionem ...

adulterio, prohibitum [a] non est. in alijs autem publicis [b] criminibus, quæ sanguinis † pœnam non ingerunt, transigere non licet [c] citra falsi [d] accusationem. S. III. Kalend. Septemb. AA. Coss.

Noua repertio instrumenti non vitiat transactionem: sed dolus ipsum occultantis eam inualidat, si actio prima non erat ipso iure sublata: aliàs inducit actionem de dolo. Salycetus. Vel sic: Transactio non rescinditur prætextu instrumentorum nouiter repertorum, si bona fide facta fuit: sed si reus per dolum extorsit eam rescinditur, vel per doli replicationem si actio non erat ipso iure sublata, vel per doli actionem si actio sublata erat. Alexand.

XIX. *Jidem AA. & CC. Irenæ.*

SVb † prætextu [e] instrumenti post reperti transactionem † bona fide finitam rescindi iura non patiuntur. Sanè si per se [f] vel per alium subtractis instrumentis, quibus veritas argui [g] potuit, decisionem litis extorsisse probetur: si quidem actio [h] superest, replicationis auxilio doli mali,* pacti exceptio remouetur. Si verò iam perempta [i] est, intra constitutum [k] tempus tantùm actionem de dolo potes exercere. [l] Dat. IIII Kalend. Octob. Sirmij. AA. Consulib.

Contra transactionem non potest veniri: sicut nec contra rem iudicatam: nec tempus noctis vitiat transactionem. Salycetus. Vel sic: Transactio & sententia paris sunt auctoritatis: & valet transactio facta de nocte sicut de die. Alexander.

dicitur capitale crimen. Primò [a] dicitur vltimum supplicium: *vt Instit. de pub. iudi. §. publicorum.* 2 Secundò amissio libertatis, & per consequens ciuitatis, puta quia damnatur in metallum, vel opus metalli. 3 Tertiò amissio ciuitatis tantùm: vt cum deportatur: *ff. de publ. iudi. l. ij. & ff. de bon. poss. l. edicto. §. rei autem capitalis. & ff. de pœn. l. ij. & l. quidam.* hic autē strictius accipitur pro eo quod ingerit pœnam sanguinis tantùm: *vt not. per sequentem literam.* & sic strictè ponit. *ff. de bon. eor. qui sibi. l. j.* sed in l. ij. eiusdem titul. largè.

a ¶ *Prohibitum.* scilicet accusato, [b] sed accusanti est prohibitum. vnde si pacisceretur vel transigeret, incideret in Turpillianum *ff. ad Turpillia. l. ab accusatione.* sed accusato licet qualitercumque redimere sanguinē suum: *vt ff. de bon. eor. l. j.* ¶ Item nunquid transactio talis præiudicabit alijs [c] si velint eum interim de eodem crimine iterū accusare? Respon. non: *vt ff. ad legem Iul. de vi. public. l. qui cœtu. §. fin.* Sed argum. contra. *ff. de præua. l. præuaricationis. & ff. de iureiurand. l. eum qui. §. in popularibus.* Sed illud est quia habent iudicis auctoritatem: hic autem partium cōsensum tantùm. 2 Alij dicunt gratuitum pactum non præiudicare: *vt d. l. qui cœtu. in fin.* sed transactionem sic. Imò contra in eo quòd excepit adulterium tantùm: *vt hic, & j. ad legem Iul. de adul. l. de crimine.* Imò & raptus [d] videtur excipi: *vt j. quibus ex causis ser. pro præ. li. acc. l. pen.* Solu. idem statuitur in raptu virginis, quod in adulterio, propter similitudinem quam inter se habent. Sed secūdùm Io. benè potest trāsigi vel paciscì de raptu, vt videtur velle litera illa. dicit enim pacto transmissum: ergo apparet quòd per pactum est remissum, ergo fuit licitum pactum. ¶ Item contra [e] in eo quòd hic dicit de adulterio non posse trāsigi: *vt in authent. vt lic. ma. & auia. §. fi. coll. viij. ibi, nisi tamen nondum aut iudiciali decreto, aut amicabili conuentione, &c.* Solu. dicunt quidam hoc corrigi. Sed verius secundùm Ioan. quod ibi dicitur, non est referendum ad capitulum adulterij, sed ad alia capitula in eadem auth. primò posita. 2 Item contra in authentic. *vt nulli iudi. §. adulteram. col. ix.* Solu. speciale fortè in viro. 2 Vel verius ibi actum erat & etiam mulier punita, quia in monasterium erat missa: sed vir sibi reconciliat intra biennium. 3 Item contra *ff. de adul. l. si maritus. j. §. si neganerit.* Sol. ibi repudiauit, non autem trāsegit, vel pactum fecit. 4 Item contra *ff. de pact. iurisgent. §. si paciscar. & §. seq.* vbi non permittit valere pactum contra publicam vtilitatem factum. Sol. illa distinguitur per istam vt ea locū habeat in crimine quod non ingerit pœnam sanguinis. 2 Alij dicunt eam tantùm loqui in gratuito pacto, istam in transactione tantùm. & exponunt hic transigere vel pasciscì, pacto scilicet non gratuito: & indicunt supra *eod. præses.*

b ¶ *In alijs autem publicis.* Publica [f] iudicia sunt, quæ enumerata sunt. *ff. de pub. iud. l. j.* ¶ Quid autem erit in priuatis [g] delictis? Resp. Io. vt in eis possit transigi & pacisci. Satis [h] enim est quod non inuenio prohibitū in eis: *vt ff. qui. ex cau. ma. l. necnon. §. j.* Sed ar. contra. *ff. de arbi. l. non distinguemus. §. Julianus. & ff. de his qui not. in fa. l. quoniam.* Et potest sic distingui an criminaliter, & tunc non licet: an inciuiliter agitur, & tunc licet.

c ¶ *Non licet. vt j. de contrahen. & commit. stipu. l. si quidem. in fin.* quia si trāsigat [i], pro cōfesso habetur: *vt ff. de præuari. l. in omnib.* ¶ Et no. quòd non repetit nisi transigere. nam [k] pacisci benè licet: *vt ff. de iure fisc. l. in fisc. & l. eius. & ad l. Iul. de vi pu. l. qui cœtu. §. fi.* quod nō placet Iaco. vt alibi not. ¶ Sed quid si transigat? Dicunt quidam transactionem valere inter eos: sed alijs non præiudicare. quod non placet: quia sic nulla esset differentia, an transigat quis super re familiari, an super re publica: sed lex apertè facit differentiam: *vt ff. de pac. l. iuris gen. § si paciscar. & l. si vnus. § pactus.* & sic dico etiā [l] inter eos non valere: *vt not. d. §. si paciscar. in Glo.* Fit enim nunciatio, &c. hic videtur aliter dicendū vt alibi notatur, scilicet cum refertur ad pecuniariam æstimationem.

d ¶ *Falsi accusationem, vt j. de fal. l. ipse.* & est ratio, quia plerunq; falsi accusatio refertur ad pecuniariam ęstimationem, secundum Ioan. & hoc solo casu videtur eam accusationē exceptā à transactione, scilicet prohibita: videlicet vt [a] fieri possit trāsactio super falso, quod refertur ad pecuniariam æstimationem. nam quādoque irrogat pœnam sanguinis: *vt infra de fal. mo. l. j. §. fin. vers. & l. pe.* Vel dic quòd semper super crimine falsi licet transigere, etiam quando irrogat pœnam sanguinis: *vt in princ. l.* item cum non irrogat: *vt hic.* alioquin non esset bona exceptio quam fecit. Et not. versus: Sanguinis in pœnis (nisi mœchus) transigit ōis. In reliquis nulli liceat: nisi crimine falsi.

SVb præ textu.] CASVS. Mutuaui tibi x. factū est instrumentum. negasti te mihi debere, vel te soluisse dicis: vnde venit in dubium, tecum transegi pro v. & alia v. remisi: quia instrumētū reperire non potui: sed transactione facta instrumētum inueni: an eius prætextu litem finitam transactione resuscitare possim, quæritur: & respond. quòd non. Si autem instrumenta subtraxisti per seruum vel per alium credentem tua esse & neutro casu cōmissum fuit furtum, vt propter hoc facilius veniretur ad transactionē; aut fuit simplex trāsactio, aut Aquil. stipulatione vallata, & accepto lata. Primo casu agam actione pristina: & si excipias de pacto transactionis, replicabo de dolo. Secundo casu cum nullum detur mihi auxilium, agam de dolo. Viui.

e ¶ *Sub prætextu.* Prohibēt iura, nisi [b] in causa publica: *vt ff. de re iudi. l. imperatores.* 2 Et nisi in causa ecclesiæ: *vt arg. in auth. de non alie. §. sinimus. col. ij.* 3 Et nisi in causa [c] pupilli: *vt j. de iur. reip. l. rempublicam. lib. xj.* 4 Et nisi [d] sit testamentum: *vt ff. eo. de his.* Idem de codicillis: *vt ff. eo. l. imperatores. §. j. & l. non est.*

f ¶ *Per se.* per se possunt subtrahi, ita vt non cadat in nomen furti: vt si apud eum sint, & non contrectet, sed celet: *vt ff. de furt. l. Inficiando. circa prin.* Si autem contrectaret, fieret furtum, & daretur actio furti ad duplum eius quod continetur in instrumēto: *vt ff. de fur. l. qui tabulas.* & sic non daretur de dolo, quam hic dicit dari: *vt ff. de dolo. l. j. §. ait prætor. & l. ij.* Per alium autem subtrahit: vt si alicui mandauit vt acciperet ea: qui putans esse mandantis, ea accepit. Nec enim mandator commisit furtum: quia non contrectauit, nec fuit præsens, nec accipiens cōmisit furtum: quia non fuit in dolo: *vt ff. de furtis. l. si is qui rem. ij. §. si tu Titium. & l. si quis per ferendum. & l. falsus. §. si quis nihil.* 2 Alij non exigunt huiusmodi expositiones: quia dicunt cōpetere furti actionem cum actione de dolo: cum sint famosæ ambæ, quod non placet: *vt ff. de dolo. l. j. & l. ideòq.* ADDITIO. Aduerte quòd duplex [d] est dolus: vnus commissus in subtrahendo, & ex illo competit actio furti, & non de dolo. Secundus est dolus commissus in celando & extorquendo à te transactionem, & ex isto non oritur actio furti quia assidua contrectatione non nascitur. *l. ei qui. ff. de furtis.* vnde meritò agitur de dolo: & isto casu loquitur hæc lex secundùm Iac. But. quod approbat hic Bart.

g ¶ *Argui potuit.* i. argutè probari.

h ¶ *Actio.* quæ est. si quidem. &c. vt statim dicit.

i ¶ *Perempta.* s. actio vetus. & sic fuit stipulatio & acceptilatio.

k ¶ *Constitutum tempus.* s. biennij [e] *vt j. de dolo. l. optimum.*

l ¶ *Exercere.* sic ergo vbi quis per calumniam resistit, valet trāsactio: *vt hic:* licet sit secus in actore cōmittente dolū: *vt dixi s. eo. l. ij.* ¶ Sed cū [f] dolus dederit causam trāsactioni: quare nō est nulla ipso iure, sicut venditio: *vt ff. de dolo. l. eleganter. post princ.* Resp. in venditione, qui rem tradit, habet de dolo. Nā vt ait B. pcessit venditio vt infirma: secuta est traditio vt infirmanda per actionem de dolo. sed iste videtur tradidisse, cum remisit actionem. Vel aliud in bonæ fidei, aliud in stricti iuris, sicut [g] est transactio secundùm B. Sed hoc non placet: *vt j. de inutil. stipu. l. dolo.* ¶ Item quomodo [h] datur de dolo cum alia competit: *vt ff. de dolo. l. j. §. si quis rem?* respōdet B. hic nulla competit post dolum admissum. 2 Vel dic quòd hic in ea admittenda passus est dolum: *vt ibi dicit.*

a Crimen dicitur capitale tripliciter.

† v. Iudicium Romanum singulari 684. quo incipit an aliquis legem transigere.

b Reprobatur per Bart. Bald. & Iaso. tale pie Fulg.

c Transactio nes criminum permissæ vt leat in præiudicium transigētis solum non aliorum volentium accusare, & in dicit inquirere volentis. & hanc quidem sententiā aduersus Bart. & Alex. tāquam communiorē tenet Boërius decis. 91. adde Gil. 1. 29 quod ibi tem notaui. infra ad Sillanianum.

d Transigere de raptu licet de quo v. Gl. l. vnicā. infra de raptu Glo. Ij. supra pro quib. causis seruis pro præmio. Bartol. ibi. vbi notat hanc esse cōmuniorē sententiam vel eo nomine quod raptus minus frequētatur, neque ad illud crimen homines ita naturaliter adducantur.

e Transigere an quatenus de adulterio liceat.

f Publica iudicia quæ.

h Transigere in priuatis delictis licet.

h Etenim ita intelligitur quæ nō reperiuntur prohibita.

i Transigens in delictis nō capitalibus, pro confesso habetur.

k Transigens in priuatis delictis non licet, pacisci licet.

l Transactio de priuato delicto ne quidem valet inter ipsos transigentes.

a Transactio an & quando possit fieri super crimine falsi.

† l. 4. infra eo tit. vide etiā Glos. l. Transactio de transact. cū de iure communi. l. de eo tit.

† An idem in arbitris, olim enim transactio comparatur v. Romanum singulari 688.

* Contra. fa. infra eodem tit. eo.

b Transactione tracta regulariter nō potest prætextu instrumentorum repertorum rescindi nisi agatur de causa publica, Ecclesiæ, pupilli, testamentis & Codicis.

c Argumentum à republica ad pupillum valet. v. Euerardum. in loco à Repub. ad pupillum. Col. infra de iure. actum. fisc.

d Transactio licet nō possit retractari prætextu instrumentorum, ex hac lege, potest tamen retractari prætextu testamenti vel codicilli. v. hac Gl. ad v. Romanum singulari. 197.

e Actio de dolo biennio finitur.

f Dolus dans causam cōtractui bona fidei, informat ipso iure contractum bonæ fidei. An idem in stricti iuris iudicijs. Idem putant Accursius hoc.

g Transactio stricti iuris est.

h Subtrahens instrumenta cur teneatur dolo, cum furti teneatur & actio de dolo nō detur, vbi alia nō petit.

Item

¶Item quare non datur condictio ob causam vt [a] se reponat in obligationem: vt ff. de condi. cau. da. l. si quis? Rn. quia [b] hic factum fuerat à reo, quod conuenerat: sed actor dicebat se dolo inductum: vt dixi. s. ea. l. actione. & facit j. in quib. cau. ces. lon. temp. praescri. l. j. & s. e. tit. j. l. cum postea. & j. de re iud. sub specie. & ff. de excep. l. qui agitur. & de furtis. admonendi sunt.

a Actione. vt se reos reponat in obligationem. vel potest credi, quod qui decepitur retrum liberauit. Decenus igitur vbi non fuit à reo quod promiserat.

NOn minorem.] CASVS. Parem auctoritatem habent res iudicata & trãsactio: quia vtraque finit lites: quia nihil, &c. neque refert an nocte vel die fiat, cũ nullo tempore excluditur cõsensus. Viui.

a ¶Non minorem. quantum [c] ad decidendas lites, & quantum ad exceptionem parãdam: quandoque tamẽ secus [d] est: vt supra eod. l. si diuersa. Item pactio non fecit ingenuum, sed sententia sic: vt j. de ingen. man. l. diffamari. & plene potes dicere vt ff. de ind. l. j.

b ¶Siquidem. i. quia.

c ¶Fidei. vt [e] ff. de pac. l. j. in prin. & institut. de rerum diui. §. per traditionẽ ff. de act. emp. l. ex empto in princ.

d ¶Pactum. [f] s. trãsactionis.

e ¶S. cunda hora. puta in galli [g] cantu. ¶Et sic no. quod valet [h] de nocte quod fit, sicut de die: vt ff. de test. l. testium. §. posse. ¶Sed si de nocte fit, cũ possit, vt dictum est, nunquid erunt necessaria luminaria? [i] Resp. sic. ff. de ven. insp. l. j. §. tria lumina. & j. de sen. ex breui reci. l. j. Sed ar. contra j. ad leg. Iuli. de adul. Gracchus. & in auth. de ind. §. sedebunt. coll. vj.

f ¶Tempus. de die, vel de nocte.

g ¶Repudiet. quin possit transigi.

c Transactio par iudicatae in litibus decidẽdis, & paranda exceptione. Interdum tamẽ inferior, vt in casibus hic enumeratis.

d Contra. Ol. in talibus super verbo autẽ item in § supra ex ipsa dicta.

e Pacta seruari fidei congruit.

f Quid in sententia regula contra: de nocte ferri non debet. Nouellae de iudicibus 82. c. j. vide Socinum reg. 359. qua incipit sententia.

g Gallicantus.

h Nocte an interdiu quid fiat, nihil interest. vnde colligitur sententiam nocte ferri posse: quod tamen Glossa alibi negat in l. 10. ff. de feriis. & Socinum regula 359. Baldum decis. 412. Nouella 82. cap. j.

i Noctu quae fiunt an & quando requirunt luminaria.

CVm ea.] Pone casum in terminis vt in gl. proxima. Et qua gl. pro declaratione ipsius nota dum dicit, scholaris in dando reus, id est qui conueniebatur, dedit siue restituit. sed dum dicit, in retinendo actor, id est quod dum scholaris ageret, conuenit quod aduersarius retineret. ¶Et finalis conclusio huius legis stat solum in hoc, quod vbi est vera transactio & simulata emptio, statur trãsactioni: & contractus simulatus nihil operatur, secundum Bald. Et adde secundum Iasonem quod simulatio [k] non potest liquidè probari: ideo sufficiunt verisimiles coniecturae, sicut in dolo. l. dolum. j. eo.

* sic in omnibus quidam al. legunt, actio.

k Simulatus contractus nihil operatur. proinde si comperta venditione quae fuit transactio, non venditionis.

h ¶Cum ea dari. Scholaris gloriosus & inanis gloriae cupidus in retinendo actor, in dando reus, cum ageret ad fundum, conuenit vt aduersarius retineret fundum velut emptor, cum retineret ex causa transactionis, modico dato scholari. Item si aliam rem dedit nomine transactionis vt sibi daretur fundus petitus, & conuenit vt illa titulo emptionis retineretur ab aduersario: econtra in dando reus, qui restituit fundum, cum sit reus, sed fingit emptionem modica pecunia accepta per transactionem.

i ¶Praescribitur. i. in praeiudiciũ veritatis scribitur, vel ante oculos scribitur. Cum enĩ verè esset trãsactio, fingebatur emptio. Et dic praescribitur, s. in instrumẽto vẽditionis.

k ¶Numeratio. vt j. de contrahen. empt. empti. & de dona. inter virum & vxorem. l. creditor & plus va. quod agi. l. prima & l. si quis infra si certum pe. t. l. si non singuli. & l. si ex precio.

xx. Idem AA. & CC. Antistia.

NOn minorem [a] auctoritatem transactionũ, quàm rerum iudicaturum esse, rectà ratione placuit. Siquidem [b] nihil ita fidei [c] congruit humanę, quàm ea quae placuerant, custodiri. Nec enim ad rescindendũ pactum [d] sufficit quod hoc secunda [e] hora † noctis intercessisse proponas: cum nullũ tempus [f] sanae mentis maioris 25. annis consensum repudiet. [g] S. IIII. kal. Octob. ipsis. AA. Coss.

Simulata emptio ex causa transactionis facta, fictum emptorem nõ obligat ad precium soluendum. Bal. Vel sic: Transactio vera praeualet venditioni ex causa transactionis simulatae: ideo precium ex ea fictum peti non potest. Saly. Vel sic: Plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. h. d. Alex.

xxi. Iidem AA. & CC. Geminiano.

CVm ea quae transactionis causa dari [h] aut retineri cõuenit, velut emptorẽ eum quẽ accipere placuerat, obtinere praescribitur [i]: his quę simulatè geruntur, pro infectis habitis, frustra ficti precij postulatur numeratio. [k] S. V. Non. Octob. ipsis. AA. Coss.

Protestatio vel contestatio super dolo non facit dolum praesumi. h. d. Saly. & Alex. Vel sic: Transactio non rescinditur ex protestatione. Ia. Bu.

xxii. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI maior transegisti, ad rescĩdẽdam trãsactionem de dolo contestatio [l] * nõ sufficit. S. Kal. Decẽb. ipsis. AA. Coss.

Exceptio non sum heres, opposita creditoribus hereditariis, est exceptio intentionis. Item cui denegatur defensio, multo magis denegatur actio. h. d. Bal. Vel sic: Si conuentus vt heres non opposuit quod non erat heres, sed vt heres transegit & soluit, repetere non potest, licet verè non esset heres: & si non soluisset, compelleretur soluere si stipulatio interuenisset. h. d. Alex. & Sal. Vel sic: Post rem transactione decisam non potest opponi exceptio intentionis vel facti, nec soluti repetitio cõcedi. h. d. Saly.

xxiii. Iidem AA. & CC. Tatiano.

NEc intentio [m] creditorũ Archimedori [n] † cui alios successisse profiteris, † si obligatus [o] pro eo non fuisti, tenere [p] * te potest: sed hoc integro [q] negotio tractari conuenerat: Nam cũ iam quaestionẽ transactione decisam, & à te dari [r] placitam, numeratam [s] pecuniam proponas: huius indebiti soluti praetextu [t] improbè tibi petitionem [u] decerni postulas: cum etsi tantùm in stipulationem fuisset deducta [x], indebiti promissi velamento defendi non [y] posses. * Dat. VIII. Idus Mar. CC. Coss.

Solutio partis debiti ex causa trãsactionis, inducit liberationem à toto: secus in confessione partis facta à reo. h. d. Bald. & Saly.

xxiiii. Iidem AA. & CC. Victorino.

SI quidẽ ex causa transactionis eceptis his quae instrumento [z] continentur, nihil amplius peti conuenit [a]: aduersariam tuam exceptionis auxilio defendi perspicis. [b] Sin vero

SI maior transegisti.] CASVS. Licet protestatus fueris in trãsactione dolum interuenisse, non propter hoc rescinditur trãsactio nisi probetur: vt infra de dolo. l. dolus. ¶Not. ex hac l. quòd licet reperiatur protestatum, non tamen praesumitur [a] protestatio vera, nisi probetur: quod not. secũdum. Bald.

l ¶Contestatio. [b] i. protestatio: vt & dixi. s. eod. l. interpositas: nisi probetur: vt j. de dol. l. dolus. & de his quae vi, &c. l. metu. Excipiunt quidã in minore, à contrario [c] sensu: vt hic, sed male. ff. de integ. rest. l. nam & postea §. si minor. & ff. de mino. l. non omnis. 2 Vel dic contestatio de dolo, id est quòd litem fuerit contestatus super actione de dolo.

a Protestatio non praesumitur vera nisi probetur.

b subaudi facta ante vel post transactionem, coram vicinis non coram aduersariis.

c Argumentũ à contrario sensu validũ.

NEc intentio.] CASVS. Decessit aliquis credebas te eius heredem: & cõuentus à creditoribus cum eis transegisti. alio existente herede, repetere vis quod nomine trãsactionis soluisti. quęritur, an possis? Resp. quod non: quia antequã trãsigeres, tibi prospicere debuisti. vnde si trãsegisti, licet non soluisti, soluere teneris. & si solueris, non repetes. Viui.

† Al. Artemidori.

* quidam non tibi legunt, tenere nõ potest. quod nusquam legi, nec congruit sententiae huius constitutionis. Contius.

† Exceptio, nõ sum heres.

m Nec intentio. i. petitio.

n ¶Archimedori. cui putas te heredem esse.

o ¶Obligatus. quoquo modo, vt fideiussor.

p ¶Tenere. nec.

q ¶Integro. i. antequam trãsigeres & soluceres.

r ¶Dari. s. creditoribus Archimedori.

s ¶Numeratã. i. datã esse.

t ¶Praetextu. siue sciente, siue ignorãte ius vel factum.

u Petitionem. i. repetitionem.

x ¶Deducta. nõ etiã soluta, & hoc praecedente transactione.

y ¶Non posses. & cui [d] denegatur hęc defensio, multo magis actio nec [e] etiam à veris heredibus repetes, qui non sunt liberati per tuã transactionem. & sic est contra ff. de petit. her. l. si quid poss. ffer. Sed dic quòd ibi soluit ex cõtractu defuncti: hic autem ex suo scilicet trãsactionis. hoc modo intelligitur ff. de pac. l. si tibi. §. fin. alias pe. 2 ¶Item cõtra. ff. de tu. & ra. dis. si ex duob. Sed aliud in tutoribus & curatoribus, qui vna obligatione & actione tenentur. hic autem non soluit ex obligatione qua tenebãtur heredes, sed sua, vt dixi. ¶Item not. datum [f] vel promissum trãsactionis causa etiam indebitum nõ posse repeti: sed tunc solui debet: vt hic & j. de condic. ind. l. si citra. & de non nu. pec. l. si transactionis. & de contrah. stip. l. scirem. & de plus peti. l. j. nisi in casu quando actor calumniatur: vt ff. de condic. inde. in summa. [f] Non posses: fui aduocatus in causa tua. promisisti mihi l. transegi pro xl. residuum non possum petere.

d Exceptio cui negatur, eidem multo magis denegatur actio.

e Transactionis causa solutum à putatiuo herede, verus heres repetere nõ potest: Nam per contrarium quod heres putatiuus soluit, non liberat verum heredem.

f Transactionis causa datum non repetitur. Impedit igitur cõdictionem indebiti transactio.

SI quidem.] CASVS. Debebat tibi aliqua mulier x. ac petiisti. dicebat se soluisse, vel nihil debuisse, vnde venit in dubium, & cum ea transegisti v. tibi soluit, & alia v. remisisti: an alia v. petere possis quaeritur. & resp. quòd non, quia obstat exceptio. si autẽ confessa tibi debere quinque, soluit v. alia quinque petere non prohiberis, si alia v. debeat. Viui.

z ¶Instrumento. trãsactionis.

a ¶Conuenit. minore pecunia ob trãsactionem accepta.

b ¶Perspicitis. vt ff. eo. l. qui fidem.

a Litis decisio pro transactione.

b Decem cõsecutus, alia decẽ petere potest, si ea sibi deberi dixerit, nisi etiam petitione decem tantũ aut duntaxat sibi deberi dixerit v. Bald. consil. 413.

a ¶ *Decisione.i.* non interposita transactione. In vtroq. ergo plus fuit petitum, & minus solutum siue confessatũ, vnde videbatur quòd sicut in primo est exceptio pro residuo, sic & in isto. Sed contra b est, *vt hic, & ff. de pac. l. si vnus. §. & in summa. aliàs ante omnia & l. si intra. & ff. eo. l. cũ Aquiliana. & ff. de except. rei iudica. l. si ex testamẽto & j. de sol. si inter. & l. si interest. & infra de furtis. l. post decisionem.*

b ¶ *Tam eam.* quantitatem scilicet quam fuit cõfessa se debere.

Si maiores.] CASVS. Debebat tibi patru[e] tuus x. petiisti, & cum eo transegisti, & quinq. remisisti, ea spe vt heredẽ te institueret. instaurare per trãsactionẽ litẽ iam sopitam frustra conaris: quia agenti tibi actione pristina obstabit exceptio.

¶ Nota hic quòd licet donatarius nõ instituat donatorem heredem, nõ propterea dicitur ingratus: ideo nõ reuocatur donatio, quamquã nil relinquatur donandi in testamẽto donatarij, secũdum Bald.

c ¶ *Si maiores.* auunculus meus mihi cẽtum debebat: transegi cum eo pro xx. quia credebã quòd me heredẽ faceret: nõ possũ petere.

Ivbemus[h] in omnib. litigijs iam[i] motis[k] & pendentib.[l] seu postea[m] super seruili vel adscriptitia cõditione mouẽdis, transactiones celebrãdas vel iã celebratas (si nõ alio iure cognito modo eas vacillare contigerit) vires suas obtinere, nec ob hoc videri tenorem earum titubare, quòd pro conditione seruili[n] vel adscriptitia confectæ sunt. Dat. 15. Kal. Decem. Patricio & Hypatio Coss.

d ¶*Præcipimus*. per in integrum restitutionem: vt ff. de re iudic. l. diuus. & j. titu. j. l. j. Nec enim intelligitur tacita conditio si vera sint: quia non retractarentur, sed ipso iure non valerent: vt arg. ff. de acqui. poss. l. quod meo. §. si furioso. & ff. qui satisdat. cog. l. final. Nec distinguo si sciat, an nesciat falsa qui vtitur eis: sicut nec in sententia, aliàs si calumniosè agat, nil prodesse allegare instrumentorum falsitatem: quia & sine his hoc casu non valeret trãsactio: vt ff. de condict. indebi. l. in summa. §. j. ¶Item contra infrà si mi. se maior. dix. l. si alterius. in fi. vbi post iuramentum non retractatur pactio. Solu. licet hic & ibi non iurantis sed aduersarij malitia interuenit, hic tamen maior: quia falsitas vnde hic remittitur, ibi non. ¶Item contra infrà si aduer. vend. l. j. Solu. vt & modo dixi. 2 Vel dic quòd ibi fuit venditio facta cum decreto: vnde valuit. hic non valuit transactio. ¶Item cõtra. j. ad leg. Cornel. de fal. l. ipse vbi post transactionem non tractatur de falso. Solu. hic non fuit mota quæstio falsi ante transactionem, ibi fuit. alioquin secus: vt hic in fi. l. & j. si ex fal. instrum. l. j. & de fi. instru. l. fi. ¶Item contra. j. de plus peti. l. j. & ff. de excep. l. qui agitur. sed non sunt contra. Et ibi intra transactionem fuit mota quæstio falsi. ¶Item quid si ex sacramento falso, id est in quo falsum asseruisti? Dic, aut detulit iudex aut pars primo casu possit retractari, secundo non. vt ff. de iureiur. l. admonendi. Aut nullus, sed vltrò obtulit: & tunc detur de dolo. ff. de dol. l. si legatarius.

e ¶*Firmis*. vt si quinque data sunt, vt actor non petat fundum paternum, nomine cuius non exhibetur falsum instrumẽtum: & decem sunt data ne petat hereditatem fortè cuius nomine vtebatur falso instrumento. ¶Sed quid si non appareat pro quo scilicet sit datum, sed est data pecunia pro omnib. qui erant in controuersia, sed pro quibusdam tantum ostendebatur falsum instrumentum, cuius timore transactum est? videtur quòd pro precio rerum interpretor pro vnoquoque datum: vt ar. ff. de lega. ij. qui solidum. §. cum post. ¶Item not. hic arg. quòd instrumentum nõ est totum vitiosum ratione partis: vt j. de Lati. lib. tol. l. j. §. penul. Alij contra: vt j. de vsur. cunc. l. ij. in fi. & ff. quemad. test. ape. l. j. §. si quis. & dixi. j. de testa. l. si vnus. Item intellige si causa sit diuidua, alioquin secus: vt ff. de mino. l. etiam. §. j.

f ¶*Nisi fortè*. illa tãtummodo causa vel pars retractaretur nisi, &c. vnde non refertur ad omnia prædicta.

g ¶*Sopiatur*. nam potest transigi super falso expresse vel tacitè: vt j. eo. l. transigere. & j. de fide instrum. l. fin.

h ¶*Sopiatur*. i. extincta sit.

Iubemus.] CASVS. Mouebam tibi quæstionem status, dicendo te seruum meum esse, vel adscriptitium. transegisti vt remitterem tibi quæstionem status. an valeat ista transactio, quæritur? & respond. quòd sic: neque obest quòd super seruili vel adscriptitia conditione interposita fuerit. secus ex diuerso, quia contra bonos mores & contra formã transactionis.

h ¶*Iubemus*. nam multis modis loquitur ista lex quando de statu agitur.

i ¶*Iam*. ante legem istam.

k ¶*Motis*. & finitis trãsactione, &c.

l ¶*Et pendentibus*. tempore huius legis.

m ¶*Postea*. post legem istam.

n ¶*Seruili*. hic est contra supra eo. l. interpositas. Solu. vt ibi. sed si valet inter seruum & dominum, quid si dicatur quòd seruus fuit vel adscriptitius, & aliquid ei detur? Respon. non valet: cum quia est contra bonos mores: vt arg. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. homo liber. 2 Item quia non transiret ad eum commodum aliquod: vt j. eo. l. transactio. 3 Item pro hoc infra de libe. causa. l. nec si valere. ¶Item not. hic argum. quòd in causa cõuersionis & monachationis ratione dubitationis valet trãsactio, & in causa matrimonij: vt argum. ff. si quis in ius vo. non ie. l. eo quacumque. sed decretum episcopi est necessarium, cum sit spiritualis causa. nam & in alia re alienãda est necessarium episcopi decretũ: vt in auth. hoc ius. j. de sacros. eccles.

TITVLVS V.

DE ERRORE calculi.

Error calculi non nocet, etiam si sæpe sit erratum, & etiam si stipulatio interuenit, nisi sit iudicatum vel transactum. h. d. Bal. vel sic: Si erratum sit in calculo, potest calculi fieri retractatio, nisi super errore sit transactum vel iudicatum: & indebitum per errorem calculi promissum condicitur. Salyc. & Alex.

I. *Imp.* DIOCLET. & MAXIMIA. *AA. & CC. Aureliano.* *Quarto.*

Errorem[o] calculi, siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit, veritati non afferre præiudicium sæpe

DE ERRORE CALCVLI.

Dixit de transactione in cuius computatione quandóque erratur, ideo de tali errore dicit. Vel sic: Dictum est supra de transactione: quæ quia fit per errorem calculi id est computationis: posito eo per quod fit, pro eo quod fit: sic etenim solet quod fit, ponitur pro eo per quod fit: ideo ponit de errore calculi. Azo.

Ex errore.] CASVS. Tenebaris mihi in aliqua quãtitate pecuniæ ex pluribus causis, puta ad x. ex causa mutui: ad alia x. ex causa emptionis & venditionis, & ad v. ex causa permutationis. computaui dicens x & x. & v. faciunt xxx. cum non faciãt nisi xxv. & sic computaui demum quòd tenebaris mihi in xxx. & hoc per errorem. an tibi præiudicetur quominus iterum fiat computatio, quæritur? & respon. quòd non: nisi fuerit quæstio super errore computationis sopita transactione, vel per sententiam. vnde si plus quàm debuisti promisisti, liberationem condictione sine causa cõdices. Idem erit si penes me mercatorem aliquã quãtitatem deposuit scolaris, puta c. computauit quod penes me remaneret, & quod recepit. apparuit quòd restabãt l. & alia l. soluissem, cum tamen non soluissem nisi x. an iste error præiudicet scholari, quæritur? & respon. quòd nõ. vel apparuit quod l. essent soluta, cum essent soluta lx. hoc nõ præiudicat mihi mercatori. & licet propter hoc promisi plus quàm debui, agam condictione sine causa, vt liberer. & hæc sunt vera, nisi veniret in dubium computatum esset necne, & de hoc esset trãsactum, vel sentẽtia lata. ¶Not. ex hac l. quòd erronea calculatio etiã sæpe facta non nocet: & est argumẽtum quòd erronea cõfessio sæpius repetita, possit reuocari, secundùm Bald. hic.

o ¶*Errorem calculi*. id est computationis, quæ fiebat olim per lapillos, qui dicuntur calculi, (eo quòd non impunè pedibus calcãtur. vnde Persius: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. quia pro bono die ponebant album lapillum: pro malo nigrum.) Quandoque ponitur pro cognitione causæ: vt infra de iuridi. l. rem non nouam. in princ. 3 Quandoque pro sententia: vt infra

a Vide gl. in ver. a. sup. eo. in l. 100.

c Instrumentum non est omnino vitio sum ratione partis.

e Sæpius licet repetita & retractata repeti posse videtur, si errorem continerent.

f Calculi varia significationes.

de appell. l. si sctor. quia lis calcatur. i. terminatur, secundùm P.

a ¶*Constitutum est.* si veritas apparet: *vt hic. & ff. de off. præsid. l. illicitas. §. veritas. & s. de iur. & fact. igno. l. si non. & l. error.*

b ¶*Res.* i. quæstiones habitæ super errore cōputationis. Accur.

c ¶*Vel transactio.* Sententia[a] ergo & transactio finem imponit quæstioni habitæ super errore cōputationis, etiam si hæc sentētia vel transactio non rectè faciat computationem: vt *hic dicit: & infrà de re iudi. l. ij.* ¶ & sic contra *ff. quæ sentent. sine appella. l. j. in princip. & §. j.* vbi dicit non valere sententiā. Solu. distingue in vtroque, vtrum fuerit expressa causa erroris, vel non: vt primò non teneat,[b] secundò sic. & hæc bona. 2 Alij dicunt quod hic errauerunt partes, ibi iudex. 3 Vel tertiò distingue in sententia, vt ibi dicit. ¶Sed in transactione dic quòd valet semper[c] errore sublato de medio per exceptionem vel replicationem, vt in eo non valeat trāsactio: *vt ff. si quis caut. l. sed & si. §. fina. & ff. de fideiuss. l. si quis postquam.*

d ¶*Condictio.* sine causa: *vt ff. de condictio sine cau. l. iij. & infra de condic. indeb. l. si citra. & l. cum & soluta.*

constitutum est[a]: vnde rationes etiam sæpe computatas de nuo tractari[*] posse, si res[b] iudicatæ non sunt, vel transactio[c] non interuenit, ex placiti iuris est. Sed & si per errorem calculi velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio[d] liberationis tibi cōpetit. Dat. 6. kal. Mart. A A. Coss.

TITVLVS VI.

DE POSTVLANDO

Sententia qua definitum tempus non continet, perpetuum habet effectum. h. d. Vel sic: Remotus ab officio, nunquam illud recuperat. h. d. Bal. Vel sic: Non appellans à sententia per quam prohibetur causas agere non potest postulare. Saly.

I. *Imp.* ANTONINVS *A. Artemidoro.*

CVm à præfecto Ægypti perpetuò causas agere prohibitus non appellaueris, placitis[e] obtemperā.[f] PP. III. Kal. Aug. Sabino. II. & Anulino. Coss.

Etiam libertini possunt aduocare si sunt literis eruditi. h. d. text. Bald. & Saly.

II. *Imp.* ALEXANDER *A. Polydoro.*

NEc cæterorū liberti, nedū mei quidē, si ita sunt literis eruditi, vt patrocinia desiderantib. præstare possint: prohibentur id[*] facere.[g] PP. Non. Mar. Iuliano. II. & Crispino Coss.

DE POSTVlando.

Quia in iudicijs, de quorum initijs dixit supra de edendo, & de in ius vocando, sunt necessarij aduocati, ideo de his dicit.

CVm à præfecto Aegypti.] CASVS. Præfectus à postulatione aliquem prohibuit, quia fortè falsa aliqua allegauit, vel testes subornauit: & non appellauit prohibitus, an iste ab officio aduocationis abstinere debeat, quæritur? & respond. quòd sic.

e ¶*Placitis.* i. sententiæ, sic dictæ, quia placet iudici.

f ¶*Obtempera.* *vt & ff. de re iud. l. moris. in princ.* & si non pareas sententiæ, punieris: *vt ff. ead. l. j. §. qui aduersus.* præsumitur[d] enim tibi placuisse, cum non appellasti: *vt s. vt lit. pend. l. fina. & j. de appell. l. hi qui ad ciuilia. & quemad. & quan. iudex. l. ab eo. & de sent. dict. omnium iudic. l. j. & de sentent. quæ sine cer. quantita. l. fin. & de nupt. l. si vt proponis. j. & argument. ff. ad Macedoni. l. si filiusfamilias.* ¶ Sed videtur[e] vltra annum prohibitionem non porrigi: *vt ff. de pœnis. l. fina. quæ est contra.* Solu. aliud in aduocatione, aliud in cæteris operibus siue artibus, quæ vitæ hominum sunt necessariæ. Sed certè & aduocare est necesse: *vt infra titul. ij. laudabile.* 2 Alij dicunt quòd hic præfectus erat perpetuus: aliud autem in præside annali, vt ibi. nec hoc placet, quia & hic erat annalis. *vt ff. de offic. præfect. Augustal. l. j.* 3 Tertij distinguunt, an velit in perpetuum interdicere, quod potest, *vt hic*: an ad tempus quod potest, sed intra annum tantùm, *vt ibi argument. infra de iudic. authent. ad hæc.* 4 Tu dic secundùm Ioann. quòd sententiando definitiuè præcedente accusatione de aliquo delicto potest in perpetuum: *vt hic*, inter loquendo vsq; ad tempus suæ administrationis: *vt ibi.* ¶ Item quòd dicit, prohibitus, dic scilicet expressè & tunc poterit in[f] alia prouincia postulare, nisi ex ea causa sit prohibitus, quæ irrogat infamiam: *vt ff. ead. l. ex ea.* Vel tacitè, vt in condemnando eum ex ea causa quę irrogat infamiam: & tunc si pœna sit perpetua, perpetuò prohibitus videtur: quia infamis non potest postulare: *vt ff. ead. l. j. §. hoc edicto.* Si autem fuerit temporalis: si quidem non est aucta vel minuta, transacto tempore euitat infamiam, idem si fuerit aucta. idem si minuta: sed causa cognita: aliàs non, nisi finito tempore communi, *vt habes hic, & ff. ead. l. imperator. & de his qui not. infam. l. quid ergo. §. pœna. & de re milita. l. qui cum vno. §. ad tempus. & ff. ad leg. Cornel.*

a Transactio & sententia finem imponit litibus.

* retractari.

b in totum, & ita Cynus existimat, quia sententia res est indiuidua, vnde non potest pro vna parte valere, pro altera nō valere. arg. l. in actionibus infra quando prouocare non est necesse: sed contrarium sentit ... l. 2. infra de re iudicata.

c An Transactio reuocetur propter errorem calculi dubitatur. Alij negant reuocari, etiā error calculi sit expressus in ipsa trāsactione. Alij vt Iacobus Rauennas, putāt reuocari indistinctè quoties vel minimus error intercedit, quoniam error impedit consensum. Alij, vt Petrus Bellapertica, Bartol. Bald. eatenus reuocari quatenus error in ea est expressus.

d Præsumitur cōsentire sententiæ qui non appellādo à sententia.

e Aduocationis munere interdictus per sententiā interlocutoriā, aduocare nō prohibetur vltra tēpus officij interdicētis, per definitiuā, perpetuò interdictus videtur. vt hic in quarta solutione quā solutionem probat Bartolus hic. facit pro eius. ff. similia Glo. l. extra de off. de leg.

f Aduocatione prohibitus in vno loco, non potest in alio postulare, si ex ea causa interdictus sit quæ infamat, si ex ea quæ nō infamat, potest extra territorium interdicentis postulare.

de fal. l. falsi. §. ordine. & infra ex quibus cau. infa. irro. l. & si seuerior. Accur.

g ¶NEc cæterorum.] *Facere.* nam & adsidere possunt: *vt ff. de off. adsess. l. ij.* ¶Quid autem[a] si non sint literis eruditi? Respon. idem, si factorum peritiam habēt: *vt infra de iudi. l. penul.* non tamen inter aduocatos numerabuntur: *vt infra tit. j. l. nemini. & titu. 9. l. iubemus. §. nec de cæteris. & ff. de var. & extr. l. j. §. aduocat.* Accur.

Ista l. est nota. & h. d. Confessio vel cautio facta sub spe futuræ causæ, æquiparatur confessioni factæ spe futuræ numerationis: & ideo potest intra tempus constitutum exceptio opponi, & cautio condici. Bald. Vel sic: Si occasione salarij ex causa mutui promittatur: potest intra tempus legitima exceptio non numeratæ pecuniæ obijci, & liberatio condici. Bald.

III. *Imp.* GORDIANVS *A. Flauiano.*

SI sub[h] specie honorarij[i] quod aduocato vsq. ad certum[k] modum deberi potuisset[l], eam quantitatem[m] quam desiderio tuo complecteris, te daturum cauisti, & quasi mutuam pecuniam accepisses, eā te redditurum promisisti, nec temporis spatio[n] gesto negotio consensum ac fidem accōmodasti, competenti[o] exceptione non numeratæ[p] pecuniæ tutus[q] es: & ex hac[r] causa cautionem interpositam vsitatio more[s] potes condicere.[t] PP. Id. Iun. Sabino. II. & Venusto Coss.

Absentia aduocati non vitiat

SI sub specie.] CASVS. Si aduocato tuo c c. aureos pro defensione tua dare cauisti, cum non oportuerat te dare nisi centum: & ex causa mutui recepisse confessus es, & te solutum promisisti: post causam finitam pœnitebat te tantum promisisse, an si petat c c. obstet sibi exceptio non numeratę pecuniæ, quæritur? & respond. quòd sic, si adhuc biennium non currit, ante autem & post biennium copmetere potest exceptio non numeratæ pecuniæ in id quod excedit. sed post non, vt aduocatus probet: sed probabis tu cautionem in id quod exedit c. aureos, ex turpi causa intercessisse. & sic ante & post biennium posse liberationem aut cautionem in id quod excedit, condici manifestum est. Not. ex hac. l. & ad hoc semper allegatur, argument. à contrario sensu literæ, quòd temporis spatio gesto negotio consensus ac fides adhibetur. & sic est argumentum; quòd in chirographo post biennium [illegible] naturalis. obligatio propter consensum. quod est valde notandum secundùm Bald. hic.

h ¶*Si sub specie.* i. occasione.

i ¶*Honorarij.* i. salarij.

k ¶*Certum modum.* æstimandum[c] ex consuetudine fori, & facundia aduocati, & qualitate causæ: non tamen vltra centum aureos: *vt ff. de varijs & extraordina. cognit. l. j. §. in honorarijs. & §. si cui.*

l ¶*Potuisset.* puta decem.

m ¶*Quantitatem.* puta viginti.

n ¶*Spatio.* s. biennij hodie, licet olim quinquennij: *vt instit. de liter. oblig. §. olim.* Accur.

o ¶*Competenti.* nunc respondet.

p ¶*Non numeratæ.* id est in factum pro pecunia non numerata: *vt infra de non num. pecu. l. cum vltra.* & hoc[d] in id quod excedit legitimum modum. At in eo quod est intra legitimum modum, non obstat exceptio etiam intra biennium: *vt argum. j. de dona. l. si quis argentum. §. sed in his omnibus.* & si quid solutum est, repeti potest condictione indebiti & incerti vt liberetur: *vt ff. de condict. sine cau. l. iij.* ¶Quid autem si biennium est elapsum? Videtur idem ac si nō excessisset: quia[e] non fecit hoc spe futuræ numerationis. & sic subauditur, maxime, in superiori litera: sed hoc est contra l. istam. 2 Alij dicunt ante biennium competere exceptionem non numeratæ pecuniæ in id, quod excedit, sed post non vt creditor probet. sed probat debitor ex turpi causa cautionem intercessisse. *vt j. de condic. ob tu. cau. l. j.* 3 Tu dic in eo quod non excedit, præiudicari biennio, in alio autem & ante & post competit sine causa exceptio. etiā secundùm hoc quod dicitur in prin. glo. satis est bonum. Accur.

q ¶*Tutus es.* si conueniaris ad præmissa.

r ¶*Ex hac.* nunc dat aliam viam.

s ¶*Vsitato more.* agendo condictione sine causa.

t ¶*Condicere.* i. petere si conueniaris vel non.

a Imperitus postulare potest si modo factorum peritiam habet, nec tamen inter aduocatos numerabitur. quoniam per ... rerum ... ipsi ... ad ... ato.

a Aduocatum honorarium æstimatur ex consuetudine fori. facundia aduocati qualitate causæ. non tamē vltra 100. aureos.

c Pecuniæ non numeratæ exceptio an & quemadmodum opponenda aduocato qui vltra legitimū modum honorarij quid stipulatus est à suo cliente.

d Pecuniæ nō numeratæ exceptio habet locum, cum id quòd promittitur spe futuræ numerationis vnde quæ titur et in hypothesi huius legis dicitur exceptio pecuniæ nō numeratæ competere ei, qui nō promisit spe futuræ numerationis, sed simpliciter vltra modū honorarij statutū & cum promissionē postea notauit in mutuum.

Vehemento.

Velamento.] CASVS. Si absente aduocato tuo tempore sententiæ latæ prætextu absentiæ suæ ad litem finitam redire volueris: an sis audiendus, quæritur? & resp. quòd non.

a ¶Velamento.i. prætextu. Accursius.

b ¶Causæ.tempore sententiæ.

c ¶Conatur. vt infra de repu. hono. poss. l. j. nisi in aduocato fisci: vt infra de aduocat. fisc. l. final. Accursius. & ff. de iur. fisc. l. si fiscus. & de hoc extra vt li. non contest. c.

d ¶Si qui.] CASVS. Si petit. hered. mecum egeris, & cum aduocato tuo de præstanda ei medietate hereditatis pepigeris, an valeat pactum, quæritur? & dicitur quod nó: sed officium aduocationis interdicetur illi aduocato.

e ¶Existimationi.i. famę. Accursius.

f ¶Immensa. Ex hoc verbo dixit M. quòd liceat ei pacisci de dimidia parte litis. & ad hoc facit illud verbum, partis. nam appellatione partis, si nulla adiiciatur quota, dimidia continetur: vt ff. de verbo. signif. l. nomen filiarum. §. portionis. & sic dicit hanc legem loqui, cum paciscitur de magna parte. 2 quod non placet secundum Hugonem & Azonem. & not. de hoc infra manda. l. si contra. melius quàm hic. ¶ Item quid si cum ageretur ad hereditatem, paciscatur de re eiusdem hereditatis cum cliente? Videtur quòd valeat. & expone certæ partis. scilicet quotæ. Nam differentia videtur inter rem certam, & partem quotam: vt infra de sen. pass. l. si debitor. & instit. de fideicom. hered. §. si quis. Præterea nomine palmarij, id est victoriæ, licet ei aliquid pacisci: vt ff. de var. cogni. l. j. §. & si nomine. 2 Sed Azo. contra, ne fiat fraus legi. & pro hoc est ff. manda. l. si remunerãdi. §. fina. Sed prima verior, scilicet vt possit pacisci de re hereditatis, quia non mutatur. Accursius. 4 ADDITIO. Contrariũ notat. 3 Glos. ff de pact. l sumptus. & hoc cõmuniter tenetur: vt attestat Bart. hic: & idem in dicta. l. sumptus. Et ratio quòd non valeat huiusmodi pactum est, quia inducit aduocatũ ad delictũ, nam cognoscens se habiturũ partem eius quod prosequitur, etiã calumniosè aduocabit. siue igitur faciat pactum de quota litis, siue de certa specie seu quãtitate: eadem semper est ratio: ergo, &c.

g ¶Honorariorum.i. salariorum: vt s. eo. tit. l. si sub specie.

h ¶Arceantur. ipso iure. & facit j. de procu. l. litem. & manda. l. si contra licitum. & ff. de pact. l. sumptus. & ff de offi. procon. l. nec quicquã. §. v. & j. de condict. ob cau. da. l. si cum exiguam. & j. quod met. cau. l. si per impressionem.

a Sententia primitus non vitiatur ob absentiam aduocati. secus in fisci sententia.

b Theodosia nostri &c. [illegible]

b Aduocatus non potest pacisci cũ cliente de dimidia litis, aut etiã minore parte: licet quidam hic aliud putent argumento contrario ducto. cũ hæc lex dicat post grani damno litigatoris. C. Th. sent. Parti appellatione conti netur dimidia.

¶ tertia.

¶ fortè, licita hereditate. d puta de fundo aliquo.

e Certę partis & quotæ differentia.

f Aduocato pacisci non potest de quota litis sed non de certa re hereditaria non mutat palmarij.

g Verbum permittendi significat ipso iure, vbi notat verbum penitus significare ipso iure idem de verbo non sicut in Glo. Nouella.

sententiam. h. d. Fallit in aduocato fisci. Bal. & Saly.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Theodotioni.

VElamento[a] †absentiæ patroni causæ[b], rursus ad finitas quæstiones redire quis frustra conatur.[c] S. IIII. Kal. Ia. Nicomediæ. CC. Coss.

Aduocatus qui de quota litis pacisitur, debet officio aduocationis priuari, seu priuatus declarari, & secundum Glo. tanquam deprædator. Bal. Patitur etiam aliam pœnam, de qua in l. si verò non remunerandi. §. fi. ff. man. & idem in procuratore, vt ibi patet, & in l. licet. de procur. secundum Pau. de Cast. hic.

V. Imp. CONSTANT. A. Helladio.

SI qui[d] aduocatorum existimationi[e] suæ immensa[f] atque illicita compendia prætulisse sub nomine honorariorũ[g] ex ipsis negotijs quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certæ partis cum graui damno litigatoris & deprædatione poscentes fuerint inuenti: placuit, oẽs qui in huiuscemodi sæuitate † permanserint, ab hac professione penitus arceãtur[h]. Dat. III. Kal. April. Paulino & Iuliano Coss.

Non debet esse idem aduocatus & index. eiusdem causæ: nec debet in contumeliam prorumpere nisi expediat: nec debet studiosè litem protelare, nec debet loqui vltra quàm deceat: & cum allegat, debet stare, & non sedere. h. d. secundum Bald. Nec contractum potest lite pendente inire cum cliente. sed exiguum cliẽtis munus debet placidè accipere.

VI. Impp. VALENTINIAN. & VALENS. AA. ad Olybrium præf. vrbi.

QVisquis † vult esse causidicus[i], non idem in eodẽ negotio[k], sit aduocatus[l] & iudex: quoniam aliquem inter arbitros[m] & patronos[n] oportet esse delectum.[o] Ante oĩa autẽ vniuersi aduocati ita præbeant patrocinia iurgantib. vt non vltra quã litium poscit vtilitas[p], in licentiam cõuiciandi, & maledicẽdi temeritatem prorumpant. Agant quod causa desiderat[q], temperent[r] se ab iniuria. Nam si quis adeo procax[s] fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis[t] suæ imminutionem[u] patietur. Nec enim conniuentia[x] cõmodanda[y] est, vt quisquam negotio derelicto, in aduersarij [sui] cõtumeliam aut palàm pergat, aut sobdolè. Præterea nullũ cum eo litigatore cõtractum[z] quẽ in propriam recepit fidem, ineat aduocatus: nullam cõferat pactionẽ. Nemo ex his quos licebit accipere, vel decepit[a], aspernãter habeat[b] quod si bi semel officij gratia libero arbitrio obtulerit[c] litigator. Nemo ex industria[d] protrahat[e] iurgiũ. Apud vrbẽ autẽ Romanã

QVisquis.] CASVS. Nullus in ea causa, in qua est aduocatus, iudex esse debet. hoc in prima. 2 Item probra non alleget, sed rationes & leges. alioquin infamis de facto efficitur: neque ferẽdus est aliquis negotio derelicto allegare quicquam in contumeliam aduersarij sui. & hoc in secunda. 3 In princ. litis conueniat cum clientulo de salario: neque pẽdente lite amplius petat, quàm sibi fuerit constitutũ in princ. & hoc in tertia. 4 In quarta ita dicit, quòd si munus aliquod licet modicum sibi offerat cliẽtulus, recipiat, nec aspernetur. 5 In quinta dicit quòd litem non protelet. 6 In sexta, vt scias qui dicantur honorati. sunt enim honorati, qui dignitatẽ habent siue administrationẽ, & intrãt secreta iudicis & imperatoris quãdo volũt, & causis intersunt: vt j. de offic. diuer. iudicum. l. vltim. Dicit igitur imperator in hac parte, quòd honorati in vrbe Roma si officium aduocati sibi eligerint, aduocent quando voluerint, nec sibi turpe salarium constituant. In septima dicitur quòd si quis vult esse aduocatus in aliqua causa personam suam petente, non mutet, quasi dicat, non sit iudex neque assessor: nec pro malo reputet, si sibi stan di onus immineat, ex quo elegit sibi ius standi quãdo officium aduocationis elegit. ¶Not. bene hanc legem quæ instruit aduocatum in bonis moribus: & si quis seruaret hanc legem, reputaretur sapientissimus aduocatus quo ad Deum & mundum. Sed credo (vt dicit Bal.) quòd pauci reperiuntur hodie.

i ¶Causidicus. Causidicus generaliter dicitur quicunque causas dicit, siue aduocat siue iudex. Accur.

k ¶Negotio. & eodem tempore. diuerso enim tempore potest secundum quosdam: vt supra de ass. ff. l. nemo. circa princip. quod non placet? vt in ea. l. nemo. in fin. & ff. de iurisdic. omn. iudic. l. prætor.

l ¶Aduocatus. suppletur tamen. vt j. vt quæ desunt aduocat. partium, iudex suppleat. l. j.

m ¶Arbitros. id est iudices. multas enim habet significationes: vt nota. ff. de recept. arbit. l. pen. Accur.

n ¶Patronos. i. aduocatos. Accur.

o ¶Delectũ. i. differentiam: vt ff. de ri. nup. l. palam. circa princ.

p ¶Vtilitas. videtur quod vtilitas exposcit quandoque cõuiciari: quod Ioan. admittit: vt si quis obiicit aduocato, quòd testes falsos instruxit, vel calumniatus est.

q ¶Desiderat. quòd vnus alteri dedecus non dicat.

r ¶Temperent. i. abstineant.

s ¶Procax. i. superbus.

t ¶Opinionis. id est ipso iure erit infamis, secundũ quosdam. Tu dic quòd eius opinio grauetur apud bonos & graues. Nam quandoque consumitur, quandoque minuitur fama: vt ff. de var. cog. l. cognitionum.

u ¶Imminutionem. q. d. opinio sua denigrabitur.

x ¶Conniuentia. i. consensus.

y ¶Commodanda. i. accommodanda.

z ¶Contractum ineat. Ergo emere vel aliàs cõtrahere cum cliẽtulo non potest (& est ratio, quia oĩa daret propter timorem litis, sicut infirmus propter timorem mortis: vt ff. de var. cognit. l. medicus.) pendente lite: ante verò & post sic. ff. de variis cognit. l. j. §. si cal. ¶Sed quid si ante non conuenit de salario? Respond. secundum Ioann. & tunc potest conueniri pendente lite, argument. huius literæ In propriam recepit fidem, &c. 2 Et hoc non puto: licet æquitas me multum moueat in contrarium. 3 Item intellexit M. inuito cliẽte: sed eo volente sic: vt argum. d. l. medicus. & in eo. tit. l. diuus.

a ¶Decebit. hoc propter honoratos, quos accipere aliquid non licet: vt j. prox. §.

b ¶Habeat. vnde Cato, Exiguum munus dum dat tibi pauper amicus: Accipito placidè: & plenè laudare memento.

c ¶Obtulerit. puta vnum par caponum.

d ¶Ex industria. i. sagacitate & malitia.

e ¶Protrahat iurgium. id est protelet litem: vt j. de iudic. l. properandum.

† Facit ad hoc principium l. sicut in c. bonæ memoriæ. super vt ibi notabimus. in me. in verb. & debet supplere: extra de postula pra.

a Causidici nomen generale comprehendit etiam iudices.

b Arbiter pro iudice.

c Aduocato licet partiad uersariæ quandoque conuiciari, si causa id expostulet: vt si aduersæ partis aduocato quis obiiciat, subornatos ab eo testes vel calumniam.

d Fama quandoque consumitur, quandoque minuitur.

e Aduocatus cum cliente contrahere non potest & cur. & quid dicendum, & ante litẽ non conueniat de salario.

f Infirmus propter timorem mortis omnia dare.

g Aduocatus pendẽte iam lite, potest pacisci de salario.

h Potest & illud adiici cõsiderandum esse vitium in fraudem legum, colore salarij, aliquid stipulantes.

simi. aliàs grauiter punitur. *vt j. de iudic. l. properandum. §. illa proculdubiò.*

a ¶*Honoratis.* de quibus dicit supra *de offic. ciui. iudic. l. j. & de offic. diuer. iudic. l. ij. & iij.* habent [a] enim dignitatem sine administratione.

a Honorati dignitatē habebant, sine administratione.

b ¶*Orare.* id est aduocare.

c ¶*Maluerint.* Sed nunquid hoc est verum, si tota die vult dicere? Respondeo, imponit [b] ei iudex modum: *vt ff. de his quæ in testament. delen. l. proximè.* sed hic videbat quòd eis non liceret, quia maximæ dignitatis sunt.

b Aduocatorū postulationi bus & prolixitati iudex modum potest imponere.

† Hinc colligunt salariū esse infamē.

d ¶*Ad turpe.* nullum enim debent recipere salarium isti: *vt j. subijcit.* nam si lucro, &c.

e ¶*Per eam.* s. aduocationem.

f ¶*Quousque.* quod intelligitur in tota causa, nisi fiat iudex in administratione positus: *vt ff. de iurisdict. omnium iudic. l. prætor.*

g sumis.

g ¶*Standi.* stare [c], proprium est aduocatorum: sedere, iudicum: *vt hic, & in authent. vt illustri bus. §. j. colla. v. & supra de offic. ciui. iudic. l. j. & de offic. diuer. iudicum. l. final.*

c Aduocatus stare, iudex sedere debet. * al. & ipse.

¶Item not. non turbari ordinem [d] officiorum: *vt & infra de testament. l. consulta in fi. & infra de spor. l. j.*

d Ordo officiorum non turbandus.

PRouidendum.] CASVS. Si tecum habuero causam, & meliores aduocatos propter potentiam meam habuero: iudex prouidebit vt æqua distributio fiat aduocatorum: si autem aduocatus à iudice monitus patrocinium tibi præstare noluerit, non solùm interdicitur sibi forum, sed & agendi copia. & si apparuerit me tibi copiam parem defensionis subtraxisse: videbor litem iniquam fouisse, & auctoritatem iudiciariam elusisse: & ob hoc puniar. ¶ Ex hoc tex. not. primò ibi, nobilissimos, quod virtus [e] nobilitat hominem. 2 Secundò not. ibi, æqua diuisio. æqualitatem [f] esse seruādam. & quod dicitur in aduocatis, idem in quibuscunque per iudicem eligendis. Et tria sunt dicta huius l. secundum ibi, Si quis verò, tertium ibi, Si quis autem.

e Nobilitatē vim habet virtus.

f Aequalitas in omnibus quatenus fieri potest seruanda.

† Hæc verba sequentia ponūtur in c. constitutis, extra de testib.

h ¶*Meritum.* i. quòd bene sciunt, & quòd bene studuerunt.

i ¶*Nobilissimos.* id est discretissimos iudices.

¶Potes etiam hic notare, quòd scientia [g] nobilitat si propriè accipis nobilissimos, sicut & vetustas, *vt hic subijcit, & supra de episcop. & cleric. l. parabiani. vbi dicit quod qui pro consuetudine, &c. & infra de indic. l. penultima. & ff. de iur. immu. l. semper.* Dic ergo secundùm l.

g Nobilitat scientia. arde Glossam in c. multa, vbi Abbas in j. & 7 notabil. extra de præbend. Tiraquellum de nobilitate.

etiam honoratis [a] hic hoc officium putauerit eligēdū, eousq. liceat orare [b], quousq. maluerint [c], videlicet vt nō ad turpe [d] compendium stipēmq. deformem hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam [e] augmenta quærantur. Nam si lucro † pecuniáq. capiantur: veluti abiecti atq. degeneres inter vilissimos numerabūtur. Quisquis igitur ex his quos agere permisimus, vult esse causidicus: eam solam quam sumet † tempore agendi, sibi sciat esse personam, quousq. [f] causidicus est. Nec putet quisquam honori suo aliquid esse detractū, cum ipse necessitatē elegerit standi [g], & * contempserit ius sedendi. PP. X. Kal. Septemb. Valentiniano & Valente. A A. Coss.

In aduocatis concedendis debet seruari æquitas. & qui subtrahit ad uocatū, præsumitur habere malam causam.

VII. *Iidem. &* GRATIANVS AAA. *ad Olybrium præfectum vrbi.*

PRouidendū est, ne hi quos in foro aut meritum [h] nobilissimos fecerit [i], aut vetustas, in vna parte consistant: aliam à rudib. [k] atq. tyronib. necesse sit sustineri. atq. ideo si in vno auditorio [l] duo tantùm præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior: in iudicantis officio sit, vt per causidicorum distributio fiat, & exæquetur partib. auxilium singulorum & æqua diuisio procedat. Si quis verò monitus à iudice, ea excusatione quæ [m] nequeat comprobari, cuicunq. [n] parti patrocinīū denegauerit, careat foro [o]: sciat etiam nunquam [p] sibi ad agēdum copiam posse restitui. Si quis † autem ex litigatorib. derectus fuerit separatim tractasse cum plurimis [q], & aduersario suo tali fraude subtraxisse paris [r] defensionis copiam: ostēdet proculdubiò iniquam à se litem foueri [s], & auctoritatem iudiciariam à se delusam experietur. Dat. Kal. Mart. Treueris, Valentiniano & Valente: AA. vtrisq. III. Coss.

istam fiebat par distributio aduocatorum: quia salaria percipiebant de publico. hodie contra seruatur. [a] ADDITIO. Dic quòd licet hodie aduocati non percipiant salaria ex publico, tamen salaria quæ percipiunt à clientulis, succedunt loco salariorum publicorum. *argum. l. fori. iusta titu. j.* ideo est hodie idem quod olim quantum ad casum huius legis. 2 Item quia eadem est ratio hodie, quæ olim, ergo &c. Ita vult Bart. hic.

a Imò de mente mox sequitur.

Nullus potest esse aduocatus, qui non sit Christianus, aliàs tam ipse, quàm eum recipientes puniuntur pœna hìc statuta. Salyc.

VIII. *Impp.* LEO *&* ANTHEMIVS *AA. Nicostrato præf. præt.*

NEmo [t] [u] vel in foro magnitudinis tuæ [u], vel in prouinciali iudicio, vel apud quenquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus mysterijs. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum vel attentatum fuerit, officium quidem sublimitatis tuæ [x] centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat. idem verò quicunq. ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per surreptionem arripere, & prohibitū patrocinium præstiterit: ab aduocationis officio remotus, stylum [y] proscriptionis atq. perpetui exilij specialiter sustinebit: sciturìs etiam prouinciarum rectorib. quòd is sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilij per quinquēnium sustinebit. Dat. prid. Kal. April. Constantinop. Anthemio. A. II. Coss.

k ¶*A rudibus.* i. nouis aduocatis qui non bene sciunt.

l ¶*In auditorio.* id [b] est curia.

m ¶*Quæ.* s. excusatio.

n ¶*Cuicumq.* s. siue reo cum adiuuabat actorē: siue actori, cum adiuuabat reum.

o ¶*Foro.* ipso [c] iure.

p ¶*Nunquam.* i. nullo tempore, & nullo loco. si autem iustam habet causam, excusatur: *vt infra de excu. tuto. l. humanitatis.*

q ¶*Plurimis.* s. aduocatis.

r ¶*Paris.* id est aduocati, qui sit par aduocato quem habet iste qui est de bonis aduocatis de terra.

s ¶*Foueri.* præsumitur enim [e] contra eum: sed ex tali præsumptione non damnatur.

* Hæc lex tradem verbis recitata est in tit. de episc. aud. l. nemo.

b Verbū Curia significat ipsa iure ac de Curiam singulari ad. de Gl. & quæ ibi dicta sunt ad l. habent. ... de sacros. Bald.

c Nunquam faciendi debitor, nullo tēpore nullo loco, fuerit debet.

d Præsumitur aduersus eū, qui se excusat à iure cōmuni, ideoq. excusationē causam probare cogitur.

e Præuaricari dicitur, qui ex altera parte animo, et altera parte corpore adsistit, sed & qui sui clientis secreta & cōsilia seruare.

NEmo.] CASVS. Nullus nisi catholicus admittatur aduocatus: alioquin officialis præfecti prætorio, in centum auri libris puniatur. Aduocatus si patrocinium vetitum alicui fuerit impertitus, in perpetuum relegabitur. defensor autem ciuitatis, qui hoc passus fuerit, in dimidia parte bonorum multabitur, & per quinquennium relegabitur. Ex textu ibi, sin autem, nota quòd ille qui admittit non admittendū ad officium, debet puniri, secūdùm Baldum. Cætera plana sunt vsque ad titulum de aduocatis fisci.

t *Nemo.* loquitur præfecto prætorio.

u ¶*Magnitudinis tuæ.* & præfecte prætorio.

x ¶*Sublimitatis tuæ.* ô præfecte prætorio.

y ¶*Stilum.* i. sententiā damnationis bonorum; vt subijcit. & est de verbo ad verbum hæc lex supra de episc. aud. l. nemo.

TITVLVS VII.

DE ADVOCATIS DIuersorum iudiciorum.

Præuaricatio aduocati probata facit aduocatum puniri, & iterum de causa quæri: non probata facit accusantem puniri, & sententia stari. h. d. Bald. Vel sic: Ex præuaricatione sua punitur aduocatus: & sententia lata rescinditur. si præuaricatio non probatur: allegans punitur, & sententia manet rata.

I. *Imp.* ANTONINVS *A. Doloni.* [a]

SI patronū causæ præuaricatum [z] putas,

DE ADVOCATIS DIVERSOR. IVDICIORVM.

Dixit supra de postulatis. nunc de personis postulantibus.

z ¶*Si patronum.*] *Præuaricatum.* id [e] est ex altera parte animo, & ex altera parte corpore cōsistentem: *vt ff. de præuaric. l. j. & ff. de his qui notan. infam. l. athletas. §. penult. & ff. ad Turpil. l. j. in princip.* Item si renunciet consilia suæ partis. *vt ff. de re milit. l. omne.*

omne.§.exploratores. ¶ Præuaricationis delictum dicitur duob. modis, scilicet publicum, cum quis accusat aliquem, aliud priuatum morib. inductũ: vt in aduocato: b *vt ff. de præuaric. l. j. & ij.*

a ¶ *Impleueris.* id est præuaricatum probaueris in publico vel priuato iudicio.

rare: filios scilicet & impleueris [a] accusationem: non deerit aduersus eum pro temeritate commissi [b] sententia: atq. ita de principali causa denuò [c] quęretur. [d] Quòd si non docuerit [e] præuaricatum: & calumnia notaberis [f], & reb. iudicatis à quibus non est prouocatum, stabitur. PP. III. Kal. Octob. Antonino. A. IIII. & Albino Coss.

Aduocatus qui in terra sua ad magistratum assumitur, extra eam non potest vagari, & in ea potest officium aduocationis exercere, præterquam contra rempubl. Bald.

II. *Impp.* VALENS, GRATIANVS & VALENT. AAA. *ad Antonium præfectum prætor.*

QVi necessariò [g] patriæ [h] suę debēt municipio functiones [i], eos decurionib. aggregatos [k] nolumus euagari: permittentes vt in negotijs, causidicorum fungantur officijs [m], & in ciuitatib. proprijs subeant munera [n] curialium: ita tamen, vt non contra rempublicam ciuitatis in qua honorem hunc cõsecuti sunt, eis † adesse permittatur. [o] Dat. 15. Kal. Septemb. Rauennæ, Valente. VI. & Valentiniano. II. AA. Coss.

Aduocati non possunt esse collectores collecturam, neque volentes, neque nolentes. h. d. secũdum Bart.

III. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *ad Africanum præf. prat.*

NE † quis ex corpore togatorum, minimè curialib. nexib. illigatus [p], prouinciales suscipiat functiones: l. vt ambientib. [q] claudatur ingressus [r], & inuitis necessitas auferatur. Dat. III. Non. Aug. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. Coss.

Quod aduocati quærunt ex aduocatione, vel eius occasione: quasi castrense peculium reputatur. Bald.

IIII. *Impp.* HONORIVS & THEODOSIVS. AA. *Eustachio præfecto prætorio.*

b ¶ *Commissi.* id est peccati. fiet [c] enim infamis: *vt ff. de his qui not. infa. l. athletas. §. penult.* & extraordinariè punietur: *vt ff. de præuari. l. j. in fine. & l. ij.*

c ¶ *Denuò.* id est iterum.

d ¶ *Quæretur.* apud eundem iudicem: *vt ff. de mino. l. in causæ. §. fin. & j. quo. & quan. l. si præses.* & ipso [d] iure non valente sententia prima: *vt hic.* ¶ & sic est contra. *ff. de mino. l. minor. §. j.* vbi dicit dari restitutioné. Solu. quidam dicunt & hic dari restitutionem, non autem ipso iure, *vt ibi. & argumen. ff. de re iudica. l. diuus. & infra si ex fal. instrum. per totum tit.* [e] Alij dicunt quòd hic allegauit pro aduersa parte: ibi non: licet pro sua parte dicenda non dixerit, vel dixit non dicenda. 3 Tu distingue, vt si est pecunia corruptus, tunc ipso iure. *vt hic. & j. de pœna iudic. l. constitut.* Si non pecunia, sed precibus, tunc per restitutionem: *vt ibi. & ff. ad Trebellia. l. seruo inuito. §. cum prætor.* si tamen & calliditas aduersarij interuenit: *vt ff. de indic. l. si prætor. §. Marcellus.* ¶ Sed opponitur ad hoc quòd detur de dolo, *vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. si dolo. malo procurator.* Sed illud intellige ad cætera damna & expensas, non ad id quod in principali petitione continetur.

e ¶ *Quod si non docueris.* id est non probaueris.

¶ & est argum. pro Ioan. quòd eo ipso quòd quis non [f] probat, calumniari videtur, & de calumnia est puniendus: *vt in authent. de sanctiss. episcop. §. si quis autem electum. & ff. de testibus l. ij. §. idem diuus.* ¶ Sed argum. contra. *ff. ad Turpill. l. j. §. j. & l. maior. & infra de calum. l. qui non prob. ff. & l. ij. & ad l. Iuli. de adult. l. quamuis. y.* Sed illa in specialibus, casibus. ADDITIO. Vide pulchram gloss. quæ est in verbo. ex vtraq. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui not. infa.

f ¶ *Notaberis.* quia patieris eandem pœnam, quam aduocatus passurus esset, si probasses eum præuaricatum.

g ¶ QVi *necessariò.* i. necessitate, veluti magistratus, qui stãt ad fiscum cuiuscunq municipij.

h ¶ *Patriæ.* genitiui casus: & legitur à dictione municipio.

i ¶ *Functiones.* i. qui funguntur aliquo munere præstando suæ patriæ.

k ¶ *Aggregatos.* id est electos vel associatos.

l ¶ *Euagari.* id est ad diuersa officia assumi. Accur. 2. Vel dic, ad militiam vel solicitudinem ali quam: *vt infra de decur. l. curiales vltra & l. quidam. & l. qui derelicta lib. x.*

a Præuaricatio alia publica alia priuata in iudicio terminatur seu postulatur.

b Quibusdã tamen videtur, aduocatum vnius consilio filium dedit in lite aliqua, eã non obstãte postea pro alio aduocare.

g An aduocatus sit cogendus aduersus propriam patriam aduocare seu postulare, vide Bald. hic Spe. culat. in Tit. de aduocat. vers. quid si patitur.

FOri tui culminis & vniuersorum iudiciorũ aduocati [s], quicquid ex huiusmodi professione, vel ipsius occasione quæsierint, id etiam post patris obitum, pręcipuum, veluti peculium castrense [t], ad exemplum militum, proprio dominio valeant vindicare [u]. Dat. X. Kalend. April. Constantinop. DD. NN. Honorio. XIII. & Theodosio. X AA. Coss.

Priuilegia quibusdam cõcessa possunt ad alios per principem siue superiorem generalibus verbis transferri. Bald.

V. *Impp.* THEOD. & VALENTINIAN. AA. *Cyro præfect. vr.*

QVicquid animi largitate, & munificentia principali præstitimus togatis per Orientem eminentissimæ præfecturæ reuerentia studiorum: id † tibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant patroni causarum illustris vrbicariæ [x] præfecturæ. Da. VII. Kalend. Ianua. Cõstantinop. Theodosio. XII. & Valentiniano. II. AA. Coss.

Aduocatis nullum munus personale debet iniungi, nisi necessitas consulendi: arbitrandi, & iudicandi. Baldus.

VI. *Iidem AA. ad Florentium præfect. prat.*

SAncimus †, vt aduocatis qui apud tuam magnificentiam causas acturi sunt, à nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima præfectura solicitudo vlla penitus iniungatur: sed nec aduocatis prouinciarum vel spectabilium iudicum quisquam existimet aliquid iniungendum.

Nulla igitur togatis inspectio [y], nulla peræquatio [z] ingeratur, nulla operis instructio [a] †, nulla discussio [b], nullum ratiocinium [c] imponatur, nullum denique aliud eis mandetur, præter arbitrium [d] * in eodem † dumtaxat loco vbi aduocationis exercent * officium: quinquaginta librarum auri pœna officio feriẽdo, si legis istius regulas te

m ¶ *Officijs.* hæc duo permittit.

n ¶ *Munera.* id est munera quæ imponuntur decurionibus.

o ¶ *Permittatur,* nisi [a] in casibus: *vt ff. de postu. l. penultima & vlt. quæ sunt contra.*

p ¶ NE quis.] *Illigatus.* secus si curialis esset: quia tunc cuncta munera ciuitatis per eum complentur: *vt infra de decur. l. curiales omnium. lib. x.*

q ¶ *Vt ambientibus.* nec ergo volẽs admittitur. ¶ Sed contra supra *de pactis. l. si quis in conscribendo.* Solu. hoc ideo, quia fieret iniuria toti suo ordini. Accur.

r ¶ *Ingressus.* ¶ Contra infra *eodem l. petitionē in fine.* Solu. vt ibi.

s ¶ FOri]. *Aduocati:* vel adsessores: *vt s. de adsess. l. velut.*

t ¶ *Castrense.* hoc fortè nõ erit hodie, cum aduocati nõ habeant salarium de publico: nisi sit aduocatus pauperũ: sed in iudicibus communitatis Bononiæ potest habere locũ: quia ipsi percipiunt de publico: & sic erit quasi castrense. secus si aliũde fortè, & à clientulis. 2. Sed certe cũ istud sit subrogatum [b] loco publici salarij, videtur idẽ quod olim, quod sit quasi castrense. *argu. s. de adsess. l. velut.* vbi nõ percipit ex publico: *vt j. eodem. l. cum aduocatio. ad fi. & facit s. de episco. & cleri. l. sacrosancta.*

u ¶ *Vindicare.* idem in silentiariis. *vt j. de silen. l. si. lib. xij. & facit j. famil. ercisc. l. si filius. & de inoff. testa. l. fina.*

QVi quid. Hæc nõ legitur.

x ¶ *Vrbicariæ.* id est aduocati præfecti vrbis.

y ¶ SAncimus vt aduocatis.] *Inspectio,* vt inspiciant qualiter opera publica fiant.

z ¶ *Peræquatio.* vt exæquentur homines in collecta secundum facultates suas.

a ¶ *Instructio.* vt instruãt rusticos ad opera.

b ¶ *Discussio.* vt discutiant quãta pecunia sit necessaria. Azo. ¶ Sed contra infra *de discus. l. fina. lib. x.* Sed hîc de aduocatis spectabilium iudicum, ibi clarissimorum. 2 Vel ibi in subsidium [c]: quia alius non inueniebatur idoneus.

c ¶ *Ratiocinium.* vt computent cum his qui administrant.

d ¶ *Arbitrium.* scilicet iudicandi, vel delegationem: quod man-

C. Theo. 2. 10. 1. 1.

a Aduocatus quiuis esse regulariter nõ potest aduersus rempublicam à qua salarium habet.

t Priuilegia possunt extẽdi ad alios per eum cui ius dandi priuilegium est quod maximè notandum est aduersus eos qui cuperent nullis alijs quàm sibi priuilegia communicari.

b Subrogatum refert naturã eius cui subrogatum est.

† Ex nouell. Theo. tit. 16. De postulando & perpetrãda aduocatione.

† Extractum ex Nouell. Theod. rest.

* Iudicium boni fide vel arbitrium.

* exercent, in omnibus.

c In subsidiũ viri etiam honoratissimi cogi possunt, vile munus exercere.

tur inuito: ut hic, & ff. de mune. & hono. l. fina. §. iudicandi. & de vita. mu. l. praetor. & qui autem non habet. secus in arbitrio compromissario: ut ff. de arbitr. l. ii. §. s.

a ¶ Isilem priuileges.] Togam. i. [b] togatos

b ¶ Toga. i. togatus.

c ¶ Cum aduocatio. [illegible] l. iube-mus.

d ¶ Minuendo. s. [illegible] l. iubemus.

e ¶ A cohorte. haec cohors erat vilium officialium. inde cohortalis.

f ¶ Consortio. quia consors eorum non erit: aduocatus tamen erit, & comes consistorij.

g ¶ Decernimus. fit & s. eod. l. fori.

h ¶ Si quis de togatis.] A [illegible] est. No. post [c] depositum honorem iterũ posse fieri aduocatũ. & facit s. de adse. l. liceat.

i ¶ Binos. Non legitur in scholis. ¶ Sed pone casum: quia olim ex curia praefecti praetorio eligebatur vnus ad praestandum pro fisco patrociniũ, hodie duo eliguntur, dicit Imperator illos [d] duos habere idem priuilegium, quod olim habebat ille vnus.

k ¶ Ambiendos. i. fulciẽdos honore.

l ¶ Nemini.] Adsidendi. s. simulando quòd sit adsessor, cum non sit, sed aduocatus.

m ¶ Consilium. clientulorum. Accur.

n ¶ Cohortalibus. hi [e] erant vilis conditionis, supra eo. l. cum aduo [illegible]. & facit infra eodem. l. iubemus. §. post lapsum.

o ¶ Jurisperitos. [f] Nota de scrutinio.

p ¶ Eorum. aduocatorũ.

q ¶ Posthac. i. post hanc legem. Acc.

r ¶ Caeteris. Not. vt [g] & j. tit. j. l. iubemus. §. & filios & j. eod. l. petitionem. §. caeteros.

s ¶ Sancimus. non legitur.

t ¶ Quotannis. i. singulis annis.

u ¶ Consortio. erãt enim plures.

x ¶ Petitionem. Nec ista legitur. Et not. quòd haec lex loquitur in aduocatis. Alexãdriae, sed superior lex, nemini, in aduocatis praefecti praetorio.

y ¶ Inscribi. in foro Alexandriae. Acc.

z ¶ Filys. vt supra. eodem nemini. §. filios. Accursius.

a Iniuitus qui delegatur [illegible] deputatus [illegible] non potest.

b Toga pro togato.

c Aduocatus nõ patitur iniuriam si finito officio iudicandi, ad quod vocatus fuit, reuocetur ad munus aduocati exercendum.

d Priuilegium vni cõpetens ratione certi muneris, si id munus in duos postea diuidatur, priuilegium in duos diuidetur, & quidem in solidum.

e Cohortaliũ uilis conditio.

f Probat testimonium doctoris peritiam studiosi: sed eòque casu doctori fides habetur. Glos. [illegible]

g Filij aduocatorum ahis id munus ambientibus, caeteris tamen paribus, praeferendi.

† Aduocati ad regendas prouincias destinati.

merare tentauerit. Dat. 8. Kal. Mart. Constantinop. Theod. A. XVII. & Festo Coss.

Concordat cum l. quicquid supra eod.

VII. *Iidem AA. Thalassio praef. praet. per Illyricum.*

Iisdem priuilegijs, iisdémque immunitatib. potiri togam [a] illustrissimae per Illyricum praefecturae qu. b. fruitur toga [b] per Orientem praetorianae sedis excelsae, decernimus. Dat. 7. Idus Septem. Constantinop. Theodosio. A. XVII. & Festo Coss.

Officium aduocati fisci liberat cõditioni curiali. Et quod ex officio quaeritur: quasi castrense peculium est, nec patribus nec auis acquiritur. Bald.

VIII. *Iidem AA. Cyro praefecto praetorio consuli designato.*

Cum aduocatio [c] praetoriana centum quinquaginta numero togatis minimè vel minuendo [d] vel augendo concludatur, iubemus eo qui ex his ad fisci patronatum peruenerint, à cohortis [e] vel alterius vilioris cõditionis nexib. cum liberis quandocunq. genitis liberos custodiri: postq. tale officium depositum, annúmque cõpletum, aduocatorum consortio [f] abscedere cum comitiua cõsistoriana: omnéq. quod togatis fori celsitudinis tuae quolibet casu quolibet acquiritur titulo, quasi castrense sibimet vindicare: nec patrib. nec auis paternis earum rerum cõmodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus [g]: his omnib. etiam ad vrbicariae praefecturae aduocationem trahendis. Dat. 3. Kal. Ianuarij. Valentiniano. A. V. & Anatolio Coss.

Si aduocatus ad vnum officium assumitur, eo finito potest ad aduocationis officium remeare. Bald.

IX. *Iidem AA. Apollonio praef. praet.*

Si quis de togatis fori celsitudinis tuae: vel Illyricanae seu vrbicariae praefecturae siue de his qui in prouĩcialib. iudicijs causarũ patrociniũ profitẽtur, electione tuae sedis regẽdę † prouinciae munus potestatémq. susceperit: post peractam integrè ac sine vlla opinionis labe administrationẽ, & ad illud officiũ vnde abstractus est [h], & vnde sibi vitae subsidia cõparabat, remeandi habeat facultatẽ: nec causas orare denuò quadã prohibeatur inuidia. Dat. 12. Kal. Septem. Constantinop. Eudoxio & Dioscoro Coss.

Qando in officio cui vnus consueuit praeesse, plures eliguntur: quilibet illorum illis priuilegiis vtitur, quibus ille solus vtebatur. Bald.

X. *Impp. Valent. & Martian. AA. Palladio praef. praet.*

i ¶*Facit.* scilicet finem administrationis.

k ¶*Secundum quæ.* quia[d] tunc nõ tenetur de gerendis, quãdo vnũ gesturus accessit: . . si accessit tanquam omnia gesturus, de gestis & gerendis tenetur: vt hic subiicit, secundũ quæ, &c. secundùm G. 2 Vel secundùm Io. sic, secundùm, quæ, sc. quia de gestis tm̃ tenetur: etiã si omnia gesturus accessit, super his, &c. Vel secundùm H. secundùm quæ. i. secundum prædictam differentiam: quia tutor vel curator omnia sine mandato agere potest: hic verò cætera sine mandato facit: non autem actionem exercet. Conueni ergo eum de his quæ gessit: de his autẽ quæ gerere nõ potuit sine mandato, nõ conuenies. 4 Vel aliter patet ex supradictis esse differentiam[a] inter tutorẽ & curatorem ex vna parte, & spõtaneum gestorẽ ex alia: nunc assignat aliã differentiã inter pdictos: sc. quòd tutor vel curator intentat actionem nomine pupilli: & si non facit, imputatur sibi. At secus in gestore: vt hic subiicit.

l ¶*Et leuem.* quæ omnia præstat tutor. *vt j. arbi. tut. l. quicquid.* Item in gestore est hoc regulare quandoq. [b] enĩ de solo dolo, quandoq. etiã de leuissima culpa tenetur. quandoq. etiã de fortuito casu: *vt dict. ff. eodem. l. iij. §. interdum.*

m ¶*A te.* scilicet domino.

n ¶*Ab eo.* scilicet spontaneo gestore.

o ¶*Patuerit.* accedens ergo vt vnum gesturus[c], à se debet exigere secundùm Ir. & colligitur infra *proxi. & ff. eod. l. si pupilli. in fi. & l. diuortio & l. qui fine.* ¶& secundùm hoc dicit patuerit, ex antiquo contractu. Et alij exponunt patuerit deberi, scilicet ex administratione.

p ¶*Cum vsuris.* [d] quæ in hac actione veniunt ex mora, & ex aliis causis *vt infra de vsu. l. in bo. . fidei. & ff. eod. l. et qui. §. ornult. & l. quia tantum item. & l. qui sine.*

q ¶*Sunt.* ab eo qui sponte gessit. Accursius.

r ¶*Exceptionis.* quæ est, si ei mandatum nõ est & sic sine[e] actione nemo experitur: *vt ff eo. l. si pupilli. §. fin. & ff. de admini. tuto. l. quoties. §. item si tempore.*

f ¶*Exigi non potest.* nisi erat de coniunctis, qui[f] sine mandato agunt, & poterat facilè satisdare: *vt ff. . . l. si autem is fuit. in princ.*

t ¶*Res tuas.* qualibet, etiam debitum: *vt ff. si centum petatur. l. j. in fi.*

SI cognati.] CASVS. Si seruus tuus negocium gessit, & eum manumisisti: an ab hoc quod gessit, videtur impediri ei[a] manumissio, quæritur? respondetur quod non. Videbatur quod sic: quia erat obligatus. An autem de eo quod gessit in seruitute, liber factus teneatur, quæritur. Et distinguitur aut est administratio connexa: vt quia in seruitute ædificare inchoauit, & liber factus consummauit. quo casu gestũ in seruitute, in iudicium negotiorum gestorum veniet, non vt ex eo teneatur: sed vt separetur id quod actũ est in libertate, vt ex postfacto teneatur. Si separata: vt quia quod ædificauit in seruitute, corruit in libertate, & iterum reædificauit: de ante gestis non teneatur. Viuianus.

u ¶*Contendis.* & malè supple. & sic erant obligati tm̃ naturaliter.

x ¶*Non potuit.* contra videbatur: quia obligati erant serui. *vt infra de ser. pig. da. l. ob eo.* Sed ibi realiter, hic personaliter.

y ¶*Quin.* pro etiam.

z ¶*Autem.* pro sed.

a ¶*Præcedenti.* quod fecit eo tempore quo erat seruus.

b ¶*Nõ connexa.* Quid si cõnexa? Resp. secundùm B. & H. veniet prima administratio in iudicio, vt separetur, non vt restituatur: & de hoc quod gessit postquam liber factus fuit, conuenietur. 2 Alij j. *vt habes ff. eodem l. actum. & l. sequen. & l. at qui. in princ. & §. Stamona.* Reliqua tamen de peculio legato retineri posse: *vt ff. de peculio l. si peculium. in fine. & de lib. le. Aurelius. §. Sticho.*

c ¶*Procul dubio.* *vt & infra an seruus ex suo facto l. j. & ff. de regul. iur. l. quod quis.* ¶Sed contra *j. de petit. hered. l. final.* Sol. illud speciale: vt ibi dices.

a Tutoris & curatoris munus, quo sensu necessarium dicatur.

b Tutor inuitus datur & inuito.

c Negociorũ gestor non tenetur de gerendis.

d Differentia spontanei gestoris, & tutoris vel curatoris.

d Tutoris & curatoris à spõtaneo gestore differentia.

al. vestitam.

b al. quia etiã.

b An & quando gestor teneatur de dolo, de culpa leuissima, & casu.

c Gestor an teneatur à seipso exigere debita.

d Vsuræ in actione negotiorum gestorum veniunt ex mora & aliis causis.

e Sine actione nemo experitur.

f Agere possunt sine mandato coniunctæ personæ.

g Connexa administratione aliquid necessario reddendum, quod à liberto omnino potest.

Negotium gerentes.] CASVS. An negotiorum gestor de fortuito casu teneatur, quæritur: & resp. quòd non, nisi conuenit vt teneatur. verbi gratia: Cum viderem te velle gerere negocia mea dixi: si contingat te gerere, volo quòd de casu fortuito tenearis, quo casu si consensisti, teneberis. vnde regula [a] est: quòd gestores de casu fortuito non tenentur, nisi in se suscipiant casum fortuitum. Viuianus.

a Casum fortuitum gestor non præstat nisi in se casum fortuitũ receperit.

a ¶ Negociũ gerentes. in procuratore poni oportet. aliàs gestor sine mãdato qualiter pacto se adstrigeret? Vel dic etiam in gestore hoc modo: Cum viderem te velle gerere, dixi, si contingat te gerere: de casu fortuito tenearis. cui pacto consensisti. & sic per eadem verba dico remitti vsuras. ff. eo.l. si pupillis. in fin.

b ¶ Speciali. pro nobis, vt [b] debeant numerari casus fortuiti, saltem quidam, secundùm B. vt diximus. ff. si quis caution. l. sed & si quis. §. quæsitum. ¶ & sic est contra M. Sed ipse exponit speciali, id est expresso, quod sufficit, licet generaliter exprimatur. & pro eo. infra l. si. in princ. & ff. de procur. l. procurator totorum. & supra de procur. l. procuratorem. ¶ Item not. hic [c] casum vbi gestor de fortuito casu tenetur. Sunt & alij: vt not. ff. eod. l. si negotia.

b Casus fortuitos in se recipiens, an specialiter quosdam casus enumerare debeat an verò sufficiat generaliter casum fortuitum in se recepisse? Vltimum probat Accursius hic.

† al. Theodulo.

* al. Iuliano.

c ¶ Compelluntur. vt infra commo. l. j. & de pigno. ac l. quæ fortuitus.

c Gestor quibus ex causis teneatur de casu fortuito.

† Qui alterius nomine quid expendit ad vtilitatem eius, vt refert (citã) si id in eius vtilitatem vertatur) repetere non potest, videlicet tamen exceptiones apud Socinum reg. 417.

† Quid si pro carcerato, & grato, studio io. vide Socinum ...

Negotiorum gestor de casu fortuito non tenetur, nisi hoc fuerit conuentum: secundum Bal. Salyc. & Alexand.

XXII. Idem AA. & CC. Eulogio.

Negocium gerentes [a] alienum non interueniente speciali [b] pacto, casum fortuitum præstare non compelluntur [c]. Dat. XI. Kalen. Decemb. CC. Coss.

Pro negociorum gestione datur, actio personalis, non hypothecaria quæ est in rem. Alex.

XXIII. Iidem AA. & CC. Theodoro. †

Negotiis gestis, non in rem [d] sed in personam est actio. Dat. XII. Kalend. Decemb. Nicomediæ. CC. Coss.

Negotiis postea.] CASVS. Actio negotiorum gesto. an in rem sit, an in personam: quæritur: & resp. quòd in personam. videbatur tamen contrariũ quòd datur ad rem, & ex re nascitur, puta ex gestione. Viuianus.

Prohibitio domini tollit negociorum gestorum actionem in his quæ post prohibitionem geruntur: secus in his quæ prius gesta fuerunt. Salyc. & Alexand.

XXIIII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni P. P.

Si quis nolente & specialiter [c] prohibente domino † rerum administrationi earum sese immiscuit: apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis quæ circa res factæ sunt, talis negociorum gestorum habeat aliqua aduersus dominum actionem. Quam quibusdam pollicentibus directam vel vtilem, aliis negantibus (in quibus & Saluius Iulianus fuit) hoc decidentes sancimus, si contradixerit dominus, & cum res suas administrare prohibuerit, secundum Iuliani sententiam nullam esse aduersus eum, [vel directam, vel vtilem †] contrariam actionem, scilicet post denunciationem, quam ei dominus transmiserit non concedens ei res eius attingere, licet res benè ab eo gestæ sint [f]. Quid deinde * si dominus aspexerit ab administratore multas expensas vtiliter factas: & tunc dolosa adsimulatione habita, cum prohibuerit, vt neque anteriores expensas præstet? quod nullo modo patimur [g], sed ex quo [ea †] testatio ad eum facta est [vel in scriptis, vel sine scriptis, sub testificatione aliarum tamen personarum: ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam ei competere actionem. super anterioribus autem, si vtiliter factæ sunt, habere eum actionem contra dominum concedimus sua natura [h] currentem. Dat. XIV. Kal. Decemb. Lampadio & Oreste Coss.

d ¶ In rem. Contra videbatur: quia ex re, id est gestione datur: vel quia ad res: quandoque tamen datur in rem: vt infra de administ. tuto. l. pro officio. vt infra arbit. tutel. l. ij. & ff. quando ex facto tut. l. ij. & infra de rei vindic. l. si vt proponis. & ff. de dona. inter vir. & vxor. l. vxor marito.

Si quis.] CASVS. Si me nolente & expressè contradicente mea negotia gessisti, & in ea aliquid de tuo impendisti: an aliqua actione id à me repetere possis, quæritur? & respo. quidam quòd ibi directa vel vtilis nego. gestor. datur. Alij dicunt quòd nulla danda est, vt Iulianus iurisconsultus distinguit. aut post denunciationem tibi factam negocia mea gessisti, & nulla tibi actio cõpetit ad repetendum quod impendisti: sicut dixit Iul. aut ante, & dubitur. alioquin esset absurdum, sc. quòd si ante denunciationem multas impensas vtiliter fecisti: & tunc prohibui ne anteriores expensas repetere possis, & quod nulla ad anteriores sumptus tibi daretur actio: quod esset inconueniens: sed ex eo die ex quo tibi denunciatio facta est, vel in scriptis, vel sine scriptis, sub testificatione tamen aliorum, ne gereres: sumptus repetere potes anteriores, id est ante denunciationẽ factos, & vtiliter, posteriores verò repetere non potes actione contra me sua natura currente. ¶ Ex ista l. no. quòd tres erant opiniones veterum. Quidam concedebant actionem directam ad differentiam vtilis. Alij concedebant vtilem contrariam, & non directam contrariam. Tertij concedebant neutram, & ista est sententia Iuliani, quæ hic approbatur. Ratio autem talis est, quòd sicut non cogor tecum contrahere inuitus, nec etiam incidere in obligationem tuam, ita non cogor tecum quasi contrahere, nec te habere creditorem, secundùm Bald.

e ¶ Specialiter. id est expressè [a] sic ponitur: ff. eod. l. sed an vltro. in princ. & supra l. negociam secundum M.

f ¶ Benè ab eo gestæ sint. Locupletatur ergo cum aliena iactura, propter suã cõtradictionẽ. ¶ Et sic est contra. ff. de Institut. l. si quis mancipiis. §. Proculus. Sed ibi licet dominus contradiceret, seruus tamen voluit, qui etiã inuitum dominum de peculio vel de in rem verso obligat: vt ff. de pecul. l. si quis semel. §. etiam. & continua sequentia hoc modo? Benè dico expensas post denũciationem factas nõ repeti: antiquiores autem sic. quid enim, &c. vt ff. de re milit. l. de sertorem. §. in bello.

g ¶ Patimur. nam nemo. &c. vt ff. de regul. iur. l. nemo potest mutare.

h ¶ Currentem. natura eius est vt currat vsque ad triginta ann. vt infra de constitut. pecu. l. ij. cum sit personalis. & supra eod. l. negotiis. & l. aduersus. ¶ Item an [e] de æquitate dabitur aliqua actio pro gestis post denunciationem cum benè est gestum? In simili casu potest quæri. Vt si mandaui vt emeres rem pro decẽ, & dedisti viginti, & vtiliter, quia benè valet, & plus: Et ait M. agi posse, arg. ff. de verbo. significa. l. cum in testamento. & de condi. ob. indebit. l. nam hoc natura. Sed B. contra, & Ioann. & nos, scilicet vt non possit agere nisi pro taxata quantitate: vt ff. eodem. l. qui aliena. §. libertos. & l. si ex duobus, & hic, & ff. mandat. l. si remunerandi. §. si passus. & l. si pro te. nisi in casu: vt ff. de relict. l. at si quis. §. idem Labeo ait.

a Voluntas domini expressa, altera cessat. An autẽ voluntas mortui renouata ... de arbitr. ... † Inclusa desunt in libris quibusdam in aliis non desũt. tamẽ desunt. * quid enim. quod est remedius. b Consilium nemo mutare potest in alterius ... vtantur, legidum est.

e Negotiorum actione datur ... in pro ... gestis ... datur ... de pecunia ... fœnerando.

TITVLVS XX.

DE HIS QVÆ VI metúsve causa gesta sunt.

Periculum interitus spectat ad furem & metum inferentem. Salyc. & Alexand.

I. Imp. ALEXANDER A. Felici.

Persecutionem [i] eorum quæ vi vel furto ablata sunt, etiam si postea

DE HIS * QVÆ VI METVSVE causa gesta sunt.

Seruant antiquam intitulationem: hodie sufficit alterum. vt ff. eod. l. j. Et continua. Supra dixit de nego. gest. quæ ab alio gesta, rata habemus: nunc de his quæ à nobis gesta infirmantur.

*Cõtinuatio.

Persecutionem.] CASVS. Res ablata vel subrepta cuius periculo sit, quæritur: & resp. quòd auferentis, & metum inferentis & surripientis. vnde si rem tuam tibi aliquis abstulit vel surripuit, & periit: æstimationem repetere potes per actionem quod metus causa. Viuianus.

i ¶ Persecutionem. largum est verbum persecutionis: vt ff. de actio. & obligatio. l. actio in personam. ¶ & quod dicit vi, scilicet compulsiua. & de furto gratia similitudinis dicit. ¶ Distingue ergo quinque [d] genera violentiarum: quia alia expulsiua, alia ablatiua, alia turbatiua, alia compulsiua, alia inquietatiua. 1 Prima parit interdictum vnde vi. ff. de vi & vi arma. l. j. §. j. 2 Secunda actionem vi bon. rap. vt instit. vi bon. rapt. in princi. 3 Tertia actionem quod metus causa, personalem & vtilem in rem: eo casu quo vim passus erat dominus ante traditionem: & exceptionem: vt dices j. l. iij. Item in primis duobus sine distinctio. pertinet ad delinquentem periculum: vt ff. de vi & vi arm. l. j. §. recussissimi. & l. penult. In tertia similiter, nisi in casibus, vt statim dices, & hoc si agitur cõtra metum inferentẽ: secus si cõtra bonæ fidei possessorem: vt ff. eod. l. si cum. §. ... & l. si ipsa. 4 Quarta, scilicet turbatiua, locum habet quando duo se possidere contendunt: & inducit in rebus immobilibus interdictum vti possidetis: in mobilibus,

d Vis septem modis cõmittitur, vt hic. ... in princ. ...

libus, vtrubi: *vt instit. de interdic. §. retinendæ.* Quinta, scilicet inquietatiua, locum habet quando aliquid facis in meo prohibitus, vel sciens te prohibendũ. & hæc inducit quod vi aut clã: *vt ff. quod vi aut clam. l. ij. §. fin. & l. iij.* 6 Est sexta vis, quando sine auctoritate iudicis prosequor ius meum: *vt ff. eod. l. extat.* 7 Sunt & alia genera violentiarum: vt ibi dixi. ADDITIO. Vide similem fere glos. in verbo, causa. in ca. ad audientiã. extra eo.

intercideri nt [a] †, integram esse, iure responsum [b] est. PP. X Kal. Decem. Maximo. II. & Æliano Coss.

a ¶ *Intercideri nt.* nisi [a] intra tempora quadrimestria [b] post secundã sententiã currẽtia per cant: *vt ff. eodem l. si cum exceptione. §. quod si homo.* 2 Itẽ hoc, quãdo [c] non erat peritura penes actorẽ: quod dic: *vt ff. eodem l. si cum ex. §. sed & sine culpa. in glos. sa. vt quia distrahitur, & c.* 3 Itẽ hoc, nisi moram [d] purgauerit per oblationẽ factam [e] domino: quod dic. vt infra de fur. *l. subtracto.*

b ¶ *Responsum. vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. recissime. & l. penu. & infra de condic. fur. l. ij. & ff. de condict. fur. l. fina. & ff. si cui plusquam per leg. Falcid. in princ.*

Spontanea solutio metum in promittendo adhibitum purgat: & sic actionem quod metus causa tollit. Salyc. & Alexand.

II. *Idem A. Alexandro.*

CVm te [a] non solùm cauisse [c], verùm etiam soluisse [d] pecuniam confitearis: qua ratione vt vim passus [e] restitui quod illatum est, postules, perspici non potest [f] quandò [g] † verisimile non sit ad solutionem te properasse [h] omissa querela [i] de chirographo, vtpote per vim extorto, nisi & in soluendo vim te passum dicas [k]. PP. VI. Kalen. Iul. Alexandro. A. II. & Marcello Coss.

CVm te.] CASVS. Aliquis te coegit vt tibi pecuniam promitteres, & promisisti postea per interuallum temporis soluisti: an illam pecuniam possis repetere quasi per metum extortam? & respon. quòd non. quia potuisti actionem quod metus causa intentare, & te liberare ab obligatione per metũ extorta. quod cum non fecisti, sed sponte soluisti: videris ratam habuisse promissionem: secus si vt solueres, metum tibi intuli, quo casu repetes. Viuianus.

c ¶ *Cauisse.* id est coactè promisisse per metum.

d *Soluisse.* spontè.

e ¶ *Passus.* in cauendo.

f ¶ *Non potest.* Imò videtur perspici posse: *vt ff. de condictio ob turpem caus. l. ex ea. & ff. eodem. l. metum autem. § sed quod ad prætor. quæ sunt contra.* Solu. ibi in promittendo & soluendo fuit facta vis [f]: hic in promittendo tantùm. Vnde [g] nullo modo repetet: tũ quia sublata est proxima causa turpitudinis. turpitudo enim est vis & metus. Causa proxima dicitur coacta voluntas quæ tollitur, quia ratum quod fecit videtur habere spõte soluendo. *vt ff. de condic. ob tur. caus. in l. si ob turpem.* Tum etiam quia odiosa est exceptio hæc: *vt ff. de exceptio doli. l. §. & ij. in princip. & l. apud Celsum. §. penu.* vnde omnino cessat repetitio: *vt ff. de condictio. indebit. l. qui exceptionem.* Tum etiam quia vna solutio non parit liberationem & repetitionem: *vt ff. de solut. l. qui hominem. §. fin.* ¶ Vnde his trib. rationibus reprobatur glos. Ir. quæ dicit sponte soluentẽ admitti ad repetendum, si probet vim factam in cauendo, his verbis: Præsumitur. n. querelam de vi nõ habuisse. aut ergo omnino nõ repetit: aut eatenus impeditur, donec probet contrarium. Ir. Primam ergo partem secundùm B. & Pla. & Io. admittemus: secundam non, scilicet quòd possit probare vim factam in cauendo. Sed Py. exponit donec probetur contrarium, scilicet vim factã in soluendo: quod nihil est secundùm Azo. nam quia certum erat vim non adhibitã in soluendo, præsumitur ergo nec in promittendo. ¶ Itẽ quid si [h] parum post cautionẽ coactã sponte soluit? Respond. secundùm. Al repetet: *vt ff. de minor. l. iij. §. scio. & infra ad Velle. l. si mulier. ij. & ff. ex quibus caus. ma. ab hoc bas. §. fina.* quod non placet secundùm H. ¶ Item quid [i] si iuraui per metum dare decem: & do sponte? Respond. non repeto. quia soluere non tenebar. *arg. ff. qui satisd. cog. l. fina.* & quia sublata est proxima causa turpitudinis: *vt ff. de condictio. ob tur. cau. l. si ob turpem.* 2 Sed Pla. contra: *vt arg. infra si aduer. vendit. l. j. & in auth. sacramenta.* 3 Sed secundùm canones soluo & repetoret in vsuris: *vt extra de iurciur. c. ad nostram. ij. & c. debitores.* ¶ Item nonne hac l. soluens errat in iure, credens se teneri: ergo in damno vitando subuenitur ei: *vt ff. de iuris & fac. igno. l. error.* Respond. hic. fuit fatuus [a] error: *vt ff. eodem tit. l. nec si pius.* ¶ Item nunquid fuit turpis promissio, & sic cõtra legẽ: quicquid ergo sequitur ex eo vel ob id, &c. *vt s. de legib. & constit. l. non dubium?* Resp. non fuit turpis [b]. sed turpiter facta: quia non venit turpe in obligatione.

g ¶ *Quando.* pro quia.

h ¶ *Properasse.* cum [c] nemo suas pecunias iactet: *vt ff. de proba. l. cum de indebito. versic. j.* ¶ sic ergo ad [d] primordium tituli posterior non formatur euentus, quod fit aliòs: *vt j. de impo. lu. descrip. l. j. lu. si. lib. x.*

i ¶ *Querela.* s. metus.

k ¶ *Dicas.* & fidem iudici facias: *vt s. de transac. interpositas. & l. si maior. & j. eo. l. metum.*

Vendens vel eius heres fundum propter metum, venditum repetit vtili actione in rem à quolibet possessore, si precium offerat, & possidens longo tempore non præscripserit. Salyc. & Alexand.

III. *Imp. GORDIANVS A. Gaio.*

SI vi [l] vel metu fundum auus tuus distrahere coactus est, etiamsi maximè [m] emptor eum alij vendidit: si tamen tu auo tuo heres extitisti [n]: vt tibi reddito [o] a te precio restituatur, postquã placuit in rem [p] quoque [q] dari actionem secundum formam perpetui edicti, adito præside prouinciæ poteris postulare: si modò qui secundo loco comparauit, longæ possessionis [r] præscriptione non fuerit munitus [s]. PP. VI. Idus August. Pio & Pontiano Coss.

SI vi.] CASVS. Si auo meo metũ intulisti vt tibi fundum venderet, & tu emisti & alij cùm vendidisti: an cõtra secundùm emptorem refuso precio quod auus accepit, ad repetendũ fundũ actio mihi cõpetat, & quæ, quæritur? & respon. quod sic. & datur ei in rem vtilis actio: nisi præscriptione xx. vel xxx. an. se tueri possit: cum heres ei directò vel per patrẽ meum mediũ existam.

l ¶ *Si vi.* quãtũ ad corp. *metu.* quoad animum.

m ¶ *Si maximè.* i. quod maximum videbatur, vt agere non potes.

Actio quod metus causa, intra annum datur ad quadruplum, si res non restituatur: post annum verò ad simplum, si alia nõ competit. Bald. Salyc. & Alexand.

IIII. *Idem A. Primo & Euthydico.* [a]

n ¶ *Extitisti.* siue directò, siue per medium patrem datur heredib. hæc actio: *vt ff. eo. quod dicimus. §. fin.*

o ¶ *Reddito.* sc. ei qui dedit, vel ei qui emit ab eo: & sic fuit hic: & & cogetur primus emptor habere ratum, cùm ipse teneatur secundo de euictione: *vt ff. de neg. gest. l. soluendo. & l. Pomponius. j. & l. quæ vtiliter. §. fi. & l. sequ. & de except. doli. si opera.* sicque quilibet in suo reponitur statu. *vt j. de repet. quæ fiu. in iudic. l. j. & ff. de mino. quod si minor. §. restitutio.* ¶ Sed ad hoc quòd dicit reddi debere precium, est contra *j. de rei v nd. l. si mancipium.* Sed hic [e] restituit quia versum est in sui vtilitatem, id est aui, cui successit, cuius personam heres sustinet: *vt in authen. de intelur. à me. præstito. §. j. coll. v. fit & ff. de rei vindic. l. emptor.* ¶ Et eodem modo soluitur. *j. de præscript. xxx. ann. l. j. in fin. & j. de rei domi. vel templo. l. ij.* ¶ Item ad idem est contra *j. de rescind. vend. l. j.* Sed ibi abundat, maximè. ¶ Item ad idem est contra *j. eo. si per impressionem.* Sol. ibi speciale. ¶ Item quod precium redditur? Respond. quod præstitum est auo. Nam & si nihil auo præstitum esset, nihil redderet: *vt j. de euict. super emptione.* sed si aliquid sit minus, & illud reddi potest: *vt j. de restit. milit. l. si cum militaribus.*

p ¶ *In rem.* licet enim non sit dominus de iure ciuili (transtulit enim dominium in emptorem) tamen de æquitate prætoria videtur dominus, quia nemo videtur re sua exclusus, &c. *vt ff. de in integ. restit. l. nemo.* & non videtur possessionem adeptus, &c. *vt ff. de acqu. vt pos. non videtur.* Et dic in rem, id est rescissoriam.

q ¶ *Quoque.* quasi dicat non solùm personalem quod metus causa quæ est in rem scripta: & datur vtilis non directa, quia translatum fuit dominium: *vt s. dictum est* & datur contra quemlibet possidentem: *vt ff. eo. l. metum autem. §. fin. & l. si cum. § in hac. & §. aliquando.* ¶ Tria ergo auxilia dantur ex hoc edicto. Actio in rem vtilis, & actio personalis quod metus causa. Item exceptio metus: *vt hic & ff. eo. l. metum. §. sed quod prætor. & § licet. & §. volenti.*

r ¶ *Longæ poss.* finis. vt decennij inter præsentes, vel xx. inter absentes. Accursius.

s ¶ *Munitus.* præscribit enim vtili rei vindicationi, non actioni quod metus causa, cùm ipsa sit personalis: *vt instit. de actio. §. præterea quasdam.* & earũ sit meta xxx. annor. spacium: *vt j. de constitut. pecu. l. ij.* secundùm Plac. & sic, si modò, &c. refertur ad vtilem in rem, nõ ad personalẽ. 2 Vel dic præscribi actioni quòd metus causa. nam cùm excedit [f] suos terminos in eo quòd est in rem scripta, & datur contra quemlibet possidentem: *vt ff. eodem*

a Interim rei annũ quando liberetur qui metũ intulit.
b Et ita intra tempus à lege concessum fra delationis læsæ.
c Interitus rei non imputatur ei qui metu aut per vim abstulit, si rei eodem modo peritura erat penes dominum.
[a] Conc. cum hac l. Gl. super verbo. at rescissionem.
d Mora purgatur ... ad debitorem non pertinet.
e Vi metũue ablata, licet intercideri nt, peti ab eo possunt qui abstulit.
† al. Quin verisimile non sit.
† al. intercidere sunt.

a Fatuus error non excusat.
b Turpis promissionis, & turpiter factæ differentia.
c Præsumitur nemo suas pecunias iactare velle.
d Euentus nõ tempore formatur a primordio tituli hoc est interdum principio alteratur per finem.

e Quidam pactũ idem esse in gestis per dolum, quæ si postea rata quis habeat, ex dolo agere non potest. vide ... cons. ...
g Soluens vi promissum, ... ex tio post vim promissioné nõ repetit id quod ita soluit. & cur.
h Soluens vi promissum, etiam paulo post vim sibi factam, non repetit.
i Soluens spõte id quod per metum se daturũ iurauit, an repetat: an verò non repetat. An potius quis ita promissis, soluere cogatur, vt deinde repetatur.

a al. Eutychio. al. Eutychéo.
e Emptor rei furtiuæ ... licet eam cõparauit ... restituere cogitur, non recepto pretio nisi pretium in versum in vtilitatem domino. vt hic. addo Capolam ... de vsu pro emptore.
f Excedit suos terminos quod minus esse ... dis.

metum autem.§.final. exceditur à non ſuis terminis: *vt j. de edict. diui Hadrian. toll. l. fina. in fine.* ¶ Item oppono, quomodo [a] præſcribit qui dominus factus eſt per traditionem: *vt Inſtitu. de rerum diui.§. per traditionem.* & per voluntatẽ [b], licet coactam, *vt ff. eod. l. ſi mulier.§. ſi metu. & ff. de vſucap. l. ſequitur.§. lana.* Reſp. quoad ius ciuile verum eſt: ſed de prætorio contra: *vt ff. de in integr. reſtit. nemo.* Præterea quia eſt domin⁹ de iure ciuili, multo fortiùs præſcriptione longi temporis tueri in dominio prætorio ſe debet: vt ſic magis cõtra intentionẽ agẽtis præſcribatur, quàm dominium. *vt ff. de cap. l. in bello. §. ſi quis ſeruũ.* ¶ Item adhuc contra *Inſtitu. de vſucap. §. furtiuæ. & j. de vſucap. pro empto. l. ſi partem. & ff. de vſucap. l. non ſolùm in prin. & l. ſeqtur. §. quod autẽ.* quib. legib. dicit quòd res [c] furtiuæ & vi poſſeſſæ nõ præſcribũt. Solu. ibi de vi [d] expulſiua, hîc aũt cõpulſiuã, in [e] qua eſt volũtas. hodie. n. malæ fidei poſſeſſor, &c. *vt in authen. vt ſponſa. largi. §. rurſũ. colla. ix. & ff. de dolo. l. & elegãter. in princi.* nam in metu dolus eſt. ¶ Item ſi emptor eſt munitus exceptione, nónne poterit agi contra metum inferẽtem? Reſpon. non: *vt infrà de his qui à non do. ma. l. fina. in fin.* ¶ Itẽ nunquid finitur anno reſciſſoria? Reſpon. illud quando officio iudicis petitur reſtitutio: hîc actionis iure. Item & illud poſt completam vſucapionẽ, hîc ante. ¶ Itẽ quo iure eſt obligatus bonæ fidei emptor, an actio de perſonali? Reſpon. ex variis figuris cauſarum: *vt ff. de actio. & oblig. l. j. in pri.* ¶ Itẽ quid ſi res eſt integre, an agetur quod metus cauſa contra eum qui me compulit vt venderẽ? Reſp. ſecundùm Io. non, cum ipſo iure non teneat contractus, vt in dolo ſimplici: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. in prin.* vel illud in ſimplici dolo.

a Præſcribere an & quatenus poſſit is qui factus eſt rei dominus per traditionem & voluntatem coactã.
b Voluntas, licet coacta, voluntas eſt.
† Contr. c. po. & m. extra de his quæ vi metuſve cauſa fiunt.
c Præſcribi res furtiuæ & vi poſſeſſæ an & quãdo poſſint.
d Vis expulſiua & compulſiua differentia.
e Voluntas eſt etiam in vi compulſiua.
* Conc. cũ hac l. c. abbas. extra q. m. c.

SI per vim [a], vel metum mortis, aut cruciatus† corporis [b], venditio à vobis extorta eſt, & non poſtea eam conſenſu [c] corroboraſtis iuxta perpetui formam edicti, intra annum quidem agentes, (quo experiundi [d] poteſtas eſt) ſi res non reſtituatur [e] quadrupli condemnationem referetis [f], ſcilicet reddito à vobis precio [g]. Poſt annum verò cauſa cognita, eadem actio in ſimplum permittitur. quæ cauſæ cognitio eò pertinet, vt ita demum decernatur, ſi alia actio [h] non ſit. PP. III. Non Aug. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Actio quod metus cauſa, competit, ſiue quis ſit coactus vendere: ſiue minori pretio vendere: nec refert an vendatur metum inferenti, an alij. Salyc. & Alexand.

v. *Idem A. Ruſo militi.*

NOn [*] intereſt [i] à quo vis [k] adhibita ſit patri & patruo [l] tuo, vtrum ab emptore, an verò ſciente emptore ab alio [m], vt

S*I per vim.*] CASVS. Si per metum compuliſti me vt fundum meum tibi venderem, an actio quod metus cauſa ad recuperãdũ fundum mihi competat, quæritur? reſp. quòd ſic, niſi poſtea ex interuallo venditioni conſenſum tacitum vel expreſſum præbuiſſem: & dabitur intra annum, niſi reſtituatur ex prima ſententia qua iudex eum fundum mihi reſtitui iubet in quadruplum: poſt annum in ſimplum cauſa cognita. In cauſæ cognitione hoc vertitur, an mihi alia actio competat; quæ ſi competat, hæc non dabitur, & intellige quòd actio quod metus cauſa, dabitur refuſo precio tibi, quod accepi pro fundo. ¶ No. quòd contra hanc actionem opponitur exceptio conſenſus adhibiti. Bald.

a ¶ *Si per vim.* ſcilicet compulſiuam.

b ¶ *Corporis.* vel alium ſimilem metum; *vt ſupra de tranſactio. l. interpoſitas.*

c ¶ *Conſenſu.* expreſſo vel tacito: *vt ſupra l. ij.*

d ¶ *Experiundi.* ergo eſt annus vtilis: *vt ff. eo. l. ſi cum. §. poſt annum. & ff. de diuerſis tempor. præſcr. ptionib. l. j.*

e ¶ *Reſtituatur.* per primam ſententiam. *vt ff. eo. l. ſi cum. §. ſatis.* Scite [f] enim debemus quòd duæ ſententiæ feruntur in hac lite quod metus cauſa. Prima in qua cõdẽnatur vt rẽ reddat. Secunda eſt: quia ſi iſte condemnatus reddit rem, damnatur ad quadruplum: *vt ff. eo. l. ſi cum. §. hæc autem actio.* & in hoc quadruplo ineſt res, *vt præallegat. l. §. quadruplabitur.* ¶ Item quæritur, an vtraque ſit definitiua? Item an ab vtraq; poſſit appellari? Item quod tempus eſſe debet inter primam & ſecundam ſententiam? & alia multa quæ notantur. *ff. eod. l. ſi eum exceptione. §. hæc autem actio.*

f Sententiæ duæ in actione quod metus cauſa feruntur: & quæ illæ.

f ¶ *Referetis.* id eſt referri facietis.

g ¶ *Precio.* hîc ſigna & ſolue eodem modo contraria quæ ſunt ſupra. l. proxi.

h ¶ *Alia actio.* ſcilicet ciuilis & ordinaria, vel rei petitio hereditatis: *vt ff. eo. l. ſi cum, §. poſt annum.* nam cum actione de dolo datur: *vt ff. eodem. l. ſi cum §. eum. qui.* & cum vtili rei vindicatione: *vt ff. eo. l. metum autem. § volenti. & ſ. eod. l. proxi.* rarò enim inuenitur quin alia competat. quandoq; tamen inuenitur, vt cum promiſi per metum: vel acceptum tuli per metum. Item poſt annum ſecundùm iura vetera nõ competit de dolo. [z] Poteſt etiã exponi ſecundum Ioan. ſi alia actio non ſit, id eſt ſi aliunde actio non ſit. [3] Tertij dicunt non dari quod metus cauſa vbi datur in rem: & in prædictis caſibus tantùm vbi non datur in rem, dicunt dari quod metus cauſa: quod non placet.

vi metúve poſſeſsionem vendere [n] cogerentur. Nam ſi [o] adhibita vi compulſi ſunt poſſeſsiones ſuas, quæ maiore [p] † valebant, minimo diſtrahere [q]: iuriſdictionis tenore [r], vt id quod improbè factum eſt, in priorem ſtatum reuoluatur, impetrabunt [ſ]. PP. VI. Kal. Ian. Gordiano. A. & Auiola Coss.

† al. maiora. al. maioris.

Ex ſola dignitate non præſumitur dolus vel metus inferri. Bal. Vel ſic: Ex ſola dignitate contrahentis non præſumitur violentia. Alex.

VI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Foliæ.*

AD inuidiam [t] alicui nocere nullá dignitatem oportet. vnde intelligis, quod ad metum arguendum [u], per quem dicis initum eſſe contractum, ſenatoria [*] dignitas aduerſarij tui ſola non eſt idonea. PP. III. Kalend. Maij, Heracliæ. CC. Coss.

* al. ſenatoris. ſed ſenatoria, rectius.

Minæ capitales inducunt iuſtum metum: & omnis contractus qui fit per metum, poteſt peti reſcindi. Bald. Vel ſic: Quilibet contra-

N*On intereſt.*] CASVS. Si pater tuus vel patruus metu cõpulſus fundum diſtraxit, non aliàs diſtracturus: an repetere poſſit per act. quod metus cauſa, quæritur? & reſpond. quòd ſic: neque refert an ab emptore compulſus fuerit, an ab alio ſciente emptore: ſi aliàs fuerat diſtracturus, & metu compulſus in minori precio diſtraxit: puta valebat centum: diſtraxit pro l. quod actum eſt, per actio. quod metus cauſa retractabitur.

i ¶ *Non intereſt.* quoad emptorem. nam vtrobique tenetur.

k ¶ *Vis.* compulſiua.

l ¶ *Patruo.* id eſt fratri patris tui.

m. ¶ *Ab alio.* vtrobiq. enim agitur actione quod metus cauſa contra emptorem. Item nec hoc intereſt: non erat aliàs venditurus, vt hoc caſu, aut erat venditurus, & fuit coactus vt minoris venderet: vt infra proximo caſu. nam ſi adhibita, &c. ¶ Item quod dicit, ſciente emptore, ſupplent quidam. & fraudem participante. ¶ & ſic ſoluitur contra, *ff. eodem l. metum autem. § ſed licet.* Sed certè in alio prorſus caſu ibi loquitur: & hîc ſubaudi maximè. nam idem eſt in emptore ignorante, ſcilicet quòd ſemper teneatur quod metus cauſa: ſed in hoc eſt ſolùm differentia inter emptorem ſcientem & ignorantem: quia ſi ignoret, liberatur rei interitu: *vt ff. eod. l. ſi cum. § in hac. & §. aliquando.*

n ¶ *Vendere.* pater tuus & patruus.

o ¶ *Nam ſi.* probat à minori.

p ¶ *Maiore.* ſc. precio, & ſubaudi, maximè. nã licet aliàs venditor compellam iuſto precio vendere, teneor: *arg. ff. re. amo. l. non enim.* Ioan. ¶ Sed Py. contra. *arg. ff. eo. ſed & partus. § fin. & l. ſi cum. in prin.* Sed certè ſecundùm Azo. poteſt [a] intereſſe eius magis quàm valeat res: *vt ff. de mino. ſi in emptione.* Item maioris precij eſt quod magis eligis: *vt inſtit. de actio. § huic autem. & §. præterea ſi quis. & ff. de in diem addict. l. ſi venditor.*

a Intereſſe noſtra interdum poteſt magis quàm res valeat: atque ita id quod intereſt rem egredi poteſt.

q ¶ *Diſtrahere.* aliàs vendituri, vt differat à priori caſu.

r ¶ *Tenore.* id eſt actione quod metus cauſa.

ſ ¶ *Impetrabunt.* ita quod ſi contumax eſt, in quadruplum condemnabitur. quod verò iuſto precio deeſt, ſuppletur ſecundùm P. & Ir. Accurſius.

A*D inuidiã.*] CASVS. Si alicui potẽti rẽ meã vẽdidi, & eo prætextu volo eã reuocare, q a i dignitate fuit is cui vendidi, p act. quod metus cauſa, an poſſim, qritur? & dicit q nõ ſufficit ad metũ probandum, quòd ille fuerat in dignitate conſtitutus, etiã vno teſte adiuncto; licet ſi vim paſſus fuiſſem, præſumptionem faceret contra eum dignitas: *vt ff. eo. l. non eſt veriſimile.* Viuianus.

t ¶ *Ad inuidiam.* id eſt malam præſumptionem.

t ¶ *Inuidiam.* id eſt creandã præſumptionem: vel, id eſt blaſmũ: vt quia dignitatem habeat, non præſumitur feciſſe vim: ſed contra in paſſo vim, facit præſumptionem contra eum ſua dignitas: *vt ff. eo. non eſt. in principio.*

u ¶ *Arguendum.* id eſt arguẽ [b] probandum, quod neceſſe eſt: *vt infra eo. l. metum. & infra t. t. ſi dolum* Accurſius.

b Similis Glo. in verbo de rustica in verbo arguat. [illegible]

Si donationis.]

SI donationis.] CASVS. Sic vt tibi donarem aliquid, vel promitterem vel tecum transigerem, mihi metum intulisti: an valeat quod actum est, quæritur: & resp. quòd non ? qu. muis inde factum fuerit instrumentu: & hoc prætoris edicto, quod est ff. eo. l. j.

a ¶ Alterius. innuit donationem vocari contractum, vt & j. de præscript. xxx. ann. l. si quis emptionis. in prin.

b ¶ Capitales. putà [a] ne combureret instrumenta status, quod eximit caput de ciuitate, sicut mors naturalis: vt ff. eod. l. isti quidem. §. si is. non dico quòd loquatur vbi timui capitalem accusationé, licet Ioan. procedendo hic responderit, quia tunc nullo modo repetitur: vt infra eodem. l. accusationis: nec dic quòd loquatur vbi minabatur quòd me interficeret: quia hoc continetur sub illo membro, metu mortis. & facit sup. de transactione interposita. & infra de rescind. vendit. l. j. & ff. de condict. ob turpem cau. l. ex ea.

c ¶ Formam. quæ est. ff. eod. titu. l. j.

a Capitales in eo quæ sint & eorum exemplum.

† al. Certia. al. Tusco. al. Cecaio.

Cum te.] CASVS. Exactori tributorum frumenti me solutur um promisi publicum, & factum est instrumentum promissionis. [a] facta solutione ipse retinet instrumentum spe recuperandi instrumentum. fundum meum vendidi ei: volo fundum reuocare per act. quod metus causa: an possim, quæritur ? & respon. quòd non. Item si electus fuisti in ciuitate aliqua vt aliquos nominares ad subeunda ciuilia munera, & ne me nominares, fundum quem aspectasti, tibi vendidi: an reuocare possim quasi per metum inductus, quæritur: Et respon. quòd non. & est ratio, quia causa pro qua vendidi, non fuit expressa: vt infra de condict. ob causam l. si repetendi.

a al. Trophimo. al. Trophino. al. Theophonio.

ctus celebratus iniusto metu, sine sit hincinde obligatorius, sine ex altera tantum parte rescinditur. Alexander.

VII. Iidem AA. & CC. [illegible] †.

SI donationis, vel transactionis, vel stipulationis, vel cuiuscunque alterius [a] contractus obligationis confectum instrumentum, metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales [b] minas pertimescendo, adito præside prouinciæ probare poteris: hoc ratum haberi secundum edicti formam [c] non patietur. Dat. III. Nonas Ianuar. AA. Coss.

Metus ne quis vocetur ad munera; non inducit actionem quod metus causa. Bald. Vel sic: Venditio facta vt cautio frumenti sibi reddatur, vel ne ad ciuilia munera vocetur, per actionem quod metus causa non retractatur. Salycetus. & Alexand.

VIII. Iidem AA. & CC. Tryphonio. [a]

CVm te domus & horti venditionem fecisse [d] sub spe recipiendi [e] quod de frumento feceras [f] instrumentu [g], vel timore ne ad ciuilia munera [h] nominateris, proponas: & rescindi venditionem veluti metus causa factam desideres: intelligis ad ratum non habendum contractum, metum huiusmodi prodesse non posse [i]. Dat. XI. Kalen. Semptemb. Seminacij. CC. Coss.

Ex solis minis non probatur metus, nisi fuerit deuentum ad actum. Bal. Salyc. & Alexand.

IX. Iidem AA. & CC. Hyamoda.

MEtum non iactationibus [k] tantum, vel contestationibus †, sed atrocitate [l] facti probari conuenit. Dat. Kalend. Decemb. CC. Coss.

Timor accusationis institutæ vel instituendæ, non facit hanc actionem competere ad rescindendum contractum †. Alexander.

X. Iidem AA. & CC. Paulino.

ACcusationis institutæ vel futuræ metu alienationé seu promissionem factam rescindi postulantis, improbum est desiderium [m]. Dat. VI. Kalend. Febr. CC. Coss.

Venditio facta officiali deputato ad iustitiam administrandam, rescinditur condictione ex hac l. si facta fuit per impressionem, siue sit facta venditio sibi, siue alteri supposito ab eo, nec precium ei redditur. Alexander.

XI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Euagrium [*] præfectum prætorio.

SI per impressionem † quis aliquem [n] metuens sitem in mediocri [o] officio constitutum, rei suæ in eadem prouincia vel loco vbi tale officium peragit, sub venditionis titulo fecerit cessionem: & quod emptum fuit, reddatur [p], & nihilominus etiam pecunia retineatur [q]: simili pœna

vim, vel metum potens, vel non, de [a] qua sit verisimile quòd inferre possit, vt sup. a ex quib. cau. ma. l. ij. & ff. eo. non est. & [illegible] & secundum hoc dic quòd hæc duo verba, iactationib. & contestationibus, intelliguntur in eo qui dicitur fecisse metum. vt [b] iactatio dicatur quæ fit priuatè nullo. contestatio [c] quæ fit præsentib. pluribus. possunt econtra intelligi in eo qui dicitur passus. Possunt etiam diuisim intelligi, vt iactatio ad metu inferenté referatur, q. a plerunq. minatus fuerat hunc se interficere. contestatio ad vim passum qui exclamauit coram alijs, vel non coram.

l ¶ Sed atrocitate. in qua capitales [d] continentur minæ, & vt sup. de transac. l. si minor.

ACcusationis.] CASVS. Ne te accusarem de crimine aliquo, vel vt iam accusatione instituta desisterem, fundum mihi vendidisti, vel aliquid promisisti: an repetere possis, quæritur ? & respon. quòd non. non enim sufficit talis metus ad venditionem rescindendam, quia præsumitur transactio. Viuianus.

m ¶ Desiderium. hoc est planum, si non fuit causa expressa ob quam dedit. Si autem fuit expressa, quod fieri debet: vt infra de condictione ob causam dat. l. si repetendi. Aut [e] erat accusatio calumniosa, & tunc datum repetitur: vt ff. de condict. indebiti. l. in summa. in principio. Aut non calumniosa: & tunc si tale erat crimen de quo poterat transigi, & nó stetur transactionis, repetitur datum, & exceptio obiicitur. si nó poterat transigi, non repetitur datum, quasi [f] turpiter datum: vt ff. de condict. ob turpem. & infra de contrahend. stipulat. l. si quidem. ¶ De [g] quibus autem criminibus transigi liceat, vel non: habes. s. de transactio. l. transigere. ¶ Sed contrarium [h] huic. l. ff. eod. l. nec timorem. §. fine. & l. sequen. vbi dicit repeti posse id quod ab eo datum est, qui in adulterio fit deprehensus. Solu. ibi metus instabat. Vel hic timebat pœnam legitimam, & à legitima persona inferendam, secus vbi deprehédor in adulterio: nam ibi possum, vel non possum iure occidi: & ideo iustè timui, quia non iure præcipiente, sed permittente occidor. Item quia non est ibi minister legis vt iudex: sicut est hic.

a Metu illato sc. [illegible] qui confiteretur [illegible] talis metus [illegible]

b [illegible]

c Contestatio [illegible] præsentibus testibus.

† al. contestationes [illegible]

d Capitales minæ

e Solutum est accusationi calumniosæ repeti potest: et non calumniosa quoque potest: si non fuerit transactum, alias licita, adest transactio illicita fuit transactio repetitur potest.

f Condictio non possunt turpiter data.

g Transigere de quibus criminib. liceat.

h Condicere verbo quod pal. quod in adulterio deprehensus dederis.

* al. Euaristo.

d ¶ Fecisse. scilicet exactori tributorum.

e ¶ Recipiendi. expressè tamen hoc non dixisti.

f ¶ Feceras. quod modò erat solutum. Accu.

g ¶ Instrumentum eidem enim caueras de dando instrumento.

h ¶ Munera. nominator enim erat. ¶ Et no. quòd prætor hos casus in edicto non posuit, sed princeps [b] interpretatus est, quia in his sæpè continetur atrocitas: vt ff. eo. l. non est. Accur.

i ¶ Non posse. vt & arg. j. de rescind. vend. l. i. idcirco. & s. de transactio. si maiores. Ideo autem nó repetitur, quia in neutro casus fuit causa expressa. ¶ Quid autem si fuisset causa expressa ? Respo. in primo casu huius legis repetitur: vt j. de condict. ob causam l. si repetend. & ff. de condict. cau. dat. l. ir. §. si nuis. In secundo, si quidem erat inhabilis, repetit: vt j. de condict. ob tur. cau. l. quod enim ind. si habilis, non repetit, licet sit causa expressa: quia in pari delicto &c. vt ff. de condict. ob tur. cau. l. ob turpem. Est [c] enim delictum militiam detrectare, vel munus militiæ ciuitatis: vt ff. de re milita. l. qui cum vno. §. qui post. Accurs.

b Interpretationem [illegible] ad casus similes.

c Militiæ munus eo vitare delictum est.

MEtum.] CASVS. Qui metum allegat, probare debere certum est. si ergo aliquando minas mihi intulisti, quia mihi vim inferres, vel corá plurib. an satis sufficit ? quod mihi vim inferres, sufficiat ad metum probandum, quæritur ? & resp. quod non.

k ¶ Iactationibus. quod [d] præsens [e] metus accipitur: vt ff. eo. l. metu. in prin. & distingue quæ persona sit quæ iactauit se illaturam

d Metus & iactatio [illegible] differentia.

e Metus [illegible]

SI per impressionem.] CASVS. Si tibi in aliquo officio constituto timore officij tui me opprimenti fundum vendidi: vel amico, quem interposuisti per fraudem, cum forte tibi emere non liceret: totum debet rescindi, nec precium restituitur. Nota istam legem contra fœneratores, qui faciunt res vel instrumenta recipi per vxores vel per familiares eorum. quod tene menti secundùm Bald. hic.

n ¶ Aliquem. Castaldionem puta.

o ¶ In mediocri. aliàs in modico.

p ¶ Reddatur. per actionem quod metus causa, secundùm quosdá. Vel dic códitione ex hac l. & sic metus [i] quandoq. punitur per actionem quod metus causa, ex verbis legis & sententia: vt ff. per totum titul. istum. 2 Quandoq. per sententiam tantúm: vt ff. eod. l. ij. §. pen. & §. fin. 3 Quandoq. per cóstitutionem principis, vt hic. 4 Quandoque officio iudicis: vt ff. eo. l. non est. per totam l.

q ¶ Retineatur. quadruplú quandoq. fisco datur: vt ff. de l. contrahen.

i Metus multiplicites punitur.

emp. l. non tect. & l. qui offic. ¶Et est hoc speciale vt precium non reddatur aliis contrà: vt s. eo. l. si vi. & l. si per vim. Accur.

a ¶Si qui. scilicet officiales. Accur.

b Prædam. id est lucrum, de quo dictum est s. in prin.

c ¶Acquirant. id est acquirere nitantur. sic ff. de eviction. l. pupill. ... §. fi. & s. de contrahendis empt. l. j.

seruanda, si qui[a] vel coniuges vel amici nominibus abutentes, prædam [b] tamen sibi acquirant [c] †. X. Kalend. Octobr. Aquileiæ. Constantino. A. VII. & Constantino Cæs. Coss.

Extortum per potentiam, infirmatur. Bal. Vel sic: Quilibet contractus metu potentis celebratus, venit rescindendus. Salyc. & Alexand.

VEnditiones.] CASVS. Sicut venditio siue donatio, seu quilibet contractus metu mortis vel cruciatu corporis initus, pro rato habendus nõ est: similiter neque si per potentiam extortus sit. Viuianus.

d ¶Infirmari. vt hic, & ff. de off. præsid. illicitas. in princip. & infra de contrahend. emp. l. inuitum. ¶Et intellige potentiam talem de qua lex superior dixit. Vel dic de tali, quæ inducit actionem quod metus causa.

XII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA. ad populum.

VEnditiones[a], donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari [d]. Dat. XIII. Kalend. Mar. ipsis. AA. VIII & III. Coss.

DE DOLO malo.

Ideo dicit, malo: quia est & bonus & malus dolus. vt ff. eod. l. 1. Et continua: Dixit de restitutione ac quod metus causa: nunc de ea quæ datur iure actionis de dolo. Accursius.

TITVLVS XXI.

DE DOLO MALO.

Si creditor pignora sibi obligata velit iure creditoris vendere, fideiussor non debet pro se emere: aliàs tenetur de fide rupta, quia censetur habere mandatum soluendi, & sic liberandi pignus: vnde si emat, tenetur rem debitori reddere, restituta sibi sorte cum vsuris. Alexander.

SI fideiussor.] CASVS. Mihi decẽ mutuasti: pignora & fideiussorem dedi, & fideiussori iure creditoris pignora mea vendidisti: qua actione ea reuocare possum, quæritur: & respond. quòd si fideiussor emerit, consultè faciet si oblata sibi sorte cum vsuris, pignora cum fructib. restituat: alioquin dabitur contra eum de dolo actio, id est actio mandati nomine doli, propter fidem ruptam. q. d. propter tacitum pactum videtur tacitè conuenisse de seruanda fide in toto contractu, vnde mihi non sibi pignora luere debuit. ¶Nota ex hac. l. secundùm Bal. quòd quando actio est famosa lex consulit debitori quòd soluat, & non expectet sententiam. contra ... ff. de procur. l. sirens putatur.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Clementiæ.

SI fideiussor à creditore pignora[e] emerit: oblata [f] quantitate sortis & vsurarum[g], tibi dominium [h] cum fructibus quos bona fide percepit, consultius restituet [i], ne fidei ruptæ [k] gratia de dolo [l] possit actio exerceri. Accepta. Dat. III. Idus Maij, Plautiano & Geta Coss.

Actio de dolo non concurrit cum alia, & causa cognita competit. Bald. & Salyce. Vel sic: Actio de dolo cum alia regulariter non concurrit. Alexand.

II. Imp. ANTONINVS A. Agrippæ.

DE dolo [m] actio, cum alia [n] nulla competit, causa cognita [o] permittitur. Dat. Non. Nouembr. Gentiano & Basso Coss.

De vtili tempore deducitur tempus absentia. Alexand.

III. Imp. GORDIANVS A. Aquilino.

NOn possunt obesse tibi tempora quæ in actione † de dolo solent computari, [p] quibus[q] reipublicæ causa (vt allegas) occuparis: sed exinde [r] tibi incipiet tempus cedere [s], ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intra [t] præstituta [u] tempora cœperis obtinere. PP. Idib. August. Sabino. II. & Venusto Coss.

Ex contractu innominato, facio

e ¶Pignora. exposita venalia.

f ¶Oblata. hic respondet. Et dic oblata, id est deposita & consignata quantitate à te debitore isti fideiussori.

g ¶Vsurarum. scilicet solutarum: & etiam vsuras totius quantitatis solutæ, cùm & contractus [illegible] & bonæ fidei iudicium: vt ff. mand. l. si vero non remunerandi. §. si mihi ... daueris.

h ¶Dominium. sunt ergo dominium translatum ... quibus scilicet. § j. Vel dic dominium, id est rem ratione dominij: vt ff. de ... pigni. ...

i ¶Restituet. Est ergo præsumptio iuris & de iure, contra quam non recipitur probatio quòd ex necessitate ... facta venditio: ideòque debitori superest ius offerendi: vt ff. de distr. pign. l. ... & l. cum secundum. § j. ¶Item nota generale, non admittitur scilicet fideiussor, vt quilibet alius sic. & ff. ... hered. §. coheres. & de leg. ... l. fi. §. quatuor. & de distr. ... ¶Sed arg. contra. ff. quod cuiusque vniuersit. l. item in ... & de adopt. l. si pater familias § qui duos.

j ¶Restituet. sine lite. Accur.

k ¶Ruptæ, scilicet taciti pacti. nam bonam fidem promisisse videtur in toto negotio, quam non seruat emendo, sed luendo. vt ff. man. l. si mand. ... §. j. ...

l ¶De dolo. Imò datur mandati: vt ff. mand. l. si mandato. ... § j. & de pig. ... & sic non de dolo. ... l. proxi. Solu. expone hic, id est mandati nomine doli secundùm Ioan. Alij, vt [illegible] quòd hic emit debitore inuito. Alij quòd hic iam erat actum mandati: ... ff. famil. ercisc. l. familiæ. §. familiæ. Alij quòd hic fideiussit ad tempus, & tẽpore elapso emit pignora, arg. contra hanc solutionem. ff. man. l. si fideiussor. ... §. fi. Vel distingue, an officio iudicis sit adsecutus fideiussor, & tunc mandati: an contra sponte emit: & tunc de dolo: arg. ff. de distr. ... Alij aliter soluunt, sed omnes reprobo præter primam: vt in contrario notaui. Acc.

DE dolo.] CASVS. Ita demum de dolo datur actio, si nulla alia competit. & hoc cum causæ cognitione. Hæc autem in causæ cognitione versantur: tempus, res, persona. Tempus, vt vltra annũ non detur secundùm antiqua iura: hodie vltra biennium: vt infra. l. vlt. Item res, quia pro modicate non datur: vnde nisi quantitas sit vltra duos aureos, nõ datur. Item persona, vt non cõtra parentes vel patronum detur, cum sit famosa: vt ff. e. l. si oleum. §. vlt. & l. seq. Vel pone casum vt in glo. seq.

m ¶De dolo.] CASVS. Emi à te equum, non vis mihi tradere: volebam agere actione de dolo, dicit Imperator, nõ potes, sed ex empto.

n ¶Alia. scilicet specialis. & æquum fit actionem dari ex dolo commisso: secus si generalis vt condictione certi vel sine causa: nã species nõ excludit suum genus. Item nulla alia, quæ non sit arbitraria & prætoria, & ex eadem æquitate inducta, & restitutoria. alioquin contra: vt ff. quod metus causa. l. ... §. cum qui. & sic potest dici interdictum vnde vi, & quod vi aut clam, & iniuriarũ actionem dari cũ hac actione: quia & cum actione quod metus causa, datur vnde etiam vi: vt ff. quod metus causa. l. metum. ij. in prin. ¶Sed contra est. ff. de in integ. resti. l. diuus in fin. & ff. eod. l. j. §. ait prætor, ibi, vsque adeo &c. ¶Sic nota hanc actionem habere se admodum inuidiæ qui non maiori vel minori statu: sed pari inuidet. sic hæc non cum pari, sed cum generali supra se, vel speciali sub se bene datur, vt dictum est.

o ¶Cognita. in causæ cognitione spectatur quantitas, tempus, & persona: vt ff. ea. l. si oleum. §. fi. & l. seq.

NOn possunt.] CASVS. Vltra annum vtilem tempore doli commissi, de dolo non datur actio si ergo tibi competit, & reipubl. causa aberas, an currat tibi tempus, quæritur: & respon. quòd non, quod verum est, si procuratorem relinquere non potuisti. ff. de diuer. tempor. præscrip. l. j. sed à tempore tuæ reuersionis, quo tibi experiendi fuit facultas, currit: & extunc nisi intra præfinita tempora litem terminaueris & agas, tibi præiudicasti: hodie tamen hæc actio intra biennium potest experiri.

p ¶Computari. scilicet vtilis anni secundum iura vetera, hodie biennij: vt j. eo. l. fin. in prin.

q ¶Quibus. s. diebus, subaudi: nullo enim modo currunt si nec per se nec per alium agere potuit: si verò per alium potuit, currunt, vt infra eo. l. fin. Sed restituuntur: vt ff. de diuer. tempor. præscript. l. j. sic & decimus ff. de in integ. resti. l. fin. Item quòd mero iure currant, sed restituantur, patet per l. vtil. j. eo. quæ est contra. & infra de ... & ... vel solue vt ibi.

r ¶Exinde. id est eo tempore.

s ¶Cedere. id est currere.

t ¶Intra. id est iuxta.

u ¶Præstituta. olim annus hodie biennium

CVm seruorum.] CASVS. Ancillam meam tibi in contubernio copulasti, & conuenisti vt mihi aliud mancipiũ dares vt eam manumitterem, vel darem tibi ad manumittendum eam: postea manumisi, vel manumisisti, & est contractus facio vt des. si non facias

facias quod conuenisti, qualiter mihi succurratur, quæritur. & distinguitur: aut est manumissa, aut nõ. si fit manumissa, in seruitutem nõ reuocabitur. sed mihi de dolo dabitur actio, si tempus quo mancipium dari debet, nondum excessit. si manumissa non est, eam cum partu recuperabo, si mihi à te vel ab ea quæstio status non moueatur, puta quia dicat se ingenuam à natiuitate.

a ¶ *In contubernio.* nam inter a liberos tantùm est matrimonium: *vt ff. ad legem Iul. de adult. l. inter liberas. & inf. de incest. nu. l. cum ancillis.* ADDITIO. Tu dic quòd de iure canonico etiam inter seruos põt cõtrahi & esse matrimoniũ, *de quo in cap. j. & per totum titulum extra de coniug. seruorum.*

b ¶ *Tibi.* domino ancillæ.

c ¶ *Eadem.* manumittenda prius à te, & ita fuit facio vt des, licet postea pro facto quod facere debuit alij dedit ad id faciendum, & sic datio est pro facto. *sic ff. locat. l. si tibi habitationem.*

d ¶ *Tradidisti.* ¶ Hoc casu videtur contractus do vt des, & sic videt præscriptis verbis non de dolo dari: *vt ff. de præscrip. verbis l. naturalis. §. j. quæ est contra.* Solu. hic tradidi non vt sibi haberet, sed vt per eum velut per b ministrum manumitteret, vnde ego videor manumisisse, sicut & superiori casu cum per me manumittitur. *ff. de admi. tutor. l. ita autem. §. gessisse.* ¶ Sed huic solutioni obuiat quod alias dicit, quòd nemo c manumittitur per alium: *vt infra communia de ma. l. j. in fine & de vindict. liber. l. nec mulierem.* Sed hic possum: quia transtuli dominium. & in rem suã feci eum procuratorem: nõ autẽ per simplicem procuratorem, nisi sit filius, vt ibi. ¶ Item adhuc est contra. & vtrique casui supra *de transact. l. cum mota.* vbi in facio vt des, videtur dari præscriptis verbis. Solut. ibi fuit do vt facias, licet in faciendo fuerit præuentum ¶ Item adhuc contra. *ff. de condict. caus. dat. l. in. §. idem erit. ver. quinimo, &c.* vbi non de dolo, sed condictionem dicit dari in facio vt des. Solu. ibi dicit de condictione certi, quæ d est genus ad hanc, quæ de dolo specialem secum admittit. 2 Vel aliter vt ibi. Accursius.

e ¶ *Non habes.* scilicet fauore libertatis.

f ¶ *Statutum.* in actione de dolo.

g ¶ *Tempus.* non dando tibi mancipium quod promiserat.

h ¶ *Actionem.* actione præscriptis verbis deficiente, cum non ita dedisti vt aliquid de tuo facto ei videatur deesse. 2 Vel vt hac datione eum obligare volueris, sed potius manumissionis eum facere ministrum. Et hæc est ratio secundùm eum quare in facio vt des non detur præscriptis verbis: sed hanc reprobauit, sed postea approbatur: *vt ff. de præscript. ver. naturalis. §. quòd si faciam.* 2 Vel dic vt ibi. Accursius.

i ¶ *Remansit.* quia adhuc non tradidisti: nec manumisisti. nec hac conditione expressè tradidisti, si daret prius mancipium: vel incontinenti e dicebat te daturum, vt in venditione videmus: *vt inst. de rerum diui. §. vendita.*

k ¶ *Cum natis.* id est filiis.

vt des, vbi ex facto præstito nihil adest aduersario cuius contemplatione factum præstatur: vel si adest, non consistit in commodo petitorio, non datur actio præscriptis verbis, sed actio de dolo vt impleantur conuenta. h. d. secundum intellectum Gloss. quem sequitur Rei. Iaco. But. & etiam Bal. Vel sic: Secundum intellectum Pe. Cy. Bart. & Ang. hoc intendit: Si in contractu, facio vt des non seruatur fides facienti, & factum de se non est repetibile: datur actio de dolo ad id quod interest eius illud factum non præstitisse: sed si est repetibile, daretur condictio ob causam ad repetendum: vel ei daretur rei vindicatio, si dominium non erat translatum. Alexander.

IIII. *Imp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. *Menandro.*†

CVm proponas inter te & eum quem in contubernio a ancillam tuam sibi coniunxisse memorasti, placuisse, vt tibi b pro eadem c daret mancipium: intelligis quòd si manumisisti, vel ei tradidisti d, & ille manumisit, reuocandæ libertatis potestatem non habes e, sed solùm, si necdum statutum f tempus g excesserit, & fidem placiti rumpat, desiderare debes de dolo tibi decerni actionem h. Quòd si penes te dominium eius remansit i: adito præside prouinciæ cum natis k eius hanc potes recuperare, si nulla moueatur l status quæstio. Dat. IV. Kalend. M. ij Heracliæ. CC. Coss.

l ¶ *Moueatur quæstio.* ab ea dicente se liberam à natiuitate, vel ab isto. nam tunc terminaretur quæstio status antequam agat rei vindicatione.

SI superstite.] CASVS. Filiam tuam impuberem à matre institutam emancipasti, res eius vt tutor legitimus administrasti. maior facta tecum transegit: reuocato in dubium an ei ex administratione obligatus esses. vult venire contra transactionem: an possit, quæritur. distinguitur an fuit interposita transactio bona fide tua an nõ. Primo casu aut fuit simplex pactio, aut vallata stipulatione Aquiliana, subsecuta acceptilatione. Primo casu cum sit simplex conuentio, dabitur tibi exceptio. Secundo casu nulla sibi superest cõtra te actio, cũ ipso iure libereris. si autem mala fide, sibi cõtra te in factum actio dabitur, cũ de dolo dari nõ possit: quia contra parentem vel patronum non datur. Viuianus.

Valet transactio inter filium emancipatum & patrem, cuius tutelam pater gessit. sed si dolus patris interuenit, talis dolus purgatur per actionem in factum, non per actionem de dolo. Bald. Vel sic: Transactio facta pacto nudo, tollit actionem ope exceptionis: sed si facta fuit per acceptilationem, tollit ipso iure. Quòd si pater fuit in dolo transigendo, datur filiæ contra eum actio in factum, loco actionis de dolo. Alexander.

V. *Iidem AA. & CC. Amphidosæ.* *

SI superstite patre per emancipationem † tui iuris effecta, matri successisti: rebúsque tuis per legitimum tutorem patrem m eundémque manumissorem n administratis, postea transegisti o cum eo bona fide p: perspicis quòd si pactum q tantùm factum sit, petitio tua per exceptionem r submouetur. Si verò nouatio legitimo modo intercessit, & acceptilatio subsecuta est: nullam tibi iam superesse s actionem. Sanè si læsa t es immodicè u, liberatione solenniter per nouationem atque acceptilationem tributa: non de dolo propter paternam verecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda x est. Dat. Idib. Iun. CC. Coss.

m ¶ *Patrem.* vt *instit. de leg. parentum tutela.*

n ¶ *Manumissorem.* id a est emancipatorem: *vt ff. quando act. de pec. est an. l. j. §. j.* Accursius.

o ¶ *Transegisti.* facta maior.

p ¶ *Bona fide.* scilicet interueniente ex parte tua. 2 Vel dic bona fide: quia dolus patris non intercessit.

q ¶ *Pactum.* id b est simplex transactio.

r ¶ *Per exceptionem.* replicabis tamẽ in factum, si pater dolum commisit, vel non replicabis quando dolũ non fecit pater.

s ¶ *Superesse.* scilicet: quod est notandum.

t ¶ *Si læsa.* vt quia dolo te induxit ad transigendum c. secus si non pręstitit promissa. tunc enim agis condictione ob turpem causam: *vt ff. de condictio. ob tur. cau. l. si quis.* vel aliter vt not. supra *de transact. l. actione.*

Dolus non præsumitur, nisi per indicia vrgentia probetur. Bald. Salyc. & Alex.

VI. *Iidem AA. & CC. Hysminodæ* †.

u ¶ *Immodicè.* id d est vltra duos aureos: *vt ff. eod. l. si oleum. in fin.* vel dic iudicis arbitrio æstimabitur.

x ¶ *Tribuenda.* sic ergo restituitur filia contra patrem: *vt j. de bo. quæ lib. l. fin. §. fin autem patre.* ¶ & sic est contra. *j. qui & aduer. quos. l. fin.* Sol. vt ibi. ¶ Item not. hic quòd e actio famosa non datur in patrem: *vt ff. de obsequiis. l. parent. & l. licet. & ff. eo. non debet.* ¶ Et sic est contra. *ff. de furt. si quis vxori. §. j. vbi dicitur dari furti etiam in patrem.* Sed hæc famosior. 2 Vel verius f expone ibi id est in factum nomine furti. *sic j. de iure do. l. j.* ¶ Item ad idem est contra. *ff. de in ius voc. sed si hac. §. prætor ait. & ff. de iniur. prætor edixit. §. præterea.* vbi iniuriarum dicit filio dari in patrem, & liberto in patronum. Sed & ibi expone vel tempera secundùm Azo. id est in factum nomine g iniuriarum. ¶ Item ad idem contra *ff. de vi & vi. l. j. §. interdictum hoc.* Sed illud non infamatiuũ *ff. illo tit. l. neque.*

DOlum.] CASVS. Delata mihi erat hereditas aliqua: persuasisti vt eam adirem, quamuis minus soluendo esset. si dicam te dolo induxisse me ad adeundum, an dolum probare debeam, quæritur? & respond. quòd sic, ex perspicuis circunstantiis. non enim dolo sufficit attestatio. vt supra de transact. si maior. ¶ Not. quòd ea quæ consistunt in animo, non possunt probari directò, sed probantur ex indiciis perspicuis. quasi dicat, leuia indicia non sufficiunt ad probationem, secundùm Bar. & Bald.

a Matrimonium est inter liberos.

† al. Menandro.

b Ministro qui vtitur in aliquo faciẽdo, id ipse fecisse videtur.

c Manumissio an possit per alium fieri.

d Condictio certi generis locum obtinet ad actionem de dolo: seu huius actionis de dolo comparatur.

e Dominium rei distrahendæ à vendito re vel tradente per eio soluto vel fide habita de pretio, quod etiam in contractibus in nominatis locum habet. vt hoc.

* al. Aphrodisiæ. al. Amphidosæ.

† Tutor legitimus filiæ emancipatæ est pater.

a Manumissor pro emancipatore.

b Pactum pro simplici transactione.

c Rationibus reddendis pater liberorũ legitimus tutor factus, obnoxius esse, hinc colligitur: secus si non vt legitimus tutor, ad ministrasset, sed vt vsufructuario in bonis liberorum habentes l. cũ oportet. inf. de bonis quæ liber.

d Immodicè læsus in transactione dicitur nonnunquam deceptus vltra duos aureos, sed quia deceptus est arbitrio iudicis definiente: vt hinc colligatur. immodicè deceptio nõ certa quantitate non finitur: sed arbitrio iudicis.

e Actio famosa in patrem dari non potest.

f Furti actio pro in factum nomine furti.

g Iniuriarum actio, pro in factum nomine iniuriæ.

a ¶*Dolum.* volo agere actione de dolo, & dico quòd talis est ille, qui solet homines decipere Accursius.
b ¶*Perspicuis.* id est probationibus manifestis.
c ¶*Conuenit.* *vt j. de restit. ven. l. dolo. & l. dolus. & ff. eo. l. & eleganter. in fin. & s. de transact. l. si maior. j. & s. titu. j. ad inuidiâ. & ff. eod. quid enim. & de mino. l. sy. §. j. in fi. & de proba. l. quoties. §. j.* hoc tñ fallit in illa regula brocardorũ, Dolum[a] præsumi: *vt ff. man. si procuratorẽ. §. si ignorantes. & ff. ad leg. Falc. dolo.* & ponebat Aldricus[b] casũ in hac lege in Hispanis[c], q inuitauerãt eum ad prãdium, vt fideiuberet p eis, vel rationes suas accõmodaret: & dabãt ei vinũ albũ, qua si aquã rubeo mixtã, vt sic inebriaret. ADDITIO. Aduerte quòd quandocũq. aliquis omittit id quod scit se facere debere, præsumitur esse in dolo. ita loquuntur. ll. per glo. alleg. Si autẽ facit quis aliquid, tunc aut illud est simpliciter prohibitum, & etiã præsumit esse in dolo. *l. j. j. de sic. & l. si nõ. de iniuriis. & c. j. extra de præsump.* Aut est simpliciter permissum id quod facit, & non præsumitur dolus nisi probetur: *vt hic.*

*pans l. 3 infra de resciss. vend.
a Præsumitur interdum dolus.
infidiis in meris omnib. manus & rectius videtur. quod in dictis: cũ & hoc verbum sit ind. l. 8. de resc. vẽd. vnde hæc cõstitutio sumpta est Cõtium
b Doli præsũpti festiuum exemplum.
c Hispanorum cautela ad si deiussores illaqueandos.

DOlum[a]* ex indiciis† perspicuis[b] probari conuenit[c]. Dat. Kalen. Decemb. CC. Conss.

Dolo inductus ad repudiandum hereditatem, agit contra inducentem per actionem de dolo. Bald. Vel sic: Repudians hereditatem dolo substituti, contra illum agit de dolo. Salyc. Vel sic Repudiatio hereditatis facta per dolum alterius ad quem deuoluta fuit hereditas, non redditur propterea nulla: sed contra illum per actionem de dolo succurritur ad interesse. Alexander.

VII. *Iidem.* AA. & CC. *Sebastiano.*

SI maior[d] quinque & viginti annis hereditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas eius adeundæ relinquitur. Sanè si eius vxoris tibi substitutæ dolo factum[e] est: actionem de dolo contra exercere potes[f]. Dat. XVI. Kalen. Maij, CC. Cons.

Actio de dolo hodie durat tantùm biennio continuo à tempore doli commissi numerando: quod tempus currit absenti & ignoranti: & lis intra illud biennium inchoata, debet etiam terminari. Salyce. Vel sic: Hæc actio debet hodie intra biennium moueri & terminari. aliàs ipso iure tollitur, & istud tempus absenti etiam ignoranti currit.

VIII. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Symmachum vicarium.*

SI *maior.*] CASVS. Frater tuus te maiorẽ xxv. ann. heredẽ instituit, & vxorẽ suã tibi substituit. dolo inductus ab vxore eã hereditatẽ repudiasti: an tibi ad eandẽ hereditatem detur facultas, quæritur. & respon. q non, sed tibi contra eam de dolo datur actio. Viuianus.
d ¶*Si maior.* si enim minor esses, cessaret actio de dolo, cũ locũ haberet in integrũ restitutio: *vt ff. e. l. j. §. ait prætor. & ff. de mino. l. & si sine dolo. §. restitutus.*
e ¶*Factum est.* vt eam hereditatem repudiares.
f ¶*Potes.* Sed oppone, quia ipso iure videtur nulla repudiatio dolo dante ei causam, vt[d] in venditione dicitur: *vt ff. eo. & eleganter. in princ. & l. si quis affirmauerit.* & sic non est necessaria de dolo actio, cum ipso iure sit minutus. Respon. tantam[e] vim habet repudiatio, quantam venditio, cum sequitur traditio: sed vẽditio præcedit vt infirma: traditio vt infirmanda per actionem de dolo. sic ergo à simili infirmanda[f] est repudiatio per actionem de dolo. *& facit ad hanc l. supra de iur. & fact. igno. l. ij. & ff. eod. l. seruus. & infra de resc. vẽd. ven. si dolo. & ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. si venditor.*

d Idem in replicatione doli, quæ tantu durat tẽpore, quanto durat actio. l. quæsitum. §. in dolo. ff. de prescr.
e Venditio facta per dolũ dantem causam venditioni ipso iure nõ valet.
f Repudiatio vim habet vẽditionis, quã sequitur traditio.
g Renũtiatio dolo inducta, tractãque rescinditur per in integrum restitutionẽ.

OPtimum.] CASVS. Tempus statutum est intra quod de dolo debet exerceri actio: à quo tempore, quæritur: vtrum à tempore doli commissi, an à quo quis scit dolum commissum? & respon. quòd non intra annum vtilem, sed intra biennium à tẽpore doli cõmissi exerceri debet & terminari: siue absens fuerit, siue præsens, qui dicit se dolum passum. nulla igitur detur licentia alicui eam post biennium mouere, seu motam exercere.
g ¶*Moueri.* sed biennio transacto perpetuo tenetur actione in factum de eo quod ad eum peruenit: *vt ff. eo. l. itaque. §. j. & l. Sabinus.*
h ¶*Absfuerit.* Currunt ergo hic tẽpora absenti. ¶Et sic est cõtra *s. eo. l. non possunt.* Sol. hic corrigit: vel illa in vtili tempore, hic in continuo. 2 Vel ibi reipublicæ causa aberat, hic ex alia causa. 3 Vel verius currunt vt hic: sed restituitur vt ibi. & solue vt ibi.
i ¶*Dolum.* sed consulitur ei actione in factũ vsq. ad xxx. annos.

k ¶*Finienda.* nõ ergo perpetuatur actio lite cõtestata. sic est in rescissoria secundum quosdã: *vt j. de temp. in integ. restitut. l. supernacuum.* quod nõ placet. & ibi loquitur de restitutione quæ officio iudicis fit ad rescissoriam recuperandam. Generaliter[a] ergo omnis actio lite contestata perpetuatur: *vt j. de præscrip. xxx. an. l. fin. & ff. de regu. iur. l. nõ solet. & l. nemo enim. & ff. de noua. l. aliam.* Sed fallit in actione de dolo: *vt hic, & ff. de pecu. l. quæsitum. §. fin.* Item fallit in retractatione status defuncti, quæ fieri debet vsque ad quinquennium tantùm: *vt ff. ne de sta. defun. l. ij. §. fin. & de colu. de. l. ij. §. aliter atq.* ¶Sed arg. cõtra in ea *l. ij. §.* quinquennium autem non.

a Litis contestatione regulariter perpetuatur actio, excepta doli & similes actiones.
* C. T. a. t. t.
† Doli agentibus libello inferre diem dolo admissi inferre debet: idque non debet, vt constet lapsũ sit biennium necne.
* memorauit. al. memorauerit.
* est.
† Doli actio perpetuari litis contestatione non potest.

OPtimum † duximus, non ex eo † die quo se quisq. admissum dolum didicisse commemorauerit*, neque intra anni vtilis tempus, sed potius ex eo die quo adseritur commissus dolus, intra continuum biennium de dolo actionem moueri[g]: siue absfuerit[h], siue præsto sit † is qui dolum[i] se passum esse conqueritur. Omnes igitur sciant, neque † incipiendæ post biennium, neque ante completum biennium cœptæ, post biennium [verò] finiendæ[k] doli actionis [esse] concessam licentiam. Dat. VIII. Kal. Aug. Nesso, Constantinop. A. V. & Licinio Cæsar. Coss.

TITVLVS XXII.

DE IN INTEGRVM restitutione minorum [vigintiquinque annis*.]

Minor læsus in renunciando querela inofficiosi testamenti tacitè vel expressè, restituitur in integrum. Bal. & Alex. Vel sic: Renunciatio querelæ expressa vel tacita, præiudicat maioribus non minoribus ætatis beneficio. Salyc.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Plotianæ.*

ILlud inspiciendum[l] est, num[m] inofficiosi querelæ, vel palàm[n], vel tacita dissimulatione[o] sit renunciatum[p].

Nec[q] hoc[r] autẽ in tuam[s] personam cadere[t] posse, auxilium

DE IN INTEGRum, &c.

Dixit s. de restitutionib. quæ dantur iure actionis: nunc de his quæ dãtur in dicis officio. Primò quæ dantur minoribus, præmittẽdo generalẽ titu. postea speciales suppone iu.

I *Llud.*] CASVS. Pater filium suum exheredauit, & extraneum instituit heredẽ, querelæ de inoffic. testa. expressè renunciauit vel tacitè. Expressè, vt qui dixit se nolle eam intentare. Tacitè, vt quia agnouit legatũ in eo testamento ei relictum, vel heredi patrocinũ præstãdo: an ad eam redire possit, quæritur? & respon. quòd nõ, si fuit maior: si fuit minor, potest desiderare vt in integrũ restituatur.
l ¶*Inspiciendum.* quantum ad ius commune & regulariter.
m ¶*Num.* id est an.
n ¶*Palam.* quia fecit pactum de nõ agendo viua voce: vt & supra de pact. l. postquam.
o ¶*Dissimulatione.* agnoscendo[b] iudicium defuncti, accipiẽdo aliqd ex testamẽto, vel pstãdo patrocinium legatariis: *vt j. de inoffic. testa. parentibus. & ff. de inoff. testa. Papinianus. §. si conditioni. & l. fin.*
p ¶*Renunciatum.* an non, subaudi: vt si renuntiatum sit, amplius moueri non possit, & hoc si est maior: nam[c] si est minor, distinguitur vt hic sequitur.
q ¶*Nec, &c.* hucusque loquitur in maiore: sed hic: nec hoc, &c. in minore loquitur.
r ¶*Hoc.* id est solummodo hoc, imò & cætera præiudicia.
s ¶*Tuam.* scilicet minoris.
t ¶*Cadere.* s. cum effectu vel efficaciter. cadit enim, sed restituitur: & sic ponitur per totum titulum. *infra quibus non ob. lon. temp. præscrip.* & hoc si cum auctoritate tutoris renunciauit: aliàs ipso iure non nocet: *vt infra eo. l. iij.* ¶Sed certè imò videtur semper ipso non nocere: *vt infra in quibus cau. in integ. restit. non est necess. l. ij. quæ est contra.* Sol. secus est in transcursu temporis, quàm in renunciatione expressa vel tacita, quæ fit ipsa re, vt aduocando pro testamento: *vt ff. de inoffic. testa. l. fin.* 2 Vel dic quòd supra dixit tacita dissimulatione: dices tacendo[d] quinquennio: *vt infra de inoffic. testa. l. contra maiores.* Et secundum hoc verbum cadere, propriè & impropriè ponitur: propriè quantum ad hoc quod dicit tacita: quia tunc ipso iure tutus est, vt in contrario. Impropriè quantum ad id quod dicit, palàm: quia tunc verè cadit in minorem, sed restituitur. *sic & aliàs ff. de offic. procon. & lega. l. 3.* Vel tertiò dicit quòd hæc lex corrigitur per illam. Vel dic secundùm Hugo. speciale in odium querelæ: vt etiã expressa renunciatio minori non noceat ipso iure per legem istam.

* hæc postrema verba desunt in plerisque.
b Inofficiosi querelæ tacitè renunciat, qui iudicium defuncti agnoscit, puta accipiendo aliquid in testamento relictũ vel præstando patrocinium legatariis, vt hic, idem si taceatur per quinquennium ab adita hereditate. l. si quo fi. le. ut l. de inoff. fa. s.
c Renũtiatio facta à pupillo etiam cum eo auctore verum etiam ipso iure non noceat in restitutionẽ: an verò ipso iure noceat, detur tamen restitutio.
d Dissimulatio querelæ inofficiosi intercedum ex solo temporis cursu colligitur (& tamen non ipso iure minori) atque dum ex actu dissimulationi adiuncto, cuiusmodi non ipso iure nocet, licet restitui possit.

Imperitiæ.

a ¶ *Impertitur.* i. datur, & tamen hoc inspiciendũ est, vt si non renunciaueris, læsa dicaris, & ideo non restituenda. si autẽ renunciaueris, videris læsa & restituenda. ADD. Ex ista glo. no. secundũ Bal. Pau. & Alex. quòd minor eo ipso quòd est læsus, potest petere restitutionem in integrũ absq. hoc quod probet læsionẽ.

quod ætati impertitur[a] ostendit. Dat. V. Id. Iuli. Maximo. II. & Æliano Coss.

Liberorum numerus non supplet ætatem quantum ad excludendum à restitutione in integrum. Bald. Saly. & Alexan.

II. *Imp.* GORDIANVS A. *Alexandro.*

EO † tẽpore quo soror tua auxilio ætatis iuuabatur[b], si patris itestati bonorum possessionẽ accipere debuit[c]: licet quinque filios superstites habuerit, non tamen ideo minus ad edicti[d] prærogatiuam pertinet: scilicet si nunc per ętatem beneficium restitutionis largitur[e] † PP. VIII. Id. Aug. Pio & Pontiano. Coss.

Si pupillo habens curatorẽ contrahit sine eo, contr. est nullus: sed si nõ habet, contr. valet: sed restituitur si læditur. Bal. Vel sic: Contractus celebratus ab adulto curatorem habente, sine illius auctoritate, non valet ipso iure: ideo nõ est necessaria restitutio in integrũ: sed cum auctoritate illius valet mero iure: tamen si læsus est, restitutionem petere potest. h. d. lex ista melior de corpore iuris in suo casu. Alexander.

III. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Attiano.*

SI † curatorem[f] habens minor quinque & viginti annis post pupillarem[g] ætatem[h] res[i] vendidisti †, hunc contractum seruari non oportet[k]: cum nõ absimilis[l] ei[m] habeatur minor curatorem habens, cui[n] à prætore curatore dato, bonis interdictum est. Si verò † sine curatore constitutus[o] contractum fecisti[p] Implorare in integrum restitutionem, si necdum tempora præfinita excesserint, causa cognita[q] non prohiberis. Datum XIIII. Kal. Maij, Heracliæ. AA. Coss.

Allegans ætatem ad suæ petitionis fundamẽtũ, debet eam probare. Idem in eo qui allegat ætatem ad fundamentum suæ intentionis vel defensionis. ad hoc allegatur secundum Iaco. But. Bal. Vel sic: Qui petit restitutionem in integrum ratione minoris ætatis: necesse habet ætatem probare quem allegat. aduersarius verò qui vult ipsum excludere, necesse habet probare quod tẽpus petẽdæ restitutionis in integrum sit finitum. Alexand.

IIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Isidoro.*

SI minorẽ te quinque & viginti annis fuisse[r] cum contra heres, ostenderis[s] & tempora restitutionis † præstituta[t] excessisse, ab aduersario tuo cõprobatum[u] non fuerit: præses prouincię in integrũ restitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. VI. Kalen. Maij, Heracliæ AA. Coss.

EO tempore.] CASVS. Sorori tuæ habenti xx. an. & v. liberos, delata est bonorum possessio in bonis patris sui, neq. intra annũ petiit vult restitui vt petere possit obiicitur q̃ restitui nõ potest: quia filij v. pro v. an. debeãt computari: vt tunc cõpleuerit xxv. an. an dabitur ei restitutio, quæritur? & rñ. quòd non obstante prædicto numero liberorum restitui debet, si adhuc tempus non excesserit intra quod petere debet. ¶ No. q̃ ex ista l. quòd liberi nil adiiciunt ætati, & ideo nõ excludunt beneficium restitutionis. Bal.

b ¶ *Auxilio ætatis iuuabatur.* vt quia xx. anno. habebat.

c ¶ *Debuit.* intra annũ: *vt inst. de bon. pos. §. liberis,* sed hodie in tali præscriptione ipso iure seruatur illæsa: *vt j. in quibus cau. in integ. resti. t. non est ne. l. fin.*

d ¶ *Edicti.* quod est de minoribus: *vt ff. de mi.*

e ¶ *Largitur.* l. si adhuc minor est, vel intra tẽpora restitutionis. quod enim dictum est, vt singuli liberi pro singulis annis computentur, ad honores pertinet. *vt ff. eo l. ij. & j. de admini. tuto. l. de his. & ff. demu. & ho. l. ad rem. & facit j. qui & ad quos l. j. in fi.*

SI curatorem.] CASVS. Si minor. xx. ann. curatorem habens, eo non auctorizante mihi prædium vendidit: an teneat venditio. quęritur? & respo. quòd non ipso iure: neque est restituendus: sed quod vendidit, rei vindicatione recuperare potest. similis est enĩ ei cui bonis interdictum est, qualis est prodigus. si autẽ curatorem non habuisti cũ contraxisti, tenet contractus: sed in integrũ restitueris causa cognita: vt si dolo malo vel facilitate læsus fuisti, neque tempus ad restitutionem petendam adhuc excessit.

f ¶ *Si curatorem habens.* tu scilicet.

g ¶ *Pupillarem.* & ita erat adultus.

h ¶ *Aetatem.* intra enim ipso iure non valet indubitanter: sed de hoc dubitabatur.

i ¶ *Res.* s. mobiles. vel hodie quæ seruando seruari non possunt: *vt j. de admi. tuto. l. lex. in fi. & ff de mino. l. ait prætor. §. quæsitum.* De aliis autem immobilibus etiam cũ tutore non valet sine iudice.

k ¶ *Non oportet.* scilicet ipso iure propter defectum tutoris vel curatoris, vnde nec restituendus es: *vt ff. eodem in causa q. in princ.*

l ¶ *Absimilis.* quantum ad hoc. Item quantũ ad aliud, vt se non obliget, sed alios sibi sic: *vt ff. de ver. oblig. l. is cui.* Sed & ille cui est bonis interdictum, similis est pupillo, nõ solùm adulto habenti curatorem: *vt ff. si cer. pe. l. certi condictio. §. itẽ quæri potest.* sic ergo adultus curatorem habens, similis est pupillo, non solùm adulto. ¶ Sed in casibus sunt dissimiles scilicet adultus curatorem habens, & prodigus quia adultus testatur non prodigus: *vt ff. de testa. l. is cui bon. §. & de lib. le. l. Aurelio. §. fin. & instit. qui non est pe. f. testa. §. prat. res. & §. item prodigus. & ff de bon. pos. secundum tab. l. j. §. si quis autem. & de leg. ij. l. cum pater. § curatoris.* Item differt adultus à pupillo, vt in accusatione suspecti tutoris: *vt instit. de suspe. tut. § impuberes.* Item in restituenda hereditate curatori vel tutori: *vt ff. Trebel. l. j. § fuit quæsitum.* ¶ Item ad prin. legis videtur contra. vt ff. de verb. oblig. l. puberes. sed cautè ibi punctabis, & non erit contra. ¶ Sed quid si habens tutorẽ vel curatorem cum decreto iudicis fecerit, & sine tutore vel curatore? Quidã q̃ non valet, quasi vnũ sit omissũ de necessariis: *vt ff. de transactio. l. cum hi. §. si prætor. pu. pe. l. si.* ¶ Sed contrariũ videtur *vt ff. e. ait prætor. & j. qui admi. ad bon. po. l. bonorum. quidem.* AD. Vide Bar. hic pulchrè distinguentem de hac quæstione.

m ¶ *ei. s. prodigo.*

n ¶ *Cui. s. prodigo.* Accursius.

o ¶ *Constitutus.* valet cõtractus, sed restituitur. quia aliter non valeret.

p ¶ *Fecisti.* hic enim videtur quasi paterfamilias: & ideo quod fecit valet, & sic necessaria est restitutio si læsus est.

q ¶ *Cognita.* si fuerit læsus sui facilitate, vel dolo aduersarij. *& facit ad l. cui bonis. ff. de nouat. & j. qui leg. pers. l. v. & ff. de regu. iur. furiosi.* Accursius.

SI minorem.] CASVS. Minor xxv. an prædium mihi vendidit, & læsus fuit. vult restitui, dicens se minorem tempore contractus. dico eum minorem non fuisse. quis nostrum probare debeat ipsum minorem tempore contractus, quæritur? & rñ. quod ipse probare debet: & hoc probato, nisi probauero eum quando petit in integ. restitui, excessisse tempora intra quæ datur restitutio, proculdubio restituetur.

r ¶ *Fuisse.* tunc, & læsum.

s ¶ *Ostenderis.* non enim qui est minor, &c. *vt ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor.*

t ¶ *Præstituta.* aliàs præfinita, s. vsque ad xxix. an. *vt j. de tem. in inte. restit. l. supernacuam.*

u ¶ *Comprobatũ.* quasi ad instar exceptionis, est ergo duplex præsumptio: vna quum tẽpore contractus præsumitur maior fuisse, nisi probetur cõtrariũ. Secunda, quia hoc probato, hodie præsumitur esse intra tempora restitutionis. quod vtrunque puto verũ in dubio. secus autem si ex aspectu appareat contrarium: quia aspectus transfert onus probationis: *vt ff. eo. l. de ætate. & l. minor xxv. an. addito.* ¶ Sed cum aliquãdo fuerit minor: quare nõ semper minor præsumitur, si probat se fuisse minorẽ, *vt hic & j. de prob. cum te?* Respon. ideo quia solo tractu temporis quis maior efficitur. Vel quia est hodie maior, sicut & in possessione: *vt ff. de acq. pos. l. si quis vi. §. differẽtia.* & in quasi possessione: *vt ff de proba. l. si arbiter.* nisi possidens habeat ab eo causam: *vt j. de pig. act. l. nec creditore. & ff. ad exhib. l. tigni.* Item nisi probetur eum tempore litis contestatæ possedisse: nam præsumitur postea possidere: *vt ff. de exhib. l. non ignorabit.* Item indebita pecunia. licet enim constet aliquando fuisse indebitam, non tamen sequitur quòd hodie sit: *vt ff. de proba. cum indebito.* secus autem in domino: *vt j. de proba. l. fin. ar.* tamen sumi potest quòd solo tractatu temporis dominium amittatur: *vt infrà. de omni agro deser. l. qui agro. lib. vndecimo. & ibi de hoc.* Vel vere intelligenti hic colligitur, quòd qui fuit minor, & hodie præsumitur minor: quod est verum si constet eum aliquando fuisse minorem ex probationibus: *vt hic.* secus si constet id solùm secundùm naturam: vt in dicta opinione.

MInoribus.] CASVS. Minor si in contractu quẽ fecit, doceat se deceptũ fuisse facilitate sua, restituetur: licet nõ probet

dolum aduersarij sui intercessisse. vnde in quibuscunque deceptum se ostendit ante completos xxv. annos, restituetur: & demum intra tempora ad hoc praestituta.

a ¶ *Captos.* sui facilitate, vel dolo aduersarij sui: *vt ff. eo. l. j.*

b ¶ *Possunt.* nec enim, &c. *vt ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor. & ff. e. ve ru. §. item sciendum. & l. patri. §. j.*

c ¶ *Quintum & vicesimum annum.* non postea tantù, vt aduersarius adserebat: *vt j. si minor se ma. dixe. l. j.* Sed tamen fallit in his qui veniam aetatis impetrauerunt, maribus post xx. annos, foeminis post xviij. in eo quod postea faciunt praeterquam [a] in alienatione vel hypotheca rerum immobilium: *vt j. de his qui ve. aeta. impe. l. j. & penul.*

a Minores veniam aetatis impetrans alienare aut hypothecare subiicere immobilia sua nō possunt.

Si intra.] CASVS. Si minor intra tempus quo restitutio dari consueuit, cā petiit, & litem est cōtestatus, & ea pendente decessit aduersarius, an ei oberit quominus eam aduersus heredes defuncti implorare seu consequi possit, quaeritur. & respon. quod non, nisi ei tacitè vel expressè renuntiauit, & in maiore aetate: *vt s. de pact. l. postquam tacitè: vt ff. de minori. l. minor autem magistratus.*

d ¶ *Renunciatum est.* scilicet in [b] maiori aetate. & expresse: *vt supra de pact. postquam.* vel [c] tacite: *vt ff. de minori. si suus.* In minori non potest, cum hoc ipso esset laesus: *vt ff. eo. l. aterdum. ibi, hoc enim ipso, &c. & l. & si sine. §. restituitur. & l. ait praetor. in princ.*

b Renunciatio a vsiho aetatis minor nō potest fieri: aliter minorē. Pau.

c Renunciatio valet non modò facta expressè sed & tacite.

† Qui habent actionem restitutionis in integrum, non extinguitur cū persona, sed transit ad heredes, vt in l. nemo autem magistratus. §. si. minori

e ¶ *Fraudi.* id est [d] dāno. *vt ff. de aedil. edict. le. l. antē. §. excipi ur.* Sic ergo restitutio [e] datur contra heredes: *vt hic. & j. l. prox.* & heredibus: *vt ff. de in inte. resti. non solum. & ff. de mino. l. minor autem magistratus. §. fin.*

d Fraus pro damno.

e Restitutio heredibus & in heredes datur.

Vbi reperitur minor aetas & laesio: ibi cōpetit in integrum restitutio. h. d. Bald. Vel sic: Minor laesus restituitur etiā si non dolo aduersarij sit laesus, sed sui facilitate. Item restitutio in integrum potest implorari durante etiam minori aetate, non solum post. hoc dicit Alex.

V. *Iidem AA. & CC. Rufo.*

1 MInoribus in integrum restitutio, in quibus captos [a] probare possunt [b], etsi dolus aduersarij non probatur, cōpetit ante impletum etiam quintum & vicesimum annū [c] de his in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi iuris est. Dat. V. Kal. Maij, Heracliae AA. CC. Coss.

Instantia causae in integrum restitutionis transit in heredem. Bal. & Salyce. Vel sic: Iudicium restitutionis in integrum inchoatum non extinguitur morte rei, sed continuatur contra heredem eius. Alex.

VI. *Iidem AA. & CC. Sententia.*

SI intra aetatem [*] cui succurri solet in integrum restitutionis auxilio lis inchoata est nec ei à te renunciatum [d] est: mors eius contra quem haec fuerit implorata, fraudi [e] tibi esse non potest †. Dat. V. Calend. Maij. Sirmij. CC. Coss.

Non dicitur decipi qui credit ad sertioni quam scit esse falsum. Et ideo licet minor in liberatione tutoris & auunculi se maiorem adseruit, illa adsertio auunculo vel tutori non patrocinatur, nec restitutionem minoris excludit. Bald. Vel sic: Minori qui adseruit se maiorem vt induceret aduersarium ad transigēdum, non denegatur restitutio si aduersarius sciuit vel scire praesumatur eū fuisse minorē, & sic eum mentiri, secundum primum intellectum glos. Alexand.

VII. *Iidem AA. & CC. Seuera.*

DE tutela auunculi [f] eiusdémq. tutoris, cui falso aetate probata [g] praestitisti liberationē, quod [h] ignarum [i] aetatis tuae non fuisse tā officiū tutelae quā sanguinis proximitas arguit, [k] si necdū tastutū [l] tēpus excessit, ex causa in integrum restitutionis heredes [m] eius [n] cōueniri potes. Dat. XI. Kal. Aug. CC. Coss.

In omissis ex certa scientia vel sine, minor restituitur. Salycetus & Alexander.

VIII. *Impp. HONOR. & THEOD. AA. Iuliano proconsuli Africae.*

2 MInoribus † in his quae vel praetermiserunt [o], vel ignorauerūt [p], innumeris [q] auctoritatibus [r] constat esse consultum. Dat. Non. Maij, Constantino. V. C. Coss.

Minor laesus non sui facilitate, quia facit id quod diligens paterfamilias faceret, nec etiam laesus dolo aduersarij, sed casu fortuito: non dicitur circumscriptus. & ideo nō restituitur in integrum. Alex.

IX. ZENO A. *Aeliano*, *praefecto praetorio.*

NOn videtur [f] circumscri-

De tutela.] CASVS. Auunculus tuus tutelā tui administrauit. tu probas te ad instantiam eius esse maiorem, falso cum à tutelae ratione liberasti. vis restitui: an possis, quaeritur. & respō. quòd si tēpus non excessit, eam petere potes, neq. debuit auunculus tuus aetatem tuam ignorare, tum quia tutor, tum quia consanguineus est: vnde si decessit, heredes eius conuenire potes. ¶ Not. istam. l. quòd coniuncti praesumuntur scire aetatem. Item allegatur quòd non repellitur ille qui allegat dolum proprium contra illum qui sciuit dolum, secundùm Bald.

f ¶ *Auunculi.* sic enim probauit quòd fuit natus quando imperator Fridericus [f] intrauit Lombardiam, sed nūc xxv. ann. elapsi sunt, ergo fuit maior.

g ¶ *Probata.* à te minore, & sic turpitudinem [g] suam allegat hic minor, quod licet: *vt s. de transa. l. transactione.* Sed non [h] est ita, nam tutor praesumitur scisse [i], & sic dolus ei non infertur: *vt s. de transact. l. cum donationis.* 2 Vel tunc credidit se maiorē, & tunc aliter credit. ¶ Et secundùm hunc casum est contra *ff. eo. l. min. xxv. ann. edita.* vbi non auditur ex quo falso probauit aetatē. Sol. hic duo sunt contra eum: quia tutor, & quia auūculus. ibi enim tutor vel curator. Item ibi corā iudice, hic non. ¶ Item contra. *j. si mi. se ma. dixe. l. j. & ij. & l. si alterius. in prin.* Sol. & ibi tutorem ignorantē decepit minor, hic sciens fuit tutor, vt haec lex praesumit. 2 Vel dic secundò secundū Ir. probata à tutore tibi minori. ¶ Et tūc quęro, quomodo tenet remissio, cū [k] dolus dederit ei causam. Resp. verum est si statū esset in finibus [l] pacti. *vt s. de trāsact. l. sub praetextu instrumenti.* quia tunc nō valeret remissio ipso iure sed hic per acceptilationē fuit liberatus: quare tunc valet remissio ipso iure. Et quod [a] facit traditio in venditione, hoc facit liberatio: *vt s. de transact. l. sub praetextu instrumēti.* vtrobique ergo dolo dante causam contractui, debet dari de dolo: sed restitutio hic est excludit: *vt ff. de dolo. l. ij.* Si autē nudo pacto fuisset facta remissio, ageretur prima actione. & si exciperetur, replicaretur [b] de dolo: *vt ff. de transa. sub praetextu instrumenti.* & sic cessat restitutio, cum [c] iure communi sit tutus: *vt ff. eo. in causa. §. j. in princ.* vel si velis dicere quòd nudo pacto remisit etiam in casu Ir. dic. cum iudicis [d] auctoritate: aliàs ipso iure tutus est, si est pupill?: si adultus carens curatore, remissio [e] tenet, sed datur restitutio: *vt s. eo. l. si curatorem.*

f Aetas Acursii ex hoc lo co potest colligi.

g Turpitudinem suam minor allegare potest, ex quo eum turpiter fecit non attēt.

h Reprehendit tutorem à B. Alex. Castrē.

i Scire dolus non intestatur.

k Translatio ipso iure nulla est, dolo causam dante.

l Dolo dante causam contractui bine colliges aut.

a Traditionis & liberationis similitudo.

b Ex mali Sal. liceat Pau con sta.

c Restitutio non datur ei, qui iure communi tutus est.

d Dicit causā Bald. iudicis auctoritatem non posse cōfirmare, contra clam gestum inter tutorem & pupillum, cū mox in hac Gla.

e Vide.

h ¶ *Quem.* s. auunculū.

i ¶ *Ignarum.* Argu. quod aliquis ratione [f] sanguinis & officij praesumitur cognoscere alterius aetatem vel statum: *vt ff. vnde cognati. l. octauo. §. j. & j. de iib. cau. si filiu. & j. de episc. audi. l. si legibus.*

f Praesumitur quis sanguinis & officij ratione nosse alterius statū.

k ¶ *Arguit.* id [g] est arguitè probat.

g Similis Glosa in lege ad commodum in verbo arguitur quod verum causa.

l ¶ *Statutum tempus.* s. tēpus vtilis anni.

m ¶ *Heredes.* & etiam ipsum auum si viueret.

n ¶ *Eius.* s. auunculi.

† C. T. a. 164.

Minoribus.] CASVS. Si minor sibi quę relā competentē inofficiosi testa. omisit restituitur: *vt s. e. l. j.* Si autē per ignorātiā legatū in minus solenni testamēto relictū soluit, restituitur: *vt j. si aduer. sol. l. indebito soluto.* neq. illud tamen verum est exemplis, sed multis iuris articulis vel auctoritatib?.

o ¶ *Praetermiserant.* omittendo [h] quod omittere non debuerunt: *vt s. eo. l. p. & j. si vt omissam here. per eo.* ¶ Et dic praetermiserūt. s. sciētes, vt differat à sequēti dicto. 1 Vel ibi fecit quod sibi nocuit: hic omisit.

* al Iuliano alias Alimo.

h Restituetur minor aduersus ea quae omisit.

p ¶ *Ignorauerunt.* etiam [i] de iure. *vt infra si aduer. solutionem. l. indebito. & ff. de iur. & fa. igno. l. regula. §. j.* sic fecerunt quòd facere non debuerunt.

i Restituitur minor aduersus iuris ignorantiam.

q ¶ *Innumeris.* id est infinitis.

r ¶ *Auctoritatibus.* *vt ff. eo. titu. per totum.*

Non videtur.] CASVS. Tu minor seruum tibi necessarium emisti, postea interiit, vis restitui: an sis audiendus, quęritur? & respon. quòd non: quia iure cōmuni vsus es: vnde non videris circumscriptus: *vt ff. eo. l. verum. §. item sciendum.* 2 Vel sic: Consuetudo est in aliqua regione quòd omnis qui vendit rem, promittat duplum euictionis nomine, minor existēs in illa regione rem suam mihi vendidit, & promisit de duplo nomine euictionis secundùm consuetudinem regionis. si velit restitui, non est audiendus: *vt ff. de pign. act. l. si vendito pignore. §. vlti. & l. sequen.*

f ¶ *Non videtur.* pone [k] casum: *vt ff. eo. verum. § sciendum. §. & item non restituetur. & §. si locupleti.* 2 Vel pone quando de dupla promisit de euictione secundum regionis morem: *vt ff. de pign. act. l. si vigno. §. fin. & l. seq.* quilibet enim hoc fecisset. & est ad l. istam. ff. *de re. iu. nihil consensu. §. j. & de fideiuss. inter eos fideiussores. §. cum inter. & de tutela pupillo.* ¶ Fecit [l] autem dominus Ir. super. l. istam gl. talem: Consequentiam tollit l. haec. l. non oppositum infert, quia pars eius est. Haec [m] consequentia tollitur: si vsus est iure communi, ergo est circumscriptus. Item infert cum dicō, iure communi vsus est: ergo non est circumscriptus: quod infertur, scilicet ergo

k Restitui nō debet minor in his quę gessit iure communi.

l An & quando circumscriptus dic posset, qui iure communi sit vsus.

m Iure communi vsus, nō videtur circumscriptus.

ergo non est circunscriptus, non est oppositum primi, scilicet vsus iure communi. & vere non est oppositum: quia quod infert, sc. vsus iure cōmuni, est species quod infertur, scilicet nō est circūscriptus, est genus: & species a potest inferre genus affirmādo vt homo est, ergo animal est: nō autē genus b infert speciem: ne dico, quòd non circunscriptus, est genus. Nam non circunscriptorum quidam vtuntur iure communi: vt cum deliberatione adeuntes hereditatem. & quidam non, vt sine deliberatione adeuntes hereditatem locupletē. 2 Sed certè secundū H. si benè discutias, habent se vt excedentia & excessa: nisi velis dicere quòd tantū importat dicere, est vsus c iure communi: quantū si diceres, fecit quod quilibet diligēs faceret quare d nō videtur circunscriptus, sic nec restituendus. Et secundum h.d. quod eius pars est, i. particulariter est verū. in quibusdam non quod qui est circunscriptus, est vsus iure communi & econuerso: & qui non est circunscriptus, est vsus iure communi, & econuerso. 3 Item potest dici tertiò hanc consequentiam tolli, est vsus iure communi. & minor, ergo læsus. 4 Vel secundum Azo. cuius verba hæc sunt, sic expone: est minor & læsus, ergo circunscriptus, hoc tollitur, aliàs colligitur per hæc verba: vsus iure cōmuni. i. eo ipso quòd iure communi vtitur minor, videtur non circunscriptus: quasi diceret, & si est circunscriptus, nō denegabitur ei hoc beneficiū, & sic ordinabis literam; minor qui iure communi vtitur. videtur non circunscriptus: præsumitur ergo contra eum hoc ipso, quòd non restituatur. la.

a ¶ *Qui iure.* i. qui fecit quod quilibet sapiens faceret adeundo pinguem hereditatem, quamuis postea vineæ, prædia &c. alluuione, chasmate, perierint.

a Species potest affirmatiue genus inferre.
b Genus non infert speciē.
c Vti iure cōmuni dicitur qui fecit quod quilibet diligens faceret. Cardiano
d Restitui minor nō debet si quod fecit quod diligēs paterfamilias faceret.
* al. postulare non potest.

ptus esse minor, qui iure a sit vsus cōmuni, Dat. Kal. Ian. Basilio & Constante Coss.

TITVLVS XXIII. DE FILIOFAMILIAS minore.

Authoritas patris non firmat contractum filij minoris contra restitutionem in integrum. Bal. Vel sic: Minor fid. iubens etiam pro patre, restituitur in integrum, nisi sibi successerit. Alexand.

I. *Imp.* GORDIANVS A. *Gardiano militi.*

Filiusfamilias si minor viginti quinque annis pro extraneo fideiussit, in integrum restitutionem implorare non prohibetur b. Sed & si pro patre suo fideiussor c extitit, eique diem suum functo non successit d: in integrum restitutionem postulare potest e. Dat Kal. Iul. Gordiano. A. II. & Pompeiano. Coss.

Filius familias minor restituitur aduersus mutuum, nisi iussus patris interuenerit: vel iuuetur per Macedonianum. Salyce. & Alex.

II. *Idem A. Triphoni militi.*

Si frater tuus cum mutuam pecuniam acciperet, in patris fuit potestate, nec iussu f eius, nec cōtra senatusconsultum g contractum est: propter lubricū ætatis, aduersus eam h cautionem in integrum restitutionem potuit postulare. PP. III. Non. Octobr. Pio & Pontiano Coss.

TITVLVS XXIIII. DE FIDEIVSSORIBVS minorum.

Restitutio cōcessa minori non prodest fideiussori. ideo si fideiussor soluat, vel ad soluendum condemnatus sit repetere, potest à minore, nisi minor aduersus fideiussorem rest. in integrum petat. Alex.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS AA. *Mirani.*

Postquam in integrum ætatis i beneficio restitutus k es, periculum euictionis emptori cui prædium ex bonis paternis vē-

DE FILIOFAMILIAS MINORE.

Dixit de restitutione in genere, nunc in specie, & primo in specie personarum, s. filij familias cuius restitutio patri proficere videbatur. & ideo ei iā fuit denegāda: sed tamē datur, vt in hoc ti. & ff. de mi. l. 3. §. sed vtrū.

Filius familias.] CASVS. Hæc lex dicit quòd minor xx. an. siue pro extraneo, siue pro patre fideiussit, neq. ei succedit, restituitur, secus si succedit: quia tunc non restituitur, duplici ex causa. vna, quia læsus nō videtur si succedit. alia ratio, quia extincta non est sua obligatio.

b ¶ *Non prohibetur.* vt ff. de mino. l. ait prætor. §. non solū. tamē remanet obligatus: vt ff. eo. l. minor se in id. in vlt. col. Item accipe extraneum omnem præter patrem vel alium in potestate habētē: vt auus paternus: vt j. de rei vxo. ac. §. extraneum. Itē g est hoc verum quod hic dicit, secundū P. si nō est soluendo ille pro quo fideiussit, vt sic in subsidium detur restitutio: vt ar. ff. e. l. cum mandato. §. sed si ex euentu. & §. si autem ipse. Sed ibi in vno casu primo principaliter iure maioris cōtraxit minor, hic secundario in alio non contraxit minor, sed procurator eius: vnde ipse in subsidiū restituit. 2 Vel aliter, & verius. quod ibi dicitur, intelligit quando pater statuerat iniquū precium, & filius illo statuto à patre precio vēdidit. licet res plus valeret, nō tamē filius pōt restitui, secundū la. & Azo. 3 Dic ergo eū hic restitui etiam si sit soluēdo principalis, quia interest sua potius nō soluere, quā solutum repetere: vt ff. de compen. ideo. & ff. de fideius. si stipulatus. in prin.

c ¶ *Fideiussor.* quæ fideiussio valet: vt ff. de fideius. si dubitetur. §. filiusfami. & ff. qui satisd. cog. l. y. §. & filius.

d ¶ *Non successit* scilicet ipse filius. secus h si successit patri vel extraneo quo fideiussit: quia tunc duplici ex causa non subuenitur. Prima, quia non est læsus. Secunda, quia est extincta obligatio sua: vt ff. de sol. l. Stichum. §. quod vulgo. & de fideiuss. l. generaliter, & hoc si simpliciter fideiussit. Vbi a autem principaliter se obligat pro alio, tunc vna ex causa tantum non restituitur: quia non est læsus, non autem obligatio est extincta: vt ff. de fideiuss. l. generaliter. 3 Sed P. dixit b secus esse si successit extraneo, quasi nihilominus restituatur, ar. huius le. sed certè semper confirmatur pro ea parte qua successit vt d. l. Stichum. §. quod vulgo. & de fidei. l. heres. §. quod si stipulator. & sic ad fictionem se refert: sed in sequenti expositione ad veritatem. ¶ Item dixit P. cum patri succedentem in parte non modica, non restituendum pro ea parte, aliàs secus: vt ff. quod cum eo. l. ij. & iij. sed secus hic puto, quia nomine patris siue iure hereditario conuenitur: ibi suo nomine. Accursius.

e ¶ *Potest.* aduersus cautionem: vt infra si aduer. credi. l. y. & infra l. proxim.

e Fideiussor minor non obligatur, versus obligatur: sed restituitur. vt tamen restitutus non restituitur reus principalis. f Extraneus filiofamilias quis dicatur. g Restituitur filiusfamilias minor fideiussor fidei. pro extraneo facta, etiamsi principalis debitor est soluendo: quia interest sua potius non soluere quam solutum repetere. h Filiusfamilias minor non restituitur aduersus fideiussionem si pro principali successit.

Si frater tuus. Titulus iste habet duas leges: & prima consueuit incipere, filius fa. secunda, si frater, quæ autem earū sit prior, nō est vis. CASVS. Minor xxv. an. in potestate patris cōstitutus, mutuum accepit pecuniam. & eā consumpsit: an possit restitui, ne cautio emissa de reddenda ea conueniri possit, quæritur & respō. quòd potest, nisi iussu patris eam acceperit, quo casu cessabit restitutio: vel contra senatuscon. Ma, quo casu iure communi tutus per Macedonianum non restituitur, vt si cū causa studij aberat, mutuum accepit. vel dic quod publicè habebatur vt paterfa. ¶ Nota duo quæ faciunt cessare restitutionem in integ. primum est contractus firmitas, vt quia iussu patris contraxit mutuum. Est enim firmus & inexpugnabilis propter patrem qui habet in hac specie contractus ius præcipuū. 2 Secundum est contractus infirmitas, vt quia contraxit mutuum in casu prohibito. nam cessat restitutio quia est tutus ipso iure per Macedonianum. Balb.

f ¶ *Nec iussu.* quo casu specialiter est restitutio denegāda, aliàs autem si iussu patris contrahat, restituitur filius si ipse conueniatur. si verò pater, tunc nec ipse nec filius restituitur: vt fratres hic. & ff. e. l. iij. §. sed vtrum. Si verò nomine filij directa actione pater conueniatur, datur restitutio patri etiam filio inuito, secundum quosdā: vt ff. eo. patri. §. j. quod nō placet & illā aliter expone vt ibi.

g ¶ *Contra senatusconsultum.* quia tūc d iure cōmuni tutus per Macedonianum non restituitur: vt ff. e. in causa. in prin. ¶ Sed qualiter esse potest quod tunc detur restitutio quādo non contra senatusconsultum factum est? si enim studiorum causa aberat vel in necessarias causas accepit, non iuuatur. Sed dic loqui tantum cum publice paterfamilias videbatur: vt ff. ad Mace. l. iij. & l. pe. & infra ad Mace. l. j. & ij. 2 Item & quando in necessariam causam accepit, & post sua facilitate amisit: nam puto eum restitui, quanuis videbatur vsus iure cōmuni: vt 3. si. j. l. fin. secus si facto vt ff. e. l. verum. § sciendum. 3 Vel dic eum non restitui: vt ar. ff. de sol. l. in pupillo. sed ibi in facto loquitur.

h ¶ *Eam cautionem.* quā forte emiserat de sorte reddēda & vsuris.

a Filiusfamilias minor si pro patre se principaliter obligauit, etsi non soluat obligatio per successionem: sed læsio tantum atque ita cessat restitutio vnde contra ne vniuersali restitutionem in integrum vel quia confunditur obligatio, vel quia cessat læsio.
b Hoc let. si frater & l. filiusfa. inuersæ sunt, vt liquet ex omnibus
c Filiusfamilias minor si pro patre fideiussit & non ei successit, restitui potest, secundum quosdam, ff. patris nomine.
d Ex literâ secundum varios intelligendo Glo. quando pater non est in obligatione speciatus obligari.
e Filiusfamilias minor nō restituitur si tutus esse potest per senatusc. Maced. Cor ita dicit via hæc Glossa. De fideiussoribus minorum an & quomodo prosit minoris restitutio.

DE FIDEIVSSORIBVS MINORVM.

De minoribus dixit, nunc de eorum fideiussoribus dicit.

Postquam.] CASVS. Mihi minor fundum promisit, & fideiussores dedit. si vult restitui ad fundum, an possit quæritur? & respond. quòd sic. sed an fideiussores liberantur? Respon. quòd non. Si autem quid præstiterit, idem erit.

i ¶ *Aetatis.* & læsionis.

k ¶ *Restitutus.* contra emptorem conuentus de dupla. vel dic restitutus ad rem vindicandam.

a ¶ *Non cogeris.* consequitur ergo per restitutionē, vt de euictio- ne non teneatur: sed si fuerit paternum, *vt hic dicit*, & sic filij in- iuria, fit emptori si extraneus euincat, & ita minor de iure con- muni non tenetur, & sic nō est opus petere in integrum restitu- tionem: *vt ff. de eul. l. per imprudentiam.* Vnde dic quòd fuit patris quo ad æstimationem b: quia sic credidit. ¶ Sed quid si fuit extranei, in quo decipitur redden- do precium? Respon- deo, non eo quòd vendidit, sed quia du- plum promisit, cum & sine ea tãdem potuit vendere, nec erat con- suetudo regionis pro- mittere de dupla: vel quia preciū amisit. 2 A- lij dicunt prædium fuis- se minoris, & cum re- stitutum ad rem vindi- candi: Item dic quòd cum decreto facta fuit venditio aliàs ipso iure non valet nisi quando pater permisisset: *vt inf. quando decr. opus non est l. prædium.* & tamen fide- iussor semper tenere- tur: *vt & j. de prædi. mi. & si ti.*

b ¶ *Sed ea res.* scilicet re- stitutio tibi data vt de euictione non tenearis. 2 Vel restitutio tibi da- ta ad rem.

c ¶ *Fuerint.* quia perin- de est acsi soluissent: *vt j. mandati l. si pro ea. & ff. mand. l. Lucius.*

d ¶ *Conueniētis.* tu minor à fideiussoribus actione mandati.

e ¶ *Iuuaberis.* contra fi- deiussores, iuuaris enim *ff. eo. in causæ.*

S[i ea quæ] l. si. ca- sin prin. dicit idem quod in superiori proxima. CASVS. Dicit igitur quòd si rem suam mi- nor tibi vēdidit decre- to præsidis interueniente, & fideiussorem dederit nomine eui- ctionis: an eo restituto liberetur fideiussor, quæritur? resp. quòd si dolo minorem vt tibi venderet induxisti, non solummodo sibi, sed & fideiussori succurritur.

f ¶ *Possessiones.* id est res possessas: *vt ff. de verb. sign. l. interdum.*

g ¶ *Præsidis.* aliàs nulla esset venditio ipso iure: & tutoris au- ctoritas est necessaria a: *vt j. prop. pu. pen. l. si.* & tamē nihilominus poterit restitui: puta si minori precio vendidit quàm valeret: *vt j. de præd. mi. l. si quidē.* ¶ Sed cōtra *ff. de mi. ait præt. §. quid tamē. & §. si ex cred.* Sol. ibi præcepit, hic permisit: *vt ff. e. tit. quid si min. §. penult.*

h ¶ *Iuuatur.* puta læsa sui facilitate, non dolo aduersarij.

i ¶ *Ex persona sua.* i. ex suo pacto vel obligatione sua, sed in veri- tate nomine minoris est obligatus: *vt ff. de his qui no. inf. l. furti. §. si quis. Sic. j. de leg. l. ex legato nominis.*

k ¶ *Si dolo malo.* ¶ Sed non videtur hoc stare posse. si enim dolus dederit causam contractui: iure cōmuni videtur tutus, & per a- ctionem de dolo, & per conditionem sine causa, vt fideiussor li- beretur: *vt ff. de dolo l. & elegantes. in prin. & j. de resc. ven. l. dolo.* Si incidit dolus, ergo agitur actione ex eo cōtractu: *vt ff. de dolo. l. quis adsp. manserit. & de act. empt. l. Iulianus. §. si venditor. & §. per con- trariam.* sic ergo semper cessat restitutio: *vt ff. e. l. in causæ. §. ia prin.* Sed dic quod dolus dedit causam cōtractui, & facta fuit vēditio & traditio, cessat enim de dolo: quia datur restitutio: *vt ff. de dol. l. §. pen.* 2 Vel posset dici quod hic dolus non emptoris, sed tertij in- teruenit: vnde & tenet emptio, vt dicitur *ff. de do. e. re. l. et ean. §.* sed datur restitutio, *ut ibi.* 3 Alij dicunt competere restitutionē cum actione ex eo contractu: *vt ff. e. o. in causa. §. §. Pomponius. & l. Minores.* & sic de incidenti dolo dicunt.

l ¶ *Vtriq.* hoc odio illius qui dolū adhibuit. ¶ Sed nūquid si mi- nor restituitur, eo ipso fideiussor eius restitutus videtur. Resp. exceptionē habet, nō autē ipso iure liberatur, nisi & ipse restitu- tionem petat, quam petet eodē iure quo minor: cum hic dicat, vtriq. personæ &c. secundum Azo. licet hoc mirabile videatur: *vt ff. de except. l. exceptiones. q. §. rei autem. & sequ. in fi.* sed secus vbi minor sui facilitate decipitur, vt ibidem dicitur in prin. ¶ Sed si minor non petat restitui, an fideiussor poterit? Respon. sic: *vt ff. de bon. poss. contra tab. § poss. §. pen. & de pac. l. sin. & ff. de fideiuss. ex persona. & hic.* nam dicit tam vni quam alij, ergo cuilibet eorum etiam al tero non petente. 2 Vel dicas quod non potest fideiussor restitui mino- re nolēte, sed cum eum effectu conuenit actio- ne mandati: *vt ff. eo. quod si minor. in princ.* ¶ Item in Pet. quod hic in prin. b l. dicitur fideiussoris mi noris non subueniri, & superiori. l. proxi. est contra. *ff. de pro. ur. l. mi- nor.* vbi indistinctè di- cit fideiussori subueni- ri. Sol. distingue. an consulto reo & fideius- sore detur in alium re- gressus actori, vt ibi e- rat, & tunc vtrique cō- sulatur: vt ibi. an non, & tunc reo tantum: *vt hic.* & eodem modo sol- uas. *ff. de admi. tut. l. si. & ff. de acq. hered. si pupil- lus. ij.* 2 Vel dic hic in contractu in quo cir- cūscriptus est, dedit fi- deiussorem: in legibus cōtrariis in alio secun- dum Ioan. 3 Alij aliter hoc soluūt, vt diximus in d. l. minor. ¶ Item ad id quod hic in fin. di- cit, est contra. *ff. de fide iuss. l. Marcellus.* vbi dicit fideiussori nō subueni- ri: sed dic ideo, quia non tenetur cum pro furio- so vel simili intercedit. Accur.

a Iniuria est dominus quia rem eius euincit.

b hoc est opinione, vel dic hoc fuisse euidam per hypothecam. Vel dic, Rem propriam etiam euinci posse non ratione domini, sed alterius iuris.

† Iuuaris.

* al. in quibusdam manus. manifestū est.

e Soluisse fideiussor videtur, qui ad solutionem cōdemnatus. Ideòque fideiussori euictionis hic duobus casibus, hoc est, cum vel solutum vel ad so- lutionem cō- demnatur est agere aduer- sus principa- lem debitorē potest.

† al. intercesserint

d atq. ita decretum iudicis non supplet defectū non interuenientis tutoris, vel curatoris. vtan & j. si pro- pter. pu. H. Con- trari. eſt. Gl. ...

k Dolus quidnq. dat causam contractui quando quo incidit in contractum.

f Dolus tertij non tollit emptionem.

g Restitutio minore aduer- sus dolum ad- uersarij eam & hoc casu restitutor quoque eius fide- iussor secus si minor simpli- citer læsus est. Iaz ac pro pria facilitate, ... dolo aduersarij, tunc enim de hoc fideiussori ... restitutio. 6 ... dicti ... restitu- tionem ... ab eo petit.

a Fideiussor minoris non restitutione.

b Fideiussor minoris non & quando restitutor minore.

* al. sed & si nunc.

c Minoris sui hereditatem adeuntis obligatione.

didisti præstare non cogeris a. Sed ea res b fideiussores, qui pro te interuenerunt, excitare non potest: quare mandati iu- dicio si pecuniā soluerint, aut condemnati fuerint c, conue- nientis d: modo si eo quoque no mine restitutionis auxilio non iuuaberis e †. vi. Kal. Oct. Seuero A. & Albino Coss.

Restitutio minoris non prodest fi- deiussori, nec potest restitui fideius- sor minoris, nisi ob dolum aduersa- rij. hoc dicit. Bald.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXI- MIAN. AA. Carioni.

SI ea, quæ tibi vēdidit posses- siones f interposito decreto præsidis g, ætatis tantūmodo auxilio iuuatur h: non est du- bium fideiussorē ex persona i sua obnoxium esse contractui. verùm si dolo k malo apparue- rit contractū interpositū esse: manifesti * iuris est vtriq l. per- sonę tā vēditricis quā fideiusso- ris consulendum esse. S. VI. Ka lend. Maij Diocletiano. II. & Maximiano. AA. Coss.

TITVLVS XXV.

SI TVTOR VEL CV- rator interuenerit †.

Minor aduersus aditionem po- test restitui intra tempus legitimum quo elapso contra curatorem sibi succurritur, qui auctoratus est sibi. Vel sic: Mora petendæ restitutionis contra aditionem hereditatis, non excludit remedium agendi contra curatorem, qui perperam auctoratus fuit minori in ipsa aditione vel im- mixtione. Bald.

I. *Imp.* ANTONINVS. A. Martiano & aliis.

[F]Ilii iam puberes m vtri- usq. sexus paretū here- ditatē adistis n: si etiā * nuc in ea ætate estis, vt eo quod paternæ hereditati vos obligastis, † in integrum restitutionis auxilium accipe- re debeatis: per procuratores o vestros adite præsidem prouin ciæ. Quòd si legitimā ætatem p impleistis idque tēpus q quo in integrum restitui potestis †, ex cessistis: curatores vestros, si ad uersus eos nondū experti r estis, iudicio s secundū formā t iuris conuenite. PP. II. Non April. Læto & Cereali Coss.

Tutoris auctoritas in iudicio vel extra non impedit restitutionē mi- noris. h. d. Bal. Vel sic: Minor circū- uentus præsēte tutore vel curatore in iudicio vel extra, restituitur. Salyc.

II. *Imp.* ALEXANDER A. Martiano.

MInoribus annis xxv. e- tiam in his quæ præsenti bus tutoribus vel curatoribus

SI TVTOR VEL curator &c.

Quando interuenit fideius- sor in contractu minoris, dixit nunc quando tutor vel curator interuenit.

[F]Ilii iam.] CASVS. Si adulti vtriusque sexus auctoritate curatorū hereditatem paternam adierint, quæ non soluendo sit: an pos sint restitui, quæritur: & distinguitur, aut excessit tēpus quo pe- titur restitutio, aut non. si non, eam implorare possunt: si sic, non dabitur restitutio, sed curatores conuenient, qui vt adirent sua- serunt, secundum formam iuris, vel vtili neg. gest.

m ¶ *Puberes.* quia impuberes c non possunt sine tutore: *vt inst. de aucl. tu. §. neque tamen.*

n ¶ *Adistis.* curatore interueniente, vnde videbatur eius aucto- ritate corroborata aditio.

o ¶ *Per procuratores.* habentes d speciale e mandatū: *vt ff. de mino. l. illud. §. si talis.* & cum auctoritate curatoris: *vt & de procu. l. neque.*

p ¶ *Ætatem.* xxv. annorum.

q ¶ *Idque tempus.* scilicet: quadriennium.

r ¶ *Experti.* hoc quòd adierunt hereditatem non bonam.

s ¶ *Iudicio.* actione vtili negotiorum gestorum.

t ¶ *Secundum formam.* quæ est vt de f gestis & gerendis teneātur vtili actione negotiorum gestorum: *vt supra de neg. gest. l. tutor. & in eo tit. l. curator.* ¶ Sic g ergo secundum P. pupillus qui cū tuto- re adiit, abstinet sine restitutione, pubes non potest sine restitu- tione. Sed tu dic quòd vterque per restitutionem, vt diximus *ff. de mino. ait prætor. §. non solum. & facit ad h. in ed. supra p. mi. se ab here. abst. per totum.*

MInoribus.] CASVS. Cū minor tutore vel cura. præsente ex- tra iudicium vel in iudicio circumscriptus sit, in integ. re- stitu. auxilium potest implorare. etiā si tutor vel curator pupilli vel adulti emerit vel vendiderit, vel alias in rebus eorum cōtra xerit, & se læsos dixerint non solùm pupillo contra tutorē dabi- tur personalis actio tutelæ, sed etiam ad rem suam restituetur. idem est in adulto vt ei teneatur curator vtili neg. gest. act. simi- liter & restitutio conceditur.

c Adire hereditatem sine tutore heres non potest.

d Restitutionem petere minor potest per procuratorem habentem speciale mandatum & auctoritatem curatoris.

e Speciale mā datum in mul tis requiritur.

f Curator adultis fao de gestis & gerendis tenetur.

g Restitutione petere absti- nendi benefi- cium habent pupilli & adulti.

In iudicio.

in iudicio[a]. vel extra iudicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse si circunuenti[b] sunt, placuit. PP. III. Non. Mart. Maxi. II. & Aquilino Coss.

Auxilium extraordinarium cum ordinario concurrit contra diuersos. h. d. Bal. Vel sic: Minor non prohibetur restitui, licet indemnitatem à suo tutore vel curatore possit consequi. h. d. Sa.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Nicomedi.

Etiam[*] in his quæ minorum tutores vel curatores malè gessisse[c] probari possunt: licet personali actione à tutore[d] vel curatore[e] ius suum[f] consequi possint: in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem minoribus dari iampridem placuit. Dat. IIII. Non. Maij, Maximo & Aquilino Coss.

Minor non restituitur cōtra obligationem quam in se suscepit eius administrator. Bald. Vel sic: Vbi aduersus minorem ex contractu administratoris sui non datur actio, ei non competit restitutio. Salycetus.

IIII. Iidem AA. & CC. Isidoro.

Si creditor non vestram personam, sed curatorum secutus[g], cum ipsis contractu habuit, & ab ipsis stipulatus est nullam[h] ei[i] prorsus aduersus vos[k] actionem competere, manifestum[l] est. V. Kal. Maij, Heracliæ. AA. Coss.

Licet minor possit restitui; tamen potest contra administratorem experiri: nec præiudicat sibi per electionem. Bald. Vel sic: Vbi tutor vel curator res minoris distrahit: minor potest petere restitutionem: vel via ordinaria experiri contra administratorem, nec sibi præiudicat per electionem. hoc dicit Salycetus.

V. Iidem AA. & CC. Valentino.

2 Etiam tutoribus vel curatorib. distrahentibus[m] vel † aliis contrahentibus[n*], minores tam restitui rebus propriis, quàm tutorum vel curatorum damna sequi[o] †, nullo eis præiudicio per electionem generando[p], placuit. VI. Id. Decemb. CC. Coss.

TITVLVS XXVI
SI IN COMMVNI EAdemque causa in integrū restitutio postuletur.

Pactum sororis non præiudicat fratri. Item restitutio sororis non patrocinatur fratri. h. d. Bald. Vel sic: transactio fratris non nocet fratri ratum non habenti: nec restitutio minoris prodest maiori secum communem causam habenti. Salyce.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aphobio & aliis.

Nec si maior[q] viginti quinque anni soror vestra fuit, vobis non mandantibus, nec ratam transactionem habentibus, de iure vestro quicquā minuere potuit[r]. Nā si cognitis[s] quæ gessit[t] † his consensū post viginti quinq. annos ætatis[u] commodastis[*]: quāuis illa minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare † possit: vobis tamē ad communicandum edicti perpetui beneficium eius ætas patrocinari[x]

---

a ¶ In iudicio. accipe exempla. vt ff. de mino. l. & si sine. §. pen. & l. minor autem magistratus. §. j. & l. minor xxv. an. adiq. & l. etiam si. & ff. de confess. l. certum. §. pe. & j. si aduersus rem iu. per totum. & j. de in. properandum in fi. & j. de admini. tut. l. si bonam.

b ¶ Circunuenti. sui facilitate, vel dolo aduersarij. hoc tamen fallit in casib. vt j. de adm. tut. l. constitutione. & l. sancimus. j. & j. ad Trebel. l. pe. in prin. Accursius.

c ¶ Etiam.] Male gessisse. dolo vel sine dolo, culpa tamen: vt ff. de mino. tutor. vegētibus. in princ.

d ¶ A tutore. actione scilicet tutelæ.

e ¶ Curatore. s. Vtili negociorum gestorum.

f ¶ Suum. id est sibi debitum. sic ff. si cer. pe. l. si & me. Et dic secūdū quosdam, possunt; s. de iure non de facto: quia non sunt soluendo; aliòquin secus: vt ff. de mi. cum man dato. & l. ult. §. vendentibus. & eodem modo soluitur aliud contrarium. j. de indi. properandum. in fin. Vel aliter vt j. eo. l. fi. tio. 3 vel dic indubitabiliter hoc locum habere quādo interest sua habere rem: vt ff. de mino. si ex causa. in pri. & quòd cum fal. tu. l. pupill. ¶ Item contra ff. de min. l. in causa q. in princ. vbi dicitur dari restitutionē minori demum deficiente alio auxilio. Sed dic cōtra eundem ibi: hic autem contra diuersos. 2 Vel dic vt ibi generale est quod hic dicitur, speciale ibi. j. de indi. properandum. in fi. secundum Ia.

Si creditor.] CASVS. Tutori vel curatori minoris fidē eius secutus non adulti, pecuniam tuā credidisti, & ab eo stipulatus es eā tibi tradi: an aduersus adultum detur actio, quæritur? & respond. quòd non: quia tantùm cum curatore contraxisti, & opus est quòd hoc specialiter exprimatur.

g ¶ Secutus. scilicet specialiter.

h ¶ Nullam. neque directam neque vtilem: quia diceras te nolle cum minoribus contrahere. aliter ex contractu tutoris in pupillum daretur actio. vt etiam datur pupillo ex contractu tutoris. Item nec fuit hic versa pecunia in pupilli vtilitatem, alias teneretur, licet cum tutore tantùm creditor contraxisset: vt j. quod cu eo. l. quia in fin. & j. quando ex fact. tut. si in rem. & ff. quod fal. tut. auct. l. proul. §. t. q. a sunt contra. ¶ Et dicas hic distinctionem si vis, quam habes ff. de neg. gest. l. si pup. §. j.

i ¶ Ei s. creditori.

k ¶ Vos. pupillos.

l ¶ Manifestum est. ergo non indiget restitutione: vt ff. eo. l. in causa q. in princ.

Etiam.] CASVS. Si curator minoris res eius distraxit, vel alias cōtraxit, puta permutādo, dubitat minori electio vel agere contra tutorem ad consequēdum id in quo per eū dānificatus est vel petere rebus suis restitui, neque altera electa, præiudicabitur sibi in altera, quominus ad eā regressū habeat, vel habere possit.

m ¶ Distrahentibus. i. vendentibus res pupilli vel adulti.

n ¶ Contrahentibus. i. permutantibus.

o ¶ Sequi. s. bona eorum propter damna sua.

p ¶ Generando. ¶ Contra j. de con. l. j. in pri. Sed ibi loquitur quādo contra eundem eligit: hic autem contra diuersos. ¶ Item contra ff. de mino. in causa. q. in prin. vbi non datur extraordinaria donec habet locum ordinaria. Sed hic distraxit: ibi quando ipse minor, vt facilius contra factum tutoris vel curatoris veniat quàm cōtra suum. sic ergo quando minor distraxit, nō restituitur ad rē cum habeat actionē cōtra tutorem vel curatorem, nisi magis intersit sua habere rem quā actionem: vt ff. de mino. in causa. j. §. . & l. seq. 2 Sed A. non admisit superiorem distinctionē. & lex illa, in causa, loquitur secundùm eum quādo cōtra eundem: hic quando contra diuersos sic ergo datur electio: & hoc placet. 3 Tertij dicunt quando ipso iure est munitus, cessat restitutio: sed quando iure actionis, datur nihilominus restitutio. 4 Quarti dicunt quòd hic non erat soluendo tutor: & tunc eligit. argum. ff. de minor. l. cum mandato. ¶ Item cōtra. j. de indic. properandū. in fi. vbi primò dicit agendum contra tutorē. So. speciale in iudiciis propter auctoritatem iudicantis. 2 Vel ibi in instantia fuit læsus, vnde actio est ei salua, & firmior quàm præsitisset: tem quia testes vel instrumēta non produxit: quia causa nō est ei salua, sed est amissurus: restituitur etiā non eōuento tutore; Vel hæc secundum illam: quia hic non erat soluēdo. ¶ Quid autem si non appellauerit? Dic vt j. si q. in rem. ¶ Itē quando per procuratorē decipitur, quare nō habet hanc electionē vt ff. de mi. l. cum mandato. §. si autem. Respond. plus tribuitur ex necessitate gerēti tutori, vt ibi. quàm spontè gerēti. vt ibi. AB OFFIC. Quādo auxiliū extraordinarium cōcurrat cum ordinario: vide pulchrè per Ba. in l. in pro. pro vinciali. §. si verò in loco ff. mauī. ff. de no. ope. nun.

SI IN COMMVNI EADEMQVE CAVSA, &c.

Quia de negotiis minorum tantum gestis dixit, nunc de aliis quæ cum aliis habent communia.

Nec si maior.] CASVS. Fundū mihi & sorori cōmunem possedit Titius, quem ego & soror mea petiuimus: soror me nō mandante neq; ratū habēte, vel fortè lite cōtestata vtrinq; me tamen postea absente, trāsegit: an mihi præiudicauerit quoad portionē meā? & quòd nō. si maior esset, quòd non sorori. si minor, repetet. Si autem maior xxv. an. eam ratā habui: & ipsa ad portionem suam beneficio ætatis restituta fuit: an mihi hoc prosit quò magis portionem recuperare possim, quæritur? & r. quòd non.

q ¶ Maior. nedum quòd ipsa erat minor: vt j. di. ibi. in fi. l.

r ¶ Potuit. vt ff. de pact. leg. si vnus. §. in summa. & j. de transactio. l. transactionis.

s ¶ Nam si cognitis. s. vobis fratribus.

t ¶ Gessit. etiam non nomine fratrum, sed tantùm suo vt j. de re. vend. l. mater.

u ¶ Aetatis. s. vestræ.

x ¶ Patrocinari. quia est personale beneficium: vt ff. de except. l.

Marginal notes: Aliquando iudicium seu restitutio in integrum… ¶ Restitutio interdum minori non potest in his quæ gessit tutor vel curator… ¶ Male gessisse dicitur tutor interdum dolo vel culpa tantum adhibita. ¶ Nostrū pro nobis debito. ¶ Contra… ¶ Restituitur minor aduersus ea quæ tutore gesta sunt, etiamsi suum possit consequi a tutore vel curatore… ¶ Tutoris contractu pupillus obligari potest. ¶ Damna pro bonis domini ex damno datis obligatis. ¶ Restitutio in integrum an detur minori habenti aliud auxilium. ¶ Restitutio non concurrit cum contraria actione quæ datur aduersus eundem… ¶ Contractus appellatione… ¶ Personale beneficium extenditur ad alios.

exceptione.y.§.vel ff. de admini. tut.ex pluribus. Item hoc si res erat diuidua, puta trāsactum erat super rei vindi. impetrauit hic restitutionem vt possit vindicare pro parte dimidia quę ei competebat. Si autem esset indiuidua: puta seruitus forte: nam [a]omnis seruitus est indiuidua praeter vsumfructum: *vt ff. ad leg. Falcidiam l.j.§. si vsusfructus. contra. ff. si ser.vend. l. communem. in princ. & infr. si unus ex plu.ap.l.j. & ff. si ser. vind. loci corpus. & sundem. & arg. n. 7. de divers.rescript.l. & argu. ff. de ap. l. si quis separatim. §. fin.* ¶ Item not. quod quidem signant contrarium[b] huic l. quod est. *ff. de minor. leg. ix. §. scio.* quasi hic facta hinc trāsactio omnibus istis existentibus minoribus à sorore. Sed certè non exigo hos fratres fuisse minores transactionis tempore, licet & hoc posito adhuc lex illa non obstaret: vt in solutione contrariorum ibi diximus. Accursius.

a Seruitutes omnes esse praeter vsufructum, indiuiduas.

b hae posterior adiectio decil in omnibus manual. vt & in sequente tibi poli hac titulus & eleganter sub. audiendum.

non potest. S.III. Id. August. CCoss.

TITVLVS XXVII. SI ADVERSVS REM iudicatam [restitutio postuletur*.]

Contra sententiam pro parte condemnatoriam, & pro parte absolutoriam potest minor pro parte scilicet quatenus est laesus, restitui: sed si sententia incidit in tempus maioris aetatis, restitutio cessat. h. d. & est not. lex. Bal. Vel sic: aduersus sententiam latam contra minorem super actione tutelae, datur restitutio: non si sit lata contra maiorem. h. d. Salyc.

I. *Imp.* ALEXAND. A. *Vitali* †.

MINVS[a] ex tutelę iudicio cōsecuti[b], de superfluo[c] habere actionem[d] ita potestis, si tempore iudicij[e] minores annis fuistis, & nunc beneficium aetatis vobis largitur[f]. Caeterum si post legitimam aetatem[g] sententia prolata[h] est: iteratò eādem actionem de eisdem speciebus[i] inferre nō potestis. PP. V. Kalen. Feb. Pompeiano & Peligno Coss.

SI ADVERSVS rem iudicatam, &c.

De personis dictum est: nūc vero de negotiis.

¶ Iulius.

Minus.] CASVS. Tutor obligatus pupillo in x. pro vna re malè administrata, & à pupillo facto adulto in x. conuentus, in v. condemnatus est, in aliis v. absolutus. minor à sententia nō appellauit, sed stetit vsque ad xxvij. an petit nūnc restitui, an sit audiendus, quaeritur? Distinguitur: aut post legitimam aetatem fuit sententiatum, aut non. si post: restituendus non est: si ante, sic, cum sit intra an. vtilem olim. hodie intra quadriennium restitutio peti potest de his quae in minori aetate gesta sunt.

a ¶ *Minus*[b]. pone hic casum quod generalis fuit[c] petitio, & generalis absolutio, & sic est contra: *vt s. de transact. l. sub praetextu specierum.* 2 Vel pone quòd generalis vel specialis fuit petitio: sed sententia specialis. Ex vna specie ad decem egit: & in quinq. fuit condemnatus & in quinque absolutus. Quid autem si de aliis tacuit? Respon. iure communi agit: *vt ff. de neg. gest. l. si autem. §. fin. & de compen. l. quod in diem. §. j.* nec praeiudicat sententia: *vt ff. de except. doli. l. apud. §. item quaeritur.* Sed quidam dicunt tacite in residuo absolutum per. l. istam: *vt j. de app. amplior. in fin. & j. depo. l. iiij.* quod non placet 4. Sed expone eam vt ibi dixi. Item nec dicitur nulla in eo quod expressit: sed aliqua secundùm H. licet quidam vt Azo. hoc dixerunt per. l. *ff. fami. erciscund. l. in hoc.* Item pro hoc quòd super toto debeat iudicare condemnando vel absoluendo, habes *ff. de rece. arb. l. qualem. §. dicere.*

b Minus. Mathesilanum singu. est.
c Libellum in actione tutelae qualis esse debeat.
d Sententia sit dicitur esse, hinc colligit Tiraquellus de vtrogue li.... [illegible]

b ¶ *Consecuti.* puta quinque.

c ¶ *De superfluo.* ex aliis scilicet quinque.

d ¶ *Actionem.* scilicet tutelae efficacem, petita prius in integrum restitutione.

e ¶ *Iudicij.* l. totius. nam si [e] tēpore ferēdae sententiae maior erat: ita demum restituitur, si dolo aduersarij haec dilatio est facta: *vt ff. de mino. l. iij. §. j.* etiam si altero die post impletam aetatem est lata sententia. Sed certè imò videtur restitui tunc: nam ille cuius res post absentiā vsucapta est, modico[f] tēpore restituitur secundùm omnes: *vt ff. ex quib. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter.* Sed potest esse ratio: quia hic potest appellare ADDIT Aliam rationem diuersitatis assignat Bart. hic dicens: Modicum tempus ex quo quis reuersus est, computari non potest absenti, donec sarcinulas composuerit, & aduocatū quaesierit. quae ratio cessat in modico tempore ex quo superuenit aetas. Accur.

e Verum necesse sit minorem esse minorem tempore sententiae an vero sufficiat fuisse tempore iudicij.
f Modicum tempus nō nocet.

f ¶ *Largitur.* quia estis intra vtile annum. hodie quadriennium.

g ¶ *Aetatem.* scilicet xxv. ann.

h ¶ *Prolata.* non sorde tutoris: *vt ff. eo. l. iij. §. j.*

i ¶ *Eisdem speciebus.* maximè de eisdem non potestis, nam nec de aliis ne sit contra supra *de transact. l. sub praetextu specierum.* 2 vel aliud[a] in transactione dic quàm iudicio, propter plures actiones & species quas transactio admittit. 3 Vel in vtroque idem sed ibi generaliter agitur & transigitur: specialiter iudicatum fuit. & facit. *infra de iudicijs. l. & supra de transact. l. ge. cu Geminiano. & l. si de certo. & ff. de transact. l. qui cum tutoribus. in princ.*

a Transactionis & iudicij differentia.

Minor xxv. annis potest restitui contra sententiam latam pro patre, super patria potestate. Bal. & Salycetus.

II. *Imp.* GORDIAN. A. *Serenae.*

SI cum pater[k] tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem[l] a se factā valere diceret, proconsul super causa cognoscēs, te eius potestati subiectam pronunciauerit[m], cū aduersus eam sententiam[n] in integrum restitui postules[o]: is qui prouinciā regit[p], in impertienda cognitione suas partes secūdū leges exhibebit[q]. PP. XV. Kalend. Decemb. Pio & Pontiano Coss.

Si cum.] CASVS. Pater filium suū quē emancipauerat, in potestatem petit, actione praeiudiciali proposita: filius in modum exceptionis instrumentum protulit emancipationis: replicat pater instrumentum falsum esse vel minus solenne: vt puta quia erat emancipatus coram iudice pedaneo, cum erat emancipandus coram iudice ordinario. lata est sententia contra minorem filium: vult restitui: quid iuris sit, quaeritur? & respon. praeses prouinciae ipsi audientiam suam impartietur, an restituendus sit, an non? quidam dicunt quòd non, per titul. qui & aduersus quos l. vlt. tu dic quod sic: neque obstat lex illa: quia speciale est quod filius contra patrem audiatur in causa status.

k ¶ *Si cum pater.* pone casum [b]: Agit pater actione in rem, de iure quiritum: excipit filius emancipationem. pater replicat emancipationē non valere.

b Adde Guido ... [illegible]

l ¶ *Emancipationem.* quā factam esse ille filius dicebat in forma replicationis.

m ¶ *Pronunciauerit.* sed malè secundùm quosdam. ¶ Et sic non est contra. *ff. de adopt. l. post mortem* 2 Vel ibi duo [c] faciunt contra patrem: factum suum, & longū tempus: hic vnum tantum. *arg. j. de fund. pa. l. fin. lib. xj. & infra de testamen. l. sancimus.*

c Duo obesse magis quam vnum.

n ¶ *Sententiam.* in qua fuisti subiectus potestati patris.

o ¶ *Postules.* tu filius.

p ¶ *Qui prouinciam regit.* ¶ Videtur [d] ergo quòd minor magistratus, puta praeses, possit in integrum restituere contra sententiā maioris, putat proconsulis, qui est spectabilis: iste clarissimus: *vt j. l. praec. & s. de episc. & cler. l. raptores.* quod esse non potest: *vt ff. de minoribus. l. in causa. j. §. si. & l. praefecti. & l. minor autem magistratus.* sic & in appellatione: *vt in auth. de app. & intra quae tempora. §. si. col iiij.* Sed dic praesidis [e] nomen generale esse: *vt ff. de offic. praesi. l. j.* 2. Vel hic non facit mentionem praesidis: sed loquitur de eo pro consule qui regit prouinciam. 3 Vel litera ista non dicit quòd restituat, sed quod sit impartienda cognitio. Accursius.

d Restituere minor magistratus an possit aduersus sententiam maioris.
e Praesidis nomen est generale.

q ¶ *Exhibebit.* denegando [f] restitutionem. ¶ Et sic non est contra *j. qui & aduer. quos. l. fin.* vbi dicit non dari restitutionem contra patrem. 2 Vel dic hanc per illam corrigi: quod in diem recedit. 3 Vel cognoscet, sed super hoc non pugnabit: *vt arg. ff. de offi. proconsu. l. solent.* 4 Vel dic speciale cū de statu agitur, vt detur. aliàs secus. hoc placet. 5 Vel restituitur contra sententiam, non contra patrem. *arg. j. si aduer. dona. l. fin. quod placet. & facit ad l. infra de pa. pot. l. si filium. & de peti. here. l. si putas.*

f Restitui non potest quis aduersus patrem.

Aduersus sententiam vicarij vel delegati principis, solus princeps cognoscit & restituit. Bal. & Salycetus.

III. *Imp.* PHILIPPVS A. & PHILIPPVS. *Caes. Aeliano.*

ADuersus sentētiam eius qui tunc vice[r] principis iudicauit. in integrum restitutionis auxilium apud praetorē seu praesidem prouinciae clarissimum virum flagitare nequaquam poteris[f].* Nam aduersus eius sententiam, qui vice principis cognouit, supplicationis.

Aduersus.] CASVS. Ex delegatione principis quidam vice eius de causa quam habebat minor cōtra aliquem, cognouit: tulit sententiam cōtra minorem: vult restitui aduersus eam. an praetor vel praeses possit restituere vel cognoscere: & an sit restitutio danda vel, non quaeritur? & respon. quòd non: sed solus princeps restituet. Sed non quid ipse delegatus possit restituere? dicit quòd sic.

r ¶ *Qui tunc vice.* puta[g] quia vicarius erat, de quo loquitur supra *de offi. eius qui vi. a. l. j.* 2 Vel quia erat, delegatus: *vt ff. de minor. l. minor autem. §. penult.*

g Vice principis iudicare quis dicatur.

l ¶ *Poteris.* *vt infra vbi & apud quem. l. j.*

Salus.

a ¶ *Solus.* aliud videtur in appellatione: *vt in authe. de app. & intra quæ tempora. §. fi. coll. iiij.* & hoc ideo, quia & ipse princeps videtur cognoscere, cũ quis cognoscit vice eius. vnde sicut ipse posset tũc in integrũ restituere, ita nunc: *vt ff. de mino. l. minor autẽ magistratum. §. pe.* Sed quidam dicunt hodie immutatũ: *vt j. vbi & apud quem. l. fi.* ADDITIO. Dicit hic Bart. si restitutio petitur aduersus interlocutoriam aliquam, tunc ipsemet delegatus potest restituere, *vt d. l. fi.* si vero petitur restitutio aduersus definitiuã, tunc ipsemet delegatus restituere non posset, *vt hic:* nisi sibi specialiter committeretur: *vt d. l. fi.*

solus[a] princeps restituet PP. XVIII. Kal. Nouemb. Philippo A. & Titiano Coss.

Sententia lata aduersus minores indefensos, est nulla ipso iure: sed si sunt legitimè defensi, est valida, sed possunt restitui. h. d. Bald. Vel sic: Sententia definitiua contra minorem defensum est aliqua: sed per restitutionem rescindenda. Salycetus.

iiij. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. *AA. Urbino & aliis.*

CVm & minores vos esse affirmetis, & indefensos[b]: nullum[c] vobis præiudicium[d] fieri præses prouinciæ pro sua grauitate curabit. Nam si iusta defensione tutorum vel curatorum vobis assistente aliquid statutum[e] est, intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium[f]: eodem obtinente etiam si per procuratorem vestrum legitimè[g] ordinatum lis agitata est. Dat. XVI. Kal. Maij, Maximo & Aquilino Coss.

Non attenditur qualitas administratoris, sed qualitas domini. h. d. Bald. Vel sic: Sententia lata contra tutorem in causa pupillari, dicitur contra pupillum lata: ideò pupillus potest restitui.

CVm & minores.] CASVS. Si contra pupillum vel adultũ, & indefensos, quia neq; tutor neq; curator interuenit, lata est sententia: nulla est ipso iure: vnde restitutio non est necessaria. si autem defendantur, & contra eos lata est sententia: valet. sed aduersus eam restituuntur. idem est si per procuratorem defendantur.

b ¶ *In defensos.* ab alio: sed vobiscum fuit lis contestata.

c ¶ *Nullum.* quia non interuenit curator vel tutor: *vt ff. de reiudic. le. a. Eta. §. fin. & l. cõtra pupillũ. & j. qui leg. per l. j.* & ideo non est necessaria restitutio: *vt hic & ff. de mino. l. in causæ ij.* ¶ Quid autẽ in adulto non habente curatorẽ? videtur quòd valeat sententia: quia sibi sua defensio commitit videtur: *vt ff. quibus ex cau. in possessionem eatur. l. hæc autem. §. fin.* Sed dic contra secũdum omnes: licet nulla lex hoc dicat: nam & hæc & aliæ loquuntur cum habet tutorem vel curatorem, & non interuenit, &c. & est in iudiciis speciale (secus[d] in contractibus: *vt s. de in integ. rest. l. si curatorem.* & secus in hereditate: *vt ff. de acquir. hered. l. necessariis.*) Item & in iudiciis excipio sententiam de mittendo in possessionem, quæ datur contra[e] pupillũ: *vt ff. quibus ex cau. in poss. ea. le. apud Iulianum. §. fin. & l. seq.* In[f] adulto tamen hoc est plus in iudiciis: quod patitur venditionem: *vt ff. de bo. auct. iudi. pos. l. si minor.* Item quid si tutor vel curator in exordio fuit: sed post citatus per iudicem destitit: & condemnatur minor? Videtur quòd non valeat: quia si medio tempore desierit esse tutor vel curator, non valet sententia: *vt j. quomo. & quando iudex. l. si præses. & ad hoc j. de adult. l. quisquis.* ¶ Sed quid si in principio non fuit: postea autem citatus affuit: nũquid valeat sententia? Respond. *vt j. qui leg. per. l. momentaneæ.* Sed dic contra quia hic non desierat, sicut à contrario[g] sensu eiusdem l. probatur. Idémque dico & si non fuit tutor citatus: quia iam cõfessus erat, & causa cognita, sed minor cum tutore agit: *vt arg. ff. de bo. auct. iudi. po. l. si minor.* Accursius.

d ¶ *Præiudicium.* per sententiam in qua succũbuistis.

e ¶ *Statutum.* contra vos. pro vobis autem valet etiam sine eis: *vt supra de procur. l. non eo.*

f ¶ *Necessarium.* & habebitis probata læsione. ¶ Sed contra *ff. e. t. l. cum qui.* Sol. ibi non restituitur qui spontè se obtulit defensioni minoris. nec minor: quia nõ tenetur. hic tenetur, & sic restituitur.

g ¶ *Legitimè.* s. à minore cum auctoritate tutoris vel curatoris. *vt s. de procu. l. neq.* & hanc l. habent quidam pro vltima huius tituli, & alij pro penult.

IN rem.] CASVS. Si in causa pupilli vel adulti contra tutores vel curatores lata fuerat sententia: an aduersus illam pupillis vel adultis debetur in integ. resti. licet in persona eorũ lata fuerat, quæritur: & respõ. quòd sic. perinde ac si contra eos aliquid fuerat statutum. ratio est, quia in res eorum mandatur sententia executioni: *vt ff. de re iudic. l. si se. §. j.*

h ¶ *Pupilli.* secus si non in rem eorum.

i ¶ *Contra tutores.* qui etiam iudicio affuerunt: *vt j. de sent. & interlocu. l. j. & j. in quib. cau. in integ. restit. non est necess. l. si tutor.*

k ¶ *Aduersus eos.* s. minores præsentes.

l ¶ *Constat.* mandatur enim sententia executioni in res eorum, scilicet minorũ. A zo. vel adultorũ: *vt ff. de re iudi. l. si se. in prin. & §. j.* vnde secus quãdo aliquis se obtulit eorũ defensioni; tum tunc fiat executio in offerẽtem: *vt ff. de mi. l. cum qui & de procu. l. Plautius.* Restituitur hic ergò ad totam causam: *vt ff. de minor. & integ. resti. l. fin.* Vel ad appellationem: *vt ff. de mi. l. ait prætor. §. pe.* ¶ An autem hodie[e] tempora appellationis currant cõtra minorem? Quidam dicunt quòd non: *vt j. in quibus cau. in integ. restit. non est necess. l. fin.* Vnde dicunt[d] hodie non dandã restitutionẽ contra sententiã, cum[e] iure communi possit appellari: sicq; habes hunc titulum correctum. Sed certè etsi non currerent tẽpora appellationis, tamen plus[f] est restitui ad totã causam, quã ad appellationẽ: *vt ff. si sæpius in integ. rest. pos. l. j.* Vnde etiã si appellauit curator pro adulto, tamen adultus potest restitui: *vt ff. de admini. tu. l. si minores.* ¶ Sed tu dic quòd huiusmodi tempora[g] iudicialia currunt hodie propter auctoritatem iudiciorum: *vt j. de iudi. l. properandum. in fi. & in auth. de here. & Fal. §. pupillus. col. j.* sic quòd tam ad totam causam, quàm ad appellandum restitutio est necessaria. Secus in absentibus reipublicæ causa, qui quandoque ad appellandum tantum restituuntur: *vt ff. de in integ. rest. l. fin.*

nem petere. Salyc.

v. *Iidem AA. & CC. Martiano.*

IN rem pupilli[h] vel adulti contra tutores[i] seu curatores à præside lata sententia, restitutionis auxilium nõ minus, quàm si quid aduersus[k] eos fuisset statutum, implorare minores posse constat[l]. Dat. X. Kal. Nou. AA. Coss.

TITVLVS XXVIII.

SI ADVERSVS VENditionem.

Si venditio solennis processit à minore cum iuramento excludit beneficium restitutionis. h. d. secundum verum intellectum. Bald. Vel sic, Contra venditionem in se validam minori corporaliter iuranti de non contraueniendo, non datur restitutio. Salyc.

i. *Imp.* ALEXANDER *A. Florentio militi.*

SI minor annis viginti quinque emptori[m] prædii cauisti[n] nullam de cetero te esse controuersiam facturum: idque etiam iureiurando corporaliter[o] præstito seruare confirmasti: neque perfidiæ[p], neque † periurij[q] me auctorem tibi futurũ sperare debuisti. Dat. VI. Kal. Septemb.

SI ADVERSVS VENDITIONEM.

SI minor.] CASVS. Minor xxv. an. cum decreto prædium tibi vẽdidit: promisit quòd non veniret contra venditionem: & hoc iuramento firmauit. petit restitui. an sit restituendus, quæritur? & respon. quòd non.

m ¶ *Emptori.* secus si alij iurasses, vel etiam coram testibus septẽ & tabellione, te non venturum contra illam venditionem quam facturus sis: vt statim dices in authen. hic posita. Itẽ dic emptori cum decreto. & sic tenuit contractus ipso iure. vnde non facit rẽ prohibitam, quare non potest venire contra, nisi per restitutionem: *vt j. de præ. mi. l. si quidem* sed prætor non vult eum restituere: *vt hic,* si autem sine decreto vendidit: ipso iure nullus est contractus: quia fecit rem prohibitã de iure. sicque potest suo iure vindicare minor, & sacramentum super hoc exactum nullum est. & sic loquitur lex contraria. *s. de legi. & constit. l. non dubium. in fi. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. & generaliter.* & hoc est quod dicit Bul. per elegantia verba. præstito sacramento accedente decreto, officio nõ vtere: non accedente decreto, tuo iure vtere. i. rei vindicatione. nam prætor suum non tuum tibi denegat auxiliũ. ¶ Sed M. dixit l. istam loqui etiam sine decreto facta venditione: quia hæc[b] lex nõ distinguit: ergo[b] nec nos: *vt ff. de Pu. in rem. ac. l. de pre.* Et *d. l. non dubium.* intelligebat in perpetuo prohibitis: vt non accipere matrem in vxorem. At prohibitio[i] ista quòd minor nõ vendat prędia, in multis casibus fallit: *vt j. de præd. mi. l. ob æs.* ¶ Sed quæstio est decisa hodie per authen. Sacramenta, &c. quam lege hic per quam probatur intellectus M. si modò sit pubes.

n ¶ *Cauisti.* i. per stipulationem promisisti.

o ¶ *Corporaliter.* vt *in aut. iusiurandum quod præ. in prin. coll. ij.* secus[k] si verbo tenus: *vt j. si mi. se ma. dixe. l. si alterius.*

p ¶ *Perfidiæ.* i. contra fidem pacti.

q ¶ *Periurij.* contra sacramentũ. ¶ Sed contra[l] suprà *de transa. l. si*

a Princeps videtur cognoscere, cũ quis cognoscit vice eius.

b Minor non defensus à tutore vel curatore lata contra se sententia non læditur, quia illo casu non egetrestitutione.

c Adulto curatorem non habente, in iudicio esse nõ potest.

d Restitutione minor aduersus sententiam.

e Appellationis tempora currunt aduersus minorem.

f Restitui ad totam causam plus est, quam ad appellationem tantum restitui.

g Tempora iudicialia præfinita currunt etiam absentibus.

b Distinguere non debemus ubi lex non distinguit.

k Iurare corporaliter & verbo tenus differunt.

ex falsis. vbi venitur contra transactionẽ etiam iuratam [a]: sed ibi fuit dolus ex altera parte, hic non. 2. Vel ibi fuit trãsactio contra legem, hic venditio? non tamen fuit cũ decreto secundùm Bal. 2. Vel dic secundùm M. religio sacramenti facilè repellit aliquẽ à priuilegio quod haberet in contractu licitè inito si non iurasset. Idem hodie in illicito: *per authen. hic posita. & infra si minor. se ma. dixe. l. si alterius.* sed à iure communi quod quis habet vt rescinderet pactum si non iurasset, non repellitur licet iurauerit: *vt ibi. & supra de leg. & const. l. non dubium.* Nam & aliàs sola [b] confessio repellit mulierem à priuilegio Velleiani: *vt infra ad Vellei. l. antiquè.* sed non repellitur à iure communi: vt malè probatur argumentis: *infra de probat. l. cum precibus & de do. cau. l. fin. & j. de hominibus. pecudi.* in contractib. iura [c] enim communia praeseruatur: priuilegijs facilius tolluntur priuilegia, quàm iura communia. *vt hic. & in authen. de non alie. §. quia verò verisimile. colla. ij.* vnde & difficilius expugnantur.

Contractus puberũ iuramento firmati nequeunt infirmari: nisi vis vel iustus metus interuenerit, vel nisi sit iuratum de non exponenda querela maleficiorum. Bal. Vel sic: Contractus puberum iuramento spontaneo firmati nequeunt retractari: secus si iuramentum per vim sit extortum. Sal. &c.

Noua constitutio Friderici.

SAcramẽta puberum [a] spõte facta [b] super contractibus [c] rerum suarum non retractãdis inuiolabiliter custodiatur [d]. Per vim autem vel per iustum metum extorta [e], etiam à maioribus (maxime ne querimoniã maleficiorum cõmissorum faciant) nullius esse momenti iubemus.

Minor læsus sui facilitate, vel per tutoris insidias, restituitur in integrum. Bald.

1. *Impp.* CONSTANTINVS, [CONSTANTIVS, & CONSTANS, A.] *A. ad populum.*

IN integrũ restitutione minorib. aduersus cõmẽtitias [f] venditiones [g], & aduersus tutorum seu curatorum insidias [h], sanctionum præsidio cautum esse non dubium est. Dat. Id. Aug. Sirmij, Constantio [*]. II. & Constante. CC. Coss.

SAcramenta.] CASVS. In hac auth. præcipit imperator seruari inuiolabiliter iuramenta puberum, nisi per vim vel metum fuerint extorta quo casu etiam à maioribus annis xxv. præstita, non valent: & præcipuè non sunt seruãda hæc iuramẽta si exacta sunt propter hoc, ne quis conqueratur de aliquo maleficio. h. d. Viuia.

a ¶ *Puberum.* impuberes [e] enim non iurant vt teneantur: *vt ff de iureiurand. qui iurasse. infi. quæ.* nisi in casu *vt d. de libe. cau. l. fina.* ADDITIO. Doctores communiter tenent teste Barto. hic, quòd si impubes est maior infante, proximus pubertati, ita quòd in eo cadat delictum, tunc obligetur iuramẽto: *vt l. impuberem ff. ad leg. Cor. de fal. l. cum similibus.* Et hoc tenent etiam Abbas *consi.* xxxix. *j. li.* quia sicut peccando & peierando potest se obligare diabolo. ita & Deo: *vt in c. j. de de. te pue.*

b ¶ *Super.* siue in ipso contractu, siue prius, siue post etiam quãdocunque, secundùm Azo.

c ¶ *Contractibus.* etiam si ipso iure non valeant: vt quia non fuit decretum. in eis enim maxime iuramentum firmat pactum, aliàs nil adijceret hæc constitutio veteri: *vt ff. de lega. j. leg. si quando in princ. & ad ma. l. j. & infra de thesau. l. j. lib. x.* ¶ Item dicunt quidam quòd tantùm loquitur hæc auth. in contractibus vbi hinc inde nascitur obligatio: *vt ff. de verb. sign. l. Labeo.* Nos contra, nam in donatione [f] & stipulatione locum habet, cum [g] & hæ appellentur quãdoque contractib. *vt supra quod met. cau. l. donationis. in prin. & infra de prascri. xxx. an. l. si quis emptionis. in princ.* ¶ Item quid si generaliter iuret coram aliquibus quòd non veniret contra illum contractum quem sit facturus? Respon. non valet: quia res inter alios acta &c. *vt ff. de pac. leg. si vnus. §. pacto quæ. in fin. aliàs est. §. ante omnia. & infra ad Velle. l. iubemus. & infra res inter alios actas. & ff. si ser. vin. loci. §. si fundus. & le. si de communi. & de tuit. l. si rem quæ apud §. j. & ad le. Iul. de adulte. le. denunci. ff. §. quæritur.* Item alia ratione: quia generalis [h] renunciatio non valet: *vt ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum.* Sed & posset allegari in contrarium quòd dicitur in quæstione illa de omni casu fortuito recipiendo. quam no. in d. §. quæsitum. Item quia fuit super contractibus: *vt hic*, vnde non auditur &c. *vt ff de leg. iij. leg. non aliter. & de exercit. l. j. §. in re igitur.* Item quia subest ratio legis C. vt scilicet non sit auctor [i] perfidiæ &c. ¶ Item quid in iudicio? [k] Respond. idem, *argu. ff. de pecu. l. licet. in princ. & C. de tempo. ap. l. fin. in fin.* Sed ar. contra [l], *ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ibi. nam stipulatio &c. & infra de arbit. auth. decernit ius.* ADDITIO. Dic quòd licet iudicium reddatur in inuitum, tamen iuramentum non exigitur ab inuito. merito habet locum hæc authen. secundùm Bar. hic.

d ¶ *Custodiantur.* scilicet vt detur actio & exceptio: *vt ff. de acquir. re. do. l. statuas. & ff. fa. ercis. l. inter. §. j.* ¶ Sed quæ actio? Respõd. re non tradita actio ex eo contractu, quasi sic id est cum sacramẽto non sit inhibita alienatio: *vt arg. ff. fa. ercisc. l. inter coheredes. §. j. & de leg. iij. l. cum quis. §. nuptura.* Si autem re tradita cadit à possessione, emptor agit Publiciana contra quemlibet etiam minorem si ad eum redeat possessio secundũ quosdã quasi non sit translatum dominium lege prohibente cum sacramentum personam afficiat, non rem. Sed magis puto [a] dominium translatum, & ei rei vindicationem dari: non autem actione ex eo contractu aget, amodo semel re tradita. *argu. ff. de verb. obliga. l. inter stipulantem in princ. & de act. emp. l. si quis alienam. & de contra. emp. l. si cum fundum.* ¶ Itẽ si vltra [b] dimidiam iusti pretij est deceptus qui iurauit, an veniet contra? Dic vt dixi. *j. de resc. ven. l. ij.*

e ¶ *Extorta.* quia non [c] videtur deierare qui ex licita causa cõtrauenit: *vt ff. quis satis d. cogan. l. fin.* ¶ Quid si iurauerit quis dare x. vtrum per constitutionem istam teneatur? Dico quòd non. ¶ Quid si [d] testator cõponendo testamentum iurauerit contra non venire? Dicunt quidam per l. illã quòd non põt. Contra. *ff. de verb. sig. l. verba contraxerunt. & ff. de leg. j. l. nemo.* vbi dicitur, nemo potest facere quin leges locum habeant &c. pacto non potest: *j. de inoff. test. l. si quando.* ADDITIO. De hac quæstione vide Gl. in *c. vltima voluntas xiij. q. ij.* & Io. And. *in c. quod semel. de reg. iur. lib. vj.* & Bar. in *l. si quis. in princ. ff. de legat. ij.* qui dicit quòd possit non obstante iuramento cõtrauenire citra etiam metum periurij: quod est notabile.

IN integrum.] CASVS. Siue minor siue eius tutor rem suam vẽdiderit, & deceptus fuerit: restituetur ad rem, & contra tutorem & curatorem datur ei actio tutelæ de iure communi.

f ¶ *Commentitias.* quas præsumitur [e] commentitiè esse compositas, cum pupillum lædunt.

g ¶ *Venditiones.* & transactiones: *vt j. de præd. mi. l. non solum.* nisi res sint quæ seruari non possunt, quas non reuocat. nisi sordes tutoris interueniant. *vt ff. eo. l. & si sine. §. j.*

h ¶ *Insidias.* per actionem tutelæ sic ergo ad rem agitur: *vt hic, & ff. eo. l. in causa. §. j. interdum.* & contra tutorem vel curatorem: *vt s. si tut. vel cura. l. fin.*

TITVLVS XXIX.

SI ADVERSVS VENditionem pignorum.

Si res minoris est vẽdita iure creditorio: minor nõ restituitur nisi propter enorme damnum. Bal. & Sal.

1. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Sabinæ & alijs.*

ETIAM aduersus [i] vẽditiones pignorum quę à creditoribus [k] fiunt minoribus subueniri [l], (si tamen magno detrimento [m] afficiantur) iam pridẽ placuit. Si igitur [n] pignori captis [o] prædijs, ac distractis, enorme damnum, ex huiusmodi venditione passos vos ostenderitis: præsertim [p] cum hodie [†] mi-

SI ADVERSVS VENDITIONEM pignorum, &c.

ETiam.] CASVS. Paterfami. pro mutuo quod accepit, pignus obligauit: moritur paterfami. minorẽ sibi instituit heredem. creditor vel ex pacto vel ex lege pignus vendidit: vult minor restitui contra venditionem pignoris: an possit, quæritur? & resp. quòd si enorme damnum passus est, & sit intra annos intra quos datur in integ. restit. restituendus est. vel potest hæc lex loqui in ipso minore tantùm. & in pignore prætorio seu iudiciali, vt differat à sequenti ¶ Et sic no. ex ista l. secundum Bal. quòd qui dãnum allegat probare debet.

i ¶ *Aduersus* non solum aduersus alias venditiones: *vt s. tit. j.*

k ¶ *A creditoribus.* ex pacto [f] vel lege, & cœpit pignus à prædecessore: aliàs etiam pro [g] paruo dãno restitueretur, licet non pro minimo: *vt dicet. j. l. proxi.* & non fuit necessarium decretum: *vt ff. de reb. eo. l. j. §. si communem. in fi.*

l ¶ *Subuenire.* contra emptores.

m ¶ *Detrimento.* vel fraudis consilium interuenit. ¶ Et sic nõ est contra. *j. de præd. mi. l. ij.* 2. Alij dicunt quòd hic à minore cœpit, ibi à prædecessore.

n ¶ *Si igitur.* primò in genere, postea in specie.

P*Etendæ.*] Casus. Minor cōtraxit: læsus est. toto tempore minoris ætatis, & postea eo elapso intra annum vtilem intra quadriēnium petit vt sibi detur dilatio ad producendum testes vel instrumenta: an sibi cōcedi debeat, quæritur? & respond. quòd sic. sed talis danda est, quæ possit prædicto quadriennio concludi: & non vltra extendi. si ergo sit in vltimo mense quadriennij, & petat dilationem quæ prorogetur vltra illum mēsem in alium mensem: non est audiendus, cum erat in arbitrio suo non coartare se ab initio. Econuerso si reus petat dilationem quæ prorogetur vltra tempus quadriennij, quia non erat in eius potestate quando pulsaretur, dabitur tempus aptum. si talem tamen dilationem implorauit, eadem vtetur actor ad probandum quod intendit.

e ¶*Temporibus.* quæ sunt vsque ad finem vtilis anni.

f ¶*Causis cognitis.* prout dicitur infra *de dila. l. 4.*

g ¶*Quippe.* conueniet denegari, quod est infra. ¶Et not. duo exigi vt denegetur si à primo incipias, scilicet vt in confinio petatur, & terminum transcendat, scilicet temporis.

h ¶*Defensor rei.* id[a] est ipse reus, vel eius defensor.

i ¶*Obstaculū.* i. non obstāte quod dilatio transcendat vtilē annum.

k ¶*Etsi.* id est quamuis.

l ¶*Dimensio.* id est dilatio.

m ¶*Proferat.* i. protēdat. plus[b] ergo reo quàm actori conceditur, *sic. j. de dila. l. si quando. & ff. de fer. l. fin. & de reg. iur. l. fauorabiliores.* Et est hæc ratio, quia non est in rei potestate quando conueniatur, sed actoris quando agat: *vt hic, & ff. de except. doli. l. pure. §. fin. & j. de an. except. l. y. in fin. & ff. de reg. iur. l. qui in alterius. in fine.*

a Dilationis par est ratio in reo, quæ in actore. vnde dicitur Dilationes esse cōmunes.

b Reus est fauorabilior quàm actor.

n ¶*Prohibebitur.* Nota, habet[c] quis per aliū quod per se habere non potest: *vt hic, & j. de temp. appel. l. per hanc. & de app. l. fi. & s. si aduersus transl. l. j. & y. & ff. quæ res pign. obl. poss. l. Aristo.* ¶Itē contra. huic. l. est *j. l. proxi.* Sed illa secundùm istām. Accursius.

c Habeo per alium, quod non per me.

S*Uperuacuum.*] Casus. Minor contraxit, læsus est, toto tempore minoris ætatis, & eo lapso & intra annū vtilem olim poterat restitui. loco eius vtilis anni statuit imperator quòd detur hodie quadriennium, quod incipit currere à tēpore illo quo cucurrit olim vtilis annus: quod tempus obseruabitur tā in veteri Roma, quàm in Cōstantinopolitana ciuitate cum cæteris pro-

uincijs. & hoc in prima. quod quadriennium non solùm in restitutione minorum (quod est statim ex quo illuxit prima dies xxv. ann.) imò & in restit. maiorum obseruabit, puta si maior fuerit absens causa reipub. & interim res sua vsucapta sit: dabitur sibi beneficium restit. intra quadriennium à tẽpore reuersionis suæ quod incipiet currere à tempore quo fuit reuersus. & hoc in secũda. & sicut minori nõ currit nisi post cõpletam minorẽ ætatẽ, ita maiori non currit tempus cum abest. & non refert quo genere causæ fuerit absens, siue reipub. causa. siue quibuslibet quæ enumeratæ sunt. *ff. ex quib. ma. l. j.* & quantum ad hæc nulla est differentia inter maiores & minores.

Pro † anno vtili datur hodie quadriennium continuum ad implorandum restitutionem in integrum, ex quocunque capite postuletur. de quo quadriennio minor ætas & iusta absentia, & omne legitimum impedimentum excipitur. Bald.

VII. *Imp.* IVSTIN. A. *Io. præf. pr.*

SVperuacuã [a] differẽtiã vtilis anni [b] in integrum restitutionis à nostra rep. separantes, sancimus, & in antiqua Roma, & in hac alma vrbe, & in Italia & in alijs prouinciis quadriennium continuũ [c] tantummodo numerari † ex die ex quo annus vtilis currebat: & id tempus totius [d] loci [e] esse commune, ex differentia. n. locorũ aliquod induci discrimen [e], satis nobis absurdũ visum est, quod non solum in minorum restitutionibus (quibus vtilis annus incipit currere ex quo vicesimi sexti anni dies illuxerit [f]) sed etiam in maiorum [g] hoc idem adiberi sancimus, vt & hic pro vtili anno memorata continuatio [h] temporis obseruetur ad interponendam contestationem, finiendamq. litem [i]. Et quemadmodum omnis minor [k] ætas excipitur in minorum restitutionibus: ita & in maiorum, tempus in quo reipu. causa absuerint, vel aliis legitimis caussis, quæ veteribus legibus enumerata sunt, fuerint occupati, omne excipiatur [l] & non absimilis sit [m] in hac parte minorum & maiorũ restitutio. Dat. Kal. Sep. Const. post consulatum Lamp. & Orestæ. VV. CC. Coss.

a ¶ *Superuacuã.* annus alius [a] cõtinuus, vt in vsucapione [b]: *vt ff. de vsuc. l. ij. & l. nunquã. ij. §. j. & s. de dolo. l. fi.* (in[c] isto tẽpore currũt feriati dies potuit agere vel nõ: potuit intẽdere iudex vel non: reus cõueniri vel nõ: sit pręsens vel absens contra quẽ currit: *vt j. de præscript. long. tempo. l. fi.* restituuntur tñ quidã in integrum, vt in distinctione quæ est *ff. de in integ. resti. l. fi.*) Alius vtilis. ¶ Et vtiliũ [d] multa sunt genera. nã quidam est vtilis quo ad sui initium, sed ex quo incipit, est cõtinuus: *vt ff. de calumni. l. annus. & ff. de ædil. edict. l. cũ sex.*

2 Alius est vtilis toto tempore: & hic est multiplex. nam quidã est vtilis vt nec feriati dies computentur, nec absentiarum nec minorum ætates: vt erat annus vtilis qui dabatur restitutionib. maiorum & minorum: *vt s. e. l. & hac l. in fin. & ff. de diuer. temp. præscr. l.* 3 Alius qui currebat absenti, eo quòd potuit procuratorem dimittere: sed restituitur: vt annus datus bo. pos. pe. *vt ff. de diuer. tempo. præsc. ips. l. ij. & ff. quis ord. in bo. pos. l. ij. §. dies. & s. de resti. mili. l. 4. & fi.* Sed si est præsens contra quem currit bonorum possessio? Non currit si impediatur agere *secundum d. l. j. §. j.* Est & quadriennium quod datur maioribus & minoribus loco vtilis anni, & hoc est continuum, vt feriati dies & non feriati currant: possint agere vel non. sed absentiæ ab eo subducuntur. & secundum hoc quoad quid est vtile: vt hac l.

b ¶ *Vtilis ãni.* in quo tria [e] oportebat cõcurrere: actori copiã agẽdi, & reo defendendi, & iudici iudicandi: *vt ff. de diuer. præscri. l. j.*

c ¶ *Continuum.* quod non est priuilegiatum, licet facta rescindantur, sed priuilegiatæ rei datum. s. restitutioni. ADD. Probatur in l. doli mali exceptio. *§. diuersum. ff. de noua.* fallit in *casu l. fi. j. de repud. here.* vbi restituitur quis in eo quod facit intra quadriennium post perfectam ætatem quem casum nota.

d ¶ *Totius.* i. omnium locorum.

e ¶ *Discrimen.* i. differentiam in hoc casu. *sic & ff. de instit. act. l. cum interdum.* aliàs autem quandoque inducitur: *vt ff. de eo quod cer. lo. l. idcoq. & ff. de offic. procons. & leg. l. j. & ij.*

f ¶ *Illuxerit* si modo habeat facultatẽ agẽdi & hoc si in minori ętate cõtingit lęsio, alioqn currit à tẽpore læsionis: *vt arg. ff. qñ act. de pec. est an. l. j. §. annus.* Sed secũdũ Io. qđ accipe quãdo pscriptio cõpleta est cõtra maiorẽ reuersum de absentia, & post modicum tempus. ¶ Arg. tamen contra *s. e. aut si minor.* Sed ibi speciale.

g ¶ *In maiorum.* s. restitutionibus, qui & ipsi iudicis officio iuuantur. aliàs si iure act. de dolo vel quod me. cau. vel simili, habent sua tempora.

h ¶ *Cõtinuatio.* hoc si hic absẽs maior lędat tãto tẽpore secundum Azo. vel maiori, qđ est quadriẽniũ, si verò in minore, illud habet solũ reuersus, & currit ei statim post reuersionem: *vt ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per prætorẽ. §. si cũ feriæ. & §. quot es* & plenè vt ibi dixi in gl. hic quæro & idẽ in minore si lædatur ipse. vt quia res vsucapiatur: & vsucapio cæpit contra prædecessorẽ. Si autẽ lædatur in contractu, minori semper datur quadriennium: maior autem non restituitur in contractu: *vt s. de resti. mili. quæ à patre.* sed in tempore, vt si quid potuit quærere: *vt ff. ex qui. ca. ma. l. Iulianus. §. cum.* Sed quidam dicũt semper dari quadriẽniũ: licet in minori tẽpore sit læsio: *vt diximus s. ti. ij. l. quod tẽpore.* AC. ADD. Vide gl. magnam in hac materia in Cle. j. de res. in inte. quam tñ Bar. hic reprehendit: ideo pro intellectu istius gl. v. hic ipsum Bar. in versi. debes scire. & hic aduerte.

i ¶ *Finiẽdamq. litẽ.* s. in integ. rest. petit. & sic [a] litis cõtestatione nõ perpetuatur: *vt s. e. l. petẽda. §. fin verò. & ff. de mino. l. Papinianus. §. si quis. & s. de dolo. l. fin.* Sed ar. cõtra *ff. de min. l. intra. j. respon.* Sed ibi aduersarius dolo [b] appellauerat vt extẽderetur tẽpus. 2 Itẽ contra *s. e. l. petẽda §. quòd si defensio.* Sed hæc secundũ illã. nã fauore rei hoc cõstituitur: vñ de eo volente vltra retardatur, nõ eo inuito: *vt hic.* Idẽ dico in vtili in rem siue rescissoria quę datur post restitutionem, vt ipsa quadriẽnio finiatur, si nõ sit proposita: *vt j. ti. j. l. fi.* Sed perpetuari potest litis cõtestatione actio rescissoria: cum nulla lex hoc prohibeat: licet quidam cõtra dicant eam non perpetuari, secundùm Azo. Sed. Io. habet eã pro contestata, eo ipso quòd in integrum restitutio est petita.

k ¶ *Omnis minor.* s. infantia, pueritia, adolescentia. Accursius.

l ¶ *Excipiatur.* vt [c] non computetur in ipso quadriennio ipso iure primũ tempus absentiæ, siue mediũ vltimúmve, etiã in minore sicut in maiore diximus *s. ti. ij. c. quo tẽpore.* & est vtile quoad hoc, qa nõ currit tẽp' minoris ætatis, vel iustę absentię, vt de quadriẽnio minuat: *vt diximus s. ti. j. l. j.* Item excipitur tempus quo impedior agere per aduersarium meũ ne agã intra quadriennium: *vt ff. de mino. l. intra.*

m ¶ *Non absimilis sit.* vt sicut demum currit præscriptio quadriennij minoribus post maiorem ætatem: ita maioribus post reuersionem. 2 Vel aliter, Sicut minores conseruantur hodie ipso iure illæsi: sic & maiores. quod placet. sed sicut prædicta tempora iustæ absentię excipiuntur de quadriennio quod datur minoribus, sic de quadriennio quod datur maioribus: vt hic dicit. ¶ Sed an quod alibi dicitur de anno vtili, est per hanc l. correctum? Rñ. non. *ar. j. de appel. l. præcipimus in fin.*

TITVLVS LIIII.

QVIBVS EX CAVSIS maiores in integrum restituantur.

Officium legationis est iusta causa indulgendæ restitutionis in integrum. Bal. Vel sic: Legatis indefensis condemnatis datur restitutio sicut absentibus reip. causa. Sal.

I. *Imp.* ANTONIN. A. *Aemiliano.*

SI propter officium legationis ad me [n] bonæ fidei factæ, absens & indefensus [o] condẽnatus [p] es, instaurationem iudicij [q] iure desideras.

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES in integrum restituantur.

Dixit s. de restitut. mili. specialiter de quibusdã maioribus. s. militib. & reipublicæ causa absentibus: nunc de omnibus etiam de his qui propter rei qualitatem restituuntur: vt in bonæ fidei iudiciis: vt j. e. l. in contractibus.

SI *propter officiũ.*] CASVS. Petebã à te decẽ: litẽ sum tecũ cõtestatus. lite contest. legationis causa aberas: vel qa princeps misit te: vel qa ex causa à ciuitate tua missus es. te citato nec cõparente, cõdẽnatus es. an tibi reuerso det causæ tuæ integra defensio p beneficiũ restit. in integ. qrit? Rñ quòd sic. eo. n. priuilegio vtetur legationis causa absens, quo & reipub. puta Romanorum causa absens. ¶ Ex hac l. no. secundùm Bal. hic quòd in causa ambasiatorũ nõ sunt feriæ à lege indictæ: quia tũc sentẽtia esset ipso iure nulla, nec esset opus remedio restitutionis. 2 Item no. quòd licet quis sit absens causa legationis reipublicæ, tñ citatio facta ad domum valet: licet ei concedatur in integ. restit. Bald.

n ¶ *Ad me.* s. principẽ à ciuitate tua vel à me: qa princeps misit. & quod subiicit: bona fide. s. interueniente ex parte tua: nõ enim hoc studiosè procurasti [d]: *vt ff. eo. l. item hi qui. & l. & qui dat.*

o ¶ *Indefensus.* i. nullo modo defensus. idem si fuit defensus, sed minus [e] legitimè: quia tunc restituitur ad totam causam: *vt s. de procu. l. quia absente.* sed si legitimè defensus fuit, tunc ad appellandum tantùm: *vt ff. de in integ. resti. l. fin.*

p ¶ *Condemnatus.* lite ante absentiam contestata: aliàs [f] nõ posset valere ipso iure definitiua: *vt j. de iudi. l. properandum. §. j.*

q ¶ *Iudicij.* iam cœpti, i. instantiæ.

b Tempus nõ prorogatur propter malitiã appellantis.

c Huius restitutionis tempus an sit cõtinuum an vero vtile.

d Legationis priuilegio non cadit, qui studio eam affectatam.

e Legatus ad principem contra minus legitimum defensus restituitur ad totam causam.

f Legatus absens si condemnatur in tempore legationis condemnatur, ipso iure nulla est sententia.

Reipublica.

a ¶*Reipublicæ causa.* scilicet Romanorum: *vt ff. eo. l. sed & si per prætor. §. fi. & l. legatis.* Et potest distinguere vt diximus supra de pro cura. *l. quia absente.*

Si idcirco.] CASVS. Petebam à te decem. lite contest. captus es ab hostibus: citatione ad domum tuam missa, nec te cõparẽte, cõdẽnat[a] es. an tibi reuerso detur in integ. restitu. ad integrã causæ tuæ defensionem, quæritur? Resp. quòd sic idem est si in carcere pub. vel priua. foret quis detentus.

b ¶*Arbitrum.* id [a] est iudicem ordinarium. *sic* *ȝ. de pæn. l. quisquis.*

¶Sed videtur nõ valere ipso iure, cum[b] non venerit citatio in notitiam absentis: sic nõ est restitutio necessaria? *vt ff. quæ sen. si. ap. l. j. §. item cum.* Sed illud ibi ad maiorẽ exaggerationem. nec citatus ibi fuerat ad domũ: hîc sic vnde setẽtia tenet: quare necessaria est rẽstitutio. 2 Vel potest dici vt loquatur de arbitro cõ promissario cũ præcessit cõuentio: vt etiã vno absente ferrat sententiam: aliàs nõ haberet locũ restitutio: cũ sententia arbitri lata altera parte absente, non valeat: *vt ff. de arbi. l. dic. §. (aliàs est l.) si quis litigatorum, & l. non distinguemus. §. cũ in plures.* 3 Sed prima verior: quia in arbitro &si tenet sentẽtia quo ad cõmissionẽ pœnæ, non[c] tñ ex ea dat actio. vnde nõ restituit contra sententiã, quod hic faciendũ dicit, sed haberet exceptionem in pœna: *vt ff. de arb. l. si cum dies. §. si quis. & de excep. do. l. apud. §. si in arbitrum.*

a Arbiter pro iudice ordinario.

b Citari domi suæ sententię audiendę causa potest, qui custodia detinetur, vt audiat sententiã vel alium a. Bom. cuius modi actus valebit, tamen si possit petere in integrum restitutionem propter ignorantiam. vt hîc. adde Bal. bum[?] dec. 444. Guidonem Pa pæ singularis 5.

† al. Centratio[?] ni.

c Arbitri sententia non parit actionem.

ras, vt ex integro defensionibus tuis vtaris. nam eos quoque vi legationis officio funguntur, in eo priuilegio esse, in quo sunt qui reipublicæ causa[a] absunt, receptum est. PP. V. No. Mar. Duob. & Aspris Coss.

Detento in carcere succurritur, si propterea non potuit comparere: & restituitur in integrum. Bald.

II. *Idem A. Dionysio.*

SI idcirco apud arbitrum[b] præsentiam tui facere non potuisti, quòd sub custodia militari iussu præsidis detinebaris, idque in veritate esse præsidi prouinciæ probaueris: accipies causæ[c] instaurationem. PP XIII. Kal. Octob. Læto & Cereali Coss.

Maioribus in contractibus enormiter læsis, officio iudicis subuenitur. Bald. & Salyc.

III. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. *Proculo decurioni.*

IN contractibus[d] qui bonæ fidei sunt, etiam maioribus officio[e] iudicis causa cognita publica iura subueniunt. Dat. Non. August. Diocletiano & Aristobulo. Coss.

Respublica æquiparatur minori: & ideo habet beneficium restitutionis in integrum. Bald.

IV. *Idem AA. Prisciano.*

c ¶*Causæ.* Item cœptæ: *vt hic. & j. e. l. succurritur. & l. in eadem.*

IN contractibus.] CASVS. Maiorem annis induxisti vt rem suam tibi venderet, quam non aliàs esset distracturus: an sibi subueniatur, quæritur? Resp. quòd sic. sed nõ officio. iudicis restituitur: sed iure actionis datur de dolo, si dolus dedit causam contractui & dic hoc officium quod adhæret actioni, non quod solum officiũ sit. vel pone exemplum. *ȝ. commu. vtriusque iudi. l. maioribus.*

d ¶*In contractibus.* vt in diuisionibus perperam factis: *vt ȝ. comm. vtriusq. iudi. l. maioribus.* 2 Item in venditione[d]. si enim non aliàs venditurum me inducas vt vendam, ago re tradita de dolo: *vt ff. de dolo. l. & elegante. in prin.* si enim & dolo me in precio decepisti: ago actione ex eo contractu: *vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. si venditor. & §. pen. cont. actum. & arg. ȝ. de rescin. vendi. l. si dolo.* si autem non dolo. vt vltra dimidiam me decepisti, & tunc similiter actione ex eo contractu: *vt ȝ. de rescin. vendi. l. ij.* aut non vltra dimidiã, & tunc non agam: *vt ff. de mino. l. in causæ. §. pe.* ¶ Sed an intra quadriennium tantum in secundo & tertio casu? quidam sic. Sed[f] tu dic vsq. ad xxx. an. prout aliàs actio cõpetens durat. ¶Et quod hic appellat officiũ[f], nõ dicit de eo quod est solum de quo dicitur. *ff. de mino. l. quod si mino. §. fi.* sed quod actioni inhæret, de quo tractatur *de re. vendi. per totum. & maximè in l. ostium.* ¶Item ideo dicit bona[g] fidei: quia ibi exuberantior[h] est adhibenda bona fides: *vt insti. de obli. ex consensu. §. fi.* sed in strictis iuris iudiciis agitur de dolo: *vt ff. de do. l. elegantes. §. non solum. in fine*

e ¶*Officio.* re ipsa id est officio ministrante iudici iam cœpti.

d Vẽditor deceptus qualiter subueniatur.

e Vẽditor deceptus vltra dimidiam iusti precii, agit vsque ad xxx. annos.

f Officium iudicis aliud nobile, aliud actione cohærens. Legendã bona fides, vt in textu.

g Bonæ fidei contractus si dem[?] exuberãtiore quisque quã stricti iuris.

h Restitui an possit pupillus pupillus[?] ceps læsus. v. Guidonem l a pæ decis. 301. notat de communi consuetudine instituit.

i adde quæ dam ex C. S. eius[?] tel. 435.

Respublica.] CASVS. Prætor reipubl. ciuitatis Romæ contraxit, & deceptus est: an respub. restitui possit, quæritur? Resp. quòd sic exemplo minoris cui potest comparari respu. Viui.

f ¶*Respublica.* scilicet[h] Romanorum. aliæ enim ciuitates loco priuatorum habentur: *vt ff. de verb. sign. l. eum qui vectigal. & ad Macedon. l. nihil.* ¶Quid de ciuitatibus[a]? idem. *argu. ff. e. l. legatis. & l. sed & si. §. fi.* Sed ille in legatis contra. aliàs videtur secus. sed dic vt infra *de iur. reip. l. rempublicam.* [i] ¶ Item an idem in castro vel villa aliqua. Respon. non[k] puto restitui.

g ¶*Solet* cum in aliquo contractu vel pacto est læsa. Sicut enim minores sunt sub curatoribus[c] & respub. sub administratoribus: *vt hîc, & j. de iur. reipubl. rem. lib. xj. & ȝ. de offic. eius qui vic. al. j.*

RESpublica[f], minorum iure vti solet[g] adeóq. auxilium restitutionis implorare potest[h]. Dat. II. Idus Nouem. Diocletiano & Aristobolo Coss.

Ista lex habet duas lecturas. secundum primam. h. d. Restitutione habita competit vtilis rescissoria, quæ anno finitur. h. d. Secunda lectura hoc intendit: Ad restitutionem in integrum petendam. datur vtilis annus: quo elapso, natiuitas rescissoriæ impeditur: vnde impossibile est quòd rescissoria proponatur. Bal. Vel sic: Captus ab hostibus cum patre & matre, reuersus illis ibi defunctis potest succedere, & eorum bona interim vsucapta potest vindicare vtilis rescissor. a, restitutione præhabita: quæ olim intra annum vtilem, sed hodie quadriennium continuum debet peti: non vsucapta autem ipso iure potest vindicare. h. d. secundum vtranque lectu. sed prima magis amicatur literæ scilicet vt in re vsucapta loquatur. Salyc.

V. *Idem AA. Liciniano.*

SI ab hostibus[i] cum patre ac matre captus, postea his ibi defunctis, leg s Corneliæ[k] beneficio[l] reuersus successiones eorum quæsisti[m]: exemplo vtilis actionis quæ in integrum restitutis datur: cũ

fit. & in ecclesia[a], cum reipublicæ pariter[?] sacr. *ȝ. de sacrosan. eccl. l. fi. & in auth. de non alien. §. finimus. colla. v.* Oeconomi[f] etiã vicem tutorum obtinent: ecclesia[g] ergo pupillorũ vice in an *h. de eccl. tit. §. fin. calls. ix. & ȝ. de epis. & cler. l. orphanotrophos.*

h ¶*Potest.* ¶Sed intra quãtum tempus? quidã perpetuò, quasi sẽper sit pupilla. Tu dic, intra quadriennium à tẽpore actionis. *arg. j. de senten. aduer. fisc. lat. l. j. lib. x.* ADDIT. Vide de hoc text. expressos. *in ȝ. de in integ. restit. lib. xj. & c. j. eod. tit. in Clementi.*

Si ab hostibus.] CASVS. Paterfamilias & vxor & filius capti erant ab hostibus: decessit maritus & vxor in captiuitate: reuers[us] est filius. fictione legis Corneliæ heres est, ac si parentes sui in potestate hostiũ non essẽt effecti, quæ fingit eos mortuos prima hora captiuitatis. quasdã res nõ præscriptas vindicare potest directa rei vindicatione ad exemplum rei vindicationis vtilis: quæ datur ad præscriptas præhabita resti. in integ. & intra annum vtile olim, hodie quadrienniũ. & dic res vindicat non præscriptas q. d. sicut datur vtilis contra possidentes nõ præscriptas. præhabita restitutione, vel vsucaptas. vel pone casum quando inuenit præscriptas. & dic sic, res vindicat præscriptas exemplo &c. id est vtili actione: quæ inducta est ad instar directæ solennis. 2 Vel sic: Exemplo vtilis actionis inductæ ad exemplum vtilis solennis, quæ olim cum solennitate proponebatur: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. omnium.* Viuia.

i ¶*Host. bus.* qui[l] sunt, habes *vt ff. de capt. l. hostes. & adde quod dicit ff. eo. l. ab hostibus. §. non minus.*

k ¶*Legis Corneliæ.* quæ fingit[k] eos mortuos prima hora captiuitatis, & sic liberos: *vt instit. qui. non est permis. face. test. §. fin. & ff. ad legem Falcidiam. l. j. §. j.* Item est hic fictio postliminij similiter, quo recipitur hic filius ac si non fuisset captus, & sic non est seruus: *vt instit. qui. mo ius pa. pote. sol. §. sed si ab hostibus.*

l ¶*Beneficio.* aliud est iure postl. quo ad ea solũ restituitur, quæ tũc habebat antequã esset exul: sed ad successi. onẽ parentũ non. Acc.

m ¶*Quæsisti.* i. es eorum heres. & accipe, res vindicare, &c. Et dic casum duobus modis. Primò quòd sint vsucaptæ: & tunc expone trib. modis. nã tunc vindicabis exemplo vtilis actionis, id est vtile actione rescissoria, quę datur ad exemplum primæ directæ, cui est præscriptũ præ habita restitutione: *vt hic, & ȝ. de postli. reuer. l. ab hostib. captis. & ȝ quibus ex ob. lon. tempo. præscrip. l. ab hostibus. & de rei vindi. l. nullo.* 2 Vel dic exemplum primæ directæ, quæ olim cum solennitate dabatur: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. omnium.* 3 Vel dic, datus vtilis non solennis ad exemplum vtilis solennis. nã vtilis rescissoria dabatur olim cum solennitate, sicut aliæ actiones: hodie sine solennitate: *vt d. §. omnium. & ȝ. e formula. l. j. & ij.* Et quod dicit cũ obiectu &c. ideo est, quia si post reuersionem quadriennio taceas, cùm etiam tantùm ante captiuitatem superesat parentib. tuis: postea non audieris nisi fuerit item contestatus super hac rescissoria restituta: *vt dixi. ȝ. tit. j.*

a Vniuersitates habent beneficium restitutionis in integrum. adde Maran. parte 6. quod interdum qui magis, etc.

b Restituuntur in integrum ecclesiæ & villæ non possunt. Imò possunt atque ita & communiter omnes concludunt. Ciuitates & castra priuilegia Reipublicæ frui, dũ modo talem castrum vel villa habeant iurisdictionem.

c Resp. est subadministratoribus.

d Restitutio in integrum Ecclesiæ possit.

e Argumentũ valet à populo & Repub. ad Ecclesiam dicta d. l. j. de excusa. tut.

f Tutorum vicem obtinent œconomi Ecclesiastici.

g Ecclesia & minor iisdem priuilegiis pariter fruuntur.

h Respublica non semper pupilla quod ad restitutionem attinet. sed intra quadriennium.

i Hostes qui dicantur.

k Fictio mortis & postliminij.

l Rescissoria vtilis actio datur ad exemplum primæ directæ.

& hoc si ponas casum quòd sint vsucaptæ. Sed si ponas secundo modo quòd vsucaptæ nō sunt: tunc vindicabis iure directo, exemplo vtilis, s. rescissoriæ: quæ datur restitutis &c. ac si dicat: Sicut datur directa re non vsucapta: sic vtilis cum effectu re vsucapta præhabita restitutione. Sic ergo annua obiicitur exceptio huic actioni, vt hic. ergo re uerso cōpetit ipso iure, licet inefficax: & est similiter pro hoc ff. *de act. & obligat. l. in bonorariis. §. sed cum.* vbi dicitur eam anno tolli. 2 Alij dicunt eam non nasci aliquo modo nisi præhabita restitutione. ¶ Et quod hic obiicitur[a] exceptioni, exponunt, id est natiuitati huius actionis. Nam obiicitur extunc cum erat restituta & pro eo est hæc lex in eo quòd datur restitutis: ergo non restituendis. sed secundum nos vtriusq. datur, s. restitutis cum effectu, restituēdis sine effectu. Dices ergo hic, restitutis: s. ipso iure per prætorem mortuum, licet sine effectu. Alij dicūt, id est restituendis.

a ¶ *Prohiberis.* vindicare.

a Exceptione obiicere quid sit.

exceptionis annuæ (quæ huic obiici solet) obiectu res vidicare non prohiberis[a] Dat. XVI. Kal. Maij. CC. Coss.

TITVLVS LV.

DE ALIENATIONE iudicij mutandi causa facta.

Facta alienatione ratione mutandi iudicij, possessor potest cōueniri rei vindicatione, quā possessio parit: & alienator potest cōueniri ex edicto de alienatione iudicij ad interesse per actionem in factum, quā parit dolus transferentis in alterum causa mutandi iudicij. Bald.

1. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Attalo* †.

CVM in rem[b] actionem[*] possessio[c] pariat aduersario[d], alienatione[e] etiam iudicij mutandi causa celebrata, in integrum restitutio[f] edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, venum dedit[g], & emptori tradidit: quē elegeris[h], conueniendi tibi tributam esse iure facultatem. Dat. VI. Kalend. Decemb. Viminacij. CC. Coss.

† Catullo. al. Catullio.

* vel remolitionem sic cu vet. le rostam. Cum in rē actioni possessio pariat aduersario, &c. & post ea, intelligis quod si rem &c.

DE ALIENATIOne mutandi iudicij causa facta.

Hæc quoq. est causa restitutionis: & meritò hic ponenda, propter futuram iudiciorum mētionem: & propter tractatum restitutionum s. positum. Acc.

CVm in rem.] CASVS. Rem meam possedisti: timens tibi controuersiam me facturum, eam in potētiorem vendidisti: titulo alienationis tradidisti: qualiter mihi succurratur, quæritur? Resp. quòd agere possum contra possidentem directa rei vindic. vel contra alienantem actione in factum de alie. iud. mut. cau. fact. ad interesse.

b ¶ *Cum in rem.* Quidam habent actionem & aduersarium: & tunc expone, i. facit aduersariū obnoxium, sicut obligatio actionem parit in personam. Alij dicunt, actionem & aduersario: & vtraque bona. Et no. quòd sola possessio non inducit actionem in rem: sed opus est vt & actor habeat dominium vel quasi: *vt ff. de rei vind. l. in rem. in prin.* Vnde dicitur, rei vindicatio[b] est actio quæ competit alicui ratione dominij vel quasi: & possessionis vel quasi: non dico ratione dominij vel quasi tantum, vel possessionis vel quasi tantum: nam oportet quod sit dominus vel quasi: & tu possideat vel quasi. non autem sufficit quòd sit dominus vel quasi: & tu non possideas nec quasi.

b Rei vindicatio vt competat sufficit sola possessio, sed necesse est vt actor habeat dominiū vel quasi.

c ¶ *Possessio.* s. rei.

d ¶ *Aduersario.* i. actori.

e ¶ *Alienatione.* repete, & cum alienatione &c.

f ¶ *Restitutio.* s. actione in factum ex edicto de aliena. iudi. mu. cau. fac. *vt hic, & ff. eo. l. ex hoc. §. ait pretor.* ¶ Et nota tria[c] necessaria ad hoc vt actio in factum locum habeat, scilicet quòd sit res alienata causa mutandi iudicij futuri. 2 Item quòd dolo, vt duriorem mihi constituat aduersarium. 3 Item quòd mea interfit: aliàs hoc locum non habet: *vt ff. eo. l. j. in fi. & l. ij. & iij. in prin. & in fi. & l. item §. j. & l. ex hoc edicto. §. ait prætor.* datur etiam contra alienantem vtilis in rem. cum dolo desiit possidere: *vt ff. de noxa. l. electio. §. item si. & l. si bona fidei. & de petit. here. l. nec vllam. §. pen. & de rei vind. l. sin autem. §. sed & is.*

c Actio in factum ex edicto de alie. iudic. mut. &c. vt locum habeat tria sunt necessaria.

g ¶ *Venundedit.* tribus interuenientibus, vt dixi.

h ¶ *Elegeris.* vel eum qui alienauit, actione in factum prætoria ex hoc edicto: vel possessorē directa rei vindicatione: nec cessat extraordinaria: scilicet in factum, per ordinariam, id est per directam in rem: quod quidam dixerunt, vt prius ordinaria intentetur per l. ff. *de min. l. in causæ. ij. in princip.* quia contra diuersos datur. & expressè hic dicit quam elegeris. Item nec vtilis in rem, quæ datur quia dolo desiit possidere, per directā eadē ratione & alia, quia directa in rem vtilis extraordinaria dicitur respectu rei: non actoris qui iure sui dominij admittitur ad agendū. ¶ Sed an per actionem in factum tollatur directa vel vtilis in rem? Respon. non, cum ad interesse detur tantùm in factum: *vt ff. eo. l. ij. §. ex quibus.*

TITVLVS LVI.

DE RECEPTIS arbitris †.

A sententia arbitri non appellatur quia ex ea actio non oritur, sed metu pœnæ paretur, dummodo cōpromissum sit de iure perfectum: & sententia lata sit intra terminum compromissi. Baldus.

1. *Imp.* ANTONI. A. *Nepotiano.*

EX sentētia arbitri ex cōpromisso iure perfecto[i] adit[k][*] appellari nō posse[l] sępe rescriptū est quia nec iudicati actio[m] inde[n] præstari potest, & ob hoc inuicem pœna promittitur, vt metu[o] eius à placitis nō recedatur. Sed si vltra diem cōpromisso comprehensum iudicatum est, sententia nulla est: nec vllam pœnam committit[p], qui ei non paruerit PP. IX. Kal. Augu. Romæ, Antonino. A. IV. & Balbino Coss.

Qui est contumax in non comparendo coram arbitro, incidit in pœnam compromissi. Baldus.

II. *Impp.* CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA. *Clementi.*

SI cōtra compromissum[q] aduersarius tuus apud electum

† In vno vet. simpliciter inscribitur: De receptis malo tr. h. De receptis arbitris.

DE RECEPTIS arbitris.

Dixit de præparatoriis iudiciorum: sequitur de iudiciis præmittens de arbitriis, quæ ad similitudinem iudiciorum sunt inducta: vt ff. eo. l. j. Accur.

EX sentētia.] CASVS. In controuersia quā mecū habebas, in arbitrū cōpmisimus: lata est sententia cōtra me. volo appellare. an possim, quærit? Resp. quòd non. adeo. n. vilis est sententia arbitri, quòd ex ea nō nascitur actio iudicati: & propter hoc hinc inde pœna consueuit promitti, si iudicato non statur: si autē cōpromisimus vt intra certum tempus sententiā proferret, & eo elapso tulit eam, nō valet adeo, vt si ei vel à te vel à me non stetur, non cōmittatur pœna. ¶ Ex ista l. no. quatuor. Primò not. quòd à sentētia arbitri nō appellatur. 2 Secundò not. quòd ex sententia arbitri non oritur actio iudicati. 3 Tertiò nota quòd in compromissis ideo pœna inseritur, vt metu pœnę laudo pareant. 4 Quartò not. quòd si cōpromissum est tempore limitatū: quod fit vltra terminum, ipso iure non valet, & impunè potest contemni. Bald.

* compromisso. ip addit. sic etiam in omnib. manuscr. & ad dicend. verbū hoc res proprium est non verò adeundi.

i ¶ *Iure perfecto.* s. in quo adsunt quæ adesse oportet: & econtra absunt quæ abesse oportet: maximè quia pœna est hinc inde promissa: *vt ff. e. l. litigatores §. j.*

k ¶ *Adit.* i. electi.

l ¶ *Non posse.* ¶ Contra[a]. *ff. qui satis. cog. l. arbitro. & j. de in l. cum specialis.* Sed ibi ponitur arbiter pro iudice delegato.

m ¶ *Actio.* s. in factum, quæ aliàs datur ex sententia iudicis: *vt j. de re. cre. l. actori.* est ergo hoc. quia vtilis & nulla, non quia digna. ¶ Vel potest esse ratio quare non appellatur: quia appellationis remedio extinguitur pronunciatum: *vt ff. ad Turp. l. j. in fi.* sed cum arbitrium non possit vere dici sententia: *vt ff. ex qui. cau. infa. irro. l. quid ergo. §. ex compromisso.* ergo non potest rescindi per appellationem: *vt ff. de iniuſ. testa. l. nam & si sub. §. j.* ¶ Sed cum quandoque detur actio, (vt quando est expresse, vel decem dierum taciturnitate firmata: *vt infra eo. l. pen. §. j. & ij.*) an potest appellari? Respon. primo casu non, *arg. infra de non nume. pecu. l. si qui.* Secundo non: quia ante x. dies non datur, & sic non appellatur: vt hic. at post sero prouocatur. ¶ Et no. quòd hic est locus argumentandi[b] à communiter accidentibus. accidunt enim sententiæ communiter, vt à qua sententia possit appellari, & ex eadem agi. ergo econtra à quo remouetur vnum, & alterum: sed licet appellari non possit, est tamen quædam species appellandi: *vt ff. eo. l. non distinguemus. §. cum quidam.*

a Appellare à sententia arbitri non licet, vt hic. v. tamen varias extraordinationes apud Socinum Regula 17 & Argumentum à communiter accidentibus an validum sit in iure v. Mat. fil. singul. 17 & l. 17 ... Decerardum ... Caepolam tract. de fundam. ...

n ¶ *Inde.* i. ex sententia arbitri.

o ¶ *Metu.* ergo ea soluta pōtest recedi: *vt in authentica decernit ius.*

p ¶ *Committit.* i. non incidit in obligationem: *vt ff. e. l. si cum. §. si intra. & l. non distinguemus. §. compromisso.* aliàs est versi. sub. *§. summa rei. & §. fi. & l. fi.*

SI contra.] CASVS. Compromisimus tu & ego in arbitrum, inter posita stipulatione pœnali si sententiæ ipsius non staretur. citauit te arbiter, non comparuisti: an in pœnam in compromisso comprehensam incidisti, quæritur: Respon. quòd sic.

q ¶ *Compromissum.* i. contra id quod fuit actum in compromisso. fuit enim

fuit [a] enim actum vt adesset quando arbiter præciperet.

a ¶ *Detrectauit.* i. noluit.

b ¶ *Placitæ pœnæ.* quam placuit imponere, si quis contra præceptum veniret. Accursius.

c ¶ *Obnoxius.* videtur [b] enim non stetisse sententiæ, qui non fecit præsentiam, quo minus arbiter sententiam possit ferre, *vt h. l. & ff. eo. l. si cum dies. §. si arbiter & l. item. (aliàs etsi.) § quis litigatorum. & le. non ex omnibus.*

arbitrū præsentiā suifacere detrectauit [a], placitæ [b] pœnæ videtur obnoxius [c]. PP. VIII. Kal. Ian. Caro & Carino Coss.

Aduersus petitionē pœnæ competit exceptio doli, si per dolū vel sordes fuerit arbitratum. Bal.

III. *Imp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Petronia.*

ARbitrorū ex cōpromisso sententiæ nō obtemperans [d] si sordes vel euidens gratia † eorum qui arbitrati sunt, intercessit: aduersum filiam tuam agentem ex stipulatu [e,*], exceptione doli mali vti poteris [f]: sed ex doli mali clausula [g], quæ compromissi stipulationi subijci solet, si in tuam conuenire [h] non verebæris. PP. III. Id. Ian. ipsis AA. & Coss.

ARbitrorū.] CASVS. Pater cum filia emancipata in controuersia quam inter se habebant, in arbitrum compromisit. condemnatus est pater per sordes arbitri: non vult stare sententiæ: an teneatur soluere pœnam in compromisso cōprehensam, quæritur? Rñ. quòd non. sed contra filiam agentem ex stipulatu ad pœnam, excipiet de dolo. Item potest agere aduersus filiam ad interesse, quando promisit dolum in toto negotio se nō commissuram.

d ¶ *Obtemperans.* s. pater

e ¶ *Ex stipulatu.* s. ad pœnam cum nō paruit sententiæ.

f ¶ *Poteris.* ¶ Imò videtur quòd ipso iure sit tutus, quia sub hac conditione sit compromissum, si non fecerit dolo: *vt ff. eo. l. ita demum. in prin. quæ est contra.* Sol. tacita [c] conditio nō facit negotium conditionale: *vt ff. de cond. & de mon. l. conditiones extrinsecus.* ¶ Item contra videtur non excepi: *vt ff. e. l. diem. §. si. vi. quæ est contra*: sed ibi dicit, nisi sordes &c.

g ¶ *Clausula*: nam cum multa in compromissis promittatur hinc inde inter cætera ponitur quandoq. nullū dolum committi, ex qua clausula agitur: *vt hic & ff. e. l. ita demum. in fi.* ¶ Sed quid si arbiter dolo suo tulit, non dolo partium? dolo dicit statim cum is qui excipit [d] dolum actoris debet probare: quod hic facere non potest: *vt ff. de exce. doli. l. ij. §. j.* Item dolus [e] commissum ab vno, non nocet alij: *vt ff. quæ in fraudem cred. à debitore.* 2 Sed contra puto secundum Bul. quia saltem nunc dolo facit cum pœnam petit: quod sufficit vt dicta exceptio locum habeat *vt ff. de doli exce. l. ij. §. & generaliter, & de act. em. l. si tertius. §. cum per venditorem. & de trib. l. illud. §. si tamen.*

h ¶ *Conuenire.* ad interesse.

Si compromissum fuerit iuratum à partibus & ab arbitro, vel à partibus tantum, vel ab arbitro tantum vel in actis fuerit adsertum, vel cōfessum esse iuratum: ex arbitri sententia condemnatoria oritur actio: ex absolutoria oritur exceptio. secus si iuratum non appareat in actis, licet altera pars, vel arbiter adserat esse iuratum: quia nec alteri parti, nec arbitro creditur. Item si arbitri sententia homologatur, ex sententia arbitri sine pœna electi actio & exceptio oritur. Et dicitur homologari, sine dicat, non improbo: vel non contradico: nam non contradicere, homologationi par est. Baldus.

IIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demostheni præf. præt.*

NE in arbitris cū sacramenti † religione eligēdis periuria committantur [i], & detur licentia perfidis hominibus passim definitiones iudicū [k] eludere: sacratissimo arbitrio & huiusmodi rē censemus esse componend m. Si igitur inter actorem & reū nec non ipsum iudicem [l] fuerit consensum, vt cū sacramenti religione lis procedat, & ipsi quidem litigatores [in scriptis [*]] hoc suis manibus vel per publicas personas [scripserint] vel apud ipsum arbitrū in actis propria voce deposuerint. quod sacramētis præstitis [m] arbiter electus [n] est, hoc etiā addito [o], quòd & ipse arbiter iuramentū præstiterit super lite cū omni veritate dirimenda: eius definitionem validam omnimodo custodiri cēsemus & neque reum neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. ¶ Sin autem de arbitro quidē nihil tale fuerit vel compositū [p], vel scriptū [q], ipsæ autē partes literis hoc manifestauerint, quod iuramenti nexibus se illigauerint [r], vt arbitri sententiæ stetur: & in præsenti [s] casu omnimodo definitionē arbitri immutatā [t] seruari, literis videlicet eorū similē [u] vim obtinentibus: siue ab initio hoc fuerit ab his [x] scriptum, vel præfato modo depositum dum arbiter eligebatur: siue post definitiuam sententiam hoc scriptum inueniatur, quod cum sacramēti religione eius audientiam amplexi sunt, vel quod ea quæ statuta sunt, adimplere iurauerint. ¶ Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis vel depositionibus [y] (vt dictum est) manifestum facientibus, præstiterit [z] iuramentum, quod cum omni veritate liti libramenta [a] imponat: similem esse etiam in præsenti casu prioribus eius definitionē, & eam omnimodo legibus esse vallatam: & in his omnibus [b] casib. liceat vel in factū, vel cōdictionē ex lege [d] vel in rē velle instituere actionē, secundū q facti qualitas postulauerit. Sin aut † in scriptura vel de

NE in arbitris.] CASVS. Innuit hæc lex quod olim arbitrio pœna vallato, adiecto quoque iuramento, licitum fuit soluta pœna recedere à compromisso, & sic periurium committere, & decreta eludere arbitrorum quod absurdum non immeritò videbatur. Obstruens ergo imperator viam periurijs, statuit quod si arbiter de iustè iurauerit, partes verò de parendo simul iurauerint, vel se iurasse scripserint, seu apud acta se iurasse deposuerint, aut partes tantùm, vel arbiter tantùm, & hoc secundum prædictum modum firmauerit: sententia à tali arbitro latam, firmam manere: ex ipsa si ad incertum actum sunt, actionem in factum generalem concedens. Si verò ad certum: condictionem ex hac l. & si forte res petita auctoritate iudicis tradita fuerit, vtilem rei vindi. si à possessione ceciderit. quod si quidem sub prædicta forma arbitrium vel latum non fuerit, nullum erit. In fine verò dicit quod si is non præcedentibus, vel partes subscripserint, vel se non contradicere protestati fuerint: perinde est ac si expressè consenserint, & valebit in omnibus: vt supra dictum est.

i ¶ *Committatur.* al. *J. de fidelita. vel vtilitate tollenda. l. ij.*

k ¶ *Iudicum.* s. arbitrorum *sic & ponitur in authentic. de appel. §. deinceps coll. viij.*

l ¶ *Iudicem.* s. arbitrum.

m ¶ *Præstitis.* vel à se vel à partibus.

n ¶ *Electus.* non aperit an iurauerit vel non sed tantùm scripserunt omnes se iurasse: cui scripturæ creditur? siue sit verum, siue non. *vt alibi ff. de dona. lib. leg. ex bar.* ¶ Et nota quòd primus casus est quando omnes scriptum est iurasse. 2 Secundus, quando partes tantùm. 3 Tertius quando arbitrum tantum. Quartus, quando dicitur ab vno vel vtroque quòd sit iuratum, non tamē scriptum inuenitur.

o ¶ *Addito.* in scriptura arbitri vel publica vel in actis coram se.

p ¶ *Vibus ita e factis vel cōpositum* per se.

q ¶ *Vel scriptum.* per alium.

r ¶ *Se illigauerint.* hec hic aperitur iurauerint: sed dic vt in superiori casu.

s ¶ *In præsenti.* non solùm in superiori casu quando omnes iurauerunt.

t ¶ *Immutatam.* i. immutabilem.

u ¶ *Similem.* supra in proximo casu.

x ¶ *Ab his.* scilicet actore & reo.

y ¶ *Vel depositionibus.* facta scriptura in actis.

z ¶ *Præstiterit.* i. præstitisse dixerit.

a ¶ *Libramenta.* i. finem. Accursius.

b ¶ *Omnibus.* s. tribus casibus. Accur.

c ¶ *In factum.* s. generali de qua dicitur *J. de sacrosanctis eccl. l. sancimus.* & sic non est contra *J. eo. l. j.* ¶ Et dic in factum datur cū agitur ad factum quod est incertum vt cum dixit, decem, aut nouæ dare: condictionem ex hac lege, quando est certum: in rem quando actū est rei vindicatione, vel quando personali. & ex sententia fuit tradita possessio, & postea amissa: *vt ff. de pub. l. j. in fi.* aliàs datur in rem ex sententia lata in personali actione, nisi in casu: *vt in J. de off. iudi. § fin.*

d ¶ *Ex lege.* s. ista.

d

aut depositione nihil tale[a] apparuerit, vna autem pars dicat iuramentum esse præstitum, quatenus arbitrali stetur sententiæ: huiusmodi litigatorum, vel solius arbitri sermones[b] minimè esse credendos: cum & si quis iuramentū datum esse non iudice[c] supposito, nec hoc scriptura partium testáte, cóncesserint: incerti[d] certaminis cōpositio (quæ inter homines imperitos sæpe accidit) nō aliquid vigoris reb. iudicatis inferat: sed in huiusmodi casu hæc obtineat quę veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

IN AVTHENTIC. DE iudicibus. §. quia verò multæ. colla. vj. constitu. x.

Hodie prohibetur fieri compromissum cum iuramento: & licet arbiter iuret, si male iudicat, solùm à deo punitur. Salyc.

DEcernit[f] ius nouū †, nullū sic fieri[g] posse arbitrū, vt cum sacramenti[h] religione iudicet, sed pœnā statuat: qua præstita, liceat à iudicatis recedere. Si contra hoc[i] iudicatum fuerit: iudex qui malè[k] iudicat, si dolo facit, pœnā[l] à Deo expectet: si ignorantia, nihil præter sacram tū ei[m] erit neq. litigatores tuts' dāno afficient,

Finis authenticæ. Sequitur text. l. Codicis.

Si quis † autem post arbitri definitione subscripserit[n], ἐμμένειν vel πληροφορεῖν, vel ἀρέσκειν. Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem[o] vtilius visum est (etsi nō adiecerit[p] ὁμολογῶ:) & sic omnimodo per actionē in factum cum compelli[q] ea facere, quibus consensit. Qualis enim differētia est, si huiusmodi verbis etiam ὁμολογῶ adiiciatur[r], vel huiusmodi vocabulum omnino omittatur[s]? † Si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, imo magis superuacua obseruatio ab aula[t] concessit, & nos quidem nuper legibus à nobis scriptis multa vitia stipulationū, multásque ambages, scrupulósque circuitus correximus[u]: cur nō & huiusmodi[x] scriptura totā formidinem veteris iuris amputamus; vt si quis hæc scripserit, vel vnum ex his, acquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere[k] cum non sit verisimile hęc propter hoc scripsisse, vt tantum non contradicat, sed vt[y] etiam ea impleat, aduersus quæ obuiam ire non potest. Recitata septimo miliario in nouo consistorio palatio Iustiniani, III. Kal. Nouēb. Decio. V.C. Coss.

Ex sententia arbitri pacto nudo & sine pœna assumpti homologata expressè vel tacitè, oritur actio & exceptio. Item coram arbitro fit præscriptionis interruptio, & ex actis ibi probatis coram eo in alio iudicio inter easdem partes fit probatio. hoc dicit tota lex, quæ est notabilis & singularis secundum Bartol. & Bald. Vel sic. Vbi ex sententia arbitri datur exceptio, actori non datur actio: hodie siue expresse siue taciturnitate decem dierum eius sententia sit homologata, actori datur actio, & reo exceptio parte verò reclamante sententia non habet effectum, nisi cum sacramenti religione arbiter fuerit electus. Et per litis contestationem factam coram arbitro interrumpitur præscriptio. Et gesta coram eo probans inter eosdem in iudicio ordinario. Salycetus.

v. *Idem A. Iuliano. P. P.*

CVm antea[*] sancitū fuerat in arbitris eligendis, quos neq. pœna compromissi vallabat, neq. iudex dederat, sed

---

a ¶ *Tale.* de tribus prædictis casibus.

b ¶ *Sermones.* nam vox vnius, vox nullius: vt infra de testi. l. iurisiurandi. [illegible] At iudex ordinarius potest suam sententiam interpretari: vt ff. de appel. [illegible] & argu. supra de iudi. leg. properandum §. [illegible] infra ad legem Corne. de fal. leg. si quis decurio. quæ sunt à parte [illegible] ¶ An ergo potest esse testis[c] iudex vel arbiter de his quæ coram eo acta sunt post sententiam? Dic quod sic, cum non sint prohibiti: vt ff. de testi. leg. j. Et quod hic dicit, est ideo: quia scriptura[d] exigebatur, quæ non aderat: Item erat solus[e]. & pro hoc quòd possit, est ff. de testib. l. ob carmen §. illud quoque. & §. item [illegible] ¶ Sed argum. contra ff. de testi. leg. fina. & hoc notat Azo in summa de testib. §. habetur. Sed prima placet. ADDITIO. Distingue: aut iudex assumitur vt testis in causa donec est iudex vel arbiter: & non potest, ne duplici fungatur officio: vt leg. quisquis. supra de postu. aut postquam causa est finita & tunc si quidem assumitur vt testis super processu, valet eius testimonium: vt dicta l. ob carmen. §. illud quoque. nisi ei obstaret quòd esset solus, vel quòd scriptura non esset facta: vt hac l. aut assumitur ad testificandum super iustitia sententiæ suę, & non potest quia suspectus est: argum. l. eos. in princ. infra de appella. & de hoc per glos. & Innoc. extra de testib. c. cum à nobis. & c. dilecto filio. & de electi. cum dilectus.

c ¶ *Iudice.* id est arbitro. & est sensus: etsi cōstat iuratum, tamen non est scriptum coram arbitro à notario, nec à partibus: nec præiudicat. vis est ergo in scriptura.

d ¶ *Incerti.* incertum dicitur, quia eius effectus non est certus: imò ecótra est certum quòd nullum effectum habeat.

e ¶ *Sanxerunt.* vt partes non teneantur stare, nisi esset pœna apposita: vt supra eo. l. j.

f ¶ DEcernit. Hęc authētica corrigit hanc legem vsque ad §. finalē vt hodie non iuretur. & est ex authentic. de iudi. §. quia vero multæ, coll. vj. & habēt hic quidam, decernimus: & alias decernit, scilicet noua constitutio, CASVS. Hæc authentica corrigit l. C. in eo quòd dicebat posse arbitrum eligi cum iureiurando. hæc prohibet quòd nullus arbiter eligatur cum iuramento sed cum pœna. postea imponit pœnam ibi, si contra factum fuerit. ¶ Nota ex illa l. quòd [illegible] potest reprobare iuramentum. Secundò nota casum in quo arbiter malè iudicans non facit litem suam. Tertiò nota casum in quo dolus non punitur nisi à Deo, secundum Baldum.

g ¶ *Fieri.* id est eligi.

h ¶ *Sacramenti.* præstiti à [illegible] se vel à partibus secūdùm Azo. & Io. vt hic: & indefinitè dicit. & secundū hoc habes in fine, eis. sed B. à se arbitro præstiti tantùm, & pro eo est finis huius authēticæ, prout habes ei. sic ergo secundum cum partes non prohibentur iurare. ¶ Sed quid si pœna * & iusiurandum sit præstitū respondent quidam non valere: quia contra legem factum est: vt supra de legi. & consti. leg. non dubium. Sed Ioa. contra quasi forma seu qualitas arbitrij sit improbata, non substantia: nam compromitti non est prohibitum: sed sic compromitti prohibitum est: vt argum. ff. de condit. institu. l. quæ sub conditione. §. quotiens. sic & matrimonij nimia[c] festinatio punitur, sed matrimonium non cassatur: vt in authen. de resti. & ea quæ pa. §. vnum. coll. iiij. & j. de secun. nup. l. j.

i ¶ *Hoc prohibitum.* à lege. Accursius.

k ¶ *Malè.* Quid si benè? dicunt quidam valere. Tu dic quòd non: vt argu. ff. de re mili. l. iiij. §. in bello. Accursius.

l ¶ *Pœnam.* periurij: vt j de iureiur. l. ij.

m ¶ *Ei.* quidam habent eis, scilicet partib[9]: quia vna alteram vocabit per iuram: non autem sententia arbitri pariet aliquam actionem de his quæ dicantur in l. ne in arbitris. §. sed & si ipse. & sic est pro Martino & Ioan. Alij habent ei, scilicet arbitro, & sic pro Barto. ¶ Et secundum hanc est cōtra supra de pac. l. e. si quis in conscribendo. in fi. Solu. hic speciale in odium eorum qui fecerunt iurare arbitrum; alias facit litem suam: vt ibi. ADDITIO. Aduerte quòd hæc authen. habet locum in arbitro, non in arbitratore: ille[d] enim potest assumi cum iureiurando: vt cap. Quintanallis. extra de iureiur. & l. si libertus. in f. ff. de ope. liber.

n ¶ *Si quis subscripserit.* hoc est Græcum quod sonat: id est permanere, stare.

o ¶ *Consuetudinem.* hæc enim lex facta fuit in ciuitate Constantinopolitana, vbi loquuntur homines Græcis verbis. Accursius.

p ¶ *Adiecerit.* & hoc Græcū homologo. i. confirmo, vel laudo.

q ¶ *Compelli.* dicit hic lr. loqui quando fuit iuratum & scriptum quod non placet: quia tunc valeret secundum hanc legem etiam sine huius confirmatione.

r ¶ *Adiiciatur.* id est non contradico.

s ¶ *Omittatur.* scilicet confirmo & laudo.

t ¶ *Ab aula.* id[f] est à iure, quod fit in aula: & sic ponitur[g] id in quo fit, pro eo quod fit.

u ¶ *Correximus.* vt infra de cōtrahen. stipula. l. scrupulosam & l. magnā. & l. omnes.

x ¶ *Huiusmodi.* i. hac lege.: Vel dic. i. hoc verbū, non contradico.

y ¶ *Sed vt.* sic ergo non est hic simplex[h] abnutiuum, sed curare debet & seruare: vt ff. de verbo. obli. l. inter stipulantem. in princ.

CVm antea. j CASVS. Petebam à te x. negabas te mihi debere. compromisimus in arbitrum sine pœna. olim obtinuit quòd

[illegible marginal notes]

a Arbitrio si pœna simul & iuramentum adiicitur [illegible]

c Matrimonij non est cum festinatione contrahendi.

d Arbiter [illegible] iurando [illegible]

e Homologo quid.

f Ab aula recedere quid.

g Metaphora.

h Abnutiuum simplex quid.

a ¶ *Personæ.* vt pater[a] in bonis filij aduētitiis: *vt j. de bo. ma. l. j.* Item actor minoris decreto constitutus: *vt s. de procura. l. neque.* Item orphanotrophi & similes, vt syndicus: *vt s. dixi. de epi. & cler. l. orphanotrophos. & ff. quod cuiusque vniuer. nomi. l. item. §. actor.* Verùm in filio[b] potest probabiliter distingui, agat pater vel conueniatur nomine filij: & tunc iuret de calumnia pater. An filius agat vel conueniatur, quod esse potest de auctoritate patris: *vt j. de bo. quæ libe. l. j. §. fi.* & tunc filius iurabit de calumnia, si aliàs habeat legitimam ætatem, quia maior est. In castrensi autē vel quasi & aliis quæ tantùm ipsi filio acquiruntur, dico ipsum filium iurare: *vt ff. ad Maced. l. j. & ff. de act. & oblig. l. filius fami.* cum consensu tamen patris: *vt ff. de bo. quæ libe. l. fin. §. j.* ¶ Item cum in causa[c] momentaneæ possessionis seruus[d] & pupillus, & quilibet extraneus admittitur: *vt supra si per vim vel alio. leg. j.* numquid de calumnia iurabunt? Respon. sic, arg. *supra qui ven. æta. im. pe. l. j.*

b An & quando pater aut filius iurare de calumnia cogantur.

* In vet. plerisq. legitur, sententia. re ctiùs. hæc enim erat verum iurãdi formula, vt & apud Athenienses auctore Polluce ... Cont ...

Et licet veræ causæ natura ... forsitan alia sit: tamen &c.

c In causis momentaneæ possessionis serui pupilli, extranei admittuntur.

quędam sint personę[a], quæ administrationem alienarum rerum authoritate legitima gerunt. Conuenit enim & ipsos iureiurando[b] affici quia ipsi causam[c] scientes, ita ad eam[d] perueniunt[e]. neque enim pupillus, neque adultus, vel aliæ huiusmodi personæ, sed ipsi qui pro eis tutelam vel curam vel aliam legitimam gerunt administrationem, scire[f] possunt causam[g], & ita ad iudicium peruenire, eo quod[h] ex animi sui scientia[i] * iurent. Et licet veræ causæ[k] † natura alia forsitan est: tamen quos quisque credit & existimat[l], hoc est * iurandum. Omnibus aliis iuramentis, quæ vel ex præteritis[m] descendunt legibus, vel à nobis[n] disposita sunt, in sua firmitate duraturis.

Quando causa per procuratorem agitatur, siue ex parte actoris, siue rei: principalis debet de calumnia iurare. Salyc.

Sin autem absfuerit † alterutra pars[o], & per procuratorem causa eius agitetur *: non ante licentiã[p] habeat actor litē exercendã suo procuratori

b ¶ *Iureiurando.* scilicet isto, secus in iuramento in litem: *vt ff. de in litem iur. l. videamus.*
c ¶ *Causam.* id est iustitiam causæ.
d ¶ *Eam* scilicet causam.
e ¶ *Perueniunt.* iurando prius.
f ¶ *Scire possunt.* Et hoc dicunt quidam si[e] adultus scit veritatem melius quàm curator[f], quod ipse de calumnia iuret: *vt ff. de admi. tut. l. j. §. sufficit. & de auct. tut. leg. accipientis. & supra de procura. leg. fin. & infra de act. præstan. l. item.* secus[g] in pupillo: *et argu. infra de fals. mo. l. j. in fin. & ff. de iureiuran. qui iurasse. iol. quis scienti as. &c.* (Sed arg. contra id quod dictum est de pupillo *ff. de libe. cau. l. fi.* ¶ Sed quid secundū eos si adultus vel curator sciant æqualiter, quis eorum iurat? Resp. ille qui conuenitur: vt dicit lex de admini. tut. l. j. §. *sufficit.* Sed tu dic quòd nũquam minor[h] de calumnia iuret, quia hoc iuramentũ[i] cadit tantùm in legitimam personam. & ideo dicit quòd tutor vel curator sciunt causam, id est qualitate causæ, sit iusta vel nonsed minor non: licet sciat factum ita benè vt curator. Nec obstat quod dixi, quod potest cum conuenire auctoritate curatoris: quia & tunc curator iurat. sic ergo alius agit, & alius iurat. Sed responde, tutor agere videtur cum auctoritatem præstat: *vt s. de ve. iur. enu. l. j. §. omnium meritis.* ¶ An autē de[k] veritate dicenda iuret? Respon. sic secundùm Ir. & Ioan. & nos: *vt supra de hæret. quoniam. in fin. & infra de quæstio. l. interrogari. & ff. ne. ... l. Marcellus. §. j. & ff. ad Silania. l. j. § impubes.* Item quia restituitur contra confessionem: ergo interrogatur. *vt ff. de confes. certum. §. pe. & dixi. de hoc. s. le. proxi. in fin.* Item dico in filio, cuius nomine conuenitur pater: & in seruo, cuius nomine conuenitur dominus: & monacho & conuerso, ex quorum facto conuenitur vel agit abbas vel prælatus, licet non sic eorum nomine conueniatur vt prædicti. ¶ Item not. quòd cum quæritur de veritate[l] palam respondetur, non secretè: sed nec quæretur ab eo, an credat vel non, sed an ita sit vel non: vt & à teste. ¶ Item quid[m] si aliquis se minorem dicens, vel curatorem constituere ad causam: & aduersarius neget: an super hoc de calumnia iuretur? Respon. sic. *argu. ff. de iudi. l. si quis ex aliis ... si quis in ius vo. non ie. l. ... & j. qui. tu. da. ... l. j. & ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ei qui.* 2 Vel dic iurari de calumnia in facto principali sub hac exceptione, si maior sit[n]. *arg. ff. de dam. infect. præto. §. si controuersia. & l. inter. §. fin.*

g ¶ *Causa.* id est iustitiam causæ.
h ¶ *Eo quod.* quasi diceret, videtur quòd adultus iuret, si melius scit factum, quàm curator: sed certè imò curator, eo quòd, &c.
i ¶ *Scientia.* id est conscientia suæ credulitatis, non de veritate facti. Vel dic quam habent circa iustitiam causæ.
k ¶ *Causæ.* scilicet factum.
l ¶ *Existimat.* sic & quoddam aliud est de credulitate: *vt in authent. vt hi qui ob. se habe. perbi. §. vt authent. coll. vj.* secus[a] in sacramento testis: *vt j. de testib. sesium. & in authen. de here. & Falci. §. hinc nobis. colla. j.* licet quidam dicant in sacramento testis debere inseri etiam de credulitate, per prædict. authen. ¶ Item not. quod ex hoc quod est hic, inducta est generalis consuetudo quę rendi, credis hoc, vel non? cum per eam tollatur onus probandi ei pro quo est inductum[*] hoc sacramentum: *vt s. authen. in isto.* Sed videtur quòd non tenetur ad hoc respondere: cum non iurauerit, nisi super tribus: *vt in princip. l. & in authen. contra. tur.* Respondeo: Debet ita fieri: credis super hoc titulo aliquam debere tibi fieri probationem? Sed consuetudo generalis admisit vt dixi: & etiam quidam iudices adiiciunt, quòd non vetetur falsa charta vel teste. sed de iure fieri non debet: cum, vt tantùm tria capitula sint. Et sunt de hoc versus:

Illud iuretur, quòd lis sibi iusta videtur.
Et si quæritur, verum non inficietur.
Nil promittetur, nec falsa probatio detur.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Hoc vltimum potest probari per. l. j. s. eo. j. respon. ¶ Item quid si ita est incertus interrogatus, quòd non potest applicare animum magis ad votum, quàm ad aliud: vt in hoc exemplo: Credis illum qui est vltra mare, viuere, an non? Respon. secundum Albertum & omnes, quòd potest respondere, dubito: [b] & tunc debet dari tempus ad deliberandum. *argu. ff. de peti. here. l. si debitor. & infra de except. si quidem & ff. de iureiuran. l. insiurandum & ad pecunias ibi, quid tamen si ideo, & c. ff. de interrog. act. l. qui interrogatur.* (licet sit argu. contra in eod titu. l. de ætate. §. nihil) Sed quidam iudices minus periti semper compellunt eos respondere, credere, vel non: per hoc quod legitur hic. & tunc do consilium respondenti, quod præmissa[c] negatione respondeat: vt, non credo eum viuere. quia non sequitur, ergo credis eum mortuum esse: quia potest esse quòd non credo eum viuere, nec credo eum mortuum esse. Sed si postponas negationem, vt credo eum non viuere: benè sequitur: ergo credis eum mortuum. & sic posses incurrere periurium. ¶ Sic ergo not. quòd non tenetur ad[d] omnia respondere. nam non ad incerta[e] prorsus, vt dixi. 2 Item non ad ea de quibus non fuit intellectum in iuramento. 3 Vt de his quæ non faciunt ad causam: *vt ff. de nox. l. quotiens. §. fina. & de iureiuran. l. qui iu. isse. §. & inf. de proba. l. ad probationē. & infra. ad exhibend. l. j.* ¶ Item nec ad eam, per quã esset contrarius præcedenti interrogationi, ne incidat in periurium, & faciat sibi præiudiciũ: *vt arg. ff. de peti. hered. l. si qui liber. §. fin.* 5 ¶ Item non de facto alieno: *vt ff. re. amod. Marcellus. §. j.* quod dicunt quidam, sed malè. 6 Item dicunt, si quæstio sit iuris, verum ita sit de iure an non: *argu. ff. de iur. & fact. igno. l. j.* (Sed argu. contra. ff. de iureiuran. l. fina.) 7 ¶ Item videtur quòd de negatiua non sit quærendum, cum enim probari non potest[f]: *vt infra de proba. actor.* & ea sunt possibilia, quæ probabilia sunt: cum in locum probationum sint istæ interrogationes inductæ: *vt in authen. de his qui ingre. ad appel. §. si. colla. v.* & quia propter exonerationem probationis est inductum hoc sacramentum, & interrogationes: & ideo semper interrogatur prius interrogans an ita credat, vt per hoc exoneretur interrogatus, vt quærens non quærat calũniose. Licet dixit de denegatiuis non quæri: tamen iudex debet quærere sine positione quærentis, quando sibi videtur: *vt ff. de interrog. act. l. penult.* & accipe exemplum in exceptione non numer. pec. *vt infra de non. nume. pec. l. in contractibus. in princ.* 8 Item nunquid sæpius de eodem poterit quis interrogari? potest enim esse quòd prius non credebat, nunc apertis testibus credit: & dico quòd potest[g]. Sed argu. contra supra authentica in isto.

m ¶ *Ex præteritis.* vt sacramentum in litem, & veritatis, & testis.
n ¶ *A nobis.* vt iudicis aduocati: *vt j. eo titu. j. l. rē non nouam. in princ. & §. patroni.* Accursius.
o ¶ *Pars.* scilicet rei, vel actoris. Accur.
p ¶ *Licentiam.* videtur quòd ad litis contestationem & narrationem & interrogationes non possit quis dare procuratorem, sunt enim

d Dic vt quia agitur de facto ipsius adulti. Pau.
e Utrum pupillus iuret de calumnia.
f Minor nunquam iurat de calumnia.
i Calumnię iuramentum cadit in legitimam personam.
k Quinam interrogentur de veritate dicenda.
l In causis veritatis dicendæ quemadmodum qui interrogatur vel respondere cogatur.
m Minor qui de calumnia cogi tur, minor volens cõstituere procuratorem.
n Istud dicit glo. est valde singulare secundum Pau. hic. ad hoc quod actor debeat audiri & quod iudex debet ipsum compellere ad iurandum cum eo modo prædicto in glo. &c.

a Testis per verbum credo deponens non probat. ...
* esse.
* Concor cũ hoc ... glo. ...
b Testis ... potest.
c Nota ... dubitare non est negare ... credo eum non viuere ... potest ... fatetur se credere mortuum ...
d Nota iudex ... interrogatum ... ponderet ...
e Nota ... cogatur.
f Hoc ... negatiua ... probari ...
g Alius casus ... Castrensis hic.

enim ista antequam iuretur de calumnia: *vt supra ea. l. in princip.* Resp. imò potest, *vt ff. de procura. l. sed etiam ex his & l. non solum. in princip.* & quod hic dicit, est intelligendum cum sic vult dare procuratorem, vt totam causam debeat explicare vsque ad finem. Vel dic lite contestata cum domino non constituit procuratorem. nisi primo dominus subeat sacramentū calumniæ. & intellige hoc quando constabat de mandato. & ita in §. hoc etiam. loquitur quādo dubitabatur de mandato. Acc.

a Procurator ad litem contestandam non cogitur, & interrogationibus potest.

mandare[a], nisi prius actis[b] interuenientibus in prouincia in qua degit[c], sacramentum calumniæ subeat.[d] Similique modo si reus absfuerit, & forsitan per iudicatum[e] solui stipulationem procuratorem[f] ordinauerit, vel defensor[g] pro eo interuenerit: & ipse[h] vel præsente actore per se, vel per instructum[i] procuratorem, vel etiam absente[k] eo (si hoc iudex perspexerit) inter acta iuramentum præstet, quod[l] reum dare antea[m] dispositum est.

Sacramentum calumniæ non potest à partibus remitti: quia est introductum pro publica vtilitate: & quia dolus futurus remitti non potest. Bald.

4 ¶ Sed quia veremur ne forsitan quidam collusione[n] aliqua vtentes, * remittere videantur[o] inter se huiusmodi sacramentum, & ex prædicta dissimulatione[p] nostram sanctionem deludant: sancimus[q],

a ¶*Mandare.* s. vt procedat vltra litis contestationem.

b ¶*Actis.* s. coram iudice illius terræ.

c ¶*Degit.* siue degit in ea in qua sit lis, siue in alia.

d ¶*Subeat.* hoc iureiurando ab vtraq; parte præstito, nō videtur habere locū de rato cautio: sed[b] certè imò habet *j. ea. l. §. hoc etiam. & j. de his qui ad ecclesiam confu. l. final. & dixi plenè. ff. de procurato. l. Pomponius. §. sed & his.* Non enim eo ipso quòd iurat dominus de calumnia, personam procuratoris cōfirmat: ideo etiam post iuramentum præstitū procurator qui satisdederat de rato, conueniri poterit ad interesse, si dominus ratum non habet. ¶Item cum procurator non iurat: *vt l. quoties. §. si tutor.* nónne calumniosè per dilationes, & faciet interrogationes: Respond. iudex cum cautela[c] det, & inquirat à domino si præsens est: aliàs inquirit an dolosè absit. ¶Item not. quòd hoc verū in simplici procuratore: secus[d] de eo qui factus est in rem suam, qui iurat cum propriam fouet causam: *vt supra de procur. l. qui stipendia. ff. quando app. sit. l. j. §. in proprie.* nisi possit melius veritas sciri per dominum: *vt supra de procur. l. fi.* siue ex parte actoris sit, siue rei. tamen quidam[e] dicunt quòd ex parte rei non fit procurator in rem suam inuito actore: *vt ff. de procurat. l. si actor.* Nos autem contra: *vt ff. fami. ercisc. plane.* Sed P. distinguebat[f] an intenderet vtilem nomine suo. quod potest: *vt infra ad leg. l. ex legato.* & tunc iuret, an directam nomine domini: tunc non. Sed argumen. contra. *ff. de procurat. non solum. § sed interdum.* sed secundùm R. & M. nunquam procurator iurat: sed dominus semper. si autem non est in rem suam, procurator rei, aut dominus pro eo satisdat: & tunc non iurat: *vt hic.* Aut ipsemet, & tunc sic, ad instar fideiussoris, quem constat de calumnia iurare. Nec obstat infra proxim. ibi, vel defensor, &c nam ibi dominus pro eo promiserat iudicatum solui. Sed tu potes dicere aliter vt dixi. *ff. de procur. l. non solum. in princip.* Item huic. §. est contra. ff. de damni infec. l. qui bona. §. si alieno. sed ibi est speciale, vel corrigitur. vel extra iudicium præstabatur ibi. Accursi. ADDITIO. Tu dic quòd ibi loquitur de iuramento calumniæ inuento per hanc l. ad solennizandum iudicium. quia istud non præstatur per procuratorem, sed per dominum: vt hic: sed loquitur in alio inuento per iura vetera, quod pluries præstabatur in causa ad remouendum calumnias, & illud poterat præstari etiam per procuratorem ad excludendum calumniam suam, secundum Pau. de Cast. hic.

e ¶*Iudicatum.* quia dominus mandauit procuratori vt defenderet eum, & satisdedit pro eo iudicatum solui.

f ¶*Procuratorem.* s. cum mandato.

g ¶*Vel defensor.* sine mandato.

h ¶*Et ipse.* repete, nō aliter valet ordinatio procuratoris: vel defensor: nō aliter admittitur nisi & ipse, &c.

i ¶*Instructum.* ab actore præsente, vel verius præsente ad locum vbi reus iurat.

k ¶*Vel etiam absente.* omnino per contumaciam: aliàs actori[h] defertur sacramentum calumniæ etiam in absentia: *vt supra authentic. principales.* sicut etiam testibus, *vt infra de fide instrum. l. iudices.*

l ¶*Quod.* s. iuramentum.

b Iuramento de calumnia præstito cauere de rato procuratore dominus cogitur & cus.

* abstentes. c Nihil estrado dic quòd licet iuramentum de calūnia quod habet solenni vateprocessū, debeat præstari per dominū, attamen etiam ipse procurator iurabit de calumnia sua, secundum Pau.

d Ista distinctio non placet scribenti hic.

e Procurator in rem suam iurare cogitur nisi veritas melius sciri possit per dominum.

f Verū ex parte rei licet possit procurator in rē suam inuito actore.

g Et ita iuramentum de calumnia per fid. potest per procuratorem. vide Andr. Gayl. lib. 6. obs. [illegible]

a An iuramentum calumniæ præstari potest per procuratorem vel [illegible] Romanum [illegible] & in consuetudine procuratorem non iurans de calumnia nocet domino. Item an Procurator sit falsus de calumnia iurare tenetur. vide Andr. Gayl. obs. 69. 90.

h Absente reo iuramentum calumniæ actori deferri potest.

m ¶*Antea.* i. in principio huius legis. Acc.

n ¶*Collusione.* quia fingunt se iurasse, & non iurauerunt.

o ¶*Videantur.* i. remittant.

p ¶*Dissimulatione.* simulant non calumniosè agere.

q ¶*Sancimus.* ex cōpromisso. Sic ergo not. quòd coram[a] arbitro iuratur de calumnia: *vt infra titu. j. l. rem non nouam. & ff. de arbitr. l. j.*

omnes iudices, licet ex compromisso cognoscant, vigorem suum exercentes (quia[r] non pro commodo priuatorum, sed pro communi vtilitate præsentem legem posuimus) minimè † pati tale sacramentum remitti[f], sed omnimodo hoc & ab actore & à fugiente exigi: ne paulatim videatur huius mod. res defraudari, & sacramentum vel principalium personarum vel aduocatorum ex quacunq. parte mutilari.[t]

Qui propter dubium mandati est admissus cum cautione rati, non releuatur quia principalem suum debeat facere iurare de calumnia intra tempus à iudice statuendum. Sal.

¶ Hoc etiam[u] huic legi addendū esse cēsemus, * vt si quis pro alio litem mouere voluerit, & nullo mandato[x] prolato, sed per fideiussionem[y] ratam rem dominū habiturum, suam

¶ Sed nunquid si fuit à principio omissum[b] tacitè, post poterit peti quacunque hora iudicij vt iuretur? Respond. sic: *vt ff. de damn. infect. l. qui bona. §. penul.* & quod in hac l. in principio dicitur, quòd à principio est iurandum: verum est si deferatur.[c] ¶Item an iurando[d] de calumnia videtur litis contestatio fieri? Respond. non, quia istud iuramētū fit post[e] litem contestatam: *vt j. eo. in princ.*

r ¶*Quia.* videbatur enim quòd istud iuramentum de quo tractatur supra, sit inductum pro priuatis tantùm: & sic posset remitti[f]: sed certè non est inductum pro priuatis tātùm, imò ob publicam vtilitatem.

f ¶*Remitti.* Cōtra. j. de pact. si quis in conscribendo. Sed istud est inductum ob publicam vtilitatem. *vt aliàs. ff. de post. l. si quos.* ¶Item hoc est verum quòd non potest remitti expressè:[g] tacitè[h] autem potest secundùm Ioan. & M. cum demum exactum præstatur: *vt ff. de non. oper. nun. de pupillo. §. qui opus. & ff. de iureiur. ad d. l. iusiurandum. §. qui iusiurandum.* sic & aliàs plus valet tacita permissio, quàm expressa: *vt ff. de pro. ar. filiusfam. & penul.* & tacita prohibitio quàm expressa: *vt ff. de solut. vero procuratori. & l. si quis stipulatus fuerit. x. in vsille.* & secundùm hoc tacitè omisso iuramento calumniæ valet nihilominus sententia: & est necesse quòd appelletur. Sed Azo dicit etiam tacitè non posse remitti, & sic sententiam non valere quasi contra solitum ordinem iudiciorum latam: *vt infra de sent. & interlo. l. prolatam. & infra de lit. contestat. authenti. offeratur.*[i] ¶De patrono & de patre dic vt dixi supra ea. l. in princip. ¶Item quid de clericis? M. dicit quòd non iurant: *vt supra de epis. op. & cler. l. cum clericis. §. quod si su. & in Lombarda titul. de aduocatis & vicedo. l. honor. & l. quicunque. & l. quoniam.* Sed certè illa, cum clericis. dicit in sacramento iudicio sisti. Item in spiritualibus constat quòd non est iurandum. *vt dicit decret. extra de iuramen. calum. c. literas.* sed in alijs dico clericum iurare: *vt in prædicto titu. de iureiurand. c. penul. & fina.* Alij distinxerunt an agat siue conueniatur clericus de suo facto: vt tunc iuret, cum inueniatur eum purgare debere suam innocentiam: *vt infra de his qui ad eccles. confu. l. præsenti. §. sanè. & aliàs argument. infra de testib. seruos.* Aut de facto ecclesiæ, & tunc si de spiritualibus vt de decimis, primitijs, & similibus: tunc non iuretur. si de aliis, puta vinea, iuret nō per se, sed per alium: *vt extra de iuram. calum. inhærentes & ca. in pertractando. & in Lombarda in d. l. quoniā. & supra de episcop. & cleri. cum clericus.* ¶ Item sacramentum[k] testis puto etiam expressè remitti, secundùm Azo. *vt argu. ff. de f. r. l. j.* sed H. idem quod in isto. Item à principe hoc potest remitti. si huius legis faciat mentionem: *vt ff. de lega. iij. si quis. in princip.* Vt vni remissum, alteri prosit: *vt ff. quod quisque iud. j. & l. si quis. in princip. & infra de fruct. & lit. expen. l. fina.* ¶Item quid si aduersarius dicit per mendacium tale rescriptum impetratum, vel fortè falsum? Dico super hoc etiam impetrantem iurare de calumnia: *vt argument. de in ius voc. si quoque. & ff. si quis in ius vocat. non ie. l. y. & ff. si quis cautio. si eam. in princip.*

t ¶*Mutilari.* i. e. *ff. de pact. l. ius publicum.* Et dic mutilari, i. annihilari.

u ¶*Hoc etiam.* nō solum supra dicta: sed etiā hoc addimus.

x ¶*Nullo mandato.* prolato vel probato, allegato tamē, aliàs cōtra supra de proc. l. j.

y ¶*Fideiussionem.* vnde videtur iusiurādum cessare, sed nō cessat.

a Iuratur de calumnia etiā corā arbitro.

b Iuramentū calumniæ omissum postea repeti potest.

† Iuramentū calumniæ ad sit de substantia iudicij, etiā in Camera Imperiali [illegible] Gayl. [illegible]

d In iureiurando de calumnia lis non contestatur.

e Iuratur de calumnia lite contestata. *sancimus.*

f Iuramentū calumniæ inductum est ob publicam vtilitatem ideóque remitti non potest.

g Iuramentū calumniæ per expressam pactum conuentionem remitti non potest. est enim introductum ad publicam vtilitatem, ideóque pacto remitti non potest. *l. ius publicum. ff. de pactis. c. si diligenti de foro competenti.* iuramentum verò testis remitti potest. est enim inductū in priuatā vtilitatē partium. Idéoq. facilè remitti potest. An autem iuramentum calumniæ remitti possit consuetudine, vel statuto, vide Gayl. I. Obs. 89.

h Tacitè potest remitti [illegible]

i Hoc hodie decisum iure canonico in c. 1. § 1. de iuram. calum. lib. vj.

k Iuramentū testis [illegible] remitti potest.

personã firmauerit [a]: ne vel ex hac machinatione [b] lex circunscribi [c] videatur: sancimus, si quid tale in posterum emerserit (siue pro vna persona quis litem mouere voluerit, siue pro aliquo corpore [d], vel vico, vel alia vniuersitate) fideiussionem [e] quidem solitam prestare, litem autem vlterius minimè procedere [f], nisi intra † à iudice statuendum [g] tempus faciat personas principales [h] sacramentum subire, vel præsente aduersario (si hoc maluerit [i] vel alio [k] pro eo [l] agẽte, vel penitus altera parte cessante, inter acta apud defensorem locorum huiusmodi sacramentum calumniç, vel ab ipso pro quo agitur [m], vel à plurima [n] parte vel idonea [o] vniuersitatis procedat.

Si actor non vult iurare de calumnia, cadit ab actione. reus verò nolens iurare, habetur pro confesso. Bald.

Quòd si actor noluerit sacramentũ calumniæ subire, & hoc legitimè fuerit approbatũ: [p] non liceat ei penitus ad litem peruenire, sed cadat [q] ab instituta actione quasi improbus litigator, & tristitia [r] iudicum ei cũ summa interminatione occurrat, & à iudicio eum quàm longissimè expellat. Sin autem [s] reus hoc sacramẽtum subire recusauerit: † his capitulis quæ narratione [t] * cõprehensa sunt, pro cõfesso [u] habeatur: & liceat iudici sententiã proferre, quẽadmodum ei ipsa rei [x] qualitas suggesserit. Sic enim non lites solum, sed etiã calumniatores minuentur: sic pro iudicijs putabũt sese homines in sacarijs † sisti. Si * enim & ipsæ pricipales litigantium partes per iuramẽtum lites exerceant, & causarũ patroni præbeant sacramentũ, & ipsis iudices propositis sacrosanctis scripturis tam causæ totius faciant examinationẽ, quã suum proferant arbitriũ: quid aliud nisi pro hominib. Deum in omnib. causis iudicem esse credendum est [y]?

Antiqua itaq. calũnia [z] * quiescente, & eius ambagib. constitutio nostra dilucida & compẽdiosa in terris clareat omnib. et sit maximum dirimendarum causarum remedium. [a]

In litibus post hanc legem mouẽdis, hoc sacramentum debet præstari in primordio litis. in tunc verò pẽdentibus præstari debet in primo litis ingressu. & si vna pars tantum est præsens, illa sola debet iurare: & si ambæ sunt absentes, lis suo marte decurrere. Sal.

Sed prædictum sacarmẽtum in litib. quidem quæ necdum sunt inchoatæ, † præstari volumus in ipso litis primordio. [b] * Sin autem causæ adhuc pendentes inueniantur: vel post litem contestatam, & post solitas iudiciales cautelas iam præstitas, si quidem præsto fuerit vtraq. persona, & in eadem ciuitate vel in territorio eius moratur [c]: & in his litib. sacramentum locum habere, & in primo post hanc legem ingressu [d] cũ compelli iusiurandum præstare. Sin autẽ vna pars abfuerit: ne videatur propter absentiã personæ lis differri, & aliquod cõtrarium eueniat nostro proposito [e], & quod pro compendio litium introductum est, protinus hoc in aduersariam figuram trãsformetur: iubemus presentem quidem personã omnimodo dare sacramentum, absenti autem in pendentibus dumtaxat litibus (secundùm quod præ dictum est [f]) hoc concedi. [g] † Sin autem vtraq. principalis persona abfuerit [h]: ne diutius lites protelentur, etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite. PP. 4. Kal. Aug. Iustinano A. IIII. & Paulino V.C. Coss.

a ¶*Firmauerit*. i. admissus fuerit.
b ¶*Machinatione*. quæ esset si iurare non deberet.
c ¶*Circunscribi*. i. ne sacramentum omittatur.
d ¶*Corpore*, togatorum, coactorum, vel naucul ariorum, vel monachiorum, vel canonicorum.
e ¶*Fideiussione*. i. rẽ ratã dominum habiturum.
f ¶*Procedere*. sancimus.
g ¶*Statuẽdum*. à iudice.
h ¶*Principales*. quæ sint istæ personæ, statim exponit.
i ¶*Maluerit*. aduersari⁹.
k ¶*Alio*. præsente.
l ¶*Pro eo*. si vna persona sit. Acc.
m ¶*Agitur*. si vna persona sit. Acc.
n ¶*Vel à plurima*. plurimam [a] partem intelligit P. & M. idoneam & maiorem partem omnium hominum ciuitatis: *& pro eu. & ff. quod cuiusque vniuersitatis. item. §. actor. & §. ex ijsdem.* 2 Sed nos [b] cum Ioanne dicimus illos per quos defenditur vniuersitas, vel maiorem partẽ eorum: *vt ff. de conditionibus & demonstra. l. municipibus. & ff. ad municipalem. l. municipes.* (aliud in tutoribus: vbi sufficit si vnus iuret: *vt infra si vnum ex pluribus tutor. vel curato. l. j.*) Esset enim ridiculum, maiorem partem populi alicuius magnæ ciuitatis debere iurare. Iurabit ergo syndicus. quia [c] ipse habet legitimam administrationẽ: *vt s. ead. §. quod obseruari.* Vel maior pars administratorum, quando aliquis agit pro vniuersitate sine mandato, vt modo dixi. 2 Item syndicus monasterij eadem ratione, quia habet legitimam administrationem. *vt supra ea. l. §. quod obseruari.* sed secundum Albert. abbas tantùm iurabit. 3 Item actor iurat secundùm nos, & hoc dico si agat vel conueniatur actor vel syndicus. sed secundùm Albert. non. si nullus est cõstitutus syndicus vel actor, iurat abbas. Item si melius scit abbas veritatem quàm syndicus, ipse iuret vel saltem de veritate dicenda: *vt s. de procurat. l. fina.* Acc.
o ¶*Idonea*. quamuis non sit maior pars. Accursius.
p ¶*Approbatum*. s. iudici.
q ¶*Cedat*. non ipso iure, sed per sententiã: *vt in auth. vt litigan. iurent. §. illo. coll. ix. & j. prox.* ¶Sed nonne hoc est iniquũ, cum forte nolit causam prosequi? Resp. non: quia ad alterum cõpellitur [l] ex quo iam litem inceperit: *vt j. quomodo & quando index. auth. qui semel.* ¶Item videt q̃ non debent ius, si quod habẽt, amittere: *vt j. tit. j. properandam. §. sin autem exege. quæ est contra.* Sol. ibi de absente qui iurauerat, hic de præsente, & non iurante. Item dicit in absente, qui non iurauit. Accur.
r ¶*Tristitia*. quia [g] iudices debent ostendere se tristes & iratos contra iurare nolentes. Acc.

s ¶*Sin autem*. Sed quid [a] si quis iurauerit se nũquã iuraturũ? Dico non esse remittẽdum iusiurãdum, sed repellẽdum eum ab agẽdo si non iurauerit: quod videtur facere nõ posse cum cõtra iurauerit. vel si cõueniatur, facere soluere quod petitur, habeat facultatem, nec enim potest iurare: vnde habebitur pro confesso. Acc.
t ¶*Narratione*. s. libello actoris. i. quæ cõprehensa sunt in narratione ab actoris parte. H.
u ¶*Pro conf. sso*. Sed nunquid hic & superior casu poterit appellare? quidã nõ. Tu dic secundum Ioan. quod sic [b]: *vt ff. de appe. creditor. §. iussu.* vbi dicitur quòd cõtumax [c] (præterquam in non veniẽdo) potest appellare. ¶Item quomodo fertur sententia lite nõ contestata. Resp. imò est contestata, sed post noluit altera pars iurare: aliàs [d] non daretur definitiua: *vt j. de temp. & repara. appell. l. fina. §. illud.*
x ¶*Rei qualitas*. Per hoc apparet quod nõ est semper ideo condemnãdus. Quid enim [e] si actor fuerit cõfessus tale quid propter quod reus non deberet damnari: puta dixit illum sibi x. per metum promisisse, qui caderet in cõstantissimum hominem? Non debet tũc iudex eũ condemnare licet nolit iurare. & hoc colligitur ex ipsis verbis, ipsa rei qualitas, &c. ¶Item nunquid potest petere tempus [f] ad deliberãdum, vt subeat sacramẽtum calumniæ? Respon. quòd sic, & dixi in respondendo: *s. ead. l. §. quod obseruari. in Glos. sic & quoddam aliud est.* ¶Item nunquid qui iurare [g] non vult, tenebitur illi qui iurauit, iniuriarum? Ir. & R. dicunt ita Ioan. contra, quia iuris executio, &c. *vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. si qui.* Contra. *ff. qui satisd. cog. si vero. §. j. & ff. de iniur. l. si creditor.* Acc.
y ¶*Credendum est*. quasi dicat. nullum alium.
z ¶*Calumnia*. i. actione quæ pro calumnia dabatur, quæ in decima parte litis multabatur: *vt s. de pœna teme. litigan. §. hæc autem.* ADDITIO. Aduertas quòd & hoc ad ius antiquum hodie redactum est, *in auth. de litig. §. ad excludendas, collat. viij.*
a ¶*Remedium*. idem in alio iuramento: *vt ff. de iureiuran. l. j.*
b ¶*Primordio*. i. post exordiũ incõtinenti: *vt s. eo. l. circa pri.*
c ¶*Moratur*. s. vtraq; persona. Et dic quid sit territorium: *vt ff. de verb. signif. l. pupillus. §. territorium.* Acc.
d ¶*Ingressu*. ad iudicium.
e ¶*Proposito*. [h] quod est vt abbreuientur lites.
f ¶*Prædictum est*. s. in præcedentibus tantum.
g ¶*Concedi*. i. remitti: *s. s. de arbitr. l. ne in arbitris in fin.*
h ¶*Absuerit*. vt quia per procuratorẽ ab vtraq; parte litigatur.

Secundi Libri Fran.

DE IV-

DE IVDICIIS.

Dixit de praeparatoriis iudiciorum: vt de edendo, & de in ius vocãdo. nunc generaliter de iudiciis dicit.

I*udicio coepto.*] CASVS. Mutuaui tibi .x. & si stipulatus sum nomine vsurarum singulis mensibus quatuor denarios. elapsis sex mensibus perij ista .x. & vsuras litem sum cõtestatus. postea durauit lis vsq; ad vij. menses: an istorum septem mensium qui cucurrerunt à tempore litis contestat. possim petere vsuras, quaeritur? Respon. quòd sic, cum primò in iudicium non fuerint deductae, nec poterant: quia non erant commissae, & ideo alia interpellatione opus est, ff. e. non potest videri. 2 Vel pone casum vt in gl. seq. ¶ No. exista .l. regulam, quia creditor[a] petendo in iudicio sortem principalẽ, non praeiudicat in vsuris, interesse, damnis, aut aliis accessoriis: secus videtur in receptione[b] solutionis, quia recipiendo sortem simpliciter: sibi praeiudicat in istis accessoriis: *l. fina. in fine. ff. de eo quod cert. lo. & l. i. in pri. ff. si quis cau. in hic.*

Codicis Domini IVSTINIANI sacratissimi principis PP. Augusti repetitae praelectionis. Liber tertius.

TITVLVS I.

DE IVDICIIS.

Per litis contestationem factam super sorte, ac etiam in parte vsurarũ, non extinguitur stipulatio quoad reliquas vsuras iam discursas, vel etiam discurrendas. hoc dices secundùm vtranque lecturam quae ponitur in glossa in verbo, vsurarũ. Alex. de Imo.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTON. *AA. Clementi.*

IVdicio[a] coepto[b], vsurarum[c] stipulatio[d] non est perempta.[e] superest igitur, vt debitorem eius temporis quod non est[f] in iudicium deductum[g], conuenire possis.[h] PP. Kalend. Apr. Antonino II. & Geta. II. Coss.

Sententia generalis lata super petitione generali: restringitur ope replicationis ad prosecuta tantùm. Alex. & Sal.

II. *Idem AA. Valerio.*

LIcet iudice accepto[i] cũ tutore tuo egisti, ipso tamen iure actio tutelę sublata nõ[k]: & ideo[l] si rursus eundem[m] iudi-

a ¶ *Iudicio.* Cõueni debitorẽ meũ qui in sorte & in vsuris mihi tenebat & singulis mẽsibus stipulatus fuerã vsuras: qui nec sortẽ nec vsuras (cum tam multũ tẽporis erat lapsum) offerebat, nõ est pempta stipulatio vsurarum quae pẽdente iudicio cucurrerunt. 2 Vel aliter Quidã tenebatur mihi ad sortẽ & vsuras quatuor annorum, sup sorte, & duorũ annorũ vsuris ipsum conueni: nihilominus possum petere vsuras in iudicium non deductas.

b ¶ *Iuditio coepto.* quod fit litis cõtestatione, *vt in authe. de liti. §. si verò apud. colla. viij.*

c ¶ *Vsurarum.* quae pẽdente iudicio currũt. tamẽ putabat cõtra, quasi haec nouatio extingueret principalem obligationẽ sortis, siq; per cõsequentiã stipulationẽ vsurarum. ¶ Sed[c] econtra est, *vt hic, & ff. de verborum oblig. cum stipulanti. & de except. rei iudic. si in iudicio. & ff. de vsur. lite. & infra de vsu. in bonae fidei. & ff. de regu. iuris l. non solet. & ff. de nouatio. l. aliam.* 2 Alij dicunt vsurarum quae concurrerunt ante litem contestatam: vt si pro quatuor annis erant soluendae, & pro duobus tantum annis fuerunt in iudicem deductae.

d ¶ *Stipulatio.* cũ pricipale[d] nõ subsistit, neq; accessoriũ: *vt ff. de reg. iur. cum prin. et ale.* Sol. Est quoddã accessoriũ quod nõ potest esse sine pricipali: vt in vsuris bonae fidei. & aliud qđ potest esse sine principali, si talis sit causa ex qua sit aequũ tolli accessoriũ, vt pręscriptio, nõ negligẽtia causa est hincinde si ex alia bona sit.

e ¶ *Perempta.* Nouatio[e] est in aliam vel nouã obligationẽ trãslatio. 2 Vel dic perempta, quia nec commissa secundùm primum casum, vel propriè secundùm alium.

f ¶ *Quod non est.* non solùm vsurę quae ante litis ingressum debebãtur, peti possunt: sed aliae quae post.

g ¶ *Deductum.* quia nec poterat secũdùm primũ casum: cum nõ esset cõmissa stipulatio: *vt ff. eo. non quemadmodum.* Ideóq; alia interpellatione opus est: *vt ff. eo. non potest videri.* sed tamẽ ad officium iudicis spectat: *vt ff. de aedil. edic. l. aedile. etiam. §. item sciendum est.* Ioan. cõtra in hoc. Nec dicas illud in bonae fidei iudicio tãtùm: quia idem est in stricti iuris iudicio: *vt ff. de rei vin. l. non solùm.* nec mirum si habet locum officiũ iudicis & certi cõdictio ex stipulatione, nam & in illa .l. non solùm, habet locũ officium iudicis, & legis Aquiliae actio. secundùm alium casum potest aliorum duorum annorum vsuras petere per stipulationẽ: secus est si non per stipulationẽ, sed iudicis officio debentur: *vt j. depositi. l. iiij.*

h ¶ *Possis.* etiam in eodẽ iudicio secundùm primum casum per officiũ iudicis, vel alio iudicio secundùm vtrunq;. tot enim sunt obligationes, quot summae: *vt ff. de verbo. obligat. l. sive debemus. in princ.* licet aliter sit vbi non per stipulationem, sed iudicis officio debentur: quia non possunt peti in alio iudicio, vt modo dixi. ¶ Et quia nouatione[f] videbatur sublata, ideo largius dic quod nouationum[g] alia voluntaria, alia necessaria. 1 ¶ Voluntaria[h] fit p stipulationẽ, & per eam decedit & non accedit obligatione: *vt ff. de noua. l. aliam & l. Paulus respondit & l. nouatione. & l. si creditor. & l. si Stichum §. fina.* nisi in posteriori obligatione sint repetita quae fuerant in prima: *vt j. etiam ob tolera pe j. & de eigua. actio. l. solutam. in principio.* Item fit haec voluntaria lit. contest. vt si contra alium volens meum debitorem liberare, litem contester: *vt ff. de noua. l. delegare. & de solu. l. solutionē.* 2 ¶ Necessaria[a] autem cum contra debitorẽ meum mihi soluere nolentẽ litem[b] contestor, quę ideo sic dicitur, quia etiam inuitũ te traho: *vt ff. de ver. obli. l. inter stipulantem. §. j.* Vel ideo, quia quodam modo inuitus videor vocare te in ius, cum aliter mihi debitum cõsequi non possum: *vt ff. de ope. l. fin.* & [c] per hanc fit nostra conditio melior facta actione perpetua & transitoria in heredes: *vt j. de ann. excep. l. j. §. ad hac. & ff. de noua. l. aliam.* Item transfertur rei periculum in possidẽtem: *vt de verb. obli. l. nemo. §. j.* & nihilominus currũt vsurae: *vt hic.* Item interrumpitur praescriptio & etiam vsucapio quãtum ad effectum: currit tamẽ nihilominus vsucapio, *vt j. de rei vin. l. mora. & ff. pro emptore l. ij. §. fin.* quaedam[d] tamen actio non perpetuatur, vt actio de dolo: *vt j. de dolo. l. fin.* & idem dicunt in rescissoria: quod negamus, *vt dixi. j. de tempo. in integ. restit. l. supernacuam.* Fit quoq; necessaria[e] per sententiam, & per eam reo absoluto, decedit obligationi: cum agens amodo repellatur exceptione rei iudicatae, licet naturalis obligatio duret: *vt ff. de condict. ind. deb. l. Iulianus.* Si autem damnetur debitor accedit in hoc, quia alia noua actio datur in factum: *vt j. de re. credi. l. actori.* scilicet vbi vetus erat personalis alioquin vtilis in rem[f] ex sententia datur actio: *vt j. de arbi. l. ut in arbitru. §. sed & si.* vetus[g] quoq; durat: licet quidam dicant contra. Si ergo agatur veteri, & excipiatur de sentẽtia, replicabitur de re secundùm actorem iudicata: *vt ff. de excepti. rei iudic. l. si à te. §. si quis.* Item accedit: quia sine causae cognitione mandabitur[h] executioni, nisi nouatio fuerit facta: *vt j. de executio. rei iudic. l. ii causam.* Item maior vsura currit: *vt j. de vsu. rei iudic. l. j. ij. & iij.* Decedit autẽ, quia prior vsura currere desinit interim. *vt j. de vsu. rei iudica. l. sancimus.* Item decedit, quia vbi duo tenebantur in solidum, & pariter cõdemnati fuerunt, vtiliter[i] teneri incipiunt. Item periculum vnius alius amodo nõ patitur: *vt j. si plures vna sen. fu. con. l. j. & ij.*

L*icet.*] CASVS. Tutelã alicuius pupilli administrasti. finita tutela in iudiciũ deduxit te, proposita actione tutelae generaliter, sed super vna specie tãtùm processum est, & absolutus es generaliter: an nõ obstante re iudicata possit petere vt sibi reddas rationẽ administrationis in aliis speciebus, quaeritur. Resp. quòd sic: & sic tu excipias de re iudicata, replicabit de dolo. ¶ Not. ex hac .l. vnã regulam, quòd persecutio specialis restringit sententiã generalem ad prosecuta rationẽ vide per Ia. hic.

i ¶ *Accepto.* i. delegato[k] ab ordinario. Et dic quod egisti generaliter, proposita actione tutelae. 2 Vel dic secũdùm Ia. sup vino, blado, sale, super pecunia: sed in iudicio vnã causam tãtùm es prosecutus, cum multas species administrationis vna tutela habeat, & iudex generaliter absoluit. 3 Alij dicũt,[l] quod proposuisti actionem adiecta vna causa quã prosecutus es: *vt argu. ff. de pecul. l. si ex duobus.* 4 Sed tunc nõ obstaret aliquo modo exceptio: *vt ff. de except. rei iud. si mater. §. si quis autem. §. eand. m.* sic etiã nõ esset aliqua dubitatio huius .l. Item nec sic potest poni vel intelligi, vt fuerit generalis petitio, & specialis prosecutio & sentẽtia, tunc non nocet in aliis: *vt ff. de arbi. l. de rebus.* ADDITIO. Non obstat illa l. de rebus. quia ibi fuit omissa prosecutio scienter & dolosè: hic per errorem. Bar. Bal. Paul. Alex. & Ias.

k ¶ *Non est.* in parte quam prosecutus nõ es. In alia enim etsi natura debitor maneat: *vt ff. de condict. indeb. l. Iulianus.* tamẽ replicatio non datur.

l ¶ *Et ideo.* quia superest.

m ¶ *Eundem iudi.* non alium[m], ne causae cõtinẽtia diuidatur: *vt ff. de quibus re. ad eundem iudic. ea. l. ij. & j. arb. tut. l. omnes. & arg. j. eo. l. nulli.* Accu.

a Petitione iudiciali sortis creditor sibi non praeiudicat in petitione vsurarum, damni & similium.
b Receptione solutionis diuersum sibi praeiudicat in vsuris & huiusmodi accessoriis.
c Nam hic loquitur in nouatione necessaria, vbi prima actio non tollitur.
e Nouatio ... voluntaria ... necessaria ...
a Necessaria nouatio quem admodũ fiat, & cur ita dicatur.
b Necessario nouatio fit litis contestatione, seu litẽ contestando, vel per sententiam, vt hic Gl.
c Litis contestationis effectus varij.
d Actiones nõ omnes perpetuantur ... contestatione & quae illae sint.
e Necess. in nouatione per sententiam ... vel absoluto, vel condemnato.
h Redditi implorent officium iudicis ... Alex. & Ias.
i Bene, si conueniantur ex sententia ... Alex. & Ias.
k Idem in ordinario. Odo. & Ias.
l Ex mal. P. Alex. & Ias.
... quam erat finitum primũ iudicium. Ias. & Pau.

a ¶Vtilem.i.efficacem prima facie, sed ope replicationis annullatur ¶Sed contra §.de transact.l.sub prætextu specierum.Sol.distingue vt ibi.& ad hoc j.de except.l.si ex m iiore.& §.si aduer, rem iud.l.j.& §.de transact.l.age.& l.si de cert t.& ff.de arbi.l.si cum dies.§.plenum.& de admi.tut.Lucius.§.tutelæ iudicio tutor conuentus.¶Itē arg. contra j.eod.l.si cum tibi. Sol.vt ibi.Acc.

b ¶Allegas.si generaliter proponatur,ad speciale descendi potest: nec obstat exceptio rei iudicatæ in vno.

Quoties.] CASVS. Petebas à me hereditatem cuiusdam Titij coram delegato iudice: dicebā te esse seruū meū: an iudex qui aliàs de causa status cognoscere non potest, possit se intromittere, quæritur? Resp. quod sic:quia incidens est. de liberali enim causa præses cognoscit, siue incidat, siue principaliter proponatur. ¶Not. ex hac.l. regulam quòd ille qui est iudex causæ principalis, est etiā iudex cuiuscunq; causæ ibidē incidentis: ideo quòd de ea non posset principaliter cognoscere secundum laso.

c ¶Concurrit. vt si à me hereditatem petas,&c.e seruum meum dicam.

d ¶Q omagis.i. minus. simile infr.qui de.tut.poss.l.j.&c ecōtra. j.vo l.properandum.in fin.& ff.vbi bo.ra.l.ij.§.j.Vel propriè po ne quo magis quasi dicat, non magis disceptationem principalem terminabit quàm quæstionem status nam vtranq. terminabit.& illa verba. nihil prohibent,&c.expone, i. omnia iura magis cōsonāt in hoc, quo prout,&c. fed in prima ponitur quo in vim nominis.

e ¶Apud eum. vt puta delegatum.

f ¶Qui alioquin. i. aliàs si principaliter quæratur de statu, nō potest agnoscere: vt j. de ped. iud.l.ij.in fi.& sic propter suam personā impeditur. 1 Vel dic pro pter personā eius de cuius statu quæritur, vt quia est pupillus: vt j.de ord.iu.dil.j.

g ¶Non possit. quia fortè pedaneus erat.

h ¶Disceptatio.s.vtraq.bonorum.& etiā status:adeo vt si secūdùm eum qui seruus dicitur, de hereditate pronūcietur,sufficit ad libertatem,si contra non impediatur défensio libertatis: vt j. de ord.cogn.l.ij.¶An enim de incidētibus sit pronūciandū,triplex est opinio:vt dices.j.de ord.iud.l.j.

Si cum.]CASVS.Curator tuus prædium tibi emit pro.l.nec sibi fecit caueri de euictione:finita tutela,vtili neg. gest. actione conuenisti cum ex e.quæ tibi debuit ex mala administratione.l. tibi soluit,& reliqua.l. quæ in emptione prędij impendit,tecum compensauit,& absolutus est:si post vis eum cōuenire,quia nō fecit sibi caueri, vel quia prędio euicto non egit de euictione:an possis,quæritur?Resp.quòd non possis.

¶Reputaretur. cum generaliter cōtra curatores ageres.

k ¶Omisse. à curatoribus s. quia curatores non egerunt de euictione prædiis illis euictis,vel dic quia omiserunt stipulari de euictione:vnde de negligentia poterāt cōueniri. Vel dic omissæ, s.ab istis curatoribus,vel à te in iudicio, quia quæstio euictionis accessoria est.

l ¶Non posse.vt arg.j.de erro.aduoc.l.fina.& de iur.& fact.ignorant. l.error.¶Sed contra.§.eo.l.licet. Solu.hic fuit generalis petitio,& prosecutio,& sententia:ibi specialis prosecutio,hæc non placet: quia hic prosecutio fuit specialis, vel hic nō instauratur: quia hic generaliter obstat exceptio,sed replicatur:vt ibi.sic & hęc secūdùm illā. 2 Vel dic, quòd hic species pēdet ex alia,s.ex emptione prædiorū, vt causa principali finita non possit de hac accessoria plus quæri:vt arg. infra deposit.l.iij. & sic non est species per se,sed pars (vt sic dicā) speciei.

---

cem petieris: contra vtilem[a] exceptionē rei iudicatæ, si de specie de qua agis, in iudicio priore tractatum non esse allegas[b], non inutiliter replicatione doli mali vteris. PP. 6. Kal. Ian. Faustino & Rufo Coss.

Iudex qui de causa status principaliter cognoscere non posset, posset tamen incidenter. Alex.

III. Imp. ALEXANDER A. Faustino.*

Quoties quæstio status bonorum disceptationi concurrit[c]: nihil prohibet quò magis[d] †apud eum[e] quoq. qui alioquin[f] super causa status cognoscere non possit[g], disceptatio[h] terminetur. PP. 6. Id. Feb. Iuliano. II. & Crispino Coss.

Sententia lata super certa specie iudicij generalis, nocet in omnibus eius accessorijs, vel dependentibus ex ea, licet super eis non fuerit disceptatum. h. d. secundum verum intellectum Alex. & Saly. Vel sic. Licet sententia generalis nō nocet in specie non prosecuta: nocet tamē in appendicijs prosecutorum. h. d. secundum Bar. & Sal.

IIII. Idem. A. Pepilio.*

Si cum tibi precium prædiorum a curatorib. comparatorum reputaretur[i], & instrumenta emptionis traderētur, quæstionem dm issæ[k] euictionis non mouisti: intelligis semel finitam litem instaurari non posse.[l] † PP. Kal Aug. Modesto & Probo Coss.

Delegatus ab alio quàm à principe, delegare non potest. h. d. Salyc. & Alex.

V. Imp. GORDIAN. A. Marcello.

A Iudice * iudex delegatus, † iudicis dandi[m] potestatem non habet[n], cum ipse iudiciario munere[o] fungatur[p]: † nisi à principe[q] iudex datus[r] fuerit. PP. 4. Non. Septemb. Pio & Pontiano Coss.

IN AVTHENT. vt de fun. seu fu. eo. non iniuri. à credi. §. illud. colla. v. constit. xiij. Nouell. 60.

Ordinarius iudex causæ principalis potest eam delegare reseruata sibi sententia, sed tunc oportet quòd lis coram eo contestetur: probationes producantur: & per eum cunctis in fine examinatis, sententia per eundem proferatur: & delegatus ab eo, reliqua expediet. Index verò causæ appellationis, & etiam delegatus habens de iure potestatem omnia subdelegandi, prout est delegatus principis, non potest alteri delegare, reseruata sibi sententia: & contra faciens. Alexand.

AD hæc, si administrator[f] sit, & publicis occupationibus impediatur, litem apud sese agitandam saltem in contestatione audiat: & rursus in medio semel: & in fine omnia etiā quæ sunt examinata, consequēter audiat, & sic ferat sententiā: & appellationem, si fiat, suscipiat: cætera licet expedi-

---

A Iudice.]CASVS. Iudex aliquis qui ordinariam h bet iurisdictionem, delegauit mihi causam:an eam delegare possim, quæritur? Resp. quòd nó:quia hoc solùm potest delegatus à principe.

m ¶Dandi. id est delegandi ante litem contestatam post benè potest: vt §.de procuratoribus.l.ne que tutores. per simile. sed non est similitudo: quia quod dedit, potest reuocare lite contestata.ff.eo.l.iudicium soluitur. Acc.

n ¶Non habet.Nota de legatus non delegat:vt hic, & ff. de offic. eius cui mandat.est iurisdict. l. fin. & de iurisdict. omnium iudicum.l.more.& l.& quia. & infrà pro sua iurisdictio. l.j.¶Sed est contra in de legato à proconsule,qui delegat:vt ff. de iudicat.l. cum prætor. §. j.& de offic. proconsul.l.legatus.quæ sunt contra. Solut. speciale in eo, sicut alia specialia in eo, scilicet quòd cognoscat de causa criminali. ff. de offi.procons.l.solent.

2 Alij dicunt, quòd habenti aliàs iurisdictionē potest delegare delegatus, non habenti non, sed non valet: ff.de off.io eius cui mandata est iurisdictio. l. & si prætor. Vel dic vt dixi in dicta. l. legatus. ¶Item contra. ff qui & à quo app.l.j. Solut. ibi ad vniuersitatem causarum erat delegatus.

o ¶Munere.i. honore, s. alteri ordinario cōpetenti:non sibi:vt ff. de iurisd.om.ind.l.more. 2 Vel Pic munere, i. onere iudicandi, quod ex necessitate subit: vt §. de aduoc.di.iudicio.l.sancimus.j. non honore vel potestate, quæ dicitur gladius. Accur.

p ¶Fungatur. s.agere.

q ¶A principe. vel à proconsule, vel ad vniuersitatem causarū: vt modò dixi.¶Sed videtur quòd nullus delegatus possit delegare:vt in auth. hic posita, ad hæc. quæ est ex iit. vt de fun. seu fu. §. illud. colla. v. Dic ergo, ad hæc,&c.

r ¶Datus.i.delegatus.

AD hæc.]CASVS. Hæc auth. nō corrigit. l. C. sed ei aliquid addit. dicebatur enim in l. C. delegatū subdelegare nō posse, nisi esset à principe delegatus. Auth. ista tractat de ordinario causæ principalis, & appellationis, & delegato à principe: & ita ponit tres casus. Primus est: Iudex ordinarius occupatus ppter rē publicā vult delegare causam, reseruata sibi sententia, nūquid hoc facere possit, quæritur? Respo. quòd sic, si semel causam audiat in principio, in medio, & in fine. Secūdus est. Si iudex ordinarius qui de appellatione cognoscit, vult delegare causam seruata sibi sententia: hoc facere nō potest, quia per se debet cognoscere. Tertius casus est in delegato à principe, si velit subdelegare seruata sibi sententia. nō licet sibi hoc facere, sed si velit delegare cognitionem & prolationem, hoc facere potest. & si contra hoc factū fuerit, graues pœnæ imponuntur.

f ¶Administrator.i. ordinarius, vt præses. sic accipitur in auth. de iud. circa princ. colla. vj.

Margin notes: *Faustino. † Id est quo minus vt et est interpretatur vetus Gl. interlineari. & Acc. quam compilauit Acc. a Magis pro minus. b Minus pro magis. * al. pupillo. † oportere. c Et si aduersus vel possea per modū agendi petere declarati illum esse seruum, non possit. Pau. * sub iudi. iurisdictionem habente. † vt ic Alciatū 1 Parad. c. 5. † necessitate iudicandi nō autem iurisdictionem habeas. a Delegatus non delegat, nisi delegatus sit a principe. b Munus pro honore vel onere. c Idem in legatis cardinalium, et quo cardinales æquiparantur proconsulib. l. ij. de offic leg. & Bal. & Sal.

Consilia-

a ¶*Consiliarios*. i. per aliquos quibus audientiam cõmittat. sicut aliàs iurisdictio ex causa necessitatis per alium explicatur: *ut ff. de offic. consil. l. j. §. sed non potest.* & intellige hoc. quando vult sibi seruare sententiam: cæterum si totam vult cõmittere, potest. Accursius.

b *Audiat*. s. totã si vult sententiã sibi seruare, vt nec etiam mediam cõmittat. 2 Vel dic audiat litem & sententiet, vt in allo dixit. S. sed prima verior, vt in delegato subijcit.

c ¶*Delegatus*. Non ergo delegatus à principe delegat. Sed est cõtra. *C. eo. l. iudices*. Sol. hic de delegato ab alio nõ à principe dicit secundũ quosdam. Hoc nõ valet: quia etiam in delegato principis hic dicitur. *ita tñ cõsiliarios autem &c.* 2 Alij hoc nouum, illud vetus. 3 Tertij, ibi fuit delegata habenti aliàs iurisdictionem, hic non habenti: *ibi tanquam in cõsil. alios autem &c.* hoc non valet: *vt ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. l. & si prætor*. Tu dic quòd ordinarius reseruata sibi sententia cætera cõmittit, vt tamen audiat ter. delegatus autẽ si sibi reseruat sententiam, alia nõ committit, *vt hic.* sed si omnia velit committere potest. & idẽ in iudice appellationis: & sic consuetudo interpretatur. & ex ordine literæ sumitur. sed iure canonico secus: *vt extra de offic. & pote. iudic. dele. super quæstionum articulis. & in princip. vsque ad. §. verum.* Acc.

d ¶*Præstabunt*. aliàs pẽdent. i. soluent. vnde versus:

Pẽdo, do pœnã: dum pendeo, sustiueo pœnam.

ri per consiliarios.[a] Item iudex appellationis rem per se audiat.[b] Delegatus[c] autem omnino per se litem vnà cum consiliarijs examinet. † sed si cõtra hoc factum fuerit, graues pœnæ sequentur. nam administratores & delegati viginti librarum auri mulctam præstabunt[d]: consiliarij, si quidem aduocati sint, ab aduocatione expellentur. si verò non sint, sed cingulum habeant: cingulo priuabuntur, & decem* libras auri præstabunt.

Cum seruis iudicium nõ consistit. h. d. Bald. & Alex.

VI. Idem A. Italiae.

SEruus in iudicio[e] interesse non potest. nec si condemnatio aliqua in personam eius facta sit, quod statutũ est subsistit.[f] Dat. 15. Kal. Septemb. Gordiano A. & Auiola Coss.

Contra seruum detentorem rei hypothecatæ non potest fundari iudicium ex persona domini sui defuncti. sed herede vel alio non defendente causam, actor per officium iudicis in possessionem mittetur. h. d. Alex.

VII. Impp. Diocl. & Maximi. AA. & CC. Hyrenae.

CVm debitoris tui seruum tibi pignoris iure obligatum, bona domini sui quondam rebus humanis exempti tenere profitearis: aduersus eũ dari tibi actionẽ contra ius postulas: siquidem[g] inter seruum & liberum consistere* nullum[h] possit iudicium. Ad possessionem itaq. pignorum magis officio[i] iudicis venire te conuenit, quam illicita postulare. S. 14. Kalend. Maij, Sirmij. CC. Coss.

AEquitas scripta, rigori scripto præfertur. h. d. Bald. Vel sic: Aequitas præfertur rigori. h. d. Sal. & Alexand. de Imo.

VIII. Imp. Constantinus & Licinius AA. ad Dionysium.

PLacuit[k] in omnibus[l] rebus[m] præcipuam esse iustitiæ æquitatisq.[n] † quàm stricti iuris[o] rationem.[p] Dat. Id. Maij, Volusiano & Anniano. Coss.

Religio iudicantis debet primo de rei veritate plenariè instrui per probationes, interrogationes & responsiones, quàm sententia proferatur. h. d. Bald. Vel sic: In causis regulariter requiritur plena causæ cognitio, & plenaria probatio pro veritate habenda. hoc dicit. Vel secundùm Bart. In causis in quibus sententia parit plenum præiudicium, requiritur plena causæ cognitio, & per consequens plenaria probatio. Alex.

IX. Imp. Constantinus A. ad Maximum.

IVdices* oportet in primis[q] rei qualitatẽ[r] plena[f] inquisitione

SEruus.] CASVS. An seruus in iudicio vt actor vel reus consistere possit, quæritur? Respond. quòd non: nec si condemnetur, valet condemnatio.

e ¶*Seruus in iudicio*. s. vt sit pars iudicij vt actor vel reus. vel iudex: *vt hic. & ff. si quis cau. l. quoties. & j. l. proxi. & j. de re iudi. l. non seruum. & j. de noxa. §. tibi. & ff. de pecul. ic. §. si seruus.* idẽ in arbitrio: *vt ff. de arbi. non distinguimus. §. si seruus.* hoc tamẽ fallit in casibus, vt habes *ff. de iud. l. iij.*

f ¶*Subsistit*. i. vires habebit: aliàs est, nõ subsistit, & sic vna negatio abundat: *vt ff. de dam. infect. l. fluminum in prin.*

CVm debitoris.] CASVS. Seruum tuum mihi pro cẽtum obligasti. seruus ille tenebat omnia bona tua: an illum seruũ bona tua tenẽtem conuenire possim, quæritur? Respond. quòd non: quia inter liberũ & seruum &c. sed officio iudicis mittar in possessionẽ bonorum tuorum. & ita mihi succurretur. ¶ No. ex versi ad possessionẽ, secundùm Bar. Bal. Sal. & modernos, quòd contra hæreditatẽ iacẽtẽ potest perueniri ad primũ decretum. *facit. l. si bona & ibi. Bar. C. de bo. auct. iud. pos. Bar. in l. iij. §. prætor ait in ver. totiens. ff. de dam. infe. Ias.*

g ¶*Siquidem*. i. quia.

h ¶*Nullum*. regulariter. ¶ Sed fallit, vt dixi. *supra l. proxi.* & maximè in iudicio turbatæ possessionis: *vt infra si per vim vel alio modo. l. j.*

i ¶*Officio iudicis*. cuius est iurisdictio, vt si neq; veniat, neq; defendatur reus. mittatur actor in possessionem rerum eius causa rei seruadæ, imò etiam in seruum petitum obligatum: *vt j. de pign. l. creditores.*

PLacuit.] CASVS. Aliquid est statutum de iure stricto, aliquid de æquitate, quæ sunt contraria: quod eorum magis sequi debeat iudex, quæritur? Respon. quòd illud sequi debet quod de æquitate statutũ est. & dic hic exẽplum: Seruo meo persuasisti vt à me fugeret, & tibi codicẽ meum perferret: nũciauit illico seruus mihi domino, & me permittẽte codicẽ ad te pertulit. an fur ti vel serui corrupti aduersus te agere possim quæritur? Respon. quòd de iure stricto, nõ de æquitate secus, quæ iuri stricto præferenda est.

k ¶*Placuit*. vbi æquitas ex vna parte, ius strictũ ex alia est, & cõtradicũt: æquitas præferenda est. 2 Vel aliter. Allegabatur similitudo de aliquo casu emergẽte qui nõ est determinatus: quid sequemur? æquitatem, vel ius strictum? Accursius.

l ¶*In omnibus rebus*. tam ciuilibus quàm criminalibus: & tam publicis quàm priuatis: & pone exemplum secundùm Ioann. *vt j. de fur. l. si quis seruo.* 2 Vel pone *vt ff. de mino. l. j. & ff. de religio. & sumpt. fu. at si quis. §. idem Labeo ait. et l. sunt personæ. & ff. de in rem vers. l. sed dicendum. & ff. de eo. quod cer. loco. quod si Ephes. §. in summa. & ff. de verborum obliga. tio. si seruum. §. sequitur. & ff. de in integrum restitutione. l. penult. & ff. de excep. do. apud. §. si quis pupillo. & ff. depositi. l. bona fides.* 3 Item poni potest in qualibet exceptione, vt Macedoniani & Velleiani. nam exceptio est de æquitate, regula de rigore: & sic magis est sequenda exceptio. 4 Item poni potest. *infra si res ali. pi. dat. l. cum res. & ff. de pign. l. j. in princi. ff. de pœnis. l. interpretatio ne.* in prædictis enim casibus æquitas à rigore separatur. & sic seruatur æquitas. aliàs si separata non est, id totale seruatur. ¶ Et no. quòd hic loquitur de æquitate scripta. aliàs secus est: *vt supra de legibus & constitutionibus. l. j.*

m ¶*Rebus*. i. causis.

n ¶*Aequitatisque*. i. iustitiæ æquitatis.

o ¶*Quàm stricti iuris. ff. de leg. & sen. l. non possunt.* æquitas est rerum cõuenientia, quæ in paribus causis paria iure desiderat. s. de æquitate scripta.

p ¶*Rationem*. strictũ ius. Vel ratio stricti iuris dicit tribus modis. Primò ad differẽtiam actionis bonæ fidei: & sic accipit insti. *de actio. §. actionum.* 2 Secũdò quod est adeo strictum ius, i. firmatum, vt nullo modo possit ab eo recedi: *vt ff. qui & à quib. ma. liberi non fiant l. prospexit.* 3 Tertiò cùm latius multóve quàm dictet æquitas, aliquid statuat: & sic hic accipitur.

IVdices.] CASVS. Hoc dicit ista lex. Bonus iudex non debet præcipitare causas, sed debet inquirere veritatem plena inquisitione: & antequã ferat sententiam, debet sæpius partes litigãtes interrogare an habeat aliquid noui quod velint proponere. & tũc debet ad finẽ negocij peruenire: siue sit iudex qui debet per se cognoscere & definire, siue sit iudex qui debet ad superiorẽ referre.

q ¶*In primis*. i. ante sentẽtiam.

r ¶*Rei qualitatem*. i. negocij formam. H.

f ¶*Plena*. Sed plenissima in criminali: *vt infra de proba. sciant. & infra ad leg. Cor. de fal.* vbi in casibus tamẽ summariè cognoscit. *vt ff. de liber. agnosc. l. si quis. §. si vel parens. & de re iudi. à diuo. §. si super. & ff. vt in poss. leg. si in quo. & de prætor. stipula. l. j. §. fi. & de Car. edic. l. iij. §. causæ. & de vent. in possess. mit. l. j. si ea. & ff. ad exhibend. l. iij. §. secundum.*

Marginalia: Qui licet consiliarios delegare possit, Bar. & Sal. Alex. & Ias. — Iudicis præsentia requiritur, testes cũ ... & cum authentica & instrumenta producuntur, & tempore solemnia ... — Delegatus à principe delegat Glo. — Dicam de hac Gl. paulo post. — Sal. Hyrene. cludet, quòd si iure canonico omnia delegare referat sibi sententia, vt hic. Iudex potest, si vult delegare omnia referenda sibi sententia, vt hic. ... — Missio in possessionem quando fieri potest. — Nulla actio cõsistere, nullum possit iudicium. — Aequitas in omnibus causis ciuilibus, criminalibus, publicis & priuatis præferenda. — Aequitas ante perpetuam addebatur scriptæ, & contra veteris codicem fidem. — Aequitas in modo cõ ... exceptionibus ... — Exceptio est de æquitate: Regula de rigore. — Exceptiona sequenda quam regula. — C. t. nt. 1. — Aequitas scripta, iuri præferenda. — Stricti iuris ratio dicitur tribus modis. — De Clausula summariè & de plano vide Marsil. singu. — h In criminali plenissima causæ cognitio requiritur. Ideoque defectum probationis non defertur iuramentum in criminalibus.

a ¶*Cum hoc ipsum.* scilicet eos sic interrogari. b ¶*Referenda.* quia non potest ipse definire, *vt ff. de offic. proconsul. l. solent. & l. si quis.* 2 Vel quia cognitio tantùm est delegata: *vt j. ad leg. Cornel. de fal. l. vbi. & supra eod. authentic. ad hæc.* 3 Vel tertio: dicat se minus sufficientem propter factum, non ius: quando secundùm iura ista poterat fieri relatio: *vt infra de relat. per totum.* hodie non, *vt in authentic. vt iudic. non expect. sac. iuss. §. j. collat. ix.* post hoc lege authentic. iubemus, quæ hanc confirmat & addit, & est ex cor. *vt cù de appellat. cog. §. j. collat. viij.*

ne discutere[a], & tunc vtramq. partem sæpius interrogare, nunquid † noui addere desideret: cum hoc ipsum[a] ad alterutram partem proficiat, siue definienda causa per iudicem, siue ad maiorem potestatem referenda[b] sit. Dat. 2. Id. Ian. Sirmij, Licinio. V. & Crispo Coss.

IN AVTHENT. vt cum de appel cog. §. sed hoc. collat. viij. const. xj.

Dicenti se allegare velle, dantur tres dilationes successiuè: quibus elapsis, iudex debet proferre sententiam legi & consuetudini conformẽ. h. d. Alexand.

IVbemus, vt si quando vna pars allegationib. suis renunciauerit[c], alia verò pars se habere aliquid quod proponat[d] dixerit: iudex negocij modis omnibus eam partem quæ vetur dilatione, compellat intra xxx dies postquam altera pars allegationibus renunciauerit, quicquid velit, sine aliqua intermissione proponere: quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam superandam[*] alius mensis indulgeatur à iudice. Si verò adhuc distulerit, alterius mensis dilatio ei præbeatur: ita vt si vsq. ad ad prædictos tres[e] menses suas non proposuerit allegationes, causæ cognitor non amplius exspectans[f], sententiam omnibus modis legibus & moribus consonantem proferat[g]: vel si noluerit, referat, ne litigatoribus malè tractantibus liceat causarum exitus vltra protrahere.

IVbemus.] CASVS. Hæc authent. confirmat & clarificat. l. C. & hoc dicit: Iudex examinato plene negotio, antequam perueniat ad sententiam definitiuam, debet interrogare litigantes an velint aliquid amplius proponere: & si dicant non, debet eos facere renunciare allegationibus. Si autem vna pars dicit se velle aliqd noui proponere, & altera quòd non: illi parti quę dicit se velle aliquid noui proponere, debet assignare terminum scilicet. xxx. dierum ad proponendum. & si intra xxx. dies non proposuerit, dantur ei adhuc. xxx. dies: intra quos si nō proposuerit, dabuntur ei iterum xxx. dies ad superandum suā malitiam. & si intra illos tres menses non proposuerit, iudex debet ferre sententiam. ¶ Ex fin. huius. l. ibi, legibus & moribus. no. duo Primò secundùm Bald. & Saly. hic, quòd iudex debet iudicare non solùm secundùm leges, sed etiam secundùm consuetudines patriæ: & iudicando contra consuetudinē, ita facit litem suā, sicut si iudicaret cōtra ius cōmune. 2 Secūdò no secūdùm eosdē quod sicut iudex supplet circa ea quę sunt in legib. *per tex. c. vt quæ desunt aduo.* ita supplet circa cōsuetudinē. & intellige quādo cōsuetudo est notoria: aliàs secus. Ias. hic.

c ¶*Renunciauerit.* Hæc renūciatio in testib. facta ne producātur, nō nocet secūdùm quosdā, sed nocet quarta productio, & ... dicis se testificata: *vt in auth. de testib. § quia vero ...* dē fortè in instrumētis, vt nō noceat renunciatio. valet ergo hæc renūciatio in allegationibus iuris. Acc. ADDITIO Cōtrarium tenet glo. fin. *per illum tex. in c. cum venissent. & glo. ibi in fi. ... extra de testibus.* quod sequitur ibi Abbas. & idē tenet Specula. *in tit. de teste. §. vlt. versicu. antepe.* & ibi Ioa. An. in addi. Vide latius de isto per Bar. *in auth. at qui semel. in ij. col. versic. circa secundum. infra de probationibus.*

d ¶*Proponat.* cum iudex interrogat an addere velint: *vt & s. eo. in l. iudices.* Accur.

e ¶*Tres menses.* Similis dilatio j. quomodo & quādo iudex. aut. qui semel ¶Sed nō videt tot dilationes debere dari. *vt ff. de f. r. l. si. quæ est contra.* Solu. hic absentibus ibi præsenti & postulāti datur dilatio. ¶Itē cōtra. *ff. de iudi. l. ad peremptorium. & l. sequen.* vel quatuor dabātur edicta. Sed illa ad dādam definitiuā, istę verò dātur allegationes.

f ¶*Expectās.* ob hā causam, sed citabit ad sentētiā pemptoriā.

g ¶*Proferat.* erat ergo lis cōtestata: *vt j. de temp. ap. l. si. §. illud.*

NVlli.] h CASVS. Bonon. petebat sibi delegari iudicem ab imperatore inter ipsum & Mutinen. super possessione constituta in territorio Mutinen. vult Mutinen. tantùm super possessione alium iudicem sibi delegari in causa proprietatis. an possit hoc impetrare, quæritur? Respond. quòd non, sed puniendus est quòd hoc impetrauit. vel si cum possidebas rem meam, vnū in causa possessionis petij iudicem: ea finita petij alium in causa proprietatis: an sum audiendus, quæritur? Respond. quòd nō, propter continentiā causæ quæ diuidi non debet. Ex hac. l. no. regulam quòd continentia causæ non debet diuidi coram diuersis iudicibus, & istam regulam limita sex modis, vt p Ia. hic.

Causa continentia non debet diuidi: & ideo non potest super causa possessionis vnus iudex, & super causa proprietatis alius iudex impetrari: & contra faciens punitur. h. d. Alexand.

2. *Idem † A. ad Seuerum præfectum vrbi.*

NVlli h * prorsus audientia præbeatur qui causæ continentiam i diuidet, & ex beneficij prærogatiua k id quod in vno eodémq. iudicio l poterat m terminari, apud diuersos iudices voluerit ventilare: pœna n ex officio iudicis imminente ei qui contra hanc supplicauerit sanctionem, atque alium super possessione, alium super principali quæstione o iudicem postulauerit. Dat 3. Kalend. Aug. Paulino & Iuliano. Coss.

XI. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΖΗΝΩΝ Α.

Τῆς † ἀκριβείας τῶν νόμων ὁ ... φροντίζοντι, μηδὲν τῆς ... βασιλικῆς ... Theodori Hermopolitę scholium H' ... τὸ ...

h ¶*Nulli.* neq. pagano, neq. militi. Et pone casum secundùm P. Bononien. petierat iudicem ab imperatore super quæstione possessionis fundi existentis in territorio Mutinensi inter eum & quendam Mutinen. nunc Mutinen. petit alium iudicem super quæstione proprietatis. non potest vt infra de sententia & inter loc. cum Papinianus. & authentic. & consequenter. sed certe l. cum Papinianus, non loquitur de coniunctis vel continentibus. sed alia est ratio quare ibi prohibet coram alio: quia eius, &c. non quia continentia. Item authentic. & consequenter. est contra eum: quia finita prima causa permittit coram alio fieri conuentionem: quòd est intelligendum de non coniunctis. Tu autem approba casus positionem non per illas, sed per istam. l. nec b obstat exceptio rei iudicatæ agenti de proprietate. *vt ff. de acquiren. poss. naturaliter. §. nihil.* 2 Vel pone secundùm Ioann. quòd alium petij in causa possessionis, & alium in causa propietatis simul cognoscendo non possum si opponas: & hic non impeditur petitio, quia continentia c, sed quia seruandus est ordo d, *vt infra de rei vind. l. ordinarij. & de ord. c. l. ... & de appellat. ... & infra fin. regun. l. si quis.* Sed dic quòd de e recuperanda vel adipiscenda possessione potest simul agi cum petitorio. secundùm M. vt hic. sed f non de retinenda, vt dictis. li. Vel secundùm Ioann. dic quòd simul semper sint agitandæ: sed prius causa possessionis terminanda. 3 Vel dic tertiò quòd si petito iudice super causa possessionis, & ea finita, peto super causa proprietatis alium: hoc sola ratione continentiæ prohibetur. ¶Sed an sine noua delegatione de proprietate cognoscant? Respond. *vt infra si à non compet. iudic. l. iv.*

i ¶*Continentiam.* siue sit causa quæ plures species continet, vt tutelæ: siue sit talis super qua plures cōcurrūt quæstiones, vt hic dixi.

k ¶*Prærogatiua.* scilicet à principe concessa, vel quia erat miles.

l ¶*Iudicio.* id est apud eundem iudicem. *fi. instit. de actio. §. fi. minus.*

m ¶*Poterat.* id est debuerat. sic ecōtra ponit debet, pro potest. *ff. an per alium cau. ap. l. fi.*

n ¶*Pœna.* fisco applicanda: *vt supra de modo multarum l. multarum.*

o ¶*Quæstione.* siue vnum petierat actor, alium reus, secundùm P siue idē petierit diuersos, vt simul cognoscatur, secundùm Io. siue separatim, vt modo dixi, *& facit infra de accusa. l. qui de crimine. in fi.*

Properan-

* Conc. tex. in c. iudicantem. b ... ix. ✝ sic in C. T. in quibusdam vetustioribus. & fere omnibus. ne quid. a Iudex iudicare debet nō solùm secundum leges, sed etiam secundum consuetudines patriæ. b Iudex supplere debet ea quæ sunt ex legibus & consuetudine. c Renunciare testium productioni nemo potest. adde Gl. & quod ibi scripsi. Nouel. 90. ✝ Sit de iure canonico datur dilatio ad conuincendā malitiam: vt in ea prout no. ... per verbo ... de dolo & contu. d Non valet cōtractus per quem quis se restringit ad certum genus probationis: nisi id iuratum sit, quia vt ho ... iuramēto cōfirmaretur, iudex non habita ratione conuentionis ... potest ex officio, parte non petente examinare testes. vide Remett. ... 204. Ex hoc loco etiam colliguntur renūciationem probationes ... mentorum ... non valere, neq. excludi ... renunciatione officium iudicis ... ex hoc enim verbo ... comprehendi. vide Ferrari. ... formati ... e Dilatio est quandoq. triū mensium. f vide Gl. ... g Dies illa loquun dilationib. expectationis ad comparendum ... dilationibus allegatoris Ca... h Hinc colligunt Testium publicationē ad eum iudicē pertinere, coram quo causa pendet seu quæstione causæ continētia diuidatur. ... ad publicationem Testium in verbo suprascriptum.

a Quomodo hæc lex intelligenda sit. vi de Rossi ... b Exceptio rei iudicatæ non obstat agenti de proprietate. Ex Ang. Aug. & Cu. c Cōtinentia causæ diuidi non debet. c Petitorium & interdictū recuperandæ vel adipiscendæ simul intētari possunt, at non retinendæ. d Ordo seruādus. ✝ C. T. ... ✝ vide Alciat. ... ria. a cons. 170.

[illegible]

Latinè.

SVbtilitatis legum iudex curam gerat, nihil his quæ cōtra leges dicta fuerint a principe, attendens.

SCHOLION. *Præsens constitutio iubet ne quando iudex contra ius & scriptum legitimum iudicet, & etiam si iussionem acceperis imperialem, determinautem ut ipse contra id quod iustum est, iudicet: sed iussionem quidem dissimulet, sententiam autem iustam faciat & legibus conuenientem.*

XII. Ὁ ΑΥΤΟΣ Α.

Ex basilic. & micro.

Πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ θεῖοι δικασταὶ συντόμως τὰς δίκας [illegible Greek text]

[illegible Greek text]

Latinè.

OMnes magistratus & diuini iudices compendiose lites decidant, & si quis litigantium crebro competētem iudicem adiens, sine i[...] ista causa differatur, adeat principem, auxilium ab eo expectans. Sin recuset quis iudicem bona fide ante litis contestationem, iudex alius ei ex diuina aditione dabitur. quod si & iustè recusare videbitur post contestationem iudex alius aut coniudex ne petatur. apud vnum enim iudicem omne moueatur causæ negotium. & si incompetens ille super aliquo videatur causæ capitulo, ex propria sententia ad competentem iudicem illud capitulum remittatur. Secundò enim aut sæpius conuentus seu expertus quis & secunda causa in duplū reponet damnum, & si ne fideiussoribus aut cieratione ex secunda conuentione apud primum intendet iudicem.

Ciuiles causæ debent à tempore litis contestatæ intra triennium terminari[a], aliàs perit instantia. exceptis causis fiscalibus & publicarum functionum. Hoc dicit vsque ad §. & siquidem. Bal. & Sal.

XIII. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

PRoperandum [a] nobis visum est, ne lites fiant penè

§ PRoperandum.] Ista. l. diuidit in sex partes principales. Primò ponit statutum humanum quo limitat tempus instantiæ. Secundò punit actorē contumacem. Tertiò punit reum contumacem. Quartò punit iudicem negligētem. Quintò punit aduocatos negligētes. Sextò punit tutores & curatores negligētes secunda ibi, & si quidem. tertia ibi, sin autem reus. quarta ibi. §. sin autem vtraque. quinta ibi. illo proculdubio. sexta ibi. sin verò causæ. Bartol. Bald. & Iason. Casus in terminis vsque ad finem talis est, Petebam à te. x. tecum sum litem contestatus: quamuis durare possit instantia causæ à tempore litis contest. vsque ad sententiam quæritur? respon. olim durabat vsque ad decem annos vel vsque ad centum. quod tempus vult imperator per hanc. l. coartare. & hoc tribus rationibus. Prima est ne lites extendantur in infinitum. Secunda est, quod criminalis causa olim limitabatur certo tempore, puta biennio: multo magis & ciuilis certo termino debuit limitari; quia frequentior est. Tertia ratio est, quia criminalis causa, quæ aliquando ex ciuili causa ortum habet, sic coartatur: eodem modo ciuilis est coartanda. Placuit ergo quòd quæcunque fuerit causa, siue de proprietate, siue super possessione, siue conditione alicuius sue rit seruus vel liber: siue super iure ciuitatum: triennio terminetur à tempore litis contestatæ, exceptis causis fiscalibus, & siue maior siue minor fuerit iudex: ordinarius, siue delegatus: non conceditur causam vltra triennium prorogare: nec existimet se excusatum iudex hoc prætextu quod partes velint vltra triennium prorogare: quia eo inuito non audientur. & hoc in prima. Si autem tantùm præterierit de triennio quòd non superfuerint nisi sex menses: & contingat absentia alterius partis: distinguit. Aut abest reus, vel actor. si actor, iudex faciet eum citari per executorem per interualla decem dierum. quòd si non venerit, acta inspiciat: & si per ea liquere ei de causa non possit. quia minus fortè plenè probatum est, vel nullo modo, vt non possit sententiare, absoluat reum ab instantia iudicij: & actorem absentem reo condemnet in expensis iuramēto rei declarandis, scilicet vt iuret quantum expēdit. si autem liquere possit, pro eo ferat sententiam qui melius ius habuerit. & si pro actore, reum in expēsis condemnet: ita vt deducantur expensæ rei de condemnatione. Verbi gratia: Actor petiit centum, & impedit. x x. reus. x. si actor absens non fuerit, condemnandus esset reus in centum & in. x x. Nunc autem deducuntur expensæ rei de condemnatione, & condemnabitur in decem tantùm, scilicet in mediam partem eius quod impendit actor: & hoc sibi imponitur propter suam contumaciam. Si autem reus melius ius habuerit, pro eo ferat sententiam, nec audietur actor reuersus appellans. Si autem iudex reum pro parte absoluerit, & pro parte condemnauerit: puta debuit cētum, & in quinquaginta est absolutus, & in. l. est condemnatus: actor reuersus nullum habebit regressum contra reum. & hoc in secunda. Si autem reus absuerit, actor præsens fit: citabitur reus tribus edictis quòd si non venerit, contrahitur eremodicium, id est defectio causæ. & si liqueat iudici de causa per probationes actoris: condemnabit reum, si viderit eum condemnandum: & in rebus eius fiet executio si hoc de sua iurisdictione potest iudex: alioquin referat executionem ad maiorem iudicem. & si reus reuersus voluerit fideiussores dare de parendo iuri, & possessionem in actorem translatam recuperare, non audietur. Cum autem eremodicium contrahitur, debent esse sacræ scripturæ coram iudice, vt rei vel actoris absentia, Dei repleatur præsentia: nec timeat iudex si absens sententiæ suæ parere noluerit propter appellationis obiectum: quia reuersus & appellans non audietur. Iudex autem prope finem triennij & non ante, ferat sententiam definitiuam. Si enim longè ante triennium actor vel reus abesset, & spes esset quòd reuerteretur; tantum in expensis esset præsenti absens condemnandus, nec esset sententia definitiua. Et intellige quòd prope finem triennij est ferenda sententia ex necessitate, si actor est absens: ex voluntate iudicis reo absente ante triennium. Iudex autem victum victori condemnabit in expensis per iuramentum declarandis: alioquin de suo parti læsæ compelletur soluere. & hoc in tertia. Si autem tam actor quàm[a] reus est præsens: iudex autem propter amicitiam alicuius partis vel precio corruptus sententiam intra triennium ferre noluit: eo lapso si sit minor, in decem punietur, & ab officio iudicandi fiet alienus, & alius ei subrogabitur. Si autem intra triennium decesserit iudex, vel alia de causa mutatus fuerit propter infirmitatem, vel propter rei familiaris periculum: subrogato ei dabitur tantum tempus quantum supererat de triennio defuncto, vel aliàs mutato. si est annus, dabitur sibi annus: si minus, nihilominus annus. & hoc in quarta. Si autem per aduocatum steterit quo magis vltra triennium causa protelletur; in duabus libris auri multetur, hoc in sententia iudicis expresso, cuius occasione datur dilatio, in quantum triennium expirauit: & causam quam suscepit ad finem perducat: nisi ipse nouerit iniustam vel desperatam: vel infirmitas, vel inimicitia inter ipsum & clientulum suum, vel infamia interuenerit: imponenda clientulo de præstando salario necessitate, si potest: alioquin per executorem compelletur. & hoc in quinta. Hæc autem quæ dicta sunt, in maioribus dicta sunt. Si autem causa est minorum, per tutorem agitanda, & per eorum negligentiam intra triennium decisa non fuerit, sed vltra prolata: damnum quod propter hoc pupilli vel adulti passi fuerint, per tutorem resarcietur. Si autem tutor vel curator soluendo non fuerint. in integ. restituentur. & hæc in sexta & vltima parte. Vinia.

a [Properandum.] quatuor casus principaliter ponit. & incipit cōstructio, properādum, &c. vel ibi cum criminales, &c. & pendet vsq. ibi præsentem, &c.

[a] adde Rol. Neapol. decis. 146.

immortales[a], & vitæ[b] hominum modum[c] excedant: (cum criminales quidem causas iam nostra lex[d] biennio conclusit: & pecuniariæ causæ frequentiores[e] sunt, & sæpè ipsæ materiam criminibus[f] creare noscuntur,) præsentem legem super his[g] per orbem terrarum, nullis locorum[h] vel temporum[i] angustiis coartandam, ponere. Censemus itaq. omnes lites super pecunijs quantæcunque quantitatis: siue super conditionibus[k], siue super iure[l] ciuitatum, siue priuatorum * fuerint illatæ, siue † super possessione, vel dominio, vel hypotheca, seu super seruitutibus[m], vel pro alijs quibusdam[n] causis, pro quibus hominibus inter se litigandum est: (exceptis tantummodo causis quæ ad ius fiscale[o] pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones[p]) non vltra triennij[q] metas post litem contestatam esse protrahendas sed omnes[r] iudices, siue in hac alma vrbe, siue in prouincijs maiorem seu minorem peragant administrationem, siue in magistratibus positi, vel ex aula nostra dati, vel à nostris proceribus delegati: non esse eis concedendum vlterius lites quàm † triennij spacio extendere.[s] Hoc etenim[t] iudicialis[u] magis[x] esse potestatis, nemo est qui ignoret. nam si ipsi noluerint: * nullus tam audax inuenitur, qui possit inuito indice[y] litem protelare.

Propter actoris absentiam, lite contestata non prorogatur definitio causæ vltra triennium: & si de causa non liquet, absoluitur reus ab obseruatione iudicij: & actor absens condemnabitur in expensis legitimis sacramento rei taxandis. Si autem de causa liquet, fertur sententia in fauorem illius quem constat iustitiam habere, expensis factis à præsente de sententia lata pro absente deducentis: nec à definitiua lata pro præsente, licebit absenti appellare. hoc dicit, vsque ad §. sin autem reus. Salycetus & Alexander.

Et si † quidem[z] pars actoris cessauerit, quatenus[a] multiplici dilatione reus fatigetur, & triennij metæ post litem contestatam iam prope finem veniant, vt semestre tempus tantum ei supersit: licentia[b] erit iudici per executores[c] negotij actorem requirere: parte fugiente[d] ex vna parte actoris absentiam incusante: & iudicib. omni modo suas aures huiusmodi

a ¶*Immortales.* tres ponit rationes quare hãc.l. facit. prima est finis, ne lites, &c quod erat ante hãc.l. vel per reum, vel per actorem, vel per iudicis moram, vel aduocatorum.

b ¶*Et vitæ.* quæ est centum * annorum: *vt supra de sacros. ecclesijs. l. fina. & in authent. vt eccles. Roma. cen. an. in medio constitutionis col. ix.*

c ¶*Modum.* id est terminum.

d ¶*Lex* quæ est infra *vt intra certum tempus. l. fina.* licet illa sit posterior in ordine prior tamen fuit in compositione. & est secunda ratio[b] de similibus ad similia.

e ¶*Frequentiores.* vnde magis[c] quàm criminales certo tempore sunt limitandæ: *vt ff. de lib. leg. legaui. in princip. & de vsucap. l. iusto. in prin.* & hæc est tertia. Accursius.

f ¶*Criminibus.* vt petis fundum ex instrumento quod dico falsum.

g ¶*Super his.* s. pecuniariis causis.

h ¶*Locorum.* vt argu. 3. *de temp. in integ. restit. l. fina.*

i ¶*Temporum.* vt 3. *de diuer. resc. spt. l. falso.*

k ¶*Super conditionibus.* personarum: liberorum vel seruorum adscriptitiorum, colonorum.

l ¶*Super iure.* interpositio est. & dic ciuitatis s. alterius quàm Romanæ: vt patet infra per id quod dicit in fisco: quia idem iuris est in republica Romanorum & in fisco.

m ¶*Seruitutibus.* prædiorum, vel personarum.

n ¶*Quibusdam.* vt pro filiatione, vel pro patria potestate, pro excusatione tutorum, pro honoribus recipiẽdis, vel nõ recipiendis.

o ¶*Fiscale.* vt de fundo fisci.

p ¶*Functiones.* puta super tributo, hæc quidem non clauduntur triennio, sed etiam in feriatis temporibus exercentur geminis mensibus: *vt infra de fer. l. publicas.* Item excipe, nisi prior iudex decedat iuxta finem triennij: *vt infra ea. l. §. sin autem. in medio.* Accursius.

q ¶*Triennij.*[d] Quædam[e] tamen tam ciuiles quàm criminales citiori tempore tolluntur. & est in eis casibus speciale qui notantur his. ll. *infra, vt intra certum tempus. l. fina. & supra proxim. & in authent. vt cle. apud proprios episcop. §. si tamen. coll. vi. & supra vt omnes tam ciuiles quàm milit. l. j. in final. & infra de naufrag. l. penult. lib. xj. & infra de decur. l. generalis lib. x. & infra de ædific. priuat. l. fina. & infra ad l. Falc. authentic. sed cùm testator. & infra de asser. toll. l. j. Iuxta. & ff. de excusat. tutor. l. quinquaginta. Azo. & in authentic. de sanct. episcop. §. ij. collat. ix.* ¶Item hodie[g] videtur quòd omnis lis debet finiri biennio & sex mensibus. *infra & quomodo & quando iudex. in authentic. qui semel.* Sed dic vt ibi dixi, nam hodie non durat causa vltra annum & tres menses, secundùm quosdam: vel biennium & sex menses secundùm alios. vt diximus in dicta authen. ¶Itẽ in causa appellationis[h] non habet locum, quia illa intra annum vel biennium terminari debet: *vt infra de tempo. & repa. app. authentic. ei qui.* ¶Item not. ad euidentium huius l. quia aut vterq. i. actor & reus abest: & tunc nullo modo fertur sentẽtia secundùm omnes. Aut vterq. præsens: & tunc ferri potest quandocunq.: cognito tamen de causa prius. & hoc secundùm omnes Aut alteruter, & tunc si quidem reus absens esset, contrahatur eremodicium. & potest iudicari secundùm veteres leges: *vt ff. de liber. cau. l. diui.* Sin autem auctor, non poterat iudicari nisi in quibusdam casibus: vt in causa liberali: *vt ff. eod. l. & post. §. j. & de liber. cau. l. iuxta. & not. ff. de liber. cau. l. diui.* Sed hodie hoc nouum inducitur: vt eam absente actore contrahatur eremodicium: *vt infra eod. §. & si quidem.* ¶Itẽ an[a] potest prorogari triennium consensu partium? videtur quòd sic. *ff. eod. l. ii. §. j. & si index.* Respond. non, cum publica sit vtilitas: vt patet ex rationibus positis 3. *in princip. huius l. & pro hoc ff. de pod. a. quas prouinc. & supra titul. j. l. ij. §. si quia veremur. & de legit. & consti. l. non dubium.*

¶Item quid si sententia lata est post triennium? Respond. non tenet: & ex ea causa solutum repetitur. Nec ob. *ff. fam. ercisc. l. cum putarem.* quia ibi tenuit sententia & iudicium, licet nulla fuerit actio. ¶Item an loquitur de prima causa tantùm: aut etiam de causa appellationis? Respond. Causa appellationis non durat vltra biennium,[b] imò minus quã biennio: *vt in d. authent. ei qui appellat.* ¶Quid de compromisso? Respond. quia statutum est tempus: *vt supra de arbitr. l. j.* ¶Item quid si per iudicem stet? Respond. *vt infra. §. sin autem vtraque.* Item hoc iure ciuili. Sed iure[c] canonico non expirat instantia triennio: *vt extra de iudic. ca. venerabilis. & ca. significauerunt.*

r ¶*Sed omnes.* siue ex aula nostra, id est, à nobis.

s ¶*Extendere.* aliàs exercere.

t ¶*Hoc etenim.* extẽdas, vel non.

u ¶*Iudicialis.* benè dico, iudicialis. nõ dico, litigatoris, &c.

x ¶*Magis.* quam partiũ.

y ¶*Iudice.* cuius iurisdictioni suppositus est H. vel qui causæ præsidet.

ET SI QVIDEM.] *Ex hoc. §. not. text. meliorem de iure, ibi, absentia incusante. quòd si absens fuit citatus etiam falsa relatione per nuncium: non potest dici contumax. nisi per alteram partem præsentem sua contumacia fuerat accusata & tunc volens comparere non auditur nisi refusis expensis, vt infra eodem l. sancimus. & ca. j. de dolo & contu. lib. vj. Paul. hic.*

z ¶*Et si quidem.* quid iuris sit quando vtraq. pars est præsens, dictum est: nũc quãdo vna pars est absens: & primo de actore post litem contestatam.

a ¶*Quatenus.* i. quia. Vel licet non faciat ex proposito, tamẽ lex hoc præsumit. Vel ponitur consecutiuè: *vt infra de obsequijs. l. si manumissori.*

b ¶*Licentia* iure isto, non veteri: *vt ff. eod. l. & post. §. circumductio.* ¶Sed nunquid etiam antequam sit prope finem triennij, poterit hoc facere, & sic sententiam formare? Respond. secundùm B. sic. nam non imponitur ei necessitas vt non ferat ante: sed vt non differat vltra triennij finem, *arg. ff. eo. l. non quicquid. & infra quomodo & quando iudex. l. j.* Sed secundùm P. ante pronunciare licet. *argu. infra ea. l. §. huiusmodi.* Sed tu distingue secũdùm Io. vtrum actor sit absens, an reus. si reus, tunc & ante finem pronũciare potest: quia & veteribus legibus reo absente cõtrahebatur eremodicium, & dabatur sententia: *vt ff. eo. tit. l. & post.* & cum non sit correctum, dicam ante ferri posse sententiam. actore, autem absente, non licet ante pronunciare: cum olim eo absente non contrahebatur eremodicium, & ideo cum non inueniam eum posse ante pronunciare: nec hoc dicam. & hoc cum altera pars est absens. si autem vtraque, nunquam iudex potest proferre sententiam. Si autem vtraque præsens, quandocunq. potest. *infra eo. §. sin autem vtraque.*

c ¶*Per executores.* i.[d] nuncios: *vt in auth. de litig. §. omnem. col. viij.* aliàs aliter accipitur *vt j. de execu. rei iudi. l. executorem.*

d ¶*Fugiente.* sic dicta, quia cõsueuit fugere, nõ quia modo fugerit.

a ¶ *Quæstionibus*.id est querelis.Acc.
b ¶ *Reserantibus*.id est aperientibus.
c ¶ *Hoc*.scilicet requisitio per executorem.
d ¶ *Decem*.*vt ff.eo.l.per instrumenta*.quod poterat minorare:*vt ff.e. nonnunquam*.sed hodie est.xxx.dierũ inter vnã dilationẽ & alterã non minus:*vt in authẽtic.de litig.§.omnẽ verò. ver.si verò cautã.coll.vij.* Additio. Tu dic quòd ibi loquitur quãdo reus non obstante cõtumacia actoris vult facere probatiões suas & facere quòd liqueat de causa:& istud est maioris præiudicij: ideo requirũtur maiores dilationes.hic loquitur quando sententia est absolutoria ab obseruatione iudicij. Bart. & Ias.
e ¶ *Inuẽta*.i.noluerit venire ad causam:fuit tamẽ inuenta ab executoribus,& sibi denunciatum: & sic nõ obst. cõtrariũ.ff.*quæ sen. sine appel.l.j.§.item cum ex edicto*.nam tũc ipso iure nõ valet sententia: vt ibi secundũ quosdã. 2 Vel dic,ibi nõ fuit citatus: secus autẽ si citatus,licet non inuentus: *vt ff. de euic.si ideo §.fi.& ff.de dãn.infect. l.iij.§.toties.& ff. quod vi aut clam.aut qui.§.j. & j.de ann.except.l. vt perfectiũ*. & si quidem per cõtumaciã vetam[a] abest:non audiet post, nisi [b] veniat iudice sedente pro tribunali, vel ad appellationem: *vt ff.de in integrũ restit. l.diuus.& de iudic.l.* & *post.in fi.*& *j.eod.§.cum autem.* si autem ficte [c] contumax fuit, tunc auditur:*vt præalleg.l.& post.§.fi.* si autẽ probabili causa,serua distinctionem quam habes.s.de procurato.quia absente. Addit. Vide etiam pulchram glo.in l.fi.de in integ.restit.

quæstionibus[a] reserantibus[b].& si per tres vices hoc[c] fuerit subsecutum,decem[d] dierum spatio per vnumquemq; introitum destinato, & nec ita pars actoris fuerit inuẽta[e],& neq.per se,neque per procuratorẽ instructũ[f] peruenerit:tunc iudicẽ negotij acta[g] apud se confecta cõspicere[h] [censemus †:] & si quidem nihil sufficiens actitatum est,ex quo possit termino[i] causæ certa fieri coniectura : volumus non solum partem fugientem [k] ab obseruatione [l] iudicij [m] relaxare, sed etiam in omnes expensas quæ consueto modo circa lites expenduntur,eum[n] condemnare: vera quantitate earũ sacramento[o] fugientis[p] manifestanda,& omni cautela[q] quã super lite reus exposuit,reddenda quæ [r] & si remanserit, viribus euacuabitur[f]. Sin autem ex gestis apud se habitis, parte actoris minimè inuenta, possit inuenire viam *, qua manifestum ei fiat[t] quid statuendum sit, etiam absente actore, si eum meliorẽ causam habere perspexerit,pro eo ferre sententiã nõ moretur[u] & præsentẽ reum absenti actori condẽnare: expensis tantũmodo litis, quas reus legitimè se expendisse iurauerit [x], condemnatione excipiẽdis[y]: quia hanc pœnam actori & meliorem causam habenti propter solam [b] sententiæ cõtumaciã imponimus[z]: nullo penitus ei regressu ad eandem litem conseruando. Sed actor[a] contumax cadat omnino * de lite, si reus absoluatur[b]. Sin verò aliqua condemnatio contra reum pro absente actore[c] proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor[d] putauerit fugitiuus : nullo modo iterum eandem litem resuscitare concedimus. & hæc quidem pœna actori fiat[e] †imposita.

Reus se absentans lite contestata legitimè citatus, si contra eum liquet de causa, condemnatur definitiuè: & mittitur sententia executioni in rebus suis: nec reuersus auditur appellans, nec possessionem recuperabit etiam si cautionem præstare paratus sit: & absentia litigatoris,id est actoris, vel rei, repletur Dei præsentia: & ideo si liquet de causa, fertur definitiua iuxta finem trienny: & reus contumax non auditur appellans. & vbi vterque se absentauit, non pronunciatur definitiuè, sed absolutiuè ab obseruatione iudicij: & tunc neutra pars condemnatur alteri in expensis. hoc dicit vsque ad §. sin autem alterutra. Alexander.

f ¶ *Instructum*.id est doctum.*arg.supra de procura.l.fi.* 2 vel id est ordinatum. Accur.
g ¶ *Acta*.id est scripta facta ante absentiam actoris.
h ¶ *Conspicere*.censemus.
i ¶ *Termino*.id est definitiuæ sentẽtiæ.sic infra *ea.l.§.pe.* Sed videtur semper esse certum.aut enim probauit actor plene, & vicit. aut nõ,& absoluitur reus:*vt supra de eden l.qui accusare. quæ est cõtra*.sed illud loquitur vtraque parte præsente,vbi in [d] dubio pro reo iudicatur:*vt ibi,& institu.de interdic.§.commodum.* Additio, Tu dicas post Bar.hic quòd l. contraria loquitur quãdo a pparet actorem non probasse datis ei legitimis dilationibus: *vt l.fi.ff.de ferijs.& infra de dila.l.j.* Sed si ponimus actorem se absentasse nõ datis legitimis dilationibus:tunc de causa non liquet.ita loquitur hic Cy.Bald.& Io.
k ¶ *Fugientem*.id est reum,qui tamen est præsens.
l ¶ *Ab obseruatione*.[f] vt à sacramento calumniæ,& iud.sol. & si iterum venerit actor,oportebit ipsum incipere denuo:sed tamẽ eius perpetuatur actio per litis.
m ¶ *Iudicij*.id est vt nõ teneat huic instantiæ: sed de nouo incipiat actor si vult.& sic hęc absolutio nõ tenet in principali quæstione:*vt ff.eod.mol non idcirco.§.postea.& l.& post.§.circunductio.* imò in xl.an.perpetuatur:*vt infra de præscri.xxx.an.l.fi.* ¶ Sed argu. contra.*in authen.de litig.§.fi.colla.viij.* sed ibi bis fuit absens, hic semel.Item potest dici quòd vitium[f] litigiosi duret.¶ Item quid de attestationib.& confessionib.ibi factis:nunquid valebunt in alio iudicio? videtur quòd non:quia perit instantia iudicij, *argu. contra.s.de arbitr.l.pe.in fi.& j.de t libus.l.fi.* De hoc dic vt supra de edendis apud.¶ Itẽ quid si reus præsens vult in se onus probationis transferre? Respond.absoluetur definitiuẽ secundum B.vt *ff de prob.vero.l.circa.* i si Item hoc licet actori præsenti,reo absente:ergo & reo præsenti.nam non debet actori &c. *vt ff. de reg. iur.l.non debet*.Sed Ioan.contra quia non est qui ibi contradicat Accursius.sed hodie iure nouissimo opinio Bulga.probatur per authen. qui semel. vt dicam.j.proxi.

n ¶ *Eum*.id est actorẽ absentem: *vt ff eo l.cum quem temere.& infra de fructibus.& lit.expen.nẽ ignoret.& infrà qui ac.n fure non poss. qui crimen.*
o ¶ *Sacramento*. Nota speciale,vt pro [b] se alicui suo credatur sacramento : quod est propter difficilem probationem. sic infra vnde vi.§.quando. aliàs non, nisi aliquã præsumptio sit pro eo: *vt* [c] *j. de rebus creditis. l. in bona fidei.*
p ¶ *Fugientis*.id est rei qui solitus est fugere: sed nunc est præsens.
q ¶ *Cautela*. scilicet iudicio sisti,est iudicatũ solui,quas faciebat re[e] *vt institut.de satisdat.§. j.& ij.*
r ¶ *Quæ*. scilicet cautela.Acc.
f ¶ *Euacuabitur*. huius legis auctoritate.¶ Itẽ nota quòd tria noua suntinducta.post.l.istã per authen.infra quo modo & quando iud. authen.qui semel 1 Primum , quia ampliatur numerus decem dierũ vsque ad.xxx. 2 Secundum,quia abbreuiatur tempus trieñij in absente actore ad biennium & sex menses, secundum quosdam.vel ad annum & menses tres secundum nos. 3 Tertium,quia reus à ctore absente probat, & definitiuè absoluit per illam.l.quod non erat per istam secundum Io.sed ab instãtia tantũ absoluebant.Sed B.cõtradicit,etiam per.l.istam, vt modo dixi. 4 Itẽ quartũ,quia ipso iure cadit actor ab actione p l.illam: quod non erat per.l.istam secundum Io.sed tantũm instantia pe ribat.Vel ibi loquitur quãdo bis fuerat absens.secus si semel,vt *hic arg.s.de epist.aut ij.§.fin.* ¶ Item an idem in reo vt bis absens causam amittat.Sed dic in authen.qui semel.
t ¶ *Ei fiat*.scilicet iudici.
u ¶ *Nõ moretur*.¶ Imò cõtra.*ff.de re iud.l.cõtumacia.in prin.* vbi dãno expẽsarũ litis,vel quia appellare nõ potest,punit cõtumax.¶ Itẽ contra.*ff.de confes.l.certum.§.pen.* vbi præsens [d] nõ damnatur absenti.sed solue:*vt ff.eo.& post.in glo.* imò contra.
x ¶ *Iurauerit*.cum taxatione iudicis:*vt j.eo.sancimus.*
y ¶ *Excipiendi*.vt si petit actor centum,& expendit decem,reus expendit quinque.si actor non esset absens,condemnaretur re[o] in ducem,modo autem deducuntur expensæ rei:& sic in quinq. tantũm condemnatur reus pro expensis,secundum Ioa. 2 Alij dixerunt vt P.nec sua decem repetere actorem:& quinq; quæ re[o] expendit,deducit de cõdemnatione:quod est iniquum,vt dupli ci damno grauetur.
z ¶ *Contumaciã imponimus*.quæ præsumitur[e] cũm sit absens:*vt ff. de re iudica.l.contumacia.§.j.*
a ¶ *Actor*.mutat casum.
b ¶ *Absoluatur*.in totum.
c ¶ *Actore*.habente meliorem causam,&hoc reo pręsente,& absente actore.non sic erat iure veteri:*vt ff.eo.l.& post.§.j.*
d ¶ *Actor*.qui volebat appellare,quasi in aliquo vel maiori sũma reus fuerit damnandus : quod non potest, nisi veniat iudice sedente pro tribunali:*vt ff.de in integ.rest.l.diuus.*
e ¶ *Fiat*.id est fit.

Margin notes:

† Decisio vet.

* inueniri via.
a Cõtumacia vera dicitur quoties persõnaliter inuentus & citatus dixit,nolo ire. Gl & Bar. l. si ff de in integ. restit.Ias.
b Contumax verus quando audiatur.
c Contumax ficte dicitur qui inuentus & citatus tacet.

d Iudicatur in dubio pro reo.

e Adde huic loco Romanũ singul 405.
f Instãtia perempta vitium litigiosi durat. id est à die per litis contestationem perpetuata durat quadraginta annis, vt hac Gloss. quam Bald. de cif. 35. dicit communiter ad probatam. Contrarium tamen extat in Glo [illegible]

a vide Gl in l. [illegible] in verbo iurare ff. de edendo.
b Iuranti in re sua fides [illegible] & vilitatem creditur
c omnimodo.
c Iurare non cogitur is cui præsumptio fauet præsumptio excusat à iurando.
† fin.

d Absenti præsens an & quando condemnetur & potest.

e Contumacia præsumitur in absente.

SIN AVTEM.] No. ex hoc. §. meliorem text. de iure ibi, siue per relationem, secundùm Pau. & Ia. scilicet quòd iudex alterius territorij non potest mittere executioni sententiam ab alio iudice latam, nisi ad literas & requisitionem illius iudicis qui sententiam tulit: aliàs executio facta non valet.

a Iudex non potest pro absente, nô citato sententiam ferre, vt hic, quod fallit in causa criminali. *l. quamuis in. de adulterijs. auth. de Romanorum fin.* Additio. † cap. 3 § per totum. * ediximus in quibusdã cod manus. b Eremodicij, desertio iudicij. c Eremodicij an & quando actor contrahat.

a ¶ *Et similis.* scilicet ter per decem dies: *vt s. §. & si quidem.*

b ¶ *Eremodiciu.* i. defeci videatur iudiciũ: sic vt definitiuè possit pronũciari. ab eremos enĩ sic dicitur.

c ¶ *Cautũ est &c.* vbi scilicet reus abest, non vbi actor: *vt ff. eod. l. & post. j. respons. & §. j.* nisi in causa liberali, vbi etiam in actore contrahebatur eremodiciũ: *vt infra de liber. caus. l. iuxta. & ff. de liber. cau. l. diui.*

d ¶ *Absentem.* f. reum & hoc dũ est liquidũ: aliàs ab obseruatione iudicij: *vt s. prox. §.* Item potest eum mittere in possessionem rei absentis. cum d enĩ ante litẽ contestatã facere possit, ergo & post multò magis. *infra quomodo & quando iudex sententiam*. Acc.

d Argumentum à maiori ad minus. † nulla licentia erit alij personam eius.

e ¶ *Condemnationem.* & hoc intellige quando liquidũ est ei de causa, alioquin obseruaretur quòd dictum est in actore.

e mittetur in quibusdam. † fideiussores.

f ¶ *Satisfiet.* scilicet generaliter, quæcunque fuerit actio in rem vel in personam contra res possidendas & vendendas.

g ¶ *Adm. io &.* scilicet delegantem, cùm ipse sit delegãs, vel ad eũ qui habet rem petitã in sua iurisdictione: *vt ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. j. respons. & de bo. au. iudic. possess. l. cum vnus. §. is qui.*

* Iste text. est singularis, secundum Ang. lex. & Iaso.

Sin autẽ † reus adfuerit, & similis[a] eius processerit requisitio, quemadmodũ pro persona actoris diximus*: etiam absente eo eremodicium[b] contrahatur & iudex (secũdum quod veteribus legibus cautum est[c]) ex vna parte cum omni subtilitate causam requirat: & si obnoxius fuerit inuentus, etiam contra absentem[d] promere condẽnatione[e] non cesset, quæ ad effectum perducatur: & per res & facultates fugientis victori satisfiat[f]: siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, siue per relationẽ ad maiore[g] iudicem hoc referatur, & ex eo legitima via contra res[h] contumacis aperiatur: nulla licẽtia ei[i], vel alij † personam eius solà[k] prætendenti concedenda contradicẽdi, cum in possessionem ex huiusmodi causa actor mittitur*. nec si reuersus ipse fuerit, & voluerit fideiussores † dare, & possessionẽ recuperare audiatur[l]. in huiusmodi etenim casibus omnẽ ei contradictionẽ[m] excludimus. Cùm autem eremodicium ventilatur[n] siue pro actore[o], siue pro reo[p]: examinatio causę sine vllo obstaculo[q] celebretur. Cũ enim terribiles[r] in medio proponãtur scripturæ[r], litigatoris absentia, Dei pręsentia[s] repleatur: nec pertimescat iudex appellationis obstaculũ[t], cũ ei qui contumaciter abesse noscitur, nulla sit prouocationis licentia, quod &[u] in veteribus legibus esse statutũ, manifestissimi iuris est. Huiusmodi[u] autem sententia prope finem triẽnij proferatur[x] pro quo[y] & præsentem legem induximus. Si enim in anteriore tempore in quo larga temporis superest dilatio, & spes absenti relicta fuerit reuertẽdi, alterutra[z] pars cessauerit: in sola expensarum datione & absolutione[a] forsitã[b] præstetur[c] pœnalis[d] sententia, non autem tunc[e] mors litis & condemnatio[f] in absentem introducatur, quæ in his tantum modò casibus accidunt[g], in quibus trienn)j effluentis imminet formido.

Victus victori debet in expensis condemnari sacramento victoris taxandis. aliàs iudex de suo resarcire debet. hoc dicit vsque ad §. sin autem vtraque. Salycetus & Alexand.

Siue autem † alterutra[h] parte absente, siue vtraq. præsente lis fuerit decisa, omnes iudices qui sub imperio nostro constituti sunt, sciant victum in expensarum causa victori[i] esse condemnandum, quantum pro solitis † expensis litium iurauerit[k]: non ignorãtes, quòd si hoc prætermiserint, ipsi de proprio huiusmodi pœna subiacebunt.

h ¶ *Res. possidendas* & vendendas.

i ¶ *Ei.* scilicet reo.

k ¶ *Solã.* ideo dicit solã, quia ali[o] ex suo iure vt hypothecę potest petere: *vt ff. de p. g. l. si superstes. & ar. ff. de re iud. à diuo. §. si super.*

nis actio [a] exerceri potest per quãcunq [b]. personã. Sub colore autem adipiscendæ possessionis obreptitia [c] petitio [d] alteri obesse non debet, maximè cum absque conuentione personæ legitimè initiatũ [e] iurgiũ [f] videatur. Nihil autẽ opitulatur † conuentio circa minorem [g] habita, cũ id rectius circa curatorẽ debuerit custodiri [h]. Dat. 11. Non. Mart. Rauennæ, Constantio & Constantino * Coss.

b ¶ *Per quamcunq.* id est quælibet psona nomine suo agere potest, etiã pupillus, & seruus in [c] recuperãda, vel retinenda, non sic in adipiscenda: *vt j. si per vim vel alio modo. l. j.* & hic est primus casus huius l. Si tñ pupillus succumbens in possessorio obrependo pedetentim agere velit de proprietate, non potest vt alter teneatur ei respondere sub colore quæstionis de possessione. Maximè autẽ ideo subiungit, quia si de possessione egisset pupillus cum tutore, & idem vellet de proprietate agere sine tutore, idẽ esset vt non admitteretur. & hic est casus secũdus. Sed si pupillus obtinuit in possessorio, & recõ-

† opitulatur. c De quo possessorio hic agatur.

* Constante legendum, vt in C.T.

TITVLVS VII.

VT NEMO INVITVS agere vel accusare cogatur.

1. *Imp.* DIOCL. A. *Camerio.*

INVITVS † [i] agere vel accusare nemo cogatur.* Dat. Id. Octobris Carino II. & Numeriano. Coss.

† *Conc. gl. vnica circa fin. in verbo. non sit* ... [illegible]

* Inchoatam semel actionem exequi coguntur rectè Iustinianus hãc legem aduersus calumniatores explicat Nouella 112.

TITVLVS VIII.

DE ORDINE iudiciorum.

ueniatur in petitorio sine tutore, non valet sententia. & hic est tertius. & sic sunt casus tres secundùm Azo. 2 ¶ Alij intelligũt totam l. cum pupillus agit nomine alterius de momentaria possessione, & ipse idem vult agere de proprietate. Vel reconueniatur, & eædem dantur responsiones, & similiter sunt tres casus. qui non placent. 3 ¶ Alij vt Ir. dicunt quòd tota lex duos tantum ponit casus, primus vsq. illuc, sub colore &c. & sic non mutatur prima positio. Secundus ab inde vsq. illuc nihil autẽ &c. & quod subiicit, nihil autem &c. est expositio secundi. & secundum hoc dices, adipiscendæ. i. adeptæ. & alteri. i. minori. Sed secundum nos adipiscendæ, propriè ponitur: & alteri. i. aduersario minoris, qui est maior. possent etiam dici quatuor casus, vt vnus assumatur in illa dictione maximè. alij tres non mutentur.

c ¶ *Obreptitia.* puta quia volebat intendere rei vindicationem, & de proprietate iste minor probare.

d ¶ *Petitio.* quam aduersarius fecit de reconuentione siue proprietate.

e ¶ *Initum.* i. inceptum: vt in possessorio. nam idem & si interuenisset tutor in possessorio, vt modò dixi. *& ad hoc. j. qui da. tu. pos. l. in vniuersis.*

f ¶ *Iurgium.* scilicet totale possessorij & petitorij. sed pars eius. s. possessorium fuit finitum, in quo succubuit.

g ¶ *Circa minorem.* i. vult aduersarius obrepere contra pupillum, & de proprietate litigare. & hic vltimus non variatur.

h ¶ *Custodiri.* s. potuerit. nã & minor potest cõueniri cum auctoritate tutoris. *ff. de adm. tuto. l. 3. § sufficit.* ¶ Itẽ ex eo quòd dicit, obreptitia petitio alteri obesse non debet: not. arg. quòd testes [d] in causa possessionis nõ sunt interrogãdi de proprietate. Vel si interrogẽtur, nihil in ea dictũ eorũ prosit. *sic. & ff. de pet. here. l. si qs. lib. § vna. i. sa fi. & ff. de iureiur. l. si duo patroni. § 1. & l. eu q circa prin.*

d Testes in causa possessionis nõ sunt interrogandi de proprietate: Vel si interrogentur eorũ dictum nõ nocebit.

Vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.

INuitus.] CASVS. Tenebaris mihi in quinq. non potes compellere me vt conueniam te. vel si habeam contra te actionem criminalem, non potes compellere me vt te accusem inuitus.

i ¶ *Inuitus.* idem dicit text. quod rubrica, & probatur hæc regula *infra de vsu pub. l. vlt. & de pig. credito.* & idem est econtra in defendendo, quia sufficit in possessionem missio: *vt ff. de in ius voc. l. satisque.* nisi in casu: *vt ff. de procu. sed & hæ. § præter.* sed etiam in agendo quandoque [e] quis compellitur causatiuè: vt gestor negociorum coniuncti. *vt ff. de neg. gest. l. in autem. in prin.* 2 Item procurator: *vt j. ma. l. à procuratore. & l. procuratorem.* 3 Item tutor. *vt j. arbi. tu. l. 2. & j. de administr. tut. l. debitorib. & l. tutores. 4.* 4 Item heres: *vt j. de his quibus vt indig. l. 2.* 5 Item administrator ciuitatis: *vt ff. de administr. re. ad ciuita. pert. l. 2. § si co.* Itẽ mater: vt

a Inuitus quandoque quis cogitur agere: v Angelum ad Rubr. Instit. de act. Paul. de Puteo in tract. syndicat. in ... de ... 8. Bœrium decis. 355. adde Doctores in l. diffamari, C. de ingen. manum.

j. de leg. her. l. fi. in e. 7 Item ille qui semel actionẽ proposuit. nã loquitur hic tñ. quando adhuc nullã proposuit actionẽ: *vt j. quomodo & quando index. auth. q. l. semel.* ¶ Sed solet quæri an Bononiæ possit cogi à scholari vt agat contra scholarem qui in breui est recessurus, cum fortè Bononiæ sperat cum conuenire cum habet pedẽ in stripedio. & est arg. l. ista quod nõ possit. magis tamen puto iudicem debere ei statuere tempus intra quod agat: & postea eũ non audiri: *arg. j. de remiss. pig. l. si eo. & j. de inge. ma. l. diffamari. & ff. de op. leg. l. manciplorum. & ff. de cu. bo. dan. l. j. & ff. de bo. aucto. iudi. poss. l. si seruus. & ff. de Carb. edic. l. iij. § dua.*

Si pupillo agenti petitione hereditatis contra heredem scriptum obiicitur quod non est filius: iudex debet examinare de principali & incidenti: non tamen habet de incidenti pronuntiare, sed solùm de principali, hoc dicit Baldus. Vel sic: Si quæstio status incidit quæstioni bonorum, de ea plenè cognoscitur, licet iudex aliàs cognitionem de statu non habeat, sed de principali tantum expressim pronunciatur. Salyc.

DE ORDINE Iudiciorum.

Id est de quæstionib. ordinandis in iudicio: puta si cõcurrãt duo iudicia inter easdẽ personas principaliter vel incidenter, quod præcedere, & quod consequi debeat. sic ergo dicitur iudiciorum, id est quæstionum vel rerum de quibus possunt fieri iudicia, id est quæstiones.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONI. AA. *Marcellino* †. *& aliis*

† legendum Marcellino & aliis: vt intelligantur tutores filij, de quo hic agitur. Cont.

ADITE [k] præsidem prouinciæ, & ruptum esse testamentum Fabij præsentis agnatione [l] filij docete. neque enim impedit notionem eius [m], quòd status quæstio in cognitionem vertitur [n], etsi [o] su-

ADite.] CASVS. Testamentum fecisti nulla facta mentione de ventre vxoris, quæ prægnans erat: & extraneum instituisti. natus est posthumus. agere vult tutor petitione hereditatis aduersus scriptum heredem, obiicit ei scriptus heres quòd pupillus non sit filius defuncti legitimus, sed seruus natus ex ancilla sua. q quæstio pferri debeat, quęritur? Resp. quod præses simul de vtraq. cognoscet: nec quęstio status incidens impedit notionẽ præsidis: licet aliàs de statu cognoscere nõ posset, quando pupillus sc. conueniretur petitorio: *vt ff. de Carb. edi. l. iij. § si quis liber. licet in. § missum.* dicatur contrarium sed ibi agit pupillus, pronunciabit autẽ tantùm super petitione hereditatis.

k ¶ *Adite.* ò vos tutores posthumi.

l ¶ *Agnatione.* i. [a] natiuitate, quæ rũpit testamẽtũ: *vt j. de posth. her. instit. vel exhere. l. j. & de bo. pos. contra tab. l. posthumo.* & agitur peti. heredi. secundùm B. sed secundùm eum est contra. *j. de Carb. edic. l. j.* vbi dicit eam petitionem hereditatis differri. Sed hic subaudi, si impuberi. s. expediat: quia testes possunt mori: *vt ff. de Carb. edic. l. iij. § dua.* Item secundum hunc casum super illo versiculo huius legis, etsi super causas status &c. est cõtra. *j. de peti. her. l. liber.* Sed ibi de statu defuncti: hic heredis. ¶ Item super eodem est contra. *ff. de Carb. edic. l. iij. § missum.* vbi dicit posse agi de statu si impubes agat petitione hereditatis. Sed expone hic qđ nõ possit aliàs quando pupillus petitorio iudicio cõueniretur: *vt in § quis liber, in ea. l. iij.* nam tunc in eius fauorem differtur quæstio status per Carbonianum: non quia præses de libertate cognoscere non possit: *vt s. de ped. iud. l. placet. j. & ff. de Carb. edic. l. iij. § dua.* hic autem agebat pupillus petitorio: & ideo non differtur quæstio status. Sed huic solutioni videtur contrarium: *vt ff. de Carb. edic. l. pe.* vbi petitorio agit pupillus, & tamẽ differtur quæstio status. Sed ibi contra alios possidentes res hereditarias. secus autem si cõtra eũm qui ei mouit quæstionem status. Vel loquitur ibi cum satisdedit pupillus vnde admittitur pupillus vt curator bonis datus: *vt in ea. ti. l. sed & si is. § j.* 2 ¶ Sed & poni potest hui[us] l. casus in possessorio [b]: vt si dicas quòd pupillus volebat adipisci possessionẽ vel retinere ex Carboniano, quòd potest. & vtrobiq. differẽ quæstio status, & hoc dicit, & si super &c. *vt hic, ff. de Carbo. edi. l. iij. § parui. & ff. de inoffi. testa. l. qui de inofficio.* nisi hactenus, vt summatim cognoscatur: *vt ff. de Carb. edict. l. iij. § causæ.* & quòd hic subiicit, de hæreditate [c], secundũ hũc casum expone, id est de possessione rerum hereditariarum. 3 Vel dic retento eodem casu etiam de hereditatis proprietate summatim cognosci, cũ petitur Carboniana: vt si euidenter probetur eum heredem non esse, nec denegetur ei Carboniana: *vt ff. de Carb. edict. l. iij. § causæ.*

a Testamentum agnatione quemadmodũ rumpatur.

b Hæc est vera in se: licet haud conueniat inter Rñr. Bal. Paul. & Salyc.

c Hæreditas pro possessione rerum hereditariarum.

m ¶ *Eius.* scilicet præsidis.

n ¶ *Vertitur.* dicebant enim aduersarij eum non esse filium Fabij, vel dicebant eum seruum.

o ¶ *Etsi.* id est quamuis.

a ¶ *Non possit*. s. aliàs cum conueniretur petitorio. hic autem fit, vt subiicit. quia hic agit. 2 Vel dic non possit, scilicet vt pronũciet, cognoscit tñ, vt subiicit, ne sibi ipsi hæc litera cõtradicat, & hoc prout posui in petitorio. sed secundùm alium casum dic quòd non possit propter Carbonianum, quod differri præcipit.

b ¶ *Quæstionem*. s. de statu: fundata tamen prius intentione actoris, vt j. *de prob. l. 2.* & j. *de excep. l. si quidem*. sed prout in Carboniano posui, quomodo de statu cognoscitur? Respo. summatim: vt j. *de Carbon. edic. l. 4.* prout autem in petitorio posui, plenè cognoscitur.

c ¶ *Quoniã*. dixi cognoscendũ, quasi non pronunciandum, quoniã &c. & sic si detur sententia pro puero in principali, etiã in incidenti pro eo data videtur. secus si contra eũ in principali secundùm Ioan. vt *hic* & j. *de ordi. cog. l. 4.* & j. *de iudi. l. quoties*. ¶ Sed videtur nõ præiudicari in incidenti, nisi de ea pronuncietur: vt ff. *de his qui sunt sui vel alie. iur. l. pe.* & ff. *de lib. agn. l. si quis à l. berit. §. si vel parens*. Solue, vt d. l. ij. de ordine cognitio. ¶ Et no. quòd primæ tres sc. leges huius titu. dicunt de incidentibus quæstionib. quæ in modum exceptionum vel defensionum opponuntur. vltima verò loquitur quando in modum reconuentionis vel accusationis, non defensionis tantum.

¶ perperam vocat quæstionem status eã quæ est quæstio generis.

* iudice.

per status causa cognoscere non possit [a]. pertinet enim ad officium iudicis qui de hereditate cognoscit, vniuersam incidentem quæstionem [b], quæ in iudicium deuocatur, examinare: quoniam [c] non de ea, sed de hereditate pronunciat. Dat. XIII. Kal. Decemb. Geta & Plautiano. Coss.

Inter patrueles si quæstio status † non refertur, hereditas delata æquo iure diuiditur. sed si quæstio status refertur: prius de ea discutitur, quàm super petitione pronuntietur. h. d. Bald. Vel sic: Si quæstio status incidit in iudicium diuisorium, prius de statu cognoscitur, quàm sententia definitiua detur. Pau. de Castro.

II. *Imp.* ANTONINVS A. *Maguillæ*.

SI quæstio [d] tibi [e] generis [f] ab his quos fratres patrueles [g] esse dicis, non fit: tradito præside prouinciæ, & accepto familiæ erciscundæ iudicio *, experire [h]. Quod si de ea re quæstio [i] erit: prius de natiuitatis veritate secũdũ iuris formã quæri [k], idẽ vir clarissimus curæ habebit. PP. X. Kal. Aug. Antonino A. IV. & Balbino Coss.

Quando ciuilis quæstio est principaliter mota, & incidens criminalis est: eadem sententia terminatur. Baldus.

III. *Impp.* VALERIANVS & GALLIENVS AA. *Demetrio*.

CVm ciuili disceptationi principaliter motæ quæstio criminis incidit [l] †. vel crimini prius instituto ciuilis causa adiungitur [m]: potest iudex eodem tempore [n] vtramque disceptationem * sua sententia dirimere. PP. Non. Gall. A. V. & Faustino. Coss.

Prius de criminali est pronunciandum quàm de ciuili causa cognoscatur. Baldus.

IV. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Calpurnium* †.

QVoniam ciuili disceptatione intermissa [o], sæpe fit [p] vt prius de crimine [q] iudicetur, quod vtpote maius merito minori præfertur. ex quo criminalis quæstio quocumque modo cessauerit [r], oportet ciuilẽ causam velut ex integro in iudicium deductam distingui [s]: vt finis criminalis negotij ex eo die quo inter partes fuerit lata [t] sententia.

† incideris.

* quæstionem.

† Hæc lex intelligi debet quando causa per modum crim... ab vno, criminalis ab alio ... criminalis ... imponatur ... interpretes ... de Decretum ... Extra ... de ... al. Calphurnium.

* fuerat.

g ¶ *Patrueles*. tuos, & sic eodem gradu.

h ¶ *Experire*. ad diuidendam hereditatem cuiusdam agnati vel cognati tui & eorum.

i ¶ *Quæstio e. it.* in modũ exceptionis: qđ põt esse: vt ff. *de proba. l. j.*

k ¶ *Quæri*. non pronunciari: vt s. *l. proxi.* & *l. xi.* in fi.

CVm ciuili.] CASVS. Si criminalis quæstio incidat ciuili, vt si petam decem per instrumentum, quod dicis falsum, vel ecõuerso, vt si agam contra te lege Fabia de plagiariis pro seruo quem mihi abduxisti, & dicas illum tuum esse: vtraque quæstio lata sententia super principali tantum debet vna sententia terminari, nec vna propter alteram differri.

l ¶ *Incidit*. vt agis ex instrumento, quod dico falsum excipiendo: vel agis ex testamento, quod dico te testatorem compulisse ad faciendum: vt j. *si quis alii. test. pro. l. j.* Vel pone vt j. *de ord. cog. l. j.* Sed ibi videtur vtraque principalis.

m ¶ *Adiungitur*. vt accuses me de plagio: sed ego te seruum meum esse dico: vt j. *ad l. Fab. de plag. l. ante penult.* 2 Vel accusas me de adulterio, vel fi mili: sed ego te seruũ meum esse dico vt j. *ad le. Iuliã de adul. l. quoniam Alexandrum*. 3 Itẽ pone exemplum s. *de offi. recto. prouin. l. j.*

n ¶ *Tempore*. Immò videtur prius definiẽda criminalis: vt j. *l. proxi. quæ est contra*. Solu. ibi reaccusando [a]. & sic ambæ quæstiones erant principales: hic secũda in modum exceptionis proponitur. ¶ Item quomodo pronunciatur hic super vtraq; immò tantum super principali: vt s. *eod. l. j. in fi. quæ est contra*. Sol. ibi incidit ciuilis ciuili: hic criminalis ciuili: vel ecõtra secundum Bul. 2 Vel potest dici secundũ Io. quòd hic vtramq; dirimit, pronunciando tamen de principali tantum: & adeo incidens determinari videtur, vt si contra eam quis veniat, cõpetat exceptio rei iudicatæ: vt j. *de fi. instru. l. si. in fi.* nisi vbi de incidenti summatim cognoscitur. vt ff. *de libe. agno. l. si quis à liberis. §. si vel parens.* & §. *meminisse.*

a Immo vnam eãdemque duas actiones proponebat, vnã de vi, alteram de possessione Cont.

Q*uoniam*.] CASVS. Petebã à te decem. in modum reconuentionis accusabas me de homicidio. quæ sit præferẽda, quæritur? Resp. quòd criminalis: & illa ciuilis differenda est quousq; criminalis terminetur. & intellige, criminali quocunque modo finita absolutione, ciuilis quæstio tunc ex integro aperitur. Vivianus.

o ¶ *Intermissa*. i. dilata ciuili.

p ¶ *Sæpe fit*. nam quandoq. aliter fit, vt cum ciuilis est præiudicialis: vt *insti. de act. §. præiudiciales.* & j. *ad leg. Iul. de adulte. l. quoniam Alexandrum*. 2 Item hic erant ambæ quæstiones principales: sed in superiori l. non. 3 Item est contra hunc ff. *de iudi. qui prior*. Sed hic fallit illa regula, quæ fallit & aliàs: vt ibi dixi.

q ¶ *De crimine*. hanc l. intelligebat Irn. cum criminalis extinguit ciuilem: vt j. *ad l. Iuliam de adulte. l. adulterij*. aliàs non: cum non prohibeatur quis post commissum crimen agere contra quemlibet suum debitorem, nec donare: vt ff. *de dona. l. post contractum*. Sed certè non prohibetur hic agere. sed debet differre donec criminalis terminetur: & posses hic distinguere, vt dices j. *de accusa. l. qui de crimine*.

r ¶ *Cessauerit* per absolutioné. 2 Vel dic vt j. *de his qui ac. nõ pos. l. j.*

s ¶ *Distingui*. i. finiri.

t ¶ *Lata sententia*. absolutionis. alioquin non datur, immo tollitur initium ciuilis ... & sic intellige. 3. *quocumque modo*. s. per sententiam absolutoriam, vel per pactum, vel per transactionem.

a Vide de hac q. Gl. 1. extra de ordi. cog. Extra de ... de ... mutuatae.

¶ An autem in incidenti sit pronunciandum? * Pla. dicit quòd sic: vt ff. *de iudi. de qua re* in princi. & ff. *de mino. l. intra.* secundum vnam casus positionem. & ff. *de præuari. l. 4. respon.* 2 Bulg. dicit quòd non, per *l. j. huius ti.* & j. *de ordi. cog. l. 4.* & illa, de qua re intelligit principaliter. alia duo specialia dicit. 3 Ioan. verò distinguit inter incidentes: vt quę habent causam vetustiorem ante iudicium, vt tunc non pronuncietur: *vt in fi. huius l.* & *emergentes*, vt quę nouam causam habent & originem, vt falsus testis, & tunc pronuncietur: vt j. *de dila. à procedente.* & ff. *de liber. cau. liberum. §. finali.* & *l. seq.* & hoc ideo quia aliter in causa procedi non potest: & hoc quando ciuilis incidit ciuili, vt in prima & secunda lege huius titu. si autem criminali, tunc de vtraque pronunciatur secundùm Bul. & pone exemplum. vt ff. *ad le. Iul. de adul. l. 4. §. si publico.* & *in* j. *de libe. causa l. si filium*. idem si criminalis ciuili: vt si ex instrumento te conueniam, quod dicis falsum: vel econtra ciuilis criminali: vt si de plagio te accusem, & tu dicas seruum tuum venditum fuisse: vt j. *e. l. penulti.* vel pronunciatur ibi per consequentiam secundùm Ioan. vt ibi dices. ADDIT. Vide de materia huius glos. aliam pulchram glo. in c. j. extra de ordi. cog. Bar. verò hic breuiter & clarè sic distinguit: quòd aut exceptio opponitur ad impediendum processum, & super ea est pronunciandum de necessitate: vt *infra. de dil. l. à procedente cum similibus*. Aut opponitur ad iustitiam causæ, & nunc super ea non est pronunciandum: *vt hic in fi.* quod intellige de necessitate: potest tamen iudex si vult: *vt l. iusta vtil.* ff. *de mino.*

SI quæstio.] CASVS. Si filiis patrui mei & mihi delata fuerit hereditas alicuius agnati, vel cognati, agere possum fam. ercisc. iudicio vt hereditas diuidatur. Si autem mihi obiiciatur quòd de illa cognitione non sum: quæ quæstio præferatur, quæritur? Respon. quòd prius cognoscendum est de genere, id est de natiuitatis veritate, quàm de quæstione hæreditatis diuidendæ, non tamen prius debet de ea pronunciari. Vi.

d ¶ *Si quæstio*. in modum exceptionis.

e ¶ *Tibi*. agenti petitione hereditaria.

f ¶ *Generis*. quia non sis agnatus vel cognatus.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Quia iudicia accipiunt exordium per litis contestationẽ, ideo de ipsa ponit.

RES] CASVS. Ad decẽ me conuenire voluisti, & citari fecisti, & libellũ porrexisti, & ea petisti in iudicio: quæ me tibi debere contradixi. quo istorum modorũ fiat litis contestatio, an per citationem, an per libelli oblationem, vel per [a] interrogationem & responsionem hinc inde factam, quæritur? Respon. per vltimam.

a ¶ *Res.* i. causa vel quæstio.

b ¶ *Deducta.* i. petita.

c ¶ *Simplex.* vt vocetur aduersarius in iu. ¶ Sic igitur tria not. postulatio, libelli editio, & contestatio. Primum [b] nõn facit contestationem, cũ & post possit iurisdictio declinari: *vt ff. si quis in ius voc. l. ij.* Nec secundũ [c]: *vt hic, & ff. de iudi. l. vbi videtur. & arg. ff. rem ra. ha. l. amplius.* (nisi in casu: *vt s. quando li. prin. da. l. j. & ij.*) Tertium [d] sic.

d ¶ *Cognita.* per libelli dationẽ: *vt s. de eden. l. edita.* quæ dabat aliter olim: *vt ff. de eden. l. j. §. j.* aliter hodie ponit *vt in auth. hic posita.*

e ¶ *Cum iudex.* vel arbiter: *vt ff. de arbi. l. j.* ¶ Et quod dicit narrationem [e], scilicet & responsionem: *vt s. de iura. calum. l. ij. in princ. & de iudi. rem non nouam. §. patroni.* (merita enim causarum, partiũ adsertione panduntur: *vt j. si per vim vel alio modo. l. ij.* ¶ Et qđ subiicit per narrationẽ negocij [f], s. principalis, vt debet mihi decẽ Titius, & Titius dicit nego, vel non est verum, vel simile, vt si exceptionem opponat pacti vel iusiurandi. Secus [g] si dicat, non teneor respondere ratione iudicis, vel actoris, vel temporis: quia tũnc declinat. Item secus si dicat reus, respondeo, sed non animo contestandi litem: *vt argu. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j. & de vs. fr. l. sed & si quid. §. si. & l. seq.* Sed argu. contra *ff. de condi. inde. quod quis.* Sed ibi tantũm in mẽte concepit. Item puto per veritatem responderi: sed per sacramentum calumniæ: quod fit post de credulitate. ¶ Quid autem si confiteatur? Resp. non [h] fit contestatio: sed puto, si erat libellus datus, & animo contestandi hoc facit, quòd est contestatio, & dabitur definitiua. aliàs si simpliciter sic petat actor ne libello, non est contestatio: sed præcipitur reo vt vsque ad certum tempus soluat: *vt ff. de iudi. l. si debitori.*

a Lis contesta intelligitur si ad narrationem facti negotii ab actore responsio rei secuta sit, v. tamen aliã opinionem Vigli in suo tractatu de initio contestatione.

b Lis non contestatur sola postulatione.

¶ Pars l. editio supra de edendo.

c Lis non contestatur sola libelli editione, nisi certis casibus.

d dist. l. eod.

e Narratio negotii pro interrogatione actoris, responsione talis, casum, sed in libris quos inspexi legitur, causam. rectissimè tunc ...

f Negotium cum dicimus, principale negotium intelligimus.

g Respõdere ad actoris narrationem ... qui declinatoria exceptione vtitur ...

h Lis contestatio non fit confessione.

TITVLVS IX.

DE LITIS CONtestatione.

Nec postulatio, nec libelli editio faciunt litis contestationem: sed narratio cum contradictione. Iaco. But.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Valenti.*

RES [a] in iudicium † deducta [b] non videtur [*], si tantum postulatio simplex [c] celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita [d]. Inter litem enim contestatam, & editam actionem per multum interest. Lis enim tunc contestata videtur, cum iudex [e] per narrationem negocij causam † audire cœperit. Dat. Kalend. Septemb. Seuero. III. & Antonino. AA. Coss.

IN AVTHENTIC. de exhib. & introdu. reis. §. sancimus. coll. v. consti. vj.

Vocato in iudicium libellus est offerendus, & danda dilatio viginti dierum ad deliberandum an cedat vel contendat, in iudicem dissentiat vel consentiat, vel contradicat, vel fideiussorem præstet: & sine his contestatio facta non tenet. hoc dicit.

OFferatur [f] ei qui vocatur [g] ad iudicium [h], libellus: & exinde præbitis [i] sportulis, & data fideiussione [k], viginti dierum [l] gaudeat induciis, quibus deliberet cedátne an contendat, aut iudici ne aliũ adsociari [m] petat, vel recuset [n] eum: nisi ille sit is quem ipse alio recusato iam petierit [o]. Deniq. præsens interrogetur [p], an hoc tempus litis transient. quod non modo ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione manifestetur, quàm in initio [q] facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc indultum † habita, pro nihilo [r] habenda est.

IN AVTHENTIC. de executorib. §. j. colla. vij. consti. vij.

Actor antequam dirigat libellum, debet satisdare forma hic scripta. Salycetus.

LIbellum [f] verò non aliàs actor dirigat, nisi prius & in ipsum quem dicit obnoxium, & in negocij [t] executorem exponat cautionem, se scilicet vel intra duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei qui conuenitur, contingẽs, restituturum in duplum.

OFferatur.] CASVS. Hæc authen. ponit ordinem eorum quæ debent præcedere litis contest. & sunt sex quę vide per ordinem: quia satis clara sunt. In fi. ibi: litis ergo. ponit clausulam irritantem, quod litis contestatio facta contra hunc ordinem, pro non facta habebitur.

f ¶ *Offeratur.* hæc authe. tractat de quibusdam præambulis [i] litis cõtestationis, & est in cor. de exhi. §. sancimus. coll. v. ¶ Et dic offerat ei [k], s. à iudice, vel ab actore, vel ab aliquo alio mandato iudicis.

g ¶ *Vocatus.* i. qui vocatus est. sic j. *de ... emp. l. si minor.*

h ¶ *Ad iudicium.* idem & si ad arbitriũ: *vt s. de arbi. l. ... in fi. & ff. de arbi. l. j.* ¶ Nec ob. *s. de episc. & cler. auth. generaliter. in fi. ibi nisi causa &c.* nam exponitur, i. nisi satisdatio prædicta remittatur. ¶ Item dic, iudicium, s. ciuile. Item si in criminali: *vt ff. de accu. l. libellorum.* Sed ibi in hoc plus, quia triginta dies dantur ad componendos mœstos penates: *vt j. de exhi. re. l. nullus* [l]. insuper & viginti dies ad deliberandũ *v. hic.* ¶ Item per hoc quod dicit libellus, patet, necessariam esse scripturã olim secus: *v. ff. de eden. l. j. §. j.* Sed hoc fallit [m] in illis casibus vbi nec sententiam oportet dari in scriptis. *vt j. de sen. ex breui. reci. auth. nisi breuiores.* Accur.

i Litis contestationẽ quæ præcedere debeant.

k Libellus tribus modis offerri potest.

l Contrarium tenet Bal. & Saly. hic.

m Libellus scriptus non est necessariò dandus in omnibus causis, v. Glossam ...

i ¶ *Præbitis sportulis.* tã [a] ab actore quàm à reo, & quando & quantum in iudice delegato, habes in authen. *de iudi. §. ne autem. colla. vj.* in ordinario non inuenitur lege expressum, nisi in clericis: *vt s. de episc. & cler. l. omnes qui. §. executoribus. & l. cum clericis. authen. sed hodie.* & in quibusdam aliis personis: *vt j. de sent. & lit. expen. l. fi. & de agen. in re. l. fi. lib. xij. in fi.* & secundùm consuetudinem terræ in eis dicas seruandum morem.

k ¶ *Fideiussione.* s. iudicio sisti, nisi possideat immobilia: *vt ff. qui satisda. cog. l. sciendum. & instit. de satisda. §. sed hoc hodie.* a Alij dicunt corrigi dictam l. sciendum, per auth. istã. ¶ Itẽ not. de fideiussione, scilicet personali [b], non pignorum: *vt ff. de præto. stip. l. prætoria. iv.*

l ¶ *Viginti dierum* [c]. s. ad plus. nam minorari [d] possunt: *vt j. de dilati. l. j. & l. fine pars. & ff. de iudi. l. nonnunquam.* a Alij contra. *ff. de re iudi. l. iij. §. si quis.* & illas in dilationibus à iudice datis intelligunt. hic à lege aliquos confundit. *ff. de iudi. l. nonnunquam.* secundùm Azo. Sed dic [e] quòd non possunt minorari. sicut nec decẽ dies qui dantur ad appellationẽ interponẽdam, nec annus qui datur ad exercendum appellationem.

m ¶ *Adsociari.* cum prior ordinarius erat: *vt sup. de iudi. authen. si contigerit.*

n ¶ *Vel recuset.* quia delegatus erat: *vt s. in l. apertissimi.*

o ¶ *Petierit.* ¶ hic est arg. contra. *ff. de iudi. l. obseruandum.* Sol. hic ad verecundiam petiti iudicij: Vel hic corrigit, Vel hic absentẽ altera parte. vbi vtraq. erat pñsens, sicut Romana curia obseruat.

p ¶ *Interrogetur.* i. ante litis contestationem, sicut & aliæ multæ fiunt interrogationes: *vt ff. de interro. act. per totum.*

q ¶ *Initio.* debet enim in initio subscribere annos domini in libello, vt dicitur in cor. quod hodie non seruatur: sed scribitur terminus ad respondendum.

r ¶ *Pro nihilo.* Non ergo interrumpi [f] præscriptionẽ [g] secundùm lr. Sed contra videtur, secundùm Al. cum etiam per solum executorem [h] fiat interruptio. *vt j de præscrip. xxx. an. sicut. & l. cum notissimi. in prin.* Sed potest responderi illud secundùm iura vetera quando incognita erat libelli oblatio. a Vel aliter ibi non fit litis contestatio: sed si fieret, pro nihilo esset, nec interrumperetur præscriptio. ¶ Item an consensu partium potest remitti [i]? videtur quòd sic: *vt s. de episc. & cleri. authen generaliter. in fi.* secundum vnam lectu. *& j. de priui. schola. l. vlti. §. vlti. lib. xij. & ff. de fer. l. j. in prin.* Econtra quòd non: *vt s. de iura. calum. l. ij. j. sed quia.* Tu potes dicere vt tacitè possit, expressè non, *vt arg. ff. de procura. l. filius familias §. veterani.*

LIbellum.] CASVS. Authent. ista nõ ista legitur super. l. C. vt corrigat eam, sed legitur vt ponat aliud præambulũ quod debet præcedere lit. cõtest. nam in superiori authen. quædam habuistis præambula quæ debẽt præcedere lit. cõtest. vnde in authen. ista datur, si actor vult reo offerre libellũ ante lit. contest. non liceat actori libellum offerre reo, nisi caueat reo si præsens est, vel executori negocij si reus non est præsens, de lite contestanda intra duos [k] menses: & caueat reo de omni damno ei resarciendo in duplum: dum tamen non excedat summam xxxvj. aureorum.

f ¶ *Libellum. hoc est in auth. de executoribus, & his qui con. §. j. col. vij.* & respicit initium causæ: sed illa supra de episc. & cleri. auth. generaliter, respicit finem. vnde non superfluit vna per aliam.

t ¶ *Et in negocij.* & pro aut, nam ea stipulatione executoris ha-

a Sportulæ à quibus quando & quantum ... personis præstentur ... Nouella ... in verbo sportulis.

* Ista auth. est sequentis et cum ... titulis.

b Fideiussio personalis differt à fideiussione pignorum, v. Glossam Nouella ... in verbo perspicaci fideiussione.

c De præscriptione xx. dierum, v. Duñ tract. de præscr. ...

d Dilatio data à lege, non potest minui per iudicem, vt hac Gl. in fi. Contrarium tenet Glossa. in d. Nouella ... in verbo ... spatialegum.

e v. Glossam Nouella 96. ... in verbo ...

f Litis cõtestatio nulla vel illegitima p̃scriptionẽ interrumpit. v. Gl. Nouel. 53. c. 3 in verbo ... & in verbo pro nihilo.

g Non procedit indistinctè BB & Pau.

h Præscriptio interrũpitur per executorem. ad. Gl. in l. j. in verbo per executorem §. de præscrip. 30. an.

i Remitti an possit libellus ... v. Gl. Nouel. 53. c. 3. in verbo libellum ...

k De præscriptione duorum mensium, v. ... tract. de præscr. ...

bet reus vtilem actionem: vt ff. rem pu. sal. fo. l. nec quasi. & ff. de proc. l. maius. §. si procurator.

DE PLVS PETITIONIBUS.

Theodorus Hermopolites græcam epitomen sed breuissimam edidit Ant. Aug.

Quia lite contestata petitur quandoq. plus, ideo dicit de hoc in specie, scilicet quando plus petitur in rem. nam & aliis modis plus petitur: vt insti. de actio. §. plus autē de quibus hic tit. non dicit. Adde c. j. cum suis glos. extra e. ti.

O*Dlosas.*] CASVS. Decē Titio debes. dolo te induxit vt ei alia decem promitteres, & promisisti: & de hoc instrumentum fecisti. si te Titius vocauit, & xx. petiit si ante lit. conte. pœnituit[a] de quantitate falsa adiecta, effugiet pœnā[b] plus petentis, quæ est vt triplum soluat damnorū & expensarum quas fecerat reus: vt instit. de act. §. triplū. hoc in prima. Si autem non pœnituit. sed in lite perseuerauerit, & per testes falsos quantitatē adiectam probauit: nō solùm à quātitate adiecta. sed à toto cadet debito, si de hoc per testes conuincatur. Si autem cum eo transegit, vel cautione emisa totum debere secundo confessus est, tenebit transactio & confessio. Et quod dicit. de confessionibus, intellige quòd ex cautiōe extorta facta fuit vna confessio, & ea emissa facta fuit alia. ¶ Not. ex ista l. contra vsurarios qui exigunt promissionem de duplo verę sortis, & post ea totum petunt, vt debeant cadere etiam à vera sorte, hoc probato, quòd fit de duplo veræ sortis. quod perpetuo tene menti, secundum Pau. de Cast. hic.

a Pœnitere interdum licet.
b Pœna plus petētis, pœnitentis tamen triplum damnorum & expensarū à reo factarum cōuicti, veri debiti amissio.

Forte hæc lex Zenonis non fuit in Codice posita.

In Theod. Hermopol. in hanc. priorē partem ediderat Ant. Aug. pro epitoma primæ huius Tituli constitutionis quæ erat Zenonis.

plum, cautione tamen nō transcendente triginta sex aureos.

TITVLVS X.

DE PLVS PETITIONIBVS.

Si cautio est per dolum extorta in maiori summa, & sequitur petitio, ante litem contestatam est locus pœnitentia: postea non. per transactionem verò & confessionem sponte subsecutam purgatur dolus retro commissus, & cessat pœna huius l. Bal. Vel sic: Qui per dolum cautionem pluris exigit: & plus petit, litem contestando debitum perdit, nisi transactio vel secunda cautio interuenerit. Pau.

Lex. I. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΖΗΝΩΝ.

A. Epito. ex Theoph. §. hodie. instit. de exce.

Ἡ διάταξις παρακελεύεται περὶ τῶν κατὰ χρόνον plus πετιτευόντων, τὸν τοιοῦτόν τι πλημμελήσαντα, καὶ ἀπὸ τριετίας τυχὸν τῆς περαιωθῆναι τὴν πεντετίαν τὴν τοῦ πάκτου ἐμπεριεχομένην, ἢ καὶ ἐγκειμένην τῇ ἐπερωτήσει αιτοῦντα, ὥστε μηδὲν ἐντεῦθεν οὐδὲ λαμβάνειν τι, ἀλλὰ διπλασιάζεσθαι καθ' αὐτοῦ τὴν προθεσμίαν, κ. ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν ἑξαετίαν ἀναμεῖναι, μετὰ δὲ τὴν ἑξαετίαν τότε κινεῖν λήψεται, ἡνίκα παράσχῃ τὰ δαπανήματα ὁ ἄκτωρ, ὅσα ὁ ῥεὸς ἐδαπάνησεν ἐναχθεὶς πρὸ τοῦ χρόνου. Latinè.

Constitutio Zenonis iubet de his qui tempore plus petunt, eum qui quid eiusmodi deliquit & ante triennium fortè quàm compleretur quiquennium pacto non petenti comprehensum aut insertum stipulationi, petentem, inde nihil accipere, sed duplari contra ipsum dilationem & cogi ipsum, sexennium expectare. post sexennium autem mouens litem actor, tunc recipiet, cum vniuersa impendia rependerit, quæ reus impendit conuentus ante tempus. Addebatur & in hac Zenonis lege, vt qui minus petit, in nullo lædatur. vt ait Iustinia. §. si minus. instit. de action.

Lex. II. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. Α. ** *epit. ex Basil.*

Πᾶς τὴν ἐναγωγὴν καὶ ἄρρενες καὶ γυναῖκες πρὸ τῆς ὡρισμένης προθεσμίας τὸ χρέος ἐναγαγόντες, καὶ κατὰ τοῦτο τὸν ἐναγόμενον βλάψαντες, ἄλλον τοσοῦτον περιμενέτωσαν χρόνον, μηδένα τόκον ἐν τῷ μέσῳ λαμβάνοντες, ὅσον αὐτοὶ προφθάσαι τὴν προθεσμίαν ἐπεχείρησαν, καὶ τοῦ χρόνου δὲ τούτου παρελθόντος, μὴ ἄλλως ἐναγέτωσαν, εἰ μὴ τὰ δαπανήματα τῆς πρώτης εἰσόδου τὰ ὑπὲρ τῆς μεθοδείας συμβάντα τῷ ἀντιδίκῳ καταβάλλωσιν. Ἐὰν δὲ ἐπίτροποι ἢ κουράτορες, ἐν χρόνῳ ἢ ποσότητι πλέον ἐπιχειρήσωσιν ἀπαιτῆσαι τι, τῶν ἐπιτροπευομένων χρεώστας, οὐδὲν καταβλάπτεσθαι, ὡς ἂν οἱ ἐπιτροπευόμενοι ἢ κουρατορευόμενοι, αὐτοὶ δὲ οἱ ἐπίτροποι καὶ κουράτορες ἐπιγινωσκέτωσαν αὐτοῖς τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν. Οἱ δὲ κληρονομιαῖα διεκδικοῦντες πράγματα, ἢ λόγους ἐπιτροπικοὺς ἢ κουρατορικοὺς ἀπαιτοῦντες καὶ οἱ κατὰ ἀφηλίκων ἢ μειζόνων, περὶ διοικήσεως κινοῦντες, ἢ παραθήκας ὑφ' ἑτέρων δοθεί-

σας ἀπαιτοῦντες, ὡς αὐτοὶ τὴν παραθεμένων διαδοχὴν ἠμειψάμενοι, μηδὲ ἐν ἐκ τῆς ὑπεραπαιτήσεως ζημιούσθωσαν, ὡς εὔλογον ἔχοντες τῆς ἀγνοίας αἰτίαν. τότε ὁ ἀπαιτῶν ζημιούσθω ὅτε προφανῶς ἐλεγχθῇ πλεονεκτῶν. Εἰ δέ τις εἰς ἔλαττον τῆς ἀληθείας διατιμήσαιτο τὴν ἑαυτοῦ δίκην, μὴ προσεχέτω τούτῳ ὁ δικάζων, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀληθῆ ποσότητα τὴν ψῆφον ἐκφερέτω. Latinè.

OMnis actor siue masculus siue fœmina ante definitam dilationem debiti agens & per hoc reum damno adficiens, aliud tātum expectet tempus, nullam vsuram in medio accipiens, quantum ipse præuenire definitum solutioni diem conatus est. & hoc verò tempore elapso: non aliter agat, quàm si impendia primæ instantiæ circa litis præmunitionem facta, aduersario soluat. Si verò tutores aut curatores tempore aut quantitate in plus enisi fuerint exigere, eorum qui suæ curæ commissi sunt debitores in nullo lædantur, vt qui sub aliorū tutela & cura sint, sed ipsi tutores & curatores agnoscant sibi inde contingens damnum. Qui † verò hereditarias res petunt, aut † rationes tutelæ aut curæ exigunt, & qui contra minores aut maiores de negotiis gestis (seu de gestu) intendunt, aut deposita ab aliis data exigunt, vt eorum qui deposuerunt, successores facti, nihil ex plus petitione damnificentur, veluti qui iustam habeant ignorantiæ causam. Tunc verò is qui plus petit damnificetur, quando manifestè conuictus fuerit per auaritiam delinquere. Si vero † quis minus quàm reuera sit, taxauerit suam litem, ne ad hoc respiciat Iudex, sed in veram quantitatem calculum ferat.

† Vt in alterius. ff. de reg. iur. † l. pen. § fin. & inst. De ac tio.

† § si minus. ins. de actio.

Sequitur aliud fragmentum græcum, quod quidem putat doctissimus Cuiacius epitomen esse secundæ constitutionis huius tituli à Iustiniano factæ. & superiores duas in vnam Zenonis confundit. ego verò sequens fragmentum existimo esse vltimam partem seu vlt. §. superioris Iustinianeæ constitutionis. moneor verò ipsa Iustiniani integra constitutione quam ex Græco olim versam in vetusto Codice membraneo reperi, quam & post subiiciam.

Ἐάν τις τῇ ἐναγωγῇ ἐν τῷ διαπεμπομένῳ παρ' αὐτοῦ βιβλίῳ πλείονα ποσότητα τιθεικώς, πλείονος ζημίας αἴτιος τῷ ἐναχθέντι γένηται, τριπλασίονα δίδοται, τὴν παρ' αἰτίαν αὐτοῦ συμβᾶσαν τῷ ἀντιδίκῳ ζημίαν, ἀληθὴς δὲ ποσότης τῆς ἐναγωγῆς νοείσθω, εἰς ἣν δικάζων ἐκφέρει τὴν ψῆφον.

SI quis actor in misso à se libello maiore quantitate inserta, maioris damni causa fuerit ei quē in ius prouocat in triplū reddat dānum quod propter eum passus fuerit aduersarius. vera autē quantitas. actionis intelligatur, in quā iudex tulerit sententiā.

id est cause fuerit vt executores litis amplioreṁ summam postulatum nomine exigerent. Inst. de actio. §. Tripla.

Sequitur nūc tota superior Iustiniani cōstitutioni latinè. olim conuersa, & in codice peruetusto à me inuenta. Cont.

Imperator Iustinianus A**.

ZEnonis diuæ memoriæ vestigiis insistentes, præsenti lege decernimus, vt quicumque ante tēpus debitū exegerit, tanto tēpore vltra cōstitutū tēpus manifesta plus petitione, sine vsurarum acceptione expectet. nec tunc agere ante possit, quàm oīa dāna parti diuersæ restituat. Tutores vel curatores talia perpetrātes, ipsi dānabūtur. exceptis his qui res hereditarias petunt, aut rationes tutelæ vel curæ, siue negotiorum gestorum agunt contra minores seu maiores, vel qui depositum repetunt quasi ex successione. Qui autem minus petit in iudicio, in nullo læditur. Si quis verò maiorem quàm sibi debetur quantitatem in libello conuentionis inseruerit, in triplum parti diuersæ restituere compellatur, quicquid ex hac causa sportularum nomine executoribus amplius dedit.

non pupillis aut adulti.

Quanti-

a ¶ *Quantitat.* idem in alia re: *vt ff. de leg. iij. l. quisquis.*
b ¶ *Exegerit*, extra iudicium inducendo debitorem dolo ad promittendum *ff. de leg. ij. l. si fideicommissi. in princi. & de ser. cor. l. j. §. persuadere.*
c ¶ *Vocauerit*, ex dicta cautione.
d ¶ *Inchoatam.* per lit. contest. *vt j. l. proxi. di. citur.*
e ¶ *Dispendio.* s. iure debiti: quia non petere, sed petere velle videtur *vt ff. rem ratam habe. leg. amplius.* ¶ Et in hoc est argu. contra. *ff. de aedil. edic. l. eg. quae si fugitiuum. in prin.* Sed in expensis factis propter maiorem petitionem damnatur in triplum: *vt in instit. de act. §. tripli.* licet P. dixerit in simplum.
f ¶ *Arguatur.* per testes. secus si per iuramentum, vel confessionem: *vt ff. de iureiur. leg. cum qui. in princip. & infra de non. nu. pecu. authent. contra qui propriam.*
g ¶ *Debito.* in plus ergo punitur quàm deliquerit.
h ¶ *Transactionib.* duos casus excipit: vbi haec constitutio cessat. ¶ Primus est si ante sententiam est transactum super cautione dolosa etiam per dolum secundùm B. vt in fine huius l. talibus enim hoc. id est dolum esse in transigendo commissum, &c. secus si super re aliàs transigatur per dolum: quia non valet transactio: *vt ff de condic. inde. l. in summa.* 2 Vel dic eam transactionem ita demum tenere, si fiat bona fide. ¶ Et quod dicit in fi. hoc obiicere, &c. s. dolum primò commissum in extorquenda cautione & in plus petitione facta: dolum autem praesentem, s. in transactione commissum, possum obiicere: *vt supra de transact. leg. transactione. ij. & l. sub. praetextu. instrumenti.* 2 ¶ Secundus, quando post extortam cautionem per dolum reus sponte confitetur se totum debere, & cautionem forte ei facit. Nam sicut debitum à sciente solutum non potest repeti, sic cautio vel confessio de indebito exposita reo praeiudicat: *vt j. ad leg. Falc. l. ... ff. de reg. iur. l. cuius per. & de condic. inde. l. fideicommissum. et simile est ... ij. & j. de praescr. xxx. ann. l. cum notissimi. §. sed & si quis.* 1 Nec ego exigo hic cursum biennij post cautionem primam: licet aliàs exigatur propter Velleianum: *vt infra ad Vell. leg. si mulier. ij.* quia hic est persona quae statim potest sibi praeiudicare. 2 Alij etiam hic exigunt biennium. sic ergo duo sunt casus qui excipiuntur. ¶ Alij faciunt vnum, & dicunt transactionem ex interuallo interuenisse, & postea secundum confessionem qua confitetur se non acturum facta transactione: *vt supra de transact. l. transactione. ij.* ¶ Sed quid si reus absoluitur actore non probante de actione falsae quantitatis, nec confitente de indebito, nec reo probante dolum? Respon. adhuc habet locum haec lex, debito careat.
i ¶ *Hoc obiicere.* i. dolum commissum super lite maiori quantitate exposita.

III. *Imp.* IVSTINIAN. A. *Ioanni praef. praet.*

DIOSAS contrahentium calliditates amputare properantes, sensimus, vt si quis certa quantitate[a] sibimet debita super ampliore pecunia per dolum & machinationem cautionem exegerit[b], & ad iudicium debitorem vocauerit[c]: siquidem ante inchoatam[d] litem calliditatis eum poeniteat † & debiti veram quantitatem confessus fuerit: nullo eum dispendio[e] praegrauari. Sin autem liti praebuit exordium, & in certaminibus negotij permanens arguatur[f] de adiecta falsa quantitate non solum ea, sed etiam toto debito[g] eum fraudari. transactionibus[h] scilicet & secundis confessionibus, siue insinuatae sint siue non. etiam in hoc casu suam obtinentibus firmitatem. Talibus etenim cautionibus hoc obiicere[i] non oportet. Dat. XV. Kal. Nouembr. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

TITVLVS XI.

DE DILATIONIBVS.

1 *Dilatio probatoria danda est & moderanda secundum locorum distantiam: necesse in potestate iudicis dare vel denegare: & regulariter non datur nisi semel hoc dicit secundum. Iaco. Bul. & Bald.*

I. *Impp.* DIOCL. & MAXI. AA. *&* CC. *dicunt.*

QVONIAM plerúmque euenit, vt iudex instrumentorum[k] vel personarum gratia dilationem dare rerum[l] necessitate cogatur: spatium instructionis exhibendae postulatum dari conuenit: Quod hac ratione arbitramur esse moderandum †, vt si ex ea prouincia vbi lis agitur, vel personae, vel instrumenta poscantur, non amplius quàm tres menses indulgeantur. si verò ex continentibus[m] prouinciis, sex[n] menses custodiri iustitiae est. In transmarina autem dilatione nouem[o] menses computari oportebit. Quod ita constitutum indicantes sentire debebunt, vt hac ratione non sibi concessum intelligant dandae[p] dilationis arbitrium, sed eandem dilationem si rerum vrgentissima ratio flagitauerit[q], & necessitas desideratae instructionis exegerit, non facile[r] amplius[s] quàm semel, nec vlla trahendi arte sciant esse tribuendam. Dat. XV. Kal. April. CC. Coss.

Impetrans rescriptum, non debet habere dilationem ad producendum rescriptum: sed aduersarius eius debet habere dilationem: ad contra dicendum & ad impugnandum. hoc dicit Baldus.

II. *Imp.* CONSTANTINVS. A. *ad Vrsum vicarium.*

SI quando quis rescriptum[t] ad extraordinarium † iudicem reportauerit: dilatio[u] ei penitus deneganda est. Illi autem qui in iudicium vocatur, danda[x] est ad probanda precum mendacia, vel proferenda aliqua instru-

DE DILATIONIBVS.

Quia dilationes in iudicio petuntur: ideo de eis post iudicia ponit.

QVoniam.] CASVS. Si alterutra pars litigantium ad producendum testes vel instrumenta, ad instructionem dilationem sibi concedi à iudice postulauerit, quae dari debeat, quaeritur? distinguitur: aut instrumenta sunt in eadem prouincia in qua lis est, aut in continentibus prouinciis, aut vltra mare. pro primo casu danda est trium mensium dilatio, pro secundo vj. pro tertio ix. nec aliter iudici dandi dilationem tribuetur facultas, nisi instructio causae hoc exigerit, nec amplius quàm semel.

k ¶ *Instrumentorum.* large accipe: *vt ff. de fid. instru. leg. j.* ¶ Et quod subijcit personarum, scilicet aduocatorum. 2 Vel restringe instrumenta ad chartas tantum: personas accipe testium, item aduocatorum: *vt ff. ex quib. cau. ma. l. ab hostibus. §. fi. & leg. ait praetor. §. fi.* ¶ An autem ob amicorum absentiam, non inuenio: sed ar. est. *ff. de vsu. leg. sic idem & de seruit. vrba. praed. leg. quidam Hiberus.* ¶ Item an est danda vt actori denuncietur? Argu. quòd sic. *j. vbi in rem actio. leg. ij.* Idem si ob quascunque causas necessarias, *vt inf. eo. l. inter priuatos. in fi. & ff. de iud. l. interdum.*
l ¶ *Rerum.* id est causarum.
m ¶ *Continentibus.* quae aut nullo aut modico freto desiunguntur, *vt ff. de verb. sig. l. nesennius. §. continentes.*
n ¶ *Sex menses.* tempestè non amplius.
o ¶ *Nouem menses* tempestè non amplius: *vt infra e. l. fi.* minus autem possent: *vt in fi. huius l. & j. cod. l. sue pars. & ff. de iudi. leg. nonnunquam.* ¶ Nec est hoc mutatum per aut. *vt omn. obe. iu. prouin. quae est infra vbi de eis agi. & par. auth. quae in prouincia* vbi alia spacia dantur, quia illa loquitur de inducijs quae dantur illi qui est absens, vt praesumatur contumax: hic de his quae dantur praesenti & petenti. 2 Item nec est mutatum per aliam quaest. *j. de iudi. auth. iubemus.* quia & illa in absente ad eius malitiam superandam. & plenè dixi de hoc *ff. e. l. fin.*
p ¶ *Dandae.* praedictae vel minoris.
q ¶ *Flagitauerit.* *vt & j. vt intra certum tempus cri. l. ij.* Est enim materia dandarum dilationum amputanda: *vt j. de temp. app. leg. ij. in prin.* nec concedendum nisi ex causa: *vt j. de fals. satis. & ff. de petit. here. si quis libertatem. §. plane. & ar. ff. si cui plusquam per le. Fal. l. ... autem.*
r ¶ *Facile.* i. quod facile & temerarium esset dari vltra quàm semel pro singulis causis: *vt ff. l. oratione. & l. fin.*
s ¶ *Amplius.* i. non potest.

SI quando.] CASVS. Duo de Bo. habebant causam adiuuicem: actor ad extraordinarium iudicem, Mutin. puta, impetrauit rescriptum, vt de causa cognosceret. an actori danda sit dilatio quaeritur? Resp. non, sed reo qui ad alienum iudicem citatus sibi prouidere non potuit. & intellige de rescripto impetrato à principe. aliàs impetrans caderet ab actione: *vt j. de iur. om. iu. l. in criminali.*
t ¶ *Rescriptum.* quo cogit aduersarium ad alterius prouinciae iudicem venire. Et dic à coelesti oraculo impetratum, aliàs actionem perderet: *vt j. de iurisd. om. iud. l. in criminali.*
u ¶ *Dilatio.* s. ad probandum quod veritate expressa impetrauit rescriptum quod prima facie videbatur suspectum.
x ¶ *Danda.* qua actor vti potest: *vt j. de rest. in integ. resti. l. petenda.*

a ¶*Vel testes*.ad reprobandum rescriptum.

b ¶*Præter spem.vt ff.de excep.doli.l.pure.§.fi.* ¶ Sed videtur hodie non tenere rescriptum : sed in prouincia eadem negocium terminandum: *vt inf. vbi de cri.agi opor.authen.qua in prouincia.qua est contra.* Sol.vt ibi.

Quod fieri.] CASVS. Dicitur in l. C. ꝙ reus potest conueniri per rescriptum impetratum ad alium iudicem. Hæc authen. dicit quòd hoc non est faciẽdum nisi prius actor satisdederit & promiserit certam quantitatem si litem non exequatur, aut exequens non vincat. Secundò dicit quòd actor debet intra decem dies comparere: aliàs dimittetur reus, & exigetur ab actore quod ipse promisit in superiore satisdat.

c ¶*Quod fieri* hæc auth. non benè aptatur ad l. codicis prout Ir. eam posuit. Nam innuitur secundùm eum quòd rescriptum non teneat nisi præstita satisdatione : quod falsum est : immò tenet. 2 Dic ergo quod fieri, scilicet vt cogatur reus respondere sub extraneo iudice per rescriptum: nisi actor &c. vt probetur in cor.j.respõ. & §.j.

d ¶ *Quantitatẽ*. quã[b] statuet iudex suo arbitrio: vt eadem authent. dici videtur non tamen apparet delegatus, an delegans: sed puto quòd delegatus cui causa est cõmissa. nam & ea sine quibus,&c. *ff.de iurisd om. iu.l.ij.*

e ¶ *Aut*.pro [e]&c. Nam si non exequendo vinceret causam, quod fieri posset si esset absens & contumax qui impetrauit rescriptum, & bonam faueret causam : *vt* ̃*.de iud.l.properandum.§. sin autem ex gestis.* tunc nihilominus teneretur reo ad expensas [d], siue ad quantitatem in cautione promissam. 2 Vel propriè lege authen. nam quodcunq. eorum deficit: satis est reo vt agat ex cautione, cum sit alternatiua: *vt ff de condi.insti.l.si heredi.*& sic semper est idem sensus.

menta, vel testes[a]: quoniam instructus esse non potuit qui præter spem[b] ad alienum iudiciũ trahitur. Dat. II. Nõ. Mart. Volusiano & Anniano Coss.

IN AVTHENTHIC. de exhi. & introd. reis. §.j. coll. v. const. vj. Nouell. 53. ca. 1.

Non debet quis trahi ad extraordinarium iudicem, nisi prius, actor satisdederit secundum huius authent. formam. h. d. tamen ista forma non seruatur de consuetudine. Bal. Vel sic: Reus non cogitur sub iudice delegato respondere, nisi prius actor satisdet de lite exequẽda, & de expensis reficiendis si succumbat in causa: & actore non veniẽte reus absoluitur ab obseruatione iudicij. h. d. Salyc.

Quod fieri [c] † non debet nisi actor satisdederit, certam promittens quantitatem [d] se daturum si litem non exequatur, aut [e] exequẽs non vincat causam. Si igitur post tempus à se constitutum intra decem dies reo præsente non occurrat [f]: dimittatur [g] reus exacto eo quod promissum est, & si quid circa litem plus impẽdisse cum taxatione [h] iudicis iurauerit.

Dilatione [a] *pendente iudicis officium conquiescit: & dies feriati & non feriati in dilatione computantur. Bald. Salyc.*

III. *Idem A. Profutura præf. Pannoniæ.*

Siue pars [i], siue integra [k] dilatio fuerit data: eo vsque iudicis officium conquiescat †, donec petiti temporis defluxerint curricula [l]. Feriæ autem, siue repentinæ, siue solennes sint, dilationum temporibus non excipian-

f ¶ *Non occurrat*.s.actor, secus si agitur coram ordinario. nã tunc expectatur per annum & tres menses, secundùm nos: vel per biennium & sex menses secundùm quosdam: *vt* ̃*j. quomodo & quã do iudex. authen. qui semel.*

g ¶ *Dimittatur*.ab obseruatione iudicij, cum [e] non sit liquidum de causa: *vt* ̃*.de iudi.l.properandum.§.j.& ij.*

h ¶ *Cum taxatione*.præcedente iuramentum: *vt* ̃*.de iudi.authent. post iusiurandum.*

Siue.] CASVS. Quo casu dãda sit dilatio, in l.j.istius tit. dictum est. si ergo iudex dilationem datam à lege illa abbreuiauerit, vel integram alteri partium dederit: interim[f] in ea non procedit & in ea computantur [g] feriæ tam solennes quàm repentinæ.

i ¶ *Siue pars*. potest[h] ergo iudex per se dilationem legalem abbreuiare: *vt ff de iudi.l. nonnunquam.*

k ¶ *Integra*. id est legalis dilatio.

l ¶ *Curricula*. nisi ea data iudex ex causa abbreuiet, quod potest; *vt ff. de re iud.l.quod iussit.& ff.de arb.l.qualem.in fi. quæ sunt contra.*

m ¶*Connumerentur, vt* ̃*j. tit.j.l.j.*

¶ *Com.xij.q.ij. §.quod fieri.* ꝙ *gl. super verbo emolument. extra de his quæ vi metusue causa fiunt.*

a Ad arbitriũ iudicis recurritur vbi certa quãtitas lege non exprimitur.

b *Socinus Regula 21. quæ incipit Appellatione pendente.*

c Aut pro &.

° al. Præfecto annonæ. Petrus.

† *Idem dicit gl. ij. circa finem. ff. extra eo. tit. per hanc l.*

d Expensas actore præstat reo absoluto ab obseruatione iudicij.

e Ab obseruatione iudicij liberatur reus vbi non est liquida causa.

f Pendente dilatione super vno capite cõquiescere debet iudiciũ officium in aliis.

g Vbi dilatio datur ad probandum vel aliud faciendum computantur in dilatione etiam dies feriati cum hoc ratio est, se duplex potest. Prima quia cui est data dilatio prævidere potuit ne incideret in diem feriatam. Alia ratio quam tenemus in dubio est continuus. *Gl. in l. j. ff. de diuers. & Temporalib præscr.* & ideo cũ sit continuum feriæ connumerabuntur nisi dilatione data à lege, iudice vel Principe. diebus æstiuis nimiis intercurrentibus dilatio data absorberetur. sic enim feriæ de medio excludendæ. *Hostiens. a. licet causam de dilat. v. Lanfrancus in praxi. 1 nu 9.*

h Dilationes legales minuere iudex potest.

Procedente.] CASVS. Ad instrumenta vel testes producẽdos alter litigantium à iudice procedente dilationẽ petiit.q.d. in itinere postulauit dilationẽ: quæ tamen cũ causæ[a] cognitione danda est : & nisi iudice sedẽte pro tribunali expedienda non est. Si autẽ aduersarius dilationem petenti contradicat ne detur, hæc incidẽs quæstio, sit danda vel non dilatio, per sententiam iudicis interlocutoriã dirimatur vel quod dicit, improbata, dic à iudice, & quod dicit, quæstio, scilicet principalis terminetur per sententiam definitiuam. q.d. si videatur iudici quòd non sit danda, dari non debet: sed in causa principali procedat.

tur, sed his connumerentur [m] Dat. VII. Id. Febr. Sirmij. Licinio. V. & Crispo. Coss.

Dilatio quam aduersarius negat dari debere, non debet dari vel denegari nisi causa cognita, & iudice pro tribunali sedente, & iudex denegans dilationem, statim potest, ad vlteriora procedere. Bal. Vel sic: Expedienda cũ causa cognitione non debet fieri à iudice procedente. Saly.

IIII. *Idem A. ad Catullianum* [c] *proconsulem Africæ.*

A Procedente † iudice dilati finem non conuenit [n] postulari, etiam si [o] vtraque parte præsente tribuatur [p]: cũ non aliàs nisi causa cognita indulgeri queat: & cognitio causæ non appellatione plenaria [q] sed confidente magis iudice legitimè colligatur. vt si fortè dilationis petitio fuerit improbata [r], suspecta quæstio [s] per sententiam [t] iudicis dirimatur. Dat. V. Id. Febr. Sirmij. Licinio. V. & Crispo. Coss.

Post conclusionem in causa siue præcesserant dilationes, siue non: nulla est danda dilatio. Bald. Vel sic: In causa appellationis quæ vertitur corã principe, non datur dilatio ad probandũ, siue per seipsum cognoscat, siue per aliũ cui rescriptũ commisit: h.d. secundùm primã lec. gl. Vel sic secundum aliam lec. In causa deuoluta ad principem per relationem inferioris iudicis : quia illa relatio non fit nisi causa plene examinata & instructa, & post cõclusionem, siue cognoscatur per principem, siue per delegatum ab eo, non datur dilatio ad probandum: nec admittuntur testes vel instrumenta coram principe, vel eius delegato. hoc dicit. Pau. de Castr.

n ¶*Non conuenit*. secus[b] in bonorum possessione quæ nõ tribuit ius: quia posset dari: à procedente: *vt ff. quis ordo in bonorũ posse. seruetur. l.ij.§.dies.* Item & libertas *vt insti. de liber. ti. §. serui.*

o ¶*Etiamsi*. i. quamuis.

p ¶*Tribuatur*. id est, tribui postuletur.

q ¶*Plenaria*. aliàs[c] planaria, quę[d] fiat de plano: sed subtiliter[e], & causa cognita: *vt & ar. ff. de reg. iur. l. omnia.*

r ¶*Improbata*. scilicet ab aduersa parte. & quod dicit quæstio, scilicet hæc emergens.

s ¶ *Quæstio*. vtrum sit danda, vel non.

t ¶*Per sententiã*. s. interlocutoriã: & sic in emergenti pronũciatur, quia[f] aliter in causa procedi non potest : *vt dixi.* ̃*.de ord iud.l.j.in fi.* 2. Vel dic improbata, scilicet à iudice interloquente non debere dari dilationem. & quod subiicit, quęstio, scilicet causa principalis. & per sententiam, scilicet definitiuam. & secundùm hoc est arg. quòd ab[g] interlocutoria non appelletur, cum dicat statim posse dari definitiuã: & habes. ̃*j. quo. ap. l. ante sententiam.* Accursius. ADDITIO. Hæc lex debet intelligi, vt dicit hic Bar. in secunda vel in tertia dilatione quæ petitur. Nam prima conceditur de facili: ideo posset peti & concedi à iudice procedente: *vt* ̃*. e. l. j. & ff. eo. l. fi.*

Cum à nobis.] CASVS. Petebas à me x. succubui, ad principem apppellaui. an in causa appellationis siue ipse princeps de ea cognoscat, siue alij cognoscendam deleget, sit danda dilatio si fuerit petita, quæritur? & respon. ꝙ non, & hoc siue fuerit in principali causa petita siue petita & non data, siue non petita nec data, & hoc eadem ratione, qua ne in iud. quidem cog. nostrarum dilatio tribui solet. subaudi, ex supradictis causis app. & consul. quòd si nec cum ipse princeps cognoscit de causa appell. danda esset dilatio: nedum ab alio iudice. Sed quia positio hæc aduersatur naturali æquitati, (iniquum enim videtur si nõ daretur propterea dic ꝙ iudex examinata causa corã eo, credẽs se insufficientem ad imponendum terminũ controuersiæ per sententiã definitiuã: vel si tantum audientia erat commissa sentẽtia reseruata, delegat[o] retulit principi vt ipse iudicaret, vel alij iudicandum

a Nulla dilatio in causa illa etiam modica dari debet sine causa cognitione nisi fuerit legis et de testibus producendis. plura apud Lanfrancum in praxi. c. 2. nu. 9.

° Catullinum.

† *Com. xij. q. ij. § omnis ; de ponitur verba huius legis.*

b Pro tribunali ferri sententia debet, vbi petitur dilatio in contradictorio iudicio.

c Pro tribunali sententiam ferre non cogitur iudex vbi bonorum præscriptio & libertas petitur.

° planaria legitur in quibusdam quæ sanè vera lectio videtur.

d Planaria cognitio quæ fit de plano.

e Plenaria cognitio quæ fit subtiliter & causa cognita.

f In emergenti seu incidenti causa an & quando pronunciandũ sit vel dic. Ibi agi de incidenti quod plenæ causæ cognitionem requirit. vel quod respicit processum ad meritũ causæ. Bart.

g Appellari nõ potest ab interlocutoria.

dicandū committeret, vel referenti scribat qualiter iudicare debeat. & hoc siue fuerit causa principalis, siue appel. & sic consultationem expone, id est principalem causam. & quod dicit ad appellationem, dic id est in causa appellationis: siue causa principalis sit examinata, vt non superet nisi sententia, non est postea danda dilatio ad proferendum instrumēta vel testes. Hæc casus positio verior est. expone quod dicitur in fine sicut dixi.

a ¶ *A nobis.* si ad principem appellatur, siue ipse cognoscat, siue aliis deleget, non datur dilatio: siue priori iudicio sit data vel nō petita: vel non, sed in principali causa daretur.

b ¶ *Fuerit.* secūdum antiquos casus ponitur quando ad imperatorem fuerat appellatum, siue ad alium. & ille retulit ad imperatorem negocium, & imperator causam delegauit.

c ¶ *Ad appellationem.* i. in causa appellationis. 2 Vel ad appellationem id est interpellationem. Accursius.

d ¶ *Ve.* pro. & siue habeas ve. siue vel: sic antiqui posuerunt. ¶ Nec ob. j. *de temp. app. auth. sed iis. & j. vbi senat. vel. cla. le. quoties.* quia non loquitur de dilatione danda vel non, sed dicit non perire instantiam fatalium dierum, magis autem contradicit æquitas d naturalis. 2 Vnde pone e secundū Io. quòd iudex examinata causa (nec f enim ante fieri potest: *vt infra de rela. le. j. & j. de ppel. l. nec e usus.* (cum se insufficientem videret, vel tantum audientia erat ei commissa, retulit principi vt vel ipse iudicet, vel alii iudicādū committat: *vt in prin.* vel sibi ipsi referēti dicat qualiter iudicet. & hoc siue principalis causa siue appellationis sit. Et pones ve pro vel: sicque hodie corrigetur hæc lex, cum se insufficientem dicat, cum non possit fieri relatio talis, scilicet propter suam insufficientiā: vt in authen. *vt iudi. non expec. sa. inf. §. j. col. ix.*

e ¶ *Cuiquam.* s. iudici vel parti.

f ¶ *Cognitionum.* s. habitarum ex causis supra scriptis.

g ¶ *Tribui solet.* q. d. si nos cognosceremus non daremus aliquam do. ergo nec ab alio detur.

a v. Maximum Ti. dedit... b ... & Imp. C. M. 2. 74. multa hic ex Cod. Theod. amputata sūt confer. b Appellatio pro interpellatione. c Ve. pro Et. d Inæqualis appellationibus requiritur... c Causa plene examinata & instructa, & post conclusionem Quod cum sit hoc princeps cognoscat, siue delegat... non datur dilatio ad probandū, vel ad proferendos testes vel instrumenta.

V. *Idem A. ad Maximum præfectum vrbi.*

CVm a nobis fuerit b ad appellationem c consultationemve d rescriptum: siue sit primo iudicio petita dilatio, & ea tributa non sit, siue ne petita quidem: eā dare cuiquā e nō licebit eadē ratione quahe in iudiciis, quidem cognitionū f nostrarum dilatio tribui g solet. PP. Romæ. VIII Kal. April. Probiano & Iuliano. Coss.

Fiscus in dilationibus vtitur iure communi. h. d. Bald.

VI. *Impp.* CONSTAN. & CONSTANS. AA. *ad Petronium † vicarium Africæ.*

INter priuatos & fiscum si aliqua lis mota fuerit, vtrique parti petēdæ dilationis per defensores suos copia denegāda non est, si hoc commoditatis ratio postulauerit h. D. V. Id. April. Aquileiæ, Acyndino & Proculo. Coss.

Etiā in causa status debet seruari spatium dilationum secundum distantiam locorum à iure taxatum. hoc intendit. Bald. Vel sic: Causa status in dilationibus parificatur aliis. Saly. Vel sic: Tēpus à lege statutum in dilationibus dandis, propter magnitudinem causæ non augetur. Pau. de Cast.

VII. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Messala præf. præt.*

NEc de statu † ac patrimonio litigantibus in transmarina etiam dilatione mensiū nouē spatia egredi i cōcedatur. Dat. K. l. Decembr.] Eutropio &] Theodoro. V. C. Coss.

TITVLVS XII.
DE FERIIS.

Tempore feriarum solemnium & repentinarum appellatio potest interponi, sed non interposita exerceri: nec propter tales ferias ipsa fatalia proroguntur. Bald. Vel sic: Appellationis tēpora sunt cōtinua: ideo in eis cōputantur feriæ repentinæ. S.

I. *Impp.* CONSTANTIVS & MAXIMIANVS † AA. SEVERVS & MAXIMI. *Nobb. CC. Verino.*

QVONIAM consulius k an similis obseruantia a nobis adiiciendarum l feriarum quæ rebus feliciter gestis proueniūt, ad appellationum m quoque tempora porrigenda sit, Verine charissime, rescrib. placuit experientiæ tuæ, vt in causis prouocationū igitur & sine additamento huiusmodi dierum tempora ferias seruari debere, & supradictorum dierum [obseruationi] in appellationum causis minimè fieri adiectionem.

II. *Imp.* CONSTANTIN. A. *Verino.*

VT † in die dominico emancipare † ac manumittere liceat, reliquæ † causæ vel lites quiescant, & a die octauo Kalendarum Iulij vsque in Kalendas Augusti messiuę feriæ concedantur: & à Kalendis Augusti vsque in decimum Kalendarum Septembris agendarum causarum tribuatur licentia. A decimo autem Kalendarum Septembris vsque in Idus Octobris vindemiales feriæ concedantur. Sanctū quoque diem Paschę & diē Natalis Domini, & Epiphaniæ, septem qui præcedunt, & septem qui sequuntur, sine strepitu volumus obseruari: & quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.

Die dominico debent iudices & officia artium quiescere: opera tamē ruralia ex necessitate possunt explicari. Bald.

I*Nter priuatos*] CASVS. Siue priuatus cum priuato causam habeat, siue fiscus cum priuato: danda erit petenti dilatio, si causa subfuerit: quas causas habes *ff. de iud. l. interdum.*

h ¶ *Postulauerit.* vt j. *vt intra certū tēpus* l. v. *& ff. de iud. l. interdu.*

N*Ec de statu.*] CASVS. Status quæstionem cuidam mouisti. intentionem tuam nisi per instrumenta quæ erant vltra mare probare non potuisti: & dilationem vltra nouem menses postulasti. an danda sit. quæritur. Respon. quòd non solùm in minoribus causis, sed nec in causa status vel patrimonij concedēda est.

i ¶ *Egredi.* nisi h iusta causa videatur iudici faciendum dando nouam: *vt ff. e. l. Lurations.*

Dilationes dantur in causa fiscali. h Dilationes legales in causa status & patrimonij iudex potest prorogare.

DE FERIIS.

Dixit de dilationibus datis à iudice: nunc de dat. à lege, de quibus di. quæ quod aliæ sunt solennes, vt dies festiui, & tēpora messium: vt j e. l. fi. & l. omnes. ij. Aliæ repentinæ: vt quia si ius nasci... principi: vt j. eo. l. à nullo. & in l. fin. & in repentinis si aliquod tēpus puta mēsis superest, tūc ad litis contestationem eis finita restituitur: sed non sic in solennibus: vt ff. ex quibus cau. maio. sed & si. §. si feriæ. & j. ti. j l. si ue pars.

Feriæ sunt duplices.

Q*Voniam consulis.*] CASVS. An in causa appel. exercendæ & interponendæ similis sit obseruantia repentinarum & solenniū feriarum, quæritur? Respo. quòd sicut appellatur intra decem dies in solennibus, sic in repentinis: neq; deducuntur tales feriæ à temporibus statutis ad appella. nec à temporibus exercendarum appellationum. diebus tamē feriatis nō exercentur.

k ¶ *Quoniā consulis.* Quærebat Verinus an sicut aliàs est similitudo a inter solennes & repentinas ferias, vt in nulla earum fiat aliqua litis contestatio regulariter: sic & in tempore faciendæ, & in tempore exercendæ appellationis esset similis obseruantia in vtrisque. 2 Vel dic an similis sit obseruantia à nobis adiiciendarū feriarum, &c. supple & solenniū. q. d. quod seruatur in solennibus circa appellationem, seruetur etiam in repentinis. & eadem est quæstio propter verbum, quo que Sed aperit quæstionem inquirendo, sed imperator aperit respondendo, & respondet quòd sic: & ecce appellatur b & in tempore feriarum solenniū: *vt in authent. de appella. & intra quæ tem. la princ. co. ii. & ff. quando appell. indum sit. l. j. §. dies.* sic ergo fit in tempore feriarum repentinarum, vt possit quis appellare per legem istam. Item tempore feriarum solenniū non exercetur c causa appellationis, sed tamen tempora fatalium currunt: *vt infra e. leg. omnes j. & infra de temp. ap. l. y. §. pe. & §. ii. j. siue. §. feriæ.* sic ergo fit in repentinis vt tunc nō exerceatur causa appellationis, sed tempora currāt per hanc l. & est ratio quare currant in exercendo: q. omni tēpore possunt testes parari & alia ad causam necessaria. ¶ Licet autē dixerim nō posse fieri contestationē tempore alicuius feriæ: excipe à solēnib. d sit res peritura: *vt ff. eod. in fin.* Itē in repētinis dic restitui iure restitutionis, non ipso iure tantū tempus quantum supererat: *vt ff. ex qui cau. ma. l. sed & si. §. feriæ.* Et idem poterit dici in tēpore quod datur ad appellationem exercendā: vt per restitutionē reddat in repentinis, non ipso iure: vt hic. Vel e dic esse hic similitudinem inter solennes & repentinas, vt in vtrisque currant tempora continuè scilicet decem dierum & anni communi iure.

l ¶ *Adiiciēdarum.* s. repētinarū, sed nemo ali eas idicit *vt j. e. l. à nullo.*

m ¶ *Ad appellationum.* aliàs prouocationum exercendarum & interponendarum.

† Forte legendum Maxentius. Vel Constantio in Diocletiano. a Feriarum solennium & repentinarum similitudo, & an in nulla earum lis contestetur, & appellari possit. † Conac. ii de diuers. tēpor. præscrip. ... hanc esse legem regis Theo... relatam hoc loco sed deesse in veteribus manuscr. ... b Appellari potest etiam die feriato ... c Feriis solennibus lis contestari non potest, nisi res effet peritura. d Feriarum solennium & repentinarum similitudo.

Omnes] CASVS. Ne opera mechanica die dominico exerceantur, prohibet Imperator. cultores tamen agrorum agriculturam exercere possunt nec commoditas diuina permissio ne concessa, propter diem dominicam perire debet.

a ¶ *Ex cunctarum artium.* præter milites: *vt ff. eo. l. penult.* & idem in scholaribus, præter rusticos: vt subiicit. A DICTIO. An studium sit licitum scholaribus die bus dominicis & festiuis, pertractat pulchrè Abb. *in c. j. extra eod. titu. in ver. & hæc faciunt ad quæstionem.*

b ¶ *D e Solis.* Diem solis vocat diem dominicã. septem[a] enim dies à septem planetis nomen sumpserunt, & sol inter eos est. & hodiè sic de nominauimus præter dominicum, & sabbatum quod Saturni nomẽ habebat. & sunt affixi firmamento secundũ hunc ordinem descensiue: Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius Luna. Accursius.

c ¶ *Quiescant.* scilicet die dominica.

d ¶ *Scrobibus.* id est foueis sub terra, vt faciunt vltramontani.

e ¶ *Momenti.* id est[b] diei dominici.

A *Nullo.*] CASVS. An alius à principe ferias repẽtinas indicere possit, quæritur. Resp. quòd non. & si de facto indicantur, nec nomen feriarum habere merẽtur.

f ¶ *Ferias.* scilicet repentinas, quia[c] alicui comiti nascatur filius, sed solẽnes sic: *vt ff. eodem. l. præsides. & de offic. procon. si in aliquã.* Vel ibi statuit. i. statutas à lege ipse denunciat.

g ¶ *Fructu.* quia non dabunt dilationẽ. ¶ Et not. à nomine[d] argumentandum. *vt 3. de episco. & cleri. l. decernimus.*

P *Vblicas.*] CASVS. An causa fiscalis tẽpore vindemiarum & messium agitari possit quæritur? Respon. quod sic similiter & pistorum vt panes faciant sicut debent.

h ¶ *Mensibus.* quæ ob necessitatem hominum sunt: secus in Paschalibus, vel similibus quæ in honorem Dei fuerint *j. eo. l. omnes in fi.*

i ¶ *Pistoriis.* ac[e] bonum panem faciant non dico in aliis suis causis. & est ratio: quia etiã omni tempore pane egemus.

Q *Vadraginta.*] CASVS. An in quadragesima criminalis quæstio exerceri possit, quæritur? Respon. quòd non, licet de consuetudine aliàs obseruetur.

k ¶ *A spicio.* id est initio.

l ¶ *Ceremoniarum.* i. sacrificiorum & ieiuniorum: ac si dicat, in quadragesima nemo alium criminaliter accuset. sed[f] non seruatur.

O *Mnes dies.*] CASVS. Qui dies feriari debeant, vt in eis ius non reddatur. in hac l. docet imperator: tẽpore ergo vindemiarum non reddetur ius: quod secundum locorum consuetudinem & diuersitatem disceptantium indici debet. Item

III. CONSTANTIN. A. Heluidio.

OMnes† iudices, vrbanæq. plebes, & cunctarum artiũ[a] officia venerabili die Solis[b] quiescant[c]. Ruri tamen positi, agrorum culturæ liberè licẽterque inseruiant, quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineæ scrobib.[d] mandẽtur: ne occasione momẽti[e] pereat cõmoditas cœlesti prouisione concessa. Dat. N. Mart. Crispo. II. & Constantino. II. Coss.

Solus princeps indicit generales ferias repentinas. Bald. Vel sic: Feriæ repentinæ non indicuntur per inferiores à principe: & si indicantur, non valent, nec merentur habere nomen feriarum, nec etiam effectum. Pau. de Cast.

IIII. Idem A. ad Seuerum.

ANullo iudice præsumi debet[*] vt auctoritate sua ferias[f] aliquas cõdat†. Necenim imperiales ferias vocari oportet, quas administrator edixerit: ac per hoc si nomine eximuntur etiam fructu[g] carebunt. Dat. Id. April. Sirmij[*].

In publicis & fiscalibus causis non sunt obseruandæ feriæ messium vel vindemiarum Salyc.

V. Impp. VALENT. VALENS. & GRATIAN. AAA. ad Oybrium.

PVblicas † ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis mensibus[h], hoc est sine aliqua intermissione distinguat[*]. pistorum[i] quoque causis iisdẽ diebus statum in futurum examẽ adhibebit. Dat. IIII. Non. Maij Tiberiade, Valentiniano N.P. Coss.

Tempore quadragesimæ in criminalibus causis sunt feriæ. Bald.

VI. Iidem AAA. Tatiano, vicario Macedoniæ.

QVadraginta dieb. qui auspicio[k] cæremoniarum[l] Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur

criminalium quæstionũ. Dat. Kalen. April. Thessalonicæ.

Omnis dies est iuridica, nisi appareat quod sit feriata: & enumerãtur hic dies feriati. Bald.

VII. Imppp. VALENTI. THEO. & ARCA. AAA. Albino præfect. vr.

OMnes dies iubemus esse iuridicos[m]. Illos tantũ manere feriarũ dies fas erit, quos geminis mẽsib.[n] ad requiẽ[o] laboris indulgẽtior annus[p] excepit, æstiuos feruoribus mitigãdis[q], & autũnos[r] fructib. †decerpendis. Kal. quoq. Ianuariarũ consuetos dies ocio mancipam[f]. His adiicim. natalitios dies[t] vrbiũ maximarũ Romæ[*] atq. Constantinopolis †, in qui bus debẽt iura differri, quia & ab ipsis nata sũt. Sacros quoq. Paschæ dies, qui septeno numero vel præcedũt, vel sequũtur. Dies etiã Natalis atq. Epiphaniarũ[u] * Christi: quo & tẽpore cõmemoratio Apostolicæ[x] passionis totius Christianitatis magistræ a cũctis iure celebrat in quibus etiã prædictis sãctissimis dieb. neque spectaculorum copiã reseramus†. In eadẽ obseruatiõe numeramus & dies Solis[z], [quos dominicos[*] rite dixère maiores:] quę repetito[a] in sese calculo reuoluũt[c], in quib. pare necesse est habere reuerẽtiã: vt nec apud ipsos arbitros[b], vel à iudicibus flagitatos vel spõte electos, vlla sit cognitio iurgiorum. Nostris† etiam dieb.[c] qui vel lucis auspicia[d], vel ortus[e] imperij protulerunt. In xv. aũt Paschalibus dieb. cõpulsio annonariæ functionis, & omniũ publicorũ priuatorũq. debitorũ differatur exactio. D. II. Id. Aug. Romæ Timasio & Promoto Coss.

Actus voluntariæ iurisdictionis possunt explicari quolibet temporẽ etiam feriato. Bald.

dies kalen. Ianuariarum. Item dies quo condebatur vrbs Roma, & ciuitas Constantinopolis. Item dies dominicus ita vt nec coram arbitris, siue electi fuerint partibus, siue à iudicibus dati, in talibus diebus flagitetur. Item nec die natiuitatis principis: vel quo insignia imperialia consecutus est; ita q; in xv. diebus paschalibus nec publicorum nec priuatorum debitorum fiat exactio: sed manumissio in his exerceri potest.

m ¶ *Iuridicos.* i. ad ius dicendum concessos.

n ¶ *Mensibus.* id est duobus mensibus: vnus æstiuus pro messib. alius autumnalis pro vindemiis. Sed alij dicunt q; quatuor sunt: duo æstiui: & duo autumnales, quod non placet. & hi dies indicuntur secundum terrarum necessitatem: *vt ff. eod. leg. præsides.*

o ¶ *Ad requiem.* quasi dicat quiescant à causis dum laborant in messibus: ne duplici labore pereãt. Vel dic ad requiẽ: quia[a] requies est fructus habere sui laboris.

p ¶ *Annus.* id est indulgentior pars anni. indulget enim hominibus, quia habent tunc quod est necesse ad vitam per totum annum.

q ¶ *Mitigandis.* per hoc quòd cessant causæ.

r ¶ *Autumnos:* id est autumnales dies.

f ¶ *Mancipamus.* in quibus honores decernebantur. sed nec pridie debet sibi copiam facere potestates: *vt ff. eo. l. pridie.*

t ¶ *Dies* singulis annis fiebat vnum festum pro qualibet die in qua per festæ fuerant illæ ciuitates.

u ¶ *Epiphaniarum.* ab epi, quod est supra & phanos, quod[b] est sonus, quia sonum desuper acceperunt magi, vt per aliam viã redirent. Vel à phanos[d], quod est apparere: quia desuper eis apparuit stella supra vbi erat puer. Inde dicitur epiphania, id est super apparitio.

x ¶ *Apostolicæ.* id est festiuitatum apostolorũ. ¶ An de festo beati Martini, quia ipse fuit[e] par apostolis? Respondetur nõ: quia non per omnia. ¶ An in die beatæ virginis? Respondetur, licet non sit[f] lege cautum, tamen dic quòd sic: quia[g] ipsa est supra apostolos & angelos & archangelos.

y ¶ *Passionis.* id est totius Christianitatis à cunctis iure celebratur. Accursius.

z ¶ *Solis.* id est dominicos.

a ¶ *Repetito.* per singulas hebdomadas.

b ¶ *Arbitros.* vt & ff. de arbi. l. idem Pomponius. § si. & l. si feriatis.

c ¶ *Diebus.* parem habere reuerentiam est necesse.

d ¶ *Auspicia.* quando natus est imperator, sed hoc non seruatur singulis annis, vt hic intendit dicere.

e ¶ *Vel ortus.* id est[g] coronatus. ¶ An autẽ ab omnibus prædictis possit

Marginal notes (left): † pan l. i. C. T. 8. l. 1. — a Dies à planetis nomina sumpserunt. Imò à diis quorum nomina Romani quibusdam 6. dedicauerunt. v. Isid. — b Momentum pro die, & quidem dominico. — * decet. † concedat. * Nomine carens, caret effectu. Not. hic tex. ad illud pro verbum: sine re ... — c Feria repẽtina quæ dicantur. — † Sozomenus lib. 7. c. 9. ait Constantinũ sua lege ... — * differri ... — d A gumento à nomine ad re ... — † al. l. ordinario C. T. 9. 35. 4. — e Feriis causæ fiscales & pistorum tractari possunt. — f Consuetudinẽ valere per quam tollantur feriæ introductæ etiã in honorem Dei ...

Marginal notes (right): * C. T. 2. 8. 2. — † fructibus. C. T. eodẽ. — * al. kal. ... a Fructus laboris habere requies est. — * al. Theophaniorum ... C. T. de spectaculis. — † C. T. 2. 8. — * Conc. ... — a de l. feriatis. — c Martinus fuit par apostolis. — f Maria virgo ... Christi ... supra apostolos & Archangelos. — g Regis filiam esse ... patris coronationem ...

possit consensum partium recedi? Rñ. in his quæ ob necessitatem hominum sunt, sic: *vt ff. eo. l. j. in prin.* In his autē quæ propter honorem Dei, secus: *vt arg. ff. de ad. vi. l. nā magistratus. & l. si feriatis. in fine*. nisi fiant quæ sunt de voluntaria iurisdictione: *vt j. l. proxi.* ¶ Sed quando valet renuntiatio, an testes cogantur? Rñ. nō puto *vt ff. de pact. l. si vnus. §. & in summa. alias est. §. ante omnia.*

a ¶ *Actus*] *Et manumittēdi*. & alia quædam: *vt ff. e. l. solet.* non placet, sed ibi de aliis feriis dicitur.

PRouinciarum.] CASVS. An tempore quadragesimali vel paschali latrones torqueri possint, quæritur? Rñ. quod sic. Vel sic: Licet quidam dies sint quib. prohibitum est cognoscere de causis criminalibus, vt quadragesima eo tamen tempore permittitur punire quod[am] latrones, & per tormenta inquirere de proditione factorum suorum: nec timeat præses: quia veniam à Deo expectabit, cum per hoc multorum salus conseruetur. ¶ No. ex ista l. secundùm Pau. de Cast. hic. quòd publici latrones, insidiatores stratarum, etiam diebus dominicis & quibuscunque festiuis possunt poni ad torturam, & etiā mitti ad furcas ꝓpter rationem quæ in text. ponitur. & idem putarem in quocūq. reperto in flagranti crimine magno: quia non potest fieri maius sacrificium Deo, quā vt hi qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, cōpetenti debeant vigore cōpelci: *vt dicit text. xxiij. q. v. c. quali.* & Seneca in tragœdiis, q nō potest pinguior victima mactari Deo quàm reus iniquus.

b ¶ *Paschæ*. ¶ Contra *de ep[iscopali] aud. l. iij.* Sol. hic speciale in latronibus de Isauria, qui a perfidiores erant. ¶ Nam & in eo, quòd scrutantur super conscientia aliena & similiter his speciale[c]. nam regulariter contra: *vt j. de acc. l. fin.*

DIes.] CASVS. Præcipit imperator vt diebus festiuis Deo dicatis nullus sit voluptati locus, nulla fiat debitorum exactio, nulla fideiussio sisti flagitetur, nulla citatio, nulla aduocatio. litigantes à controuersiis se abstineant, cum bestiis nullus congrediatur: spectacula nō fiant. & si dies natiuitatis imperatoris in hos dies inciderit, quo talia fieri consueuerant, vsq. in alium diem differatur & hoc in prima. Si autem aliquis his diebus spectaculis interfit, amissione patrimonij multetur. similiter & apparitor qui præcepta harum legum transgressus fuerit, simili pœna plectetur. & hoc in secunda & vltima parte.

c ¶ *Voluptatibus occupari*. pessimarum mulierum. ¶ Et no. legem bene compositam.

d ¶ *Fideiussionis*. i. iudicio sisti, nisi[d] timeatur de eius recessu.

e ¶ *Apparitio*. pro ea die.

VIII. *Idem A. A. A. Tatiano præfecto prætorio.*

ACtus omnes*, seu publici sūt, seu priuati, diebus quindecim Paschalibus conquiescāt. In his tamen & emácipandi & manumittendi[a] cūctis licentiam habeant: & super his acta non prohibeātur. Dat. Kal. Ianua. Arc. A. II. & Rufino Coss†.

Latro insignis potest quolibet die ad furcas mitti. Bald.

IX. *Impp. Honor. & Theod. A. A. Anthemio præf. præt.*

PRouinciarū præsides moneātur vt in quæstionibus latronum, & maximè Isaurorum †, nullum Quadragesimæ tempus nec venerabilem Paschæ[b] diem existiment excipiēdum ne differatur sceleratorum proditio consiliorū, quæ per latronū tormenta quærenda est: cum facillimè & in hoc sūmi numinis speretur venia per quod multorū salus & incolumitas procuratur. Da. V. Kal. Mart. Basso & Philippo. Coss.

Nullus † actus iudiciarius potest exerceri die feriato in honorem Dei: nec etiā possunt celebrari lachrymosa spectacula, vel circense certamē: pacta tamē confici possunt, & trāsactiones fieri, & inter partes concordiæ celebrari. Bal. & S.

X. *Impp. Leo & Anthemivs A. A. Armasio præf. præt.*

DIes festos maiestati altissimæ dedicatos nullis voluptatibus occupari[c], nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque † diem ita semper honorabilem decernimus & venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur: nulla quēquā vrgeat † admonitio, nulla fideiussionis[d] flagitetur exactio, taceat apparitio[e], aduocatio delitescat[f], sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox silescat, respirent à cōtrouersiis litigātes, & habeant fœderis interuallum, ad sese simul veniāt aduersarij nō timentes, subeat animos vicaria pœnitudo, pacta cōferant, transactiones loquantur[g]: nec huius tamen religiosi diei otia relaxātes[h], obscœnis[i] quēquā patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena theatralis, aut Circēse certamen, aut ferarum lachrymosa[k] spectacula: & si in nostrum ortum[l] aut natalem celebranda solennitas inciderit, differatur[m]. Amissionem militiæ, proscriptionēque patrimonij sustinebit, si quis vnquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiuscunque iudicis apparitor prætextu negotij publici seu priuati hæc quę hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Dat. Id. Decēb. Cōst. Zenone. & Martiano cos.

f ¶ *Delitescat*. i. de lite quiescat. Accursius.

g ¶ *Transactiones loquantur*. i. de transactione loquantur, scilicet litigantes.

h ¶ *Relaxantes*. s. nos.

i ¶ *Obscœnis*. i. turpibus, vel his quæ fiunt in scena.

k ¶ *Lachrymosa*. quia[a] lachrymantur homines prædolere cum vident homines cū bestiis certātes succumbere: *vt j. de ve. iur. enu. l. ij. §. quintus. in fine.* §. sed hodie corrigitur. *vt j. de gla. l. j. lib. xi.*

l ¶ *Ortum*. i. natiuitatem. Vnde Esaias[b] propheta, Surge & illuminare Hierusalem in splē dore ortus tui.

m ¶ *Differatur*. prædictus ludus.

DE IVRISDICTIONE omnium iudicum: & de foro competenti.

Quia iudicia ratione iurisdictionis exercentur: ideo de ea dicit.

TITVLVS XIII.

DE IVRISDICTIONE omnium iudicum, & de foro competenti.

Iudex incompetens potest fieri competens partium prorogatione. h. d. Bal. Vel sic: Sententia iudicis nō sui alias iurisdictionem habentis lata inter scientes & corā eo sponte litigātes, vi prorogationis est valida. h. d. Salyc.

I. *Imp. Antoninvs A. Seuero & aliis.*

NOn quidem[n] fuit competens iudex procurator noster in lite priuatorū[o]: sed cum ipsi[p] eum iudicem elegeritis, & is[q] consentientibus aduersariis[r] sententiam tulerit, intelligitis vos acquiescere debere rei ex consensu[f] vestro iudicatæ: cum & procurator iudicādi potestatē inter certas habeat psonas[t], & vos incongruū cum esse vobis

NOn quidē.] CASVS. Duo priuatiui in causa quā habebāt procuratorem Cæsaris, qui inter priuatum & fiscum cognoscit iudicem elegerunt: an eorum sit ab initio iudex quæritur? Respon. quòd non. & hoc in prima. si tamen in ipsum consenserint, cum aliàs iurisdictionem habuerit inter fiscum & priuatum, & iudicauerit, stabitur eius sententiæ & imputatur eis qui talem elegerint, quòd scientes in non suum iudicē consenserint & hoc in secunda. Quod non solum habet locum in procuratore Cæsaris, si inter non subditos suos fuerit consensum: sed in quolibet alio siue ordinario, siue delegato. & hoc in tertia.

n ¶ *Non quidem fuit*. ab initio: ne sit contra *j. si à non compe. iu. l. fi.*

o ¶ *Priuatorum*. scilicet priuatæ rationis.

p ¶ *Sed cum ipsi*. s. vos.

q ¶ *Et is*. s. procurator Cæsaris prædictus.

r ¶ *Aduersariis*. i. vobis qui aduersamini.

f ¶ *Ex consensu*. nō consensistis vt sit iudicaret, quia sic fieri non posset: *vt ff. de arbit. l. qualem. in prin.* sed in cuiū vt possit esse iudex, consensistis. ¶ An autem ante litē contestatam ex solo consensu fuit iudex? Respo. & dico tria Guill.[d] dixisse circa hoc: *vt not. ff. de iurisdict. om. iud. l. si per errorē in glo. §. fin. quæ incipit, id est dissentit.*

t ¶ *Personas*. scilicet inter fiscum & priuatum: *vt supra si aduersus fisc. l. j. & ij. & infra vbi causa fisc. l. v.* & hoc præterquam[e] in quatuor generibus causarum vbi tantum præses, vel eo maior iudicat. Primum[f] *supra de peda. iudi. l. ij.* Secundum *infra vbi cau. fisc. l. j.* Tertium. *ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. l. j. in principio.* Quartum. *ff. ad Turpil. leg. l. j. §. fin. & ff. ...* ¶ Item not. quòd aliàs habebat iurisdictionem: vt dicit: secus si non haberet: *vt infra eod. l. prima. terum.*

Marginal notes: *Alex. ... de trans. ... Gl. ...* — *C. T. ... lib. ...* — *Isauria Græca ... Euseb.* — *C. T. ... 7.* — *Antenodorus Isaurorum princeps in Isauria captus decollatus, ... Tarsum ... pro hostibus semper habuit insignes piratas. Strab. lib. 14.* — *Excipe casus de quibus ... decis. ... 30.* — *al. pascharū al. paschale.* — *Contra ... Gl. ...* — *Die feriata nemo citari potest, vt dic. sequente in suis verbis.* — *b Hodie dicit ... aut. vt ... extra de ...* — *Fugitiui debitores & similes possunt capi ... die feriata, etiam in honorem Dei, non vt iudex eos cognoscat de causa sed vt cogatur debitor ... reddere ...* — *a Spectacula lachrymosa est dicta.* — *b Esaie 60.* — *c Inclusa desiderantur in vet. Gl.* — *d Legendum Guarn. vel Warn. vt in Gl. manus. ... & Yuar... qui & Yuarnerius & Irnerius ... glossographus.* — *e iurisdictio ... non possit prorogari.* — *f Vide ... hanc Gl.*

a ¶ *Scientes.* alioquin secus esset: *vt d. l. si per errorem. & ff. de iudi. l. ij. in p incipio.*
b ¶ *Quod & in aliis.* hæc est secunda pars.
c ¶ *Iudicibus.* aliâs iudicis, quasi dicat, non solum si in procuratorem Cæsaris à non subditis fuit consensum, sed etiã si in quẽlibet alium habentem quancunque iurisdictionem ordinariam vel delegatam: *vt ff. de iudi. l. ij.* & sic [a] fit prorogatio de persona ad personam. 2 Secundò de re ad rem. *l. ff. de iudi. le. de quare. §. j.* 3 Fit tertio de tempore ad tempus: *vt ff. de iudi. l. ij. §. sed si iudex.* ¶ An autem in causis meri vel mixti imperij possit fieri prorogatio [b] videtur quòd non, cum nec delegetur: *vt ff. de offic. eius cui man. est iurisdict. l. ij. in fin. & le. j. in prin. & supra de peda. iudic. l. ij.* Sed fortè potest in iudicem habentem aliàs verum vel mixtum imperium: *vt infra vbi de cri. agi oport. leg. j. ubi incheata sunt.* &c. ¶ Item not. consensum [c] facere valere, quòd aliàs non valeret: *vt j. communia vtriusq. iudi. l. ij.*

a Prorogatio fit de persona ad personam: de re ad rem: de tempore ad tempus in iudicem habentem mixtum & merũ imperium at non in causis meri vel mixti imperij.
b Prorogatio non fit in causis meri vel mixti imperij.
* Conso. 9. eum fit generalis. extra de fo comp. & 11 q. 1 experientia. & cap. seq.
c Consensu fiunt valida, quæ aliâs non valerent.

iudicem scientes [a]: tamen audientiam eius elegistis. Quod & in aliis [b] similibus iudicibus [c] tam in actionem proponentis quàm in exceptionem opponentis persona locũ habebit. D. II. Id. Ian. Messala & Sabino Coss.

Actor debet sequi forum rei, non reus forum actoris. & potest reus conueniri in domicilio quod habebat tempore contractus, & in nouo domicilio quod postea acquisiuit. hoc dicit Bald.

II. *Impp.* DIOCL. & MAXIMIAN. AA. *Alexandro.*

IVris [*] ordinem conuerti [d] postulas, vt non actor rei forum, sed reus actoris sequatur [e]: nam vbi domicilium reus habet [f], vel tempore contractus [g] habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum [h] eum conueniri oportet. Dat. VI. Id. Octob [*].

Priuati non possunt conferre iurisdictionem hoc dicit. Bald.

III. *Idem AA. Iudææ.*

PRiuatorum [i] † consensus iudicem nõ facit eum qui nulli [k] præest iudicio: nec quod is statuit, rei iudicatæ cõtinet auctoritatem. Dat. VI. Kalen. Ian. AA. & coss.

Ordinaria iurisdictio non potest declinari post litis contestationem: nec recurritur ad superiorem per simplicem querelam, sed demũ per appellationem. Bald.

IVris. CASVS.] Bono. à Mutifi. petebat x coram iudice Bonosi an coram eo teneatur Mutinen. quæritur: respon. quòd non. actor enim forum rei secundùm iuris ordinem sequi debet. vnde vbi domum reus habet tempore contractus, vel si post transtulit, conueniendus est. Ex ista l. not. regulam quæ semper allegatur, quòd actor debet sequi forum rei. Paul.
d ¶ *Ordinem conuerti.* subaudi. tu actor. fallit in fundo in causa reconuentionis. vel vbi contractus celebratur.
e ¶ *Sequatur.* nam hic est ordo [d] vt sequatur actor forum rei: *vt hic. & j. vbi in rem actio l. fin. & j. eod. l. in criminali. & j. vbi & apud quẽ l. ij. & ff. de iudi. heres absens in prin. & §. fi.* Accursius.

¶ Cons. Gl. vid. prope fi. ac Rodolphus. de re. fers. & i. gem. si. aff. de foro comp.
d Actor regulariter sequitur forum rei. v. tamen exceptiones apud Socinum reg. 80.

f ¶ *Rem habet.* quod vbi sit, habes *ff. de munici. l. ciui. §. fi. & le. places. & l. sequen. & l. assumptio. §. fi. & j. de incolis l. ciues. §. fin. lib. x.*
g ¶ *Contractus* [e]. contractum largè accipe: *vt ff. de iudi. leg. omnem*
h ¶ *Tantum.* hæc dictio tantùm, excludit domiciliũ actoris, nõ rei, si aliud forum reus habeat. Illud enim constat, quòd multis modis sortitur quis forum: *vt diximus ff. de iudic. hæres absens. §. pro inde. in fin. in glos. nisi ratio.*

e Forum in loco contractus quis regulariter sortitur, vt hic. l. heres absens. ff. de iudicio. vide tamẽ exceptiones apud Socinũ regula 160.

PRiuatorum.] CASVS. Ego & tu in causa quam habebamus in iudicem qui nullam aliàs habuit iurisdictionem, consensimus vt inter nos iudicaret. an sit iudex, quæritur: respon. quòd non: nec si iudicauerit, auctoritatem rei iudicatæ obtinet iudicatum.
i ¶ *Priuatorum.* puta duorum vel trium, vel etiam decem. nã secus [f] in consensu alicuius collegij: puta cerdorum, pelliparıorũ, & similium: *vt j. eo. l. fin.* Item secus in consensu vniuersitatis: *vt in authen. de defen. ciui. circa prin. & §. j. in fi. col. iiij.* ¶ Sed obstat quod ibi dicit quòd est confirmandus à præfecto prætorio. Sed dico quòd statim [g] facta electione habent iurisdictionẽ, sed non effectum iurisdictionis. *sic & j. quibus ex causis maio. l. fin.*
k ¶ *Qui nulli.* secus si alicui: *vt & j. eo. l. j. ff. de iudi. l. j.*

f Iurisdictionem non dat priuatum, licet collegium & vniuersitas dare possit.
g Iurisdictio nem electus habet statim à facta eius electione, non tamen effectus iurisdictionis.

NEmo.] CASVS. Petebã à te decem in iudicio: lite contesta. volebas iudicem recusare. an possis. quæritur: respon. quòd non. M. l. istam intelligit tam in ordinario quàm in delegato: vt si præfecto supplicasti vt à primo recederes, non es audiendus: sed ad principem appellare poteris demum lata sententia.
l ¶ *Post litem contestatam.* Ergo ante litẽ contestatã recusari potest ordinarius, secundùm Azo. quod est contra nos. Sed expone hic, id est delegati ob ordinaria sede. a Vel aliter vt dixi. *j. de in. l. apertissimi.* Sed arbiter [b] lite pẽdẽte potest recusari iustis ex causis: *vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cum quidam. 10.*

a Iudex ordinarius an possit recusari.
b Arbiter lite pendente recusari potest iustis ex causis.

IIII. *Imp.* CONSTANT. A. *ad vniuersos prouinciales.*

NEmo post litem contestatam [l] ordinariæ † sedis declinet examen: nec pri[m] præfecti prætorio, aut comitis Orientis, vel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium [n]: sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium [o] veniat. Dat. Kalend. Octob. Basso & Ablabio Coss.

Trahens aliquem vetito examine, perdit causam: & puniuntur officiales qui præstãt milites suos executoribus iudicum incompetentium. Bald.

m ¶ *Nec prius.* ante definitam sententiam. nec est ergo remedio locus in medio: *vt & supra de epi. audi. l. ij. & supra de in. di. l. apertissimi. in princi.*
n ¶ *Auxilium.* volebat enim à primo recedere, & alterius iudicis auxiliũ postulare, quod non potest: *vt hic, & infra de ad. er. tol. l. j. in fin. & infra de except. l. si quis aduocatum.*
o ¶ *Auditorium.* id est ad iudicem appellationis.

c id est per Gdalis. l. 6. sup de modo mul. &as Cons.

V. *Impp.* ARCAD. & HONORIVS. AA. *Vincentio præfecto prætorio Galliarum* [*].

IN criminali [p] negotio rei forum accusator sequatur. Is verò qui suam causam siue criminalem siue ciuilem sine cœlesti [q] oraculo [r] in vetito [s] vocauit examine, aut executionem poposcit † militarem: actor quidem propositi negocij actione multetur [*], reus verò pro condemnato habeatur [t]: & tribuni [u] siue vicarij capitalem [x] sibi aduersionem sub eundam esse cognoscant, si vel suam vel militum executionem interdictam [y] præbuerint. Dat. V. Kalendas Ianuar. Mediolani, Cæsario & Attico Coss.

IN criminali.] CASVS. Actor forum rei sequitur. si ergo me coram iudice non meo super crimine accusasti, vel te coram non meo per amicos compuli ac cusare: tu in primo casu in amissione causę mulctaberis in secundo casu habendus sum pro condemnato: & si sententiam latam à non suo iudice executor aliquis executus fuerit, capite puniatur.
p ¶ *In criminali.* idem in ciuili: *vt supra eod. l. ij. & ff. de ali. iud. mu. causa fa. l. ij.* Accursius.
q ¶ *Sine. cœlesti.* nã cum cœlesti potest, *supra de dila. l. si quando. & authen. quod fieri. ibidem posita.*
r ¶ *Oraculo.* id est sine rescripto.
s ¶ *In vetito.* scilicet prorsus: & dic, vocauerit, scilicet cum effectu sic vt venerit aduersarius: *vt ff. de in ius voce. l. quamuis. & quod quisque iur. l. j. in fin. & ff. rem ra. habe. l. amplius.*

* C. T. e ti l. j.
† poposcerit in omnibus.
* v. Bar. in ...

t ¶ *Habeatur.* Sed quomodo [c] hoc potest facere reus, vt cogat actorẽ coram alio iudice litigare? resp. fortè si reus committetur ei, si sub eo non agat, & se sub alio non responsurum: sicque per metum eũ ad hoc compellat, vel per dolũ, vel per amicos. ¶ Sed quid erit si postea eum actorem vel reum pœniteat? Si quidem ante sententiam, indulgetur ei: vt actionem actor non perdat, & reus non habeatur pro condemnato: post non: *vt ff. de in ius vocan. l. quamuis.* hodie reus etiã per rescriptum non trahit actorem ad extraordinarum iudicem: *vt in authent. qua in prouincia. j. in titu. ij.* ¶ Et [d] dic multetur [e] non ipso iure, sed per sententiam. non enim dicit multatus sit. ¶ Videtur [f] ergo quòd condẽnatus eius post condemnationem agat condictione ex hac. l. vel condictione sine causa, vt actor eũ liberet. *sic j. de adser. tol. l. j. §. fi.* Vel in ipsa definitiua sententia bitur contra vocantem in vetito examine secundùm formam no. *ff. de rei vin. l. vtiq.* tenetur etiam iniuriarum: *vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis per iniuriam.*
u ¶ *Tribuni.* supra de actore & reo: hic de iudice.
x ¶ *Capitalem.* id est deportationem.
y ¶ *Interdictam.* ex prędicta sententia qua fuerit reus condemnatus, cum sit lata à iudice non competẽte. Vel dic idem in tribunis qui præsunt militibus. & vicariis, si ipsi adeantur, cum tamen ipsi non sint iudices rei id audire non debeant.

c Reus an & quomodo possit cogere litigare sub certo iudice.
d Verum actore dicedat an verè reus hic habeatur ipso iure pro condemnato.
e Si lex per verbum futuri temporis loquitur, sententia requiritur.
f Verbo præsentis vtatur, vel legis fiat, sententia ... quirit... exceptiones apud Socinum regula 360 R... Mathesilanum ...
7. Centum ...

MAgisteriæ.] CASVS Si priuatus contra militem causam habuit, siue fuit ciuilis siue criminalis, de ea magister militum cognoscere potest: & hoc ideo, quia miles ab alio quàm à iudice, &c.

f Verum hoc quod hic dicitur fiat in eadem ... an verbo ... dictio.

Magisteria

a ¶ *Magisterio potestati*. i. magistrum militum.

b ¶ *Etiam ciuilium quæstionum* quasi diceret, non solum criminalium. Sed contra [a] in criminalibus: *vt infra vbi senat. vel cla. l. 3. & ff. de accu. l. fin. in fi.* Sol. hæc in milite militante: illa in non militante. Vel dic verius & plenius quòd in militari crimine, puta si vendidit arma, solus magister militum habet coercitionem: *vt hic*. In communi verò crimine si quidem enorme sit iudex siue præses loci vbi deliquit, habet cognitionem & coercitionem: sed de mediocri habet cognitionem, coercitionem verò remittit ad magistrum militũ vt in legibus contrariis. *& j. de re mili. l. fi. in princ. lib. xij.* Sic & aliàs fit: *vt in auth. vt cle. apud proprios. §. pe. col. vi.*

a Forum militis quod fortiatur in criminibus.

† priuato actorem reum.

c ¶ *Audiendi*. i. auditionis, vt & iter est ius ambulandi, i. ambulationis: *vt instit. de seruit. in prin.*

d ¶ *Esse.* *vt & supra de iu. pe.*

e ¶ *Coerceri*. de iure.

Periniquum.] CASVS. Pone in campsoribus Bon. qui suos habent consules siue rectores. si ergo aliquis contra campsorem causam habet, examen sui consulis campsor declinare non potest: siue miles fuerit, siue non: siue in dignitate fuerit siue non: vel fori exce. & hoc in prima. & licet sub suo rectore vel consule possit conueniri, nihilominus sub potestate, si hoc elegerit actor conueniri poterit, & hoc in secunda. Qui autem contra hanc. l. intentauerit, amissione cinguli siue dignitatis mulctetur. & hoc in tertia.

† Iudex incompetens nõ potest punire de dictum etiam notorium, pet cõfessionem vel vnde dicitur, iudex incõpetens sim per interdum infert. quomodo sin etiam tenet. adde l. *militaribus infra de desertoribus &* *&si dieitur eta de cedens.* *legendũ Luciano.

† al. eorundẽ. * præpositi.

† seu.

f ¶ *Periniquum*. i. valdè iniquum. Accursius.

g ¶ *Eos qui.* puta medicitæ.

h ¶ *Professiones*. vt parabolani.

i ¶ *Negotiationes*. vt pannorum vel cambij.

k ¶ *Seu negociationum*. vt pelliparij, pistores.

l ¶ *Pertinet.* ex electione eorum qui exercent: sic ergo dant ordinariam iurisdictionem illi de illa professione vt etiam declinari nõ possit.

Magistri militum habent iurisdictionem inter milites. h. d. Bal. Vel sic, Magister militum potest cognoscere summariè inter milites suos, & etiam inter non militem & militem ab alio conuentum. h. d. Pan. de Castr.

VI. *Impp.* HONOR. & THEODOSIVS. *A.A. Anthemio. pp.*

Magisteriæ potestati [a], inter militares viros, vel priuatum † actorem, & reum militarem, etiam ciuiliũ quæstionum [b] audiendi [c] cõcedimus facultatem: præsertim cum id ipsum de more litigantium esse [d] videatur, cõstetque militarem reum, nisi à suo iudice, nec exhiberi posse, nec † si in culpa fuerit coerceri [e]. Dat. V Kalen. Maij Lucio [*]. V C. Coss.

Qui sunt in aliquo collegio ratione professionis vel negotiationis, iurisdictionem eius qui præest collegio, recusare non possunt: non minus tamen sunt sub præside vel alio superiore. h. d. Bal.

VII. *Imp.* ANASTASIVS. *A. Constantino. pp.*

Periniquum [f] & temerarium esse perspicimus, eos qui [g] professiones [h] aliquas seu negociationes [i] exercere noscuntur iudicum, ad quos earum † professionum seu negociationum [k] cura pertinet [l], iurisdictionem & præceptionem [*] declinare conari. Quapropter iubemus huiusmodi hominib. nec cuiuslibet militiæ [m], seu cinguli vel dignitatis prærogatiuam in hac parte suppetere, sed eos qui statutis in quacunque militia cõnumerati sunt, vel fuerint, [vel †] qui dignitatem aliquã prætendunt, sine aliqua fori præscriptione his iudicibus tã in publicis [n] quàm in priuatis causis obedire cõpelli, ad quorum solicitudinem professionis seu negotiationis quã præter militiam (vt dictũ est) exercent, gubernatio videtur respicere: ita tamen [o], vt ipsis nihilominus iudicibus sub quorum iurisdictione militia siue dignitas eorum constituta est, procul dubio respondeant: his videlicet qui [*] contra huius tenorẽ legis venire tentauerint, militiæ cingulo seu dignitatis honore pro tali conamine spoliandis [p].

Quid ergo in scholarium [b] vniuersitate: an possint habere rectores: Videtur quòd non, quia non exercent professionẽ, sed sub exercentibus sunt discipuli: sicut nec discipuli pelliparioium secundũm Azo Magistri ergo possunt eligere, quia ipsi exercent professionem. & sic fit Parisius. ¶ Item nota hic qui dant ordinariã, & qui delegatam iurisdictionem: vt diximus *ff. de iurisdictione omnium iudicum. om. iudi. l. & quis. in glossa. §. j. consuetudo.* Accur.

b Scholares an possint habere rectores.

c Milites sunt duplices, alij armatæ militiæ, alij inermes.

m ¶ *Militiæ*. s. armatæ: vel [c] inermis secundùm quosdam. 2 Vel impropriè ponit nomen militiæ. qui aliquam exercent negociationem, militare prohibentur: *vt j. de negotiatio. mili. li. xij.* 3 Vel tertiò dic quòd negociatores militare possunt: sed non vt iurent non euitaturos se mortem pro republica: sed quia stigmate vel charactere quodam notabantur in brachiis: *vt infra de fa-* *brice. l. stigmata. lib. xj.*

n ¶ *In publicis.* s. societatis illius, & priuatis quas habent inter se socij de aliis suis factis occasione societatis. sic enim seruatur secundum consuetudinem.

o ¶ *Ita tamen.* quasi dicat licet sub illo iudice valeant conueniri: nihilominus sub maiori, s. sub potestate.

p ¶ *Spoliandis.* fortè vt in quinque libris auri dãnentur: *vt j. de dec. l. curiales qui honorario.*

TITVLVS XIIII.

QVANDO IMPERATOR inter pupillos vel viduas, vel [aliàs †] miserabiles † personas cognoscat [q], & ne exhibeantur [r].

Personæ miserabiles non debent trahi in ius extra prouinciam: sed ipsæ alios trahere possunt. h. d. Bal. Vel sic, Pupilli & viduæ & aliæ miserabiles personæ de quibus hic habent hoc priuilegium quòd extra proprium domicilium non possunt pertrahi etiam per rescriptum principis, vel in curia principis: sed in proprio domicilio sunt conueniendi. ipsi tamen bene possunt trahere aduersarios eorum extra domicilium coram principe, etiam per viã simplicis querelæ. h. d. ista notabilis. l. secundum Pan. de Cast.

f ¶*Ingenuitatis*. s. inter fiscum & priuatum: *vt j. ne de sta. defunct. l. si patet. & s. eo. l. procuratores. & de pro. iud. l. placet.*

Causa seruitutis & libertinitatis, quæ est inter fiscum & priuatum, potest per procuratorem Cæsaris examinari: causa verò ingenuitatis pertinet ad iurisdictionẽ præsidis. Bal.

V. *Iidem AA. & CC. Diogeni præsidi Insularum.*

IAm dudum † à nobis statutũ est, vt si quæ causæ libertinitatis[a] * & seruitutis[b] in prouincijs inter fiscum & priuatos exorirentur, ad Rationalem[c] vel magistrum[d] rei priuatæ, hoc est vnde[e] motæ essent † quæstiones, remitterẽtur, si quæ verò ingenuitatis[f] essent à rectore prouĩciæ examinarẽtur. Da. 4. Non. Aug. CC. Coss.

Etiam post quinquennium manumissus, de facto potest prouocare ĩ ingenuitatem: quod olim non poterat nisi ex domini auxilio, h. e. ex gratia Cæsaris. h. d. Vel sic: Contra statum non præscribitur spatio quinquennali: sed pro statu sicut in glo. Bald.

VI. *Imp. Iustinianus A. Mennæ præfecto p. et.*

IN litib. in quib. vtrum ingenuus, an libertinus sit aliquis quæritur quĩquennij præscriptionem[g] † (post quod diuino[h] adiutorio opus esse veteres leges præcipiebant[i]) in posterũ cessare sancimus: & huiusmodi lites etiã post memoratũ tẽpus ad exemplum cæterarum, vel in prouĩcijs apud earũ moderatores, vel in hac alma vrbe apud cõpetentes* maximos iudices examinari. Quod etiã si clarissima perso a[k] super tali conditione[l] vel etiã seruili quæstionem patiatur, tenere censemus. Dat. 3. Non. Aug.*

IN litibus.] CASVS. Hominem ingenuum vt seruum possedisti, de facto cum manumisisti, an elapso quinquennio in ingenuitatem proclamare possit, quæritur? Respond. quòd sic, licet olim cõtrarium obseruaretur sine principis beneficio super hoc impetrato & obtento: & post quĩquennium de causa ista cognoscat ipse præses. nec refert an fuerit clarissimus, vel non, qui talem fuit passus quæstionem.

g ¶*Præscriptionem* aliàs dimensionem.

h ¶*Diuino*. i. rescripto concesso per principẽ.

i ¶*Veteres leges præcipiebant*. olim[b] enim ingenuus de facto manumissus nõ poterat in ingenuitatem proclamare vltra quinq. annos, nisi auxilio pricipis: *vt hic in prin. & ff. si liber. ingen. esse dic. l. ... §. j. & ij.* quod corrigitur[c] vt hic subijcit. *& arg. j. de præscript. long. temp. quæ pro lib. l. fi.* ¶Item videtur corrigi totus titul. j. ne de stat. defunct. per istam l. Sed illa loquitur de defuncti statu, hic viuentis. Item hic ad bonum: ibi ad malum reuocabatur in seruitutem. Accur.

k ¶*Clarissima persona*. scilicet quæ ad ingenuitatem prouocat, vel contra quam fit prouocatio.

l ¶*Super tali conditione*. s. quæ ad ingenuitatẽ prouocat, vel cõtra.

† Concor. Gl. j. ... ne de sta. ... ordinat. * libertatis.

a Vel pro id est. † mota est quæstio.

¶ dimensione. al. dimissione.

* competentes maxima iudicia. b Ad ingenuitatem ... quod tempore proclamare possit ingenuus manumissus. c Præscribi nõ potest quin quennio ad versus statũ, sed pro statu &c.

TITVLVS XXIII.

VBI QVIS DECVRIALI vel cohortali, aliáve conditione cõueniatur.

VBI QVIS DECVRIALI, VEL COHORtali, aliáve conditione conueniatur.

SI quis.] CASVS. Nũcius vel procurator, vel executor cõmunis Bon. in ciuitatẽ Mutin. se cõtulit & sub magistro nũciorũ militare cœpit. ibi cõprehensus, sub quo iudice cõueniri debeat, quæritur? Rñ. q. in territorio illius sub quo captus est: nõ expectato eo sub quo militare cœpit. & cõuictus societati eorũ quos declinauerat, cõgregetur. ¶No. ex hac l. in fugitiuo regulã: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. & est speciale propter fugã, secundũ gl. & Bal.

m ¶*Obnoxius* in aliqua ciuitate.

n ¶*Ab his*. vel[a] procuratoribus eorum.

o ¶*Comprehensus*. i. alia ciuitate. ¶Sic ergo[b] speciale est hic, vt liberã personã qui sua auctoritate capiat. *sic & j. de decur. l. generali. lib. x. & ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. si debitorem.* Et est ratio, quia sicut seruum in fuga cõstitutum adhuc dominus possidet. *vt ff. de acquir. poss. l. item quæ nobis. & l. iij. §. Nerua. & §. si seruus.* ita & hunc. Et sic nõ videtur capere quod sit alienum, sed retinere quod est suum. Item capit hic, vt subijcit, vt ad iudicem deducat, qui cognoscat, & iustitiã exhibeat, & sic non est contra *s. de iudic. l. nullus.*

Si curialis vel cohortalis à curia aufugerit, potest per eos à quibus fugerit, propria auctoritate capi vbicũque reperitur: & cõuictus reduci per iudicem ad pristinum statum. h. d. Bal. vel sic: Curialis vel cohortalis fugiens potest capi, & agitur causa possessionis vbi capitur: de proprietate vero ad locum vnde aufugit, remittitur, secũdum Iac. Bu. & Sal.

I. *Imp. Arcad. & Honor. AA. Flor. p. p. p.*

SI quis vel curiæ, vel officijs iudicũ, aut alijs quibuscũq. corporib. obnoxius[m], intra prouinciã ab his[n] erit, quos aufugit, cõprehensus[o]: non expectata eiusdẽ iudicis notiõe, sub quo per ambitum[p] cœperat militare[q], penitúsq. emẽdicati honoris præscriptione submota, à iudice[r] qui in locis aditus fuerit audiatur[s]: manifestatúmq. rerũ probatione cõuictus, eorum societati, quos declinauerat, aggregetur. Dat. 14. Kal. Aug. Mediolani, Cæsario & Attico Coss.

Homines obnoxiati, vel qui pro exactionib. vel concussionib. conueniuntur, non possunt fori præscriptionem opponere, nisi sint milites armatæ militiæ: vel eis specialiter sit concessum. Bald.

II. *Impp. Theodos. & Valent. AA. Cyro. p. p.*

HAc perpetua lege sancimus prouĩcialib. iudicijs non posse fori præscriptionem opponere eos qui ad curias vocãtur[t], vel cohortalib.[u] deberi dicuntur officijs, vel alijs corporib. obnoxij sunt: eos etiam[x] qui super exactiones vel cõcussiones[y] perpetrasse firmẽtur: exceptis videlicet his qui armata[z] militia præditi sunt, vel aliàs speciali beneficio principali sese defendunt: ita tamen, vt cui ex militaribus viris

p ¶*Per ambitum*. i. malum desiderium.

q ¶*Militare*. in militia inermi: vt[c] quia apparitor, executor, scriptor, et primi scrinius: secus autẽ in militia armata: vt j. l. prox. & in hoc differt. Item & in hoc quia hic aufugit, in sequenti non aufugit, sed dicitur debere esse de curia, vel cohorte, vel corpore.

r ¶*A iudice*. quolibet qui ordinarius sit in eo loco vbi est cõprehensus. Et sit not. Vbi te inuenero, &c. & propter huiusmodi fugã ¶Sed quid si ille ordinarius erat sub quo militabat? Resp. etiã sub eo potest quæst. hæc proponi. non enĩ vetat hæc l. sed dicit illum cognoscere in cuius territorio est captus, non expectato eo sub quo militabat. ¶Item qua[d] actione petitur, cum sit libera persona? Resp. officio iudicis, vel vtili in rem causa adiecta: *vt ff. de rei vin. l. j. §. j.*

s ¶*Audiatur*. & expediatur vsq; ad tres menses hæc causa: *vt j. de decu. l. generali. lib. x.*

HAc perpetua.] CASVS. Si adstrictus curiæ, ab officio sibi deputato se subtraxit, vel actor aliquis de negotio alicui metum, vt ab eo aliquid extorqueret, intulit: si de his quæstio mota fuerit, quis cognoscere debeat, quæritur? Resp. quòd præses prouinciæ, nulla fori præscriptione opponenda, nisi miles fuerit, vel principis beneficio fuerit munitus quo minus sub præside cõueniatur: quib. causis à præside prouĩciæ aliquid proferẽ quod ad magistrũ militũ quæstio terminãda referatur. & hoc in prima & secũda parte. In tertia dicit quod si aliquis publicis præstationib. vel debitis obnoxius inueniatur, nulla gaudeat fori præscriptione quin sub præside cõueniatur, nisi principali priuilegio muniatur: aut præfecti vel præsidis nullo modo declinet examẽ. & hoc in tertia. Si qui autem huius l. cõtemptores fuerint, inuẽti à præside prouinciæ puniantur.

t ¶*Vocantur*. i. reuocantur.

u ¶*Cohortalibus*. cohortales erãt magis cohorti, quã curiales.

x ¶*Eos etiam*. repete, nõ posse, &c. Et dic, quod super exactũ est, restituitur in duplum sine vi ablatiua[f], aliàs in triplum: *vt j. de super exact. l. j. lib. x. & ff. de public. l. licitatio. §. quod illicitè.*

y ¶*Vel concussiones*. quas fecerunt dum erant in officio.

z ¶*Armata*. super quibus non potest inijci manus.

a Cedi potest ius aliena sua authoritate capiendi. de quo vide Tit. ... b Personam liberam quandoque possumus propria auctoritate capere.

c Militia quædam est inermis: & quibus genere militiæ militet.

d Persona libera quæstione est petenda.

Ex Nouell. Theod. Ti. 14. de annona militantibus fori præscriptione.

e vide ... regula ... f Vi ablatiua.

a ¶*Curiæ nomen.* quia dicitur curiæ adstrictus.
b ¶*Ad magisteriam.* i. magistrum militum.
c ¶*Potestatem.* vt condemnet, ipse tamen præses cognoscet: sed certè imò narrando factum vt causam audiant & exequantur. Accur.

a Remissio in causis ciuilibus ... non fit ... dicitur vide S... ... sit sabini. pen.

d ¶*Prouinciali* ° subaudi, à ... sunt ablatiui.
e ¶*Euentum.* i. sententiā super eo de quo impetū tur.
f ¶*Opponere.* etiā si præditi sint armata militia: *vt j. in quib. cau. mi. so. præscrip. l. j. circa. p. in.* & quod subijcit, præter eos, &c. nō excipit de præcedentibus, sed ad subsequentia refert: quasi diceret, cæteros præter eos, &c. 2 Vel dic excipi illos quos. s. excipit, s. milites armatos.
g ¶*Præter eos.* vel est hic. §. vel. j. cæteros, &c. & secundum primū non refertur ad proximum.
h ¶*Cæteros.* respicit vel infra vel supra.
i ¶*Sententiam.* cum lis erat cōtestata: vel verius de pœna cōtumaci iponenda dicitur: *vt ff. li. quis in di. non ob. l. j.* & sic falsa[b] est nota quā quidam hic faciunt, quòd sententia ante litē cōtestatam fertur. ¶No. etiā hic ordinariū ° nō recusari: *vt & j. de iud. auth. si verò cō ti gerit.*

b Sententia ante litem contestatam ferri non potest. c Iudex ordinarius recusari non potest.

curiæ nomē[a], vel cohortalis officio quæstio ingeratur, rector prouīciæ super eius nomine tā ad sedem tuæ magnificentiæ, quàm ad magisteriam[b] vel cōpetētē referat potestatē[c]: vt hi qui velut debiti postulētur prouinciali[d] iudicio destinati ibi euētum[e] iudicij expectent, vbi iura moueri præcipiunt huiusmodi quæstiones. Super publicis autē functionib. & debitis nemini liceat fori præscriptionem opponere[f], præter eos[g] qui specialiter excepti sunt. Cæteros[h] excelsæ tuæ sedis, & rectorum prouīciarū in quolibet negotio † declinare minimè posse iudiciū decernimus: ita, vt qui tā saluberrimā legē pertinaciter violare tētauerit, sciat à moderatorib. prouīciarum aduersus se tanquam cōtumaces sententiam[i] proferendam. Dat. II. Kal. Octob. Cyro. C.P. Valent. A. V. & Anatolio. V. C. Coss.

VBI SENATORES, &c.

Q[Uicunque.] CASVS. Si clarissimus aliquis virginem rapuerit, vel fines inuaserit, vel in aliquo crimine deprehēsus fuerit, vel crimē cōmittat, nulla fori præscriptione opponēda punitur à præside prouinciæ in qua deliquit: q[uia] oēm dignitatem huiusmodi crimen excludit.
k ¶*Quicunque.* prima, in clarissimis & crimina libus tantùm. Secunda, in ciuilibus & clarissimis & superioribus. Tertia, in criminalibus & spectabilibus & superioribus.
l ¶*Non illustri.* in illis enim distinguitur, *vt j. eod. l. quoties.*
m ¶*Inuaserit.* & accusatus fuerit de crimine.
n ¶*Culpa.* pro qua non tātùm sicut pro dolo cōdemnatur: *vt ff. ad legem Cor. de sica. l. in lege.*
o ¶*Seu crimine.* quoniā voluntatē nocēdi adesse oportet: *j. ad l. Cor. de sic. l. j.*
p ¶*Deprehensus.* secus[d] si conuictus, sed non deprehensus: quod placet: Imò idem vtrobiq; : *vt ff. de ri. nup. l. palam. §. qua in adulterio.*
q ¶*Publicis legibus.* de quibus habes instit. *de public. iudic. per totum.*
r ¶*Excludit.* vt §. *de epi. & de. l. raptores. & j. de digni. l. quoties. lib. xij. & de dec. l. infamia. l. lib. x. & in auth. vt om. obe. iudic. §. hac. considerantes. col. v. & ff. de offi. præsi. l. iij.* ¶Sed contra. *j. de exi. re. l. j. & supra de iur. om. iud. magisteria.* Sed ibi de hoc dixi. ¶Item not. quòd hæc l. loquitur cum criminaliter ° agitur: sequens scilicet senatores, quando ciuiliter.

C. T. 9. 1. 1. d Senatus ... non deprehensus ... in alieno territorio, secundum ... contrariamente ... *Aut. ad e. post. ... de foro cōpet. ... de summa ... Titulo de ... & sequen.*

TITVLVS XXIIII.

VBI SENATORES vel clarissimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur.

Qui occasione criminis conuenitur, occasione dignitatis non illustris priuilegio fori non vtitur. h. d. Vel sic: Reatus excludit omnem honorem. h. d. Bal. Vel sic: Dignitas clarissima non prodest quo minus clarissimus cōueniatur vbi deliquit. Saly.

I. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad Octauianum com. Hispan.*

Q Vicunq.[k] non illustri[l] sed clarissima dignitate tātum præditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit[m], vel in aliqua culpa[n] seu crimine[o] fuerit deprehensus[p]: intra prouīciam in qua facinus perpetrauit, publicis[q] legib. subiugetur, nec fori præscriptione vtatur, omnem enim huiusmodi honorē reatus excludit.[r] Dat. II. Non. Decemb. Gallicano & Basso. Coss.

Senatores in ciuilib. causis possunt conueniri vbi habent domiciliū vel maiorem partem bonorum, vel vbi conuersantur: in vrbe verò corā suis iudicib. h. d. Bal. Vel sic: Senatores vel constituti in dignitate illustri in causis ciuilib. possunt conueniri coram ordinariis tam Romæ corā suis magistratibus, quàm in prouinciis vbi sortiuntur domicilium, vel assiduè conuersantur. Pau. de Cast.

II. *Imppp.* VALENS, GRA. & VALENT. † AAA. *ad senatum.*

SEnatores[s], i pecuniarijs causis, siue i hac alma vrbe, siue in suburbanis degūt, in iudicio tam prætorianæ quàm vrbicariæ præfecturæ, necnō magistri officiorū, (quoties tamē ad eū nostræ pietatis emanauerit iussio:) in prouīcijs verò vbi larem fouent[t], aut vbi maiorē bonorum partem possident:[u] & assiduè versantur, respondebūt. Dat. Kal. Mar. Valentiniano A. & Neoterio Coss.

Obtinentes dignitatem illustrem ex præcedenti administratione, in causis criminalibus arduis, in quib. non admittitur procurator, solum coram principe, vel cui princeps cōmiserit, possunt accusari: à quo commissario possunt absolui, sed non cōdemnari principe inconsulto: & eorum aduersarij de calumnia possunt condemnari, nisi similis dignitatis existant. h. d. primò. Qui verò sunt illustres ex priuilegio, non ex præcedenti administratione, poterunt sub quibusdam iudicibus hic nominatis in vrbe, in prouincijs verò apud earum rectores accusari: qui poterunt absoluere, sed non condemnare principe inconsulto. Bal. & Pau. de Cast.

III. *Imp.* ZENO *Arcadio præf. præt.*

QVoties viro fortè patricio[u] vel ex patricio[x], vel cuiquē prætorianæ vel vrbicariæ amplissimæ ...

S[Enatores.] CASVS. Si cū senatore causam quis habuit pecuniariam, vbi cōueniri debeat, quæritur. Resp. quod siue in vrbe siue in suburbio degat, sub præfecto vrbis cōueniri poterit: & ex principis delegatione sub magistro officiorum. In prouincijs autē vbi domicilium habent, vel vberiorem partem bonorum suorū conueniantur.
s ¶*Senatores.* qui ° super illustres sunt. *vt ff. de sen. l. j. fin.* ¶Quidā habent hanc pro vltima l. huius tit. ¶Et nō. hoc seruari etiā si sint clarissimi, secus si criminaliter: quia tunc distinguitur sint clarissimi, an superillustres: *vt j. l. proxi.*
t ¶*Vbi larem fouent.* j.[b] vbi habēt domicilium: *vt j. de incolis. l. ciues. li. x.* & in scriptis cōueniuntur, & nō satisdāt: *vt j. de dign. l. quoties. l. x.* Acc.

a Senatores superillustres. b Lar pro domicilio.

Q[Voties.] CASVS. Si cui superillustri vel spectabili aliqua criminis moueatur quæstio, cum per procuratorem respōdere nō liceat, cognitio principis est, vel eius cui princeps specialiter demandauerit: in iure nulla standi maneat necessitas, sed sedendi interius iudicibus parib. licentia tribuatur: & si obnoxius inueniatur, principi eius condemnatio reseruetur. alioquin vice principis cognoscens ipsum absoluat: ac cusatoris calumnia etiā principe inconsulto puniendo, nisi tantæ fuerit dignitatis accusator, quantæ & reus: quo casu in punienda eius calumnia principis auctoritas requirat. & hoc in prima. Alij autē illustres à prædictis, qui beneficio principis dignitatē sine administrationem adepti fuerint: si alicui eorū criminis inferatur quæstio, præfectus prætorio vel vrbis, vel magister officiorum, si sibi à principe specialiter demandetur cognitio, poterit cognoscere: ita vt accusato sedendi nulla pateat facultas: cuius condemnatio si contra eum tamen probata fuerit, ad principem referatur, hoc in secunda. In prouīcijs autem si alicui illustri, cui dignitas ex administratione committitur, (vt differat & hoc à proximo superiori) aliquid obijciatur: compertēs iudex absoluat absoluēdum, nec cōdemnet si obnoxium inueniat, sed ad principē referat eius condemnationem: ita tamen, vt si in condemnādo seu in puniēdo inueniatur accusatoris calumnia, districtione supra dicta puniatur, & hoc in tertia, ita videlicet quòd sedendi copia sibi non denegetur.

† al. Valent. Theod. & Arcad.

* Contra. c. ... G. ... catus de ...

u Patricio. nomē est dignitatis, & dicit ° patricius, quē imperator in patrem eligit.
x ¶*Ex patricio.* qui deposuit patriciatum.
y ¶*Prætorianæ.* spectabilis est.
z ¶*Vel vrbicariæ.* illustris est, sed cōsul & patricius sup illustres. Hoc teneas, quod oēs sunt super clarissimos, hoc est spectabiles, illustres, vel supillustres: vt differat à l. j. quæ de clarissimis dicit.

e Patricius quis sit.

Ordina-

pliſſimæ ſedis adminiſtratio illuſtrauit, vel cõſulari viro, quẽ tam ordinaria[a] profeſſio, quàm ſacra † noſtræ pietatis pariter ſublimauit oratio, qui ve magiſteriç poteſtatis ſudorib. clarus fact' eſt, vel ei qui magiſtri officiorũ vel quæſtoris officio functus, aut ſacro* noſtræ pietatis cubiculo prçpoſitus, poſt depoſitam adminiſtrationem ſenatorio ordini ſociatus eſt, aut cui noſtra ſerenitas domeſticorũ ſcholá regendá mandauit, cuíve ſacros noſtri numinis theſauros, aut res priuatas noſtræ pietatis vel ſereniſſimæ Auguſtæ noſtræ cõiugis gubernádas iiunxit: poſt depoſitá videlicet adminiſtrationẽ, crimen publicum priuatúmve (cui tamẽ nõ [b]per procuratoré reſpódere liceat) in hac alma vrbe[c] vel ĩ prouincijs cõmoráti ingeratur: nullus alterius iudicis niſi noſtræ pietatis huiuſmodi eſſe cognitionẽ, vel ſacri tãtummodo cognitoris, cui noſtra ſerenitas huiuſmodi negotij audientiá vice ſua ſacris apicib. mittẽdis mádauerit[d]: ita tamen, vt apud talem iudicẽ nullius officij[e] vel ſcholæ ĩterdicente miniſterio, more atq. habitu ſacrarũ cõſultationũ abſq. vlla videlicet obſeruatione dierũ fatalium[f] introductç cauſæ, viris deuotiſſimis ſacri noſtri ſcrinij libellenſib. ſolennia implentib. audiantur: eo qui ĩ crimen vocatus erit (ne quas ante probationes iniurias patiatur) ſedẽdi[g] quoq. in aliqua ſecretarij parte, quæ iudicib. inferior altercantib. verò ſuperior eſſe videatur habituro licentiam.

Adeò autem tãtarum honores dignitatũ duximus augendos, vt ne ſacro quidem cognitori † noſtro poſtquá † crimen fuerit patefactum, cõtra huiuſmodi viros vel eorum ſubſtantiá ſtatuendi aliquid cõcedamus facultatem: ſed hoc ſolummodo huiuſmodi viros vice quoq. principis auditori licebit, vt ĩtentatũ apud ſe crimẽ, ſi patefactũ fuerit, ad prĩcipalẽ referat notionem. Vltionis autem tãtis inferẽdæ dignitatib. modus nõ niſi in prĩcipis reſidebit arbitrio: cum ſit certum oportere accuſatoris calũniá, reo videlicet protinus abſoluẽdo[h], incõſulta quoq. noſtra ſerenitate prout leges ſanciunt, coerceri: niſi fortè accuſator quoq. nõ minoris quá reus ſit dignitatis. In hoc nanq. caſu ſuper coercẽda huiuſmodi accuſatoris calumnia nõ immeritò cõſulenda erit prĩcipalis auctoritas, viros autẽ illuſtres[i] in hac ĩclyta vrbe degẽtes, qui ſine adminiſtratione honorarijs decorati fuerit codicillis[k], licet talẽ prærogatiuam noſtræ iuſſionis meruerit, vt quod* nõ egerit, videátur egiſſe[l]: in criminalib. cauſis, magnificæ tuæ ſedis, & illuſtriſſimæ vrbicariæ præfecturæ, necnõ etiá viri magnifici magiſtri officiorũ, (quoties tamen ad eius iudiciũ ſpecialis noſtræ pietatis emanauerit iuſſio) ſentẽtijs reſpondere decernimus: ita vt huiuſmodi viri ſedendi quidẽ in cognitionib. dicẽdis minimè ſibi vĩdicent facultatẽ: ſciãt autẽ ipſi quoq. nec de ſe, nec † de ſuis facultatib. iudicatúros aliquid, nec probatis criminib. (niſi prius ad noſtrá pietatẽ retulerĩt) poſſe ſtatuere. Quoties autẽ viri illuſtres[m] in prouĩcijs cõſtituti, nõ hi tamen, quorũ cognitio ad noſtrá maieſtatẽ, vel ad iudicem vice noſtri numinis auditurũ pertineat, in querimoniá fuerit criminalem vocati: & ſedẽdi cum celebratur cognitio, in ſecretarijs iudicátium ius cõſequátur: & iudices patefactis quoq. criminib. ferẽdis cõtra huiuſmodi viros [illuſtres*] vel facultates eorũ ſententijs abſtineant, dum noſtræ pietatis ad ſuas meruerint relationes reſpõſum: ſupplicio videlicet quod accuſatoribus patefacta eorum calumnia ingerẽdum eſt, nec apud prouinciales iudices, ſi non ſit vt ſuperius dictum eſt, ſimilem dignitatem habeát, differẽdo. Dat. Conſtátinop.*

a ¶*Ordinaria*. nam ordini cõſulum cum adminiſtratione eſt aggregatus. ¶Et nota quod princeps,[a] aliquem ſublimat. ¶Et nota quòd numerat quoſdam illuſtres qui tantùm coram principe conueniuntur, vel delegato ab eo, ad hoc quòd poterit abſoluere, non condemnare: vt hic ſubiicit, & hoc vſq; illuc, viros autem illuſtres, &c. ¶Sed contra *ſupra ne li. po. l. j. in fi.* ſed ibi in clariſſimis, hic in illuſtrib. 2 Vel ibi ſpeciale vt ſub præſide reſpõdeant. Alij verò illuſtres, præter prædictos, item & prædicti, qui tantùm honorem ſine adminiſtratione habent, cõueniuntur Romæ coram præfecto prætorio, & præfecto vrbis, & coram magiſtro officiorum, ſi hoc ei princeps permiſerit. in prouincijs coram competentibus iudicibus vt abſoluãtur, nõ damnentur ab eis, ſed ad principem referatur. & hoc dicit vſq; in fi.

b ¶*Non per procuratorẽ*. nam quædam ſunt crimina in quibus per procuratorem agitur & reſpõdetur: vt[b] quæ imponũt pœnã relegationis, vel citra, ſcilicet minorem: *vt ff. an per alium cau. ap. l. j. & j. de iniur. l. fi.*

c ¶*Vrbe*. ſ. Cõſtãtinopolitana.

d ¶*Mandauerit*. i. delegauerit.

e ¶*Officũ*. alterius quá noſtri, vel delegati à nobis. Acc.

f ¶*Fatalium*. q. d. licet fatũ aliàs accipiat eã fatalib. dieb. elapſis, vt in cauſa appellationũ: hic tamen ſecus eſt, ſicut & quando princeps cognoſcit: *vt j. de tempo. ap. auth. ſed lit.*

g ¶*Sedendi*. ſpeciale ꝓpter nobilitatem,[e] vt ſedeát, & non dicãt. ſecus ſi dicãt: *vt j. §. ita. & j. de offi. ci. iu. l. j. & de offi. diuе. iud. l. fina. & in auth. vt ab illuſtrib. & qui. col. v.*

h ¶*Abſoluendo*. qui[d] poteſt abſoluere, nõ poteſt dánare: *ſic in auth. vt cle. apud propri. epiſco. conuen. §. penul. col. vj. & argu. ff. de Carbon. edict. l. iij. §. cauſa.* ſed contra. *ff. de reg. iur. l. nemo qui condemnare. hac ſpecialis.* 2 Vel dic quòd etiá hic condemnat: ſed prius cõſulto principe: in dicta auth. prius cõſulto epiſcopo. Sed ecõtra regula eſt vera,[a] qui poteſt damnare, & abſoluere: *vt ff. de re iud. l. iij.*

i ¶*Illuſtres*. ſine adminiſtratione.

k ¶*Codicillis*. id[b] eſt literis ab imperatore ſibi cõmiſſis, vt aliquo honore vel dignitate gaudeant.

l ¶*Egiſſe*. habent enĩ dignitatem illá ſine adminiſtratione, ac ſi habuiſſet adminiſtrationem.

m ¶*Viri illuſtres*. ſine adminiſtratione.

Marginalia: ¶ ſacra. a Princeps nobilitare poteſt. * ſacra. b Procuratore certis caſibus in cauſa criminali vti poſſumus: vt puta in iis quæ imponunt pœná relegationis vel citra, hoc eſt minorem. † vide Ammoib. de arbitr. q. 57. † priuſquam. e Nobilibus conceditur, quod alios delegatur. d Abſoluere qui poteſt, qui damnare non poteſt. a Damnat qui abſoluit. b Codicilli pro literis imperatoris. * qui. † vel ſuis. * deeſt in vet.

IN QVIB. CAVſis militátes fori prçſcriptione vti nõ poſſunt.

n ¶ O*mnes Domeſticos*. principũ.

o ¶*Militia*. armata, vel inermis ſecúdùm quoſdam. ¶ & ſic eſt contra ſupra: *vbi quis de curia. vel co. l. ij.* Solut. vt ibi, & ſic hic nõ dicas de armata. Et dic quòd iſti gaudentes aliqua dignitate, ſi negociationẽ exercẽt ſuper publicis functionib. vel ſuper publicis debitis, tantũ apud præſides prouinciarũ conueniuntur & exiguntur: & excipiuntur armata militia præditi, & qui oſtendũt ſe accepiſſe vnius anni cõmeatum ad propriam rem cõponẽdam. & hoc hic dicit.

p ¶*Si hac*. ſ. præſcriptione.

q ¶*Occupatos*. qui ſunt de numero agẽtium, vel domeſticorum.

r ¶*Sociantur*, i. ſocietatem cõtrahunt aliàs negotiantur.

ſ ¶*Militia*. tũc enĩ con-

TITVLVS XXV.
IN QVIB. CAVSIS MILITANTES fori præſcriptione vti non poſſunt.

Militantes etiam in curia principis, fori præſcriptionem non habent in publicis functionibus, vel ſi pro priuatis negociationibus conueniuntur: niſi tempore commeatus. h. d. Bal. Vel ſic: Conuenti ſuper publicis debitis vel publicis functionibus, cuiuſuis ſint dignitatis, non poſſunt vti fori præſcriptione, niſi pro tempore commeatus. h. d. vel niſi ſint milites armatæ militiæ. h. d. cum glo. Sal.

1. Impp. THEOD. *&* VALENT. *AA. Florentio præf. præt.*

OMNES † omnino domeſticos[n], & agentes in rebus & quæcunque alia prætendatur militia[o] vel dignitas, ſub moderatorib. prouinciarum pro functionib. publicis reſpondere. nulla fori præſcriptione valitura, ſancimus, ſi hac[p], qui exiguntur publica debita, vel tentauerint: imò & in alijs priuatis actionib occupatos[q] volumus reſpondere qui per prouincias ſociátur[r], † vel cõductorũ vocabulis, cũ nõ armata militia[ſ] prçditi ſint, defendũtur, ſiue domorũ diuarũ, ſiue virorũ potẽ-

Marginalia: † Ex nouell. Theo. Tit. de amota militantibus fori præſcriptione. † In ipſa Nouell. auth. per prouincias ſociantur recte. & ita hic emendandũ Cont.

ducere non possunt: *vt infra locati.* l. *fina.* ab his excipit postea, nisi fortè commeatum &c. secundùm H. sed secundùm Azo. vt dixi, à superioribus excipit, vt intra spacium non conueniātur.

a ¶*Commeatum.* scilicet à malitia quàm exercuerant secundùm Hugon. nam tunc conueniuntur. vel commeatum, id est relaxationē: vt non conueniantur.

tium, seu cuiuslibet conditionis sint conductores: nisi si fortè cōmeatū[a] ad rem propriam componendam vnius anni induci sostenderint se accepisse: eadem forma seruanda in his etiam qui mercandi vel † militādi sacra beneficia meruerit: vt & ipsi rectorib. prouinciarū respondeant. Dat. 14. kal. Maij, Constantin. Theod. A. XVIII. & Festo Coss.

VBI CAVSÆ fiscales vel diuinæ domus, &c.

b ¶*Hominúmq;. causæ autem hominis diuinæ domus, siue sint serui, siue coloni vel inquilini, siue agant, siue conueniantur: in ciuili vel in criminali negotio audiuntur & examinantur ad præpositum sacri cubiculi & comitem domorum vel procuratorem Cæsaris*: vt infra eod. l. vltim. & l. cum aliquid. ¶*Et est hic notandum, quod serui principis agunt, & conueniuntur: quod est contra regulam.* ¶*Item & illud not. est, vt si actor rerum priuatarum principis, vel procurator eius aliquem prouincialem vexauerit iniurijs: patefactis contumelijs vel deprædationibus; qui fecit iniuriam, publicè vindicetur, & certè, vt ait P. in prædictis criminibus tantæ pœnæ tam horribilis tam horrendæ consilium non deesset, si eo tempore fuisset. Azo.*

† quidam legunt, mercandi & militandi. a Forte in quod sortiant dome sticis & aulici principis.

TITVLVS XXVI.

VBI CAVSÆ FISCALES VEL DIVINÆ DOMUS HOMINÚMQUE[b] EIUS AGANTUR.

De bonis auferendis ab herede qui mortem defuncti non vindicauit, non potest agi nisi conuictis reis vel defunctis. h. d. Bal.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Diostoro.*

NOn defensæ[c] mortis quæstionem[d], apud procuratores nostros non oportere tractari nec bona à fisco peti posse[e] priusquam de crimine[f] constiterit apud eum[g] cui conuictis[h] pœnā irrogare licet, quis ignorat? Planè defunctis[i] homicidij reis, apud procuratores quoque causam agēdam esse ratio permittit.[k] PP. 7. Id. Maij, Laterano & Rufino Coss.

Causa quæ pertinet ad procuratorem Cæsaris, coram incompetenti iudice tractari non potest. h. d. Bald. Vel sic: Procurator Cæsaris cognoscit an quis mortem sibi consciuerit metu pœnæ criminis, forte propter publicationem bonorum à fisco petitā: h. d. Sal. Vel sic: Quando de maleficio non restat imponenda alia pœna quàm confiscationis bonorum, tota causa venit tractanda coram procuratore Cæs. P. de Ca.

II. *Iidem AA. Aristæ.*

NOn animaduertim', cur causas ad officium procuratorum nostrorum pertinentes, ad proconsulis notionem aduocare velis. nam cum hoc quæratur, an pater tuus morte sibi consciuerit metu alicuius pœnæ, ac propterea bona à fisco vindicari debeant[l] iam nō de crimine, aut pœna mortui, sed de bonis quærendum est.[m] Dat. 12 Kal. Octo. Apro & Maximo Coss.

b Non defendere: pro non vindicare, vt hoc modo defendere non simpliciter sumatur pro exceptione, sed pro accusatione & vindicta.

c ¶*Non defensæ.* i. non vindicatæ. Titius conuenit Caiū coram procuratore Cæsaris, dicēs Caium institutum à Sempronio interfecto, & nō vindicasse necem eius: ideoque bona confiscanda. Caius dicit suū mortē mortuū nō occisum. De hac quæstione, an sit mortu' vel occisus, non cognoscit procurator Cæsaris. sed primò apud præsidē sunt accusandi occisores & damnandi: deinde cōueniendus est Caius & dānādus: & postea se antro mittet procurator Cæsaris. idē si mortui sunt occisores, vt iam cōuinci non possint: *vt hic & ff. de Carb. edic. l. ij.*

d ¶*Quæstionem.* post mortem ergo heredum alius accusat occisores, dicēs heredes non defendisse, & sic se velle accusare: *vt & not. j. de his qui. vt indig. l. ij. & l. sciatem.*

e ¶*Posse.* subaudi priusquā, &c.

f ¶*De crimine.* extra ordinem facta accusatione.

g ¶*Eum.* i. præsidem prouinciæ.

h ¶*Conuictis.* homicidis.

i ¶*Defunctis.* homicidij reis: & ideo accusare nō possunt.

k ¶*Permittit.* ratio cur accusari nō possunt:[e] quia nō pecuniaria, sed criminalis causa morte extinguitur: *ut ff. ad Sylan. l. Casus.* ¶Item cōtra: *j. de his qui. vt indig. l. si ea.* Sed ista secundū illam.

e Morte extinguitur causa criminalis, at non pecuniaria.

N*On animaduertimus.*] CASVS. Testamentum fecisti: heredem instituisti: obijcitur heredi quòd mortē metu criminis vel pœnæ tibi consciuisti. an procurator Cæsaris cognoscere possit. quæritur. Respo. quòd cum morte criminosi, criminis quæstio infirmetur, cognoscere potest, nec ad præsidem est referenda.

l ¶*Debeant. vt j. de bo. eo. qui sibi mor. l. j.*

m ¶*Quærendum est.* crimen[a] enim morte criminosi finitur: *vt hic & l prox. & j. si reus vel accu. mor. l. ij. & iij & ff. de pœn. l. si pœnā. & de calum. l. in heredem.* sed nō pecuniaria quæstio: vt §. l. prox. dixi.

a Crimē morte finitur, non autem pecuniaria quæstio.

PRocurator meus.] CASVS. Accusasti, ab accusatione destitisti: an sicut procurator Cæsaris exigere potest pœnam desistenti inflictam à lege quinque librarum aurisita an sit inferēda, cognoscere possit, quæritur. Respond. quod sic, & secundum hoc nec negatio est in primo verbo potest nec in fine. sed cū vtrobiq; est negatio, sic intelligatur de procuratore fisci, q; sicut nec exigere pœnam promisse rat, si ab actione desisteret, sic nec exiget: nec an sit inferenda, cognoscet: & hoc, quia inter duos priuatos non cognoscet, sed inter priuatum & fiscum. ¶Nota quòd qui non potest aliquem condemnare, non potest ipsum pronunciare condemnandum: & qui non potest absoluere, non potest pronunciare ipsum fore absoluendum. de hoc in l. j. §. si aduer. liber. Pau. hic. Acc.

Index qui non potest facere executionē, non habet ius pronunciādi. Bal. Vel sic: Procurator qui non potest pœnā desertæ accusationis exigere, ita nec pronunciare vt exigatur. h. d. Iac. But. Vel sic: Cui denegatur executio, denegatur & pronunciatio. vel, cui denegatur consequēs, denegatur & antecedens. Sal.

III. *Imp.* ANTON. *A. Heliodoro.*

PRocurator meus, qui vice præsidis prouinciæ nō fungitur, sicut exigere pœnā[o] desertæ accusationis nō potest[o]: ita iudicare vt ea inferatur, sententia sua non potest. Dat. 10. Kal. Sept. Læto & Cereali Coss.

n ¶*Pœnam.* i. legalem.

o ¶*Non potest* quidam habent siue non, & hic & in fi. & tunc est plana, & loquitur in procuratōre Cæsaris. siue pœna[b] desertæ accusationis, quæ est. v. librarum auri: *vt ff. de præuaricat. l. ij. in fine.* Si habes non potest vtrobique: tunc dices in procuratore fisci, vel etiam dic Cæsaris: sed de pœna dicet quā accusator[c] ꝑmisit accusato si desisteret: *vt j. ad Turpil. l. ij.* hæc enim est inter duos priuatos: & ideo non cognoscit. Accursius.

b Accusatio nis desertæ pœna est quæ que librarum auri.

c Accusator tenetur si desistat ab accusatione.

Quo officio cogitur quis ad soluendum, eodem officio cogitur ille pro quo soluitur. h. d. secundum Iac. But. Bal. Vel sic: Illud officium quo quis compellitur pro soluere: potest quando soluit, implorare vt ille pro quo soluit, tantundem debeat ei dare. h. d. Sal. quod no.

IIII. *Imp.* ALEXAND. *A. Maximo.*

CVm vēdente procuratore[p] meo emisse te prædia dicas: precium eorum necessario soluere debes[q]: cum his verò, quib. mādantib. eadem prædia emisse[r] te & tradidisse dicis, agente te, procurator meus (si eius audiētia elegeris[s]) cognoscet: vt pecunia quæ precij nomine tibi debetur, & vsuras quæ fisco soluendæ sunt[t], consequi possis. PP. 4. Id. Octo. Maximo & Paterno Coss.

CVm vendente.] CASVS. Aliquo mandante ad opus suum à procuratore Cæsaris prædiū emisti, nec de precio satisfecisti. satisfacere debes. an autem ante procuratorē ad preciū qd soluisti, vel vsuras quas ꝑpter morā impendisti, mādatorē cōuenire possis, vel idem procurator cognoscere possit, quæritur? Rñ. q; sic, si eū iudicem elegeris quod intellige cū aduersario. nec obstat. *§. de iurisd. om. iud. l. j. & de pedaneis iud. l. j.*

p ¶*Procuratore.* i. fisci: vt patet in fin. l.

q ¶*Debes.* nec[d] potest fides haberi de precio vt trāseat dominium: *vt ff. de cont. emp. l. si procur.* et *instit. in fi.*

d Procuratori fisci nō potest fidem haberi de precio. Hinc etiam colligitur habere potest emptor dominium & vendendo tantum habere pœsse de p. &c.

r ¶*Emisse.* s. à procuratore Cæsaris.

s ¶*Elegeris.* cū altera parte. nec. n. tu sufficis: *vt §. de iurisd. om. iud.* *l. per de peda. iud. l. j.*

t ¶*Soluendæ sunt.* à te qui nō soluisti precium.

Inter fiscum & priuatum procurator Cæsaris cognoscit. Sal.

V. *Imp.* DONATANT. *A. ad Visum.*

AD fiscum.] CASVS. Siue fiscus cōtra priuatum, vel ecōuerso priuatus cōtra fiscum causam habeat quis cognoscere debeat, quæritur. Resp. ꝑcurator Cæsaris, nec à partibus vt cognoscat, precium exigere debet.

a ¶ *Rationalis.* id[a] est procurator Cæsaris.

b ¶ *Decidat.* vnà cum præside: *vt s. si aduer. fiscum. l. ij.* & hoc siue agat fiscus siue cõueniatur. & idem econtra coram procuratore fisci, siue agat siue conueniatur procurator Cæsaris: licet quidã tunc tantum istos cognoscere dicant, quando conueniuntur. sed verum est. quando agũt sub præside: quod non placet. ¶ Itẽ contra *ff. ne quid in lo. pu. l. ij. §. sed hoc interdictum.* vbi coram præfecto dicit agi has causas. Sed ibi ponitur [b] præfectus pro procuratore Cæsaris: sicut & aliàs. *ff. de fideicommiss. lib. leg. iiij. §. si bona.*

c ¶ *Cõcussionib.* quia non debet exigere à partib. precium pro causæ cognitione.

Si quis.] CASVS. Prædium à principe conduxisti, causam Titius habuit: quis debeat de ea cognoscere, quæritur? Respond. quòd procurator principis: & si aliter iudicat quàm debeat, non solùm sibi nota infamiæ imminebit, sed & officiali suo inest discrimen.

d ¶ *Comiti.* i. procuratori Cæsaris: *vt j. eod. l. vniuersi.*

e ¶ *Iudici.* prædicto. s. procuratori.[a] Vel dic a-lij qui se intromitteret de hoc.

f ¶ *Existimationis.* id est, famæ.

g ¶ *Officio.* i. officiali.

h ¶ *Discrimen.* id est periculum si faciat contra id quod debet.

Dominicis.] CASVS. Si colonus principis cũ alio colono eiusdẽ causam habeat, quis cognoscere debeat, quæritur? Respond. quòd non aperit coram quo: tu dic quòd coram præfecto: nã duces vel præpositi sacrorum limitũ. vel præses prouinciæ cognoscant. secus si priuatus cum colono principis vel seruo crediderit litigandum: & hoc est quòd subiungit lex sequens.

i ¶ *Tuam.* ò præfecte. & hoc quando inter se. si autem litigẽt cum priuatis, tũc serua. *j. l. pxi.*

k ¶ *Limitum.* al. militũ.

Cum aliquid.] CASVS. Cum colonus principis vel seruus ad versus priuatum aliquod delictũ cõmiserit: quis cognoscere debeat: quæritur? Respo. quòd præses vnà cum procuratore Cæsaris. & si crimen aduersus eum probatum fuerit, prout leges dicũt punitur.

l ¶ *Vel procuratore.* vel id est, idem habes supra *si aduersus fiscu. l. ij.*

Margin notes: a Rationalis pro Cæsaris procuratore. — b Præfectus quandoque ponitur pro procuratore Cæsaris. — a Sic in omnibus manusc. vnde vehemẽter credo non apparet, quæ tractant leges, rationalem summarum. al. iu. — † exerceatur. — a C. T. 10. 4. prohibetur ... Vel pro id est.

AD fiscũ pertinentes causas rationalis [a] decidat [b], omnibus concussionibus [c] prohibendis. Dat. Non Febr. Constantino Feliciano & Titiano. Coss.

Procurator Cæsaris cognoscit etiam inter duos priuatos, quorum alter ipsorum vel ambo sunt conductores bonorum Cæsaris. h. d. cum l. seq. secundum Alberi. Pau. de Castro.

VI. *Idem A. ad Italicum.*

SI quis aduersus conductorẽ nostrũ aliquid agẽdum crediderit, viro illustri comiti [d] rerũ priuatarũ referri oportet: nec iudici [e] existimationis [f] & officio [g] eius salutis discrimẽ [h] immineat. Dat. Kal. Feb. Coss.

De quæstionibus vertentibus inter dominicos & patrimoniales colonos cognoscit præfectus, id est, procurator Cæsaris. Salyc.

VII. *Idem A. ad Bulephorum Rationalem summæ rei* [a].

DOminicis colonis & † patrimonialibus grauitatẽ tuã [i] censemus disceptatricẽ esse debere. Duces enim & præpositos limitũ [k] & castrorũ & rectores prouinciarũ, euocãdis & arcescendis colonis abstinere oportet. D. XVI. Kal. Mar. Licinio [a]. Cõs.

Leges præcedentes loquuntur in causa ciuili, ista in criminali: & vult quod colonus principis in causa criminali cõueniatur coram præside, præsente tamen procuratore Cæsaris. Pau. de Cast.

VIII. *Imp.* CONSTANTINVS *A. ad Tau...* P. P.

CVm aliquid colonus aut seruus rei priuatæ nostræ cõtra disciplinam publicã adseratur perpetrare, ad iudiciũ rectoris prouinciæ venire cogẽdus est: sic videlicet, vt præsente Rationali vel procuratore [l] domus nostræ inter eum & accusatorẽ causa tractetur: & si facinus fuerit approbatũ, iuris seueritas exeratur [m]. † Dat. V. No. Mart. Sirmij, Arbitione & Lolliano Coss.

Familiaris principis debẽt se abstinere ab iniuriis prouincialibus inferẽdis: aliàs igne concremantur. h. d. Salyc. Vel sic: Hic punitur procurator Cæsaris magna pœna, si faciat cõcussiones indebitas. Pau. de Cast.

IX. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA. *ad Philippum vicarium vrbis.*

m ¶ *Exeratur.* id est aperiatur in ipsum. ¶ Sed videtur iudex comes rerum priuatarũ: *vt supra eo. l. si quis. quæ est cont. p.* Solu. ibi ciuiliter, hic criminaliter conuenitur colonus: *vt infra eo. l. nullum.* 2 Vel ibi inter se: *vt & in l. dominicis.* 3 Vel ibi comes pro procuratore Cæsaris ponitur.

VNiuersi fiduciã gerãt, vt si quis eorũ ab actore rerũ priuatarũ nostrarũsue à procuratore vexatus fuerit iniuriis, super eius cõtumeliis vel de prædationib. deferre querimoniã sinceritati tuæ, vel rectori prouinciæ nõ dubitet [n]. & ad publicæ sẽtẽtiã vindictæ sine aliqua trepidatione cõuolare. quæ res cũ fuerit certis † probationib. declarata, sancimus & edicimus [o]. vt si in prouĩciale † hãc audaciã quisquã moliri ausus fuerit, publicè viuus cõcremetur. Da. III Non. Iul. Heracliæ, Valẽtiniano & Valente. AA. Coss.

Officiales procuratoris Cæsaris in causa ciuili debent conueniri coram ipso procuratore: sed in causa criminali coram præside. Pau. de Cast.

X. *Impp.* GRATIANVS VALENTIN. & THEOD. AAA. *ad Polemium. præf. prat.*

NVllũ ex officio [p] Rationalis qui exactioni vel chartis inseruiat in aliud iudiciũ adduci oportet [q]: nisi fortè cuiuspiã caput accusatio legib. instituta pulsauerit. Dat. III. Kalẽd. Maij. Arcad. & Bautone Coss.

Colonus vel inquilinus, seu seruus rerum priuatarum principis, in causa ciuili vel criminali conuenitur coram procuratore Cæs. Sal.

XI. *Impp.* THEOD. & VALENTIN. AA. *Ant... præposito sacri cubiculi.*

HAc lege sancim[us], vt siue agat domorũ nostrarũ colonus [r], inquilinúsve aut seruus siue pulsetur ab aliquo super criminali seu ciuili negotio: nõ alterius quã tui culminis ac viri spectabilis comitis domorũ petatur examẽ [s]. nullius allegatione super fori præscriptione penit[us] admittẽda. Da. V. Id. April.

TITVLVS XXVII.

QVANDO LICEAT vnicuiq. sine iudice se vindicare, vel publicã † deuotionẽ.

Nocturnũ depopulatorẽ agrorũ, & aggressorem itinerũ licet occidere propria auctoritate. Idẽ in milite desertore. Nec est permissa defendẽdi facultas, vbi offendendi est data libertas. hoc dicit cum l. seq. Bal.

I. *Imppp.* VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad prouinciales.*

LIBERAM resistẽdi cũctis tribuimus facultatem: vt quicunque

Vniuersi.] CASVS. Si procurator principis vel actor cõtumeliam vel iniuriã alicui intulit. qui iniuriã pass[us] est querimoniam suam corã præfecto vel præside prouinciæ proponere non dubitet. & si cõtra eũ probatum fuerit, igne concremetur.

n ¶ *Non dubitet.* similis exhortatio *j. de famosis libel. l. j.*

o ¶ *Et edicimus.* id est generaliter dicimus.

Nullum.] CASVS. Si officium procuratoris Cæsaris exactioni tributorum vel chart. deseruiens. quia erat tabellio aliqs, causam pecuniaris habeat: quis cognoscere debeat quæritur? Resp. quòd procurator Cæsaris, nisi de crimine capitali accusetur: quo casu præsidis præsentia necessaria est. vt dicit l. seq.

p ¶ *Nullum ex officio.* i. ex officialib. procuratoris Cæsaris.

q ¶ *Oportet.* scilicet nisi coram eo, & hoc cũ ciuiliter. secus si criminaliter: quia tũc præses adest prouinciæ: vt subiicit: & *j. eod. leg. cum aliquid.*

Hac lege.] CASVS. Siue colonus principis, siue seruus vel inquilinus contra aliquem agat in causa criminali. & ab aliquo conueniatur, præses cum procuratore Cæsaris cognoscet: nulla fori præscriptione opponenda.

r ¶ *Colonus, i. inquilinũsve.* in his non est speciale, cum liberi sint: *vt j. de agri. & cen. leg. omnes profugi. & l. bi. & le. si quid.* sed[a] in seruis est speciale, vt & allegatur infra *si per vim vel alio modo l. j.* nam regulariter contra: *ff. de iudicis. l. vix.*

s ¶ *Examen.* nihilominus & præses prouinciæ cognoscere potest: *vt s. eod. leg. cum aliquid.*

QVANDO LICEAT vnicuique, &c.

Quia quandoque est aliquis iudex suiipsius ex permissione legis: ideo de hoc dicit.

Liberam.] CASVS. Siue priuatus siue miles vt populator agrum alicuius intrauerit, ãiis agri interficiendi eũ ha-

Margin notes: † Probationes certæ esse debent. — † al. in prouinciales. — a Serui quandoque etiam in causa ciuili possunt in iudicio stare. — † al. ob publicam. — † al. C. p. pal.

beat potestatem: etsi publica itinera causa spoliandi homines fre quentauerit; non expectato iudice interfici potest: melius enim &c. q. d. melius est vt interficiatur, quàm euadat, postea trahatur ad iudicem, cum inficiari possit se agrum intrasse, nec cũ intrasse dominus probare possit.

militũ vel priuatorum ad agros nocturnus populator[a] intrauerit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicunq. licentia digno illico supplicio subiugetur: ac mortẽ quam minabatur, excipiat: & id quod intendebat, incurrat. Melius enim est occurrere in tẽpore[b], quàm post exitum vindicare. Vestram † igitur vobis permittimus vltionem[c]: & quod seruum est punire iudicio, subiugamus edicto: vt nullus parcat militi, cui obuiare telo oporteat vt latroni Dat. Kal. Iul. Tatiano & Symmacho Coss.

Milites trãsferentes se ad hostes, possunt à quolibet impunè capi: & resistentes possunt impunè occidi, vt publici latrones. Salyc.

II. *Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. *A.A.A. Hadriano praef. praet.*

Opprimẽdorũ desertorũ[d] facultatẽ prouincialibus iure permittimus[e]. Qui si resistere ausi fuerint: in his velox vbiq. iubemus esse supplicium. Cuncti etenim aduersus latrones publicos, desertoresq. militiae, ius sibi sciant pro quiete cõmuni exercẽdae publicae vltionis indultum Dat. V Non. Octob. Theodosio. A. & Rumoridio Coss.

TITVLVS XXVIII.

DE INOFFICIOSO testamento.

Contra fideicommissarium vniuersalem, qui bona possidet: datur filio à matre praeterito vel expresse exheredato inofficiosi testamenti querela, & exinde petitio hereditatis. h. d. Bald. Vel sic: Querela primò, & subsequenter petitio hereditatis potest contra fideicommissariũ intentari. Salyc.

a ¶ *Populator.* id est deuastator fructuũ vel vinearum de nocte.

b ¶ *In tempore. sic & ℑ. ex quibus cau. in integ. restit. tut. non est necess. l. fin.* Accursius.

c ¶ *Vltionem.* i. defensionem. *ar. ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. § qui cum. & ℑ. de met. t. s. l. de eo om. lib.* x sic & in psalmo: Vt destruas inimicũ & vltorem. vnde habet ibi † alia litera, defensorem & pro his facit verbum resistendi, quod est in prin. huius. l. positum. a Vel dic propriè poni vltionem. i. vindictam. alioquin nullum priuilegiũ[a] cõtra tales indulgetur, cum cuilibet vim vi repellere liceat: *vt ff. de iusti. & iure. l. vt vim. & ℑ. ad l. Cor. de sica. l. ij. & ff. ad l. Aquil. l. itaque.*

† al. nostram.

a Priuilegium nulli datur vt alium inuadere liceat, & eius auferat vt aduersario facultas defensionis.

O*pprimendorum.*] CASVS. An militiae desertor cum inuenitur, nec exspectato iudice interfici possit, quaeritur? Respon. quòd sic.

d ¶ *Desertorum.* scilicet militiae.

e ¶ *Permittimus. vt ℑ. de deser. leg. j. lib. xij.* & sunt specialia iura huius tituli. Sed regulariter cõtra. *vt ℑ. de Iudae. leg. nullus. & ne quis in sua causa. l. j. & ff. quod metus caus. extat.* Accursius.

DE INOFFICIOSO testamento.

Post iudicia de actionibus dicturus praemittit de realibus: & primo de vniuersali: quam quia praecedit querela, ideo de hac dicit.

C*Vm de inofficioso.*] CASVS. Mater sua extraneum instituit: filiũ praeteriit, vel exheredauit: institutum rogauit de hereditate restituẽda Titio. & restituit. vult filius agere querela inofficiosi, vt rumpat testamentum: an possit, quaeritur? Respon. quòd potest: & ea perlata & finita si obtinuit, aget peti. hered. vtili quae datur aduersus fideicõ. qui titulo ex testamento possidet rupto: querela tamen perlata & finita: & sic titulus pro nõ tit. habetur sicut si ageret directa. si pro herede vel pro possessore possideret, tolletur inofficiosi querela. Via.

f ¶ *Accõmodari.* videbatur quòd non: quia vt dicunt quidã, proponendo querelã proponitur petitio hereditatis, quae non datur contra possidentem titulo. vnde hic datur vtilis, & titulus habẽtur pro non titulo: vt dicunt.

g ¶ *Teneatur.* scilicet ad restitutionem hereditatis cũ agitur querela, & vtili petitione hereditatis, quod idẽ est ac si possideret pro herede vel pro possessore[b], & vero titulo: vt de inofficioso & directa hereditatis petitione teneret. quae esset idẽ secundum Hu[c]. & ad id quod dicit pro possessore, non refertur querela. & secundum hoc querela[d] & petitio hereditatis directa vel vtilis, idem sunt: *vt ff. eo. l. qui de inofficioso. & ℑ. e. l. si quis filium.* quod non placet: imò aliud prorsus est querela, & aliud petitio hereditatis. vt plenè diximus, d. l. qui de inofficioso. *in Glos. huius. l. argu. & c.* & hic expone vt perinde, id est exinde, perlata querela. i. posita siue mota & finita, teneatur fidei cõmissarius. s. vtili petitione hereditaria, ac si pro herede vel pro possessore possideret pro herede. s. directa teneretur, scilicet perlata querela contra institutum: similiter vel non perlata quãdo non est heres, sed possidet pro herede, vel pro possessore. ¶ Sed contra primam opinionem & secundam, cum fideicõmissarius habeat titulũ testamenti: quomodo tenetur petitione hereditatis, quae non datur cõtra titulo possidentem: *vt ff. de peti. here. l. regulariter*[a]. Sed distingue, aut qui habet titulum, habet titulum vniuersitatis, aut singularis rei. In primo casu non tenetur petitione hereditatis, nisi quãdo sciẽs fideicommissarius testamentum inofficiosum, petit sibi restitui hereditatem ab instituto: & sic fuit hic: sicut & emptor, qui mala fide emit: *vt ff. de peti. hered. l. nec vllam. alius est. l. etiam. § si quis sciens.* secundum Guilielmum. vel perlata querela secundum nos agitur hic petitione hereditatis[b] si bona fide emit, non nisi in duobus casibus, scilicet quando modico est distracta: vel quãdo venditor non comparet *vt d. leg. etiam. §. quod si quis.* In secundo casu nõ tenetur, nisi quando titulus habetur pro non titulo: *vt d. l. nec vllam. §. omnibus.* Accursius.

b Falso suspicatur hanc Glossam corruptam, & pro vero titulo, legendũ esse, nullo titulo, & quod in quibusdam Gl. manuscriptis scriptum reperi, & non titulo: quae mihi videtur vera lectio.

c In Glos. manuscr. legitur VVillelmum. vt & inf. circa finem eiusdẽ Glossae.

d Querela inofficiosi testamenti & vtilis petitio hereditatis verum sit idem.

I. *Impp.* SEVERVS. & ANTONINVS. *A.A. Victorino.*

CVm de inofficioso matris suae testamento filius dicere velit aduersus eum qui ex causa fidei cõmissi hereditatẽ tenet: nõ est iniquum hoc ei accommodari[f], vt perinde * fideicommissarius teneatur[g], ac si pro herede, aut pro possessore possideret. PP. 5. Kal. Iul. Falcone & Claro. Coss.

Bonorum possessio causa litis agnoscendae non tribuit ius: & ideo eius virtute scriptis heredibus non potest possessio auferri. h. d. Bal. & Salyc. Vel sic: Per bonorum possessionem causa litis agnoscendae intentatam & obtentã per filiũ emãcipatum exheredatũ volentẽ agere querela, non obtinet hereditatẽ: nec eã à scriptis heredibus potest auferre: quia non tribuit ius, sed aperit viã querelae: ideo necesse est postea querelã intẽtari, & post querelã petitionẽ hereditatis. h. d. tex. cũ gl. Pa. de Ca.

II. *Iidem Lucretio.*

QVãuis[h] de inofficioso testamẽto acturũ te, bonorũ possessionẽ accepisse proponas tamẽ scriptis heredib. auferri † possessionẽ, inciuile est Da. Ka. Decẽb. Dextro & Prisco Coss.

m ¶ *Cautione.* s. euicta hereditate legata reddi: *vt ff. si quis omis. cau. test. l. j. §. non quærimus. ver. quocunq. & ff. qui satis. cogan. l. de die. §. itẽ legatarius. & ff. ad legem Falcidi. l. dolo carere. & ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. penultima. & l. fi. & infra de lega. l. si in fraudẽ.* Itẽ hoc verum in legatis directo delictis: secus si per fideicommissum: *vt infra ea. l. §. fin. & ff. eod. l. si quis libertatem.* 2 Vel verius speciale in legibus illis in libertate legata, quæ differtur, quia res est fauorabilis, & cito daretur, sicque de facili præiudicium fieret peti. heredi. & non posset repeti. ¶ Item ei quod dicit statim agi, est contra *ff. de except. rei iudi. l. ij. & ff. de actio. & obligat. l. qui cũ herede. & ff. de interrogat. act. l. & quia. § q. & ff. de iure fisc. l. apud.* Solu. hæc corrigit omnes. 2 Vel in l. illa, apud speciale est in fisco. ¶ Item per hoc quod hic dicit quod [b] scriptus heres cõuenitur: videtur quòd contra possessorem, si alius quàm scriptus possideat, non possit agi pro legato, nisi in casu quando agitur contra vtrumque: *vt ff. si cui plus quàm per legem Falci. l. hæc autem. §. si duo.* Si autem depositor vel similis agit, tunc tantum cõtra possessorem illius rei, siue sit possessor illius hereditatis, siue petitor. Si verò agit fœnerator vel creditor pro pecunia fœnerata, tunc contra vtrumque: *vt hic potest colligi, & j. ea. l. §. sin autem ex contractibus.* Sed verius puto secundum Azo. quòd in contractibus semper sit electio actoris. Accursius.

n ¶ *Cautela.* cum res immobilis petitur, vel cum persona non est suspecta.

o ¶ *Vel satisdatione.* cum res est mobilis, vel cum persona est suspecta: *arg. ff. qui satisda. co. l. si fideiussor. §. fin.* & ideo subiungit, pro qualitate personarum. ¶ Sed quare non præstatur cautio, cum agitur ex contractibus. Respo. quia credita non possunt fieri indebita: sed legata sic.

p ¶ *Centesimæ.* Centesima [c] est, quæ æquiparatur sorti in anno. quarta centesimæ, quæ in quatuor annis.

q ¶ *Cum pensionibus.* quas percepit.

a Hoc placet in vindi. hic *prætermissum* Bal.

b Possessor nullus cogitur modum siue qualitatem possidendi dicere: nisi petitione hereditatis conuenitur.

c Titulus impropriè sumitur pro modificatione quadam.

* recte sic qui [...] lib. legit Ioanni.

† perperam hoc senatores putat esse Gl. Cont.

* deest in omnibus manuscriptis & rectè. Fori enim iudicii non fit [...] nomine huiusmodi exceptiones comparatæ sunt. *l. si post litem. ff. de exceptio.*

d Imò Placẽ dicit verum quia l. nostra loquitur in allegatione & interrogatione ordinatoria litis: lex autem cõtraria loquitur in allegatione & probatione litis decisoria. & sic non obstat secundũ Bal.

a Centumuirale iudicium dici à centum senatoribus falsò hic putat Accursius. Sed enim à centumuiris qui hastæ præerant. nec Senatores erant, vt liquet ex l. ff. de origine iuris. Senatus Rẽpublicã quasi regebat. Centumuiri lites dirimebãt v. i. de oratore. Porro centũuirali iudicio præerat. Prætor, nisi belli cura auocabatur, in criminali vero causa, Prætor iudices dabat impari numero sic vt apud ipsum Prætorem sententię esset discussio vide Asconium.

† concurrentibus.

b Creditores hereditarij cõtra quos possint agere.

c Vsura centesima, & quartacentesimæ quæ sit.

scilicet in vtroq. eorum expensis antea necessariis & vtilib. deductis[a]. vel si ipse[b] maluerit litē quidē cōtestari[c], expectare autē hereditatis petitionis euentū: hoc ei liceat facere, vt restitutio si cōpeteret[d], cum legitimis augmentis legatario vel fideicōmissario accedat. Sin autē ex cōtractibus defuncti[e] agatur[f] contra possessorem[g] hereditatis, vel eius rei de qua agitur: si quidem res sint vel depositæ, vel commodatæ, vel pignori datæ, vel aliæ, quæ extāt: nō differri sub prætextu hæreditatis petitionis memorati iudiciū: quéadmodū si pro fœnerata pecunia, vel alia personali actione agatur cōtra possessorē vel petitorē[h], nō debet iudiciū differri, sed exitū suū accipere. Postquā .n. hæreditatis petitionis iudiciū finē accipiat: tūc inter petitorē hæreditatis & possessorem rationib. cōtractis, nō aliter possessor si victus fuerit, hereditatē restituere cōpellitur †, nisi pro omnibus quæ rite ab eo gesta sunt petitor ei[i] satisfaciat. Quòd si petitor victus fuerit, simili modo à possessore iudicis officio[k] ei satisfiat: vel si hoc fuerit prætermissum, negotiorum gestorū[l], vel ex lege condictione[m]. Sin autem libertates vel à possessore, vel à petitore fideicōmissariæ petātur, vel directæ ipso iure dicāt cōpetere: annale tātúmodo spaciū expectetur à morte testatoris numerandū. Et si quidē hereditatis petitionis iudiciū intra id spacium terminū accipiet: secūdū euētū iudicij & libertates vel effectū habeant[n], vel euanescāt[o]. Sin autē tempus annale emanauerit: tūc libertas fauore humanitatis intuitu competent quidem directæ[p] libertates, fideicommissariis autē in libertatē serui eripiantur[q]: ita tamen si non falsum testamentum[r] approbetur: sub ea[s] scilicet cōditione, vt si actores[t] sint[u], vel aliàs ratiociniis suppositi, etiā postquā peruenīát i libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias & rationes reddere[x], iure patronatus videlicet cōpetēte ei qui ex legib. ad id possit vocari: illo (ne in posterum dubitetur) obseruando, vt & ipsa hereditatis petitio omnimodo bonæ fidei iudiciis connumeretur[y]. Dat. Kal. Sept. Constātinopoli, Lampadio & Oreste Coss.

¶ acciperis.

¶ cōpellitur.

TITVLVS XXXII.

DE REI VINDICATIONE.

Per seruū bona fide possessum possessio quæritur ex re ipsius possidentis, & opera possessi: malæ fidei verò possessor ex dictis causis non acquirit. h. d. Bal. Vel sic: Per seruum bona fide possessum quæritur possessori etiā dominium rerum quæsitarū ex rebus possessoris, vel opera possessoris: malæ fidei verò nihil quæritur: ideo restituere tenetur. Sal'y.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Cæciliæ.*

ETIAM per alienum[z] seruum bona fide[a] possessum[b], ex re eius qui cū possidet, vel ex operis serui acquiri[c] dominium vel obligationem placuit[d].

a ¶ *Deductis.* ex ipsis fructibus vel pensionibus.
b ¶ *Vel si ipse.* scilicet legatarius.
c ¶ *Contestari.* super legato. s. magis quàm cautionem exponere.
d ¶ *Si cōpeteret.* quia valet testamētū, & sic sint soluenda legata.
e ¶ *Sin autē ex contractibus defuncti agatur.* cum vtrunq. possit cōuenire: arg. ff. *si cui plus quàm per leg. Fal. licet an tem. §. j. & ij. & ff. eo. l. si quid possessor.*
f ¶ *Agatur.* subaudi, contra possessorem.
g ¶ *Contra possessorē.* scilicet scriptum.
h ¶ *Petitorē.* & sic est in electione agētis, velit agere contra petitorem, vel cōtra possessorem. nam nō habet necesse quærere dominū, vt aliàs. ff. *de damno infec. l. inter quos. §. j.*
i ¶ *Petitor ei.* qui de proprio soluerat creditoribus hereditariis.
k ¶ *Officio.* vt ff. *de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciē dum.*
l ¶ *Negotiorū gestorū.* cū nomine hereditario fecit, ab initio fuit nata sibi hæc actio. si verò suo, tunc videtur negotium esse veri heredis cum obtinet: quia tūc incipit ei exceptio cōpetere, & sic tūc nascitur actio negotiorum gestorum, secundum quosdam. Accursius.
m ¶ *Condictione.* scilicet ex lege ista. ¶ Sed qualiter habet locū, cū obligatio erat p veteres leges: & hic non dat nisi pro noua obligatione: *vt ff. de condic. ex leg. l. j.* Resp. condictio ex lege datur tunc, quando iniustè amisit petitor. si verò iustè tūc habet locum actio negotiorū gestorum. vel dic hanc esse nouā: quia post legem duodecim tabularum. Accursius.
n ¶ *Habeant.* si pronūcietur pro testamento. Accursius.
o ¶ *Vel euanescant.* si pronuncietur contra testamētum. Et dic id est euanescere videntur prima facie, nō dico quod ex sententia lata inter alios fiat aliis præiudicium: *vt ff. de except. rei iudic. l. j. & infra de fi. instru. l. ij.* nisi ibi faceret ius, vt in querela inofficiosi testamenti: *vt ff. de inoffic. te. l. Papinianus. in fi. & l. qui repudiantis. §. fina.* vel hic speciale.
p ¶ *Directæ.* Imò nedum annus, sed etiam per quinquēnium debet expectari: *vt ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. fi. & l. seq. quæ sunt contra.* Sol. ibi dicitur inofficiosum, hic minus solēne, vel ruptū per posthumi agnationem, vel alia causa rescindebatur.
q ¶ *Eripiantur.* huius legis potestate.
r ¶ *Falsum testamentum.* quia tunc non fiunt liberi per legē istā cū non adsistat eis lex, sed nec resistat. non dico quod reuocētur in seruitutē illi quibus directæ cōpetūt. Item intelligitur hic pronunciatum etiā falsum contra legatarios & seruos libertate donatos. nā non sufficeret contra scriptum tantum, vt dictā lege de except. rei iudi. l. j. ¶ Sed videtur[a] ex falsa scriptura libertatē datam valere: *vt j. de fideicōmiss. lib. l. quamuis. & ff. de ma. testa. l. cum ex falsis. in princip. quæ sunt contra.* Sol. hic non fuit data libertas per hominem: sed nec lex dedit, cum falsa esset scriptura. ibi data fuit ab homine. ¶ Vel dic, ex falso testamento non valet, vt hic: sed ex falsis codicillis sic, vt in contrariis. Et est ratio: quia si testamentū est falsum, scriptus heres nō est dominus: vnde nec ipse nec lex pro eo manumittere potest. Sed codicillis falsis existētibus nihilo minus heres est dominus: & ideo p se & per aliū, cui dederit dominium manumittere potest. ¶ Item videtur quod etiam ex testamento falso data libertas teneat: *vt ff. de ma. testa. l. cum ex falsis. in fin. quæ est contra.* sed ibi seruus erat heredis, non hereditarius. ¶ Alij dicunt quod hæc corrigit illas.

a Falsa scriptura data libertas an valeat.

s ¶ *Sub ea.* redit ad superiorem, non ad proximum. Accursius.
t ¶ *Actores.* id est castaldiones.
u ¶ *Sint.* id est fuerint. Accursius.
x ¶ *Et rationes reddere.* Nota manumissum[a] debere reddere rationē. & sic est cōtra *ff. de neg. gest. l. cum alium. & l. quæ vtiliter. §. j. & 5. de neg. ge. si cognati. & j. an seruus ex suo facto. l. j.* Solu. dicas hoc speciale, quia & aliud pro eo speciale inducitur, vt sit liber etiā ex testamēto: quod fortè nō valebit. *sic ff. de surr. l. cum qui. in princ.*
y ¶ *Connumeretur.* vt in *Insti. de act. §. actionum*[b].

a Rationē reddere, Manumissus tenetur.

b ubi & hoius suæ constitutionis mentio est facta. Cōt.

DE REI VINDICATIONE.

Post actionē de vniuersitate subiicit actionē per quam singularia petuntur. vt ff. eo. l. j. in princ. ¶ *Et dic quòd datur directa ei qui est dominus de iure gētiū vel ciuili:* vt ff. eo. l. in rē actio. in pri. *vtilis datur superficiario, emphyteotæ & similibus.* vt in eodē titu. l. superficiario. & l. preterea. & ff. si ager vecti. l. j. *& datur cōtra eū qui possidet, vel dolo desiit possidere. & ideo de hoc interrogat ante litis cōtestationē.* vt ff. eo. l. qui petitorio, in principio.

Rei vindicatio cōtra quē detur.

ETiam.] CASVS. Si seruū alienum possedisti bona fide, & ex re tua vel operis suis aliquid acquisiuit: an domino seruum vindicāti restituere debeas ea quæ tibi quæsiuit, quæritur? Dicitur quod non: secus si mala fide possessor fuisti: quia non solū ipsum, sed quicquid habet, & operas & operarū æstimationē. ¶ Ex hac. l. not. regulā generalē, quod quando eadē res venditur vel donatur duobus in solidū, ille præfertur in dominio, cui prius res fuit tradita, non attēto cui prius fuit vendita vel donata. cōcordat. l. siue autē. §. si duobus. ff. de Publicia. cū concor. in gl. alleg. secundum. Ia. hic.
z ¶ *Etiam per alienū.* non solum per proprium, de quo constat: *vt Instit. per quas perso. no. acqui. §. item vobis acquiritur.* Accursius.
a ¶ *Bona fide.* saltem ab initio secundū Ir. *vt ff. de vsu. l. qui scit. §. fi.* sed aliud in libero homine possesso, vbi continuo exigitur bona fides *vt ff. de acquir. re. do. l. qui bona fide. §. tandiu.* Accur.
b ¶ *Possessum.* quia putauit eum esse vendētis: *vt ff. de contrahen. empt. l. quas à quolibet. & de stipu. seruo. l. si seruum testamento.*
c ¶ *Acquiri.* scilicet possidenti.
d ¶ *Placuit.* aliàs nisi ex his duab. causis quærit domino dominiū & nō possessionē: *vt ff. de acq. poss. l. j. §. fi. & de acq. re. do. l. homo lib. in fi. & ff. de do. inter vir. & vx. l. si vxor.* & contingit etiā aliàs vt dominiū alicui sine possessione quæratur: *vt ff. de fun. do. l. si fundum.* ¶ Sed contra *ff. de acq. re. do. l. si seruus.* vbi innuit quòd etiam extra has causas non quærit domino. Sed expone ibi literam, vbi dicit

non quæri domino, scilicet quando ex re possessoris, vel opera serui. nec possessori, vt ibi subiicit, vbi nec ex re nec ex opera quærit.

a ¶ *Quare.* dixit in genere: nunc dicit in specie. Acc.

b ¶ *Eo tempore.* quo possidebas.

c ¶ *Tuis.* agendo & excipiendo: vt restituendo seruum, non cogaris restituere quæsita per eum, id est illa præ dia, empta ex re tua.

d ¶ *Nihil potest.* Imò videtur quòd possit ex re possessoris: *vt ff. eod. l. præterea.* quæ est cõtra: nam ibi erat malæ fidei, cum lis erat contestata: *vt & j. tit. proxi. l. j. §. post litem antè contestatam.* Solut. ibi remansit bonæ fidei post litis contestationem. 2 Vel hic fuit semper malæ fidei, ibi fuerat bonæ fidei ante litis contestationem. Acc.

e ¶ *Operas.* i. operarum æstimationẽ. eædem enim reddi non possunt. *vt ff. de condic. indebi. l. si non sortem. §. libertus.* Acc.

Quare [a] si tu quoq. bona fide possedisti eundem seruum, & ex nummis tuis mancipia eo tempore [b] comparauit: potes secundum iuris formam vti defensionibus tuis [c]. Mancipium autem alienum mala fide possidenti nihil potest [d] acquirere: sed qui tenet, non tantum ipsũ, sed etiam operas [e] eius, necnon ancillarum partus, & animaliũ fœtus reddere cogitur. PP. III. Non. Maij Eboraci, Faustino & Rufo [*] Coss.

* Rufino.

Superior pars ædificij cedit parti inferiori hoc primò. Ædificium cedit solo. hoc secundò. Soluto ædificio materia redit ad pristinum dominum, non ad ædificantem. hoc dicit tertiò. Vel ad ædificantem, si non ædificauit animo donandi. hoc quartò & vlti. dicit. Bal.

a Ædificium regulariter solo seu domino cedit: & ea mere excepto nisi apud Socinum negoda... spontè ædificarem.

SI *Inferiorẽ.*] [a] CASVS. Habebas domum, vicinus superædificauit faciendo eã altiorem: quod superædificatum est, cuius dñio cedat, an super imponentis, an cuius erat inferior pars domus, quæritur? Dicitur quòd domino cedat. Item in solo meo in quo ædificatum nõ erat, ædificauit vicinus: nec constante ædificio materiam suam vindicabit prior dominus, siue ædificium fuisset extructum bona fide, siue mala, siue ab eo cuius erat solũ, vel ab extraneo de aliena materia, siue ex propria, bona tamen fide. Si autem mala fide, aut ab eo cuius fuit materia, in hoc tertio casu donasse videtur. vel dic similiter quòd ad dominum priorem redit, nisi animo donandi ædificauerit, secundum M.

† In quibusdã deest, non in ocenlibus.

II. Imp. ANTONINVS A. *Aristenceto.*

SI inferiorem [f] partem ædificij, quæ solum contingit [g], ad te pertinere probare potes: eã [h] quam vicinus tuus† imposuit, accessisse dominio tuo non ambigitur [i]. Sed & id quod in solo [k] tuo ædificatum [l] est, quoad in eadem causa manet, iure [m] ad te pertinet. Si verò fuerit dissolutum: eius materia ad pristinum dominum [n] redit [o], siue bona fide [p], siue mala ædificium extructum sit [q]: si non donandi animo ædificia alieno solo imposita siut. PP. XII. Kal. Nouem. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

f ¶ *Si inferiorem.* puta fundamentum.

g ¶ *Contingit.* aliàs secus si non cohæret solo: *vt ff. de acquir. re. do. l. Titius.*

h ¶ *Eam.* scilicet partem.

i ¶ *Ambigitur.* *vt ff. de acquiren. re. do. l. si supra. & insti. de rerum diui. §. ex diuerso. & ff. de acquir. re. do. l. adeo. §. cum in suo.* ¶ Sed possessio [b] cuius est? Videtur vtriusque. nam dominus solum possidet, alter possidet superficiem: *vt ff. vti possidetis. l. si duo. §. item videamus. & §. Labeo.* 2 Vel dic quòd ædificator tantum possidet: *vt ff. de acquiren. pos. l. j. in princ. & in dicta. l. si duo.* de alia superficie dicit, quæ non vsque ad solum est.

b Ædificii facti in alieno solo ex propria materia, cuius sit possessio.

k ¶ *In solo tuo.* tamen si esset horreum quod separari posset, remoueret Titius horreum *ff. de acquir. re. do.*

l ¶ *Ædificatum.* à vicino.

m ¶ *Iure.* gentium: quo iure. Quicquid [c] plantatur, seritur, vel inædificatur: Omne solo cedit, radices si tamen egit.

c Versus.

n ¶ *Dominum.* scilicet vicinum.

o ¶ *Redit.* etiam post tempus vsucapionis: *vt d. l. adeo ff. de acquiren. re. domi. §. cum in suo. & ff. eod. l. in rem. § si. & ff. de solut. l. qui res. § fin.*

p ¶ *Bona fide.* hic non quæro à quo, vel vnde sit.

q ¶ *Extructum sit.* id est factum. Extructum, inquam, ab eo cuius est solum, siue ab alio, ex aliena tamẽ materia. Si autem ex propria, tunc si bona fide idẽ, vt subiicit: si mala, tunc donare videtur: & hoc est quod subiicit, si non donandi &c. 2 Sed M. argu. colligebat hic malæ fidei ædificatorem posse repetere si non fecisset animo donandi: in casu tamen seruatur quædam media via: *vt ff. eod. l. si in aliena area. ait ia incipit Iulianus lib. viij. digestorum scribit, si in aliena, &c.*

Rem meam non nomine meo venditam vindicare possum: & possum ratum habere quo ad perdendum dominium rei meæ, & quo ad parandam actionem negotiorum gestorum in subsidium. h. d secundum Bart. Bal. Vel sic: Venditio rei alienæ consentienti, non inuito vel ignoranti præiudicat, in subsidium tamen precium actione negotiorum gestorum recuperat. hoc dicit secundum Ray. & Salyc.

III. Imp. ALEXANDER A. *Dominiæ* [*].

* Damonæ, al. Doniæ.

MAter tua vel maritus fundum tuum inuita vel ignorante te, vendere iure non potuit [r]: sed rem tuam à possessore vindicare etiam non oblato precio poteris [s]. Sin autem postea de ea venditione [t] consensisti [u], vel alio modo [x] proprietatem eius amisisti [y]: aduersus emptorem quidem nullam habes actionem: aduersus venditorem† verò de precio negotiorum gestorum actionem exercere non prohiberis [z]. PP. III. Kalend. Nouembr. Alexandro A. II. & Marcello Coss.

MAter.] CASVS. An mater vel maritus possit vendere fundum filiæ ipsa inuita vel ignorante? Dicitur quòd non: sed filia eum vindicare poterit etiam non oblato precio. & hoc in prima. Si autem postea per consensum filiæ venditio ædificata est, vel ab emptore fundus sit præscriptus, contra emptorem nullum habet regressum, sed in subsidium contra venditorem act. neg. ge. aget ad precium: & hoc in secunda.

r ¶ *Non potuit.* quantum ad hoc vt transeat dominium, & sic soluitur contra. *ff. de contrahen. emptio. l. rem alienam.* 2 Vel dic, nec etiam quantum ad obligationem si emptor sciebat: *vt ff. de contrahenda emptione. l. si in emptione. §. item si emptor.*

s ¶ *Poteris.* *vt j. eodem. l. si mancipium. & j. de fur. l. n. & j. ad Velleianum. l. si sciens.* ¶ Sed contra. *ff. eod. l. emptor.* vbi dicit demum restituto precio, restitui. Sol. ibi cõuersum fuerat in vtilitatem eius cuius est res: *vt infra. si vend. pign. aga. l. ij. & iij. & j. de præd. mino. l. si prædium. & l. vtere.*

† venditricẽ, in quibusdam itsque paucis manuse.

t ¶ *Venditione.* sed nomine tuo gestum poteris habere ratum. & sic loquitur hic in cõtrarium. *ff. de neg. gest. si pupilli. §. sed si ego.* ibi loquitur quando nomine tuo gestũ nõ est.

Ab eo qui emit res à mala fidei possessore, poteris res vindicari, nisi vsuceperit, vel præscripserit. hoc dicit secundum Bartol. Bal. Vel sic: Vsucapio vel præscriptio quam mala fides auctoris non impedit, rei vindicationem tollit & excludit. Salycetus.

IV. Imp. GORDIANVS A. *Muciano* [*] *militi Africæ.*

* Miniano, al. Musiano.

u ¶ *Consensisti.* hoc casu statim datur ex ratihabitione actio negotiorum gestorum: *vt subiicit: & j. de nego. gest. l. ab vno. & j. familiæ erciscun. l. in familia.*

x ¶ *Vel alio modo.* puta vsucapione vel præscriptione: *vt j. de reb. alie. non alie. l. ij. & j. de commu. re. alie. l. j.* 2 Vel quia in rerum natura res esse desiit: *vt ff. de neg. gest. l. j. in princ.*

y ¶ *Amisisti.* quo ad effectum.

z ¶ *Non prohiberis.* hoc si habes si ratũ, & vẽditio facta est nomine tuo. fieri. n. potuit etiam te inuita: alioquin si nõ nomine tuo ratum habeat, licet tibi præiudices quantum ad rem petendã, vt hic: non tamen prodest ratihabitio ad precium petendum. nam nõ [a] potes habere ratum non tuo nomine gestum: *vt ff. de preca. l. si seruus. & ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. sed & si.* secundum B. & hoc si res extat non præscripta: aliàs bene concedebat B. in subsidium haberi ratum: *vt ff. de nego. gestu. l. fin. & j. de reb. alie. non alie. l. ij. cum suis concordantiis.* ¶ Sed M. dicebat me posse habere ratum & non meo nomine gestum & etiam re extante non vsucapta. *pro quo est infra de his qui à non do. ma. l. j.* Sed ibi speciale fauore libertatis. 2 Tu dic, aut habeo ratum quòd vendideris nomine meo, cũ vẽdideris nomine tuo: & nũc nihil præiudicat mihi. aut quòd vendideris tuo: & tunc si non credebam me perdere actionem, agam ad rem adhuc: & sic si repellar exceptione, replicabo: *vt argu. ff. de pact. l. si cum te.* Item quamuis ignorem ius, certo tamen de damno. ¶ Item quid si tantùm petij precium quando non meo nomine est gestum: an præiudico mihi in repetitione rei meæ? Dic quòd non: quia cum petitio precij, quod est principale,

a Ratum habere possum quod meo nomine non est gestum.

non valet: nec quod tacitè inest, debet valere. *argu. ff. de serui. rust. prædio. l. item. §. qui habet* alliud si expressè habere ratum, *vt modò d. vi.* ¶ Item si tu vendidisti paruo precio: an repetam iustum: vel acceptum? & puto iustum, si eras malæ fidei possessor: aliàs acceptum: *vt ff. de petitio. heredi. l. si possessor. j §. fina. & §. ait.* ¶ Itē quid si non nomine meo vendidit, deinde per plures manus ambulauit, deinde sit vsu capta, & ego in subsidium ratū habeo: an tū à primo petam precium, an ab omnib. qui vendiderunt? Respon. à primo, qui habet lucratiuam causam. nam nec alij videntur habere precium, cum eis tantundem absit. *vt argu. ff. de mino. l. plane. & de verborū significa. l. Labeo. §. j.* ¶ Sed pone te vendidisse rem meam Titio: postea Titium donasse Mæuio: item Mæuium vēdidisse Sempronio. hic non potest superior ratio locum habere: cū tu & Mæuius lucratiuam causam habeatis: nunquid ergo vterque conuenietur? Quidam dicunt primum. & est ratio hic & in superiori casu: qa cum ratas habeo omnes: ergo & primā. ergo hi qui emerunt à primo, rem eius propriam emerunt, deinde suam domini facti vendiderunt: vnde nō debent teneri: quia rē propriā vendiderunt. a Alij dicunt vtrunq. teneri. ; Sed posset dici in superiorib. casib. quòd vltimus tū debeat cōueniri, propter cuius factum rem meā illo vsucapiente amitto. 4 Vel dic in secunda quæstione aliud in eo qui habet lucratiuam causam, quia non transit ad eum exceptio ex persona primi: *vt ff. de pact. l. quod dictum. & ff. si famil. fur. fec. dicatur. l. iij. §. planè. § emptor. & §. sed an.* ¶ Sed pone quòd causam non habet vltimus à primo: vtputa rem meam vendis: deinde emptor habet eā pro derelicto, occupat eam quis, & postea vendit. quis primò conuenitur? Quidam quòd vterque. a alij quòd vnus. ; Tu dic quòd primus: *vt supra in simili quæstione.* Accur.

† legendum Vipiorer vet. fastis.

† Herefiano.

* Cōcumbat à tij super verbo redd. atur in et ... Ad ... o.

ADuersus eos qui à malæ fidei possessoribus fundum bona fide comparauerunt, ita tibi actio cōpetit, si prius quam vsucapionem implerent, vel longæ [a] possessionis præscriptionem adipiscerentur, dominium ad te peruenerit [b]. P P. XII. Kal. Nouemb. Pio * & Pontiano Coss.

Malæ fidei possessor tenetur de re & fructibus perceptis vel percipiendis, sumptibus non computatis nisi necessariis: vtiles verò per deductionem retinet. h. d. secundùm Iaco. But. Bald. Vel sic: Possessor malæ fidei tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, & omni causa damni: & sumptus per eum factos non imputat iure actionis, nec propriæ exceptionis, licet pro necessariis ei succurratur officio iudicis: & vtiles ei tollere permittitur sine læsione prioris status. hoc dicit & notabiliter. Salyc.

V. *Idem A. Herefiano* †.

DOmum quam ex matris successione ad te pertinere, & ab aduersa parte iniuria occupatam [c] esse ostendis: præses prouinciæ cum pensionibus quas percepit, aut percipere poterat, & omni causa * damni dati [d] restitui iubebit. Eius autē quod impendit, rationem haberi non posse, meritò rescriptū est: cum malæ fidei possessores, eius quod in rem alienam impendunt, non eorum negotium gerentes quorum res est, nullam [e] habeant repetitionem, nisi necessarios sumptus fecerint [f].

Sin autem vtileis: licentia eis permittitur sine læsione prioris status rei eos auferre. P P. II. Id. Febr. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Res empta ex pecunia mea, non est mea: & ideo a me vindicari non potest. Bald. & Salyc.

VI. *Idem A. Vstronio.*

SI ex ea pecunia quam deposueras, is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparauit; ipsiq. traditæ sunt: tibi vel omnes tradi, vel quasdam ex his cōpensationis causa ab inuito eo in te transferri, iniuriosum est [g]. P P. V. Id. Iulij Gordiano A. & Auiola Coss.

Partus sequitur matrem quantum est status conditionem & dominium: sed quantum ad dignitatem & honorem sequitur patrem: quia ex viri sexu eos metimur. hoc dicit Bald. Vel sic: Cuius est mater & partus, Salycetus.

VII. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS. N. Cæs. Antonio.

PArtum † ancillæ, matris sequi conditionem, nec statum patris in hac specie [h] considerari, explorati iuris est. P P. XIII. Kal. Nouemb. Philippo A. & Titiano Coss.

Res empta ex pecunia militis, potest speciali fauore à milite vindicari † potest etiam agi negotiorum gestorum, vel mandati si intercessit mandatum. hoc dicit secundùm Bar. & Bald.

VIII. *Idem A. & C.* PHILIPPO *militi.*

ADuersus.] CASVS. De fundo meo me deiecisti: Titio bona fide ementi vendidisti: postea eundem fundum Seio legaui. an à Titio eum vindicare Seius possit? Respon. quòd sic, nisi fuerit præscriptus, vel pone in tribus personis: aliquis rem meam bona fide emit à malæ fidei possessore: an eam vindicare possim, quæritur? dicitur quòd sic, nisi mihi obstet vsucapio vel præscriptio. prima verior est propter illud verbum, ad te peruenerit. in fi. Viu.

a ¶ *Vel longæ.* vel pro id est: non enim posset loqui in vsucapione triennij, quæ in rebus mobilibus locum habet: *vt infra de vsucap. transfor. l. j.* 2 Vel subaudi, in rebus mobilibus.

b ¶ *Peruenerit.* ex successione vel legato. ¶ Et no. quòd hæc lex loquitur secundum sua tempora, & illa infra de vsuca. pro emptore l. si partem, aliud nouo iure: quia malæ fidei possessor &c. *vt infra de præscript. long. temp. authent. malæ fidei.* ¶ Item nota quòd hæc lex facit pro M. qui dixit præscriptione longi temporis dominium acquiri; quod nos secundum B. negamus, *vt dices infra de præsc. xxx. an. l. si quis emptionis. in princ.*

DOmum.] CASVS. Domum ex successione matris meæ mihi pertinentem inuasisti, & ex ea pensiones percepisti: in eam damna dedisti: an in restitutione domus veniant pensiones, quæritur? Dicitur quòd sic, nec solum pensiones quas percepit, sed si quas percipere potuit, restituet, sed & damna resarciet. & hoc in prima. An autem impensas si quas in ea fecit, repetere possit, quæritur? Distinguitur: si necessarias fecit, repetet. si vtiles, eas auferet sine læsione prioris status rei. & hoc in secunda.

c ¶ *Occupatam.* Impropriè [a] dicitur. cum res immobilis dicatur inuadi [b]; mobilis occupari: *vt insti. vi bo. rap. §. penul.*

d ¶ *Damni dati.* remissa actione. l. Aquil. si hoc petitor elegerit: *vt ff. e. l. non solum. & l. sequenti.* Acc.

e ¶ *Nullā.* tribus [e] enim modis repetuntur expensæ: per a, [d] & e, & o, id est, actione, exceptione, officio iudicis: quorum nullo repetuntur hic: *vt & j. de edi. priua. l. fi. & ff. de except. do. l. Paulus.* Accur.

f ¶ *Sumptus fecerint.* quos seruant. officio iudicis, non exceptione doli, cum sint malæ fidei. ¶ Sed contra *j. de infan. expo. l. j.* vbi etiam necessarios non seruat per officium iudicis. Solutio, speciale in fure. ¶ Item contra. *ff. de condic. indeb. l. si in area. in fin.* vbi dicit nullo modo etiam necessarias vel vtiles impensas posse peti. Solu. vbi in faciendo de nouo, hic in reficiendo. Differunt enim hæc inter se: *vt ff. de stiue. & aliquo priua. l. iij. §. penul. & circa hoc plene di xi. ff. e. l. in fundo.* ADDIT. Dic quòd dicta l. si in area, s, allega. potius concor. secūdùm Pau. de Castro hic.

Occupare & inuadere quomodo capiatur.
a Immobilia inuadi mobilia occupari dicuntur
b Vide tamen Socinum ... in Res empta per alium qua ... 343.
c Expense tribus modis repetuntur.
d Expensæ tribus modis repetuntur per a, & e, & o. hoc est actione, exceptione, officio iudicis.
d Fallit in 6. inquit ... modi ...
¶ Hæ Cod. Gregoriano lib ... confir. ... t ... ff. ...
¶ Et etiā in ea habet hypothecam. v Ne gusanctum ... pignoribus. ¶ parte 4 membr. ... 164.

SI ex ea.] CASVS. Penes me tuam pecuniam deposuisti. eā in emptionem prædiorum collocaui nomine meo. an res emptas vindicare possis, vtpote ex pecunia tua comparatas, quæritur? Dicitur quòd non, nec omnes neq. aliquas ex eis à me compensandi gratia recuperare poteris. Viuia.

g ¶ *Iniuriosum est. vt j. communia vtriusq. iudic. l. si patruus. & j. si quis alteri vel sibi. l. j. & argumen. j. de pigno. l. quamuis ex ea. & de distract. pign. l. si maritus. & j. deposi. l. si is.* ¶ Sed contra *j. eod. l. si vt proponis.* Solu. vt ibi. ¶ Item nota hic qua ratione rē emptam ex pecunia mea non possum petere, non meo nomine emptam: eadem ecōtra precium rei meæ non debeo petere, non meo nomine venditæ: *vt s. eod. l. mater. & notaui ff. si certum pet. l. pecuniam.*

PArtum.] CASVS Si ex ancilla mea tu liber filium suscepisti, an eum vt seruum vindicare possim, quæritur? Diciturq uòd sic. matris enim & non patris sequitur conditionem.

h ¶ *In hac specie.* id est in dominio: vt illius sit filius, cuius est mater: *vt in i. tu. de inge. §. j. & j. de libe. cau. l. fin. & ff. eo. l. si frumentum. §. si equum. aliàs incipit l. idem Pomponius scribit, si frumentum. §. idem scribit si equum.* secus autem in honoribus, & quibusdam curialibus, & aliis conditionibus: *vt j. de decurio. l. nullus. ij. & l. exemplo. & l. eos. lib. x. & j. de munic. l. fina. lib. xj. & j. de fer. fugi. l. fina. & ff. de statu homi. l. cum legitimæ. & ibi dixi.*

SI vt proponis.] CASVS. Si ex pecunia tua quam miles apud te deposuit, fundum tuo nomine comparasti: an pro fundo sibi detur rei vindi. quæritur? dicitur quòd sic obtentu militiæ: & sic soluitur contra l. si ex ea. Item aget contra te actio. mandati, si mandato suo emisti: vel nego. gest.

SI (vt proponis [a]) pars aduersa [b] pecunia † tua quædam nomine suo comparauit: præses prouinciæ vtilem vindicationem obtentu militię tibi eo nomine impertiri desideranti, partes æquitatis non negabit [b]. Idē mandati [c] quoque, seu negotiorum gestorum actionem inferenti tibi iurisdictionem prębebit. PP. 11. Non. Mart. Præsente & Albino Coss.

Res dotalis est in dominio mariti, non mulieris. h. dicit secundum Iac. But. Bald. Vel sic: Dominium rei dotalis est mariti: ideo constante matrimonio rei vindicatio non competit vxori. Salyc.

IX. Impp. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA. Antonio.

DOce [d] ancillam, de qua supplicas, dotalem [e] fuisse in notione præsidis: quo patefacto, dubium non erit vindicare ab vxore tua nequiuisse [f]. PP. III. Kalend. Mar. Caro & Carino AA. Coss.

Dominium potest probari per testes, vel per instrumenta: & interdum adhibentur tormenta. Bal.

X. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Lannario.

CVm super [g] vernis mancipiis nulla instrumenta te habere adseueres: in iudicio in quo negotium cœptum esse proponitur, id quod [h] in precem contulisti, postulare debuisti. Iudex enim non ignorat seruorum dominia etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis [i] probationibus vel ipsorum interrogatione [k] posse ostendi. PP. G. 11. Id. Feb. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Quicquid plantatur, seritur, vel inædificatur: Omne solo cedit, radices si tamen egit. h. d. Vel sic: Eius sunt reditus, cuius est propri. tas. h. d. Bal. Vel sic: Quicquid plantatur, seritur vel seminatur: totum solo cedit, radices si tamen egit. bona fide tamen faciens si possidet, sumptus deducit doli exceptione. h. d. concor. l. adeo. in fi. ff. de acquir. rerum do. Salyc.

XI. Iidem AA. & CC. Gallano †.

SI quis sciens [l] alienum agrum seuit, vel plantas imposuit: postquam [hæ] radicibus terram fuerint amplexę, solo cedere rationis est. Domini [*] enim magis segetem vel plantas, quā per huiusmodi [m] factum [n] solum [o] suum [p] facit. Sanè cum qui bona fide possidēs hoc fe. erit, per doli mali exceptionem cōtra vindicantem dominiū seruare [q] sumptus, iuris auctoritate significatum [r] est. Dat. IIII. Kal. Mart. Sirmij AA. Coss.

Licet non soluatur preciū, res vendita & tradita vindicari vel condici non potest. h. d. Bald. Vel sic: In contractibus nominatis licet altera pars non obseruet quod debet, non habet locum pœnitentia. Bald. Vel sic: Alienatio nō reuocatur ex rescripto, licet agi possit ad preciū nō solutū. Saly.

XII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

IN ciuile atq. inusitatum est quod postulas, vt mancipiū [s] quod tradidisti, & eo modo dominium eius transtulisti: inuito eo ex nostro rescripto tibi assignetur [t]. Vnde itelligis, ancillæ † semel emptoris factæ filios etiā post ea natos, ei' dominiū sequi, cuius mater eorū eo tēpore fuerit [u]. Sanè de precio, si nō hoc ante probatum fuerit te recepisse,

a ¶ Si vt proponis. supple, ô miles.

b ¶ Nō n. gabit. ¶ Contra s. e. l. si ex ea pecunia. Solut. hic speciale in milite [a], ite & in minore: vt j. arbi. tut. l. curator. & ff. quando ex fact. tu. l. y. & eadem [b] ratione in ecclesia [c], idem in vxore & viro: vt ff. de donat. inter vi. & vxo. l. vxor marito. ADDITIO. Aduertas secūdum Cyn. hic quòd isti quatuor casus non sunt omnino similes: quia in milite simpliciter verum est quòd res empta ex pecunia sua, sua est. Sed in minore distinguitur, quia aut est empta à tutore vel curatore, & procedit ista gl. aut ab alio, & tunc demū in subsidiū potest res vindicari. probatur in l. si filia. ff. de solut. idem in ecclesia, vt si empta sit per administratorem, sit ecclesiæ. aliàs demum in subsidium, vt dictū est in minore. arg. l. orphanotroph. in princ. j. de episc. & cleri. illud verò quod dicit glos. de re empta ex pecunia vxoris, non est verum simpliciter, sed demum in subsidium. ita loquitur. l. ex pecunia. j. de iure dotium. Bart.

c ¶ Mandati. si fortè procurator erat is qui comparabat, vel negotiorū gestor. Idem etiā si non esset, secundum quosdam. Acc.

DOce.] CASVS. An ancillam ab vxore tibi datam in dotē vindicare possis, quæritur? Resp. quòd sic: nec enim vxor tua vindicare poterit. 2 Vel dic quòd vxor egit rei vindicatione & succubuit. an tu nihilominus eam vindicare poteris, quæritur? prima positio verior est.

d ¶ Doce. viro loquitur. Acc.

e ¶ Dotalē. æstimatam, vel inæstimatam: quæ propriè dicitur dotalis: vt j. de rei vxo. act. §. & cum lex.

f ¶ Nequiuisse. nisi ad inopiam maritus vergat: vt infra de iure dotium. l. vbi. 2 Vel dic quòd ibi agitur hypothecaria, non rei vindicatione. 3 Item dicunt hic quidam itelligi si vindicat vxor vt suam: secus si vt dotalem per legem §. de procurato. l. quia absente. in fin. ¶ Item nota ex hac lege quòd maritus [d] dominus est rei dotalis secundum opinionem nostram de ciuili & naturali iure: vt ff. de auro & argen. lega. l. Quintus. §. argento. quia id demum vindicare possumus, quod nostrum est: vt ibi dicit. & pro hoc inf. de iure do. l. de bit.

CVm super.] CASVS. Seruum vernam ex ancilla natum possidebas. eum vindicare volebam, & de intentione mea probare per instrumenta non potui, an per interrogationem ipsius serui & per testes probare possim, quæritur? Respond. quòd sic. Viuianus.

g ¶ Cum super vernis. i. [e] domesticis qui nascuntur ex ancillis quæ domi sunt: vt instit. de leg. §. si quis in nomine. versic. huic proxime. Accur.

h ¶ Id quod. id est sine instrumentis audiri alias tuas probationes.

i ¶ Aliis. puta [f] testibus.

k ¶ Interrogatione. vt infra de probat. l. proprietatis. ¶ Et nota diligenter tres [g] modos probandi. Item not. quòd quidam intelligunt. l. istam cum inter aliquos de proprietate seruorum quæritur. cæterum si agit cōtra aliquem qui sit in possessione libertatis, iniquum esset eum torqueri contra semetipsum. Tu dic [illegible] solum si inter alios est de aliquo controuersia, debet torqueri [illegible] j. de ser. fugi. l. quicunque. & l. cum sein m. & hic. sed etiam ne ipse [illegible] met est in lite, debet interrogari, vt hic, cùm sit tanquam [illegible] iudicio liber [illegible]

[illegible]

SI quis.] CASVS. Sciens alienum agrum seuisti, vel plantam imposuisti. cuius dominio cedit quod sertum vel satum est, quęritur: dicitur quòd domino soli, cùm radices egerit. domino enim accedere facit plantam vel segetem, solum suum, id est proprium dominio quasi dicat, per solum acquiritur dominium in segetem vel plātam magis quàm acquiritur plantatori vel seminatori dominium per factū, quatenus per plantationem vel seminationem. & hoc in prima. Si autem bona fide seuisti: domino vindicanti, quod seminatū est, obstabit doli exceptio nisi impēsas quas fecisti, præstiterit. & hoc in secunda.

l ¶ Si quis sciens. si enim bona fide, etiam postquam. emisit radices, datur vtilis in rem secundum M. vt ff. eod. l. si frumentum. aliàs tamen sit idem Pomponius scribit. §. de arbore. quod non placet. Imò datur actio in factum ad instar ferruminatorū: vt ff. eod. l. in rem. §. item quæcunque.

m ¶ Huiusmodi. q. d. solum facit segetem vel plantam domini.

n ¶ Factum. id est seminatio.

o ¶ Solum. id est terra.

p ¶ Suum. id est sibi quęrit dominium magis quàm scientia plantātis vel plantatio: vt hic. & ff. de vsur. l. quisc it. §. j.

p ¶ Suum. nutriendo radices.

q ¶ Seruare. sed possidet.

r ¶ Significatum est. vt Ju. de re. di. §. si Titius. & ff. de acq. re. do. quarratione. & hoc si possidet, aliàs secus: vt ff. de condi. indeb. l. si in area.

IN ciuile.] CASVS. Mancipium mihi vendidisti & tradidisti, sed nondum precium solui: an per rescriptum principis illud me inuito auocare possis, quæritur: dicitur quòd non: sed & partus post traditionem editus domini est, scilicet meus, sicut & mater, & hoc in prima. Si autem precium nondum tibi solui: aduersus me ad precium agere potes. & hoc secunda.

s ¶ Vt mancipium. id est ancilla.

t ¶ Assignetur. quasi [b] ob causam datum, id est ob precium. & causa non secuta, id est precio nōn soluto, cum in alterius præiudicium talia rescripta non concedantur: vt j. de eman. lib. l. nec aus. j. de donatio. rup. l. cum te. & inf. de reuocan. dona. l. si donationem.

u ¶ Fuerit. quo nati fuerunt, non quo concepti: vt hic. & ff. de acquir. re. do. l. si. & hoc tantum quando fuit habita fides de precio: aliàs secus: vt instit. de re. diui. §. vendita vero. ¶ Sed quid si [c] statim credidit habere precium, non autem solutum est? Respon. vindicare potest, argu. ff. de pigno. act. l. si quis. ¶ Quid si vsque ad [illegible]

a In militē, ita in minore & ecclesia & vxore. Argumentū pupillo ad Ecclesiam valet, tale quod sequitur.

b Argumenta pupillo ad Ecclesiam valet.

c Emptum per tutorem Ecclesię, fit Ecclesię.

d Dotalis rei dominus est maritus.

e Vernæ qui dicantur.

f Testes genus probationis constituunt.

g Dominium serui probatur instrumentis, testibus, serui confessione.

† ancillæ semel emptoris factæ.

b Venditor non potest vindicare rem venditam & traditam propter precium non solutum.

c Fides habita de precio in dubio intelligitur nisi venditor petiuit emptorem statim. [illegible]

decem dies? Item dicunt quidam ad similitudinē legis commissariæ. sed magis placet contra, vt s. non possit tunc res vindicari.

a ¶*Conueni. ut l. hic,* & *j. de contrahen. empt. l. non idcirco. in fin.*

Ordinarij.] CASVS. Inter te & me de seruis quibusdā per interdictum vtrubi erat quæstio, quia dicebam dominium & possessionem naturalem pertinere ad me: an possit simul causa proprietatis intentari, quæritur? Resp. quòd nō: sed seruis exhibitis agā primo causa possessionis & deinde causa proprietatis. 2 Vel sic: Cōueni te possessorio coram vno iudice, voluisti me cōuenire petitorio corā alio. quæritur, an possis? Respo. quòd non: quia primò agitanda est causa possessionis, & deinde proprietatis.

conueni [a] aduersarium tuum. G. Idib. April. A A. Coss.

Possessorium debet prius terminari per sententiam, quam petitoriū. Bal. Vel sic: Possessoriū præfertur petitorio ei contrario. si de vtroque simul est quæstio. Salyc.

XIII. *Iidem* AA. & CC. *Cythio* *.

ORdinarij [b] † iuris [c] est, vt mancipiorum orta quæstione [d], prius exhibitis [e] mancipiis de † possessione iudicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem iudice [f] decidatur. Dat. Idib. April. A A. Coss.

Filius venit contra factum matris nisi quatenus sit eius heres. h. d. Vel sic: Pro ea parte qua quis succedit defuncto, pro ea eius repræsentat personam, & eatenus contra factum eius venire non potest. h. d. secundum Bart. & Bal. Vel sic: Contra factum defuncti non venit heres etiā proprio nomine pro hereditaria portione. Salyc.

XIV. *Iidem* AA. & CC. *Septimæ.*

CVm à matre domum filij te sciēte [g] cōparasse proponas: aduersus eū dominiū vindicantem [h] si matri non successit, nulla te exceptione tueri [i] potes. Quòd si venditricis obtinet hereditatem, doli mali exceptione, pro qua [k] portione ad eum hereditas pertinet *, vti non prohiberis [l]. Dat. III. Kal. Iulij. A A. Coss.

In duobus habentibus causam ab eodem domino, melior est conditio eius qui per traditionem recepit. Vel sic: Ille est potior in dominio, cui res prius traditur. licet alius in titulo præuenerit. Bald.

XV. *Iidem* AA. & CC. *Aureliæ Philoxenæ* †.

QVotiens duobus [m] in solidum prædium iure [n] * distrahitur: manifesti iuris est, cum cui priori [o] traditum est, in detinendo dominio [p] esse † potiorem [q]. Si igitur antecedente tempore possessionem [r] emisse [s], ac precium exoluisse [t] apud præsidem prouinciæ probaueris: obtentu non datorum [u] instrumentorum expelli te à † possessione non patietur [x]. Erit sane in arbitrio tuo, precium quod dedisti, cum vsuris recipere [y]: ita tamen, vt perceptorum

b ¶*Ordinarij.* quilibet se possidere cōtendit, & dominum esse, & alter celat rem. primò agendum est ad exhibendum. Secundò verò vtrubi. Tertiò de proprietate. Vindicabat seruos Titius: alius prætendebat se possidere, &c.

c ¶*Iuris est. vt & infra de interdic. l. incerti. & infra fini. regun. l. si quis. & ff. de indi. l. si de vi. & ff. de acqui. posses. l. exitus. & arg. j. de app. l. j.*

d ¶*Quæstione.* scilicet. duplici, proprietatis & possessionis.

e ¶*Exhibitis.* per actionem ad exhibendum, quæ præparat etiam causam possessorij iudicij: *vt hic dicit, & ff. ad exhi. l. iij. §. Pomponius.*

f ¶*Iudice* [b]. ne diuidatur continentia causæ: *vt supra de indi. l. nulli.* ¶Sed nunquid [c] in eodem libello poterit causa possessionis & proprietatis intentari? Ioan. & Azo. indistinctè dicunt quòd nō, & sic indistinctè loquitur hæc lex. 2 Tu dic distinguendum inter ea quæ sunt retinendæ possessionis, & alia quæ diximus. *ff. de indi. l. si de vi.* & sic loquitur hæc lex in interdictis retinēdæ possessionis. 3 Vel hic ab vno vnū, ab alio aliud proponitur. 4 Vide hic plenius de hac materia per Ioannem Fabrum in suo breuiario.

CVm à matre.] CASVS. Scienter à matre mea domum meam emisti, an eam vindicare possim, quæritur? distinguitur: aut successi ei in totum, & in totum repellar: aut in parte, & pro parte qua heres sum, doli mali except. me repelles: si non successi, nec repellar.

g ¶*Te sciente.* idem si te ignorante: *vt supra eo. l. aduersus.* & subaudi, maximè.

h ¶*Dominium vindicantem.* id est rem ratione dominij.

i ¶*Tueri. vt s. eo. l. aduersus.*

k ¶*Pro qua portione.* id est pro quota [d].

l ¶*Non* [e] *prohiberis. vt ff. de regu. iur. l. ex qua persona. & infra de bo. auct. indic. poss. l. si vxor. & supra de nego. gest. l. si ab eo. & infra de libe. causa. l. si ab eod. & ff. de pign. actio. l. solutum. §. solutam.* ¶Et habent hæc locum etiam eo casu quando non præstatur euictio, quia sciens emit, nec fuit stipulatus de euictione: *vt infra de euic. l. si fundum.* Eadem enim est heredis conditio. quæ & venditoris fuit, qui omnimodo posit repelli: *vt infra de fruct. & liti. expen. l. ij. & ff. de diuersis præscriptio. l. cum heres.* ¶Item quod dicit hæc lex in matre, idem dicas & in patre, vt filius heres non posit vindicare: *vt ff. de libe. causa. l. filium.* 2 Alij contra [f], qui dicunt etiam heredem filium posse vindicare: *vt j. de bo. ma. l. j. & j. de bo. quæ libe. l. cum oportet. § non autē.* nam & ipse pater potest conueniri nomine filij, vt legitimus administrator, cū cōtra legem sit venditū: *vt j. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. xi.* multo magis ergo filius, cum plerunq. etiam plus heredi permittatur quàm defuncto: *vt j. de euict. l. fin.* Item sic est in patrono etiam herede liberti, & ex testamento vel ab intestato, qui agit reuocatoria: *vt ff. si quid in frau. pa. l. iii. §. patronum. & §. si intestatus.* 3 Sed prima opinio verior est, nec obstant dictæ leges de bo. ma. & de bo. quæ libe. quia ibi non erat heres. Itē nec quòd ipse pater reuocat: facit enim vt legitimus administrator, quam legitimā administrationem non trāsmisit ad filium. Itē nec suo nomine vindicat filius, quia successit ei qui suo proprio nomine non poterat vindicare. Item nec obstat de patrono, quia etiam in vita non potest diminuere iura patroni libertus. quod in patre non sic, qui liberè alienat. ¶Item quid si in debito bonorū subsidio instituatur heres? Respo. si in re vna quæ continet debitum naturæ, instituatur heres aliis cetē heredibus relictis, loco heredis non est, sed legatarij: *vt j. de heredi. insti. l. quoties.* & ideo vindicare non prohibetur. si verò pro debito naturæ instituatur heres in quota portione, puta tertia, repellitur pro tertia, sed agit contra coheredes quasi eo euicto quod sibi derelictum est: *vt s. de inoffic. testa. l. si ij. mus.* quia non habet debitum naturæ. Si verò instituitur pro dimidia: repellitur pro dimidia fundi, etiam si hereditatis dimidia non habet preciū dimidiæ fundi, vt dictū est, & ad debitum naturę aget contra heredes. ¶Et si obiicitur: filius non potest grauari in quarta: *vt s. de inoffic. testa. l. quoniam in prioribus.* Respo. verum est à patre, sed creditoribus licet vnumquemq. pro parte hereditaria conuenire, vel possidentib. se tueri cōtra heredes pro hereditaria portione.

QVotiens.] CASVS. Vendidisti mihi & tradidisti, & alteri similiter vendidisti: quis nostrum potior sit, quæritur? Dicitur quòd possessor cui tradita est: nec prætextu instrumentorum emptionum quæ non tradidisti, poterit mihi cedere possessionem: & à te precium recuperabit cum vsuris, habita compensatione fructuum quos percepit, & sumptuum vsque ad concurrentem quantitatem. & hoc in secunda. & perinde potiorem esse in vindicatione possessionis, cui prius tradidisti: sicut si mihi & ei donasses, illi autem prius eā tradidisses. & hoc in tertia.

m ¶*Quotiens duobus.* id est diuerso tempore.

n ¶*Iure.* id est in præiudicium suum non teneatur vtrique. 2 Vel iure, id est non dolo. Iure, id est bona fide, vel sine dolo secundum quosdam. Vel iure quantum ad vēdentis præiudicium: non autem iure, quia incidit in legem Corneliam de falsis: *vt ff. ad leg. Cor. de fal. l. qui duobus.*

o ¶*Priori.* nam remansit venditor dominus etiam post venditionem, & ideo erit dominus, qui prius tradidit: *vt hic, & j. de here. ven. l. qui tibi. & infra de his qui à non dominis. l. qui tibi.*

p ¶*Dominio.* id est possessione. sic econtra. *ff. de verborum significatio. l. interdum.* 2 Vel secūdum Placen. dominio, scilicet præsumpto: quia interim eius esse creditur. *argu. infra de probatio. l. ij.* vel constat vendentem dominum esse.

q ¶*Potiorem.* siue agat siue conueniatur.

r ¶*Possessionem.* i. rem possesā emptam per traditionē accepisse.

s ¶*Emisse.* id est quasi possessionem rei emptæ accepisse.

t ¶*Exoluisse.* tractatur enim de directa rei vindicatione hic. & ideo hoc quæritur: *vt instit. de rerum diui. §. vendita.* secus si Publiciana: *vt ff. de Publi. l. de precio.*

u ¶*Non datorum.* id est factorum. 2 Vel dic non datorum instrumentorum, quæ habuit ab actore suo venditor.

x ¶*Non patietur.* Nam non ideo minus valet contractus & traditio. quòd instrumenta non interueniunt: *vt hic, & j. de fide instru. l. cum instrumentis. & de contrahen. emp. l. non idcirco.*

y ¶*Recipere.* omissa præcedenti via, vel excipiendo ab eo qui agit. 2 Vel dic recipere per officium iudicis excipiendo secundum quosdam. 3 Vel dic id est agendo secundum quosdam ex empto re euicta. ¶Sed cū posit retinere excipiendo, & probādo hæc

quæ

a Duobus cōtendentibus de possessione, iudex debet summarias informationes capere vter eorum melius probet ac que ita eum qui fuerit potioris iuris in bere tuendi vice possessoris alterum à possessione prohibere saluo iure vtriusq. partis tam in proprietate quàm in possessione. vide Bald. decis. 9.

† Eutychio. al. Cythio.

Conuer. c. cum dilecta cū Glo. super verbo rāssionentes in ant. & in prin. Glo. sequen. extra de rescrip. & vide ea. cum dilectus cū sua Glo. de caus. pos. & propri.

† v. Menochiū 2. de arbitris centuria 4. Cas. 371. nu. 7. 8.

b v. Glossam quæ ibidem notatur. l. exitus 35. ff. de adq. poss.

c Possessoriū & petitorium an vno & eodem libello possint proponi.

d Hæres tenetur ad debita pro portione qua heredit. est. j. l. j. heredum.

e Atque ita Heres non potest improbare factum defuncti cui successit: j. c. hered. l. quæ à patre. 3. de re. mili. l. 2. 4. & in Pandect. l. si venditum, j. de rebus eorum, nisi fortè factum defuncti sit ita ut fraude eius heres legis beneficio, aut si factum defuncti est iure nullum aut simulatū.

f Filius succedens patri, an possit reuocare rē ab ipso alienatam.

z Filius in debitū bonorū subsidium institutus, an si heres vel legatarius.

* peruenit.

* Ex Cod. Gregoriano et vet. l. quotiens.

* hæc vox erat in omnib. manusc. & ad totius quæst. decisionem valde pertinet.

† Limitā hanc regulam ut per Socinum regula 118. & per Hippolytū de Marsiliis singulari 81. ... Guidonem Papæ decis. 33 & ... al. de ... vtrūque dest.

quæ hic dixit, scilicet se emisse, & precium soluisse, & sibi primò traditam fuisse: videtur non posse agere de euictione: *ut ff. de euictio. l. si rem.* Sed tamen hoc non potest venditor obiicere, cum ipsemet euincit, vel alius qui habet ab eo causam, *ut hic fuit, & ff. de euict. l. vindicantem. in fin. & l. sequ.* 2 Vel dic quod loquitur hic, cum non poterat probare prædicta, licet intercessissent: & sic sine culpa sua euincitur sibi. 3 Vel dic tertiò, conuertit sermonem ad eum cui secundò est tradita. quod non placet.

fructuum [a] ac sumptuum ratio habeatur: cum & si ex causa donationis vtrique dominium rei vindicetis: eum cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conueniat. D. II. Kalend. Octob. AA. Coss.

Quod in communi ædificatur, commune efficitur: sed ædificanti bona fide, expensæ debent restitui. h. d. secundùm Bart.

XVI. *Iidem AA. & CC. Ianuario.*

SI in area communi domum aliquis [b] extruxit, hanc vobis communem iuris fecit ratio: cuius portionem ab eo qui bona fide possidens ædificauit, si velis vindicare, sumptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoueri [c]. Dat. Id. Nouembr. Sirmij, AA. Conss.

Denunciatio facta à domino ne quis emat, constituit emptorem malæ fidei possessorem. Bald.

XVII. *Iidem AA. & CC. Sabino & aliis.*

SI fundum vestrum, vobis per denunciationem admonentibus volentem ad emptionem* accedere, quòd distrahentis [d] non fuerit, non rectè [e] is contra quem preces funditis, comparauit: vel alio modo [f] mala fide contraxit: tam fundum vestrum constitutum probãtibus, quàm fructus quos eum mala fide percepisse [g] fuerit probatum, aditus præses prouinciæ restitui iubebit. Dat. xij. Kalend. Decemb. Sirmij. AA. Coss.

Qui errat in proprietate, non præiudicat sibi in dominio. hoc dicit secundum Iac. But. Baldum. Vel sic: Si dominus aliquid facit in re sua tanquam in aliena per errorem iuris, non præiudicat sibi in proprietate. Paul. de Castro.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Claro*.*

RE tua [h] apud alium manente, proprietatis error [i] nihil tibi nocere potuit, nisi alia [k] contra te causa interuenerit. G. III. kal. Ianua. AA. Coss.

Dominium probatur per indicia & argumenta. Bald. vel sic: Iudex debet omnem speciem probationis admittere, etiam per indicia. Iaco. But. vel sic: Dominium probatur etiam per indicia. vel regulariter. Non minus probent testes, quàm instrumenta. Sal.

XIX. *Iidem AA. & CC. Callistrato.*

INdicia [l] certa †, quæ iure non respuuntur: non minorem probationis, quàm instrumenta continent fidem [m]. Quo iure, si de proprietate domus ambigis, negotiúmque integrum est, vti non prohiberis. G. II. Kal. Ianua. Sirmij. AA. Coss.

Seruus licet detineat, non potest conueniri rei vindicatione. hoc dicit. Idem in monacho: quia debet iudicium cum abbate fundari, non cum monacho. Bald.

XX. *Iidem AA. & CC. Quartillæ.*

NOn seruum [n] quę res tuas detinere adseueras, sed eius dominum de rebus repetendis conueniendum esse perspicis. G. kal. Mart. CC. Coss.

Contra non restituentem in rei vindicatione iuratur in litem. Bal.

XXI. *Iidem AA. & CC. Hetrocli*.*

A Possidẽtib. [o] vĩdicata mancipia, quorum dominiũ ad vos ptinere iẽ ditis, si posteaquã impleueritis [p] intentionẽ [q], hæc non restituantur [r]: iurisiurandi [s]

Gloss:

[a] ¶*Fructuum.* fructus* compensantur cũ vsuris precij soluti. *sic. ff. eo. l. emptor.* Item cum sumptibus: *vt hic subijcit: vt ff. eod. l. sumptus.* ¶Et potes hic distinguere vt diximus *ff. de Publicia. l. fin. §. quod si à diuersis. & concor. ĩ. de proba. l. cum res & de distract. pig. l. qui prædium. & si quis alteri vel sibi. l. multum.* ADDITIO. Aduertas quòd hæc l. non habet locum in concessione rerum spiritualium. Nam in illis ex sola concessione transfertur ius in re, *vt est textus notabilis in cap. si tibi absenti. de præben. lib. vi. & facit cap. fina. de pon. duo. & quod communiter nota. in cap. inter cætera. de præbendis.* Ita dicit Abbas in *cap. continebatur. extra de his, quæ fiunt à præla. fine, &c.* vbi vide alium casum per eundem, & alium vide per Bart. *in l. fin. in fine. suprà de sacrosanct. eccl.* Vide etiam Innocent. & Hostien. *in d. cap. continebatur.*

SI in area.] CASVS. In area mihi & Titio communi ædificasti. cuius erit ædificium, quæritur? dicitur quòd pertinebit ad me & Titium. si autem portionem tuam vindicauero à te possidente, & non sumptus, quos feceris, restituero: obstabit mihi vindicanti doli mali exceptio.

b ¶*Aliquis.* socius vel extraneus, vel bona fide.

c ¶*Submoueri. vt ĩ. de ædi. pri. l. si vt proponas. & ff. de condi. inde. l. si in area. in fin. & ff. de except. do. l. Paulus. & ff. de act. emp. l. Iulianus. & in lit. de re. di. §. si qui in aliena. & ff. de pig. l. Paulus.*

SI fundum.] CASVS. Si tibi volenti fundum meum emere à non domino, denunciaui ne emeres, quia nõ erat vendentis, cum tamen emisti: an ad fundum, & ad fructus, quos percepisti, mihi tenearis, quæritur? Dicitur quòd sic.

d ¶*Distrahentis.* hæc est admonitio.

e ¶*Non rectè.* id est sciens alienũ. ¶Sed quid [b] si non credidit, & sic retinuit bonam fidem? Videtur non nocere admonitio: *vt ff. quod fal. tu. auct. l. y. & ĩ. de rescind. vend. l. si maior. & ff. empto. e. l. alien. pro.* Sed certè imò habetur pro malæ fidei, per l. istam. *& ff. quæ in fraud. cre. ait prætor. §. si quis particeps. & de le. g. præstan. l. virilis. §. pe. & argu. ĩ. de episc. & cler. authen. si captiui. & de epis. audi. auth. liberi.* vbi dicit de huiusmodi attestatione. Nec ob. d. l. quod. fal. tu. aucto. quia non nocet admonitio ibi, scilicet quominus contra falsum tutorem iactantem se tutorem, & sic dolosum, agatur actione in factum: *vt cod. tit. l. nouissime. in princ.*

f ¶*Vel alio modo.* sine denunciatione.

g ¶*Percepisse.* de percipiendis [c] enim non tenetur, *vt hic lauais.* [illegible]

propter titulum quem habet. Sed fallit [a] in quatuor casibus, quibus titulus nõ excusat à percipiendis. 1 Primus. *ff. quod met. causa. l. sed & partus. in prin.* 2 Secundus in eo qui emit in fraudẽ creditoris: *vt ff. quæ in fraudem cred. ait prætor. §. per hanc.* 3 Tertius in eo qui emit cõ legis interdicta sciens: *ut ĩ. ne agri. & censit. l. quemadmodum, in fin. lib. xj.* 4 Quartus in eo qui emit à fisco non solenniter vendente: *vt ĩ. de fide instru. & iur. hast. fi. l. 3. lib. x.* 5 Idem posset dici in eo qui fructus maturos patitur corrumpi, & studiosè.

RE tua.] CASVS. Si rem meam, quam ignorabã meã, tenuisti, & per errorẽ istam conduxi, an mihi præiudicetur, quominus eam vindicem, quæritur? Dicitur quòd non, nisi vsucapta sit vel præscripta, Viuia.

h ¶*Re tua.* & pone exemplum *ĩ. famil. ercisc. l. seruum cõmunem.*

i ¶*Error.* ĩ. *de transactio. l. sub prætextu specierũ.*

k ¶*Alia.* veluti vsucapio vel præscriptio. 2 Item *ĩ. de transactio. l. sub prætextu specierum.* 3 Item *ĩ. loca. l. qui ĩ.* 4 Item ponunt quidam, si præstiti patrocinium vel aduocationem alieni eam vindicanti vel defendẽti; *vt ff. de rei vindicatio. l. inter officium.* ¶Et tunc erit contra. *ff. de inoffi. test. l. fina.* Sed dices quòd hic fuit ignorans: ibi sciens. 2 Vel ibi odio querelæ, & fauore vltimæ voluntatis. 3 Vel hic sciebat ius suum vbique durare: *vt argu. ff. quibus mod. pig. vel hypote. solui. l. sicut. §. non videtur.* ADDITIO. Pone etiã exemplum si fuit iudex, & dedit sententiam pro vindicante: adhuc sibi non præiudicat. quod dic vt in cap. inter dilectos. de fide instru. & ibi tangitur per Innocen. & Io. And. in nouel.

INdicia.] CASVS. Fundum tuum à Titio possidente vindicasti: intentionem tuam per instrumenta probare non potuisti, an aliis probationibus vti possis, quæritur? Respon. quod eum à te petere debeo.

l ¶*Indicia.* id [b] est argumenta: sic dicta, quia rem indicant. Accursius.

m ¶*Fidem. vt infra de fide instrumend. l. in exercendis. & l. j. & ff. de pign. l. contrahitur. & infra de iure dot. l. cum circa.* Sed fallit in casibus: *vt dixi supra de pact. l. pactum quod bona.*

n ¶*Non seruum.* quia in iudicio esse non potest: vt supra de iudi. seruus. nisi in criminibus vbi corporaliter punitur: *vt j. de noxa. l. si seruus. & ff. de accu. l. hos accusare. §. omnibus.*

A Possidentibus.] CASVS. Seruum meum à possidente vindicaui & obtinui: nec restituere vult, quia dolo fecit quominus posset. qualiter mihi succurratur, quæritur? Respond. quòd iuramentum in litem mihi à iudice detur: & iurabo pro quanto nollem seruo carere, & in tanto mihi condemnabitur.

o ¶*A possidentibus.* omnibus.

p ¶*Impleueritis.* supple non posse accipere contra te. Acc.

q ¶*Intentionem.* cessante exceptione.

r ¶*Restituantur.* scilicet dolo.

s ¶*Iurisiurandi.* in litem: *vt ĩ. ff. ad exhib. l. non ignorabit.* quod

---

Margin notes:

a Fructus cõpensantur cũ vsuris & sumptibus.

* al. emtionẽ. antiquo more scribunt sine P.

b Denunciatione quis emit rem talẽ, in faciat rem perire pol feslurero malæ fidei.

c Titulus in fin. regulari ter excusat à fructibus percipiendis: [illegible] Gl. sed [illegible]

a Fructus percipiẽdi in quatuor casibus debet restitui etiam ab habẽte titulum. Idem docemus regula, malæ fidei possessor de percipiendis fructibus propter titulũ excusatur. Clemẽtis. 14.

* Celaro.

† cætera est legendum, quæ est vera huius loci lectio, quamuis desit vtrumque in quibusdam libris Cont.

* al. Herodi. al. Ierodis. al. Ierocle.

b v. Bald. in l. fin. post de rei. j. de probationibus. vbi explicat, quid sit iudicium, & qui eius effectus. Per quos testes probetur iudicium, v. Innocent. c. sicut. extr. de simonia. An ex indubitatis iudiciis possis quis condẽnari plenissime Boetius in præsi criminali titulo de indiciis & considerationibus antequam torturam.

solenniter defertur, sc. à iudice. s. in hac actione & in cæteris arbitrariis: vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus in prin. & l. videamus. §. pen.

a ¶ *Procedere*. si res non sit præsens. aliàs manu militari aufertur possessio: vt s. eo. l. dominum. & ff. eo. l. qui restituere. Sed certe idem si sit præsens. ¶ Sunt ergo [a] quatuor auxilia contra nō restituentē. scilicet manus militaris quod res est p̄sens. 2 Itē iuramētū in litē quando sc. dolo desiit possidere. 3 Item ad interesse, quando per culpam. 4 Item ad verā rei æstimationem. & hoc plenè no. ff. eo. l. qui restituere. & l. sequ.

a Possessor nō restituens, quatuor remediis compellitur.

solennitate secuta, condemnatio procedere [a] debet. Petita. VI. Id. Octob. cc. Coss.

Malæ fidei possessor tenetur de fructibus perceptis & percipiendis: bonæ fidei, de extantibus: sed post litem contestatam de omnibus. h. d. secundùm Iacob. & Bald.

XXII. *Iidem AA. & cc. Diodoto* [*].

CErtum † est malæ fidei possessores [b], omnes fructus [c] solere cum ipsa re præstare, bonæ fidei [d] verò, extantes [e]: post litis autem contestationem, vniuersos [f]. Dat. III. Kal. Noueb. cc. Coss.

Vindicanti rem propriam, necessitas offerendi precij non incumbit. Bald. Vel sic: Emptori rei non restitutur precium in vtilitatem vindicantis non conuersum. Salyc.

XXIII. *Iidem AA. & cc. Magnifero* [*].

SI mancipium tuum per vim vel furtum ablatum, alij ex nulla iusta causa distraxerunt: vindicanti tibi dominium, soluendi precij [g] nulla necessitas irrogetur. X. Kal. Decemb. cc. Coss.

Sine iusto titulo vsucapio vel præscriptio non procedit. Vel sic: Res vindicationi non præscribitur longo tempore ab eo qui non habet titulum. Bald.

XXIIII. *Iidem AA. & cc. Iuliano.*

NVllo iusto titulo præcedente possidentes, ratio [h] iuris quærere dominium prohibet. Idcircò cum etiam vsucapio cesset, intentio dominij nunquam absumitur. vnde hoc casu postliminio reuerso, citra beneficium actionis rescissoriæ directa [i] permanet integra vindicatio. G. X. Kalend. Decemb. cc. Coss.

Descriptio in censum non facit quem dominum. Baldus. Vel sic: Soluens pro alio pensionem publicam, rei dominus non efficitur. Salyc.

XXV. *Iidem AA. & cc. Eugenio* [*].

SOlennibus pensionibus [k] rei pro alio satisfacientem, non interueniēte venditione [l], solutionis causa minimè dominum facit [m]. Dat. XVI. Kal. Decemb. Nicomediæ. cc. Coss.

Litis contestatio præscriptionem longi temporis interrumpit. hoc dicit. Vel sic: Possessio post litem contestatam continuata, non prodest possidenti ad præscriptionem. Bald. & Salyc.

XXVI. *Iidem AA. & cc. Heliodoro* [*].

MOræ litis [n] † causam possessoris non instruunt ad inducendam longæ possessionis præscriptionem, quæ [o] post † litem contestatam in præteritum æstimatur. Dat. Idib. Decemb. cc. Coss.

Titulus sine traditione non est causa transferendi dominij. Bald.

XXVII. *Iidem AA. & CC. Philadelpho.*

SEruum [*] emptor non traditum sibi præsentem [p] vindicare [q] non potest [r]. G. XII. Kal. Ian. Nicomediæ. cc. Coss.

Non curamus de iure possessoris si non constat de iure petitoris. Bald. Vel sic: Actore non probante, reus debet absolui, siue possideat iuste siue iniuste. Salyc.

XXVIII. *Iidem AA. & CC. Sopatro.*

REs † alienas possidens, licet iustam tenendi causam nullam habeat, non nisi suam intentionē implenti [s] restituere cogitur [t]. Dat. VIII. Kal. Ian. cc. Coss.

CErtum.] CASVS. Si fundum meū à non domino sciēs emisti: post restitutionē rei ad fructus teneris non solùm extātes, sed etiam cōsumptos: bonæ fidei autem possessor ante litem contest. ad fructus extantes. & hoc in secunda parte. post autem litis contestat. omnes restituētur. & hoc in tertia.

b ¶ *Possessores*. etiam [b] titulo. 2 Vel dic secūdum H. cum titulo: vt statim patebit.

c ¶ *Fructus*. s. perceptos: vt s. eo. l. si fundum. & j. de condic. ex le. l. mala fide. Acc.

d ¶ *Bonæ fidei*. cum titulo vel sine titulo.

e ¶ *Extantes*. consumptos verò lucratur, nisi in duobus casibus, quos habes. ff. eod. l. emptor. & l. sumptus.

f ¶ *Vniuersos*. quia [c] malæ fidei incipit esse quo ad fructus post litem contest. vt & s. tit. l. j. ¶ Et dicas hic distinctionem quam habes. ff. eo. l. & ex diuerso in prin. in glo. quæ incipit, etiam perceptorum.

SI mancipiū.] CASVS. Mancipiū surripuisti mihi: vel abstulisti & vendidisti: an ab emptore vīdicare possim nō oblato precio, quæritur? & dicitur quòd sic. Viuia.

g ¶ *Soluendi* [d] *precij*. vt s. eo. l. mater. & j. ad Velleianum. l. si sciens. & j. de furt. l. inciuile. & ff. quæ in fraud. credit. l. si debitor. ¶ Sed contra. s. quod metus cau. l. iij. Sol. vt ibi.

NVllo iusto.] CASVS. Si rem meam sine titulo possedisti, nec triennio nec decennio quæsisti tibi dominiū [e], an mihi reuerso ab hostibus detur directa vindicatio, cessante beneficio actionis rescissoriæ, quæritur? Respond. quòd sic.

h ¶ *Ratio*. vt j. de præscrip. lon. temp. Iustius. & de vsuca. pro herede. l. si. & ff. famil.ercisc. l. seruum. & j. ne de sta. defun. l. j. pen.

i ¶ *Directa*. vt j. de postliminio reuer. l. ab hostibus.

SOlennibus.] CASVS. Si prædium fiscale possedisti, & in solutione pēsionis cessasti: alius autem nomine tuo pluribus annis soluit quod soluere debuisti, & fisco satisfecit: an videatur sibi qsitū dominiū, quæritur? Resp. quòd nō, nisi fiscus solenniter pro solutione sibi facta prædium ei vendidisset. Vel pone casum, vt in glos.

k ¶ *Solennibus pensionibus*. quidā possidebat fundum, de quo non satisfecit fisco in pensione, alius pro eo satisfecit per duos annos, non acquirit dominium.

l ¶ *Interueniente venditione*. scilicet fiscali, quæ à procuratore fisci solet fieri debitore cessante.

m ¶ *Facit*. vt ff. de acquir. rerum do. l. quæ quisque & j. de donatio. l. si functiones. & l. censualis. & j. de act. empt. l. si pater tuus. §. vlt. & arg. j. de pig. l. res obligatas. licet secundū Ioan. præiudicium generetur ei ad quē res pertinet, si sciat & patiatur lōgo tempore. ADDIT. Guil. de Cu. & alij doct. dicūt cōtra, quia simplex patiētia cū sciētia non est causa perdendi dominium, quòd est magni præiudicij: sed in eo quod est modici præiudicij, bene noceret: argu. s. tit. j. l. si filius. & per Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Paul. de Cast. hic.

MOræ.] CASVS. Si fundum ad me pertinentem per ix. annos & dimidium possedisti demum cum incepi vindicare, & litē pendente completum fit decennium, an tempus quod currit post lit. contest. tibi proficiat quo magis videaris præscriptionem cōpleuisse, quæritur? Respond. quòd non.

n ¶ *Moræ litis*. i. dicere, post litem contestatam non procedit præscriptio, quanquam lis duret anno vel plus: sed tunc inspicimus in præteritum an sit finita vel non. nam si non est finita, non finietur amodo. Item hoc est verum si fiat lis contra præscribentem. si autem fiat contra aliū, non nocet, cum sit ciuilis interruptio: vt ff. de diuersis præscript. l. intra. secus in naturali: vt ff. de vsuca. l. naturaliter. Item hoc in præscript. x. vel xx. annorum loquitur, secus in vsucapione triennij, quæ currit etiā post, licet non cum effectu: vt ff. pro empt. l. j. in fin. & ff. eod. l. si post. ¶ Et not. ex hac. l. agenti [a] non currere præscriptionem longi temporis: vt & j. de præscrip. long. temp. l. nec bona. & s. de inoffic. testa. l. contra maiores. & ff. de mixtri. l. intra. ADDITIO. Per hanc. l. docet. Bar. in l. censibus. in vltima repetitam. ff. de vsucap. practicam quandam. hanc scilicet, scis quòd articuli producuntur post litis contestationem, & testes etiam examinantur. facias quòd articulus tuus concludat quòd tu possedisti x. annis & vltra, ante litem contestatam. Nam si probares possessionem. x. annorum post litem contestatam, nihil probares. Ad hoc no. hanc. l. quæ melius dicit quàm aliqua de mundo secundum eundem Bar. hic.

o ¶ *Quæ*. scilicet præscriptio.

p ¶ SEruum] *Præsentem*. id est præsentialiter.

q ¶ *Vindicare*. & hæc est ratio, quia [b] rei vindicationi intendens, habere debet dominium.

r ¶ *Non potest*. vt ff. eo. l. si ager. & ff. de actio. empt. l. Quæritur. & j. de hered. vend. l. qui tibi. & de distra. pig. l. prædium. & ff. de acquir. vel amit. poss. l. si ex stipulatione, & s. de pac. l. traditionibus. Sed hoc fallit [c] in ecclesia & ciuitate: vt s. de sacrosanct. eccle. l. fin. 2 Item aliud est in vltimis voluntatibus: vt ff. de fur. l. a Titio.

REs alienas.] CASVS. Si rem alienam interueniente iusta causa possedit quis: in illam vindicanti mihi, & non probanti eā esse meam, cogatur restituere, quæritur? Respon. quòd non.

s ¶ *Implenti*. i. probanti se dñm vel quasi: vt j. de proba. l. sine possidetis.

t ¶ *Cogitur*. vt & s. de eden. l. qui accusare. & de iure fisc. l. extat

decretum

decretum. & Instit. de interdic. §. commodum & j. de excep. l. si quidem. & j. de probatio. l. ij. & j. de lib. caus. l. non ideo. & infra de act. & obliga. l. neg. soles. & 3. tit. prox. l. cogi.

DE VSVFRVCTV, ET HABItatione, &c.

De dominio corporalium dixit. Sequitur de dominio incorporalium. Vel sic: dictum est supra de dominio corporalium rerum: nunc tractare intendit de dominio incorporalium rerum. & præmittit de vsufructu & habitatione & ministerio seruorum, quia in eis quædam specialia obtinent (vt ex sequentibus patebit) quæ in seruitutibus aliis non seruantur. Azo.

SI vsufructus.] CASVS. Mulier pro voluntate sua instituto herede marito, vsumfru. omnium bonorum & eorum quæ vsu consumuntur, legitimè reliquit, an à debitoribus hereditatis petere pecuniam possit, nisi prius satisdederit de tãta pecunia restituẽda si moriatur, vel capite minuatur? Respo. quòd non, etiam si ei testatrix onus satisdandi remisisset.

a ¶ *Vsusfructus.* Vsusfructus[b] est ius vtendi fruendi salua rerum substantia. Impropriè[c] quoad ea quę vsu consumuntur, sed propriè ad ea quæ vsu non cõsumuntur: *vt Institut. eod. §. constituitur.* sicq. verbum[d] semel potũ, propriè & impropriè ponitur. *vt ff. de officio proconsul. l. ij.*

b ¶ *Solutam.* scilicet heredibus.

c ¶ *Poteris.* s. ab heredibus. & idẽ de aliis quæ vsu consumuntur.

d ¶ *Senatusconsulti.* fauore hereditatis, & non fauore legis vel testatoris.

e ¶ *Cautione.* s. de tanta pecunia restituenda si moriatur vel capite minuatur: *vt ff. de vsufructu ea. re quæ vsu consu. l. ij. & ix.* ¶ & [e] hæc cautio remitti[f] non potest, sicut nec illa, se vsurum & fruiturum arbitrio boni viri, & finito vsufructu restituturũ. Sed satisdatio legatorũ sic. *vt hic, & j. vt in possess. legat. l. ii. & l. sciẽte.* Et est ratio, quia hæc vltima remissa nõ præstat occasionẽ delinquendi vt superiores. Item illa de vsufructu magis formandi vsusfructus gratia, quàm seruãdæ vltimæ voluntatis est inuenta. ¶ Sed an heres potest remittere? Quidam, quòd non: *vt ff. de reg. iur. l. heredem.* Sed certè illa regula hic fallit: *vt ff. ad legem Falci. l. quod de bonis. §. j. & §. fi. & l. potest.* ¶ Item quomodo fit contra voluntatem: *vt in auth. de nup. §. disponat. coll. iiij.* Sed R. videtur dicere, quòd leges locum non habeant, quod non potest: *vt ff. de leg. j. l. nemo potest.* ¶ Item an hæc cautio sit de substantia[g] vsusfructus, dixi *ff. eo. l. j.*

VErbis.] CASVS. Si mihi in fundo vsumfructum legasti, an Titio proprietatem possis obligare, quæritur? Respond. quòd sic.

f ¶ *Verbis testamenti.* continebatur ibi, vsumfructum tibi lego.

g ¶ *Obligare.* item & vendere: *vt ff. de vsufru. leg. l. fundi Trebatiam.* Accur.

SI patri.] CASVS. An vsufructuarius decedens vsumfruct. trãsmittat ad heredes, quæritur? Respon. quòd nõ, sed morte fructuarij vsusfru. cum proprietate consolidatur. & hoc in prima. An autem proprietario decedente vsufructuario superstite extinguatur vsusfructus? dicitur quòd non. & hoc in secunda.

h ¶ *Regredi solet.* *ff. eo. §. fi. & ff. qui. mo. vsusfruct. am.*

i ¶ *Non tollitur.* Fallit[h] hoc secundum Pla. in vsufructu quẽ habet pater in rebus obuenientibus filio ex materna linea: quod falsũ

Marginal notes (left): [a] al. restamento exegi. — ¶ Frustra hic additur, vsus, quã nulla sit tum hoc titulo de vsu lo quatur. Cont. — h Vsusfructus quid est. — c Vsusfructus earum rerum quæ vsu consumuntur impropriè, sed nec ipso iure constituitur. — d Verba propriè & impropriè sumi possunt. — e Cautiones quædam remitti possunt, & quædam non. — f Cautio est de rerum quæ consumuntur ab vsufructuario prestanda, & de substantia aliarum rerum est de natura. — h Vsusfructus quem habet pater in adue ntitiis filij, non quomodo finiatur morte filij.

TITVLVS XXXIII.

DE VSVFRVCTV † & habitatione, & ministerio seruorum.

Cautionem quam vsufructuarius præstare debet, testator non potest remittere, & ante eam præstitam vsufructuarius pro vsufructu vel quasi non potest actionem intentare. h. d. & est lex multum not. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Posidonio.

SI vsusfructus[a] omniũ bonorum testamento vxoris marito relictus est: quamuis cautionẽ à te prohibuerit exigi[*], tamen non aliter à debitoribus solutã[b] pecuniã accipere poteris[c], quã oblata secundum formã senatusconsulti[d] cautione[e]. P.P. G. Kal. Octob. Anulino & Frontone Coss.

Dominus potest proprietatem suã obligare, licet alius habeat vsumfructum. Bald.

II. Iidem AA. Felici.

VErbis testamenti[f] quæ precib. inseruisti, vsumfructum legatum tibi animaduertimus. Quæ res non impedit proprietatis dominum obligare[g] creditori proprietatem, manente scilicet integro vsufructu tui iuris PP. VI. Id. Maij. Antonino A. II. & Geta. II. Coss.

est: vt j. de bo. ma. l. ij. & infra ad Tertul. l. fin. §. fin autem. Sed fallit cum pater habet filium emancipatum, & ex eo nepotes, nam filio mortuo succedit pater cum nepotibus in virilem portionem vsusfructus: non autem totum habet: *vt j. de bo. ma. l. penul. §. quod si nepotes.* 2 Item fallit cum habeo solum filium, & ipse moritur non relictis liberis, nec fratribus nec matre. 3 Item fallit hodie per authenticã cũ succedit ascendens cum fratribus: *vt in authentic. de heredi. ab intesta. §. si vero cum ascendentibus. colla. ix.* ADDITIO. Dic secundum Pau. de Cast. hic, quòd istæ fallentiæ glo. non sunt bonæ: quia in illis non propter solã mortem proprietarij extinguitur, sed ex eo quòd proprietas venit ad vsufructuariũ: vnde non potest amodo dici habere vsumfructum formalem, quia cum sit seruitus, non cadit in re propria, cum illa non possit domino seruire: *vt in l. vti frui. in princip. ff. si vsusfruct. pe.*

Vsusfructus patris non transit ad filium. hoc primo. Morte proprietarij non finitur vsusfructus fructuarij. hoc secundo. Vel sic: In vsufructu perdendo attenditur mors vsufructuarij, non proprietarij. Bald.

III. Imp. ANTONINVS A. Antoniano.

SI patri tuo vsusfructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet: cum morte eius cui fuerat legatus, vel alio modo acquisitus, ad proprietatem regredi soleat[h]. Vsufructuario autem superstite, licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius vtendi fruendi non tollitur[i]. PP. III. Kal. Aug. Antonino. A. iiij. & Balbino Coss.

Ex quacunque causa competat vsusfructus, habet cauere vsufructuarius[a] quòd vtetur & fruetur arbitrio boni viri. h. d. secundum. Iac. But. Bal. & Salyc.

IV. Imp. ALEXAN. A. Verbitio.

VSufructu constituto, consequens est vt satisdatio boni viri[k] arbitratu † præbeatur ab eo ad quem[*] id commodum peruenit, quòd nullam[l] læsionem ex vsu proprietati afferat. Nec interest, siue ex testamento[m] siue ex voluntario contractu[n] vsusfructus constitutus est PP. G. Id. Mart. Alexãdro A. II. & Marcello Coss.

VSufructu.] CASVS. In fundo tuo vsumfruct. mihi legasti; an vti frui possim ante quam satisdem boni viri arbitratu, ne proprietatem lædam, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in prima. nec refert quantum ad satisdationem præstandam, fuerit vsusfru. legatus, vel inter viuos constitutus.

k ¶ *Boni viri.* idoneis fideiussoribus datis secundũ arbitriũ boni viri, hoc[a] tamen fallit in casib.[b] vbi non satisdatur: vt cum relinquitur fisco: *vt ff. vt leg. vel fideicommiss. no. ca. l. 2. §. si ad fiscum.* Item quando habet pater in bonis filij: *vt infra de bo. quæ libe. l. cum non solum. §. vbi. & §. hoc procul dubio.* 3 Item in tertio, quando vsusfructus purè legatur, sed proprietas ex die & ad diem. 4 Item multò magis si relinquitur proprietas, quandocunque vsusfructus finietur. quia his casibus verisimiliter quisque vt re sua vtitur: *vt ff. vsufr. ad lea. quemadmodum cau. l. si vsusfructus mihi. §. illud. & §. planè.* ¶ Sed eo casu quando debet satisdare, quid erit[c] si non potest & velit iurare super eisdem? dicunt quidam sufficere: *vt argu. infra de adser. tol. l. j. §. super.* 2 Alij dicunt sequestrandum: *vt infra de agri. & cen. l. litibus. lib. xi.* 3 Tertij dicunt quòd certum quid promittat proprietarius vsufructuario, scilicet nomine vsurarum vsque ad tertiam centesimæ: *vt infra de secun. nupt. l. hac ed ictali. §. his illud.* sed non placet, & est speciale in matre. 4 Dic ergo quòd non habet vsumfructum: *vt ff. de vsufru. lega. l. vxori.* ¶ Sed op. Institu. *de here. instit. §. impossib. in.* Sed dic illum. §. habere locum vbi naturæ vel iuris est impossibilitas, secus si facti tantum: *vt ff. de verbo. obliga. l. continuus. §. illud.* ADDITIO. Dicit Barto. hic sic posse distingui. Aut persona vsufructuarij est suspecta, & tunc res debet sequestrari, secundum formam *l. postquam. §. imperator. ff. vt le. no. ca.* aut non est persona suspecta & tunc committetur iuratoriæ cautioni, *argu. l. j. §. super. in fi. & infra de adse. tol.*

l ¶ *Quod nullam.* Item de restituendo: *vt ff. vsufruct. quemadm. caue. l. j. §. habet autem.*

m ¶ *Ex testamento.* quantum ad satisdationem præstandam. interest tamen quo ad alia quandoque: *vt ff. eo. l. vij. in princ. & ff. qui. ad. seru. am. t. l. si pater. em. §. fi.* ¶ Item not. duobus modis constitui vsumfructum. Constituitur & tertio[d], scilicet super iudicio familiæ erciscundæ: *vt ff. fam. ercisc. l. puto. & ff. eo. l. vj. §. j.*

n ¶ *Ex voluntario contractu.* scilicet inter viuos.

Marginal notes (right): a Adde Goldonem Papæ q. 145. vbi definit cautionẽ hanc præstandam esse per vxorem, eamque fieri sub iureiurando, fideiussoribus non sufficere hoc casu iuratoriam cautionem. — † arbitrio. — * apud quẽ. — b Vsusfructus ius non semper est satisdatione onerandus. — c Vsufructuarius si non potest satisdare, quid erit. — d Vsusfructus tribus modis constituitur, testamẽto, cõtractu, & iudicio familiæ erciscundæ.

Si pater.] CASVS. Vsumfruct. fundi legauit maritus vxori vsq. ad annos pubertatis filij sui impuberis: ipso facto pubere nihilominus vxor sciens vsumfruct. percepit: an fructus illius temporis quod fluxit post pubertatē, filius à matre petere possit, quęritur: & dicitur quòd sic.

a ¶ *In tempus.* id est vsque ad tempus.

b ¶ *Perceptos.* Not. perceptos. Est ergo speciale in[a] matre propter maternam pietatem, vt de percipiendis non teneatur secundum quosdam. Sed argu. contra. ℑ. *de vsur. l. si mater.*[b] vsurę enim vicem fructuum obtinent: *vt ff. de vsur. l. vsura.* vnde ex iure communi videtur teneri de percipiendis: *vt ff. de rei vindi. l. si nauis. §. generaliter.*

a Vsufructuario etiam matre tenetur restituere fructus quos percepit, post finitum vsumfructum.

b Vsuræ vicē fructuum obtinent.

Vsufructuarius fructus perceptos post tempus vsui fructui adiectum tenetur restituere. Bal. Vel sic: Vsusfructus potest relinqui vsque ad tempus: quo finito, fructus postea percepti debent proprietario restitui. Salyc.

v. *Idem A. Eucrato & aliis.*

SI pater vsumfructum prædiorum in tempus [a] vestræ pubertatis matri vestrę reliquit: finito vsufructu postquam vos adoleuistis, posterioris temporis fructus perceptos [b] ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciens de alieno percepit. PP. Kal. April. Alexandro. A. II. & Marcello Coss.

Maritus vsumfructum in dotem recipiens, proprietatem obligare non potest: idem si proprietatem inæstimatam in dotem recipiat. Si verò rem æstimatam in dotem recipit, obligare eam potest. h. d. secundum Bald.

VI. *Idem A. Stratonica.*

INterest [c] †, vsumfructū solum maritus tuus in dotem acceperit, an proprietas [d] quidem doti data sit, verùm pactum intercessit, vt moriente eo tibi eadem possessio redderetur. Nam vsufructuarius quidem proprietatem pignorare non potuit [e]. Qui autem proprietatem æstimatam in dotem accepit, non ideo minus obligare eam potuit, quoniam soluto matrimonio restituenda tibi æstimatio eius fuit [f] PP. Kalend. Iul. Agricola & Clementino Coss.

Modica expensa pertinet ad vsufructuarium: magna à proprietario repetitur. Bal. Vel sic: Modica impensa spectat ad fructuarium: magna ad proprietarium. Salyc. & Pau. de Cast.

VII. *Imp. GORDIANVS A. Vlpiano milit.*

EVm ad quem vsusfructus [g] pertinet sartatecta suis sumptibus præstare debere, explorati iuris est. Proinde si quid vltra quàm impendi debeat [h], erogatum potes [a] docere: solenniter reposces [i]. PP. kalen. Febru. Ariano & Pappo Coss.

Vsusfructuarius vel eius heres nō præscribit proprietatem. Bald.

VIII. *Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Etheroni.*

NEq. fructuariū ad obtinēdam proprietatē [k] rerum quarū vsumfructū habet, neque successores eius, vlla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit [l]. VI. Kal. Iul. AA. Coss.

Vsufructuarius, vel ille cui relictæ sunt operæ, serui alienandi facultatem non habet. Bald.

IX. *Iidem AA. & CC. Auxanusæ †.*

VSufructu matri tuæ prædiorum & mancipiorum relicto, tam alienatio, quàm manumissio interdicta est [m]. Sanè mancipia quorum testamento ministerium [n] matri relictū est: cum in his dominium non habeat: nec tradendo cuiquam, nec manumittendo ad testatoris heredem pertinentia [o], quicquam facit. Dat. Kalend. Decemb. AA. Coss.

Morte domini non extinguitur locatio vsusfructus. h. d. secundum Bar. & Bal. Sal. dicit quod hoc summarium violat literam, licet in se sit verū, sed alia est gloss. secundum quā sic summatur. Morte conducentis vsumfructum, finitur vsusfructus. Salyc.

X. *Iidem AA. & CC. Pomponio.*

SI domina [p] proprietatis vxori tuæ vsumfructum locauit [a] sub certa annua præstatione: morte conductricis, ei quæ locauit, etiam vtendi fruendi causa non est deneganda. XIII. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. Coss.

Interest.] CASVS. triplices ponit hæc. l. quos vide vt in gl. proxi. Et pro declaratione huius. l. dic secūdùm Pau. quòd aliquādo nec proprietas nec vsusfructus datur in dotem, sed dantur ipsi fructus percipiendi ex tali fundo (nam longa est differentia [c] inter vsumfructum [d] qui consistit in re, & fructus qui sunt corporales res: *vt l. vsufr. ff. de vsuf.*) Isto ergo casu [e] cum dantur fructus percipiendi ex tali fundo, quid iuris? *vt ff. de pact. do. l. si conuenerit.* Nam maritus illos fructus non lucratur: sed duntaxat vsum eorum habet: & solum matri tenetur restitue re precium eorum. Sed quando datur vsusfr. vel plena proprietas, lucratur fructus propter onera matrimonij, nec valeret pactū factum in cōtrarium, secundùm Pau.

c Differentia vsusfructus & fructus.

d Vsusfructus in rem consistit, fructus ipsæ res.

† Sic in vetustissimis, at in quibusdam recentioribus legitur. interest an vsumf.

e Doti datis fructibus percipiendis ex tali fūdo, maritus fructus non lucratur: sed duntaxat eorum habet vsum & solum eo pretio tenetur restituere pretium: secus si vsusfructu tale fundi detur ei vti in dotem hoc enim casu fructus lucratur propter onera matrimonij.

c ¶ *Interest.* Tres ponit casus, scilicet cū vsusfructus est datus in dotem. 2 Vel proprietas plena data est inæstimata, vt viro defuncto redderetur. 3 Tertius si æstimata data sit. ¶ Est ergo differentia inter primum & secundum, cum primo [f] iure communi non possit proprietatem obligare, cum non sit suarti: ℑ. *quæ res pign. oblig. poss. l. qui filios.* Secundò [g] iure speciali: scilicet propter legem Iuliam fundi dotalis: *vt Institut. qui. alie. li. in princip.* secundùm Ir. licet hic non respondeat eidem secundo casui. 2 Vel dic differentiam notat inter duos primos ex vna parte, & tertium ex altera; vt primis duobus non possit obligare, licet diuersis rationibus tertiò sic. 3 Alij dicunt quòd hæc lex ponit quinque casus. quod non potest esse: de quatuor verò satis dici posset. Accur.

f Dotis proprietatem vsufructuarius eiusdem maritus obligare non potest.

g Doté inæstimatā acceptam maritus obligare non potest ob legem Iuliam fundi dotalis secus si æstimatā ei data.

h Aestimatæ & inæstimatæ dotis, differētia.

I Vsufructuarius nō potest obligare proprietatem.

d ¶ *An proprietas.* plena & inæstimata [h], vel æstimata ad hoc, vt sciatur sit deterior vel non: *vt infra de iure do. l. si inter virum.* Posset hic addi, an verò nuda proprietas.

e ¶ *Potuit.* sc. iure communi: sed contra [i] *ff. de vsur. l. fin. & de ve. in. l. fructus.* Solu. illæ loquuntur in dominio rei. Vel dic quòd vsumfructum potest obligare vt ibi, sed non proprietatem vt hic.

f ¶ *Eius fuit.* Sed quid si datus fuit inæstimatus, sed electionem habeat maritus, vtrum æstimationem, an fundum velit restituere. Dicam tunc eum fundum posse obligare: *vt ff. de fundo do. l. erit. & l. quòd si fundus.* Aliud econtra si mulier habet electionem: *vt infra de fun. do. l. j. & dicta l. quod si fundus.* Acc.

Eum ad quem.] CASVS. Vsumfructum domus mihi legasti: modica impendia sustinere debeo in reficiendo, ne modica refectione deficiente, ligna & talia pereant. Sed si in ea plus impendi quàm ad me pertineat, an à domino proprietatis repetere possim, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.

g ¶ *Vsusfructus.* refert[a] an gratia fructuū fiat, aut gratia rei: *vt ff. de impen. in re. do. fa. l. iij.*

g ¶ *Vsusfructu.* *vt ff. ea. l. vsufructu legato. §. fin. & l. hactenus.* & nisi reficiat, potest à domino prohiberi vti frui: *vt ff. de damno infec. l. hoc amplius. §. fi. & l. sequen.* nisi velit vsumfructum relinquere: *vt ff. e. l. cum fructuarius.*

h ¶ *Impendi debeat.* id est quàm expendi sit necesse.

i ¶ *Reposces.* scilicet actione [b] negociorum gestorum tu fructuarie cum ob perpetuam rei vtilitatem impenderis, non gratia fructuum, poteris quidē repetere, licet non in totum: *vt ff. de impen. in re. do. fa. l. iij. §. nos, & ff. de furt. l. inter omnes. §. j.* Vel loquitur in proprietario, si gratia rei vel fructuum impendit: *vt ff. eod. l. si absente.*

a Expensarū fructuū & rei gratia factarum differentia.

* potest docere.

b Vsusfructuarius expensas magnas reperit a proprietario actione negotiorum gestorum. sed hoc modo in fundum inæd.

† Anthusæ. Al. Auxanusæ.

Neque fructuariū.] CASVS. Si mihi & heredi meo in fundo vsumfruct. legasti. & illum. x. vel xx. an. percepimus: an spatio longi temporis sit nobis acquisita proprietas, quæritur? Respon. quòd non, nec domino proprietatem suam vindicanti, obstabit longi temporis præscriptio.

k ¶ *Proprietatem.* & hoc quia suo nomine non possidet.

l ¶ *Præscriptio munit.* tum quia [c] non possidet ciuiliter: tum quia scit alienam: *vt Instit. per quas perso. no. ac. §. fructuarius. & ℑ. de præscript. xxx. an. l. male.*

* Id est locauit.

c Vsufructuarius non potest præscribere proprietatem, quia tum possidet non ciuiliter, tum alienam esse scit: bendum, haec quia tamen de acquirendo dominio Dy. regula in 6.

¶ Et not. quòd dicit ex eą causa: quia secus si interuertisset, & dominum non admisisset. nam ex tunc. xxx. an. præscriberet, sicut & fur: *vt ℑ. de anna. excep. l. j. & ℑ. de præscript. xxx. an. l. si quis emptionis. §. j. & ij.*

Vsufructu.] CASVS. Vsusfruct. quorundam prædiorum & mancipiorum est matri nostræ legatus, an ea alienare vel manumittere possit, quæritur: Dicitur quòd non, & hoc in prima. Idē est si ministerium alicuius serui ei legasti, quia eum nec manumittere, nec alienare poterit. & hoc in secunda.

m ¶ *Interdicta est.* generaliter, non specialiter, id est per iudicem: vt fit illis quibus bonis interdicitur.

n ¶ *Ministerium.* ministerium eius accipitur serui, cuius nullæ sint in artificio operæ, vt mediastini.

o ¶ *Pertinentia.* scilicet mancipia.

p ¶ *Si domina.* Duobus modis pone casum. Primò, domina locat vsumfructū: si moritur domina locatrix, nō extinguitur vsusfructus: *vt hic, & ℑ. eo. l. si patri.* & secundum hoc ponitur conductricis, id est locatricis. & locauit, id est conduxit. vel etiam

d Vsusfructus non extinguitur morte domini locatricis vsumfructum.

etiam ex alio contractu concessit: vt & ff. de actio. empt. l. veteres. & l. idem est. secundùm M. & nihil est contra. 2 Alij[a] dicunt quòd si moritur fructuaria quæ conduxit, redit quidem ad dominium, & extinguitur quantum ad fructuarium, & consolidatur. & sic omnia propriè ponuntur. & illud etiam, superabundat. vt hic, & infra eod. §. finitur. & supra eod. l. si patri. circa medium. ¶ & secundùm hoc est contra ʃ. de iure dot. l. si ʃ̃ocrus. & ff. de pericu. & commod. rei ven. l. quòd si pendente. alia inopit, necessario. §. finali. Sed his legibus fructuaria locauit, vel vendidit. vnde non conductricis vel emptricis morte finitur, sed locantis & vendentis. in hac autem l. nomina locauit etiam secundùm vtrunque casum. 2 Item eidem secundæ positioni est contrarium ʃ. locati. l. v. alw. b Solu. ibi in conductione proprietatis dicit transire ad heredem: hic vsusfructus erat locatus. secundùm Azo.

H *ab tatio.*] CASVS Si habitationem in domo mihi legasti, & decessi an eam transmittam ad heredem, quæritur? Dicitur quòd non, sed morte finitur. & hoc in prima. nec si proprietatem domus legaui, in qua habitationem habui, quominus eam vindicare possis, domino nō præiudicaui. & hoc in secunda.

a ¶ *Morte finitur.* vt ff. de vsu. & habita. l. si habitatio. & ff. de capi. dimi. l. penult.
b ¶ *Excludit. argu.* b ʃ. de iure do. l. ses quarum.

A *Mbiguitatem.*] CASVS. Si vxori vsumfructum alicuius fundi legasti vsque ad xij. annum filij tui, & filius tuus ante xij. annum ætatis decessit, an in vlterius tempus quàm vsusfruct. erat relictus extendatur? Dicitur quòd non, nec refert siue filius ad eam ætatem peruenerit, siue non. an autem si fructuaria ante illud decesserit tempus, transmittet ad heredem, quæritur? Respond. quòd nōn. & hoc in prima. Si autem c mihi vsumfructum legasti quandiu filius tuus esset in furore, an si resipuerit, finitur vsusfruct. dicitur quòd sic. Si autem in furore decesserit: vsque ad tempus vitæ meæ extenditur vsusfruct. quia potuit esse quòd quandiu viuerem, non perueniret ad sanam mentem. vnde humanum est vt in tempus vitæ meæ penes me resideret vsusfructus. sicut enim me vel furore finito extinguitur vsusfructus. Sed si in furore filius decessit, eum non extinguit, quòd mors sanam mentem præcessit, imò nec sana mens secuta est, cùm iam fit mortuus antequam resiperet.

c ¶ *Ambiguitatem.* hæc lex ponit duos casus. Primus, quando sub certo tempore. Secundus quando sub incerto.
d ¶ *Sub certo tempore.* id est vsque ad certum tempus, fortè decem ann. si autem ad incertum, distinguitur infra ea l. §. sin autem talis.

Seipsam summat, & non indiget summario. Baldus.

XI. *Idem* AA. & CC. *Theodoro.*

HAbitatio morte finitur[a]: nec proprietatem, qui habitationem habuit, legando[b], domini vindicationem excludit. [b] Dat. XV. Kal. Nouemb. Constantinopol. post Consulatum Lampadij & Orestis, VV. CC.

Quando tempus certæ ætatis apponitur iuri iam acquisito, in dubio facit tempus, non conditionem. hoc primò & vsusfructus morte extinguitur. hoc dicit, secundùm Bartol. Vel sic: Vsusfructus relictus vsque ad tempus certæ ætatis alicuius, non perit morte illius: sed demum cùm tempus euenerit, vel si legatarius morte præuentus fuerit. Relictus verò vsque ad tempus conditionis incertæ, finitur conditione eueniente: qua non eueniente, vel ad impossibilitatem eueniendi deducta, vsusfructus intelligitur vsque ad vitam legatarij relictus. Salyc.

XII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Iuliano præfecto prætorio.*

AMbiguitatem [c] antiqui iuris decidentes, sancimus, siue quis vxori suæ, siue alij cuicunque vsumfructum reliquerit sub certo tempore [d], in quod vel filius eius, vel quisquã alius peruenerit: stare vsumfructum in annos [singulos] † in quos testator statuit, siue persona de cuius ætate compositum est, ad eam peruenerit [e], siue non [f]. neque enim ad vitam hominis respexit *, sed ad certa curricula: nisi ipse cui vsusfructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus. tunc etenim ad posteritatem eius vsumfructum trãsmitti non est penitus possibile: cum morte vsumfructum penitus extingui, iuris indubitati sit. Sin autem [g] talis fuerit inserta conditio, donec † in furore filius, vel alius quisquam remanserit, vel in aliis similibus casibus quorum euentus in incerto sit: siquidem resipuerit filius, vel alius pro quo hoc dictum est, vel conditio exciterit, vsumfructum finiri. Sin autem adhuc is in furore cõstitutus decesserit: tunc quasi in vsufructuarij vitam eo relicto, manere vsumfructum apud eum [h]. Cum enim possibile erat vsque ad omne vitæ tempus vsufructuarij non ad suam mentem venire furentẽ, vel conditionem impleri: humanissimum [i] est ad vitam eorum vsumfructum extendi. Quemadmodũ etenim si decesserit vsufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum, extinguitur vsusfructus: ita humanum est extendi eum in vsufructuarij vitam, etsi antea decesserit furiosus, vel alia conditio defecerit. Dat. Kal. August. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

Siue legetur mihi habitatio, siue vsusfructus habitationis: videtur legatũ ius habitandi: & per me possũ habitare, & alij locare: non tamen proprietas ad me pertinet, nisi probetur de voluntate testantis. h. d. secundùm Iacob. But. Bald. & Saly.

XIII. *Idem* A. *Iuliano* PP.

CVm antiquitas dubitabat, vsufructu habitationis[k] legato, & primò quidẽ cui similis esset, verúmne vsui, vel vsuifructui, an neutri eorũ, sed ius propriũ[l] & specialem naturam sortita esset habitatio[m]: postea[n] autem si posset is cui habitatio legata esset, eandẽ locare †, vel dominiũ [o] sibi vindicare: auctorũ † iurgiũ decidentes, cõpẽdioso responso omnẽ huiusmodi dubitationẽ resecamus. Et si quidẽ habitationem quis reliquerit: ad humanioreã * declinare † sententiã nobis visum

e ¶ *Peruenerit.* lego Titio vsumfructum per decennium, donec vixerit filius meus.
f ¶ *Siue non.* vt infra quando dies leg. cedit. l. ex his. & ff. ad Trebell. l. Seius Saturninus. & ff. de alimen. leg. l. libertis quos §. ab heredibus. & infra de fideicommiss. liberta. l. fideicommissaria. & infra de vsuf. l. sancimus & ff. quando dies leg. cedit. l. si cum præfinitione. & l. si cum heres. ¶ Sed contra. ff. de ma. testa. l. si ita scriptum fuerit. Sol. hic ad certum tempus: ibi ex certo tempore, siue sub conditione. Vnde hic non perit relictum, licèt ille ad ætatem illam non peruenerit, cùm sit purum, ibi verò perit ius. 2 & eodem modo soluitur aliud contra. ff. de leg. j. l. si cui legetur. §. hoc autem. 3 & aliud vt infra de ma. testa. l. cùm testator. 4 & aliud ff. de statuliber. l. si seruus.
g ¶ *Sin autem talis.* incipit secundus casus, & de eo dicit vsque ad finem.
h ¶ *Apud eum.* vt & ff. de vsufru. leg. l. generali. §. dum in fin. Accursius.
i ¶ *Humanissimum.* non est hæc bona ratio, quia eadem posset adsignari in superiori casu. Sed ideò est hic aliud, quia iste nondum peruenit ad sanam mentem cùm est mortuus, & ideò extenditur. Item est illa potior ratio: quia superiori casu testator respexit ad certa temporis curricula, hic non. Potest etiam esse ratio: vt enim imminebat onus restituendi ante, ita liceat & lucrum sperare: vt ʃ. de cadu. tol. §. pro secundo.

C *Vm antiquitas.*] CASVS. Testamentum fecisti, heredem instituisti, habitationem mihi legasti: cùm erat dubiũ, an legatum habitationis esset vsus vel vsusfruct. vel nuda proprietas. Item an ille cui habitatio erat relicta, posset eam alij locare. Item an legata habitatione videatur testator proprietatem legasse. Ad primam respondet Imperator quòd habitatio est ius quoddam * per se, neque vsusfru. neque vsus. 2 Item alij potest eum legatarius locare: nec refert vtrũ ipse maneat, an alius ☞ mercedem accipiat. 3 Ad tertium respondet, quòd habitatione mihi legata, proprietatem rei legatæ vindicare non possum, nisi testatorem hoc expressè dixisse probauerim, id est, velle dominium ad legatarium pertinere. & hoc in secunda.

k ¶ *Habitationis.* i. habitationum.
l ¶ *Proprium.* primæ quæstioni respondet. tres enim facit.
m ¶ *Habitatio.* b neque enim vsus neque vsusfructus est. Vsus non: quia locari potest, vt hic. vsusfructus non: quia hæc non finitur nisi morte: sed vsusfructus multis modis: vt ff. de vsufruct. & habitatio. l. si habitatio. in fin. j. respon. & infra eo. corruptionem.
n ¶ *Postea.* secunda quæstio.
o ¶ *Vel dominium.* tertia quæstio.

Marginalia: a Vide Ioan. Hotoman... ad. antiquo... † deest in omnib. meis. * Legendum est ... non respexit. * Habitationem habens non potest eam alij legare. † Donec par... Vide ... ad l. 3. de legato. † Vide in hunc locum Alciati ... lib. 4. † In omni ... addatur, vt tertium ... * Id est, Mercedem. † reclinare. a Vide Cepolam tract. de seruit. b Habitatio est ius proprium & speciale, diuersũ ab vsu & vsufructu, de quo v. Cepolam d.

Codex. X

a ¶*Licentiam.* & sic est soluta secunda quæstio. ¶Sed contra. *ff. de vsuf. & habita. l. cæterum. in princip. & l. sed neque.* vbi dicit quod non locat sine se. Solu. ibi dicit in vsuario. Nec ob. huic solutioni in eo titu. l. si habitatio. in princip. vbi purificat[a] vsum & habitationem. quia ibi dicit penè.

a Vsus & habitatio penè purificantur.

b ¶*Accipiat.* vt *& Institu. de vsu. & habita. §. sed & tui. & argu. ff. de vsufruct. l. arboribus. §. vsufructuarius.*

c ¶*Si habitationis vsumfructum.* id est, per hæc verba, quorum sensus est id est, habitationem. nec enim potest esse seruitus[b] seruitutis: *vt ff. de vsufruct. leg. l. j.*

b Seruitus seruitutis nō potest esse.

d ¶*Vsumfructum.* in hoc scilicet locando. Sed[c] in eo quòd non[d] finitur nisi morte antecellit[e], sed & minor[f] est quandoq; cùm non nisi in domo constituatur, vsusfruct.[g] autem in omni re.

c Habitationis & vsusfructus differentia.
d Habitatio domus non finitur nisi morte habitantis.
e Habitatio in quo vsumfructum antecellat.
f Habitatio nō nisi in domo constituitur.
g Vsusfructus constitui potest in omni re.

e ¶*Nec dominium.* solutio tertiæ quæstionis. Accursius.

f ¶*Esse relictum.* nec[h] enim aliter &c. *vt ff. de leg. iij. non aliter.* probatur autem ex[i] eo quòd testator solebat vti vocabulo habitationis pro domo: *vt ff. de leg. j. l. si seruus plurium. §. fin. & argu. ff. de supel. leg. l. Labeo.* secus vbi verba testatoris nullo modo sententiæ conuenirent: *vt ff. de leg. j. l. iiij.*

g ¶*Locis.* aliàs modis.

h ¶*Constitui potest.* constituitur enim vt vsusfructus: *vt Institu. de vsufr. & habi. § penult.*

Et in aliis patet quòd habitatio, quæ in domo tantum & ædibus cōstituitur.
* Hoc additū in vetere, quod antea perperā deerat.
h Non aliter receditur à significatione verborū, quā cùm certū est aliter sensisse testatorem.
† Modis in quibus.
i Probatur ex vsu loquendi defunctum legasse ipsum dominium etiamsi legauit habitationē.
Sunt enim quidam qui dominum vocant habitationem sicut quidam fundum appellant possessionem.
† Vide Tiraquellum tract. le mort saisit le vif. declar. 4. parte 4. & in 2. declar. parte 5. num. 4. Bart. in l. Gallus. §. etiam si vers. quare. ff. de liberis & posthum.

A*Ntiquitas.*] CASVS. Olim si testator alicui nudam proprietatē fundi retento vsufructu pro herede legasset, dubitatio erat an valeret legatum, quibusdam adserentibus, quibusdā negantibus: cùm ideò nunquam esset reuersurus vsusfructus ad proprietatem, propter hoc quod secundus heres, & deinceps vsque in infinitum, cùm sint heredis heredes, & testatoris, haberet hunc vsumfructum. hanc dubitationē decidit Imperator dicens hoc legatum valere, scilicet proprietatis: mortuo scilicet primo herede: vel capite minuto. quare enim talis vsusfructus. tale priuilegium sibi vindicat, vt generali intentione non excipiatur: cùm ea quæ generaliter dicuntur, generaliter intelligantur: *vt ff. de leg. j. l. j. §. generaliter.*

k Locare operas suas in perpetuum an & cur homo liber nō possit. adde Bart. in l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de verb. oblig.
l Ad tempus quędam valēt quę in perpetuū non valēt.
m Vsufructu & habitatione relicta interdum ipsa proprietas relicta intelligitur.

est, & dare legatario etiam locationis licētiam[a]. Quid enim distat, siue ipse legatarius maneat, siue alij cedat, vt mercedem accipiat[b]? & multo magis si habitationis[c] vsumfructum reliquerit: cùm & nimię subtilitati satisfactum videatur etiā nomine vsusfructus addito. In tantum etenim valere habitationē volumus, vt non antecellat vsumfructū[d]: nec dominiū[e] habitationis speret legatarius, nisi specialiter euidentissimis probationibus ipse legatarius* possit ostendere & dominium eius domus sibi esse relictum[f]. Tunc etenim voluntati testatoris per omnia obediendum est. Quam decisionem locum habere censemus in omnibus locis[g] † quibus habitatio constitui potest[h]. Dat. XVIII. Kalend. Octobr. Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.

Appellatio heredis relatiua ad id quod de sui natura non est transmissibile ad heredes, in persona primi heredis finitur † hoc dicit secundùm Bartol. Vel sic: Si testator legat proprietatem deducto vsufructu, mortuo primo herede finitur vsusfructus, & consolidatur cum proprietate. Salyc.

XIIII. *Idem A. Iuliano. P. P.*

ANtiquitas dubitat si quis fundum vel aliam rem cuidā testamento relinqueret, quatenus[i] vsusfructus apud heredem[k] maneret, si huiusmodi constaret legatum. Et quidam inutile legatum esse existimabāt, quia vsusfructus nunquam ad suam rediret proprietatē[l], sed semper apud heredem remaneret: & forsitan hoc existimabant, quia & secūdus heres, & deinceps, successores vnius esse videantur[m], nec possit huiusmodi vsusfructus secundùm veterem distinctionē solitis[n] modis extingui. Alij autem huiusmodi legatum nō esse respuendum existimauerunt[o]. Tales altercationes decidentes, sancimus & huiusmodi legatum firmum esse, & talem vsumfructum[p] vnà cum herede[q] finiri: & illo moriente, vel aliis legitimis modis eum amittente[r], expirare. Quare enim iste vsusfructus sibi tale vindicet priuilegium, vt à generali interemptione vsusfructus ipse solus excipiatur[s]? quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimum est. Et propter hoc, & vsumfructum finiri, & ad proprietatem suam redire, & vtile esse legatū sancientes, huiusmodi paucissimis[t] verbis totā eorum ambiguitatem deleuimus. Dat. XV. kal. Octobr. Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.

i ¶*Quatenus.* i. modo.

k ¶*Heredem.* s. legantis.

l ¶*Nunquam ad suam rediret proprietatē.* ¶Arg. quòd liber homo non potest locare[k] operas suas in perpetuum, ne inutilis sit libertas. Ir. pro eo *Institut. eod. §. ne tamen. & ff. de liber. hom. exhib. l. ij. & ff. de condi. & demonst. l. Titio. §. Titio. ij.* Ioan. & non contra: quoniam poterit per alium operari: *vt s. de episcop. & cler. l. quisquam. & l. ad similitudinem. & ff. de vsufruct. leg. l. iij.* ¶Item not. quòd[l] quædam ad tempus valent, quæ in perpetuum non valent: *vt ff. commu. diuid. l. in hoc iudicium. §. si conuenias.*

m ¶*Videantur.* vt *& ff. de verbo. sign. l. heredis & l. sciendum. & j. de hered. instit. l. fin. & ff. de petit. hered. l. iij.* Fallit tamen in duobus casibus, scilicet in pupillari substitutione, & in operis: *in illa. l. de verbor. signific. l. sciendum. & ff. de vulga. substitu. l. qui liberis. §. hæc verba. & in casu huius l.*

n ¶*Solitis modis.* quia nō morte, secundùm prædicta.

o ¶*Existimauerunt.* & bene.

p ¶*Vsumfructum.* quia talia sunt subiecta, qualia permittunt prædicata: quia talis est natura vsusfructus.

q ¶*Cum herede.* primo[a] scilicet non heredis herede: nisi constet & de secundo sensisse: & tunc erunt duo vsusfructus, & quilibet solitis finitur modis. *vt ff. de verbor. oblig. l. stipulatio ista. §. si quis ita. & hic.* ¶Item in eo quod dicit, moriente primo finiri, est arg. contra. *ff. de iure immu. l. iiij.* Sed ibi fuit concessa immunitas sibi & posteris generaliter. ¶Item arg. contra *infra de leg. l. in annalibus.* & ibi solui.[b]

a Heredis appellatione proximus & primus intelligitur, non heres heredis. adde Gl. t Pont. in §. ... [illegible]

r ¶*Amittente.* scilicet per capitis deminutionem.

s ¶*Excipiatur.* quod ergo generaliter[c] dicitur, generaliter intelligatur: *vt ff. de leg. præst. l. j. §. generaliter. & ff. de Publicia. l. de pretio. & in decretis xix. distin. c. si Romanorum.*

b Dic, ibi appellationem heredis referri ad id quod sui natura nō potest transmitti ad heredes etiam volentibus contrahentibus seu volente testatore.

t ¶*Paucissimis.* No. quòd multa[d] verba paucissima appellat, sicut faciunt allegantes qui dicunt, vnum verbum dicam: & multa proferunt. & facit ad hoc *j. de bo. vacan. l. ij. lib. x.* Accursius.

c Dictum generale generaliter est intelligendum.
d Paucissima verba pro multis vsurpari.

Si per seruum fuit vsusfructus acquisitus: alienatio eius non tollit acquisitionem iam factam, nec manumissio, nec mors. Bald. Vel sic: Per alienationem partis serui, non extinguitur vsusfructus seruo concessus. hoc dicit secundùm Bart.

XV. *Idem A. eidem Iuliano Præfecto Prætorio.*

INter antiquam prudentiam dissensio incidit, si per seruū vsusfructus domino fuerit acquisitus[u], & ex quibusdā casibus (multi[x] enim casus rebus incidūt mortalium) pars huius serui ad alium perueniat: verū omnis vsusfructus qui antea per seruum ad aliquem peruenerit, apud eum remaneat: an totus tollatur, vel ex parte deminuatur, ex parte autē apud eum resideat? Et super huiusmodi dubitatione tres sententiæ vertebantur. Vna, quæ dicebat ex particulari alienatione serui totum vsumfructum[y] deminui, in quantum & seruus alienaretur. Tertia, quæ definiebat partem quidem serui posse alienari, totum autem vsumfructū apud eum remanere qui antea seruum in soli-

I*Nter antiquam.*] CASVS. Olim si testator seruo alterius vsumfruct. legasset, & sic dominus per seruum acquisisset vsumfruct. dubitabatur si dominus partem serui alienasset, vtrum pro parte finiretur vsusfr. vel in totum, vel ad proprietatem rediret: an penes dominū remaneret? circa hāc dubitationem recitantur opiniones. vna erat. quia si testator partem serui alienasset, in totum finiretur vsusfru. 2 Secunda, quòd in parte remaneat. 3 Tertia, quòd siue sic, siue sic, apud dominum remaneat integer vsusfr. & hanc opinionem approbat Imper. statuens quòd hoc obseruetur: vt sicut ab initio apud domum intelligitur vsusfructus, ita & nunc, etsi seruus pro parte fuerit alienatus.

u ¶*Acquisitus.* re: vel saltem dies cessit. aliàs secus: *vt ff. quando dies leg. ce. l. si post. §. fin.*

x ¶*Multi.* interpositio est. Accursius.

y ¶*Vsumfructum.* distinguendum est vtrum contemplatione domini, vel serui.

Res vtilio-

dū habebat. & in nouissima sententia summū auctorem iuris scientiæ Saluium Iulianū esse inuenimus. Nobis autem hæc decidentibus placuit Saluij Iuliani admitti sententiam, & aliorum qui in eadem fuerunt opinione: quibus humanius visum est, non interemptionem vsusfructus studiosam* esse, sed magis retentionem[a], quatenus etsi[b] pars serui alienetur, tamen neq; pars vsusfructus depereat, sed maneat secūdum suam naturam integer atque incorruptus: & quemadmodū ab initio fixus est, ita & conseruetur, ex huiusmodi casu nullo deterioratus modo. Dat. X Kal. Octob. Lampadio & Oreste. VV.CC.Coss.

Hæc est subtilis lex, & materia eius est de apicibus iuris: & breuiter hoc intendit: Vsusfructus nō vtēdo, & personalis actio pro eo seu pro patientia competens spacio lōgi tēporis finitur, non minori spacio. Itē vsusfructus non finitur minima capitis deminutione: sed media, quæ ciuitatem adimit, vel maxima, vel morte naturali. Bald.

XVI. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

CORruptionē[c] vsusfructus multis licē esse veteribus placuit, vel morte vsusfructuarij, vel capitis deminutione[d], vel nō vtēdo[e], vel aliis quibusdā[f] nō ignoratis † modis. Sed de vsufructu quidē hoc indubitatū fuerat: de personali[g] autē actione, quæ super vsufructu nascitur, siue in stipulationem vsusfructus deduct⁹ sit, siue ex testamēto relictus, dubitabat: morte quidē vsufructuarij, & capitis deminutione eā tolli[h] omnib. cōcedentibus: nō vtēdo[i] autem, si[k] per annum vel biennium forsitan eundem vsumfructū non petierit vsufructuari*, an personalis* actio tollatur, altercantibus[l]. Sed nos hoc decidētes sancimus, nō solùm actionē quæ de vsufructu nascit, sed nec ipsum vsumfructum nō vtendo[m] cadere[n], nisi tantūmodo morte vsufructuarij, & ipsius rei interitu, sed vsufructū quē sibi aliquis acquisiuit, hūc habeat, dum viuit, intactum: cū multæ & innumerabiles causę reb* incidāt mortaliū †, per quas homines iugiter retinere* quod habent, non possunt[o]. Et est satis durum, per huiusmodi difficultates amittere quod semel possessum est: nisi talis exceptio vsufructuario opponatur, quæ etiā si dominiū vindicaret †, posset* eum præsentem vel absentem excludere[p].

Sed neque per omnē capitis deminutionē huiusmodi detrimētum imminere nostris patimur subiectis: (quare enim si filiusfamilias fuerit is q. vsumfructū habet, fortè ex castrensi peculio, vbi nec patri vsusfructus acquiritur, ei possessum †, p emancipationē eū amittat?[q]) sed secundū quod definitū est, tūc eum tantūmodo desinere, cū vsufructuari* vel res pereat, & tātummodo cum cum anima[r] vel rei substantia expirare: nisi prædictę exceptionis vigor reclamauerit: excepta videlicet tali capitis deminutione, quę vel libertatē vel ciuitatem Romanam possit adimere. tūc etenim vsusfruct⁹ omnimodo ereptus[s], ad suam reuertatur ꝓprietatē. Dat. kal. Octob. Cōstantinop. Lampadio & Oreste. VV.CC.Coss.

Vsusfructus filiosfamilias vel seruo alieno relictus, acquiritur patri & domino: & licet filius vel seruus moriantur, vel statum mu-

a ¶ *Retentionem.* vt j. l. proxi. & ff. de rebus dub. l. quoties in actionibus. Accur.

b ¶ *Etsi pars.* vt hic, & arg. ff. de ser. vt pomium. §. j. id etiā si totus alienetur: vt ff. quibus mo. vsusfruct. amit. l. si seruo. & l. repeti. § si quis. & j. eo. l. fina. & argu ff. de don. causa mor. l. fi. ¶ Sed contra. ff. de vsufruct. le. qui vsumfructum. §. fi. prout est ibi in litera, seruo Titij. Solu. ibi contemplatione serui erat relictus: hic domini. 2 Vel hic corrigit. 3 Vel ibi est seruus mortuus: hic alienatus. Si autem habeas ibi, vsumfructum serui Titio: non est contra.

CORruptionem.] casus. In prima parte huius. l. dicitur q olim erāt certi modi per quos finiebatur vsusfr. morte, vel capitis demi nu. vsufructuarij, vel nō vtendo, actione scilicet personali ex testamēto, vel ex stipulatu, si in stipulationē deductus esset vsusfru. per quē petebatur vsusfr. certum quasi erat satis, q morte vel capi. demi. vsusfru. tollebatur: sed dubitabatur an anno vel Biennio actiones tollerētur, sicut vsusfru. Hāc dubitationem decidit imperator, statuens q vsusfruct. anno vel biēnio non vtendo non finiatur: nec actiones cōpetētes ex prædicto tēpore, si fructuari* tacuerit, nec petierit: nisi præscriptio domino vindicanti obiici consueuit: puta decem inter præsentes xx. inter absētes tāto tempore actio perit. & hoc in prima. In secunda dicit, non quælibet capitis demi. finietur vsusfruct. sed maxima, & media: sed non minima. & ponit simile in filiosfami.

c ¶ *Corruptionem.* id est amissionem.

d ¶ *Deminutione.* etiam minima. Acc.

e ¶ *Vel nō vtēdo.* per annum vel biennium.

f ¶ *Quibusdam.* vt rei interitu, vel mutatione vel consolidatione: vt insti. eo. §. finitur.

g ¶ *De personali.* scilicet ex stipulatu, si per stipulationem fuit promissus: vel ex empto, si fuit venditus: vel ex testamento, si fuit legatus.

h ¶ *Eam tolli.* s. actionem personalem. Accur.

i ¶ *Non vtendo.* id est non deducēdo eam in iudicium, vel etiam non vtendo vsufructu post traditionem vel quasi, amittit actionem, vt statim dices.

k ¶ *Si.* id est, an.

l ¶ *Altercantibus.* ¶ Sed[a] certè non iustè videtur quæri vel dubitari de actione personali an tali emptore tollatur, nisi cum in testamento est relictus: & quis per biennium nō petiit, tunc enim potest iustè quæri de vsufructu, an tollatur non vtendo: quia statim[b] competit adita hereditate: vt ff. quemadmodum ser. amit. l. si partem fundi. § j Item non potest iustè quæri de actione ex testamento, quæ simul competit. Cum autem per contractum inter viuos in conuentionem deducitur, aut est traditus, & tunc tollitur actio solutione: vt insti. quibus modis tollitur oblig. in princ. & sic non potest esse quæstio an debeat tolli tempore, vel non. Aut non est traditus: & tunc non amittitur tempore vsusfructus, cum[a] non fuerit: vt ff. de vsufructu leg. l. Sempronius. & ff. quib. mod. vsusfru. amitt. l. j. §. sed ita demum. & §. fi. Sed nec actio personalis potest tunc tolli, nisi xxx. an. vt infra de const. pecu. l. ij. & j. quibus non obstat long. temp. præscrip. l. neque mutui. Ad hoc respond. quia procedit quęstio vbi etiam inter viuos cōstituitur: sed non ante traditionem, sed post. Nam non est verū quòd per traditionem tollatur actio pro eo competēs[b], cum in eo nō sit traditio: vt ff. de ... l. ij. § d. ve. & ff. de acquir. re. do. l. seruus. §. incorporales. Sed in rebus corporalibus[c] illud tenet, quòd solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. Nec obstat quòd mihi constitutus per patientiam, & me viuente, dicitur mihi deberi: sicq; res mea mihi debetur: quia (vt dixi) cùm[d] non sit ibi vera traditio, nō mere efficitur meus. q. studiosus lector potest notare: quia pluries dicitur, iste vtit seruitute debita. Præterea & res mea[e] quādoque mihi debetur, scilicet ratione eius quod meum non est, scilicet restitui: vt ff. de verbo. oblig. l. nemo rem. ¶ Secundò videtur quòd Iustinianus non respondeat huic quæstioni de personali actione, sed dico quòd plenè respondet cū dicit, nisi talis exceptio vsufructuario &c. Aduerbium[f] enim nisi &c. excipit de eo generali quod dixerat, scilicet nec actionē, nec vsumfructum non vtendo tolli &c. tunc[g] ergo vsusfru[h] & actio tollit. ¶ Et sic est mirabile: quòd[h] actio personalis competens pro vsufructu tollit x. ann. inter præsentes. & inter absentes xx. vt hic dicit. ¶ Sed an ipso iure? Respondeo, nō: sed per exceptionem, quia tempus &c. vt ff. de obl. & act. l. obligationum fere. §. placet. sed si capitis deminutione vel alijs modis amittitur, tunc ipso iure.

m ¶ *Non vtendo.* vt olim, scilicet per annum vel biennium.

n ¶ *Cadere.* nec alio modo.

o ¶ *Non possunt.* sic j. de præscrip. xxx. an. l. si & § l. proxi.

p ¶ *Excludere* x. annis vel xx. ¶ Sed quid si in re mobili est vsusfructus an tolleretur actio personalis triennio? Resp. non, cum vsusfructus[t] rei immobili comparetur: vt j. de præscrip. long. tem. l. si insti. & ff. de vsucap. l. iusto. §. non mutat. & j. tit. j. l. sicut.

q ¶ *Amittat.* q. d. nō. & sic nō tollitur minima capitis deminutione: vt insti. t. de acquis. per arrog. in prin. & insti. de vsufru. §. fina.

r ¶ *Anima.* id est morte.

* Ciuiliter: secus in prooemio Digest. nihil studiosū.

Significat.

a Actio personalis pro vsuf. actu competens quando tempore tollatur.

b Vsusfructus testamento relictus statim competit adita hereditate.

a Quod nō est amissum nō potest ... adde Gl. in l. fi. inter. 28. ff. de seruitutib. rusticorum. l. si partem 19. ff. quemadmodum seruitutes amitt. * an personalis actio &c.

b Traditio nō est in reb. incorporalibus.

† mortalium.

* detinere.

c Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.

† vindicabat

* poterat.

d Traditio vera non est vera, ibi mero iure res mea non efficitur.

e Mea res mihi debeti potest, quę scilicet mea non est, puta possessionis respectu.

f ad vtilitatē ei possessum. in vno manifestè rectè.

g Nisi particula exceptiua.

h Vsusf. vel vsus amittitur x. annis inter præsentes xx. inter absentes, postquam cōpetens est & pariter actio ei competens licet sit naturalis perpetua.

i Vsusf. actus ... comparatur.

Ex libris.] CASVS. Si seruo aut filiofam. testator vsumfru. fundi legasset: & sic dominus per seruum, vel pater per filium vsumfru. acquisisset: dubitatio erat, an media, vel maxima capitis deminutione, vel morte, vel emancipatione filij, vel serui alienatione, vel manumissione finitus esset vsusfr. vel penes patrem & dominum, quibus per seruum vel filium acquisitus erat, remaneret. Hanc dubitationẽ remouet hic imperator, ac decidit, quod non obstante calamitate filio. vel seruo contingente, vsusfru. apud patrem vel dominum integer maneat. hoc in prima. Si autem pater vel mediam vel maximam capitis demi. passus fuerit, vel decessit, an ob hoc penes filium remanebit vsusfru. qui erat acquisitus? Et dicitur quòd nihilominus remanet apud filium, cum præsumatur & sit verisimile testatorem filio magis contemplatione ipsius filij, quam patris vsumfr. reliquisse. & hoc in secunda. & no. quòd de domino rationem non fecit capitis deminu. &c. sed in ea dubitatio non esset, &c. Viuia. & hæc lex & superior sunt de quinquaginta decisionibus secundùm Bald. hic.

a ¶ *Ex libris.* quos non habemus.

b ¶ *Emancipatione.* hoc respicit legem, inter antiquam. §. eo.

c ¶ *Intactum.* Imò videtur amitti: *vt ff. de vsufruct. l. qui vsumfruct.* §. *fina. prout est ibi. seruo Titij.* Solu. refert [a], contemplatione domini tantum sit relictus: & tunc non perit: an serui, & tunc domino perit. aut dubium est: & tunc obtinet hæc. l. & eo modo soluitur aliud contra. *ff. de donat. causa mor. l. si filiofamil. & ff. de vsu & habita. l. plenum. §. si vsus:* argu. contrarium huic solutioni infra in fine huius. Alij dicunt quòd illa. l. qui vsumfructum, corrigitur. aliæ duæ in alijs casibus loquuntur. nam aliter, quemcunque dixeris vsumfructuarium, stare non potest, vt dicunt, præterea lex illa, plenum, non est contra: quia hic tractat de cuius morte finiatur, ibi nondum finitus vsusfructus ad quem porrigatur. Vel potest dici quòd principium l. huius dicit quando contemplationes patris: finis verò quando cõtemplatione filij. ¶ Item adhuc est contra. *ff. de verbo. obligat. l. si stipulatus fuerim in princip. & ff. de mino. l. ij. §. sed & si ei legatum sit. & ff. de iniuriis. l. sed si vnius. §. fina.* Solu. ibi loquitur in his quæ personæ cohærent filij vel serui. ¶ Item adhuc contra. *J. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & l. fin.* nam nec in aduentitiis, nec in profectitiis, nec in castrensibus vel quasi, locum habere potest hæc lex. sed respondeo hic loqui cum dubium est cuius contemplatione, vel hoc corrigitur.

d ¶ *Neque si pater.* Quid de domino? Respond. secus. nam seruus non habet, nec ad heredem transit. at filius habet, non vt heres sed vt vsufructuarius.

e ¶ *Contemplatione magis.* comparatiue. ¶ Et not. argu. quòd in dubio contemplatio ne filij relictum præsumitur: *vt argu. J. arbi. tut. l. si defunctus.*

a Vsusfructus seruo relictus quando dici tur finiri.

† Plerumque dictio regulã ostendit, vt multis probat Mantica: & de coniecturis vltimarum voluntatũ 16. tol. est.

b Contemplatione filij, relictum filio in dubio præsumitur, non patris contemplatione. v. Manticam. 8 de coniectura vltim. volunt. 16. adde quæ scripsi ad gloss. l. in quo vt. in ff. de adqu. her. c Vide in hoc titulum Cepolam in tractatu de seruitutibus. vrbanorum & rusticorum prædiorum.

itt, resides nihilominus penes patrẽ & dominum. sed patre mortuo, vel mediam seu maximam capitis deminutionẽ passo, vsusfructus redit ad filium, à quo habuit originem, & ad quẽ testator præsumitur habuisse contemplationem. h. d. Bald.

XVII. *Idem A. Ioanni. P. P.*

Ex libris [a] Sabinianis quæstio nobis relata est, per quã dubitabatur, si vsusfructus per seruũ acquisitus, vel per filiũfamilias, capitis deminutione filij magna, vel media, vel morte, vel emancipatione [b], vel serui quacunque alienatione, vel morte, vel manumissione possit adhuc remanere. Et ideo sancimus in huiusmodi casibus, neq. si seruus vel filiusfamilias in præfatos casus inciderit, interrũpi patri vel domino vsumfructũ qui per eos acquisitus est, sed manere intactum [c]. Neque si pater [d] magnã capitis deminutionem vel mediã passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exẽptus, vsumfructũ perire: sed apud filium remanere, etiã si heres à patre nõ relinquatur. Vsumfructum enim per eum acquisitũ, apud eum remanere etiam post patris calamitatem oportet, cum plerunque † verisimile sit † testatorem cõtemplatione [e] magis filij quàm patris vsumfructũ ei reliquisse. Dat. XV. kalend. Nouembr. Cõstantinop.

post consulatum Lampadij & Oreste. V.V.CC.

TITVLVS XXXIIII. DE SERVITVTIBVS & aqua.

Ista est notabilis lex, & habet tres lecturas: & secundum primam lecturam hoc intendit: Seruitus quæ habet causam continuam, acquiritur spaciò longi temporis si præscribens fuerit bona fidei. hoc dicit secundùm Bartol. Vel sic secundùm Salyc. Seruitus habens causam continuam, præscribitur longo tempore ab eo qui possidet bona fide: quia non vi, non clam, vel precario. hoc dicit secundùm primam lecturam. Vel sic: Libertas contra seruitutem altius non tollendi, longo tempore præscribitur ab eo qui bona fide fuit in quasi possessione libertatis. hoc dicit secundum secundam lecturam. Vel sic: Patientia eius qui possidet vi, clam vel precario: non sufficit in præscribenda seruitute, etiam ab eo qui possidet bona fide. hoc dicit secundùm tertiam lecturam.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Calpurnia.* [a]

Si quas actiones aduersus eum qui ædificiũ contra veterem formam ex-

Si quas.] Pone casum tribus modis. Primò [a] secundũ antiquos, Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius non tollendi: quæ acquisita erat domui meæ tempore, nunc tu altius exaltas contra seruitutem debitam: agam contra te vel vti possidetis, vel confessoria: & vincam si bonam fidem habui in præscribendo, non autem si vi, vel clam, vel precario sim vsus seruitute. Et secundùm hunc casum dic quod hæc seruitus potest quæri tempore, cum habeat perpetuam causam. & incipit [b] ab eo tempore quo vicinus meus fuit aliquando à me prohibitus ædificare. nam ex tunc incipit possidere iure seruitutis: quod est necesse: *vt ff. quemadmodum serui. amit. l. fina.* alioquin clam possidere videret: quod non debet esse. *vt hic dicit.* ¶ Item quòd dicit, longi temporis, propriè dicit secundùm nos, licet quidam dixerint, cuius [c] temporis non est memoria, *per l. ff. de aqua plu. arcend. l. ij. in fin. & l. ij.* ¶ Item quòd dicit, vicem seruitutis constitutæ: scilicet per pactum vel per vltimã voluntatem. & sic consuetudo [d] æquiualet veritati. ¶ Item quod dicit, si modo is qui pulsatur: dic, id est tu qui pulsaris, id est inquietaris ædificatione illius: vel eo agente negatoria. ¶ Et quòd dicit, si possidet, id est quasi possidet seruitutẽ: quia verè non possidentur: *vt ff. de acquirem. re. domi. l. seruus. §. incorporales.* ¶ Item hæc verba. vi &c. expone *vt ff. de vi & vi arm. l. vim facit.* ¶ clam, expone: *vt ff. de acquirenda possessio. l. clam.* ¶ precario, expone: *vt ff. de pre. l. j. in princi.* ¶ Vel dic secũdo: Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius non tollendi, per constitutionem. altius ædificatam habuisti longo tempore contra veterem formã. i. seruitutem. si ago contra te, iudex te absoluet: si modo nec vi, nec clam, nec precario sic tenuisti. ¶ Et quòd dicit, vicẽ seruitutis, scilicet amissæ per pactum. vel propriè scilicet acquisitæ, scilicet illi cui domus seruiebat cõtra meã domũ. nam libertas eius quodammodo dicitur seruitus meæ. ¶ Itẽ quod dicit pulsatur, propriè ponit. ¶ Et secũdum vtrunque supra dictum casum, quæro an sufficit si ab aduersario nõ teneatur precario, vi, vel clam, licet ab alio teneatur? Sed dic à nemine debere habere precario, cum bonam fidem debeat habere: *vt ff. quemadmodũ serui. amit. l. si. & de aqua plu. arcen. l. fi.* (licet sit arg. contra. ff. vti possidetis. l. j. §. fin. & l. ij. ¶ Vel dic tertiò: Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius non tollendi, tempore mihi quæsitam, vt assero: si tu ædificas. ego agam & vincam te ita demum, si tu contra quæ præscripsi, non possidebas domũ tuã eo tẽpore quo præscripsi contra te, vi, vel clam, vel precariò: nam tunc sicut non posses mihi in ea per pactum constituere seruitutẽ, sic nec per præscriptionem in ea quæram seruitutẽ. dic ergo, si quas &c. ¶ Sed quæ sunt actiones quæ pro seruitutibus cõpetunt? Resp. confessoria & Item vti possidetis vtile: *vt ff. si ser. vin. l. ij. in princip. & §. ij. & de seruit. l. penul.* Item negatoria quæ datur ecõtra: sed nõ simul: quia hoc esse non posset. ADDITIO. Ioanni Fabro in suo breuiario placet tertia lectura, quia notabilior: licet doctores primam approbent: quia aptior. Et si videre optas quanto tempore acquiratur seruitus, & à quo tempore incipit possideri, & an requiratur & præsumatur bona fides: vide hic plenè & familiarites per

a Casum ponit triplicem.

b Præscriptio seruitutis negatiuæ à die prohibitionis incipit. vide. adde gl. l. si. ff. de ser. vrb.

c Adde gl. l. ex l. j. ff. de adqu. rer. domin.

d Adde similiter etiam con consuetudine, sed verbũ obsecundatio quidam hic vsurpant pro præscriptione. adde Bal. tract. de præs. 1. parte. quæst. 6. an. §. 4.

a Al. Calpurnio. Al. Castitianis scribitur.

DE SERVITVTIBVS [c], ET AQVA.

Dixit de seruitutibus personalibus, nunc de seruitutibus rerum: vt & ff. eod. l. 1. & specialiter ponit de aqua, generaliter de aliis: quia quædam specialia in ea est differentia: vt infra ad l. j. fis & diuina scriptura, Dicite discipulis eius, & Petro.

ter per ipsum dominum Ioan. Fab. in suo breuiario.

a ¶ *Vt luminibus*. vt consecutiuè ponitur, non causatiuè *sic ℥. de in-di. l. properandum. §. j.*

b ¶ *More solito*. per libellum: *vt ℥. de lit. contest. authen. offeratur.*

c ¶ *Non prohiberis. vt & ff. de serui. vrb. prædio l. qui luminibus. & ff. de itine. actuque priua. l. appa-ret. § pen.*

d ¶ *Longi temporis*. cuius non extat memoria secũdum quosdam: vel x. vel xx. annorum, secundum nos. Accur.

e ¶ *Seruitutis*. cõstitutæ vel amissæ secundum diuersos casus.

f ¶ *Pulsatur*. propriè & impropriè secundum diuersos casus.

g ¶ *Nec clam*. & dic ille qui pulsatur opere & facto.

Si aquam. ¶ Diuiditur in tres partes. 1 In prima loquitur de seruitute præscripta 2 In secũda loquitur de præscriptione interrupta: & ea interrupta ille q. fecit expensam contemplatione seruitutis, eã nõ repetit. 3 Tertiò rationẽ reddit huius legis. Secũda, quòd si ante. Tertia ibi, cũ in aliena. Bal. ¶ Casus istius legis talis est: Per agrum meũ me sciente nec prohibente aquam per x. annos inter præsentes, vel per xx. inter absentes duxisti: an sit tibi quæsita seruit, quæritur. Respõ. quòd sic, exemplo rerũ immobiliũ. & hoc in prima. Si autem ante impletam præscriptionem prohibui ne duceres: & post prohibitionem in agro meo opus aliquod vt aquam duceres: extruxisti. puta canales vel riuulos: nec sumptus quos fecisti, repetes: & quod extruxisti, ad eum cuius est possessio, pertinebit.

struxit, vt luminibus[a] tuis officeret, cõpetere tibi existimas: more solito[b] [p iudicẽ †] exercere non prohiberis[c]. Is qui iudex erit, longi tẽporis[d] consuetudinẽ, vicẽ seruitutis[e] obtinere sciet: modò si is q pulsatur[f], nec vi, nec clam[g], nec precario possidet. PP. III. Id. Nouembr. Gentiano & Basso Coss.

Ista lex est singularis, & est clauis in tota materia. & h.d. Seruitus quæ habet causam cõtinuam acquiritur longo tempore, nisi fuerit interrupta: nec repetit quis expensas quas fecit in re contemplatione seruitutis. h.d. Bald.

II. *Idem A. Martiali.*

SI aquam † per possessionẽ Martialis eo sciẽte[h] duxisti: seruitutẽ exemplo rerum immobilium tempore quæsisti[i]. Quòd si ante id spacium eius vsus tibi interdictus[k] est, frustra sumptus in ea re factos[l] pstari tibi postulas: cũ in aliena possessione operis facti dominiũ quoad[*] in eadẽ causa manet[m], ad eũ pertineat, cuius est possessio[n]. PP. Kal. Iul. Læto & Cereali Coss.

Prouinciales licet eorum prædia sint tributaria, habent tamen dominium: & ideo possunt seruitutem constituere & acquirere.

h ¶ *Sciente*. iure seruitutis, non precario, vel clam, vel vi. ¶ Et no. non desiderari titulum in præscribẽda seruitute: *vt hic, & ff. si ser. vin. l. si quis diuturno & ff. de iti. actuque priua. l. j. §. si quis autem cum. & §. si. bi fundum sa fi. & ℥. de long. tempo præscrip. quæ pro liberta. l. ij.* Item no. quòd dicit sciente: quia aliud est in præscriptione rerum corporalium vbi non exigitur scientia: *vt ℥. de præscript. long. tempo. l. si sa fi. & de præscri. xxx. an. l. sicut.* & est ratio: quia hic dominus possidet, ibi non. Nec ob. quod dicitur in eadem. l. de præscrip. long. tempo. eodem obseruando &c. quia idem est quantum ad tempus, non quantum ad scientiam, secundùm Azo. Alij vt H. subaudiunt hic maximè.

i ¶ *Quæsisti*. & sic x. an. inter præsentes xx. inter absẽtes: quia sic est in immobilibus: *vt infra de vsucap. transfor. l. j.* Sed contra. *ff. de aqua coti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus.* vbi exigitur tempus cuius non extat memoria. Solu. ibi de aqua ex flumine publico dicit, vel fiscali: hic priuato. Vel hic habet perpetuam causam: ibi non. *arg. ff. de serui. vrba. prædio. l. foramen.* ¶ Item quid si aqua non fluxit, sed fistulæ semper paratæ fuerunt ad aquam recipiendam? Item videtur quod in stillicidio, vt videatur habere perpetuam causam. *arg. dicta. l. foramen.* ¶ Et dicas hic quæ seruitutes, & qualiter præscribantur, *vt not. ff. de seruitu. l. seruitutes. iiij.* ¶ Sed negatoria quanto tempore tollitur? Respon. xxx. an. secundum quosdam. cum omne ius in tanto tempore tollatur: *vt infra de anna. excep. l. j. §.* ¶ Sed si mihi tollitur negatoria, ergo tibi acquiritur seruitus tempore: quod negaui modo in illa quæ non habet perpetuam causam. Sed dices secundũ illos, nõ sequitur nã potest esse quòd seruitus non est quæsita: & tamen non potest ei negari: *vt & alibi. ff. de serui. rusti. præd. l. per fundum.* 2 Alij dicunt quòd etiam elapsis xxx. annis intenditur negatoria pro præsenti itione, non pro præteritis quæ fuerunt iam sunt xxx. anni vel plus. nam quot sunt itiones, tot sunt facta, & tot præscriptiones: *vt ff. de verbo. obliga. l. si sic stipulatum sit.* nec vna est continua alteri: *vt ff. de seruitu. l. seruitutes. iiij.* & aliud in possessione rei corporalis, quæ potest & debet esse continua. Sed cum prohibeam quòdamodo non vadat, & quòd interesse reddat pro itionibus à xxx. annis citra, vno iudicio potest agi licet plura, vt dictum est, petantur: *arg. ff. pro socio l. cum duobus. § si plures. & ff. fa. ercis. l. heredes. § de pluribus.* & si pro quibusdam egi, non repellar exceptione rei iudicatæ agendo postea pro alijs: sicut si fuisti aliquando absolutus, quia non possidebas: nunc possides: *vt infra ad exhiben. l. neque.* ¶ Prædicta autem procedunt in seruitutibus quæ non quæruntur lõgo tẽpore. aliàs tollitur negatoria[a] eodem longo tempore.

k ¶ *Interdictus est*. naturali[b] interruptione: *vt ff. de vsucapio. l. naturaliter.* sicut & retinetur per continuationem vsus: *vt ff. de vsufruct. l. arboribus. § idem tractat.* Item per lit. contest. non per solam denũciationem. non[c] enim sola denunciatio vsucapionem interrumpit: *vt supra de rei vindicat. l. mora litis. & ff. pro emptore. l. alienam.* Vel fortè est speciale, vt sola[e] denunciatio interrumpat, sicut facilius currit præscriptio, quia sine titulo & sine possessione: nam incorporalia[d] non possidentur: *vt ff de acquiren. re. domi. l. seruus. §. incorporales* & no. *ff. de vsufruct. l. arboribus. in fi.*

l ¶ *Factos*. post interdictionem, cum videaris velle donare: *vt supra de rei vin. l. domum.*

m ¶ *Manet. vt ℥. tit. ij. l. ij. & dic vtibi.*

n ¶ *Possessio* id[*] est res possessa siue dominium, *sic ℥. titu. ij. l. quoties.*

[†] idem. A in omnibus manet.
[*] quasi dicat, non solum in Italico.

a Negatoria actio pro seruitutibus tollitur longo tempore

b Aqua vsus interdicitur naturali interruptione, litis contestatione & sola denunciatione.

c Denunciatio sola vsucapionem interrũpit. vt hic & secunda opinione, & cæt.

d Incorporalia non possidentur.

† vide ad hanc l. Cepolã passim in tractatu rusticorum prædiorũ. c. 4.

e Vide quæ scripsi ad l. legã si quis diuturno. 10. ff. si seruitus vind.

Bal. Vel sic: In prouinciali prædio licet tributario potest seruitus imponi, & onus seruitutis imposita comitatur rem ad quemcunque transeat. Salyc.

III. † *Imp. ALEXANDER. A. Ritiæ.*

ET in prouinciali[*] prædio constitui aquæ ductus vel aliæ seruitutes possunt[o]: si ea præcesserint, q seruitutes cõstituunt[p]. Tueri[q] enim placita inter cõtrahẽtes debẽt[r]. Quare nõ ignorabis, si priores possessores[s] aquã duci per prædia prohibere iure non potuerint, cum eodem onere perferendæ seruitutis transire ad emptores eadem prædia posse[t]. PP. Kalen. Maij, Maximo. II. & Æliano. Coss.

Ex fundo alieno non potest duci aqua, nisi domino volente. h.d. secundùm Bal. Vel sic: De alieno fonte non potest aqua duci sine permissione domini. h.d. secundum vnam lecturam. Vel sic: Sine permissu eius cui seruitus prius fuit concessa, quãdo hæc secunda concessio priori foret nociua, non potest de eodem fonte aqua duci. h. d. secundum aliam lect. Salyc.

IIII. *Idem A. Cornelio.*

AQuã † quæ in alieno loco oritur, sine volũtate eius ad quem vsus[u] eiusdem aquæ

ET in prouinciali.] CASVS. An in prædio prouinciali possit seruitus constitui, quæritur? Dicitur quòd sic, præcedẽtibus his quæ ad seruitutem cõstituendam sunt necessaria, puta pactionibus aut stipula. &c. & hoc in prima. Et si post cõstitutionem seruitutis prædium alienatum fuerit, transit cum suo onere: & hoc in secunda.

o ¶ *Seruitutes possunt*. contra videbatur, quia non sunt domini: *vt ℥. de vsucap transfor l. j.* & seruitutes non possunt constitui nisi à dominis: *vt insti. de serui. § ideo autem.* sed tamen est contra, quia sunt quasi domini.

p ¶ *Constituunt*. s. pactiones & stipulationes: vt infra subiicit. vt insti. eo. §. fin.

q ¶ *Tueri*. id est defendi. Vel dic, tueri seruitutem.

r ¶ *Debent*. vt supra de transac. non minorum.

s ¶ *Possessores*. id est qui tibi vendiderunt.

t ¶ *Posse*. & non aliter: *vt ff. de seruitu. rusti. prædio. via. §. si fundus. & de contrah. emp. l. si aquæductus. & l. alienatio.*

AQuam.] CASVS. An vicinus aquam quæ in fundo vicini oritur, eo inuito ad irrigandos agros suos ducere possit? nunquid & tu me inuito cui seruitus aquæ ducendæ constituta est: à tuo fundo alij ducere aquam concedere possis, quæritur? Dicitur quòd non. & hic est casus quem habes. *ff. de serui. rusti. prædi. l. ex meo.* 2 Vel sic: Cõcessi tibi vt duceres aquam: inuito te cui concessi primò, an possim alij secundò concedere, quæritur? Dicitur q non. & hunc casum habes. *ff. de aqua cotidia. & æsti. l. Lutio. ff. de serui. rusti. prædio. l. per quem.* 3 Magis placet prima positio: quia cõcordat cum litera.

u ¶ *Ad quem vsus*. id est proprietas ratione dominij.

a ¶ *Pertinet.* iure proprietatis, id est sine voluntate domini soli in quo nascitur: *vt ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & l sequens* Sin autem dominus[a] soli velit ali; concedere, potest: si non nocet ei cui primò concessit: *vt ff. de aqua cotidia & esti. l. Lucio. & ff. de seruitu. rustic. prædio. l. ij. §. si aquæductus. quæ sunt contra.* secus si noceat: *vt ff. de seruitu. rustico. prædio. l. per quem.* Item si[b] ille cui primò fuit concessa, velit alij concedere, non potest: *vt ff. de seruitu. rustic. prædio. l. ex meo.* nisi postquam iam ingressa est fines agri sui: *vt ff. de aqua cotidia. & esti. l. j. §. illud.*

a Seruitutem aquæ alteri concedere is potest, qui ex suo fundo alteri cuidam primo talem seruitutem concessit, modò ne noceat priori:

b Seruitutem aquæ ductus habens, an possit eam alij concedere.

* al. Conditiano.

b ¶ *Edictum.* puta vti possidetis. Item ne eius conditio fiat deterior per alterius factū. nam hoc inuenies ferè in quolibet edicto prætoris: *vt argu. ff. de alien. iudic. mutan. cau. fac. l. j.* Item & actione iniuriarum posses agere: *vt ff. de act. empt. l. qui pendentem.*

SI quid.] CASVS. Habebam seruitutē in domo tua recipiendi stillicidium. aliquid extruxisti, per quod impediebatur seruitus: an agere possim cōtra te, vt ad pristinum reducas statum, quæritur? Respond. quòd sic. In hac actione venit damni ratio qđ passus sum, quia seruitute mea vti non potui.

¶ Facit ad hāc l. Gl. in c. bonę memoriæ super verbo cōmunem. in li. extra de postu. præla.

¶ Quemadmodum quis debeat aut possit vti seruitute aquæ ductus. v. Cepollam in tract. rusticorū prædiorum. c. 4. num. 47.

c ¶ *Curabit.* *vt ff. si ser. vin. l. & si forte. § j. in fine. & l. si quando. §. finali.* ¶ Item not. in confessoria venire damnum, scilicet[c] quanti eius interest quòd non est vsus seruitute: *vt hic, & ff. si seruitus vindic. l. loci. § j.* sicut & in rei vindicatione quæ est similiter in rem. habetur ratio damni: *vt ff. de rei vindic. l. non solum. & supra de rei vindic. l. domum.*

c Damnum in confessoria seruitute quid ¦ deest in vet.

c ¶ *Curabit.* te agente confessoria: *vt not. j. eo. l. altius.*

† Ve in optimis libris. al. perfluentis. sed vitiose.

pertinet[a], prætoris edictū[b] non permittit ducere. PP. Id. Aug. Maximo. II. & Æliano Coss.

In confessoria venit vt res in pristinum statum reducatur, & damna sarciantur. hoc dicit. Bald.

V. *Impp.* PHILIPPVS *A. & Philippus Cæsar Luciano* militi.*

SI quid pars aduersa contra seruitutem ædibus tuis debitam iniuriosè extruxit: præses prouinciæ reuocare ad pristinam formam, damni etiam ratione habita, pro sua grauitate curabit[c]. PP. Kalen. Febr. Præsente & Albino. Coss.

Ordinata charitas incipit à seipsa. h. d. Bald. & Salyc.

VI. CLAVDIVS A. *Prisco.*

PRæses † prouinciæ vsu aquæ, quā ex fonte iuris tui[d] profluere allegas, cōtra † statutā consuetudinis[e] formā carere te non permittit: cum sit durū & crudelitati proximū[f], ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari. PP. VI. kal. Maij. Claudio. A. & Paterno Coss.

In aquæductu antiqua consuetudo seruanda est. hoc dicit secundùm Bart. & Bald.

VII. *Impp.* DIOCLETIAN. *&* MAXIMIANVS AA. & CC. *Iuliano* [PP.]*

SI manifestè docere possit, i[o] aquæ ex vetere more atque obseruatione per certa loca profluitatis[g] † vtilitatis certis fundis irrigādi[h] causa exhibere: procurator[i] noster, ne † quid cōtra veterem formam atque solennē morē innouetur, prouidebit. PP. IIII. Nonas Maij, Maximo. II. & Aquilino Coss.

Contra seruitutem domum non eleuo: sed præter seruitutem possum vsque ad cœlum. hoc dicit Iac. But. & Bald. Vel sic: Domus potest altius eleuari, nisi probetur seruitus deberi. Et faciens fenestram in alieno, cogitur propriis sumptibus rem in pristinum statum restituere. hoc dicit. Salyc.

VIII. *Iidem AA. & CC. Aniceto.*

ALti[o] † quidē ædificia tollere, si domus seruitutē nō debeat, dominus eius minimè prohibetur[k]. In pariete verò tuo[l] si fenestram Iulianus vi vel clā fecisse cōuincatur: sumptibus suis[m] opus tollere, & integrū parietem restituere cōpellitur. Dat. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. Coss.

Aedificans contra debitam seruitutem, cogitur ædificatum tollere. qui tamen dicit seruitutem sibi deberi, debet illud probare. hoc dicit. Salyc.

IX. *Iidem AA. & CC. Zosimo.*

SI in ędib.[n] vicini tibi debita seruitute, parietę altius ędificauit Heraclius: nouum opus suis sumptibus per præsidem prouinciæ tollere cōpelletur. Sed si te seruitutem habuisse non probetur, tollēdi altius ædificium vicino non est interdictum. PP. V. Kal. Iul. Sirmij. AA. Coss.

PRæses] CASVS. Habebas fontem ex quo ducebas aquam ad irrigandos agros tuos. volebam te inuito de eodem fonte aquam ducere ad agros meos: an possim, quæritur? Dicitur quòd non. ¶ Nota istam l. quæ semper alleg. ad hoc quòd ordinata[d] charitas incipit à se. *facit. c. j. de sup. neg. præla. lib. vj. & not in c. quæsitamus. xlij. d. §. Paulus.*

d Charitas ordinata incipit à se.

a vide quæ scripsi ad l. per quem. 14. ff. de ser. rustic.

d ¶ *Iuris tui.* quia tuus est, vt subiicit.

e ¶ *Consuetudinis.* id est non debetur alij seruitus, etiā per cōsuetudinem[f]: nam hoc modo posset acquiri. cum habeat perpetuam causam: *vt diximus s. eo. l. ij.* a Vel si non haberet, tunc tantum tempus requiritur cuius non extet memoria: *vt ff. de aqua coti. & esti. l. hoc iure. §. aquæductum.*

f Sed quid si tantum aquæ sit vt duobus vel pluribus sufficiat? videtur vicinus aquæ in ductu. v. Cepoll. tract. de seruit. vrbanorum c. 14. nu. 17.

f ¶ *Proximum.* vnde dicitur: Alpibus ille perit, qui se plus diligit vllum &c. ordinata enim charitas incipit à se.

SI manifestè.] CASVS. Debebas mihi seruitutem aquæ mihi à te ante confiscationem constitutam: quæritur an directè post confiscationem ducere possim? Respond. quòd sic: & agetur coram procuratore Cæsaris qui cognoscet inter priuatum & fiscum. Vel sic: concessi tibi seruitutē aquæ ducēdæ de fonte meo. vis aliter ducere eam, quàm solitus eras, vel contra formā in cōstitutione seruitutis appositam: an possis, quæritur? dicitur quòd non. & hoc prouidebit procurator Cæsaris si ad fiscum deuoluatur prædium. prima positio verior est.

g ¶ *Profluitatis.* ex prædio fisci.

h ¶ *Irrigandi.* volebat procurator fisci innouare ne haberet seruitutem.

i ¶ *Procurator.* cum res inter fiscum & priuatum agatur. ¶ Et not. argu. ex hac. l. quòd si quis habeat molendinū in[a] flumine, quòd alius non potest supra facere aliud molendinum per quod auertatur aqua, etiam in suo. Sed cōtrarium est: *vt ff. de aqua plu. arcend. l. si in meo fundo. & de damn. infec. l. fluminum. §. final. & l. Proculus. & de reg. iur. l. domum.* ADDITIO. De hac quæstione, & pluribus aliis circa eādē materiam, vide plenè per Bartol. in repetitione. l. quominus. ff. de fluminib. & ibi plenissimè per Ias. de Mayno in quadam repetitione sua.

a Molendinū habens in flumine publico verum posse alium prohibere loco superiore molendinum aliud facientē in suo, atque ita aquam auertentem. adde notata in l. si quis argentarium ff. de edendo.

† Aqua non est auertenda à solito cursu l. 1. ss. ad l. Aquil. Cepolam c. 4. rusticorum præd.

ALtius.] CASVS. Si domus tua domui meæ altius nō tollendi seruitutem non debeat: quantum vis eam eleuare potes. & hoc in prima. Si autem in pariete tuo vi aut clam fenestrā feci, immittendo tignum in ædes tuas: an sumptibus meis tollere debeam quod feci, cum seruitutem mihi non debuisti, & parietem reficere? Dicitur quòd sic. qua actione, non aperit. tu dic quòd interdicto quod vi aut clam. ¶ Not. ex hac. l. quòd omnis domus præsumitur libera à fundamentis vsque ad cœlum, nisi probetur seruitus constituta vel præscripta. a Not. secundo, quòd in pariete alterius quis non potest facere fenestrā, & per consequens nec immittere tigna, sed in proprio pariete bene possum facere fenestrā. Bal. hic.

† Vide Cepollā in tract. de seruit. c. 16. & 17. Marsil. sing. c. 14. vbi tres limitationes ad hanc legē adfert, vnam ex l. vlt. in ff. eod. alteram ex §. 15. qui ff. de vsufr. Tertiam, si quis animo nocendi hoc faciat non alia necessitate arg. l. § In eq. in verbo habere. c. & l. ff. de aqua plu.

k ¶ *Prohibetur.* Videtur ergo quòd quodlibet[b] prędium præsumitur liberum, nisi probetur cōtrarium. est enim eius vsque ad cœlum, cuius est solum: *vt hic, & ff. de serui. l. fi. §. pen. & quod vi aut clam. l. fi. § pe. & l. Proculus. & de reg. iur. l. domum. & de ser. vrb. præd. l. cum eo & l. imperatores. & l. cuius. & j. eo. l. si in ædibus. & l. si tibi.* Sed contra *ff. de ser. vrb. præd. l. qui luminibus.* Sol. ibi erat, seruitus, & ideo altius non tollit.

b Prędium quodlibet præsumitur liberum.

l ¶ *Tuo.* id est tibi seruienti, vel propriè dicas.

m ¶ *Sumptibus suis.* hoc per interdictū[c] quod vi aut clam: *vt ff. de alte. indi. mu. causa fac. l. iij. § ij.* Vel per confessoriam: *vt s. eod. l. si quid.* vel etiam per negatoriam, si propriè accipias tuo.

c De hoc seruitute altius non tollendi. v. Cepollam tract. de seruit. vrbanor. c. 27.

SI in ædibus.] CASVS. Habebam seruitutem in domo vicini altius non tollendi, contra debitam seruitutem eam vicinus eleuauit: an possis compellere vt sumptibus suis tollat quod extruxit, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in prima. Si autem nullam seruitutem mihi debuit quin altius quantum voluerit tollat, prohibere non potero. & hoc in secunda.

n ¶ *Si in ædibus.* idem dicit quod superior, sed stylum conuertit: imò non omnino idem.

SI tibi.] CASVS. Debebas mihi seruitutem aquæductus: non patiebaris me aquam ducere, ita quòd non vtendo per x. an. vel per xx. eam amisi an vindicare possim, quæritur? Dicitur quòd sic, si probem mihi seruitutē deberi: alioquin licuit tibi me prohibuisse,

bibuisse per operis extinctionem quod in agro tuo extruxisti.

a ¶*Si tibi.* nam si hoc minimè probetur, scilicet deberi seruitutem, vel si probetur quidem: econtra mõstratur quòd amisisti: *& facit* s. *eo. l. altius.*

Per agrum.] CASVS. Si per agrum vicini tui viæ vel actus cõstituta sit seruitus, eã petere potes: alioqui per agrũ suum ire vel agere eo inuito, tibi non licebit: sed via publica prohiberi non poteris.

b ¶*Minimè licet.* de iure humano: *vt hîc, & Instit. de rer. diui.* §. *feræ. versic. planè.* secus de diuino. nam transire per agrum alienum fas est: *vt in decret. distinct.* j. *cap.* j. Item fallit quod hic dicitur, in casibus: *vt ff. de religio. l. si quis sepulchrum. in princip. & ff. quemadmodum serui. amitt. l. si locus.* §. *fin.*

c ¶*Prohibetur.* nisi & qui prohibet, habet ius obtinendi: vt fit in plaustris obuiantibus: *vt ff. ne quid in loco publi. l. 2.* §. j.

Non modus.] CASVS. Habebam ius aquę ducendæ per prædium tuum ad prædium meũ: postea acquisiui alia prędia: an ad illa prædia aquam te inuito ducere possim, quæritur? Respon. quòd non.

d ¶*Non modus.* si post seruitutem constitutam aucta sunt prædia, s. constituta ab initio. Accur.

e ¶*Modus.* id est, si multiplicata[b] sunt prædia, vel aucta ei cui debetur seruitus: non per hoc crescit seruitus aquæ ducendæ: sed seruitus, id est, seruitutis impositio facit terminum, & certitudinem, quanta debeat duci. *vt ff. de serui. rustic. præd. l. ex meo. & ff. de aqua quotidia. & æsti. l.* j. §. *illud & ad hoc. ff. de damno infect. l. damn.* §. *si is.*

Sicut vsumfructum.] CASVS. In vsufructu amittendo certum tempus est constitutum, scilicet. decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes, & non biennale in immobilibus, vel annale in mobilibus, sicut olim. ita & in cæteris seruitutibus amittẽdis idem obtinet: vt in hoc sit similis causa cuiuslibet seruitutis, differentiis relictis.

f ¶*Dedimus.* vt s. *tit.* j. *l. corruptionem.* sed hîc etiam apertiùs dicit. Accursius.

g ¶*Contra absentes.* vt & j. *de præscript. long. temp. l. si. & ff. de vsucap. l. sequitur.* §. *fin.* & hoc si non habent

Seruitus aquaductus debet (si negetur) probari: at etiam probata, per non vsum congruo tempore potest amitti. hoc dicit Sal. Vel sic: Qui habet seruitutem constitutam, & tempore non perditam, potest ea vti. aliàs non. h. d. secundùm Iac. But.

x Iidem AA. & CC. Nimphydio.

SI tibi[a] seruitutẽ aquæ [ducẽdæ] deberi præses animaduerterit: nec hac te non * vtentem spatio temporis amisisse perspexerit: vti te iterum iure proprio prouidebit. Nam si hoc minimè probetur: loco proprio facto opere, dominus fundi continere aquam, & facere quominus ager tuum irrigari possit, nõ plubetur. PP. XI. kal. Feb. Sirmij. CC. Coss.

Inuito domino non potest quis ire per agrum eius. Bald. & Salyc.

xi. Iidem AA. & CC. Aureliano.

PEr agrum † quidem alienum qui seruitutem non debet, ire vel agere vicino minimè licet[b]. Vti autem via publica nemo rectè prohibetur[c]. Dat. XI. kal. Nouemb. Sirmij. CC. Coss.

Licet prædia quibus debetur seruitus aquæ, fuerint aucta, non tamẽ augetur modus aquæ ducendæ à principio limitatus. h. d. secundùm Pau. de Cast. & est bona lex.

xii. Iidem AA. & CC. Valeriæ.

NOn[d] modus[e] prædiorũ, seũ seruitus aquæ ducẽdę terminum facit. PP. III. kal. Ian. CC Coss.

Seruitutes reales non vtendo perduntur spatio longi temporis, scilicet annorum x. inter præsentes: xx. inter absentes: sicut seruitus vsusfructus vel vsus. Pau. de Cast.

xiii. Imp. IVSTIN. A. Ioanni præfect. præt.

SIcut * vsumfructum qui nõ vtendo per bienniũ in soli rebus, per annale autem tẽpus in mobilibus vel se mouẽtibus deminuebatur, nõ passi sumus huiusmodi sustinere compendiosum interitum, sed ei decẽnij vel viginti annorum dedimus[f] spatium: ita & in cæteris seruitutibus obtinendum esse cẽsuimus, vt omnes seruitutes non vtendo amittantur, non biennio, (quia tantùmodo soli rebus annexæ sunt) sed decennio cõtra præsentes, vel viginti spatio annorum contra absentes[g]: vt sit in omnibus huiusmodi rebus causæ similis, differentiis explosis. Dat. XV. Kal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestæ. VV. CC.

Seruitus prædialis quæ habet vsum discontinuum, perditur negligentia temporis duplicati. h. d. vsque ad §. cùm autem. Bald.

xiiii. Idem A. Ioanni præfect. Præt.

CVm talis quæstio in libris Sabinianis verteretur, (quidam enim pactus erat cũ vicino suo vt liceret ei, vel per se, vel[h] per suos homines per agrũ vicini transitum facere, iterũ habere vno tantummodo die per quinquẽnium, quatenus ei licentia esset in suam syluã inde transire, & arbores excidere, vel facere quicquid [necessariũ] † ei visum fuisset, & quęreretur quãdo huiusmodi seruitus non vtẽdo amitteretur: & quidam putarent *, si in primo vel secundo quinquennio per eam viam itum non esset, eandẽ seruitutem penitus tolli, quasi per biennium ea non vtendo deperdita, singulo die quinquennij pro anno numerando: aliis [autem] aliam[i] sententiam eligẽtibus, nobis placuit ita causã dirimere, vt quia iam per legem latam[k] à nobis prospectũ est, ne seruitutes per biennium non vtendo deperant, sed per decem vel viginti annorum curricula: & in proposita specie, si per quatuor quinquennia nec vno die, vel ipse, vel homines eius eadem seruitute vsi sunt, tunc eã penitus amittat viginti annorum desidia[l]. Qui enim in tã longo prolixoq; spatio suum ius minimè consecutus est, sera pœnitentia ad pristinam seruitutem reuerti desiderat.

Si area non potest habere ventum, nisi ex vna parte, & nõ potest alibi fieri per dominum prædij: ipso iure prædio vicini seruitus est imposita per legem, ne ædificando vẽtum impediat. h. d. secundùm Bald. Vel sic: Iuxta aream vbi fructus aridi triturantur, non licet vicino taliter ædificare, quod ventum venientem valeat impedire. Salyc.

Cùm autẽ apertissimi iuris, est fructus aridos conculcatione quæ in area fit, suam naturã & vtilitatem ostẽdere: aliquis viciniũ suũ vetabat ita ædificiũ extollere iuxta aream suam, vt ventus † excluderetur, & paleæ ex huiusmodi obstaculo secerni à frugibus non possent, quasi vetito vento suam vim per omnem locum inferre ex huiusmodi ædificatione, cùm secundùm sitũ regionis, & auxiliũ venti aream accẽdit. Sancimus itaq; nemini licere sic ædificare,

tẽporis interualla: 2 vel si habent, habent tantùm dierum vel horarũ. aliàs si maius habent interuallum, duplicatur tempus: *vt ff. quemadmo. serui. amitt. l. si sic quæ est contra*: vt habeat s. viginti annos semper inter præsentes & absentes, secundùm Ioan. *vt* j. *l. prox.* 2 Alij dicunt pro x. dari xx. & pro xx. dari xl. ¶ADDITIO. Nota ex hac glos. iunct. text. quòd in seruitutibus personalibus licet habeant causam discontinuam, tamẽ sufficit longum tempus. & vide hîc quod notat. per Dyn. *in l. fluminum.* §. *denique. de damn. infect.* secundùm Bald.

Cvm talis.] CASVS. Si quolibet quinquẽnio vna die per agrum tuum ad syluam meam eundi mihi ius constitutum, & duobus quinquennijs cessauero: an mihi præiudicabo quo magis seruitutem mihi constitutã videar amisisse, quæritur? Dicitur quòd non. sed si per quatuor quinquennia cessauero: mihi præiudicabo. & hoc in prima. Si iuxta aream meam, in qua beneficio venti paleam à granis separare consueui, opus extruere volueris: an prohibere possim, quæritur? Dicitur quod sic.

h ¶*Vel.* pro &.

i ¶*Aliam.* quam non habemus.

k ¶*Legẽ latã.* vt s. l. prox.

l ¶*Desidia.* Imò videtur in octo quinquennia differri: *vt ff. quemadmodum serui. amitt. l. si sic.* 2 Quidam dicunt speciale hîc in aquæductu. 3 Alij quòd hæc corrigit illam. Ioann. dicit duplicationẽ fieri de x. non[a] de xx. ann. & sic illam intellige secundùm istam. ¶Itẽ contra *ff. quib. mod. vsusfructus amittat. l.* j. §. *fina.* vbi vsusfructus[b] relictus tẽpore alternato, licet pro vno anno amittatur, nõ tamẽ amittitur pro alio. Sol. ibi amisit capitis deminutione: hîc non vtendo. 2 Vel verius ibi in seruitute personali, quę potest ex tempore incipere, & in tẽpus finiri. & sic sunt plures: sicq; pro vno tẽpore amitti, pro alio retineri potest. hic autem vna continua est: *vt ff. de serui. l. seruitutes* j.

Marginalia: * nec habent. — a Agrum per alienum transire an liceat. — Conc. de decr. ... — b Aedilis ... vel personis debitum ... seruitus ... de centies. ... Cephalo. ... Idem dici volunt indotata filia vt bonis patris audita non augeatur dos eius ... Commen. ... Adde ... Clementina ... Bartholo. ... transfor. — † decẽ in vet. — * putauerunt. — a Seruitus ... b Vsusfructus alternato tẽpore relictus, si perditur pro vno anno, non perditur pro alio. — † Area in qua messis trituratur, si non potest habere ventum nisi ex vna parte, & aliquis ibi ædificet, prohiberi potest ... Angelus ... ff. de seruit. vrbanorum ... Alleau ... & l. ed.

a ¶ *Faciat.* speciale in area secundùm Hug. fauore fructuum, vbi licèt non sit constituta seruitus, tamen à lege videatur imposita. ... & secundùm hoc non erit contra supra eod. l. altiùs. Ioan. & Azo dicunt quòd hic fuit constituta seruitus altiùs nõ tollendi (& ita ponunt casum) quę videbatur nõ valere, quasi non interesset: *vt ff. de seruitu.* ... sed tamen valet & interest.

vel alio modo versari, vt idoneum ventum & sufficientem ad præfatum opus infringat, & inutilem domino aream, & fructuũ inutilitatem faciat[d]. Dat. XI. Kal. Nouemb. Constanti. post consulatum Lampadij & Orestæ. VV. CC.

DE LEGE Aquilia.[a]

In actionibus superioribus dixit damna venire: vt ī. de rei vindica. l. domum, & ī. tit. j. l. si quid. Audi nunc generaliter de damno, & de ipsa actione damni dati.

TITVLVS XXXV. DE LEGE AQVILIA.

Damnum datum in sylnam per ignis immissionem, vel incisionem, debet resarciri, proposita actione legis Aquiliæ. Bald.

I. Imp. ALEXANDER. A. Glyconidi.

DAMNVM per iniuriam[b] datum, immisso in sylua igne, vel excisa[c] ea, si probare potes[d]: actione legis Aquiliæ vtere[e]. † PP. VII. Id. Nouemb. Alexandro. A. II. & Marcello Coss.

Damnum datum in demolitione vel concrematione domus, vel in destructione aquaductus, venit in actione legis Aquiliæ. Bald. & Salycet.

II. Imp. GORDIAN. A. Muliano.

LEgis[a] Aquiliæ actione expertus aduersus eũ quem domum tuam deposuisse[f], vel incendio concremasse, damnóque te afflixisse proponis: vt id damnum sarciatur competentis iudicis auctoritate consequeris.

Quinetiam si aqua per iniuriam aliò † deriuata sit[a]: vt in priorem statum[g] restituatur, eiusdem iudicis cura impetrabis[h]. PP. VIII. Id. Nouemb. Gordiano A. & Auiola Coss.

Occidens ancillam alienam tenetur ciuiliter actione l. Aquiliæ, & criminaliter l. Corn. de sicariis. & vna per alteram non tollitur. ad hoc allegatur. Vel sic: Si ex eodem facto oritur ciuilis & criminalis actio: vna non impeditur per executionem alterius. Bald.

III. Idem A. Dolenti.

EX morte ancillæ, quam cęsam conquestus es, tam legis Aquiliæ damni sarciendi gratia actionem, quàm criminalem[i] accusationem aduersus obnoxium competere tibi posse non ambigitur. PP. V. Kalen. April. Gordiano. A. II. & Pompeiano Coss.

Actio legis Aquiliæ est pœnalis, id est in duplum, contra negantem. hoc dicit secundùm Bald.

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Zoilo.

COntra negantem, ex lege Aquilia, si damnum per iniuriam dedisse probetur[k], dupli procedit[l] condemnatio. Dat. XV. Kalen. Maij, Heracliæ. AA. Coss.

DAmnum.] CASVS. In sylua mea cædua damnum incendisti vel excidisti: qua actione mihi tenearis, quæritur? Dicitur quòd actione l. Aqui. si probauero te mihi damnum dedisse.

b ¶ *Per iniuriam.* id est, nõ iure, siue per culpam: *vt ff. eo. l. sed & si quemcunque. §. iniuriam.*

c ¶ *Excisa.* nec matura, nec cædua: alioquin furti & arborum furtim cæsarum tenetur: *vt ff. eod. l. si seruum seruum. §. si olinam. versi. Octauenus.* Sed hoc fallit in duobus casibus, vbi rumpit, vel incendit, & tamen non tenetur: *vt ff. eo. l. si qua fumo. §. j. & l. qui occiderit. §. penult. in fin.* sed in illis non fuit culpa.

d ¶ *Probare potes.* nisi in casu: *vt ff. eod. l. si qua fumo.*

e ¶ *Vtere.* *vt ff. eo. l. si seruus seruum. §. ij. in fin. §.*

SI legis.] CASVS. Si in domo mea mihi damnum dedisti eam incendendo vel deponendo: an actione Aquil. te conuenire possim? Dicitur quòd sic. & si ab agro meo opere facto seu detracto aquam aliò deriuasti[b], an tenearis? Dicitur quòd sic, vt quicquid actum sit, in antiquum statum reducatur[c]. & vt damnum mihi resarciatur, prouidebit iudex qua tamen actione tenearis, hic non aperit. tu dic. interdicto quod vi aut clam. & hoc in secunda. ¶ No. ex hac l. ibi, vt id damnum sarciatur. quòd hoc venit iure actionis, & hoc debet in libello peti, quòd condemnetur ad emendationem damni. & ad hoc est aduersarius obligatus. sed si diceret se velle reponere rem in pristinum statum, vt non condemnetur ad æstimationem totius domus: deberet audiri. & sic illud est potius in solutione, quàm in obligatione: sicut in actione noxali, vbi emendatio damni est in obligatione, & datio pro noxa est in solutione. & ita intellige istum textum: & cessant ambages de quibus hic per glos. & Cyn. secundùm Paul. de Cast.

f ¶ *Deposuisse.* nisi fecisset causa arcendi[d] incendij iusto metu ductus: *vt ff. eo. l. si qua fumo. §. j.* secus si non iusto metu: *vt hic, & ff. quod vi aut clam l. si alius. §. est & alia.*

g ¶ *Statum.* s. actione quod vi aut clam.

h ¶ *Impetrabis.* non actione ista quæ damnum datum prosequitur: sed interdicto quod vi aut clam: *vt ff. quod vi aut clam. l. j. in princip.* sed & ista actio vtilis poterit quandoque locum habere: *vt ff. e. l. si seruus seruum. §. si quis aquaductum. & facit ad principium. ī. l. proxi.* Accursius.

EX morte.] CASVS. Si ancillam meam non iure occidisti: an ciuiliter act. l. Aquil. mihi tenearis, vt damnum mihi resarciatur, & nihilominus act. l. Cor. de sica. te conuenire possim, quæritur? Respond. quòd sic.

i ¶ *Criminalem.*[a] si dolo hoc factum est: *vt hic, & ff. eo. l. inde Neratius. §. si dolo. & ff. de præscript. verb. l. qui seruandarum. §. j. & de iniur. l. prætor. in prin. & ī. quando ciuil. act. crimin. præiudicat. l. j. & Instit. eo. §. liberum.* aliàs non: *vt ff. ad leg. Cornel. de sica. l. in lege.* licet Aquilia posset agi etiam pro leuissima culpa: *vt ff. eod. l. in lege. ij.* Item hoc intellige non simul: *vt ff. vi bonorum rapt. l. ij. §. j. & de publ. iudic. l. interdum.* ¶ Sed quid si fuit conuentus ciuiliter Aquilia & absolutus[b]? Respon. P. postea eum non posse conueniri criminaliter de sicariis. *arg. pro eo. ī. de iur. vel cur. r. vectiga. condu. l. j. & ī. de crimine stellio. j.* 2 Sed nos contra. nam tantùm debet facere in hoc casu absolutio, quantùm condemnatio & solutio, *arg. ff. de except. rei iudic. l. si quis cum totum. § plane.* licèt sit argu. contra. *ff. de lib. hom. exhib. l. ij. § penult.* sed illud est propter præsentem detentationem hominis, vt ibi dicitur. Sicut ergo solutione facta non obstaret exceptio: *vt ī quando ciui. act. crimi. præiudicet. l. j.* ita nec absolutione facta: nisi in quibusdam criminibus, quæ omnino tolluntur, si antequam reus de crimine conueniatur, satisfecerit, vt in dictis casibus. *& ff. ad leg. Iulia. de adulte. l. si adulterium. §. iidem Imperatores. & §. idem Pollioni. & ff. de re milit. l. milites. ij in fine. & ī. ad leg. Corn. de fals. l. si falsos.* Item si damnetur in ciuili ex delicto priuato: nihilominus potest damnari & in criminali etiam ab eodem iudice, cùm tanquam alius condemnet, vt ex prædictis rationibus colligi potest. & hoc tam in priuato, quàm in publico crimine: licèt dixerit P. contra in priuato: & illum titulum *infra quando ciuil. act. &c.* intelligit quando pro publico crimine competit actio ciuilis, & criminalis accusatio. secus si pro priuato secundùm eum. Sed contra nos est valdè ad primam opinionem, non ad proximam, quod legitur *infra de fide instru. l. fina.* quia ibi de falso primò habita fuit quæstio ciuiliter. & si velit accusare criminaliter, non potest nisi ante definitiuam sententiam, quæ non appellatione suspensa. Sed fortè responderi potest non posse vt rescindatur sententia, sed potest vt imponatur criminalis pœna, secundùm Azo.

COntra.] CASVS. Si in seruo Titij non iure damnum dedisti, & conuentus act. l. Aquil. confessus fueris te damnum dedisse, condemnaberis in simplum: si negasti, & te damnum dedisse Titius probauerit, in duplum teneberis.

k ¶ *Probetur.* per testes, vel per instrumenta[e], vel aliis probationibus, non per sacramenti delationem: *vt ff. de iureiur. l. eum qui. in princip.* ¶ Item fallit[d] in minore, qui habetur pro confesso si petat restitui: *vt ff. de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum.* ¶ Et sic not. hic ex mendacio quem puniri: *vt hic, & infra de non nume. pecu. Authen. contra qui propriam. & ff. eo. l. inde Neratius. §. hac actio.* ¶ Sed quid duplatur? dic ergo id, quod erat simplandum. simplandum autem erat omne interesse: *vt Institu. eo. §. hu autem verbis. & ff. eod. l. ait lex. in fin.* ergo hoc totum duplandum: *vt ff. quod met. caus. l. si cum ex. §. quadruplabitur. & ff. de ser. cor. l. in hoc iudicium. & Instit. de act. §. omnes autem.* Sed aliud in actione furti. vbi tantùm verum rei pretium duplatur: *vt ff. de furt. l. in furti actione.* Item quod dico de duplatione, habet locum siue directa, siue vtili Aquilia, siue in factum agatur: *vt ī. l. proxi.* Accursius.

l ¶ *Procedit ad idem Instit. de pœna teme. litigant. circa principium.*

Marginalia:

a vtitur Cicero hoc verbo in libro de inuentione.

a Adde Bas. ... titulo de damno dato 44. Constantio.

† quæ deficiunt ex textu huius legis. ... l. 17. §. 5. ...

a al. ¶ legis Aquiliæ actione expertus es in vno manusc.

b Aqua in quo ... potest ... à solito cursu ...

c Nota duplicem formam agendi, vt res in antiquum statum reducatur, & vt damnum resarciatur.

d Seneca. Ignis quo ... materiam ... aqua & ... ruina ... gurgites est.

a Quando ... alibi actio ... non ... docet.

† Sic in ... quidam legis ... ab eo ... quia nec ... reperi. ... deriuata est.

b Virum ... ciuiliter ... de eodem delicto coram eodem vel alio iudice.

e Instrumentis an & quomodo delictum probari possit. v. Bald. ... adde l. v. ... de probat. Gen. ... de ... pom.

d Postquam quis falso quid negauit, non prodest illi pœnitentia seu confessio: nisi fit minor huic enim competit restitutio in integrum aduersus negationem.

De petitoribus

Vbi eſt damnum datum de non corpore in corpus, habet locum vtilis actio legis Aquiliæ. hoc dicit Bald. & contra inficiantem ad duplum. Salyc.

V. *Iidem* AA. & CC. *Claudio.*

DE pecoribus tuis, quę per iniuriam incluſa, fame [a] necata ſunt vel interfecta: legis Aquiliæ [b] actione in duplū agere potes. Dat. XV. Kalend. Nouemb. AA. Coſs.

Faciens depaſci pratum meum tenetur mihi actione legis Aquiliæ. h. d. ſecundùm. Bald.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Plenio.*†

DE his quæ per iniuriam depaſta contendis, ex ſententia [c] legis Aquiliæ [d] agere [e] minimè prohiberis. PP. V. Kalen. Nouemb. CC. Coſs.

TITVLVS XXXVI.

FAMILIÆ ERCIſcundæ.

Diuiſio particularis non impedit agi iudicio familiæ erciſcundæ pro vniuerſali diuiſione. Bald. Vel ſic: Si quid hereditatis non eſt diuiſum, agitur iudicio familiæ erciſcundæ vt diuidatur. Bart.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Martiano.*

SI non omnem paternam hereditatem ex conſenſu [f] diuiſiſti, nec ſuper ea re [g] ſententia dicta, vel tranſactio ſubſecuta eſt: iudicio famil. erciſcun. [h] experiri potes.

DE pecoribus.] CASVS. Pecora mea incluſiſti: atque ita fame perierunt. qua actione te conueniam, & in quantum, quæritur? Dicitur quòd act. l. Aquil. & ad duplum poſt negationem de mendacio.

a ¶*Fame.* ſcilicet actione directa.

b ¶*Legis Aquiliæ.* vtili: *vt Inſtit. eodem. §. cæterum.* quādo necantur fame. ¶Sed certè imò videtur quòd in factum locum habeat: *vt ff. eod. l. item ſi obſtetrix. § ſi quis. & l. quemadmodum. §. magiſtratus.* Sed dic & hanc & illam dari, cùm ambæ ſint ex æquitate. ¶Et plenè dic: aut damnum [a] datur à corpore in corpus, & tunc directa [b]: *vt Inſtit. eod. §. cæterùm.* aut de corpore in non corpus: vt ſi annulum feciſti in mare cadere, & tunc vtilis, & in factum: *vt ff. eod. l. ſi ſeruum ſeruum. § ſi quis de manu. & de præſcript. verb. l. qui ſeruandarum. in princip.* aut de non corpore in corpus: vt ſi feciſti ſeruum meum deſcendere vel aſcendere in puteum vel arborem: *vt Inſtit. eodem. cæterùm.* aut de non corpore in non corpus: vt ſi ſeruū ligatum ſoluiſti, & fugit: & tunc in factum: *vt Inſt. eod. in fin.* ¶Et not. quòd vbicunque locum habet vtilis [c], & in factum: ſed non conuertitur: *vt ff. eo. l. quemadmodum. §. magiſtratus.* ¶Item not. quòd hæc [d] lex habet tria capita. Primo tenetur de occiſione tantùm, ſcilicet ſerui & pecudis. In ſecundo nihil. In tertio de omni alio damno: *vt Inſti. eod in princip. & §. caput. & §. capite.* In primo habetur ratio in anno retro, in tertio intra XXX. dies: *vt ff. eod. l. ij. & l. ſi ſeruus ſeruum. § huius legis.*

a Damnum datur vel à corpore in corpus, vel nō corpus: aut de non corpore in corpus, vel non corpus. ſimile eſt gl. Nouell. de triente. §. 4. 9. in verbo alliones.

b Damni dati ratione variæ actiones competunt, directa, vtilis, in factum.

c Vtilis actio vbicunque locum habet, ibidem & in factum actio locum habet, ſed nō econtra.

d Lex Aquilia habet tria capita.

b ¶*Aquiliæ.* id eſt actione vtili.

DE his.] CASVS. Si ad paſcendas glandes in agrum meum porcos tuos immiſiſti: qua act. mihi tenearis, quæritur? Reſpon. quòd act. l. Aquil. ex ſententia quaſi dicat non ex verbis.

c ¶*Ex ſententia.* non autem Aquilia directa: quia ad eum vſum conſumptæ ſunt, ad quem erant: *vt ff. e. l. qui occidit. § ſi quis alienum.*

d ¶*Legis Aquiliæ.* contra. *ff. ad leg. Aquil. l. ſi bones.* vbi datur actio in factum.

e ¶*Agere.* actione vtili de paſtu [e] pecoris quæ habet locum quando in tuo, meo pecore immiſſo, tuam glandem depaſco. ſecus ſi in meo cecidiſſet: quia tunc in factum: *vt ff. de præſcript. verb. l. qui ſeruandarum. § fin.* & vtilis Aquiliæ: *vt hîc.*

e Actio de paſtu pecoris quando locū habeat.

FAMILIÆ ERCISCVNDÆ.

Dixit de petitoriis. ſequitur de diuiſoriis. nam niſi liceret diuidere, ſegnius expedirentur ſingula: vt ĩ. quando & qui quarta pars. l. ij. lib. x.

SI non omnem.] CASVS. Si coheredes hereditatem paternam conſenſu diuiſerunt ex vtraque parte interueniente, & aliquas res reliquerint indiuiſas, an pro diuidendis famil. erciſc. iudicio agere poſſint, quæritur? Dicitur quòd ſic, niſi ſuper his lata fuiſſet ſententia, vel tranſactio interueniſſet.

f ¶*Ex conſenſu.* quia remanſit vnus ager ad diuidendum: & tunc non erit contra. *ff. eod. tit. famil. erciſcundæ. l. ſi familiæ.*

g ¶*Super ea re.* quam tunc petis diuidi.

h ¶*Familiæ erciſcundæ.* cùm iam pro quibuſdam erat actum familiæ erciſundæ, non videtur plus agi debere: *vt ff. eo. l. ſi filia. § familiæ erciſcundæ, quæ eſt contra.* Solu. hîc agitur nunc famil. erciſcundæ, ibi communi diuidun. nomine hereditatis diuidendæ. 2 Vel dic agi ſecundò ex cauſa. 3 Vel dic quòd primò fuerat actum commu. diuid. 4 Vel dic quòd extra iudicium fuit facta prima diuiſio.

PP. VIII. Kal. Octob. Laterano & Rufin. Coſs.

Filius poſt mortem patris dotem vxoris viuentis vel defunctæ percipit iudicio familiæ erciſcundæ. Bald. Vel ſic: In diuiſione hereditatis paternæ filius exoratus debet habere dotem præcipuam. hoc dicit. Nec eam poſtea communicat, licet vxor decedat. Salyc.

II. *Imp.* ANTONIN. A. *Vitiano.*

VXor tua, ſi mortuo patre tuo, cui dotem numerauerat, cùm heres ei [i] extiteris [k], adhuc in matrimonio tuo fuerit: familiæ erciſcundę † actionem ad exequendam [l] * dotem ſecundùm iuris pridem placitum, aduerſus coheredes tuos nactus es: eamq; retines [m] etiam ſi poſtea dum tibi nupta eſt, deceſſerit. PP. II. Id. Feb.*

Poſt aditam hereditatem rebus expilatis à coherede, debet agi familiæ erciſcundæ, non crimine expilatæ hereditatis. Bald. & Salyc.

III. *Idem* A. *Ruſo.*

ADuerſus coheredes tuos diuidendæ hereditatis iudicio ſecundùm iuris formā experire. Iudex datus, ſi quid a coherede etiam tuæ portionis ex hereditate ſublatum [n] fuerit probatum [o], factis adiudicationibus ſecundùm iuris formam eū tibi condemnabit. Expilatę enim hereditatis crimen fruſtra [p] coheredi intenditur, cùm iudicio familiæ erciſcundæ indemnitati eius proſpiciatur.

VXor.] CASVS. Si teſtamentum feciſti, & duos heredes inſtituiſti, vel plures: non curo: an in famil. erciſcund. iudicio veniat dos quam nomine vnius filij recepiſti, quæritur? Reſpon. quòd ſic, ſcilicet recipienda: ſed non diuidenda: *vt ff. eod. l. ſi filia.* Et hoc ampliùs, ſiue adhuc conſtante matrimonio, ſiue non, vxor deceſſit.

i ¶*Ei. ſ. patri tuo.*

k ¶*Extiteris.* Quid autem ſi exheredatus? [a] Reſpon. habet vtile [b] famil. erciſcun. iudicium, vel in factum: *vt ff. de do. prælega. l. ij. § ſi tamen.*

a Filius à patre exheredatus, dotem vxoris ab heredibus poſtea repetit vtili familiæ erciſcundæ iudicio vel actione in factum.

b Vtile familiæ erciſcundæ iudicium, cōpetit exheredato filio.

l ¶*Ad exequendam.* id eſt, conſequendam, non dico coæquandam: *vt hîc, & ff. eod. l. ſi filia. §. j. & l. ſi maritus. & l. fundus qui. & iure dot. l. ſi is qui. § ibi dos. & ff. ad leg. Falcid. l. ſi dos. & infra de rei vxo. act. § cautione. & ff. pro ſocio. leg. actione. § fin.*

† Ideſt officio iudicis deſeruiente huic actioni. nam actio datur ad diuidendum. Pau.

m ¶*Retines.* cùm caueris coheredibus de indemnitate, vt prædictis legibus. ¶Item not. quòd dicit, deceſſerit: ſecus ſi [c] diuerteret: quia tunc eā ſequeretur: *vt ff. de do. prælega. l. per dotem.*

* hoc verbum erat in vet. manuſc. rectè.

c Si me mortuo nurus à filio diuertit, competit illi actio aduerſus meos heredes ad dotem repetēdam, quam mihi numerata fuerat.

ADuerſus.] CASVS. Si duobus vel pluribus heredibus inſtitutis vnus ex illis à fratribus res de hereditate ſubtraxit: an alij aduerſus eum act. expilatæ hereditatis intentare poſſit, quęritur? Dicitur quòd non, cùm per familiæ erciſcundæ iudiciū indemnitati ſuæ poſſint conſulere, ſi eum ſubtraxiſſe probauerint.

n ¶*Sublatum.* quorum vnus de hereditate aliqua ſubripuit.

o ¶*Probatum.* non enim præſumitur [d] ſubtractum malo animo, niſi probetur: *vt ff. pro ſocio. l. merito.*

d Non præſumitur dolus in coheredes, aut ſocio.

¶Item loquitur hic cùm poſt aditam hereditatem, & ante apprehenſam poſſeſſionem ſubtrahitur. Ceſſat [e] autem crimen expilatæ hereditatis: quia pro hoc crimine datur alia actio, ſcilicet familiæ erciſcundæ: vt hic ſubiicit. *& infra de crimin. expilat. heredi. l. fin.* alia enim quæ reſpectu poſſeſſionis tantùm datur, vt rei vindicatio, non ratione delicti, bene concurrit cum crimine expilatæ hereditatis: *vt ff. de crimin. expil. hereditatis. l. alium. quæ eſt contra.* Vel ibi aduerſus diuerſos intentabatur. ſi autem adita eſſet hereditas, & poſſeſſio apprehenſa, nunquam daretur crimen expilatæ hereditatis: *vt ff. de crimine expila. hereditat. l. ij.* ſed familiæ erciſcundæ datur poſt aditam hereditatem aliquo ſubtracto: ſiue fuerit apprehenſa poſſeſſio, vel non: *vt ff. eod. l. & puto. §. ij. & l. qui erat.* Item & ante aditam hereditatem habet locum vtilis: *vt eodem. l. inter coheredes. § fructus.* ¶ADDITIO. Adde hic ſecundùm Baldum, quòd cùm iſta iudicia, ſcilicet ciuile & criminale, non contrariantur in cauſis. item nec veniunt ex eadem cauſa, meritò iudicium familiæ erciſcundæ concurrit cum criminali iudicio expilatæ hereditatis, ſi conſtat de dolo, ſecundùm Iacob. Butr. Poſt aditam hereditatem & apprehenſam poſſeſſionem contrahitur crimen ordinarium: & ideo ceſſat extraordinarium. & vide quod nota. *ff. de vſucapionibus. l. ſi homo. & in leg. prima. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta. liberis eſſe iuſſus fuerit, &c.* Bald.

e Hereditatis expilatæ crimen an poſſit concurrere cum rei vindicatione ſtatuiliber.

p ¶*Fruſtra.* pro deo, ad quid dicitur ceſſare vnum pro alio, cùm

a Pro crimine ciuiliter agi potest in factum.

ad diuersa dentur, pro crimine enim non inuenitur agi nisi criminaliter: vt ff. de effrac. l. j. §. expilatores. Respond. a in factum agi posse ciuiliter pro crimine, argu. huius. l. & ff. de praescript. verb. l. quoties. & illa est quae tollitur per hanc. l. fam. ercis. non fortè criminalis actio: vt j. quando ciui. act. cri. praeiu. l. j.

S I filius familias.] C A S V S. Si filio tuo in castris tuis constituto res mobiles, pura argentum vel se mouentia, vt equum, eunti in castra dedisti: an cum fratribus sint communia, quaeritur. Rñ. quòd non: sed in castrensia bona tibi filio computentur ad diuisionem. secus si ei fundum vel in rem immobilem donasti: quia illa veniunt in diuisionem communem. & hoc in secunda. Si autem occasione militiae aliqua acquisiuit praedia à commilitone, ea vt castrensia fratrib. suis communicabit. & hoc in tertia. ¶ Not. hic casum quòd si pater filio doctori dat libros b, & vestes doctorales, & alia similia quae doctori conueniunt, statim efficiuntur quasi castrensis peculij, & statim valet donatio: quia filius famil. quantum ad castrense peculium pro patre famil. habetur: vt in l. ij. ff. ad Mace. nec possunt postea reuocari nec debent communicari cum fratrib. nec sibi computari debent in portionem suam, sed habere praecipua, & reliqua debent communiter diuidi, secundum Paul. hic.

Castrensia non veniunt in diuisione cum fratribus, sed donata in peculium veniunt in diuisione. h. d. & est valde singularis. Vel sic: Ex qualitate rei & personae praesumitur aliquid esse donatum in castrensi vel in simplici peculio. Bal.

III. Imp. ALEXAND. A. Antonio.

S I filius familias fuisti, & res mobiles a vel se mouentes b, quae castrensis peculij esse possunt, donatae tibi à patre sunt: eas quoq; in caetero peculio castrensi non communes cũ fratribus tuis habes. c Praedia autẽ licet eunti tibi in castra filio pater donauerit, peculij tamen castrensis non sunt. d Diuerso iure ea praedia habẽtur quae ex occasione e militiae filiisfamilias obueniunt. haec enim castrensi peculio cedunt.

A dispositione odiosa facile receditur per dispositionem fauorabilem. Bal. Vel sic: Vltima voluntas potest mutari tacite & expresse. hoc dicit secundum Bart. Vel sic: Vltima voluntas praeualet etiam sine scriptura. Salyc.

V. Idem A. Satiliae.

I N ipsius mariti tui fuit potestate, mutare f quod in seruos suos iratus testamento cauerat, g vt vnus quidem in perpetuis vinculis moraretur, alter verò exportandus venundaretur. Proinde si offensam istã clementia h flexit (quod licet scriptura non probetur, alijs tamen rationibus i doceri nihil impedit, praesertim cum posteriora eorum talia merita deprehenduntur, vt ira domini potuerit mitigari) nouissimam eius voluntatem arbiter familiae erciscundae sequetur k.

Quod est ipso iure diuisum per legem, non potest ministerio iudicis diuidi. h. d. Bald. Vel sic: Nomina debitorum per hominis iudicium non veniunt diuidenda, cum sint ipso iure diuisa. Sal. & Paul. de Ca.

VI. Imp. GORDIANVS A. Pomponio † militi.

E A quę in nominibus l sunt, non recipiunt diuisionẽ: m cũ ipso iure in portiones n hereditarias ex lege duodecim tabularum diuisa sint n.

In iudicio familiae erciscundae veniunt praelegata. Bald. Vel sic: Iudex aditus super hereditate diuidenda, de praelegatis cognoscit: & ei cui debentur, adiudicat. Sal.

VIII. Idem A. Alieno.

S I qua fideicommissorum petitio inter coheredes cõsistat: o prętor vel pręses prouincię eius rei p disceptator cõstitutus, vel iudex familię erciscũdae iudicio aditus, † vt voluntas testatricis q seruetur suas partes accommodare r debet.

In vno libello potest agi familiae erciscundae iudicio pro pluribus hereditatibus diuidundis. puta pro hereditate paterna & materna. h. d. secundum Bald.

VII. Idem A. Telesphoro.

B Ona quaecunque tibi sunt communia cum fratre tuo ex hereditaria successione patris vel matris, cum eodem familiae erciscundae iudicio experiens, vt diuidantur impetrabis. f

* Antonio.

b Libri & vestes doctorales & similia filio à patre donata quasi castrensis ... imputantur in legitimam, de qua ... Grass. ... Angel. ... in portionem ...

a ¶ Mobiles. vt arma.
b ¶ Mouentes. vt equus
c ¶ Habe. vt & j. de castrens. pecul. l. j. lib. xij. & ff. de castren. pecul. l. iiij. in prin. ¶ Et no. castrense c non communicari, nec quasi castrense: vt hic & infra de coll. l. fin. & supra de aduoc. diuer. iudi. l. fori. & infra de bo. quae lib. l. cum oportet. §. primo & institut. quibus non est permissum face. testamen. in prin.

d ¶ Ven sunt. tenet tamen donatio, si morte firmetur tacitè vel expressè, & praecipua adiudicentur: vt j. de dona. inter virum & vxorem. l. donationes. j. & j. e. l. filiae. & dic vt ibi.

e ¶ Ex occasione. fortè à commilitone: non acquisiturus aliàs nisi fuisset miles. vt ff. de castren. peculio. l. si forte. & l. castrense.

I N ipsius] C A S V S. Si testator praecepit in testamento, vt vnus ex seruis suis in perpetuis staret vinculis, alius exportandus venderetur: & postea voluntatem suam mutauerit clementia ductus licet probari non possit, per scripturam, sed alijs rationib. quòd voluntatem suam mutasset, tamen posterior sua voluntas seruanda est, & non venient hi serui in diuisionem cum alijs rebus hereditarijs per iudicium familię erciscundae inter coheredes.

c Castrense peculium fratri ... non confertur ...

f ¶ Mutare. cum ambulatoria sit voluntas, &c. ¶ No. quòd voluntas defuncti deambulatoria d est vsque ad supremum vitae: vt ff. de adimen. leg. l. iiij.

d Voluntates vltimae defunctorum ambulatoriae ad mortẽ vsque.

g ¶ Cauerat. cauerat dico vt vnus. &c.
h ¶ Clementia. sic j. si quis aliquem te. pro l. f.
i ¶ Rationibus. sic j. de rei vindic. l. iudicia certa.
k ¶ Sequetur. sicq; faciet diuisionem seruorum, vel curabit poenas imponi, si non reuocauit testator: vt ff. eo. l. hic consequetur. § idemque.

E A quae in omnibus.] C A S V S. Per actionem fam. ercisc. res corporales diuidi debẽt, non aũt actiones hereditariae, s. quoad titulum, sed quoad intellectum: & hoc est quod subijcit, quia lex xij. tab. eas diuisiones pro portionibus hereditarijs fecit, vt quilibet heredum pro portione sua actiones habeat coheredit... & etiam contra quemlibet dentur. VI.

l ¶ In nominibus. id est in debitoribus.
m ¶ Diuisionẽ. ab homine n ¶ Diuisa sint. Idẽ a cõtra si defunctus debuit: vt & j. de pact. l. pacto successorum. su. & j. si cer. peta. l. j. & j. de excep. l. j. & j. de her. act. l. ij. Sed certè sic est in rebus corporalibus: nam & ipsarum b dominiũ vnũquemq; heredem contingit pro hereditaria parte: quia si sis heres pro dimidia cuiuslibet rei, dominus es pro dimidia. Si pro tertia, similiter ipso iure diuisę sunt res pro portionib. hereditarijs. Sed dic differre c in hoc q. res corporales etsi ipso iure sint diuisę, tamẽ per hominem aliter diuidi possunt, vt loco intellectualis d diuisionis fiat quaedã quae oculis subijciatur: vt inst. de off. iu. §. f. At in nominib. non potest p hominẽ aliter fieri diuisio: licet cocius nominis possit fieri assignatio quandoq; vt statim dicam, s. quando res corporales sunt & nomina. itẽ si tantum nomina, ex voluntate tamẽ: vt ff. eo. l. plane, nam facta assignatione remanent tamen actiones penes eum qui mandas eas, adeo inhęrent ossibus eius: vt ff. pro soc. l. ij. in princ. Item intellige hanc l. quando nil aliud est in hereditate nisi nomina: vt ff. eod. l. heredes. §. j. alioquin venirent nomina gratia aliorum, non dico diuidenda, sed sed assignanda: vt dictũ est: vt ff. eodem l. iiij. § finali & l. sequen. Sic & aliàs quaedam e veniunt accessoriè, non principaliter: vt ff. de vi & vi arma. l. j. § illud. & de sen. cor. l. in hoc. & de Carb. edi. l. si impubes. §. pe.

a Nomen defuncti, id est, quod vel debitum defuncto, vel ipse debet, ... ipso iure ... diuidi ... legem, id est ... hereditarias.
b Res corporales def. ... ipso iure diuisae ...
† Pompeio.
† Portionem hereditariam.
b Res corporales & Nomina non eodem modo ipso iure diuisae ... intellectu & re ipsa ...
d Accessoriè quaedam veniunt, quae principaliter nõ veniunt.

S I qua fideicomm. sorum.] C A S V S. Pluribus relictis heredibus, vni ex eis partem fundi praelegauit. ille ad rem prelegatam petitionem habebit, & non venit in diuisionem cum alijs coheredibus per iudicium fam. ercisc. & hoc prouidebit vel iudex datus ad diuidendam hereditatem, vel praeses.

o ¶ Consistat. quia praelegauit testator aliquid alicui eorum.
p ¶ Eius rei. quia actione ex testamento agitur coram eo. Vel dic quòd etiam iudicio familiae erciscundae agebatur coram eo.
q ¶ Testatricis praelegatum relinquentis.
r ¶ Accommodare. vt & ff. e. l. si ita legatum. & l. inter coheredes. §. j. & l. rem pignori. & l. si filia. § Papinianus. & §. item Papinia.

e Pluribus actionibus agi potest pro vna hereditate & quando.

B Ona quaecunq;.] C A S V S. Si aliqua cum fratribus tuis habes communia, siue ea sint paterna vel materna, vt ea diuidantur vno eodem iudicio fam. ercisc. impetrare poteris.

f ¶ Impetrabis etiam vna actione sufficiente pro pluribus hereditatibus: vt & ff. eo. l. heredes. §. de pluribus. sicut e econtra pluribus actionibus agi potest pro vna hereditate propter plures coheredes diuersis temporibus diuidentes: vt ff. e. l. q. §. dubitãdu. ¶ Itẽ excipe quaedam quae licet communia sunt ex hereditaria causa, non tamen veniunt in hoc iudicio, vt nomina siue defuncto siue à defuncto,

à defuncto debita: *vt ſ. eod. l. es quæ.* Item mala medicamenta. Item iniuſtè quæſita. Item libri improbatæ lectionis: *vt ff. eo. l. cætera.*

NOn eſt ambiguum.] C A S V S. Si tu cum aliquo alio in hereditate aliqua inſtitutus, vnius fundi, ſciēs eum hereditarium, & alium in eo heredem eſſe, fructus percepiſti: an ad eos tenearis vt in diuiſionem cū cæteris bonis veniant per iudicium fam. erciſ. Respond quòd ſic: cum iudicium famil. erciſc. ſit bo. fid. & portio hereditaria fructibus augeatur.

Hæc actio eſt bonæ fidei: & in ea veniunt fructus. Bal. & Saly.

IX. *Iidem* A A. *Verino.**

NOn eſt ambiguum, cum familiæ erciſcundę titul[a] inter bonæ fidei iudicia numeratur[b], portioné hereditatis ſi qua ad tę pertinet, incremēto fructuum augeri[c].

Teſtator poteſt inter ſuos heredes hereditarias res diuidere, ſalua Falcidia. & clauſula generalis ſequens determinatur per ſpecialem clauſulam præcedentem. hoc dicit ſecundùm Bart.

X. *Iidem* A A. *Teleſphoro.*

QVotiens inter omnes heredes[d] teſtator ſucceſſioné [ſuam*†] diuidit[e], ac ſingulos certis poſſeſſionibus cum mācipiis quæ in eiſdem ſunt conſtituta, iubet eſſe contentos[f]: voluntati eius (ſalua legis Falcidiæ[g] auctoritate) obtemperandum eſſe manifeſtum eſt. Nec mutat †, quòd in ſequentibus verbis[h] municipia ſua vniuerſa, nulla facta eorum diſcretione commendanda[i] putauerit heredibus: cum vtrique his ea videatur inſinuaſſe[k], quibus etiā teſtamenta relinquenda eſſe decreuit.

Inter filios & filias debet hereditas parentis æqualiter diuidi. h. d. ſecundùm Bal. Vel ſic: Pro rata ſucceſſionis petitur diuiſio hereditatis. Salycetus.

* Heroeæ. in quibuſdā vet. eſt lex. 14.

a ¶ *Titulus.* id[a] eſt actio. vel titulus, ſc. iudicij, ſicut poſſeſſionis titulus, id eſt, cauſa[b], ſicuti eſt emptio vel alius cōtractus. Aliàs autem ponitur pro modificatione. Aliàs pro dignitate[c]. Aliàs pro ſigno ponitur. Aliàs pro priuilegio: *vt in auth. de eccle. tit. in princ. coll. ix.*

a Titulus vario modo in iure ſumitur. *adde Gl. Nou. 17. 18. 20.*

b Titulus in præſcriptionibus ſignificat cauſam habilem ad dominij translationem. *v. Bald. tract. de præſcr. 3 parte 1. qu. 3.*

c Legitimatus vt poſſit ſuccedere in titulis, tam feudalibus quàm allodialibus, legitimatus etiam cenſetur in dignitatibus quæ important titulū. *Cephalus 1. Conſil. 49.* †al. Philoteca. * deeſt in omnibus.

b ¶ *Numeretur. vt inſt. de act. §. actionum.*

c ¶ *Augeri.* hoc ſi percepit tanquam heres, ſciens ſe habere coheredem, & fundū hereditarium eſſe. Sed quid ſi ſuum credebat, vel ex alia cauſa communem, vel percepit cum non credebat ſe habere coheredē? Videtur quòd non teneatur: *vt ff. e. l. inter coheredes. §. fructus.* ſed eos debeat lucrari percipiens: *vt ff. eod. l. fundus qui. § j. ibi, qui verò ante litem cōteſt. & ff. fin. reg. l. iij. § poſt litem. & inſti. de rer. diui. §. ſi quis autem à non domino.* Sed tu dic quòd tenetur vtili actione, ſed non directa: quia non percepit vt coheres: *vt ff. eod. l. & puto. §. pen. & l. qui erat.* & ad inſtar petitionis hereditatis in quantum locupletior eſt: *vt ſ. de petit. here. l. ij. & ff. de pet. hered. l. ſed & ſi. §. pen. & fin. & l. illud § orado.*

† Hæc l. facit ad c. ſecundo requiris. cum glo. ſuper verbo vtriuſque extra de app. vbi vide.

QVotiens.] C A S V S. Paterfam. tres filios habēs, & tria prædia, & in vnoquoque prædio tria mancipia, vnicuiq; filiorum certum aſſignauit mancipiis quæ in eo erant, & deceſſit, an filij huic diuiſioni, quam pater in teſtamento fecit, ſtare debeant, quæritur? Dicitur quòd ſic. & hoc in prima. Si autem in inferiori parte teſtamenti ſic dixit teſtator: rogo vos ò filij de mancipiis quæ vobis reliqui, quòd eos clementer tractetis: an videatur per hæc verba, mancipia quæ prius diuiſit, communicaſſe, quæritur? Reſp. quòd non. & hoc in ſecunda.

d ¶ *Heredes.* Not. generalem[d] clauſulam referri ad antecedentia.

e ¶ *Diuidit.* & ſic dico quòd ſi[e] pater in filios ſuos in ſolenni voluntate diuiſit bona aſſignando cuilibet certam portionem vel etiam certam rem: pro eodem habeo ac ſi dixiſſet, heredes inſtituo. nam quilibet neſcit dicere, heredes inſtituo. Si autem in minus ſolenni voluntate dico idem, ſi aſſignauit eis quotam portionis. Si autem certam rem: tunc non vt teſtamentum valebit, ſed vt voluntas ab inteſtato. Alij tamen aliter dicunt: vt j. *eod. l. filij.* dicemus. H.

f ¶ *Contentos.* quæ inſtitutio valet: *vt ff. de hered. inſti. l. ex facto ij. § j. & ff. eod. l. ſi filius. §. ſi pater.* & ſunt heredes, cum nulli alij ſint heredes. aliàs eſſent iſti tales locum legatariorum: *vt j. de hered. inſt. tu. l. quotiens.*

g ¶ *Legis Falcidiæ.* quæ[f] debetur iure inſtitutionis: *vt probatur ff. de hered. inſti. l. ex facto ij.* vel quæ debetur iure naturæ: nam quamcunque vult poteſt retinere. ¶ De Trebelliānica autem poſſet etiam quis hoc intelligere: licèt quidam dicāt quòd non habet locum, niſi cum rogatus eſt quis reſtituere totam hereditatem, vel quotam portionem: & pro eis *ff. ad Treb. l. mulier. j § f. & l. nam quod. § f. & l. togi. in priu.*

d Generalis clauſula refertur ad antecedentia.

e Pater filiis bona diuidēs videtur eos inſtituere.

f Falcidia pro parte ſignificat portionem debitam iure inſtitutionis: impropriè & Trebelliānica impropriſſimè pro legitima debita iure naturæ: vt his ſimile eſt G. Auth. vnde & ſi parens in verbo Falcidia. j. de inoff. & in G. Nou. de immenſis donat. p. 1. in pr.

h ¶ *Verbis.* ſ. teſtamenti.

i ¶ *Commendanda.* id eſt, commendauit. *ſic ff. eodem. l. cum putarem.* ex quo videbatur in commune redegiſſe, quæ ante diuiſerat: ſed non eſt ita. vt dicit: & ſic ſequentia[a] per præcedentia intelligūtur: *vt ff. de leg. 3. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. & de legat. ij. l. legatorum. §. fina.* ¶ Sed arg. contra. *ff. de verbor. ſignificat. l. cum fundum. & de legat. iij. l. ſi qui cum plures.*

a Sequentia per præcedentia intelliguntur. de quo v. plura apud Mantic. lib. 6. de coniect. vltim. volunt. Tit. 13.

k ¶ *Inſinuaſſe.* id eſt, cōmendaſſe.

XI. *Imp.* PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. *Antonio.**

INter filios & filias bona inteſtatorum parentum pro virilibus portionibus æquo iure[l] diuidi oportere, explorati iuris eſt[m].

Diuiſio valet ſine ſcriptura. h. d. Bald. & Salyc.

* al. Antonia.

XII. GALLIENVS & VALERIANVS† A A. *Ruſo.*

NOn ideo diuiſio inter te & fratrē tuum (vt proponis) facta irrita habenda eſt[n], quòd eam ſcriptura ſecuta non eſt: cum fides[o] rei geſtæ ratam diuiſionem ſatis affirmet.

Peculium profectitium venit inter heredes diuidendum. Item debitum vnius fratris non onerat alios, niſi de eius peculio profectitio. Bald.

XIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. A A. *Saturnio.**

CErtum eſt liberorum peculia[p] poſt mortem patris in hereditatem diuidendam ad communionem eſſe reuocanda. Frater autem & coheres tuus, ob contractus quibus, viuente patre etiam ignorante ipſo, obligatus fuit, conuenire[q] te & alterum fratrem tuum coheredem veſtrum vltra non poteſt[r], quàm vt de peculio ſuo accipiat tātam quātitatem,

INter filios.] C A S V S. Si paterfamilias vel materfamilias ab inteſtato deceſſit, & filios vel filias reliquerit: in bonis eorum qualiter inter liberos facienda eſt diuiſio, quæritur? Reſp. quòd pro portionibus virilibus. Viuianus. Et intellige iſtam l. in bonis allodialibus. Secus in feudalibus[b], quæ nō tranſeunt ad fœminas, ſed maſculos tantùm. Pau.

† al. Gallus & Voluſianus. AA.

b In feudis aliter ſuccedunt liberi: aliter in allodialib. Hæc in partes viriles feudū tur inter omnes liberos ſiue maſculi, ſiue fœminæ: illa non tranſeunt regulariter in fœminas. de quo v. Cl. ff. 2 Feudorum 1. § hoc autem verbo legibus.

l ¶ *Aequo iure.* id eſt, æquitate ſola inſpecta. cum enim ex[c] ſententia ius fieri debeat, ſicut ipſe legiſlator[d] æquitatem ſequitur: ita & iudicem ſequi oportet: licèt quandoque non ita ſequatur, oculo iudicis caligante.

* al. Saturnio.

c Ex ſententia ius oritur.

d Vt legiſlator ita & iudex æquitatem ſequi debet.

m ¶ *Explorati iuris eſt.* à ſapientibus: *vt inſt. tit. de heredib. quæ ab inteſtato. in princip. & j. de leg. hered. l. lege, & de coll. l. vt liberis. & ff. de ſuis & legiti. l. j. in princ.*

NOn ideo.] C A S V S. Duo fratres bona paterna inter ſe diuiſerunt. an ob hoc quòd ſcriptura non interuenit, diuiſio ſit minus obſeruanda, quęritur? Dicitur quòd nō, cum fides, &c. quaſi dicat, cum poſt diuiſionem factam inſecuta eſt poſſeſſio: quia quilibet poſſeſſionem apprehendit, & ſic euidentia facti probat.

n ¶ *Habenda eſt. vt ſ. de pact. l. pactum quod bona. & de rei vindi. l. indicia. & j. de proba. l. proprietatis.*

o ¶ *Fides.* quia diuiſio facta eſt, & poſſeſſio inde ſecuta eſt: *vt j. eo. l. ſi diuiſionem. & facit ſ. ſi mi. ab here. ſe abſt. l. j.*

CErtum eſt.] C A S V S. Si paterfa. habens filios, eos ſcripſit heredes: an peculia profectitia quæ filij habent, veniant in diuiſionem cum cæteris bonis poſt mortem patris, quæritur? Reſp. quòd ſic. & in prima. Si autem vnus ex filiis viuente patre & ignorante cum aliquo contraxit, & eius debitor factus fuerit, an coheredes ſuos conuenire poſſit vt conferant illud debitum, quæritur? Dicitur quòd non, niſi vt de peculio ſuo tantū recipiat in quantum his cum quibus contraxit, fuerit condemnatus. & hoc in ſecunda.

p ¶ *Peculia.* profectitia ſubaudi. nā[e] caſtrēſia vel quaſi non conferūtur: *vt ſ. eo. l. ſi filiusfa. & j. de col. ea demū. & l. filia licet.* Item nec aduentitia[f] hodie: *vt j. de coll. l. fi.* ¶ Sed quomodo reuocātur ad communionem, cum nec deceſſerint: *vt j. de col. l. filia licet?* Reſp. quatenus de facto exuerunt, ſ. quoad adminiſtrationem: *vt & ſ. de inoff. don. l. ſi tot. as ſic ſ. de ſacroſ. ecc. l. iubemus. § fin.*

e Caſtrenſia vel quaſi peculia non conferuntur.

f Aduentitia hodie non conferuntur.

q ¶ *Conuenire.* vtili iudicio fam. erciſ. non directo: *vt ff. eo. l. & puto. § ſed & ſi dolo. verſ. & ideo. l. qui erat. in ſi.* Vel ſpeciale in filiis: *vt eod. l. heres § ſi filius.*

r ¶ *Vltra non poteſt.* niſi fuerit in rem patris verſum, vel eius iuſſu contractum: tunc enim præſtabitur de ſubſtantia patris ſolidum: *vt ff. eo. l. ſi filia. § j.*

a ¶*Condemnatus est vt ff. eod. l. his consequenter. §. si filius. & ff. de pecu. l. si quis seruum. in principio. & l. quæsitum. §. j. & ij. & ff. de condict. indebit. l. frater.* Item quod dicit condemnatus, ad factum respicit: quia & si condemnatus non esset, sed tantùm obligatus, idem iuris esset secundùm quosdã. sed certè imò non idẽ: quia tunc non deduceret, sed sibi caueretur à coheredibus se defensum iri: *vt ff. de peculio. l. sed si damnum. §. finali.* Item hoc cauere debet coheredib' se defensurum eos: *vt ff. eo. l. si filia. §. ij.*

in quantam condemnatus[a] est his cum quibus ipse contraxit.

Ex diuisione iudicis obligatur quis de euictione sicut ex diuisione contrahentium, nisi vnusquisq. receperit in se rei euentum. h. d. Bal. Vel sic: Ex diuisione etiam facta iudice mediante, tenetur quis de euictione per actionem præscriptis verbis, nisi fuerit expressè actum. Paulus de Cast.

XIIII. *Iidem* AA. *Perminio.**

SI familię erciscũdę iudicio, quo bona paterna inter te[b] ac fratrem tuum æquo iure diuisa sunt, nihil super euictione rerum singulis adiudicatarum specialiter inter vos conuenit, id est[c] vt vnusquisque euentum rei[d] suscipiat, rectè possessionis euictæ detrimentum † fratrem & coheredem tuum pro parte[e] agnoscere, præses prouinciæ per actionem prescriptis verbis compellet. Dat. VIII. Kal. Sept. AA. Coss.

Ex pacto nudo diuisionis nõ oritur actio, nec transfertur dominium, nisi traditione secuta. Bal. & Paul. de Cast.

XV. *Iidem* AA. *Theophilo.**

SI diuisioné conuentione factam etiá possessio cõsensu

* al. Herminio al. Eeminiano al. Hermiana.

† id est periculum. Pau.

* al. Theophila.

SI *familiæ.*] CASVS. Paterfa. decessit duobus heredibus relictis iudicio famil. ercisc. hereditate inter eos diuisa, puta vt vnus haberet prædia quæ erant vltra Rhenum, & alius citra: nec super euictione aliquid inter eos conuenit: puta si prædium aliquod vltra Rhenum esset euictum. coheres qui habebat citra, pro parte cognosceret, vel econtra: an eo obstante quòd non conuenit, compelletur onus euictionis subire, quæritur? Respon. quòd sic, per actionem præscriptis verbis.

b ¶*Inter te.* secus si pater inter vos duos diuisit: quia de euictione non agitur: *vt ff. de legat. ij. l. cum pater. §. euictis.* Accursius.

c ¶*Id est.* istud id est, non expositiuè, sed exemplificatiuè ponitur, quasi dicat, nihil conuenit. i. non hoc, vt vnusquisque, &c.

d ¶*Rei.* ¶ Contra *ff. de act. empt. l. emptorem. §. fin.* vbi dicitur quòd pacto interueniente de euictione nihilominus agitur. Sol. hic vertitur vtilitas vtriusque, ibi non.

e ¶*Pro parte.* nam cum vnaquæque res sit communis coheredibus pro indiuiso, in iudicio familiæ erciscundæ fit adiudicatio in singulis rebus, & sic habet vnusquisque coheres partem alterius in qualibet re sibi adiudicata: aliam verò partem ex se. pro parte igitur quam habet ab alio, habet eum de euictione obligatum per actionem præscriptis verbis, quæ nascitur ex permutatione rerum. Est[a] enim in diuisione quædam permutatio: & ideò benè dicit præscriptis verbis agendum: *vt ff. de rerum permuta. l. j. & de præscriptis verbis. l. naturalis. §. sin autem do. rem. & ad hoc infra tit. ij. l. si fratres. & ff. eo. l. heredes §. penul. & ff. de euictio. l. si cum venditor. §. j.* Sic ergo distingue[b]: aut cõuenit vt de euictione teneretur, & tenetur: aut nihil cõuenit & similiter de euictione tenetur: nisi scienter aliquis alienum accipiat: *vt j. comm. vtriusq. iud. l. si fratres. & j. de eui. l. si fundum.* Aut conuenit vt non teneretur: & tunc non tenetur, *vt hic.* ¶ Sed hoc casu an saltem ad precium verum agi possit? quod videtur: *vt ff. de act. emp. l. emptorẽ. §. fi.* Sed magis puto non posse. nam hic vterque suscepit rei euẽtum: ibi solus emptor[c]. In casu tamen non agitur nisi cautum sit, sed alius est casus: *vt ff. de legat. j. l. si domus. §. j.* Item hoc si fiat diuisio à iudice vel patribus. secus si à testatore: vt dices. *j. e. l. si cogitatione.* ¶ Item quid si vni assignetur per diuisionem iudicis totum allodium: alij[d] feudum qui decedens reliquit tantùm filiam: an hæc filia euicto[e] ei feudo agere possit. quod videtur: quasi non sit ei vitium quòd fœmina sit nata: *vt j. de leg. here. l. lege. & de lib. præt. vel exhe. l. fi.* Econtra quòd non, sicut si res empta naturaliter interiisset, vel fato: *vt ff. de euict. l. si seruus.* Item quia pater causam præstitit, *arg. ff. de euict. l. si seruum.* Sed[f] puto quòd non, cum pater eius filiæ accipiens in partem hoc sciebat posse euenire, nisi fuisset stipulatus de euictione: *vt j. de euiction. l. si fundum.* ADDITIO. Hoc vltimum intellige secundùm Rich. Malum. quando expressè stipulatus esset de euictione in hunc casum: aliàs si generaliter esset stipulatus, cum sciret bona esse feudalia & ex natura feudi euincerentur, de euictione non ageret. *ar. ff. de here. vel act. ven. l. si nomen. & facit secundùm Bart. hic. l. si quis domum. §. j. ff. locati & ff. de dam. inf. l. damni infecti stipulatio pertinet. in prin.*

a Diuisio permutatio quædam est.
b Heredes an teneantur sibi inuicem de euictione.
c Hanc tenet Bar. & dicit eã sing. & menti tenendam: licet Gui. de Cu. & Pau. teneant contra.
d Ex hoc loco iunctis sequentibus colligũt patrem posse vbi liberorum feudum assignare. de quo v. Laudensem I Feud. t. § & quia. nu. 13.
e Feudo euicto secundo vasallo, culpa primi vasalli, secundus vasallus de euictione agit ad ueisus heredes sui auctoris, si sine culpa auctoris euincitur, puta quia vel sine herede moritur est primus vasallus vel secundus reliquit heredem incapa. & vt hic aduersus heredes primi vasalli agi non posse in hoc casu, secundus vasallus prouiderit sibi de euictione pacto vel stipulatione & ita interpretor Glosã l. Feudorum. §. ... ad dominũ.
f Ingeniatum est fed. & puto quòd non.

SI *diuisionem.*] CASVS. Duo fratres hereditatem paternam ex consensu suo diuiserunt: & vnusquisque possessionem suæ partis quantam contingebat apprehendit: decessit aliter relicta filia: inuenit portionem patris sui ab alio fratre occupatã: an eam vindicare possit, quæritur? Respond. quòd sic. & hoc in prima. Si autem diuisio tantùm verbis facta fuisset, hoc modo: Diuidamus hereditatem: vel tantùm ea diuidenda conuenerit: nec sequebatur apprehensio & possessio non fuit subsecuta & dominium nõ erat quæsitum patri, nec filiæ: iudex famil. ercisc. inter fratrem & filiam bona diuidet.

secuta, pro solido dominium rerum quas pertinere ad patrẽ tuum placuit, [ei[f] firmauit, *] earum vindicationem habere potes, si patri tuo successisti. Si verò placitum diuisionis vsque ad pactum stetit[g], arbiter familiæ erciscundæ iudicio vobis datus, communionem inter vos finiri prouidebit[h].

Iudex in diuidendo inter liberos debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem. hoc dicit secundùm Bart. & Bal. Vel sic: Iudex in diuidendo inter liberos, debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem: licèt non succedatur ex testato: sed ab intestato: salua tamen Falcidia seu Trebellianica si alicui eorum non remaneret integra. hoc dicit secundùm Paulum de Castro.

XVI. *Iidem* AA. *Heraclio.* †

FIlij[i] patris testamẽtum[k] rescindendi, si hoc inofficiosum[l] probare non possunt[m], nullam habent facultatem[n]. Sed & si tam circa testamentum, quàm etiam codicillos iudicium eius deficiat[o], verum quibuscumque verbis[p] voluntas eius declarata sit, licèt ab intestato[q] ei fuerit successum,

* pro inclusis legitur in vet. confirmauit, rectè.

f ¶*Ei. s. patri tuo.*

g ¶*Stetit.* &[a] vltra non processit, & sic dominium non fuit quæsitum: *vt hic, & supra de pactis. l. traditionibus. & ff. de pactis. l. diuisionis. & infra de rerum permuta. l. ex placito.* Item intellige non valere pactum ad agendum, sed ad excipiendum sic: *vt ff. communi diuidendo l. iij. §. finali. quæ est contra. & supra de pactis. l. cum proponas. ij.*

a Diuisionis placitum vsque ad pactum stãte quid.

† Heraclium.

h ¶*Prouidebit.* non ex pacto: vt hic & dictis concordantiis.

FIlij.] CASVS. Si testamẽtum fecisti & solẽne: filij tui illud rescindere non poterunt nisi per inoffic. querelam. Si autem non solenne, puta adhibitis tribus testibus tantùm: & in illa minus solenni voluntate diuisionem bonorum tuorum inter eos fecisti, puta assignando vni prædia quæ vltra Rhenum erant, alij quæ erant citra: an iudex qui cognoscit familiæ erciscundæ iudicio, diuisionem factam in minus solenni volũtate bonorum tuorum inter eos seruare debeat, quæritur? Resp. quòd sic: dum tamen vnusquisque filius non habeat minus legitima: quod si non habeat, ex senatuscons. sibi supplebitur.

i ¶*Filij.* idem est in cæteris liberis: *vt j. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto* Accursius.

k ¶*Testamentum.* non etiam coram quinque testibus factum.

l ¶*Inofficiosum.* largè ponitur hoc nomen. s. pro omni testamento quod est factum contra officium pietatis, siue exheredationem siue præteritionem contineat. *sic insti. de suc. lib. §. si verò testamentum.*

m ¶*Possunt.* licèt sit aliquis eorum gratus.

n ¶*Facultatem.* quia nec suo iure: nec iudicis officio.

o ¶*Deficiat.* quia nec quinque testes interfuerunt: *vt j. de codic. l. fi. §. in omni.*

p ¶*Verbis.* puta sic dixit: omnia bona mea diuidatis inter vos filij mei, secundùm quosdam. quod non placet: quia dicit retentionis modo seruato. 2 Vel melius dic, vnum fundum tibi: & aliis alia bona reliquit. 3 Vel dic, ipse pater diuisit.

q ¶*Ab intestato.* Ex hoc dicunt[b] quidam quòd ex minus solenni voluntate parentis non succeditur nisi ab intestato. quod non placet: cum lex dicat quòd quęlibet patris voluntas inter liberos est seruanda: *vt j. e. l. fi.* ergo & hic & ita ex testamento potest succedi. Est enim testamẽtum testatio mortis: *vt inst. de test. in prin.* Sed nihilominus potest ei ab intestato succedi: *vt j. si omis. sit cau. test. per totum.* & sic dicit. & j. l. fi. Nec ob. *j. de testam. l. hac consultissima. §. fina.* nam ibi non loquitur de filiis, sed de aliis qui possunt ab intestato succedere. 2 Vel hoc ab intestato, &c. referas ad casum cum fecit codicillos. 3 Vel ex quota portione vel re certa eos instituat, vt diximus *j. e. l. quoties.*

b Testamento patris minus solenni, succeditur etiam ex testamento non ab intestato: licet & ab intestato etiam succedatur. vt j. e. gl. in l. hac consultissima. ... ad ... priuilegio 80. pro causa.

Ex senatuscons.

ex ſenatuſconſulto[a] retentionis modo ſeruato[b], fam. erciſ. iudicio aditum[c] iudicem ſequi voluntatem patris † oportere, iuris auctoritate ſignificatur.

Diuiſio facta inter præſentes, iuri abſentium non præiudicat. h. d. Bal. vel ſic: Diuiſio facta inter quoſdam ex ſociis, aliis abſentibus non præiudicat. h. d. ſecundum Pau. de Ca.

XVII. Iidem AA. & CC. Commodiano.

COheredibus diuiſioné inter ſe faciétibus[d], iuris abſentis & ignorantis minimè derogari[e], ac pro indiuiſo portionem eam * quæ initio ipſius fuit in omnibus cõmunibus rebus eũ retinere certiſſimũ eſt. Vnde portioné tuam cũ reditibus[f] arbitrio fam. erciſ. percipere potes, ex facta inter coheredes diuiſione nullum præiudicium timens. D. VII. Kal. Decem. Sirmij. AA. Coss.

Quod pater nomine vnius filij vel filiæ emit, & ſibi tradidit: debet illi adiudicari, & in hoc iudicio habetur ratio ſumptuum per vnum ex coheredibus factorum in re communi. h. d. Barto. vel ſic: Donatio facta à patre filiæfamilias, morte confirmatur, & capit vim relicti. & præcipuè adiudicatur filiæ. h. d. Iac. But. vſque ad verſi. In communi. ibi dicit quòd ſi vnus heres de proprijs expẽdit in reb. cõmunibus, quòd illud recuperat à coheredib. h. d. Vel ſic: Quod pater emit nomine vnius ex filiis, & ſibi tradidit: videtur donaſſe: & tanquam donatum in diuiſione hereditatis ſibi præcipuum adiudicatur, ſi donatio non fuit reuocata. Item in hoc iudicio habetur ratio impenſarum factarum per vnum in rebus communibus. h. d. ſecundum Pau. de Caſt.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Dominæ.†

FIliæ, cui[g] nomine pater res comparauit[g], ſi non poſtea contrarium eius iudiciũ[h] pbetur, per arbitriũ diuidundæ hereditatis præcipua adiudicari[i], ſæpè reſcriptũ eſt. His itaq;[k] ſi patri ſucceſſiſti, quem nomine tuo quędam comparaſſe dicis, aduerſus ſororem tuam apud præſidem prouinciæ (ſi res integra[l] eſt) vti potes. In communi autem hereditate, quin ſumptus ab vno facti bona fide, familiæ[m] erciſcundæ[n] iudicio, vel negotiorum geſtorum actione ſeruari poſſint, non eſt ambiguum †.

In hoc iudicio habetur ratio rerũ à quibuſdam ex heredibus ſubtractarum vel deterioratarum. Bald.

XIX. Iidem AA. & CC. Lyſicrati.*

INcerti iuris non eſt, in familiæ erciſcũdæ iudicio earum rerum quas ex coheredibus quidã de communibus abſumpſerunt[o], vel deteriores fecerunt, rationé [eſſe†] habẽdam, eiúſque rei cęteris pręſtandam indemnitatem[p]. Dat. XVIII. Kal. Ian. AA. Coss.

Si res communis diſtrahitur communi nomine, preciũ venit in actione mandati, vel negotiorum geſtorum: ſi verò proprio nomine, venit in petitione hereditatis. Iac. Bu. Bal. & Salyc.

XX. Iidem AA. & CC. Paſtuelæ.*

IN familiæ erciſcundæ iudicio ab vno pro ſolido rei veluti communis venũdatę[q] precium non venit[r]: ſed mandati, ſi præceſſit[s], coheres vẽditoris agere poteſt: vel negotiorum geſtorũ, ſi ratã fecerit vẽditionem[t]. Nam ſi velut propriam[u] vnus diſtraxerit, ac preciũ poſſideat[x]: hereditas ab eo petenda eſt[y]. *III. * Feb. CC. Coss.

Iudex in hoc iudicio debet ſequi patris voluntatem in rebus diuiſis: ſed in non diuiſis ſequitur iuris auctoritatem. hoc dicit. Vel ſic: Pater inter filios poteſt in ſe aſſumere

a ¶ Ex ſenatuſconſulto. Trebelliano, cui locus eſt & * in fideicommiſſis quæ ab inteſtato relinquuntur: vt hic euenit: vt ff. ad Trebel. l. recuſare. §. j. & ff. ad l. Falc. l. ſi filiusfamilias. videtur enim hic pater fidei commiſiſſe eorum, vt contenti partibus adſignatis, reſtituant cætera: vt ff. de legat. ij. l. peto. circa principium. nam & Falcidia[b] inter heredes locũ habet: vt j. ad l. Falcid. l. à coheredibus.

b ¶ Seruato. eodem modo ac ſi ex teſtamento ſuccederetur.

c ¶ Aditum. i. appropriatum.

COheredibus.] CASVS. Si teſtator tribus heredibus relictis deceſſit: an duo, abſente tertio, diuidere poſſint bona, quæritur? Dicitur quòd abſenti portio quam habuit in rebus communibus ante diuiſionem, ſeruabitur: & eam cum fructibus percipiet: interim non timens præiudicium ſibi fieri per diuiſionem ipſo abſente factam.

d ¶ Facientibus. quod[c] facere poſſunt quo ad perſonales præſtationes: vt ff. eo. l. ij. §. dubitandum. & l. arbitrium. & ff. comm. diui. l. & ſi nõ omnes. Accur.

e ¶ Derogari. vt & infra eo. inter alios acta. & c. Accur.

f ¶ Reditibus. vt & j. eo. l. non eſt.

FIliæ.] CASVS. Si duabus filiabus heredibus inſtitutis paterfamil. deceſſerit: an res quas vni noſtrum comparauit nomine ſuo, quaſi nomine filiæ, poſt mortẽ ſuam cum aliis bonis veniant in diuiſionem, niſi probetur patrem contrarium voluiſſe, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc quibuſdã reſcriptis imperatorum comprobatur: quibus filia, nomine cuius res comparabantur aduerſus ſororem ſuam vti poteſt. & hoc in prima. An autẽ filia quę in communi hereditate ſumptũ bona fide fecit, pro portione conſequi poſſit, quæritur? Dicitur quòd ſic, famil. erciſ. iudicio, vel neg. geſt. & hoc in ſecunda.

g ¶ Res comparauit. vnde quia[d] nomine eius emit. videtur quòd per vltimum iudiciũ non conferret in eam: vt hic. quod facit pro filio cuius nomine pater emit libros. & pro hoc ff. eod. l. quæ pater. §. j. & l. Pomponius Philadelphus. & de peculio lega. l. fin. & de dona. l. donationes in concubinam. § ſpecies. & j. de donatio inter virum & vxo. l. ſi filij tui. Sed contra. j. de collat. l. ſi donatione. in fine. Solu. ibi non eius nomine pater emit, ſed ſuam rem filio donauit. 2 Vel penitus ſolue vt ibi. ¶ Sed an[e] eſt legatum hoc, vel donatio cauſa mortis? Reſpon. non eſt donatio inter viuos, quia ſic non valeret: vt j. de inoffi. donatio. l. ij. nec cauſa mortis, quia pater ex ea obligari non potuit: Sed nec legatum, cum non in teſtamento relinquatur. Sed eſſe quaſi[f] legatum, nam & non adita hereditate, patris confirmatur morte ſecundùm Azo.

h ¶ Eius iudicium. quia donaſſe pręſumitur: niſi cõtra probaueris,

i ¶ Adiudicari. Sed quo titulo? tit. quaſi legati adiudicati: vtpote relictum quod ſemper datur præcipuum. vt j. de col. l. filiam. ij. & j. eo. l. ſi qua.

k ¶ His itaque. ſ. reſcriptis.

l ¶ Si res integra. quia[a] nec ſententiatum eſt, nec tranſactum eſt j. eo. l. j.

m ¶ Familiæ. ſi res pro parte geri non poſſit: vel minus commodè. cum autem commodè geri potuit, pro parte agitur negot. geſt. vt h. ſ. ſubiicit. & ff. comm. diuid. l. quę putans. §. ſi. ut. & ff. eo. l. heredes. §. ſi vnus. & l. bu conſequenter. & l. Pomponius. & j. de neg. geſt. l. ſi ut. & ff. de neg. geſt. l. ſi communes ædes.

n ¶ Erciſcundæ. in luendo pignore, quod[b] pro parte lui non poterat: vt ff. comm. diui. l. ſi quis putans.

INcerti.] CASVS. Duobus heredib. relictis deceſſit teſtator, & vn[e] coheredum de rebus hereditariis vel conſumpſit, vel deteriores fecit: an earum ratio ſit habenda, & alij coheredi indẽnitas præſtanda, quæritur? Dicitur quòd ſic.

o ¶ Abſumpſerunt. i. cõſumpſerunt. Accur.

p ¶ Indemnitatẽ. in ſimplum, non in duplum: & tenetur etiam heres coheredi[s] quæ duo nõ ſic ſeruantur in l. Aquil. vt ff. eod. l. & puto. §. ſi. & l. damno. & ff. communi diuidundo. l. item quæritur. in prin.

IN familia.] CASVS. Deceſſit Titi[o] relictis tribus heredibus: vnus rem communem vendidit, & precium recepit: qua actione à coheredib[o] ad preciũ cõueniri poſſit, quęritur. Diſtinguitur: aut rem cõmunẽ alienauit nomine coheredis, aut nomine ſuo tãtùm. In primo caſu ſubdiſtinguet quia aut habuit mandatum, aut non primo caſu conuenitur actione mandati. ſecundo caſu, ſi alij coheredes ratam habẽt venditionẽ, conuenitur act. negot. geſt. nec veniet precium in iudicio fam. erciſc. quia fortè venditio poterat pro parte expediri. Si nomine ſuo, conueniatur ad precium petitione hereditatis.

q ¶ Venundatę. i. venditæ.

r ¶ Non venit. hoc ideo, quia pro parte poterat expediri: vt j. eod l. filiæ in ſi. d. ximus. 2 Vel quia hic erat actum: vt not. ſecundũ Ioan. ff. eo. l. heredes § idem eſt & ſi vnus.

s ¶ Præceſſit. ſ. mandatum.

t ¶ Venditionem. vt & j. de negot. geſt. l. ab vno. & de rei vendic. l. mater. Accurſius

u ¶ Vel ut propriã. & per hoc patet quòd diffitetur me coheredẽ.

x ¶ Poſſideat. quod[c] eſt loco rei: vt ff. de pet. hered. l. ſi & rem. idem ſi habeat emptorem obligatum: quia tunc vt verus poſſeſſor conuenitur petitione hereditatis: vt ff. de pet. here. l. regulariter. & l. quòd ſi in diem.

y ¶ Petenda eſt. i. preciũ pro petẽda hereditate: vt hic. & ff. eo. l. inter

a Trebelliano ſenatuſcõſulto locus eſt etiam in fideicommiſſis ab inteſtato relictis.
b Falcidia etiã inter heredes locum habet.
* legendum additum: vt in veri ſi... & l. ... ſequi, ſecus ſi ... quidam nec vocem eius, nec vocem p... habeant.
* comi.
c Diuidere inter ſe poſſunt coheredes quo ad perſonales præſtationes.
a l. Donnę al. Dompnæ.
d Libros quos pater emit filio an debeat filius habere præcipuos.
e Donationis inter viuos, mortis cauſa, legati & quaſi legati differentia.
f Quaſi legatũ non adita hereditate confirmatur. & hac gloſſa quidam colligũt donationem cauſa mortis non requirere aditionem hereditatis.
Marti. ſing. 61
a integra eſſe dicitur, neque iud. ca... tum, neque de ... tranſactum.
b In diuidũ eſt pignoris luitio, id eſt pro parte pignus lui ſeu liberari non poteſt.
† Dat. Ka. xviii. AA. Coss.
* Lyſicrati.
† deeſt in quibuſdam.
* al. Paſtuelæ.
c Precium eſt loco rei.

coheredes. §. si coheredes. in fin. §. ¶ Et ad euidentiam distinguo: cum quis vendit rem communem, aut est communis ex causa societatis: & tunc si vendit rem communem sociorum voluntate, non vindicatur, sed agitur pro socio, si autem eis inuitis, tunc non præiudicat aliis: vt ff. pro socio. l. nemo. Si autem ex alia causa est communis: aut ex causa hereditaria, aut aliunde: quia donata, vel legata. primo casu si vendidit vt communem, ac per hoc verisimile est quod alterum cõfiteatur coheredem, agitur ad precium familiæ erciscundæ, si pro parte non potuit commodè experiri: vt ff. eodem. l. heredes. §. idem est & §. vnus. & ff. communi diuidundo. leg. si quis putans. §. siue & hoc siue intercedat mandatum, siue non. hæc enim actio secum aliam admittit: vt ff. eodem. l. & puto. §. sed & si dolo. Si verò pro parte potuit expediri venditio, agitur actione negotiorum gestorum vel mandati, si mãdaui de vendendo. Nec agitur communi diuidun. sicut nec famil. erciscund. quia pro parte commodè potuit experiri: vt ff. communi diuidund. l. si quis putans. §. siue & hac l. j. respõ. Si autem rem vendidit vt propriam, ac per hoc verisimile est quòd diffiteatur me coheredem: tũc proponam ad precium petitionem hereditatis vt in hac l. ij. respon. & §. si pars hered. l. j. §. proinde. Verisimile aũt ideo dixi, quia potest esse quòd vẽdidit vt propriam: & tamẽ cõfitetur me heredẽ esse, & sic agetur ad precium fam. ercis. nõ neg. gest. quia quod nõ suo nomine gestum est, ratum habere non potest, vt j. dicam. Item si vendidit vt communem, & diffitetur me coheredem, agam petitione hereditatis. Vbi autẽ ex alia causa non hereditaria est communis, si quidem meo & tuo nomine vendis, nec tamẽ ego mandaui: possum agere de precio actione negociorum gestorum ratum habẽdo. Si verò tuo nomine tantùm: non agam ad precium contra te nisi in subsidium: vt dixi s. de rei vindic. l. mater. j. respon. & §. fin. autem. Illud autem in omnibus verum est, quòd mandato interueniente agi potest mandati. Item & illud, quòd semper possum rem meam vindicare, nisi voluntas mea præcedat vel sequatur alienationem: vel nisi vendita fit à fisco: vt j. de communi re. alie. l. ij. Vel nisi coheres qui se solum putat heredem vendidit: quia senatuscõsultum noluit bonæ fidei possessorem affici damno[a]. vnde videtur rem non posse vindicari: vt ff. de pet. hered. l. sed & si. §. sed si rem.

¶ Res in omni · i pater tibi & fratribus cõmunis.

† Res mobilis regulariter vsucapitur triẽnio l. vnica j. de vsu transfor. Inst. de cap. in pr. si tamen titulus bona fides & possessio continua accerue [?] numquã si de fierent titulus vel horum aliquod non præscriberetur nisi in illo tempore quo præscribuntur res immobiles, id est xxx. annis. v. Cepolam Cautela 158.

a Bonæ fi. possessor. licet non sis dominus, tamen ne damnum patiatur, quod senatusc. non vult si vendit rem hereditariam tiquam heres, non potest emptor molestari à vero hered. licet non cõsenserit vendictioni. quod perpetuo tenet menti secundùm Castrensem. & bene facit l. fi. §. fi. de leg. 3.

officium arbitri diuidentis: & sufficit diuisio minus solẽnis: sed quæ omittit pater, iudex supplet. Bal.

XXI. *Iidem AA. & CC. Fortunato.*

SI cogitatione futuræ successionis, officium arbitri[a] diuidendæ hereditatis præueniendo pater communis[*] iudicio[b] suo, qualicunque[c] iudicio[d] suã[e] declarauerit voluntatem[f]: inter eos qui ei successerunt: exemplo[g] Falcidiæ retẽtionis habita ratione, familiæ diuidendæ causa datus arbiter: pro virili[h] præterea portione eorum quæ nulli[i] generaliter vel specialiter adsignauit, facta diuisione, in adiudicando partis sequetur voluntatem.

Error coheredum non facit alteri acquiri dominium. vel sic: Non habens titulum†, nõ potest præscribere contra iudicium fam. ercis. itẽ longa possessio & error non inducunt titu. h. d. Bal. vel sic: Cõmunis seruus ab vno ex heredibus sine titulo possessus, non vsucapitur: sed pro cuiuscũque heredum portione diuiditur. h. d. Salyc. vel sic: Qui possidet rem alienã sine titu. licèt domino sciente & patiente: non propterea acquirit dominium. Pau. de Cast.

XXII. *Iidem AA. & CC. Dionysio.*†

SEruum cõmunem nõ consentientibus coheredibus, sed ꝑ errorẽ ad eũ ꝗ possidet, pertinere credentibus, tenens[l], cum omnis verus titulus deficiat[m], suum[n] non facit[o]: sed in eo portiones hereditarias adsignatas[p], penes singulos successores remanere manifestũ est. PP. V. Non. Ian.

Pactũ coheredum non præiudicat creditoribus, sed inter ipsos coheredes suum operatur effectum. Bald.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Hermogeni.*

LIcèt pacto diuisionis aduersus singulos actio ꝓ hereditariis portionibus creditori parata mutari nõ possit[q]: tamẽ ad exhibendã fidẽ his quæ cõuenerant, stipulationis & iuris adhibito remedio, qui placitũ excedit, vrgeri potest: cum & hoc omisso, si non contrariũ conuenisse probaret[r], præscriptis verbis conueniri potuisset.

† Dionysio al. Dionysia.

g ¶ *Exemplo.* hoc ideo, vt dicunt quidam, quia Falcidia[a] tantum in testamento locum habet, sed certè imò etiam ab intestato: vt j. si omissa sit causa test. l. fi. & j. quando dies le. ce. l. fi. Sed hoc ideo id dicit exemplo, vt sicut aliàs detrahitur de legatis & fideicommissis, sic & hic de prælegatis: vt & ff. de here. inst. l. ex facto. ij. §. vnde scio. in fi. §.

a Falcidia & testamento & ab intestato locum habet.

h ¶ *Virili.* quia & in aliis habent viriles: licèt per quandam prælegationem vnus habe. plus quàm alius: vt hic & ff. de her. inst. l. ex facto. ij. §. j. & sic non est contra. ff. eo. l. si pater. j.

i ¶ *Nulli.* exprelsè vel tacitè, sc. vt res non adsignatæ expresse, sequãtur illas quas expresse adsignauit, vt instrumẽtum, fundum, arundineta, vinea: vt ff. eo. l. quæ pater. j.

k ¶ *Voluntatem.* vt & j. de inoff. test. parentibus. & s. eod. l. quoties. & in auth. de trien. & semis. §. & quod sept. collatio. ij. ¶ Et not. quòd pro[b] huiusmodi diuisione nõ agitur de euictione: vt ff. de legat. ij. l. cum pater. §. euictio. secus in ea quæ fit per iudicem vel per partes: vt supra eodem. l. si familiæ. Accur.

b Euictio non debe... ex diuisione facta à patre.

k ¶ *Voluntatem.* singulis prout defunct[a] voluit.

SEruum.] CASVS. Decessit Titius heredibus relictis: vnus seruum hereditarium per x. vel xx. ann. possedit, aliis per errorem credentibus eum ad coheredem pertinere: si postea apparuerit eum communem fuisse, non obstante præscriptione longi temporis, partes suas possunt vindicare: & portiones adsignatas à lege xij tabu. penes eos remanere debere manifestum est. Viuianus.

l ¶ *Tenens.* aliquis heredum.

m ¶ *Deficiat.* igitur & vsucapio.

n ¶ *Suum.* nec per vsucapionẽ, nec per præscriptionem x. vel xx. an. sed tantùm xxx.

o ¶ *Non facit.* nã in[a] præscriptione titulus est necessarius, vt hic. & s. de rei vind. l. re tua. & l. nullo. & ff. pro donato. l. j. & de vsucap. l. Celsus. & j. de præscri. long. temp. l. diuina. & j. in quib. caus. cessat long. temp. præscript. l. vnica.

a Titulus in præscriptione est necessarius.

p ¶ *Adsignata.* l. xij. tab. vt & s. de pact. l. pacto successorum. & facit j. de dona. l. nec ignorans.

LIcet.] CASVS Decessit quis tribus heredibus relictis: duo à tertio stipulati erant, vt creditoribus hereditariis responderet. & aliquo dato pepigerunt, vt eis satisfaceret. si fidem seruare non vult, qua act. conueniri possit à cæteris coheredibus, quæritur? Resp. quòd licèt pactum ab eis interpositum præiudicare nõ possit creditoribus, tamẽ coheres qui promisit, ad fidem seruandam conuenietur act. ex stipulatu, si stipulatio intercesserit: vel si non intercesserit, agetur ex pacto incontinẽti apposito act. præscriptis verbis. hoc dicit.

q ¶ *Non possit.* vt & s. de pact. l. deb torum. & l. pacto. & j. si cer. pet. l. j.

r ¶ *Et iuris.* i. stipulationis iure factæ secundùm Io.

s ¶ *Omisso.* id est, stipulatione non interueniente: sed tantùm pacto in rei traditione apposito, vt infra de rerum permu. l. rebus. & infra de donat. l. legem. & l. cum res. aliàs si non esset facta traditio, nulla ex tali pacto actio nasceretur: vt ff. de pactis. l. diuisionis. & s. eodem. l. si diuisionem.

t ¶ *Conuenisse* post pactum interpositũ: nam pacta nouissima sunt seruanda: vt s. de pact. l. pacta nouissima.

FIlius.] CASVS. Paterfam. habuit quater centum in bonis: & habuit quatuor filios. vni filiorum in vita sua dedit fundum valentem xl. ad sui sustentationem: postea condidit testamẽtum: & instituit æqualiter quatuor filios, id est, quemlibet in centum. computato fundo dato filio ad sustentationem in suis. c. & rogauit testator illum filium cui dederat fundum, per fideicommissum vt restitueret coheredibus suis, & quibusdã extraneis suam partem

SI cogitatione.] CASVS. Decessit paterfa. heredibus relictis: cuilibet certas partes adsignauit, puta omnia bona quæ erãt vltra Rhenum, vni: alij quæ erant vltra Sagonam: & quædam in montanis reliquit indiuisa: diuidenda tamen inter coheredes, an huic diuisioni stari debeat, quæritur? Rñ. quòd sic: nec iudex fami. ercis. eã immutabit: quia bona quæ erant indiuisa, diuidet inter coheredes pro æqualibus portionibus, & dictis diuisionibus stabitur, & si vnus habet minus sua legitima, de portionibus aliorũ supplebitur: licèt cum singuli instituuntur, & aliquis eorum rogatur vt sit contentus certa re, quæ fortè quartam naturæ non faceret, portio legitima à coheredibus sibi complebitur, secundùm Azo. & hic casus verior est: quod colligi potest ex illis verbis, exemplo, &c. & ex illis, pro virili præterea &c.

a ¶ *Arbitri.* i. iudicis familiæ erciscundæ.

b ¶ *Iudicio.* s. non scripto.

c ¶ *Vel qualicunque.* s. in scriptis vel non.

d ¶ *Iudicio.* imperfecto vel scripto, vt innuit verbum declarauit: imò ad vtrumque refertur.

e ¶ *Suam.* volentem maiorem hereditatis partem ad aliquem ex liberis peruenire, ad alium minorem.

f ¶ *Voluntatẽ.* s. diuidẽdo res hereditarias, quibusdã tũ prætermissis.

partem hereditatis ſub conditione ſi nauis veniret ex Aſia, perceptis x. à coheredibus coheredes volunt dare x. iſta conditione exiſtente debet reſtituere coheredibus ſuam partem hereditatis vult deducere quartã: quæſtio eſt, vnde debeat deducere, & qualiter dicit q debet cõputare in quartã illa x. quæ percepeuus eſt à coheredibus vel ab aliis: item quartam partem prædij ſibi dati, quę eſt x. & ita habet xx. Item debet habere v. in eodẽ fundo ſibi dato ad ſupplementum: & ita debet xx. quæ ſunt quarta pars de centum: reſiduũ de fundo debet reſtituere coheredibus. & hoc eſt quod dicit ſecũdùm Viuianum. vel pone caſum aliter vt in glo. j.

Famoſa & difficilis eſt hæc lex: & hoc intendit: Fideicommiſſum vniuerſale reſtituendum poſt conditionis in euentum, conditione adueniente debet reſtitui, quarta deducta: in qua computatur hereditaria portio fundi in peculium dati ſecundum antiquos. vnl prælegati, ſecundum Ioan. vel mortis cauſa dati ſeu donati ſecundum Azo. & acceptum cauſa conditionis implendæ. h. d. ſecundum communem lec. Iac. But. Bal. Vel ſic: Filius grauatus de reſtituendo coheredibus ſuis partem ſuam hereditatis, in quartam Trebellianicam, quæ ſibi debetur tenetur computare totam hereditariam partem fundi ſibi conceſſi per patrem in peculium profectitium, etiam quicquid datum eſt à coheredibus gratia conditionis implendæ & ſi iſta non ſufficiant, debet ſuppleri in eodem fundo, & ſic de portionibus aliorum coheredum quas in eo habent.

2 ¶ *Filium.* Fama & re difficilis eſt hæc lex. Dic ergo caſum [a] ſecundùm antiquos: Quidã habens trecenta, tres quoque filios vni in vita fundum de ſuo patrimonio conceſſit ad ſui ſuſtentationem, & ſic in peculium quos tres filios ſolos heredes inſtituit æqualiter. hereditaria ergo portio cuiuſlibet eſt cẽtum: & rogauit filium cui fundum conceſſerat. vt ſuam portionem hereditatis reſtitueret coheredibus, & quibuſdam aliis ſub conditione, puta ſi nauis ex Aſia veniret perceptis à coheredibus pone x. hic autẽ debet habere quartam, id eſt. xxv. cõputanſ autẽ in quartã illa. x. quæ accepit à coheredibus cã implẽdæ conditionis. Item hereditaria pars prædij, pone q valet fundus xij. ergo habet in fundo quatuor. ſic ergo habet. xiiij. quod autẽ deeſt, ſoluetur ei in eodem fundo. Hoc non placet: quia nõ ſupereſſet aliquid de eo fundo reſtituendũ. quod hic vt in ſi. dicit.[b] imò deeſſet Ideo dic quòd fundus valuit. xxx.[d] & ſic habet. x. à coheredibus. Item ex parte hereditaria fundi, quæ eſt alia. x. deſunt. v. alia accipit ex eodẽ fundo: & ſic ſuperſunt in fundo. xv. quæ reſtituit vnà cũ aliis quæ habet de illa hereditate. ¶ Sed de qua quarta loquitur? Reſpon. [d] de Trebellianica, quæ ex vniuerſitate detrahitur: *vt ff. ad Trebel. l. nam quod. §. ſi. & l. cogi. in prin. & §. & generaliter.* Non autem de quarta iure naturæ: quia in illa[e] non computantur data cauſa implendæ conditionis: *vt ſupra de inoffic. teſt. l. ſcimus.* nec illa iure inſtitutionis: quia illa ex ſingularibus relict s detrahitur per l. Fal. *vt inſtit. de fideicom. here. §. reſtituta. in fin.* ¶ Sed ſecundùm hoc quid faciat ad titulum? Reſpon. q hæc reſtitutio fiet coheredibus per hanc actionem, ſicut & prælegationes veniunt in hoc iudicium: *vt j. eo l. ſi qua. & ff. eo. l. inter coheredes. §. j. & l. ſi ita legatum* vel quia coheredes reſtituta ſibi dividebunt hoc iudicio: *vt ff. eo. l. ſed & eius in fin.* Alij dicunt quòd etiam hi extranei fuerunt cum filiis inſtituti. ¶ Literam autem expone, filium, id eſt filius. ſic *j. de fideicom. l. eam quam.* 2 Vel ſubaudies, filius. & ſecundùm vtrumque erit ſuſpenſiua vſque in finem 3 Vel dic [f], teſtator ſanxit filium habentem quem, id eſt aliquem fundũ. & quod dicit in fine, compellit, ſubaudi prædictus filius.

b ¶ *Portionem.* id eſt ſuam partem hereditatis, quæ erat tertia: ne ſit contra. *ff. de verb. ſignif. l. nomen. §. portionis.*

c ¶ *Hereditaria prædij.* ¶ Sed quare totam hereditariam partem fundi computat in quartã, ſ. Trebellianicã? imò videtur q quartã hereditariæ partis debeat computare ſolũ quartam enim cuiuſlibet quartæ quam habet in qualibet parte, debet computare: nec debet retinere totã quartã quã haberet ab inteſtato in illo fundo ꝑ illa parte quam retinere debeat: ſed in qualibet re quartã quartæ, quam haberet ab inteſtato, debet retinere: ſicut computat quartã aliarũ rerũ quas ex teſtamento habebat. Sed reſpon. ſecundùm quoſdã quia hoc teſtator dixit. ſed [g] hoc refugium eſt miſerorum. 2 Dic ergo ſecundùm Io. quod hic fũdus fuit filio prę legatus de hereditate. & non cauit teſtator vt quartam retineret de hereditate. vnde contra voluntatẽ eius deducitur quarta, & ita cum faciat contra voluntatẽ retinendo, fiet cõtra ſuã in hoc, quia tota hereditaria cõputabit in quartã & nil lucrabitur inde ſcilicet de hereditaria. Cæterũ ſi cauiſſet teſtator, vt quartam retineret de hereditate, tunc fundũ prælegatus eſſet præcipuè ſuus: nec imputaret niſi tantum quantum retineret, etiam ſi alij fuiſſet legatus, ſcilicet quartã ſuæ partis: vel ſi eſt vnus filius, tres vncias: ſi tres, vnã vnciã: *vt ff. ad l. Fal. l. Titia.* Sed huic lect. Io. ob. quod ſubijcit, ſi quid deeſt in ſupplementũ, &c. quia ſi fundus eſt prælegatus, vt dixi: ergo hereditaria portio tantum computatur in quartam nõ etiam quod deeſt ad quartam, in eodem fundo eſt ſoluendũ, cum extra quartã ſit quod à coherede percipitur: *vt d. tit. l. in quartam.* Sed reſpon. Io. q hic filius rogatus fuerat extraneis dare fundum. & ita totum: & illi aliquid filio dare, & eodem modo fratribus, & ab eiſdẽ aliquid recipere debebat. Computabit ergo ſibi in quartam hereditariam partem prædij: ite quod accepit à coheredibus: item quod accipiet ab extraneis in eodẽ fundo, id eſt pro eodem fundo reſtituendo quẽ prælegatũ habebat. non enim intelligendũ eſt vt in eodem fundo habeat amplius quàm hereditariam portionem. & ideo callidè poſuit in litera, à cæteris. q. d. ab extraneis. 3. Vel dic vt diceмus in glo. alia inferiori, ſcilicet deſtinatione, &c. 4 Vel ſi vis ſecundùm Azo. & Hug. dic hunc fundum collatum filio à patre vel benè merito, vel conferendo vltimum arbitrium, puta emendo nomine ſuo. vnde venit in iudicium famil erciſc. percipiendus: *vt j. eo l. filiæ.* ¶ Et benè dico q tota hereditaria portio computatur in Falcidiam: quia contra voluntatem defuncti retinet quartã ſecus ſi ex voluntate: *vt ff. ad l. Fal. l. Titia.* nam ibi de Trebel. Fal. dicit. & ſic habet tres partes fundi præcipuas. Nec ob. quod ſequitur, ſi quid deeſt. non enim hic dicit vt vltra hereditariam partem imputet: ſed repetit quod dixerat. q. d. hereditaria parte prædij, &c. quod ſoluetur, id eſt hæc hereditaria in eodẽ fundo de quo iam habet tres partes. ¶ Sed quid ſi omnia hæc non ſufficiunt ad quartã? n. cõpletur ex aliis iure cõmuni. ¶ Item nunquid prælegationes cõputantur in fideicõmiſſo generali? Reſpon. diſtingue *vt j. de fideicom l. ex virum.* ¶ Item quomodo imputabit etiam hereditariã partẽ rei quam habiturus erat etiã ſi heres non fuiſſet: quia morte huiuſmodi donationes confirmantur: & idem in prælegatis: *vt ff. de leg. j. l. qui filiabus. §. fin. & l. ſeq.* Sed reſpon. quia cum teſtator poſſet illa reuocare: videtur, cum non reuocet, ſed inſtituat, grauare vt hereditariam partẽ rei prælegatæ, vel quartam hereditariæ computet: vt dictum eſt. ¶ Ex prædictis patet aliter ſecundùm antiquos: vt in prædicta prima gl. ſama. &c. & in prin. huius l. & aliter ſecundùm Io. & aliter ſecundùm Azo. & H. l. iſtam poſſe intelligi. ¶ Item qualiter computat ſibi hereditariam partẽ prædij, cum à ſeipſo habere eã videatur: vnde cadit in fideicommiſſum generale: *vt ff. ad Trebel. l. in fideicommiſſo. §. ſi. quæ eſt tantra?* Sed certè ſatis cadit in fideicomm ſſum, cum computet ſibi in quartam. ¶ Item no. quòd hæc lex corrigitur hodie in eo quod dicit talia imputari in quartam liberis primi gradus *vt j. ad Trebel. iubemus. in princ.* Sed quidam dicunt hoc ideo ſic eſſe, quia ſic defunctus voluit. quod non placet: vt ibi notatur.

d ¶ *Percepit.* ſ. deſtinatione [b], vel re ipſa. ¶ Sed quare in vna re cã tã quartã deducit, ſcilicet de fundo illo ſecundũ caſum antiquorũ? R. quidam quia hoc teſtator dixit. 2 Alij vt Loth. hoc præſumunt ex eo q teſtator huic filio dedit hũc fũdũ etiã in vita. Vnde etiã poſtea lex illã volũtatẽ imitat. quod nõ placet: quia talia peculia profectitia cõmunia ſunt, & non præcipua: *vt j. eo. l. tertiã eſt.* 3 Alij dicunt poſſe in vna retineri Falcidiã *vt hic in fin.* 4 Alij autem volunt eſſe ſpeciale pro filio, illa ratione, q a & aliud eſt ſpeciale cõtra eũ, ſcilicet q cõputet in quartã acceptum à coherede. nã extra quartã eſt quod à coherede accipit *vt ff. ad l. Fal. l. in quartam. ibi pro ea verò parte. &c.* quod non placet [e], quod nõ computet in quartã quod à coheredibus accepit: quod omnino eſt falſum; duabus rationibus. Nam ſi pecuniam hereditariam à coherede accipiat: à ſeipſo & quaſi iure hereditario habere videtur, vnde computat: *vt ff. de lega. j. l. cum pater. in princ.* Idem ſi corpus non

Reſiduum verò quatenus habet vltra quartam tam in eodem fundo, quàm in aliis rebus, tenetur ac heredibus reſtituere ex cauſa fideicommiſſi. Et totum expeditur officio iudicis diuidentis hereditatem inter eos: & ſic in iudicio famil. erciſc. hoc dicit ſecundum Paul. de Caſt.

XXIIII. *Idem.* AA. & CC. Socrati.

Filium [a] * quem habentem fundum portionem [b] hereditatis fratribus & quibuſdam aliis ſub conditione verbis precariis reſtituere ſanxit teſtator: poſt ei[y] [cõditionis †] euentum, hereditaria parte [c] prædij in quartæ ratione retenta compenſato præterea quod à coheredibus vice mutua percepit [d], [&] ſi quid deeſt, in ſupplementum [e] dedu-

a Sequuntur But. Bald. Pau. & La.

b Imò non aperte dicit: & ideo iſta litera eſt bona Bal. Pau. & Ioſ.

c Concor Bart. Bal. Pau. & Ia.

d Idem ſtat dicti ſcribentes hic.

e Nec in Trebellianica hodie, cum computetur in legitima. Pau. & Ia.

f Hæc non eſt poſt... non placet. dic... quem habentem, id eſt qui habebat.

g Specialem caſum præterea refugium eſt miſerorũ. adde Iaſonem in l. ſi quo. §. ſi quis... ſtatum.

* Ad hanc legem v. Alciat. lib. 6. Parad. § Sabinum 4. declarationem c. 1. 15. *Grecanica figura. pro filio* quem vt in euangelio ſermonem q e aud ſtis, non eſt me⁹. Similis figura eſt in l. eam quã inſta de fideicom. ult. Vide Alciatum paradox. lib. vj. c. v.

† deeſt in nonnullis.

*ſupplementũ.

b Scilicet deſtinatione, & ſic perinde habetur ac ſi eſſet perceptũ. La.

e In quartam filius non imputat quod accepit à coherede.

hereditarium à coherede accipiat: *vt ea.l.& ff. ad Trebel.l.deducta. §.nummus.* Nec obstat dicta.l.in quartam, quia oquitur cū est hereditariū quod à coherede percipitur: vnde non potest eadē ratione habere eandem rem iure legati, & iure hereditario: *vt ff. de condit.& demonst.l.Titia si nupserit.* hic autē hereditarium nō fuit hoc quod accepit causa implendæ conditionis. Item alia ratione: quia si duo sumus coheredes, & à me tibi, à te mihi legatum relinquitur, vt est in casu nostro, item & aliis relinquitur à nobis, ego vtar retentione Falc. cōtra alios, & computabo mihi in quartā meā qd̄ à te percepturus sum, vt tanto minus à te subtraham. sed ab aliis non per hoc minus subtraham: licet in hac Falc. iure institutionis aliàs nō consueuerūt legata imputari: *vt ff. ad legem Falc.l.Nesennius. §. respon. & l. in quartam. in princ.* Multò ergo magis in hac quarta debet fieri computatio horum quę à coherede percipiuntur, in qua etiam legata ab aliis imputantur: *vt d.l.in quartam.* 3 Alij dicunt, soluitur à volentibus, & volenti. 6 Alij vt Io. transponunt literā hoc modo. Soluitur à cæteris, s. facta de tractione de singulis, & s. quartam habens in eodem fundo, &c. vt in alia glo. ¶ Et vt hæc clareant, sciendum est alia esse quartā [a] iure naturæ, (in qua omnia data imputantur præter donationem simplicem, & fructum patrimonij. Nam in rebus principalibus debet habere quartam: *vt s. de inoffi. testamen.l.si min. §.j.& l.si quando §.fin.* 2 Aliam debitam iure institutionis (in qua ea sola imputantur, quæ iure hereditario capiuntur: *vt ff. ad legem Falci.l.in quartam.* quandoq. tamen etiam legata imputantur: *vt ff. ad leg. Falci. l. Nesennius.* Item si dentur à statu libero nummi peculiares. in hoc casu solo imputantur: *vt ff. ad leg. Falcid.l.id autem.*) 3 Item aliam debitam iure Trebellianico, in qua & legata & fideicommissa & data causa implēdæ conditionis ab extraneo imputantur. Si aūt detur aliquid à coherede si quidem corpus non hereditarium, idem est. & si hereditarium, si quidē pecunia, idem est: si autem speciem hereditariā, pro ea parte quam habet iure hereditario. imputabitur: pro caeterò quam à coherede accepit, extra quartam est: *vt hac. l. & ff. ad Trebell.l.deducta. §. nummus* ¶ De fructibus [b] aūt quando computarētur in quartā iure naturæ, habes *ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si conditioni versic vnde si quis.* Quando verò in quartam iure institutionis, habes. *ff. ad leg. Falc.l.in lege Falcidia placuit. & l. Paulus.* Quando vero in Trebellianicam dixi. *j. ad Trebell. a.l.iubemus.* ¶ Et no. quòd quarta alia [c] iure naturæ. 2 Alia iure Trebellianico. 3 Alia iure institutionis. 4 Alia debita ex constitutione diui Pij. 5 Alia debita patrono in bonis liberti. 6 Alia de qua dicitur infra *quando & qui. quarta pars. l.ij.in princ.lib x.& j. de impo.lucra. descrip.l.vnica.e.lib.* 7 Alia de qua dicitur *j. de diuor. & repu.l.pe.* 8 Item alia *j. vnde vir & vxor.auth. præterea.*

a ¶ *Quod à cæteris.* s. coheredibus fratribus: vel secundum alios ab extraneis.

b ¶ *In eo.* sic ergo in [d] vna re potest Falcidia retineri secundum quosdam: *vt hic. & ff. de leg. j.l. potest. & l. non amplius. §. fin.* Sed illa loquitur in parte bonorum legata. Sed contra dicimus: *vt ff. ad l. Falc.l.Plautius. & dixi j. ad leg. Falc.l.in imponenda.* &c. exponenda vt modo dixi, secundùm Io. & Azo.

Ex *causa donationis.*] CASVS. Decessit paterfa. relictis duob. heredib. sed Titius portionē suā hereditariam repudiare vult, & ea quæ sibi pater dedit, vel aliūde acquisiuit, retinere: an compelli debeat ea cum coherede suo cōferre, quæritur. Rn. quòd nō.

c ¶ *Ex causa donationis.* hodie secus si donetur vni ab auo inofficiosè: *vt s. de inoffi.test.auth. vnde & si parens.* Item secus in aliunde quæsitis. quæ non conferuntur etiam si succedant: *vt infra de colla.l.fin.*

d ¶ *Aliunde.* i. causa alia.

e ¶ *Quæsita.* ab auo.

---

cto, † quod à cæteris [a] in eo [b] fundo soluitur, supra quartam habēs, reddere compellitur. Dat. V. Non. Ianua. CC Coss.

Habens titulum singularem, non tenetur conferre si non vult vniuersaliter succedere. Bal. Vel sic: Repudians hereditatem non tenetur ad collationem. Saly.

XXV. *Idem* AA. & CC. *Diocli.*[*]

Ex causa donationis [c] vel aliunde [d] tibi quæsita, [e] si aui successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id April. Tusco & Anulino Coss.

Diuisio vel dispositio testati vel intestati inter liberos, valet etiam imperfecta, id est sine solennitate legali: Sed si persona extranei permisceatur: quoad extraneum non valet. Bald.

XXVI. *Imp.* CONSTANT. A. *ad Bassum pr.*

Inter omnes † duntaxat heredes suos [f], qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares [g] videntur esse, vel emancipatos quos prætor [h] ad successionem vocat: siue cœptum neque impletum testamentum [i], vel codicillus? seu epistola parentis [*] esse memoretur, siue quocunque alio modo scripturæ quibuscunque verbis vel indiciis [k] inueniantur relictæ: iudicio familiæ erciscundæ (licet ab intestato [l] ad successionem liberi vocentur) seruato [m] senatusconsulti auxilio, defuncti depositio custodiatur. etiam si sollennitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Si verò † in huiusmodi uoluntate designatis liberis alia sit mixta persona certum est eam voluntatem, quantum ad illam dumtaxat personam permixtam pro nulla haberi. [n] Dat. Romę Kal. Crispo. II. & Constantino Cæs. II. Coss.

IN AVTHENTIC. DE trien. & semis. §. & quod sæpè. colla iij. constit. v.

Si modò [o] subiiciatur huic scripturæ vel ipsius parētis, vel omnium inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

TITVLVS XXXVII.
COMMVNI DIVIdundo.[*]

Hæc actio datur contra singularem successorem: & in ea venit adiudicatio vel diuisio secundū quòd commodius fieri potest: & post litis contestationem impedit alienationem fieri. h. d. & in hoc vlt. est no. Paul. de Cast.

Inter omnes CASVS. Paterfam. incepit facere testamentum sed non compleuit: & in hoc testamento imperfecto tres instituit heredes, vel fecit codicillos adhibitis tribus testibus: vel epistolam adhibitis fortè duob. In his voluntatem suam declauit, & designauit ex quanta parte voluit vnumquemq. esse heredem. an talis dispositio valeat, quæritur. Et dicitur quod sic, inter filios suos & emancipatos & alios descendentes. Quantum verò ad extraneos: si cum filiis erant mixti, non valet. & hoc in secunda. Ex hac. l. ibi, heredes suos no. quòd large loquendo etiam emancipati possunt dici sui heredes: & etiam illi qui nec sūt in potestate nec emancipati, vt in hereditate materna: licet proprie loquendo non nisi existerent in potestate tempore mortis. l. in suis ff. de libe. & posthu.l.Paulus.

f ¶ *Heredes suos.* idem hodie de illis qui nec sunt sui, nec emancipati: vt ex linea fœminina: *vt infra de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.*

g ¶ *Pares* in succedendo: licet dispares in gradu: vt filius & nepos ex alio filio mortuo.

h ¶ *Quos prætor.* ideo dicit quos, quia quidam extra potestatem positi non vocantur: vt damnati de crimine capitali: *vt ff. de bo. poss. l. edicto prætoris.*

i ¶ *Neq. impletum testamentum.* quantum ad solennitatem: sed bene completum quoad voluntatem.[a] Accursius.

k ¶ *Vel indiciis.* [b] dum tamen duobus [c] testibus probetur: *vt ar. ff. de mili. test. l. Lucius.* & idem videtur etiam iure veteri: *vt ff. de lega. ij. l. peto. §. mater.* quod non placet: *vt ff. de confir. tut. l. iij. & d. l. peto.* ¶ Dicit minus [d] solennem, scilicet quoad tutoris dationem: sed quoad alia perfectam. & hoc dixi infra *de testa.l. hac consultissima. §. ex imperfecto.*

l ¶ *Ab intestato.* vnde videbatur voluntatem defuncti non esse seruandam *& de hoc dixi supra eo.l.filij.*

m ¶ *Seruato* in quartæ fideicommissorum retentione. & est sic supra eo. *l. si cogitatione. & l. quoties. & ff. e. l. sed & si.*

n ¶ *Pro nulla haberi sicut s. de inoffic. testa. l. si mater. & j. de diuor. l. fin. in prin. & ff. de leg. præst. l. iij. & j. ut. ij. l. fin.*

Si *modo.*] CASVS. Dicitur in. l. Codicis quòd voluntas testatoris imperfecta valet inter liberos. Authen. hæc dicit hoc verum esse limitando. l. Codicis, si huic scripturæ imperfectæ subscripserunt testator, vel omnes liberi inter quos debet diuidi hereditas ista.

o ¶ *Si modo.* [e] caue tibi, quia lex Codicis loquitur siue in scriptis siue sine scriptis pater inter filios testetur minus solenniter. hic autem prosequitur tantùm quando in scriptis. vt pater vel filij debeant scribere: sed & tunc [f] potest valere sine huiusmodi subscriptione, si parens, &c. vt in auth. alia, quæ iungitur cum ista quæ est infra de testa. *auth. quod sine.*

COMMVNI DIVIDVNDO.

De diuisoria vniuersitatis dixi: nunc de diuisione singularum rerum

---

† Se dispongendum in supplementū deducto, quod à cæteris in eo fundo soluitur, supra quartam habeat: reddere compellitur. & si. iure pręstare reddere compellitur hereditatem scilicet, non autem fundū. *Dioclet.

† Videtur hæc lex ex parte sumpta esse ex l. 1. C. T. e. t. quamuis illa ad alium quàm ad Bassum scripta sit.

* id est patris. sed l. hac consultissimaq. de testam. idem permisit matri & ascendētibus vtriusq. sexus, & per appendicem hoc addidit, vt ait No 107.

a Quartæ naturæ institutionis & Trebellianicæ quonam imputentur.

b Fructus an imputentur in quartam.

c Quartarum octo species. adde Gl. sum in l. in quartam 91. ff. ad L. Falc.

d Falcidia vtrum in vna re possit retineri. Gl. l. 13. ad L. Falc.

† hæc posterma pars ad verbum sumpta est ex l. Hac consultissimaq. lex ta mente. §. ex imperfecto.

* al. de cōmuni diuidendo. in plerisq. manusc.

a Testamentū inter liberos imperfectum ratione voluntatis est nullū. v. Glossam & quæ scripsi ad Anton. in l. si qui. 26 in verbum futurus. ff. qui testamenta.

b v. Tiraq. 4. priuile. pia causa.

c Probatur iudicium duob. testib. vt hic. adde Gl. Auth. de testamento. sed est dicta Gl. in l. si quis in conuulsis. ad l. Iul. maiest. quę videtur velle per vnum testem etiam dici conuictum saltem semiplenè. de quo. v. Clarum lib. 5. sent. §. vlt. quæst. 22. adde omnino Marsilium. consilio criminali. 12. nu 10. Vbi notat Iudicium rei à maleficio remorari duobus maleficiis vno teste iudiciem probari.

d Minus solennis dispositio.

e v. Tiraqu. d. loco.

f Testamentū imperfectum inter liberos non requirit subscriptionē.

Frater

F*Rater tuus.*] CASVS. Prædium tibi & sibi commune frater vẽdidit, tibi non præiudicat: sed tamen in parte sua non reuocabitur venditio: sed si prædium illud commune diuidi non potest: si plus obtuleris pro parte sua quàm emptor pro tua, communi diuidundo iudicio totum prædium consequeris. Si diuidi potest, media pars tibi adiudicabitur. Hæc sunt vera, si partẽ suam alienauerit lit. contest. post verò inuito fratre suo non potest.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Lucano.*

FRATER tuus si solam portionem prædij ad se pertinentem distraxit, venditionem reuocari non oportet [a]: sed aduersus eum cũ quo tibi idem prędium cõmune esse cœpit, communi diuidundo iudicio consiste: & ea actione aut vniuersum prædiũ, si licitatione viceris, ex soluta socio parte precij [b], obtinebis: aut precij portionem, si meliorem alius [c] conditionem obtulerit,* consequeris [d]. Quod si diuisio prædij sine cuiusquam iniuria commodè fieri potuerit, portionem suis finibus tibi adiudicatum possidebis: hoc videlicet custodiendo, vt post litis contestationem [e] nemo † nec partem suam, cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare possit [f]. PP. Kal. Mar. Romæ, Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Frater non potest obligare portionem fratris: & creditor qui reperitur in possessione rei communis potest prouocari ad diuisionem: & procedetur per licitationem, vel diuisionem, prout dictauerit æquitas iudicantis. Baldus.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Auito* * *militi.*

SI probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrem tuũ vineas communes pignori dedisse, cum partem tuam quam in vineis habet, creditori † obligare non potuerit [g]: præses prouinciæ restitui [h] tibi eã iubebit cum fructibus quos creditor de parte tua perceperit. Idẽ præses prouinciæ de diuisione vinearum inter te & creditorem fratris tui cognoscet [i]: & iubebit eum [k] accepta pecunia, quanti statuerit partem fratris tui valere [l] eam partem quã de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorẽ fratris tui, data pecunia [m] quãti eã æstimauerit, trãsferre. PP. II. Id. Sept. Alexãdro. A. II. & Marcello Coss.

Ista est no. lex, & h. d. In hoc iudicio veniũt quæ sunt cõmunia. Itẽ per iudicẽ est faciẽda diuisio per assignationẽ partiũ vel possessionũ diuersarũ. Et si vna alteri præpõderat, venitur ad licitationẽ: & si alter cõsortiũ ex inopia nõ est par in licitando, admittitur extraneus licitator. Bal.

III. *Idem A. Verecundiano.*

AD officiũ arbitri [n], qui inter te & fratrẽ tuũ [pro*] diuidẽdis bonis datus fuerit, ea sola pertinẽt [o], quæ manẽt cõmunia [p] tibi & illi. Nã eo quorũ partẽ is vẽdidit, cũ emptoribus tibi cõmunia sunt: & aduersus singulos arbitrũ petere debes, si ab illorũ quoq; societate discedi placeat. Cũ autẽ regionibus diuidi [q] [commodè †] aliquis ager inter socios [r] nõ põt [s], vel ex plurib9 singuli [t], æstimatione iusta facta, vnicuique [u] sociorum adiudicantur, cõpensatione precij inuicem facta: eóque cui res maioris precij obuenit, cæteris cõdemnato [x]: ad licitationem nonnunquam etiam extraneo emptore admisso, maximè [y] si se non sufficere ad iusta precia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius licitantem [z] * profiteatur. PP. V. Non. Maij. Iuliano & Crispino Coss.

Diuisio facta inter fratres debet haberi rata, nisi beneficio restitutionis rescindatur: sed non diuisa debent diuidi: & in hoc iudicio habetur ratio culpæ & fructuum. hoc dicit secundùm Bart. & Bald.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Herodæ.* †

a ¶ *Non oportet. vt* ĩ. *de commu. re. alie. l. falso. & de donatio. l. portionem &. de contrahen. empt. l. dudum.*

b ¶ *Parte precij.* id est à precio partis, parte tantum æstimata secũdum quosdam: quod nõ placet: imò totus fundus æstimatur: *vt hic.* quia maior * fit æstimatio omnium partium si totus æstimetur, quam si pars: *vt ff. famil. ercis. l. Mauius. §. fin.* Item pro hoc *ff. de leg. ij. l. cum filius. in princ. & l. Mauius. §. in fundo. & ff. ad leg. Falc. l. in Falcidia. & de except. do. l. pure. §. si cui.* nam his legibus non potest seruitutis pars assignari. & ideo non possunt prædicti sic exponere, vt hic exponebant.

c ¶ *Alius.* socius, vel etiam extraneus: *vt infra eod. l. iij. in fin.*

d ¶ *Consequeris.* hoc, cum diuisio non potest fieri commodè.

e ¶ *Post litis contestationẽ.* itẽ nec ante si fieret causa mutandi iudicij, & pœna imponitur: *vt ff. de alie. iu. mu. causa fac. l. j. in fin.* In familiæ ercis. autem actione etiam post motam controuersiam prohibentur alienationes: *vt ff. de peti. her. l. diuus. & l. sed & si. §. si ante.* nisi ex necessitate: [b] *vt ff famil. ercis. l. alienationes.* sic & hic ex necessitate permittam per eandem legem: *vt ff. de fund. do. l. j. & l. si fundum.*

f ¶ *Possit.* fortè [c] nec pignori obligare: *vt* ĩ. *de reb. alie. non alie. l. fin.* licet in religiosa sit aliud secundùm quosdam: *vt in authentic. de litig. §. ad hoc. aliàs ad hoc. colla. viij.* nec enim erat hic quæstio de dominio: quia certum erat rem esse communem: & ideo non prohibetur alienatio tanquàm in re litiogiosa.

S*I probatum.*] CASVS. Si vineam tibi & fratri tuo communem frater tuus obligauit, cum obligare non potuit, eam cum fructibus quos ex parte tua non percepit, pręses tibi restitui iubeat. hoc in prima. Item ages communi diuidundo aduersus creditorem, si plus pro parte sua dare volueris quàm ipse pro parte tua: vnde partem fratris, & tuam quam frater obligauit, data ei pecunia quam iudex statuet, recuperabis: aut tua parte æstimata data tibi pecunia ad creditorem fratris tui totam vineam transferre faciet.

g ¶ *Non potuerit. vt* ĩ. *tit. j. l. si fratres. &* ĩ. *si communis res pig. da. sit l. j. & . si res alie. pig. da. sit. per totum.*

h ¶ *Restitui.* agenti tibi rei vindicatione cum socius negaris: *vt ff. de except. l. fundi quem tamen. fic & ff. familiæ erciscundæ. l. j.* a Vel dic etiam agendo communi diuidundo, licet negetur socius, cum non obiiciatur quæstio præposterationis: *vt ff. de euict. l. si mancipium §. j.*

i ¶ *Cognoscet.* scilicet postmodum.

k ¶ *Eum.* scilicet creditorem.

l ¶ *Valere.* hoc cum inter creditorem & dominum alterius partis agitur: *vt hic, & ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. ij. §. fin.* secus si inter creditores: quia tunc tantùm debitum æstimatur: *vt ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. ij. §. inter.* Item æstimat partem * hic æstimando totum: *vt* s. *l. proxi. dixi.*

m ¶ *Data pecunia.* scilicet tibi. & hoc quando cõmodè diuidi nõ potest. ¶ Item not. hic casum vbi quis cogitur alienare inuitus: [b] sed volens videtur, cum duplex sit hoc iudicium.

A*D officium.*] CASVS. Si cum fratre tuo res habes communes, ad officium iudicis pertinet diuidere. Si autẽ frater tuus partẽ earum vendidit, postea sunt tibi communes cũ emptoribus: vnde cum emptoribus ages communi diuidundo, iudicio, si à cõmunione vel societate discedere velis. & hoc in prima. Et si fortè ager fuerit, qui diuidi postulatur, nec cõmodè diuidi potest: fiet æstimatio, & plus offerenti dabitur, & in precio alij condemnabitur. & hoc in secunda. Si autem in licitando plus offeras, frater autem volens plus offerre non habeat quid offerat, supponere potest extraneum emptorem qui licitando plus offerat. & hoc in tertia.

n ¶ *Arbitri.* i. iudicis.

o ¶ *Pertinent.* vt diuidat.

p ¶ *Communia.* non alia vt subiicit. ĩ. *titu. proxi. l. familiæ.*

q ¶ *Diuidi.* scilicet commodè: *vt instit. de offi. iudic. §. quod si commodè.*

r ¶ *Socios.* socij sunt conuentiali, vel non conuentionali societate: *vt institu. de obli. quæ ex quasi contrac. §. item si inter.*

s ¶ *Non potest.* [c] scilicet commodè: *vt institu. de offi. iudic. §. quod si commodè.*

t ¶ *Singuli.* scilicet fundi diuidi non possunt commodè.

a ¶ *Filium*. Fama & re difficilis eſt hæc lex. Dic ergo caſum [a] ſecundùm antiquos: Quidã habens trecenta, tres quoque filios vni in vita fundum de ſuo patrimonio conceſſit ad ſui ſuſtentationem, & ſic in peculium quos tres filios ſolos heredes inſtituit æqualiter. hereditaria ergo portio cuiuſlibet eſt cẽtum: & rogauit filium cui fundum conceſſerat, vt ſuam portionem hereditatis reſtitueret coheredibus, & quibuſdam aliis ſub conditione, puta ſi nauis ex Aſia veniret perceptis à coheredibus pone x. hic autẽ debet habere quartam, id eſt. xxv. cõputant autẽ in quartã illa. x. quæ accepit à coheredibus cã implẽdæ conditionis. Item hereditaria pars prædij, pone ꝙ valet fundus xij. ergo habet in fundo quatuor. ſic ergo habet. xiiij. quod autẽ deeſt, ſoluetur ei in eodem fundo. Hoc non placet: quia nõ ſupereſſet aliquid de eo fundo reſtituendũ. quod hic vt in ſi. dicit.[b] imò deeſſet Ideo dic quòd fundus valuit. xxx.[d] & ſic habet. x. à coheredibus. Item ex parte hereditaria fundi, quæ eſt alia. x. deſunt. v. alia accipit ex eodẽ fundo: & ſic ſuperſunt in fundo. xv. quæ reſtituit vnà cũ aliis quæ habet de illa hereditate. ¶ Sed de qua quarta loquitur? Reſpon. [d] de Trebellianica, quæ ex vniuerſitate detrahitur: *vt ff. ad Trebel. l. nam quod. §. fi. & l. cogi. in prin. & §. & generaliter*. Non autem de quarta iure naturæ: quia in illa [e] non computantur data cauſa implendæ conditionis: *vt ſupra de inoffic. teſt. l. ſi quis. in prin.* ~~... l. ſcimus~~ nec illa iure inſtitutionis: quia illa ex ſingularibus relictis detrahitur per l. Fal. *vt inſtit. de fideicom. here. §. reſtituta. in fin.* ¶ Sed ſecundùm hoc quid faciat ad titulum? Reſpon. ꝙ hæc reſtitutio fiet coheredibus per hanc actionem, ſicut & prælegationes veniunt in hoc iudicium: *vt ꝫ. eo l. ſi qua. & ff. eo. l. inter coheredes. §. 3. & l. ſi ita legatum* vel quia coheredes reſtituta ſibi diuident hoc iudicio: *vt ff. eo. l. ſed & eas in fin.* Alij dicunt quòd etiam hi extranei fuerunt cum filiis inſtituti. ¶ Literam autem expone, filium, id eſt filius. ſic ꝫ. *de fideicom. l. eam quam.* 2 Vel ſubaudies, filius. & ſecundùm vtrumque erit ſuſpenſiua vſque in finem 3 Vel dic [f], teſtator ſanxit filium habentem quem, id eſt aliquem fundũ. & quod dicit in fine, compellit, ſubaudi prædictus filius.

b ¶ *Portionem*. id eſt ſuam partem hereditatis, quæ erat tertia: ne ſit contra. *ff. de verb. ſignif. l. nomen. §. portionis.*

c ¶ *Hereditaria prædij*. ¶ Sed quare totam hereditariam partem fundi computat in quartã, ſ. Trebellianicã: imò videtur ꝙ quartã hereditariæ partis debeat computare ſolũ quartam enim cuiuſlibet quartæ quam habet in qualibet parte, debet computare: nec debet retinere totã quartã quã haberet ab inteſtato in illo fundo ꝑ illa parte quam retinere debeat: ſed in qualibet re quartã quartæ, quam haberet ab inteſtato, debet retinere: ſicut computat quartã aliarũ rerũ quas ex teſtamento habebat. Sed reſpon. ſecundùm quoſdã quia hoc teſtator dixit. ſed [g] hoc refugium eſt miſerorum. 2 Dic ergo ſecundùm Io. quod hic fũdus fuit filio prælegatus de hereditate. & non cauit teſtator vt quartam retineret de hereditate. vnde contra voluntatẽ eius deducitur quarta, & ita cum faciat contra voluntatẽ retinendo, fiet cõtra ſuã in hoc, quia tota hereditaria cõputabitur in quartã & nil lucrabitur inde ſcilicet de hereditaria. Cæterũ ſi cauiſſet teſtator, vt quartam retineret de hereditate, tunc fundus prælegatus eſſet præcipuè ſuus: nec imputaret niſi tantum quantum retineret, etiam ſi alij fuiſſet legatus, ſcilicet quartã ſuæ partis: vel ſi eſt vnus filius, tres vncias: ſi tres, vnã vnciã: *vt ff. ad l. Fal. l. Titia.* Sed huic lect. Io. ob. quod ſubiicit, ſi quid deeſt in ſupplementũ, &c. quia ſi fundus eſt prælegatus, vt dixi: ergo hereditaria portio tantum computatur in quartam nõ etiam quod deeſt ad quartam, in eodem fundo eſt ſoluendũ, cum extra quartã ſit quod à coherede percipitur: *vt d. tit. l. in quartam.* Sed reſpon. Io. ꝙ hic filius rogatus fuerat extraneis dare fundum, & ita totum: & illi aliquid filio dare, & eodem modo fratribus, & ab eiſdẽ aliquid recipere debebat. Computabit ergo ſibi in quartam hereditariam partem prædij: itẽ quod accepit à coheredibus: itẽ quod accipiet ab extraneis in eodẽ fundo, id eſt pro eodem fundo reſtituendo quẽ prælegatũ habebat. non enim intelligendũ eſt vt in eodem fundo habeat amplius quàm hereditariam portionem. & ideo callidè poſuit in litera, à cæteris. q. d. ab extraneis. 3. Vel dic vt dicemus in glo. alia inferiori, ſcilicet deſtinatione, &c. 4 Vel ſi vis ſecundùm Azo. & Hug. dic hunc fundum collatum filio à patre vel benè merito, vel conferendo vltimum arbitrium, puta emendo nomine ſuo. vnde venit in iudicium famil. erciſc. percipiendus: *vt ꝫ. eo. l. filia.* ¶ Et benè dico ꝙ tota hereditaria portio computatur in Falcidiam: quia contra voluntatem defuncti retinet quartã ſecus ſi ex voluntate: *vt ff. ad l. Fal. l. Titia.* nam ibi de Trebel. Fal. dicit. & ſic habet tres partes fundi præcipuas. Nec ob. quod ſequitur, ſi quid deeſt. non enim hic dicit vt vltra hereditariam partem imputet: ſed repetit quod dixerat. q. d. hereditaria parte prædij, &c. quod ſoluetur, id eſt hæc hereditaria in eodẽ fundo de quo iam habet tres partes. ¶ Sed quid ſi omnia hæc non ſufficiunt ad quartã? ... n. cõpletur ex aliis iure cõmuni. ¶ Item nunquid prælegationes cõputantur in fideicõmiſſo generali? Reſpon. diſtingue vt ꝫ. *de fideicom. l. cũ virum.* ¶ Item quomodo imputabit etiam hereditariã partẽ rei quam habiturus erat etiã ſi heres non fuiſſet: quia morte huiuſmodi donationes confirmantur: & idem in prælegatis: *vt ff. de leg. j. l. qui filiabus. §. fin. & l. ſeq.* Sed reſpon. quia cum teſtator poſſet illa reuocare: videtur, cum non reuocet, ſed inſtituat, grauare vt hereditariam partẽ rei prælegatæ, vel quartam hereditariæ computet: vt dictum eſt. ¶ Ex prædictis patet aliter ſecundùm antiquos: vt in prædicta prima gl. fama. &c. & in prin. huius l. & aliter ſecundùm Io. & aliter ſecundùm Azo. & H. l. iſtam poſſe intelligi. ¶ Item qualiter computat ſibi hereditariam partẽ prædij. cum à ſeipſo habere eã videatur: vnde cadit in fideicommiſſum generale: *vt ff. ad Trebel. l. in fideicommiſſo. §. fi. quæ eſt contra?* Sed certè ſatis cadit in fideicommiſſum, cum computet ſibi in quartam. ¶ Item no. quòd hæc lex corrigitur hodie in eo quod dicit talia imputari in quartam liberis primi gradus *vt ꝫ. ad Trebel. iubemus. in princ.* Sed quidam dicunt hoc ideo ſic eſſe, quia ſic defunctus voluit. quod non placet: vt ibi notatur.

d ¶ *Percepit*. ſ. deſtinatione [b], vel re ipſa. ¶ Sed quare in vna re tantũ quartã deducit, ſcilicet de fundo illo ſecundũ caſum antiquorũ? Rñ quidam quia hoc teſtator dixit. 2 Alij vt Loth. hoc præſumunt ex eo ꝙ teſtator huic filio dedit hũc fũdũ etiã in vita. Vnde etiã poſtea lex illã volũtatẽ imitatur. quod nõ placet: quia talia peculia profectitia cõmunia ſunt, & non præcipua: *vt ꝫ. eo. l. certũ eſt.* 3 Alij dicunt poſſe in vna retineri Falcidiã *vt hic in fin.* 4 Alij autem volunt eſſe ſpeciale pro filio, illa ratione, quia & aliud eſt ſpeciale cõtra eũ, ſcilicet ꝙ cõputet in quartã acceptum à coherede. nã extra quartã eſt quod à coherede accipit *vt ff. ad l. Fal. l. in quartam. ibi, pro ea verò parte. &c.* quod non placet [c], quod nõ computet in quartã quod à coheredibus accepit: quod omnino eſt falſum, duabus rationibus. Nam ſi pecuniam hereditariam à coherede accipiat: à ſeipſo & quaſi iure hereditario habere videtur, vnde computat: *vt ff. de lega. ij. l. cum pater. in princ.* Idem ſi corpus non

Famoſa & difficilis eſt hæc lex: & hoc intendit: Fideicommiſſum vniuerſale reſtituendum poſt conditionis euentum, conditione adueniente debet reſtitui, quarta deducta: in qua computatur hereditaria portio fundi in peculium dati ſecundum antiquos: vel prælegati, ſecundum Ioan. vel mortis cauſa dati ſeu donati ſecundum Azo. & acceptum cauſa conditionis implendæ. h. d. ſecundum communem lec. Iac. But. Bal. Vel ſic: Filius grauatus de reſtituendo coheredibus ſuis partem ſuam hereditatis, in quartam Trebellianicam, quæ ſibi debetur tenetur computare totam hereditariam partem fundi ſibi conceſſi per patrem in peculium profectitium, etiam quicquid datum eſt à coheredibus gratia conditionis implendæ & ſi iſta non ſufficiant, debet ſuppleri in eodem fundo, & ſic de portionibus aliorum coheredum quas in eo habent. Reſiduum verò quatenus habet vltra quartam tam in eodem fundo, quam in aliis rebus, tenetur ac heredibus reſtituere ex cauſa fideicommiſſi. Et totum expedietur officio iudicis diuidentis hereditatem inter eos: & ſic in iudicio famil. erciſc. hoc dicit ſecundum Paul. de Caſt.

XXIIII. *Iidem* AA. & CC. *Socrati.*

Filium [a] * quem habentem fundum portionem [b] hereditatis fratribus & quibuſdam aliis ſub conditione verbis precariis reſtituere ſanxit teſtator: poſt eius [cõditionis †] euentum hereditaria parte [c] prædij in quartæ ratione retenta compenſato præterea quod à coheredibus vice mutua percepit [d], [&] ſi quid deeſt, in ſupplementum * dedu-

a Sequuntur But. Bald. Pau. & Ia.
b Imò non aperte dicit & ideo illa lectura eſt bona Bal. Pau. & Iaſ.
c Contra Bart. Bal. Pau. & Ia.
d Idem pro dicta lectura ... his.
e Nec in Trebellianica hodie, cum computetur in legitima. Pau. & Ia.
f Hoc non eſt poſitum nal... la placet. dic poſitum quem habentem, id eſt qui habebat.
g Specialem caſum prætexere refugium eſt miſerorũ. adde Iaſonem in l. ſi quis. ff. ſi quis om. ca. teſtamenti.

* Ad hanc legem v. Alçgat hoc tit. Alciat. 6. Parad. & Sabinum 4. declarationum c. 1. 15.
* Græcanica figura. pro filius quem vt in euangelio Sermonem quẽ audiſtis, non eſt meus. ſimilis figura eſt in l. eam quã infra de fideicommiſſ. Vide Alciatum paradox. lib. vj. c. v.
† Id eſt in omnibus.
* ſupplementũ.
b Scilicet teſtatoris, & nõ perinde habetur ac ſi eſſet perceptũ: Ia.
c In quartam filius non imputat quod accepit à coheredib.

hereditarium à coherede accipiat: *vt ff. ad Trebel. l. deducta. §. nummu.* Nec obstat dicta l. in quartam, quia loquitur cũ est hereditariũ quod à coherede percipitur: vnde non potest eadẽ ratione habere eandem rem iure legati, & iure hereditario: *vt ff. de condit. & demonst. l. Titiæ si nupserit.* hic autẽ hereditarium nõ fuit hoc quod accepit causa implendæ conditionis. Item alia ratione: quia si duo sumus coheredes, & à me tibi, à te mihi legatum relinquitur, vt est in casu nostro, item & aliis relinquitur à nobis, ego vtar retentione Falc. cõtra alios, & computabo mihi in quartã meã qđ à te percepturus sum, vt tanto minus à te subtraham, sed ab aliis non per hoc minus subtraham: licet in hac Falc. iure institutionis aliàs nõ consueuerit legata imputari: *vt ff. ad legem Falc. l. Nesennium. j. respon. & l. in quartam. in princ.* Multò ergo magis in hac quarta debet fieri computatio horum quæ à coherede percipiuntur, in qua etiam legata ab aliis imputantur: *vt d. l. in quartam.* 3 Alij dicunt: soluitur à volentibus, & volenti. 6 Alij vt Io. transponunt literã hoc modo. Soluitur à cæteris, s. facta de tractione de singulis, & j. quartam habens in eodem fundo, &c. vt in alia glo. ¶ Et vt hæc clareant, sciendum est alia esse quartã [a] iure naturæ, (in qua omnia data imputantur præter donationem simplicem, & fructum patrimonij. Nam in rebus principalibus debet habere quartam: *vt s. de inoffi. testament. l. scimus. §. j. & l. si quando §. fin.* 2 Aliam debitam iure institutionis (in qua ea sola imputantur, quæ iure hereditario capiuntur: *vt ff. ad legem Falc. l. in quartam.* quandoq. tamen etiam legata imputantur: *vt ff. ad leg. Falc. l. Nesennium.* Item si dentur à statu libero nummi peculiares. in hoc casu solo imputantur: *vt ff. ad leg. Falcid. l. id autem.*) 3 Item aliam debitam iure Trebellianico, in qua & legata & fideicommissa & data causa implẽdæ conditionis ab extraneo imputantur. Si aũt detur aliquid à coherede si quidem corpus non hereditarium, idem est. & si hereditarium, si quidẽ pecunia, idem est: si autem speciem hereditariã, pro ea parte quam habet iure hereditario, imputabitur: pro ea verò quam à coherede accepit, extra quartam est: *vt hac. l. & ff. ad Trebell. l. deducta. §. nummus.* ¶ De fructibus [b] aũt quando computarẽtur in quartã iure naturæ, habes *ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si conditioni versic. vnde si quis.* Quando verò in quartam iure institutionis, habes. *ff. ad leg. Falc. l. in lege Falcidia placuit. & l. Paulus.* Quando vero iu Trebellianicam dixi. *j. ad Trebell. a. l. iubemus.* ¶ Et no. quòd quarta alia [c] iure naturæ. 2 Alia iure Trebellianico. 3 Alia iure institutionis. 4 Alia debita ex constitutione diui Pij. 5 Alia debita patrono in bonis liberti. 6 Alia de qua dicitur infra *quando & qui. quarta pars. l. 9. in princ. lib. x. & j. de impo. lucra. descrip. l. vnica. e. lib.* 7 Alia de qua dicitur *j. de diuor. & repu. l. pe.* 8 Item alia *j. vnde vir & vxor. auth. præterea.*

a ¶ *Quod à cæteris.* s. coheredibus fratribus: vel secundum alios ab extraneis.

b ¶ *In eo.* sic ergo in [d] vna re potest Falcidia retineri secundum quosdam: *vt hic. & ff. de leg. j. l. potest. & l. non amplius. §. fin.* Sed illa loquitur in parte bonorum legata. Sed contra dicimus: *vt ff. ad l. Falc. l. Plautius. & dixi j. ad leg. Falc. l. in imponenda.* & exponenda vt modo dixi, secundùm Io. & Azo.

E *X causa donationis.*] CASVS. Decessit paterfa. relictis duob. heredib. sed Titius portionẽ suã hereditariam repudiare vult, & ea quæ sibi pater dedit, vel aliũde acquisiuit, retinere: an compelli debeat ea cum coherede suo cõferre, quæritur? Rñ. quòd nõ.

c ¶ *Ex causa donationis.* hodie secus si donetur vni ab auo inofficiose: *vt s. de inoffi. test. auth. vnde & si parens.* Item secus in aliunde quæsitis, quæ non conferuntur etiam si succedant: vt infra de colla. l. fin.

d ¶ *Aliunde.* i. causa alia.

e ¶ *Quæsita.* ab auo.

I *Nter omnes* CASVS. Paterfam. incepit facere testamentum sed non compleuit: & in hoc testamento imperfecto tres instituit heredes, vel fecit codicillos adhibitis tribus testibus: vel epistolam adhibitis forte duob. In his voluntatem suam declarat, & designauit ex quarta parte voluit vnumquemq. esse heredem. an talis dispositio valeat, quæritur. Et dicitur quod sic, inter filios suos & emancipatos & alios descendentes. Quantum verò ad extraneos: si cum filiis erant mixti, non valet. & hoc in secunda Ex hac. l. ibi, heredes suos no. quòd large loquendo etiam emancipati possunt dici sui heredes: & etiam illi qui nec sũt in potestate nec emancipati, vt in hereditate materna: licet propriè loquendo non nisi exsisterent in potestate tempore mortis. l. in suis ff. de lib. & posthu. l. Paulus.

f ¶ *Heredes suos.* idem hodie de illis qui nec sunt sui, nec emancipati: vt ex linea fœminina: *vt infra de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.*

---

† quod à cæteris [a] in eo [b] fundo soluitur, supra quartam habẽs, reddere compellitur. Dat. V. Non. Ianua. CC Coss.

Habens titulum singularem, non tenetur conferre si non vult: vniuersaliter succedere. Bal. Vel sic: Repudians hereditatem non tenetur ad collationem. Saly.

XXV. *Iidem* AA. & CC. *Diocli.* [b]

EX causa donationis [c] vel aliunde [d] tibi quæsita, [e] si aui successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id. April. Tusco & Anulino Coss.

Diuisio vel dispositio testati vel intestati inter liberos, valet etiam imperfecta, id est sine solennitate legali: Sed si persona extranei permiscetur: quoad extraneum non valet. Bald.

XXVI. *Imp.* CONSTANT. A. *ad Bassum pp.*

INter omnes † duntaxat heredes suos [f], qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares [g] videntur esse, vel emancipatos quos prætor [h] ad successionem vocat: siue cœptum neque impletum testamentum [i], vel codicillus? seu epistola parentis [*] esse memoretur, siue quocunque alio modo scripturæ quibuscunque verbis vel indiciis [k] inueniantur relictæ: iudicio familiæ erciscundæ (licet ab intestato [l] ad successionem liberi vocentur) seruato [m] senatusconsulti auxilio, defuncti depositio custodiatur. etiam si sollennitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Si vero † in huiusmodi uoluntate designatis liberis alia sit mixta persona certum est eam voluntatem, quantum ad illam dumtaxat personam permixtam pro nulla haberi. [n] Dat. Romæ Kal. Crispo. II. & Constantino Cæs. II. Coss.

IN AVTHENTIC. DE trien. & semis. §. & quod sæpè. colla iij. constit. v.

SI modò [o] subiiciatur huic scripturæ vel ipsius parẽtis, vel omnium inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

TITVLVS XXXVII. COMMVNI DIVIdundo. [a]

Hæc actio datur contra singularem successorem: & in ea venit ad iudicatio vel diuisio secundũ quòd commodius fieri potest: & post litis contestationem impedit alienationem fieri. h. d. & in hoc vlt. est no. Paul. de Cast.

---

g ¶ *Pares.* in succedendo: licet dispares in gradu: vt filius & nepos ex alio filio mortuo.

h ¶ *Quos prætor.* ideo dicit quos, quia quidam extra potestatem positi non vocantur: vt damnati de crimine capitali: *vt ff. de bo. poss. l. edicto prætoris.*

i ¶ *Neq. impletum testamentum.* quantum ad solennitatem: sed bene completum quoad voluntatem.[a] Accursius.

k ¶ *Vel indiciis.* [b] dum tamen duobus [c] testibus probetur: *vt ar. ff. de mil. test. l. Lucius.* & idem videtur etiam iure veteri: *vt ff. de lega. ij. l. peto. §. mater.* quod non placet: *vt ff. de confir. tut. l. iij. & d. l. peto.* ¶ Dicit minus [d] solennem, scilicet quoad tutoris dationem: sed quoad alia perfectam. & hoc dixi infra *de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.*

l ¶ *Ab intestato.* vnde videbatur voluntatem defuncti non esse seruandam *& de hoc dixi supra eo. l. filij.*

m ¶ *Seruato* in quartæ fideicommissorum retentione. & est sic supra eo. *l. si cogitatione. & l. quoties. & ff. e. l. sed & si.*

n ¶ *Pro nulla haberi sicut s. de inoffic. testa. l. si mater. & j. de diuor. l. fin. in prin. & ff. de leg. præst. l. iij. & j. tit. ij. l. fin.*

S *I modo.*] CASVS. Dicitur in. l. Codicis quòd voluntas testatoris imperfecta valet inter liberos. Authen. hæc dicit hoc verum esse limitando. l. Codicis, si huic scripturæ imperfectæ subscripserunt testator, vel omnes liberi inter quos debet diuidi hereditas ista.

o ¶ *Si modo.* [e] caue tibi, quia lex Codicis loquitur siue in scriptis siue sine scriptis pater inter filios testetur minus solenniter. hic autem prosequitur tantùm quando in scriptis. vt pater vel filij debeant scribere: sed & tunc [f] potest valere sine huiusmodi subscriptione, si parens, &c. vt in auth. alia, quæ iungitur cum ista quæ est infra de testa. *auth. quod sine.*

COMMVNI DIVIDVNDO.

De diuisoria vniuersitatis dixi: nunc de diuisione singularum rerum

Frater

---

† Et dispon gendum in supplemento deducto, quod à cæteris in eo fundo soluitur, supra quartam habeas: reddere compellitur. & sic late pre sce reddere compellitur hereditatem scilicet, non aute in fundo. * Diocleti.

† Videtur hæc lex ex parte sumpta esse ex l. i. C. T. e. t. quamuis illa ad alium quàm ad Bassum scripta sit.

* id est patris. sed l. hæc con sultissima. §. de testam. idem permisit matri & ascendentibus vtriusq. sexus, & per appendicem hoc additur, vt ait No 107.

a Quartæ naturæ institutionis & Trebellianicæ quanam imputentur.

b Fructus an imputentur in quartam.

c Quartarum octo species. adde Gloss. in l. in quartam ff. ad L. Falc.

d Falcidia v trum in vna re possit retineri. v. Gl. l. 2. ad L. Falc.

† hæc pos. te ma pars ad verbum sumpta est ex l. Hac consultissima. §. ex imperfecto.

a Testamentũ inter liberos imperfectum ratione volũtatis est nullũ. v. Glossam & quæ scrips. ad Accurs. in l. 26. in qua. to bonorum sunt. ff. qui testamen. fa.

b v. Tiraq. 4. priuile. piæ causæ.

c Probatur iudicium duobus testib. vt aio. adde Gl. Auth. de testamento. sed est dicta Gl. in l. si quis in conuictione ad l. Iul. maiest. quæ videtur velle per vnum testem reum dici conuictum saltem semiplenè. de qua. v. Clarum lib. 5. sent. §. vlt. quæst. 22. adde Cominum Matthillum. consilia criminali. 12. nu 10. Vbi notat iudicium rei à maleficio remotæ duobus maleficiis vno teste iudicium probari.

d Minus solennem dispositionem. v. Tiraq. d. loco.

e Testamentũ imperfectum inter liberos requirit subscriptionem

FRater tuus.] CASVS. Prædium tibi & sibi commune frater vẽdidit, tibi non præiudicat: sed tamen in parte sua non reuocabitur venditio: sed si prædium illud commune diuidi non potest: si plus obtuleris pro parte sua quàm emptor pro tua, communi diuidundo iudicio totum prædium consequeris. Si diuidi potest, media pars tibi adiudicabitur. Hæc sunt vera, si partẽ suam alienauerit lit. contest. post verò inuito fratre suo non potest.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Lucano.*

FRATER tuus si solam portionem prædij ad se pertinentem distraxit, venditionem reuocari non oportet [a]: sed aduersus eum cũ quo tibi idem prędium cõmune esse cœpit, communi diuidundo iudicio consiste: & ea actione aut vniuersum prædiũ, si licitatione viceris, ex soluta socio parte precij [b], obtinebis: aut precij portionem, si meliorem alius [c] conditionem obtulerit,* consequeris [d]. Quod si diuisio prædij sine cuiusquam iniuria commodè fieri potuerit, portionem suis finibus tibi adiudicatum possidebis: hoc videlicet custodiendo, vt post litis contestationem [e] nemo † nec partem suam, cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare possit [f]. PP. Kal. Mar. Romæ, Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Frater non potest obligare portionem fratris: & creditor qui reperitur in possessione rei communis potest prouocari ad diuisionem: & procedetur per licitationem, vel diuisionem, prout dictauerit æquitas iudicantis. Baldus.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Auito* militi.*

SI probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrem tuũ vineas communes pignori dedisse, cum partem tuam quam in vineis habet, creditori † obligare non potuerit [g]: præses prouinciæ restitui [h] tibi eã iubebit cum fructibus quos creditor de parte tua perceperit. Idẽ præses prouinciæ de diuisione vinearum inter te & creditorem fratris tui cognoscet [i]: & iubebit eum [k] accepta pecunia, quanti statuerit partem fratris tui valere [l] eam partem quã de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorẽ fratris tui, data pecunia [m] quãti eã æstimauerit, trãsferre. PP. II. Id. Sept. Alexãdro. A. II. & Marcello Coss.

Ista est no. lex, & h. d. In hoc iudicio veniũt quæ sunt cõmunia. Itẽ per iudicẽ est faciẽda diuisio per assignationẽ partiũ vel possessionis diuersarũ. Et si vna alteri præpõderat, venitur ad licitationẽ: & si alter cõsortiũ ex inopia nõ est par in licitando, admittitur extraneus licitator. Bal.

III. *Idem A. Verecundiano.*

AD officiũ arbitri [n], qui inter te & fratrẽ tuũ [pro*] diuidẽdis bonis datus fuerit, ea sola pertinẽt [o], quæ manẽt cõmunia [p] tibi & illi. Nã eo quorũ partẽ is vẽdidit, cũ emptoribus tibi cõmunia sunt: & aduersus singulos arbitrũ petere debes, si ab illorũ quoq; societate discedi placeat. Cũ autẽ regionibus diuidi [q] [commodè †] aliquis ager inter socios [r] nõ põt [s], vel ex plurib⁹ singuli [t], æstimatione iusta facta, vnicuique [u] sociorum adiudicantur, cõpensatione precij inuicem facta: cõque cui res maioris precij obuenit, cæteris cõdemnato [x]: ad licitationem nonnunquam etiam extraneo emptore admisso, maximè [y] si se non sufficere ad iusta precia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius licitantem [z]* profiteatur. PP. V. Non. Maij. Iuliano & Crispino Coss.

Diuisio facta inter fratres debet haberi rata, nisi beneficio restitutionis rescindatur: sed non diuisa debent diuidi: & in hoc iudicio habetur ratio culpæ & fructuum. hoc dicit secundùm Bart. & Bald.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Heroda.*†

a ¶ *Non oportet. vt j. de commu. re. alie. l. falso. & de donatio. l. portionem & de contrahen. empt. l. dudum.*

b ¶ *Parte precij.* id est præcio partis, parte tantum æstimata secũdum quosdam: quod nõ placet: imò totus fundus æstimatur: *vt hic.* quia maior * fit æstimatio omnium partium si totus æstimetur, quam si pars: *vt ff. famil. ercis. l. Mæuius. §. fin.* Item pro hoc *ff. de leg. ij. l. cum filius. in princ. & l. Mæuius. §. in fundo. & ff. ad leg. Falc. l. in Falcidia. & de except. do. l. pure. §. si cui.* nam his legibus non potest seruitutis pars assignari. & ideo non possunt prædicti sic exponere, vt hic exponebant.

c ¶ *Alius.* socius, vel etiam extraneus: *vt infra eod. l. iij. in fin.*

d ¶ *Consequeris.* hoc, cum diuisio non potest fieri commodè.

e ¶ *Post litis contestationẽ.* itẽ nec ante si fieret causa mutandi iudicij, & pœna imponitur: *vt ff. de alie. iu. mu. causa fac. l. j. in fin.* In familiæ ercis. autem actione etiam post motam controuersiam prohibentur alienationes: *vt ff. de peti. her. l. diuus. & l. sed & si. §. si ante.* nisi ex necessitate: [b] *vt ff famil. ercis. l. alienationes.* sic & hic ex necessitate permittam per eandem legem: *vt ff. de fund. do. l. j. & l. si fundum.*

f ¶ *Possit.* fortè [c] nec pignori obligare: *vt j. de reb. alie. non alie. l. fin.* licet in religiosa sit aliud secundùm quosdam: *vt in authentic. de litig. §. ad hoc. aliàs ad hoc. colla. viij.* nec enim erat hic quæstio de dominio: quia certum erat rem esse communem: & ideo non prohibetur alienatio tanquàm in re litiogiosa.

a Maior æstimatio partiũ est toto æstimato, quam si pars æstimata sit.

SI probatum.] CASVS. Si vineam tibi & fratri tuo communem frater tuus obligauit, cum obligare non potuit, eam cum fructibus quos ex parte tua non percepit, prçses tibi restitui iubeat. hoc in prima. Item ages communi diuidundo aduersus creditorem, si plus pro parte sua dare volueris quàm ipse pro parte tua: vnde partem fratris, & tuam quam frater obligauit, data ei pecunia quam iudex statuet, recuperabis: aut tua parte æstimata data tibi pecunia ad creditorem fratris tui totam vineam transferre faciet.

g ¶ *Non potuerit. vt j. tit. j. l. si fratres & j. si communis res pig. da. sit l. j. & . si res alie. pig. da. sit per totum.*

h ¶ *Restitui.* agenti tibi rei vindicatione cum socius negaris: *vt ff. de excepti. l. fundi quem tuum. sic & ff. familiæ erciscunda. l. j.* Vel dic etiam agendo communi diuidundo, *licet negetur socius,* cum non obiiciatur quæstio præposterationis: *vt ff. de euict. l. si mancipium §. j.*

i ¶ *Cognoscet.* scilicet postmodum.

k ¶ *Eum.* scilicet creditorem.

l ¶ *Valere.* hoc cum inter creditorem & dominum alterius partis agitur: *vt hic, & ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. ij. §. fin.* secus si inter creditores: quia tunc tantùm debitum æstimatur: *vt ff communi diuidun. l. communi diuidundo. ij. §. inter.* Item æstimat partem * hic æstimando totum: *vt s. l. proxi. dixi.*

a Toto æstimato, pars æstimata intelligitur.

m ¶ *Data pecunia.* scilicet tibi. & hoc quando cõmodè diuidi nõ potest. ¶ Item not. hic casum vbi quis cogitur alienare inuitus: [b] sed volens videtur, cum duplex sit hoc iudicium.

b Inuitus quis alienare cogitur.

AD officium.] CASVS. Si cum fratre tuo res habes communes, ad officium iudicis pertinet diuidere. Si autẽ frater tuus partẽ earum vendidit, postea sunt tibi communes cũ emptoribus: vnde cum emptoribus ages communi diuidundo, iudicio, si à cõmunione vel societate discedere velis. & hoc in prima. Et si fortè ager fuerit, qui diuidi postulatur, nec cõmodè diuidi potest: fiet æstimatio, & plus offerenti dabitur, & in precio alij condemnabitur. & hoc in secunda. Si autem in licitando plus offeras, frater autem volens plus offerre non habeat quid offerat, supponere potest extraneum emptorem qui licitando plus offerat. & hoc in tertia.

n ¶ *Arbitri.* i. iudicis.

o ¶ *Pertinent.* vt diuidat.

p ¶ *Communia.* non alia vt subiicit. *j. titu. proxi. l. familia.*

q ¶ *Diuidi.* scilicet commodè: *vt instit. de offi. iudic. §. quod si commodè.*

r ¶ *Socios.* socij sunt conuentiali, vel non conuentionali societate: *vt institu. de obli. quæ ex quasi contrac. §. item si inter.*

s ¶ *Non potest.* [c] scilicet commodè: *vt institu. de offi. iudic. §. quod si commodè.*

c Ea non possumus quæ nõ possumus nisi incommodè.

t ¶ *Singuli.* scilicet fundi diuidi non possunt commodè.

u ¶ *Vnicuique.* id est huic vel illi, in casu tamen præcise alteri: *vt j. de dona. l. sancimus. § ne autem.*

x ¶ *Condemnato. vt & ff. fami. erciscun. l. Mæuius. § arbiter. & ff. eod. l. si quis putans. §. si fundus.*

y ¶ *Maximè.* si scit se vilius licitantem non sufficere &c. & facit *j. de vectig. & com. l. ij. & iij.*

z ¶ *Licitantem.* & ponitur ex parte subiecti: sed posset poni ex parte prædicati: & sensus est, non posset vincere etiam vilius licitantem [d]: cum sit adeo pauper.

d Tu dic illũ accusatiuum licitantem, construendũ cum si se: & adde infinitiuum vincere, illi infinitiuo sufficere.

SI maior.] CASVS. Bona tibi & fratri tuo communia diuisisti. Si scriptura in diuisione non interuenit, nec ob hoc rescin-

detur. & hoc in prima. Si verò minor fuisti cum diuisisti, & te læsam probare possis, nec tempora restitutionis inuitus egressus fueris, restitueris. & hoc in secunda. Si autem bona communia remanserunt inter vos, præses prouinciæ iubebit diuidi. Item doli & culpæ ratio in hoc iudicio habetur. Via.

a ¶*Si maior.* vt & ꝟ. tit. j. l. non ideo. & infra de fide instrumen. l. instrumenta. Sed quid si nõ alia probationibus probari sed probat hoc, scilicet se possedisse rem vt propriam pro parte vna, & per x. annos inter præsentes, vel xx. inter absentes solus subiuit onera rei, & solus sensit commoda. Respondeo secundum Azo. & Hug. verisimile a est diuisionem factam, argu. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & de qua pluuia arcen. l. j. §. & infra de acquiren. possess. l. minus. An autem idem in eo qui rei vindicatione conuenitur, vt non sit necesse probare titulum: sed præsumatur dominus ex diutina detentione, posset quæri. ADDITIO. Bartol. & communiter ducto. hic respon... quod non, per l. ... de re vind. ... quod dicit ... præcedenti quæstione: quia ibi non agitur de tanto præiudicio &c.

b ¶*Diremptam.* id est separatam.

c ¶*Causa cognita.* nec enim &c. vt ff. de in integ. rest. & postea. §. si minor. & de hoc dixi ꝟ. si aduer. transac. l. j.

d ¶*Idem.* scilicet præses.

e ¶*Prouidebit.* præses dico habituus ratione sumptuum &c. ¶Et sic nor. sumptuum b & fructuum rationē haberi: vt hic. & ff. eod. l. si quis putans. §. j. & l. in communi. & l. antepenul. & ff. pro socio. l. quibus casibus.

Si maior[a] quinque & viginti annis soror tua tecum res communes diuisit: quanuis nõ instrumentis, sed aliis probationibus earum diremptam[b] cõmunionē esse probetur: stari tamē finitis cõuenit. Quod si minor fuit, nec tempus in integrũ restitutioni præfinitum adhuc excessit: an† in integrũ propter diuisionē restitui debeat, causa cognita præses prouinciæ æstimabit.[c] Idem[d] eorũ etiam quæ vobis permanent communia, fieri diuisionē prouidebit[e]: tã sumptuum (si quis de vobis in res communes fecit) quàm fructuum. Item doli & culpæ[f] (cũ in communi diuidũdo iudicio hæc omnia[g] venire non ambigatur†) rationem, vt in omnibus æqualitas seruetur, habiturus. Dat. VIII. Id. Feb. CC. Coss.

Nemo cogitur in communione manere. Bald. & Salyc.

v. *Iidem AA. & CC. Secundino.*

In cõmunione vel societate nemo cõpellitur inuitus[i] detineri, qua propter aditus præses prouinciæ ea quæ communia tibi cùm sorore perspexerit, diuidi prouidebit. Dat. VIII. Kal. Septemb. CC. Coss.

TITVLVS XXXVIII. COMMVNIA VTRIVSque iudicij tam familiæ erciscundæ, quàm communi diuidundo.

Diuisio habet instar seu similitudinem emptionis. Bald. & Salyc.

f ¶*Et culpa.* vt & ff. eo. l. in communi. & l. etsi non omnes. §. venit. & l. si ... & ff. fami. ercisc. l. heredes. §. non tantum.

g ¶*Hæc omnia.* id est præstationes.

In communione.] CASVS. Si cum sorore tua res habebas communes, si à communione vis discedere, potes, & eas inter vos diuidet præses: quia nemo in cõmunione vel societate inuitus detineri compellitur. ¶No. ex hac. l. regulam, quæ fallit in quibusdam personis, quæ non possunt ad diuisionē prouocare: possunt tamē prouocari: & istæ sunt tres personæ: minor, maritus in dote, & ecclesia. Bal. hic.

h ¶*In communione.* b inchoanda: vt ff. de condic. indeb. l. si non sortem. §. si centum. quod fallit ratione impossibilitatis in duobus casibus, vt ibi notaui. Vel verius hic subaudi, retinenda: vt ff. pro soc. l. actiones. §. item qui. & infra pro socio. l. tandiu. Sed hoc fallit ratione personę: quia minor[c], vel maritus, vel ecclesia: quia isti non possunt prouocare, sed prouocari: vt ff. de condit. furti. l. & ideo elegantes. & infra de prædi. mino. l. inter. & infra de fun. do. l. j. & ij. Item fallit ratione pacti: vt ff. eo. l. in hoc iudicium. §. si conuenerit. Item ratione temporis, scilicet. xxx. vt ꝟ. de anna. except. l. j. §. ad hæc. Item si testator prohibuerit[d]: vt ꝟ. de re alien. non alie. l. fi. Accursius.

i ¶*Inuitus.* fallit in pupillo & marito, qui de re dotali alium ad diuisionem vocare non potest.

a Diuisio bonorum tamen si facta sit, præsumitur tamē facta ex diuturna possessione bonorum separatorum, vt si fratres 16 ... tempore bona paterna separatim possederint & onera iniuncta persoluerint. adde Ripam ... sæpe de restit. spoliat. ... in Glo. ... declarat ... Marsil. ... Baldum ... de præscrip. ... ex cursu temporis præsumi titulum diuisionis inter fratres & socios, vt si diu steterint separatim quolibet eorum vnam partem possidente ... inter præsentes ... annis inter absentes ... modo ... diuisionem præsumi ... eed ... tionem ... est aut esse ... fuerit ... diuiso ... adde Vasquium ... n. 61.

* al. diremptam.

* existimabit.

* ambigitur.

b Sumptuum & fructuum haberi debet ratio.

c Vade ad hanc legem Marsil. singul. 9. ... si centum. ff. de cond. ind.

* Ecclesia, minor, maritus ad diuisionem non prouocant sed prouocantur.

d Testator prohibere potest diuisionē fieri.

COMMVNIA VTRIVSQVE, &c.

Dixit quæ singulari sunt vtriusque iudicij: nunc quæ communia.

Diuisionem.] CASVS. Habebam tecum prædia communia: Iudex orientalia mihi adiudicauit, occidentalia tibi: hæc diuisio vicem emptionis obtinet: putà propter euictionem, & dominij translationem.

I. *Imp. Antoninvs A. Marco.*

Diuisionem prædiorum, vicem[k] emptionis obtinere placuit[l]. PP. VI. Kal. Decemb. Gentiano & Basso Coss.

Litigantes factum à non competenti iudice possunt confirmare. h. d. secundum Odofre. Bal. Vel sic: Diuisio facta à iudice incompetenti, potest partium consensu validari. Salyc. Vel sic: Sententia nulla potest de consensu partium approbari. ad hoc semper allegatur ista. l. Paul. de Castr.

k ¶*Vicem.* quia pars tua mihi adiudicatur, & mea tibi.

l ¶*Placuit.* diuisio enim est similis permutationi a: vt ff. de leg. ij. l. cum pater. §. hereditatem. & permutatio emptionis: vt infra de rerum permu. l. ij. & ff. de contra. empt. l. j. ergo & ipsa conueniunt enim: quia ex vtraque possessio secuta dominium vel causam vsucapiendi b præstat: vt ff. de vsuca. l. si per errorem. & quoque cuncta vtrobique præstatur euictio: vt ꝟ. e. l. si fratres. bonæ fidei contractus est vterque: vt in instit. de act. §. actionum. Sed differunt: quia in emptione non est locus cõdictioni ob causam: secus in diuisione: vt ff. de re. permu. l. j. in fin. cum diuiso appelletur permutatio: vt dixi. Item ex nudo pacto diuisionis non nascitur actio: vt ff. de pact. l. diuisionis. secus in emptione.

I. *Imp. Alexander A. Euphrata.*

Etiam[m] si is diuisioni[n] arbitrum[o] dedit, cui dandi ius non fuit[p]: tamen si socij[q] quondam diuisioni cõsensum dederint: quod quisque eorum secundum placita possedit, pro parte socij dominium nactus est. PP. XVI. Kal. Decem. Alexandro. A. III. & Dione Coss.

In diuisionibus subuenitur ei qui est deceptus dolo aduersarij vel re ipsa vltra dimidiam iusti precij. h. d. & est not. Bar. Bald. & Salyc.

III. *Impp. Diocletian. & Maxim. AA. & CC. Senera.*

Maioribus† etiã[r], per fraudem[f] vel dolũ vel perperã[t] sine[u] iudicio[x] factis diuisionib*, solet subueniri: quia in bonæ fidei iudiciis, quod inæqualiter factum esse constiterit. in melius reformabitur[y]. PP. XVI. Kal. Iul. ipsis. AA.

Etiam.] CASVS. Habebam tecum rem communem: volebas à communione discedere: abbas sancti Proculi nobis iudicem delegauit, qui eam diuideret. qui is delegauit, cui dãdi iudicem licentia non fuit: an illa facta diuisio infirmari debeat, quæritur? Dicitur quòd non.

m ¶*Etiam.* pro parte.

n ¶*Diuisioni.* factæ ab illo delegato.

o ¶*Arbitrum.* id est iudicem.

p ¶*Non fuit.* ¶Contra. supra de iurisdi. om. iudi. l. priuatorum. Sed dic, potiùs tenuit auctoritate pacti, quàm arbitri.

q ¶*Si socij.* quia & pro sua ipse habebat dominium. ¶Et not. quòd non[c] tenuit, consensu & pacto partium confirmatur:[d] vt ꝟ. titu. ij. l. si diuisionem. & de iurisdi. om. iud. l. ij. & ꝟ. de testa. l. non dubium. & ff. rem rat. habe. l. ij. in fi.

Maioribus.] CASVS. Habebam tecum rem communem dolo dante causam diuisioni, vel fraude incidente in ipsa diuisione, vel perperam, quia re ipsa eram deceptus vltra dimidiam, sine iudice eam diuisi: an retractari possit? Dicitur quòd sic, etiam si maior fuissem, &c.

r ¶*Maioribus etiam.* q. d. non solùm minoribus.

f ¶*Per fraudem.* vel dolum, id est per fraudulentum dolum. Vel dic fraudem. id est culpam, quæ incidit in dolum, qui det causam diuisioni. alij econtra vel dic, fraudem. i. culpam, & dolum committi: vt ꝟ. tit. proxi. l. pe. in fi.

t ¶*Vel perperam.* cum vltra dimidiam sit alter deceptus ad instar venditionis: vt ꝟ. de rescin. vendi. l. ij. & ꝟ. eo. l. j.

u ¶*Sine.* hoc ad proximum tantùm refertur.

x ¶*Iudicio.* subaudi maximè. a Vel dic sine iudicio referri ad tertiam clausulam, non ad duas primas.

y ¶*Reformabitur.* iudicio communi diuidundo. & non agitur ad diuisionem faciendam hic: sed ad decipiendum. a Alij dicunt officio iudicis faciendam: vt plenè diximus. ꝟ. quibus ex cau. ma. l. in contractibus.

a Hoc Glossa congruè loquitur semadùm Pan. hic. quis autem simile est illi vt not. ... quod Neme ... depositi.

b Titulus diuisionis est idoneus ad præscribendum vt ... Bald. ... de præscr. ... q. 4.

Emptio & diuisio differunt.

* Senero.

† l. re C. Cerga ... inserto tit.

c Sententia nulla, potest partium consensu comprobari. v. Affl. decis. ... adde ... Euerard. ... ab ... 10.

d Conc. Gl. ... in ... vbi dicit, iudicem excedentem fines mandati ... partibus ... cis.

SI patruus.] CASVS. Cum patruo meo habebam pecuniam cõmunem: nomine suo ex pecunia illa rem comparauit: an rem illam, cum omnium bonorum socius non erat, communicare debeat quæritur? Dicitur quòd non: sed vt pecunia communis diuidatur, communi diuidun. iudicio agere potero.

a ¶ *Si patruus.* id est frater patris tui.

b ¶ *Ex communibus bonis.* s. nummis cõmunibus, quib. res comparantur. Vel dic, bonis. i. nũmis redactis ex communib. bonis. & secundùm hoc nummi erant tantum ementis, *vt ff. de fur. l. qui vas. §. fi.* & sic minùs dubij quàm in primo.

c ¶ *Gerens.* scilicet suo nomine, alias secus: *vt ff. de neg. gest. l. si seruus.*

d ¶ *Non omnium bonorum.* Nam tunc licet sibi quæreretur, cogeretur tamen communicare: *vt ff. pro soc. l. si quis societatem. & l. praeceden.*

e ¶ *Socius.* scilicet factus ex conuẽtione, nõ autem coincidenter: vt quia heredes sumus de vna hereditate: *vt ff. pro socio. l. si fratres.* in prin.

f ¶ *Oportet.* actione cõmuni diuidun. quia ex re communi percepit: *vt ṡ. titu. proxi. l. j.*

g ¶ *Postulas.* *vt ṡ. de rei vindic. l. si ex ea pecunia. & j. si quis alteri vel sibi. l. j. & j. de prob. l. ad probationem. in fin.* nisi sit miles, vel minor, vel ecclesia, vel maritus: *vt dixi. supra de rei vindi. l. si vt proponis.*

Res empta communi pecunia vel redacta ex rebus communibus non est communis: nec venit communicanda nisi inter socios omnium bonorum: sed pecunia peti debet. h. d. & est multùm cotidiana. Bar. Bald. & Salycetus.

IIII. Iidem AA. & CC. ad Maximianum.

SI patruus[a] tuus ex communibus bonis[b] res comparauit, sibi negocium gerens[c], non omnium bonorum[d] socius[e] constitutus: pro competẽtium portionum modo indemnitati tuæ consuli oportet[f], & ideo rem emptam communicare cum contra iuris formam postulas[g]. PP. XVI. Kal. Nouemb. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Penes quem debeant esse communia instrumenta, iudex prouidere debet. Bald. Salyc. & Paul. de Cast.

V. Iidem AA. & CC. Frontino. & Gassioni.

DE instrumentis quę communia fratrem vestrum tenere proponitis: rector prouinciæ aditus[h], apud quem hęc collocari debeant, existimabit[i]. PP. VI. Id. Febr. Sirmij. AA. Coss.

DE instrumẽtis.] CASVS. Habebas prædia cum fratribus tuis communia & instrumenta: de his volebas vt penes aliquem nostrum deponerentur instrumẽta: quid iuris sit, quæritur? Respon. quòd præses prouinciæ existimabit penes quem instrumenta debeãt deponi: sed per quam actionem hoc debeat consequi non aperit. Tu dic communi diui. quæ non datur ad diuisionem, sed ad indicandum penes quem instrumenta debeant collocari: quod est speciale, & aliud est speciale. *ṡ. eo. l. ij.* vbi agitur non ad diuisionem, sed ne decipiatur.

Conditio iuramenti apposita in diuisione, debet impleri aliàs diuisio non officit diuidenti. Bal. & Salyc.

VI. Iidem AA. & CC. Thesidiano & aliis.

SI cũ patruo vestro hac conditione diuisionem fecistis, vt nullum dolum malum adhibuisse[k] iuraret, nec fidem placitis exhibuit[l]: quò minus res indiuisas[m] requiratis, eorum placitum quæ in diuisionem venerunt, nihil vobis nocere[n] potest. Dat. V. Kal. April. Sirmij. CC. Coss.

h ¶ *Additus.* per actionem cõmuni diuidundo, quæ dat̃ hoc casu non ad diuisionẽ, sed ad indicandũ apud quẽ debeant esse instrumenta: sic & aliàs datur non ad diuisionem: *vt ṡ. e. l. maioribus.* Acc.

i ¶ *Existimabit.* personis & rebus inspectis, prius eis descriptis, & cautione præstita de his exhibendis si quando fuerit opus: *vt ff. fa. ercis. l. si quae cautiones, & ff. de fide instru. l. fi. & ṡ. de eden. l. procurator.*

SI cum patruo.] CASVS. Habebas res communes cum patruo tuo: volebas à communione discedere: dedisti ei partem prædij vt iuraret se in diuisione dolum non adhibuisse. Si autem non vult stare pactis, an tale pactum tibi debeat nocere quòd minus possis petere quòd res indiuisæ diuidant, quæritur? Resp. quòd non.

k ¶ *Adhibuisse.* in ea diuisione, vel in alio forte negotio.

l ¶ *Exhibuit.* id est non iurauit. ¶ Sed quid si iurauit, & inuenitur postea peierasse? Dicam non stari placitis. & de dolo agi posse, & non sufficere solam pœnam periurij. argumentum *ff. de dol. l. si fideiussor.* Sed argumentum contra. *j. de re. cre. l. ij. & ff. de iureiur. l. j. & ij.* Sed ibi ex delatione, cum specialiter fuit iuramentum præstitum: hic autem spontanea voluntate iurasse videtur. ¶ Sed videtur in casu huius l. debere remitti iusiurandum: *vt ff. de condi. insti. l. quae sub conditione. vsque ad §. si quis.* Sed fortè aliud est in contractib. inter viuos, qui sumunt firmitatem ex cõsensu vtriusque partis. Vel refert, debeat quis iurare de præterito, quando nõ remittitur: *vt hic. & ff. de iureiurando. l. si quis. & ff. de cond. & demon. l. municipibus.* an de futuro, quando remittitur: *vt ibi dicitur.*

m ¶ *Indiuisas.* ipso iure.

n ¶ *Nihil vobis nocere.* quià sub conditione facta fuit ista diuisio. conditione ergo non impleta, soluitur diuisio. Vel feceras ei pactum in diuisione, quòd nomine quarũdam rerum non peteres fieri diuisionem: veniẽs quidem contra pactum, cum nec ipse tibi seruet pactum: *vt ṡ. de pact. l. cum proponas. l. ij.*

Ex contractu diuisionis quis tenetur de euictione, nisi aduersarius sciens res alienas, vel alij obligatas accepit: quia tunc quis non tenetur, nisi promiserit. h. d. secundùm Bart. & Bald. Vel sic: Diuisio facta extra iudicium inducit actionem de euictione, nisi facta sit inter scientes. Ia. Bu.

VII. Iidem AA. & CC. Seuériano & Flauiano.

SI fratres vestri pro indiuiso commune prædium citra vestram voluntatem obligauerunt, & hoc[o] ad vos secundum pactum diuisionis nulla pignoris facta mentione peruenit: euictis[p] partibus quæ ante diuisionem sociorum[q] fuerunt, in quibus obligatio[r] tantum constitit, ex stipulatu[s], si intercessit, alioquin quanti interest, prescriptis verbis contra fratres agere potestis[t]. nam si fundi, scientes obligationem, dominium suscepistis: tantum euictionis promissionem solennitate verborum, vel pacto promissam probantes, eos conueniendi facultatem habebitis. Dat. II. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. Coss.

SI fratres.] CASVS. Si frater tuus prædium pro indiuiso tuũ ignorante te, obligauit si diuisione facta portio sua à creditore euicta fuerit si stipulat' fueras de euictione, ages ex stipulatione, si non, ages prescriptis verbis ad interesse. Si verò te sciente obligauit, si stipulatio de euictione fuerit interposita, ages, alioquin non.

o ¶ *Hoc.* s. prædium.

p ¶ *Euictis.* per hypothecariam: *vt ff. de euic. l. si mancipium. §. fi.*

q ¶ *Sociorum.* qui obligauerant.

r ¶ *Obligatio.* *vt ṡ. titul. proxim. l. ij. & j. de communium re. ali. l. fin.*

s ¶ *Ex stipulatu.* i. ex stipulatione.

t ¶ *Agere potestis.* *vt & supra titul. ij. l. si familiae. & ff. de euic. l. si cum. §. fi.* & hoc cum nesciuistis: aliàs non agitur nisi stipulatio vel pactio de euictione interuenerit, vt subiicit: *vt infrà de euic. l. si fundum.* sic itaque pactum solum ad eam parandam sufficit. ¶ Sed contra. *j. communia de lega. l. fi. in fin.* Solu. vt ibi. & facit *ff. eo. l. item quaeritur. in fi.*

A diuisione facta tradendo, vel possessionem dimittendo apud alterũ de consortibus, solo consensu recedi non potest. Bald. cum Salyceto.

VIII. Iidem AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI inter vos maiores[u] annis vigintiquinque rerum cõmuniũ diuisio, relicta vel translata possessione, finem accepit[x]: instaurari mutuo bona fide terminata consensu[y] minimè possunt. Dat. Non. Decẽbr. CC. Coss.

SI inter vos.] CASVS. Habebam cũ Titio rẽ cõmunem: facta diuisione & cuilibet nostrum portione sua assignata, nõ vult Titius stare diuisioni: an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non.

u ¶ *Maiores.* secus si minores: *vt ṡ. titul. ij. l. penul.*

x ¶ *Finem accepit.* his enim modis accipit finem: *vt ṡ. tit. ij. l. si diuisionem. & ff. de pact. l. diuisionis.*

y ¶ *Consensu.* hoc est per pactum. Vel dic solo consensu non reuocari re perfecta: *vt & ff. de pac. l. ab emptione.*

Vbi non est communio, non cadit diuisio. Bald. & Salycetus.

IX. Iidem AA. & CC. Demetriano.

FAmiliæ erciscundæ, vel cõmuni diuidũdo iudicio ita demũ si corpora maneãt com-

FAmiliæ.] CASVS. Lex ista dicit quòd iudicium fami. ercisc. & communi diuidundo habent locum pro corporibus communibus ex hereditaria causa vel alia, ita demum si corpora cõmunia sunt. & hoc est verum de directo dominio. sed vtile dominium habet locum pro rebus diuisis: puta pro damno dato. & sic soluitur contra. *ff. communi diui. l. si fratres.*

a Iuramentum quandoque ex delatione, quandoque ex spontanea voluntate praestatur.

b Contractus inter viuos vires capiunt ex consensu vtriusque partis.

c Iuramentum doli praeteriti & futuri an remitti possit.

d Conditione diuisionis non impleta, resoluitur diuisio.

e Pactum non seruare potest is, cui pactum ab aduersario non seruatur.

f Diuisio finem accipit, relicta vel translata possessione.

a ¶*Obseruante*.id est præsente.

Si *constiterit*.] CASVS. Aliquis egit contra vicinum suum de finibus: litem est cótestatus: antequam fi. regun. proferretur sententia, occupauit de terra vicini sui, & posuit fines propria authoritate: quid iuris sit, quæritur? Respon. quòd illud quod petebat amittet: quòd occupauit, restituet: & nihilominùs tátúdé de suo, & hoc est quod dicit.

obseruante [a] parte hoc ipsum faciens perueniet. Dat. XVI. Kal. Mart. Veronæ. Gallicano & Symmacho Coss.

Qui post litem contestatam super finibus aliquid inuadit indebite punitur. h. d. & istam l. commédat Rofre. in materia violentiarum. Vel sic: Qui post litem contestatam in iudicio finiú regundorum occupat de alieno: illud habet reddere, & tantundem de suo. Ia. Bu. Bal. & Salyc.

IIII *Idem A. ad Bassum præfectum vrbi.*

SI constiterit [b] † cú qui finalé [c] detulerit quæstionem [d], priusquá aliquid sententia determinet, ré sibi alienã vsurpare voluisse [e]: non solú id quod malè [f] petebat, amittat, sed (quo magis vnusquisque contentus suo, rem non expetat iuris alieni) qui irreptor agrorú fuerit in lite superatus, tantú agri modú, quantum adimere tétauit [g], amittat [h]. Lecta apud acta † XIII. Kal. Iul. Gallicano & Symmacho Coss.

Etiam pro modica occupatione, & pro ciuili cespite terræ, redditur iudiciũ finium regundorum. Vel sic: Iudicia quæ redduntur in re communi, redduntur ita pro re parua sicut pro re magna. Bald. Vel sic: Exemptio antiqua quinque pedum nõ impedit hoc iudicium. Salyc.

V *Imppp.* VALENTINIAN. THEODOS. & ARCAD. AAA. *Neotherio præf. præt.*

QVinq. pedú præscriptione [i] submota: finalis [k] iurgij vel locorú [l] libera peragatur intentio [m]. PP. VII. Kal. Aug. † Arcadio A. II. & Rufino Coss.

Quæstio finium regundorum nõ tollitur nisi spacio xxx. annorum, & non spacio longi temporis. Baldus & Salycetus.

b ¶*Si constiterit*. scilicet iudici.

c ¶*Qui finalem*. id est de finibus.

d ¶*Quæstionem*. loquitur ergo hæc constitutio de post litem contestatam violentia commissa. sed illa, si quis in tãtam. infra vnde vi, loquitur & ante & post. hæc de immobilibus tantùm: illa etiam de mobilibus: vt institut. vi bo. rap. §. *sed ne dum*. Item hæc locú habet tantùm cum cótrouersia est de finibus.

e ¶*Voluisse*. id est voluntariè vsurpasse: ne sit contra. ff. de pœnis l. cogitationis. sic & ff. de re. di. l. si. & j. de re. cre. l. antepen. ibi, *renunciandum putauit* &c. Et hoc etiam innuit verbum, irreptor: & similitudo interdicti vnde vi, & si quis in tãtam, & furti, in quibus casibus oportet factum interuenire. 2 Vel dic quòd non tantùm cogitauit: sed etiã vltra processit vnde punitur: vt *supra de his qui ad eccle. confu. l. fi. in prin.*

f ¶*Malè*. si autem benè, amitteret tantùm rem, sicut in constitutione, si quis in tantam.

g ¶*Tentauit*. i. temerariè ademit.

h ¶*Amittat*. condictione ex hac *l.* & facit *j. de suffra. l. j.*

QVinque *pedum*.] CASVS. De minori spacio. v. pedum olim nõ agebatur: hodie per hanc l. illud tollitur, quia de minori spacio agi potest. non obstante exceptione. v. pedum, si viderit de alterius finibus occupatum. & hoc est quod dicit.

i ¶*Præscriptione*. i. exceptione. quidam dicunt sic scribi, proscriptione, non præscriptione. q. d. protentione vel prolongatione. vt, pro localiter ponatur. 2 Vel veriùs dic, præscriptione. i. exceptione præscriptionis. nam olim si controuersia erat de quinque pedib. tantum, vel minùs, & ageretur hoc iudicio, repellebatur agens præscriptione. i. exceptione: quod erat propter terræ vilitatẽ: sed hodie agitur quátuncunque vnus de alterius finibus occupauerit. per hanc l. Sed Petrus Baylardus: qui se iactauit quòd ex qualibet quantumcúque difficili litera traheret aliquẽ sanú intellectú: hic dicit, nescio.

k ¶*Finalis*. cum quæstio est de finibus totius possessionis.

l ¶*Vel locorum*. i. alicuius partis agri. *vt ff. de ver. sig. l. locus.*

m ¶*Intentio*. proposita hac actione.

CVnctis.] CASVS. Quæstio finium regundorum non tollitur longo tempore. sed longissimo: ratio est: quia mixta est in rem & in personam *insti. de act. § præterea.*

n ¶*Et machinationibus*. eorum qui conabantur eam finiri decennio vel vicennio. Azo.

o ¶*Sed triginta tantummodò annorum*. est enim mixta, *vt instit. de actio. §. quædam.* ¶ Sed quando nascitur? Respond. ex quo cœperant fines turbari. ¶Item vnde nascitur? Respon. non ex contractu vel quasi: vel maleficio, vel quasi: sed est datiua propter turbationem: *vt ff. eod. l. fin.* ¶Sed videtur tolli decem annis: *vt ff. pro empt. l. ij. § sed & si fundum. & l. qui fundum. §. j.* vbi dicit, quòd si vicinus meus vendidit aliquid de meo, quòd emptor præscribit decem annis: sed certè non ideo mihi denegatur hæc actio, vt termini commodiùs distinguantur: sed sibi remanebit quod præscripsit. 2 Vel dic durare xxx. an. vbi nihil de meo præscripsit: *vt hic.* aliàs contra. *vt ibi.* quod in idem recidat.

VI *Imppp.* THEOD. ARCA. & HONOR. AAA. *Rufino præf. præt.*

CVnctis † molitionibus & machinationibus [n] amputatis decernimus in finali quæstione non lógi téporis, sed triginta tantúmodo annorú [o] præscriptioné locú habere. Dat. II. Non. Nouembr. Arcadio A. II. & Rufino Coss.

TITVLVS XL.

DE CONSORTIBVS eiusdem litis.

Licet plures sint consortes eiusdẽ litis, tamen quilibet potest pro parte agere, & defẽdere. Bald. & Salyc.

I *Imp.* IVLIAN. A. *Secundo præf. præt.* †

EXPLOSIS atque reiectis præscriptionib., quas litigatores sub obtétu cósortiú [p], studio protrahédæ disceptationis excogitare consueuerunt: siue vnius fori omnes sint, siue in diuersis prouinciis versentur, nec adiuncta [q] præsentia consortiú, agédi [r] vel respódédi iurgãtibus licétia pro parte [s] pãdatur [t]. Dat. III. Nõ. Sept. Mamertino & Neuita Coss.

Pro consorte post litis contestationẽ absente potest quis agere & defẽdere sine mandato, præstitis legitimis satisdationibus. h. d. & iste casus non reperitur alibi. Bald.

II. *Impp.* VALENTIN. & VALENS. AA. *Sallustio præf. præt.*

COmmune negotium post litem legitimè ordinatú [u] etiam † quibusdam absentibus in solidum agi sine mandato potest [x]: si presentes rem ratam dominum

DE CONSORTIbus eiusdem litis.

Quia in prædictis finium regundorum vel communi diuidundo iudiciis euenit eiusdem litis esse plures consortes, siue agendo, siue excipiendo: qui agentes finium regundorum vel communi diuidundo repellebantur ea ratione, quia quidam eorum abessent, & econtra si conueniebantur simul, se exceptione tuebantur, quia non omnes adessent: ideo generaliter remouet in omnibus.

EXplosis.] CASVS. Cõsortibus eiusdẽ litis, siue conueniebantur, siue agebant, semper obstabat exceptio ante legem istam, quòd nunquam vnus sine alio amittebatur pro parte sua, & tunc præcipuè vbi non haberent idem forum, si in diuersis prouinciis versabantur: sicque in fraudem contingebat litigia protelari. hæc insolentia remouetur hic: & cauetur vt semper pro parte audiatur, siue agat siue conueniatur, etiam consortis præsentia non habita. & hoc dicit hæc lex. & loquitur ante lit. contestatam sequens post litem contestatam.

p ¶*Consortium*. dicit reus, non respondebo tibi, nisi tui vel mei consortes adsint.

q ¶*Nec adiuncta*. id est sine.

r ¶*Agendi*. post litem contestat. ab aliis: *vt infra l. proxim.* Sed respondere pro aliis potest & ante & post. *& ad hoc j. si cer. pet. l. cum te. & ff. de iud. l. non idcirco.*

s ¶*Pro parte*. id est propter partem, vel propriè.

t ¶*Pandatur*. id est præbeatur.

COmmune.] CASVS. Sub prætextu absentiæ consortis vel consortium eiusdem litis, non prorogandum est negotium, sed lite contest. agi potest absentium nomine: neque mandatú exigitur ab his qui præsentes sunt. Sola enim cautio de rato si agatur. & de iudicato soluendo si conueniatur, necessaria est. quòd si certum sit eum non habere mandatum, admittatur consors pro altero præstita satisdatione: hoc tamen nisi fuerit inhibitum: quo casu aliud est. & sic loquitur *ff. de iudiciis l. si prætor.*

u ¶*Ordinatam*. i. inchoatam. ¶ Contra. *ff. de procura. l. Pomponius.* sed loquitur post litem contestatam: illa ante.

x ¶*Ordinatam*. non ante si certum sit eum non habere mandatum. *vt dixi j. de procura. l. j.*

y ¶*Potest*. immò videtur quòd non: *vt ff. de indic. l. si pretor.* quæ est contra.

VIII. apud Frontinum.

† C. T. 2.26.5 & apud Frontinum.

† Augustin & Boetius Coss. Frontinus.

p Vide ad hũc obiectionem Baldum d. lo. num. 5.

† Extat etiam hæc lex longe prolixior apud Frontinum.

† C. T. 2.5.4.

† C. T. 2.5.2.

contra. Solu. aliis inuitis non potest, vt ibi: sed ignorantibus sic: *vt hic, & ff. de procur. l. Pomponius. §. fina.* ADDITIO. Barto. hic sic distinguit, quia aut plures consortes habent eandem litem circa rem indiuiduam: & potest vnus solus agere & deffendere: *vt l. si cum vno. ff. si ex noxa. causa aga.* Aut est res diuidua, & tunc ante litem contestatam non potest agere vnus nisi pro parte sua: *vt supra l. proxi.* Post litē verò contestatam aut vult agere aliis inuitis & contradicentibus, & non potest: *vt l. si petitur. ff. de iudi.* aut aliis ignorantibus, & potest præstita cautione de rato: *vt hic.*

a ¶ *Cauere.* id est satisdare, cum prætoriæ sint. ¶Sed videtur lite contestata huiusmodi cautiones non præstari: *vt ff. de procu. l. Pomponius. §. ratihabitionis.* *quæ est contra.* Solu. ibi interuenit procurator ante litem contestatam: vnde erat quod imputaretur aduersario. hic interuenit postea: *vt supra de procur. l. nihil.* Idem dici potest in causa suspicionis: *vt ff. de arbit. l. non distinguemus. §. cum quidam.*

b ¶ *Satisdatione.* scilicet pro parte sociorum.

habiturum cauere [a] parati sint, vel (si quid ab his petitur) iudicatū solui satisdatione [b] firmauerint: PP. † VI. Id. Decē. diuo Ioviano, A. & Varroniano Coss.

TITVLVS XLI.

DE NOXALIBVS actionibus.

Ex furto facto in seruitute non tenetur liber factus, nisi ex noua contrectatione. Bal. *Vel sic: Vbi seruus deliquit aduersus extraneum, noxa sequitur eum liberum factum. Si verò deliquit aduersus dominū, ex noua tantùm contrectatione tenetur. Salycet.*

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Marcello.*

Si extat [c] corpus nūmorū quos ablatos ex patris tui hereditate ab eo quē [d] liberū [e] esse constiterit, allegas: vindicare eos, vel ad exhibēdū agere nō prohiberis. nā quāuis alias [e] noxa caput sequatur, & manumiss⁹ furti actione teneatur [f], quæ in heredē non cōpetit [g]: cū tamē seruus à domino aliquid aufert †, quāuis furtum cōmittat [h], furti tamē actio nō est nata [i]: neque aduersus [k] ipsū, si postea manumiss⁹ est, locum habet: nisi furtiuas res & post manumissionē cōtrectet [l]. PP. XIII. Kal. Decē. Maximo II. & Æliano Coss.

DE NOXALIBVS actionibus.

Dixit de damno dato à liberis personis: vt supra ad leg. Aquil. nunc de dato à seruis, & omni maleficio ab eis commisso.

Si *extat corpus.*] CASVS. Testator in testamēto suo reliquit libertatē purè seruo suo. iacente hereditate iste seruus subtraxit res hereditarias. adita hereditate statim est liber. an hoc ipso furti agere possim? Respond. quòd non: immò si res extant, eas vindicare possum: quia licet seruus furtum faciat domino, tamen cum eo furti agere non potest, neque si postea est manumissus: nisi res furtiuas post manumissionem contrectet, scilicet baiulando de loco ad locum.

c ¶ *Si extat.* aliàs extitit.

d ¶ *Liberum.* scilicet iussum in testamento tui patris: suus enim erat seruus.

e ¶ *Aliàs.* quando extraneo esset factum furtum à seruo.

f ¶ *Teneatur. vt instit. de noxa. act. §. omnis.*

g ¶ *Competit. vt & j. de fur. l. furti.* sed heredi sic: *vt institut. de perpet. actio. §. est enim.*

h ¶ *Committat.* & res fiat furtiua: *vt instit. de oblig. quæ ex delict. §. hi qui.*

i ¶ *Est nata. vt j. an seruus ex suo facto. l. fi.*

k ¶ *Aduersus ipsum.* nedum aduersus heredem, aduersus quem tentasti agere.

l ¶ *Contrectet.* quæ nascetur ex præsenti contrectatione, cum ex prima non fuerit nata. aliàs contra: *vt ff. de furt. l. ei qui.* Habet etiam iste aliud auxilium, scilicet præter actionem in rem, & ad exhibendum, scilicet actionem in factum in duplum: *vt ff. si quis testa. li. esse iuss. l. j. in princip. & facit ad istam l. ff. de furt. l. serui & filij. & ff. de noxal. l. si seruum legatum. & ff. de mino. l. verum. §. j.*

Statutū disponens super eo, super quo disponit ius cōmune, interpretatur secūdùm ius cōmune. ad hoc cōmuniter allegatur. Bald. Vel sic: Ne aliquis indebitè dānū patiatur, verba statuti recipiunt interpretationē restrictiuā. h. d. ista lex, secūdū Bart.

II. *Imp.* GORDIA. A. *Quintiliano & aliis.*

Si serui vestri nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus furtim arbores [m] cæciderunt (quibus [n] etiā propria pœna iuxta legem [o] saltui [p] datam fuerat præstituta) frustra veremini ne ex persona eorum vltra noxæ deditionem sitis obstricti: cū ex delictis seruorum domini ignorantes, vel ꝓhibētes, si noxali actione cōueniāt, ita condemnari debeant, vt aut noxæ dedere, aut condemnationem sufferre habeant in sua potestate [q]. PP. III. Non. Iunij, Gordiano & Auiola Coss.

& de act. & obli. l. serui. & ff. de condic. fur. l. quod ab alio.

Si *serui vestri.*] CASVS. Serui vestri dederunt damnum arboribus vicini, qui furtim eas cæciderunt: super quo delicto statuta est certa pœna à lege. & si hoc fecerint vobis ignorantibus vel prohibentibus: an ad illam pœnam teneamini, quæritur? Dicitur quòd non: vnde habetis in electione vel dare seruos pro noxa, vel condemnationē pœnæ subire. ¶Not. ex ista l. quę semper ad hoc allegatur, quòd statuta disponentia aliquid super eo super quo disponit ius commune, intelliguntur secundum ius commune. & cum hoc etiam allegatur glo. magna in ca. fin. §. in computatione. extra de iure deliber. Item etiam allegatur quòd statuta recipiūt interpretationē restrictiuam, ne quis indebitè damnū patiatur: nam indebitè pateretur dominus damnum, si cogeretur emēdare vel soluere pœnā ex delicto à seruo suo commissam ipso ignorante vel prohibente, & sic nulla culpa eius concurrente. Pau.

m ¶ *Arbores.* cuiusdam extranei.

n ¶ *Quibus.* scilicet arborib. vel syluis. 2 Vel dic, scilicet seruis, & quibuslibet damnum tale dantibus.

o ¶ *Legem.* qua imponitur pœna dupli.

p ¶ *Saltui.* id est loco vbi erant arbores. ¶ Et dic quòd erat pœna dupli damni dati computato precio arborum vel lignorum manentium: & hoc per actionem arbo. *fur. cæ. l. furti. §. fin. & l. seque.* 2 Vel dic ciues illius loci statuisse pœnam contra eos qui arbores cæderent. 3 Vel saltui dicit propter Nili aggeres: *vt infra de Nili agge. non rump. l. j.*

q ¶ *In sua potestate. vt ff. eo. l. j. & ij. in princip.* Et scias quòd noxæ deditio est in solutione: sed damnum est in obligatione & condemnatione: *vt ff. de re iudi. l. miles §. j. & institut. de offi. iudi. in princip.*

Pro plagio serui potest ipse criminaliter conueniri: dominus autem ciuiliter: noxaliter si non consensit. Bald. Vel sic: Pro delicto commisso à seruo si agatur criminaliter, debet seruus accusari: si ciuiliter, debet dominus conueniri: qui si non consenserit, facultatem habet dandi seruum pro noxa. Sal.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Eutychio.*

Siue seruum plagij paras accusare [r] solenniter [s], præsidē prouinciæ adire non prohiberis: siue dominum eius sollicitati serui [t] noxali [u] iudicio, siue furti malueris conuenire, suam ibi notionem præses [prouinciæ] commodabit: non ignorans, quòd si dominum elegeris, & † eo non consentiente, quod intendis, cōmissum probaueris: vel noxæ dedendæ, vel dāni sarciēdi, ac pœnæ præstādæ habeat facultatem [x]. PP. V. Non. Octob. Sirmij. AA. Coss.

Ex rapina serui dominus ignorans noxaliter cōuenitur: sciēs verò, & prohibere valēs, cōuenitur absq; beneficio dādi pro noxa criminalis verò accusatio ex delicto serui contra dominū nō protenditur. Bald.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Sosio.*

Siue *seruum plagij.*] CASVS. Si seruus alienius subtrahit filium tuum: tu potes accusare seruum plagij si velis, vel dominum suum noxali iudicio conuenire, vel furti. sed si dominus est ignorans, nec postea habet ratum factum serui, noxæ dedendæ, vel damni sarciendi habet electionem.

r ¶ *Accusare.* scilicet ex l. Fabia de plag. quæ habet locum quando filium tuum hic seruus subtraxit, & celauit. & ideo accusatur seruus, quia corporalis pœna imponitur: *vt j. ad l. Fab. de plag. l. si.* aliàs contra: *vt ff. de accu. l. hos. §. omnibus.* dominus etiam hic pro eo poterit allegare: *vt j. de accu. l. ij.* Accurs.

s ¶ *Solenniter.* inscribendo te, & libellum proponendo: *vt ff. de accu. l. libellorum.*

t ¶ *Serui.* scilicet nomine.

u ¶ *Noxali.* scilicet serui corrupti, vel filij corrupti. 2 Vel die furti: *vt infra ad legem Fab. de plag. l. si quis seruum.* & hic subiicit. Accursius.

x ¶ *Facultatem. vt j. l. proxi.*

coheredes. §. si coheredes. in fin. §. ¶ Et ad euidentiam distingue: cùm quis vendit rem communem, aut est communis ex causa societatis: & tunc si vendit rem communem sociorum voluntate, non vindicatur, sed agitur pro socio, si autem eis inuitis, tunc non præiudicat aliis: *vt ff. pro socio. l. nemo.* Si autem ex alia causa est communis: aut ex causa hereditaria, aut aliunde: quia donata, vel legata. primo casu si vendidit vt communem, ac per hoc verisimile est quod alterum cõfiteatur coheredem, agitur ad precium familiæ erciscundæ, si pro parte non potuit commodè experiri: *vt ff. eodem l. heredes. §. idem est & si vnus. & ff. communi diuidundo. l. si quis putans. §. fine.* & hoc siue intercedat mandatum, siue non. hæc enim actio secum aliam admittit: *vt ff. eodem. l. & puto. § sed & si dolo.* Si verò pro parte potuit expediri venditio, agitur actione negotiorum gestorum vel mandati, si mãdaui de vendendo. Nec agitur communi diuidun. sicut nec famil. erciscund. quia pro parte commodè potuit expediri: *vt ff. communi diuidund. l. si quis putans. §. fine & hac l. j. respõ.* Si autem rem vendidit vt propriam, ac per hoc verisimile est quòd diffiteatur me coheredem: tũc proponam ad precium petitionem hereditatis *vt in hac l. ij. respon. & .si pars hered. l. j. §. proinde.* Verisimile aũt ideo dixi, quia potest esse quod vẽdidit vt propriam: & tamẽ cõfitetur me heredẽ esse, & sic agetur ad precium fam. ercis. nõ neg. gest. quia quod nõ suo nomine gestum est, ratum habere non potest, vt j. dicam. Item si vendidit vt communem, & diffitetur me coheredem, agam petitione hereditatis. Vbi autẽ ex alia causa non hereditaria est communis, si quidem meo & tuo nomine vendis, nec tamẽ ego mandaui: possum agere de precio actione negociorum gestorum ratum habẽdo. Si verò tuo nomine tantùm: non agam ad precium contra te nisi in subsidium: *vt dixi š. de rei vindic. l. mater. j respon. & §. sin autem.* Illud autem in omnibus verum est, quòd mandato interueniente agi potest mandati. Item & illud, quòd semper possum rem meam vindicare, nisi voluntas mea præcedat vel sequatur alienationem: vel nisi venditum sit à fisco: *vt j. de communi re. alie. l. ij.* Vel nisi coheres qui se solum putat heredem vendidit: quia senatuscõsultum noluit bonæ fidei possessorem affici damno[a]. vnde videtur rem non posse vindicari: *vt ff. de pet. hered. l. sed & si. §. itẽ si rem.*

officium arbitri diuidentis: & sufficit diuisio minus solẽnis: sed quæ omittit pater, iudex supplet: Bal.

XXI. *Iidem AA. & CC. Fortunato.*

SI cogitatione futurę successionis, officium arbitri[a] diuidendę hęreditatis præueniendo pater communis[e] iudicio[b] suo, qualicunque[c] iudicio[d] suã[e] declarauerit voluntatem[f]: inter eos qui ei successerunt: exemplo[g] Falcidię retẽtionis habita ratione, familiæ diuidendæ causa datus arbiter: pro virili[h] præterea portione eorum quæ nulli[i] generaliter vel specialiter adsignauit, facta diuisione, in adiudicando partis sequetur voluntatem.

Error coheredum non facit alteri acquiri dominium. vel sic: Non habens titulum†, nõ potest præscribere contra iudicium fam. ercis. itẽ longa possessio & error non inducunt titu. h. d. Bal. vel sic: Cõmunis seruus ab vno ex heredibus sine titulo possessus, non vsucapitur; sed pro cuiuscũque heredum portione diuiditur. h. d. Salyc. vel sic: Qui possidet rem alienã sine titu. licèt domino sciente & patiente: non propterea acquirit dominium. Pau. de Cast.

XXII. *Iidem AA. & CC. Dionysio.†*

SEruum cõmunem nõ consentientibus coheredibus, sed per errorẽ ad eũ qui possidet, pertinere credentibus, tenens[l], cum omnis verus titulus deficiat[m], suum[n] non facit[o]: sed in eo portiones hereditarias adsignatas[p], penes singulos successores remanere manifestũ est. PP. V. Non. Ian.

Pactũ coheredum non præiudicat creditoribus, sed inter ipsos coheredes suum operatur effectum. Bald.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Hermogeni.*

LIcèt pacto diuisionis aduersus singulos actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari nõ possit[q]: tamẽ ad exhibendã fidẽ his quæ cõuenerant, stipulationis & iuris adhibito remedio, qui placitũ excedit, vrgeri potest: cum & hoc omisso, si non contrariũ conuenisse probaret[t], præscriptis verbis conueniri potuisset.

S*I cogitatione.*] CASVS. Decessit paterfa. heredibus relictis: cuilibet certas partes adsignauit, puta omnia bona quæ erãt vltra Rhenum, vni: alij quæ erant vltra Sagonam: & quædam in montanis reliquit indiuisa: diuidenda tamen inter coheredes, an huic diuisioni stari debeat, quæritur? Rñ. quod sic: nec iudex fami. ercis. eã immutabit: quia bona quæ erant indiuisa, diuidet inter coheredes pro æqualibus portionibus, & dictis diuisionibus stabitur, & si vnus habet minus sua legitima, de portionibus aliorũ suppleatur: licèt cum singuli instituuntur, & aliquis eorum rogatur vt sit contentus certa re, quæ fortè quartam naturæ non faceret, portio legitimi à coheredibus sibi complebitur, secundùm Azo. & hic casus verior est: quod colligi potest ex illis verbis, exemplo, &c. & ex illis, pro virili præterea &c.

a ¶ *Arbitri.* i. iudicis familiæ erciscundæ.

b ¶ *Iudicio.* s. non scripto.

c ¶ *Vel qualicunque.* s. in scriptis vel non.

d ¶ *Iudicio.* imperfecto vel scripto, vt innuit verbum declarauit: imò ad vtrumque refertur.

e ¶ *Suam.* volentem maiorem hereditatis partem ad aliquem ex liberis peruenire, ad alium minorem.

f ¶ *Voluntatẽ.* s. diuidẽdo res hereditarias, quibusdã tñ prætermissis.

g ¶ *Exemplo.* hoc ideo, vt dicunt quidam, quia Falcidia[a] tantum in testamento locum habet, sed certè imò etiam ab intestato: *vt j. si omissa sit causa test. l. si. & j. quando dies le. ce. l. si.* Sed hoc ideo id dicit exemplo, vt sicut aliàs detrahitur de legatis & fideicommissis, sic & hic de prælegatis: *vt & ff. de here. insti. l. ex facto. ij. §. vnde scio. in si §.*

h ¶ *Virili.* quia & in aliis habent viriles: licèt per quandam prælegationem vnus habe. plus quàm alius: *vt hic & ff. de her. insti. l. ex facto ij. §. j.* & sic non est contra. *ff. eo. l. quia pater. j.*

i ¶ *Nulli.* expressè vel tacitè, sc. vt res non adsignatæ expresse, sequãtur illas quas expressè adsignauit, vt instrumẽtum, fundum, arundineta, vineã: *vt ff. eo. l. quia pater. j.*

k ¶ *Voluntatem. vt & š. de inoff. test. parentibus. & š. eod. l. quoties. & in auth. de triẽn. & semis §. & quod sæpe. collatio. v.* ¶ Et not. quòd pro[b] huiusmodi diuisione nõ agitur dé euictione: *vt ff. de legat. ij. l. cum pater. §. euictu.* secus in ea quæ fit per iudicem vel per partes: *vt supra eodem. l. si familia.* Accur.

l ¶ *Voluntatem.* singulis prout defunct[us] voluit.

S*Eruum.*] CASVS. Decessit Titius heredibus relictis: vnus seruum hereditarium per x. vel xx. ann. possedit, aliis per errorem credentibus eum ad coheredem pertinere: si postea apparuerit eum communem fuisse, non obstante præscriptione longi temporis, partes suas possunt vindicare: & portiones adsignatas à lege x. j. tabu. penes eos remanere debere manifestum est. Viuianus.

l ¶ *Tenens.* aliquis heredum.

m ¶ *Deficiat.* igitur & vsucapio.

n ¶ *Suum.* nec per vsucapionẽ, nec per præscriptionem x. vel xx. an. sed tantùm xxx.

o ¶ *Non facit.* nã in[c] præscriptione titulus est necessarius, *vt hic, & š. de rei vind. l. re tua. & l. nullo. & ff. pro donato. l. j. & de vsucap. l. Celsus. & j. de præscri. long. temp. l. diutina. & j. in quib. caus. cessat long. temp. præscript. l. vnus.*

p ¶ *Adsignatas.* l. xij. tab. *vt & š. de pact. l. pacto successorum. & facit j. de dona. l. nec ignorans.*

L*Icet.*] CASVS Decessit quis tribus heredibus relictis: duo à tertio stipulati erant, vt creditoribus hereditariis responderet: & aliquo dato perpigerunt, vt eis satisfaceret. si fidem seruare non vult, qua act. conueniri possit à cæteris coheredibus, quæritur? Resp. quòd licèt pactum ab eis interpositum præiudicare nõ possit creditoribus, tamẽ coheres qui promisit, ad fidem seruandam conuenietur act. ex stipulatu, si stipulatio intercesserit: vel si non intercesserit, agetur ex pacto incontinẽti apposito act. præscriptis verbis. hoc dicit.

q ¶ *Non possit. vt & š. de pact. l. debitorum. & l. pacto. & j. si cer. pet. l. j.*

r ¶ *Et iuris.* i. stipulationis iure factæ secundùm Io.

s ¶ *Omisso.* id est, stipulatione non interueniente: sed tantùm pacto in rei traditione apposito, *vt infra de rerum permu. l. rebus. & infra de donat. l. legem. & l. cum res.* aliàs si non esset facta traditio, nulla ex tali pacto actio nasceretur: *vt ff. de pactis. l. diuisionis. & š. eodem. l. si diuisionem.*

t ¶ *Conuenisse* post pactum interpositũ: nam pacta nouissima sunt seruanda: *vt š. de pact. l. pacta nouissima.*

F*Ilius.*] CASVS. Paterfam. habuit quater centum in bonis: & habuit quatuor filios. vni filiorum in vita sua dedit fundum valentem xl. ad sui sustentationem: postea condidit testamẽtum: & instituit æqualiter quatuor filios, id est, quemlibet in centum. computato fundo dato filio ad sustentationẽm in suis. c. & rogauit testator illum filium cui dederat fundum, per fideicommissum vt restitueret coheredibus suis, & quibusdã extraneis suam

partem

[Marginal notes:]

a Res in omni. l. pater tibi & fratribus cõmunis.

† Res mobilis regulariter vsucapitur triẽnio l. vnic. j. de vsu transfor. Inst. de cap. In pr. si tamen titulus bona fides & possessio continua interuenit. nam si deficeret titulus vel horum aliquod non præscriberetur nisi xxx. annis. quã p. q. præscribantur res immobiles, id est xxx annis. v. Cepolam Cautela.

a Bonæ fi. possess. hered. licet non sit dominus, tamen ne damnum patiatur, quia senatusc. non vult si vendit rem hereditariam tanquam heres, non potest emptor molestari à vero herede: licet non cõsenserit venditioni. quod perpetuo tenet menti secundùm Castrensem. & bene facit l. si. §. j. ff. de leg. ij.

a Falcidia & testamento & ab intestato locum habet.

† Dyoni al. Dionysio.

b Euictio non debetur ex diuisione facta à patre.

c Titulus in præscriptionibus est necessarius.

partem hereditatis sub conditione si nauis veniret ex Asia, perceptis x. à coheredibus coheredes volunt dare x. ista conditione existente debet restituere coheredibus suam partem hereditatis vult deducere quartã: quæstio est, vnde debeat deducere, & qualiter dicit φ debet cõputare in quartã illa x. quæ percepturus est à coheredibus vel ab aliis: item quartam partem prædij sibi dati, quę est x. & ita habet xx. Item debet habere v. in eodẽ fundo sibi dato ad supplementum: & ita debet xx. quæ sunt quarta pars de centum: residuũ de fundo debet restituere coheredibus. & hoc est quod dicit secũdùm Viuianum. vel pone casum aliter vt in glo. j.

Famosa & difficilis est hæc lex: & hoc intendit: Fideicommissum vniuersale restituendum post conditionis in euentum, conditione adueniente debet restitui, quarta deducta: in qua computatur hereditaria portio fundi in peculium dati secundùm antiquos. vel prælegati, secundùm Ioan. vel mortis causa dati seu donati secundum Azo. & acceptum causa conditionis implendæ. h. d. secundum communem lec. Iac. But. Bal. Vel sic: Filius grauatus de restituendo coheredibus suis partem suam hereditatis, in quartam Trebellianicam, quæ sibi debetur tenetur computare totam hereditariam partem fundi sibi concessi per patrem in peculium profectitium, etiam quicquid datum est à coheredibus gratia conditionis implendæ & si ista non sufficiant, debet suppleri in eodem fundo, & sic de portionibus aliorum coheredum quas in eo habent.

a ¶ *Filium.* Fama & re difficilis est hæc lex. Dic ergo casum [a] secundùm antiquos: Quidã habens trecenta, tres quoque filios vni in vita fundum de suo patrimonio concessit ad sui sustentationem, & sic in peculium quos tres filios solos heredes instituit æqualiter. hereditaria ergo portio cuiuslibet est cẽtum: & rogauit filium cui fundum concesserat. vt suam portionem hereditatis restitueret coheredibus, & quibusdam aliis sub conditione, puta si nauis ex Asia veniret perceptis à coheredibus pone x. hic autẽ debet habere quartam, id est. xxv. cõputaνt autẽ in quartã illa. x. quæ accepit à coheredibus cã implẽdæ conditionis. Item hereditaria pars prædij, pone φ valet fundus xij. ergo habet in fundo quatuor. sic ergo habet. xiiij. quod autẽ deest, soluetur ei in eodem fundo. Hoc non placet: quia nõ superesset aliquid de eo fundo restituendũ. quod hic vt in fi. dicit.[b] imò deesset Ideo dic quòd fundus valuit. xxx.[d] & sic habet. x. à coheredibus. Item ex parte hereditaria fundi, quæ est alia. x. desunt. v. alia accipit ex eodẽ fundo: & sic supersunt in fundo. xv. quæ restituit vnà cũ aliis quæ habet de illa hereditate. ¶ Sed de qua quarta loquitur? Respon. [d] de Trebellianica, quæ ex vniuersitate detrahitur: *vt ff. ad Trebel. l. nam quod. §. si. & l. cogi. in prin. & §. & generaliter.* Non autem de quarta iure naturæ: quia in illa [e] non computantur data causa implendæ conditionis: *vt supra de inoffic. test. l. scimus.* nec illa iure institutionis: quia illa ex singularibus relictis detrahitur per l. Fal. *vt inst. de fideicom. here. §. restitu. in fin.* ¶ Sed secundùm hoc quid faciat ad titulum? Respon. φ hæc restitutio fiet coheredibus per hanc actionem, sicut & prælegationes veniunt in hoc iudicium: *vt ꝟ. eo l. si qua. & ff. eo. l. inter coheredes. §. j. & l. si ita legatum* vel quia coheredes restituta sibi diuideσt hoc iudicio: *vt ff. eo. l. sed & e.us in fin.* Alij dicunt quòd etiam hi extranei fuerunt cum filiis instituti. ¶ Literam autem expone, filium, id est filius. sic *ꝟ. de fideicom. l. eam quam.* 2 Vel subaudies, filius. & secundùm vtrumque erit suspensiua vsque in finem 3 Vel dic [f], testator sanxit filium habentem quem, id est aliquem fundũ. & quod dicit in fine, compellit, subaudi prædictus filius.

b ¶ *Portionem.* id est suam partem hereditatis, quæ erat tertia: ne sit contra *ff. de verb. signif. l. nomen. §. portionis.*

c ¶ *Hereditaria prædij.* ¶ Sed quare totam hereditariam partem fundi computat in quartã, s. Trebellianicã? imò videtur φ quartã hereditariæ partis debeat computare solũ quartam enim cuiuslibet quartæ quam habet in qualibet parte, debet computare: nec debet retinere totã quartã quã haberet ab intestato in illo fundo ꝑ illa parte quam retinere debeat: sed inqualibet re quartã quartæ. quam haberet ab intestato, debet retinere: sicut computat quartã aliarũ rerũ quas ex testamento habebat? Sed respon. secundùm quosdã quia hoc testator dixit. sed [g] hoc refugium est miserorum. 2 Dic ergo secundùm Io. quod hic fũdus fuit filio prælegatus de hereditate. & non cauit testator vt quartam retineret de hereditate. vnde contra voluntatẽ eius deducitur quarta, & ita cum faciat contra voluntatẽ retinendo, fiet cõtra suã in hoc, quia tota hereditaria cõputabit in quartã & nil lucrabitur inde scilicet de hereditaria. Cæterũ si cauisset testator, vt quartam retineret de hereditate, tunc fundus prælegatus esset præcipuè suus:

nec imputaret nisi tantum quantum retineret, etiam si alij fuissent legatus, scilicet quartã suæ partis: vel si est vnus filius, tres vncias: si tres, vnã vnciã: *vt ff. ad l. Fal. l. Titia.* Sed huic lect. Io. ob. quod subiicit, si quid deest in supplementũ, &c. quia si fundus est prælegatus, vt dixi: ergo hereditaria portio tantum computatur in quartam nõ etiam quod deest ad quartam, in eodem fundo est soluendũ, cum extra quartã sit quod à coherede percipitur: *vt d. tit. l. in quartam.* Sed respon. Io. φ hic filius rogatus fuerat extraneis dare fundum, & ita totum: & illi aliquid filio dare, & eodem modo fratribus, & ab eisdẽ aliquid recipere debebat. Computabit ergo sibi in quartam hereditariam partem prædij: item quod accepit à coheredibus: item quod accipiet ab extraneis in eodẽ fundo, id est pro eodem fundo restituendo quẽ prælegatũ habebat. non enim intelligendũ est vt in eodem fundo habeat amplius quàm hereditariam portionem. & ideo callidè posuit in litera, à cæteris. q. d. ab extraneis. 3 Vel dic vt dicemus in glo. alia inferiori, scilicet destinatione, &c. 4 Vel si vis secundùm Azo. & Hug. dic hunc fundum collatum filio à patre vel benè

Residuum verò quatenus habet vltra quartam tam in eodem fundo, quàm in aliis rebus, tenetur ac heredibus restituere ex causa fideicommissi. Et totum expedietur officio iudicis diuidentis hereditatem inter eos: & sic in iudicio famil. ercisc. hoc dicit secundum Paul. de Cast.

XXIIII. *Idem.* AA. & CC. *Socrati.*

Filium [a] [*] quem habentem fundum portionem [b] hereditatis fratribus & quibusdam aliis sub conditione verbis precariis restituere sanxit testator: post eius [cõditionis †] euentum hereditaria parte [c] prædij in quartæ ratione retenta compensato præterea quod à coheredibus vice mutua percepit [d], [&] si quid deest, in supplementum [*] deducemerito, vel conferendo vltimum arbitrium, puta emendo nomine suo. vnde venit in iudicium famil. ercisc. percipiendus: *vt ꝟ. eo l. filia.* ¶ Et benè dico φ tota hereditaria portio computatur in Falcidiam: quia contra voluntatem defuncti retinet quartã secus si ex voluntate: *vt ff. ad l. Fal. l. Titio.* nam ibi de Trebel. Fal. dicit: & sic habet tres partes fundi præcipuas. Nec ob. quod sequitur, si quid deest. non enim hic dicit vt vltra hereditariam partem imputet: sed repetit quod dixerat. q. d. hereditaria parte prædij, &c. quod soluetur, id est hæc hereditaria in eodẽ fundo de quo iam habet tres partes. ¶ Sed quid si omnia hæc non sufficiunt ad quartã? n. cõpletur ex aliis iure cõmuni. ¶ Item nunquid prælegationes cõputantur in fideicõmisso generali? Respon. distingue vt *ꝟ. de fideicom. l. ch virum.* ¶ Item quomodo imputabit etiam hereditariã partẽ rei quam habiturus erat etiã si heres non fuisset: quia morte huiusmodi donationes confirmantur: & idem in prælegatis: *vt ff. de leg. j. l. qui filiabus. §. fin. & l. seq.* Sed respon. quia cum testator posset illa reuocare: videtur, cum non reuocet, sed instituat, grauare vt hereditariam partẽ rei prælegatæ, vel quartam hereditariæ computet: vt dictum est. ¶ Ex prædictis patet aliter secundùm antiquos: vt in prædicta prima gl. fama. &c. & in prin. huius l. & aliter secundùm Io. & aliter secundùm Azo. & H. l. istam posse intelligi. ¶ Item qualiter computat sibi hereditariam partẽ prædij. cum à seipso habere eã videatur: vnde cadit in fideicommissum generale: *vt ff. ad Trebel. l. in fideicommisso. §. si. quæ est contra?* Sed certè satis cadit in fideicomm ssum, cum computet sibi in quartam. ¶ Item no. quòd hæc lex corrigitur hodie in eo quod dicit talia imputari in quartam liberis primi gradus *vt ꝟ. ad Trebel. iubemus. in princ.* Sed quidam dicunt hoc ideo sic esse, quia sic defunctus voluit. quod non placet: vt ibi notatur.

d ¶ *Percepit. s.* destinatione [b], vel re ipsa. ¶ Sed quare in vna re tã tã quartã deducit, scilicet de fundo illo secundũ casum antiquorũ? Resp. quidam quia hoc testator dixit. 2 Alij vt Loth, hoc præsumunt ex eo φ testator huic filio dedit hũc fũdũ etiã in vita. Vnde etiã postea lex illã volũtatẽ imitaι. quod nõ placet: quia talia peculia profectitia cõmunia sunt, & non præcipua: *vt ꝟ. eo. l. certũ est.* 3 Alij dicunt posse in vna retineri Falcidiã *vt bic in fin.* 4 Alij aliter volunt esse speciale pro filio, illa ratione, q. a & aliud est speciale cõtra eũ, scilicet φ cõputet in quartã acceptum à coherede. nã extra quartã est quod à coherede accipiι: *vt ff. ad l. Fal. l. in quartam ibi, pro ea verò parte, &c.* quod non placet [c], quod nõ computet in quartã quod à coheredibus accepit: quod omnino est falsum; duabus rationibus. Nam si pecuniam hereditariam à coherede accipiat: à seipso & quasi iure hereditario habere videtur, vnde computat: *vt ff. de lega. j. l. cum pater. in princ.* Idem si corpus non

a Sequuntur Bar. Bald. Pau. & Ia.

b Imò non aperte dicit & ideo ista lectura est bona Bal. Pau. & Iac.

c Contra Bart. Bal. Pau. & Ia.

d Idem pro dicti scribentes hic.

e Nec in Trebellianica hodie, cum computetur in legitima. Pau. & Ia.

f Hunc non ponit nisi la placet. dic partic. quem habentem, id est quã habebat.

g Specialem casum præterea refugium est miserorũ. adde Iasonem in l. si quo. §. si quis .... communis.

* Alibi haec lectio ... Gl. ... Paral. ... Accursius ...

† Greg. ... fr. ... quem vt in euangelio sermonem qui sed ... non est mo. similis figura est iol. cum quo ... Vide Alciatum paradox. lib. vj. c. v.

† Ideft in omnibus.

* supplementũ.

b Scilicet specialis, & hoc petinde habetur ac si esset præceptũ.

c In quartã filius non imputat quod acceperit à coherede.

hereditarium à coherede accipiat: *vt ea. l. & ff. ad Trebel. l. deducta. §. nummu.* Nec obstat dicta. l. in quartam, quia oquitur cũ est hereditariũ quod à coherede percipitur: vnde non potest eadẽ ratione habere eandem rem iure legati, & iure hereditario: *vt ff. de condic. & demonst. l. Titia si nupserit.* hic autẽ hereditarium nõ fuit hoc quod accepit causa implendæ conditionis. Item alia ratione: quia si duo sumus coheredes, & à me tibi, à te mihi legatum relinquitur, vt est in casu nostro, item & aliis relinquitur à nobis, ego vtar retentione Falc. cõtra alios, & computabo mihi in quartã meã qđ à te percepturus sum, vt tanto minus à te subtraham: sed ab aliis non per hoc minus subtraham: licet in hac Falc. iure institutionis alìàs nõ consueuerũt legata imputari: *vt ff. ad legem Falc. l. Nesennius. j. respon. & l. in quartam. in princ.* Multò ergo magis in hac quarta debet fieri computatio horum quę à coherede percipiuntur, in qua etiam legata ab aliis imputantur: *vt d. l. in quartam.* 3 Alij dicunt; soluitur à volentibus, & volenti. 6 Alij vt Io. transponunt literã hoc modo. Soluitur à cæteris, s. facta detractione de singulis, & s. quartam habens in eodem fundo, &c. vt in alia glo. ¶ Et vt hæc clareant, sciendum est alia esse quartã [a] iure naturæ, (in qua omnia data imputantur præter donationem simplicem, & fructum patrimonij. Nam in rebus principalibus debet habere quartam: *vt s. de inoffi. testamen. l. scimus. §. j. & l. si quando. §. fin.* 2 Aliam debitam iure institutionis (in qua ea sola imputantur, quæ iure hereditario capiuntur: *vt ff. ad legem Falci. l. in quartam.* quandoq. tamen etiam legata imputantur: *vt ff. ad leg. Falci. l. Nesennius.* Item si dentur à statu libero nummi peculiares, in hoc casu solo imputantur: *vt ff. ad leg. Falcid. l. id autem.*) 3 Item aliam debitam iure Trebellianico, in qua & legata & fideicommissa & data causa implẽdæ conditionis ab extraneo imputantur. Si aũt detur aliquid à coherede si quidem corpus non hereditarium, idem est. & si hereditarium, si quidẽ pecunia, idem est: si autem speciem hereditariã, pro ea parte quam habet iure hereditario. imputabitur: pro ea verò quam à coherede accepit, extra quartam est: *vt hac. l. & ff. ad Trebell. l. deducta. §. nummus* ¶ De fructibus [b] aũt quando computarẽtur in quartã iure naturæ, habes *ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si conditioni versic. vnde si quis.* Quando verò in quartam iure institutionis, habes. *ff. ad leg. Falc. l. in lege Falcidia placuit. & l. Paulus.* Quando vero in Trebellianicam dixi. *j. ad Trebell. a. l. iubemus.* ¶ Et no. quòd quarta alia [c] iure naturæ. 2 Alia iure Trebellianico. 3 Alia iure institutionis. 4 Alia debita ex constitutione diui Pij. 5 Alia debita patrono in bonis liberti. 6 Alia de qua dicitur infra *quando & qui. quarta pars. l. ij. in princ. lib. x. & j. de impu. lucra. descrip. l. vnica. e. lib.* 7 Alia de qua dicitur *j. de diuor. & repu. l. pe.* 8 Item alia *j. vnde vir & vxor. auth. præterea.*

cto, † quod à cæteris [a] in eo [b] fũdo soluitur, supra quartam habẽs, reddere compellitur. Dat. V. Non. Ianua. CC Coss.

Habens titulum singularem, non tenetur conferrè si non vult vniuersaliter succedere. Bal. Vel sic: Repudians hereditatem non tenetur ad collationem. Saly.

XXV. *Iidem* AA. & CC. *Dioclit.**

EX causa donationis [c] vel aliunde [d] tibi quæsita, [e] si aui successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id April. Tusco & Anulino Coss.

Diuisio vel dispositio testati vel intestati inter liberos, valet etiam imperfecta, id est sine solennitate legali: Sed si persona extranei permiscetur: quoad extraneum non valet. Bald.

XXVI. *Imp.* CONSTANT. A. ad *Bassum PP.*

INter omnes † duntaxat heredes suos [f], qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares [g] videntur esse, vel emancipatos quos prætor [h] ad successionem vocat: siue cœptum neque impletum testamentum [i], vel codicillus? seu epistola parentis * esse memoretur, siue quocunque alio modo scripturæ quibuscunque verbis vel indiciis [k]

a ¶ *Quod à cæteris.* s. coheredibus fratribus: vel secundum alios ab extraneis.

b ¶ *In eo.* sic ergo in [d] vna re potest Falcidia retineri secundum quosdam: *vt hic & ff. de leg. j. l. potest. & l. non amplius. §. fin.* Sed illa loquitur in parte bonorum legata. Sed contra dicimus: *vt ff. ad l. Falc. l. Plautius. & dixi j. ad leg. Falc. l. in imponenda.* & exponenda vt modo dixi, secundùm Io. & Azo.

EX causa donationis.] CASVS. Decessit paterfa. relictis duob. heredib. sed Titius portionẽ suã hereditariam repudiare vult,

† Se dispensandum in supplementũ de facto, quod à cæteris in eo fundo soluitur, supra quartam habens reddere compellitur. & sic interpretare reddere compellitur hereditatem scilicet, non autem fundũ. *Diocleti.

¶ Videtur hæc lex ex parte sumpta esse ex l. 1. C. T. e. ti. quamuis illa ad alium quàm ad Bassum scripta sit.

* id est patris. sed l. hac consultissima. j. de testam. idem permisit matri & ascendẽtibus vtriusq. sexus, & per appendicem hoc addidit, vt ait No 107.

a Quartæ naturæ institutionis & Trebellianicæ quænam imputentur.

b Fructus an imputentur in quartam.

c Quartarum octo species. adde Glossam in l. in quartam. ff. ad L. Falc.

d Falcidia vtrum in vna re possit retineri. v. Gl. l. 15. ad l. Falc.

& ea quæ sibi pater dedit, vel aliũde acquisiuit, retinere: an compelli debeat ea cum coherede suo cõferre, quæritur. Rñ. quòd nõ.

c ¶ *Ex causa donationis.* hodie secus si donetur vni ab auo inofficiose: *vt s. de inoffi. test. auth. vnde & si parens.* Item secus in aliunde quæsitis. quæ non conferuntur etiam si succedant: vt infra de collatio. l. fin.

d ¶ *Aliunde.* i. causa alia.

e ¶ *Quæsita.* ab auo.

INter omnes CASVS. Paterfam. incepit facere testamentum sed non compleuit: & in hoc testamento imperfecto tres instituit heredes, vel fecit codicillos adhibitis tribus testibus: vel epistolam adhibitis fortè duob. In his voluntatem suam declarauit, & designauit ex quarta parte voluit vnumquemq. esse heredem. an talis dispositio valeat, quæritur. Et dicitur quod sic, inter filios suos & emancipatos & alios descendentes. Quantum verò ad extraneos: si cum filiis erant mixti, non valet. & hoc in secunda. Ex hac. l. ibi, heredes suos no. quòd large loquendo etiam emancipati possunt dici sui heredes: & etiam illi qui nec sũt in potestate nec emancipati, vt in hereditate materna: licet propriè loquendo non nisi existerent in potestate tempore mortis. l. in suis ff. de libe. & posthu. l. Paulus.

f ¶ *Heredes suos.* idem hodie de illis qui nec sunt sui, nec emancipati: vt ex linea fœminina: *vt infra de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.*

inueniantur relictæ: iudicio familiæ erciscundæ (licet ab intestato [l] ad successionem liberi vocentur) seruato [m] senatusconsulti auxilio, defuncti depositio custodiatur, etiam si sollennitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Si vero † in huiusmodi uoluntate designatis liberis alia sit mixta persona certum est eam voluntatem, quantum ad illam dumtaxat personam permixtam pro nulla haberi. [n] Dat. Romę Kal. Crispo. II. & Constantino Cæs. II. Coss.

IN AVTHENTIC. DE trien. & semis. §. & quod sæpè. colla iij. constit. v.

SI modò [o] subiiciatur huic scripturæ vel ipsius parẽtis, vel omnium inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

TITVLVS XXXVII. COMMVNI DIVIdundo.*

Hæc actio datur contra singularem successorem: & in ea venit adiudicatio vel diuisio secundũ quòd commodius fieri potest: & post litis contestationem impedit alienationem fieri. h. d. & in hoc vlt. est no. Paul. de Cast.

g ¶ *Pares.* in succedendo: licet dispares in gradu: vt filius & nepos ex alio filio mortuo.

h ¶ *Quos prætor.* ideo dicit quos, quia quidam extra potestatem positi non vocantur: vt damnati de crimine capitali: *vt ff. de bo. poss. l. edicto prætoris.*

i ¶ *Neq. impletum testamentum.* quantum ad solennitatem: sed bene completum quoad voluntatem. [a] Accursius.

k ¶ *Vel indiciis.* [b] dum tamen duobus [c] testibus probetur: *vt ar. ff. de mili. test. l. Lucius.* & idem videtur etiam iure veteri: *vt ff. de lega. ij. l. peto. §. mater.* quod non placet: *vt ff. de confir. tut. l. iij. & d. l. peto.* ¶ Dicit minus [d] solennem, scilicet quoad tutoris dationem: sed quoad alia perfectam. & hoc dixi infra *de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.*

l ¶ *Ab intestato.* vnde videbatur voluntatem defuncti non esse seruandam *& de hoc dixi supra eo. l. filij.*

m ¶ *Seruato* in quartæ fideicommissorum retentione. & est sic supra eo. *l. si cogitatione. & l. quoties. & ff. e. l. sed & si.*

n ¶ *Pro nullo haberi.* *sicut s. de inoffic. testa. l. si mater. & j. de diuor. l. fin. in prin. & ff. de leg. præst. l. iij. & j. tit. ij. l. fin.*

SI modo.] CASVS. Dicitur in. l. Codicis quòd voluntas testatoris imperfecta valet inter liberos. Authen. hæc dicit hoc verum esse limitando. l. Codicis, si huic scripturæ imperfectæ subscripserunt testator, vel omnes liberi inter quos debet diuidi hereditas ista.

o ¶ *Si modo.* [e] caue tibi, quia lex Codicis loquitur siue in scriptis siue sine scriptis pater inter filios testetur minus solenniter. hic autem prosequitur tantùm quando in scriptis. vt pater vel filij debeant scribere: sed & tunc [f] potest valere sine huiusmodi subscriptione, si parens, &c. vt in auth. alia, quæ iungitur cum ista quæ est infra de testa. *auth. quod sine.*

COMMVNI DIVIDVNDO.

De diuisoria vniuersitatem dicit... de ... singularem rem ...

† hæc postrema pars ad verbum sumpta est ex l. Hac consultissima. licet a meme... §. ex imperfecto.

* al. de communi diuidundo. in plerisque...

a Testamentũ inter liberos imperfectum ratione voluntatis est nullũ. v. Glossam & quæ scripsit Accurs. in l. si quis. 16 in ver. bonum futurum. ff. qui testamenta.

b v. Tiraq. 4. priuile. pia causa.

c Probatur iudicium duob. testib. vt ait, adde Gl. Auth. de testamento. sed est alia Gl. in l. si quis in commissum. ad l. Iul. maiest. quæ videtur velle per vnum testem reum dici conuictum saltem semiplenè. de quo. v. Clarum lib. 5 sent. §. vlt. quæst. 22. adde omnino Mattillum. consilio criminali. 22. nu 10. Vbi notat iudicium rei à maleficio remotæ duobus maleficiis vno teste iudicium probari.

d Minus solẽnis dispositio.

e v. Tiraq. 4. ...

f Testamentũ imperfectum inter liberos an sequatur subscriptionem...

FRater tuus.] CASVS. Prædium tibi & sibi commune frater vēdidit, tibi non præiudicat: sed tamen in parte sua non reuocabitur venditio: sed si prædium illud commune diuidi non potest: si plus obtuleris pro parte sua quàm emptor pro tua, communi diuidundo iudicio totum prædium consequeris. Si diuidi potest, media pars tibi adiudicabitur. Hæc sunt vera, si partē suam alienauerit lit. contest. post verò inuito fratre suo non potest.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Lucano.*

FRATER tuus si solam portionem prædij ad se pertinentem distraxit, venditionem reuocari non oportet [a]: sed aduersus eum cū quo tibi idem prędium cōmune esse cœpit, communi diuidundo iudicio consiste: & ea actione aut vniuersum prædiū, si licitatione viceris, ex soluta socio parte precij [b], obtinebis: aut precij portionem, si meliorem alius [c] conditionem obtulerit,* consequeris [d]. Quod si diuisio prædij sine cuiusquam iniuria commodè fieri potuerit, portionem suis finibus tibi adiudicatum possidebis: hoc videlicet custodiendo, vt post litis contestationem [e] nemo † nec partem suam, cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare possit [f]. PP. Kal. Mar. Romæ, Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Frater non potest obligare portionem fratris: & creditor qui reperitur in possessione rei communis potest prouocari ad diuisionem: & procedetur per licitationem, vel diuisionem, prout dictauerit æquitas iudicantis. Baldus.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Auito* *militi.*

SI probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrem tuū vineas communes pignori dedisse, cum partem tuam quam in vineis habet, creditori † obligare non potuerit [g]: præses prouinciæ restitui [h] tibi eā iubebit cum fructibus quos creditor de parte tua perceperit. Idē præses prouinciæ de diuisione vinearum inter te & creditorem fratris tui cognoscet [i]: & iubebit eum [k] accepta pecunia, quanti statuerit partem fratris tui valere [l] eam partem quā de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorē fratris tui, data pecunia [m] quāti eā æstimauerit, trāsferre. PP. II. Id. Sept. Alexādro. A. II. & Marcello Coss.

Ista est no. lex, & h. d. In hoc iudicio veniūt quæ sunt cōmunia. Itē per iudicē est faciēda diuisio per assignationē partiū vel possessionis diuersarū. Et si vna alteri præpōderat, venitur ad licitationē: & si alter cōsortiū ex inopia nō est par in licitando, admittitur extraneus licitator. Bal.

III. *Idem A. Verecundiano.*

AD officiū arbitri [n], qui inter te & fratrē tuū [pro*] diuidēdis bonis datus fuerit, ea sola pertinēt [o], quæ manēt cōmunia [p] tibi & illi. Nā eo quorū partē is vēdidit, cū emptoribus tibi cōmunia sunt: & aduersus singulos arbitrū petere debes, si ab illorū quoq; societate discedi placeat. Cū autē regionibus diuidi [q] [commodè †] aliquis ager inter socios [r] nō pōt [s], vel ex plurib⁹ singuli [t], æstimatione iusta facta, vnicuique [u] sociorum adiudicantur, cōpensatione precij inuicem facta: cóque cui res maioris precij obuenit, cæteris cōdemnato [x]: ad licitationem nonnunquam etiam extraneo emptore admisso, maximè [y] si se non sufficere ad iusta precia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius licitantem [z]* profiteatur. PP. V. Non. Maij. Iuliano & Crispino Coss.

Diuisio facta inter fratres debet haberi rata, nisi beneficio restitutionis rescindatur: sed non diuisa debent diuidi: & in hoc iudicio habetur ratio culpæ & fructuum. hoc dicit secundùm Bart. & Bald.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Herodæ.* †

a ¶ *Non oportet. vt j. de commu. re. alie. l. falso. & de donatio. l. portionem & de contrahen. empt. l. dudum.*

b ¶ *Parte precij.* id est præcio partis, parte tantum æstimata secúdum quosdam: quod nō placet: imò totus fundus æstimatur: *vt hic.* quia maior [a] fit æstimatio omnium partium si totus æstimetur, quam si pars: *vt ff. famil. ercis. l. Meuius. §. fin.* Item pro hoc *ff. de leg. ij. l. cum filius. in princ. & l. Meuius. §. in fundo. & ff. ad leg. Falc. l. in Falcidia. & de except. do. l. pure. §. si cui.* nam his legibus non potest seruitutis pars assignari. & ideo non possunt prædicti sic exponere, vt hic exponebant.

c ¶ *Alius.* socius, vel etiam extraneus: *vt infra eod. l. iij. in fin.*

d ¶ *Consequeris.* hoc, cum diuisio non potest fieri commodè.

e ¶ *Post litis contestationē.* itē nec ante si fieret causa mutandi iudicij, & pœna imponitur: *vt ff. de alie. iu. mu. causa fac. l. j. in fin.* In familiæ ercis. autem actione etiam post motam controuersiam prohibentur alienationes: *vt ff. de peti. her. l. diuus. & l. sed & si. §. si ante.* nisi ex necessitate: [b] *vt ff famil. ercis. l. alienationes.* sic & hic ex necessitate permittam per eandem legem: *vt ff. de fund. do. l. j. & l. si fundum.*

f ¶ *Possit* fortè [c] nec pignori obligare: *vt j. de reb. alie. non alie. l. fin.* licet in religiosa sit aliud secundùm quosdam: *vt in authentic. de litig. §. ad hoc. aliàs ad hoc. colla. viij.* nec enim erat hic quæstio de dominio: quia certum erat rem esse communem: & ideo non prohibetur alienatio tanquàm in re litiogiosa.

b Defendere alienam post litem contestatam intercedentem satisdare non debet: ante litem contestatam interuenien...

contra. Solu. aliis inuitis non potest, vt ibi: sed ignorantibus sic: *vt hic, & ff. de procur. l. Pomponius. §. fina.* ADDITIO. Barto. hic sic distinguit, quia aut plures consortes habent eandem litem circa rem indiuiduam: & potest vnus solus agere & deffendere: *vt l. si cum vno. ff. si ex noxa. causa aga.* Aut est res diuidua, & tunc ante litem contestatam non potest agere vnus nisi pro parte sua: *vt supra l. proxi.* Post litẽ verò contestatam aut vult agere aliis inuitis & contradicentibus, & non potest: *vt l. si petitor. ff. de iudi.* aut aliis ignorantibus, & potest præstita cautione de rato: *vt hic.*

habiturum cauere [a] parati sint, vel (si quid * ab his petitur) iudicatũ solui satisdatione [b] firmauerint: PP. † VI. Id. Decẽ. diuo Ioviano, A. & Varroniano Coss.

a ¶ *Cauere.* id est satisdare, cum prætoriæ sint. ¶ Sed videtur lite * contestata huiusmodi cautiones non præstari: *vt ff. de procu. l. Pomponius. §. ratihabitionis. quæ est contra.* Solu. ibi interuenit procurator ante litem contestatam: vnde erat quod imputaretur aduersario. hic interuenit postea: *vt supra de procur. l. nihil.* Idem dici potest in causa suspicionis: *vt ff. de arbit. l. non distinguemus. §. cum quidam.*

b ¶ *Satisdatione.* scilicet pro parte sociorum.

TITVLVS XLI.
DE NOXALIBVS actionibus.

Ex furto facto in seruitute non tenetur liber factus, nisi ex noua contrectatione. Bal. *Vel sic: Vbi seruus deliquit aduersus extraneum, noxa sequitur eum liberum factum. Si verò deliquit aduersus dominũ, ex noua tantùm contrectatione tenetur. Salycet.*

DE NOXALIBVS actionibus.

Dixit de damno dato à liberis personis: vt supra ad leg. Aquil. nunc de dato à seruis, & omni maleficio ab eis commisso.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Marcello.*

Si extat [c] * corpus nũmorũ quos ablatos ex patris tui hereditate ab eo quẽ [d] liberũ [e] esse constiterit, allegas: vindicare eos, vel ad exhibẽdũ agere nõ prohiberis. nã quáuis alias [e] noxa caput sequatur, & manumiss⁹ furti actione teneatur [f], quæ in heredẽ non cõpetit [g]: cũ tamẽ seruus à domino aliquid aufert †, quáuis furtum cõmittat [h], furti tamẽ actio nõ est nata [i]: neque aduersus [k] ipsũ, si postea manumiss⁹ est, locum habet: nisi furtiuas res & post manumissionẽ cõtrectet [l]. PP. XIII. Kal. Decẽ. Maximo II. & Æliano Coss.

SI *extat corpus.*] CASVS. Testator in testamẽto suo reliquit libertatẽ purè seruo suo. iacente hereditate iste seruus subtraxit res hereditarias. adita hereditate statim est liber. an hoc ipso furti agere possim? Respond. quòd non: immò si res extant, eas vindicare possum: quia licet seruus furtum faciat domino, tamen cum eo furti agere non potest, neque si postea est manumissus: nisi res furtiuas post manumissionem contrectet, scilicet baiulando de loco ad locum.

Statutũ disponens super eo, super quo disponit ius cõmune, interpretatur secũdùm ius cõmune. ad hoc cõmuniter allegatur. Bald. Vel sic: Ne al: quis indebitè dãnũ patiatur, verba statuti recipiunt interpretationẽ restrictiuã. h. d. iusta lex, secũdũ Bart.

II. *Imp.* GORDIA. A. *Quintiiano & aliis.*

Si serui vestri nescientibus * vobis, vel etiam prohibentibus furtim arbores [m] ceciderunt (quibus [n] etiã propria pœna iuxta legem [o] saltui [p] datam fuerat præstituta) frustra veremini ne ex persona eorum vltra noxæ deditionem sitis obstricti: cũ ex delictis seruorum domini ignorantes, vel ꝓhibẽtes, si noxali actione cõueniãt, ita condemnari debeant, vt aut noxæ dedere, aut condemnationem sufferre habeant in sua potestate [q]. PP. III. Non. Iunij, Gordiano & Auiola Coss.

c ¶ *Si extat.* aliàs extitit.

d ¶ *Liberum.* scilicet iussum in testamento tui patris: suus enim erat seruus.

e ¶ *Aliàs.* quando extraneo esset factum furtum à seruo.

f ¶ *Teneatur. vt instit. de noxa. act. §. omnis.*

g ¶ *Competit. vt & ĩ. de fur. l. furti.* sed heredi sic: *vt institut. de perpet. actio. §. est enim.*

h ¶ *Committat.* & res fiat furtiua: *vt instit. de oblig. quæ ex delict. §. hi qui.*

i ¶ *Est nata. vt ĩ. an seruus ex suo facto. l. si.*

k ¶ *Aduersus ipsum.* nedum aduersus heredem, aduersus quem tentasti agere.

l ¶ *Contrectet.* quæ nascetur ex præsenti contrectatione, cum ex prima non fuerit nata. aliàs contra: *vt ff. de furt. l. ei qui.* Habet etiam iste aliud auxilium, scilicet præter actionem in rem, & ad exhibendum, scilicet actionem in factum in duplum: *vt ff. si quis testa. li. esse iuss. l. j. in princip. & facit ad istam l. ff. de furt. l. serui & sequ. & ff. de noxal. l. si seruus legatus. & ff. de mino. l. verum. §. j.*

Auxiliũ multiplex quodque simul conceditur.

& de act. & obli. l. serui. & ff. de condic. fur. l. quod ab alio.

SI *serui vestri.*] CASVS. Serui vestri dederunt damnum arboribus vicini, qui furtim eas cæciderunt: super quo delicto statuta est certa pœna à lege. & si hoc fecerint vobis ignorantibus vel prohibentibus: an ad illam pœnam teneamini, quæritur? Dicitur quòd non: vnde habetis in electione vel dare seruos pro noxa, vel condemnationẽ pœnæ subire. ¶ Not. ex ista l. quę semper ad hoc allegatur, quòd statuta disponentia aliquid super eo super quo disponit ius commune, intelliguntur secundum ius commune. & cum hoc etiam allegatur glo. magna in ca. fin. §. in computatione. extra de iure deliber. Item etiam allegatur quòd * statuta recipiũt interpretationẽ restrictiuam, ne quis indebitè damnũ patiatur: [b] nam indebitè pateretur dominus damnum, si cogeretur emẽdare vel soluere pœnã ex delicto à seruo suo commissam ipso ignorante vel prohibente, & sic nulla culpa eius concurrente. Pau.

m ¶ *Arbores.* cuiusdam extranei.

n ¶ *Quibus.* scilicet arborib. vel syluis. 2 Vel dic, scilicet seruis, & quibuslibet damnum tale dantibus.

o ¶ *Legem.* qua imponitur pœna dupli.

p ¶ *Saltui.* id [c] est loco vbi erant arbores. ¶ Et dic quòd erat pœna [d] dupli damni dati computato precio arborum vel lignorum manentium: & hoc per actionem arbo. *fur. cæ. l. furti. §. fin. & l. seque.* 2 Vel dic ciues illius loci statuisse pœnam contra eos qui arbores cæderent. 3 Vel saltui dicit propter Nili aggeres: *vt infra de Nili agge. non rump. l. j.*

q ¶ *In sua potestate. vt ff. eo. l. j. & ij. in princip.* Et scias quòd noxæ deditio est in solutione: sed damnum est in obligatione & condemnatione: *vt ff. de re iudi. l. miles §. j. & institut. de offi. iudi. in princip.*

Pro plagio serui potest ipse criminaliter conueniri: dominus autem ciuiliter: noxaliter si non consensit. Bald. Vel sic: Pro delicto commisso à seruo si agatur criminaliter, debet seruus accusari: si ciuiliter, debet dominus conueniri: qui si non consenserit, facultatem habet dandi seruum pro noxa. Sal.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Eutychio.*

Siue seruum plagij paras accusare [r] solenniter [s], præsidẽ prouinciæ adire non prohiberis: siue dominum eius sollicitati serui [t] noxali [u] iudicio, siue furti malueris conuenire, suam ibi notionem præses [prouinciæ] commodabit: * non ignorans, quòd si dominum elegeris, & † eo non consentiente, quod intendis, cõmissum probaueris: vel noxæ dedendæ, vel dãni sarciẽdi, ac pœnæ præstãdæ habeat facultatem [x]. PP. V. Non. Octob. Sirmij. AA. Coss.

Ex rapina serui dominus ignorans noxaliter cõuenitur: sciẽs verò, & prohibere valẽs, cõuenitur absq; beneficio dãdi pro noxa criminalis verò accusatio ex delicto serui contra dominũ nõ protenditur. Bald.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Sosio.*

SIue *seruum plagij.*] CASVS. Si seruus alicuius subtrahit filium tuum: tu potes accusare seruum plagij si velis, vel dominum suum noxali iudicio conuenire, vel furti. sed si dominus est ignorans, nec postea habet ratum factum serui, noxæ dedendæ, vel damni sarciendi habet electionem.

r ¶ *Accusare.* scilicet ex l. Fabia de plag. quæ [e] habet locum quando filium tuum hic seruus subtraxit, & celauit. & ideo accusatur seruus, quia corporalis pœna imponitur: *vt ĩ. ad l. Fab. de plag. l. si.* aliàs contra: *vt ff. de accu. l. hos. §. omnibus.* dominus etiam hic pro eo poterit allegare: *vt ĩ. de accu. l. ij.* Accurs.

s ¶ *Solenniter.* inscribendo te, & libellum proponendo: *vt ff. de accu. l. libellorum.*

t ¶ *Serui.* scilicet nomine.

u ¶ *Noxali.* scilicet serui corrupti, vel filij corrupti. 2 Vel dic furti: *vt infra ad legem Fab. de plag. l. si quis seruum.* & hic subiicit. Accursius.

x ¶ *Facultatem. vt ĩ. l. proxi.*

SI seruus[a] ignorãte domino, vel sciẽte & prohibere nequeunte, res tuas vi rapuerit[b]: dominũ eius apud pręsidẽ prouinciæ, si necdũ vtilis ann[*] excessit, quadrupli: q; si hoc effluxit tẽpus, simpli noxali iudicio cõuenire[c] potes. qui[d*] si noxę maluerit seruũ dedere: nihilominùs cũ ipso quantum ad eũ peruenit, experiri nõ prohiberis[e]. nã si eo cõscio, & prohibere valente: detracta noxę deditione cõuentus, ad summã cõdẽnationis soluendã omninò † cõpellendus est[f]. Sanè si criminis publici accusationem propter vxorẽ tuã à seruo raptam intendendam putaueris: non contra dominum, sed cõtra eũ seruum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes[g]. PP. XVIII. Kalend. Septemb. Sirmij. AA. Coss.

Ciuile iudiciũ cũ seruo non consistit: sed cũ domino est agẽdum. Bal. Vel sic: Ex delicto serui debet dominus ciuiliter conuenitri. Salyc.

V. *Iidem* AA. & CC. *Menophilo.*[*]

SI tibi per furtum nec manifestum ancillam[h] seruus[i] ope consilióque domini cũ aliis rebus subtraxerit: cum inter seruum[k] & liberum[l] ciuile[m] iudiciũ consistere non possit, eum[n] ob hoc delictum dupli pœnali actione, & de rebus[o] propriis vindicatione vel conditione[p] conuenire potes[q]. S. V. Kalend. April. CC. Côss.

TITVLVS XLII.

AD EXHIBENDVM.

Actio ad exhibendum est præparatoria ad rei vindicationem. Bald. Vel sic: Qui rem sibi vult vindicare ratione dominij, potest priùs ad exhibendum experiri. h. d. Salycetus.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Crescenti militi.*

SI dominium ancillæ de qua agis, ad matrem tuã pertinuit[r], nec iure[s] à patre tuo venundata[t] est, ciúsque proprietatem tibi vindicare paratus es[u]: præses prouinciæ exhiberi eam iubebit[x], vt apud iudicem de rei veritate[y] quæratur[z]. PP. Kal. Maij. Alexandro. A. Coss.

Ratione criminis ventilandi debet persona exhiberi. Bal. & Salyc.

II. *Idem* A. *Syro.*

SI criminis[a] alicuius reus seruus postulatur[b], per ad exhibendum actionem produci[c] à domino[d], non celari debet. PP. XI. Kal. Decembr. Alexandro. A. Coss.

Sententia absolutoria non nocet agenti de nouo ex causa super qua non fuit pronunciatum. Bald. Vel sic: Absolutoria lata quia rem non possidet, non præiudicat quin ex noua possessione possit agi. h. d. Salycetus.

IIII. *Idem* A. *Felicissimæ.*[*]

NEque ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, si nunc competit[e], propterea perempta est, quòd aliquando aduersus te ad exhibendum, actione aliter[f] pronunciatum[g] est: quia commutatione litis[h] alia res esse incipit. PP. Kalen. Septemb. Maximo. II. & Æliano Coss.

SI *seruus.*] CASVS. Conuenitur dominus ex delicto serui, aut in solidum detracta noxæ deditione, aut quatenus ad eũ peruenit ex eo maleficio aut conuenit cum noxæ deditione: qui tres casus signantur hac lege. [*Quòd si.*] Si verò dominus magis velit seruum dedere pro noxa, tamen adhuc conuenietur pro rebus quæ ad eum peruenerunt. Si autem potuit prohibere, & non prohibuit, tenetur in solidum. Sed quid si seruus commisit crimẽ publicum rapiendo vxorem alicuius? certè si damnum passus velit accusationem publicam instituere debet eam dirigere contra seruum, non contra dominum.

a ¶ *Si seruus.* conuenitur dominus ex delicto serui, aut[a] vt cum noxæ dedat, aut in quantum ad eum peruenit, aut in solidum sine noxæ deditione: quos tres casus ponit hæc lex. Annectit & quartum, vbi & ipse seruus conuenitur.

a Noxali actione quemadmodum & in quantum domini conueniuntur ex delictis seruorũ. † omnimodo. in omnibus manet.

b ¶ *Vi rapuerit.* & sic habet locum actio vi bonorum raptorum.

c ¶ *Conuenire.* vt infra vi bo. rap. l. de bu. & ff. e. l. ij. in prin.

d ¶ *Qui.* scilicet dominus.

* al. quòd.

e ¶ *Non prohiberis.* vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. familia. & ff. de pecu. l. licet. § ex furtina causa.

f ¶ *Compellendus est.* vt ff. eodem. l. v. circa princ. Acc.

* Theophilo.

g ¶ *Debes.* & corporaliter punietur: vt j. ad l. Iuliam de vi. l. si criminis. Accurs.

SI *tibi per furtum.*] CASVS. Si seruus tuus furti non manifesto rapuit ancillam, dantur contra te duæ actiones non ciuiles, tamen rei persecutoriæ. Viu.

h ¶ *Ancillam.* s. tuam.

i ¶ *Seruus.* alienus.

k ¶ *Seruum.* s. illum.

l ¶ *Et liberum* s. te.

m ¶ *Ciuile.* secus in criminali: vt suprà l. proxim. Item in hoc ciuili regulariter: vt supra de iud. l. seruus. Sed fallit. suprà vbi cau. fi. l. fina. & ff. de iudi. l. vix.

n ¶ *Eum.* dominum.

o ¶ *Et de rebus.* furti, si velis suo nomine, de contractu noxæ deditione agere noxaliter ex maleficio serui.

p ¶ *Vel conditione.* in hoc quod ad eum peruenit, secundùm Ir. & H. vt ff. de condic. fur. l. proinde. & debes[b] alteram eligere, cum ambæ sint rei persecutoriæ: vt & ff. de reg. iur. l. nemo ex his. ff. quotiens.

b Actionibus duabus persecutoriis nemo agere potest: sed qui agit, vnam eligere potest, altera repudiata.

q ¶ *Potes.* si res peruenit ad eum. Accurs.

AD EXHIBENDVM.

Quia in rei vindicatione de qua dixit, & etiam aliis multis opus est hac actione, ideo hic ea dicit: vt & ff. eo. l. 1. & 2. & 3. §. est autem.

SI *dominium.*] CASVS. Si pater tuus ancillam ex successione materna ad te pertinentem distraxit, nec ei successisti: tibi non præiudicat quò minùs pro ea rei vindi. & ad exhibendum agere possis.

r ¶ *Pertinuit.* per quod præsumitur ad te pertinere: vt j. de proba. l. sine possidetur. & subaudi hic, maximè. nam & si ex alia causa velles petere ancillam, esset hæc actio præambulatoria: vt ff. eo. l. j.

s ¶ *Nec iure.* quia nullum fecit tibi præiudicium, sed quantùm ad contrahentes sic: vt j. de bo. ma. l. j. & j. de iure do. l. si à matre. & ff. de contrahen. emp. l. rem alienam.

t ¶ *Venundata est.* nec patri tuo successeris.

u ¶ *Paratus es.* cum patri tuo non successisses, alioquin non audieris: vt j. de rei vind. l. cum à matre.

x ¶ *Iubebit.* summatim cognita venditione, & dominij causa: vt ff. eodem. l. iij. §. index. & §. ibidem.

y ¶ *Veritate.* id est dominio.

z ¶ *Quæratur.* in iudicio directa in rem. a Vel dic quæratur, scilicet plenariè per probationes testium[a] & instrumentorum, directo forsan, & per quæstionem ancillæ: vt infra de quæst. quotiens & l. hoc quod places. & infra de lib. cau. l. eam. sed secus cum in liberali causa de dominio est incertum. ff. de quæst. l. de minore. §. fina. vbi plenè diximus quando seruus torqueatur.

a Probatio multipliciter fieri potest.

SI *criminis.*] CASVS. Si seruus mihi fecerit damnum, agam contra te actione noxali, vt damnum emendes, aut des pro noxa: & vt eum exhibeas, agam ad exhibendum.

a ¶ *Si criminis.* id est delicti.

b ¶ *Postulatur.* actione noxali proposita contra dominum: vt ff. eodem. l. iij. §. si quis noxali. Non intelligas si accusatur criminaliter: quia[b] non competit ad exhibendum actio, nisi intersit pecuniariter. vt ff. eodem. l. si liber homo. & l. de eo §. j. & l. fina. De quibus autem criminibus possit accusari seruus, dicitur. ff. de accu. l. hos accusare §. omnibus. Accurs.

b Actio ad exhibendum nõ competit nisi intersit pecuniariter.

* Facilla.

c ¶ *Produci.* id ex exhiberi.

d ¶ *Domino.* scilicet in iudicio.

NEque.] CASVS. Si a me rem tuam non possidente vindicasti vel ad exhibendum egisti causa dominij non expressa, & succubuisti: si postea incepi possidere, non obstante exceptione rei iudicatæ ad exhibendum poteris agere. Vel pone casum vt in glossa magna.

e ¶ *Competit.* propter præsentem possessionem aduersarij.

f ¶ *Aliter.* quàm tibi fuerit opportunum.

g ¶ *Pronunciatum est.* quia fuit reus absolutus.

g ¶ *Litis.*[c] id est instantiæ iudicij. Et dic casum, quòd primò non possidebat, nunc verò possidet: vt ff. de exceptio. rei iudica. l. si quis ad exhibendum. & l. si rem. & ff. rem ra. hab. l. procurator. & ff. de rei vind. l. sin autem. §. j. & de noxa. l. sed & si. & de iureiur. l. qui iurasse. §. finali. Et potes hic quærere vt ibi. 1 Vel pone quòd primò non eram dominus, nunc sum, quia extitit conditio rei mihi legatæ: vt ff. de except. rei iudic. l. si mater. §. eandem. 2 Vel alio modo quæsiui dominium: vt ff. de petit. hered. l. hereditas: & ff. eodem. l. de eo. §. sæpius. & argumen. supra si sæpius in integr. restitut. postu. l. ij. 3 Vel tertiò pone, quia qui primò egit nomine meo, non habebat mandatum, nunc habet: vt ff. de exceptio. rei iudic. l. si rr. §. si te. ¶ Et distingue[d] hic, quia si ago in rem vel in personam, & ex primo causam: non præiudicat in alia: vt ff. de exceptio. rei indic. l. si mater. §. si quis autem.

c Lis pro instantia iudicij.

d Sententia absolutoria quãdo noceat iterum agendi ad eandem rem, & quando non.

Si autem

Si autem non exprimo causam: si quidē in rem ago, & absoluitur quia non possidet: non obstat mihi exceptio rei iudi. *vt ff. de excep. rei iudi. l. si rem. & l. seq.* si verò quia me dominum non probo, nocet mihi: nisi ex superueniente dominio agerem [a], vt dixi. Vbi autem personaliter, & non proposita causa, aut vnam prosequor: & tunc serua supra de iudi. l. licet. aut omnes, & tunc in omnibus nocet exceptio rei iudi. *vt j. de annu. excep. l. fina.*

a Vide not. in sabbate sa. ut de re. iud. lib. 6.

Non ignorabit.] CASVS. Si instrumenta ad me pertinentia tenuisti, iurabo in litem pro quanto nollem te non exhibuisse, & in tantum condemnaberis.

a ¶*Non ignorabit iudex.* turpe est patricium ius ignorare, circa quod ipse versatur: *ff. de orig. iu. l. ij. §. Seruius autem Sulpitius.*

b ¶*Fuisse.* in [b] initio litis secundum Ioan. *arg. j. de fide instru. l. si. & j. de re. donat. l. his solis. §. quicquid igitur.* a Alij subaudiunt, quandocunque [c]. nam præsumunt eum qui aliquando possedit, & nunc possidere, *arg. huius. l. sed expone vt dixi.* Item pro eis. *j. de probatio. l. siue possidetis.* sed aliud in dominio: *vt ibi.* Item pro eis. *ff. de exc. rei iudi. l. si rem.* sed ibi probatur eum non possidere eo ipso quòd contrarium non probatur.

b Quoties editio scripturæ petitur offic o iudicis ex ci mulo de edendo, necesse est scripturas penes eum esse à quo petitur tempore litis contestatæ. adde l. vt §. de fide instr. & gl. in l. prætor. §. si mecr. ff. eo.

c ¶*Non exhibeantur.* iusta causa exhibendi à te probata: *vt ff. de in lit. iuran. l. instrumentis.*

* Polemonidi.

d ¶*In litem. vt & j. eod. l. instrumenta. & ff. e. l. iij. §. præterea.* Quandoque fit ad interesse tantum condemnatio, puta cum possessor nihil dolo fecit, sed culpa: *vt ff. eod. l. Iulianus scribit. §. fina. & l. sed si hereditas. in princi. & l. de eo. §. si post.* Quandoque manu militari, sicut in rei vindi. *vt ḡ. de rei vind. l. à possidentibus. & ff. de rei vindic. l. qui restituere.*

† Celari, ita emendat arg. l. mulier. §. quidā. j. de adult.

Contra non exhibentem instrumenta, iuratur in litem. h. d. Bal. Vel sic: In actione ad exhibendum, iuratur in litem. h. d. Salyc.

IIII. *Idem A. Flauillæ.*

NOn ignorabat iudex [a], si instrumenta tui iuris, quæ penes diuersam partem fuisse [b] probaueris, ab eisdem non exhibeantur [c], iurisiurandi in litē [d] facultatem deferri tibi oportere. PP. III. Kal. Mar. Agricola & Clementino Coss.

Actio ad exhibendum proponitur contra possessorem, & contra eum qui dolo desijt possidere. Bal.

V. *Imp.* GORDIANVS A. *Sabiano militi.*

AD exhibendum actione: non tantùm eum qui possidet, sed etiam cum teneri, qui dolo fecit [e] quò minùs exhiberet: merito ibi à non contemnendæ auctoritatis iurisconsulto Modestino responsum [f] est. PP. II. Id. Feb. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Inuasor instrumentorum potest criminaliter accusari, & ciuiliter ad exhibendum cogi. h. d. Bal. & Sal.

VI. *Imp.* PHILIPPVS A. *Palemonidi.**

INstrumēta ad ius tuum [g] pertinentia partem diuersam inuasisse [h] adseuerans: si quidem crimen [i] intendis solennibus [k] accusationis † impletis, fidem [l] adseuerationi tuæ facito. Sin verò ad exhibendum intendis, iudiciorum more experire [m]. PP. II. Idus Mar. Peregrino & Æmiliano Coss.

Qui rem deterioratam sua culpa exhibet in factum actione tenetur. h. d. Bald. Vel sic: Exhibens rem deterioratam sua culpa, forma tamen non mutata: liberatur ab actione ad exhibendū, sed tenetur in factū. h. d. Sa.

VII. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. & CC. *Vitaliano.*

EXhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem [n] habens culpam vel dolum in explendo præcepto [o] committit: ita vt * si rem deteriorem [p] exhibuit, æquitas [q] exhibitionis perficiat vt quamuis ad exhibendū agi non possit, in factum tamen actio cōtra eum detur. PP. XVI. Kal. Iunij, Maximo. II. & Aquilino Coss.

* vt qui. in omnibus.

Ex pacto apposito per alium in cōtractu commodati vel depositi rei meæ, acquiritur mihi directa si sum heres paciscentis: alias mihi vtilis actio. h. d. secundum Bal. & est lex nona. Vel sic: Rem propriam ab alio cōmodatam vel depositam non prohibetur dominus vindicare: & speciale est vt ex pacto deponentis. Vel commodantis alteri quæratur vtilis actio. h. d. Salyc.

VIII. *Iidem AA. & CC. Photino†.*

† al. Photinio.

SI res tuas commodauit aut deposuit is cuius in precibus meministi: aduersus tenentem, ad exhibendum, vel vindicatione vti potes. Quòd si pactus sit vt ibi restituantur, si quidem ei qui deposuit, successisti iure hereditario, depositi actione vti non prohiberis. Si verò nec ciuili nec honorario iure ad te hereditas eius pertinet: intelligis nullam te ex eius pacto contra quē supplicas, actionem stricto iure habere: vtilis [r] autē tibi pro-

k ¶*Sollennibus.* libello sollenniter facto. *ff. de acc. l. libellorum.*

l ¶*Fidem.* probationibus luce clarioribus: *vt j. de proba. l. fin.* Sed actione ad exhibendum summatim: *vt ff. eo. l. ij. §. sciendum.* ¶Et nota quòd accusatio [a] de instrumentis subtractis quandoque est publici iudicij, vt quando testamentum alicuius dicitur surreptum vel interlectum ex lege Corne. de fal. Si verò alia charta, tunc non videtur esse publici iudicij: *vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. Paulus respondit. & l. qui testamentum. & j. ad l. Corn. de fal. l. eum qui.* ¶Item nota quandoque non [b] agi pro instrumento ad exhibendum: *vt ff. e. l. iij. §. si quis extra. & §. interdum.*

a Instrumentorum subtractorum accusatio cuius interfuit.

b Quandoque non agitur pro instrumento ad exhibendum.

m ¶*Experire. vt ḡ. eod. l. non ignorabit.*

Exhibitionis.] CASVS. Egi aduersus te ad exhibendum seruum. iudex præcepit vt exhiberes, exhibuisti, sed deteriorem, ab act. quidē ad exhiben. liberaberis: sed quia culpa tua rem deteriorem exhibuisti propter damnum datum actióne in factum teneberis.

n ¶*Qui facultatem.* exhibendi vel restituendi: *vt ff. eo. l. iij. §. fin.*

o ¶*Præcepto.* iudicis qui præcepit exhiberi. ¶Et sic not. quòd est arbitraria [c]: *vt instit. de act. §. præterea quasdam.*

c Actio ad exhibendum arbitraria est.

p ¶*Deteriorē.* in eadem forma tamē, vt seruum debilitatum vel eluscatū: at mutata forma, ea exhibita, vt ex scypho massa tenetur ad exhibendum: *vt ff. ad exhiben. l. Iulianus scribit. §. si quis. vers. sed & si quis.*

q ¶*Æquitas.* i. talis debet exhiberi, quæ antiquam [d] formam non amittit: *vt ff. ad exhib. l. Iulianus. §. Marcellus tessare.*

d Cū quid exhibetur antiqua forma exhiberi oportet.

r ¶*In factū.* subsidiaria legis Aquiliæ. ¶Necobstat. *ff. ad leg. Aquil. qui tabulas.* nam ibi dicit dari. Aquiliam. f. [e] vtilem. quæ benè concurrit cū actione in factum [f], vt *diximus. ḡ. ad leg. Aquil. l. pen. & fi.* 2 Item non obstat quòd ibidem dicit dari ad exhibendum, quia est verum cum exhibet mutata forma. 3 Item contra. *ff. depositi l. j. §. si res deposita. & ff. commoda. l. iij. §. j.* Sol. vtrunque refertur ad suū tractatum. & rectè: quia differentia [g] est inter actionem bonæ fidei, & actionem stricti iuris: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. non solum* 4 Item contra. *ff. de solu. etiam.* Solutio. ibi aliquid de eo quod principaliter erat dandum, deerat: hic nihil, licet deterior daretur. Alij dicunt quòd hic in factum, quando dominus non est actor. quod non placet.

e Aquilia vtilis concurrere potest cum actione in factum.

f Doctores dicunt quod hic non agit de illa actione in factum speciali quę est subsidiaria leg. Aquil. sed de generali quæ datur in defectum aliarum actionum, secundum Pau. hic.

g Actionis bonæ fidei & stricti iuris differentia.

AD exhibendū.] CASVS. Non tantum qui possidet, sed & qui dolo desijt possidere, actione ad exhibēdum conueniri poterit. & hoc à Modestino responsum est.

e ¶*Dolo fecit.* hic enim tenetur vtiliter, *vt hic & ff. eo. l. Iulianus. in prin. & ff. de reg. iur. parem.* Sed contra [a] *ff. e. l. cum seruus.* vbi dicit quòd nulla est vtilis ad exhibendum. Solu. verum est in eo casu quem ibi dicit cum seruus dolum commisit. a Vel dic aliud est dari vtiliter, quod est respectu rei, & hoc fieri potest: *vt hic.* aliud vtiliter, quod est respectu actoris, & hoc non inuenitur: *vt ibi.* sed hoc non placet: *vt j. eo. l. si res in fi.* ¶Item no. quòd tantum venit hoc casu in hac actione, quantum in principali. i. quantum interest. *vt d. l. ff. e. l. Iulianus.*

a Actio ad exhibendum vtilis, an aliqua sit.

f ¶*Responsum est.* vt iuresiur. in litem contra eum.

INstrumenta.] CASVS. Si instrumenta ad me pertinentia inuasisti, aduersus te criminaliter. l. Iul. de vi pu. si cum armis: si fine armis priuata agere potero. & hoc in prima. Si verò ad exhibendū & non exhibeas, iurabo in litem.

g ¶*Instrumenta ad ius tuum.* largè accipe: *vt instit. vi bo. rap. §. fin.*

h ¶*Inuasisse.* impropriè: *vt instit. vi bo. rap. §. pen. sic ḡ. de rei. vind. l. dominum.* nam pro immobili [a] ad exhibendum non agitur: *vt j. quando & qui. l. ij. §. j. lib. x.*

a Immobili nomine propriè non agitur ad exhibendum.

i ¶*Crimen.* scilicet criminaliter. l. Iulia de vi publica vel priuata.

SI res.] CASVS. Rem meam Titio commodasti vel penes eum deposuisti, aduersus eum rei vin. & ad exhiben. agere potero & hoc in prima. Si verò pepigisti de re mihi restituenda cum depositario, & successi tibi iure hereditario: agam depositi cum depositario & hoc in secunda. Si verò nullo iure tibi successi, neque ciuili neq; prætorio: ex pacto tuo tamen datur vtilis depositi actio, & hoc in tertia.

r ¶*Vtilis.* ¶Contra. *ff. eo. l. cū seruus.* Sol. nulla est vtilis in casu illius legis. ¶An autē idem [h] in commodato? Videt. q nō, cū de hoc non respondeat: *vt inst. de inuti. stipu. §. quoties.* Itē quia qd in vna permisit [i], in aliis prohibere videtur: *vt ff. de iudic. l. cum prætor.* Sed Io. dicit idē: quia quod [k] statuitur in vna, & eius simili: *vt ḡ. de diue. rescrip. l. libelli.* ¶Itē not. q ex hac l. dicit M. ex alterius pacto semper dari vtilem [l] actionem: *vt hic & j. de pact. con. l. pater. j. de dona.*

h Argumentū de deposito ad commodatum.

i Permissum in vno, vetitum in aliis prohibitum.

k Quod statuitur in vno, videtur statuī & in eius simili.

l Vtilis actio datur ex alieno pacto.

qua sub no. l. quotiens. & ff. depositi l. Publia. & ff. si certum pet. l. certi condictio. §. si numos. & j. per quas personas acquir. l. cum per liberam. & ff. de pignor. act. l. si cum venderet. & ff. sol. matr. l. Caius. & ff. de verb. obli. l. quodcunq. Sed lo. dicit hęc omnia specialia, & alia plura quę notantur plenè instit. *de stipu. §. si quis.* alij regulariter contra. *ff. de ver. obliga. l. stipulatio ista. §. alteri. & ff. de reg. iu. l. quę tutela. § fin.*

S*I ex quocunq.*] CASVS. Si decē mihi numerasti, & me tibi soluisse probare potero, exhiberi instrumenta, i. chirographa, prǽses prouinciæ iubebit, quibus tibi fui obligatus.

a ¶ *Nihil peti potest.* vt & j *de sol. l. si actore.*

b ¶ *Pertinentia.* cōdictione sine causa: *vt j. de condic. ex l. & sine causa. l. dissolutæ.*

c ¶ *Naturaliter.* & a ciuiliter, quia solutione: *vt in sti. quib. mo. tol. obl. in princ.*

d ¶ *Reddi.* per b condictionē sine causa, cum debitor non fuit dominus: quia creditor soluit tabellioni: *vt hic, & j. de cond. ex l. & sine cau. l. dissolutæ. & j. de sol. l. si.* Si autem debitor soluit: agit ad exhibendum, & rei vindicatione: vt hic. ¶ Item nota hic vtroque e iudicio simul agi, s. exhibitorio & restitutorio.

† Concor Gl. super ver. resignant in c. cum pridem extra de transact.

a Solutione naturalis & ciuilis obligatio tollatur.

b Instrumentum seu chirographum solutione facta creditori debitor condicere potest, eóque nomine experiri condictione sine causa.

e Iudicio exhibitorio & restitutorio simul ag potest atque ex vno & eodem libello agi ad exhibendum potest & rei vindicatione.

DE RELIGIOSIS, & sumptib. funerum.

De rebus corporalib. quæ vindicantur & diuiduntur, quia in bonis sunt, dixit: nunc de his quæ in bonis nō sunt, & sic nec vindicantur, sed nec diuiduntur, sed alio iure defenduntur, vt per actionem in factum. & interdictum de mortuo inferendo & sic ponit de religiosis. Sed quia in monumentis faciendis, & cadaueribus inferendis fiunt sumptus: ideo de his dicit. Et quia extrema luctus gaudia occupant quandoq; sicut econtra: ideo subiicit de aleæ lusu &c. de quo nihil dicit hic titulus. Et est sic j. tit. j. nam ibi nihil dicit de rebus creditis quidam tamen habent vnam legem Græcam pro vltima huius tituli, quę tractat de ista materia.

pter æquitatis rationem dabitur depositi actio. S. V. Kal. Maij Heracliæ AA Coss.

Naturaliter liberatus potest condicere instrumentum debiti. h. d. secundum Bal. & est no. Vel sic, Debitori soluenti competit actio: vt instrumenta debiti exhibeantur, & ei reddantur. h. d. Salyc.

XI. *Idem.* AA. & CC. *Faustino.*

SI ex quocunq; contractu apud præsidem prouinciæ iure debitum, cui oportuerat te reddidisse probaueris: chirographa tua, ex quib. iam nihil peti potest [a], & instrumenta ad eum contractum pertinentia [b], tibi naturaliter [c] liberationem consecuto, exhiberi ac reddi [d] † iubebit. S. VIII. Kal. Septem. CC. Coss.

DE ALEATORIBVS & alearum lusu.

TITVLVS XLIII.

Argumentum j. & ij. Constit. ex Nomocanone.

I. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΙΟΥστινιανὸς Α. Ἰωάννῃ. PP.*

ΟΤΙ ὁ ἡττηθεὶς εἰς κόττον, οὐκ ἀπαιτεῖται. καὶ καταβαλὼν, ἀναλαμβάνει μετὰ διαδοχὴν, ἀπὸ νικήσαντος, καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ διηνεκῶς καὶ περὶ τριάκοντα ἐνιαυτ. εἰ δὲ μὴ θέλουσιν ἀναλαβεῖν, ὁ θέλων, καὶ μάλιστα ὁ τῆς πόλεως ἐν ᾗ τοῦτο γέγονε πατὴρ ἢ ἔκδικος ἀπαιτεῖ, καὶ δαπανᾷ εἰς ἔργα τῆς πόλεως. καὶ ἡ γινομένη ἐπὶ κόττῳ ἀσφάλεια ἄκυρός ἐστι καὶ ἀποδίδοται, εἰ δὲ καὶ τις ἐν σχήματι κόττου ἡττηθῇ θερμίοις ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ, οὐκ ἀπαιτεῖται τῶν ἐπισκόπων ἄδειαν ἐχόντων ταῦτα ζητεῖν, βοηθούντων αὐτοῖς τῶν ἀρχόντων καὶ πατέρων, καὶ ἐκδίκων, μόνον δὲ παίζειν ἔξεστι μονόβολον, καὶ κοντομονόβολον, καὶ κυντανὸν κόνταχα, χωρὶς τῆς πόρπης καὶ περιχύτην καὶ ἱππικὴν ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας. καὶ οἱ μὲν σφόδρα πλούσιοι νομίσματος ἑνὸς ἑκάστην συνθέσιν παίζουσιν. οἱ δὲ λοιποὶ, πάνυ ἧττον. τὸ δὲ πλέον. ἀπαιτηθὲν οὐκ ἔχει, καὶ διδόμενον ἀποδίδοται. προστιμῶνται οἱ ἄρχοντες δέκα λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῖς παραβαίνουσιν, ἢ συγχωροῦσι παραβαίνεσθαι. *Latinè.*

VIctum in aleę lusu nō posse conueniri: & si soluerit, habere repetitionē tā ipsum quàm heredes eius aduersus victorē & eius heredes, idq; perpetuò, & etiā post triginta annos. Quòd si vel ipse vel ei' heredes repetere neglexerint, liceat cuicūq; volenti & præcipuè ciuitatis in qua id factū est patri vel defēsori, repetere, & in opera ciuitatis id expendere. Data aūt super aleę lusu cautio sit irrita, & cōdici possit. Sed & si q̄s sub specie alearū victus sit lupinis vel alia quauis materia, cesset etiā aduersus eū omnis exactio, data licentia episcopis hęc inquirēdi, debētib. etiā præsidib. & primatib. & defēsoribus ciuitatū eos hac in re adiuuare. Dūtaxat aūt ludere liceat μονόβολον. i. cursu exerceri & certare. liceat itē ludere κοντομονόβολον. i. saltu exerceri, & itē liceat ludere κυντανὸν κόνταχα χωρὶς τῆς πόρπης, i. ludere vibratiōe Quintiana, absq; spiculo siue aculeo aut ferro à quodā Quinto ita nominata hac lusus specie. Liceat itē ludere περιχύτης. i. exerceri lucta. liceat vero etiā exerceri hippice. i. equorū cursu, seu hippodromo, absq; dolo & circūuentione, & liceat quidē ditiorib. ad singulas cōmissiones seu ad singulos cōgressus aut vicesvnū assē seu numisma seu solidū deponere & ludere, cęteris aūt lōgè minori pecuniaq; si plus lusū fuerit, neq; repetitio det', & solutū repetat'. curēt verò ista præsides, decē librarū pœna imposita si hāc legē cōtēpserint, vel cōtēni p̄miserint.

II. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἰωάννῃ PP.

Η Διάταξις κωλύει τὰ παίγνια καὶ πάντη ὑπεξαιρεμένον ὁρίζοι καί τινα ἐπιτίμια κατὰ τῶν κοβδοσπτων, ἐπιτρέπουσα καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς ἐπισκόποις ζητεῖν καὶ κωλύειν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα πράγματα ἀποξέπτειν. δίδωσι δὲ ἀγωγὰς ἐκ τῆς ἐπιτεξαιμένων παιγνίων, καὶ ἀπαίτησιν τῶν ἐντεῦθεν χρεωστηθέντων, δέκα λιτρῶν ἐπιτίμιον ὁρίζουσα κατὰ τῶν συγχωρούντων παραβῆναι τὴν διάταξιν.

Aliud argumentum Latinè.

NOn licere ludere his qui vocātur equi lignei, neque vlla quauis aleæ specie exceptis ludis quos in anteriore cōstitutione permisim'. Loca vero in quib. huiusmodi equis ligneis lusum fuerit, publicētur, & soluta huius ludi occasione, repetātur: vel si repetere nolēt qui perdiderūt, repetitio fiet p̄ præfectum & pręsides prouinciarū, & applicabitur huiusmodi pecunia publicis operib. prohibeant etiam cętera quę in huiusmodi ludis fiunt illicita, vt blasphemias, & si qua talia. Balsamō notat de eq. lignei signific. incidisse apud impatorē graue quődā disputationē, quibusdam asserētibus illū ludum significari, quo pueri extra circū aurigādo pro equis vtūtur hominib. Aliis verò cōtra cōtēdentib. ligneā esse fabricā per scalas ligneas exaltatā, habētem in medio diuersa foramina. nam qui hoc genere ludebant, quatuor globulos diuersorū colorum superiiciebant ex superiori parte: & qui primus globulorum per foramina ex vltimo foramine egrediebatur. hic victoriam dabat ei qui proiecerat.

Nunc veterem harum legem tralationem à nobis, quoad fieri potuit, ex libris manuscriptis emendatam subiiciemus.

Imp. IVSTINIANVS *A. Ioanni PP.*

ALearū vsus antiqua res est, & extra operas pugnatorias [concessa:] verum pro tēpore abiit in lacrymas, multa milia extranearum nationū suscipiens. Quidā enim [nec] ludentes, nec ludū scientes, sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt die noctúq; ludendo, argento apparatu lapidum, & auro. Cōsequenter aūt ex hac inordinatiōe blasphemare [deū] conatur, & instrumēta conficiunt. Cōmodis igitur subiectorū prospicientes, hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis vel priuatis domibus vel locis ludere, neq; in genere, neq; in specie: & si cōtra factū fuerit nulla sequatur cōdēnatio. sed solutū reddatur, & cōpetētib. actionib. repetatur ab his quę dederint, vel eorū heredib. aut his negligentib. à patre† aut defensoribus illius ciuitatis: vel recipiat fiscus nō obstan-

a ¶ [*SI vi.*] *Rectoris prouinciæ.* Si verò nõ esset iusta causa, exigeretur Augustus: *vt j. eo. l. fin.* Item hoc si erat datus perpetuę sepulturę, aliàs contra. *j. eo. l. si nec dum.* & eis translatis desinit prior locus esse religiosus: *vt ff. eo. l. cum in diuersis.*

b ¶ [*INuito.*] *Non potest. vt insti. de rerum di ui. §. religiosum.* Accursius.

c ¶ *Monumentum.* i.ª sepulchrum. impropriè enim accipitur: *vt j. eo. l. si sepulchrum.* nam in monumento esset secus, cum res esset profana: *vt j. e. l. locum.*

d ¶ *Posse.* inferendi ius tamen legatur: *vt j. de lega. l. monumenta.*

e ¶ *LEgatum.* hac actione ex testamento.

f ¶ *In funus.* hoc venit in funeraria actione.

g ¶ *Vel morbum.* hoc actione neg. gest. *vt ff. eo. l. impensa. & l. in eum. & j. de peti. heredi. l. ij. & de nego. gest. l. quod in vxorem.*

h ¶ *SI sepulchrum.* Dicitur sepulchrum[b] postquam ibi aliquis sepultus est: ante verò dicitur monumentum: *vt ff. eo. l. y. §. sepulchrum. & §. monumentũ.* Dicitur & alia significatione monumentum. res memorię causa in posterũ prodita: *vt ff. e. l. monumentum & l. ij. §. monumentum. & de rerum diui. l. in tãtum. §.* ADDITIO. Dic & alio modo dicuntur monumenta, id est fines & termini diuidentes duo prędia vicina: *vt s. fini. regund. l. ij. quod dic vt ibi in glos.*

i ¶ *Vindicare.* sed actione in factum peti potest *vt ff. de rei vindi. l. in rem. §. loca. & l. quæ religiosis.*

k ¶ *Sed & si.* i. quamuis. nã multo magis est hoc in hereditario. Azo. ¶ & quod sit familiare[c], & quod sit hereditarium[d] dicitur: *ff. eo. l. familiaria. & l. vel quæ.*

l ¶ *Cui illa.* s. obtigerunt ex diuisione, *vt dicit j. & est. sic ff. de le. ij. l. prædiis. §. fina. & de contrah. em. l. in medicus. & l. ad. §. j.* Item in fine legis videtur contra dictam l. quæ religiosis, sed ibi adhærent, hic non. sed sunt proxima.

m ¶ *MIlitis.*] *Delatio.* i. accusatio, vel actio, nam non possunt cogi aliqua actione, cum soli sint heredes: sed põtificali auctoritate cõpelluntur[e]: *vt ff. de peti. here. l. heredi-tatem. § j. & de annuis leg. l. quintum.*

n ¶ *Inuidiam.* i. blasmum.

o ¶ *Et conscientiam.* s. malam[a].

a Monumentum impropriè pro sepulchro.

† Forsan quidam hic de singul debere legem intendere.

b Sepulchrum & monumentum differunt.

a al. Domin.

c Familiaris sepulchra quæ.

d Hereditaria sepulchra quæ.

a Militioni.

e Nisi, vt quidam voluit, defunctus fuit infamis, facta infamia.

a Infamem id famis facti heredem reddi, si voluntatem defuncti non seruauerit hinc colligitur. adde Glossam l. pen. §. illo in ff. de accessorio ferum heredibus collitrenda.

te nisi quinquaginta annorum præscriptione. Episcopis verò locorum hoc prouidentibus, & præsidum auxilio vtentibus. Deinceps vero ordinet quinq; ludos, Monobolon, Contomonobolõ, Quintanum contacem sine fibula, & perichytẽ, & hippicen; quib. sine dolo atq; calliditatis machinationib. ludere permittimus, sed nec permittimus etiam in his ludere vltra vnum solidum, si multum diues sit: vt si quem vinci contigerit, casum grauem nõ sustineat. Non enim solum bella benè ordinamus, sed & res [sacras] ludicras. Sed istam interminantes pœnam transgressoribus potestatẽ dando episcopis hoc inquirendi, & præsidum auxilio sedãdi†. Prohibemus etiam ne sint equi [seu equestres] lignei: & vt si quis ex hac occasione vincatur, hoc ipse, recuperet domibus eorum publicatis vbi hæc reperiuntur. Si autem noluerit recipere is qui dedit, procurator noster hoc inquirat, & in opus publicum conuertat. Similiter & iudices prohibeant, vt à blasphemiis & periuriis quæ ipsorum inhibitionibus debent comprimi, omnes homines penitus conquiescant.

TITVLVS XLIIII.

DE RELIGIOSIS, ET sumptibus funerum, & aleæ lusus, & aleatorib.

Corpus humanum sepultum in vno loco, potest in alium locum transferri subsistente iusta causa, & interueniente superioris auctoritate. h. d. Pau. de Cast.

I. Imp. ANTONINVS A. Dorita[a].

SI vi fluminis reliquiæ filij tui continguntur, vel alia iusta & necessaria causa interuenit: existimatione† rectoris prouincię[a] transferre eas in alium locum poteris. PP. VIII. Kal. Nouem. Antonino A. IIII. & Balbino Cos.

Locus in quo sepelitur corpus humanum de voluntate domini efficitur religiosus: & sic definit esse in commercio, vt non possit vendi, nec obligari, quia in nullius bonis est. secus si contradicente domino, vel etiam ignorante. h. d. Pau. de Cast.

II. Idem A. Hilariano[a].

INuito vel ignorante, te ab alio illatum corpus in puram possessionẽ tuam, vel lapidem, locum religiosum facere non potest[b]. Sin autem voluntate tua mortuum aliquis in locũ tuum intulerit: religiosus iste efficitur. Quo facto monumentum[c] neque venire, neque obligari à quoquam prohibente iuris religione posse[d], in dubium non venit. PP. Kal. Maij, Aquilino II. & Anulino Coss.

Legatarius non tantum legatum, sed etiam id quod expendit in infirmitate & funere testatoris, potest repetere, h. d. Salyc. Vel sic: Legatarius non prohibetur vnà cum legato petere etiam impensas quas fecit in personam defuncti vel in eius sepulturam. h. d. Pau. de Cast.

III. Imp. Alexander. A. Rimo†.

† Licinianol

LEgatum[e] à defuncto tibi relictum, & quod in funus[f] vel morbum[g] eius erogasse te boni viri arbitratu probaueris, præses prouincię solui tibi iubebit. PP. V. Non. Iul. Maximo II. & Æliano Coss.

Locus religiosus vindicari non potest, quia nullus est dominus eius, & vindicatio non competit nisi domino. h. d. primò. Item in sepulchro familiari quod quis fecit sibi & familiæ suæ, omnes heredes etiam extranei habent ius sepeliendi: quia censentur de familia: nec per diuisionem bonorum ad vnum tantùm potest deuenire. h. d. secundò. Item locus profanus licet sit iuxta locum religiosum, non est religiosus. Et si est deputatus ad vsum alterius loci, dicitur etiã pars vel portio loci illius: & pertinet ad illum ad quem pertinet ipse locus ad cuius vsum est destinatus. h. d. Pau. de Cast.

IIII. Idem A. Luciano.

SI sepulchrum[h] monumenti appellatione significas, scire debes, iure dominij id nullum vindicare[i] posse: sed si[k] familiare fuit, ius ad omnes heredes pertinere, nec diuisione ad vnum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca quæ circa id sunt, si semper vicinis ædificiis vsui hominum destinatis cesserint: eius sunt, cui illa[l] quorum partes esse visæ† sunt, ex diuisione obtigerunt. PP. VI. Non. Nouembr. Maximo II. & Æliano Coss.

† Visæ. al. visa.

Voluntas defuncti debet obseruari, nec potest omitti citra conscientiam læsam. h. d. Bald. Vel sic: Ad construendum monumentum secundum voluntatem defuncti coguntur heredes non iure actionis, quia non est cui competat, sed officio iudicis. h. d. Pau. de Cast.

V. Idem A. Castio militi.

MIlitis voluntatem, quam circa monumẽtum[m] sibi faciendum testamento expressit, & pater & mater eius heredes negligere non debent. Nam etsi dilatio[m] hoc nomine præteritis constitutionibus amota est: inuidiam[n] tamen, & conscientiam[o] circa omissum supremum eiusmodi officium, & contemptum iudicium defuncti, euitare non possunt. PP. VIII. Kalen. Maij. Iuliano & Crispino Coss.

Scriptura quæ fiunt in lapide monumenti, non faciunt fidem. h. d. secundum vnum intellectum. Bal. Vel sic: Hoc dicit secundum lecturam secundam, quæ est vera: In monumento hereditario quod quis fecit pro se, & heredibus suis, liberti non habent ius sepeliendi, si non sunt heredes: nisi longo tempore præscripserint. Pau. de Castro.

V. Idem A. Cassio militi.

MOnumentorum [a] inscriptiones [b], neque sepulchrorum iura, neq; dominium loci puri ad libertos trāsferēt*. Præscriptio autem longi temporis si iustam causam initio † habuit, vobis [c] proficiet. PP. VIII. Kal. Iul. Iuliano & Crispino Coss.

In re sua vnusquisque potest adificare prout vult: dummodo non appareat quòd sit prohibitum. h. d. secundum Bald. Vel sic. Ornare sepulchrum non est prohibitum. h. d. Sal.

VII. *Imp.* GORDIANVS A. *Claudio.*

STatuas sepulchro superimponere, vel monumento qđ à te extructum profiteris, ornamenta quæ putas superaddere non prohiberis: cum iure suo* eorum quæ minus prohibita sunt [d], vnicuique facultas libera non denegetur. PP. III. Kalend. Augu. Gordiano A. II. & Pompeiano Coss.

Sepulchrum familiare non transit ad cognatos non heredes institutos. h. d. Salyc.*

VIII. *Imp.* PHILIPPVS A. *Iulia.*

IVs familiarium [e] sepulchrorū ad adfines [f] seu proximos cognatos [g] non heredes institutos* minimè pertinet. PP. XVI. Kal. Iul. Peregrino & Æmiliano Coss.

Locus religiosus scienter vendi non potest: sed cohærentem loco religioso quis vendere potest. h. d. Salycetus.

IX. *Idem A. & Philippus C. Faustina.*

LOcum quidem religiosum distrahi non posse manifestum est [h]. verum agrum purum monumento cohærētem* profani iuris esse, ideoq; efficaciter venundari; non est opinionis incertę. PP. VI. Kal. Decemb. Philippo A. & Titiano Coss.

Corpus depositum sine licentia potest aliò exportari. h. d. Salyc.

X. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aquiliano.*

SI necdum perpetuæ sepulturæ corpus traditum [i] est: translationem eius facere non prohiberis [k]. PP. VIII. Id. Febr. Diocletiano. IIII. & Maximiano III. AA. Coss.

Reus criminis non prohibetur sepeliri. h. d. Salyc.

XI. *Idem AA. & CC. Gaudentio.*

OBnoxios criminum digno supplicio subiectos sepulturæ tradi non † vetamus [l]. PP. VIII. Id. April. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Mortuorum corpora non debent in ciuitatibus sepeliri. h. d. Salyc.

XII. *Idem AA. & CC. Victorino.*

MOrtuorum reliquias, ne sanctum [m] municipiorum ius polluatur [n], intra ciuitatem condi, iampridem vetitum est [o]. PP. III. Kal. Octobr. ipsis IIII. & III. AA. Coss.

Ista lex dicit idem quod dixi in l. si sepulchrum. quòd heredes etiam extranei habent ius sepeliendi tam in sepulchro familiari, quia censentur de familia: quam in hereditario, quia sunt heredes. sed in familiari non habent ius sepeliendi nisi sint de familia, id est de agnatione: & etiam heredes extranei, licet non sint de familia. h. d. Pau. de Castro.

VIII. *Idem AA. & CC. Dionysio.*

IVs sepulchri tam familiaris quàm hereditarij, ad extraneos etiam heredes [p]: familiaris [q] autem ad familiam [r], etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quenquam, qui non est heres, pertinere potest. S. III. Id. Nouemb. Sirmij. CC. Coss.

XIII. *Impp.* VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *Cynegio pp*.*

NEmo humanum † corpus [s] ad alium locum sine Augusti [t]* afflatibus transferat. Da. III. Kalen. Mart. Constantinop. Honorio nobili puero & Euodio Coss.

Alearum vsus est prohibitus: & qui perdit, potest repetere. h. d. Sal.

XV. *Imp.* IVSTIN. A. *Ioanni praef. prae.*

ALearum † vsus, antiqua res est, & extra operas pugnatoribus concessa. Verum pro tempore prodit in lachrymas, multa milia extranearum nationum suscipiens. Quidam enim nec ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt, die noctúque ludendo argento, apparatu, lapidibus & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare. Deo maledicere conantur: & instrumēta cōficiunt. Commodis igitur subiectorum prospiciētes, hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis vel priuatis domib. vel locis ludere, neq; inspicere. & si cōtra factū fuerit, nulla sequatur cōdemnatio, sed solutum reddatur, & actionib. competentib. repetatur ab his qui dederunt, aut eorum heredib. aut his negligentibus ab eorū procuratorib. vel patrib. seu defensorib. repetat fiscus. nō obstāte nisi quinquaginta annorū præscriptione. Episcopis vero locorū hoc prouidentib. & præsidiū auxilio vtentibus deinde verò ordinent quinq; ludos, corycoulon

a ¶ MOnumentorum. Verba sunt mihi & liberis meis. Dic, & libertis meis. sine traditione dominiū sibi non acquiritur.

b ¶ Inscriptiones. s. sic cōceptæ. mihi libertisque meis facio [a]. ¶ Et benè dicit, non [b] transferunt: quia non ex vi donationis inter viuos. cum liberti neque per se neq; per epistolam vel nuncium huic donationi consenserunt. Item nec ex vi vltimæ voluntatis quia non affuerūt quinque vel septem testes. 3 Vel secūdò dic inscriptiones tales fuisse, mihi heredibúsque meis facio & secundum hanc non prosunt libertis, cum non sint heredes. 3 Vel dic à quodam extraneo sine voluntate domini factę sunt huiusmodi inscriptiones. & ad hoc. ff. eod. l. vel quæ 4 Vel dic inscriptiones tales fuisse secundum quod dicitur de iure codicill. l. litera.

c ¶ Vobis. libertis. ¶ Sed contra. [c] ff. de mor. infe. l. longa. So. purus vel profanus locus circa monumentum præscribitur: vt hic, religiosus nō: vt ibi. 2 Alij dicunt ius inferendi posse præscribi: vt hic, sed dominium sepulchri non, vt ibi, & j. de lega. l. monumenta. Accursius.

STatuas. Nota. ex hac l. regulā, quòd omnia censentur permissa [d], quæ non reperiuntur prohibita, secūdum Pau.

d ¶ Probibita sunt. sic. ff. si seru. vindi. sicuti. §. Aristo. Et alij. ff. qui. ex cau. ma. necnon. §. sed quod. & ī. de Iudæis. l. nullus.

IVs familiarium. Nota quòd appellatione familiæ [e] non continentur cognati qui sunt cōiuncti per fœminas, nec etiam affines. h. d. Paul. de Cast.

e ¶ Ius familiarium. quod fit [f] pro se & familia, dicitur familiarē. Accursius.

f ¶ Ad affines. Excipe generum & nurum, cū familiæ [g] appellatione contineantur: vt j. de verborum signif. l. fi. ¶ Item dic qui sunt affines [h]. vt ff. de gradibus & adfin. l. non facilè. §. affines.

g ¶ Cognatos. secus in agnatis: quia [i] continentur familiæ appellatione: vt j. eo. l. ius sepulchri. quæ est contra. & insti. de legi. agna. tu. §. sunt autem. & ff. de verb. sign. l. pronunciatio. § communi. & ff. de adop. l. qui in adoptionem. hodie tamen idem videtur in cognatis: vt in auth. de here. quæ ab intest. §. nullam. collat. ix.

h ¶ LOcum.] Manifestum est. vt & ī. eo. l. si sepulchrum. & insti. de empt. & vend. §. fi. & ff. eo. l. vel quæ. § fi.

i ¶ SI necdum.] Traditum est. vt ff. de sepulc. viola. l. iij. §. non perpetuæ, aliàs secus: vt ī. eo. l. j. & j. eo. l. nemo.

k ¶ Non prohiberis. vt ff. e. si quis enim eo animo. & de cad. pu. l. j. & ij. & fin. Accursius.

l ¶ OBnoxios.] Non vetamus. Imò hodie petitio est necessaria, si vel in certum locum relegatus est, vel capitaliter damnatus: vt ff. de cadau. pu. l. j. & ij.

m ¶ MOrtuorū. Sanctū. vt inst. de rerum diui. § sancta.

n ¶ Ius polluatur. Videtur ergo quòd reliquiæ pollutæ sunt, quod dici potest. 2 Vel dic quòd plerunque euenit vt res non polluta per se, alij iuncta polluat aliā, vt æs auro, sic & hic.

o ¶ Vetitum est. vt & ff. de sepul. vio. l. prætor. §. diuus.

p ¶ IVs sepulchri.] Heredes. s. pertinet.

q ¶ Familiaris. i. sepulchri ius.

r ¶ Ad familiam agnatorum, non cognatorum: vt ī. eo. l. ius & facit ff. e. l. vel quæ in prin. & de suis & legiti. here. l. j. § interdum.

s ¶ NEmo.] Corpus perpetuæ sepulturæ traditum, aliàs contra. ī. eo. l. si necdum.

t ¶ Sine Augusti. i. papæ. ar. ff. de mor. infe. l. fi. ff. eo. offic.

* transferunt.

* res. mihi, & licet.

a Hæc prima positio non placet scribentib. hic.

vbi absens degit. *& ad hoc j. de fide instru. l. iudices. & s. de iura. calum. l. ij. §. sin autem. & auth. principales. & ff. eo. l. ad personas. & s. fin. regund. l. si quis.*

a ¶*Euentus.* vt si illatũ sibi susceperit & præstiterit vincat, idem est si relatum præstat. si autem relatum vel illatum sine causa recusat, amittat causam: nec liceat ei qui intulit, appellare.

b ¶*Neutrũ.* i. neq; p se, neq. per procuratorem.

c ¶*Iudicis.* coram quo iuratur.

d ¶*Ab vtraq; parte.* cum alteri parti fuit delatũ, & ab ea alteri relatum, vel cũ vnicuiq; fuit delatum super diuersis capitulis, & sic vtriq. profuit sententia.

e ¶*Ab altera.* cũ alteri parti fuit delatum, & ab ea præstitũ: in quo casu condemnatur in expẽsis[a] pars quæ detulit. & sic secundùm *l. properandum. §. si autem alterutra. s. de iud. & in auth. de iud. §. oportet. col. vj.* ¶Itẽ no. de[b] expensis officio iudicis imponendis. *& ad hoc j. de app. l. eos. §. si quis autem. & j. de test. l. quoniam liberi.*

f ¶*Vel litis.* vel ꝑ id est.

g ¶*Mẽbris.* i. capitulis[c].

h ¶*In domibus.* ratione sexus vel dignitatis: *vt ff. eo. l. ad personas. & l. iusiurandum & ad pecunias. §. si de qualitate. & s. de iur. calum. l. ij. §. j.*

i ¶*Oratoriis.* i. super altari.

k ¶*De calumnia.* quod præstatur à delerẽte. & de his habes *ff. eo. l. iusiurandu. & ad pe. §. ait prætor. & §. qui iusiurandum.*

l ¶*Legibus.* super iuramento calumniæ, & in litem, vt in aliis: *vt not. ff. e. l. j.* etiã super isto excepta recusatione: qđ hodie fit & tẽpore sententiæ: *vt s. ea. l. in prin. & §. sin autem ii cui.* nam olim fiebat post sententiam: *vt s. ead. l. in princip.* ADDITIO. Tu dicas hanc glos. communiter probari per doctor. in eo quod dicit duo noua hac lege iudici contra iura vetera. De secundo enim diximus. s. *ea. l. in fi.* De primo verò, scilicet quòd hodie[d] possit iuramẽtum iudiciale recusari: dic hoc verũ sub existente causa: vt satis probat titu. s. *in § sin autem ii cui. iuncto §. seq. & sic l. manifestè ff. eod.* non corrigitur hodie, vt dicunt communiter ibi doct. Vide Abbatum. *in cap. fin. in princ. extra eo. vers. sed contra prædicta.*

m ¶*Cauta sunt.* exceptis casibus duobus primis huius l.

† Iuramentũ iudiciale vel necessarium potest præstari per partem aduersano etiam absente: & valebit sicut si aduersarius esset præsens.

a Sicut victus victori debet in expensis condemnari, ita & is qui detulit iuramentum.

b Expensæ iudicis officio imponuntur.

c Potest vna dilatio dari ad probanda plura capitula interesse non repugnantia, & pendente dilatione super vno, poterit de aliis cognosci vt hic. Quod si repugnantia erant singulis, singulæ dilationes dantur. ita vt pendente dilatione super vno, conquiescat iudicis officium in aliis l. sive pars. s. de ea aptemb.

† Dilatio sing. est etiam secundùm Ang. Al. quòd licet dilatio detur super vno, licet pendeat super aliis, tamen iudicantis officium non cessat, & ita limitata est lex sive pars. s. de dila.

d Iuramentũ iudiciale an possit recusari.

e Iuramentum iudiciale prætextu testamenti retractatur. vt hic, adde quæ scripsi ad l. 1. ff. de ... in verbo, testamenti ff. quemad. test. aperiantur. ad. ... Roman. fin. ... 97.

testificatione iuramentũ ab ea vel dari, vel referri, vel recusari, hoc ꝓcedere: vt singulis casib euentus[a] iá definitus imponat: licẽtia dáda etiá parti alteri, vel per se vel per procuratorẽ super hoc ipsum ordinatũ, adesse his quæ de iuramento aguntur, vel si neutrum[b] facere maluerit, & ex vna parte†, sub fide tamẽ gestorũ iuramẽtum præstari, vel referri, vel recusari: expensis propter huiusmodi causam præstãdis, officio iudicis[c] trutinãdis, an ab vtraque[d] parte, an ab altera[e] oporteat eas res depẽdi: nullo tamẽ ex hoc litibus impedimẽto generãdo, sed donec ea procedat, aliis vel capitulis† vel litis[f] membris[g] à iudice examinádis: & postquá fuerint ei intimata gesta super iuramẽto subsecuta, tunc iterũ ad hoc capitulũ iudice redeũte: & eo adimpleto ad cætera ꝑueniente: omnib' aliis quę de præsentibus sancita sunt & in absentium parte obseruandis.

Secundùm qualitatẽ personarum iudex cõpellit ad cõparendum in iudicio personaliter, vel mittit ad domũ. Itẽ lex noua in dubio nõ præsumitur corrigere veterem. Bald.

In omnib' autem casibus in quibus sacramenta præstantur, obseruationẽ iudicialẽ permanere cẽsemus secundũ ꝑsonarum qualitatem, siue sub ipso iudice præstari oportet iuramentum, siue in domib'[h] siue sacris scripturis tactis, siue in sacrosanctis oratoriis[i]. Similique modo in sua firmitate manere, quæ de calumniæ[k] iureiurandò vel relato sacramẽto legibus[l] cauta[m] sunt, vel à nobis vel à retrò diuis principibus introducta. nõ enim vt aliquid derogatur antiquioribus legibus, hęc prolata sunt, sed vt si quid deesse eis videatur, hoc repleat. Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. III. Kal. Nouem. Decio V.C. Coss.

Ista est not. & facilis lex, & hoc intẽdit: Causa vltimæ voluntatis falso iuramento decisa retractatur veritate reperta: & in causa executionis testamenti potest obiici l. Falcid. beneficium. h. d. not. Bald. Vel sic: Iuramentũ super vltima voluntate præstitum retractatur, si contrarium postea probetur. & si Falcidia immineat, illa detrahitur iuramento obstante. Salyc.

XIII. *Idem A. Ioanni P. P.*

CVm quis legatũ vel fideicommissum, vtpote sibi relictũ exigeret[n], & testamento fortè non apparẽte, pro eo[o] sacramentũ ei ab herede delatũ esset, & his religionem suam pręstasset, affirmans sibi legatũ vel fideicõmissum derelictum esse, & ex huiusmodi testamẽto id quod petebat*, consecutus esset, postea autem manifestum esset[p] factum, nihil ei penitus fuisset derelictum: apud antiquos quęrebatur, vtrũ iuriiurando stãdum esset, an restituere deberet quod † accepisset[q]: vel si re vera ei derelictum fuisset legatum[r] vel fideicommissum, an daremus[s] licẽtiam heredi Falcidiam si cõpetat, ex hoc retinere? Nobis itaq; melius visum est, repeti ab eo legatum, vel fideicõmissum, nullùmque ex huiusmodi periurio lucrum[t] ei accedere. Sed si verum fuerit inuentũ: quartæ detentionem introduci (si tamen locũ habeat) ne cui[t] † ex delicto impium sibi lucrũ afferre nostris legibus cõcedatur. D. XV. Kal. Nou. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestæ. VV. CC.

TITVLVS II.

SI CERTVM PEtatur.*

Onera hereditaria inter heredes pro hereditariis portionibus diuiduntur: etiam si in prælegatis sit inæqualitas. h. d. Bal. Vel sic: Heredes tenentur ad onera hereditaria non pro modo prælegatorum, sed pro hereditatis rata. Salyc.

CVm quis.] CASVS. Testamentum fecisti, heredem instituisti. ex eodem testamento fundum quasi mihi relictum ab herede petij: heres negauit fuisse mihi aliquid relictum. non apparente[e] testamento, detulit mihi heres iuramentum: quæritur an restituere debeam quod accepi, cum appareat post nihil mihi fuisse relictum? Respond. quòd sic & hoc in prima. Si verò aliquid fuerit mihi relictũ, sed erat quæstio inter me & heredes an detrahere possent Falcidiã. & delato mihi iuramento iuraui Falcidiæ locum non esse. si postea autem iuramẽtum retractando posset heres Falcidiam detrahere, quæritur? Dicitur quòd sic: vt nõ ex periurio meo lucrum consequar. & hoc in secunda.

n ¶*Exigeret.* in iudicio.

o ¶*Pro eo.* s. legato.

p ¶*Manifestum esset.* non per testes, sed per scripturam testamenti secũdum P. vel dic etiam per testes.

q ¶*Accepisset.* hoc primum soluit infra, nobis itaq. &c. aliam quęstionem soluit ibi, sed & si verum, &c.

r ¶*Legatu.* ¶Contra *ff. de dolo. l. quod si deferente.* Sol. transactio* non valet in rebus testamenti antequã aperiatur: *vt ff. de transact. l. de his controuersiis.* & sic fuit hic.

s ¶*Licẽtiam.* Imò videtur stari delationi: *vt ff. de dolo. l. quòd si deferente. & l. sequenti.* vel si iuratũ est sine delatione, tunc detur de dolo: *vt in eod. titu. l. si legatarium. quæ sunt contra.* non cõdictio indebiti, de qua hic dicit. Solu. Hæc corrigit illas quo ad hunc casum. & erit ratio, quia sacramẽtum[b] obtinet vim transactionis: *vt ff. eod. l. j. & ij.* sed trãsactio[c] nõ potest fieri nisi cognitis verbis testamẽti, ergo nec iuramentum deferri: *vt ff. de transaction. l. de his. & quemadmo. testam. aper. l. j.* Vel ibi erant cognita verba testamenti: hic non. ¶Item not. hic speciale[d] vt retractetur iuramentum: *vt ff. eo. l. admonendi.*

t ¶*Ne cui.* potes intelligere vt de Falcidia nõ fuerit facta quæstio: & ideo ipso iure in ea nõ obstat iuramentũ. 2. Vel secundò dic quòd de ea fuerit facta quæstio, & sacramentum delatum, & iuratum quòd Falcidia non habebat locum. nam dicit ex hoc delicto. sed potest intelligi de alio priuato delicto.

a Transactio de rebus testamento comprehensis nõ valet ante tabulas testamenti apertas.

* placebat.

b Iuramentum obtinet vim transactionis.

† hoc quod accepit

c Transactio non potest fieri nisi cognitis verbis testamenti.

* si deman.

d Iuramentum regulariter nõ retractatur.

† quia.

* al. petatur.

SI CERTVM PEtatur.

De[e] actionibus personalibus dicturus, de conditionibus præmittit. & primò de illa quæ petitur certum, quæ est generalis: vt ff. eodem. leg. certi. specialiter etiam dicit hic tit. de condictione certi ex mutuo, in qua seruantur quædam specialia: vt ff. eod. l. singularia. & quod hic dicit si certum petatur, id est, mutuum. nam restringitur eius significatio. alij dicunt esse actionis nomen: vt ff. de triti. l. 1.

e Cõdonatio.

NEque.] CASVS. Testamentum fecisti. duos heredes instituisti. alteri fundũ prælegasti: qualiter inter eos æris alieni faciẽda est diuisio: an pro portionib. hereditariis tantũ nõ habita ratione prælegati,

prælegati, an habita? Rń. quòd ius institutionis non prælegati inspiciendū est: & qui aliud desiderat, neq; rem vsitatā, neq; æquam desiderat, siue dirigit sermonem ad eum cui nihil erat prælegatum, volentem habere rationem prælegati, qui non videtur hoc ignorasse q pro portione hereditaria faciēda sit diuisio æris alieni: cū ipse creditoribus pro portione sua cauisset. Viuia.

a ¶Neque æquam. quoad ius scriptum. Accur.

b ¶Neque vsitatam. quoad consuetudinem.

c ¶Æs alienū. quod pater tuus debuit: vt ff. de verb. sign. l. cedere. §. æs alienum.

d ¶Pertinere. vt supra de pact. l. pacto. & fam. herc. l. licet. & l. ex qua. & j. de heredit. act. l. creditores. & l. pro hereditariis. & infra de excep. l. j. 2 Et est alia ratio, quia personalis[a] obligatio non sequitur fundum etiam prælegatum: vt ff. ad Trebell. l. j. §. si hæres. 3 Item & alia, quia legata non consueuerunt esse de damno: vt ff. mand. l. si hereditatem. sed reuocātur propter æs alienum, & debitum bonorū subsidium: vt sint nulla: vt ff. de heredi. instrum. l. ex facto. ij. §. vnde scio. & infra de iure deliberan. l. scimus. §. licentia danda creditoribus.

e ¶Caueris. per quod agnoscere videris pro rata: vt infra ad leg. Falcid. l. j.

a v. Socinum regula ... personalis obligatio fundo non sequitur. ... decis. ... vel.

I. Imp. SEVERVS & ANTONINVS A A. Modestino.

NEQVE æquā[a], neq; vsitatam[b] rem desideras, vt æs alienum[c] patris tui nō pro portionib[us] hereditariis exoluaris tu & frater coheres tuus. sed pro æstimatione rerum prælegatarum: cū sit explorati iuris, heredes pro portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinere[d]. Quod nec tu ipse ignorare videris, cum creditoribus secundùm formam [veteris*] iuris [pro portione tua] caueris[e]. Dat. Kalen. Iul. Chilone & Libone Coss.

Ista est not. lex. Qui pecuniam alienam suo nomine mutuat, sibi stipulando ius quærit: quod cedere tenetur. h. d. Bal. Vel sic: In pecunia aliena non consistit mutuum, tamen numeratori sibi stipulanti quæritur actio, non domino, nisi vt cedat eum compellat. Salyc.

II. Imp. ANTONINVS A. Hermogeni.

QVamuis pecuniam tuam[f] Asclepiades suo[g] nomine crediderit, stipulando[h] tamen sibi ius obligationis[i] quæsiuit quam pecuniam vt possis petere, mandatis[k] tibi ab eo actionibus cōsequeris[l]. PP. VII. Kalen. Maij. Messala & Sabino Coss.

QVamuis.] CASVS. Pecuniā meā Titio tu nomine tuo mutuasti, & eam tibi reddi tuo nomine stipulatus es. an mihi quæsita sit actio aduersus Titium? Respon. non, si pecunia consumpta fuerit. Sed qua actione ne conueniam, nō aperit. Tu dic vtili nego. gest.

f ¶Pecuniam tuam. per quod videbatur tibi quæsita actio.

g Suo. si autem tuo, esset tibi actio quæsita: vt ff. eo. l. certi. §. si nummos. licèt tibi stipulatus esset, nulla tibi quæreretur actio: vt in eo. l. §. quoniam.

h ¶Stipulādo. nisi enim esset stipulatus, nō quæreretur sibi actio nisi ex consumptione. nam eo modo reconciliatum[b] esset mutuum: quod dic vt ff. e. l. ij. §. appellata. ¶Item an nouet[c] stipulatio sequens actionem, quæ oritur ex numeratione, & quando, dixi ff. e. l. certi. §. quoniam. in glos. condicere &c.

h ¶Stipulando. similiter per vsucapionem. ff. e. l. non omnis numeratio. circa princ.

i ¶Ius obligationis. certi condictionis ex stipulatione, non ex numeratione &c.

k ¶Mandatis. s. vt negotium tuum gessisse videatur te ratum habente in subsidium, pecunia consumpta per debitorem.

l ¶Consequeris. vtili negotiorum gestorum: vt 3. de rei vind. l. mater. & j. de rebus alien. l. ij. vel depositi. si erat deposita, & generaliter ex quouis contractu ex quo apud eum fuit. ¶Sed quid si pecuniam alienam, quam dedi mutuo, stipulatus sum mihi reddi, & dominus pecuniam suam vindicet antequam consumpta sit, an tenebitur mihi ille cui numeraui? Videtur quòd non, argum. ff. de in rem ver. l. sed dicendum. & ff. de cond. sine cau. l. j in fi. & l. ij. & iij. ¶Item pro hoc. ff. de stipu ser. l. j. & y. Sed econtra videtur quòd sic: quia in genere debitor est, quod non perit: vt j. eod. l. incendium. primum verius est. ¶Item quid si dedi pecuniam alienam mutuo, nec debitor vult eam consumere, qualiter à me conuenietur? Videtur quòd non possit, arg. ff. eod. l. non omnis. §. & cum pecunia. Item condictio sine causa datur: quia ex causa est apud eum, quæ non est fi-

b Mutuum reconciliatur consumptione.

c Stipulatio sequens an nouet actionem quæ oritur ex numeratione.

nita: nec datur respectu possessionis: quia ad certæ pecuniæ possessionē non est adstrictus. Magis videtur verū[a] vt teneatur quasi consumpta pecunia: quia per eum fit ne consumat: vt ff. de condit. & demonst. l. iure ciuili. si verò bona fide hoc faciat, non tenetur: vt quia est ei denunciatum à domino ne consumat: vt ff. eo. l. nam & si fur. & facit j. de distractio. pign. l. si maritus. & 3. de rei vindicatione. l. si ex ea pecunia.

a Illud approbare videtur Cyn. hic.

Qui officiū in prouincia administrat, fœnus exercere nō potest. Bal.

III. Imp. GORDIANVS A. Sempronio.

EOs q. officia administrāt[m] neq; per se, neq; per suppositas personas tēpore officij sui in prouincia fœnus[n] agitare posse, sæpius rescriptū est. PP. VIII. Kal. Sebtembr. Gordiano A. & Auiola Coss.

EOs qui.] CASVS. An potestas Bonon. du. 2 c sua administratione per se vel per suppositam personam pecuniā fœnori dare Bononiensi possit, quæritur? Dicitur quòd non.

m ¶Administrant. ad tēpus. secus si sunt perpetui: vt ff. eod. l. præsidis in princ.

n ¶Fœnus. s. fœnerādo 2 Alij idē si sine fœnore dent: & idem in quo libet contractu: vt ff. eo. l. & principalibus. & supra de contra. iudic. l. j. & ff. de contra. emp. l. non licet. & l. qui officij. & idem argu. sumere videtur q possit: vt d. l. ff. eo. l. præsidis in fin. quod intellige à non subditis: ne sit contra. j. e. l. pe. Accur.

Qui nomine domini mutuat: si dominus nomen debitoris ratum non habet, agit actione mandati vel vtili, absque cessione. h. d. & est no. Bald.

IIII. Impp. PHILIPPVS A. & PHILIP. Cæs. Maximo.

SI absentis[o] pecuniam nomine eius[p] fœnori dedisti, ac reprobato nomine[q], mandatis actionibus[r] experiris: præses prouinciæ iurisdictionem suā præbebit. Idem[s] si cessare[t] mādatum[u] animaduerterit, vtilē[x] tibi[y] aduersus debitorem actionem eo nomine competere non negabit. Propos. XV. Kal. Mart. Præsente & Albino Coss.

SI absenti.] CASVS. Absente me pecuniam meam & meo nomine Titio mutuasti, quē cōuenire volebā, sed mutuum reprobaui: qualiter mihi succurratur ad recuperationem pecuniæ à te mutuatæ, cum tecum actionē non habeam, quæritur? Resp. quod cedam tibi actionē, & vteris iure cesso. Si verò nō cedam: quia non compellar, nisi te conuenissem, & tu exciperes, quia nomine meo mutuasses, quo casu per exceptionē compellerer cedere: tunc vtilē actionem quasi fictione quidam nomine tuo mutuasses, præses prouinciæ tibi competere non negabit.

Not. est, & hoc dicit. Numeratio in persona vnius non obligat alios, nisi constituerint se reos debendi in solidum re vel verbis vel chirographo. & biennium sit elapsum vel inuicem fideiusserint. Bald. Vel sic: Plures rei debendi possunt in solidum tam re quàm verbis constitui, & plus valet verum, quàm simulatum. Salyc.

o ¶Si absentis. s. Titij.

p ¶Nomine eius. vnde directam actionem ei non tibi quæsisti: vt ff. eo. l. certi. §. si nummos.

q ¶Reprobato nomine[c]. ab eo cuius fuit pecunia volente eo agere tantùm aduersus te. ¶Et dic nomine, i. contractu vel actione. 2 Vel dic debitore. 3 Vel dic quòd reprobat per in integrum restitutionem. 4 Vel verius reprobat eo ipso quòd non vult agere ex actione sibi quæsita. 5 Alij dicunt eo quòd ratum non habet: quod non placet: sed licèt reprobet, vt dixi: tamen ei est quæsita etiam ignoranti[d] & inuito: vt ff. allegatur de actio. & oblig. l. si à furioso. & ideo eam cedit: vt hic dicit. ¶Sed quid si dederit nomine[e] absentis, & postea incontinenti sibi stipulatus est? Fortè dici potest vt tantùm ex stipulatione agatur: vt ff. de nouat. l. cum enim. nec dicam priori ablatam actionem: quia nec habuisse videtur. 2 Vel dic aliud esse cū quis suo nomine numerat, & postea stipulatur: & aliud cum alterius nomine dedit. sic ergo tenetur duob. & cui primò soluerit, ille habebit. 3 Vel dic quòd non potuit nouare: vt ff. de procurat. l. mandato. & l. procurator tutorum. & de iud. l. si petitor. & hoc placet.

r ¶Actionibus. Si[t] cedat tibi, actionem directam habes: sed si non, vtilem.

s ¶Idem. præses prouinciæ.

t ¶Si cessare. quia nō cogitur mandare: nisi opposita exceptione.

u ¶Mandatum. i. cessionem.

x ¶Vtilem. quasi tuo nomine dedisses: vt ff. de admin. tut. l. cum quæritur. & ad hoc j. de contra. iudi. l. si non.

y Tibi. s. mutuanti, vel cuius nomine est numerata.

b Alteri per alterum quæri potest actio mutui.

c Vtrum quæri el possit actio qui rem non habeat.

d v. Balbum tract. de præscr. 4. 3 parte 2. q. 9. num. 6.

e Notāda sunt hic e parallela ab interprete tibus notata. Interdum enim numeramus & stipulamur condi... nostro nomine, vel alieno. Interdum numerāmus alieno nomine stipulamur nostro. Interdum numeramus nostro nomine alteri stipulamur. v. Balbum ... de quib. v. Bal. hic. vbi etiam numerat alia quatuor parallela. Interdum enim impersonaliter numeramus & stipulamur. Interdū impersonaliter numero, i personaliter stipulor. & econtra. Interdum vtiliter pro ... ritus ... stipulatur. f. e. l. ij. de obl.

a ¶Si non singuli.] CASVS. Tres fuerunt confessi se mutuo decẽ accepisse, & vni tantùm fuerunt numerata, dicit quòd alij duo non tenentur: si nullum tamen horũ quatuor interuenerit, id est, quia non obligauerunt se in solidum re vel verbis constituentes se reos, vel si non fideiusserunt pro eo qui accepit, vel nõ est lapsum bienniũ. Item eodẽ modo prosequeris in tribus qui cõfessi fuerunt se accepisse oleum, sed vni numerata fuit pecunia. nã duo non tenentur, nisi aliquid supradictorum quatuor interuenerit: sed nunc tenentur sicut tertius tenebatur. Item illi etiam cui est pecunia numerata, nõ tenetur ad oleũ, sed ad pecuniam quam verè accepit, nisi in stipulatione fuerit oleum deductum: *vt* ǰ. *l. proxim. distinguitur.*

b ¶*In solidum.* te & ipsis mandantibus & volentibus.

c ¶*Quãtitate.* quia[a] numeratione tenetur in solidum: sed hoc quomodo, cum eiusdem[b] pecuniæ & dominium vel possessio non possit penes plures esse in solidum: *vt ff. commo. l. si vt certo. §. fin?* Respon. si vni numeretur aliorum voluntate: *vt ff. de solu. l. qui hominem. §. j. & ff. de duobus reis. l. eandem & ad hoc. ǰ. de duobus reis. l. exprimere. & ǰ. loca. l. si divisa.*

d ¶*Vel stipulanti.* repete, si non: & sic fierent per stipulationem duo vel plures rei debendi: *vt instit. de duo. rei. in prin. & ǰ. de duob. reis. l. propter.* Accur.

e ¶*Vel intercessionis.* repete, si non. si ergo intercessissent, in solidum tenerentur: *vt inst. de fideiuss. §. si plures.*

† *al. additur negatio non.*
° *al. pro eo.*
† *si pro pecunia.*
a Numeratione an & quo modo possunt duo rei constitui.
° In quibusdã exemp. sic legitur: cùm si de reddendo oleo stipulatio nulla subiecta est, &c.
b Dominium & possessio eiusdem pecuniæ non potest esse penes plures ad solidum.

V. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. *Aristodemo & Proculo.*

Si non singuli[a] in solidum[b] accepta mutua quantitate[c], vel stipulanti[d] creditori sponte vos obligastis: licèt vni numerata sit pecunia, vel † intercessionis[e] nomine hanc pro reo suscepistis obligationem: frustra veremini ne eius pecuniæ nomine vos conuenire possit, quam alij mutuo dedit, si intra præstitutum tempus[f] rei gestæ[g] quæstionem detulistis. Ac multò magis[h] inanem timorem geritis, si † pecunia[i] numerata oleum susceptũ instrumento sit collatum: cum si reddẽdi° stipulatio[k] nulla subiecta est, & huius rei est habita solennis cõtestatio[l]: in suo statu remanente eo quod verè factum intercessit[m], ex olei accepti scriptura nihil deberi[n] manifestum est. S.V. Non. Maij. AA. Coss.

Debitum ex causa vna, potest in alia causa mutui per stipulationem transferri, non simplici confessione, nec nudo pacto. Et licèt confessio fiat per instrumentum, tamen non operatur idem quod stipulatio: quia stipulatio est efficacior contractus qui sit in iure. hoc dicit secundùm Baldum.

f ¶*Præstitutum tempus.* i. biennium: *vt inst. de lit. ob. §. multum.*

g ¶*Rei gestæ.* qualiter fuistis confessi: sed alij fuit data, & non vobis vt sperabatis: *vt infra de condict. ex lege. l. fi.* ¶Sed oppo. hic non proponitur quòd interuenit scriptura confessionis: ergo etiam post biennium potest excipi, cùm biennium[c] obligat vbi literæ interueniunt. Sed dic hic[d] etiam fuisse scripturam. ¶Item nec ob. infra *plus valere quod agi. l. j.* quia illa litera fallit in obligatione literarum.

h ¶*Multo magis.* supra fuit vna simulatio, hic duæ: & ideò dicit multo magis.

i ¶*Si pecunia.* Quidam habent, si pro pecunia numerata: & secundùm hoc ponitur casus in hoc loco, vt ponitur ǰ. *l. proxi.* ideo subiicit, cum si reddendi &c. quia si stipulatio nouandi animo interponatur, contra est, *vt* ǰ. *l. proxim.* Sed hoc non placet, quia tunc non fieret confessio olei spe accipiendi pecuniam, cum iam erat accepta ab illis qui de oleo confitentur: vnde non haberet locum de protestatione exceptionis quam dicit hic locum haberet: et subiicit, & huius rei est &c. & ǰ. *de non num. pecu. l. aduersus.* & alij habent sine pro, quæ est melior. Et dicet pecunia numerata, scilicet vni, confessi sunt alij duo de oleo: & ideo subiicit, cum si reddendi &c. quia si stipulatio interuenit ab aliis duobus, datur exceptio in factum: *vt* ǰ *de non num. pecu. l. non vltra.* Vel secundùm istam eandem literam dic, numeratæ, i. numeranda. *sic* š. *de leg. & consti. l. j.* & sic non fuit alicui numerata & secundùm hos duos vltimos modos soluitur contrarium ǰ. *de rer. permut. l. rebus.* cum istis confitẽtibus non fuit numerata aliqua pecunia vel aliquid aliud datum. Item secundùm primum non fuit facta confessio post numerationem in continenti.

k ¶*Stipulatio.* de oleo scil. sed tantum confessio huius rei de oleo non accepto.

l ¶*Contestatio.* ante biennium.

c Peremptoria non numeratæ exceptio post biennium etiam opponi non aduersus scripturam confessionem ad vsum nõ scriptam. v. Gl. *Auth. rogati in verbis confessionis de Testibus.*
d Exceptio nõ numeratæ pecuniæ limitata tempore, ità habet locum in contractis non celebratis in scriptis.

m ¶*Intercessit.* s. numeratio pecuniæ.

n ¶*Nihil deberi.* s. ab accipiente pecunia m.

Si ex precio.] CASVS. Debebas mihi decem ex causa venditionis: rogasti vt dimitterem penes te ex causa mutui: & dimisi: & stipulatus sum ea nouãdi animo mihi reddi ex causa mutui: & similiter stipulatus sum vsuras, licèt falso demonstres te debere ex causa mutui: quia nouata est prima obligatio dicitur quòd legitimas vsuras petere potero. si verò vsuras per stipulationem non promisisti, sed obligasti te ad reddenda decem in instrumento ex causa mutui, & simpliciter conuenisti mihi dare vsuras, eas petere non potero: nec mutatur prima obligatio. Viuia.

o ¶*Si ex precio.* id est, quantitate debita pro precio cuiuslibet venditionis puta.

p ¶*Nouatione.* ipsius sortis.

q ¶*Per stipulationem.* & animo nouãdi hoc modo[a], Decẽ quę mihi debes ex venditione tali, confiteris ex causa mutui te debere, & ex causa ea reddere per stipulationem promittis & vsuras, & animo nouãdi priorem obligationem ex venditione. aliàs non fit nouatio: *vt* ǰ. *de noua. in fi.*

r ¶*Præmissa.* in instrumento.

s ¶*Substantia.* inspicitur ergo quod causa ista suberat: *vt hic, & infra ad Maced. l. si filiusfam. aliquid.*

t ¶*Citra.* id[b] est sine stipulatione.

u ¶*Conscriptum est.* scilicet in chirographo.

† *mutuo in agendis.*
a Formula nouandæ quantitatis ex venditione debitæ in mutuum.
‡ *Placuit addi.*
§ *Id est, aut est præstatur. l. vbi.*
b Citra pro sine.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Nicandro.*

Si ex precio[o] debitæ quantitatis, facta nouatione[p], per stipulationẽ[q] vsuras licitas ab eo contra quem supplicas, stipulatus es: falsa mutuo† datæ quãtitatis demõstratio præmissa[r], cũ obligationis substantia[s] non defecerit, quo minus vsque ad modum placitum vsuræ possint exigi, nihil nocet. Si verò citra[t] vinculum stipulationis tãtũ mutuã pecuniã datã cõscriptum[u] est, & eius præstari fœnus conuenit[x]: simulatis ꝑ infectis habitis, huiusmodi placitum nihil de præcedẽti[y] mutauit obligatione. S.XV. Kal. Decemb. AA. Coss.

Agens ex mutuo non habet necesse probare originem dominij. hoc dicit. vbi habemus cautum, frustra quærimus casum. h.d. vel aliter. Repetenti mutuum non potest opponi exceptio turpis quæstus. h.d. & iste est verus intellectus huius legis. Bald.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Paltimeiæ.*‡

Non vnde originem[z] pecunia quæ mutuo datur, habeat: sed qui contraxit, si† vt propriam[a] numerauit, in huiusmodi obligationibus requiritur. S.V. Nõ. Octobr. Sirmij. AA. Coss.

Sed nonne peierauit tabellio, qui hoc scripsit? Respond. erat priuata scriptura, non publica. 2 Vel scripsit quòd sic confitebatur. & non quod sic esset veritas: vt dicebant[c] Iudæi ad Pilatum, Scribe quòd dixit se regem Iudæorum, non quòd sit rex Iudæorum.

x ¶*Conuenit.* nudo pacto, & sic peti non potest: *vt infra de vsuris l. quamuis.* sed in primo casu huius legis fuerunt vsuræ deductæ in stipulationem.

y ¶*De præcedenti.* sola[d] ergo pactione vel scriptura constitui non potest mutuum, nisi ad manus pecuniam habeat, non dico præsentem, sed in arca. ¶Et sic soluitur contra. *ff. eod. l. singularia. & ff. man. l. qui negotia.* ¶Itẽ adhuc huic responso est contra ǰ. *de non nu. pecu. l. aduersus.* Sol. hic scriptura fuit facta ad nouationẽ, ibi ad nouationis probationẽ. *sic & ff. de iud. l. exigere.* 2 Vel melius ibi causa fuit quãtitas per stipulationem, hic pacto nudo: vt hic distinguitur. 3 Vel sol. vt ibi. & concordat huic l. š. *de transact. l. cum te. &* ǰ. *ad l. Fal. l. iij. &* š. *de postul. l. sub specie. &* ǰ. *plus vale. quod agitur. l. j. & ff. de lega. ij. l. cum filius. §. dominus.*

c *Ioan.* 19.
d Mutuũ non potest sol. pactione vel scriptura constitui.

Non vnde originem.] CASVS. Mutuaui tibi pecuniam redactam ex re furtiua: (quod bene potest fieri: quia dominus est pecuniæ, licèt dominus nõ sit rei furtiuæ *ff. de furt. l. qui vas. §. fi.*) si pecuniam mutuasti, non inquiritur vnde ad te peruenerit, sed an sit tui mutuantis.

z ¶*Vnde originem.* i. vnde peruenit ad mutuantem, dummodo sit sua, vt subiicit.

a ¶*Si vt propriam.* & sic statim nascitur cõdictio, aliàs demum reconciliato mutuo: *vt dixi* š. *eo. l. ij.* 2 Vel dic propriam, i. suo nomine: aliàs alij quæritur condictio: *vt ff. eo. l. certi condictio. §. si nummos.* Accursius.

Si pro mutua.] CASVS. Volebam à te mutuo accipere pecuniam: quam cum non haberes ad manum, equum vel speciẽ aliam, æstimatam puta xx. de consensu vtriusque nostrum mihi tradidisti,

disti vt ex eo pecuniam redigerem, & haberem eam tanquam mutuatam: & stipulatus es eã tibi reddi cum vsuris centesimis: & aurum tibi pignori obligaui. ex isto themate eliciuntur tres quæstiones. Prima est, an tenear ad pecuniam, cũ mihi numerata non sit. Secunda, an ad vsuras centesimas. Tertia, si pignus tantum nõ valeat, an teneat ad prædictam solidam quantitatem. Viu.

a ¶ *Æstimatas.* & sic æstimationem videris ab initio accepisse: *vt hic & ff. si certum petatur. l. rogasti. & ff. manda. l. qui negotia.* prout habes ibi in litera, nihilominus. sed si habes nihilominus, est contra. Soluitur ibi. Accursius.

b ¶ *Vsuram.* & ideo per hoc videbatur infirma promissio vsurarum: & sic nihil eo nomine peti posse. qđ est minimè verũ, sed potius hoc stipulari quis vltra statutũ modum, siue vsuras vsurarum: non ideo minus licitas duntaxat petere potest: *vt hic, & ff. de vsur. l. placuit. & ff. de condic. inde. l. 3 non sortem in prin. & j. de vsur. l. pen. auth.* sed per auth. nec licitas petet: *vt j. de vsur. authen. ad hæc.* Acc.

c ¶ *Legitima.* quantitas. Accur.

d ¶ *Pareas.* *vt j. de pign. l. j. & de distr. asl. pignorum. l. hj. & ff. si certum petatur. l. creditor. x. & j. de action. & oblig. a. l. aduersus. & de distr. actio pignorum. l. quæsitum. §. fin.* sed Veneti[a] contrarium ecuãt. Accursius.

Vtile per inutile non vitiatur, & non causa potest conuerti in causam mutui, nudo pacto apposito in continenti: secus si ex interuallo: vt supra eodem. l. si ex precio secundum Bartol. h. d. Bal. Vel sic: Si datur species æstimata pro pecunia mutuanda, contrahitur mutuum. vsura tamen promissa non debetur vltra: nec vitiatur intra legitimum modum, & insufficientia pignoris non impedit totius debiti exactionem. Salycetus.

VIII. *Iidem AA. & CC. Proculo.*

SI pro mutua pecunia quam a creditore poscebas, argentum, vel iumenta, vel alias species vtriusq; consensu æstimatas[a] accepisti, dato auro pignori licèt vltra vsuram[b] * centesimam vsuras stipulanti spopondisti: tamen sors quæ æstimatione placito partium definita est, & vsurarũ titulo legitima[c] [summa †] tantum rectè petitur. Nec quicquã tibi prodesse potest, quod minoris esse precij pignus quod dedisti proponis, quo min⁹ huiusmodi quãtitatis solutioni pareas[d]. S. XVII. Ianua. AA. Coss.

* vltimam.

† deest in plerisque, & videtur irrepsisse ex Glossa.

a Venetorum obseruatio, si mihi est Glossa in l. vj. de pignoribus. & l. creditor. ff. si certum petatur. vide infra.

CVm te.] CASVS. Titius & Sei⁹ Gallio in Gallia decẽ mutuauerunt, reddenda Romæ. Titius in solidum petere volebat: nũquid potuit? distinguitur: aut Titius & Seius constituerunt se duos reos credendi in solidum, re vel verbis, aut non. Primo casu in solidum petere potest: vel si Seij esset procurator vel eius heredis. Secundo casu Titius solã dimidiã partẽ consequetur: & Seius aut eius heres aliam dimidiam.

e ¶ *Cum te.* scilicet Caium.

Si plures simul mutuant, cuilibet pro parte quæritur actio, nisi sit conuentum quod sint plures rei credendi re vel verbis in solidum. Bald. & Saly.

IX. *Iidem AA. & CC. Alexandro.*

CVm te[e] in Gallia cũ Syntropho certum auri pondus, itémque numeratam pecuniam mutuo dedisse[f], vt Romæ solueretur, precibus adieceras: aditus competens iudex, si duos reos stipulandi[g], vel te pro solido[h] tibi quęsitam actionem, siue ab heredib. Syntrophi procuratorem te factũ animaduerterit[i]: totũ debitũ[k],

f ¶ *Dedisse.* Titio pone.

g ¶ *Stipulanti.* in solidum: *vt ff. de duo. rei. l. reus.*

h ¶ *Pro solido.* *vt dixi. & j. eo. l. non singuli.*

i ¶ *Animaduerterit.* s. iudex.

k ¶ *Debitum.* primis duobus casibus iure suo, sed tertio partim suo nomine, partim procuratorio: *vt ff. fam. ercisc. l. plane in pa. & facit j. de consor. eiusdem lit. l. j.*

l ¶ *Solum.* nisi lite contestata: *vt j. de consor. eiusdem lit. l. ij.*

EO quod.] CASVS. Potest poni in tribus scholaribus, qui promittunt domino collectam: eorum nomina in schedula aliqua conscripta sunt: vult dominus primò pecuniam petere ab eo cuius nomen vltimo scriptum est. dicunt illi, aut debitum primo scriptum exiges totũ, aut simul. an impedietur exactio, quæritur? Dicitur quòd non. vel sic: Mutuaui tribus pecuniã, & quilibet se in solidũ obligauit. volo petere ab vno: excipit ille quod solus conuenie͂ri non est: quia tres se obligauerunt. Resp. quòd nõ obstat exceptio mihi aliunde ab vno petere possũ & hoc in

prima. Item si mutuaui tibi pecuniã, & stipulatus sum oleũ mihi reddi: petere possum: & si debitorẽ pœniteat quòd ad oleum se obligauerit, non ob hoc rescinditur cõtractus. & hoc in secũda.

m ¶ *Eo quod.* i. cõstitue: actio nõ interpellatur, i. *nõ remouetur, eo quòd vno tantũ instrumẽto cõtinetur obligationis probatio proprij debiti singulorũ. debiti dico à multis. vel dicebat prout quodcunque debitum prius in instrumento legitur: ita prius exigẽdum videtur vel videbatur nõ posse peti, nisi totũ simul qđ in vno instrumento continetur, sed tamen aliud est: *vt ff. de mut. l. cum plures.* Accurs.

* Actionem non interpellari quid.

alioqui quod dedisti solum[l] restitui tibi iubebit. S. XV. Ianua. AA. Coss.

In vno instrumento possunt contineri obligationes diuersarum personarum: nec vitiatur instrumẽtum vel probatio. h. d. in primo responso. Item per stipulationem alia causa in causam mutui verti potest. hoc dicit in secundo responso. Baldus. Vel sic de plurium debitis vna charta vel instrumento contentis, vnum solum potest exigi, vel stipulatione nouari: nec pœnitentia vnius contrahentium dissoluit cõtractum. Saly.

X. *Iidem AA. & CC. Crispino.*

EO quod[m] à multis proprij debiti singulorum obligationis vno tantùm instrumento probatio continetur, exactio[n] non interpellatur[o]. nam si[p] pro pecunia quam mutuò dedisti, tibi vnum stipulanti[q], qui debuerant spoponderunt: negotij gesti pœnitentia contractum rectè[r] habitum non constituit irritum[s]. S. II. Non. Feb. Sirmij AA. Coss.

n ¶ *Exactio.* i. petitio.

o ¶ *Nõ interpellatur.* i. remouetur.

p ¶ *Nam si.* verè prædicta ratione non interpellatur: quia nec ista quæ sequitur. à Vel dic nam pro certè.

q ¶ *Stipulanti.* secus si sine stipulatione transacta fuit mutatio pecuniæ in vinum, vel in aliam speciem: *vt j. eo. l. si non singuli. in fin. & l. si pro mutuo.* Accur.

r ¶ *Rectè.* i. iure ciuili.

s ¶ *Irritum.* *vt j. de transact. l. quamuis. & j. de contrahen. empt. l. non idcirco. in fi. & j. de act. & oblig. l. fin.*

Casus aduersa fortuna non liberat generis debitorem. Bal. & S.

XI. *Iidem AA. & CC. Maximiano.*

INcendium[t] ære alieno[u] non exuit debitorẽ. S. II. Id. Febr. Sirmij. AA. Coss.

INcendium.] CASVS. Mutuaui tibi decẽ. post omnia bona tua per incendiũ perierunt: nunquid desinas mihi esse obligatus, quæritur? Dicitur quòd non.

t ¶ *Incendium.* vel[b] alius fortuitus casus: *vt ss. de reb. cre. si cer. pe. l. mutui datio. § si eam in contr.*

b Fortuitis casibus incendium numeratur.

u ¶ *Ære alieno.* siue sit pecunia, siue aliud genus. quod[c] enim in genere debetur, perire non potest: *vt ff. ad leg. Falcid. l. in ratione. q. § dilige͂ter. ibi, incertæ, &c. & de verborum obligationib. l. inter stipulantem. § sacram[d].* at in cęteris contractib. vbi species debetur mihi, vel mea, vel futura mea, interitu eius liberatur: *vt ff. de verbor. oblig. l. si ex legati causa. & l. si seruum.* sed fallit quod hic dicit, in nautica pecunia: *vt ff. de nau. fæ. l. periculi. & j. de nau. fæ. l. j.* Item in act. noxali: *vt ff. de nox. l. si ille. § fi. n.* & in actione de peculio: vbi tempus rei iudicãdæ inspicitur, an sit in peculio: *vt ff. de pecu. l. quæsitum. in prin. & ff. de lib. leg. l. si quis veru. § Julianus, alias est l. plurifamilias. & de fideiussoribus. l. cum fideiubeat.*

c Genus perire non potest. Itaque debitor per incendium rerum suarum non liberatur.

d Debitor an & quando liberetur per interitum rei debitæ obliga.

Obligatus soluere cum alio, siue pro parte, siue in solidum sit obligatus soluendo solidum pro parte correi, repetit à correo. h. d. text. & gl. Bald.

XII. *Iidem AA. & CC. Theophanio.*

SI in rem communem cum Ione[v] mutuam sumpsisti pecuniam[x], nec re[y] nec solemnitate verborum vos † obligastis in solidum[z]: & si eam post integram soluisti de restituenda tibi parte contra Ionem

* al. Ione. al. Yone. Generis debitum perire non potest.

SI in rem.] CASVS. In refectionem domus cõmunis mihi & Titio pecuniam mutuasti: ego totum tibi solui: an à Titio petere possim, quæritur? Resp. quòd si ego & Titius nec re nec verbis in solidum non obligauimus, & ego postea in solidum solui: Titium conuenire potero perinde ac si ei mutuassem: sed qua actione, non aperit. Tu dic neg. gest. act. vel locati.

x ¶ *Pecuniam.* puta in communem domum reficiendam.

y ¶ *Nec re.* qualiter sit, dictum est j. eo. l. non singuli.

z ¶ *In solidum.* qđ facere poteratis: *j. e. l. nõ singuli.* q. si esset & solueres, diceretis alũ liberare, nõ officio gestionis, sed natura obligationis: sed & tũc act. neg. gest. locũ haberet: *vt no. j. de duo. reis. l. j.*

a ¶ *Experiri.* actione negociorum gestorum.
b ¶ *Debitum.* i. sicut si ei mutuasses aliquid.
c ¶ *Potes.* actione negociorum gestorum. *& ad hoc ff. locat. l. si diuisa. &]. de dona. rem. l. j. & ibi not.*

E*Vm qui*] CASVS. Si pecuniã quam in rem tuam impẽdebam, mutuo accepi, & Titius creditor mutuauit non cõtemplatione tui, sed mei: quẽ nostrũ habebit Titius obligatum? Respon. quod me, qui mutuam accepi. Viuia.
d ¶ *Alienas.* sc. impendendam.
e ¶ *Dãte.* aliãs haberet eum obligatũ actione negotiorum gestorum: *vt plenè dixi ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. j.*
f ¶ *Obligatum.* scil. accipientem.

M*Vtua*] CASVS. Mutuasti mihi x. cõfectũ est inde instrumẽtum, cui subscripsit Titius tanquam testis. nunquid subscribendo videat se obligasse, quęritur? Resp. quod non: cùm ab eo ea tibi reddi stipulatus non fuisses. Viuia.
g ¶ *Subscribẽtem.* vt[a] testis, nõ vt se obliget: *vt]. de act. & obli. l. nemo. &]. de fideiuss. l. si pater &]. de admin. tut. l. si non. & no. ff. de ext. l. quidam.*

N*On aduersum.*] CASVS. Mutuasti mihi decem, postea eadẽ decem mutuaui Titio, & decessit vir me conuenire: dico me nõ esse conueniendum, sed heredes Titij, cui mutuaui. nunquid sim audiẽdus? Respon. quòd non. Viuia.
h ¶ *Postulat.* vt]. *de act. & obliga. l. cum. & de sol. l. cum à quo. &]. depos. l. si ii. & ff. de cond. ob. indeb. l. in solo.* & hoc quando non ideo tenetur quia habebat actionem. aliàs cessio[b] pro iusta præstatione est: *vt arg. ff. de pecul. l. quod debetur in fine.* Accur.

Q*Visquis.*] CASVS. Si potestati Bõñ. aliquis de sua iurisdictione mutuo fœnebrẽ pecuniam dedit: vnà cũ potestate exilij pœna plectetur. & hoc in prima. Item si duo eundem honorem ambiebant, & alter alteri pecuniam dedit vt desisteret: exilij pœna plectetur. & hoc in secunda. Alius tamen est modus petendi exemplum in hac vltima parte: sed dic vt in glos.

i ¶ *Versatus.* licèt ibi domicilium non habeat.
k ¶ *Collectarius*[c]. qui mecũ eundem desiderans honorem, dat mihi pecuniam vt desistam, & eum nõ impediam. *a* Alij dicunt, id est, qui emit honorem vt inde duplum[d] colligat: *vt in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. & §. cos. & §. si quis autem. coll. ij.*
l ¶ *Ambienti.* eundẽ honorem *a* Vel dic secundùm alium. i. ei qui desiderat pecuniam pro hoc sibi dari.
m ¶ *Pœna.* Hic[e] l. *ex]. eod. l. cos.* est contra. *ff eodem. l. præsides. & l. principali bus & ff. de vsuris. l. Caius.* Sed distingue an sint perpetui, & tunc possunt: *vt dictis legibus contrariis ff. eodem.* si verò temporales, pro re publica possunt: *vt d. l. Caius.* sed si pro se, ab homine alterius prouinciæ possunt: *vt hic, & ff. eo l. præs. dict. in §. l. à fin.* non possunt: *vt hic, &]. eo l. cos. & ff. eod. l. principalibus. & satis ad hanc l. quod diximus. ff. de offi. prato. l. Barbarius.*

a posta vel postea.
a secundi & posita posit. dantis.
a Subscribens se instrumento vt testis se non obligat: adde Gryphem. l. & summis. 16. in verbo mutuu- ff. de reg. Sanrom. regula 365.
b Cessio si quando pro iusta præstatione est.
c Collectarius qui dicat se hoc loco exposui in mea notis.
d Collectarius, quis sit ignorabile Accursius. Quis sit vero dicam.
e Hanc legem concilia & vide quæ scripsi ad d. legem præsid. & co.

experiri[a], vt debitum[b] poscẽs[*], iudice cognoscente potes[c]. S. XV. Kal. Sept. CC. Coss.

Actus agentium partunt obligationem inter cõtrahentes, quicquid sit actum inter vnum ex contrahentibus & tertium. h. d. not. Vel sic: ille qui contrahit, nomine proprio obligatur: licèt gerat in animo non cõuertere in vtilitatem suam, sed tertij. h. d. not. & est cotid. amus iste casus, & not. Bal. Vel sic: Mutuum obligat contrahentes, non dominos rerum in quibus est versum: nisi eorum contemplatione à numerante sit factum. Saly.

XIII. *Iidem* AA. & CC *Frontoni.*

EVm qui mutuam sumpsit pecuniam, licèt in res alienas[d], creditore † non contemplatione domini rerum eam fœnori dante[e]: principaliter obligatũ obnoxium remanere oportet[f]. S. XVII. Kal. Nouem. Nicomediæ. CC. Coss.

Mutuata pecunia subscriptio non nocet subscribenti. hoc dicit. Bal. Vel sic: Subscribens se vt testis, non obligatur. Saly.

XIIII. *Iidem* AA. & CC *Hadriano.*

MVtuæ pecuniæ quã aliis dedit creditor, citra solennitatẽ verborum subscribẽtem[g] instrumẽto te non habet obligatum. Sine dic. AA. Coss.

Personalis actio non sequitur debitorem debitoris: & iura non mandantur inuito. h. d. Bal. Vel sic: Creditor non potest cogi à debitore, vt eo dimisso agat contra eum cui debitor ipse pecuniam fœnerauit. Saly.

XV. *Iidem* AA. & CC *Charidemo.*

NOn aduersus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed eius cui hanc crediderás, heredes experiri, contra iuris formam euidenter postulas[h]. S. V. Kal. Decẽbr. CC. Coss.

Qui pecuniam iudici mutuat, prasumitur iudicem corrumpere: & qui propter honorem publicũ consequẽdum dat pecuniam, exilij pœna punitur. h. d. In officiale recipiente licet adsiciatur titulus mutui, præsumitur barrataria. Bald.

XVI. *Impp.* HONORIVS & THEOD. AA. *Theodoro. P. P.*

QVisquis iudici fœnebrem pecuniã mutuauerit, si in prouincia fuerit versatus[i], quasi emptor legũ atque prouinciæ, vel si quis collectarius[k*] honoris precium dederit ambiẽti[l]: exilij pœna[m] vnà cum ipso iudice plectetur. Dat. XII. Kal. Nou. Basso & Philippo Coss.

Chirographũ nõ probat debitum, nec eius solutionem: nec creditur ei si sit vltra quinquaginta libras auri, nisi assint sibi tres subscribentes qui sint bonæ opinionis. Bald.

XVII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna. P. P.*

SVper chirographariis[n] instrumentis hæc pro communi vtilitate sancienda duximus, vt si quis pecunias credere[o] supra quinquaginta libras auri voluerit[p], vel super reddito debito securitatem accipere[q], cum amplius sit memorata quantitate: sciat non aliter debere chirographum à debitore vel † creditore[r] recipere, quàm si testimoniũ triũ testiũ probatæ opinionis per eorum[s] subscriptiones idem chirographum capiat. Nã si contra[t] huiusmodi obseruationem chirographũ super pecuniis memoratam auri quantitatem excedẽtibus proferatur, minimè hoc admitti a iudicantibus oportet[u]. quod & in futuris creditis vel debitorum solutionibus locum habere oportet. D. X. Ka. Iun. Constantinop. D. N. Iustiniano A. II. Coss.

IN AVTHENTIC. de inst. cau. & fid. §. oportet verò. col. vj. constit. iij.

S*Vper.*] CASVS. Duo dicuntur in l. ista. primum, quòd si debitor in instrumento aliquo confiteatur se à creditore recepisse vltra l. libras auri: non aliter fides huic instrumento adhibenda est, quàm si tres testes adhibiti fuerint, & ei subscripserint. idẽ est si creditor confessus fuerit in instrumento sibi à debitore solutum, nec ab aliquo iudice tale instrumentum admittatur. in fine dicit quòd lex ista in futuris creditis & debitorem solutionib[9] locum habeat: non in præteritis. Viuia.
n ¶ *Chirographariis.* à cheir[a], quod est manus, & graphe quod est scriptura.
o ¶ *Credere.* i. mutuare. Accursius.
p ¶ *Voluerit.* s. creditor.
q ¶ *Accipere.* s. debitor.
r ¶ *A credi tore.* s. debitorem.
s ¶ *Per eorum.* capiat dico per eorum. &c.
t ¶ *Nam si contra.* *in authen. de fid. instru. & cauto. §. oportet.*
u ¶ *Oportet.* quantum ad probationem. Sed contra.]. *qui pot. in pign. l. scripturas.* Solu. ibi]. quãtitatem istam subsistebat contractus vel ibi rogati. ¶ Item contra.]. *de test. l. testium.* Solu. vt ibi. *& satis ad istam ff. de rescind. vendit. l. si Titium. &]. de fideicommiss. l. quæstionem.* sed hodie aliter distinguitur quàm hæc lex dicat: & ideo vide authent. sed nouo iure, quæ est ex tit. de instru. cau. & fid. §. oportet. collat. vj. quam antiqui ita habebant.

SEd nouo iure neque quãtitas vltra vnam notam auri, neque cõtractus distinguitur in ciuitate, nisi quinque testibus probatæ opinionis atque subscriptionibus adhibitis. & intelligitur hæc authent. si partes contrahunt in scriptis, & non ruri. & breuiter dicunt, si fiat contractus ruri, statur legi Codicis: nec distinguitur si sit scriptus, vel non. si verò in ciuitate, si quidem in scriptis, tunc seruabant authen. si sine scriptis, statur legi Codicis. Sed tu aliter habes authentic. Sed nouo iure quinque testes, &c. In qua figura casum hoc modo secundùm Viuia.

CASVS. Hæc auth. in parte corrigit l. C. & in parte non corrigit: & breuiter tria dicit. In prima corrigit: quia dicebatur in l. C. si quis vellet mutuare pecuniam excedentem summam l. librarum auri: oportebat adhibere in chirographo tres testes: alter tale chirographum non valebat. hæc auth. hoc corrigit, dicens quod non sufficiunt tres testes, sed quinque opus sit, si contractus fiat ab imperito literarum, & in ciuitate, & excedat prædictam summam. In secunda parte permittitur quòd in cõtractu facto sine scriptis sufficiant duo testes. In tertia dicit quòd si cõtractus fiat in agris, quòd sua vetus habet locum in toto. Cornelius. Viuian.

a Collectarius id est argentarius mensarius, vt lippisi. Al vt ci. lib. & c. cap. 22.
a Chirographa. i. vnde dictum.
† alias, vel à creditore percipere, quàm si testimonio trium testium ... chirographum ... capiat.

Contractus supra libram auri celebratus in scriptis ab imperito literarum, quinque testium egit solennitate: inter quos connumeratur tabellio. si autem sine scriptis sit contractum, testibus aut iureiurando causa deciditur. Si autem non sit in ciuitate contractum: propter simplicitatem contrahentium vetera iura seruantur. hoc dicit authen. cum supletione quæ est in corpore vnde sumitur. Bald.

SEd nouo iure quinq; testes adhibēdi sunt, si fiat ab imperito[a] literarum contractus in scriptis, & in ciuitate, & excedat libram auri. nā si quis facere quemlibet contractū ex non scripto valuerit: manifestū est quia aut per testes aut per iusiurandū fidem percipiet, actore quidē testes deducente, pulsato autem iurāte aut referēte, sicut iudex deposuerit. In agris autem, quæ hactenus valuerūt apud eos, & nunc sint firma.

TITVLVS III: DE SVFFRAGIO.†

Ex nudo pacto debetur salarium aduocato: & si salarium consistit in quantitate, vel re mobili, vel se mouente, non est necessaria certa scriptura promissionis vel traditionis: secus in re immobili. & si aduocatus sibi ius dicit, tres pœnas patitur: quia de vi punitur, possessionem restituit, & iure (quod per promissionem meruit) & patrocinio priuatur: Bald.

1. *Impp.* THEOD. ARCAD. & HONORIVS AAA. *Rufino PP.*[a]

SI qui desideria sua explicare † cupiētes[b], ferri sibi à quoquam suffragium postulauerint, & ob referendam vicem se sponsione constrinxerint[c]: promissa restituant[d], cum ea quæ optauerint[e], consequantur[f]. si artibus[g] moras nectant[h], ad solutionem debiti coartandi[i] sunt. Et si quid eo nomine in auro, vel argento, vel cæteris rebus mobilibus[k] datum fuerit: traditio sola[l] sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatē: quoniam collatio[m] rei mobilis inita[n], integra fide ac ratione cumulatur[o]. Quòd si prædia rustica vel vrbana placitum[p] cōtinebit[q]: scriptura quæ ea in alium[r] transferat[s], emittatur, sequatur & traditio corporalis, & rem fuisse completam gesta[t] testentur. aliter enim ad nouum dominium transire

† *aliàs explere.*

a *C.T. l.19 a.*

f Prohibitio quæ fit in vltima voluntate fortius stetit, quàm quæ fit in vltima voluntate.

g Debitor creditori obligari ad id potest, ne pignus alienet.

vel vt donatori, vel eius heredi conditio a, si non fuerit conditio seruata, quæratur. PP. Kal. April. Valeriano. III. & Gallieno. III. AA. Coss.

Defectus sperati patrocinij, inducit conditionem ob causam quatenus causa deficit. Bald. Vel sic: Confessus se plus recepisse quàm reuera receperit: potest non recepti liberationem condicere. Salyc.

IIII. Iidem AA. & Valeriano C. Æmiliæ.

SI cum exiguam pecuniam re vera susciperes b, longe maiorem te accepisse cauisti, eo quòd tibi patrocinium aduersarius c repromitteret: cum dicas fidem promissi nõ secutam: vt libereris obligatione eius quod non acceprũ propter speratũ patrocinium spopondisti, per conditionẽ d consequeris. PP. V. Kalend. Maij, Æmiliano & Basso. Coss.

Datum militi occasione procurationis non secuta, condicitur. Bal. & Salyc.

V. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Martiali.

SI militem ad negotium tuũ procuratorẽ fecisti e, cũ hoc f legibus interdictũ sit, ac propter hoc pecuniã g ei numerasti: quicquid ob causam datum est, causa non secuta h restitui tibi competens iudex curę habebit i. PP. X. Kal. Octob. ipsis. IIII. & III. Coss.

Simplex donatio non reuocatur: sed ubi in causa de facto erratur, condicitur per cõdictionem ob causam. Bal. Vel sic: Ancilla data vt dãtis filia manumittatur: si nõ manumittitur, repetitur: quod secus est si purè donata fuerit. Salyc.

VI. Iidem AA. & CC. Cyriani. & Plotori.

CVm ancillã patrẽ vestrũ ei contra quẽ supplicatis, dedisse proponatis: interest multum, vtrúmne donandi animo

a ¶ *Conditio.* ob causam: quam speciale est in donatione dat: vt dixi j. l. prox.

a Pactum non diuidendi rei adueniens & possessores sequitur.

b Pacti non alienandi & non diuidendi differentia.

SI cum exiguam.] CASVS. Accepi mutuo x. à quodam aduocato, & caui quòd accepi c. propter spẽ sui patrocinij, quod mihi promisit. postea ille nõ obseruauit fidem. an liberationem sponsionis per conditionem consequi possim, quæritur. Respon. quòd sic.

b ¶ *Susciperes.* pone decem.

c ¶ *Aduersarius.* id est ille contra quem agis. scilicet creditor.

d ¶ *Per conditionem.* ob causam, vel exceptionem doli mali potes te tueri. & ad hoc j. de non nu. pecu. l. minorem. & j. tit. j. l. iij. & j. de pactis l. si sub specie. & ff. de conditio. sine caus. l. iiij. & ff. de var. & extraor. cogn. l. j. § in honorariis. & j. de pact. l. creditori.

SI militem.] CASVS. Dedisti pecuniam militi, vt esset procurator tuus ad causam quandam obiectum est ei, quòd procurator esse non potest, quia miles. nunquid repetes pecuniam quam dedisti? Dicitur quòd sic, per conditionem ob causam. Viuianus.

e ¶ *Fecisti.* de facto, id est quantum ad destinationem animi tui.

f ¶ *Cum hoc.* l. vt miles procurator fiat: vt j. de procura. l. militem. & j eod. l. milites.

g ¶ *Pecuniam.* vt eam in sumptus litis erogaret, secundum quosdam.

h ¶ *Causa non secuta.* vel quia nolit esse procurator, vel quia non potest de iure: vt & ar. ff. e. l. iij. §. si liber. & j. l. proxi. licet si non obiiciatur ei exceptio, admittatur: vt ff. de procurat. l. filiusfamilias. §. milites. & j. de procura. l. ita demum, quo casu si peregit, non potest repeti quod datum est. Sed videtur huic ex huius pecuniæ datione nullam nasci actionem: vt ff. de actio. & obl. l. non solum. quæ est contra. Sol. hic loquitur cùm re contrahitur obligatio: ibi cum cõsensu vel verbis. 2 Vel hic non erat impossibilis cõditio prorsus: vt j. de procur. l. ita demum. ¶ Item contra. j. de lega. l. ab administratione. Sol. vt ibi. ¶ Et eodem modo solue aliud in eo. tit. l. si legatarius. in fi.

i ¶ *Habebit.* vt arg. ff. loca. l. ex conducto. aliàs. l. si vno. §. item cum. Et habet hoc locũ indubitabiliter, cum ignorauit militem: vt ff. loca. l. si ignorans. Et idem si sciuit militem. sed credidit eum posse procuratorem esse, vt c non noceat iuris ignorantia in damno vitãdo, sicut nec in condictione indebiti: vt diximus j. tit. j. l. j. Item si sciebat vtrumque: sed adiecit conditionẽ expresse, si fueris procurator. arg. ff. de condic. indebi. l. ij. secus si non dixisset. ar. ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. ¶ Item contra. j eo. l. fina. Sed dic, hic non stat per eum, sed per ius.

c Ignorantia iuris non nocet in damno vitando.

CVm ancillam.] CASVS. Pater tuus mihi dedit ancillam quandam, vt ancillam meam filiam suam naturalem manumitterem, distinguitur in l. ista, aut simpliciter dedit: aut dedit vt manumitterem. primo casu non reuocabitur donatio. secundo casu, si non feci quod conueni, aut quia nolui, aut quia non

nõ potuit:quia forte erat libera: cõdictio ob causam cõpetit. Vi.
a ¶ *Filiam.*scilicet dedit.
b ¶ *Non possit.* vt j.de contrah.emp.l.ij.& j.de vsucapi.de donato. l.irritam.& j de act.& oblig.l.si quidem. nisi ex causa ingratitudinis: vt j.de reuo.don.l.fi.

a Donatio perfecta regulariter reuocari non potest.

c ¶ *Non secuta.*quia nec sequi potuit de iure: vt s.l.proxi. & l.j. & ff.eod. l.iij.§.si liber. & ff.manda.cum seruus in fi.¶Et no. q; libero non potest præstari libertas, nõ iuris prohibitione, sed eius impossibilitate secundũ Ir. sed in casu valet libertas libero relicta: vt ff.de fideicom. l.generaliter. §.si homini libero. ¶ Item no.secundũm Azo. qui dicit hic cessante causa &c. habere locum, si causa fuerit finalis, non impulsiua: ar.j.de nup.l. imperialis. §. sed & si tales. & de iure do.l.si mulier dotem.

b Libertas libero præstari nequit.

c Causa cessante, quando cesset effectus.

dederit, an ob manumittendã filiã [a], quã ancillã existimabatis, cũ perfecta quidẽ donatio reuocari non possit [b]: causa verò donandi non secuta [c], repetitio cõpetat. S.II.Id.Maij.AA.Cos.

Defectus causæ in mente retentæ, non parit condictionem ob causam. hoc dicit.not. secundùm Baldum & Salyc.

VII. *Iidem AA. & CC. Gerontio.*

SI repetendi quod donabas vxori eius quẽ ad proficiscẽdũ tecũ huiusmodi liberalitate prouocare proposueras, nullã addidisti conditionem [d], remanet integra donatio: cùm leuitati perfectã donationem reuocare cupientium, iure occurratur.† S.VII.Kal. Septem. AA.Coss.

Defectus finalis causæ possibilis parit cõdictionem ob causam. Bald. Vel sic: Datum ob causam, cui recipiens non paruit cum posset, repetitur per condictionem ob causam hoc dicit. Salyc.

VIII. *Iidem AA. & CC. Flauiano.*

DIctam legẽ [e] donationi, si non [f] impossibilem cõtineat causam, ab eo qui hãc suscepit, nõ impletã, condictioni facere locũ, iuris dictat disciplina. quapropter [g] si titulo liberalitatis res tuas in spõsam [h] cõferendo, certam dixisti legẽ, nec huic illa, cũ posset, paruit: successores ipsi' de repetẽdis quę dederas, si hoc tibi placuerit, cõuenire non prohiberis. [i] S. III. Id.Febr.AA.Coss.

Accipiens à libero non implens causam, condictione tenetur: secus si accipiat à seruo proprio, vbi est hortandus, non artandus: hoc dicit secundùm Bald.

IX. *Iidem AA. & CC. Bibulo.*

SI liber constitutus, vi filiæ [k] tuæ manumittãtur, aliquid dedisti: causa nõ secuta, de hoc tibi restituendo condictio cõpetit [l]. nam si [m] quid seruus de peculio domino dederit: cõtra eum quidẽ nullam actionem [n] habere potest: sed dominũ qui semel accipere pecuniã pro libertate passus est, aditus præsidis prouinciæ rector hortabit [o] (salua reuerẽtia) fauore scilicet libertatis, placito suo stare [p]. S.III. Id.Feb.Sirmij,AA.Coss.

Si causa non impletur casu fortuito, cessat condictio. hoc dicit. cum l.sequen. secundùm Bart. Vel sic: si propter casum fortuitum res non sequatur: pecunia data non repetitur. Salyc.

X. *Iidem AA. & CC. Conomina.*

PEcuniam à te datã, si hæc causa [q] pro qua data est, nõ culpa accipientis, sed fortuito casu [r] nõ est secuta: minimè repeti [s] posse certum est. S. III. Non. Decembr. Nicomediæ. CC.Coss.

Si non stetit per aduocatum, non reddit salarium. aliàs secus, secundùm Bald.

XI. *Iidem AA. & CC. Stratonica.*

SI repetendi.] CASVS. Dedi vxori tuæ x. vt sic induceret te ad proficiscendum mecum ad scholas. non es profectus. an repetere possim, quęritur? Distinguitur, aut expressè dixi q; repeterem nisi ipse proficisceretur, aut hoc tacitè in animo meo gestabam: primo casu repetam per condictionem ob causam: secundo casu non repetam. Viuia.

† Quia sine conditione, acta rumpenda non sunt 33.q. vlt. c. vlt. in fi.

d ¶ *Conditionẽ.* expressè, sed tacitè hoc in mẽte agebatur ab altera parte tantum: vt infra de dona. ante nupt. l. si mater. & ff.e. l.dedi. §.si quis qua si. Si autem ab vtraque parte, tũc daretur repetitio: vt in donatione causa mortis: vt ff.de do. mor.cau. l.senatus. §.j. & ff.eod l.cum quis mortis causa.& idem est.s.e.l.j. nã ibi ab vtraque parte agebatur, si sequeretur matrimonium: vt j. de dona. an. nupt. l. cum veterum circa fi.& arg.ff.eo.l.j.§ fi.l.seq.& l.si filius.sic ergo fuit causa impulsiua, non finalis, quia tunc esset aliud: vt.ff.de dona.l.ij. §.fi. & l. sequ.ff.de dona. inter virum & vxo. l.sed si mort. §.fin. & ff.de condit. & demon.l.Titio centum.in princip.& concor. huic legi. j de donat.ante nupt.l. si præsidis.& s.de transact. l.si maiores & ff.de duo. reu. l.duos. & j.de rer. permu.l.ex placito.& ff.de acq.poss. l.quod meo. §.si furioso. & s.quod me.l. cum te.

d Propositum in mente retentum, nihil operatur.

e Causa impulsiua datum, an possit repeti causa non secuta.

DIctam legem.] CASVS. Spõsus sponsæ dedit decem, vt illa infra certũ tẽpus veniret ad domũ suã. nõ venit, cum venire potuit. nunquid repetit spõsus quod dedit? Resp.q; sic, vel ab ipsa si superstes est, vel ab eius successoribus si decessit. Viuia.

e ¶ *Dictam legem.* id est dictum pactum à sponso: vt statim dicet.

f ¶ *Si non.*si non habes maximè, subaudias: vt probatur.s.eo.l.j.& l. similitem.& l.cum ancillam & ff.eo.l.iij.§.si liber. 2 Vel distingue an qui dat, scit conditionem impossibilem: & sic non repetit: an non: & tunc repetit. ar.ff.de acquir.poss.l quod meo. §.si furioso.& ff de condic.sine causa.l.auunculo.& diximus idem infra de lega. l.ab administratione. 3 Tertij vt Ir.dicunt: si non impossibilem scilicet de natura: vt do tibi decem, si cœlum digito tetigeris. nam non repetitur, etiam si cessat.& est ar.ff.de act.& obliga l.non solum.& sic non subaudi, maximè. ADDITIO. Veritas est ista secundùm Bart.hic: quando aliquis dat ob causam impossibilem ignorãter, habet locum hæc condictio: vt supra eo.l.si militem. Si verò scienter. tunc aut dedit adiiciendo conditionem, & repetitur: vt d.l si militem. aut non adiiciendo conditionẽ, sed per modum causæ aut modi: & tunc non repetitur. ita loquitur secundum eum hæc lex.

f Conditione sub impossibili datum, an possit repeti.

g ¶ *Quapropter.*quod dixit in genere: ponit in specie.
h ¶ *In sponsam.* cui maiori affectione donare videtur, propter spem futurarum nuptiarum: vnde videtur conueniens non repeti quòd donatum est.

a Donata sponsæ affectione repeti non possunt.

i ¶ *Prohiberis.* ad hoc j de contrahen. empt. l.iij.& de dona. l. legem. & l. cum res. ¶ Item contra infra de rescind. vendit. l.ea. Solu. vt diximus ibi: quia ibi erat aliàs vẽditurus: hic non erat aliàs donaturus.

SI liber] CASVS. Stichus cũ liber esset, decem dedit vt filiæ suæ manumitterentur. si nõ fiat quod conuenit, per cõdic. ob causam repetere potest. sed si seruus meus esset, & de peculio mihi dedit x. aduersus me acti. nõ habebit: sed hortari poterit præses prouinciæ, vt fiat quod conuenit, fauore libertatis: saluo mihi iure patronat' in illis, si eas manumittam. Viu.

a adde l.vlt. de liberali causa.

k ¶ *Filiæ.* ancillæ.
l ¶ *Condictio competit.* vt ff.eo. l.dedi. § j. & de præscrip.verb. l.si tibi. Contra videtur, cum succedat constitutio, faciatq. eas liberas: vt ff. eod. l.si pecuniam.§.j.& j.si manci. ita fue.ali.& t.l.si n. Sed illud obtinet cum data est quantitas: secus si species: vt ff.de præscr.verbis. l.naturalis. §. at cum do.
m ¶ *Nam si.* bene dixi: si liber constitutus, &c.
n ¶ *Nullam actionem.* neque ad repetendũ quod dedit, neque ad implendum quod cõuenit: cum iure ordinario domini cum seruis paciscentes, nihil agant: vt supra de transac.l.interpositas. licet quidam contra: vt ibi diximus. ¶ Item contra. ff de manu. l.si quis ab alio. Sed ibi ab alio, non à seruo accepit.
o ¶ *Hortabitur.* non compellet: vt j.de lib.cau.l.cum affirmes.
p ¶ *State.*i. quòd manumittat.

PEcuniam.] CASVS. Dedi tibi x. vt præstares mihi patrocinium: non præstitisti, quia decessisti. nũquid ab heredib. tuis repetam quod dedi? Respon. quòd non. vel pone sic secundùm Azo. Dedi codicem vt seruũ meũ curares, cum esses medicus. decessit sine culpa tua, quia casu fortuito, & sic eum nõ curasti. nunquid quod dedi repeto? Respon. quòd nõ. Si vero per te stetisset, & nõ per casum fortuitum: secus esset. & hoc dicit l. sequens.

q ¶ *Causa.* quæ ab accipiente pẽdet: puta do tibi codicem vt me ægrum cures. aliàs enim causa non secuta qualitercunq. dummodo dantis dolus esset, repetitio competit, secundùm Ir.

r ¶ *Casu.* contingente in persona ægri [b] conducentis, & pecuniã dantis. secus si in persona medici locantis operas, seu pecuniam recipiẽtis: quia tunc repetitur, vt in contrario ff.loca.l.si vno.§.item cum quidam. nisi in aduocatis: vt ff.de var.cog.l.j.§.diuus. in quibus est speciale.

b Salarium medico præsumeretur ea lege vt ægrotum aliquem curaret, non est restituendum ægroto si sua culpa, suoque vitio non sit sanatus. secus si vitio & imperitia medici ut hic.

s ¶ *Repeti.* ex cessatione. ¶ Sed nõne licet pœnitere? vt ff.e.l.si pecuniam.in princ.& l.iij.§ j. Respon. non, cum [c] impleta sit conditio, vel pro impleta habeatur. habetur [d] autem pro impleta, cum iam adimpleri non possit: ibi autẽ poterat. ADDITIO Bart. hic reprehẽdit hanc glo. dicens. sic hic dicendum: aut volo repetere quasi causa non secuta, & non possum. vt hic: aut quasi me pœniteat, quia pœnitentiæ est locus in contractibus innominatis, & possum: vt in contrariis.

c Pœnitere actioni nõ licet post impletã aut quasi impletam ab aduersario conditionem.

d Conditio pro impleta habetur, quæ nullo modo adimpleri potest.

a ¶ *Aduocationis.*] Datam non ex pacto, sed sponte: vt beneficit ad titulum illum.

b ¶ *Per eos.* secus[a] si per casum vel clientulum steterit: vt ff. de var. cog. l. j. §. pe. & ff. loca. l. qui operas. & ʒ. de indi. l. properandum. §. honorarius. & ʒ. l. proxi.

a Salarium petere non tenetur aduocatus, si non per eum stetit quominus causa ageretur, sed per clientulum aut casum.

DE CONDICTIONE ad turpem causam.

Superiores condictiones duae respiciūt honestam causam: haec turpem, & praeteritam & futuram.

Si ex cautione.] CASVS. Si alicui lenæ decem promisisti, vt alicui[a] mulieris per eā tibi fieret copia, & illa decē confessus fueris ex causa mutui te accepisse ab ea, & ex cautione tua cōueniris, qualiter tibi succurrēdum sit, quæritur? Respond. quòd probabis tibi pecuniam numeratā non fuisse, & ex turpi causa eā promisisse: quib. duobus probatis absolueris. Vel pone casum, quòd promisisti centū quidam vt faceret alij furtum vel homicidium. Viuia.

c ¶ *Si ex cautione.* emissa nō spe numerādæ pecuniæ, licet in ea contineatur numerata pecunia, sed ob turpem causam emissa.

d ¶ *Ob turpem causam.* scilicet ex vtraq. parte. vel alia, secundùm Ir. Et da exemplū, si promitto ne delinquas. Item si promitto vt delinquas. Item si promitto meretrici. Primò est turpitudo ex parte recipientis, secundo vtriusque, tertio dantis: vt ff. eo. l. j. in fin. & l. vbi autem. & l. idem est. §. sed quod meretrici.

Aduocationis causa datā[a] pecuniam, si per eos[b] qui acceperant, quo minus susceptam fidem impleant, stetisse probetur, restituendam esse conuenit. S. XVII. Kal. Ianuar. CC. Coss.

TITVLVS VII. DE CONDICTIONE ob turpem causam.

Qui probat cautionem ex turpi causa emanatam, per consequens probat pecuniam non numeratam. Bald. Vel sic: Promissum ex causa turpi, non potest peti: ideo causa turpi probata, reus debet absolui. Salyc.

I. *Imperator.* ANTONINVS A. *Ingenuo.*

Se ex cautione[c] tua cōueniri cœperis: nullā pecuniā te accepisse, sed ob turpem causam[d], & quā fieri prohibitū[e] est, interpositam cautionem, ei qui[f] super ea cognitur[g] est, probādū[g] est: & eo impleto, absolutio sequet. Sine die & cōsule.

Turpe datum non repetitur. hoc dicit. Vel sic: In pari causa criminis vincit reus, etiam tractans de lucro. Bald. Vel sic: Datum libidinis causa, non repetitur, cū in pari causa turpitudinis melior sit conditio possessoris. Salyc.

II. *Idem A. Longino.*

Cum te ꝓpter turpē[h] causam, contra disciplinam temporum meorum, domum aduersariæ dedisse[i] profitearis: frustra eā tibi restitui desideras[k], cū in pari causa possessoris conditio melior[l] habeatur. PP. XV. Kal. Decemb. Læto. II. & Cereale Coss.

Officialis qui prætextu officij aliquid per concussionem accepit, acceptum restituit, & criminaliter punitur. Bald. & Salyc.

III. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. *Dizonti.*[*] *militi.*

Quod euitandi tyrocinij[m] causa dedisse te apud cōpetentem[n] iudicem ei de quo quereris, indubia probationis luce cōstiterit, instantia eius[o] recipies[p]: qui[q] memor censuræ publicæ, post restitutionē pecuniæ etiam concussionis[r] crimen inultū esse non patietur. PP. III. Kal. August. ipsis IIII. & III. AA. Coss.

i ¶ *Dedisse.* sic ergo fecit accipientis: vt insti. de act. §. sic itaque.

k ¶ *Desideras.* sic ergo ex inutili[a] contractu dominium transfertur. ¶ & sic est contra supra de legi. & consti. l. non dubiū. Sed dic quòd hic repetit fiscus[b]: vt ff. de iure fisci. l. Lucius.

l ¶ *Melior.* in pari[c] ergo causa melior &c. vt hic, & supra de transac. l. transactione finita. & ff. de verbo. obliga. l. si seruum. §. de illo. & ff. ne quis eum qui in ius. vo. fu. vi. exi. l. dum cum vterque. & ff. eodem. l. si ob turpem. & de reg. iur. l. in pari. & ne quid in loco pub. l. prætor. §. idem. & ff. de calum. in heredem. & ʒ. eod. l. mortalem. & ff. de doli excep. l. apud Celsum. §. Marcellus. ¶ Sed quid de pignore? nunquid[d] pignus poterit vindicari, vel repeti pignoratitia actione? Respon. Al. & M. quod non. sed certe melius est vt dicamus pignus posse iure dominij vindicari: quia vindicatio cōtra eum sicut cōtra quemlibet instituitur: vt ff. ad exhib. l. de eo §. penult. & fi. & ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. §. fina. licet sit arg. contra quia quandoq. quis non tanquā[e] quilibet admittitur: vt ʒ. de dolo. l. j. Secus verò in re principali soluta: quia eius dominiū translatū est in accipiēte, quod nulla cōdictione vel actione potest reuocari. & idem in pignore si agatur pignoratitia actione ex cōtractu turpiter celebrato. Sed econtra si creditrix agat, aut actione ex cōtractu turpiter celebrato: & non potest per hanc legem, cum in pari &c. Nec obstat. ff. eod. l. idem. §. sed quod meretrici. quia quædam honeste accipiuntur, quæ non honeste petuntur: vt ff. de var. cog. l. j. §. j. aut hypothecaria, quod potest, cum contra[f] quemlibet possidentem detur, & non inspicit contractum, arg. d. l. ff. ad exhib. l. de eo. in fi. secundùm H. quod non placet: quia si datur vindicatio debitori non possidenti etiam nihilo soluto, multo magis exceptio, argu. ff. de super. fi. l. j. §. quod autem ait prætor.

a Dominium an transferatur ex inutili contractu.

b Fiscus repetit datum ab aliquo ob turpem causam, si qui dedit, repetere non potest. Gl. cc.

c Possidentis melior causa in pari delicto.

d Pignus datū ob turpē causam, potest vindicari vel repeti actione pignoratitia. Imola gl. in l. in l. cod. & in l. c. §. j. ff. de pactis.

* Dioni.

e Potest quis interdum vt quilibet, & extraneus quod per se & ex suo officio nō potest interdum ne quidē vt quilibet & extraneus id potest.

f Hypothecaria datur contra quemlibet possidentem.

e ¶ *Prohibitum est.* potest esse quòd iste voluntarius adsumpsit sibi onus: Vel aliter habet[b] in se implicitam affirmationem, vel præsumitur[c] pro instrumento.

f ¶ *Ei qui.* & sic no. iudici[d] faciendam fidem: vt supra de eden. l. procurator.

g ¶ *Probandum est.* à te. & ita probat non numeratā. & sic est cōtra. ʒ. de proba. l. actor. & ʒ. de non numera. pecu. l. si ex cautione. Solu. probat admissus, non iussus. 2 Vel probat eo ipso quòd nō probatur contrarium. sic ʒ. qui mili. non pos. l. super seruis. lib. xij. & ff. de iure do. l. dotem quæ in prim. 3 Vel hoc non simpliciter negat, sed negādo aliud asserit: ideoq. ab eo exigitur probatio. ¶ Sed quare dicit hic quòd vtrūque probet, cum alterum tantum probare sufficiat ad hoc vt sequi debeat absolutio? Resp. Respexit lex quòd duplici de causa potest conueniri, scilicet vel ex mutuo, & tunc debet probare non numeratam eo modo vt dixi. vel ex promissione, & tunc se promisisse ob turpem causam præcedentem. ¶ Sed an huiusmodi exceptiones & probationes etiam post biennium admittantur? Quidam quòd non, argu. ʒ. de pollulan. l. si sub specie. Sed ibi non negat post biennium dari exceptionem doli, licet non detur non numeratæ pecuniæ & ita hic potest dari post biennium doli. 2 Vel quia promissum est ob turpē causam, quod idem est. nam præcedentem pactionem turpem considerare debemus: vt ʒ. ad Macedonianū. l. si filiusfa. aliquid. ¶ Sed opponitur: Nōnne absoluendus est hic conuentus propter primam negatiuam, etiam si non probetur de turpitudine? non enim debet in eo probando grauari, quo probato non debet releuari: vt ʒ. de proba. l. ad probationem. Sed dici potest hoc esse necesse post bienniū. 2 vel hic non solum petebat absolui, verumetiam cautionem condicebat. & concor. infra de inuti. stipula. l. dolo. & l. ex eo. & infra de condic. sine cau. l. fi. & ʒ. si cer. pet. l. si non singuli.

b Negatio implicitam affirmationem habens probari ab excipiente seu negante debet.

c Præsumitur pro instrumēto.

d Fides iudici facienda.

Cum te.] CASVS. Si mulieri causa stupri domum dedisti, eam repetere non poteris: quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. Viuia.

h ¶ *Turpem.* vt ei commiscereris, & non erat meretrix.

Quod euitandi.] CASVS. Si clericus aliquis, vel inhabilis ad exercitium publicæ militiæ, puta mancus vel claudus, aliquā pecuniam alicui potestatem habenti vocādi homines ad ciuilia munera, ob vitādam militiam dederit: an repeti possit quæritur? Dicitur quòd sic. per cōdic. ob turpē causam: & accipiens de crimine concussionis poterit accusari, & cōdemnari. sic intelligo legē istam de dāte qui erat inhabilis. alioquin si habilis fuisset, vterq. esset in turpi causa: nec haberet locum repetitio. Viuia.

m ¶ *Tyrocinij.* id est militiæ.

n ¶ *Competentem.* inhabilis erat, & ipso iure excusatus: sed quia inquietabatur, dedit.

o ¶ *Eius.* scilicet iuris.

p ¶ *Recipies.* per hanc condictionē. & dic quòd turpiter accepit: vnde etiā crimine cōcussionis tenetur, vt subiicit. sed q. dedit, honestè dedit: quia erat inhabilis ad militiā. aliàs graue esset detrectare militiam: vt ff. de re mili. l. qui cum vno. §. qui post desertionem. Nec est contra supra quod met. cau. l. cum te. quia ibi solui.

q ¶ *Qui.* scilicet iudex.

r ¶ *Concussionis.* Crimen[g] concussionis est, cum aliquis occasione publici officij quod habet, aliquid extorquet à subiectis: vt ff. de cr. con. l. j. & fact. ff. de contrah. em. l. non licet. & hic tenetur, siue erat habilis, siue non.

g Concussio quid.

Officiens.] CASVS. Dedi tibi x. vt furtum vel homicidiū non faceres: licet non feceris: quia tamē gratis abstinere debuisti, turpiter fecisti: vnde petam per condict. ob tur. cau. Potes ponere exemplū. ff. e. l. j. in fi. & l. ij. & si marito alicuius mulieris, vt cum ea commisceteris x. promisisti, an ea petere possis, quæritur?

Dicitur

Dicitur quòd nō. Si verò dedisti, quia vterque nostrum sit in pari causa turpitudinis, non repetes. h.d. cum l. sequen.

a ¶ *Quotiens.* da exemplum: *vt ff. eo. l. j. in fi. & l. pen. & l. ij. & l. fi ob turpem. & l. idem. §. j. & ff. deposi. l. fin.*

b ¶ *Vsura.* quod dic vt s. de conditi. inde. l. j.

a Lenocinium quid.

c ¶ M*Ercalem.*] *Lenocium.* quod sit[a] lenocinium, habes ff. de mi. l. aux. itum §. fina. & de adul. l. mariti lenocinium. & l. ij. §. lenociny. & facti ʒ. de adult. l. crimen.

d ¶ *Demonstratur.* vt infra de dona. ante nupt. l. ea quæ. & ff. eo. l. si ob turpem causam.

O*B restituenda.*] CASVS. Si pecuniam meam surripuisti, & ob eam restituendam, decem tibi dederim: ea per condict. ob tur. ca. repetere potero: quia licet honeste dedi, turpiter tamen soluisti: quia gratis restituere debebas. Viuia.

*al. Bichoftio. †Turpitudinē allegans san non est audiendus. * soluta quando ei omnibus.*

e ¶ *Ob restituenda.* contra infra. l. prox. & ff. eod. l. idem. §. quotiens. & l. si ob turpem.

f ¶ *Ea.* reputa pecora, & ob illa restituenda dedi pecuniam.

g ¶ *Interueniat.* Titius.

E*Vm qu.*] CASVS. Si pecora mea abegisti, & ad ea restituēda pecuniam tibi dedero: non solum pecuniam per condi. ob tur. cau. repetere potero: sed & pecora licet mortua vel aliquo casu fortuito perierint, restituere debes per condictionem furtiuā, cū intelligaris semper fuisse in mora. Viuia.

h ¶ *Tam hanc.* scilicet pecuniam per condictionē ob tur. cau. vt ff. eodem. l. finali. & sup. a. l. proxi. & dic quid sit crimen abigeatus, vt ff. de abig. l. j & fi.

i ¶ *Tenuit.* scilicet pecora. & hoc per condictionem furtiuam.

b Mora in re furtiua.

k ¶ *Mora.* vt[b] infra de fur. l. subtracta. & infra titu. proxi. l. ante. & supra quod met. causa. l. j. & ff. de condic. furt. l. in re. & l. final. & de vi & vi arm. l. j. §. restitui. & l. merito. ¶ Sed videtur contra infra de furt. l. post decisionem. Sed non ob. vt. d. l. subtracto.

In condictione ob turpem causam non veniunt vsuræ. Bal. & Salyc.

IIII. *Idem AA. & CC. Rufino.*

Q Votiens[a] accipientis, non etiā dātis turpis inuenitur causa: licet hæc secuta fuerit: datū condici tantum, non etiā vsuræ[b] peti possunt. S. VI. Id. Ian. Sirmij. AA. Coss.

Qui excludit se ipsum proponendo, non est necesse quid excludatur excipiendo, quia ex suo officio iudex debet eum excludere. h. d. not. secundùm Bald. Vel sic: Promissum marito causa lenociniy vxoris, non potest ab eo exigi: sicut nec es solutum potest repeti. h. d. Salyc.

V. *Idem AA. & CC. Bichopero.**

M Ercalem† te habuisse vxorē proponis: vnde intelligis & confessionē lenocinij[c] preces tuas continere, & cautę quātitatis ob turpē causam exactioni locum nō esse. Quāuis enim vtriusq. turpitudo versatur, ac solutę quātitatis cessat repetitio: tamē ex huiusmodi stipulatione, contra bonos mores interposita, denegādas esse actiones, iuris auctoritate demonstratur[d]. S. VI. Id Maij, CC. Coss.

Fur rerū vel animaliū, quicquid accipit pro restituendo, turpiter decipit: & restituere tenetur. h. d. cum l. sequen. Bal. Vel sic: Datum furi vt rem subtractam restituat, quasi turpiter acceptum repeti potest. Salyc.

VI. *Iidem AA. & CC. Eutychia.*

O B restituēda[e] ea[f] quę subtraxerat, accipiētē pecuniā, cū eius tantū interueniat[g] turpitudo, cōdictione cōuētū hāc restituere debere conuenit. Dat. XV. Kal. Iun. CC. Cos.

Recipiens pecuniam vt pecora per eum occultata restituat, tenetur illā restituere per condict. ob turp. causam, & pecora per cōdict. furtiuam, tam extantia quàm perempta etiam casu fortuito. h. d. Salyc.

VII. *Iidem AA. & CC. Zenoni†*

E Vm q. ob restituēda quæ abegerat pecora pecuniā accepit: tā hāc[h], q. ea quæ per hoc cōmissū tenuit[i], restituere debere cōuenit: licet mortua, vel alio fortuito casu pusse dicatur: cum hoc casu in rem moram[k] fiat. Dat. V Kal. Decē. N. comediæ. AA. Coss.

† al. Zenonide.

DE CONDICtione furtiua.

eContinuatio.

Sicut[c] condictio superior respicit turpem causam, sic & hæc: & ideo post illam subiicit de hac.

P*Ræses*] CASVS. Si tres mihi pecuniam subtraxerunt, agam furti aduersus quemlibet in solidum. & vno soluente alij nō liberabuntur. secus in cōdic. furti. nam habet electionem quem velit in solidum conuenire, & vno soluente cæteri liberantur. & hanc diuersitatem in intendenda condictione cōsiderabit præses. Viuia.

TITVLVS VIII.

DE CONDICTIONE furtiua.

Ista est no. l. & h. d. Plures eādem rem furto subtrahentes, in solidum obligantur: & solutio vnius non liberat alium à pœna furti: sed liberat à condictione furtiua. h. d. Bald.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Hermogeni.*

P Ræses prouinciæ sciēs furti quidem actione singulos quousq. in solidū[l] teneri[m], cōdictionis[n] verò nūmorū furtim subtractorū[o] electionē esse, ac tum demum, si ab vno satisfactū fuerit, cæteros liberari[p], iure proferre sententiam curabit. Dat. Kal. Maiis. CC. Coss.

Fur est in mora: quia non purgatur nisi res restituatur. h. d. Bald.

II. *Idem AA. & CC. Aristaneto.**

A Nte oblationē interēptæ rei furtiuæ dānū ad furē pertinere, certissimi† iuris est.[q] Dat. kal. Māij. CC. Coss.

TITVLVS IX.

DE CONDICTIONE ex lege & sine causa, vel iniusta causa.

Fiscum debitorem debitoris sui ex causa primipilij precedente discussione solēni, exigit ante diem. Bald. Vel sic: Propter inopiam debitoris fisci potest debitor debitoris sui ante tempus exigi. h. d. Salyc.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. *Vlpio.*

L Icet ante tēpus debita exigi nō possint[r]: tamen si te ex primipilo[s] debitorē constitutū fisci, ac patrimoniū tuū exhaustū p̄ses[t] prouinciæ compererit, vt ad solutionis securitatē solū fœnebris pecuniæ subsidiū superesse videat: cōmonebit debitorē[u] tuū, si saltē ipse sit soluēdo, vt ante definitū tēpus debita condictione ex l. ista.[x]

l ¶ *In solidum.* quando agitur actione furti, omnes in solidum tenentur: quando condictione furtiua, vno satisfaciente pro aliis est satisfactum.[a]

m ¶ *Teneri.* nec vno soluente cæteros liberari: vt ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. si plures. & de iur. d. omn. iud. l. si quis. §. fi. & l. si q.

Cone. t in solidum ... Furtiua condictio ... tur per furti ... opera.

n ¶ *Condictionis.* scilicet furtiuæ, quæ[b] non tollitur per actionem furti, vel econtra: vt ff. eod. l si pro fure. § furti. nisi in casu, quando contra tutorem datur in duplum actio de rationibus distrahendis. nam condictione liberatur: vt ff. de e admi. tut. l. tres tutores. circa princip. quod est contra.

o ¶ *Subtractorum.* à pluribus: vt de fur. l. vulgaris. §. penul. & ad ho. fur. ca. l. si plures.

p ¶ *Liberari.* à condictione furtiua, non ab actione furti: vt s. & est ratio diuersitatis[c], secundū M. quia actio furti ex maleficio datur: sed condictio furtiua ex possessione, quod non placet imò ex variis figuris causarum: vt not. ff. eod. l. pro fure. §. fina. ADDITIO. Videas de hoc plene per Ang. Aret. & dominum Ias. de May. in § omnium. super gl. ibi in verbo, modum. insti. tu. de actio.

c Furtiuę condictionis & furti actionis differentia. hæc ex variis ... causarum datur ... ea ex delicto.

A*Nte.*] CASVS. Si rem meam surripuisti: & antequā offeras, perieris: cuius sit periculum, quæritur? Resp. tuum, qui surripuisti. Viuian.

al. Aristito.

† certissimi iuris est.

q ¶ *Certissimi iuris est.* vt §. ti. j. l. fi. in fin. & in contrar. ibi positis. ¶ Et dicas hic de purgatione, vt d. tit. ʒ. de fur. l. subtracta.

DE CONDICTIOne ex lege & c.

Continuatio.

Supra speciales condictiones proposuit: nunc generales. non enim est nouum, vt quibusdam specialiter enumeratis generale subiiciatur verbum &c. vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruū. § inquit.

L*Icet ante.*] CASVS. Ex primipilari administratione tenebaris fisco in x. nihil habebas in bonis, nisi quendam debitorem in diem: an ante diem debitorem tuum conuenire possis (imò fiscus, quod verius est) vt pecuniam recipias, vt sic satisfacias fisco, quæritur? Dicitur quòd sic: licèt alias ante diem cum effectu peti non possit. & propter priuilegium fisci ages

r ¶ *Non possint.* obstante exceptione: vt ff. mand. l. si mandauero. § in prin. & ff. de ver. oblig. l. cum qui kalendis.

s ¶ *Ex primipilo.* i. ex primipilaria administratione.

t ¶ *Præses* Sed quomodo præses[b] cognoscit inter fiscū & priuatum? Dic quòd hoc facit cum procuratore Cæsaris: vt i. si aduer. fisc. l. j.

u ¶ *Debitorem tuum.* in diem vel pure.

d Inter fiscum & priuatum præses non alias cognoscit, sed ... cū procuratore Cæsaris.

a ¶ *Experiri.*ȧctione negociorum gestorum.
b ¶ *Debitum.*i. sicut si ei mutuasses aliquid.
c ¶ *Potes.*actione negociorum gestorum. *& ad hoc ff. locat. l. si diuisa. & ȷ de dolo. reu. l. j. & ibi not.*

E*Vm qui*] C A S V S. Si pecuniā quam in rem tuam impēdebam, mutuo accepi, & Titius creditor mutuauit non cōtemplatione tui, sed mei: quē nostrū habebit Titius obligatum? Respon. ꝙ me, qui mutuam accepi. Viuia.
d ¶ *Alienas.* sc. impendendam.
e ¶ *Dāte.* aliàs haberet eum obligatū actione negotiorum gestorum: *vt plenè dixi ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. j.*
f ¶ *Obligatum.* scil. accipientem.

M*Vtua*] C A S V S. Mutuasti mihi x. cōfecta est inde instrumētum, cui subscripsit Titius tanquam testis. nunquid subscribendo videat se obligasse, quæritur? Resp. ꝙ non: cùm ab eo ea tibi reddi stipulatus non fuisses. Vi.
g ¶ *Subscribētem.* vt testis, nō vt se obliget: *vt ȷ. de fid. & ob. l. nimia. & ȷ de fideiu. l. stipulat. & ȷ de admin. tut. l. si non. & no. ff. de eust. l. quidam.*

N*On aduersum.*] C A S V S. Mutuasti mihi decem, postea eadē decem mutuaui Titio, & decessit vts me conuenire: dico me nō esse conueniendum, sed heredes Titij, cui mutuaui. nunquid sim audiēdus? Respon. quòd non. Viuia.
h ¶ *Postulas.* *vt ȷ de act. & obliga. l. cum. & de sol. l. cum à quo. & ȷ. depos. l. si ut. & ff de cond. ci. indeb. l. hu solu.* & hoc quando non ideo tenetur quia habebat actionem. aliàs cessio[h] pro iusta præstatione est: *vt ergo ff de pecu. l. quod debetur. in fine.* Accur.

Q*Visquis.*] C A S V S. Qui potestati Boū. aliquis de sua iurisdictione mutuo fœnebrē pecuniam dedit: vnà cū potestate exilij pœna plectetur. & hoc in prima. Idem si duo eundem honorem ambiebant, & alter alteri pecuniam dedit vt desisteret: exilij pœna plectetur. & hoc in secunda. Alius tamen est modus petendi exemplum in hac vltima parte: sed dic vt in glos.
i ¶ *Versatus.* licèt ibi domicilium non habeat.
k ¶ *Collectarius*[e]. qui mecū eundem desiderans honorem, dat mihi pecuniam vt desistam, & eum nō impediam. 2 Alij dicunt id est, qui emit honorem et inde duplum[d] colligat: *vt in auth. vt iudic. sine quoquo suf. ac. §. cogitatio. & §. cos. & §. si quis autem. coll. ij.*
l ¶ *Ambientis.* eūdē honorem: Vel dic secundum alium. i. ei qui desiderat pecuniam pro hoc sibi dari.
m ¶ *Pœna.* Huic l. est ȷ eod. l. cor. est contra. [e] ff eodem. l. præsides. & l. principal. bus & ff de vsuris. l. cum. Sed distingue an sint perpetui, & tunc possunt: *vt dictis legibus contrarijs. ff. eodem.* si verò temporales, pro re publica possunt: *vt d. l. cum.* sed si pro se, ab homine alterius prouinciæ possunt: *vt hic, & ff. eo l. mul. in. in §. 1. & ha.* non possunt: *vt hic, & ȷ. eo l. eos & ff. eod. l. principalibus. & facit ad hanc l. ȷ eod. dixim. ff. de offi. præto. l. Barbarius.*

experiri[a], vt debitum[b] poscēs[a], iudice cognoscente potes[c]. S. XV. Kal. Sept. CC. Coss.

Actus agentium pariunt obligationem inter cōtrahentes, quicquid sit actum inter vnum ex contrahentibus & tertium. h. d. not. Vel sic: ille qui contrahit, nomine proprio obligatur: licèt gerat in animo nōn cōuertere in vtilitatem suam, sed tertij. h. d. not. & est cotid. anus iste casus, & not. Bal. Vel sic: Mutuum obligat contrahentes, non dominos rerum in quibus est versum: nisi eorum contemplatione à numerante sit factum. Saly.

XIII. *Iidem AA. & CC. Frontoni.*

E*Vm qui mutuam sumpsit pecuniam, licèt in res alienas*[d], creditore † non contemplatione domini rerum eam fœnori dante[e]: principaliter obligatū obnoxium remanere oportet[f]. S. XVII. Kal. Nouem. Nicomediæ. CC. Coss.

Mutuata pecunia subscriptio non nocet subscribenti. hoc dicit. Bal. Vel sic: Subscribens se vt testis, non obligatur. Saly.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Hadriano.*

M*Vtuæ pecuniæ quā aliis dedit creditor, citra solennitatē verborum subscribētem*[g] *instrumēto te non habet obligatum. Sine dic. AA. Coss.*

Personalis actio non sequitur debitorem debitoris: & iura non mandantur inuito. h. d. Bal. Vel sic: Creditor non potest cogi à debitore, vt eo dimisso agat contra eum cui debitor ipse pecuniam fœnerauit. Saly.

XV. *Iidem AA. & CC. Charidemo.*

N*On aduersus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed eius cui hanc credideras, heredes experiri, contra iuris formam euidenter postulas*[h]. S. V. Kal. Decēbr. CC. Coss.

Qui pecuniam iudici mutuat, præsumitur iudicem corrumpere: & qui propter honorem publicū consequēdum dat pecuniam, exilij pœna punitur. h. d. In officiali recipiente iuet adiiciatur titulus mutui, præsumitur barrataria. Bald.

XVI. *Impp.* HONORIVS *&* THEOD. AA. *Theodoro. p. p.*

Q*Visquis iudici fœnebrem pecuniā mutuauerit, si in ꝓuincia fuerit versatus*[i], *quasi emptor legū atque prouinciæ, vel si q̄s collectarius*[k]* *honoris precium dederit ambiēti*[l]: *exilij pœna*[m] *vnà cum ipso iudice plectetur. Dat. XII. Kal. Nou. Basso & Philippo Coss.*

Chirographū nō probat debitum, nec eius solutionem: nec creditur ei si sit vltra quinquaginta libras auri, nisi assint sibi tres subscribentes qui sint bonæ opinionis. Bald.

XVII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menæ. p. p.*

S*Vper chirographariis*[n] *instrumentis hæc pro communi vtilitate sancienda duximus, vt si quis pecunias credere*[o] *supra quinquaginta libras auri voluerit*[p], *vel super reddito debito securitatem accipere*[q], *cum amplius sit memorata quantitate: sciat non aliter debere chirographum à debitore vel † creditore*[r] *recipere, quàm si testimoniū triū testiū probatæ opinionis per eorum*[s] *subscriptiones idem chirographum capiat. Nā si contra*[t] *huiusmodi obseruationem chirographū super pecuniis memoratam auri quantitatem excedētibus ꝓferatur, minimè hoc admitti a iudicantibus oportet*[u]. *quod & in futuris creditis vel debitorum solutionibus locum habere oportet. D. X. Ka. Iun. Constantinop. D. N. Iustiniano A. II. Coss.*

IN AVTHENTIC. de inst. cau. & fid. §. oportet verò. col. vj. constit. iij.

S*Ed nouo iure neque quātitas vltra vnam libram auri, neque cōtractus distinguitur in ciuitate, nisi quinque testibus probatæ opinionis atq; subscriptionibus adhibitis. & intelligitur hæc authent. si partes contraxerunt in scriptis, & non rusti. & breuiter dicunt, si fiat contractus rusti, statur legi Codicis: nec distinguitur si sit scriptis, vel non. si verò in ciuitate, si quidem in scriptis, tunc seruabant authen. si sine scriptis, statur legi Codicis. Sed tu aliter habes authentic. Sed nouo iure quinq; testes, &c. In qua figura casum hoc modo secundùm Viui.

C A S V S. Hęc auth. in parte corrigit l. C. & in parte non corrigit: & breuiter tria dicit. In prima corrigit: quia dicebatur in l. C. si quis vellet mutuare pecuniam excedentem summam l. librarum auri: oportebat adhibere in chirographo tres testes: aliter tale chirographum non valebat. hæc auth. hoc corrigit, dicens ꝙ non sufficiunt tres testes, sed quinq; opus sit, si contractus fiat ab imperito literatum, & in ciuitate, & excedat prædictam summam. In secūda parte permittitur quòd in cōtractu facto sine scriptis sufficiant duo testes. In tertia dicit quòd si cōtractus fiat in agris, quòd lex vetus habet locum in l. tit. Codicis. Viuian.

S*Vper.*] C A S V S. Duo dicuntur in l. ista. primum, quòd si debitor in instrumento aliquo confitebitur se à creditore recepisse vltra l. libras auri: non aliter fides huic instrumento adhibenda est, quàm si tres testes adhibiti fuerint, & eis subscripserint. idē est si creditor confessus fuerit in instrumento sibi à debitore solutum, nec ab aliquo iudice tale instrumentum admittatur. in fine dicit quòd lex ista in futuris creditis & debitorem solutionib' locum habeat: non in præteritis. Viuia.
n ¶ *Chirographariis.* à cheir[a], quod est manus, & graphe quod est scriptura.
o ¶ *Credere.* i. mutuare. Accursius.
p ¶ *Voluerit.* s. creditor.
q ¶ *Accipere.* s. debitor.
r ¶ *A cred tore.* s. debitorem.
s ¶ *Per eorum.* capiat dico per eorum, &c.
t ¶ *Nam si contra.* *in authen. de fid. instru. & cauta. §. oportet.*
u ¶ *Oportet.* quantum ad probationem. Sed contra. ȷ. *qui pot. in pign. l. scripturæ.* Solu. ibi ȷ. quæstitatem istam subsistebat contractus vel ibi rogati. ¶ Item contra. ȷ. *de test. l. testium.* Solu. vt ibi. *& facit ad istam ff. de rescind. vendit. l. si Titium. & ȷ. de fideicommiss. l. quæstionem.* sed hodie aliter distinguitur quàm hæc lex dicat: & ideo vide authent. sed nouo iure, quæ est ex tit. de instru. cau. & fid. §. oportet. collat vj. quam antiqui ita habebant.

Marginal notes:
* poscens al. posset ei.
† cred ioti & pa rio post. danti.
a Subscribentem instrumento vt testis se non obligat. adde Gl. ... verbo ... Socinum regula 365.
h Cessio ... quando pro iusta præstatione est. Accur.
e Collectarius quis dicatur hoc loco ... notis.
d Collectarius qui sit ... Accur.
e Hanc legem ... & vide quæ scripsi ad ... legem ... ff. eo.
* Collectarius id est ... Al. ... cap. ...
a Chirographo ... vnde dicitur.
† alii, vel à creditore per ... testimonio ... chirographum ... capiat.

a ¶*Ab imperito.* expone verba breuiter, & vltimo distingue[a], vtrú fiat super minori summa libre auri, aut super maiore. ¶Et si super minori, sufficiunt duo testes ad plenã probationẽ, siue peritus, siue imperitus literarũ contrahat: siue in scriptis, siue sine scriptis, ruri vel in ciuitate cõtrahatur. & hoc est quod dicitur in authen. de fid.instru. §.*fi. coll.vj. ibi vt non de rebus exiguis,* &c. ¶Si super maiore: si quidẽ imperit' literarũ cõtrahat, & in scriptis, & in ciuitate, exigũtur quinq. testes, inter quos exquiritur tabellio: & omnes subscribere debent cum ipso contrahente: vel pro contrahente subscribet vnus testiũ, & premittetur signum contrahẽtis: *vt in auth.de fi.instru.§.oportet. coll.vj.* & ideo tanta solennitas exigitur, quasi stultè faciat quòd de scriptura se intromittit imperitus. ¶Si verò imperitus sine scriptis contrahat in maiore summa, exigentur tres testes: *vt in authen.de fide instrum. §.ij. & §.sed & si instrumenta.* in eo quod dicit, adhibeatur similiter testium ex scripto presentia. ¶Cùm autẽ peritus cõtrahit in maiori summa, siue in scriptis, siue sine scriptis, exquiruntur tres: *vt in prædicto titulo. §.ij. & §.sed & si instrumẽta.* & fit cõparatio literarũ, si priuata intercesserit scriptura, & negetur, ita demum si supersint testes: nec exigitur eorum subscriptio. sed si subscripserint exigitur vt veniant, & propriis subscriptionibus attestentur. vel si non subscripserint: quod eis presentibus confectum est documentum. & ita collatio, id est cõparatio adiuuatur augmẽto testium: & in hoc casu potest loqui auth. quæ est ĩ. *de fide instrum.l. at si contractus &c. & in authen.de fide instrum.§.j. & ij. & iij.* ¶Vbi autem inde facta est publica scriptura, quæ reuocatur in dubium: probetur de eius fide per tabellionem, & per eius ministrum, & per eum per quem, id est, per cuius manum numerata est pecunia, vel per solum tabellionem: non est opus vel locus comparationi vel comparatione. Si verò non superest tabellio, vel minister, vel adnumerator pecuniæ: fit comparatio literarum tabellionis, & signorum vel notarum ad plenam fidem, & nõ subscribentium fit comparatio. Si verò nec tabellio, nec minister, nec adnumerator veniant, tabellionis & subscribentium fit comparatio, & vna qualisqualis colligitur fides: vt habes hoc in auth. *de fide instr.§.si verò moriantur. & §.seq.* ¶In scriptis[b] autem dico contrahi, quando id agitur, vt aliter non valeat, nisi facta scriptura: *vt videtur innui in auth.de fide instrument.§.& hæc dicimus super instrumentis ex scripto, &c. coll.vj.* secundùm P. Sed Azo aliter, vt no. in l. *contractus. ĩ. de fide instrum.* Vel dic vt not. *inst.de contrahen.empt.& vend.§.j.* ¶Et hoc in vrbe. in agris vetera iura seruantur: *vt in auth.de fide instrum.§.fin.* quæ dicunt vt in omni summa sufficiant duo testes, nisi vbi contractus chirographario instrumẽto initus est vltra quinquaginta libras auri, vbi tres exiguntur, *vt in hac l. alias duo. ff. de testib.l. vbi.* Accur.

a Testes quot requirantur in contract. b ad. de Gl. omnino similem Nou. 73. c. 9. in verbo sancitum. Batt. Nouella de fide instrumentorum. §. sed & si.

† Super hunc d. v. Alc. parad. lib. 2. c. 24.

b Contractus quando dicatur in scriptis celebrari.

Contractus supra libram auri celebratus in scriptis ab imperito literarum, quinque testium egit solennitate: inter quos connumeratur tabellio. si autem sine scriptis sit contractum, testibus aut iureiurando causa deciditur. Si autem non sit in ciuitate contractum: propter simplicitatem contrahentium vetera iura seruantur. hoc dicit authen. cum suppletione quæ est in corpore vnde sumitur. Bald.

SEd nouo iure quinq; testes adhibẽdi sunt, si fiat ab imperito[a] literarum contractus in scriptis, & in ciuitate, & excedat libram auri. nã si quis facẽre quemlibet contractũ ex non scripto valuerit: manifestũ est quia aut per testes aut per iusiurandũ fidem percipiet, actore quidẽ testes deducente, pulsato autem iurãte aut referẽte, sicut iudex deposuerit. In agris autem, quæ hactenus valuerũt apud eos, & nunc sint firma.

TITVLVS III: DE SVFFRAGIO.†

Ex nudo pacto debetur salarium aduocato: & si salarium consistit in quantitate, vel re mobili, vel se mouente, non est necessaria certa scriptura promissionis vel traditionis: secus in re immobili. & si aduocatus sibi ius dicit, tres pœnas patitur: quia de vi punitur, possessionem restituit, & iure (quod per promissionem meruit) & patrocinio priuatur: Bald.

DE SVFFRAGIO.

Quia suffragium petitur per certi condictionem: vt ĩ. eo. l. 1. de qua dicere cœpit: ideo de hac hic dicit. & dicitur[c] propriè suffragium ipsum patrocinium quod præstat aduocatus. nam fragor id est sonus, vnde suffragium id est, sonus ille qui fit, vt per eum suffragetur alicui: hic autem ponitur impropriè scilicet pro eo quod datur pro patrocinio.

c Suffragium quid.

SI qui.] CASVS. Si actor vel reus alicui pro præstando sibi patrocinium, certum constituit salarium, illud reddat: si calliditate moram soluendi fecerit, ad solutionem cogetur. & hoc in prima. Et si in re mobili salariũ fuit constitutũ, sola traditio ad dominiũ trãsferendum sufficit, nec scripturã interuenire necesse est: & est contractus firmus. & hoc in secunda. Si verò aduocatus rem sibi conuentã pro salario promisso tantũ vna monitione postea facta inuasit sua auctoritate: possessio ad dominum redeat, & à petitione sua cadat. & hoc in quarta. Viuia.

1. *Impp.* THEOD. ARCAD. & HONORIVS AAA. *Rufino pp.*[*]

SI qui desideria sua explicare † cupiẽtes[b], ferri sibi à quoquam suffragium postulauerint, & ob referendam vicem se sponsione constrinxerint[c]: promissa restituant[d], cum ea quæ optauerint[e], consequantur[f]. si artibus[g] moras nectant[h], ad solutionem debiti coartandi[i] sunt. Et si quid eo nomine in auro, vel argento, vel cæteris rebus mobilibus[k] datum fuerit: traditio sola[l] sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatẽ: quoniam collatio[m] rei mobilis inita[n], integra fide ac ratione cumulatur[o]. Quòd si prædia rustica vel vrbana placitum[p] cõtinebit[q]: scriptura quæ ea in alium[r] transferat[s], emittatur, sequatur & traditio corporalis, & rem fuisse completam gesta[t] testentur. aliter enim ad nouum dominium transire

b ¶*Cupientes.* siue condicant pecuniam, siue aliud petant.

c ¶*Constrinxerint.* stipulati. aliàs non obligantur secũdùm quosdam. Sed dicas hic nudo pacto: & quod subiicit, restituãt, scilicet[a] cõdictione ex hac lege, cum stipulatio non interuenit: aliàs si interuenit stipulatio agitur certi condictione ex stipulatu, si certum promissum est: si incertum, actione ex stipulatu? *vt insti. de verborum obliga. in prin.* Si autem nullomodò, tũc officio iudicis pro modo litis, & facundia aduocati, & fori consuetudine: *vt in fine huius legis, & ff. de var. & extraordin. cognit. l. j. §. in honorariis.* Si autem est conuẽtum & incertum, potest peti vt constitutum certum: vt dictũ est: licèt in procuratore sec', *vt infra man. l. salarium. vbi de hoc dices.* Sed quidam dixerunt quòd vbi pactum nudum interuenit, de eo præstando detur actio præscriptis verbis: vel de dolo si dicas incidere in speciem illam facio vt des *per l. ff. de præscript. verb. l. naturalis. §. quod si faciam.* & hoc præstito prius patrocinio. quæ opinio non placet. illud autem constat, actionem[b] locati locum non habere, cum nec in mensore locum habeat: *vt ff. si men. fal. mo. dix. l. j. §. ideo autem ad hoc. ff. loca. l. qui operas. §. j.*

a Salarium aduocati quo actione petatur.

* C. T. 1. 19. 3.

† aliàs explete.

b Actio locati non habet locum in aduocato, nec in mensore.

d ¶*Restituant.* i. soluant.

e ¶*Optauerint.* s. subsidium patroni.

f ¶*Consequantur.* s. præstito eis suffragio. ¶Et sic est arg. quòd demum finita causa sit salarium præstandum. *& sic est arg. contra ĩ. de iud. l. properandum. §. pe.* Sed tu dic quòd[c] statim: & quod hic dicit, consequantur, cautè dicit: non enim dicit, consecuti sunt. 2 Vel dic quòd post allegationes, & ante sententiam, & ita iam consecuti sunt. sed hoc non placet. 3 Vel tertiò consequantur quod optant, eo ipso quòd aduocatus dicit se paratum patrocinium præstare. nam hoc desiderant, scil. sibi præstari, & præstatur: ergo habent quod optant. & hæc prima bona.

c Salarium aduocato quando sit præstandum.

g ¶*Si artibus.* i. fraudibus.

h ¶*Nectant.* i. faciant clientuli.

i ¶*Coartandi sunt.* s. eo modo qui sequitur.

k ¶*Datum.* i. promissum dari.

l ¶*Sola.* s. sine scriptura: quæ infra statim erit necessaria ad translationem dominij.

m ¶*Quoniam collatio.* i. datio.

n ¶*Inita.* i. facta.

o ¶*Cumulatur.* i. firmatur.

p ¶*Placitum.* s. duo de salario rei immobilis dandę cõuenit, & est in scriptis redactum, quod est necesse.

q ¶*Continebit.* quando salarium conuenitur pro patrocinio præstando in re immobili, debet de conuẽtione fieri scriptura: aliàs non transfertur.

r ¶*In alium.* s. patronum.

s ¶*Transferat.* i. dominium transferri significet.

Debitorem meum cœpi, & detineo. quæritur an puniar, & qualiter? Respōdetur quòd tripliciter punior: quia primo iure meo. Secundo, quia debeo tantundem dare detento, vel parentibus eius. Tertio, quia punior pœna corporali. Et quia non dicitur qualiter, relinquitur arbitrio iudicis. Bal. Vel sic: Nota quòd triplici pœna adfligitur qui debitorem suum capit & retinet. Secus si debitor esset fugitiuus: quia capi potest, vt ad iudicem ducatur: & tunc modico spacio debet retineri: vt not. in l. extat. ff. quod metus causa. & l. interdum. ij. §. qui furem. ff. de furtis. Salyc.

Imò à debito creditor cadit[l], tantundem dando vel retento[m], vel eius parentibus[n]: ipso quoque creditore corporalibus pœnis subdendo.

Accipiens mutuum obligatur mutuanti, non is ad quem pecunia propter mercimonia deuenit. Bal. & Sal.

XIII. Iidem AA. & CC. Barsumio.

Evi cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionem vrgere competenti debes actione. nam aduersus negotiatores quos ex mercibus[o] pecunias abstulisse[p] tuo debitori proponis, nullā habes actionem[q]. Dat. XI. Kal. April. CC. Coss.

Creditori datur ius eligendi an agat personali vel hypothecaria: imò ius cumulandi personalem & hypothecariam in libello. Bal. & hoc iure isto hodie serua auth. hic positam. Sal.

XIIII. Iidem AA. & CC. Hermodoro & Nicomacho.

Est in arbitrio vestro, personali debitoris heredes actione[r], an eum qui ab his distracta sibiq; tradita pignora[s] tenet, in rem Seruiana, si non longi temporis[t] præscriptione munitus sit, an vtrosque conueniatis. Dat. V. Kalen. Decembr. Nicomediæ. CC. Coss.

IN AVTHENT. DE fideius. §. sed neq; ad res. coll. j. constit. iiij.

Nota quòd non modo principalis sed etiam fideiussor est prius excutiēdus, quàm perueniatur ad pignorum possessores. Salyc.

Sed hodie nouo iure prius conueniendi sunt omnes fideiussores, & mandatores, & sponsores, quàm ad pignorum

Imò à debito. CASVS. Hæc authen. non corrigit l. codicis, sed addit, & imponit pœnas tres creditori, qui compellit debitorem vt pro debito fiat seruus eius: quia perdit debitum. Item cogitur tantundem dare ipsi debitori, vel eius parentibus. tertio patitur creditor talia faciēs pœnā corporalem. Viuia.

l ¶Creditor cadit. si eum seruire compellat.

m ¶Retento. id est illi qui fuit retentus vi, etiam si pater consensisset: vt ar. ∫. quæ res pig. oblig. post l. fina.

n ¶Parentibus. agentibus nomine retenti, in quorum potestate est retentus. 2 Vel dic parentibus qui successerant, retentis: idem tamen si extranei successerant, sed de parentibus dicit ideo, quia frequentius fit. 3 Vel tertio, si retentus vellet remittere, parentes possunt petere: quia eis videtur fieri iniuria. ff. de libe. cau. l. ij. & iu. & iiij. ¶An autem his legibus potest renunciari? Respon. non: vt not. in authentic. vt sine prohibi. & c. §. j. colla. vj. aliàs incipit, sine debiti. sine credi.

Evi cui.] CASVS. Si decē mutuasti mihi, & de his vestes cōparaui, an aduersus venditorem vestium actionem habes, quæritur? Resp. quòd non: sed cōtra me cui mutuasti, agere debes. Viuia.

o ¶Mercibus. suis venditis.

p ¶Abstulisse. i. accepisse à debitore tuo. sic ff. de fur. l. qui vas. in princ.

q ¶Actionem. vt ∫. depo. l. si u. & ∫. si cer. peta. l. non aduersus. & ff. de cond. indeb. l. his solu.

Est in arbitrio.] CASVS. Titius obligauit mihi pignus pro pecunia quam ei mutuaui, & pignus distraxit, & vendidit. in electione mea est, velim conueniare Titium actione personali, an agere hypothecaria aduersus emptorē pignoris nisi possessor pignoris tueri se possit præscriptione lōgi temporis. Viuia.

r ¶Actione. scilicet conueniatis.

s ¶Pignora. vt ∫. de pign. l. quamuis personali. & l. distractu. & l. debitore. & l. persecutione. & de preca. & Saluiano inter. l. j. & arg. ∫. de fideiuss. l. j. & hoc in pignore expresso: secus si in tacito etiam iure veteri: vt ff. de iure fisc. l. Moschus. & est simile. ∫. de seru. pign. da. ma. l. j. ij. & iij. & ∫. de pigno. l. ij.

t ¶Longi temporis. de hoc vt dixi, ∫. eo. l. si à creditore.

Sed hodie.] CASVS. Hæc authen. corrigit. l. Codicis. quia prius debet conuenire fideiussores & debitores, quàm pignoris possessores. Viuia.

Margin notes:

Glossa.

a Vbi plenius v.

b Hypotheca tia actione qui experitur ad pignus non amittit ius agendi actione personali ad ipsum principale debitum.

c Subscribens vt testis, non obligatur vnà cum principali.

d Aes alienū.

e Aes suum.

f Legendum experitur.

g Seruiendi se ad tempus obligare quis potest, non in perpetuū, sed ad tempus.

Pactum quod creditor possit debitorem capere, & retinere pro debito non valet.

Renunciare debitor nō potest priuilegio legibus introducto, quo nimirum liber homo se debito causa fieri nō facere, nec pro debito creditionis liberè suam in seruitutem mittere potest.

a ¶*Possessores.* Huic est contra in authen. *de liti. §. ad hoc. aliàs ab hoc. colla. viij. quæ est j. de pign. authen. hoc ita.* 1 B. dicit quòd hæc corrigitur. 3 Ir. & Io. dicunt quòd illa de litig. secundum istam. Vel quòd ibi dicit, verú est si possessor habeat causam à debitore. alioquin contra. 4 Sed hoc nó placet, ideo quia dolus[a] auctoris emptori nocere non debet cú conuenitur: vt *ff. de except. doli. l. apud. §. si cum.* Vel dic vt plenè ibi dices. ADDITIO. Baldus hic dicit notabiliter istam authen. non habere locú si extraneus possessor non sibi. sed debitori possidet pignus. Nam tunc poterit ipse nó ex cussoprincipali aut eius fideiussore conueniri: quia effectus iudicij fúdatur contra principalem: ex quo non tá ipse possessor quàm principalis cui[9] nomine possidet, videtur conueniri, *arg. l. ij. §. vbi in rem ac.*

a Dolus auctoris emptori nocere non debet.

perueniatur possessores[a].

TITVLVS XI.

VT ACTIONES ET ab heredibus, & contra heredes, incipiant.

Stipulatio & legatum post mortem collatum incipit ab herede: & hoc vigore huius legis, remota regula antiquorum. Bald. Vel sic: Obligationes tam ex contractibus, quàm ex vltima voluntate possunt ab herede incipere actiue & passiue, remota antiqua regula his contraria. Salycetus.

I. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni. P.P.*

CVM stipulationes, & legata, & alios contractus[b] post mortem[c] compositos, antiquitas[d] quidem respuebat, nos autem pro communi hominum vtilitate recepimus[e]: consentaneum erat etiam illam[f] regulam, qua vetustas vtebatur, more humano emédare. Ab heredibus enim incipere actiones, vel cótra heredes[g], veteres non cócedebant, contemplatione stipulationum cæterarumq; causarú post morté conceptarú. Sed nobis necesse est, ne prioris vitij materiá relinquamus, & ipsam regulá de medio tollere, vt liceat & ab heredib. & cótra heredes incipere actiones [& obligationes:] * ne ꝓpter nimiá subtilitaté[h] verború latitudo † voluntatis cótrahentium impediatur. Dat. XV. Kal. Nouéb. Cóstantinop. post cósulatú Lampadij & Orestæ. VV. CC.

VT ACTIONES & ad hered. &c.

Dicit[b] titulo superiori de actionib. Sed quia quædam ab heredib. incipiunt, & contra heredes, ideo de hic dicit: & aliæ prius nata protendantur contra heredes, & heredibus: vt j. de hered. act. per totum.

b *Continuatio.*

C*Vm & stipulationes.* CASVS. Olim stipulatio post mortem alicuius contrahentium cócepta vel pridie quá moreretur, nó valebat. Verbi gratia: Si stipuler me aliquid daturú post mortem tuam, non valebat, ratio quare non valebat, erat illa: quia actio contra heredem & ab herede incipere non poterat. Quum antiquitatem emendauit Imperator, dices quòd stipulatio sic concepta valeat: & quod actiones incipiant competere heredi, & aduersus heredem: ne propter nimiam subtilitatem verborum voluntas cótrahentiú impediatur. Vi.

* Sic reperi in meis manuscr. alij sinunt ab esse à suis.
† sic restitui ex manuscr.

b ¶*Contractus.* sic ergo innuit stipulationem esse contractum[c], sed impropriè; vt *ff. de verb. signi. l. Labeo. ij.* Idem innuit in legatis, sed illa sunt ex quasi[d] contractu: *vt in instit. de obliga. quæ ex quasi contra. §. heres.*

c Stipulatio est contractus impropriè.

d Legata, quasi contractibus numerantur.

c ¶*Post mortem.* alterius contrahentium. Verbi gratia: Si promittam me daturum. x. post[e] mortem tuam, vel legem tibi decem post mortem tuam, quod pro eodem est ac si heredi tuo legem: vt habes hæc exempla Instirut. *de inuti. stipul. §. post mortem. & §. sequ. & institu. de leg. §. post mortem. & infra de contrahen. stipula. l. scrupulosam.*

e Stipulari quis potest post mortem suam, cú moritur, & pridie quàm moriatur.

d ¶*Antiquitas.* cui videbatur ex facto contrahentium inter ipsos incipere debere obligationé: sed hoc fallebat in stipulatione conditionali, etiam olim: *vt insti. de verbo. oblig. §. ex conditionali.*

e ¶*Recepimus.* s. in dicta. l. scrupulosam.

f ¶*Illam.* non solum rem mutare, & ad hoc in authen. *de non alie. §. sinimus. colla. ij.*

g ¶*Vel contra heredes.* vt si defunctus ad diem certum sub pœna pecuniam promisit. eo etiam ante diem mortuo necdum hereditate addita committitur pœna: *vt ff. de verb. obliga. l. ad diem. & ff. de nau. fœ. l. fi. & ad hoc. ff. de verb. obliga. l. quodcunque. §. j.* imò pone prædicta exempla vt modo notaui in alia glo. alterius contrahentium &c. ¶ Et caue tibi, quia aliter[a] dicitur post mortem incipere actio in stipulatione, & aliter in legato. In stipulatione enim dicitur incipere, non quia nulla fuerit ante mortem, sed quia núc incipit esse efficax: *vt ff. de euic. l. si per imprudentiam. §. non mirum.* sed vbi mihi legas post mortem meam, nunquam mihi debetur sed heredi meo tantum quasi ex sua persona: *vt ff. de iudic. l. qui à pupillo. & ff. de act. & oblig. l. obligationum fere. §. j. & ff. quando dies le. ce. l. iij.* Item huic l. est contra. *ff. de act. & obl. sub hac.* Sed ibi non potest velle heres, quia nec à pricipio sic facta valet: promitto, si volam, vt ibi dicit. 2 Vel ibi non est inutilis ea ratione, quia actio nó possit ab herede vel contra herede incipere: sed quia ab initio ex sui natura inutilis est sic cócepta si volam. ¶ Item no. ar. de præbenda[b] nó vacante: *vt dixi s. de pac. l. fi. & facit ff. ad l. Falci. l. pœnales. circa princ. ibi, nec contrarium est &c.*

a Actio aliter dicitur incipere in stipulatióe post mortem, & aliter in legato, & est differentia inter contractus & legata ad obligationem inchoandam, & vt loquitur Baldus inttandum.

† Conc. cum hac l. & duab. seq. c. ex parte vestra. cum Cl. super verb. alienat. causa de rescrip.
* dubitas.
b Præbendam per morté vacaturam posse impetrari modò non experimentur persona moerui hinc colligás.
c Subtilitas sicula vitanda.

h ¶*Subtilitatem. sic infra pro socio. l. de societate & ff. qui. mod. pign. vel hypoth. sol. l. sicut. §. si debitori.* Ite *ad hoc. j. de constit. pecu. l. penult. prope finem.*

TITVLVS XII.

NE VXOR PRO MARITO, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur.

Vxor conuenta ex contractu mariti, non habet necesse contractum infringere: quia siue valeat, siue non, ex eo conueniri non potest. h. d. Bald. Vel sic: Mulier ex contractu mariti non potest conueniri, nisi ex intercessione, à qua iuuatur Velleiano. Sal.

I. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Asclepiodotæ.*

FRVSTRA † disputas[a] [i] de contractibus cum marito tuo habitis, vtrúmne iure steterint, an minimè: cum tibi sufficiat, si proprio nomine[k] nullum cótractum habuisti, quo minus pro marito tuo conueniri possis, quòd nec si spontè pro eo intercessisses, quicquam à te propter senatusconsultum[l] exigi iure potuisset. Dat. Prid. Id April. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. Coss.

NE VXOR PRO marito, &c.

Licet heres pro defuncto conueniatur: vt s. titu. j. non tamen sic est in aliis, etiam qui valde coniuncti videntur: vt hoc titu. & seq.

F*Rustra disputas.*] CASVS. An ex contractu mariti possit conueniri vxor, quæritur? Respo. frustra disputat mulier, tenuerit contractus initus cum marito ipso iure, vel non: quia ex contractu mariti non conuenietur, propter senatuscon. Velleia. Viuia.

i ¶*Disputa.* aliàs dubitas, scilicet tu vxor.

k ¶*Si proprio nomine.* id est ad vtilitaté suam: *vt j. loca. l. contractum.*

l ¶*Senatusconsultum.* Velleianum. *vt & j. ad Vellea. l. frustra.* Sed hodie[d] ipso iure seruatur illæsa, quando obligat se cum viro: *vt in authen. vt nulli iudi. §. & illud vero. colla. ix.*

Pro debito mariti non potest fieri missio in bonis vxoris: tamen si maritus possidebat, habet vxor probare se dominam. h. d. not. secundum Bald. & Salyc.

II. *Iidem AA. Terentiæ †.*

† Terentiæ.

OB maritorum culpam, vxores inquietari leges vetant[m]. Proinde rationalis [noster,]* si res quæ à fisco occupatę sunt[n], dominij tui esse probaueris[o], ius publicum sequetur[p]. Dat. III. Non. Septembr. Diocletiano & Maximiano. AA. Coss.

*Deest in plerisque.

Res tradita ad sustentationem filiæ, non præsumuntur esse dotales, sed extra dotem. h. d. not. secundum Bal. nec possunt capi pro debito mariti. Salyc.

III. *Iidem AA. & CC. Carpophoro.*

O*B maritorum.*] CASVS. Si maritus alicuius mulieris aliquod crimen commisit, propter quod omnia bona sua confiscantur, & interea bona mulieris occupantur a marito possessa: cum leges nolint vt ob delictum maritorum vxores inquietentur, procurator Cæsaris qui cognoscit inter priuatum & fiscum, probante muliere res occupatas ad se pertinere iure dominij, eas faciet sibi restitui. Viuia.

m ¶*Vetant. vt j. de dona. inter vi. & vxo. l. res. & j. ad leg. Iuliam de vi. l. j. & j. de pœ. l. sancimus.* sed hoc fallit in casu. s. propter primipili necessitaté, ꝓpter quá retinetur dos. *vt j. quib. cau. pig. ta. contra. l. sacis. & de primilo. l. fi. li. xij.* non autem aliæ res vxoris: *vt j. de pri. fisca. l. bona.* Sed & maritus ob culpam vxoris conuenitur in casu: *vt ff. de offic. procon. l. obseruare. §. proficisci.* Vel ibi ob suá propriam: vt ibi dixi.

n ¶*Occupata sunt.* nomine mariti qui eas possidebat.

o ¶*Probaueris.* scilicet tu mulier.

p ¶*Exequetur.* i. faciet tibi reddi: vt hoc publicum ius seruetur, ne mulieres pro altero inquietentur.

d Renuntiantem Velleiano mulierem etiam cum iuramento, non intelligitur nócuisse Auth. si qua mulier de qua j. ad Velleianum. hinc colligit Baldus decis. 506.

e Dos aliquádo retinetur pro debito mariti.

Cum ro

CVm te possessiones.] CASVS. Pro filia tua centum in dotem non dedisti, sed ad se sustentandam prædium assignasti: maritus ex administratione tutelæ vel munere ciuitatis alicuius factus est debitor meus: núquid prætextu illius debiti possit capi illud prædium quod in dote non erat, quæritur? Dicitur quòd non: quia sicut nec mater pro obligatione filij sui obligari tenetur: ita nec maritus pro vxore, si postea se non obligauit. certissimum enim est &c.

1 CVm te possessiones [a] non in dotem [b] pro filia tua dedisse, sed ad sustentandam eam extra dotis causam filiæ tuæ prædia adsignasse proponas: ciuilium munerum [c] vel onerum* municipalium obtentu, ex persona mariti [d] eius, quomodo [e] matres ex persona filiorum interpellari† non possunt: cum neque maritum pro vxoris obligatione conueniri posse constet [f], nisi ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est, ex alterius contractu neminem [g] obligari. III. Id. Septem. Sirmij. AA. Coss.

a ¶Possessiones. id [a] est res possessas.

b In dotem. maximè, nam idem tunc nisi in casu: vt j. in quib. cau. pig. & c. l. satis.

c ¶Munerum. vt tutelæ.

d ¶Ex persona mariti. scilicet interpellari non potes.

e ¶Quomodo. id est sicut.

f ¶Constet. vt ff. ad municipa. l. Lucius. §. idem respondit constante. nisi in casu: vt ff. de offic. procon. l. obseruare. §. j. & nisi [b] solitis modis pro eo se obligauerit. & hoc est quod subiicit, nisi ipse &c.

g ¶Neminem. nisi [c] pater pro filio, dominus pro seruo, heres pro defuncto: & hoc ideo, quia pro vna persona censetur: vt institu. de inutil. stipul. §. ei verò qui. & §. post mortem. & j. de impub. & aliis substitu. l. fin. & in authenti. de iureiur. à mo præst. §. j. colla. v. Vel potes dicere: hæc regula de iure ciuili obtinet, non prætorio.

a Possessiones alicui consignatis, intelligitur assignare ges possessas. al. honorum: al. honerum. vtraque lectio potest defendi.

† id est inquietari. Bald.

b Maritus se pro vxore potest obligare. & non vxor pro marito.

c Vna persona censetur pater & filius: dominus & seruus: heres & defunctus.

Gratuita solutio partis non grauat in solutionem alterius partis. h. d. not secundū Bal. Vel sic: Licet mater soluerit partem debiti filij sui, non propterea potest compelli ad solutionem residui. Salyc.

IIII. Iidem AA. & CC. Philoberæ.

2 CVm te [h] ideo ex persona filij tui commemores cōueniri, quòd [i] pro debitis eius aliquid [k] intulisse videaris: defensionibus tuis vti [l] apud eum cuius super ea re notio est, minimè prohiberis: vt is ad solutionem alieni debiti vrgeri te non patiatur. Dat. X. Kal. Septemb. Titiano & Nepotiano Coss.

CVm te.] CASVS. Cum mater ex cōtractu filij, si filius fuerit non soluendo, partē debiti soluerit: an super residuo eo prætextu quòd debitum agnouit partem soluendo, conueniri possit, quæritur? Respond. quòd non: & hoc prouidebit competens iudex. Viuianus.

h ¶Cum te. ô mater.

i ¶Quòd. pro quia. debita filij tui soluisti, cū non tenereris: volebāt creditores te cogere ad totum soluendum.

IN AVTHENT. VT non fiant pig. pro aliis. §. j. col. v. constit. v.

Qui pro debito vnius sua auctoritate grauat alium, punitur in quadruplum, & cadit à iure suo. Bald. & Salyc.

SEd omnino qui alium pro alio secundū formam pigne-

k ¶Aliquid. partem [d] soluendo.

l ¶Vti. ne alter pro altero conueniatur. ¶Nec obstet quòd aliquid est solutum: vt hic, & ff. de vsur. l. cum. de in rem verso. & j. de vsur. l. creditor. & j. de excusa. tuto. l. voluntaria. & 3. de pact. l. si certis annis. ¶Sed contra. j. ad l. Falcid. authen. sed cum testato. Solu. hic nullo modò est debitum: ibi ciuiliter & naturaliter, vel saltem naturaliter: ¶Item contra. j. de fideicommis. l. j. Solu. vt ibi. ADDITIO. Soluas sic, ibi heres fuit naturaliter obligatus: & coadiuuat fauor alimentorum, & vltimæ voluntatis cum diutina præstatione, qua visus est in futurum velle soluere.

d In parte voluntate quæ geruntur, ea non extenduntur ad totum & ei in quantum [illegible] præstantur.

SEd omnino.] CASVS. Si tibi Anglico vel Hispano mutuo pecuniam: vel sum spoliatus in Anglia vel Hispania vel Tuscia: non propterea si inueniam alios Anglicos, vel Hispanos, vel Tuscos, debeo eos pignorare in ciuitate ista: nec hoc mihi licet facere, imò omnino prohibeor hoc facere: & si contra facio, debeo puniri, & condemnari in quadruplum eius quod pignoraui: insuper cadam ab actione mea. Hoc dicit ista authen.

m ¶Formam. id est vt quæ accipiat, habeat locó pignoris. idemq; magis si accipiat vt habeat in solutum. Aliud puto, scilicet quòd non habeat locum pœna huius legis, si à debitore mea au-

Codex.

ctoritate debitum vel indebitum auferam. [a] tunc enim ius tantum quod habeo in re, vt quia obligata: vel pro re, vt quia debita est, amitto per edictum diui Marci: sed per constitutionem si quis in tantam, licet ius non habeam, in alio tamen patior pœnam. & est pro me, vt tantùm ius quod habeam, perdam, non autem quadruplum. ff. de his quibus vt indig. l. rescriptum. vt j. de pœnis. l. sancimus. Alij putāt me semper debere cadere à debito, & non tantùm pignus occupatū perdam. arg. ff. quod met. cau. l. extat. Sed ciuitates [b] seruant contra hanc authentic. ADDITIO. Suppleas, concedendo Repræsalias. Huius occasione Bald. hic pertractat succinctè materiam repræsaliarum: quam quidem ad longum tractat Bartolus in tractatu suo repræsaliarum. & Ioan. And. in c. non debet aliquis. de regul. iur. lib. vj. in mercurialibus. Pet. de Ancha. in c. j. de iniur. lib. vj. & nouissimè Sosinus. in consil. suo ccxxxj. incip. cum in præsenti consultatione. in ij. parte.

a Rem sibi obligatam auferens pœna.

b Repræsaliæ iure prohibitæ sunt licet ciuitates seruent contrarium.

* al. & ne leg.

rationis exigit, totum id ipsum [n] quicquid sit, in quadruplū vim passo reddet: necnō & ab actione ꝑ qua talia præsumit, cadet.

n ¶Id ipsum. s. quod est exactum.

TITVLVS XIII.

NE FILIVS PRO PAtre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel* seruus pro domino conueniatur.

Mutuatum filio emancipato, pater reddere non tenetur. mutuatum verò filio in potestate in casu permisso non iussu patris, pater tenetur reddere de peculio. Baldus.

I. Imp. GORDIANVS A. Candido militi.

NEQVE ex eius filij persona, qui cum sui iuris esset, mutuam pecuniā accepit, pater eius, si non fidem suam obstrinxit, conueniri potest: neq; ex eius quem in potestate [o] habet, si sine iussu [p] eius cōtractum est: neq; si contra senatusconsultum Macedonianum mutua pecunia data est, amplius quàm de peculio actionem sustinere cogitur. Quapropter pater tuus, si ei pecunia à creditore fratris tui extorta [q] est, ad quā reddendam nō tenebatur, præsidis prouinciæ auctoritate eam recuperabit [r]. PP. III. Non. Octob. Pio & Pontiano Coss.

Filius vt filius non tenetur pro debito patris, nec pro officio ab eo malè gesto. h. d. & ideo agens contra filium ex persona patris, debet facere mentionem quòd sit heres: aliàs libellus est ineptus: vt not. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matrimo. Bald.

NE [c] FILIVS PRO patre &c.

Putabatur ratione paternitatis, vel filiationis, vel libertinitatis alium conueniri. quod remouet.

c Vide limitationē ad hunc titulum apud Romanum singular. addeGl. singularem in l. cū. fratres 27. in verbo fuisse. ff. de iure patronatus, vbi multis disputat an & quando delictum patris noceat filio. adde Glos. 1. Feud. p. vbi quædam exempla adfert in quibus patris delictum filio, alterius, alteri, filij, patri nocet.

NEque.] CASVS. Si cum filio sui iuris effecto contraxisti, pecuniam ei mutuando: patrem, nisi specialiter se obligauerit pro filio, non habes eum obligatum. & hoc in prima. Si vero filiofamilias in potestate existenti, sine iussu patris mutuasti: quatenus est in peculio, vel quatenus in rem patris versum est, patrem habebis obligatum: vt j. ad Macedonianum. l. Zenodorus. Si ergo frater tuus decem à creditore accepit mutuo. & creditor exegit ea à patre tuo, recuperare illa tu heres poteris per condictionem indebiti: & hoc, quia nomine tuo soluit. si verò nomine filij, non repetet.

o ¶In potestate. hic assume quod dicit infra, amplius &c. & ab eo excipitur, si sine iussu &c. & si neque contra senatusconsult. &c. nam tunc scilicet secundo casu nihil tenetur: vt infra ad Macedo. l. si filius tuus. & institut. quod cum eo. §. fin. not. contra. Macedon. autem potest accipi multis modis: vt infra ad Macedon. l. Zenodorus. In primo autem, scilicet quando cum iussu: tenetur in solidum pater.

p ¶Sine iussu. nec aliud interuenerat, quo similiter in solidum teneri possit, veluti in rem verso, vel præposito tabernæ, vel negotiationi: quod si factum esset, teneretur in solidum.

q ¶Extorta. suasionibus [d], non per vim, tunc enim caderet à iure suo: vt ff. quod met. cau. l. extat.

r ¶Recuperabit. per condictionem indebiti: & hoc quia nomine suo soluit. si verò nomine filij, non repetit: vt ff. de condict. indeb. l. si is. quæ est contra. & pro hac solutione est. ff. de constitu. pecu. l. j. in fin. & l. seq. & ad hoc ff. si cer. petā. l. si filiusfamilias. & ff. ad Macedo. l. sed & si pater. §. j.

d Hæc Gl. est sing. omnino. vide quæ notaui in extrauag. Io. xxij. execrabilis. in prin. circa verbū, extorsisse. quod autē dicitur suasionibus nihil aliud est quàm dolo malo qui extorti comparatur quod ad condictionem indebiti. Bald.

NEc tenetur.] CASVS. Si pater tuus ob administrationem ministratam factus est debitor, puta tutelæ, & est non

soluendo: an tu tul iuris effectus, conuenini pro eo possis, quaritur? Dicitur quòd non.

a ¶ *Patrẽ vestrum.* viuum adhuc: quia si mortuus esset, eius successione delata ad vos, posset vos conuenire, nõ quasi filios, sed quasi heredes: *vt s. de filiofami. l. j.*

b ¶ *Prouidebit. vt j. de prin. l. fi. lib. xij.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. *Neotherio & Eutolmio*.

NEt contra iuris auctoritatem ab eo qui patrem[a] vestrum a quo emancipatos vos dicitis, ad munus ciuile deuocauerat[*], inquietemini, pręses prouinciæ prouidebit[b]. Dat. VIII. Kalend. Februa. Maximo. II. & Aquilino. Coss.

Propter officium filij pater non tenetur. h. d. Bald. Vel sic: Si pater contradixit quando filius fuit electus decuria, non potest conueniri pro eo. Salycet.

III. Iidem AA. & CC. *Theogeni*†.

SI filiusfamilias inuito[c] patre decurio creatus sit: pro eo patrem inquietari non posse[d], iure manifestissimo cautum est. G. X. Kal. Maij. CC. Coss.

Viuente patre filius non tenetur ad debitum patris. Bald.

IIII. Iidem AA. & CC. *Achiuo*[*].

PAtris † nomine superstitis filium, nec munerum ciuilium, nec debiti causa personali[e] posse conueniri actione constat. S. XII. Kal. Mart. Sirmij. CC. Coss.

Ex contractu patroni vel domini libertus vel seruus non tenetur. Bal.

V. Iidem AA. & CC. *Lampetio*†.

EX patroni[f] vel domini[g] cõtractu, liberti vel serui conueniri non possunt. Dat. Idib. April. CC. Coss.

Ista est notabilis authẽtica. Scholares ad legitima studia procedentes, ipsi & eorum nuncij possunt ire & stare liberè & securè, tanquam bene meriti, & quorum scientia mundus illuminatur, præmia promerentur, eos nullus debet offendere: nec pro alio pignorare. qui contra facit, punitur. Electio quoque datur eis conueniri coram magistro vel domino suo, aut coram episcopo, sub quo velint. & qui eos contra priuilegium huius authentica tradit ad iudicem, perdit causam. Deinde iubet hanc authenticam situari sub hoc titulo. Bald.

Noua constitutio Friderici.

HAbita quidem super hoc diligenti inquisitione episcoporum, abbatum†, ducum, omnium iudicum, & aliorum procerum sacri nostri palatij examinatione[h], omnibus qui causa studiorũ peregrinantur scholaribus, & maximè diuinarum atq; sacrarum legum[i] professoribus, hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, vt ad loca in quib. literarum exercentur studia, tam ipsi, quàm eorum nuncij veniant, & in eis securè habitent. Dignum namq; existimamus, vt cum omnes bona facientes, nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur, quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediẽdũ deo & nobis eius ministris, vita subiectorum informatur, quadam speciali[k] dilectione eos ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules, facti de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitã suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sępè hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias sine causa perferunt? Hac igitur generali & in perpetuum valitura lege decernimus, vt nullus de cætero tam audax[l] inueniatur, qui aliquam scholarib.[m] iniuriam inferre pręsumat, nec †ob alterius cuiuscũque prouincię delictum siue debitum (quod aliquando ex peruersa[n] consuetudine factũ audiuimus) aliquod damnum eis inferat: scituris huiusmodi sacræ constitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigenda in quadruplum notaq; infamię eis ipso iure irroganda, dignitate sua se carituros[*] in perpetuum. Verũtamen si litem[o] eis quispiã super aliquo negotio mouere voluerit: huius rei optione[p] data scholaribus, eos corã domino[q]

c ¶ *Si filiusfamilias inuito.* Si enim patre sciente, teneretur in solidum pater: *vt ff. ad municip. l. quotiens. & j. lib. x. de filiisfamil. & quemadmod. pro eo pa. te. l. j.*

d ¶ *Non posse.* nisi de peculio. *vt j. quod cum eo. l. j. & ff. de peculio. l. ix. §. finali. & l. sequen. & j. quando prouoc. non est necess. l. si pater.* Et distingue hic vt diximus. *j. quod cum eo. l. j.*

SI filiusfamilias.] CASVS. An pater pro filio decurione creato, eo mortuo, si filius debitor factus fuerit, conueniri possit, quæritur? Dicitur quòd non. si eo inuito factus fuerit decurio.

PAtris.] CASVS. An patre superstite obligato ratione debiti principalis, puta quòd acceperit aliquid mutuo ratione, puta muneris, filius conueniri debeat, quæritur? Dicitur quòd non. Et dico notanter, superstite: quia si esset heres, tunc teneretur vt heres.

e ¶ *Personali.* reali fortè sic, si rem peculij pater obligauit.

f ¶ EX *patroni.* tempore contractus.

g ¶ *Vel domini.* tempore contractus, & facit ff. *de actio. & obligatio. l. serui. & s. de iudic. l. cum debitoris & de noxa. l. j.*

HAbita.[b]] CASVS. In hac authen. talis est: Imperator primo præcipit quòd scholares securè vadant ad loca studiorum, & nullus eis iniurias inferat & reddit rationem ibi, dignum enim &c. & rationẽ rationis ibi, quis enim &c. deinde concludit ex supradictis ibi, hac igitur. Secundo prohibet imperator ne scholares damnum patiantur pro delictis commissis ab aliis imponendo pœnam temeratoribus huius l. Tertio dat electionẽ scholaribus, sub quo velint conueniri. Quarto iubet hanc. l. poni in tit. isto, ne pater pro filio litera satis plana est de se.

h ¶ *Examinatione.* sicque erit lex solennis: *vt s. de legi. & constitu. l. humanum.*

i ¶ *Sacrarum legum.* Not.[e] leges sacratas: *vt s. de legi. & constitut. l. leges.*

k ¶ *Speciali.* Nam licet omnes debeãt ab iniuriis defendi: hi maxime, ne videantur negligi. ¶Sed an pedagia[a] soluant? Respon. non: *arg. ff. de leg. l. si quando.* Item quia in vsum proprium ferunt libros. & alia. *j. de vecti. & commiss. l. vniuersi.* Item quia non est consuetum: *vt ff. de pub. & vecti. l. iiij. in fin.*

l ¶ *Audax.* Audacia[b] in malum. *fic. j. vnde vi. l. si quis in tantam. & ff. pars hered. pe. l. j. in fin. & de libe. & posthu. l. Gallus, §. videndum. in fine.*

m ¶ *Scholaribus.* cuiuslibet facultatis: *vt s.* & subaudi maximè. nec enim licet alicui alij inferre iniuriam: sed ideo de his dicit specialiter, ne videantur negligi: *vt ff. de iniur. l. item apud. §. hoc edictum.* Item quod dicit iniuriam. q. d. vindicãdo se: sed ad defensionem sic, cum moderamine: *vt j. vnde vi. l. j.*

n ¶ *Ex peruersa consuetudine.* ¶No. peruersam consuetudinem[c] non seruãdam. *sic & in auth. vt nul. iudi. §. j. colla. ix. & in noua constitu. Frider. de sta. con. li. ec. edi. § j coll. x.*

o ¶ *Si litem.* largè[d] ponitur pro ciuili & criminali, licet alibi tantũ pro pecuniaria: *vt ff. de usfr. l. i.* & hoc patet ex eo qđ s. dixit, vbi propria auctoritate vindicati prohibet. sic & causa licet dicatur criminalis, *vt d. l. j.* quandoque pro ciuili ponitur: *vt s. de th. iud. om. iudi. l. in criminali.* Sed per scholares & doctores renunciatũ est Bononiæ quantum ad criminales. & sic seruatur, exceptis clericis, qui suo non potuerunt priuilegio renunciare: *vt §. de epis. & cler. auth. statuimus.*

p ¶ *Optione.* i. electione. ¶Et not. q̃ in contractibus alternatiuarũ[e] est electio rei: *vt ff. de iure do. l. plerunque in fi.* Sed in iudiciis, actoris: *vt ff. de no. ope. nun. l. stipulatio. §. j.* Item in dubio dicto: *vt ff. de ind. l. si quis intentione.* vel si duabus actionibus agere potest, eius est electio. Item conuenire sub quo iudice vult: *vt ff. de iudic. l. quod legatur. & l. si fideicommissum.* hoc autem fallit hic fauore scholarium. ¶An autem ex quo elegit, variare[f] potest? videtur quòd sic vsque ad litis contestationem, sicut actor: *vt ff. de surr. om. iudi. l. si conuenerit. & ff. sol. matrimo. l. si cum dotem. §. eo autem tempore.* ADDITIO. Hoc intelligas verum, quòd scholaris possit variare. s. semel, & non pluries. *l. non vtique. §. j. ff. de eo quod cer. loco.* pro quo facit, quia vnum eligendo, videtur recusare alium: quare ad alium redire non potest *auth. offeratur. s. de lit. contest.*

q ¶ *Domino.* legum, qui aliàs præceptor appellatur: *vt ff. de dam. infect. l. si aedibus.* aliàs magister: *vt ff. de arbi. l. qualem.* (aliàs est *l. dicere. §.*) Castim.

a Filius patre mortuo vt filius non potest conueniri pro patre, sed vt heres.

* Vtilemo.

† Libellũ negat dum concipi posse hunc colligit Bald*, hac forma. Petro me non inquietari, quod Canonistæ vocant silentium imponi. adde c. a. qui dam ex dare. l. Aurelius num. § centum, ff. de liberat. le. negata tamen hic libellus admittitur. si a quo aliquis fit inquietãsque niam super eo fundatur.

* deuocaue it.

† al. Theodogeni.

* Athico.

† In quibusdã codicib. hæc l. patris. & l. vlt. fi. vsfr. inuersæ sunt.

† al. hec l. ponitur sub tit. seq.

b Vide in hãc Authenticam Oldendorp. & Rebuffum.

e Leges sacræ dicuntur.

a Pelagia solvere arcentur scholares.

b Audacia in malum parte sumitur.

† Personæ ecclesiasticæ possunt esse in consiliis principum secularium. Bald. hic per eum scilicet in v. non est vor. de vox. quia licet eis prohibeatur vaga & indiscreta secularium negociorum tractatio possunt tamẽ vnã tradere. c. In archiepis. de rapto.

c Consuetudo praue sa non est seruanda.

d Lis & ca sa quomodo sumantur.

† A iure communi pro scholaribus in studiosi hic reddantur immunes, vt & clerici constitutione Gregorij. s. vn. de bu. carium 6. Cæterum de Repressaliis v. Cremonem fing. 26. Cotram in verbo Repressalia. Ioannem à Canibus & Martinũ Laudẽsem in tract. de Repressaliis.

e In alternatiuis cuius sit electio rei, vel auctoris.

* irrogata dignitas careant in perpetuum.

f Studiosi in iudice eligendo an variare liceat.

Vel

a ¶*Vel magistro.*alterius facultatis.

b ¶*Dedimus.* per hanc constitutionem. ¶Sed nonne etiam iure veteri hoc idem erat: vt idem in proœmio.ff.§.*in Berytensium*? Respon.nô: quia ibi tantùm de legum professoribus dicit. Item non dicit quòd optio est scholaris.vt hic dicit. ¶Item cum dederit in hoc iurisdictioné prædictis: nunquid poterût delegare[a]: videt quòd non: *vt ff.de offic. eius cui man. est iurisd.l.j.§.qua vero.* Sed dic quòd sic potest, quia non conceditur alicui eo quòd de maioribus sit, sed cuilibet etiam grammatico: vnde competit iure magistratus. nam pro eo quòd regimen iuris potest delegari: *vt in dicta l.olim.§.qua verò.* Sed olim non: cum tantùm legum professoribus erat côcessum ideo quia de maioribus sunt. ¶Item nunquid potestatê[b] potest eligere scholaris? Respo. sic: quia sic erat olim in scholaribus legum: *vt in proœmio.ff.§.pen.* & quia quilibet ibi contrahens sit de eius foro ratione côtractus nisi per priuilegium eximeretur, vt clerici: *vt in authen.de san. epis. §.oeconomos.colla.ix.*

c ¶*Tentauerit.* Nunquid demû lite contestata? Videtur quòd sic: quia tunc videtur verè tractus: *vt ff.rem ra.ha.l.amplius.* & *argu.* ĵ. *quod quisque iur.l.j.in fin.* & *ne qui in ius vo.l.j.§.j.* Econtra videtur quòd sola[d] citatio sufficiat: quia dicit, tentauerit, licet ille non venerit: *vt* ĵ. *de epis. & cle.l.si quis non dicam.* Sol.non[e] amittit actor causam post citationem solam factam coram potestate, sed demum priuilegio allegato instet: nam prius videtur vocari vt sciatur an velit priuilegium allegare: *vt ff de iudi.l.si quis ex aliena.* si verò vocatur coram eo quem constat non esse iudicem, tunc nec venire tenetur vocatus: *vt ff.de iurisd.om.iudi.l.fin.* autem actor causam amittit: *vt hic,* & ĵ. *de iur.om.iudi.l.in crimnali.* ¶Item an potest pœnitere[f] vocans? videtur quòd non in alterius iniuriam: *vt ff.de reg.iur.l.nemo potest.* Sed arg. contra. *ff.de in ius voc.l.quamuis.* Sed ibi non amiserat actor actionem: vnde remittit eam patrono: & ei remittitur pœna. ¶Item quid si sponte[g] reus subit iudicium? Respon. non punitur actor: *vt d.l.quamuis.* ¶Item an est dilatoria, vt[h] tantùm ante litis contest. possit opponi? Resp. sic, cum sit fori: *vt* ĵ. *de excep.l.fin.* ¶Item quid si vocans errauit in facto, vel iure? Respon. videtur ei parci: *vt ff.de iur.& fac.igno.l.error. in fine.*

d ¶*Cadat.* aliàs est depriuetur. ¶Sed[i] an ipso iure, vel per sententiam? Resp. per sententiam: quia dicit depriuetur vel cadat: & sic intellige ĵ. *de iur.om.iudi.l.in criminali.* ¶Sed à quo est danda? Resp. à iudice actoris, si illud iudicium fuit declinatum: vel si nô, idem iudex poterit, cum & hoc sit ius rei. ¶Sed qua actione? Respond. condictione ex hac lege: *vt* ĵ. *de condic.ex le.l.j.* vel officio iudicis. ¶Item quid si[k] iudex se iudicem pronunciauit? Resp. appellabitur ab eius sententia.

Cmaxr.c.nunc emittagat: cum gl.super verbo, confuetudine, in nod. de fo.com. a Iurisdictio fubo aū c. de. legari potest. — b Studiosi potestatem eligere possunt indicem. — † al. Iuliano. — c Litis contestatione videtur aliquis vere in ius trauisse. — d Citationis perfectæ & incontu tantû differentia. — e Citans scholarem vetitum, an & quatenus causam amittat. — * al. Betico. — f Citans scholarem ad iudicem vetitum an possit pœnitere. — g Inuerio non sit voluntaria. — h Dilatoria exceptionis an &quæ lite contestata tantum possunt opponi. — i Verba quæ ipso iure pœnam imponunt, & quæ sententiam requirunt. adde Roman. singulari. — k Si iudex pronunciat se competentem, sententia in interlocutoria facit à qua potest appellari.

vel magistrô[a] † suo, vel ipsius ciuitatis episcopo, quibus hanc iurisdictionem dedimus[b], conueniat.

Qui verò ad alium iudicê eos trahere tentauerit[c]: etiã si causa iustissima fuerit, à tali conamine cadat[d]. Hanc autem legem inter imperiales constitutiones, scilicet sub titulo, Ne filius pro patre, &c. inseri iussimus. Dat. apud Roncalias, anno Domini M.clvij mense Nouembri.

TITVLVS XIIII.

AN SERVVS PRO* suo facto post manumissionem teneatur.

Contrahens in statuta libertate, non conuenitur postea liber factus hoc dicit. vel magistratus: Illud quod est in potenti, non disponit de actu. Baldus.

I. *Imp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Iuuentiano*†.

QVAMVIS cum statulibero[e] contraxeris tamen ex ante gesto te non habere cum eo post impletam conditionem libertatis actionem, scire debes. PP.II.Id.Decemb. Dextro.II. & Prisco.Coss.

Accipiens mutuum in seruitute nô tenetur liber factus. Bald.& Salyc.

II. *Imp.* ANTONINVS A. *Bætico**.

CReditoribus tuis, qui tibi in seruitute mutuam pecuniam crediderunt, nulla aduersus te actio competit: maximè[f] cum peculium tibi non esse legatum proponas. PP.III. Kalen. Sept. Læto & Cereale Coss.

Pecunia ob libertatem promissa, petitur per actionem in factum. Bal.& Salyc.

III. *Imp.* ALEXANDER A. *Herodi.*

PRomissæ[g] tibi pecuniæ à seruo tuo vt eum manumitteres, si posteaquam manumisisti, stipulatus ab eo non es, aduersus eum petitionem per in factum[h] actionem habes. PP.Id. Septemb. Alexandro. A. Coss.

Serui delictum quod non parit actionem in seruitute, parit in libertate. h.d. Bal. Vel sic: Seruus ex furto alij facto quàm domino, tenetur liber factus. Salyc.

IIII. *Imp.* GORDIANVS A. *Heroni*†.

LIcet seruitutis tempore[i] ea quæ pecuniam matris tuæ surripuisse dicitur ad huiusmodi[k] admissum conueniri non poterat[l]*: ad libertatem tamen perducta (nam caput noxa sequitur) furti actione tenetur[m]. PP.Id.Septembr. Pio & Pontiano Coss.

Seruus qui coluit prædia domini, liber factus non tenetur Bal.

V. *Idem A. Chresto.*

AN SERVVS EX SVO FAC.&c.

Seruus liber factus, alius homo videtur: vt ff.de solu.l.qui res.§.aream. & ideo dubitatur an possit conueniri de eo quod in seruitute fecit.

QVamuis.]CASVS. Si seruo tuo sub conditione libertatem dedisti: & ea pendente conditione cû aliquo contraxit: postea extitit conditio: & ita liber effectus est. nunquid eum liberum effectum potero conuenire de contractu celebrato dum erat statu liber? Respon. quòd non.

e ¶*Statulibero.* Videbatur liber: *vt ff.si ex noxa.cau. ag.l.j.* & *ff.de pæ.l.mortu.§.fin.* sed[a] tamen seruus est: *vt ff.de statulibe.l.statuliberi.* ¶Vnde sicut seruus non tenetur ex ante gesto: *vt* ĵ. *l. proxi.* & ĵ. *de nego.ges.l.si cognati.* ita & iste non tenetur. Sed fallit[b] in casu quando tenetur de dolo: *vt ff.de dolo.l.& eleganter.§.seruus* pallione.& *de fideicom.lib.l.si purè[c].* & ĵ. *de liber. leg.l.Aurelius.§.Sticho.* & *ff. quarum rerum act.l.j.§.sy.* 2 Item in alio quem habes ĵ. *eo.l.promissæ.* 3 Item in a io.ff.[d] *de nego.ge.l.cum actum.* & *l.at qui.§.Scæuola.* 4 Item in alio.*ff. depo.l.si apud filium.* (Sed ibi ex posteriori detentione) 5 Item fallit in maleficiis & quasi: *vt Instit.de noxa.§.omnis.* & *facit ff. de ope. liber. l.vt iurisiurandi.*

a Statuliber est seruus. — b Statuliber quinque casibus tenetur ex ante gesto. — c Hanc fallentiam non admittit Bartol. — d Hanc quoque exceptionem non probat Bartolus.

CReditoribus.] CASVS. Seruo meo pecuniam mutuasti. an aduersus eû manumissum peculio suo ei non legato agere possis, quæritur? Respo. quòd non. idem est si legato? *vt ff. de do.præle.l.j.§.per contrarium.*

f ¶*Maximè.* Idem ergo si est legatum, vt hic innuit.& sic est contra.ff. *de do.præle.l.j.§.per contrarium:* vbi[e] dicit libertum conueniri, si est ei peculium legatum. Solu. secundum Ioan.&B. & R. non conuenitur orcinus libertus ab initio, vt hic: conuenitur tamen inspecto exitu, scilicet quia si heredes aliquid præstiterunt, conuenient orcinum libertum: *vt ibi.arg.* ĵ. *de vsur.rei iudic.l.fin.§.final.* Sed hoc non placet: quia sic nec aliud esset in liberto orcino quàm in eo filio exheredato, cui dos est prælegata, quod esse debet: vt ibi dicitur. Dic ergo quòd ibi fuit directò libertas relicta, & peculium legatum: vnde nullo tempore dominium serui vel peculij habuit heres: & sic tantum manumissus tenetur: hic autem per fideicommissum. vnde cum potuit heres dando retinere, & non fecit: meritò ipse tenetur, & non manumissus: *vt arg.ff.de tribu.l.quod in heredem.§.fin.* & *de peculeg.l.si seruo.* hypothecaria tamen, si res peculij fuerint obligatæ, semper tenetur manumissus: & *facit ff.de act.& oblig.l.serui.*

e Libertus an possit conueniri ex contractu in seruitute facto, peculio sibi legato. † al Heroni. * poterat.

PRomissæ.]CASVS. Si seruus tuus promisit tibi pecuniam vt eum manumitteres, & manumisisti. & ab eo manumisso reddi stipulatus non es: an eam petere possis, quæritur? Dicitur quòd sic per act. in factum. quod est speciale.

g ¶*Promissæ.* Secus si promisisset operas: quia nô tenet promissio, nisi post manumissionem: *vt ff.de libe. causa.l.fi.* & *de ope. liber. l.vt iurisiurandi.* & *de manumis. testa.l.seruum testamento.*

h ¶*Per in factum.* quæ[f] extraordinaria est. & sic loquitur. *ff.qua re.act.non da.l.fi.§.y.* & *arg.ff.si quis testa.li.esse ius.fu.l.j.* ¶Sed contra.ff. *de dolo.l.& eleganter.§.seruus.* vbi de dolo datur. Solu. ibi nihil promisit seruus domino.

f Actio in factum extraordinaria & subsidiaria, quæ datur in locû actionis præscriptis verbis.

LIcet.]CASVS. Si ancilla tua seruitutis tempore tibi furtum fecerit, an eam manumissam postea furti conuenire possis, quæritur? Dicitur quòd sic cum eam dum adhuc ancilla erat, conuenire nô potueris. & ea manumissa, noxa caput sequitur, id est manumissam quæ caput est effecta, noxa sequitur.

i ¶*Seruitutis tempore.* Signatur contra. *de noxa.l.j.* Sed non est contra: quia hic non domino, sed extraneo subtraxit.

k ¶*Ob huiusmodi.* furtum.

l ¶*Non poterat.* sed dominus.

m ¶*Furti actione tenetur.* ¶Sed hæc furti actio vnde nascitur? Resp.

lo.ex furto in seruitute commisso.nam quæ dabatur in dominum noxaliter,nunc competit in libertum.& sic de[a] persona in personam facit saltum:*vt hic,& ff.de capi.demi.l.tutelas.§.iniuriarum.& ī.de noxa.l.j.& ff.de act.& obligat.l.serui.& de noxa.l.qui ex pluribus.* At condictio furtiua non datur,nisi liber contrectet: *vt ff.de condict.fur.l.quod ab alio.*

a Actio, quæ constante seruitute noxalis dari poterat in dominum, seruo cōmisso,datur in ipsum manumissum, atque ita ibi saltus(vt hic loquitur Acc. ex gus) in persona manum. & vnde colligit Baldus hac actionem. in ea prima ma certa data o pportunitate ponienda actionis aduersus manumissum.

Si (vt allegas.] CASVS. Mulier seruum suū colonum manumisit adépto ei peculio.an ob reliqua quę tēpore seruitutis contraxit, res quas post manumissionem acquisiuit mulier, requirere possit rei vindi.vel hypo.præponendo, quæritur? Dicitur quòd non:quia nec personaliter super hoc poterit conueniri.

a ¶*Adépto peculio.* Quid si donasset peculiū manumisso? Resp. cōueniri posse:quia non intelligitur esse peculium, quod sibi domino debebatur: *vt ff. de pecu.l.sed si damnum.§.peculium. alias.l.peculium autem.& l.si noxali.§.quod autem.* Azo. Vel subaudi, maximè[b] adempto. nam tunc idem esset: *vt ī.e.l.j.& ij.*

b Maximè particula aliquando subauditur.

SIue serui.] CASVS. Si seruustuus tibi furtum fecerit, eum conuenire non poteris in iudicio:sed verberibus subiicitur:cū inter dominum & seruum nulla lis consistere possit, *vt ff.de iudi.l.lis.in fi.* nisi[c] in casibus: *vt ff.eo.l.vix.* nec si postea cum manumisisti,ex ante gesto cum erat in seruitute, tenebitur liber factus. & hoc in prima.Si verò post manumissionem aliquid commisit, puta faciendo tibi furtum, eum cōuenire poteris. & hoc in secunda.

c Lis nulla in iudicio esse potest inter seruum & dominū nisi certis casibus.

† al.exigere.

b ¶*Conueni.* verberando: *vt ff.de furt.l.serui.in fi.& ī.de pat.pote.l.si congruentem.*

*al. Valerio.

c ¶*Nullum. vt ff.de iudi.l.lis.*nisi in casibus: *vt in eod.tit.l.vix.*

d ¶*Patitur.* nisi in casu: *vt ff.si quis testamen.li.esse iuss.fue.l.j.*& in alio:*vt ī.de peti.hered.l.fin.*in quibus est speciale. ¶Et distingue hic,si seruus deliquit in seruitute: si quidem in dominum,non tenetur liber: *vt hic.*si in extraneum,tenetur: *vt instit.de noxa.§.omnis.* si ex contractu, si quidem annexa fuit gestio, & sibi soluere potuit & non soluit,tenetur: aliàs non:*vt ī.de negot.gest.l.si cognati.& ff.de regulis iur.l.quòd quis.*nisi in casu: vt dixi per legem ī.*de peti.here.l.fi.in fi.*

d Seruus delinquens vel cōtrahens, an liber factus teneatur.

e ¶*Sententiam.vt ī.de noxa.l.j.in fi.*

SI(vt allegas)antequam à domino manumittereris, fundos eiuscoluisti,posteáq; adempto peculio[a] libertate donatus es:ob reliqua si qua pridem cōtracta sunt, res bonorum quas postea propriis laboribus quæsisti, inquietari minimè possūt. PP.XVI.Kal.Decembr.Ariano & Pappo Coss.

Ex delicto commisso in dominum, seruus non tenetur liber factus. h. d. secundum Bald. secus si liber factus delinqueret.Salyc.

VI. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Feliciano.*

SIue serui sint hi quorū precibus fecisti mētionē, domi cos cōhueni[b]: quia inter dominos ac seruos iudicium cōstare nullum[c] potest.siue post delictū manumissi sint.ex antecedentibus post datā libertatē eos nulla ratio iuris à dominis quondā conueniri patitur[d]. Sanè si post manumissionē quid illicitè cōmiserint: hoc apud præsidem prouinciæ argue, accepturus ex iure sententiam[e]. Dat.II. Id. April.Byzantij.AA.Coss.

TITVLVS XV.
QVANDO FISCVS vel priuatus debitoris sui debitores conuenire† possit vel debeat.

Res tutoris non possunt in tenutam capi pro debito pupilli. Bald. & Salycetus.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Valeriano*[*].

PROPTER æs alienum pupilli,res tutoris,qui nihil ex bonis eius tenet[f],pignori capi non

QVANDO FISCVS VEL PRIVATVS. debitoris sui debitores &c.

Generaliter prohibuit ī.alium pro alio conueniri:hic permittit in casu.

PRopter æs.]CASVS.Pupillus tenetur tibi in decem: an res tutoris bona pupilli non tenentis pignori capi possint, quæritur?Dicitur quòd non.

f ¶*Nihil ex bo.eius tenet.* Idem si teneret,licet hypothecaria pro eis posset teneri:sed nec ipsi pupillo tenetur ipse,licet malè gerat,nisi finita tutela: *vt ī.de administra tuto.l.ij.& l.rationes.* sed ea finita etiam pro suis rebus potest hypothecaria conueniri: *vt ī.de admini.tut.l.pro officio.& facit ff.de rescinden.vendi.l.fi.*

g ¶*Non oportet.*per iudicem.

SI in causa.] CASVS. Titius debitorem habens, tenetur mihi in decem:qui cum mihi condemnatur,est non soluendo: an debitorem suum conuenire possim, quæritur?Dicitur quòd sic:& ad solutionem compellitur.

h ¶*Sine quæstione.* Veniunt enim vicini,&[a] dicunt[b] omnes res esse suas mobiles & immobiles.

a Vicini sunt qui se iniustè clamantes dicunt possessores, Bart. ...

oportet[g]. PP.X[i].Kal.Iun.Laterano & Rufino Coss.

Si debitor condemnatus aliàs soluendo non est, in subsidium venitur ad nomina debitorum ipsius & in ipsis nominibus fit executio exemplo iudicati.Bald.

II. *Imp.* ANTONIN. A. *Marco.*

SI in causa[a] iudicati Valentis, quem tibi condemnatū esse proponis, nihil est quod sine quęstione[h] pignoris loco capi& distrahi possit debitores eius conueniri[i], ad solutionem auctoritate præsidis prouinciæ compelluntur.

i ¶*Conueniri.* officio iudicis:*vt hic,& ff.de re iudi.l.à diuo.§.sed & illud debet dici.& ī.de prætor. pign.l.j.& de execu.rei iudic.l.etiam.& ī.de act.& oblig.l.ob causam.* hoc tamen si confiteatur se debere debitordebitoris: cæterum si neget, contra rescriptum est: *vt ff.de re iudica.l.à diuo.§.sed vtrum.* Nec distinguo vtrum negetur per malitiam,an non: licet P.distinguat, *argu.ī.de fal.l.ij.* tum quia nemo scit, tum quia non[c] est differentia inter rescorporales & nomina: quod lex prædicta videtur velle apertè. ¶Si quæras,quid si malitiosè negat? Resp. dabitur curator bonis,qui actiones moueat & exerceat: *vt ff.de Carb.edict.l.sed & si is qui.§.si impubes.& ff.de cura.bo.dan.l.j.& ij.* Possum etiam & alio iure conuenire debitorem[d] debitoris similiter iure communi, videlicet hypothecaria: & tunc seruatur quod dicitur. *ff.de pi.act.l.si conuenerit.§.in princ.* iure verò speciali agitur contra debitorem debitoris:*vt ī.l.proxi.*si non est soluendo debitor: *vt ī.l.proxi.& l.non prius.*

b Probati patrocinia publica hoc colligens. de q. o. v. plura apud Sebastia. Medic. tract. de fortuitis casi. parte 3. quæst. 4. causam.

c Nominum rerum corporalium similitudo.

Per officium procuratoris Cæsaris, debitores debitoris fisci compelluntur soluere debitum fisco si fatentur. Bal.

III. *Imp.* GORDIANVS A. *Primario*†.

† Primiano.

SI debitum non inficiantur[k] hi quos obnoxios debitoribus fisci esse proponis: potest videri non esse iniquum quod desideras, vt ad solutionem per officium procuratoris compellantur[l]. nam si quæstio aliqua refertur[m]: id concedi nō oportere,etiamipse perspicis.PP.VI. Kalend.Feb.Sabino & Venusto Coss.

d Debitorem debitoris conuenire possumus,

Contra debitorem debitoris fiscus non agit, nisi constet principalem eius debitorem non esse soluendo. Bal. & Salyc.

g Fama facit plenam probationem in his in quibus memoria haberi nō potest, vt quoties quis vult probare de dominio antiquissimo alicuius rei, quod mortuus annos ante 100. Ita hunc locū accipit Lafrācus in repetit. l. admonendi numer. 15. ff. de iureiur. Glo. in l. Aequi natura. §. cum vbi absente. ff. de negotijs.

h Id est conso nantem cum alia probatione: quo casu habet effectum coadiuuandi & impugnandi. secundum Bald. P. & Barbatia addit ad Bald. hic locum etiam probat antiquissimum dominium. secundū Bald. & ista est signia glo. secundum glo. in l. ff. fin. reg.

i Dominium est difficilis probationis. probatur tamen fama, testibus, vt hic instrumentis, indiciis, coniecturis, recognitione. V. Menochium. a. de arbitr. j. Centuria. 25. casu 42.

I*Nstrumento.*] CASVS. Si inueniantur instrumenta in domo mea, in quibus scripsi me debere aliquid Titio, non adiecta causa ex qua an per se sufficiant ad debiti probationem, quæritur. Dicitur quòd non: & cum aliis probationibus valent.

a ¶ *Instrumenta domestica.* id est priuata, non à tabellione facta, sed à confitente, siue ab alio: vt si scribo, debeo tibi decem. & dicuntur domestica, quasi in domo mea scripta. ¶ Et est notandum quòd primo ponit genus, [a] postea duas species, quæ sunt hic, scilicet testatio [b] quando interueniunt testes. *sic & j. titul. primo l. j. & ff. de nego. gest. l. Nesennius. & ff. eodem. l. finali. in principio.* Adnotatio [c] quando sine testibus, & semper. sine causa. aliàs valet in mutuo post biennium, in aliis causis statim: *vt infra de non num. pecu. l. in contractibus. in princip. & l. generaliter. & ff. qui. ex cau. ma. l. necnõ. §. si quis.*

b ¶ *Aliis quoque.* nisi tres [d] sine testes inscripti: ergo cum [e] aliis prosunt. ¶ Et sic no. quæ [f] non prosunt singula, multa iuuant: *vt hic. & infra l. proxim. & ff. ex quibus cau. l. necnon. §. si quis sæpius.* nec debet iudex alligare [g] animum ad vnam speciem probationum: *vt ff. de testi. l. iij. §. eiusdem.* Argum. contra infra *qui numero tu. l. vnica in fine.* ADDITIO. Dic quòd quando plura tendunt ad fundandum diuersa, tunc procedit contrarium. quãdo autem tendunt ad perficiendum vnum totum, tunc procedunt ista iura secundùm Bart. *in l. j. §. idem Cornelio ff. de quæstione.*

a Instrumentorum domesticorum duæ species, alia, in interuenientib. testibus alia sine testibus: & siue vel cum causa fiant.
* Sertinio.
b Testatio proprie fit interuenientib. testibus.
c Adnotatio domestica fit sine testibus: quæ si sine causa fiat, non valet: cum causa, valet statim nisi in mutuo. vt hic.
d Adnotatio priuata munita tribus testibus probat.
e Instrumenta domestica cum aliis adminiculis probant.
f Multa iuuant quæ singula non prosunt. adde Cepoll. tract. de simu. lat. contract. præsumpt. 8.
g Probationi ad vnam speciem iudex animum suum alligare non debet.

V. *Imp.* PHILIPPVS A. & PHILIP. *Cæs. Sertonio.* [*]

INstrumenta domestica [a] seu priuata testatio seu adnotatio, si non aliis quoque [b] adminiculis adiuuentur, ad probationem sola non sufficiunt. PP. VI. Idus April. Philippo A. & Titiano Coss.

Rationib. defuncti non statur ad probandũ sibi vel heredi vel scribenti debitum fuisse. h. d. Bald. Vel sic: Rationes priuatæ defuncti non probant sibi deberi: & verba enunciatiua in vltima voluntate emissa ad commodum heredis, et non prosunt, *nec ad incommodum eius emissa ei nocent, nisi testator iurauerit. h. d. Sal. Vel sic: Scriptura priuata non facit fidem pro scribente. h. d. vsque ad ver. eiusdem iuris est cum l. exemplo. d. eo. Pau. de Cast.*

VI. *Iidem* A. & CÆSAR *Romulo.*

RAtiones [c] defuncti [d], quę in bonis eius inueniũtur, ad probationẽ sibi debitæ quantitatis solas sufficere non posse, sæpe rescriptũ est. Eiusdem iuris est [e] & si in vltima voluntate defunctus certam pecuniæ quãtitatem [f], aut etiam res certas sibi deberi significauerit. PP. Idibus Martij, Philippo A. & Titiano Coss.

IN AVTHENT. DE iureiurando à moriente præstito. §. vlt. colla. v. const. ij.

Assertioni iuratæ testatoris heredes stare debent: creditorib. autem non potest imponere legem. Bald.

QVod obtinet † [g] omnimodo si testator nõ iurauerit: alioquin heredes necesse habent testatoris religioni stare, aut minimè fruentur his quæ relicta [h] sunt sed creditoribus nihil ex hoc præiudicij comparabitur [i].

RAtiones.] CASVS. Si scripsi in rationibus meis Titium debere mihi decem. hæ rationes ad probationem non sufficiunt. Idem est si dicam in testamento quòd debeam Titio x. & debeam, non præiudicatur per hoc heredibus: quòd verum est si ego testator non iuraui: quia si iuraui, heredes tenẽtur seruare iuramentum meum: alioquin amittent omnia quæ sibi relicta sunt: & licet hoc iuramentum præiudicet heredi, non tamen præiudicat creditoribus, h. d. cũ auth. sequen.

c ¶ *Rationes.* quæ [h] sint, dic. *vt ff. de eden. l. si quis. §. rationem.*

d ¶ *Defuncti.* ideo quia credebatur quòd siquid esset ibi falsum, remouisset testator.

e ¶ *Eiusdem iuris est.* i. sicut superiori casu non operatur. aliquod præiudicium debitorib. sic & in sequenti non parat eis securitatem: quod obtinet, *vt in auth. hic posita.*

f ¶ *Quantitatem.* hoc limitat authent. quam hic signat: quia si iurauit defunctus, heres eius plus non potest petere: sed nihilo minus potest excipere. ¶ Et dic quãtitatem, scilicet x. cum sibi deberentur xx. Aliud si dixit tantum, secundùm Hu. Sed Azo. dicit idem etiamsi dixit tantum, [i] quia errore id videtur dixisse, cum per heredem aliter esse probetur, nisi iurasset: *vt in authent. quod obtinet.* vel nisi fuerit sciens: *vt ff. de pac. l. tale. & j. de sal. causa adiect. l. prima in fin.* ¶ Et nota hic quòd enunciatiuæ [k] voluntates deficientium, id est morientium non sunt pro lege seruandæ, nisi probentur: *vt ff. ad Silan. l. j. §. fin. & l. v. & habes hoc etiam supra communia vtriusque iud. l. scriptura. & ff. ad Silan. l. iv. §. j. & infra de testam. l. verba testamenti. & ff. de leg. secunda l. Titia. §. Gaius. & l. antepenult. §. quisquis. & infra arg. tut. l. j.* Sed in casu seruantur voluntates enunciatiuæ: *vt ff. ad Silan. l. j. §. fin. & l. v. sed* dispositiuæ [a] voluntates deficientium seruantur. *vt in authent. de nupt. §. de bonat. col. iiij.*

g ¶ *QVod obtinet.* scilicet quod defuncti voluntas non præiudicat veritati: sed si iurat, præiudicat, in casu scilicet quando testator iurauit nil se habere in bonis plus quàm nominauerit & ita ex hoc paratur præiudicium heredib [b], sed creditoribus minime. ¶ An autem extraneo debitori paratur securitas per iusiurandum defuncti? Quidam quod non. Tu dic quod sic. & gratia exempl. de heredibus dicit, qui habebant aliquas res defuncti. vt infra.

h ¶ *Relicta sunt.* de fideicom. auth. hoc amplius.

i ¶ *Comparabitur.* etiam si iurauerit. ADDITIO. Quia licet heredes necesse habeant stare iuramento testatoris, non tamen creditores eius. idem dicit glos. *super verbo. tam graue. in fine in cap. litteras. extra de præsumpt.*

f Propria fides huius authenticæ fuisset sub titul. communia vtriusque iud. post. l. scripturas.
h Taxatiua dictionis natura est negare residuum. de quo v. Federicum in loco à natura dictionum taxatiuarum.
i Rationum appellatione quid contineatur.
k Enunciatiuę voluntates deficientium nõ seruandæ regulariter. adde Glossam leg. scriptura io. ii. com. vtriusq. iudi. ij. & in l. t. j. arbitrariũ tutela & in l. ex his 7 in verbis non potest de testam. militis nisi iurauit enunciando. adde Glos. in l. 6 patet 7. § pater qui si hic in verbo exclusitum l. vl. § 1 in verbo obtinuit ff. de legat. 2. Bart. No. 1 de iureiurando à moriente præstito. adde Gl. l. j. § 1. ff. de senatusc. Silliani an idem dicendũ si verba enunciatiua prin capaliter proferuntur non propter aliud.

a Dispositiuæ voluntates testatorum seruandæ.
* Hoc verbum est mandatum ante dei esse.

Ex propria scriptura creditoris non conuincitur debitor, etiam in fiscali. h. d. Bald. Vel sic: Etiam pro fiscali debito propria scriptura non probat. Sal.

VII. *Imp.* GALLIENVS [*] A. *Sabino.*

EXemplo pniciosum est [k], vt ei scripturæ credatur, qua vnusquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit. vnde neque fiscum [l], neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationẽ præbere posse † oportet. PP. III. Non. Mar. Gallieno A. VII. & Sabinillo Coss.

Reus non est onerandus in probatione.

VIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Publicio & Optato.*

FRustra veremini ne ab eo qui lite pulsatur probatio exigatur [m]. PP. XIIII. Ka. † Bassio & Quintiano Coss.

Allegans se minorem debet probare se minorem †. Bal. & Sal.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Martiano.*

CVm te [n] minorẽ quinque & viginti annis esse proponas [o]: adire præsidẽ prouinciæ debes, & de ea ætate pbare [p]. Dat. Idib. April. AA. Coss.

Illud quod potest & solet ab alio abesse, non probat illud esse ad hoc allegatur. Vel sic: Quando sunt aliqua penitus separata, vno probato reliquum non probatur. h. d. Bal. vel sic: Probatio debet esse de necessario, † non de contingenti concludente. vel sic: Non probat hoc esse quod ab hoc etiam quandoque contingit abesse, Vel sic: Consequentia quæ procedit ex fallibili, non est bona: quia non efficax,

EXemplo.] CASVS. Siue fiscus siue alius quilibet in rationibus suis scribat quid sibi debitum sit: non tamen huic scripturæ creditur. Nota ex hac l. singulariter secundum Pau. hic, quod scriptura priuata, & ad vtilitatem fisci, non facit plenam fidem.

k ¶ *Perniciosum est.* ratio quare domesticis non creditur instrumentis. Similis ratio est. *ff. de pænis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.*

l ¶ *Neque fiscum.* licet priuilegiatus sit. *& facit ff. de interrog. act. l. j. de ætate. §. j.* Accurs.

m ¶ *Frustra exigatur.* in pbanda intẽtione licet in exceptione probanda sic. vt supra de eden. l. qui accusare. & infra eod. l. prima & supra actor.

CVm.] CASVS. Si dico me minorem, quia volo excusari à tutela, vel forte quia nolo librari à curatoribus, de ætate probare debeo.

n ¶ *Cum te.* nolens à cura liberari.

o ¶ *Proponas.* asserendo te velle restitui, secundum quosdam, quod non placet; [b] quia & maior petit restitui intra quadriennium. quare dic vt dixi. *ff. de mino. l. de ætate.* Vel dic, nolebat [c] à curatoribus liberari.

p ¶ *Probare.* testibus vel instrumentis, vel etiam corporis aspectu: *vt ff. de mino. l. minor xxv. annis adito.* Est ergo aliud in ætate quàm in dominio, vbi quis præsumitur dominus, qui aliquãdo fuit: *vt hic & infra e. l. fin.* non autem sic præsumitur minor qui aliquando fuit: *vt hic*, & est ratio, quia solus temporis cursus facit maiores: non autem mutat dominium. Et distingue sic in ætate, verum intendendo quid dicat minor: vt quia vellt à tutoribus liberari: & tunc probat: *vt ff. de mino. l. minor. xxv. annis adito.* an negando [d] puta cum tutores volunt finire tutelam dicentes eum factum puberem, & tunc non probat. Econtra si dicat se minorem, probat: quod vel hoc modo probat, quòd tempore contractus fuit minor: *vt supra de in integ. resti. mino. l. si minorem.* ADDITIO.

l Qui in ratione probat sua intentionis confitetur, aliter probare debet, v. Menochium de arbitr. casu 117.
* Seu de eo quod communiter accidit.
b Sustinetur secundũ Bald. quia licet non tenetur probare se minorem tempore quo petit restitui, etiam si allegat tamen tenetur se probare minorem tempore taliter. Bald.
c Volebat quidem ita legunt ipse Castrensis.
d Displicet Bal. Ange. & Pau.

Dicas

a Probare aetatem is debet qui eam allegat.

Dicas breuiter ex mente doctorũ quòd ille[a] debet semper probare ætatẽ, qui eam allegat: siue actor ad fundandam intentionem suam, siue reus ad fundandam exceptionem: de quo est casus ut dicit Bart. *ibi in l. si minorem. ȝ. de in integ. restitut.*

N*Eque natales.*] CASVS. Si de possessione seruitutis in libertatem prouocauerit filia tua ancilla: an sufficiat ad probãdum eam liberã, si instrumentum natiuitatis tuæ ostẽdas, quo probatum est ingenuũ te esse, vel aliquando fuisse adeptum honores quæritur? Dicitur quòd non, quia bene potest esse quòd sis ingenuus: filia vero ancilla, puta si eam ex matre ancilla suscepisti: quo casu partus ventrem sequitur. Viuianus.

a ¶ *Natales.* i. natiuitates, seu scripturæ natiuitatis alicuius, quibus continetur quo patre sit natus, & qua matre, & quibus consulibus.

b ¶ *Ingenuitate.* & est ratio, quia cõditio matris inspicitur in liberis.

c ¶ *Cum nihil.* probabilitatis vel necessitatis, cũ partus ventrem[c] sequatur. *vt supra de rei vindic. l. partum. & ff. de sta. ho. l. & seruorum. §. fin. & infra de lib. cau. l. aut.* licet sit arg. contra *infra ne de sta. defun. l. si pater.* ¶ Et nota hic arg. quòd non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse: facile[d] scilicet & frequenter. *sic infra eod. l. ad probationem dominij. & l. ad probationem seruitutum. vt ȝ. vnde cognati. l. pen.* si vero sunt duo talia quorum vnum non est sine altero, vel raro est, vel non est sine altero frequenter: vno probato, probatur & reliquũ: *vt infra eo. l. siue possidetis. & l. cum prec. bus. & l. matrem.* nam & potest mater libera fuisse, & filij serui esse, sed non præsumitur: *vt ȝ. eo. l. matrem.* & idem in auia materna & cæteris vsque ad sextum gradum, in quo fit computatio cognatorum: *vt ȝ. de liber. causa l. aut.* In auis & proauis etiam maternis contra: quia fœminarum conditio tantum hic est spectanda.

b *l. 6. ȝ. de fide instrumentis. l. non omnis. ȝ. de liberali causa.*

c Liberi sequũtur in his nominibus conditionem patris, sed in libertate vel seruitute sequuntur conditionem matris. Pau.

d Vide in hãc locum Bertrãdum in fo.... communiter accidentibus in pr. & passim ibidem. vide Balbum tract. de præscript. parte 1. q. 10 ... et quod si sint duo talia quorum vnum ob est sine alio, vel raro est, se solet, vno probato probari & aliud.

x. Iidem AA. & CC. Isidoro.

N*Eque natales[a] tui, licet ingenuũ te probare possis, neq; honores quib⁹ te functum esse commemoras, idoneam probationẽ pro filiæ tuæ ingenuitate[b] continent: cũ nihil[c] prohibeat & te ingenuũ, & eam ancillã esse. D. XVI. I. Kalen. Maij. AA. Coss.*

vel necessaria. Salycetus.

Qui vitium inuisibile obijcit testamento, illud probare tenetur. h. d. Bal. vel sic: in dubio præsumitur pro testamento, nisi contra probetur. h. d. secundum Bar. Vel sic: Qui testamentum impugnat, debet ostendere causam quare careat viribus. Vel sic: iuris negligentia debet probari, quando intentio fundatur ex ea. Salycetus.

xi. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

S*I scriptum[d] heredem ab amita tua, vel de testamenti vitio, vel quacunque alia ratione[e] non posse obtinere hereditatem, probari à te posse confidis: de hac hereditate apud rectores prouinciæ agere potes[f]. S. V. Kalen. Maij. Heracliæ. AA. & CC. Coss.*

Etiam sine instrumentis potest probari dominium probando titulum emptionis cum precij numera- *tione & vacuæ possessionis traditione, h. d. secundum Baldum & Salycet.*

S*I scriptum.*] CASVS. Si amita tua, quæ est soror patris tui testamentum fecerit, & extraneum instituerit: si testamẽtum probare possis esse falsum, vel institutum non capacem: de hereditate agere poteris. Viuianus.

d ¶ *Scriptum.* quod satis est interim possideat, siue petat.

e ¶ *Alia ratione.* fortè quia non sit capax. præsumitur cum capax, *vt ff. eo. l. ab ea parte.* vel non sit solenne testamentum, vel falsum. ADDITIO. Istud exemplum est bonum in se, sed quo ad literam non: quia litera præsupponit veritatem facti. Baldus & Salycetus.

f ¶ *Agere potes.* possidens idem probaret *& ad idem i. de tur. & fat. igno. l. vlt.* Arg. contra. *ff. de Public. l. quæcunque. §. fin. & ȝ. de inoffi. te. Ral. l. liberi. & ȝ. de codicil. nec codicillos. & ff. eo. l. quidam.*[e] Et nota quòd hic agitur petitione hereditatis.

e Iã lege allegata ... ... contra. Bal. & Sal.

C*Vm res.*] CASVS. Si fundũ à patre tuo emptũ Seius possideret & eum per rei vindica. petere velles, si instrumẽta emptionalia non haberes, sed alias probatione, quibus pbare posis patrẽ tuũ emisse, & preciũ numerasse, & in vacuã possessionẽ inductũ fuisse, & venditorẽ dominũ fuisse, tũc sufficit. & hic t. P. hanc quartã nõ exigebat, si dixit quòd vindicare posis, licet nõ est eius res, quia cõtractus eam firmitatẽ habet ex sollennitate verborum, & scriptura interueniente, & aliis adminiculis aliquando enim interuenit scriptura non vt contractus per eã firmitatẽ & substantiam obtineant: sed solũ ad æternam rei memoriã. Viu.

f Adesse quod alicui solet, facile tamen & frequenter ab esse solet, non præsumitur continue adesse.

g ¶ *Cum res.* id est obligationes: *vt in dictu. de rebus cor.* & dictio cum,[f] ponitur pro quando. nam quandoque fiunt in scriptis, si hoc scilicet agatur inter partes: & tunc probandum est quòd totum mundum sit completum: *vt infra de fide instru. l. contractus.* Vel dic quòd cum, dicit rationem eius quod sequitur. & dic secundum hoc geruntur scilicet vt inde trahant substantiam: *vt ff. de pign. l. contrahitur. & ȝ. de contrahen. empt. l. non idcirco. & ff. de fide instrumentorum.*

h ¶ *Testimonium.* id est probatio.

xii. Iidem AA. & CC. Chronio.[a]

C*Vm res[g] non instrumentis gerantur, sed in hæc † rei gestæ testimonium[h] conferatur: factam emptionem[i], & in vacuam[k] possessionem inductum patrem tuum, preciumq; numeratum[l], quibus[m] potest iure proditis probationibus docere debes. Dat. V. Non. Oct. AA. & Coss.*

Litera per quas quis mulie em quandam sibi sororem appellat, eam vere sororem non faciunt, sed probant seu præsumi faciunt: aliter tamen rem se habere probari potest. h. d. primo. Item rescrip. in quo datur arbiter ad diuidendam hereditatem inter duos velut fratrem & sororem, & tanquam coheredes, non præiudicat absenti. Salycetus. Vel sic: Per literas adsertorias consanguinitatis non inducitur consanguinitas, nec probatur si simpliciter propter aliud sunt emissæ. h. d. Pau. de Castr.

xiii. Iidem AA. & CC. Iustino.

N*On epistolis † necessitudo consanguinitatis, sed natalibus[n], vel adoptionis solennitate coniungitur[o]: nec*

i ¶ *Emptionem.* quòd est necesse: aliàs nuda[a] traditio non transfert dominium: *vt ff. de acqui. re. do. l. nunquam.* Acc.

k ¶ *In vacuam.* dicitur vacua[b] quã aliquis non possidet nec est in possessione: *vt ff. de acq. pos. l. 1. §. 1. & l. iij.* E. dic quòd demonstratiue ponitur non quòd sit opus ad translationem dominij vacuam tradi: *vt ff. de fun. do. l. si fundus.* licet quidam contra *vt ibi dicitur.* ¶ Item dixit hic P. quòd satis est ad[c] dominij probationem probare hæc tria,[d] emptionem, & vacuæ possessionis traditionem, & precium solutũ. Quod non placet: quia potest esse quòd venditor non fuit dominus, vnde emptor non fit dominus: *vt ff. de acquiren. re. domi. l. traditio.* Oportet[e] ergo probare quòd venditor fuerit dominus: *vt ff. de pigno. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. & de Publi. l. eum. §. Publiciana actio.* quòd potest[h] probari, quia probat eum vel viuere, vel specificasse, vel aliis similibus modis *vt tasse de re. di. §. singulorum. vsque in fin. tit.* & sic suppleas hancl. Vel dic quòd hic agebatur contra venditorem, vel eius heredem, qui non negabat venditorem fuisse dominum: quia sic suam[f] vel intercessoris turpitudinem allegaret quod non potest. *infra de ser. pigno da. ma. l. si creditoribus.* Sed forte diceb. t precium non solutum: quare hoc est probandum per emptorem. ¶ Item dicit P. hic quòd eo ipso quòd quis possidet[k] vel possederit dominus præsumitur, & vindicat si a possessione cadit. *& pro eo supra eodem l. ij. in fin.* quod non placet *vt ff. de pign. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. & de publ. l. eum. §. Publiciana.* Et non ob. *infra de agri. & cens. l. si coloni lib. xj.* quia ibi speciale: Vel igitur ibi tantum de possessione reuocanda, non dominio.

l ¶ *Numeratum.* non ergo Publicianam intendit: *vt ff. de Pub. l. de precio.* sed directam in rem: *vt ȝ. de rei vin. l. quotiens.*

m ¶ *Quibus.* de hoc erat quæstio: quia solis instrumentis videbantur probari, sed non est ita: *vt hic, & ȝ. eo. l. proprietatis.*

N*On epistolis.*] CASVS. Si alicui ancillæ epistolam misisti, in qua eam sororem vocasti, illam credens sororem tuam esse, illa petiit iudicem, qui diuideret inter te & ipsam bona hereditaria: diuisit, vel non, non curo: si postea appareat eam ancillam esse, an tibi per epistolam in qua eam sororem vocasti, præiudicatũ, quæritur? Dicitur quòd non: nec diuisio facta per iudicem præiudicauit, cum non per epistolam soror fiat, sed per consanguinitatem, vel per adoptionem.

n ¶ *Natalibus.* id est [illegible] natiuitate: *vt ȝ. de lib. cau. l. parentes.*

o ¶ *Coniungitur.* vt [illegible] *ȝ. de testa. l. neque professio* neque liber fit per epistolam: *vt arg. infra de liber. cau. l. iubemus.* nec coheres: *vt hic subijcit: vt ff. de pac. l. epistolam.* ¶ Et quod dicit, non coniungitur epistolis,[a] dic quòd ne re vera, neque ad præiudicium, secundum quosdam. Nec ob. *ff. eod. l. quidam. in fin.* quia ibi non probant heredes fratres defuncti quia erant in possessione[o] filiationis. a Alij vt Ia. quòd ad præiudicium valent epistolæ, donec econtra probetur: *vt arg. ff. de lib. ag. l. j. §. Iulianus. aliàs est. §. quod senatusconsulto.* Sed videtur quòd per epistolam probetur. *vt ff. eo. l. si. j. respon.* Solu. non[p] probant plene epistolæ, *vt hic,* sed semiplene: *vt ibi.* & sic cum aliis prosunt: *vt ȝ. eod. l. instrumenta.*

a Nec traditio nuda transfert dominium. ... Cronica. Vacua possessio quid.

b his. c S. d ad præ... e ... ... ff. de distra. pignor. ... Bar. Bal. Castr.

Ad dominij probationem quæ sufficiant.

d Die quòd ista tria sufficiunt ad probandum dominiũ contra venditorem vel eius heredem non contra extraneum possessorem: sed requiritur quòd probetur venditorem fuisse dominum.

e Dictũ dominij probare ... quæritur probare tenet ... & quod dicta ... autem dicit ... definitur vt ... Baldus Par. Pau. Castr.

f ... Vendit ... quibus modis dominus rei venditæ fuisse probetur.

g Glos. incerta. per ... ad probationem filiationis. ... debet ... potest ... ad quod...

k Ex possessione præsenti vel præterito eius quis præsumatur.

l Natales pro natiuitate.

m Epistolis in quibus non indicatur probatio.

n In antiquis id locũ nõ habere negat Gramma. de ... parte 1. num. 6. Menoch. 2. de arb. t. casu 88. num. 84.

o Agenti petitione hereditatis sufficit probasse quasi possessionem in ... filiationis. ... ... filiationis quasi possessio ... ... num. 91.

p Epistola semi plenè, hoc est cum aliis probant.

a ¶ *Aduersus absentem.* id est contra illum qui suam ancillam vocauerat sororem.
b ¶ *Pro ancilla.* à procuratore ancillæ quem constituit procuratorem ad petendum iudicem familiæ erciscundæ, ideo quia soror nominata erat secundùm Azo. & sic duo erant pro ea.
c ¶ *Emisisti.* nec est amplius aliquid factum.
d ¶ *Pro coherede.* à procuratore ancillæ, quasi ipsa esset coheres. Azo. & dic quod hic erat in pòssessione fraternitatis: & ideo frater probat.

aduersus absentē [a] hereditatis diuidendæ gratia velut contra fratrē pro ancilla [b] petitus arbiter, substantiam [*] perimit veritatis. Siue itaq. quasi ad sororē, quā ancillam te posse probare confidis, epistolā emisisti: [c] siue familiæ erciscundæ quasi pro coherede [d] petitus arbiter doceatur: fraternitatis quæstio per hæc tolli non potuit. Dat. Kalen. Decemb. AA. Coss.

Qui negat esse filium quem tractauit vt filium, debet probare negatiuam: qua probata, veritati est locus, & confessio in contrarium est irrita. Bal. Vel sic: Sola professio qua quis alium suum appellat filium & econtra non probat quem filium, sed quasi possessio filiationis transfert onus probādi in aduersariū. Salycet.

XIIII *Iidem* AA. & CC. *Munitiano.*

Non nudis [e] † adseuerationibus [f], nec emētita professione [g] (licet vtrique consentiant) [h] sed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione solenni filij ciuili iure patri cōstituuntur [i]. Si itaque hunc contra quem supplicas, alienum [k] esse [probare] [*] confidis: per te vel per procuratorem adfirmationem eius falsam detege [l]. Dat. Kalend. Decembr. AA. Coss.

Qui violenter possidet ab onere probandi non releuatur, immo fortius aggrauatur. h. d. secundū Bald. Vel sic: Ex statu præcedenti colligitur cui incumbat onus probandi in præsenti. Salycetus.

XV. *Iidem* AA. & CC. *Isidoro.*

Vis eius [m] qui se dominum contendit, ad imponendum onus probationis seruo minime [n] prodest. Cum igitur aufugisse † te de domo Seueri profitearis [o]: verum [p] nec ab illo iusto initio, † sed per violentiam adseueras te esse detentum: inquisito prius an in possessione [q] libertatis sine dolo malo constitutus sis, tūc etiam onus probationis quis debeat subire, per huiusmodi euentum declarabitur. Dat. VI. Kal. Ianua. AA. Conss.

Dominium patris præsumitur continuatum in filium heredem, non in eum qui se prætendit donatarium. Bald. Vel sic: Filius emancipatus adserens rem sibi donatam à patre, debet illud probare: siue ipse petat ab herede possidente siue heres ab eo possidente petat. Salyc.

XVI. *Iidem* AA. & CC. *Philippo & Sebast.*

Siue possidetis prædia quæ à patre communi sibi fratres [t] emancipati donata contendentes vindicant, ipsis incombit facti [t] probationis necessitas. Siue ipsis ea prædia quasi à patre vestro sibi donata tenentibus, vos coheredes cōstituti [t] patris petitis [u]: vt intentionem vestram non constitisse detegant, vnde domini facti sunt, emergente quæstione docere compelluntur. Dat. X. Kalen. Feb. AA. Conss.

N *On nudis.*] CASVS. Nutriui Titium in domo mea tanquam filium, & eum filium nominabam: non præiudicatur mihi per talē adseuerationem si meus filius non sit.
e ¶ *Non nudis.* filius petebat paterna beneficia à patre: hic negat filiū. Accurs.
f ¶ *Adseuerationibus.* adseuerare, [a] est sine interrogatione aliquid verum falsúmve affirmare: alioquin si interrogatus respondeat, est hoc profiteri vel professio.
g ¶ *Professione.* scilicet falsa.
h ¶ *Consentiant.* vnde videbatur præiudicium veritati fieri per talem consensum: id est vt vltra non quæratur an filius sit. Accurs.
i ¶ *Constituuntur.* vt & dixi supra. *l. proxima in princip.*
k ¶ *Alienum.* scilicet filium.
l ¶ *Detege.* cum ille quasi [b] possideat filiationem. & quæstio est, vtrum filius sit istius, vel alienus. sic & supra. l. proxi. erat in possessione fraternitatis. Sed secundùm Iaco. non erat ita, sed dicebat ex confessione facta extra iudicium plenum alicui fieri præiudicium. ADDITIO. Dic hoc verum, quando fuit principaliter facta propter filiationem: secus si propter aliud, vt est de mente Saly. de quo per Bar. *in l. j. §. idē per contrariū. ff. de alen. liber.*

V *Is eius.*] CASVS. Duxisti Stichum ad domum tuam per vim, vt sic seruiret tibi postea fugit. an ob hoc quòd tibi seruierit, & ita dicis te esse in possessione seruitutis illius, probare debeat se esse liberum, quæritur? Dicitur quòd non. sed si dicat se liberum, debet iudex inquirere an bona fide, an dolo sit in possessione. si dolo, quod præsumitur quia aufugit, debet probare ei liberum. si bona fide, quòd præsumitur ex violentia sibi facta, debes probare ipsum esse seruum tuum.
m ¶ *Vis eius.* id est violenta possessio quam habet in seruo.
n ¶ *Minime prodest.* iusta tamen prodest. & sic infert, cum igitur &c. vel plane. & hæc verior.
o ¶ *Profitearis.* quod facit contra te.
p ¶ *Verum.* hoc autem pro te.
q ¶ *In possessione.* scil. an ille per violentiam detinuit te: quo casu præsumeris quòd bona fide sis in possessione libertatis. an non per violentiam, & tunc præsumeris mala fide. 2 Vel aliter id est an fugeris: quo casu præsumitur [c] eum te bona fide tenuisse an non fugeris, & tunc præsumitur mala fide te tenuisse. Sed non placet: quia de fuga confitetur: & sic certa est, & ideo non inquiritur. & hac eadem ratione non placet secunda expositio. 3 Vel tertio subaudi, & postea inquiratur an violenter tenuerit te: & tūc licet aufugeris de domo Seueri, & sic in possessione libertatis sis dolo malo: & ideo videtur idem ius statuendū quod esset si esses in possessione seruitutis: *vt s. vbi causa sta. agi debeat l. j. & infra de li. cau. l. eam quæ.* quia tamen seruus iustum initium non habuit, commodum possessionis nancisci non debet: *vt ff. eodem l. si quis liberum.* & super huiusmodi quæstione pronunciabitur: *vt hic & ff. de libe. cau. l. liberu. §. fi. & ff eo. l. si filius.*

S *Iue possidetis.*] CASVS. Titius habebat quatuor filios, duos emancipatos, duos in potestate: decessit in patria potestate cōstitutus institutis heredibus, emancipatis præteritis vel exheredatis: & ita nihil eis dedisse videtur. emancipati dicūt quoddam prædium ad se pertinere causa donationis in eos factæ à patre. dicitur quod si possideret prædium, & alij in potestate petāt: qui in potestate non sunt, habēt probare prædium ad se pertinere. Si in contrarium, adhuc debēt probare emancipati dominium prædij ad se pertinere ex causa donationis in eos factæ à patre.
¶ Not. ex ista l. quæ semper allegatur ad hoc quod qui [a] semel probatur fuisse dominus, præsumitur semper durasse dominus vsque ad mortem: vel si viuit, præsumitur hodie esse dominus, nisi contrarium probetur. Paulus.
t ¶ *Facti.* vnde [b] scilicet vel quo titulo sint sua.
s ¶ *Siue ipsis.* præteritis forte vel exheredatis.
t ¶ *Constituti.* per quod præsumūtur esse vestra. Qui [c] enim fuit dominus, adhuc dominus præsumitur, vel eius heres: *vt hic, & ff de regu. iur. l. quod ipsi. um. & argu. infra titu j. authent. si testis. & supra de serui. l. altius. & not. ff. finium regund. [d] l. in finalib. fecus [e] in ætate: vt & supra de in integr. resti. mino l. si minorem. & dixi supra eo. l. cum te.* Vel dic contra. vt not. ibi. colligitur in l. si minorem. ¶ Quid in possessione? [f] Idem secundū P. & H. *vt infra de pig. act. l. si creditor. & supra ad exhiben. non ignorabit.* Sed Ioan. non idem: quia facilius amittitur possessio quàm dominium: *vt ff. de acquiren possess. l. si quis vi. §. differentia.* Et non obst. t lex, si creditor. quia habuit causam à me. nec illa, non ignorabit quia probatur quòd tempore litis contestatæ erat apud possidentem reum. 2 Vel distinguitur quando tractabitur de commodo possessoris: vt quia dicat se vsucepisse, & tunc sit vera opi. P. aut de incommodo: vt quia conuenitur rei vindicatione, & tunc est vera opi. Io. [g] 3 Vel potest dici quod vbi à me vindicas, non præsumor possidere, licet aliquando possedi. sed econtra si dico me vsucepisse, præsumor quod tempore luis cōtestatæ erat apud possidentem: sed econtra constat quod non præsumor ideo non possidere hodie, quod aliquando non possedi. [h] *vt ff de excep. rei iudi. l. si rem. & l. si quis exhibendum. & ff. rem ra. haberi. l. procurator. in princip.* ADDITIO. Potes apertius dicere ex mente Ia. de Arena, quem sequitur hic Salyc. quòd si quis probat te possedisse sunt iam x. anni, non præsumitur ex hoc quòd hodie possideas. sed si quis probat te possedisse iam est mensis, vel sunt x. dies præsumeris etiam hodie possidere: quia in modico interuallò non præsumitur interuenisse mutatio.
u ¶ *Petitis.* scilicet fundum. & sequentia erunt verba responsionis. vel petitis hoc, scilicet vt intentionem &c.
x ¶ *Facti sunt.* sic ergo reus probat, & causam siue titulum dicere cogitur

[*] substantiæ perimis veritatem in omnibus manusc.

[a] differentia inter adseuerare & profiteri.

† Conc. ad hanc l. Glo. sum. sup. per tuas extra de proba.

[*] deest in omnibus.

[b] Vt filiatio. nis ita & fraternitatis quasi possessio est. vt hac § ulta. adde l. aufferatur in prsen. s. 8. num. 96.

[c] Bona fides præsumitur in possessore.

† al. nec ab illo iusto te in initio. sed violentia detentum adseueras inquisito.

[a] V. M. the... ... b dic potest ... præsente ... c l'tel ... hodie ... dominus qui antea dominus f... d Præsumitur hodie eadem quæ ante esse non probatur quæ solo temporis cursu in horas mutantur.
[e] Ætas non semper eadē esse præsumitur.
[f] Præsumendus non est hodie possessor qui antea longo tempore possessor fuit ... in persona ... non præsumitur possidere.
[g] Scilicet quod non præsumitur possidere, non habuerit causam ab eo tempore litis cōtestatæ possidere. Bald. Pan., bal. & Angel.
[h] Sed isto casu in standū est probationi, quia debet facere ille qui dicit. Bart.

cogitur. & sic est contra ṡ. de rei vindicatione. l. res. & de petitio here. l. cogi. & supra eod. l. frustra. & ј. eod. l. actor. & omnes tractantes de tali materia. Solu. ideo probat, quia præsumptio est pro actore: vt hic. aliàs non: vt ibi. ¶Et not. hic circa huiusmodi præsumptionem quia [a] aut non est dubitatio inter partes de facto, & ita lex præsumit super certo facto aliquid, vt reuersum ab hostibus non esse captum: vt ff. de testam. l. lege Cornelia. & idem in cæteris fictionibus, & tunc numquam admittitur probatio in contrarium: [b] vt Insti. quibus mo. ius pa. pot. solui. §. sed si ab hostibus. & ј. de rei vxo. act. l. vnica. §. accedit. [c] & in ј. respon. & hæc præsumptio dicit proprie fictio. Vbi autē dubitatio est de facto inter partes, vt an quæsierit de bonis mariti vxor: & an contraxerit matrimoniū cum libera muliere, ad quā cōsuetudinē habebat: & lex de facto de quo dubitabatur, præsumit sic fuisse vel nō, bene admittit probatio in contrariū: vt ј. de do. inter virum & vxo. l. etiam. [d] & ff. de ri. nup. l. in libera. [e] nisi lex præsumat & statuat: quod fit quandoque ex vigore scripturæ: vt ј. de contra. stipu. l. j. [f] & ff. de ver. obli. l. stipendia (sed in his duabus quæ ponunt eundē casum, dicunt quidam sic, non contra: vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. quod fere. Item ad hoc quod est hic, facit ј. ad Velle. l. antique.) quandoque fauore vltimæ voluntatis: vt ј. de inoffi. test. l. iiij. [h] & infra de insti. & substi. l. generaliter. §. cum autem (sed hic posset pbari contrariū. Quandoque fauore dotis: vt ј. de rei vxo. act. in princ. [i] Item vt ј. ad Macedo. l. fi. ¶Item est huic contra. arg. ff. eod. l. cum de indebito. §. sinautem. vbi ex solutione transfertur onus probandi. Sed hic non fuit solutum: sed alio modo ad emancipatos prædia peruenerunt. & adde ff. quod met. cau. l. non est verisimile.

Probatio cōcludens ex tēpore, requirit probationem illius temporis: & probatio non concludens, non est probatio. h. d. not. secundum Bald. vel sic: non sufficit probari quòd quæstio status non moueatur fratribus, vt præsumatur quis ingenuus: sed quòd mater fuerit libera ante eius partum. Bald. vel sic: Qui fundat intentionem suam in tempore agendo vel excipiendo, debet tēpus probare. ad hoc semper allegatur. h. d. Pau. de Cast.

XVII. *Iidem AA. & CC. Pauline.*

MAtrem tuam [a] consecutā libertatem, ac te pòst editam, vt ingenua probari possis, ostendi cōuenit [b]. Quòd enim fratribus tuis nulla moueatur [d] quæstio, ad defensionē tuam nihil prodesse potest [c]. Dat. V. Id. Feb. AA. Coss.

Statur instrumento donec probetur contrarium Bald. Et plus valet quod agitur, quam id quod instrumento inscribitur, seu simulate concipitur. Salycetus.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Flauillæ.* †

CVm precibus tuis significes, ignorāte te prædium eum cuius meministi, sibi velut à te donatum [d] instrumentis inseri fecisse: si verà sunt quæ [precibus *] indidisti: nec ad nomen [e] factæ donationis fundus iste peruenit. vnde adito iudice competenti, probare te oportet [f] contra voluntatem tuam hunc fundum instrumēto aduersarium tuum sibi adscribi † laborasse: vt secundū tenorem rescripti nostri possis consequi sentētiam. Dat. XII. Id. Apri. Byzantij. CC. Conss.

Exceptio delatoria in initio litis opponitur, sed post litem contestat. venit probanda, fundata intentione actoris. h. d. secundum Bald.

XIX. *Idem AA. & CC. Menandro.* †

EXceptionem † dilatoriā [g] opponi quidē initio, probari vero postquam actor mōstrauerit quod adseuerat, oportet. Dat. XIII. Kal. April. Nicomediæ. CC. Coss.

IN AVTHENTI. de testibus. §. quia verò multi. colla. xij. constit. ij.

Ista est no. authen. Post didicita testificata testium productio non procedit. sed si non constat testificata didicita, trina productio fieri potest: quarta non nisi cum quadam solemnitate: quinta nullo modo. h. d. no. secundū Bald. Concordat extra de testibus. c. in causis. &c. vltra tertiam vbi ista auth. canonizatur.

MAtrem tuam.] CASVS. Si mulierem aliquam petieris vt seruam tuam, ipsa verò adserit se esse liberam, eo quòd fratres eius liberi sint; an eo ipso probare possit se liberam quæritur? Dicitur quòd non, sed oportet quòd probet matrem suam fuisse manumissam: ideo quia ipsam constitit fuisse ancillam aliquando, & se natam ex ea post manumissionem: quibus probatis erit ingenua.

a ¶ *Matrem tuam.* quam ancillam fuisse constabat.

b ¶ *Conuenit.* probatur & aliis [k] modis ingenuitas, scilicet per restitutionem natalium: vt ff. de nata. re. l. quæris. Item per sententiam: vt ff. de sta. ho. l. ingenuum. Item quòd sit natus ex ancilla passa moram in fideicommissariæ libertate: vt infra ad Orphia. l. fin.

¶Item not. quòd hic ideo probat, quia aliquando fuit mater: ancilla: quod non placet: quia probatio de manumissione modo, quare magis nata præsumeretur ante manumissionē, quàm post: sic enim in deterius præsumeretur, quod esse non debet: vt ff. eod. l. cum de etate. Dic ergo quòd ideo probat se post [l] editam, quia erat in possessione seruitutis. & ad hoc arg. ј. de pet. here. & de rei vind. l. quoties. ADDITIO. Ista glos. ibi, dic ergo, bene loquitur, si filia erat actrix: sed si erat rea, prout litera innuit, dic quòd si constituat se probatricem, debet etiam probare ingenuitatem, secundum Bal. Pau. & Salyce.

c ¶ *Potest.* neque quo ad necessitatem, neque quo ad probabilitatem: vt ј. de libe. cau. l. multis.

CVm precibus.] CASVS. Fecit Seius scribi in instrumēto quòd fundum Cornelianum ei dederas, cum de Sempronia-

no intelligeres: vel debuit scribi quòd commodaueras. & scriptum est quòd dederas: an per tale instrumentum præiudicetur, quæritur: dicitur quòd si probare possis hoc esse scriptum contra voluntatem tuam, tibi non præiudicat.

d ¶ *A te donatum.* cum de alio intelligeres fundo. vel cum deberet scribi, cōmodo: scriptū est, dono vel loco.

e ¶ *Ad nomen.* nedum ad rei veritatem: vt ṡ. de feriis. l. à nullo. Accurs.

f ¶ *Oportet.* ¶Præsumit [a] enim interim pro instrumento: vt in authent. de fide instru. §. si vero mentiantur. coll. vj. Sed probatio [b] in cōtrarium admittitur, vt plus [c] valeat veritas, quàm scriptura: vt hic, & ј. plus va. quod agi. l. j. & ј. si quis alteri vel sibi. l. cum propria. & de reb. ali. non alien. l. distrahente. & de emancip. l. y. & de dona. l. non ignorans. & ff. de excep. l. qui agnitis. Sed [d] contra infra arbit. tut. l. fi. §. j. & ff. de vsufruct. lega. l. si aliy. Solu. illa specialia sunt. [e] & facit extra de proba. cap. tertio loco. & ibi not.

EXceptionem.] CASVS. Mutuaui, & pactum feci de non petendo tibi vsque ad annum cum sit dilatoria ista exceptio, initio opponenda est, & probāda postquā actor fundauerit intentionem suam: & verum est quòd probare potes prædictam exceptionē, nisi didiceris testificata vel dicta meorum testiū: & hoc dicit authē.

g ¶ *Exceptionem dilatoriam.* Alia enim est peremptoria, alia dilatoria quod dic per exempla: vt in Insti. de exce. §. appellantur. ¶Peremptoria potest [f] opponi & probari quandocunque ante sententiam (scilicet postquam actor monstrauerit intentionem suam: [g] vt infra de except. l. si quidem. & infra senten. rescin. non posse. l. peremptorias. & infra de præscript. longi temp. l. emptor. & extra de ordi. cogni. cap. j. Hæc tamē lex, & alia de excep. videntur velle quòd reus debeat eam contestari ante probationem actoris: sed puto quòd illa contestatio ex voluntate fiat, non ex necessitate.) Item & quædam peremptoriæ opponuntur post sententiam: [h] vt diximus supra de iur. & fac. igno. l. j. & infra senten. rescin. non posse. l. peremptorias. ¶Si autem dilatoria [i] sit exceptio, si quidem solutionis ex pacto vel lege, opponi debet in initio causæ, & sub conditione, si actor probauerit intentionem suam: vt d. l. si quidem infra de excep. aliàs si diceret se debere, sed sibi pactum factum, statim actor monstrasset per confessionem rei. Et intellige causæ [k] initium, contestationem litis, vel ante, vel circa: vt supra de iuramento calum. l. ij. in prin. & § fin. Probatur autem hæc exceptio postquam actor monstrauerit quòd adseuerat. vt hic, ita tamen, si reus non didicit testificata, quia tunc per testes non posset [l] probare, vt in authen. hic posita dicit. 2 Si autem sit declinatoria iudicij: si quidem sciat hanc sibi competere, in principio opponat, aliàs sileat: vt infra de except. l. fin. & ff. de iud. sed & si susceperit. in princ. Si nesciat, opponat [m] etiam post sententiam, vt falsi procuratoris, & non competentis iudicis: vt supra de procuratoribus. l. licet & infra si à non competent. iudice. l. fin. ADDITIO. Addas hìc pulchram glossam in verbo, in dilatoriis. in cap. exceptionem. extra de exceptionibus.

ATqui semel.] CASVS. Si ego produxi testes semel vel bis, & aperta sint dicta testium, ita quòd sciam ea quæ dixerunt testes, & aduersarius meus disputauit super dicta testium: nō potero postea alios testes producere. si non didici, possum ter vel quater producere. Iurare tamen debeo, quòd nec ego nec aduocatus meus, vel alius pro me dicta testium perquisiuit.

a Præsumit lex imperfectio certo, quoties non est dubitatio inter partes.

b Probatio aduersus fictionem non admittitur.

c Mulier quæ dotem dedit singulus stipulata eius testi...

d Præsumantur adquisita per mulierem, ... de bonis viri.

e Ex conuersatione & cōsuetudine ... muliere libera præsumit lex matrimonium.

i Ibi est fictio, non præsumptio Bal. Pau. & Salyc.

a Præsumi ... & quomodo pro veritate & solemnitate instrumenti soleat. v. Ale. ... præsump. ...

b Quatuor testium ...

c Veritas plus valet, quam scriptura.

d Probatio non admittitur aduersus instrumentum publicum, ...

† De differentia exceptionum vide glo. in c. exceptionem extra de exceptio.

g Hæc est de iure communi: quia reo non incumbit onus probandi ...

i Exceptio dilatoria debet opponi ante litem contestatam ...

b ¶ *At qui semel.* quidam legunt hanc authen. j. tit. ...

b ¶ *Acceperit.* ac si dicat, siue à se, siue ab alio sciuit.

c ¶ *Didicerit.* vel suorum testium, vel aduersarij: vt in cor. authen. Accurs.

d ¶ *Licentiam.* id est facultatem ff. de rei vin. l. officium. contra. Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in productione quæ fit de nouo super alio articulo, hic super eodé. Bart. & Pau.

e ¶ *Productione.* nisi ad reprobationem testiũ: vt j. titu. j. l. si quis testibus. & l. fin. & authen. si testes. ¶ An autem iterum induci possent reprobare? forte non: vt d. l. si quis testibus. ¶ Item nunquid in causa appellationis possunt produci? Respon. vtique secundùm Azo. vt j. de ap. l. eos. §. si quid. & de tep. ap. l. per hanc. cum sit alia causa à prima. 2 Alij dicũt quòd nõ. & quia dicit esse eãdem causam, & quia ratio authen. est generalis: timor scilicet subornationis. 3 Sed prima opi. seruat. 4 Sed ius canonicum distinguit, an super a eodé capitulo, & tunc non potest: an super alio, & tunc potest: vt extra de testibus. fraternitatis. ¶ Item an post aperturam possint instrumenta produci? Dic quòd sic: quia ibi non est suspicio: & sic se habet consuetudo. Accursius.

f ¶ *Iussione.* ff. de mino. l. minor xxv. an omissam. contra. Sol. vt ibi.

g ¶ *Productio testium.* renunciauerit vel non renunciauerit testibus: ergo sola scietia nocet, sed renunciatio non: b vt in cor. §. illud. & in nouel. de test. §. & quia.

h ¶ *Productionem.* Quidam dicunt vnam productionem esse cum semel producuntur: d & si eadem die, & intra eandem dilationem, iterum producuntur, est alia productio. 2 Alij vocãt vnam dilationem, productionem vnam, intra quam quotiens voluerit, poterit producere. Sed prima verior est. ¶ Item quid, si per se rediderit? Videtur vltimo dicto standum. arg. ff. de manumiss. testa. l. Stichum. & de here. insti. l. si ita scriptum. & j de lib. c. l. cum pretium. Sed puto non habendam e ei fidem, si cum aliqua parte fuerit locutus. Accursius.

† Contest. cum bis audien. in causa, cum fuo Glo. extra ves.

† Testes com. muniter post cognita testimonia prod. ci nõ debent. v. tamen Cor ... in memo... talib. in verbo Testes communiter. v. plenius apud ... regula 401. adde Romanã singularẽ 80. Ferrarien ... in forma ... contra Testes hu... bu... publicata testibus.

a Testes publicatis attestationibus in causa principali, in caus. appellationis super antiquis capitulis amplius produci non possunt. vt hic Gl. adde tamen Socinum regula 401.

b Quod quidã non probant ... ... in Nouell. 90. §. in virtu... quartam.

c Si quæris quæ ... cognoscitur. ... productio testium vel plures. Alij vices ... vt si ... productio hic ... productio in ... sequenti ... Alij dilatio ... dies ... duæ. ... producitur ... quot producitur ... dilationem ... duntaxat ... Verũ longè aliter definitur productio. Nouel. Leonis & Cõstantini. ... ex die ... singulis ... gum ... quæque ... adde Cons. No. 90 d. Cõ exami... tione. Bar. Bal. Ange. & Pau.

e Dic quòd si inueniatur ... testis ... pro ... credi ... Bald. Pau. & Ga.

At qui semel a † produxerit testes, aut bis, aut ter, & testificata † tractauerit, aut ab aduersario hoc faciẽte disputationem acceperit b, & ex hoc testificata didicerit c: non habebit licentiam d vlterius vti productione e testium ex diuina etiam iussione f. Si vero hoc non egerit: tunc dãda est quarta productio testiũ g, sacramento ab eo prius dando quòd neque subtraxerit, neq; perconctatus est ipse testificationes, vel aliquis aduocatorum eius, vel alius pro eo agens: nec per dolum, nec per machinationem, vel artem, quartam productionem h testium petat fieri.

Per productionem instrumenti subtracti non probatur libertas, sed magis præsumitur contra subtrahentem. h. d. no. secundùm Bald.

XX. *Iidem AA. & CC. Phronimæ.*

Si de possessione seruitutis, emptionis instrumẽtis subtractis, in libertaté proclamat Eutychia: cum petitoris probationis onus incumbat i, intentione sua detecta, his iuuari minime potest k. Nam si l in seruituté petatur: ad emptionis m probationem non est indiciis aliis opus, sed instrumẽtorum furtum n monstrare sufficit. IIII. Non. Decembr. Nicomediæ. CC Coss.

Instrumentum nil aliud probat, quàm illud quod continetur in eo: & quod omittitur in instrumento, præsumitur non actum inter partes. Bald. Vel sic: Ad probationem dominij non sufficit agenti producere instrumentum in quo alium suo nomine emit, & probare quod emit de pecunia ipsius agentis. h. d. secundùm Pau. de Cast.

XXI. *Iidem AA. & CC. Crispo.*

Ad probationem dominij aliena subtrahentes instrumenta, his vti minime possunt: quippe cum horum lectio non recitantem, sed quem tenor scripturæ designat, adiuuet. Cum itaque o nec cætera probationum indicia reprobentur: iure competenti p, prædiorũ quæ in quæstionem veniunt, dominiũ ad te ostẽde pertinere. nã res q vindicantem ab emptore, suos † numeratos numos adseuerantẽ, erga probationem r laborare non conuenit s. si quidem huiusmodi, licet probetur factum, [tamẽ *] intentioni nullum præbet adminiculum. S. VI. Id. Decemb. Singiduni. AA. Coss.

Per media impertinentia non fit probatio. Bald. Vel sic: Ad probandum quem seruum, qui est in possessione libertatis non sufficit probari matrem exercuisse seruilia ministeria, nec fratrem seruum esse. Bald.

XXII. *Iidem AA. & CC. Agatoclea.*

Ad probationem t seruitutis Glyconis, matrem u eius ac fratrem seruilia fecisse ministeria, non sufficit x: cum neque ingenuarum conniuentia y coniunctis necessitudine præiudicet, neque de seruis ex eadem matre z natis libertatem vnus adipisci prohibeatur a. D. IX. Kalen. Ian. ipsis CC. Coss.

Licet actor dicit se non posse probare, onus tamen probationis non refunditur in reum. h. d. secundùm Bald. & Salycet. & not. Vel sic: Actori adserenti incumbit onus probandi: reo vero neganti non incumbit, etiam si actor dicat se probare non posse: nec propter hoc conuenit in eum onus probandi transferre: quia negatiua probari non potest. h. d. Paul. de Castro.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Menelao.*

S *I. de possessione.*] CASVS. Si ancilla subtraxit mihi instrumentum emptionis, & de possessione seruitutis in libertaté proclamat, cum sibi onus probationis incumbat: an sufficiat ad probandum quòd sit libera, si penes se habeat instrumenta emptionis? Dicitur quòd non. & hoc in prima. Si vero de possessione libertatis eam in seruitutem petiens: sufficiet ad emptionis probationem, si probes eam instrumenta emptionis subtraxisse. Viuianus.

i ¶ *Incumbat.* quod est si ex possessione seruitutis prouocet in libertatem: vt hic, & ff eo. l. si filium. & j. de lib. cau. l. non ideo. & idem si dolo esset in possessione libertatis: vt ff. de lib. cau. l. liberis. & j. eo. l. vni cius.

k ¶ *Minime potest.* vt j. de Lati. liber. tol. §. illa autem.

l ¶ *Nam si.* vere non iuuatur agendo, quia neque excipiendo. si non dolo erat in libertatis possessione.

m ¶ *Ad emptionis.* scilicet Eutychiæ: sed an hoc sufficit?

n ¶ *Furtum.* ab aduersario actum a secus si alio vel fortuito casu amittatur instrumentũ: vt in contrario. j. titu. j. l. testium. in fin. & de fid. instr. l. sicut iniquum. & j. de iure dot. l. cum citra quæ sunt contra Accursius.

A *D probationẽ.*] CASVS. Si ex pecunia mea quã penes te deposui, prædium tuo nomine comparasti: instrumẽtum emptionis quo continebatur te emisse confectum fuit, & ego illud subtraxi: an ad probationem dominij, scilicet quòd precium ratione dominij ad me pertineat, eo vti possim, quæritur? Dicitur b quòd non, cum in eo de me nulla fieret mentio. Item nec sufficit si probem ex pecunia mea emptum fuisse ad dominij probationem.

o ¶ *Cum itaque.* cum eis subtractis vti nõ possis. constat autem aliis argumentis vti posse, itaque &c. Accurs.

p ¶ *Competenti.* probando ea quæ dicuntur. j. eo. l. cum res.

q ¶ *Nam res.* bene dixi competenti.

r ¶ *Probationem.* scilicet talem.

Testium f facilitatem per quos multa veritati cōtraria perpetrantur, prout possibile est resecantes: omnibus g prædicimus, †[vt] * qui in scriptis h à se debita retulerint i, nō facilè k † audiátur si dicant omnis debiti vel partis solutionē sine scriptis se fecisse, vel inteq; viles & fortitan redemptos testes super huiusmodi l solutione producere: nisi quinque testes idonei, & summæ atq; integræ opinionis præsto m fuerint solutioni celebratæ, hisq; cum sacramenti n religione deposuerint sub † præsentia sua o debitum esse solutú: vt scientes omnes ita ea statuta o esse, non aliter debitum vel partē eius persoluant, nisi vel securitatem in scriptis p capiant vel obseruauerint præfatam testiū probationem: his q scilicet qui iam r sine scriptis debitum vel partem eius soluerint, à præsenti sanctione merito excipiendis. Sin vero facta quidem [per scripturam] † securitas s sit, fortuito autem casu vel incendij, vel naufragij, vel alterius infortunij t perempta, † tunc liceat his qui hoc perpessi sunt, causam peremptionis probantibus, u etiam debiti solutionē per testes x probare, dánúmque ex amissione instrumenti effugere. Dat. Kal. Iun. D. N. Iustiniano. A. II. Coss.

T *Estium facilitatem.*] CASVS. Accepi à T tio decem mutuo, interueniente scriptura. postea dico me totam pecuniam vel partem soluisse. econtra asserit creditor quòd non. qualiter solutionem factam probare possim, quæritur? Dicitur quòd per quinque testes, qui iurent se inte. fuisse solutioni factæ: vel per scripturam factam à creditore de solutione. Sed si obligatio cōtracta est sine scriptis, licebit mihi probare per duos testes solutionem fore factam. & hoc in prima. Ista quæ dicta sunt, locum habent in futuris temporibus post l. istam. & non in pecunia quæ dicitur soluta ante l. istam. & hoc dicitur in secunda. Si vero dico super solutione scripturam me amisisse: probabo amissionem per testes, & solutionem debiti. & hoc in tertia. Et isti testes debent rogari siue intersint solutioni, siue intersint quando creditor confitetur sibi solutam pecuniam & hoc dicit auth. rogati.

f ¶ *Testium facilitatem.* nam quandoque magis occultam veritatem, quàm dicant. *vt in auth. co. in prin. colla. vy consti. y.*

g ¶ *Omnibus* i.debitorib & hoc si quātitas excedat quinquaginta aureos. aliàs sufficiūt duo: vt nō de rebus exiguis maximas adhibitiones homines sustineant: *vt in auth. de fide instru. §. vt autē coll. vj.*

h ¶ *In scriptis.* adiunge debita. & dicitur g in scriptis, quando est actum vt non aliter valeant; contractus: *vt j. tit. j. l. contractus.* Vel secundū alios quocunque modo sit actum vt fiat inde scriptura.

i ¶ *Retulerint.* id est soluerint.

k ¶ *No facile.* i. quod esset facile & leue. & ideo nullo modo fiat. & nisi, quod sequitur, ponit exceptiue. Vel dic, nō facile, quia quandoq; & sic ponitur expositiue: *vt ff. de procur.l. qui omnia.in fi. & l. sequenti.* Item videtur quòd tres sufficiant: *vt s̄ de cor. pe. l. fin.* sed & ibi scripturam recipiebat à creditore: hic non. Accursius.

l ¶ *Super huiusmodi.* quinque testes idonei.

m ¶ *Præsto.* Sic ergo de sua scientia debēt reddere testimonium: vt hic, & statim subijcit, sua præsentia: *vt in auth. de here. & fal. § vero absunt colla. j.* De auditu b autem alieno non, nisi in casu aquæ pluuialis arcendæ: *vt ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. penult. & de probatio l. arbiter. & in causa matrimony xxiij q. v super* (quod hodie est correctum: *vt extra de clandest. despon. c. j.*) aliter obseruatur in sacramento calumniæ: *vt s̄. de iura cal. l. j. §. j.* & tutoris: *vt in authen. vt hi qui oblig. se habere perhi. res minora. § vt autem coll. vj.* ¶ Hic nō exigo vt dicāt, nos vidimus: sic enim de alieno visu testificentur, quod esset durum, qualiter enim vnus scit si alius vidit? sed dicat, talis fuit præsens. ne inueniatur varietas temporis: vt in Daniele de varietate loci dicitur de Susanna: per quod non creditur: *vt in q. xx. cap. nihilominus. & xxxv. q. vj. de parentela.* ¶ Item nota quòd quādoq; de credulitate testis audit: *vt ff. de ven. inspi. l. j. in prin.* ¶ De tēpore d autem & vestib in similibus insidiatoribus nō quærit, nisi quādo videntur suspecti & tunc fit: *vt ff. ad Syl. l. prius.* sic enim dicit quo in anno flagitiū sit admissum. ¶ Sed de loco e sic. vt dixi de Susanna ¶ Itē nota in solutione quinque f testes necessarios, *vt hic:* & in cōfessione: *vt in auth rogati. j. eo.* & in codicillo: *vt j. de codicillo l. fi. in fin.* Et in donatione causa mortis: *vt j de dona. causa mor. l. fin.* Item alibi: *vt in auth. de fide instru. §. oportet. coll. vj.* Item septem in testamentis: *vt j de testa. l. hac cōsultissima.* Quādoque octo: *vt j. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima.* Quandoque xv. vt cum aliquis est promouendus inter agentes in rebus: *vt j. de proxi. sacr. scrin. l. vnicuique. lib. xij.* quandoque tres: *vt s̄. si cer pet. l. fin.* regulariter duo: *vt ff. e.* vbi autem numerus vnus non sufficit: *vt s̄. eo. l. iurisiurandi. in fin.*

n ¶ *Sacramenti.* id est iurisiurandi.

o ¶ *Statuta.* scilicet per hanc legem.

p ¶ *In scriptis.* scilicet per apocham: *vt j. tit. j. l. plures.* nam nihil &c. *vt ff. de reg. iur. l. nihil tam naturale.*

q ¶ *His.* i. excipiendis, vt possit etiam duob. testib. probare. Acc.

r ¶ *Qui iam.* id est olim ante hanc legem.

s ¶ *Securitas.* sit scilicet in scriptis.

t ¶ *Infortunij.* sunt enim multi fortuiti casus: *vt in Insti. quibus mo. re contra. obli. § item hu.*

u ¶ *Probantibus.* sic ergo qui casum g dicit, eum probet: *vt j. de test. l. q.* ¶ Item nota quòd duo probant, s. casum, & debiti solutionem. & sic est contra *s̄. tit. j. l. si de possessione.* vbi sufficit probare furtum. Solū ibi delicto aduersarij iam sumebat: hic non.

x ¶ *Per testes.* scilicet duos: *vt ff. eo. l. vbi.*

IN AVTHENT. DE testib. §. & licet col. vij. cōst. ij.

Ista authen. addit duo. l. C. secundum verum intellectum. Primo, quod testes de quib. illa lex loquitur, debēt esse rogati, & non fortuiti sicut in testamentis. Secundū est, vt quod ibi dicitur, quod quando quis vult probare solutionem debiti de quo apparet per instrumentum locū habeat & in eo qui vult probare confessionem creditoris de recepto: licet quidam aliter intelligant: vt in glos. Pau. de Cast.

Rogati, y vt in testamētis, z nō fortuiti vel trāseuntes veniāt. Idem est si post solutio-

y ¶ *Rogati.* ab h eo qui introducit eos: *vt in authen. eo. tit. §. & licet in fin. §.*

z ¶ *Vt in testamentis.* de quo constat etiam veteri iure: *vt ff. de testa. l heredes § si & j. de codicill. l. si in fi.* ¶ No. ergo quatuor casus in quibus sunt rogati: tres sunt hic, & quartus est. *ff. de diuor. l. nullum.* aliàs regulariter est contra: *vt ff. eo. l. ad fidem.* Alij exigunt hodie semper rogatos, per hanc authen. & malo.

[Marginal glosses: a Testis de sua scientia … b De auditu alieno testis … † Hinc colligitur … c Testis reddere debet … d Testis … e Testis … f Testium numerus … g Casum probare debet qui eum allegat. h Testes rogati à quibus debeant. i Testes rogati in quibus causis … g Contractus quādo dicatur in scriptis celebrari.]

b Testes quos rogari debeat in confessione solutionis mutui.

b Argumentum à solutione vero ad confessionem solutionis.

a ¶Confessioni. in corpo. authen. nō aperitur quòd sunt quinq; necessarij, & sic duo sufficiunt, secundum Ioan. vt ff. eo. l. vbi. Sed Azo cōtra. nam ex quo in solutione sic est: ergo[b] & in cōfessione, cum sit eadem ratio. H. vero distinguit, vt rogati suffic at duo, non rogati sint quinque, siue sit solutio siue confessio. ¶Itē no. q; secundum istam. l. testium & auth. hāc videtur quòd cōfessio extra iudicium valeat. sed hoc est ad liberandum: aliud ad obligandum. ¶Itē an cōtra cōfessionem[c] istam possit veniri intra. xxx. dies? Resp. sic, vt j. de non num. pecu. l. in cōtractibus. §. j. Vel distingue, aut fuerit confessio solennis. i. coram testibus habita: & tunc non possit venire contra: vt hic. an non, & tunc possit: vt ibi.

c Aduersus cōfessionem solutionis debiti creditor potest opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ intra xxx. dies: adde quæ scripsi in Gl. c. 10 ver. bo rogasse. (?)

nē rogati interfint confessioni[a] creditoris, dicentis pecuniam sibi debitam solutam fuisse.

Testes absentes possunt cogi venire ad testificandum etiam in causa pecuniaria. & postquam venerint, possunt detineri per quindecim dies cum satisdatione de non recedendo, si voluerint saltem ea præstare: vel si noluerint, cum iuramento, aliàs violentia non debet eis fieri. & intra dictos quindecim dies debent iurare parte aduersa præsente vel citata, & deponere dicta eius: & iudex in hoc debet esse solicitus, quod si factum non fuerit, possunt propria auctoritate recedere, & sine licentia iudicis: & iudex qui fuerit negligens, debet puniri. hoc dicit ista lex singularis. Pau. de Cast.

S[I quando inuiti.] CASVS. In causa quam habebam cum Titio in ciuitate Bonon. produxi testes Mutin. si dubito de eorum recessu, si velint dare fideiussores de stādo in ciuitate Bonon. donec ferant testimonium, possunt si volunt. vel si non possunt dare fideiussores, aut noluntiorent q; nō recedēt: aut quòd die eis adsignata[d] comparebūt ad ferendum testimonium veritati. & illi testes cogi possunt quòd stabunt quousque deposuerint. & eorum iuramento necessario stādū erit: quia si pro principali causa credit eis, multo magis hic. & hoc in prima. Nō autē compellendi sunt stare vltra xv. dies: intra quos citabit partē aduersam, vt præsto sit quando dicant testimonium: si nō veniat, iudex audire debet ipsos: & elapsis. xv. diebus poterūt reuerti ad propria sine licentia iudicis, nec redire compelluntur. & hoc in secunda. Si verò per iudicem stetit quo minus testimonium dicant, damnū quod propter hoc altera pars passa fuerit, resarciet ei ex suis facultatibus. & hoc in tertia. Et hanc l. intellige in causis iam cœptis, non autem in præteritis.

† al. detrahere. alià: extrahere.

d Testis non debet se vltro offerre, sed tantisper expectare dum à iudice compellatur. aliàs habetur pro suspecto. facit lex omnia de procuratorib. v. Ferrar. in forma rationum. testium in ver bo Citato.

XIX. Iidem A. Iuliano P. P.

SI quādo inuitos[b] testes in pecuniariis causis[c] ex nostra lege[c] aliquis trahere† maluerit, si quidē sua sponte fideiussionem suæ personæ[e] sine damno[f] præstare velint, hoc fieri: sin autem noluerint, nō carcerali custodiæ detrudi, sed sacramento eos cōmitti censemus: Si enim pro toto litis certamine iureiurando testium credendū esse putauerint hi qui eos produxerint: multo magis[g] præsentiā suam testibus sacramento eorum credere debet. Sed cū minimè oporteat testes in huiusmodi casibus protelari, & pro alienis commodis suas inuenire difficultates[h]: disponimus nō amplius[i] testes obseruare[k] compelli iudices, postquā fuerint admoniti, nisi tantū quindecim dies intra quos iudices prouideant quatenus cognitionē[l] suscipiāt, in qua testes necessarij visi fuerint: vt omnino licētia eis concedatur & alterutra[m] parte cessante, & minimè eos[n] obseruare[o] volente*, si per executores admoniti venire noluerint[p], testes accipere, & alterutra parte præsente quæ eos introducit[q], testimonia eorum capere. His autem diebus effluentibus, liceat quidem testibus discedere à iudice, nullam habēre licentiam eos, postquam abfuerint†, iterum retrahere[r]. Ipsum autem iudicem, si per eum steterit quo minus testimoniū præstetur, parti læsæ omnem iacturam[s] pro huiusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire disponimus. Dat. XII. Kal. Apri. Lampadio & Oresta Coss.

e Testes inuiti cogūtur. & contra ca. t. & c. 1. cum Gl. super verbo vnero eo tade Rest. cog.

b ¶Si quando inuitos. ergo[e] inuiti coguntur: vt hic, & ff. de tabu. exhiben. l. locum. §. exhibere. & quemadmodum testa. ape. l. cum ab initio. & arg. ff. si quis cau. l. v. §. j. & ff. ex quib. cau. maio. l. sed & si. §. fi. & hoc captis pignoribus vt argu. insti. de satisdat. tu. §. pen. nam & hoc est munus publicum: vt d. l. v. §. j. si quis cautionibus, colligitur. Nec ob. ff. quemadm. testa. ape. l. sed si quis ex signatoribus quæ est contra. vbi non videntur cogi quia ibi erant absentes, & alterius prouinciæ. 2 Vel aliud est in recognitione sigillorum testamenti, quæ potest etiam fieri domi: vt ibi, & aliud in testibus, qui coram iudice debent cogi venire: vt hic. 3 Vel coram eo cui delegat in alia prouincia lege statuente præterquam in criminali: vbi tantum coram eo debent venire: vt in auth. eo. §. & quoniam. & ff. eo. l. iij. §. testes. ¶Item ideo dicit siquando, quia quidam volentes admittuntur, qui inuiti non coguntur: vt ff. eo. l. inuiti. j. & v. ¶De proxenetis[f] autem quando cogantur, habes in authen. eo. §. antepenult.

f Proxenetæ an & quando cogantur testimonium ferre.

c ¶Causis. in criminalibus idem. nam cum quidam excusentur vt inuiti non dicant, restat alios compelli: vt ff. eod. l. iiij. §. lege. & l. iiij. & v. ¶Item dic causis, scilicet cœptis, non ante litem contestatam nisi in casu. & hoc dicit auth. sed & si quis. quam legehic.

d ¶Nostra lege. scilicet Græca, quam non habemus: sed erat in antiquo Codice.

e ¶Suæ personæ. permansuræ in iudicio donec dicāt testimonium, quod dicere debent.

f ¶Sine damno. id est sine coactione.

g ¶Multo magis. sic. j. de pac. con. tam super do. l. hac lege. & j. ne fideius. do. dentur. l. ij. & in Lombarda dicitur quòd socius qui credidit socio totum negotium, non potest cum eo iure duellum.

h ¶Difficultates. vt ff. quemad. testa. aper. l. sed si quis ex signatoribus.

i ¶Non amplius. i. non vltra xv. dies.

k ¶Obseruare. id est parere iudicibus.

l ¶Cognitionem. i. testimonium, per quod cognoscent causam.

m ¶Ex alterutra. vel ea quæ postulauit produci: vel ea contra quam postulati sunt.

n ¶Eos. i. iudices.

o ¶Obseruare. id est obedire. & est mala Grammatica.

p ¶Noluerint. si ergo velint adesse, præsentibus ipsis est proferēda probatio: vt hic, & in authen. hic posita. & j. tit. j. l. iudices. & authen. apud. & in decre. ij. q. j. in primis. in fi. sic est etiam in iuramēto calumniæ: vt s. de iuramcalum. l. ij. §. si autem. sed hoc facto non poterūt plures produci, cum dicta sint testificata: vt s. de proba. authen. at qui semel. 2 Vel dic quòd iuramentum fiat in præsentia: & sic prædicta intelliguntur. Dictum[b] autem testis secreto recipiatur, vt per Danielem est inductum[c]: & sic approbat consuetudo generaliter. arg. pro hoc j. eo. l. nullum. Item licet hic absentes altera parte recipiantur, referuatur tamen licentia obiiciendi in dicta eorum: vt j. eo. l. fin. §. j. & fin.

* Contra ea in nomine Domini extra de testib. & De prescriptionibus. dictum adde Dinum tract. de præscriptionib. par. 3.

† absuerint legitur & etiamque manulec.

b Testis dicta secretò recipi debet.

c Al. Si quis. c Nihilo minus in q. 9. ibi vide olos.

IN AVTHENT. DE testi. §. & hic verò quia multoties. coll. vij. consti. ij.

Testes ante litē contestatam quandoque recipiuntur & publicantur parte citata legitimè: & valent ad æternam rei memoriam. h. d. not. secundum Bal. Vel sic: Testes ad æternam rei memoriam possunt recipi etiam ante litem contestatam, si de facili possunt mori, vel in remotis sunt se absentaturi: parte aduersa legitur. Salyc.

SEd & si quis*ab aliquo aliqd patiatur cōtra leges[t], aut aliter læsus, aut damnū patiēs, & testes apud iudicē pducere voluerit, & corū testimonia publicare[u]: aduersarius moneatur à iudice debet citare[d] partē aduersam, vt præsto sit quādo producētur. Si venire noluerit, iudex audiet eos, & attestationes valebūt, perinde ac si aduersarius fuisset præsens, nec obiicere poterit quòd vna parte præsente receptæ sunt.

d In iuramento testis citari debet pars aduersa. l. iudices de fide instrum. l. generaliter §. ijstem. l. de reb. cred. neq; tamen citanda est, sed etiā presens esse debet tunc cum iurat testis: aliàs non valeret testimonium: vt hac Gl. de qua Lanfrancus in Pract. c. 8. nu. 10. Reliquus in Regula Testes parte præsente & non citata regulariter non recipiuntur sine non contestata 404. & regula Testium depositiones quando recipiuntur parte citata non citata dans dicta tub 406. Ferrariens. forma in rat. testium de verbo citati requisiti.

q ¶Introducit. siue sit ille qui primo produxit, siue contra quē productifuerint. qui modo eos producere videtur, cū petit vt iudex eos recipiat, si autem vtraque pars esset absens, non contraheretur eremodicium: nec testes testificarentur.

r ¶Retrahere. ne leges sint ludibrio: vt & j. de bo. quæ lib. l. fin. §. vbi autem pueriles. & ff. de adopt. l. emancipari. §. fi. aliàs incipit, adoptare.

s ¶Omnem iacturam. fecit enim litem suam: vt instit. de oblig. quæ ex quasi delic. §. j.

S[Ed & si quis.] CASVS. in hac authent. talis est. Si Titius aliquid nihi fecerit contra. l. quia non soluit quod mihi soluere tenebatur: & ego testes nomino, quos producere volo antequā ei moneam controuersiam, fortè quia absfuturi sunt, vel de eorū morte timeatur: iudex debet citare

t ¶Contra leges. vt quia non soluitur quod debetur, cum leges suū ius vnicuique tribui volunt: vt instit. de iustit. & iure. §. iuris præcepta. vel econtra petitur à reo quod non debet.

u ¶Publicare. i. per publicam manū authenticari: non tamen in aperto, quia sic non possent postea produci testes: vt s. titul. praxi. auth. at qui semel. 2 Alij dicunt illam habere locum quando inducuntur lite contestata: hic ante. Sic ergo licet regulariter post lit.

contestatam inducantur: fallit tamen quando possunt facile non esse. & sic hoc intellige per id quod est. *ff. ad leg. Aquil. in l. j. &]. de usu. pup. l. pupillus. & infra de test. l. qui testamenta. & ad idem. ff. eo. l. curent.*

a ¶. *Attestationes.* id[a] est iuramentū non dictum. a Vel dic attestationes scilicet faciendas. debet. n. videre & audire q. sunt testificantes. a Alij dicūt q etiam dicta: *vt notaui modo super l. si quando.* prima verior.

b ¶ *Vna parte.* quæ productio nō valet nisi altera parte vocata: *vt hic, & l. si quando. j. eo.* Acc.

a Attestationes quid.

dice, & sic in eo præsente iudex attestationes recipiat. Quòd si venire noluerit, etiā eo absente attestationes[a] recipiat: & perinde valebunt, ac si eo presente receptę fuissent: nec opponere poterit, q. ex vna parte[b] datæ sunt.

Testibus examinatis coram arbitris, non tenetur quis stare coram iudice si viuunt, sed potest petere eos iterum examinare si vult. sec. si sunt mortui, non requiritur vlterior examinatio: sed standum est eis sicut si coram iudice fuissent recepti: saluo tamen iure opponendi contra personas, & dicta, h.d. ista lex singularis, quæ non est alibi nisi in l. penult. ff. de arbitris. Tamen illa declaratur & limitatur per istam. Pau. de Cast.

CVm apud.] CASVS. In causa[b] quā habebā aduersus Titium, cōpromisimus in arbitrū, & sub pœna produxi testes. arbiter tulit sententiam. sed melius ponitur: aut propter publicationem noluistare sententiæ, & soluo pœnam conuentam, & volo habere regressum aduersus eum corā iudice ordinario: an testes producti corā arbitro, possint produci corā iudice: distinguitur: aut omnes sunt superstites, aut nullus, aut quidam Primo casu iste contra quē testes producuntur, eliget velit adhuc q producantur, an velit stare testimoniis scriptis coram arbitro. a Secūdo casu necesse habet ille cōtra quem producuntur, credere scripturæ in qua dicta testiū redigebātur. 3 Tertio quātum ad mortuos credetur dictis eorum. quantum ad viuentes reus habet electionē an velit quòd iterum producātur: an quod stetur dictis eorū, salua semper omni allegatione cōtra dicta eorum in omnibus casib. prædictis. Viu.

b Vel ita, Acta ordinatoria iudicij coram arbitro facta, coram iudice fidem non faciunt. v. tamē Socinū regu. Lanfrancum in Praxi. c. 8. nu. 35. l. vlt. §. de re iudicata. l. ii. apud.]. de eden.

* pom l. 5.]. de arbit. vt indicāt[e] Inscriptio & subscriptio, & argumenti similitudo.

¶ Testis potest repetitis vicibus induci & examinari. & concor. c. consti. cum Gl. ... ad hoc iste tex. reputatur singularis, secundum Bart.

a adde huic legi Socinum regula 8.

c Compromissarij iudices pro delegatis.

Et his verbis sequentibus sumpsit Papa ea quæ dixit in ca. præsentata post med. extra de testibus

d Arbitriō licet negligere & ab eo discedere soluta tamen prius pœna; idque vel ante vel post sententiam.

e Testes qui apud compromissarium deposuerunt ad iudicem permissi, iterum iurare debent.

f Iurare teste in causa appellationis iterū debēt si super nouo articulo vel capite producantur.

g Iuramentū calumniæ an iterari debeat.

h Qui declarat, nouum aliud inducit.

c ¶ *Cum apud compromissarios.* id[c] est delegatos. *arg. ff. de iud. l. iudicium soluitur.* a Vel dic propriè poni, id est arbitros, à quibus licet[d] recedere soluta pœna & ante sententiam & post: *vt ff. de arbi. l. si quis rem.*

d ¶ *In iudicio.* scilicet ordinario.

e ¶ *Obseruari.* quod scilicet per pactū conuenit: *vt arg. ff. re iudicat. l. si conuenerit.*

f ¶ *Testes.* scilicet omnes: vt differat ab vltimo casu.

g *Iterum.* Nunquid iurabunt iterum?[e] Respon. sic. *arg. ff. de damn. infect. l. qui bona. §. si quis stipulatoris[f]* & fortè idem in causa appellationis[f] si super nouo articulo vel capitulo inducantur: vt & in sacramento[g] calumnię dixi. *]. de iur. calum. in prin. l. j.* secundum Acc. ADDITIO. Hoc intellige quando in noua instantia & coram alio iudice denuo producuntur. secus autem si in eadem instantia repetantur ad declarandum id quod non clarè dixerunt: quia[h] qui declarat, de nouo inducit. *l. heredes. §. sed & si notam. ff. de testa. & l. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. rerum do.*

h ¶ *Et non opponi.* patet ergo quòd aliàs potest opponi: vt ff. eo. l. producti. sed illud hic non obstat: quia hic est alia causa, & alius iudex.

i ¶ *Factas.* coram iudice.

k ¶ *Seruato.* opponendi in dicta & persona.

l ¶ *Subtracti.* scilicet omnes.

m ¶ *Quasi factas.* scilicet in iudicio.

II. Idem A. Iuliano. P. P.[a]

CVm apud cōpromissarios[c] iudices testes fuissent producti variatum erat verum deberet eorum depositionibus in iudicio[d] litigator vti, an non esset audiendus. Sancimus igitur, si quidem in compromissis aliquid pro huiusmodi causa statutum est, hoc obseruari[e]. Sin autem nihil conuentum est in huiusmodi casibus: si quidem supersint testes, licentiam habere eum contra quem depositiones eorū proferuntur, si eas recusauerit, cōcedere testes[f] iterum† adduci, & non opponi[h] eis quòd iam testimoniū suum dederint. vel si hoc concedere minimè maluerit, depositiones eorum quasi factas[l] accipere: omni iure legitimo quod ei competit aduersus eas, seruato[k]. Sin autem ab hac luce omnes subtracti[l] sint: tunc necessitatem ei imponi, fide scripturæ approbata, in qua depositiones eorū referuntur, eas quasi factas[m] recipere. Si vero[*] res permixtæ fuerint, & quidam ex his mortui, alij viuētes: tunc in superstitum quidem testimoniis eandem electionem seruari litigatori, aduersus quem testimonia proferūtur: in morientium[n] autem personas depositiones eorū nō esse respuendas: omni (secūdum quod iā prædiximus[o]) aduersus eas & testes legitimo iure, quod ei competit aduersus quē proferūtur, integro reseruato. Dat. VI. Kalend. April. Lampadio & Oresta Coss.

n ¶ *In morientium.* id est mortuorum. ¶ Et not. quòd in hoc iudicio dictum est valet in alio: *vt &]. de arbi. l. pe. in fi.*

o ¶ *Prædiximus.*]. proxi. omni iure &c.

p ¶ DE FIDE INstrumentorum, &c.

De probatione viua voce dixit sequitur de probatione mortua, id est per scripturam.

a Generale dictum testium gitur ad speciem.

q ¶ Et amissione. *id est perditione.*

TITVLVS XXI.

DE FIDE INSTRVmentorum[p], & amissione[q] eorum [& de apochis] † & antapochis faciendis, & de his quę sine scriptura fieri possunt.

Probato debito per creditorem, debet iudex ad solutionem compellere debitorem, non obstante instrumenti amissione. h.d. Salyc. Vel sic: Perditio instrumenti non nocet si potest fieri probatio per testes, vel alios modos legitimos. Et sic loquitur de secūda parte rubricæ, de qua loquuntur multa alia leges. Pau. de Cast.

I. Imp. ANTONINVS A. Marcbio.

DEbitores[a] tuos quibuscunque[r] rationibus debere tibi pecuniamsi probaueris, ad solutionem compellet[f] aditus præses prouinciæ: nec oberit[t] tibi amissio instrumentorum, si modò manifestis probationibus eos debitores esse appatuerit. PP. V Id. † Septemb. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

DEbitores.] CASVS. Habebam debitorem, & instrumentum amisi: an mihi obsit instrumenti amissio, quo minus debitor mihi soluat? Respon. quòd non. si per testes probare possim debitum.

r ¶ *Quibuscunque.* scilicet idoneis[a]: non. n. ad vnam speciem probationis &c. *vt ff. de test. l. iij. §. eiusdem arg.]. de ede. l. j. & de rei vind. l. iudicia.*

f ¶ *Compellet.* captis[b] pignoribus secundum ordinem iuris: *vt ff. de re iudica. l. à diuo. §. j.*

t ¶ *Nec oberit.* ¶ Nota nō nocere amissionem[c], si aliàs probet: *vt]. eo. l. si cut. & l. statum. & l. si solennibus. & l. instrumentis. & l. cum instrumentis. & l. non ideirco. &]. de iure do. l. cum citra. &]. familiæ erciscundæ. non ideo. & ff. eo. l. in re. & de pigno. l. contrahitur. &]. de pos. l. pactum quod bona.*

[illegible]

† deest in vet. manusc. rectè dixeris enim agitur sub hoc titulo de antapochis l. pen. reij. eod.

b Idoneitatem in dubio semper intelligimus.

c Debitor potest soluere cogi captis pignoribus.

† Lo C. Gregoriano lib. 4. tit. 2. l. 1.

d Instrumenti amissio non nocet si aliunde res probari potest.

Sententia lata contra vnum quòd instrumentum sit falsum, non præiudicat consorti eodem instrumento vtenti: sed benè potest accusari, & per se conuinci. h.d. not. secundum Baldum. Vel sic: Alter ex creditoribus potest vti instrumento de quo alter fuit condemnatus de falso. Et sibi non præiudicat illa sententia, licet neutrum eorum fuit appellatum ab ea. Salyc.

II. Imp. ALEXANDER A. Mobiliano[*].

SI vteris[u] instrumento de quo alius[x] accusatus falsi victus[y] est, & paratus est (si ita

SI veteris.] CASVS. Duo erant creditores stipulandi eiusdem debitoris, & habebant instrumentū: vnus creditorū volebat agere ex instrumento illo: debitor vero accusabat illud instrumentū de falso, & obtinuit: alius non appellauit. vult alius creditor agere ex eodē instrumento, ex quo erat alius condēnatus: quæritur, an possit? Respon. certè potest, cum sententia lata inter alios, huic præiudicare nō potuit. sed si debitor vult accusare instrumentum de falso, subiicere se debet pœnæ talionis.

‡ perperā in C Gregoriano scribitur Dec Constantino. poli: cum, ille nomine condam appellaretur.

* al. Maliano: al. Mamiliano.

u ¶ *Si vteris.* si, id est quamuis: vel propriè lege.

x ¶ *Alius.* vel coheres; vel correus stipulādi. vel cū essent duo creditores, fecerunt sibi caueri in eadē charta, ita q quilibet creditor sibi in certa quātitate separata cauebat: *vt]. si cert. peta. l. eo. quid.*

y ¶ *Victus est. arg. ff. de vi & vi arma. l. nam postea.*

z ¶ *Paratus.* s. debitor, à quo &c. ¶ & quod dicit, si ita visū fuerit: ideo dicit, quia & ciuiliter posset agere excipiēdo, vel actione in factum: *vt]. de transac. l. si ex falsis.* de quo dic vt ibi dixi. a Alij dicunt non posse ciuiliter agi donec viuit delinquens, vt possit de crimine criminaliter accusari: *vt dicet.]. eo. l. si circa princ.* Acc.

Visum

a ¶*Visum fuerit.* ¶No. generale dictum, res[a] inter alios &c.
b ¶*Reum facere.* id est accusare, eo quòd falso vteris: *vt j. si reus vel accu. mor. l. ij.* Vel quia dicat te fecisse, vel fecisse fieri.
c ¶*Et discrimen.* repete, paratus est. & dic, discrimen. i. damnum.
d ¶*Periculi.* scilicet pœnæ: quod infligitur per pœnã legis Corneliæ de falsis, quę[b] est deportatio, & omniũ bonorum publicatio in libero: in seruo vltimum supplicium: *vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. j. §. fin.* ¶Sed qui solũ vtitur[c] & non fecit an patitur eãdem pœnam? Dico quòd sic, sed potest euadere abstinendo ab vsu: *vt j. ad legem Corne. de fal. l. si falsos.* a Vel dic verius, decennio tantum relegandum qui vtitur, nisi desistat: *vt ff. de fal. l. falsi. §. ordine.* ¶Item no. quòd ex hac litera dicũt quidam debere[d] inscribere accusantem in libello se subiturum eandẽ pœnam quam & reus, si nõ probauerit. *sic j. e. l. si. & ff. de accu. l. libellorum.* Nos dicimus non esse necesse, & nihilominus patietur similitudinẽ supplicij: *vt j. de adue. diuer. iudi. l. j. & ff. de testibus. l. ij. §. idem diuus.* ¶Item contra ad fi. huius l. *ff. de inoffi. testa. Papinianus §. si. quæ est contra.* vbi[e] præiudicatur legatariis iure isto, si contra testamentum pronunciatur. Sol. ex testamento pendet petitio omnium quæ in eo scripta sunt: quo infirmato, cætera nihil valent, sed ex instrumento non pendet petitio debiti. Sed huic solutioni est arg. contra. *ff. de excep. rei iudic. l. j.* vbi idem in testamento dicit, quod hic in instrumẽto debiti: quòd aliis non præiudicet. Sed dic quòd ibi nullum vel irritum diceba tur, vbi iudex nihil noui facit, sed declarat quod est. at querela inofficio. testamen. nouũ facit quia rescindit: & facit heredem qui non est, & desinere qui est *vt dicta l. Papinianus. in fi. & ff. de vulga. substitu. l. in substitutione.* Alij soluunt, quòd ibi fit ius ex sententia: hic non. quod in idem recidit.; Al. j. quòd ibi legatariis[f], non autem coheredibus præiudicatur. & sic non est arg. contra *s. de inofficioso testamen. l. cum duobus.* ¶Sed contra *i. de petitio heredi. l. fina. §. f.* Sed solu. vt ibi. ¶Item contra. *j. de his quibus vt indig. l. Pollain fi.* Sed ibi expone. retractas id est retractare intendis. Vel ibi transactio, hic sententia. ¶Item quæro, an idem in teste, vt semel[g] falsum dicens, non repellatur si ab alio producatur? Respon. si iudex notauit illum falsum, non idem quod hic. aliàs si simpliciter suo dicto non credidit, contra[h]: *vt ff. ad Turpill. l. j. §. j. & ff. de his qui not. infa. l. Lucius.*

visum[a] fuerit) à quo pecuniã petis, eiusdem criminis te reum facere[b], & discrimen[c] periculi[d] [pœnæ] †legis Corneliæ subire: non oberit[e] sententia, a qua nec is contra quem data est, appellauit: nec tu, qui tunc crimini[f] nõ eras subiectus, appellare debuisti[g]. PP. III. Kal. Octob. Maximo. II. & Æliano Coss.

Qui renunciat vsui instrumenti suspecti, tacite videtur fateri instrumentum falsum: nec potest iterato producere. hoc dicit not. & non est alibi Baldus.

III. *Idem A. Aeliano.*

Si aduersarius tuus apud acta præsidis prouinciæ, cum fides instrumenti quod proferebat, in dubium reuocaretur[h], non vsurum se[i] contestatus est: vereri non debes ne ex ea scriptura, quam non esse veram etiam professione[k] eius constitit[l], negotium denuo repetatur. PP III. Non. Decemb. Maximo. II. & Æliano Coss.

Si debitor fisci amisit instrumentum solutionis, procurator fisci tenetur ei ostendere librum rationum. Salyc.

IIII. *Imp.* GORDIANVS *A. Martiano.*

Illatæ[m] dispẽsatori[n] pecuniæ, tu ob amissorum instrumentorum[o] casum probatione deficeris[p]: inspectio rationum fiscalium fidem demõstrabit[q]. Dat. II. Id. Februar. Gordiano. A. & Auiola. Coss.

e ¶*Non oberit.* quia res inter alios &c. *vt hic, & ff. de re indica. l. sæpe. & j. res inter alios &c. vt hic, & ff. de re indica. l. totum.*
f ¶*Crimini.* id est criminationi.
g ¶*Debuisti.* ex necessitate. potuisti tamen: *vt ff. de appella. l. a sententia. & l. ab executore. §. j.*

Si aduersarius.] CASVS. Debebat mihi Titius. x v. habebam instrumentum, & testes. volebam eum conuenire ex instrumento. forte dicebat Titius instrumentum esse falsum, vel reuocabatur in dubium an valeat instrumentum vel non. dicebam me nolle eo vti, & sic ei renunciaui. postea pœnitui, & volebam eo vti: an possim, quæritur? Dicitur quòd non.
h ¶*Reuocaretur.* aliud fortè si non reuocaretur: licet diceret se non vsurum.

i ¶*Non vsurum se.* aliis abundantibus probationibus.
k ¶*Professione.* cui magis[a] credendum est, quàm alicui instrumento.
l ¶*Constitit.* *vt j. de confess. l. j.* ¶An autem de[b] falso possit accusari? Dic quòd non: *vt j. ad legem Corne. de fals. l. si falsos.*

Qui allegat instrumentum casu perditum, debet probare: & nisi probet casum, non patrocinatur ei allegatio casus: saluum tamen est ius probandi per alias species probationis. h. d. not. Bald. Vel sic: Si creditor dicat se perdidisse casu instrumentum debiti, non debent propterea qui dicuntur debitores, ad solutionem vrgeri: nisi creditor probet casum, & tenorem instrumenti. h. d. Saly. Vel sic: De perditione instrumenti non statur simplici verbo hoc asserentis, sed habet necesse hoc probare. h. d. Paul. de Cast.

V. *Idem A. Prisco*[*] *& Marco Militibus.*

Sicut iniquum est, instrumẽtis vi ignis consumptis †, debitores quãtitatum debitarum renuere solutionem[r]: ita non statim casum conquerentibus facilè[s] credẽdum est. Intelligere itaque debetis, non existentibus instrumentis, vel[t] aliis argumentis, probare [debere][*] fidem[u] precibus vestris adesse. PP. III. Kalen. Iun. Sabino. II. & Venusto Coss.

Licet sit perditum instrumentum manumissionis: potest tamen probari manumissio per testes. Pau. de Cast.

VI. *Impp.* DIOCLETIA. *&* MAXIMIAN. *AA. & CC. Lucdo.*

Statum tuum, natali professione perdita, mutilatum nõ esse, certi[x] iuris est. Dat. XIII. Kal. Febr. Nicomediæ, maximo II. & Aquilino Coss.

Illatæ.] CASVS. Tenebaris fisco: soluisti, & a procuratore fisci recepisti instrumẽtum de soluto. alio instrumento in rationibus fiscalibus, in quibus scribebatur solutũ, penes eum remanente, tuum amisisti. si procurator te conuenire velit ac si nõ soluisses, & solutionem probare non possis, quod penes eum de soluto remansit, an inspiciendi facienda sit tibi copia, quęritur? Respon. quòd sic.
m ¶*Illatæ.* id est solutæ.
n ¶*Dispensatori.* id est procuratori fisci.
o ¶*Instrumentorum.* Nota hic quòd quis contra se[c] exhibere tenetur. contra supra *de testi. l. nimis graue.* Accursius.
p ¶*Deficeris.* Secus si probationes habebas: *vt ff. de eden. l. ij. & l. si quis. §. prohibetur.*
q ¶*Demonstrabit.* te desiderante eas exhiberi tibi. *vt j. de eden. procurator. & l. non est. & l. in- [illegible]*

Sicut iniquum.] CASVS. Tenebaris mihi in x. habebam instrumentum: igne consumptum est: an à debito libereris, quęritur? Respond. quòd non: nec mihi facilè debet credi de amissione, nisi probem. vnde si per instrumenta probare non possum quod intendo: saltem aliis probationibus vti debeo ad faciendum fidem.

r ¶*Solutionem.* *vt s. eo. l. j.*
s ¶*Facilè* Sed si crederetur ei quòd amiserit, quid prodesset? Respon. in duobus prodesset. Illud enim in casu recipitur, cum est amissum instrumentum per aduersarium: *vt s. de probat. l. si de possessione.* Item in alio prodest, vt exoneretur solennitate quinque testium: *vt s. titu. j. l. testium in fi.* Sed hic si probet creditor per duos testes se amisisse instrumentum in quo continebatur quòd Titius debebat decem, & ipsi audierunt legi: quare probatur debitum magis, quàm per quoddam exemplum, cui non creditur nisi[d] originale ostendatur: *vt s. de edendo, authen. si quis. & ff. eod. l. quicumque.* Sed[e] dic quòd erit præsumptio si hoc probet, vt possit deferri iuramentum. Alij dicunt hoc sufficere, *argumento dicta l. si de possessione.*
t ¶*Vel.* pro saltem.
u ¶*Fidem.* id est veritatem.

Statum tuum.] CASVS. Manumissionis tuę instrumẽtum amisisti: non ob hoc status tuus periclitatur.
x ¶*Certi iuris est.* si aliæ sunt probationes: *vt & s. eo. l. j.* nam & sine instrumentis de statu probatur: *vt s. tit. j. l. j. & j. de libe. cau. l. nec amissa. & j. de nupt. l. si vicinus.*

Si solennibus.] CASVS. Princeps quendam dimisit à militia, concessis & in scriptura redactis priuilegiis, quę priuilegia cõsueuerunt honestè dimissis à militia concedi: an ei obsit amissio instrumentorum quibus continebantur priuilegia, quo minus vtatur priuilegio veteranorum, quæritur? Respon. quòd non, si alias habet probationes de missione honesta.

a ¶ *Si solemnibus stipendiis.* excursis vel finitis. Acc.

b ¶ *Honestè.* vel causariè, secus si ignominiosè: *vt ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominia.*

c ¶ *Sacramento.* quod[b] faciebant: *vt ff. ex quibus cau. maio. l. penul.*

d ¶ *Si aliis.* cum non sis in quasi possessione[c] priuilegiorum, aliàs præsumitur pro te quòd sis honestè missus[d]. Vel negabatur miles fuisse, vnde probat militiam. aliàs præsumitur honestè missus: *vt arg. ff. de manumiss. testa. l. seruos.* ¶ Sed nónne soli eius sacramento creditur, si ante fuerat bon[us] miles? Quidam quòd sic: *vt ff. de re milit. l. non omnes. §. à barbaris.* Vel dic, ibi solum volebat admitti ab hostib[us] rediés, hic autem etiam priuilegia petit. vnde hic plenè probat: *vt hic, & s. eo. l. j.* Acc.

e ¶ *Priuilegia.* quæ[e] multa sunt: *vt j. de vete per totum li. xij. & j. de excu. vete. & j. quando prouo. non est necesse. l. veteranis.*

f ¶ *Vsurpare.* in[f] bonam partem. i. continue vti: *vt ff. de vsucap. l. ij.*

a Missio alia honesta seu causaria: alia ignominiosa.
b Milites cum adsumebantur iurare cogebantur.
c Quasi possessio priuilegij releuat quem ab onere probandi: quod displicet Pet. Cy. Bar. & Bal. per t. eum perso. de priuil.
d Immo quantum ad consequendum priuilegium hoc debet expresse probari: nec sufficit quasi possessio priuilegij, cũ sua elicientias. Pe. & Bar.
* sunt.
e Priuilegia veteranorum multa.
f Vsurpare in bonam partẽ accipitur plerunque.

Aliquem esse militia perfunctum, & per consequens habere priuilegia veteranorum: amissis instrumentis, vel inde non confectis, potest probari per testes. Bald.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Zinimæ.*

SI solennibus[a] stipendiis honestè[b] sacramento[c] solutus es: licet super huiusmodi re instruméta (vt dicis) facta perdita sint[*]: tamen si aliis[d] euidentibus probationibus veritas ostendi potest, veteranorum priuilegia[e] etiam te vsurpare[f] posse, dubiú non est. Dat. XV. Kal. Iun. Maximo II. & Aquilino Coss.

Licet dominus perdat instrumentum, proprietatis, propter hoc nihil accrescit vsufructuario. h. d. Bal. Vel sic: Factum fructuarij non præiudicat proprietario probanti de suo dominio. Salyc.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Alexandro*†.

SI constiterit proprietatem[g] possessionis de qua agitur, apud vos esse: prouidebit iudex ex persona fructuarij nullum[h] præiudicium dominio[i] vestro comparari propter amissionem instrumentorum. Dat. XV. Kal. Mar. Dioclet. II. & Maximiano. AA. Coss.

Licet non interueniat instrumentum, tamen diuisio valet.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Aristaneto.*

INstrumentis etiam nó interuenientibus, semel diuisio rectè[k] facta non habetur[*] irrita[l].

Et quæ possunt celebrari sine instrumentorum confectione, non perdunt vires ex instrumentorum amissione. Bal. Vel sic: Venditio valet etiam sine scriptura: ideo amisso instrumento non vitiatur, si aliter probetur. Salyc.

X. *Iidem* AA. & CC. *Victorino.*

CVm instruméntis[m] etiá non interuenientibus véditio facta rata maneat: consequenter amissis etiam quę intercesserát, non tolli substantiam veritatis placuit. Dat. VIII. Kal. Nouem. Retinassi. AA. Coss.

SI constiterit.] CASVS. Habebam proprietatem in fundo, cum Titius haberet vsumfruc. an si emptionis instrumentum proprietatis amisi, obsit mihi illa amissio quo minus proprietatem illam vindicare possim, quæritur? Dicitur quòd non, si aliàs cõstiterit penes me proprietatem fuisse.

g ¶ *Proprietatem.* id[g] est dominium rei possessę.

h ¶ *Nullum.* *vt s. de vsufr. l. interest. & l. neque.*

i ¶ *Dominio.* nam possessionem posset interuertere: *vt[h] arg. ff. de vi & vi arm. l. cũ fundũ. & l. colon[*].*

INstrumentis.] CASVS. Habebam rem cum Titio communem. facta est diuisio nulla interueniente scriptura. an ob hoc si minus firma, vel minus ei stari debeat, quæritur? Resp. quòd non.

k ¶ *Rectè.* secus si non rectè[i]: *vt s. communia vtriusque iudic. l. maioribus. & facit s. famil. ercisc. l. non ideo.*

l ¶ *Irrita.* interueniente stipulatione vel traditione: *vt ff. de pact. l. diuisionis.* Acc.

† In quibusdã codicib. legitur, Alexãdro. & j. ex persona fructuaria.
g Proprietas pro dominio rei possessæ.
h Vsufructuarius an & quãdo possit interuertere possessionem.
* habeatur.
i Diuisio non rectè facta retractari potest.

CVm instrumentis.] CASVS. Sicut venditio scriptura non interueniente rata manet, sic & ea interueniéte & amissa non retractabitur.

m ¶ *Cum instrumentis.* ratio est sequentium. sic & supra de probat. *l. cum res.* ¶ Sed quid si conuenerit vt in scriptis fieret, sed amissa sunt? Respo. satis est satisfactum iuri: vnde non tollitur substantia veritatis: *vt s. tit. j. l. testium. in fi.* Sed[k] in testamentis secus, vbi amisso testamento in scriptis deficit probatio secundum quosdam. Vel idem si tamen sit publicatum: *vt j. de testa. l. ij. & facit s. eo. l. j. & j. de emancipa. l. ij.* Acc.

k Testamento in scriptis perdito, non deficit probatio: modo sit publicatum.

EMancipatione.] CASVS. Si interueniente scriptura filium tuum emancipasti: si per testes vel alia instrumenta ostẽdere poteris emancipationem iure factam: quo minus valeat, amissio scripturæ non oberit.

n ¶ *Non existat.* quia amissa sunt. sine[a] his enim non valeret. *j. de adopt. l. si. & de emancipa. l. iubemus. in fi.* Quidam tamen dicunt sine scriptura fieri posse *per l. istam.* & j. de emancipa. l. ij. & l. prædicta iubemus, loquitur in absente emancipato, & alio loquitur in adoptione. ADDITIO. Paul. de Castr. hîc dicit primam expositionem, siue opinionem huius glos. tenendam, reprobata secunda: quod etiam Bart. hic dicit esse tutius propter. l. ne in arbitris j. de arbi. & ca. quoniam contra extra de proba.

o ¶ *Ex personis.* id est ex testibus.

p ¶ *Fide.* puta priuata scriptura,

q ¶ *Non solet.* *vt s. eo. l. j.*

a Emancipatio an valeat sine scriptura.

Perditis actis potest emancipatio probari per testes. h. d. secũdum. Bal.

XI. *Iidem* AA. & CC. *Theagenæ*[*].

EMancipatione facta, etsi actorum tenor nó existat[n]: si tamé aliis indubiis probationibus, vel ex personis[o], vel ex instrumentorum incorrupta fide[p] factam esse emancipationem probari possit: actorum interitu veritas conuelli non solet[q]. Dat. III. Id. Nouembr. AA. Coss.

* Theagені.

Breuis est & leuis. Vacua possessionis traditio potest probari testibus & instrumentis. Bald.

XII. *Iidem* AA. & CC. *Dionysio.*

NOn idcirco minus in vacuam[r] inductus prędij possessioné donationis causa, quòd eius facti prætermissum[s] instrumentum adseueratur, hanc obtinere potes. Dat. Id. Decembr. Nicomediæ. AA. Coss.

NOn idcirco.] CASVS. Si prædium mihi donasti, & in vacuã possessionem prędij me induxisti: an ideo minus valeret donatio scriptura non interueniente, quæritur? Dicitur quòd non, nec retractari potest.

r ¶ *In vacuam.* quando[b] nec alius possedit, nec est in possessione: *vt ff. de acq. posse. l. ij. §. j. & l. iij.* Acc.

s ¶ *Prætermissum.* vt[c] *j. de acqui. poss. l. minus. & de contrahen. empt. l. non idcirco. & s. de rei vendic. l. quotiens. & j. de donat. l. in extraneos.*

b Vacua possessio dicitur quando alius non possidet, nec est in possessione.
c Scriptura quibus casibus non requiratur.

Non debet credi protestanti super eo quod non apparet. Bald.

XIII. *Iidem* AA. & CC. *Leontio.*

APud eos[t] qui rem gestam[u] ignorauerunt, amissorum instrumentorú habita testatio nihil ad probationem veritatis prodesse potest. Dat. XVI. Kal. Ianuar. Nicomediæ. AA. Coss.

APud eos.] CASVS. Mutuaui tibi x. cõfectum est instrumentum. amisi illud. vocaui vicinos, & coram eis protestatus sum de amissione instrumenti. an huiusmodi protestatio valeat vel prosit ad debitę quantitatis probationem, vel ad probationem amissionis, quæritur? Dicitur quòd non. & sic dic quòd apud eos, id est vicinos. Vel sic, corá iudice coram quo te volebã cõuenire, protestatus sum me instrumenta amisisse, qui de veritate contractus ignorauit. an mihi prosit illa protestatio, quæritur? Dicitur quòd non. & sic dic apud eos, id est iudices.

t ¶ *Apud eos.* scilicet iudices secundum M. & sic est argu. à contrario sensu, quòd secundum[d] conscientiam debeat iudicari. Vel dic, apud eos. s. testes: *vt s. quod met. cau. l. metum. & s. de transact. l. si maior. j.*

u ¶ *Gestam.* id est amissionem. vel dic. i. veritatem contractus.

d Iudex secundũ conscientiã nõ ex actis & probatis iudicare debet.

Conflictus scripturarum ab eadem parte productarum, expellit substantiam probationis. h. d. not. Bald. Vel sic: Repugnantia scripturarum ab eadem parte productarum, facit illis fidem non adhiberi. Salyc.

XIIII. *Iidem* AA. & CC. *ad Seuerum comitem Hispaniarum.*

SCripturæ[x] † diuersę fidé sibi inuicé derogátes, ab vna eademq; parte prolatę, nihil firmitatis habere poterút[*]. Dat. IIII. Kal. Maij, Viminacij. CC. Coss.

† T Gen. 39 ... Concor. ... contra de re ... scriptura, ... de fi... strum.
* potuerunt.

SCripturæ.] CASVS.[e] Volo probare fundũ Titianum ad me pertinere proprietatis ratione: produco instrumẽtũ, quo cõtinetur quòd illũ fundũ emi, & mihi traditus est in solidũ. Itẽ produco aliud instrumentũ, quòd in illo eodẽ die fuit mihi constitutus vsusfruc. in eodẽ prædio. Dicitur quòd tales scripturæ sunt diuersæ, imò potius aduersæ: vnde non prosunt mihi. Est enim impossibile quòd eodem tempore sim dominus in totum, & habeam vsumfru. tantum formalem. alias pone exemplum ad l. illam & dic vt in glo.

x ¶ *Scriptura.* scilicet publicæ ambæ. si autẽ altera est priuata, stabo[f] publicæ, cum sit dignior: *vt infra de contrahen. stipula. l. optimam. in fi.* Pone casum in diuersis, ita quòd non aduersis directo, nec per me

e ... casum ... lego apud Azonem ... ...
f Instrumento publico magis fides habetur quàm priuato.

per medium: vt ecce profero duo instrumenta, in quorum vno continetur me fructuarium, in altero me proprietarium. quod nō placet quia vtrunque[a] potest esse verū, si diuersis temporibus ad me peruenerit vsusfructus & proprietas: sed eodē tempore non possum esse vsufructuarius formali[b] vsufructu, & proprietarius: cum sua[c] res nemini seruiat: vt patet ex definitione vsusfructus: *vt in-stit. de vsufruct. in prin.* sed secundum hoc esset exemplum in aduersis di recto. nam directè repugnat, si sum vsufructuarius: ergo non proprietarius & econtra. Pone ergo quòd profero vnum, quo continetur me solummodo emisse: aliud quo continetur quòd cum vxore mea eandem rē emi, & eadē die, & aliis testib. præsentibus. Vel in vno me emisse, in alio mihi donatū fuisse, & eadem die: quod non est verisimile. & ideo neutrum valet, vt hic. Potest etiā poni in diuersis, ita quòd aduersis non directo, sed per medium vt si produco vnum quo continetur quòd x. mihi promisisti Bononiæ, aliud quod dicit te promisisse mihi decem Romæ. & habent eandem diem: neutri statur per l. istam. sic & cum dico, homo est animal, & homo non est substantia, hæc sunt diuersa, nō directo, sed per medium. Sed quidā dicunt Ioan. in diuersis tantum legis fe. l. istam, ita quòd non in aduersis. quod falsum est. sed dixit quòd in eis poterat intelligi, nihilominus tamen & in aduersis: vt dixi. si hæc sunt in contrariis per obliquum: multo magis si sunt directò contraria, sibi derogant, vt in primo exēplo, quando dicitur eodem tempore me vsufructuariū & proprietarium. Sed quidam contra, & dicunt standum digniori. ¶Prædicta autē seruantur quando ab eadem parte producuntur, *vt hic.* Si autem vnum ab vna parte producitur, aliud ab alia, statur digniori. *vt* ꝫ. *de contrahen. stipu. l. optimam. in fin.* ¶Et not. quòd non potest aptari pro concor. huic l. ff. de regul. iur. vbi repugnantia, quia ibi[d] eadem scriptura sibi erat contraria. ¶Item intelligimus illam de repugnantia[e] perplexitatis verborum: *vt ff. de condit. instit. l. si Titius.* vel iuris: *vt patet ff. de vsu. & hab. l. per seruum. §. fin. & l. vsus pars. & de serui. l. via.* Sed quidam (vt H.) intelligunt eam in testamento duobus codicibus scripto: *vt dicitur instit. de testa. §. fin.* & in vno contineri Stichum legatum Titio, & in alio legatum Seio. neutrum valet. sed si in eodem esset talis diuersitas, tūc distingue vt diximus. ꝫ. *de testa. l. si vero.* ¶Item contra. huic *l. ff. de probat. l. cum de etate.* Solu. vt ibi. ¶An autem idem in testibus diuersa vel cōtraria dicētibus ex vna parte productis? M. idem, *arg.* ꝫ. *eo. l. in exercendis.* B. contra quia potuit sibi prouidere: quod non est in testibus. 2 Vel aliud in testibus ideo, quia videntur ab vtraque parte producti, licet vna pars inducat. Vnde sicut in instrumentis à diuersis partibus prolatis statur digniori, ita in testibus pluribus & melioribus statur: *vt ff. de testi. l. ob carmen §. si testes. & hic §. j. & in auth. de te. stib. §. si vero quadam. col. vij.* ADDITIO. Aduertas quòd hæc l. habet locum nō solum in actore, sed etiam in reo: nam licet reus possit vti contrariis defensionibus: *l. nemo ex his ff. de reg. iur.* tamen non potest vti contrariis probationibus, vt dicit Io. An. *in cap. imputari. extra.*

[a] Proprietarius & vsufructuarius esse an vnus & idē eodem tempore esse possit.
[b] Vsumfructū formalem & proprietatem tei nemo simul habere potest.
[c] Seruit res sua nemini.
[d] Scriptura probationē sibi contrariam faciens in nullo prodest.
[e] Sicuti parte repugnantia in aduersis instrumentis. hic tamē etiā casibus poterit fieri probatio per testes non impedit. idque inde in vicem instrumenti probatio fieri non poterit per quinque testes & etiā plenior. vt. fin. & vall. *Marsilius singularis 117. Cepoli cautel. 133.*
* Cuiac. lib. 10. obs. c. 2.

Textum † valet instrumentum ad probandum quantum depositiones testium: & econuerso b. d. & ista lex ponit regulam quæ fallit in multis casibus, in quibus ad substantiam est requiritur scriptura, & per consequens etiam ad probationem, qui ponuntur per gl. in cap. 1. de censib. l. b. vj. & in Specu. de instru. edit. § restat. secundum Pau. de Cast.

XV. *Imp.* CONSTANT. A. *ad populum.*

IN exercendis[*] litibus eādem vim obtinent tā fides instrumentorum, quàm depositiones testium. Dat. Romæ. XII. Kalen. Aug. Gallicano & Basso Coss.

XVI. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Ιουστινιανὸς. A.[**] epitoma.

ΕΑΝ ἐναγόμενός τις ἀρνήσηται χεῖρα ἰδίαν προσφερομένην ἐν γραμματείῳ ἢ ἐν ἑτέρῳ χάρτῃ, εἰ μὲν ἀπὸ συγκρίσεως ἐλεγχθείη, ἤγουν ἀπὸ ἑτέρας προσφερομένης χειρὸς καὶ ἀντεξεταζομένης πρὸς τὴν ἐν γραμματείῳ κειμένην δίδοται αὐτὴν λόγῳ προστίμου τῷ ἐνάγοντι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ψεύδους κδ΄ NN. Ἐὰν δὲ ἡ συμβόλαιον γραφὸς παρενεχθῇ παρ' ᾧ τὸ συμβόλαιον ἐγράφη, ἢ καὶ ἕτεροί τινες μαρτυρήσωσι τῇ ἀληθείᾳ τότε αὐτοὶ πρὸς τῷ ἐπιτιμίῳ τῶν κδ΄. NN, οὐδὲ παρρησίαν δύνανται ἔχειν πρὸς τὸ ἀντιτίθεσθαι τῆς ἀναργυρίας παραγραφήν. λέγοντα ὅτι κἂν τὸ συμβόλαιον ἐγένετο, οὐκ ἐδόθησαν τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα, ἀλλὰ πάντως καταδικάζεσθαι κἂν εἰ μηδὲν αὐτῷ ταῖς ἀληθείαις κατεβλήθη. ταῦτα μετὰ ἐὰν ἐνάγηταί τις ἐξ οἰκείου συναλλάγματος εἰ δὲ ἐπίτροπός ἐστιν ἢ κουράτωρ ἑνὸς τῶν κουρατευομένων προσώπων ἄρρεν εἴτε θήλεια κατὰ τὰς διατάξεις ἐπιτροπεύουσα τῶν ἰδίων παίδων καὶ χεῖρα ἰδίαν προσφερομένην ἐν τῷ συναλλάγματι τῶν ἐπιτροπευομένων ἢ κουρατωρευομένων ἀρνήσηται, τηνικαῦτα εἰ μὲν ἀπὸ μόνης συγκρίσεως ἐλεγχθῶσιν ψευδόμενοι, παρέχουσιν αὐτῷ τὰ κδ΄. NN. εἰ δὲ ἐκ παραγωγῆς συμβολαιογράφου ἢ μαρτύρων, τὴν μὲν τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴν μὴ ἀναιρεῖσθαι τοῖς ἐπιτροπευομένοις ἢ κουρατωρευομένοις προσώποις. (οὐδὲ γὰρ ἥμαρτον ἐκεῖνοι) αὐτοὺς δὲ ἐπιτρόπους ἢ κουράτορας ἑτέρους κδ΄. χρυσοῦς λόγῳ προστίμου διδόναι τῷ ἐνάγοντι. ἐχόντων τῶν ἐπιτροπευομένων καὶ κουρατωρευομένων σῳζομένην αὐτοῖς τὴν ἀναργυρίας παραγραφὴν. οὐδὲ γὰρ δίκαιόν ἐστιν αὐτοὺς ἐξ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ζημιοῦσθαι. Ταῦτα περὶ τῶν ἐναγομένων εἰσὶν ἡ διάταξις ἔρχεται καὶ εἰς τὸ τῶν ἐναγόντων πρόσωπον, κελεύουσα ἵνα εἰ ὁ ἐνάγων χεῖρα ἰδίαν ἀρνήσηται κειμένην ἐν χάρτῃ κατ' αὐτὸν προσφερομένῳ τυχὸν ἐν ἀποληπτικῇ ὁμολογίᾳ καὶ αὐτὸς ὁμοίως εἰ μὲν ἐκ μόνης συγκρίσεως ἐλεγχθείη, παρέχῃ τὰ κδ΄. NN. εἰ δὲ ἐκ παραγωγῆς συμβολαιογράφου ἢ μαρτύρων τηνικαῦτα πᾶσι τρόποις ὑπολογίζεται αὐτῷ τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀποδείξει περιεχόμενα, κἂν μὴ ταῖς ἀληθείαις κατεβλήθησαν ἐπ' αὐτῷ. Ταῦτα ἐὰν οἰκείῳ ὀνόματι ἐνάγηται. ἐὰν δὲ ἐπίτροπος ἐστὶν ἢ κουράτωρ, δίδωσι μὲν διπλάσιον τὸ ἐπιτίμιον τῶν κδ΄. NN. ὁ δὲ ἐπιτροπευόμενος ἢ κουρατωρευόμενος δύναται ἀντιτίθεσθαι τῇ ἀποδείξει τῆς ἀναργυρίας.

Eadem latine per Ant. Contium.

SI conuentus quis negauerit manum propriam prolatam in libello aut alia charta, si quidem ex comparatione † is conuincatur, hoc est alia eius prolata manu & comparata cum ea quæ est in libello, det is pœnæ nomine actori pro mendacio solid.[*] xxiiij. Si vero aut tabellio productus fuerit apud quem instrumentum scriptum est, aut alij quidem testes pro veritate deponentes, tunc ipse præter pœna xxiiij aureorum non possit habere licentia obiiciendæ exceptionis pecuniæ non numeratæ, vt dicat quamuis instrumentum factum fuerit, ea tamē quæ in eo scriptura sunt non fuisse data. sed omnimodo condemnetur etiam si nihil ipsi reuera solutum est. Hæc quidem obtineant si conueniatur quis ex proprio contractu.

Si vero tutor est aut curator

In exercendis.] Materiam istius l. tractant doct. cum legiste quàm canonistæ in cap. cum Ioan. extra eo. titulo.

a ¶*In exercendis.* tantum valent duo[a] testes, quātum instrumentum: *vt in his, vnde*[b] licet duo reprobent priuatum instrumentū. *vt* ꝫ. *de contrahen. stipu. l. optimam.* non tamen reprobant publicum, *vt hic.* tres[c] autem vel quatuor sic: *vt* ꝫ. *de probat. l. cum precibus. & extra eo. c. cum Io.* nisi[d] esset tale, cui esset standum præsumptione iuris, & de iure. *vt* ꝫ. *arbi. tu. l. fi.* ¶Sed est cōtra *in authen. eo. §. si vero tale aliquid. colla. vj.* vbi plus[e] viuæ voci credi videtur, quàm mortuæ. Sed ibi ex vna parte erant instrumentum & testes qui pro eo testificabantur, ex alia solum instrumentum: vnde præualent duo[f]. ¶Item videtur contra. ꝫ. *tit. j l j.* Sed expone vt ibi. ¶Et ecōtra fallit hæc regula in multis casibus quis[g] non probantur nisi per scripturam: *vt diximus* ꝫ. *de pact. l. pactum quod bona.* Vide hos casus collectos per Ioan. And. *in c. j. de censib. lib. vj.*

Contractus.] CASVS. Contraxi cum Titio vendendo fortè vel permutando, & confeci instrumentum super contractu, ita vt exscriptura non solum probationē habeat, sed etiā capiat substātiam. Dicitur quòd contractus talis vel alius quicunq. puta donationis, vel transactionis, nullam obtinebit firmitatem: nisi abbreuiatura quam facit tabellio in quaterno suo vel schedula, in mundum fit recepta: & nisi in instrumento partes se subscribant. antequam enim mūdum sic completum ex abbreuiatura sola nulla dicitur obligatio, nec ex ea abbreuiatura agi potest, nec potest compellere venditorem vt rem tradat, vel vt teneatur ad interesse meū. & hoc in prima. Hæc vera sunt & locum habent in instrumentis quæ fiunt post l. istam, & in his instrumentis quæ tunc erant cœpta, nisi super his transactum

a Testes duo & instrumentū in eiusdē effectus. adde Glo. *in c. cum Ioannes, extra de fide instrumentorum.*
b Testes quos requirebant in reprobādo instrumento priuato vel publico. adde Romanū singulari 100. Gl. l. pro. in testibus per testes tit. ff. de contra. stipul. No. 73. c. 3.
c Contraria est Gloss. Nouel. 73. c. 2.
d Publicū instrumentum quod tale est vt ei fletur, præsumptione iuris & de iure, nullis testibus reprobari potest. adde Menochiū de arbitriis 105. Glo. l. 23 ꝫ. ad Velleianū l. vlt. arbitriū tutelæ. Nouel. 73. c. 3.
e Instrumento & testibus simul magis creditur, quā nudo instrumento.
f Solæ sc. absque testibus.
* Notant Græci cōparationem semper fieri secundū N. 49. & l. cōparationes ꝫ. e a l. cum de sua debitis. ff. de proba.
† v. Gloss. in Nouella de fide instrumentorū 73. ca. 1. in verbo cum iurem.
g Instrumenta testes superāt in quibus casibus requiritur scriptura.

d Instrumenta repugnātia non probent.
e Testes diuersa vel contraria dicentes, an probēt.

sit.id est iudicatum. sed instrumenta emptionalia, quæ erant cœpta tempore istius legis, debent compleri per iura, secundũ quod locum habent ante l.istam. & hoc in secunda. Si verò dedi arras, & nolo perficere contractum, ego emptor eas amitto. Si verò véditor nolit adimplere contractum per traditionem rei, restituet arras quas accepit, in duplũ. & hoc in tertia.

a ¶*Contractus.* hac l.dicitur quando[a] contractus debet perfici in scriptis. Cõtractus prout[b] refertur ad donationem & transactionem, impropriè ponitur: prout ad alia, propriè: *vt ff. de ver. signi. l. Labeo. §. contractu.* Dicitur ergo hic contractus, eo quòd conueniunt sic inter se. Ac.

b ¶*Quas.* scilicet donationes. & dic de illis quę non excedũt quingentos solidos: *vt j. de dona. l. pen.* Alij dicunt quando fiãt inter coniunctos, exigi scripturam. etiam j. eam summam: *vt j. de dona. l. data.* quòd non placet.

c ¶*Etiam arrarum.* vt in sponsalibus exercẽdis, *vt j. de sponsali. l. mulier.* ¶Et est hic arg. contra M. quod cõtractus[c] arrarum sit cõtractus per se: *vt ff. de act. empt. & vendi. l. ex empt. §. si qui vina.* & sic potest hic locum habere condictio ob causam: *vt not. ff. de condic. ob cau. l. fi.*

d ¶*In scriptis.* scilicet[d] vt aliter nõ valeat nisi scriptura facta: *arg. j. de proba. l. cum res.* secundum Io. Vel secundum P. & Azo. quando in contractu vel ante cõueniunt vt scriptura inde fiat: gerentes in animo non prius contrahere quàm scribat. secus[e] si à principio simpliciter cõtrahãt, & postea ad probationẽ fit inde scripturã.

e ¶*Transactionũ.* impropriè[f] dicitur cõtractus. sic & in cõdictione indebiti: *vt instit. quibus mo. re contrahitur ob. §. itẽ is quoque.* sed quia consensu fit transactio, ideo sic dicitur secundum Ioan.

f ¶*In instrumento.* quæ dicuntur vulgo rogationes[g] secundum Ioa. & schedula, vt hic subiicit, est breuiatura & protocollũ: *vt in auth. de tabel. §. illud. col. iiij.*

g ¶*In mundum.* mundum[h] vocat instrumentum in quo post factam rogationem omnia cõprehenduntur. & dicitur à mundicia, eo quòd sine vituperatione debet esse.

a Quotiescunque est in voluntate contrahentium contrahere siue scriptis & sine scriptis, cum si elegerant viã contrahendi in scriptis, nõ valet contractus sine scriptis. v. Iacobum apud Marantam 4. parte ... ad te Cũta in Memorialibus in verbo Contractus in scriptis ... adde Glo. ... in verbo in scripto i. de testibus.

b Contractus ponitur propriè & impropriè.

c Arrarũ contractus est cõtractus per se.

d Instrumentum in scriptis quando dicatur. adde Glo. authent. Actũ contractus in verbo iulij. eod. *

† in græca in apolertica homolegia l. in apocha.

e Si contractus simpliciter & ... postea ad eius probationem cõficitur scriptura, non dicitur propterea contractus fieri in scriptis. l. contrahitur. ff. de pignorib.

* sine instrumento.

f Transactio impropriè cõtractus. & cur ita dicatur.

g Rogationes, schedulæ, breuiaturæ, protocolum.

h Mundum.

vnius earũ quæ sub cura esse solét personarũ, masculus aut fœmina secundũ cõstitutiones tutelã gerẽns propriorum liberorum, & manũ propriam prolatam in contractu eorũ qui sub tutela aut cura sunt inficiat[a] fuerit, tũc si quidem ex sola comparatione cõuincatur mẽtiri, præstẽt ipsi xxiiij. aureos. si verò ex productione tabellionis aut testium, pecuniæ quidem non numeratæ exceptio ne adimat[a] his qui sub tutela vel cura sunt, (neque enim peccarunt illi) sed ipsi tutores aut curatores alios xxiiij. aureos pœnæ nomine dẽt actori, habẽtib. his qui sub tutela aut cura sunt saluã sibi pecuniæ nõ numeratæ exceptionẽ. Neq; enim æquum est ipsos ex alienis peccatis damno adfici. Hæc de reis cõuentis vbi dixit Cõstitutio, transitũ fecit & ad agẽtium personã. Iubẽs, vt si actor manũ propriam inficietur positam in charta contra ipsum prolata, fortè, in ea quæ de suscepto dicitur confessione, & ipse similiter, si quidem ex sola cõparatione cõuincatur, præstet xxiiij. † aur. si verò ex productione tabellionis aut testiũ, tũc modis omnib. imputet & agnoscat cõtenta in illa charta etiã si reuera nõ sunt accepta ab ipso. Hæc si proprio nomine agat. Si verò tutor est aut curator, dat quidẽ duplam pœnam xxiiij. aureorum is verò qui sub tutela aut cura est possit obiicere probationi*, exceptionem non numeratæ pecuniæ.

Ex contractu in scriptis non oritur ius, nisi completa scriptura munda & sine vitio in forma in qua fieri consuenit, & contractu absoluto, id est pro perfecto habito inter partes interim dum dictatur, locus est pœnitentiæ, & licitum est recedere à proposito, saluo quòd præcedẽtibus arris arræ perduntur ex pœnitẽtia. Et hæc lex dat formam non futuris solum, sed & præteritis & perfectis: nisi quæstio sit sopita transactione vel sententia, & nisi in contractibus veterum emptionum in quibus seruari debent statuta veterum: vt hic not. b.d. secundum Bal.

h ¶*Absoluta.* id est subscripta à partibus: *vt in authent. eo. §. sed etsi instrumenta. & §. oportet. colla. vj.*

i ¶*Aliquod ius.* actionis vel obligationis.

k ¶*Perficere.* id est adimplere. nam perfici dicitur statuto precio: *vt infra de pœni. & commo. rei vendi. l. sed* adimplere dicitur per traditionem: *vt ff. de act. empt. l. si quis alienam.*

i Perfectis vel dicto quadammodum dicatur.

l ¶*Vel id quod emptoris.* contra M. facit, qui dixit venditorẽ[a] præcisè teneri ad rem tradendam: *vt not. j. de act. empt. l. si traditio.* ¶Item quid si tradat venditor ante mundum completum: an dominium transferatur? Bul. aliquando dixit quòd non, sed postea mutauit consilium, dicendo quòd sic: *vt not. j. de suff. a l. vnica.* & pro hoc quòd transeat dominiũ[b] ex inutili contractu, est. *ff. de dolo. l. & eleganter. in princ.* Item in contractu conditionali: *vt ff. de iure dot. l. dotis. §. fin. & l. sequens. & l. si quis stationem. & j. de dona. ante nupt. l. cum veterum.* ¶Item quomodo rem repetet, cũ non possit precium petere? Respon. condicet rem condictione sine causa. nec ob. quod dicere solemus, ex contractu nominato traditum non posse condici: quia non est contractus nominatus, cum non sit adhuc perfectus, sed tantum initiatus. ¶Sed de vsucapione potest quæri: si dominus non est tradens, an causam vsucapiendi præstet? Respon. non. nec mirum: nam cum sponsa tradit sponso res, licet cõditionalis sit traditio: *vt ff. de iure do. l. plerumque. § si autem.* fit tamen res sponsi, si hac mente tradat: vel nisi appareat quod actum sit: sed non vsucapit dotem, nisi post nuptias secutas: *vt ff. de vsuca. pro dote. l. j. & ij.*

XVII. Imp. IVSTINIANVS A. Menna. P.F.P.

CONtractus[a] venditionum, vel permutationum, vel donationum, quas[b] intimari nõ est necessarium: dationis* etiam arrarum[c], vel alterius cuiuscũq; causæ, [quas tamẽ †] in scriptis[d] fieri placuit: transactionum[e*] etiam, quas in instrumento[f] recipi conuenit: non aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundũ[g] recepta, subscriptionibusq; partium cõfirmata, etsi per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa, & postremo à partibus absoluta[h] sint: vt nulli liceat prius quam hæc ita præcesserint, vel à scheda cõscripta (licet literas vnius partis vel ambarũ habeat) vel ab ipso mundo, quod necdum est impletum vel absolutum, aliquod ius[i] sibi ex eodem contractu vel transactione vindicare: adeo vt nec illud in huiusmodi venditionibus liceat dicere, quod precio statuto necessitas venditori imponatur vel cõtractum venditionis perficere[k], vel id quod emptoris interest, ei persoluere. Quæ tam in postea cõficiendis instrumentis, quàm in his quæ iam scripta[m], nondũ autẽ absoluta sunt, locum habere præcipimus: nisi iam super his transactum sit vel iudicatũ, quę retractari non possunt: exceptis emptionalibus[n] tantũ instrumentis iã vel in scheda vel in mũdo cõscriptis, ad quę præsentẽ sanctionẽ nõ extẽdimus, sed prisca iura in his tenere* concedimus. ¶Illud etiã adiicientes, vt in posterũ si quę arræ super facienda emptione cuiuscunque rei datę sũt, siue in scriptis, siue sine scriptis: licet nõ sit specialiter adiectum quid super iisdẽ arris nõ procedẽte cõtractu fieri oporteat: tamẽ & qui vendere pollicitus est, venditionem recusans, in duplũ eas reddere[o] cogatur: & qui emere pactus est, ab em-

m ¶*Iam scripta.* ante legem istam.

n ¶*Emptionalibus.* secũda exceptio.

o ¶*Reddere.* condictione[c] ex hac l. vel officio iudicis: vel actione ex eo contractu: *vt ff. de actio. empt. l. ex empto. §. si qui vina. & de contrahen. empt. l. sed Celsus. §. j.* ¶Et intellige dari directam ex empto, cum contractus tenuit: vtilem, quã do non tenuit: quia mũdum non erat completum. Sed quidam non dant actionem ex eo contractu hoc casu. ¶Item si[d] quis est pactus damnum arrarum, an nihilominus teneatur ad interesse? Resp. non[e] secundum M. & Azonem. Illa est ratio quia in datione arrarum videor ponere pœnam meã. *arg. ff. de precario. l. & habet. §. cum quis. & j. de execu. rei iudic. l. si ex causa. & infra de iure delibe. l. §. si vero postquam. & §. sin autem hoc aliquis. & supra de rebus credi. l. generaliter. §. sine autem. & ff. quemadmo. testa. ape. l. sed cum si quis & infra de pact. conuen. l. pen. §. j. & supra de procur. l. maritum. & ff. de act. & obligatio. l. obligationum fere. §. final. vbi tacitè sit nouatio.* An ergo agatur ad arras, an ad interesse tantum, & in eo computantur arræ? Sed H.[f] dicit, si agitur ad arras, nihilominus potest.

a Vẽditor præcisè non tenetur ad rẽ tradendam.

b Dominium an transferatur ex contractu imperfecto, nec dũ perfecto & conditionali.

* rectè legitur in ordinatione ... traditionis ... præcedentes, & ... dicitur ... contractus.

† l. ... pro ... in leg. ... illos ... quos in scriptis fieri placuit.

* transactionum etiam in ... rectè.

c Arræ quibus act. ... dicantur ... repetuntur ... Glossam ... l. de empt. & vend. ... compensantur.

* tenere, id est de contr. emp. & vend.

d Arras perdens ad nihil aliud tenetur teneatur.

e Hæc opinio videtur esse æquior, tamen ... Angel. ... de empt. ... secundũ ... opinionem ... quam vide.

Fidem Bulgar. & Ioh. ... Inst. de emp.

non potest agi ad interesse & fortè quod consecutus est pro pœna, id est arras, in interesse computabit: quia cum possit petere legalem & conuentionalem: petita vna videtur in residuo tantum agi. arg. ff. vi bo. rap. l. j.

a ¶ *Repetitione deneganda*, venditore contento hac pœna secundū nos, vt modo dixi in emptore. ¶ Et no. secundū A. quòd nō dico referre quantū ad ista, an sit data arra loco precij & arrę, vel arrę tantū, quia illud ad aliud interest: *vt dicetur j. quando liceat ab emptio. disc. l. j. & ij.*

b

ptione recedens, datis à se arris cadat, repetitione[a] earum deneganda. Dat. Kal. Iun. D.N. Iustiniano A. II. Coss.

Iudices possunt committere examinationem absentium testium iudici illius territorij vbi testes degunt, & mandare partibus quod ibi compareant: & hoc siue testes producantur ad probationem, siue ad alicuius instrumenti reprobationem. hoc dicit. Vel sic: Testium vel instrumentorum receptio potest ex causa committi iudici alterius territorij. hoc dicit. not. Bald. Vel sic: Siue testes petantur examinari ad probationem principalis negotij, siue ad comprobationem alicuius instrumenti produci: iudex potest committere examinationem absentium iudici illius territorij in quo testes degunt, commonere que partes debet, vt assint delationi sacramenti ab ipsis testibus præstandi. hoc dicit. & not. Salyc.

Iudices.] CASVS. Habebam causam cum Titio Bononię. erant testes mei nouem qui de causa Mutinæ. Dicitur quòd iudex illius ciuitatis coram quo ventilatur quęstio, potest mittere litigantes Mutinam, vel procuratores suos: & ibi testes ferent testimonium præsente vtraque parte: quæ est corā iudice Mutinensi. & postea negotiū ad priores iudices reuertetur. Et quòd ita possint iudices facere, probatur per quandam constitutionem Græcam quam non habemus[a]. ¶ Idem est si profero instrumētū qd dicitur suspectū: quia si testes alibi sunt per quos probare possim veritatem huius instrumenti, debet iudex permittere vt accedam ad locum in quo testes degunt, & ibi recipiantur eorum testimonia, quæ postea ad priorem iudicem referentur.

b ¶ *Iudices*, scilicet iubemus, vel sancimus, subaudi: vel volumus: quod est j. & incipe constructum, ea quæ.

c ¶ *Vrbe*. Roma veteri vel noua, per excellentiam: *vt insti. de iure nat. §. sed quotiens*. Accursius.

d ¶ *Disposuimus*. id est ad similitudinem eorum quæ statuimus j. *de iureiurando calumn. l. ij. §. fin. autem & de reb. credit. l. generali §. fina.* & secundum hoc subaudi, ea: & subaudi, sancimus iudices &c. Vel verius dic, statuimus in Græca lege quam non[b] habemus. Acc.

a Haec constitutio desideratur.

xviii. Idem A. Menna. P. F. P.

IVdices[a], siue in hac inclyta vrbe[c], siue in prouinciis [secundum][a] ea quę disposuimus[d], vt possint si hoc perspexerint, occasione testium in aliis locis degentium litigantes vel procuratores[e] eorum ibi destinare, vt depositionibus[f] sub vtriusq; partis præsentia † factis res[g] ad eos referatur: etiam in illis seruare volumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur[h], vt si poposcerint, in aliis locis id eis facere permittatur[a]: & hoc si iustè peti iudex

e ¶ *Vel procuratores*: aliàs vel procurator: & tunc plana est. aliàs, vel per procuratores, & tunc dic vel pro etiam vel saltem.

f ¶ *Depositionibus*. id est iuramentis, non autem dictis, vt diximus j. de test. l. pen.

g ¶ *Res*. id est negotium. & hoc vt facilior fit probatio: *vt hic & j. vbi de ratio. l. fin. & ff. de incen. rui. nau. l. ne quid § de his.* & vt testes à suis non auocentur negotiis: *vt ff. quemad. testa. aper. l. sed & si quis ex signatoribus.*

h ¶ *Exiguntur* quia suspecta videntur prima facie: *vt j. de proba. l. pen.* vnde per testes absentes vult dare fidem instrumento.

i ¶ *Similis*. scilicet ei quæ dicta est j. prox. respon. j. vt possint destinare litigantes, vel procuratores eorum.

k ¶ *Sententia*. interlocutoria: *vt ff. de arbi. l. qualem. §. si.*

l ¶ *Minus*. id est non.

m ¶ *Priorem iudicem*. respectu eius apud quem sunt attestationes productæ, dicitur prior iudex.

APud.] CASVS. Hæc generaliter sunt vera quæ dicta sunt, sine petantur testes de prouincia in prouinciam &c. & quod dictū est. quòd iudex istius ciuitatis debet partes mittere ad loca in[a] quib. testes degunt, habet locum in causis ciuilibus. In criminalibus debent duci testes corā iudice corā quo causa ventilatur, qui potest eos subiicere tormētis, si eos inuenerit vacillātes. ¶ Et not. quòd dicta[b] testiū nō debent manifestari alicui de partibus: sed debent claudi sub sigillo iudicis, qui recepit eorum dicta: & debent ista testimonia sic recepta referri ad priorem iudicem.

n ¶ *Eloquentissimum*. i. ordinarium, & subaud. recipiētē testes. Sed cōtra videtur *in authen. vt def. sen. sa. §. illud. coll. v.* vbi dicit non demandari testium receptionē. Sed dic, habēti[c] iurisdictionē potest demādari. vt hic: non habēti, non: *vt ibi*. Vel ibi testes erāt præsentes: hic non.

o ¶ *Exegerit*. quia vacillant[d]: *vt ff. de quæst. l. cū liberto. in prin. & l. vnius. §. testes. & j. de test. l. nullum. & in auth. de testi. §. j. coll. vij. constit. ij.*

inuenerit, similis[i] proferatur sententia[k]: vt postquam in locis opportunis fides instrumento data vel minus[l] data fuerit, referatur negotium ad priorem[m] iudicem Dat. VIII. Id. April. Decio V.C. Coss.

IN AVTHENT. DE testi. §. & quoniam. & §. hæc omnia. colla. vij. constitu. ij.

Receptio testium potest committi in ciuilibus causis, non in criminalibus. Bald. & Salyc.

APud eloquentissimum[n] aliquem iudicē vel defensorem ciuitatis, siue à prouincia in prouinciam, vel ab vrbe in vrbem, siue ab vrbe in prouinciam hæc petantur, sed hoc in ciuilibus tantummodo causis. Nam in criminalibus testes apud iudices repræsentādi sunt, & cum res exegerit[o], tormentis † subiiciendi.

Sicut creditor tenetur facere debitori soluenti apocham solutionis: ita econtra debitor creditori facere vnam antapocham, in qua contineatur se soluisse debitum creditori quod est necessarium in annuis vel menstruis debitis. Bald. & Salyc.

xix. Idem A. Demosthenis præf. prat.

PLures[p] apochis[q] vel redituum vel vsurarum perceptis[r], si quando super his fuerit dubitatio exorta, eas[f] habere se negando, ius agētium faciunt vacillare[t], tum coloni aduersus dominum certantes, & sibi iniquam fortè libertaté vindi-

PLures.] CASVS. Locaui tibi fundū conuenisti vt dares mihi omni anno certam pensionē, puta x. primo anno soluisti, secundo & tertio &c. vsque ad xx. an. de hac solutione feci tibi scripturā, in qua cōfessus sum q̄ tantum recepi nomine solutionis, & ei subscripsi: & tibi & non mihi parta est securitas. elapsis xxx. an. nisi tenuisti, nec aliquid recognitionis gratia soluisti. qualiter mihi succurrēdum sit, quęritur. Dicitur q̄ duplici via. vna est, vt retineā exēplum illius apochę quā dedi tibi: & vt in ea te subscribas. vel si faciam apocham de recepto, possum petere vt facias antapochā de soluto. in qua cōtineatur quòd à me talē fundū recepisti sub annua pensione: & quolibet anno tantum soluisti nomine pensionis. & si hæc duo non faciam, nullū generabitur mihi præiudicium si habeā alias probationes, cū id quod pro me introductū est, in lęsionem meā non debeat retorqueri. Hæc quæ dicta sunt in colono, possunt intelligi in debitore qui tenetur mihi in c. sub vsuris, & per xxx. an. vsuras soluit, & ei de recepto feci apocham, & eandem dicat præscripsisse contra me in personali actione, qua mihi tenebantur spacio triginta annorum.

p ¶ *Plures*. scilicet debitores vel coloni: vt subiicit.

q ¶ *Apochis*. ¶ Apocha[f] est de receptis. puta cōfiteor me recepisse tantum: & à creditore fit, & datur debitori: *vt ff. de condu. inde l. si. §. Titius. & ff. de fur. l. qui tabulas. §. apocha. & de acceptil. l. si acceptolatum. §. j.* ¶ Antapocha[g] vero est de solutis, & à debitore fit in hunc modum. Confiteor me tantum vsurarum nomine vel pensionis soluisse. & creditori datur. & dicitur ab ante: quia fit ante apocham, secundum Ioan. & Alij vt B. dicūt antapocham scripturam debitoris, scilicet qua confitetur se debere, quod diximus apocham: & dicunt ab anti: quod est contra: quia fit contra primam obligationem: vt quia dicitur, confiteor me debere. quam vocāt apocham. ¶ Tertij vt Ia. dicunt quòd creditor scribit duas apochas, & dat eas debitori, vt vnam sibi retineat, & in alia se subscribat, & reddat eam creditori. quod non placet: *vt hac l. §. j.*

r ¶ *Perceptis*. à dominis.

s ¶ *Eas*. scilicet apochas.

t ¶ *Vacillare*. per negationē[h] enim res fit dubia: *vt hic. & j. quibus.*

a Testiū examinatio quādo fiat in longinquis partibus absentes, alteri cōmitti potest. v Socinum regula 410. incipiente.

b Testimonia longa ordo hand exigenda.

c Testiū examen non habēti iurisdictionem committi seu delegari potest.

d Vacillantia, dubij, vari & testis differentiā vide apud Ferrariensem in forma oppositi contra Testes in verbis ac etiam varij.

e Testes in criminalibus ex causa torquentur.

f Cōcor. v. & v. ille qui.

g De Apochis & eat. vide v. Afflictum decis. 104. & decisione 181. vbi etiam de Apochis & de priuatarū scripturarū & litterarum comparatione. adde Alciatum 3. præterm. in verbo Apocha.

h Antapocha fit de solutis, idque & per debitorem.

i dubia res fit per negationem.

a Ex constitu. Kal. de testibus.

b deest in quibusdam, non in omnibus.

c Conc. cap. 7. cum Gl. super verbo admodū contra de testibus.

d permittatur

b Iudi. habemus l. 16. Iun. prox.

ad lib. procla. non lic. l. iij. & de acquiren. poss. l. nemo.

a ¶*Temporalem.* Imò est perpetua[a], quæ est xxx[b]. annorum: sed x.[c] vel xx. esset temporalis. sed expone temporalem, id est causam habentem ex tempore. ¶Itē no. hic q annuæ[d] præstationi præscribitur xxx.[e] an. quod est contra M. vt plenè dices ĩ. *de præscri. xxx. an. l. cum notissimi. §. fi.* ¶Item argu. huius l. dixerunt quidā quòd si xxx. ann. cessat[f] in solutione colonus, fit domino præiudicium, & amittit possessionem: sed aliud si soluit: vt ĩ. *de præscr. xxx. ann. l. malè. & ff. de vsur. l. cum quidam. §. dimus.* Sed nos[g] non distinguemus an soluerit: *vt ff. de acqu. poss. l. quamuis. §. j.* vel non: *vt ĩ. de præscrip. xxx. ann. l. ij. & ff. de vsur. l. cum quidam. §. dimus. & dicta l. malè.*

a Perpetua præscriptio quæ.
b Præscriptio triginta annorum perpetua.
c Præscriptio temporalis quæ.
d Annuæ præstationi quo tempore præscribatur.
e Præscribitur annuæ præstationi 30. annis.
f Colonus triginta annis non soluens vtrū domino præiudicet in possessione.
g Intellige Gl. procedere nisi colonus interuertisset possessionem domini: quia ab eo tempore inciperet præscribere. xxx. ann. secundum Pan. & Bal.

cantes, vel debitores creditoribus suis temporalem[a] præscriptionem opponere cupientes, ad easdem inficiationes perueniunt[*].

Quod resecantes, iubemus vt in præfatis casibus vel aliis priuatis similib. si† voluerit is qui[b] apocham conscripsit, vel exemplar[c] cū subscriptione eius[d] qui apocham suscepit, ab eo accipere, [vel antapocham suscipere] †omnis ei licentia hoc facere concedatur, necessitate imponenda[e] apochę susceptori antapocham reddere: ita tamen, vt si hoc is qui apocham conscripserit, facere neglexerit, vel non curauerit nullum ei præiudicium ex eo quod antapochā nō recepit, generetur; cum hoc quod pro quibusdam introductum est, inferre eis iacturā minimè rationi cōueniat æquitatis[f]. Dat. XII. Cal. Octob. Chalcedone, Decio. C. V. Coss.

Ex scriptura priuata prius approbata, item ex scriptura forensi, id est facta coram iudice, & ex scriptura publica fit comparatio literarum. & hi qui eam faciunt, debent solenniter iurare quòd faciant remoto odio vel gratia: id est absque corruptione alicuius precij. Bald. Vel sic: Comparatio literarum potest fieri ex scriptura forensi vel publica, vel etiam priuata, prius tamen approbata: & hi qui comparationem habent facere, debent prius forma hic scripta iurare. Et hoc est seruandum vbique, & in comparationibus faciendis, non iam factis retractandis. Salycetus.

b ¶*Si voluerit is qui.* scilicet dominus vel creditor.

c ¶*Exemplar.* scilicet apochæ.

d ¶*Eius.* scilicet debitoris. Et dicit apocha[h] ista scriptura facta in præiudicium creditoris. Apotapocha quam facit dominus in præiudicium coloni vel debitoris.

e ¶*Imponenda*[i]. per contradictionem ex hac l. ¶Et dic reddere, id est dare: *vt ff. de verb. sig. l. verbum reddendi.* a Vel dic propriè: q a prime debitor facit antapocham cōtinentem tantū se soluisse, & creditori dedit: & creditor subscripsit, & debitori reddidit, repetit ergo nūc illā antapochā, cū & pro eo faciat in eo q creditor subscripserat, dūmodo det debitori apocham: vel facit apocham, in qua faciat debitorem subscribere, & non repetet antapocham.

h Includit defunti in pietis que vel. & vidētur interpretātes ex Gl. quam nihil aliud est antapochā suscipere, quàm exemplar apochæ suscipere. & hæc scito ex Iacobi veteris Glossographi, vt his ait Accurs. antapocham autem vocat, quæ Græci dicunt. Nouella de exhib. reis. h Adde Gloss. eod. in verbo a pocha.
i Coni. cum hoc dicto Gloss. super verbo, nouamenti sanc. significat... in mid. ex ... de ...

f ¶*Aequitatis. vt ĩ. de legi. & const. l. quod fauore. & ĩ. de second. nupt. l. generaliter. §. j. & ff. de leg. & senatuscon. l. nulla.* Ac.

COmparationes. Ista lex est solennis, & habet materiam intricatā ideo diuiditur in tres partes: quia primo præmittit procemiū. Secundo ponit statutum de causis. Tertiò ponit statutum de modis. Secunda ibi, Idcóq;. Tertia ibi, Omnes. CASVS. Olim fiebat cōparatio siue similitudo de priuata scriptura ad priuatā: per quam multę falsitates committebātur: vt si Titius tenebatur Seio in x. & in instrumento confessus fuerit Seio in x. se teneri: ille negabat se instrumentum scripsisse: fiebant comparationes ad istam priuatam scripturam per aliam similem scripturā. Hodie vero nō fiet cōparatio literarū ex priuatis scripturis, nisi ipse priuatæ scripturæ super quas vult probare, habeant subscriptionē trium testium: & qui superstites sunt, iurent quòd ipsi interfuerūt quando instrumētum fuit factum: & iurent se subscripsisse omnes. vel saltem duo. alioquin si iam decesserit, nō[k] procedet comparatio: nec aliter facienda est literarum comparatio, etiam si aliquis proferat instrumentum, quo continetur q debeas mihi x. ad probandum illud quo continetur q debeam tibi xx. facienda est etiam comparatio de instrumento publico ad instrumentum publicum, & de forensi ad aliud forense. & hoc in prima parte. Qui vero petunt comparationem, vel illi qui eam facere debent, vtputa partes in scriptura, iurabunt quòd neq; lucri gratia, neq; odio faciunt, neq; fieri petunt comparationem huiusmodi, sed bona fide. & hoc in secunda. habet autem locum hæc lex in omnibus iudiciis, & tantum in futuris negotiis, non præteritis. & hoc in tertia.

k Hoc Castrēn. ab probat.
l De cōparatione scripturarum earūmque v. Affl. ... decis. ... Menoch. ... de arbitr. ... Zasium ... responsorum.

g ¶*Comparationes*[l]. id est assimulationes.

h ¶*Ex chirographis.* id est priuatis manibus scriptis. Acc.

i ¶*Publicè* id est apud iudicem, vel per publicam personam. Acc.

k ¶*In iudiciis.* in iudiciis planum est. In contractib. dic ita, quòd emebā à te si tu ostenderes mihi instrumentū emptionale: quod ostendis, & ego habeo illud suspectum. tu probas per quasdam alias literas: & sic falsitas in contractibus committitur.

l ¶*Sancimus.* ¶Not. propter futurum[a] periculum euitandum aliquid prohiberi. *sic ĩ. de re. credi. l. generaliter in prin. & ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fin. & de rei vindi. l. si vero. cum l. præcedenti & nau. cau. l. j. §. j.*

a Futurum periculum maxime prohibendum.

XX. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

COmparationes[g] literarum ex chirographis[h] fieri, & aliis instrumentis quæ non sunt publicè[i] confecta, satis abundéq; occasionem criminis falsitatis dare & in iudiciis[k] & in contractibus, manifestum est.

Ideóque sancimus[l] non licere comparationem literarum ex chirographis fieri, nisi trium testium habuerint subscriptiones[m], vt[*] prius[n] literis[o] eorum[p] fides imponatur, vel ex ipsis hoc deponentibus[q], siue cunctis, siue omnimodo duobus[r] ex his, sine comparatione literarum testium[s] procedente: & tunc ex huiusmodi chartula iam probata comparatio[t] fiat†. aliter[u]* etenim fieri comparationem nullo concedimus modo, licet in semetipsum[x] aliquis chartam con-

m ¶*Subscriptiones.* hodie idem & si non subscripserint, si tamen interueniunt tres testes: *vt in authen. cod. titu. §. j. & ij. & §. si tamen quisquā colla. vj.* secundum H. a Vel verius hic loquit de priuata scriptura, ex qua fit comparatio: & quia per eam nitor vincere vel iuuare aliam, ideo magis solennis & authentica debet esse: ibi de ea ad quam. Item ibi super summa maiore l. aureorum. vnde etiam tres exiguntur ibi vt iurent: hic duo sufficiunt, vt hic subiicit. Accur.

n ¶*Vt prius.* quàm comparatio fiat.

o ¶*Literis.* dic, id est subscriptioni.

p ¶*Eorum.* testium.

q ¶*Deponentibus.* id est iurantibus.

r ¶*Duob.* scilicet testibus. ¶& facit pro[b] M. qui dicit solennitatem testamenti posse per duos testes probari: licet septem exigātur in compositione quod diximus ĩ. *de bono. poss. secun. tab. l. si.*

b Testamenti solennitas potest duobus testibus probari, licet septem requirantur in testamento faciendo.

s ¶*Testium.* quas literas fecerant alibi: & constat eos fecisse hic, ex eo quòd subiicit, comparari efficiatur. ¶Sed quare tertij ad primum non fit recta via? Respond. in tertio non erāt literæ cum testium inscriptione. ¶Et not. hic. & ex eo quod subiicit, comparatio efficiatur, secundum hanc l. plenam fidem haberi comparationi, sed per authen. non sufficit sola comparatio: quia oportet argumento alio eam iuuari: *vt in authen. eodem. §. si quis igitur vult. & § sed & si quis aut mutui. & §. oportet autem iudicantes. & § si vero nullus. & §. si vero tale aliquid contigerit. & §. si vero moriantur.* & videtur committi[c] iudici an plenam faciat fidem comparatio. sed illud in publicis. in priuatis secus: quia ibi aliud exigitur argumentum. & sic potes hîc legere authen. at si contractus &c. & ibi plenè de hoc dices statim. Accur.

* & prius efficiatur.
† efficiatur.
* Sic in quibusdā al. libris: naturaliter, vt notat Accursius.
c Comparatio vt fidē faciat committitur arbitrio iudicis. adde Menochium l. de arbit. quæst. ...

t ¶*Comparatio.* scilicet literarum contrahentium & subscribentium. quòd si non inueniantur tales subscriptiones, fiat quod hactenus valuit: *vt in authentic. eo. §. si vero nullus horum.* Accursius.

u ¶*Aliter.* aliàs est non aliter: & hæc quoque plana. & aliàs, naturaliter: & tūc dic, id est naturali ingenio alicuius: vel naturaliter, id est simpliciter natura literarum tātùm inspecta. Variatio enim plerunque in literis etiam eiusdem inuenitur ex variis causis: *vt in authen. eo. §. j.* Acc.

x ¶*In semetipsum.* hoc refertur ad id quod supra dictum est ex priuata scriptura non fieri comparationem, nisi habeat subscriptionem trium testium: licet &c. vt quia profers cōtra me instrumentum à Titio factum, quo cōtinetur quòd mihi debes. x. vt approbes aliud quasi ab eodem factum, quo continetur me debere tibi. c. a Vel dic, emptor nōdum numerato precio instrumentum venditionis profert, vt res tradatur sibi. vēditor negat eum scripsisse. vnde emptor producit prioris debiti instrumentum: in quo casu magis pro se quàm contra se facit. Sed hoc responsum corrigitur per authen. ad hæc. ¶Item no. hic ex eo quod dicit. licet &c. & partes velint consentire comparationi: quòd etiam[d] cōsensu partium non potest aliter fieri comparatio, nisi secundum leges: *vt arg. ff. de pactis. l. quos prohibet.*

d Comparatio literarum etiam partium consensu non potest fieri aliter quàm secundum leges.

Ex forensibus.

a ¶*In forensibus*.id est eorum quæ conficiuntur in foro, id est in iudicio: puta acta quæ fiunt per tabellionem, generaliter quę formam publicam habent: sic dicta, quia eis vtimur in foro. ¶Sed quæritur, an forensi instrumento non scripto per manum publicam, sit fides adhibenda vt publico: Respon. non. Sed argu. contra *infra de dona. l. in donatio-nibus*.

a Forensia instrumēta quę, & vnde dicantur, & quæ eorum fides.

b ¶*Omnes autem*. Ex quibus instrumentis debeant fieri comparationes, diximus: nunc autem quomodo.

c ¶*Ab his*. scilicet peritis[b] scriptoribus, quibus iudex committat: vt ar. *j. de re milit. l. semel. lib. xij. & in authentic. de non alienat. §. quod autem. colla. v*. Iurat[c] autem duo alij hodie, scilicet qui inducit instrumentum ad comparationem, & qui petit eā fieri, quòd non aliam habentes probationem veniunt ad comparationem: nec circa eam aliquid egerunt, quod possit veritatem abscondere: *vt in authentic. e. §. si vero nihil*. & sic (quod mirabile in hoc casu) bis[d] de calumnia iuratur. & est specialle. sed regulariter contra, per anteriorem authent. vt in *authent. de his qui ingre. ad appe. §. final. colla. v*.

a comparatio-ne trutinanda.
b Scriptoribus peritis cōmittitur, dijudicatio literarum et comparationis.
c Iurare ac tenentur qui comparationē literarum & hic ei petunt.
d Iuramentū calumniæ præstatur bis quādoque.

d ¶*Scriniis*. id[e] est audientiis, sic dictæ quia in scrinio, id est in pectore principis sunt iura: vt *j. de testa. l. omnium*. Vel quia consueuerunt ibi esse scrinia: vt patet in palatio Bonon.

e Scrinia quid.

† Nouel. 49. c. 2.

scriptam proferat: sed tantummodo ex forensibus[a] vel publicis instrumentis, vel huiusmodi chirographis, quæ enumerauimus, comparationem trutinandam[a]. Omnes autem[b] comparationes non aliter fieri concedimus, nisi iuramento antea pręstito ab his[c] qui cōparationem faciunt, fuerit affirmatum quòd neque lucri causa, neque inimicitiis, neque gratia tenti, huiusmodi faciunt comparationem. & hoc obseruari tam in omnibus sacris nostris scriniis[d], quam in apparitione omnis sublimissimæ præfecturę, necnon magisteriæ potestatis, cæterisque omnibus iudiciisquę in orbe nostro constituta sunt: his omnibus in posterum obseruandis. Comparationes etenim iam antea factas retractari, extra periculum minimè est. Dat. XIII. Kalend. April. Lampadio & Oresta Coss.

IN AVTHENTIC. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud etiam iudicauimus. coll. v. † constitutione. xj.

Adduntur ad l. C. alia duo genera scripturarum, ex quibus potest fieri comparatio, scilicet de scriptura quæ producitur per partem aduersam, & desumpta ex archiuo publico. Pau. de Cast.

AD hæc, ex his literis quibus aduersarius tuus vtitur, & profert: rectè petis examinationem[e] fieri. Item & charta quæ profertur ex archiuo † publico[f], testimonium publi-

ADhæc.] CASVS. Dictum est in l. antiqua quòd potest fieri comparatio priuatæ scripturæ ad priuatam habentem subscriptionem trium testium, & ex publico & ex forensi instrumento. addit autem duos modos. Pone quòd Titius profert scripturam contra me à se scriptam, quam dico veram. ego profero aliam contra eum, quam dico ab eo Titio esse scriptā. dicit quòd benè potest fieri comparatio. Item si aliquod instrumentum de archiuo publico vel scrinio profero, fiet comparatio ex alia scriptura quæ producitur ex archiuo publico.

† Cinum c. pr. nemi. post prin. num. 9.

e ¶*Examinationem*. per comparationes literarum, puta producis literas tuas vel alterius contra me: ego eas confiteor. Vel tu probas, & induco aliam priuatam contra te, quam dico vel te vel eundem fecisse: & id probo per comparationes literarum, quas contra me induxisti. Ideo corrigitur hic l. comparationes, in eo quod dicit, licet in semetipsum &c. Alij dicunt quòd & hic est attestatio, id est trium testium præsentia. ADDITIO. Dicas cum Paulo de Castro quòd l. C. in nullo corrigitur in quantum dicitur licet in semetipsum: vel loquitur in alio casu quàm ista authentica, quæ loquitur quando vna scriptura producebatur contra me per te, & alia per me contra te. At l. C. loquitur quando vtraque producebatur ab eadem parte: quo casu non potest fieri comparatio: quia potest subesse manifesta fraus. ita dicit ipse Paul. supra. l. proxi.

f ¶*Publico*. id est area, in qua reponuntur publicæ scripturæ vt ff.

f Scripturę ex archiuo depromptę, vt pote publicæ, habent testimonium, fidem adhibetus. Bart. de pub. l. mortis. §. solet.

g ¶*Testimonium publicum*. Non dico quòd publica sit, vel manu publica facta: quia sic nihil adderet, sed[a] habet publicum testimonium: eo ipso quòd confitentur magistratus, ex archiuo eam esse: vel eo ipso, quòd talia erant signa in ea, qualia solent fieri, scilicet manu commentariensis: vt ff. *de iur. fisc. l. in fraudem. §. quotiens*. Patet ex præd. ctis[b] quinque generibus scripturæ fieri comparationes, scilicet ex priua is subscriptis, ex publicis, ex forensibus[c], & ex his duabus quę sunt in hac authentic. ¶Sed an cuilibet[d], & à quolibet, vel contra quemlibet. Respond. secundum Ioan. sic, cū simpliciter dicatur eam fieri. Sed Hug. totum contrarium. Sic ergo dicit priuati, sed priuatum tantum probandum vel improbandum. Item forensis ad forense tantum probandum vel improbandum. sic de publico & aliis, non autem publica ad forense, vel econtra: nec priuati ad publicum vel econtra, cum etiam diuersa forma fuit proposita. Sed Azo dicit, quando ex vno genere ad aliud, si sint eiusdem formæ: vt ecce forense & publicum: nam forense potest formam habere publicam. ADDITIO. Aduertas quòd opinio Ioan. volētis inter scripturas diuersorum generum posse fieri comparationem, communiter tenetur per docto. reprobatis opinionibus H. & Azo. quia non tractatur hic de comparatione formæ extrinsecæ seu qualitatis, sed de substantia literarum, & formæ extrinsecæ earum, vt sciatur si ab eodem sint scriptæ, necne, secundum Bart.

a Id est loquitur hic de scriptura priuata: de qua est in archiuo publicata non publica quę scriptis per publicam; sed habent instrumentum publicū, id est officiale quia præcedit archiuo publico. v. Bart. Nouell. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud ea fin.

b Cōparationes ex quibus generibus scripturarū fiunt.

c Scripturis non tam iudicio rum creditur sine testibus in his quæ geruntur in iudiciis: secus in contractibus. Gl. super verbo, vteri post med. in ea. quoniam cōtra deproba.

d Verū cōparatio fiat inter scripturas diuersorum generū, an verò eiusdē generis puta priuatę scripturę ad priuatam, forensis ad forensem: publicæ ad publicā.

cum[g] habet.

IN AVTHENTIC. de Instru. cau. & fide. §. oportet. & §. sequent. colla. vj. constitu. iij.

Ex duobus concurrentibus, scilicet, quod contractus sit factus in ciuitate, & excedat libram auri, si produco schedulam manu tua scriptam de tali contractu, quam tu negas, non creditur soli comparationi sine alio argumento, id est sine testificatione testium deponentium quòd viderunt eam per te scribi, licet non interfuerint contractui. quod olim non requirebatur, sed soli comparationi stabatur. vt in l. C. quæ tamen per hanc corrigitur in hoc. Paul. de Castr.

AT si contractus fiat in ciuitate[h], & vnam libram auri excesserit: omnimodo collationi[i] addit argumentum[k] quodlibet, nec credatur ei soli[l].

Instrumentum cuius fides semel est approbata, debet iterum produci si aduersarius dicit se velle & posse redarguere illud de falso: & si non producatur, habetur pro falso: nisi ille qui non producit, se perdidisse solenniter iuret: vel nisi sit lata sententia definitiua, quæ in rem iudicatam transiuit. hoc dicit nota. secundùm Baldum. Vel sic: Postquàm instrumento publico vel priuato in iudicio producto quis fidem imposuerit, non cogitur illud iterato producere: licet de falso is contra quem productum fuit, velit id redarguere: nisi petens iuret quòd credit se falsum illud posse probare: quia tūc cogitur iterum illud coram iudi-

AT si contractus.] CASVS. Hoc addit, & dicit quòd si contractus fiat in ciuitate, & excedit libram auri, non credatur soli comparationi literarū: sed alij testes adesse debēt qui de causa veritatem dicant.

h ¶*In ciuitate*. secus si in agris: vt statim dices.

i ¶*Collationi*. id est comparationi.

k ¶*Argumentum*. aliàs augmentum. quod dicitur in ea authentica. §. oportet hic.

l ¶*Soli*. Not. effectum[e] comparationis. nam olim in totum credebatur. vt l. *comparationes. & in authentica eodem in princip.* Hodiè vero quandoque committitur iudici, vt vtiam qualem qualem inde assumat fidem: quod est in publicis: vt in *authentic. eodem §. si vero nullum horum*. quandoque plus etiam argumenti exigitur. vt hic. quandoque nullo modo: vt quando ab vna parte est instrumentum & vox viua, ab alia verò sola comparatio literarum: vt *in authentic. eod. §. si vero tale*. licet quidam dicant aliter: scilicet plus testibus quàm instrumentis credi: quod est falsum. & habent hic authentic. hodiè magis &c. quæ non legitur, sed intellige vt dixi. & est ratio, quia aliter &c. vt in *authentic. eodem. §. j.* ¶Item cautius fit hodiè[f] comparatio nam distinguitur vtrum fiat contractus super minore summa li-

e Comparatio literarum solè plenè probet, & de eius effectu.

f Cōparatio literarū quē admodum fit hodiè.

bræ auri: & tunc indistinctè duo testes sufficiunt, siue in scriptis, siue sine scriptis, siue à peritis, siue non: siue in ciuitate, siue extra: vt in *auth. eo. §. vt autem.* si vero vltra, si quidem imperitus, & in ciuitate & in scriptis, tunc quinque: vt in *authen. eo. §. oportet.* si sine scriptis, imperitus, vel econtra peritus, in scriptis vel sine scriptis, tunc tres: vt in *authenti. eo. §. si quis igitur. & §. sed & si quis aut mutui. & §. sed & si instrumenta.* ¶Et dicitur[a] in scriptis quando id agitur vt non aliter valeat, nisi fiat scriptura: vt *innuitur in authentic. eod. §. & hac dicimus. & ↄ. eodem l. contractus in princ.* ¶Ex prædictis[b] autem instrumentis fit comparatio priuatæ quidem scripturæ, si supersint testes, & propriæ subscriptioni attestentur, vel quòd eis præsentibus est facta charta: & sic alio argumento iuuatur: *vt hic, & in authen. eod. §. ij. & iij.* si autem est publica: tunc si superest tabellio cum aliis qui interfuerunt, siue etiam ipse solus, non fit comparatio, sed creditur ipsi soli tabellioni. si vero non superest, sed minister vel adnumerator superest, fit comparatio literarum tabellionis & signorum, & non subscribentium: sed si non superest minister vel adnumerator: tunc etiam subscribentium fit comparatio: vt *in authe. eodem. §. si vero moriantur. & §. sequent.* & hoc in vrbe. in agris serua legem veterem: vt in *authentic. eod. §. hæc autem omnia.* vt duo sufficiant: nisi contractus excedat l. libras auri: vt *ↄ. si cer. pet. l. fi.*

a In scriptis instrumentum quando dicatur. adde Glo. legis contractus 16. in verbi. in scriptis ↄ. eod.

† Si dubitetur de mandato procuratoris, quia sigillũ est incognitũ, debet fieri fides de eo. *Glo. super verbo mandato in c. 1. extra de procur.*

† v. omnino ad hunc locũ Afflictum decis. 310.

b Comparatio qualiter fit hodie.

* venit.

CVm quidam.] c a-svs. Petebam à te x. protuli instrumentum apparuit suspectũ. dedi ei fidem per duos testes. vis vt illud iterum producam, vt illud possis accusare de falso: an sis audiendus, quæritur? Respon. quòd sic si iures propter calumniam hoc te non petere. & quòd credis illud posse arguere de falso: quo casu inscriptione facta in qua obligabis te ad pœnam talionis nisi probaueris apud iudicem, compellar id iterum producere. & hoc in prima. Si vero dixi me illud producere non posse, quia perdidi, & illud non habeo: non aliter sum audiendus quàm si iurem me illud producere non posse. & hoc in secunda. Si vero nolim iurare, nullam pœnam sustinebo aliam, nisi quòd scriptura illa viribus carebit, & perinde erit ac si confecta non fuisset. & hoc in tertia. Quod autem dictum est, quòd possis petere iterato produci instrumentum cum solennitate prædicta, verum est vsque ad sententiam. sed post non. & hoc in quarta.

† accepta est.

* fecit.

a ¶*Instrumentum* publicum.

ce criminis producere: *nisi causa sit iam finita: & ex toto sopita: vel nisi iure: quod instrumentum sit casu deperditum sine eius dolo vel culpa. & si hoc sacramentum præstare noluerit, instrumento nulla fides in causa adhibenda erit, hoc dicit tota lex ista. Salycetus.*

xxi. *Idem A. Iuliano. P. P.*

CVm quidam † instrumentum[a] protulerit, vel aliam chartulam[b], eiq; fidem imposuerit[c], postea autem persona contra quã ista chartula vel instrumentum prolatum est, quasi † falsum[d] hoc institutum redarguere nitatur: ne diutius dubitetur vtrum necessitatem ei qui protulit, imponi oporteat repetita vice hoc proferre, an sufficiat fides iam approbata: sancimus, si quid tale eueniat, eum qui petit iterũ eam chartã proferri, prius sacramentũ præstare, quòd existimans[e] se posse falsum redarguere quod prolatum est, ad huiusmodi veniat* petitionem. Quid enim si cum nosset deperditam esse chartã, vel fortè concrematam, vel alio modo deminutam, hanc requiri adsimulans, & ad difficultatẽ productionis respiciens, huiusmodi faciat petitionem? Et postquam ab hoc actore vel petitore fuerit iuratum, & inscriptionum pagina[f] apud competentem iudicem deposita: tunc necessitatem imponi ei qui protulit chartam de qua quæritur, iterum eam apud iudicem criminis proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari. ¶Sin autem dicat non esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus huius copia ei abrepta † sit: tunc subeat sacramentum[g], quòd nec habeat eandem chartulam, nec alij eam dederit, nec apud aliũ voluntate eius constituta sit, nec dolo meo fecerit* quo minus appareat ea, sed re vera ipsa chartula sine omni dolo[h] sit deperdita, & productio eius sibi impossibilis sit †. & si tale subeat sacramentum, ab huiusmodi necessitate relaxetur.

posteriorem obligationē. (marg.)

SI sciens.] CASVS. Si creditor accepit à marito prædium vxoris pignori, sciens illud ad mulierē ptinere, & vēdidit: an præiudicauit mulieri, quærit. Resp. q nō: nec heres mulieris necesse habet refundere preciū emptori si velit prædium vindicare.

d ¶*Debitum.* s. mariti.

e ¶*Vēdendo.* s. creditor.

f ¶ *Nequiuit. vt & ff. de rei vindic. l. redemptores. §. fin. & l. sequen.*

g ¶ *Nec tibi.* s. filio qui successisti matri cuius prædium à marito suo tuóque patre obligatū fuit, licet ea cōsentiēte.

h ¶*Precio. vt & supra de rei vind. l. si mancipium. & l. mater.*

i ¶*Emptori.* loquitur filio mulieris.

SI paternam.] CASVS. Seius habuit duos filios, & duas filias emācipatas. tenebatur Titio in centum. filij & filiæ animo nouādi receperunt in se paternam obligationem, & promiserunt reddere Titio prædicta. c. & redimere pignora patris obligata. an filiæ per beneficium Velleia. ab obligatione liberentur, & ita remanent filij obligati pro medietate: & si ita sit, qualiter succurratur Titio quæritur? Respond. q restituitur actio in patrem pro ea parte qua filiæ se obligauerunt. & hoc in prima. Item pignora quæ obligauerat, remanent obligata pro parte filiorum. & hoc in secunda. Illa vero quæ fuerunt in prima obligatione, catenus teneantur. quatenus aduersus patrem redit actio pro portionibus filiarum.

k ¶*Emancipatæ.* hoc nihil ad rem. nam b in potestate positus potest fideiubere pro patre: *vt j. quod cum eo. l. si ex alio. & infra de fideiuss. l. filiusfam. & ff. qui satisd. cog. l. v. §. & fiam.*

Fideiubere pro patre potest filius in potestate positus. (marg.)

l ¶*Teneri.* scilicet pro eorum virili. ¶Sed videtur in solidū: *vt ff. de fideiuss. l. si Titius in princip.* Sol. hic intercesserunt non constituendo se debere in solidum, vnde pro partibus tenentur: *vt ff. de duo. re. l. reos. §. fin. ibi in solidum se reos constituerunt.* at fideiussores tenentur in solidum semper, etiam si hoc non sit dictum: *vt insti. de fideiuss. §. si plures.* Vel aliter, & hic & ibi in solidum tenebantur, sed ibi in solidum exempta fuit fœmina, cum in totum fideiusserit, hic pro parte fuit exempta. *vt ff. eod. l. vir vxori. in fin. & l. sequen.*

m ¶*Conueniri.* scilicet restituta in eum prima actione, quæ sublata erat nouatione.

n ¶*Pignora.* licet pater in partem conueniatur, pignora tamen tenentur in solidum.

o ¶*Accepta.* scilicet tātum. ¶& sic nota. accessorium, in totum, licet principale pro parte tollatur per Velleianum.

p ¶ *In priore.* quando pater se obligauerat.

q ¶ *Catenus.* Pro parte ergo filiorum, quia tenuit nouatio cum effectu, non tenentur pignora, *vt hic tenuit, & ff. de nouat. l. nouatione. & l. aliam. & infra etiam de chirogra. pe. pignus te. possessor. l. j.* sed pro parte filiarum non tenuit cum effectu: vnde adhuc pro ea parte tenentur: *vt hic. & ff. eodem. l. aliquando. §. j.* & est ratio quare. & hoc casu nouatione b non tollatur pignus: quia non tenuit cum effectu. Vel dic non fuit nouata principalis. statim enim quod fuit personalis directa extincta per nouationem, fuit eius loco à iure supposita restitutoria. c vnde omni tēpore inuenitur principalis directa, vel vtilis restitutoria, & sic hypothecaria non extinguitur: *vt d. l. aliquando. §. j. & l. debitrix. §. pen. vltim.*

restitutoriam. (marg.)

† *tenebuntur.* (marg.)

Accessorie interdum tenet, licet principale p parte tollatur. (marg.)

b *Nouatione pignus non tollitur, quoties pignus cū effectu non tenuit.* (marg.)

c *Velleianum tria habet remedia, exclusorium, restitutoriū & institutoriū. de duobus hic: tertio vide l. si, eod.* (marg.)

Sed & si in priore p fuerint obligatione: quatenus ad patrem per restitutoriam * actionē redit, catenus q †tenebuntur. PP. Nō. Oct. Pio & Pontiano Coss.

Mulier pōt pro alio soluere citra intercessionē: secus si per prius intercesserat. Bal. Vel sic: Si mulier pro alio nulla precedēte promissione vel intercessione soluit, non iuuatur Velleiano, vt repetat ab eo cui soluit: secus si præcedēte promissione vel intercessione ipsius. h. d. Paul. de Castr.

IX. *Idem A. Proculo.*

QVamuis mulier pro alio soluere possit: tn̄ præcedēte obligatione quā senatuscōsultū de intercessionibus efficacē esse nō sinit, solutionem fecerit, ei senatuscōsulti beneficio munitā se ignorans r: locū habet repetitio f. PP. Non. Iul. Gordiano A. & Auiola Coss.

Mulier conducens prædia, obligatur pro se, sed si maritus conducit, non potest obligari pro marito. h. d. Bal. Vel sic. Si contrahitur principaliter cum muliere, & sic negotium ad ipsam pertinet, non iuuatur Velleiano: secus si contrahitur cum alio, & illa pro illo se obligat, & sic principaliter non pertinet ad eam negotium. h. d. Paul. de Cast. Idem dicit l. si fœnebris. j. eo.

X. *Imp. Philippus A. & Philippus Cæs. Triphonæ.*

SI aduersarius tu u nō cū marito tuo, sed tecū negotium gessit, reliqua u cōductionis quę dicis esse contracta x, obtentu huiusmodi obligationū nō potes recusare y. Enimuero si cum eosdē fundos non tibi, sed marito tuo locaret, personā tuā vt idoneam secutus est z: beneficio amplissimi ordinis quod factum est de intercessionibus fœminarum, te tueri potes. PP. XVIII. Kal. Septemb. Peregrino & Æmiliano Coss.

Mulier potest renunciare iuri hypothecarum. h. d. Bald. & Salyc.

QVamuis.] CASVS. Mulier si soluat pro alio, non iuuatur, quia videtur donare: sed si fideiussit, & postea soluit, sic. Accursius.

r ¶*Ignorans.* scilicet eius vel factum, credens se intercessisse: cum non intercesserit: *vt ff. de condic. indebit. l. qui exceptionem. in princip.* secus si sciens; quia tunc non repetit: *vt ff. de condi. indebi. l. j. & de regu. iur. l. cuius.*

f ¶*Repetitio.* id est condictio indebiti.

SI aduersarius.] CASVS. Si quis locauit rem nō marito, sed mulieri: mulier non vtitur auxilio Velleia. sed si locauit marito, & ipsa intercessit, vel in se recepit obligationem, iuuatur.

t ¶*Negotium.* conductionis, & sine fraude.

u ¶*Reliqua.* id est debita.

x ¶*Contracta.* id est in obligationem deducta.

y ¶*Recusare. vt j. loca. l. cont. actio. an p. & ff. eo. l. Seia mancipia.*

z ¶*Secutus est.* sciens te intercedere. Accursius.

Etiam,

Etiam.] CASVS. Mulier habebat omnia bona mariti tacite obligata pro dote sua. si ergo constante matrimonio ius hypothecæ seu pignoris marito remansit, an ei succurratur per Vell. quæritur? Dicitur quòd non. duabus tamen rationibus videbatur contrarium. Primo per Vell. quo succurritur mulieri. Item propter remissionem factã inter virum & vxorem, quæ videtur donatio, non tenet: ergo nec remissio, contrarium est verum.

a ¶Etiam. dubitatio huius l. fuit, quia omnia bona viri mulier tacite obligata tenet. ADDITIO. Et intelligas hanc l. & l. iubemus infra eodem in muliere sui iuris. secus vero si esset filiafamil. quia tunc non faceret præiudiciũ patri, nec sibi, donec fuerit in potestate. ita dicit Alexand. de Imo. in addit. suis ad Bartol. in d. l. iubemus. pro quo allegat notata in l. ij. §. quòd si in patris. ff. solu. ma. Secundo intelligas & hãc, & l. iubemus. quando maritus in aliis rebus remanet soluendo. aliàs secus, vt latius per Bal. in d. l. iubemus.

b ¶Hypothecarum. exceptis his quæ specialiter ob dotẽ obligantur, secundum quosdam.

c ¶Remitti. Duabus rationibus videbatur cõtra. 1. & propter Velleianũ quo succurritur mulieribus, sicut si rẽ suam obligãt pro alio, sed tamen hic secus est: vt ff. eodem. l. quamuis. in princ. 2. & propter donationẽ quæ fit inter virum & vxorẽ. Sed nec hoc nocet: quia non dicitur donatio: vt hic, & ff. quibus mod. pigno. vel hypo. solu. l. j. & l. Lucius. & ff. qua in fraud. credi. l. si pignus. & de leg. iij. l. iij. §. fin. Et loquitur hæc l. quando remissio fit viro generaliter. nam quando fit alij contrahenti cum viro, vel in re vna, vel certis, loquitur infra eo. l. iubemus.

Si dotare.] CASVS. Si mulier pro filia sua genero suo dotem constituit, & pro ea res suas obligauit: an iuuetur per senatuscons. Vell. quæritur? Respon. quòd non. & hoc respondent iurisperiti.

XI. Iidem A. Hebora.

Etiam[a] cõstante matrimonio ius hypothecarum[b] seu pignorum marito remitti[c] posse, explorati iuris est. PP. VIII. Kal. Octobr. Peregrino & Æmiliano Cos.

Mulier obligans se pro dote filiæ non iuuatur Velleian. h. d. caue tibi, quia hoc intelligitur interueniente publica persona: sed si non interuenit publica persona, dic vt infra eo, l. antiqua. §. fi. Bald. Vel sic: Fauor dotis facit Velleianum cessare. hoc dicit. Salyc.

XII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Sepidutæ.

Si dotare filiam volens[d], genero res tuas obligasti: pertinere ad te beneficium senatusconsulti falso putas. Hanc enim causam[e] ab eo beneficio esse remouendã prudentes viri putauerunt[f]. PP. IX. Kalend. Martij, Tusco † & Basso Coss.

Mulier accipiens mutuũ, obligatur ex eo: nec refert qualiter vtatur, sed qualiter cõtrahat. Bald. Vel sic: Mulier si principaliter mutuũ recipiat, non iuuatur: licet postea in alienos vsus cõuertat. h. d. Sal. Vel sic: Quãdo mulier contrahit, & pro se, licet vtilitatẽ contractus transferat in alium, etiam creditore sciente, non iuuatur Velleiano. Pau. de Cast.

XIII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Cordanæ.

Si fœnebris pecunia iuxta fidẽ veri[g] à creditore tibi data est: siue tota quãtitas[h] fœnoris, siue pars eius in vsum mariti processisse proponaẽ decreto patrum[i] non adiuuaris, licet creditor causam cõtractus non ignorauerit[k]. Dat. III. Kal. Septemb. ipsis. AA. & Coss.

Exceptio Velleiani competit etiam fideiussori, nisi successerit principali. Salyc. vel sic: Exceptio Velleiani cõpetens mulieri cõpetit etiã fideiussori suo, & mandatori, vel ei cui ipse

& l. si sponsus. §. circa.

k ¶Ignorauerit. Imò videtur eam iuuari, si creditor sciuit: vt ff. eodem. l. Seia. §. fina. quæ est contra. Solu. hic sciuit eam accipere vt marito donaret: ibi vt se vel rem suam pro viro obligatam liberaret. Item secus vbi daret marito, cum mulierem mandasse pro alio sciret. nam tunc iuuatur: vt & argum. contra ff. eodem. l. fina. §. si mulier ne ipsa. & l. si fideiussores. & l. quamquam. 2 Vel dic quod in l. Seia. eo animo accepit ab initio, vt soluat in causam mariti: hic non: sed postea mutauit voluntatem secundũ M. 3 Vel refert ibi scientiam ad illã intercessionem quam fecit patiendo virũ obligare rẽ suam, quæ est intercessio: vt s. eod. l. si fine. hic autem ad mutuum factũ mulieri. 4 Vel ibi fuit fraus facta senatuscõsulto: quia cum fideiuberet pro marito, creditor maluit mulieri dare pecuniam: vt ff. eo. l. quamuis. §. si cum essem. & l. quidam. hic non fuit hæc fraus.

XIIII. Iidem AA. & CC. Basilicæ.

Mulierẽ cõtra senatuscõsulti Velleiani auctoritatẽ posse intercedere[l], eadémq; exceptione fideiussorem[m] eius vti posse, iuris auctoritas probat. Vnde si mater tua marito[n] quondã suo heres non extitit[o], satis idoneæ exceptionis remedio tuta est. PP. viij. Kal. April. Byzantij. CC. Coss.

Qui mandato mulieris pro alio promittit, ab ipso initio efficaciter non tenetur. hoc dicit. Bald.

XV. Iidem AA. & CC. Agrippinæ.

Si vxor pro marito cõtra senatusconsultũ intercessura, te rogauit mãdatorio nomine, vt pro ea tuã fidẽ obstringeres: initio cõtractus per exceptionis auxiliũ obligationi tuæ adhæsit † securitas[p], qua conuentus defendi potes. PP. XVIII. Kal. Iun. Sirmij. CC. Coss.

Muliere subducta, datur in antiquum debitorem rescissoria. Bal. vel sic: si mulier alienam obligationem in se transtulit animo nouandi: creditori contra debitorem restituitur vtilis actio prima: sicut supra eo. l. si paternam in fi. Pau. de Castr.

XVI. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

Si mulier alienã suscepit[q] obligationem: cum ei per exceptionem Velleiani senatusconsulti succurratur, creditori cõtra priores debitores rescissoria[r] actio datur. PP. XVII. Kal. Febr. Sirmij, CC. Coss.

Si nomen vxoris simulate est appositum in instrumento loco viri: obligatio est ipso iure nulla ratione simulationis, vnde non est hic locus exceptioni Velleiani, sed nullitati ipso iure. Bald.

XVII. Iidem AA. & CC. Alexan. & aliis.

Si cũ pater vester à Callistrato mutuã sumpsisset pecuniã, velut hanc eius vxor accepisset, instrumentũ conscriptũ

Mulierem.] CASVS. Mulier fideiubens pro alio nõ tenet. an autẽ fideiussor eius, si primo fideiussit, & de illa fideiussione fideiussorẽ dedit, teneaẽ, quæritur? Respon. quòd nõ. sed si ei successit pro quo intercessit, non iuuatur.

l ¶Posse intercedere. cum effectu.

m ¶Fideiussorem. etiam si animo donandi intercesserit: vt ff. e. l. si mulier iij. §. si ab ea. Accurs.

n ¶Marito. pro quo intercessit.

o ¶Non extitit. si autem extitit, aut intercesserat sic à princip. vel ex post facto, quia generaliter tenebatur: & tunc tenetur, & exceptionem amittit: vt ff. de sol. l. Stichũ §. aditio. aut accessoriè, & tũc tollit accessoria, & remanet principalis: vt ff de fideiu. l. generaliter. in prin.

Si vxor.] CASVS. Mulier volebat intercedere pro marito suo creditore nolente eam recipere, mãdauit Titio vt pro ea fideiuberet: & fideiussit. an teneatur, quæritur? Dicitur quòd non: sed ei conuento dabitur exceptio. Vel,

d ¶Volens. ò mater.

e ¶Causam scilicet dotis.

f ¶Putauerunt. fauore dotis est hic specialeꝰ: vt s. eod. l. generaliter. & ff. de condic. inde. l. cum his. §. penult. similiter sunt & alij casus in quibus cessat Velleianum: vt dices infra eo. l. generaliter.

Si fœnebris.] CASVS. Mulier accepit pecuniam mutuam, vt eam daret viro sciente creditore: an iuuatur beneficio, quæritur? Dicitur quòd non.

g ¶Fidem veri. id est ipsa rei veritate, non in fraudem accipiẽtis.

h ¶Tota quantitas. id est tota quantitas quæ fœnori data fuit.

i ¶Patrum. id[d] est senatorum, sed iure ciuili quo impediuntur donationes inter virum & vxorem, iuuaris inquantum tu pauperior, & ipse est locupletior: vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. j.

p ¶Securitas. vt ff. a. l. si mulier. iij. §. fi. & l. si fideiussores.

Si mulier.] CASVS. Tenetur mihi Titius in x. animo nouandi accepi mulierem quæ in se recepit obligationem: an iuuetur per senatuscon? Dicitur quòd sic. sed an in veterem debitorem mihi detur actio, quæritur? Dicitur quòd sic.

q ¶Suscepit. animo nouandi, vel ab initio: vt s. eo. l. senatuscons.

r ¶Rescissoria actio. i. restitutoria datur: quæ scilicet prius dabatur. 2 Vel institoria. i. quæ erat danda: vt & ff. e. l. quamuis. §. quoniã. & §. si mulieri heres. & §. si cum essem. & hoc verũ est etiam si creditor sciuit mulierẽ nõ teneri: nõ tñ eam decepit: vt ff. e. l. quidam. & de fideiuss. l. si Titius. Item est verum etiam sub conditione ea obligata nã etiam interim hac actione agitur: vt ff. e. l. si aliquando. §. fi.

Si cum.] CASVS. Callistratus accepit pecuniam mutuo, &

Margin notes: * Sepiduta. † Tusco. a Renunciare iuri hypothecæ non posse ex videtur mulier. b Donare marito non videtur, mulier quæ renunciat iuri hypothecæ. c Renunciari iuri hypothecæ in fauorem viri vel tertij non posse mulier. d Patres pro senatoribus. a Initiũ inspicitur non euentus, quãdo fit intercessio. b Hanc solutionem probat Bart. & Bald. post omnes doctores. * adstringeres. † cohæsit, in omnibus.

est:nec ad exceptionis tractatū ex senatuscōsulto veniētē peruenire necesse est:cum eā [a] veritatis substantia cōstituta potius † quàm simulata [b] gesta tueatur. III Id. Mart. CC. Coss.

Mulieri creditorē decipiēti nō datur exceptio Velleiani. Pau. de Cast.

XVIII. *Iidem* AA. & CC. *Zotico.*

FOeminis alienas vel veteres [c] vel nouas obligationes aliqua ratione suscipiētib⁹ subuenit̄:nisi [d] creditor aliqua ratione per mulierē decept⁹ sit [e]. nā tūc replicatione doli, senatusconsulti exceptionē remoueri, cōstitutum est. Dat. V. Id. Nouemb. Antiochiæ. CC. Cos.

Mulier etiam si in eius persona obligatio sumat exordium, iuuatur beneficio Velleiani. Bald. Vel sic: Mulier iuuatur Velleiano, si creditor potius eligat cum ea contrahere, quàm cum masculo. Salyc.

XIX. *Iidem* AA. & CC. *Faustinæ.*

CVm ad eas etiam obligationes [f], quæ ex mulieris persona calliditate creditoris sumpserunt primordium, decretum patrum quod de intercessione fœminarum factū est, pertinere edicto perpetuo [g] declaratur: si tamen creditor qui cōtrahere cum alio proposuerat, mulieris personam elegit exceptione cōtra petitores secundum ea quæ asseueras, defendi potes [h]. Dat. XVIII. Kal. Ian. Nicomediæ. CC. Coss.

Exceptio Velleiani transmittitur ad heredem. Bald. & Salyc.

XX. *Iidem* AA. & CC. *Theodotiano.*

HEredes quoque mulieris aduersus creditores eadē exceptione quæ ex senatuscōsulto introducta est, vti posse dubium [i] non est [k]. Dat. IX. Kal. Ianua. ipsis. CC. Coss.

Generalis renuntiatio restringitur ad contractum super quo interponitur. Bald.

XXI. *Imp.* ANASTASIVS A. *Celeri magistro officiorum.*

IVbemus licere mulieribus & pro vno contractu, vel certis contractibus, seu pro vna vel certis personis [l] seu rebus, iuri hypothecarum sibi cōpetenti per consensum propriū renūciare:* quódque ita gestum sit, hac auctoritate nostra firmū illibatúmque custodiri [m]: ita tamen, vt & si generaliter tali renunciatione pro vno (vt dictū est) cōtractu, seu certis contractibus, vel ad vnā vel ad certas res seu personas consensum ꝓprium accōmodantes visæ sunt, vel fuerint: eadem renunciatio ad illos contractus & illas res seu personas quibus cōsensum suum proprium accōmodauerunt vel accommodauerint, coarctetur [n]: nec aliis quibusdā cōtractibus, quib. minime mulieres consenserunt vel cōsenserint, prætēdentibus [o] eam, opponendi licētia præbeatur: His scilicet omnibus quæ in præsenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad preteritos nihilominus cōtractus pro negociis & controuersiis necdū † transactionibus, vel definitiuis sentētiis, seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Kalen. April. Anatolio & Agapito Coss.

IN AVTHENT. VT immobilia ante nupt. dona. §. si quis igitur. coll. v. const. xiiij.

Alienationi siue obligationi rei donatæ propter nuptias mulier consentire non potest nisi certa forma hic expressa, & in casu quo dos est saluo futura non obstante consensu vel renuntiatione. hoc primo. In dote autē non solū est dicta prohibitio, sed maior: quia si valeret renuntiatio, dos esset peritura. & hoc in re immobili. Tertio dicitur, quòd per hanc authent. non derogatur priuilegiis dotiū: quia venit ad priuilegia ampliandæ, non minuenda. Salyc.

SIue à me, * siue ab alio pro me fiat donatio [p] propter nuptias: quod ea ex causa est

---

inde factum est instrumentum, quòd vxor sua non ipse accepit mutuam pecuniam: an mulier iuuetur? Respond. quòd cessante exceptione Velle. magis respiciendum est quod actum est, quàm quod scriptum est & ita vir tenetur: vxor vero non tenebitur.

a ¶*Eam.* scilicet vxor, quæ ipso iure tuta est: quia non [a] est recurrendum ad extraordinarium iudicium: *vt ff. de mino. l. in causæ. ij. in princip.*

b ¶*Simulata.* vt & supra plus vale. quod agitur, *& l. j. & l. acta. & l. si quis.*

FOeminis.] CASVS. Si mulier animo nouandi transferat in se obligationem quaten⁹ Titius tenebatur Seio: sibi succurritur, nisi Seium decepisset. quo casu si ipsa excipiat de Velleiano, replicabit Seius de dolo.

c ¶*Veteres.* per [b] nouationem transferēdo in se veterē obligationem, vel suscipiendo iudiciū, vel patiendo se delegari: *vt ff. de noua. l. delegare. j. & ff. de solu. l. solutionem.* Vel dic veteres, fideiubendo, constituendo, vel etiam mandando: *vt ff. manda. l. si vero non remunerandi. §. si post creditam.* ¶Item quod subiicit, nouas, [c] puta cum erat contracturus cum alio, creditor elegit mulierem in fraudem senatusconsulti: *vt infra l. proxi.* & in primo casu datur restitutoria: in secūdo institoria: id est actio quæ in creditorem dabatur, vel erat danda: *vt ff. eod. l. quamuis. §. si cum essem. & §. quotiens.*

d ¶*Nisi creditor.* *vt & ff. eod. l. ij. & de regulis iuris. l. in eo quod plus. §. fina. & de except. do. l. apud Celsum. §. Marcellus. in fin.* §. Vel nisi similis sit casus, vt dices infra eod. l. fina.

e ¶*Deceptus sit.* quia deceptis [d] & non decipiētibus iura subueniunt: *vt ff. eod. l. ij.* Sed & si vterque sciuit, non dico cessare senatuscons. vt quidam dicunt: quia nō videtur delatus &c. *vt ff. de actio. empti. l. j. §. fin* II.

CVm ad eas.] CASVS. Si fideiubeat mulier etiam quando per calliditatem creditoris obligat se, non tenetur. verbi gratia, creditor alicui masculo pecuniam mutuare proponebat, & fœmina pro masculo debebat intercedere. postea noluit eam accipere pro fideiussore, sed fecit quòd mulier constituit se ream & principalem debitricem, quamuis alius pecuniam reciperet, an iuuetur, quæritur? Dicitur quòd sic.

f ¶*Etiam obligationes.* non solum ad eas quando intercedit in veterem: *vt supra eod. l. senatus.*

g ¶*Perpetuo* id est generali.

h ¶*Defendi potes.* scilicet tu mulier: *vt ff. eod. l. quamuis. aliàs l. non putaui. §. si cum essem.* Accurs.

a Ipso iure tutis non est recurrendum ad extraordinarium iudicium.

† alliàs, notius, quàm &c.

b Veteres obligationes quæ.

c Nouæ obligationes quæ.

d Deceptis subueniendū est.

HEredes.] CASVS. Non solum mulier si intercessit iuuatur, sed & eius heredes.

i ¶*Dubium* apud sapientes.

k ¶*Dubium non est.* & ideo restitutoria datur similiter in heredes: *vt ff. eod. l. hæ actiones.* ¶Sed videtur exceptionem non dari heredi, cum persona facit locū beneficio: *vt ff. de regu. iur. l. in omnibus. ij.* sed hoc speciale. [a] Vel aliter hoc non est speciale, quia istud beneficium [a] est reale: & ideo transfertur cum re. & quod sit reale, dicit l. *ff. de except. l. exceptiones. ij.*

IVbemus.] CASVS. Certum est quòd mulier habet omnia bona mariti tacite obligata pro dote sua. pone ergo quod aliquis vult contrahere cū marito alicuius mulieris, sed dubitat contrahere, quia sunt omnia bona sua tacite obligata mulieri. an ipsa possit renūciare [b] iuri hypothecæ vel pignoris, quæritur: Resp. quod sic. sed tamen si renunciauit in vno contractu vel duobus etiam verbis generalibus, non debet hæc renūciatio trahi ad alias personas, nec ad alias res vel alios cōtractus, nisi de quibus actū est. & hæc quæ dicta sunt locum habent in cōtractibus futuris & præteritis nondum sopitis.

l ¶*Certis personis.* contrahentibus cum viro.

m ¶*Custodiri.* *vt & habes supra eo. l. etiam.*

n ¶*Coarctetur.* arg. cōtra generalitatem, vt non trahatur [c] nisi ad ea specialia de quibus est cogitatum: *vt ff. de transact. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. & suprà de transact. l. si de certa. & ff. quibus mod. pign. vel hypothec. solui. l. Paulus. in princ.*

o ¶*Prætendentibus.* scilicet contrahentibus.

SIue.] CASVS. Lex antiqua dicit qualiter mulieri præiudicatur si renunciet iuri hypoth. quod habet in reb. mariti. hæc authenti. addit quòd aliquando præiudicat sibi de dominio alicuius rei sibi donatæ. pone quòd ego vel alius pro me dedit nomine sponsaliorum sponsæ meæ fundum: quæritur an illud prædium possim alienare? Dicitur quòd non, etsi mulier consentiat: quia si alieno, habebit rei vindi. soluto matrimonio, vel me ad inopiam vergente. Si vero mulier post biennium consentit alienationi quam habet ratam, sibi præiudicat, si habeam alias res ex quib. satis fiat ei pro prædio illo. si non habeam, non præiudicatur ei; ego autem obligor illis qui mecum contrahunt. hoc in donatione: non ita in dote. ideo enim priuilegia dotis manent integra, quia dos alienari non potest. Viuia.

p ¶*Donatio.* supple, & pactū de ea lucrāda. aliàs male diceret statim ita dari mulieri rei vindicationem soluto matrimonio, cum deberet

a Præceptio Velleiani realis est.

* Conc. Glo. j. post med. in verū si-ue potes videre in simili. in c. si diligenti. de fo. compe.

b Hypothecæ quam habet in bonis mariti, vxor renunciare potest. *vt hoc ad. de Glo. Nouella vt immobilia, in verbo in dote & in l. vnica § & cum lex, de rei vxoriæ actione.*

† Ge ceste in vet. leg. peperam autem quidam leg. necnon Generalitas trahitur ad ea tantum, de quib⁹ est cogitatum.

c Si creditor remittit aliquid debitori, non videtur ei remisisse aliud, præter id de quo agebatur expressè inter se & aduersarium. ad de quo ornatè ad Glo. l. 4. de remissione pignoris & in Gl. legis Paulus ff. quibus mod. pignus vel hypotheca.

* Conc. ea. hac auth. Glo. super verbo, siue me. ex parte vestra extra de reso.

deberet redire ad virum, vt dos ad mulierem: *vt infra de poss. contra. authen. aequalitas.*

a ¶*Immobile*. in rebus vxoris mobilibus stabo iuri veteri.

b ¶*Neque obligare*. cū mulieri est obligatū pro dote: Vel verius, imò est[a] eius dominiū, sicut dotis[b] dominiū est viri: & ideo dabit statim actionē in rē.

c ¶*In rem actionem*. quae datur iure dominij. vel posset dici hypothecaria. prima placet.

d ¶*In sponsalitia*. i. in donatione ꝓpter nuptias, sicut patet in authen. *vt spon. larg. §. specialis, &c. colla. ix.* propriè[d] autem dicitur ea quae fit ante matrimonium, quae valet sicut quaelibet simplex donatio: *vt & ī. si aduer. dona. l. j. Accurs.*

e ¶*Nis*. id est nisi haec duo sint, scilicet quòd sint aliae res, & secundus consensus: *vt infra eod. l. si mulier.*

f ¶*Et multo magis*. Haec referūt quidā ad omnia praedicta. & sic etiā dos poterit alienari inaestimata, secundū hūc modū, qđ non placet: quia male diceret, & multo potius, &c. Dic ergo secundū Ioan. vt referatur ad id tantū quod dixit de prohibenda alienatione, nō ad id quod de permittenda. in dote ergo etsi miles consentiat, & post tēpora, non praeiudicat sibi *vt instit. quibus alie. licet. in princip.* Alij dicunt, vt Iaco. ꝙ loquitur haec clausula de rebus immobilibus datis in dotem aestimatis: quae licet possunt quantū ad proprietatē alienari, quia maritus est dominus rei dotalis: remanent tamen obligatae mulieri. Vel intelligitur de rebus mobilibus[e] datis in dotē inaestimatis, quae seruari possunt: vt seruus. aliud in his quae non possunt seruari: quae sine huiusmodi solennitate alienantur: [f] *vt ff. de iure dot. l. res in dotem datae.*

g ¶*Immobile*. hoc verbū non est in corpore.

h ¶*Pro ea*. & ea viuēte. si autem esset mortua, haec priuilegia nō transirent ad extraneos heredes, sed ad suos: *vt ff. soluto matrimo. l. etiam. & infra de priuil. do. l. vna. & infra qui potio. in pig. ha. l. ult. & in cor. unde hoc sumitur in fin.*

a Donatio propter nuptias est in dominio vxoris.
b Dotis dominium est viri.
c Sponsalitia largitas impropriè pro donatione propter nuptias.
d Sponsalitia largitas propriè dicitur quae fit ante matrimonium.
e Adde Glo. l. vnica & cum bre in verbo a benas. ff. de rei vxoriae act.
f Ratio est quia tales res dictim corrū[illegible] ponuntur, vnde estimatā non habentur aestimatio. l Marcellus. § res quae ff. ad Treb. tal[illegible] tem post exitimio, in quod persumptione rerū innuun tur perisse. gl. l. C. si aduer. v. sua. quod bene not.

immobile,[a] neque alienare valeo, neq; [b] obligare. in hoc ergo cōtractū mulieris cōsensus nihil proficit quo minus demus mulieri in rē actionē[c] in spōsalitia[d] largitate soluto matrimonio: nisi & secūdò post bienniū ꝓfitea[e], & aliae res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absq; his[e] enim neq; si frequēter cōsentiat, laedetur: vir tamē obligabit[f] in aliis reb[us] suis hui[us] obligationis seu alienationis occasione quae quātū ad mulierē pro nō dicta, & ꝓ nō scripta habetur. & multo magis[f] idem in dotibus locū habet, vt non aliquid immobile[g] ꝓ ea[h] alienatur vel obligetur: omnibus tamē priuilegiis doti datis, in sua firmitate durantibus, siue agat mulier, siue nomine eius alius.

Secunda intercessio mulieris post biennium facta, aufert mulieri beneficium Velleiani. Bald. & Salyc.

XII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Iuliano praefecto praetorio.*

2 SI mulier perfectae aetatis[i] constituta, post intercessionē vel cautionē[k] conscripserit, vel pignus aut intercessorē praestiterit: sancimus antiqua legū varietate cessante, si quidē intra biennale iuge tēpus post priorē cautionē numerandum, pro eadē causa fecerit cautionem, vel pignus aut intercessorē dederit nihil sibi praeiudicare ꝙ adhuc ex cōsequentia suae fragilitatis in secundā iacturā inciderit[l]. Sin autē post bienniū haec fecerit: sibi imputet, si quod saepi[us] cogitare poterat & euitare, nō fecit, sed vltro firmauit. Videt[ur] etenim ex huiusmodi temporis prolixitate nō pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere: & tam ex secunda cautione[m] sese obnoxiā facere inquātum hoc fecit, quàm pignus aut intercessorem vtiliter dare.

IN AVTHENT. VT nulli iudi. lic. ha. loci serua. §. & illud. colla. ix. constit. ix.

SI mulier.] CASVS. Mulier xxv. an. fideiussit pro me: postea intra biennium confirmauit suam fideiussionem, quia dedit creditori aliquod pignus: vel fecit instrumentum: quaeritur, an per talem consensum sibi praeiudicet? Dicitur quòd non. Sed si post biennium dedisset creditori, bene teneretur.

i ¶*Perfectae aetatis*. xxv. an. *vt ī. de his qui ve. ata. l. fin.*

k ¶*Vel cautionem*. nomine cautionis[g] intelligitur nuda promissio *infra de verb. signifi. l. sancimus.*

l ¶*Inciderit*. *vt ff. de mino. l. ūj. §. scio.*

g Cautionis verbo nuda promissio intelligitur. v. tamen Rebuffum Tomo 1. tract. de sententiae. artic. 6 Glossa 6.

m ¶*Cautione*. plus ergo duae[a] confessiones operantur quàm vna, *vt & supra de plus petit. l. j. in fin. & infra de praescrip. xxx. an. l. cum notissimi. § sed & si quis. & infra tit. j. l. in contractibus. § j.*

a Et hoc est quod ab interpretib. dicitur Confessionem geminatam parere actionem.

SI qua.] CASVS. In antiqua l. dictum est quòd post biennium consentiendo mulier sibi praeiudicat confirmādo quod prius fecerat. aut ponit casum quando non praeiudicat, etsi pluribus vicibus approbet quod fecerat. pone ergo quòd Titius volebat alienare substantiam vxoris suae. quod nihil est: imò loquitur in creditore pro quo intercessit, &c. ipsa consensit in publico instrumēnto: an sibi praeiudicet, quaeritur? Dicitur quòd non.

n ¶*Nullatenus*. [b] Ipso iure, etiam si iurauit: *vt supra de legi. & constitut. l. non dubium.* ¶ Et not. quòd argu. huius l. sumpserunt quidam authen. talem: sed hodie non tenetur, nisi probetur manifeste pecuniam in vtilitatem mulieris cōuersam: & sic dicunt[c] hodie non habere locū Velleianum, quia aut non est versa, & non tenetur ipso iure: aut est versa, & ipso iure tenetur cum effectu. quod non placet: quia etiam per posteriorem authē. de heredibus ab intestat. §. *ex his colla. ix.* renunciatur[d] Velleiano: ergo locum habet. Est ergo quod hic dicit, speciale: cum[e] pro viro intercedit ea ratione, qua & donationes prohibitae sunt, scilicet ne mutuo amore, &c. *ff. de dona. inter virum & vxo. l. j. ij. & iij in princip.* Vel secundū B. potest intelligi haec authe. eo casu loqui cum mulier in instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato confessa est se precium recepisse pro intercessione. olim enim tunc cessabat Velleianum *vt infra l. antiqua.* hodie non: *vt hic.* nisi probetur illud precium in vtilitatem eius esse versum. & sic in aliquo corrigitur. l. antiquae, per authen. istam.

b Nullatenus pro ipso iure, de has dictione v. Corsetū in singular. Nullatenus.
c Velleianū verum hodie locū habent.
d Renunciari Velleiano potest.
e Fideiubere pro marito nō potest mulier ea ratione qua prohibetur ille donare.

Mulier consentiens obligationi viri, vel se aut rem suam obligans, ipso iure sibi non praeiudicat, nisi quatenus probetur in rem eius versum. Baldus.

SI qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut seipsam obligatam faciat: iubem[us] hoc nullatenus[n] valere: siue semel, siue multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat: siue priuatum, siue publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset: nisi manifestè probetur, quòd pecuniae in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensae sint.

Mulier fideiubens non gratis, sed aliquo recepto, non iuuatur beneficio Velleiani, sed efficaciter obligatur: quia non videtur intercessisse ex lenitate vel fragilitate sexus, sed pro praemio consequendo. hoc dicit primo. Et si hoc contineatur in instrumento publico subscripto à tribus testibus statur sua confessioni absque alia probatione: aliquo autem istorum deficiente, non excluditur à beneficio Velleiani, nisi efficaciter probetur quòd precium vel praemium receperit aliter quàm per eius confessionem. hoc dicit secundo. Et eo casu quo precium receperit, & sic excluditur à beneficio Velleiani, si intercessit transferendo in se obligationem animo nouandi, & sic est facta nouatio: quatenus tamen mulier non est soluendo, restituitur actio in pristinum debitorem. hoc tertio. Item quando non recepit precium vel pecuniam, si non intercedis cum instrumento publico continente subscriptionem trium testium, ipso iure seruatur illaesa. si autem cū tali instrumento, iuuatur Velleiano: & omnes leges huius tituli tunc vindicant sibi locum. hoc dicit ista singularis lex & vtilis inducens de nouo qua de iure veteri non erant inducta. Pau. de Cast.

ANtiqua.] CASVS. Si mulier accepit pecuniam vt fideiuberet, non iuuatur. & hoc in prima. Sed si ostendatur publicum instrumentū tribus testibus subsignatum, in quo continentur mulierem pro fideiussione pecuniam accepisse: instrumento statur. & hoc in secunda. Si vero sine scriptis, aut debet creditor probare mulierem accepisse pecuniam, & non iuuatur. aut si non probet, mulieri succurritur. & hoc in tertia. Si vero alicui mulieri inopi pecuniam dedi vt pro me intercederet, & intercessit: si conueniatur à creditore, non iuuatur: Et si ab ea aliquid accipiat, potest residuum petere à me. & hoc in quarta. Si vero mulier velit se obligare pro alio fideiubendo pro eo: non aliter tenetur,

nisi intercedat in instrumento publice confecto & à tribus testib. subsignato. & hoc in quinta.

a ¶ *Retia*. i. dispositiones ex iure profectas.

b ¶ *Nodos*. id est per similitudinem.

c ¶ *Accipiens*. & hoc non negat.

d ¶ *Sed si quidē*. Si cōstet eā aliquid accepisse, nō iuuatur. si vero de hoc dubium sit, sic probatur vt sequitur.

e ¶ *Esse credendum*. An admittat probatio in cōtrariū? Resp. nō, quia praesumptio[a] est iuris & de iure, contra quā non recipit probatio: *vt & ꝑ. arbit. tut. l. fina. & ꝑ. titu. ꝑ. si*. Et sic nō obstat infra *de contraben. & commit. stipula. l. optimam. & ꝑ. tit proxi. l. in contractibus. in princip. & supra de proba. l. cum de precibus. & ꝑ. de do. cau. non nu. l. fi.* quæ sunt contra.

a Probatio cōtra præsumptionem iuris & de iure regulariter nō admittitur, vt hic. v. tamen Sociniū regul. 314. vbi ad hanc sententiā aliquot exceptiones affert ad c Glos. in contrarium 5. de fide instrumentorum Gl. Notab. 7364.

¶ Itē nec obest ei quod dicit ꝑ. *in versi. sinautē. super ver. repelli*. nā ibi vult figuari hoc contra. ꝑ. eo. §. *fin*. quia ibi in primo dicto secundum B. nihil accepit. Et est ratio quare hic non potest probari contrariū: quia per huiusmodi confessionē à iure speciali recedit, scilicet à beneficio Velleiani: quod facilius fit, quàm si à communi iure vellet recedere, sicut erat in contrariis legibus: *vt in authent. de non alie. §. quia vero verisimile. in fin. coll. ij*. 2 Alij dicunt quòd hoc euenit quòd non potest probari contrariū: quia testes subsignauerunt: secus si non subsignauerūt: vt in cōtrariis. 3 Tertij dicūt nō probari cōtrariū, scilicet per duos testes: cū & instrumentum[b] vicē habeat duorum testiū: *vt supra de fide instrumen. l. in exercendis*. sed per tres vel per plures sic. vt in contrariis. Accurs.

b Instrumentum, vicē habet duorum testium.

f ¶ *Ostendere eam*. cum ipsa neget.

g ¶ *Auxilium*. Velleianum scilicet: sed hodie ipso iure sunt illæsæ: *vt ꝑ. eod. §. ne autem*.

h ¶ *Antiquam actionem*. quando non est sublata: vel si est sublata vel nō nata: tunc nouam parit: *vt ff. eod. l. quamuis. §. quotiens. & §. si cum essem*.

i ¶ *Eum*. debitorem.

k ¶ *Seruari*. scilicet creditori.

l ¶ *Vel ei*. scilicet creditori.

m ¶ *Aliquis*. debitor.

n ¶ *Accepit*. & hoc

XXIII. *Idem A. Iuliano P.P.*

Antiquæ iurisdictionis retia[a], & difficillimos nodos[b] resoluētes, & superuacuas distinctiones exulare cupiētes, sancimus mulierē si intercesserit, siue ab initio, siue postea aliquid accipiens[c] vt sese interponat, omnimodo teneri, & nō posse senatusconsulti Velleiani vti auxilio: siue sine scriptis, siue per scripturam sese interposuerit. Sed si quidem[d] in ipso instrumento intercessionis dixerit sese aliquid accepisse, & sic ad intercessionē venisse, & hoc instrumentū publice confectū inueniatur, & à tribus testibus consignatū:[a] omnimodo esse credendū[e] eā pecunias vel res accepisse, & non esse ei ad senatuscōsulti Velleiani auxiliū regressum. Sin autem sine scriptis intercesserit, vel instrumento non sic confecto: tunc si possit stipulator ostēdere eā[f] accepisse pecunias vel res, & sic subiisse obligationē: repelli eā à senatusconsulti iuuamine. Sin verò hoc minimè fuerit ab eo approbatum: tunc mulieri superesse auxilium[g], & antiquā actionem[h] aduersus eum[i] seruari[k] pro quo mulier intercessit, vel ei[l] actionem parari.

Mulier quæ pro fideiubendo aliquid accipit, in se obligationem alterius animo nouandi transferēdo: primo debet excuti: & quatenus nō est soluendo, restituitur actio contra veterē debitorē. hoc dicit: & iste casus nō repetitur alibi. Bald. & Saly.

Sed si minus idoneæ mulieri constitutæ aliquis[m] pecunias vel res dederit, vt pro eo sese obligaret: mulieri quidem quę reuera hæc accepit[n], nullus pateat aditus ad senatusconsulti auctoritatem: creditori autem liceat aduersus eam venire, & quod potest, ab ea exigere, & in reliquum, antiquum debitorem aggredi, vel in partem, si aliquid à muliere possit accipere: vel in totum, si ea penitus inopia fatigetur.

Iste §. est valde not. & hoc dicit: Mulier in instrumento publico à tribus testibus subscripto intercedēs obligatur: tamen valet beneficium Velleiani in casibus in quibus dictum beneficium loquitur. sed si omissa hac forma intercedit, ipso iure non obligatur. Bal.

Ne autem[o] mulieres perperam sese pro aliis interponant, sancimus non aliter eas in tali contractu posse pro aliis se obligare, nisi † instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato, & à tribus testibus subsignato, accipiāt homines à muliere pro aliis confessionem. tunc etenim tantūmodo eas obligari, & sic omnia tractari, quæ de intercessionib. fœminarum, vel veteribus legibus cauta, vel ab imperiali auctoritate introducta sunt. Sin autem extra eandem obseruationem mulieres acceperint† intercedentes, pro nihilo habeatur huiusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tāquam nec cōfecta, nec penitus scripta: vt nec senatuscōsulti auxilium imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto.

Mulier intercedens pro libertate, tenetur efficaciter libertatem fouere & est speciale. hoc dicit. Bald. Vel sic: fauor libertatis facit cessare Velleianum. hoc dicit. Vel sic: Mulier intercedens pro seruo vt consequatur libertatem, non iuuatur Velleiano. Salyc.

XXIIII. *Idem A. Iuliano P.P.*

Veterum ambiguitatē decidētes, sancimus, si quis vt seruo suo manumissionē imponat, mulierem acceperit obnoxiā sese pro certa quantitate facientē: si in libertatem seruū perduxerit,[a] siue principaliter mulier sese obligauit, siue pro seruo hoc fecit, teneri eā rectè omnimodo, senatusconsultum Velleianum in hoc casu tacere imperantes[p]. Satis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominum serui qui crēdidit mulieri, siue soli, siue post serui promissionē,†& libertatem seruo imponere, & suū famulū perdere[q], & ea minimè accipere, quib[us] fretus ad eiusmodi venit liberalitatem.

Si maior ætate masculus vel fœmina dotē pro muliere promiserit, Velleianū cessabit. h. d. Sal. Vel sic: Mulier intercedēs pro dote etiā nudo pacto, efficaciter obligatur. h. d. Vel sic: Dotis fauore cessat Velleianum. hoc dicit.

constat. Accurs.

o ¶ *Ne autem*. Bulga. dicit hunc §. nihil innouare in his casibus vbi Velleianum mulierib. olim non succurrebat: sed in illis tantum, vbi ab obligationibus eas eximebat: in quibus nisi sic intercessio fiat in scriptis, seruatur ipso iure illæsæ: sed si fiat intercessio hoc modo, tūc ope exceptionis. & sic principiū hui[us] legis nō corrigit per hunc §. nec duæ sequētes leges, veterū, & generaliter quæ post illam sunt. 2 Sed M. dixit hūc §. generaliter loqui, cū dicat intercessione sic facta omnia tractari quę de intercessionibus cauta sunt veteribus leg. bus vel nouis. & sic nisi sic intercedat in instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato: ipso iure est tuta etiā in illis casibus vbi olim nō iuuabat. & sic corrigit hic finis huius legis principium & debet esse hæc vltima in hoc tit. secundū eū. vt sic duæ sequētes per hanc corrigant. si autē intercedat, sic vt hic dicit, tunc in illis casibus vbi olim non iuuabatur, nec hodię iuuatur. in quibus olim iuuabatur, & hodie iuuatur similiter, non ipso iure, sed per exceptionē Velleiani. 3 Prima opinio verior est.

† Mulier de Velleiano nō ad. noscit, & renunciat, nō tenet renunciatio. vt amā Socinum reg. 379.

† suscepetint.

Veterum.] CASVS. Seruus tuus pro[a] mihi tibi c. vt eum manumitteres. mulier fide iussit pro eo. an iuuetur, quæritur? Dicitur quòd non. hoc est fauore libertatis.

† prodeuntis.

p ¶ *Tacere imperantes*. fauore libertatis: [a] *vt & argument. ff. eod. l. aliquando in princ. & ad hoc supra an ser. ex suo fac. l. promisse*.

a Fideiubēs libertatis fauore mulier potest.

† aliàs fine pro serui promissione.

q ¶ *Perdere*. sic *ff. de ast. empt. l. emptorem. §. fina*.

Generaliter.] CASVS. Si mascul[us] vel fœmina pro aliqua promisit dotē: mulier promittēs an iuuetur quęritur? Dicitur quòd non. & hoc in fauorem dotis.

XXV. *Idē A. ad populū vrbis Constantinopolitanæ, & vniuersos prouinciales.*

Generaliter sancimus, vt si quis maior viginti quinque annis, siue mascul[us] siue fœmina dotē pollicitus sit vel spoponderit pro qualibet muliere, cū qua matrimoniū licitū est: omnimodo cōpellatur suā confessionē adimplere, neq; enim ferēdū est quasi casu fortuito interueniēte mulierem fieri indotatā, & sic, à viro forsitā repelli, & distrahi matrimoniū. Cū enim scimus, fauore dotium & anti-

Sapim.

a ¶ *Sæpius mollire.* vt [a] nudo pacto oriatur actio: *vt infra de dot. promiss. l. ad exactionem.* 2 Item in tacita stipulatione & tacita hypotheca, *vt infra de rei vxo. act. §. j. & ij.* 3 Item vt in ea præferatur aliis creditoribus: *vt infra qui po. in pign. hab. l. fina.*

b ¶ *Satisfacere.* sicut enim, &c. *vt supra de act. & oblig. l. sicut.*

a Dos habet multa priuilegia.

c ¶ *Cessante.* cessat [b] ergo Velleianum fauore dotis: [c] *vt hic, & s. eod. l. si dote.* 2 Item in libertatis: *vt s. l. proxi.* 3 Item si renunciet: *vt ff. eo. l. final. §. penult.* 4 Item si accipiat precium pro intercessione: *vt s. l. antiqua.* 5 Item si decipiat: *vt ff. eo. l. si decipiendi.* 6 Item si secundo caueat: *vt supra eod. l. si mulier. ij.* vnde versus: Casibus in senis mulier spondêdo tenetur. Pro libertate, pro dote renûciet: & si Decipiat, precium capiat, caueátque secundo. 7 Item septimus, si in rem suam: *vt ff. eo. l. si aliquando in princip. & s. eo. l. ij. in fin.* 8 Item si succedat ei pro quo intercessit: *vt ff. eod. l. quamuis. §. plane si mihi.* 9 Potest addi & nonus, vt si mulier intercessit pro me in decem, & solui ei prædicta decem. nam si conueniatur ex fideiussione, non opponet exceptionem: *vt ff. eod. l. si mulier contra senatusconsultum Velleianum pro me.*

b Velleianum cessat nouem casibus.

c Vide Bald. Nouell. in tractatu de dote. parte 6 priuilegio 48.

quos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire [a]: meritò & nos ad huiusmodi venimus sanctionem. Nam si spontanea voluntate ab initio liberalitatê suam ostendit: necesse est eum vel eam suis promissionibus satisfacere [b]: vt quod ab initio sponte scriptum, aut in pollicitationem * deductum est, hoc ab inuitis postea compleatur: omni auctoritate Velleiani senatusconsulti in hac causa cessante [c].

* pollicitatione.

† Hilaræ al. Hilaro. al. Hilario. & sic in l. 1. j. si pign. eõ uen. nu. pec. fec. nõ sit vbi hæc iterum repetitur.

TITVLVS XXX.

DE NON NVMERATA pecunia.

Creditor non præsumitur numerasse nisi probet, siue pignoratitia conueniatur, siue hypothecaria agat. Bald. & Salyc.

I. *Imp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Hilario.* †

Si pecuniam tibi nô esse numeratam, atque ideo frustra [d] cautionem [e] emissam adseris [f], & pignus datum [g] probaturus es: in rem [h] experiri [i] potes. nam intentio [k] dati pignoris, nec numeratæ [l] pecuniæ, non aliter tenebit, quam si de fide debiti constiterit. Eadémque ratione veritas seruetur si te [m] possidête pignus aduersarius tuus agere cœperit [n].

DE NON NVMERATA pecunia.

Superioribus senatusconsultis subuenitur ciuiliter & naturaliter obligatis ratione speciali: hic ciuiliter tantum obligatis succurritur ratione naturali. Et no. quòd non numerata pecunia dicitur etiam respectu creditoris: vt j. eod. l. in contractibus. §. ij.

Si pecuniam.] CASVS. Obligaui me Titio instrumento, spe futuræ numerationis: feci instrumentû de reddendo pecuniã. & pignora dedi vel obligaui. Titius nõ numerat: vnde volo pignus repetere. an possim, quærit: Dicit quòd sic, si probê me pignus dedisse, cum creditor negat pignus datum, & pecuniã mihi numeratam non fuisse. quod probatur eo ipso, quòd non probatur contrarium. & hoc in prima. Si vero creditor confiteatur pignus cõstitutum, & pecuniam esse creditam, oportet quòd probet pecuniam fuisse numeratam, si vult agere hypothecaria aduersus me debitorem possidentem pignus. & hoc in secunda.

d ¶ *Frustra.* bene dicit frustra: quia licet ciuiliter obligetur, habet tamen exceptionem: vt *j. eo. l. in contractibus. in princ.* etiam si promiserit: vt *j. eo. l. cum vltra.*

e ¶ *Cautionem.* id est simplicem promissionem.

f ¶ *Adseris.* id est assertiue dicis. 2 Vel dic adseris, id est probas, quod est eo [d] ipso, quòd non probatur contrariû: nam creditori incumbit onus probandi quòd numerauit: *vt infra eo. l. si ex cautione. vt & s. de probat. l. j.* similis probatio est. *j. qui mi. non poss. l. super seruis. lib. xij. & ff. de iure dotium l. dotem. j.*

g ¶ *Datum.* id est traditum.

h ¶ *In rem.* scilicet [e] pignoratitia propter rem: *vt ff. de pigno. act. l. solutum. §. si quasi.* & ideo bene sufficit probari pignus datum, *vt hic dicit.* Nam datur pignus ex contractu: & hoc secundum nos. Alij dicunt in rem, id est rei vindicatione, sed secundum eos præsens possessio debet probari & dominium: *vt & supra de ali. iudica. l. j.* Sed dic quòd creditor non obiiciebat quæstionem de dominio sed ideo se defendebat secundum eos, quia non erat pignus sibi datum, vt dicebat. 3 Tertij vt H. dicunt quòd agit rei vindicatione, & sufficit probare traditionem: quia possessor non potest de dominio quæstionem referre, cum causam habuit à petente: *vt & hoc dixi supra de pig. act. l. nec creditores.* 4 Quarti dicunt quòd quis præsumitur possidere, quia aliquando possedit, sicut [a] in dominio: *vt s. de probat. l. siue possidetis.* nisi probet se perdidisse creditor rationibus manifestis: *vt s. de pig. act. l. si creditor.* sed si probat debitor pignus datum pro centum, non videtur quòd possit recuperare nisi ea soluat, sicut & qui iurauit: *vt ff. de iureiu. l. si duo. §. Marcellus.* ¶ Item quomodo probat contra se? Respon. probat non pro data, sed pro danda pecunia. & sic non obstât prædictæ oppositiones.

d Probari res in dubio intelligitur suæ re rei eo ipso quod contrarium non probatur.

e Pignus datû ob pecuniam numerãdam, numeratione nõ secuta, qua actione repetatur.

a Legendum est secus. vt in Glo. l. simile. §. in verbo fuisse j de furtis & in Glos. l. siue possidetis 16. s. de probat.

i ¶ *Experiri.* id est vindicare. vel aliter in rem, id est ad rem.

k ¶ *Intentio.* bene dico, si negetur pignus datû, te [b] probare debere illud datum, & pecuniã [c] non numeratam. etenim si creditor pignus datum confiteatur, sed pecuniam non esse redditam, oportet ipsum probare pecuniam numeratam, & hoc dicit, nam, &c. & dic intentio, id [d] est exceptio dati pignoris opposita à creditore. qui enim excipit, [e] agit vel intendit: *vt ff. de except. l. j.*

l ¶ *Nec numeratæ pecuniæ.* id est non redditæ pecuniæ.

m ¶ *Si te.* scilicet debitore.

n ¶ *Agere cœperit.* actione hypothecaria. & habes hoc de verbo ad verbum infra *si pign. con. nume. pec. sec. non fue. l. j.* Accursius.

b Probare pignus datum fuisse is debet qui pignus petit.

c Probare pecuniam non numeratam fuisse is debet, qui aduersus propriam cõfessionem nõ numeratam fuisse excipit.

d Intêtio pro exceptione.

e Excipiendo partes actoris sustinemus.

Exceptio non numeratæ pecuniæ opposita respectu partis, idem operatur quo ad partem, quod si opponeretur respectu totius ad totum. h. d. not. Bald. Vel sic: Exceptio non numeratæ pecuniæ sicut potest opponi pro tota quantitate confessata & non numerata, ita pro parte non numerata. Paul.

II. *Imp.* ANTONIN. A. *Maturio.*

Minorem [o] pecuniam te accepisse, & maiorê cautionem interposuisse, si apud eum qui super ea re cogniturus est, constiterit [p]: nihil vltra quàm accepisti, cum vsuris in stipulatum deductis restituere te iubebit.

Reus conuentus ex cautione mutui confessati, opponens actori exceptionem non numeratæ pecuniæ vel doli, definitiue debet absolui actore non probante numerationem. Bald. Vel sic: Si creditori agenti opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ: creditor debet probare numerationê, aliàs reus absoluetur. Salyc.

III. *Idem A. Demetrio.* *

Si ex cautione [q] tua, licet hypotheca data, conueniri cœperis: exceptione opposita seu doli [r] seu non numeratæ pecuniæ [s], compellitur petitor probare [t] pecuniam tibi esse numeratam: quo non impleto absolutio sequetur.

* Demetria.

Minorem.] CASVS. Volebã à te mutuo accipere xx. numerasti, x. & spe futuræ numerationis aliorum x. confessus fui me debere xx. non numerasti. qualiter mihi succurratur, quæritur? Respond. quòd si probem te non numerasse integra xx. (quod probabitur, nisi probetur contrarium) ad x. quæ accepi sola, & ad vsuras in stipulatum deductas tantum teneor.

o ¶ *Minorem.* superiori lege dixit quando nil accepit: hic quando minus quàm sit confessus.

p ¶ *Constiterit* id est probatum fuerit à te. & sic est cõtra. *j. l. prox.* vbi dicit creditorem probare debere. Sol. ibi totum negauit debitor: hic partem fatebatur: *ar. ff. de proba. l. cum de indebito. §. j. & j. eo. l. cum fidem.* & probauit hanc negatiuam [f] per confessiones, item per numerationes diuersis temporibus factas secundum varias quantitates. 2 Vel verius dic, probat, [g] eo ipso, quòd non probatur contrarium: vt & ponitur contra *s. de condic. ob tur. cau. l. j. & s. l. proxi. in ver. adseru.* nam quod [h] iuris est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem: *vt j. eo. l. cum vltra. & ar. s. de condict. ob cau. da. l. si cum exiguam. & ff. de rei. vind. l. quæ de tota.*

Si ex cautione.] CASVS. Si confessus fui in instrumento me accepisse à te mutuam pecuniam spe futuræ numerationis, nec numerasti: si conueniar ex cautione mea: opposita à me doli excep. vel non numeratæ pecuniæ, probabis te numerasse: & te non probante absoluar.

q ¶ *Si ex cautione.* in qua continetur, confiteor me debere x. ex causa mutui: vt institut. *de lit. oblig. §. plane.* Vel per stipulationem promitto x. reddere, quæ confiteor me accepisse: quo casu excipiam in factum: *vt j. eo. l. cum vltra.* Accurs.

r ¶ *Doli.* quæ est generalis [i] vbicunque alia locum habet: *vt ff. de except. doli. l. ij. §. & generaliter.* nisi ratio personæ vel iusta ignorantia eam excludant: *vt ff. de except. doli. l. apud. §. aduersus. & l. ij. § & generaliter.*

s ¶ *Pecuniæ.* hæc contra omnem datur, etiam contra patrem vel patronum: *vt ff. de except. doli l. apud. §. aduersus.*

t ¶ *Probare.* si vult obtinere: *vt s. de probat. l. j.* & hoc vsque ad biennium, non vltra, nisi antea esset contestata exceptio: *vt j. eo. l. in*

f Negatio probari potest per confessiones & similia.

g Probare is intelligitur qui pro se præsumptionem habet, cuius contrariû non est probatum. de quo v. Gloss. & quæ ibidem notaui ad l. filium. 60. ff. de adqui. hæreditate.

h Partis ad partem ea ratio est quæ totius ad totum.

i Doli actio quintuplex est, datur enim hic ex causis vt si cõtractus dolo initus est, in locû non numeratæ pecuniæ, in locum pacti, vel iurisiurandi, quarta est facti vel institionis nihil actis in se continens. Quinta de qua in hac Gloss. quæ datur in locum cuiuscunque alterius exceptionis. adde Gl. in l. qui se debere. ff. de condict. ob caus. Ferrariẽs. in praxi in forma excep. Rub. in verbo Doli.

contractibus.in princip.& §.in omni. & loquitur hæc l.in mutuo tantum. aliàs statim præiudicat sibi debitor: *ut infra eod.l.generaliter.* ¶Sed qualis erat hæc cautio? non videtur loqui in priuata: quia hæc nil [a] probat: *ut s.de probat.l.instrumenta.* nec [b] de publica: quia illa plene probat, nec potest excipi: *ut supra titu.proxi. l. antiqua.& infra arbit.tut.l.fi.* Sed dic loqui in [c] priuata debitoris: *ut infra tit.de litt.obliga.§ j.* secus si alius scribat me debere: *ut d.l.instrumenta.* Vel non erat ibi causa. 1 Item & in publica pôt loqui si ibi dicat, confessus [d] est se accepisse. secus si dicat, accepit: nam tunc plene probat. sed hoc non debet scribere notarius nisi sit pecunia in præsenti. ¶Nec ob. *d.l.antiqua.* quæ ibi receditur à beneficio speciale. 2 Nec illa. *j arbi.tute.l.fi-na.quia ibi speciale.* 3 Item nec obstat. *j. eadem l. in contractibus.in princip.* vbi dicit in instrumento datam esse &c. quia ibi erat priuatum. Vel expone vt ibi dices. Sed si dicat sic. Accepit, & est publicum instrumentum, potest [e] contra probari, sicut contra aliam publicam scripturã per tres vel per plures testes: *ut suprà de probat.l. cum precibus.& infrà de contrahen. & committen.stipula.l.optimam.in fin.* ¶Sed si [f] renunciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ: nónne & tunc potest opponi? Respon. 1 Secundum quosdam sic, [g] doli exceptio. & interrogabitur creditor, an numerauit: & si dixerit, non si ei probetur, videtur esse in dolo, qui ei non potuit remitti per renunciationem antequam [h] fuit commissus dolus: *ut ff de pact.l.si vnus.§ illud. & l.iurisgentium. §.sin autem.& de tribu.l illud.§.j.* Duo enim sunt quæ debitori dantur, scilicet exceptio, & quòd onus probandi sibi non imponitur. cum ergo renunciat, huic oneri renunciare videtur, ne nihil renunciatio operetur. Item pro hoc *ff.de offi præsi.l.illicitas in princip.* Item pro hoc quia quantumcunque renunciat, facit sub spe numerationis: quod secus est cum Velleiano vel aliis exceptionibus renunciatur. Item idem dicas post biennium, vt exceptio doli habeat locum Item pro hoc, quia datur condictio sine causa ad cautionem vsque ad xxx.an. *ut j.eod.l.si quasi.* ergo multo magis exceptio: *ut ff. de superfic.l.j.§ quod autem ait.* Item ad duo tenetur creditor intra biennium, scilicet ad liberandum, & ad restituendum chirographum. non ergo temporis cursu liberatur: *ut ff.de actio.& oblig.l.obligationum fere.§.placet.* 2 Alij vt Azo, dicunt ex toto præiudicare: *ut ff.de pact.l iurisgentium. §.ait prætor. & §.sed & si quis.* & quod dicitur de condictione, dicunt eam dari post biennium, quasi iam numeratum sit. ¶Item quo modo compellitur creditor probare, imò qui excipit: *ut ff.de proba.l.in exceptionibus?* Sed dic hic quòd qui excipit, nil [i] ponit, sed positum negat, vnde non probat: *ut j de proba.l.actor. in fin.* quod non est in aliis exceptionibus regulariter.

a ¶*Sequetur.* quid addit hæc l. primæ huius titu? Respond. hæc dicit de exceptione doli, illa non. Item ibi hypothecaria agebatur: hic condictione certi.

CVm fidem.] CASVS. Confessus eras te recepisse x. mutuo à Titio: non tibi tamen numerauit: v. ei soluisti. aut in non solutis exceptionem non nume. pecu. & in solutis repetitionem habeas, quæritur? Respon. quòd non: imò si errasti, onus probandi tibi incumbit: *ut ff de proba.l.cum de indebito.in prin.*

b ¶*Deferre.* Sed nónne etiã condictio indebiti datur ei ad repetendum solutum, vt per totum titu.de condict.indebiti? Respon. sic. sed hic sciens soluit secundùm B vnde nec soluti habet repetitionem: *ut ff de condict.indebit.l.j.& de regu.iur.l.cuius.& suprà quod met.cau. l. y.& infrà ad leg. Falcid. authent.sed cum testator.* necnon soluti habet exceptionem: *ut hic.* Vel dic secundùm M.& Io. quòd errando soluit credens sibi numeratam, & sic præiudicat sibi in soluendo (melius staret in soluto) *ut hic,* scilicet vt onus probandi immineat, sicut & alias ex causa transfertus probandi onus: *ut ff.de proba.l.cum de indebito.in princ.* non autem in aliis præiudicat, sicut præiudicat supra *de pact l.si certi.* & hoc quando agnouit quod agnoscere non tenebatur. ¶ Sed econtra quid si quis non agnoscat quod agnoscere tenetur? Respond. in hoc casu loquitur authent. quam hic habes, contra qui propriam &c. quæ est de trien. & semis. §. *studium.colla.iy.*

pleto, absolutio sequetur [a].

Qui ex interuallo cautionis præteritæ debitum agnoscit, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. h.d.Bal. & Sal. Vel sic: Soluens scienter partem totius debiti confessati, non potest pro residuo opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.

IIII *Idem A.Bassiano.*

CVm fidem cautionis agnoscens, etiam solutioné portionis debiti vel vsurarum feceris: intelligis te de non numerata pecunia nimium tardè querelam deferre [b].

IN AVTHENTIC. DE trien. & semiss. §. studium vero. colla.iij. constit.v.

Qui propriam scripturam vel numeratio in ea contentam negat, reus actor vel curator, de mendacio conuictus, pœna hic inserta punitur: à qua releuatur, si delato ei iuramento fatetur. h.d.not.Bald. Vel sic. Leges huius titu. prouident ei qui confessus est se recepisse quod non recepit: vel quod asserit se non recepisse. Ista vero auth. prouidet contra eum qui econuerso negat se recepisse, quod vere recepit: vel negat scripturam factam manu propria, in qua continetur numeratio vel receptio. Pau.de Cast.

COntra [c] qui propriã [d] scripturam qua conuenitur [e], abnegat [f], vel numerationem [g] inficiatur: conuictus, in duplum [h] condemnetur, nisi sacramento [i] illato confiteatur [k]. tunc enim non punitur nisi in exponsas circa probationes factas, actoris iuramento [l] declaradas. At si post numerationis [m] inficiationem prætendat solutionem: omnino solidũ exigitur, nec prodest iam facta solutio [n]. Cõtra si actor literas [o] suas à reo prolatas abneget [p], eadẽ sit & pœnæ [q] & iurisiurandi

COntra.] CASVS. Lex Codicis dicit de ei qui agnouit fidẽ scripturæ: Authent. ponit contrarium, scilicet quòd debitor non agnoscit scripturam: sed negat dicens: Ego obligaui me Titio in instrumento in quo confessus sum me x. recepisse. Titius côuenit me ex illa propria scriptura mea: & ego nego illam, quæritur, verum sim puniendus? Respond. quòd si Titius probet me scripsisse, & pecuniam se numerasse per testes, aut per instrumẽtum, in duplum puniar: secus si mihi detulit iuramentũ & confiteor ipsum numerasse, & postea dico me soluisse: nõ prodest mihi solutio quam feci, sed debeo soluere totã quantitatẽ quam petit. Si vero creditor negat propriam scripturam, de soluta eadem pœna punitur, forma sacramenti præcedente: idem est si curator adulti negat scripturam in causa adulti: quia curator punitur, non adultus.

c ¶*Contra.* id est econtrario.

d ¶*Propriam.* id est propria manu [a] factam, negans se scripsisse ¶Sed quid si publicam aliquis adneget esse publicam? Respond non habet locum [b] hæc authen.

e ¶*Qua conuenitur.* id est ex qua obligatus est. secus si [c] sine ea sit obligatus: vt quia vere est numeratum ante: sed tantum ad probationem & in eius præiudicium producitur.

f ¶*Abnegat.* si scripturam & numerationem negat, obtinet quod hic dicit: idem si numerationem tantum in scriptura contentam dummodo obligatio literis sit contracta.

g ¶*Vel numerationem.* contentam in illa scilicet scriptura.

h ¶*In duplum.* actione ex eo contractu: & est pœna simpli si præcesserit numeratio. si non, est pœna dupli: *ut in corp.auth.*

i ¶*Sacramento illato.* à debitore actori: vel econtra ab actore reo, qui confitetur potius quàm iuret: sed non iurauit hic, cum probata sit numeratio.

k ¶*Confiteatur.* sic *ff de iureiur.l. eum qui.in prin.*

l ¶*Iuramento.* sic *supra de iudi.l properandum.§.y.*

m ¶*Numerationis.* propria scriptura contentæ. Vel dic etiam scripturæ.

n ¶*Facta solutio.* Sed cum sublata erat omnis obligatio solutione eius quod debetur: vt substitu. *quibus mod.toll.oblgat.in princip.* qua actione hic duplum vel simplum exigitur? Respond. certi condictione, vel prima vtili: quia fingitur non soluisse, propter mendacium. 2 Vel verius condictione ex hac lege. ¶Item nota crescere pœnam per inficiationem [d] vbi nil debetur: secus in lege Aquilia: *ut ff.de interrogat.actio.l.confessionibus.& ad leg. Aquilia.l.inde Neratius.§ fi.* 2 (Item not. propter inficiationem crescere condemnationem: *ut instit.de oblig.quæ ex quasi contractu. §.fin.& suprà ad l.Aquilia.l.contra negantem.* ¶ Item nota quem puniri de mendacio: [e] *ut ff.de rei vindi.l.pe. & infrà qui pot.in pig ha.authent.item possessor.in fin.* ¶Item quod dicit, omnino in solidum exigitur, id est tantundem. & sic habet duplum, cum vnum sit simplum ipsum debitum. 2 Vel dic exigi duplum præter ipsum debitum quod est ei solutum.

o ¶*Literas.* quibus continetur de solutione sibi facta, quæ dicitur apocha: *ut supra de fide instru.l.plures.*

p ¶*Abneget.* si scripturam & numerationem negat, obtinet quod hic dicit. idem si scripturam tantum. idem si numerationem scriptura contentam, dummodo obligatio literis sit contracta.

q ¶*Et pœnæ.* [f] id est vt careat petitis, & in tantundem de suo condemnetur.

a Scriptura priuata nil probat.
b Scriptura publica plene probat, nec potest excipi.
c Exceptio nõ numeratæ pecuniæ obiicitur aduersus priuatam debitoris scripturam, non aduersus scripturam alterius manuscriptã: obiicitur quoque aduersus scripturã quæ causam non continet. obiici etiam potest aduersus publicam scripturam in qua debitor dicitur confessus accepisse, at nõ dicitur accepisse. Imò et dicatur accepisse tribus vel pluribus testibus cõtrarium probari potest.
d Differunt ista duo, an debitor dicat se accepisse, an notarius scribat debitorem accepisse pecuniam.
e Instrumentũ publicum tribus vel pluribus testibus [illegible] potest.
f Renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ (vel doli) sibi non præiudicat, nisi in hoc vno, vt probare teneatur, pecuniam sibi non fuisse numeratam. vt hic [illegible] in totum sibi præiudicat. [illegible] hic in fine. Imò in nulla re omnino sibi præiudicat. vt Iacobus de Aretio tenuit, adeo vt etiam onus probandi in se non deriuet. de quo plura [illegible] Capequ. de duo parte s. quæst.14. [illegible] quæ scripsi in Gloss. [illegible] in verbo patre. [illegible]
g Idẽ dicitur [illegible] l. in contractibus 14 in verbis nullo modo.
h Dolus, nisi commissus, remitti non potest.
i Excipiens non probat, si nihil ponit, sed positum tãtum neget.

a Vel etiam manu tertiũ à debitore tamen factam. Bald.
b Nisi sit publicũ instrumentum debitoris. Bald.
c Scripturæ fiunt vel ad obligationẽ vel ad probationem. Priore casu qui negat suam scripturam, tenetur hac l. posteriore non tenetur. vt not Gl. Bartol. Nouella de Trien. & semiss. §. studium.
d Inficiatione pœna crescit, & condemnatio.
e Mendacium punitur.
f Negans punitur pluribus casibus in iure expressis, quo loco quæritur an requiratur dolus vel lata culpa, an verò sufficiat leuis, & quid si quis mẽtiatur circa actum non solennem & inualidum. v. Cottam in Memorali in verbo Mendax & in verbo Negans.

demnetur condictione ex hac l. nisi iuramentum sic delatum.

a ¶*Curatori.* sic ꝭ. *vnde vi. l. meminerint. & s. de iudi. l. properandum. §. fi.*

A*Duersus.*] CASVS. Si tu petis à me x. non ex causa mutui, sed sed ex alia causa præcedente, puta venditionis, tunc nõ debet inquiri, an tu numeraueris, an causa quæ præcessit, fuerit venditio vera, necne. Vel pone casum vt in glos. magna. Accursius.

forma: hac † pœna curatori[a] infligẽda, si de suis literis quæstionem referat in causa eius quem curat.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi obligationi primæ, quæ originem trahat aliunde, quam ex numeratione. h. d. secundum gl. vel secundum Pe. Exceptio quæ non congruit petitioni, non procedit. h. d. Bal. Vel sic: Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum quandocunque petitur pecunia vt mutuata: non si ex alia causa. h. d. secundum lect. Petri. Salyc.

v. *Imp.* ALEXAND. A. *Hausiano**.

ADuersus petitiones aduersarij si quid iuris habes: vti eo potes. Ignorare autem non debes, non numeratæ pecuniæ exceptionem ibi locum habere, vbi quasi[b] credita pecunia petitur[c]. Cum autem ex præcedẽte causa debiti[d] in chirographũ quantitas redigitur: non requiritur, an tunc cum cauebatur, numerata sit: sed an iusta causa debiti præcesserit[e].

Qui se pro alio constituit debitorem principaliter vel accessorie, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Bald. Vel sic: Suscipiens in se obligationem, non potest opponere exceptionem, non numeratæ pecuniæ.

vi. *Idem A. Iustino.*

FRustra opinaris exceptione non numeratæ pecuniæ te esse munitum, quando (vt fateris) in eius vicem, qui erat obligatus, substitueris te debitorem[f].

Obligatio chirographi non numeratæ pecuniæ condicitur. Bal. Vel sic Qui confessus est spe futuræ numerationis, & reddere promisit: potest intra biennium cõducere obligationem, si contra eum non agatur: & si agatur, sufficit quod obiiciat exceptionem non numeratæ pecuniæ. h. d. Pau. de Cast.

VII. *Iidem A. Iuliano & Anniano**.

SI quasi accepturi mutuam pecuniam aduersario cauistis[g], quæ numerata non est: per condictionem[h] obligationem repetere, etsi[i] actor non petat: vel exceptione non numeratæ pecuniæ aduersus agentem vti potestis.

Exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur ad heredem, nisi tempore sit sopita. hoc dicit Bald. & oppositio facta per defunctum, prodest heredi. Salyc.

VIII. *Iidem A. Materno.*

SI intra legibus definitum tempus[k], qui cautionem exposuit, nulla querimonia vsus defunctus est: residuum tempus eius heres habebit tã aduersus creditorẽ, quam aduersus eius heredem. Sin autem questus est, exceptio non numeratæ pecuniæ heredi & aduersus heredem eius perpetuo † competit. Sin vero legitimum tempus excessit, in querimoniam[l] creditore minimè deducto, omnino heres eius,[m] etiamsi pupillus[n] sit, debitum soluere compellitur.

Qui partem accepit, non tenetur ad solidum: sed duntaxat ad acceptum, dummodo accipiat tempore competenti. hoc dicit Bal. Vel sic: Si post cautionem factam ex causa futuræ numerationis, partem duntaxat quantitatis confessitæ receperit: creditori totum petenti potest exceptio obiici, si tempora competentia non sint elapsa. Salyc.

IX. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Zoilo.*

CVm vltra hoc quod accepit, te obligari neminem posse constet:[o]

b ¶*Quasi.* veritatis[a] expressiuum est.

c ¶*Pecunia petitur.* quia dicit creditor mutuatã: & ex ea causa petit, cũ mutuata nõ sit: & ideo ex ea causa peti nõ potest propter hanc exceptionem.

d ¶*Debiti.* puta venditionis vel pensionis.

e ¶*Præcesserit.* Dic quòd decem mihi debebas ex venditione. volui vt cõfitereris te recepisse ea decẽ à me ex causa mutui[b]: certè nõ requiritur modo an fuit numerata vel fortè debita ex causa præcedẽti vel nõ, vt hic: sed benè inquiritur an hæc secunda confessio fuerit stipulatione vallata, vt sic ex ea agi possit: an non, & sic nõ possit: *vt s. si certum peta. l. si non singuli. & l. si ex precio. quæ sunt contra. & ꝭ. de duobus reis l. ij.* Tria enim sunt subaudienda. præsens numeratio. (& hęc non probatur.) 2 Præcedẽs causa debiti: (hęc sic inquiritur, vt hic) solennitas cautionis. & hæc sic vt in contractis: & ita loquitur vel quęritur de obligatione secunda. hic non quæritur de causa debiti, pręcesserit vel non. 2 ¶Vel dic secundum M. quòd hic erat parata pecunia ad soluendum, ibi non. 3 ¶Vel hic fuit confessus debitum præcedens se debere ex causa locationis vel emptionis, & sic alia quàm mutui: quare incontinenti sibi præiudicat: *vt ꝭ. e. l. generaliter.* Ibi ex causa mutui, quòd ex alia debebatur. 4 ¶Vel secũdum Irn. hic chirographum fuit ad probationem factum, non ad obligationem vt ex eo agatur: sed vt præcedens debitum possit probari. ibi verò fiebat chirographum ad obligationem, vt ex eo agatur. ¶Item quis hanc pręcedentem causam probat? Respon. secundum Irn. præsumitur pro actore propter hanc cautionem ex l. ꝭ. *eo generaliter.* & probat reus non intercessisse: vt habes in exemplo. *s. de postulan. l. iij.*

F*Rustra.*] CASVS. Titius confessus erat se recepisse x. à Sempronio ex causa mutui: dato quodam substituto pro se debitore, puta Seio. non numerauit Sempronio pecuniam: an Seio detur exceptio non nume. pecu. si conueniatur? Resp. quòd non. sed dic verius quòd interuenit numeratio.

f ¶*Debitorem.* secus si nec illi erat numeratum: *vt ꝭ. eod. l. tam mandatori.*

S*I quasi.*] CASVS. Confessus fui me recepisse à te decem mutuo. non recepi, quia non numerasti: qualiter mihi succurratur quæritur? Resp. quòd condicam scripturam in qua confessus fui per condict. sine causa: vel te agente excipiam de non numerata pecunia.

g ¶*Cauistis.* id est reddere promisistis. s. pecuniam quam &c.

h ¶*Per condictionem.* scilicet sine causa: *vt ff. de condict. sine cau. l. qui sine & s. de condict. indeb. l. cum & soluta. & condic. ex lege. l. fi. & ꝭ. de fideius. l. si indebitam. & de solu. l. fi.*

i ¶*Etsi.* id est quamuis.

S*I iam.*] CASVS. Si is cui competit exceptio non nume. pecu. intra biennium decessit, residuum tempus quod superfuerit defuncto, dabitur heredi. & hoc in prima. Si verò intra biennium contestatus fuerit litem, perpetuabitur & perpetuo heredi dabit. & hoc in secũda. Si vero post biẽnium decesserit, nec intra illud tempus eam opposuerit, heredi etiã pupillo non dabitur.

k ¶*Tempus.* olim quinque an. hodie bienniũ: *vt instit. eodem. §. multum.*

l ¶*Querimoniam.* vel[a] corãm vicinis, vel in domo propria secundum Ia. Sed Io. dicit debere fieri in scriptis ad domũ creditoris, vel in iudicio ad[b] similitudinẽ querelæ non numeratę dotis: & tunc perpetuã[c] ad heredes transmittit: *vt ꝭ. prox. respon. & ꝭ. eodem. l. in contractib. §. in omni. & authent. hanc autem.*

m ¶*Heres eius.* Sed ex quo tẽpore currit contra heredem[d]? Resp. si est minor, completa ætate sua: (licet quidam dixerint stati.) si maior est, statim ab adita hereditate secundum P. *vt s. de temp. in integ. resti. l. ea quæ in fin.* & hic innuit quod vltimum, scilicet de maiore, non placet: quia illud in inchoãda, secus in complẽda: quæ statim currit: *vt ibi diximus per l. ff. de in diem addict. l. si prædio.*

m ¶*Heres eius.* *vt ff. in quibus cau. mi. non re. l. vltra.* sed intellige quia bienniũ patris elapsum erat. 2 Vel distingue, vtrum suo nomine, vel alterius. si non suo, non currit: *vt ꝭ. eod. l. contra si alieno, benè currit.*

n ¶*Etiam si pupillus.* currit ergo pupillo[e] hæc præscriptio biennalis. & sic est contra. *s. in quibus cau. in integr. restit. non est ne. l. fina.* Solu. hic totum biennium cucurrit contra defunctum: vt hic apertè dicit. 2 Vel dic secundum quosdam licet non cucurrisset, idem cum descendat ex parte defuncti: *vt ff. de min. l. Aemilius.* 3 Vel solue vt ibi. ¶Item not. priuilegiatum[f] succedentem non priuilegio, non habere priuilegium: *vt s. de here de. act. l. sub prætextu. & ꝭ. de his quib. vt indig. l. Polla.*

C*Vm vltra hoc.*] CASVS. Confessus fui me recepisse à te decem mutuo in instrumẽto, nec recepi nisi quinq. quia alia quinq; mihi non numerasti: & stipulatus es tota decẽ tibi reddi: qualiter mihi succurritur, quæritur? Respon. quòd agente te habeo act. in factum, si nondum biennium excesserit: vel si intra illud tempus protestatus fuerim pecuniam numeratam mihi non fuisse, non obligabor vltra quinq; quæ numerasti.

o ¶*Constet.* *vt ff. de pact. l. si tibi. in princ. & ff. si cer. peta. l. rogasti. §. j. & supra eodem. l. minorem.* ¶Sed opponitur de duobus reis. nam ad vtrunque non peruenit in solidum dominium pecuniæ: *vt ff. commo. l. si vt certo. §. fi. & de castren. pecu. l. hereditate. §. si pater.* & tamen tenentur in solidum. Resp. non re, sed verbis. 2 Vel intellige hic:

a Quasi particula veritatis expressiua.

b Probare cogitur causam præcessisse is cui cauetur pecunia tanquam ex mutuo, cum fuerit ei debita ex alio contractu.

* Augustino.

* al. Antiano. al. Anoniano. al. Damiano.

a Protestatio veritatis quẽadmodũ fiat.

b Dotis nõ numeratæ protestatio quẽadmodũ fiat.

c Exceptiones pecuniæ & dotis non numeratæ ad heredes quemadmodum trãsmittuntur.

d Exceptio nõ numeratæ pecuniæ ex quo tẽpore currat contra heredem minorẽ vel maiorem.

† perpetua.

e Exceptio biennalis nõ numeratæ pecuniæ currit pupillo.

f Priuilegiatus succedens nõ priuilegiato, nõ habet priuilegium.

accepit, ipse vel alius pro eo, sicut fit in dictis duobus reis: quia autem non obligatur vltra, nec vltra excipitur. sed si obligetur, vt quia fuit stipulatus creditor, opus est exceptione. & hoc subiicit secundum quosdam.

a ¶*In factum.* quæ per[a] interpretationem inducta est ad similitudinem non numeratæ pecuniæ: vt *instit. de except. in princip.* Vel dicitur in factum quando est habenda ratio personæ: *vt ff. de except. doli. l. apud §. aduersus.* 3 Vel dic quod species hic promissa fuerat, non quantitas. 4 Vel dic quòd eadem est hæc exceptio, & exceptio non numeratæ pecuniæ secundum Ias. 5 Vel verius vbi sine stipulatione, habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ. Vbi verò cum stipulatione: hæc in factū locum habet.

a Exceptio propriè sumpta, non numeratæ pecuniæ datur adversus cautionem scriptam in qua plus numeratū continetur, quàm reipsa numeratum sit. Im propriè verò aut posita per interpretationem inducta ea dicitur quæ opponitur nō scripturæ sed cautioni verbis tantum conceptæ.

b ¶*In testando.* id[b] est protestando: *vt s. l. proxi. dixi.*

b Testari pro protestari.

& si stipulatione interposita, placita creditor non dederit: in factum[a] esse dandam exceptionem conuenit, si necdum tēpus intra quod huius rei querela deferri debet, transiit: vel si intra, hoc in testando[b] iuri paritum sit: nihil vltra hoc quod accepisti, sortis à te nomine [aditus rector vel] præses prouinciæ exigi patietur.

Exceptio negatiua non requirit probationem. secus in affirmatiua. h. d. Bal. vel sic: Exceptio solutionis debiti etiam vltra biēnium poterit opponi, & affirmanti non neganti incumbit onus probandi. Salyc.

x. *Iidem AA. Mercatio*[*].

* Marciano.

Adseueratio]c a s v s. Si affirmo me soluisse pecuniam quam mutuasti, vsque ad triginta annos probare possum me soluisse. si dico mihi non numeratā pecuniam, vltra bienniū non potero opponere exceptionē non numera. pecu. & hic casus nō est cōtrarius superiori. in priori casu affirmo: & ideo incūbit mihi probatio. in alio nego: vnde non mihi, sed creditori incūbit probatio.

c ¶*Contendentis.* debitoris.

d ¶*Non excluditur.* vt *ff. de except. doli. l. pure. §. fi.*

e ¶*Obloquitur.* i. contra loquitur: vel contradicit.

f ¶*Euanescat.* quia pro eo vnum, vt scilicet nō probet: & contra eum fit aliud. scilicet vt biēnio duret tantū. Accur.

g ¶*Cum inter eum.* s. magna sit &c. vt in fine.

ADseueratio debitum solutum cōtendentis[c], temporis diuturnitate nō excluditur:[d] nec huic obloquitur,[e] quod exceptio non numeratæ pecuniæ certa die non delata querela prius euanescat[f] cū inter eum[g] qui factum adseuerans onus subiit[h] probationis, & negantem numerationem, (cuius naturali ratione probatio nulla est, [i] & ob hoc ad petitorem eius rei necessitatem transferentē, magna sit differentia.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi contra trāsactionē. Bal. Vel sic: Petenti ex transactione, non obiicitur exceptio non numeratæ pecuniæ. Salicetus.

xi. *Iidem AA. Eutychiano.*

h ¶*Subiit.* vt *s. de proba. l. j.*[e]

i ¶*Nulla est.* vt *s. de proba. l. actor.* similes quidem sunt: quia vterque negat se debere. sed differunt: quia alter factum negat, alter adseurit. secundum Irn.

e Facta non præsumuntur: ad quod etiam allegari solet l. in bello. §. facta. vide tamen quomodo hoc ibi probatur.

SI transactionis.]c a s v s. Petebas à me decem: reuocatum erat in dubium an tenerer. transegi, & quinque stipulanti promisi. si conuenias me, an possim obiicere excep. non num. pecu. quæritur? Respond. quòd non: quia ex quo promisisti per stipulationem, ex causa transactionis illa quinque debentur, intercesserit numeratio vel non.

k ¶*Non potes.* quia subest causa hoc ipso quòd à lite disceditur: *vt s. de transact. l. ij. & ff. de condic. inde. l. in summa. circa prin.*

TAm mandatori.]c a s v s. Mandasti mihi vt mutuarem Titio decem: Titius confessus est in instrumento se decem recepisse, cum tamen non receperit, quia non numeraui: & pro eo Seius fideiussit. an tibi sicut ei detur excep. non nume. pec. quæritur. Respon. quòd sic, & etiam eius fideiussori.

l ¶*Competit.* Inuito etiam reo principali sicut in aliis, dummodo rei cohæreant, non personæ: *vt ff. de fideiuss. l. ex persona. & l. si stipulatus esses. & ff. de pac. l. fin. & ff. de except. l. omnes exceptiones. & infra eod. l. penult.* Sed ex cuius persona? Respon. debitoris. Item nunquid post biennium? Respon. non. Item nunquid numeratio postea facta facit vt fideiussori exceptio auferatur? Videtur quòd non. *vt ff. de pact. l. final.* Sed dico contra: quia fingitur non competiisse exceptionem numeratione facta. Item nunquid hoc dices si etiam iam opposuit exceptionem fideiussor? Respond. vtique.

d Exceptiones reo competētes, an & quæ competant fideiussoribus.

Sed nonne licuit reuocare mandatum vel renunciare? Respondetur, Aliud est reuocare siue renunciare mandatum: & aliud hic exceptionem opponere.

GEneraliter.]c a s v s. Debeo tibi decem ex causa legati vel venditionis, vel alia, non curo: nec intercessit scriptura. vel intercessit: & in illa confessus sum me tibi debere decem. si conuenias me, & instrumētum ostendas mihi: an habeas necesse probare ex qua causa promisi tibi decē quæritur? Dicitur quod non. satis enim est si ostendas instrumentum prioris cōfessionis. vnde cōpellendus sum ad solutionem, nisi probē quod verum non fuit quòd erā cōfessus. verbi gratia, Si cōfessus sum me tibi debere. x. ex causa legati, & per falsum instrumentū, & testamētum in quo tibi legatū dicis, verū vel validū nō est: non teneor tibi soluere. aliàs sic: quia absurdū esset venire cōtra confessionem propriā.

† v. Romanum singulari 619.

SI trāsactionis causa dare Palladio[*] pecuniam stipulanti spopondisti, exceptione nō numeratæ pecuniæ defendi non potes[k].

Exceptio competens reo competit cuilibet intercedenti pro reo † h. d. Baldus & Salycetus.

xii. *Iidem AA. Seueriano.*

TAm mandatori, quàm fideiussori non numeratæ pecuniæ exceptio, exemplo rei principalis competit[l].

Ista. l. est solennis. Confessio debiti ex alia causa quàm mutui vel dotis, est efficax ad probandum: recipit tamen probatione in contrarium. si verò non probetur, stare debet sua confessioni. Et si facta est in scriptis seu cum scriptura publica vel priuata, nō potest probari directo contrarium nisi per aliam scripturam ei cōtrariam. h. d. ista lex magistralis. Pau. de Cast.

xiii. *Imp. Iustinus A. Theodoro. PP.*

GEneraliter sancimus, vt si quid scriptis[m] cautum fuerit pro quibuscunque pecuniis ex antecedente causa descendētibus[n], cámque[o] causam specialiter promissor edixerit: non iam ei licentia sit causæ probationem † stipulatorem exigere, cum suis cōfessionibus acquiescere debeat[*], nisi certe ipse è contrario per apertissima rerum argumenta scriptis[p] inserta, religionem[q] iudicis possit instruere, quòd in alium quen-

m ¶*Scriptis.* Quid si[a] sine scriptis fiat huiusmodi cōfessio? Quidam dicunt quod non habet locū hæc l. Sed secundū Ioan. sic: quia in fi. dicit, indignū est &c. Sed an tunc poterit probare cōtrarium per testes. Respo. sic. *argum. ff. de reg. iur. l. nihil tam.*

a Confessio facta etiā non scripta nemo in præiudiciū aduersarij retractare potest: licet tamen testibus contrarium probet.

† al. PV.

n ¶*Descendentibus.* vt ex venditione vel locatione, vel etiam ex maleficio.

o ¶*Cámque.* s. venditionis, vel etiam ex maleficio, vt dixi: & sic alia quàm mutui, quia tunc biēnium expectaretur: *vt infra l. proxi.* vel dotis: quia tunc tempora seruantur quæ habes infra *de dote cauta nō nume. l. fi. & authen. ibi posita.* Item not. causam[b] exprimi. si enim nulla exprimeretur, cautio non valeret: *vt ff. de proba. l. cū de indebito. §. j. & ff. de dona. l. nuda ratio.* Sed an stipulatio[c] valeat sine causa? Potest dici quòd sic secundum quosdam: sed nisi causa probetur[d], reus absoluitur: *vt ff. de do. exce. l. ij. §. j.*

† probationes.

* aliàs, cum suis acquiescere dictis debeat.

b Causam non habens cautio non valet.

c Promissio sine causa nō valet, stipulatione vallata, nisi appareat animo donandi factam fuisse, adde s. contra de fide instrument.

p ¶*Scriptu.* non testibus. & sic contra. *s. de fid. instru. l. in exercendis.* Sol. hic speciale: vt & aliàs. *s. si minor se ma. dix. l. ij. in fin.* Alij dicunt etiam per testes, quod non placet[e]. Item an per contrariam scripturam tollatur talis obligatio literarum: puta scribo illum non debere, vel nō scripsisse? Puto sic[f] per regulam iuris. *vt ff. de reg. iur. l. nihil tam.* Item an etiam vltra biennium admittitur? Rñ. sic secūdum quosdam *vt s. e. l. adseueratio.* & est etiam secundum Pil. ratio, quia statim tenetur, nisi contra probetur. Item hoc fallit in casibus vbi non potest probari contrarium. Primus est. *j. arbi. tut. l. fi.* licet ibi erat priuata scriptura: vel fauore pupillorum. Item in alio fallit: *vt s. tit. j. l. antiqua. §. j.* Sed ibi receditur à iure[g] speciali, quod est facilius quàm à iure communi: *vt hic.* Item quid si creditor cōfitetur sibi solutum ex alia causa quàm mutui? an statim sibi præiudicet: an demum post triginta dies? *vt j. l. proxi. §. super?* Et videtur post xxx. dies, cum hic adserat causam confessionis: creditor non, sed potest dici secundum alios idem in liberatione quod in obligatione, vt statim præiudicet. prima placet. A d d i t i o. Intelligas hanc l. dicētem debere probari per scripturam aliam &c. procedere eo casu quo quis confitetur instrumentum esse verum: & causam in eo appositam fuisse de partium voluntate appositam: secus si dicit eam non esse veram. Ita limitat hanc l. Imo. *in c. cum contingat. extra de iureiur. in xlvj. charta.*

d Præsumitur error potius quàm donatio vt hinc col. ligit Grammaticus decis. 68.

e v. in hanc rem *l. infra. ead. tit.* ca. 7 probat. 42.

f Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit post biennium opponi.

g Specialeius facilius tollitur, quàm commune.

h Fides iudicis facienda.

i Dic quòd quando ista probatio fit per testes, debet fieri pro vtraque parte secundum Alberi.

q ¶*Religione.* not. fidem[h] iudicis faciendam[i]: *vt diximus. s. de edendo.* l. procurator

a Confessione verum quis obligetur an nō & quę actio in de competat. v. Glo. l. sed si §. ui ff. de minor. Rom. fu gal. & adde Gl. fumem in l. ff. de usurr. ad.

l. procurator. ¶Et hoc vt plenè scias, dic cum quis confitetur^a extra ius, aut pro se, vt alium sibi debere, & tunc non valet: *vt s. de proba. l. exemplo.* aut contra se, & tunc vel ad liberandū & sic post xxx. dies sibi præiudicat, non prius, nisi in casibus: *vt j. l. proxi § super. & §. ij.* Aut se alij obligando: quo casu subdistingue: quia aut certam causam nō adiicit, & non valet: *vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. fin.* vel adiicit certam: & tunc vel numerationis, vt mutui, vel aliam. si numerationis competit exceptio debitori intra biennium: & nisi creditor probet, cadit à causa: post biennium verò non auditur: *vt j. l. proxi. in princ.* quia biennium pro numeratione est: & secundum quosdā obligatio post biennium efficitur naturalis & ciuilis, quæ erat antè tantùm ciuilis. sed secūdum^b nos etiam post biennium ciuilis tantū, sed tamen effectum habet naturalis, vt in ea quæ prouenit ex sententia: *vt s. de re cre. l. altori. & ff. de condic. indeb. l. Iulianus.* Item secundum Iaco. & nos etiam post biennium admittitur debitor ad probandū: *vt diximus in simili casu. s. eod. l. si ex cautione.* sin autem alia est causa quàm numerationis, putà venditionis, tunc serua. l. ist. ¶Idē in dote serua. j. *de dote cauta. l. fin. & authent. ibi posita.* ¶Item not. quod licet hic dicatur literarum obligatio: non tamen sola^c scriptura non obligat, sed necessaria est ratio intellectualis obligandi. & sic dicit lex. *ff. de act. & obli. l. non figura.* non autem per locum vel causa doctrinæ dicendo obligatur: *vt in eo. titu. l. obligationum substantia. §. fi.* ¶Item not. quòd licet quis scriba se debere alicui non^d inserta causa, non obligatur: non enim plus facit scriptura quàm faceret stipulatio. Vnde sic dicendo: debeo tibi x. non obligatur quis alij. at cum scribat confiteri se accepisse mutuam pecuniam, obligatio oritur ciuilis: sed exceptio opponitur intra biennium, nisi contrarium probetur: *vt infr. eo. §. j.*

† Confessione nemo retractare potest quod Michlius singulari in locū habere etiam, putat in confessione non tantū ore proprio facta, sed præsumpta pu ta ex contumacia, vt si statutum dicat, contumacem haberi pro confesso &c.

b Ex chirographo post biennium ciuilis tantū oritur obligatio, quæ tamen effectū habet naturalis obligatio nis.

c Sola scriptura nō obligat. & cur.

d Sine causa nemo obligatur.

quam^a modum, & non in eum quem cautio perhibet, negocium subsecutū sit. Nimis enim indignū esse iudicamus, quod † sua quisq; voce dilucide protestatus est id in eundem casum infirmare, testimonioq; proprio resistere.

† *Hæc l. est solennis & no. & legā eā per partes: & hoc intendit: Querela non numeratæ pecu. est intra biennium continuum proponenda: quo elapso introduci non potest nisi ætatis vel absentia beneficio. h. d. vsque ad § sed quoniam. Bald.*

XIIII. Imp. IVSTINIA. A. Menna P.P.

IN contractibus in quibus pecuniæ vel aliæ res^c numeratæ vel datæ esse conscribuntur^d, non intra quinquēnium, (quod antea constitutum erat) non numeratæ pecuniæ exceptionem obiicere possit, qui accepisse pecunias vel alias res scriptus sit, vel successor eius: sed intra solū biennium continuum^d: vt eo elapso, nullo modo^f querela non numeratæ pecuniæ introduci

a ¶*Quenquam.* vt puta quia non fuit vera venditio, sed donatio: tamen placuit eis aliqua de causa vt comprehenderetur in scriptis vt venditio: vel fortè cum Titius emeret, placuit aliqua de causa Seium in chirographo poni: quo probato, præualet veritas. *vt hic, & s. plus vale. quod agitur. l. j. & ij. & l. si quis.*

a ¶*Ind gnum.* vt supra de rebus cre. l. si quis iusiurandum. & ff. de donat. l. quidam. in fin. j. respon. ¶Sed argu. contra. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ¶Quid autem fit si huiusmodi confessio fiat in vltima^e voluntate, distingue. aut dicit testator, lego tibi decem quæ debeo, & es non capax. & sic omnino non valet: quia in fraudem dictum videtur: *vt ff. de proba. l. qui testamentum.* si verò capere potest, & iuro: valet, etiam si nil debeo: *vt ff. de lega. ij. l. cum quis. §. codicillis.* si non iuraui, sed quantitatem exprimo, adhuc valet vt fideicommissum: tamen non valet vt debitum, cum nil debeatur: *vt infra de fal. cau. adiect. l. j. & ij. & ff de lega. ij. l. Lucius Titius. ij. §. quisquis ij.* secus si non exprimo, sed dico quod debeo lego tibi, & nil debeo: quia non valet: *vt ff. de lib. leg. l. legaui. §. contra. & de lega. j. l. si sic. §. j.* Si autem econtra dixi, confiteor mihi solutum, vel dixi, talis soluit mihi, & ideo ab eo peti nolo: videor velle remittere. *j. de fal. causa ad . lega. l. j.*

e Cōfessio testatoris confitentis se canni ex alteriusbo nis aut vsucu habuisse, verò si cōualescat, ex sua confessione testamentatis possit cōueniri. adde Bart. in l. cum quidecedens § Cod. illu versi hoc fateatur quæstionem. de verb. obl. Sa cinum regula 63. vbi quæritur An confessio absente parte facta præiudicet, aut plenè probet. Lega tum an valeat si testator di xit, lego tibi x. quę debeo.

IN contractibus.] CASVS. Olim poterat opponi exceptio non nume. pecu. vsq; ad v. annos: hodie vsq; ad biennium. sed si minor non opponit, potest iuuari per restitutionem in integrum. & ista sunt vera & locum habent in debitore. & hoc in prima. Si verò sit depositarius qui confitetur res penes se esse depositas: statim sibi præiudicat. Vel dic & melius loqui in depositore, qui cōfitetur sibi restitutas res depositas: qui statim sibi præiudicat. idem est & in procuratore fisci, qui confitetur sibi esse solutas publicas functiones vel tributa. idem est in marito qui primo confessus fuit sibi solutam dotem, demum secundo confessus est vxorem sibi soluisse: quia non poterit obiicere exceptionem non solutæ dotis: sed statim sibi præiudicat. Si verò sit creditor, qui confitetur sibi solutum debitum, vel in partem vel in solidum: si reddidit instrumētum debitori, vel promisit reddere, non præiudicat sibi statim: sed post lapsum xxx. dierum, intra quos poterit opponere exce. non solutæ pecuniæ. & hoc in tertia. An autem creditor si velit deferre iuramentum debitori post xxx. dies, vt iuret se soluisse, sit audiēdus, quæritur: Dicitur q nō, & hoc in quarta. Qualiter autē is cui competit exceptio nō nume. pecu. debet eā opponere, quæritur. Resp. q corā testibus debet dicere non fuisse numeratā: & tunc si præsens est aduersarius, vocabitur. si nō est præsens, opponet eam corā iudice. si verò præsens nō sit aduersarius, nec ipse iudex: tūc apud alios iudices est opponenda. sed si nō sit alius iudex, tunc coram episcopo. & hoc in quinta. Prędicta vera sunt similiter & in dote non numerata: scilicet quod p talē protestationem huiusmodi exceptionē nume. dotis perpetuatur. & hoc in sexta.

possit: his^g scilicet qui propter aliquas causas specialiter legibus expressas etiā elapso quinquennio in præteritis temporibus adiuuabantur, etiam in posterū (licet biennium pro quinquennio statutum est) eodem auxilio potituris^h.

Hæc est secunda pars in qua ponuntur tres casus in quibus cessat exceptio non numera. pecu. Primo quando cautio fit ex causa depositi. quod intelligo dummodo non sit facta fraus de contractu ad cōtractum: videlicet si cum tacitè ageretur quod esset mutuum, fuit appositum nomen depositi. Secundo quando publicus officialis confitetur se recepisse public. as functiones. Tertio, quando dotem retro promissam maritus confitetur retro se recepisse, secundum Pe. sed glo. intelligit, & melius, quando fuit gemina confessio: in litera tamen hoc non exprimitur. h. d. secundum Bald.

Sed quoniam securitatibus^i & instrumentis depositarū^k rerum vel pecuniarū talem exceptio-

c ¶*Aliæ res.* quę consistunt in numero, pondere, vel mensura. hoc enim biennium in mutuo tantum sibi vindicat locum, non aliter: *s. l. proxi dixi.* ¶Item hoc intellige quando fit spe futuræ numerationis: alioquin non quæro de non numerata, cum nec actum sit de numerando: *vt s. eo l. aduersus.* licet videatur contra. *s. postu l. si sub specie. & si cer. pet. l. si non singuli.* sed in prima subaudi, maximè, secundùm G. vt ibi dixi, & in illa si non singuli, sperabat mutuari.

d ¶*Conscribuntur.* Sed si hoc est ita scriptum, s. pecuniam numeratam: ergo ita est: *vt in auth de fi. instr. §. si vero moriantur. col. vj.* Resp. hic erat priuatū instrumentum quod non probat: *vt s. de proba. l. instrumenta.* Vel si publicum est, expone numeratæ vel datę. i. confessio de numeratione vel datione conscripta est. Item per verba futuri temporis cauet se redditurum. nā per verba præteriti tēporis tantum non contrahitur obligatio literis, sicut nec stipulatio: *vt ff. de verb. obl. l. v. § stipulatio.* secundum Io. Alij dicunt hic contrahi etiam per verba præsentis temporis: *vt insti. e. §. planè.*

e ¶*Continuum*^a. quo elapso in simplum tenetur: nisi abneget propriam scripturam. secus si abnegauit propriam scripturam vel numerationem in ea contentam: tunc enim in duplum: *vt s. eo. auth. contra qui propriam.*

f ¶*Nullo modo* nec si vellet probare non numeratam pecuniam secundum quosdam: *vt j. eo. § illo.* sed l. contra. ¶Quid^b autem si creditor benè confiteatur se non numerasse? Dicam iudicem debere absoluere cum debeat stare confessioni^c creditoris contra se. sed H. est contra^d. Item pone post biennium pecuniam creditorem numerasse. Dic tunc id agi, vt ex sola scriptura obligatio teneat, & magis implendæ prioris obligationis gratia numeratio est intelligenda fieri: *vt ff. de nouatio. l. cum enim.* ¶Item quid si renūciauit^e exceptioni non numeratæ pecuniæ: an potest nihilo minus opponere exceptionem doli, vel in factum, vel condictionem sine causa. Dicunt Ioan. & Azo & H. non. Sed alij^f contra? vt dixi *s. l. si ex caut. one.*

g ¶*His.* scilicet hominibus.

h ¶*Potituris.* quales sunt minores, & absentes ex iusta causa. quia vt minores hodie ipso iure iuuantur: *vt s. in quibus cau. in integr. resti. non est necess. l. fi.*

i ¶*Sed quoniam securitatibus.* id est instrumentis in quibus creditores scribunt se accepisse debitum id est apochis.

k ¶*Depositarum.* cum hæc lex non distinguat, an loquatur in de-

a Contra Gl. & ca. si tamen fuper verba cōfessione contra de fi instr.

b Probationē per legē prohibita, non intelligitur prohibita probatio per confessionem aduersarij. Bald. hic Innocens c. ... de imm. eccl. Nicol. de Mil. in repert. aure in verbo probatio.

c Confessioni creditoris statur aduersus ipsum creditorem.

d H. male. Cy. & Ang.

e Renuncians an possit exceptioni pecuniæ non numeratæ.

f Dic quòd si fiat in eodem instrumento, nō valet renūciatio, secus si in diuersis: quia tunc valet. & non poterit opponi hæc exceptio.

g Absentes ex iusta causa vt minores ipso iure iuuantur.

ponẽte vel depoſitario. nec ego diſtinguo. nam ſiue depoſitarius ſcribat, ſtatim ſibi præiudicat: *vt & ſ̄ l. proxi.* ſiue deponens ſe accepiſſe, & tunc ſtatim ſibi præiudicat: vt hic. Sed in depoſitatio videtur quòd hodie ſint teſtes tres neceſſarij, qui ſubſcribant huiuſmodi inſtrumento: *vt in auth. de fide instru. §. j. col. vj.* Sed ibi loquitur quando contractus ſit in ſcriptis vel ibi non conſtabat ſcripturá depoſitarij eſſe. & ideo tres exiguntur. 2 Vel ibi erat priuata. hic publica. 3 Vel ibi vt ex ea fiat cõparatio ad aliam improbandam.

nem opponere litigatores[a] conantur, iuſtum eſſe perſpeximus† huiuſmodi poteſtatem in certis quidem caſibus prorſus amputare, in aliis verò breui tempore[b] concludere. Ideóque ſancimus* inſtrumento quidem depoſitionis[c] certarum rerum vel certæ pecuniæ, ſecuritatibuſq; publicarum functionum[d], ſiue in ſolidum ſiue ex parte ſolutæ eſſe conſcribantur, illis etiam ſecuritatibus quę poſt confectionem dotalium inſtrumẽtorum de ſoluta dote ex parte vel in ſolidum exponuntur[e], nullam exceptionẽ non numeratæ pecuniæ penitus[f] opponi.

Tertia pars. Contra confeßionem ad liberandum prætextu numerationis emanantem, nec non contra promißionem reddendi instrumenti cãcellati admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ. intra xxx. dies tantum. Bald.

Super cæteris verò ſecuritatibus[g] quę ſuper priuatis debitis à creditore conſcribuntur partem debiti ſortis vel vſurarum nomine ſolutam eſſe ſignificãtes, vel adhuc fœneratitia cautione apud creditorem manente. ſolidi tamen debiti ſolutionem factam eſſe demonſtrantes[h], vel etiam futuram eſſe redhibitionem inſtrumenti fœneratitij promittentes[i], vel ſi qua alterius cuiuſcunq; contractus gratia, in quo† numeratio pecuniarum, vel datio certarum ſpecierum ſcripta eſt, ſecuta ſimiliter data ſit, depenſas eſſe pecunias, vel alias res, vel partem earum ſignificantes: intra triginta tantummodo dies[o] poſt huiuſmodi ſecuritatis expoſitionem[l] connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ poſſe obiici: vt ſi hi tranſacti fuerint, eadem ſecuritas à iudicantibus omnib. modis admittatur: nec ei liceat[m] qui ſecuritatem expoſuit, poſt exceſſum memoratorum triginta dierum non eſſe ſibi ſolutas pecunias vel alias res dicere.

a ¶*Litigatores.* ſcilicet contradictores.
b ¶*Breui tempore.* ſ. triginta[b] dierum: *vt j. §. proxi.* aliàs dicitur aliter modicum tempus. *vt ff. de iudi. l. ſi debitori.*
c ¶*Depoſitionis.* accepte.
d ¶*Functionum.* vt ſi procurator fiſci vel adminiſtrator publicas fũctiones ſolutas fatetur in totũ vel in partem: *vt ſ̄. de apoch. pu. l. ſi. lib. x.*
e ¶*Exponuntur.* à viro confitente dotem ſibi ſolutam, quæ non eſt.
f ¶*Penitus.* nec illã quæ concluditur biennio, vel aliã. ¶Sed eſt contra. *j. e. l. § fin. in fin.* Solu. hic ſunt duæ[c] cõfeſſiones, quæ valẽt plus quã vna: *vt & ſ̄. de plus peti. l. j. & ſ̄. tit. j. ſi mulier. ij.* ſed in l. contraria, vna tantum. 2 Vel hic propria manu ſcripſit inſtrumẽtũ, ibi non. 3 Vel hic loquitur cũ maritus ſcripſit ſibi ſolutam dotem. ibi, cùm mulier ſcripſit ſibi redditã ſoluto matrimonio. ¶Itẽ not. hîc tres caſus vbi cõfeſſio[d] de recepto ſtatim præiudicat. Eſt & quartus: vt ſi procurator fiſci cõfitetur pretia rerũ venditarum ſe recepiſſe: *vt j. de quadrienn. præſcript. l. omnes. § fi.* ſ. ne quis grauetur bis ſoluendo fiſco. Eſt & quintus. *ſ̄. tit. j. l. antiquæ. in princip.* ¶Sed quid ſi procurator fiſci, qui ſic fuit confeſſus, non eſt ſoluendo fiſco. an in debitorem actio dabitur fiſco? Reſpond. ſic: *vt infra de can. fru. l. j. lib. xj.* Sed argu. contra. *j. de conue. fiſc. debit. l. quoniam. lib. x. & ff. de repu. l. fin. & j. de apoc. pub. l. pen. lib. x. & j. de fideiuſ. l. ij. & j. de quadrienn. præſcr. l. j.* ¶Item arg. quod etiam ab initio nõ valeat cõfeſſio. *ſ̄. de tranſact. l. præſes.* Sed ibi gratis remittebat. hic confitebatur acceptum. ¶Item quæ eſt ratio in caſibus aliis magis quàm mutuò? Reſp. quia illa confeſſio plurimum fit in mutuo creditore confitente, & ideo prouidendum fuit. *argu. ff. de leg. & ſenatuſc. l. nam ad ea.* ¶Item quid in aliis caſibus à prædictis quinque? Quidam idem quod in his quinque. 2 Alij idem quod in mutuo quod verum eſt: *vt j. proxi. §.*

Quarta pars: Elapſo termino iuris, non eſt manifeſtæ turpitudinis nolle iurare nec iuſiurandum referre. h. d. Bal. Vel ſic: Vbi exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi: ibi non poteſt iuramentum deferri. Salyc.

Illo videlicet ſemper obſeruando, vt in quibus non permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, vel ab initio, vel poſt taxatum tempus elapſum in his nec iuſiurandum offerre liceat.

Quinta pars. Querela non numeratæ pecuniæ in ſcriptis eſt proponẽda coram iudice loci contractus: & abſente aduerſario, & etiam ſine citatione ſola propoſitio præſcriptionẽ interrumpit. Bal. Vel ſic: Ad perpetuandam querelam non numeratæ pecuniæ peruenitur hoc ordine: vt eo abſente qui dicitur numeraſſe, vel etiam præſente, ſed adminiſtrationem iuriſdictionis habente, querela fiat coram iudice loci: vel nullo iudice ibi exiſtente, coram epiſcopo: eo verò præſente, vel adminiſtrationem iuriſdictionis non habente, eidem fieri debet querela: & hæc omnia in ſcriptis & intra tempora querelæ prætaxata. Sal.

In omni verò tempore[o] quod memoratę exceptioni taxatum eſt, ei licebit cui talis exceptio competit, vel denũciationibus ſcripto miſſis querelam nõ numeratæ pecuniæ manifeſtare ei qui numeraſſe eam, vel alias res dediſſe inſtrumẽto ſcriptus eſt: vel ſi abeſſe eum is locis in quibus contractus factus eſt, contigerit, in hac quidem alma vrbe apud quemlibet ordinariũ iudicem, in prouinciis verò apud viros clariſſimos rectores earũ, vel defenſores locorum,[p] eandem querelam manifeſtare, eõque modo perpetuam ſibi exceptionẽ efficere[q]. Sed† ſi præſens quidem ſit qui pecunias numeraſſe, vel alias res dediſſe ſcriptus eſt, aliquã verò adminiſtrationem in hac alma vrbe vel in prouinciis gerat, vt difficile eſſe videatur denunciationẽ ei mittere: licentiam damus ei qui memorata exceptione[ſ] vti velit, alios iudices adire vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis, & per eos ei manifeſtare cui exceptionem huiuſmodi obiicit, factam à ſe ſuper non numerata pecunia querelam eſſe. Quòd ſi in prouinciis vel non ſit alius adminiſtrator ciuilis vel militaris, vel propter aliquam cauſam difficile ſit ei qui memoratã querelã opponit adire eũ, & ea quę dicta ſunt, facere: licentiam ei damus per virũ reuerendiſſimũ epiſcopũ eandẽ ſuam exceptionẽ creditori manifeſtare, & ita tempus ſtatutum in-

g ¶*Super ſecuritatib.* quæ à creditoribus de ſoluto debito fiunt.
h ¶*Demonſtrantes.* ſcilicet ſecuritates.
i ¶*Promittentes.* ſcilicet ſecuritates.
k ¶*Triginta[a] dies.* Sed an te triginta dies quis probabit? Quidã quòd creditor probabit non ſolutum. 2 Alij quòd debitor ſolutum, ſicut creditor numeratum: *vt ſ̄. eo. l. ſi ex cautione. Item pro hoc. ſ̄. de proba. l. j.* quod eſt verius.
l ¶*Expoſitionem.* ſcilicet connumerandos.
m ¶*Nec ei liceat.* not. ar. contra l. a. in eo quod dixi. *ſ̄. eo. l. ſi ex cautione.*
n ¶*Offerre.* & hoc eſt contra eundem lac. manifeſtè. nam & iuramẽti[b] preſtatio *eſt probatio[c] vt j. de iure delib. l. fi. § licentia dãda.* Item ſi iuraui me furtum nõ feciſſe, nulla alia via de meo furto quęritur: *vt ff. de iuiuran. l. ſi duo patroni. § idẽ Iulianus. & l. qui iuraſſe. § ſi pater.* ſic & hic nulla via venire poſſit cõtra: nec ergo teneor reſpondere ad interrogationes factas de huiuſmodi materia. Sed poteſt reſponderi ad id quod de iureiurando hic dicit, quod ſi nouum ius. & ſecundum id loquitur hoc quod habes *ſ̄. de iureiu. l. generaliter. § ſin autem.*
o ¶*In omni enim tempore.* ſcilicet biennij, vel triginta dierum.
p ¶*Locorum.* vbi eſt cõtractus factus.
q ¶*Efficere.* vt *& ſ̄. eo. l. ſi intra. & l. cum vltra.*
r ¶*Si præſens.* hoc habes *ſ̄. de epiſc. audien. l. ſi præſens. & l. fine. & j. de en. exte. l. vt perfectius.*
ſ ¶*Exceptione.* vt ſicut ſuperiores perpetuantur, ſic & hæc. & ſic benè ſequitur authentic. hanc autem, quæ eſt de tempore non ſol. pecu. ſuper do. § j. *colla. vij.* ¶Et ſecundum hoc eſt contra ſ̄. ead. l. § j. Solu. vt ibi. ¶Item contra *j. de do. cau. l. ſi.* Sol. vt ibi.

† proſpexim*

* *Hic ſumpta eſt l. vlt. j. de a pochis lib. x.*

a Tẽpus breue & modicum.

b Vide quædã in Gloſſ. Authenti. rogati in verbo confeſſioni. ſ̄. de teſtibus.

c Geminata confeſſiones plus valent & operãtur, quã vna. nec enim in geminata confeſſione præſumitur animus donãdi. v. *Campeg. de dote parte 1. quæſt. 52.*

d Confeſſio de recepto ſtatim præiudicat in quinque caſibus, ſignificans.

a De præſcriptione 30 dierum v. Dyn. *tract. de præſcr. num. 10.*

b Iuramenti præſtatio eſt probatio.

c An iſtud ſit verum, vide latiſſimè vltra omnes Hip. in rep. rub. C. de proba.

† An idem ſi diſtractus v. *Tiraquel. in legibus connub. gl. 5. numer. 8.*

† Hac poſtrema conſtitutionis pars liſdẽ verbis poſita fuit ſuprà in ti. de epiſc. audien. l. 7.

HAnc autem.] CASVS. In hac authentica dicitur quòd querela nō numeratæ dotis debet fieri in scriptis[a]. & ita si vult maritus eā opponere vocet mulierē quæ dotem dedit: vel eum qui pro ea dotē constituit, suā exceptionem sibi in scriptis offerens.

a Glossa Nouel. 100. c. 1. in verbo in scriptis esse.
b Argumentū ab exceptione dotis non numeratæ ad exceptionē non numeratæ pecuniæ.
c Vbi eadem ratio ibi ius idem esse debet.

a ¶Hanc autem querelam. scilicet non numeratæ dotis. hoc idem[b] intelligit Io. in exceptione non numeratæ pecuniæ: cū eadem[c] sit ratio: vt j. ad le. fal. l. fin.

b ¶Conscripsit. id est qui scriptus est dedisse.

... terrumpere. Quæ etiam in exceptione non numeratæ dotis locum habere certum est. Dat. Kalend. Iul. Constantinop. Dn. Iust. A. II.

IN AVTHENTIC. DE tempore non solu. pec. super do. §. fin autem. coll. vij. consti. x.

HAnc autem querelam [a] in scriptis fieri oportet: & si quis eam in iudicio faciat, oportet eam mulieri, vel omnimodo ei qui dotem conscripsit[b], innotescere.

Verus creditor & quilibet iustus possessor vel petitor potest ciuili tantum creditori opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ etiā debitore absente, vel contradicente: in quasi succumbat, debitori vel eius intercessoribus non præiudicat.

xv. *Idem A. Menna.* PP.

SI cui[c] non numeratæ pecuniæ competere possit exceptio: etiam eo supersedente tali auxilio[d] vti vel præsente[e], vel absente, creditores[f] eius† (siue ipsi conueniantur, vtpote res eius detinentes, ab his qui debita[g] eius exigunt, cui competit huiusmodi exceptio, vel dotis vel alterius causæ nomine: siue cōtra alios[h] possidentes aliquam actionē[i] ipsi moueant) [possint] in examinando negocio sui aduersariis eandem non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere: nec eo prohibeātur quod principalis debitor ea nunquam vsus sit: ita tamen, vt neq; principali debitori, neque fideiussori[k] * eius aliquod præiudicium generetur, si is qui eā exceptionē opposuerit, victus fuerit. sed possint illi postea, si cōueniātur, intra statuta scilicet tempora, eadem se exceptione tueri.

† eius possint.
* fideiussoribus.

Cōfessus spe futuræ numerationis, siue contractus sit mutui gratuiti, siue vsurarum, etiam apposito iuramento, habet exceptionem non numeratæ pecuniæ. h. d. Bal. Vel sic: Iuramētum de reddendo subiectum cautioni, non impedit exceptionem non nume. pecu. opponi. Salyc.

SI cui.] CASVS. eius mutuauit Titio decem, & ei obligauit res suas: vel fortè missus fuerat in possessionem bonorum ipso non soluente iste idem Titius obligauit se Sempronio spe futuræ numerationis, sed non numerauit: vult Sēpronius cōuenire creditores Titij, qui habent pignus vel conuentionale vel iudiciale. an possint opponere except. non num. pecu. Dicitur q; sic. si tamen creditores succumbāt, quia Sēpronius aduersus eos obtinuit, non præiudicat Titio: quia res inter alios acta &c.

c ¶Si cui. si debitor nō vult excipere de nō numerata pecunia contra ciuilem creditorē, creditores veri exceptione vtuntur.

d ¶Tali auxilio. sic ff. de contra tabulas. l. si post mortem. §. fin. & de sepa. l. j. §. sed si quis.

e ¶Vel præsente. sed nolente vti, vel latitante.

f ¶Creditores s. veri: qui cū iam sint missi in possessionē bonorum debitoris, conueniuntur à ciuilibus.

g ¶Debita. s. pecuniam quam non numerauerūt. imò certè & si neque agant, neq; conueniantur: sed debitor cōuenitur. arg. ff. de appel. l. si perlusorio.

h ¶Contra alios. s. ciuiles creditores, qui possidēt vt hic, & ff. de condic. inde. l. tutores.

i ¶Aliquam actionē. puta hypothecariā ex cōuentione: vel quia veri fuerāt in possessionem missi: vt ff de pig. actio. l. non est mirum.

k ¶Fideiussori. Accedit[d] ergo fideiussor ciuili obligationi tantum, vt hic, licet quidā contradicant. ¶Et quod dicit: præiudicium, i. plenum. quia res inter alios &c. vt j. res inter alios actas, & arg. ff. de interrog. act. l. si defensor. in princip. generatur tamen qualequale præiudicium: vnde appellare possunt: vt d. l. si perlusorio.

d Fideiussor ciuili obligationi tantum accedat.
e Iuramento quandoque inest tacita conditio cap. quemadmodum cum Glossa super verbo conditio extra de iureiurando. Iuramentum intelligitur secundū naturam actus super quo interponitur. adde Tiraquel. in tract. de conct. 3. part. 7. limit. numero 54.

INdubitati.] CASVS. Obligaui me Titio spe futuræ numerationis: iuraui me soluturum. si iuraui, an mihi competat exceptio non nume. pecu. quæritur? Dicitur quòd sic.

l ¶Sacramēti. vt confiteor me debere decem, quæ iuro me redditurum. ¶Et not. hic tacitam[e] conditionem inesse iuramento[f], scilicet si detur pecunia: & hoc ideo, quia hoc cogitabatur: vt arg. ff. de acqui. pos. l. quod meo. §. j. sic & ff. qui satisd. cog. l. fi. non autem sic dico, secundum Ioan. ff. de transact. l. si ex falsis. quia ibi non agitabatur de falsitate: vnde ibi non intelligitur tacita conditio.

m ¶Mentionem. aliàs mentionem: & aliàs cautionem.

xvi. *Idem A. Ioanni,* P. P.

INdubitati iuris est, non numeratæ pecuniæ exceptionē locum habere & in talibus nominibus, vel fœneratitiis, vel aliis cautionibus, quæ etiam sacramenti[l] habēt mentionem[m]. Quę enim differentia est in huiusmodi exceptione, siue iusiurandum positum est, siue non tā in fœneratitiis cautionibus, quā in aliis instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt?

DE COMPENSATIONIBVS.

TITVLVS XXXI. DE COMPENSATIOnibus.

Fisco ex diuersa statione non opponitur compensatio. Bald.

i. *Imp.* ANTONINVS A. *Dianensi* †.

ET senatus[n] censuit & sæpè rescriptum[o] est, compensationi in causa fiscali[p] ita demum locum esse, si eadem statio[q] quid debeat, quæ perit. Atque hoc iuris propter confusionem[r] diuersorum officiorum tenaciter seruādum est. Si quid autem tibi ex ea statione, cuius mentionem fecisti, deberi constiterit: quamprimum recipies.

† al. Dionysio

Ex causa iudicati sicut non conditicur, ita nec compensatio ipsius admittitur, & exceptio compensationis potest opponi in executione sententiæ. Bald.

ii. *Idem A. Asclepiodæ*[a].

EX causa quidem iudicati [si debitum] † solutum repeti non potest[s], eapropter nec compensatio eius admitti[t] potest. Eum vero qui iudicati conuenitur, compēsationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse, nemini dubium est.

a Asclepiadi.
† deest in omnibus manuscriptis.

His enumerantur casus in quibus cessat compensatio ipso iure in effectum. Bald. Vel sic: Debitor reipublicæ potest ei compensationem obiicere nisi sit debitor ex aliqua de causa hic subiectu. Sal.

iii. *Imp.* ALEXAN. A. *Capitoni.*

IN ea quæ reipublicæ[u] te debere fateris, cōpensari ea quę [inuicē] * ab eadem tibi debentur, is cuius de ea re notio est,

* deest.

ET senatus.] CASVS. Si fisc[a] habeat duos stationarios, & vnus mutuauit mihi x. & alius mihi decem debet: an hincinde locum habeat compensatio? Respond. quòd non propter confusionem, s. ne confundantur diuersa officia stationum & hoc in prima. Si verò stationarius qui petit à me decem, debet mihi decem, potest fieri compensatio. & hoc in secunda.

n ¶Senatus. cuius nomen non habemus.

o ¶Rescriptum est. à principibus.

p ¶In causa fisca. si à fisco petatur, eodémque creditore, vel fiscus petat, idémq; debitor.

q ¶Statio. habet enim fisc[a] suas stationes. si ergo vna[a] debet fisco x. q; fiscus debet x. alij, non compensatur: vt hic. secus autē si fiscus succedat tali debitori, qui & creditor est: quia totū extinguitur: vt j. de sol. l. ij.

a V. in hoc locum Afflict decisione 198. num. 1.

r ¶Confusionem. s.[b] vitandam, vt & illud[c]: Vnusquisq; habeat suam &c: & est ad l. istam arg. cōtra. ff. de administra. tu. l. inter tutores.

b Confusio vitanda
c 1. Cor. 7.

EX causa.] CASVS. Petebas à me decē, & condemnatus sum. solui ex causa iudicati. an possim tibi opponere compensationem pro illis x. quæ tanquam indebita solui? Et dicitur quòd non. sed si nondum solui ex causa iudicati, benè admittetur compēsatio, si aliud in quantitate mihi debeas.

s ¶Non potest. sunt & alij casus qui no. j. de condic. indeb. l. j.

t ¶Admitti potest. quia sic aufertur vtilitas sententiæ victori. Et pone exēplū q; ex sententia x. tibi solui, quę aliàs nō debebā. cōuenis me ad alia x. obiicio tibi cōpēsationē indebitæ pecuniæ solutæ, quasi mihi tenearis ad eam reddēdā: non possum, sed soluendo potest compensari si condemnato aliquid debetur: vt ff. eo. l. si cum militi. §. j.

IN ea.] CASVS. Si debebas x. reipu. & ipsa tibi x. hincinde admittitur compensatio, nisi in viij. casibus. Vnus est, si debitor sim eius in kalendis. Secūdus est, si debeo frumentum: vel si debeam pedagium, vel tributum ei, vel alimentum alicui seruienti. vel si tale debeam quod in certas res (vt puta ad emendum frumentum) deputatur vel debeam fideicommis. aliquod, vel legatum, & ipsa aliquid debeat: in omnibus his non habet locum compensatio.

u ¶In ea quæ reipublicæ. scilicet Romanorū. x Vel dic idem in qua-

liber ciuitate: vt &c. ff. ex quibus cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. fi. & l. legatu. & ff. de publ. ca. l. sed & hi. §. j.

a Compensatio an & quatenus fisco opponatur.

a ¶ *Iubebit.* vt procurator Cæsaris: vt ¯j. si aduer. fis. l. ij.[a] Et not. generaliter fisco compensari vt hic, & ¯s. eo. l. fi. si modo qui fisco cõpensat, intra duos menses probat suum debitum: vt ff. de iure fis. l. aufertur §. qui compensationem. sed hęc cõpensatio cessat in casibus qui sunt hic, quorũ quidam sunt etiam. ff. eo. l. ideo. & l. ob negocium. & d. l. de iure fis. l. aufertur. §. vi à debitoribus: Item fallit ¯s. eo. lege j.

iubebit[a]: si neque ex Kalendario[b], neque ex vectigalibus[c], neque ex frumenti vel olei publici pecunia[d], neq; tributorum[e], neque alimentorum[f], neq; eius qui * statutis sumptibus seruit[g], neque fideicommissis ciuitatis[h] debitor sis.

b Kalendariũ pro libro rationum.
* quæ recte Kalendari m quid signat.
c Adde Kalendis quandoq. esse feria l. omnes dies. C. de fer. & l. pridem ff. eod. & de Kalendis vide plura in dicta l. ij. & per gl. in l. cum quo Kalendas & l. cum bissextum. ff. de verb. sign.

b ¶ *Ex kalendario.* liber[b] est ratione nominũ sic dictus, quia in Kalendis fiebãt reuocationes debitorum: vt ff. de lega. iij. l. qui filium.

c ¶ *Ex vectigalibus.* scilicet soluendis pro rebus vehendis: vt ¯j. de vectiga. l. vniuersi.

d ¶ *Pecunia.* vt & ¯j. e. l. si ex venditione.

e ¶ *Tributorum.* quę pro prædiis vel capitibus præstantur.

f ¶ *Alimentorum.* statutorum alicui seruienti reipublicæ.

g ¶ *Seruit.* id est quæ si soluantur, statutum est in quos vsus ista expendantur.

† concurrent.

h ¶ *Ciuitatis.* s. cuiuslibet: vt modo dixi.

Compensatio fit vsque ad concurrentes quantitates ipso iure, & impedit cursum vsurarum. h. d. Bald. Vel sic: Vbi quantitas debetur, hinc inde compensatio fit ipso iure ad concurrentem quantitatem, & pro ea rata impeditur cursus vsurarum. Sal.

IIII. *Idem A. Luciano.*

SI constat pecuniam inuicem deberi: ipso iure[l] pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab vtraque parte debetur, vtique quo ad cõcurrentes† quantitates: eiusq; solius quod amplius apud alterũ est, vsurę debentur, si modò petitio earũ subsistit[k].

SI *constat.*] CASVS. Si debeam tibi decẽ, tu mihi alia decem, ipso iure fit compensatio. Si vero debeo tibi decem, & tu mihi duodecim, opponam tibi compensationem vsq; ad cõcurrentem quantitatem: de vsuris residuis, si aliquo iure debeantur, integra manẽte petitione.

Non solum actio, sed & officium iudicis, quod olim pro fideicommisso proponebatur, potest per exceptionem compensationis excludi. h. d. coniuncta l. pecuniæ verbum. §. fi. ff. de ver. sig. Bald. Vel sic: Debitum ex testamento potest compensari & eius quod potest in compensationem deduci, non debentur vsura. Salyc.

V. *Idem A. Honoratæ.*

ETiamsi fideicommissũ[l] tibi ex eius bonis deberi constat, cui debuisse[m] te minorem quantitatẽ dicis: ęquitas cõpensationis, vsurarum excludi computationem. Petitio autẽ eius[n] quod amplius tibi deberi probaueris, sola relinquitur.

d Compensatio ipso iure fiat necne, etiamsi nõ opponatur ab homine, contraria Martini & Ioannis sententia.

i ¶ *Ipso iure.* Not. pro M. quòd ipso iure fit compensatio, etsi non opponetur ab homine: vt hic, & ¯j. eod. l. fin. & instit. de act. §. in bonæ fidei. Sed Io. dicit eam fieri tunc demum cum ab homine opposita fuerit: vt ff. e. l. j. & ij. & l. quod Labeo. nam si ius ipsum compensaret, non esset in hominis potestate cum quo debito compensaretur: quod tamen lex dicit. ff. eod. l. si quid. & l. verum. & l. quod Labeo. Item dicit lex eum malè agere, cui obstat compensatio: vt ff. eo. l. verum. vnde patet esse actionem: sed elidi exceptione: vt ff. quando dies vsusfruct. le. ce. l. j. §. fi. Quod autem dicitur alicubi fieri eam ipso iure: verum est si ab homine opponatur: hoc tamen fallit in delictis, vbi ipso iure fit: vt ff. e. l. si ambo. §. quotiens. Item ad inhibendum cursum vsurarum, vel pœnam committendam, vel pignus liberandum: vt hic, & ¯j. l. proxi. & ¯j. de solu. l. eius. & ff. e. l. cum alter. cum enim debeãtur ex mora & nulla est mora vbi est exceptio: vt ff. si cer. pe. l. lecta. in fi. ergo non currunt.

e Compensatio, nisi opponatur ab homine, ipso iure non fit nisi certis casibus.

f Compẽsatio ipso iure fit in delictis.

k ¶ *Subsistit.* quod est in bonæ fidei iudicio ex mora: in stricti iuris ex stipulatione: vt ff. de neg. gest. l. quia tantundem. & ¯j. tit. j. l. in bonæ fidei. & ¯s. in quib. cau. in integ. rest. non est ne. l. in minorum.

g Moram non admittit qui exceptione munitus est.
h Vsurę debẽtur in bonæ fidei iudiciis ex mora: in stricti iuris iudiciis, ex stipulatione.
I Compẽsatio peti potest eius quod officio iudicis debetur.

ETiamsi.] CASVS. Debebas Titio x. legauit tibi duodecim si à te petat decem, an vsque ad concurrentem quantitatem possit fieri compensatio, quæritur? Resp. quòd sic, vsurarum exclusa petitione: nam vsurarum in id quod est amplius debito integra manebit petitio.

l ¶ *Etiam si fideicommissum.* quod à sola liberalitate olim pendebat: vnde non videbatur compensari: sed hodie[d] etiam actionis iure vt instit. de fideicommiss. here. in princip. & infra communia de leg. l. omne verbum.

m ¶ *Debuisse.* quod peti poterat, vel solutũ nõ repeti: vt ff. eo. l. etiam.

n ¶ *Eius.* id est petitio vsurarum eius fideicommissi quod amplius &c. vt ¯j. l. proxi.

Cauta sed non recepta non possunt compensari: nec quis tenetur soluere vbi potest compensare. h. d. Saly. Vel sic: Si petitor id quod non debetur, obiicitur exceptio intentionis: sed id quod debetur, obiicitur exceptio cõpensationis. hoc dicit in effectu secundum omnem lectionem gloss. quæ legitur multis modis propter duo contraria. Pau. de Cast.

VI. *Idem A. Pollidenti.*

NEque scriptura[o] qua cautũ est accepta quæ negas tradita obligare te cõtra fidem veritatis potuit & compensationis† ęquitatem iure postulas non enim prius exolui quod debere te constiterit, æquũ est, quàm petitioni mutuæ responsum* fuerit, eo magis quòd ea te persequi dicis quæ à muliere diuortij causa amota quereris[p]. PP. Dat. Kal. Decemb. Alex. A. III. & Dione Coss.

Venditor petens precium, patitur compensationem, fallit in fisco Paul. de Cast. post Salycetum.

VII. *Idem A. Eutychio*†.

SI ex vẽditione preciũ venditori debetur: compẽsationis ratio opponit aduersus fiscum enim solũmodo emptores petitioni precij compensationem

NEque scriptura.] CASVS. Confessus fui me recepisse ab vxore mea. c. nomine dotis, nec recepi illa. postea ex causa futuri diuortij surripuit mihi res propter quas tenetur mihi in aliis centũ celebrato diuortio petit à me. c. ex confessione dotis. qualiter mihi succurratur, quæritur? Respon. quòd intra tempus habeo excepti. non nume. pecu. quo elapso habebit locũ cõpensatio. sed hoc non placet propter cõtrariũ hic signatũ. Si verò non ex scriptura ista, sed ex alia causa teneat sibi in c. tunc fiet compensatio istorum. c. ad alia. c. quæ mihi debet eo quod res amouit. & sic possunt esse duo casus. Vel dic quòd sit vnus tantũ secundũ Accur. & hæc verior. Quatuor modis aliis dic casum vt notatur in gloss.

† aliàs & contra pensationis æquitatem iure &c.
† Concessum gl. a verbo de [illegible].

o ¶ *Neque scriptura.* Pone sic casũ, vt tollas cõtrariũ: quòd Titius confess* fuit se recepisse x. ex causa mutui à Seia, cũ nil accepisset: postea cepit ab vxore sua propria in veritate ex causa mutui decem: Primo obiicit Seiæ exceptionẽ, & hoc vsq; illuc, & cõpẽsationis &c. Secũdo casu obiicit cõpensationẽ vxori in rebus amotis. & hoc vsq; in fi. 2. Vel dic. qui scripsit se x. accepisse mutuo ab vxore, cũ nil recepit. intra biennium quidem habet exceptionẽ contra vxorem. & hoc vsq; illuc, & compensationis &c. post biennium non: sed compensat in res amotas. & hoc vsq; in fin. l. Vel tertio confessus fuit decem se recepisse ab vxore ex causa mutui, cum v. tantum acciperet. in illis quinque habet exceptionem: vt in prin. in aliis quinq; quæ verè accepit, obiicit compensationem ad res amotas: vt & ¯s. de non numerata pecunia l. minorem. Et secundum has tres expositiones non est cõtra ¯j. de rei vxo. act. §. sed nec ob res amotas. cum ibi in dote loquatur, hic non. 4 Vel quarto dic etiam in dotis confessione hic loqui: & dic in confessione fuisse centũ, in datione quinquaginta fuerunt. pro quinquaginta non datis habet locum exceptio non numeratæ dotis: vt in prin. pro aliis obiicit compensationem ad res amotas. Nec obstat prædicta. l. contraria: quia nec hic dicit retentionem fieri dotis perpetuam ob res amotas, sed maritum non debere prius soluere debet, quàm responsum fuerit mutuæ petitioni: & postquam responsum fuerit, & res amotas fuisse constiterit, compensatio locum habebit. Vel dic quòd scripsit se centum in dotem accepisse cum nihil receperit. & idem intra tempora statuta ¯j. de do. cau. l. fi. & authen. ibi posita. obiicit exceptionem: vt hic in prin. postea, obiicit compensationem: & sic non obstat contrarium: quia hic non fuit dos verè numerata, ibi sic. 3 Vel hic dos erat in pecunia, ibi, in specie. 4 Vel hic res dotales non extabant, ibi sic. ar. ff. si cer. peta. l. cum fundus. §. j. Si quæras qualiter fit hic compensatio speciei[a] ad quãtitatem, Dic amotam fuisse pecuniam vel frumentum, vel aliud quod in quantitate consistat. Vel dic, hic erant amota consumpta: vnde ad ęstimationem ventum fuit.

† Antonio al. Aurantio.

a Compensatio speciei ad quantitatem vt hic fiat.

p ¶ *Quæreris.* vt & ¯j. rerum amotarum. l. j.

SI *ex venditione.*] CASVS. Ex causa legati debebam tibi x. tu mihi x. ex causa venditionis. quia tibi rem vendidi, nec precium soluisti: an hincinde admittatur compensatio, quæritur? Respon. quòd sic

quòd sic. & hoc in prima. Si verò fiscus rem mihi vendidit pro x. & mihi ex alia causa tenetur in x. si petat sua x. non potero opponere compensationem. & hoc in secunda.

a ¶ *Prohibentur.* vt diximus ǯ. eo. l. iij.

Si propter.] CASVS. Si mulier prædium pertinens ad filium suum, mortuo filio suo viro tradidit, & ex eo fructus percepit & cõsumpsit, & ratione illorum fructuum factus sit debitor filij in c. & postea ipse decessit filio herede instituto, relictis vitrico c. nomine legati: an marito petēti c. ex causa legati, possit filius obiicere compēsationem c. quæ debet vitricus, quæritur? Dicitur q̃ sic.

b ¶ *Perceptos.* & consumptos[a].

c ¶ *Matre tua.* cuius es heres.

d ¶ *Mutuò.* i. inuicem.

Eius.] Pone casum vt in gloss. seq.

e ¶ *Eius.* Vt si decem à te petam, & tu inuenis quendã cui ego debeo decē quę tui causa vult mihi remittere, vt tibi remittam non compellor quidem: *vt ff. eo. l. in rem. §. j. & facit in eod. tit. l. si cum milites.* ¶ Sed hæc fallunt[b] in procuratore in rem suam: *vt ff. eo. l. in rem. in prin.* Item in fideiussore, qui potest obiicere compensationem in eo quòd sibi debetur, vel reo principali: *vt ff. eo. l. v.* similiter socius quod debet socio: *vt ff. de duobus reis st. l. si duo.* Item & alio casu: *vt ff. eod. l. si cum filiofam. §. j.* ¶ Quod ergo hic dicit, alij dic omnino alij. Ac cursius. ADDITIO. Addas etiam quòd exceptio cõpensationis obstans venditori, potest opponi emptori. ita determinat Dyn. *in cap. n qui in ius. in fin. de regu. iur. lib. vj.*

a Compensatio ad pecuniam fit fructuum consūptorum & ad æstimationē redactorum.

* Bothernonidi.

b Compensare aliquando quis potest quod sibi non debetur.

obiicere prohibentur[a].

Vitricus percipiens fructus ex rebus priuigni, tenetur ei restituere. h. d. Bald. Vel sic: Aestimatio fructuum debita ab eo cui legatum quantitatis est relictum, potest cū illa quantitate compensari. h. d. Saly. Vel sic: Qui tenetur ad fructus consumptos, patitur compensationem. h. d. P. de Cast.

VIII. *Imp.* GORDIANVS A. *Emerito.*

Si propter fructus ex possessione tua perceptos[b] vitricus tuus debitor tibi cõstitutus est: cum id quod à matre tua[c] ei legatum est, à te petere cœperit: mutuò[d] debitę quantitatis apud eum qui super ea re iudicaturus est, compensationem non immerito obiicies.

Nemo compensat quod sibi non debetur. Bal. & Sal.

IX. *Iidem A. Eumenidi**.

Eius[e] quod non ei debetur qui conuenitur, sed alij, cõpensatio fieri non potest.

Qui pro liberando prædio empto aliquid soluit creditori, illud venditori compensat cum precio. h. d. not. & tenementis casum. Bald. & Sal.

X. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Nicandro.*

Qvoniam liberum[f] fundum distractum tibi proponis: postvero, veluti prǽsidente emptionem obligatione[g], certum quid soluisse[h]: si debitum[i] à te apud præsidē prouinciæ petat compensationē eius quod indebitæ[k] soluisti, potes opponere.

Quod debetur pupillo à nominatore tutoris non idonee administrantis, compensatur cum eo quod pupillus debet tutori soluenti debitum patris pupilli ex administratione primipili. Bal. Vel sic: Si magistratus qui tutorem pupillo nominauit, aliquid pro debito paterno pupilli soluit: potest hoc pupillo contra eum (licet in subsidium) agenti compensare: & si in pluri tutor minus idoneus tenetur, il

Qvoniam.] CASVS. Vendidisti mihi prædium pro decem, & dicebas illud liberum à seruitute: erat tamen obligatum Titio pro x. si Titio agēti hypothe. solui debitum. an tibi agēti ex vēdito ad precium, possim obiicere compensationem, quęritur? Respon. quòd sic.

a Venditor fundum liberum tradere tenetur, non modò à seruitutib. sed à creditoribus. *ad dict. ex in pro dou ǯ. de euict. & ibi Glossa.*

f ¶ *Quoniam liberum.* scilicet[a] à seruitutibus. erat tamen obligatus cuidam creditori.

g ¶ *Obligatione.* s. personali, pro qua hic etiam fundus erat creditori venditoris obligatus.

h ¶ *Soluisse.* s. proponis te emptorem soluisse creditori venditoris hypothecaria agenti.

i ¶ *Debitum.* s. precium quod debetur ex venditione.

k ¶ *Indebitè.* quantum ad te: debitè tamen quantum ad venditorem. aliqquin si à neutro deberetur, compensationem obiicere non posses, imò indebitum repeteres. *& facit de rei vind. l. emptor. & ǯ. de euic. l. cum tibi.*

Si tutores.] CASVS. Magistratus compulerunt me nominare aliquos tutores quibusdam pupillis, & illos nominaui. postea cum isti pupillis aliquid deberent ex officio primipili, solui pro eis. conuenior à pupillis pro eo quòd nominaui tutores minus idoneos, qui facti sunt debitores pupillorum in x. modò quæro, nunquid possim eis obiicere compensationem de eo quòd pro eis officia primipili solui. respõdetur quòd sic.

l ¶ *Pro his.* scilicet pupillis.

lud nominator soluere cogitur. Sal.

XI. *Iidem AA. Iuliano & Paulo.*

Si tutores pupillis officio magistratus vigēte nominastis, ac pro his[l] propter onus primipili pecuniam soluistis[m], superstitiosam geritis solicitudinem ne ab ipsis conuenti[n], hanc eius imputare minimè possitis vel à vobis quicquam amplius exigatur, si tantum * quantum eis tutores debuerunt, vel vos[o] nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.

Qui partem debiti compensat, aliam autem partem offert, consignat & deponit: potest pignus vindicare. Bald. & Sal.

XII. *Iidem AA. Corneliano.*

Inuicem debiti compēsatione habita, si quid amplius debeas soluens vel accipere creditore nolente offerens, & consignatum deponens, de pignoribus agere potes.

Quod debetur reipublicæ, non potest compensari cum eo quod officialis debet tanquam priuata & singularis persona. Bal. vel sic: Si compensatio facta in causa publica nō tenet: ad suum debitum qui compensauit agere potest. Salyc.

XIII. *Iidem AA. & CC. Basso.*

Si velut in id debitum, quod solennium publicarum pensitationum nomine debueras, compensaturo tibi nihil te petiturum postea Mutiano[q] scripsisti: redditis[r] his quæ venerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio, sed antè debiti competit exactio.

Debiti ad debitum admittitur cōpensatio: fallit in tribus casib. scilicet quando debitū petitum est liquidum, exceptio autem obscura: & tunc non debet iudex exceptionem admittere sed reseruare excipienti ius petendi. Item quando debetur ex causa

m ¶ *Soluistis.* fuerat enim eorum pater primipilari[a], ex cuius mala administratione pupilli tenebantur.

n ¶ *Conuenti.* vt *Instit. de satisda. tuto. §. penult. & ǯ. de magi. conue. l. j.*

o ¶ *Vel vos.* repete, vel si probetur vos dedisse nomine ipsorum maiorem quāt. &c. quasi diceret, siue tantum quātū tutores eis debebāt, fuit id quod pro eis soluistis, siue plus obiicietis compensationem. alias si minus, obiicietis vsq; ad concurrentem quantitatem tantùm: *vt ǯ. eo. l. si constat. & l. etiam.*

Inuicem.] CASVS. Mutuaui tibi decem, & dedisti mihi pignora. tenebar tibi in v. facta compensatione vsq; ad concurrentem quantitatem, residuam partē debiti solues, vel me recipere nolente consignabis[a] & depones vt cessent vsuræ: & postea poteris agere pigno. ac. ad recuperandum pignora.

p ¶ *Agere potes.* pignoratitia actione, vel in rem: *vt ǯ. de luitione pign. l. si reddita & ǯ. de pignor. actio. l. nec creditores. & l. quo minus.* sed ad pignoratitiam sufficeret sola oblatio in iudicio: *vt ff. de pig. act. l. si rem alienam. §. si.*

* tamen.

a Si pro parte fit oblatio, cōsignatio & depositio, pro alia compensatio, plena liberatio inducitur. v. plene apud Neguzantium tract. de pignoris parte 5. membro 3. parte 3. num. 8.

Si velut. Pone casum vt in glossa.

q ¶ *Mutiano.* qui tunc dispensator erat reipublicæ, & mihi decē debebat proprio nomine, & ego sibi decē nomine publico: cōpensaui secum. tandem eo mortuo compensatio non valuit quia erat in aliquo de specialibus casibus positis. *ǯ. eo. l. in ea.* & si coactus fui soluere sequenti administratori, agam ego ad meum debitum. sed si compēsatio tenuisset, quod soluissem, vt indebitum condicerem: *vt ff. eod. l. si ambo & l. postea. j. respon.*

r ¶ *Redditis.* scilicet solutis à te alij dispensatori.

Compensationes.] CASVS. Tam in actionibus realibus, quàm in personalibus admittitur compensatio. In realibus sic: Si possedisti equum meū, & culpa tua periit, teneris mihi ad æstimationem: quæ si fuerit in xxx. & debeam tibi xxx. hincinde fit compensatio. In personalibus sic: Si debeat ex causa mutui x. & ego tibi alia x. fiet compensatio si debitum ex vtraque parte sit liquidum. Si autem ex vna parte sit obscurum non erit locus compensationi: sed cognoscetur de causa. & hoc in secunda. Si verò debeas mihi x. ex causa depositi, quia apud te rem meam deponebam: & ego tibi ex alia causa debeo x. non fiet cōpensatio. & hoc in tertia. Si verò possessionem meam siue mobilem siue immobilem per vim occupasti, & distracta est: teneris ad æstimationē

quæ si fuerit in x. ego ex alia causa teneat tibi in xx. hincinde non fiet compensatio in odio prædonis & hoc in quarta.

a Compensatio in quibus debitis sit, & in quibus non.

a ¶ *Actionibus.* vbi[a] quantitas hincinde debetur, & non obstat exceptio: vt ff. eo. l. *quæcumque* & s. eo. l. *si constat.* secus si hincinde species debetur, vel ab altera parte species, ab altera quantitas: vt ff. *depositi.* l. *si conuenerit.* §. *responso.* & ff. *de condi. cau.* l. *si non sortem.* §. *secundum.* & *de impen. in re. do.* l. *quod dicitur. in princ.* & s. *de rei vind.* l. *si ex pecunia.* & idē si[b] hincinde debetur pecunia: sed vt species[c], nā non fit compensatio: vt ff. *de pecu.* l. *si creditor.* §. j. ¶ Quid est ergo quod hic subiicit rei[d] vindicationi opponi compensationem? Respon. desiit res posse hic præstari dolo vel culpa possessoris: vnde venitur ad æstimationem, & sic fit compensatio. res ipsa tamen dicitur esse in obligatione sine petitione: vt ff. *de verbo. oblig.* l. *si ferum.* §. *an filius.* & §. *esse.* & §. *nouari autem.* ¶ Sed secundum hoc quomodo æstimationis[e], quæ non debetur, fit compensatio? Respon. videtur esse in obligatione inspecto[f] exitu, & pro hoc est quod dicit lex talē æstimationem posse constitui: vt ff. *de constitu. pecu.* l. *promissor.* j. *responso.* ¶ Item quid si hincinde debetur in genere[g], vt equus vel homo? Satis dici potest compensationem ipso iure admitti: vt ff. *si pars hered. petat.* l. j. §. *item si cum me.* & ff. *de heredi. insti.* l. *qui non militabat.* j. *respon.* & *de legat.* ij. l. *vnum ex* §. *sed si vno.* ¶ Item quod subiicit, ipso iure, dic vt diximus s. *eod. si constat.*

b Compensatio pecunia non fit, quoties pecunia hinc inde debetur vt species.

c Pecunia vt species debeti potest.

d An & quomodo rei vindicationi opponitur compensatio.

e Verum æstimationis quæ non debetur fiat compensatio.

f Res in obligatione esse dicitur inspecto exitu, id est quod esse potest.

g In generis obligationib. compensatio etiam locum habet.

h Compensationem de liquido ad non liquidū quod dari nō admittit, locum nō habet quā do id quod liquidum esse dicitur, tale non appares vel per testes, vel per alias probationes legitimas, sed per confessionem.

i Maiorem indaginem exposcere id dicitur quod intra duos menses probari non potest, aut certe id officio iudicis definitur.

k Liquidum & non liquidū vt compensatio hat vel nō. Bar. officio iudicis definitur.

l Compensatio quibus casibus cesset neque iudicatione.

depositi. Item quando debetur ex causa rapinæ vel furti. Bal.

XIIII. *Imp.* IVSTINIA. A. *Ioanni.* P. P.

COmpensationes ex omnibus actionibus[a] ipso iure fieri sancimus nulla differentia in rem, vel personalibus actionibus inter se obseruanda. Ita tamen compensationes obiici iubemus, si causa[b] ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui præstare satis enim miserabile est post multa fortè variáq; certamina, cum res iam fuerit approbata, tūc ex altera parte quę iam penè conuicta[c] est, opponi compensationem iam certo & indubitato debito & moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi. Hoc itaq; iudices obseruent, & non procliuiores ad amittendas compensationes existant: nec molli animo eas suscipiāt: sed iure stricto vtētes, si inuenerint eas maiorem & ampliorem exposcere indaginem[d], eas quidem alij iudicio reseruent: litem autem pristinamiam penè expeditam, sententia terminali componāt: excepta actione depositi[f] secūdum nostram sanctionem[g], in qua nec compensationi locum esse disposuimus. Possessionem[h] autem alienam perperam occupantibus, compensatio non datur.

b ¶ *Si causa.* s. secunda, ex qua compensatur.

c ¶ *Conuicta est.* per testes, non per confessionem[h]. *arg.* ff. *de iureiu.* l. *eum qui.* *in prin.* & *vt* ff. *de re. iur.* l. *nemo ex his.*

d ¶ *Indaginem.* ¶ Not sic. ff. *ad exhi.* l. iij. §. *ibidem.* & ff. *de offic. proconsul.* l. *si quid erit.* & potest[i] dici exposcere maiorem indaginem vel examinationem, si intra duos menses non potest probari: vt ff. *de iure fisci.* l. *auferetur.* §. *qui compensationem.* 2 Vel officio[k] iudicis hic. & illud speciale in fisco.

e ¶ *Terminali.* id est definitiua.

f ¶ *Depositi.* scillicet directa: secus si contraria: quia tunc non de fide rupta agitur: vt arg. *instit. de act.* §. *in bonæ fidei.* vbi dicit *sub prætextu cau.* &c. 2 Vel dic secundum B. idem in vtraque, si ergo in hoc speciale, ergo secus in commodato, & sic ibi fit compensatio. ¶ Sed contra. s. *de commo.* l. *sub prætextu.* Sed ibi non compensatione, sed retentione vti volebat. ¶ Item quod dico in commodato, & cæteris personalibus, vbi species petuntur, fieri compensationem, intellige semper si res desiit posse restitui. In actione autem in rem, diximus. s. *ea* l. *in princ.*

g ¶ *Sanctionem.* j. depositi. l. penulti.

h ¶ *Possessionem.* mobilem vel immobilem. & intellige quando ad æstimationem fuisset peruentum: aliàs nullum esset dubium. Item ratione pœnæ in qua est quantitas: vt j. *vnde vi.* l. *si quis in tantam.* Item ratione rerum ir obitum amissarum: vt ff. *de vi & vi arma.* l. j. §. *recti sime.* Habent ergo hæc locum siue condictione ex lege, siue actione in rem, siue interdicto agatur ad huiusmodi possessionem: & hoc odio huius possessoris. ¶ Sed arg. contra. ff. *eo.* l. *si ambo.* vbi in delictis fit compensatio. Sed ibi in aliis delictis, vel ibi erat hincinde delictum, hic non. ¶ Et nota[l] hic casum vbi cessat compensatio. primo odio: vt *hic.* 2 Item in deposito eadem ratione: vt s. *proxi. respon.* 3 Item eadem ratione: vt ff. *eo.* l. *ob negotium.* 4 Item econtra cessat fauore, vt in fisco in casibus qui sunt. s. *eo.* l. *in ea.* 5 Item cessat quando species est debita: vt dixi in princ. huius l. 6 Item quando res exposcit maiorem inquisitionem: vt s. *ea.* l. §. j. Accur.

TITVLVS XXXII.

DE VSVRIS.

Vsuræ per stipulationem promissæ, probata interrogatione præcedente & responsione sequente debentur iure optimo. Bald. Vel sic: Probata solenni stipulatione vsurarum, licet in instrumento scripta non sit, vsuræ debentur. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS PIVS A. *Eucato.*

SI interrogatione[i] præcedente promissio vsurarum rectè[k] facta probetur: licet instrumento conscripta non sit[l], tamen optimo iure[m] debentur.

Emptor ex die traditionis possessionis tenetur venditori ad vsuras precij nō numerati: nec sufficit ipsum precium minus solenniter deposuisse. Bald.

II. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Lucio.*

VSuras emptor, cui possessio rei tradita est[n], si precium venditori non obtulerit: quamuis pecuniam obsignatam in depositi[o] causam habuerit, æquitatis ratione præstare cogitur.

DE VSVRIS[a]. *Dixit hucb[b] vsq; qualiter actoris intentio minuatur compensationibus vel aliis exceptionibus: nunc qualiter augeatur.*

a Quibus casibus accipere aliquid vltra sortem possi. v. Socinum reg. 1.

b Cōtinuatio.

SI interrogatione.] CASVS. Mutuasti mihi decem, & vsuras solenniter stipulatus es: sed non interuenit scriptura: an nihilo minus debeātur vsurę quæritur? Resp. quòd sic, si fuerint promissæ vsq; ad legitimum modum.

i ¶ *Si interrogatione.* quæ stipulationibus præmitti solet: vt *insti. de verbo. oblig. in prin.*

k ¶ *Rectè.* id[c] est secundum modum regiminis vt legitimus modus vsurarum non offendatur: vt ff. *eo.* l. j. *in princ.* & j. *eo.* l. *cos.* §. *super.* ¶ Et nota hic, qui solennitatē[d] dicet, eā probet: vt ff. *de Publici.* l. *quæcunq.* §. *fi.*

l ¶ *Non sit.* nam tunc præsumerentur[e] omnia solenniter acta: vt *insti. de fideiuss.* §. *fi.* & j. *de contrah. stipu.* l. j. & ff *de pac.* l. *iurisgentium.* §. *quod fere.* Sic ergo refert an testes dicant aliquem promisisse, & non valet, nisi dicant præcessisse interrogationem: vt *hic.* & aliud si in instrumento hoc dicatur: vt dixi secundū Ioan. sed G. etiam in testib. dicit idem. *arg.* ff. *de reb. dub.* l. *quotiens.* ij.

m ¶ *Optimo iure.* quod moribus inductum rebúsq; receptum est, secundum Io. 2 Vel dic secundum B. deberi[g] vsuras bono[h] iure vt pacto nudo quando non peti, sed retineri possunt: vt j. e. l. iij. 2 Item meliori, vt officio iudicis. sic enim euenit in bonæ fidei iudiciis: vt j. eo. l. *in bonæ fidei.* Item optimo, per stipulationem: vt *hic.* 3 Vel tertio dic optimo, id est vtilissimo. est enim vtile accipienti & danti: vt arg. *insti. quib. mo. re contra. obli.* §. *fi.* sic ergo secundum B. ius[i] aliud bonum: vt ff. *de vsuc.* l. j. aliud melius: vt j. *de probat.* l. *exigendi.* aliud optimum: vt *hic* & *de verbo. obli.* l. *vbi autem.* non diuino: vt dicā. j. eo. authen. ad hæc.

c Rectè sic promissio vsurarum quādo intelligatur.

d Solennitatē probare debet qui eā allegat vt l. c. l. ij. in fi. ff. de publici interdum tamen præsumitur in 1 secundum cas. vbi dictum

e In instrumentis publicis præsumitur solennitas.

f Et sic potest probari per testes quòd in instrumento dicitur & semper verb. exprimentur propr. fin. contra de fontem & ea indis.

g Vsuræ debētur iure bono, meliori & optimo.

h Bono iure debetur, quod pacto: meliori quod officio iudicis: optimo, quod per stipulationem atque ita præstat actio eodem officio.

i Ius aliud bonū, aliud melius, aliud optimum.

VSuras.] CASVS. Rem mihi vendidisti & tradidisti: sed precium tibi non numeraui: vsuræ ex mora an debeantur, quæritur? Respond. quòd sic. nec obstat quo minus debeantur, cum penes aut aliū n habui precium non legitimè depositum: quia nō prius oblatum.

n ¶ *Tradita est.* secus si tradita non esset: vt *hic.* & j. *de actio. empt.* l. *curabit.* & ff. *de act. empt.* l. *Iulianus.* §. *ex vendito.* & ff. *eod.* l. *hæreditatis.* §. *fin.* Sed cum fructus pertineant ad emptorem ex tempore contractus: vt j. *de act. empt.* l. *fructus.* sicque possit eos petere & percipere, videtur semper teneri ad vsuras: vt ff *de act. empt.* l. *Iulianus.* §. *possessionem* & *de regul. iur.* l. *qui actionem.* & l. *qui potest.* Respond. hoc non potest obiicere venditor, qui ipse percepit. ¶ An autem hic vsura sit illicita etiam iure canonico? Respondetur secundum Azo. & H. non: quia loco[k] interesse præstatur & fructuū: vt *hic.* & arg. ff. *pro socio.* l. *socium qui meo.* ADDITIO. Hoc tenet etiam glos. *in c. conquestus extra de vsuris.* & sequitur ibi Abbas, & communiter canonistæ. alios etiam quosdam casus in quibus est licita, ponit eadem glos. *in prin.* & plures ponuntur xiiij. q. iij. in summa.

o ¶ *Depositi.* imò videtur liberatus: vt *eodem.* l. *acceptam.* & ff. *eodem.* l. *cuallu.* §. j. Sed dic quòd hic deposuit sortem sine vsuris: vt j. debuerat.

k Vsura est licita etiam de iure canonico & non petitur vt vsura, sed vt interesse loco fructuum. fortè cogita in l. Curabit. §. in verbo ratio. j. de act. empt. vel ita vsuræ iure canonico peti possunt ratione damni emergentis.

debi. vend. pig. impe. non pos. l. ∫. s vel depositi, s. apud se vel alium, non tamen legitimè. & hæc melior.

Quamuis.] CASVS. Mutuasti mihi c. pacto incontinenti apposito, conueni de vsuris præstandis: an debeantur, quæritur? Respon. quod non: sed si solui, non repetam, nec in sortem sunt accepto ferenda si ex pacto debentur.

a ¶Pecuniæ. Hoc nomẽ pecuniæ[a], strictè accipe: vt nõ contineat cætera in quibus est mutuũ aliàs esset contra. j. eo. l. frumẽti. ¶Item fallit hoc in duobus casib. vt ff. eo. l. etiam. & de naut. fœ. l. periculi. ¶Itẽ est verũ quod hic dicit etiam si pactum de eis præstandis incontinenti apponatur: vt ff. de præscript. verb. l. Titius. sic & aliàs pactũ[b] incontinenti appositum nõ parit actionem: vt ff. de reb. l. quòd si locus. & j. de iure dot. leg. anxia. Regulariter cõtra etiam in stricti iuris iudiciis: vt ff. si cert. petat. l. lecta. Sed in bonæ fidei contractib. non solùm ex pacto in continenti facto debentur vsuræ, sed etiam ex mora. j. de pact. inter empt. l. in initio. & ff. eod. l. cùm quidam. §. ex locato. & j. eod. l. in bonæ fidei. & supra de pact. l. in bonæ fidei. & ff. deposit. l. Lucius. & leg. Publia. & Lucius. & §. Titius. & ff. mandat. l. qui negotia. & de in rem verso. l. si pro patre. §. in rem.

a al. pecuniæ verbũ interdum strictè accipitur.

b Pactum incõtinenti appositũ interdum actionẽ nõ parit regulariter contrà.

c Vsuræ debentur ex pacto incontinenti apposito, & ex mora in contractu bonæ fidei: at non in strictis iuris iudicio.

b ¶Ex pacti. s. nudi.

c ¶Solutæ. nomine vsurarum. sec[e] si simpliciter: quia tunc in sortẽ tenerentur: vt ff. de solu. leg. in his. §. eidem autem. sed secus vbi etiã ciuiliter debetur vsura. tũc enim pri[us] in vsuras solutum accipitur: vt j. eo. l. si vsuras. Sed ex venditione pignoris redacta pecunia, etiam in naturale debitum potest retineri. ff. de solut. l. Paulus respondit non ideo. §. j.

† Si enim. al. Sed tantum.

e Honorio.

‡ teneretur.

Si vsuræ nudo pacto promittantur, non oritur actio: sed si soluantur, nec datur repetitio, nec fit extenuatio sortis. Bald. Vel sic: In contractibus stricti iuris citra vinculum stipulationis vsuræ non debentur: nudo tamen pacto conuenta non repetuntur, nec extenuant sortem. Salyc.

III. Idem A. Iuliano.

Quàuis vsuræ fœnebris pecuniæ[a] citra vinculũ stipulationis peti nõ possint: tamen ex pacti[b] cõuẽtione solutæ[c], neque vt indebitę repetũtur, neq. in sortem accepto ferẽdæ sunt.

Pignus obligatum pro minoribus vsuris non potest retineri pro maioribus ex posteriori contractu nascẽtibus. ad hoc allegatur Bald. Vel sic: Pro vsuris etiã nudo pacto conuentis tempore traditionis pignorum, possunt pignora retineri: non pro earum augmento postea conuento, nisi specialiter dictum sit. Salyc.

IIII. Idem A. Honorio[e].

PEr retentionẽ pignoris vsuras seruari posse[d] de quibus præstãdis cõuenit, licèt stipulatio interposita nõ sit: meritò cõstitutũ est[e], & rationẽ habet; cũ pignora pacti etiã vsuris obstricta sint[f]. Sed enim † in causa de qua agis, hæc ratio cessat, siquidẽ tẽpore cõtract[us][g] de minoribus vsuris petendis conuenit[h]: postea aũt cũ se debitor præstaturum maiores repromisit[i], nõ potest videri rata[k] pignoris retentio: quãdo eo tempore quo instrumenta emittebãtur[l], non conuenit vt pignus etiã ad hãc adiectionem[m] teneatur.‡

Ratione minoris perceptionis vsurarum præsumitur recessum à maiori, etiamsi vsuræ debeantur reipub. Bal. Vel sic: Si creditor sciens minores vsuras receperit per triennium: à maioribus ex tacito pacto intelligitur recessum: etiam si vsura deberetur ciuitati. h. d. not. Salyc.

V. Iidem AA. & CC. Sabino & aliis.

ADuersus[n] creditorẽ vsuras maiores ex stipulatu petẽtem si probetur per certos annos[o] minores postea cõsecutus: vtilis est pacti[p] exceptio: secundũ quod tueri causam potestis etiã aduersus defensores ciuitatis[q] maiores petẽtes ex cautione[r], si probaueritis semper quin cũces amitã pupillorũ vestrorũ quę maiores cauerat, depẽdisse.

Vbi præcedit oblatio, & sequitur depositio, cessant vsuræ: & absente creditore sufficit offerre in iudicio. Bald. & Salyc.

VI. Imp. ANTONINVS A. Antiano.

SI creditrici, quæ ex causa pignoris oblatam sibi rem tenuit, pecuniã debitã cum vsuris testibus præsentibus obtulisti, eáq; nõ accipiente, obsignatam eam deposuisti: vsuras ex eo tẽpore quo obtulisti, præstare nõ cogeris[f]. absente verò creditrice, præsidem[t] super hoc interpellare debueras.

Ex præstatione vsurarum non præsumitur promissio earum. Bald.

VII. Idem A. Aristeo.

CReditor instrumentis suis probare debet, quæ intendit[u], & vsuras se stipulatum, si potest. Nec enim si aliquando[x] ex consensu præstitæ sunt, obligationem constituunt[y].

tantùm debita erat, vel hic odio vsurarum.

l ¶Emittebantur. pro maiori vsura, vel dic pro minori.

m ¶Adiectionem. aliàs actionem: & aliàs cautionem.

ADuersus.] CASVS. Mutuasti mihi x. & promisi tibi vsuras maiores per stipulationem: postea cõueni de dãdis maioribus. an si per certos annos minores recepisti, in maioribus tibi pręiudicasti quo min[us] eas petere possis, quæritur? Respon. quòd sic.

n ¶Aduersus. hic fuerũt promissæ maiores, sed solutæ minores.

o ¶Per certos annos. decẽ vel viginti: vt ff. eod. l. qui semisses. vel v. vel vj. vel secundùm Azo. triennio. argu. j. de fideicommiss. l. j.

p ¶Pacti. s. taciti. vt j. e. l. quanuis. ¶Sed cũ quis præiudicet[a] sibi minores accipiendo, vt hic dicit, quare debitor[b] non præiudicat sibi dando maiores: vt ff. de solution. leg. creditor. §. fi. Respond. vt ff. de act. & oblig. l. Arrianus.

q ¶Ciuitatis[c]. sic ergo remiserunt tacitè vsuras maiores. & sic est cõtra ff. de pactis. l. imperatores. Sed ibi[d] expressè, hîc tacitè: vt arg. ff. de procura. leg. filiusfamilias. §. veterani. sic & cõtra tacitè remittit, non expressè: vt in authentic. de sanctiss. episcopis. §. si verò intra in fin. titu. colla. ix. & in authent. vt cum de appell. cog. §. si verò liberi. collat. viij. 2 Vel dic quòd ibi erat liquidum, hîc non: vt argum. supra de transactio. l. præses. 3 Vel tertiò hîc ciuitas successerat creditori, vnde debet vti eius iure: vt ff. eodem leg. cùm quidam. §. fisius. vel eorum propria erat pecunia, non ciuitatis. Vel iidem isti non possunt petere maiores, sed alij defensores successores eorum possunt: vt ff. de publicanis. leg. licitatio. §. earum rerum.

a Vsuras minores acceptas sibi præiudicat.

b Vsuras maiores, quã debeat, soluens sibi non præiudicat.

c Ex perceptione minorũ vsurarũ inducitur tacitũ pactũ de non petẽdis maioribus etiam in causis publicis.

d Remissio tacita aliquãdo valet, vbi expressa non valeret.

e Vel dic administratores ciuitatis non posse quidem facere pactum expressum de non petendis omnino vsuris, sed tacitè eas remittere posse recipiendo minores.

r ¶Ex cautione. qua cauerat amita pupillorum, cui pupilli vestri successerunt.

SI creditrici.] CASVS. Mulier mutuauit mihi x. sub pignore, & vsuras stipulata est: obtuli pecuniam. si illa nolit accipere, quæ liter mihi succurratur, quæritur? Respon. quòd consignabo, & deponam in ædem sacram, & ex eodem tempore non currũt vsuræ. & hoc in prima. hęc vera sunt quando mulier præsens est. Si verò absens est, interpellabo præsidem.

f ¶Non cogeris. quia ipso iure es liberatus: vt j. eo. l. acceptam. & hoc nisi idem debitor fuerit in mora recipiendo pecuniam depositam: vt j. eo. l. acceptam. in fi. & ff. eo. l. debitor. quæ sunt contra.

t ¶Præsidem. vt & j. tit. y. l. in contract. h. §. pen.

CReditor.] CASVS. Decem mihi mutuasti: per annũ vel bienniũ vsuras solui: an mihi præiudicauerim. quo magis in posterũ soluere tenear, quæritur? Resp. quòd nõ: nec ex tali solutione probabis me ad vsuras futuri temporis teneri. nisi per instrumentum vel alio modo vsuras in stipulatum deductas probaueris. Viu.

u ¶Intendit. vt & j. de probat. l. j.

x ¶Aliquando. minus tamen triennio, vt non contradicat infra de fideicomm. l. j. secundùm M. quod non placet. sed illud fauore alimentorum, hoc odio vsurarum.

y ¶Constituunt. imò videtur quòd sit: vt ff. eodem. leg. cùm de in rem verso. ¶Sed ibi petebantur vt promissæ, quæ promissio ex illa-

Per retentionem.] CASVS. Si mihi x. mutuasti, & pignus dedi, & conueni pacto nudo de præstandis vsuris: retinebis pignus quousq; soluerim vsuras. & hoc in prima. Si verò promisi minores vsuras: putà quatuor, & pignus dedi: & postea sequenti die conueni vt soluerem maiores vsuras, putà viij. den. an habeas retentionem pignoris pro maioribus, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in secunda.

d ¶Posse. etiam à fisco successore talis debitoris: vt infra de vsur. fis. l. j. lib. x.

e ¶Constitutum est. vt ff. de pig. l. grege. §. fin. & de pig. act. l. solutum. §. fin. autem. & j. eo. l. pignoribus.

f ¶Obstricta sint. s. nominatim.

g ¶Contractus. pro quo datum fuit pignus.

h ¶Conuenit. nudo pacto & cum pignore.

i ¶Repromisit. nudo pacto. sed pro his maioribus pignus obligatum non fuit.

k ¶Rata. aliàs rata: aliàs nata. Sed videtur quòd sic: quia tacitè sit repetitum: vt Institut. ad legem Aquil. §. ac ne plurimi. & ff. de verborum obligation. l. Titia. §. idem respondit. j. & ff. de conditio. institut. leg. cum fervo. sed hoc est speciale odio vsurarum. 2 Vel dic quòd ex interuallo conuenit de maioribus. argum. ff. de adimen. legat. l. si tibi certam. Item etsi non sit nata actio, videtur tamen habere retentionem, vt infra etiam ob chiro. pe. l. j. quod hic negat. Sed hic naturaliter

tiurna præstatione probatur: hic autem tantùm ex eo quòd præstitæ erant, & plenè dixi de hoc s. de pac. l. si certis.

QVanuis.] CASVS. Si debitor à creditore minores vsuras stipulatus est: & nisi intra certa tempora soluerit minores, conuenit vt soluat maiores: si eo lapso recepit minores: an in minoribus sibi præiudicauit, quæritur? Respon. quòd illæ debebuntur ei, in quarum exactione & solutione perseuerauerit. Viuia.

a ¶Licitas. & certas, aliàs non valet promissio: vt ff. eo. l. tutor. §. fi.

b ¶Post tempus. quo potuit petere maiores. ¶Et not. quod differt hæc lex ab illa lege, aduersus. s. e. quia ibi nõ fuerũt promissæ minores vsuræ, sed tãtũ petitæ & exactæ. ¶Item no. quòd vnum ius eligẽdo[a], alij renunciare videtur: vt & j. de iur. dot. imp. l. ij. & ff. eo. l. pecuniæ. §. j. & l. qui semisses.

Dotiphora. Vassa.

a Electione vnius tollitur aliud.

Eligens ex duabus clausulis eiusdẽ cõtractus, vnam ex illis, sc. leniorem grauiori renunciare videtur. Bald. Vel sic: Si creditor cui sunt promissæ maiores vsuræ in quo casu minores promissæ non fuissent solutæ, minores exegerit eo tempore quo maiores petere potuit: sibi præiudicat, vt maiores non exigat. Salyc.

VIII. *Idem A. Theophoro*[*].

QVanuis Bassa † cum pecuniam mutuam acciperet, minores vsuras Menophanti spopondit: & nisi intra certũ tempus eas soluisset, ampliores (licitas[a] tamẽ) promisit: tamẽ si post tẽpus[b] cautioni præfinitũ creditor easdem accepit, nec maiores sibi dari postulauit, ac per hoc non recessisse eum à minorũ præstatione probari potest: eas vsuras computari oportet, quarum in exactione creditor perseuerauit.

Mora tutoris impedit cursum vsurarum quæ veniunt ex mora debitoris. Bald. Vel sic: Si debitor offerat minores vsuras tempore congruo, ipse euitat cursum maiorum: & depositio sortis facit cessare cursum omnium. Salyc.

IX. *Idem A. Probo.*

SI per te non stat quò minùs intra tempora præfinita pecuniam minorum solueres vsurarum, sed per tutores[c] filiorum creditoris, qui eam accipere noluerũt, idq; apud iudicem datũ probaueris: eius tẽporis quo per te non stetisse apparuerit, vsuræ maiores[d] non exigentur[e]. Quòd si etiam sortem deposuisti[f]: exinde ex quo id factum apparuerit, in vsuras non conuenieris.

SI per te.] CASVS. Titius mutuauit mihi x. & minores vsuras stipulatus est: cõuenit de præstandis maiorib. si sua die minores nõ soluerẽ. Titi[*] decessit relictis pupillis heredibus: minores intra tẽpus tutores noluerũt accipere. ex quo per me nõ stetit, maiores vsuras nõ exigẽt. & hoc in prima. Si verò deposui & consignaui sortẽ solenniter, ex eo quod deposui, vsuras amplius soluere non compellar. & hoc in secunda. Viuia.

c ¶Per tutores. idem si morte creditoris nemo fuit cui solueretur: vt ff. eo. l. pecuniæ. §. j.

d ¶Vsuræ maiores. promissæ si in minorib. cessaret. ¶Et sic not. quod sola[b] oblatione impediũtur vsuræ, quæ nondũ cœperunt currere. (sic & in pœna[c] cõmissa: vt ff. de arbi. l. Celsus. in fi.) sec[c] in his quæ iam currere cœpissent: quia ibi non sufficit oblatio, vel etiã priuata depositio: vt s. eo. l. ij. sed est necessaria consignatio & solennis depositio: vt hic subiicit. s. eod. l. si creditrici. & j. eo. l. acceptam. & j. de sol. l. obsignatione. & ff. de admi. tut. l. tutor pro pupillo. §. j. & ff. de mi. l. aut prætor. §. j.

b Oblatione reali impediũtur vsuræ nõdũ inchoatæ: cõsignatione & depositione solenni, etiam inchoatæ.

c Oblatione reali impedi tur commissio pœnæ conuentionalis, vt hic.

e ¶Non exigentur. ope exceptionis.

f ¶Deposuisti. & obtulisti, & solenniter, vt modò dixi. ¶Item quid in aliis rebus debitis? Resp. vt j. eo. l. acceptam.

VSuræ.] CASVS. Mutuasti mihi centum, & ea restitui post x. an. & omni anno solui xx. nomine vsurarum. in capite x. an. cõputo omnes vsuras quas solui diuersis temporibus, & inuenio eas excedere sortem in duplum: & sic volo vsuras repetere quasi maiores centesimis: an possim, quæritur? Respond. quòd non: nec est ita facienda computatio in capite x. ann. imò cuiuslibet anni per se. & facta sic computatione, debet perpendi an vsura excedat sortem, an non. Viuia.

g ¶Vsuræ. nec minores, nec maiores.

h ¶Solutæ. vel etiam soluendæ. & quod dicit, per tempora, id est, per plures annos, vt & accipitur in Daniele de[e] Antichristo[f]: Regnabit Antichristus per tẽpus & tempora, & dimidiũ temporis, id est, annum & duos annos, & dimidium annum. nam etiam tantum prædicauit Christus in terra. & dic xx. debeo, quantum nomine vsuras per lõgum tempus solui, repetere vsuras quorum vltra duplum præstitas non possum: quia quę sunt vltra duplũ vel vltra legitimum modum, in capite anni dispiciendum est.

e Daniel 12. cap.

f Antichristus regnabit per tres annos cũ dimidio.

i ¶Dupli. vsurarũ legitimarũ, imò sortis: vt j. eod. l. eos. §. super. Acc.

k ¶Temporum solutionum. faciendæ pro vno anno.

l ¶Computationem. i. quantitatem sortis: vt ff. de nau. fœn. l. nihil. §. pe.

Computatio vsurarum fit in fine cuiuslibet anni. Bald. Vel sic: Licèt plures præstationes vsurarum per plures annos factæ in vnum collectæ excedant duplum veræ sortis: non propterea iudicantur illegitimæ: quia non coaceruatio, sed singulorum annorum præstatio debet considerari. Salyc.

X. *Idem A. Donato.*

VSuræ[g] per tempora solutæ[h] nõ proficiũt reo ad dupli[i] computationem. Tũc enim vltra sortis summam vsuræ † non exiguntur, quotiẽs tempore solutionis[k] summa vsurarum excedit eam computationem[l].

Per oblationem impediuntur vsuræ, & per fructuum acceptionem extenuatur sors, scilicet fructib. consumptis. Bald.

XI. *Idem A. Popilio.*

EX prędiis pignori obligatis creditor post oblatam sibi iure pecuniam, quam nõ suscepit: si fructus[m] accepit, exonerari sortis debitum certum est.

Ex nudo pacto in frumento vel hordeo venit accessio. Sed quo iure petatur? Dic, si pactum fuit incontinenti appositum, per actionem præscriptis verbis, vel per aliquam de actionibus generalibus, putà per triticariam, si accessio non est in pecunia: vel actione in factum, siue accessio sit in pecunia, siue non, vel condictione ex lege. Bald.

XII. *Imp.* ALEXANDER A. *Tyranno.*

FRumenti vel hordei mutuo dati accessio[n] etiam ex nudo pacto[o] præstanda est.

In bonæ fidei iudiciis veniunt vsuræ ex mora: quæ sopito iudicio principali, peti non possunt. Bald.

EX prædiis.] CASVS. Obligaui tibi prædiũ pro x. ea tibi obtuli. te accipere nolente consignaui & deposui. ex eo tẽpore quo obtuli, vsura quæ incepit currere, desinet currere: & fructus post oblationẽ percepti deminuũt sortẽ. vel sic: Cõueni vt darẽ tibi vsuras à Pascha in antea. ante Pascha obtuli, per oblationẽ solam cursus vsurarum futuri tẽporis impeditur. & quod dicit, exonerari debitum sortis, † intellige. s. ab vsura futura: cùm non erat dictum vt debitor perciperet fructus nomine vsurarũ. In secundo casu prima positio verior est. Viuia.

† In scriptis exempl. additur negatio, non. Alciatus tamen ab pœnitent.

m ¶Fructus. qui ex cõuentione loco[a] vsurarũ percipiebantur: vt j. eod. l. si ea lege. & secundũ hunc casum fuit hic oblatio, cõsignatio, & depositio sortis, vt vsura quæ[b] currere cœperat, desinat. vt j. eo. l. acceptam. ¶Sed secundùm hoc nõne ipso iure est liberatus: non ergo dicitur debitũ exonerari propter fructus? Respon. cõuertit eam postea in suos vsus. 2 Vel dic secundo quod sola oblatio fuit hic: & futuras, quæ non cœperant currere, impedit: vt s. eod. l. si per te. erant enim conuentæ à certa die in antea: & quod dicit, debitum sortis exonerari, s. ab ipsa vsura futura, si ante diem aduenientẽ obtulit. & secundùm hoc nil de fructibus erat dictũ, vel quòd eos perciperet creditor vice vsurarum certa die in antea. 3 Vel dic tertio nullas hic fuisse vsuras. & quod dicit, post oblationem exonerari: subaudi, maximè. nam idem & ante: vt s. de pign. ac. l. j. & tunc dic debitum sortis, id est, debitum quod est sors.

a Fructus loco vsurarum percipere licet.

b v Glos. l. si per te & verbo vsuræ maiores, l. eod.

FRumenti.] CASVS. Si pro x. corbibus frumenti, quos tibi mutuaui, nudo pacto conuenisti mihi xij. dare: an præstare tenearis, quæritur? Resp. quòd sic.

n ¶Accessio. non enim propriè potest dici vsura.

o ¶Pacto. dummodo intra legitimum modum: vt j. eod. l. eos. §. cæteros. ¶Sed qua actione? Respon. per condictionem triticariam: vt ff. de tritica. l. j. vel dic condictione ex hac l. & facit infra eod. l. oleo. ¶Item not. hic ex[c] nudo pacto deberi vsurarum: vt ff. eo. l. etiam. & de nau. fœn. l. periculi. Sed regulariter contra: vt s. e. l. quamuis. Item not. quòd ex nudo pacto hic oritur actio. quod speciale est, vt diximus supr. de pac. l. legem.

c Vsuræ aliquando debentur ex nudo pacto: regulariter enim ex nudo pacto non debentur.

IN bonæ fidei.] CASVS. Tenebaris mihi ad x. act. neg. gest. quia gesseras negotia mea: fuisti in mora, & conueni te: iudex condemnauit te ad x & de vsuris nihil dicit: an possim petere vsuras quæritur? Dicitur quòd nõ, nisi à sententia fuerit appellatum: nec eas quæ cucurrerunt à tẽpore latæ sententiæ ante quadrimestre, quod datur condemnatis: sed eo elapso nisi iudicatis satisfiat, vsuras cẽtesimas petere potero. Viuia.

In bonæ

a ¶In bonæ fidei.] & in his quæ naturam habent bonæ fidei: vt ꝭ. *in quib. cau. in integ. restit. non est ne. l. ne minorum.*

b ¶*Gestorum.* vt *inst. de act. §. actionum.*

c ¶*Rationem.* id est, emolumentum habere.

d ¶*Haberi.* officio[a] iudicis ex mora: vt *ff. eodem. l. mora. in bonæ fidei. & ff. locat. l. quæro. & ff. de negot. gest. leg. quia tandem. & infra deposit. l. vsura, & infra locat. l. aduersus.*

a Vsuræ in bonæ fidei iudiciis debentur ac præstantur ex mora.

e ¶*Minoris.* sc. propter vsuram de qua non dixit, vt hic subticit.

f ¶*Retractanda.* quia[b] in bonæ fidei iudiciis nō est alia actio sortis, & alia vsurarum: vt j. *depositi. l. iij. & infra de actionib. empt. l. qui per collusionem. §. si.* secus si alia actione debentur: vt in stricti iuris iudiciis, vbi per stipulationem debentur: vt ꝭ. *de iudic. l. j. & ff. de eo quod cert. loco. l. centum.*

b Vsuræ cum sorte vna actione petuntur in bonæ fidei iudiciis. ¶ facta.

g ¶*Nisi ex causa iudicati.* i. nisi post quatuor mēses quando currunt centesimæ: vt *infra de vsur. rei iudic. l. ij. & fin.* sed M. dixit etiā medio tempore currere, si antea fuerat debitor in mora. per l. *ff. eod. l. in fidei commissi. in princip.* quod non placet: quia ibi in fructib.[c] dicit, qui sunt accessio naturalis. secus autem in ciuili, vt dixi, nisi quādo appellasset frustratoriè: vt *ff. eod. l. tutor.*

c facit.

XIII. *Idem A. Eustachio.*

IN bonæ fidei[a] iudiciis (quale est negotiorum etiam gestorū[b]) vsurarū rationem[c] haberi[d] certum est. Sed si finitum est iudicium sententia: quanuis minoris[*] condemnatio facta est non adiectis vsuris, nec prouocatio secuta[*] est: finita retractanda[f] non sunt: nec eius temporis quod post rem iudicatam fluxerit, vsuræ vllo iure postulantur, nisi ex causa iudicati[g].

Habitatio domus pignoratæ non dicitur excedere modum legitimum vsurarum: secus in locatione si pluris est à creditore locata. Bald.

XIIII. *Idem A. Aurelio.*

SI ea pactione vxor tua mutuā pecuniā dedit, vt vice vsurarū[domū]†inhabitaret, pactóq; ita vt conuenit vsa est, nō etiā locando domū pensionem redegit[h]: referri quæstionem, quasi plus domus redigeret si locaretur, quàm vsurarum legitimarum ratio colligit, minimè oportet. Licèt. n. vberiore sorte[i] potuerit[*] contrahi locatio: non ideo tamen illicitum fœnus esse contractum, sed vilius conducta[k] habitatio videtur.

† potest.

Hæc lex habet no. materiam, & hoc intendit: Pœna inserta in contractu mutui, videtur inserta loco vsurarum. & vtile per inutile non vitiatur. Baldus. ideo quatenus excedit legitimum modum, non valet. Salyc.

SI ea pactione.] CASVS. Mulier aliqua mutuauit mihi x. nomine vsurarū permisit vt habitaret in domo mea: quæ inhabitauit, nec alij locauit. postea comperio quòd si alij locassem xx. percipere potuissem: vnde quia non debui nisi quinque nomine vsurarū, volo repetere: quæritur, an possim? dicitur quòd non: quia videor ei locasse viliori precio quàm alij potui. Viuia.

† Candido.

h ¶*Redegit.* secus ergo si locasset, & pensiones maiores legitimis vsuris percepisset, tunc enim in fraudem legitimæ vsuræ videtur factum secundū Ioan.

c Legis secūdæ ff. de rescind. vendit. locum etiā habet in locatione & conductione simplici dixit Glo. l. si voler. §. j. de locatē.

i ¶*Sorte.* i. quantitate.

k ¶*Conducta.* quod tolerabilè ratione incertitudinis: *vt infra eod. l. fœn.* & quia licitum est contrahentibus &c. vt *ff. de minor. l. in causæ. ij. § pe.* secus ergo si hæc locatio est vltra[c] dimidiam iusti precij: vt *j. de rescin. vend. l. ij.*

XV. *Imp.* GORDIANVS A. *Claudio.*†

CVm allegas vxorē tuam ea conditione mille aureorū numero quātitatē sumpsisse, vt si intra diem certū debito satis non fecisset, cū pœna quadrupli redderet[*] qđ accepit: iuris forma non patitur legē contractus istius vltra[l] pœnam legitimarū vsurarum posse procedere.

* redderetur.

Fructus nomine vsurarum promissi, non possunt vltra debitum modum peti Bald. Vel sic: Triticum nomine vsurarum promissum, non potest peti vltra legitimum modum. Salyc.

CVm allegas.] CASVS. Mutuaui tibi x. conueni si sua die non solueres, quòd tenearis ad quadruplum nomine pœnæ præter sortem: an valeat conuentio? dicitur quòd non, nisi vsque ad pœnam legitimarum vsurarum. vnde superfluo detracto stipulatio vires habebit. Viuia.

d Ex consuetis deducitur præsumptio præsumitur. n. contra aliquē ex eo qđ ita facere cōsueuit. v. Cardam tract. de fraud. contract. præsump. 22.

l ¶*Vltra.* superfluo ergo detracto stipulatio vires habebit: vt *hic, & ff. eodem. l. pecuniæ in princip.* ¶Et not. quòd H. intelligit hanc leg. quando talis erat persona, quæ[d] cōsueuerat fœnerari. quod si est, contra talem præsumptionem non admittam probationem: in aliis autem dantibus gratis pecuniam, & maximè[e] ius ignorantibus, hoc pactum non reprobatur: vt *argum. ff. eodem. l. qui semisses. §. fin. & ff. de petit. heredit. l. vtrum. §. fin. & de pignorat. actio. l. vel vniuersorum. & de re militari. l. non omnes. §. à barbaris.* 2 Alij vt Ioannes non distinguunt, siue solitus fœnerari, vel non, nam semper fraudem præsumit[a] ex quantitate pœnæ: vt *hic, & ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. ibidem Papinianus respondisse. & ff. eod. pœnam. & l. pecuniæ.* Nec obstat *dict. l. qui semisses.* quia ibi ex negligentia, hic ex promissione petiit vsuras. & hoc vbi pœna adijcitur quantitati. secus si promissæ speciei vel facto: quia tunc tota petitur: vt *ff. de actionibus empti. l. Lucius. & ꝭ. de transaction. l. promissis.* 3 Sed secundùm nos, qui dicimus de vsuris correctis[b] per *authent. de eccl. titul. coll. ix.* qualiter de hac pœna iudicabimus, cùm nec pœnam, vt dixi, nec vsuras iudicemus? Resp. condemnabo in tātum quantitatē nomine pœnæ, quanta est legitima vsura. quod nō placet: quia sic semper posset quis stipulari nomine pœnæ etiā vsuram. Itē non[c] rebus, sed verbis lex imponeretur. quod esse non debet: vt j. *commun. de lega. l. ij. in fi.* dic ergo quātum interest, Accur.

e Præsumi fraus non solet in iis qui ius ignorāt, & sūt simplices v. Capol. tract. de fraud. contrac. caf. 6. presump. 196.

a Fraudē præsumi ex quātitate pœnæ.

b Imò vigent iure Authenticorū non prohibitæ. Nam post eius in de ecclesiasticis titulis in Nouel. [illegible] vide in [illegible] quitnoe [illegible] in [illegible] Nouellan. de nauticis vsuris. Bart. hic.

c Lex rebus & nō verbis imponi debet.

XVI. *Idem A. Sulpitio.*

CVm non frumentū, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, vt certa modiatio tritici præstaretur[m]: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mēsurarum additamētis in fraudē legitimarum vsurarū grauatū te esse contendas†: potes aduersus improbam[n] petitionem cōpetenti vti defensione.

† Contendis.

IN AVTHEN. NVLLVM credētē agricolæ tenere. §. sancimus itaque. colla. iiij. consti. v.

In ista authentic. ponitur accessionum & vsurarum limitatio dupliciter. Primo quando mutuantur agricolis fructus aridi. Secundo quando pecunia. Item ponitur excessus modi ipso iure irritatio. Secunda ibi in ver. si aliquid. & seipsam summat. Bald.

AD hęc, qui fructus aridos[o] credidit agricolæ, vel pecuniam, in vnoquoq; anno pro modio octauam partem modij, pro solido siliquā[p] vnam vsurarū nomine accipiēs: terram, siue aliquid aliud quod pignori accepit omnimodo reddat. Si aliquid præter hoc commiserit: ab actione cadat[q] omni modo.

CVm non.] CASVS. Mutuasti mihi pecuniam: & animo nouandi stipulor frumentum tibi reddi vsq; ad certam mensuram, & si sua die non soluerē, stipulatus es in fraudem legitimarum vsurarum additamētum. tibi petenti obstat exceptio. Viuia.

m ¶*Præstaretur.* nomine sortis in stipulatione deductæ, & animo nouandi obligationem pecuniæ.

n ¶*Improbam.* quantum ad additamentum. Ir.

Sequitur authen. ad hæc. quæ est in cor. nullum credē. ag. coll. iiij. quam quidā legunt super l. frumēti. alij super legem, oleo.

AD hæc.] CASVS huius authent. sic ponitur: Si volo mutuare agricolę pecuniā vel fructus, possum pacisci vt in fine anni pro modio reddat totā corbem frumenti. Si autem maiorem vsuram adducerem in stipulationem: cado ab actione mea ipso iure, vel ope exceptionis: & terra propterea obligata, vel aliquid aliud pignori datum, non tenebitur. Viuia.

o ¶*Aridos*[d]. vt frumētum & hordeū, & idem[e] in liquidis: vt *arg. j. eo. l. oleo.* Vel verius in aliis remanet lex antiqua.

d Aridi & liquidi fructus qui, adde Glo. Nou. 34 in verbo aridos.

e Imò non idem. vt j. *eod.* G. d. Nou.

p ¶*Siliquam*[f]. quid sit siliqua, dic vt not. supra *de epis. & cler. auth. sed hodie.*

f Siliqua q. d. v. in Gl. d. Nou. in verb. siliquā.

q ¶*Cadat.* ipso iure, vel per exceptionem: quod verius est. Item not. quòd hanc authent. Al. & quidam alij intellexerunt in[g] omni homine, non solùm in agricolis: quia text. in cor. sit generalior quàm rubrica[h]: sicut & aliàs est infra *etiam ob chirogr. pe. l. j.* nam etiam ad aliam quàm ad pecuniam trahitur ibi *in text. in principio.* sed secundùm eos corrigitur infra eod. l. oleo. vbi vltra octauam permittebatur. Item & lex infra eodem. l. eos. vbi maiorem permittit vsurā, quàm sit aliqua si pro solido. 2 Tu dic secundùm Azo. & H. & Ioan. quòd tantùm in rusticis loquitur hæc authentic. & ideo in cæteris serua leges illas. nam & aliàs subuenitur rusticis plus quàm aliis: vt infra *de testament. l. fina.* ¶Et distingue[i] circa hoc an mutuet quis pecuniam ad numerum, an aliud quod consistat pondere, numero, vel mensura. primo casu si stipuletur in pecunia vsuras, potest intra legitimum modum, non vltra: vt

g Hęc Authentica non in omni homine, sed in rusticis & agricolis tantum locum habet.

h Rubrica ipso texto vt sæpè generalior.

i Vsuras quādo liceat stipulari & [illegible]

j.eod.l.eos. sed in rusticis vsque ad siliquã: vt hic. si autem stipuletur nomine vsurarum aliud quod consistat pondere, numero, & mẽsura: si quidẽ certũ, nõ valet vltra legitimũ modum: vt hic. & l.cum non frumentum. sup.proxim. si autem incertum modum: tunc etiam vltra legitimum, & vltra centesimam: vt j. l.proxim. & ĩ.eod.l.si ea. & est ratio: quia in incertitudine se posuit: vt ff. de nau.fen.l.periculi. nam potest esse quòd plus aut minus percipiet, q̃ nunc credat. & hęc seruã in rusticis & aliis. Secundo casu.s. quãdo mutuauit quod est põdere, numero, & mẽsura: tũc si stipulatur vsuràs, siue accessiones illius rei, p quãtitate illa, vltra cẽtesimã etiã potest stipulari: quia tanto minus poterit tunc valere, quod nõ excedat. vnde ratione incertitudinis valet: vt innuitur in hac leg. vt j.eo l.oleo. sed in rusticis vsque ad octauam modij: vt hic. ¶ Sed iure[a] nouo secũdùm Ioa. & Azo. & nos non solùm in rusticis, & non solũ in minorãdis vsuris vel accessionibus, sed ex toto tolluntur vsuræ: vt in auth. de eccle.titul. §.j. collat ix. vbi dicit seruandas regulas sanctorũ quatuor conciliorum: sunt enim prohibitæ in Nicæno: vt xlvij. distinction. cap. quoniam. 2 Item si nulla lex diceret, adhuc non valerent: cùm sint contra legem[b] Dei, & inferior[c] non potest tollere legem superioris: vt ff. ad Trebell.l.ille à quo. §.tempestiuum. & de arbi. l.nam magistratus. Item Christus ad Paulum dixit: Durum est tibi contra stimulum calcitare. Item contra naturam est vt seruus tollat legem domini sui: vt supra de pact.l.seruus. non ergo stipulatio[d], non pignus, non iuramentum de his præstandis tenet: vt supra de legi. & constitut.l. non dubium. 3 & pro hoc etiam facit multum, quia dicta lex Iustiniani in authentic.de eccle.titu. est de suis vltimis: vnde iam quasi pœnituisse videtur de eo quòd permiserat eas. nam posteriora prioribus derogant: vt ff. de iure codicil.l.diuus. §.licet. & de legat.j.l.si mihi & tibi. § fina. 4 Nec obstat huic opinioni in authent. de vsur.nau.coll.ix. quæ est post illam de eccle. titu. & permittit vsuram: quia speciale[e] est in nautico fœnore, in quo etiam iure veteri multa erãt specialia, propter periculum quod subit creditor: & quod nudo pacto, & quòd sine stipulatione debentur: vt ff. de nau.fœ.l.periculi. & supra eodem.l.eos. §.j. 5 Sed contra in authen. de eccle.tit. §.sin autem distulerint. Sol. ibi speciale duplici fauore, scilicet vltimæ volũtatis, & in legato ad pias causas relicto.

Ratione incertitudinis futurorum fructuum, aliquid indicatur iustum: quod si appareret certum, esset iniustum. Bald.

XVII. *Imp.* PHILIPPVS A. *Euxeno.*[*]

SI ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit, vt fructus in vicem vsurarum consequeretur: obtẽtu maioris percepti emolumẽti propter incertum fructuum euentum † rescindi placita non possunt[a].

Vsuræ indebitæ solutæ prius forte soluta, cùm in sortem cedere non possint, vt indebitæ condicuntur. Bald.

XVIII. *Idem A. Castori.*

INdebitas[b] vsuras etiã si ante sortem solutæ non fuerint, ac propterea minuere eã non potuerint[c], licèt post sortem redditam creditori fuerint datæ, exclusam [veteris] iuris[d] varietate, repeti posse perpensa ratione firmatum est.

SI ea lege.] CASVS. Mulier obligauit mihi vineam: & in vicem vsurarum conuẽnit vt reciperem vindemiam, si plus emolumenti consecutus sim ex fructibus, quàm etiam sit in vsura: an illud reuocari possit, quæritur? Dicitur quòd non: quia potuerat euenisse quòd nihil prouenisset: & tamẽ necesse haberet stare cõuentioni, & propter incertum non erit retractanda. Viu.

a ¶ *Non possunt.* contrarium non postulaturus si modicum percepisset: vt j. de sol.l.cum pro pecunia. & hoc intelligit Ioan. quando dubitari poterat vtrum tantum perciperetur, an minus: quia consueuit[f] quandoque minus, quandoque tantum accipi. cæterum si indubitabile videtur communi opinione, etiam si aliter posset cõtingere: tamen rescindentur placita secundùm Ioan. vt argum. j. de dona.l.sancimus. §.si & arg. j.l.oleo. & ĩ.eo.l.si ea.

INdebitas.] CASVS. Mutuaui tibi decem, nec conueni de vsuris. si soluisti, an eas vt indebitas repetere possis, quæritur? Respond. distinguitur: aut eas vsuras ante sortem soluisti, aut post. si ante, in sortem imputabuntur: si post, repetes per condictio. indeb. Viuianus.

b ¶ *Indebitas.* vtroque iure.

c ¶ *Non potuerint.* tunc enim solutæ minuerent sortem: & sic non repeterentur: vt ff. de cond. indeb.l.si non sortem. in prin.

d ¶ *Iuris.* quia nõn distinguitur soluas ante vel post quo ad hoc: quia lucro creditori non cedunt ante vel post soluantur: sed ante soluta cedunt sorti, & postea sors soluta condicitur: sed post solutæ ipsæ eædem condicuntur: vt hic, & ff. de condictione indebiti. l.si non sortem. in prin. Item non refert si pro eis pignus obligatum vel non: & hoc quãdo vtroq; casu sunt indebitę. si autem nullo pacto sunt debitæ, tunc retinẽtur: vt j. eod. l.quamuis. j. & l.per retentionem. & infra eodem. l.si vsuras. & l.pignoribus. & ff. de solutio. l.in his. §.imperator. & l.creditor. §. cùm de sorte. Accur.

Hæc lex est singularis. Oblatio debiti & consignatio ac depositio, tempore & loco congruo cursum vsurarum impedit: à periculo casus fortuiti liberat debitorem: pignora dissoluit: hypothecariæ obstat: quod etiam in traiectitia pecunia seruatur: creditori verò parit actionem cõtra depositarium & quemlibet detentorem. sed si debitor depositum recuperauit, in veterem obligationem reincidit. Bald.

XIX. *Idem A. Hyrenia.*[*]

ACceptam mutuo[e] sortem cum vsuris[f] licitis creditoribus post contestationem[g] † offeras. at si non suscipiant[*]: cõsignatam in publico depone, vt cursus legitimarum vsurarum inhibeatur[h]: in hoc autem casu[i] publicum intelligi oportet vel sacratissimas ædes, vel vbi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit) quo subsecuto, etiam periculo[k] debitor liberabitur, & ius pignorum tolletur[l].

ACceptam.] CASVS. Mutuaui tibi quinque sub vsuris accepto pignore: obtulisti sortẽ mihi, sed nolui recipere, vt cursus vsurarũ nõ inhiberetur. quæritur, qualiter tibi succurratur? Dicitur quòd consignabis & depones in publicũ locum, putà in ædem sacram: & extũc periculũ erit mihi creditoris, & ius pignoris † soluetur, & nõ tenebẽris. & hoc in prima. Et idem de traiectitia pecunia obseruabitur. & hoc in secũda. Qua autem actione persequi possim pecuniam à depositario vel à debitore: dicit in fine quòd actione vtili: sed non aperit quæ actio illa sit: tu dic depositi vel in rem. Viuian.

e ¶ *Acceptam mutuo.* idem[b] in omni debito, quod potest consignari[c], secus in eo quod consignari nõ potest: vt j. de don. ante nup. auth. dos data. ¶ Quid ergo faciet debitor speciei quæ[d] consignari non potest? Resp. offerat. & si quidem res oblata postea pereat, si est in specie: iure ipso debitor liberatur, si in genere per exceptionem secundùm Ioan. vt ff. de solu.l.qui decem in prin.

f ¶ *Cum vsuris.* hoc ideo, quia totũ[e] debitũ debet offerre, vt[f] cursũ vsurarũ inhibeat, vt hic, & ff. eo.l.tutor. §.Lucius. nisi[g] in trib. casib. Primus quando hoc actum est: vt ff. eod.l.tutor. §.Lucius. Secundus. quando non est liquidum: vt ff. si cert.pet.l.quidam. Tertius in libertate: vt ff. de sta.libe.l.cùm heres. §.item si decem.

g ¶ *Post contestationem*[h]. i. post testium vocationem, & denunciationem: sicut & alibi ff. de legi. & consti.l.fi. & ĩ.eod.l.ij. & hoc congruo[i] loco & tempore: vt ff. de solu.l.si soluturus. & de ver.obli.l.qui Romæ. & j. de solu.l.obsignatione. §.sed ita demum.

h ¶ *Inhibeatur.* Quid mirũ? ipso enim iure omnis obligatio tolli videtur: vt j. de solu.l.obsignatione. & ff. manda.l.qui mutuam. §.j. Nec obstat q non sit directum dominium creditoris: vnde non datur ei directa rei vindicatio: sed vtilis: vt j. in fi. huius l. Nam nihilominùs ipso iure est debitor liberatus: sicut & heres credendo actionem legatario nominis, liberatur ab actione ex testamento, non tamẽ à te separari potest actio ex toto. ff. pro socio.l.ij. in pr. & de pecu.l.quid ergo. Idem in muliere, quæ fundum in dotem promisit. nam dando eum liberatur: licèt domina remaneat secundùm quosdam: vt j. de iu.do.l.in reb. Idem in eo qui soluit illi procuratori à quo est reuocatum mandatum. nam liberatur, licèt non efficiatur dominus pecuniæ creditor: vt ff. de solut.l.vero procuratori. §.sed & si quis mandauerit. & l.cum quis §.si debitorem. Sed B. dixit dominium transire in dominum propter præcedens mandatum. Vel dicas non ipso iure, sed per exceptionem tolli: vt in fi.l. dices. Item hoc verũ siue vsuræ per stipulationẽ siue officio iudicis debeantur. Sed quidã dicunt, vt Io. tunc sola oblatione tolli: quod reproba: vt ĩ. eo.l.ij. & l.ex prædiis. Item hoc etiam in currentibus: nàm quæ[k] nondum cœperũt currere, etiam sola oblatione tolluntur: vt ĩ. eod.l.si per te.

i ¶ *In hoc autem casu.* bene hoc casu dicit. nã alias aliter accipitur publici[l] nomine: vt ff. ne quid in loco publ.l.ij. §.publici. & aliter insti. de rer. diuis. §.j.

k ¶ *Periculo.* omnimodo: sed sola[m] oblatio liberat secundùm distinctionem quam in princ. legis dixi.

l ¶ *Tolletur.* vt & ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluit. l.item liberatur. §.qui paratus. & leg. Paulus. §.j. Si quæris an inducat pignoratitiam actionem sola oblatio? distinguitur an fiat in iudicio. & tunc agit

[*] Euxeni al. Bacusano.

† al. prouentum.

a Vsuræ verò iure ciuili nouo, sublatæ sunt.

b Molinæus in tractatu cõtractuũ vsurariorũ numero 10. & alii qui bus d. existimant vsuras lege diuina prohibitas, & illicitas, nisi quatenus sunt contra charitatẽ.

c Legem superioris inferior tollere non potest. Ax. 9. & 26.

d Promissio contra ius naturæ, neq. stipulatione, neque pignore, neq. iuramento confirmari potest.

e Fœnus nautico multa habet specialia.

f Fructus non æstimantur ex insolito euẽtu, sed ex consulta æstimatione.

* Hirenea.

† testationẽ.

* suscipiat.

b Consignari omne seu quodcunq; debitum potest.

c v. §. j. de sol.

d Oblatio rei quę consignari non potest quemadmodum fieri debeat.

e Oblatio totius debiti fieri debet tribus casibus ampliationes & exceptiones habet sententia. v. apud Negusan. tract. de pign. parte 5. memb. 3. parte 1. nu. 17. & 199.

f Oblatio sola impedit cursũ vsurarũ & pœnæ ...nem. v. Bald. decis. 319.

g Solutionem particularem quandoque tenetur quis recipere.

h Contestatio provocatione testium & denuntiatione.

i Contestatio fieri congruo loco & tempore debet.

k Vsuræ quæ cœperũt currere, non tolluntur sola oblatione.

l Quæ vsura sine oblationem necessaria obsignatio & depositio, fieri debet et depositio in æde sacra aut apud nominatum à iudice. v. Negusant. tract. de pignor. parte 5. membr. 5. parte 2. num. 16.

m Oblatio sola debiti, an inducat pignoratitiam actionem.

agit pignoratitia : an non, & tunc non: licèt poſſit debitor creditorem petentem repellere: *vt ff. de pig. act. l. ſi rem alienam. §. ſi. & d. l. item liberatur. §. j.*

a ¶*Cu Seruiana.* id[a] eſt, quaſi Seruiana, quę hypothecaria vocatur: *vt inſt. de act. §. item Seruiana.*

a Seruiana. i. quaſi Seruiana.

b ¶*Soluantur.* vt ff. *de pigno. actio. l. aliena. §. fin. & d. l. item liberatur. §. j. & infrà de luit. pig. l. ſi. & j. de pignor. l. ſi dominium. & l. creditor.*

c ¶*In traiectitiis.* vt debitor offerendo, conſignando, & deponendo liberaretur, de quibus dices j. *tit. j. l. j.*

d ¶*Actione vtili.* depoſiti vel in rem, & ſic nõ eſt in eum tranſlatum dominium directum.

e ¶*Eas receperit.* & hoc caſu loquitur. *ff. eo. l. debitor in fin.* ¶Sed qua actione tunc ipſe conuenitur? Prima nõ: quia ſublata eſt ipſo iure, vnde in perpetuum, &c. *vt ff. de ſolut. l. qui res. §. aream. & ff. de poſiti. l. j. §. ſatiſdatione.* Reſpond. vtili in rem, vel ad exhibendũ ſicut quilibet alius: vt ſubiicit. 3 Vel dic etiam prima conueniri, & fingitur nõ facta depoſitio, cũ non durauerit: *vt ff. de in rem verſo. l. ſi pro patre. §. verſum.* 3 Vel tertio dicas tolli p exceptionẽm, quæ exceptio ſit inefficax cũ debitor recipit pecuniã.

f ¶*Sed contra depoſitarium.* vtili depoſiti.

g ¶*Pecunias.* i. poſſidẽtem pecunias vtili in rem. ¶Collige ergo ex prędictis oblationẽ[b] & cõſignationẽ & depoſitionẽ ipſo iure vel per exceptionẽ tollere omnẽ obligationẽ. ¶At depoſitio ſola[c] nihil. vt ʒ. *eo. l. y in ſi.* niſi cùm non eſt cui offeratur: *vt ʒ. eo. l. ſi creditorio in ſi.* ¶Item oblatio[d] ſola vſuras futuras impedit. 2 ¶Item pœnam committendã impedit: *vt ʒ. eod. l. ſi per te. & ff. de arbit. l. Celſus in fin.* non illas quæ cœperant currere: *vt ff. de adminiſt. tutor. l. tutor pro pupillo. §. j.* 3 Item ſola oblatio tollit pignus: vt dixi. 4 Item interitum facit eſſe creditoris: *vt ff. de verbo. oblig. ſi ſeruum. §. ſequitur.* 5 Item in duob. caſib. ſola oblatio liberat debitorem à debito: *vt j. de cond. inſer. l. ſi & j. de iuſte. & arc. l. j. lib. x.* ¶Sed quare ſola oblatio non tollit curſum vſurarum inchoatarum, & tamen facit tranſire interitum? Reſpon. non poſſunt conſignari & deponi illa ſuper quibus tractamus de interitu: & ideo ſufficit oblatio. Item & ſi quandoque poſſunt, tamen in vſura eſt ſola oblatio. cùm verò dicim' de interitu, eſt oblatio & ſequitur interitus. nam & in pecunia ſi ſequatur interitus, non tenetur debitor: *vt ff. de ſolu. l. qui decem. in prin.*

b Oblationis, cõſignationis, & depoſitionis ſimul effectus is eſt, vt etiã ipſo iure tollatur obligatio.

c Depoſitionis ſolius qui ſit effectus.

d Oblationis ſolius eff. quis ſit, & cur nõ tollit curſum vſurarum inchoatarum.

cum Seruiana[a] etiã actio manifeſtè declaret pignoris inhiberi perſecutionem vel ſolutis pecuniis; vel ſi per creditorẽ ſteterit quo minus ſoluantur[b]. Quod etiã in traiectitiis[c] ſeruari oportet: creditori ſcilicet actione vtili[d] ad exactionem earum non aduerſus debitorem, niſi fortè eas receperit[e], ſed contra depoſitarium[f], vel ipſas competentẽ pecunias[g].

Mandator & fideiuſſor conuenti vltra legitimum modum vſurarum, ſunt ipſo iure tuti: ſicut reus principalis. Bald.

xx. *Idem A. Ælio.*

CONſtitutionibus ſacris, quę vltra certum modũ vſuras fœnebris pecuniæ exigi prohibent, mãdatoribus etiam vel fideiuſſoribus ſubſidium eſt: quibus[h] quaſi[i] mãdator vel fideiuſſor conuentus vti potes[k].

Simpliciter ſolutum cedit in debitum vſurarum. h. d. Bal. Vel ſic: Simpliciter ſolutum creditore volente, cedit in debitum vſurarum, ſeu priùs in vſuram, quàm in ſortem. Salyc.

xxi. *Idem A. Chreſimo.*

SI vſuras pręſtari pignore dato cõuenerat[l]: & incontinẽti[m] numeratione facta, poſtea velante, propter quod debitum ſolutionem feceras, nõ deſignaſti: habuit creditor in vſuras tibi accepto ferendæ ſolutæ quãtitatis facultatem[n].

Pignus obligatum pro ſorte, & vſuris, poteſt pro vtroque debito retineri: ſed pignus obligatum pro ſorte tantùm, non poteſt retineri pro pœna. Bald. & Salyc.

putandi in vſuras. Viuia.

l ¶*Conuenerat.* per ſtipulationem. Vel dic, nudo pacto, ſed dictum erat quòd pignus pro eis teneretur: alioquin ſolo pacto promiſſæ ſine pignore, ſi ſoluantur ſine deſignatione, in ſortem tantùm debet eligere creditor: *vt ff. de ſolutio. l. in his. §. imperator & l. Paulus. reſpon. non ideo. §. j.*

xxii. *Idem A. Carino.*

PIgnoribus quidem interuenientibus, vſuræ quæ ſine ſtipulatione peti non poterãt, pacto[o] retineri poſſunt. Verũ[p] hoc iure conſtituto, cùm huiuſmodi nullo interpoſito pacto[q] tantũmodo certæ ſummæ præſtari pœnam conueniſſe[r] proponas: nec peti nec retineri quicquam amplius poteſt[ſ]*, & ad pignoris ſolutionem[t] vrgeri te diſciplina iuris perſpicis.

Non conſideratur quod caſualiter cõtingit: & illud quod habet in ſe potentiam plus vel minus, non dicitur excedere modum: h. d. Bald. Vel ſic: Ratione incertitudinis conceditur, quod aliàs non concederetur. Salyc.

xxiii. *Idem A. Iuſoni.*

OLeo quidẽ vel quibuſcunque fructib. mutuo datis[u], incerti precij ratio additamenta vſurarum eiuſdem materiæ ſuaſit admitti.

Mater gerens negotia filij, tenetur ad vſuras pecuniæ quam adminiſtrauit. h. d. Bald. vel quam potuit fœnerare. Salyc.

xxiiii. *Idem A. Glauco.**

SI mater tua maior annis cõſtituta, negotia quę ad te pertinẽt, geſſerit: cũ omnẽ diligẽtiã[x] præſtare debeat: vſuras pecunię tuę quã adminiſtraſſe fuerit cõprobata[y], pſtare cõpelli poteſt.

Species æſtimata recipit vſuras. h. d. Bald. Vel ſic: Species poteſt dari æſtimata, vt eius æſtimatio conuertatur in mutuum: & tunc creditor poteſt ſtipulari vſuram. Salyc.

xxv. *Imp.* CONSTANTI. A. *ad populum.*

m ¶*Incontinenti.* quæ. n. incontinenti[a] fiunt, ineſſe videntur &c. *vt hic & ff. ſi cer. pet. l. lecta. & ʒ. de pac. l. petens.*

a Quæ incontinenti fiunt, ineſſe ea videntur.

n ¶*Facultatem.* vt & j. *de ſolut. l. j. & ff. de pignor. actio. l. cùm & ſortis.* Imò videtur etiã in grauius debitũ, & ſic in ſortem: *vt ff. de ſolution. l. j. ij. & iij.* Solu. ſecundùm quoſdã grauius[b] debitũ & vſura: quia[c] magis inuitè quis ſoluit, quod ad ſe non peruenit. quod nõ placet. nã & cùm quis ſuo nomine debet, itẽ & fideiuſſorio nomine, ſi ſoluit, indiſtinctè videt ſolutũ in[d] duriorẽ cauſam: & durius[e] eſt quod ſuo nomine, quã quod alieno: *vt ff. de ſolut. l. & magis.* Dic ergo ibi loqui cũ ex plurib' cauſis eſt debitor: hic cũ ex vna partim principaliter, partim acceſſoriè. Accurſ.

* poſſe. al. vtrumq. deeſt.

b Vſura, graue debitum.

c Inuitè ſoluimus quod ad nos non peruenit.

d In duriorem cauſam fieri ſolutio intelligitur.

e Durius ſoluimus noſtro quàm alieno nomine.

PIgnoribus.] CASVS. Mutuaui tibi x. & obligaſti pign', & actũ eſt vt pro vſuris pignus teneat. ſi eas ſolẽniter ſtipulatus nõ ſum, vſuras legitimas petere nõ poſſum: putà non conuẽtas per ſtipulationẽ: habeo tamẽ retentionẽ pignoris pro eis. & hoc in prima. Si verò dictũ nõ erat q pign' pro eis teneretur, nihil ampli' ſorte petere poſsũ: nec habeo retẽtionem pignoris, ſed ad reſtitutionem pignoris compellendus ſum. & hoc in ſecunda. Viuia.

* al. Liciæ. al. Glaucę.

o ¶*Pacto.* i. ratione vel nomine pignoris poſſunt, cùm hoc dictum eſt vt pignus pro eis vſuris teneatur: *vt hic, & ʒ. eo. l. per retentionem.*

p ¶*Verum.* lege ita: Hoc. ſ. eſt verum iure conſtituto iamdudum. *l. in d. l. per retentionem*[f]. *& ff. de pig. l. grege. §. ſi. &c.*

f Ibi vide Salycetum.

q ¶*Pacto.* vt per pignoris retentionem poſſint ſeruari.

r ¶*Conueniſſe.* nudo pacto, cùm ſine ſtipulatione peti non poſſit, ſic[g] nec vſura: *vt ʒ. eo. l. quamuis. j.*

ſ ¶*Amplius poteſt.* ſ. ſorte.

t ¶*Solutionem.* i. reſtitutionem.

g Pœnæ & vſuræ ſimilitudo, neutra. n. nudo pacto debetur.

OLeo quidem.] CASVS. Mutuaui tibi oleum, vt tantundem cum acceſſione in eadem menſura in fine anni redderes. an valeat talis conuentio, quæritur? Dicitur quòd ſic: licèt hæc acceſſio excedat legitimum modum vſurarum. & hoc ratione incerti precij & incerti exitus introductum eſt.

u ¶*Mutuo datis.* ita vt tantundem olei cum acceſſione in eadem materia reddatur vſque ad legitimum modum. Idem etiam ſi fiat ſolutio in pecunia, & valebit etiam vſque ad legitimum modum vſque ad duplum propter incertitudinẽ[h]. nam poterit eſſe quòd longè minus valebit tunc oleum, vel longè plus, quàm nunc. & *facit ʒ. eo. l. frumenti.*

h Incertitudinum ratione ſpecialia quædam promittuntur.

SI mater.] CASVS. Mater tua gerens negotia tua, pecuniam tuam fœnori nõ dedit: ſi dare cõſueuiſti, & nõ dedit, tenebitur. Viu.

x ¶*Diligentiam.* regulariter: *vt ʒ. de neg. geſt. l. tutori.*

y ¶*Comprobata.* ſi & ipſe dominus conſueuerit fœnerare: vt ff.

CONſtitutionibus.] CASVS. Si mihi mutuaſti x. & vſuras vltra legitimum modum ſtipuleris: non ſolùm mihi, ſed & fideiuſſori meo ſubuenietur. Viuia.

h ¶*Quibus.* ſ. conſtitutionibus. & *facit ʒ. de non num. pec. l. tam mandatori. & j. eo. l. eos. in prin. & ff. de excep. l. omnes.*

i ¶*Quaſi.* pro certè.

k ¶*Vti potes.* vt j. *de ſolu. l. j.* Sed cõtra *ff. e. l. j.* vbi dicitur quòd pronior ſolutio intelligenda eſt.

SI vſuras.] CASVS. Mutuaui decem ſub vſuris accepto pignore: quinque ſoluiſti, nec in quam cauſam reciperentur illa quinque, dictum eſt. dicitur quòd creditor habet electionem cõ-

ro l. qui semisses. §. fin. Item hoc si potuit fœnerare. Itē præstat etiam sic periculum nominum, nisi subito suas substantias amiserint: vt *ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. fi. & l. litt. §. j.* Acc.

PRo auro.] C A S V S. Volebam à te accipere x. mutuo: non habebas: sed aurum æstimatum dedisti: & conuenit vt æstimationē cum vsuris redderem. an valeat hæc conuentio, & debeātur vsuræ, quæritur? Respon. quòd sic. & hoc dicit Imperator vt solui & promitti possint vsuræ.

a ¶*Pro auro, & argento.* his æstimatis[a] omnibus quæ consistunt pondere, numero, vel mensura.

b ¶*Et veste.* æstimatis datis, vt reddatur æstimatio: vt *& supra si cert. petat. l. si pro mutua.* nam specierum[b] non præstatur vsura, nisi in casibus: vt *ff. eod. l. in fidei-commissi. in fine. l. cum quidam. §. fina. & de petit. hæredit. heres furiosi. §. fina.* Vel fortè etiam si in illis casibus fuerint species æstimatæ: argu. *j. de secun. nup. l. hac edictali. §. bis illud.*

a Legendum, æstimatis omnibus.

b Specierum vsura generaliter non præstatur, sed certis tantū casibus.

PRo auro & argento[a] & veste[b] facto chirographo licitas solui vel promitti vsuras iussimus.

Ista lex est notabilis; & licèt sit correcta in quantum permittit vsuras, tamen bona notabilia extrahūtur ex ea, & principium hoc dicit in summa, Debitor tutus præscriptione in principali debito vel re principali, est etiam tutus in vsuris cum fructibus. hoc dicit vsque ad §. super. Bald.

XXVI. Imp. IVSTINIAN. A. Menna. P.P.

EOs[c] qui principali actione per exceptionē triginta vel quadraginta annorū, siue personali siue hypothecaria ceciderūt: iubemus * nō posse super vsuris vel fructib. præteriti tēporis aliquā mouere quęstionē, dicendo ex iisdē tēporib. eas vel[d] sibi persolui, quę nō ad triginta vel quadraginta[d] præteritos annos referuntur, asserēdo† singulis annis earū actiones nasci. principali.n. actione* non subsistente†, satis superuacuum[e] est, super vsuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere.

Modus vsurarum hic taxatur: & non valet consuetudo quæ grauiores vsuras permitteret: & fœneratores non possunt aliquo prætextu fraudare taxationem huius legis, nec per interpositam personam circumuenire. Et si dubitatur an persona sit interposita necne, defertur iuramētum purgationis. h. d. notanter vsque ad fin. Bald. Vel sic: Modus vsurarum hic taxatur secūdùm varietatem personarum: nec consuetudo vel conuentio contraria est seruāda: & si dubitetur & an in fraudem persona sit interposita vel non: ad sacramentum purgationis recurritur. Saly.

*deest in omnibus.

† & asserēdo.

c Principali sublato tollitur accessorium. Gl. vlt. in l. si diligenti. in me. extra de foro compet.

† al. existente.

EOs.] C A S V S. Mutuaui tibi decē: pignus obligasti: stetisti per triginta an. vel quadraginta, quòd nec soluisti sortē, nec vsuras: nec pignus pretij: certum est quod cōdictio certi ex mutuo, sublata est spatio triginta annorum. sed nunquid petitio vsurarum similiter sit sublata, quæritur? Respō. videbatur quòd non nisi vsurarum illarum quas potui petiisse, iam elapsum sit spatium triginta annorum nec petij, putà si vsuras primi anni & secundi nolui petere. sed vsuras sequentium annorum petij: quia eis nondum præscribitur per triginta an. nunquid possim petere? Ad hoc respond. quòd non, quia extincta est accessoria de vsuris, actione principali de mutuo extincta. & hoc in prima. In secunda dicit, quòd illustres, & qui super eos sunt, possunt stipulari vsuras vsque ad tertiam centesimæ: vt putà sors est in xij. vsura mensis erit quatuor: mercatores possunt stipulari vsque ad besses centesimæ: qui si mutuauerint triginta suo periculo, possunt stipulari centesimam, quę ęquiparatur sorti manuum. & hoc ideo est, quia pecunia talis periculo mutuantis est, putà cùm quis stipulatur decem pro libra. Alij possunt stipulari vsque ad mediam centesimæ: quia si mutuaui xx. possum stipulari x. creditores non debent detrahere de sorte. & hoc in tertia. Item per interpositas personas non debent maiores vsuras stipulari. & hoc in quarta. vnde ista lex tota loquitur cùm non mutuatur agricolæ: secus si mutuaretur agricolæ: vt *in authent. ad hæc.*

c ¶*Eos. s. iubemus.*

d ¶*Vel quadraginta.* hoc refertur ad hypothecariam, vel etiam ad personalem facta in ea contestatione litis: vt *j. de præscript. xxx. ann. l. si.* ¶Sed quid si hypothecaria sit sublata decem vel viginti annis? quare non agit pro vsura, cùm principalis obligatio duret: vt in contrario casu: vt *infr. de luit. pignor. l. intelligere.* Respond. Ioan. hoc verum, cùm pro vsura pignora teneantur. 2 Vel intellige hanc l. quando præscriptione quadraginta annorum tollitur hypothecaria. ¶Item cur tollitur accessoria obligatio vsurarum per aliam accessoriam sublatam: imò (vt dicam verius) principalis scilicet vsurarum petitio, quæ est principalis quo ad pignus quod pro eis tenetur? Respond. hæc sola ratio non est sufficiens, sed eam adiuuat: quia ex stipulatione agēti ad vsuram, obstat præscriptio triginta an. quæ responsio valet, cùm xx. annis vel quadraginta ann. tollitur hypothecaria.

e ¶*Superuacuum est.* vt *ff. de regulis iuris. leg. cùm* * *principalis. & ff. de pecul. leg. nam quæ. & C. in-fra de præscription. triginta annorum. l. si quis emptionis. §. fin.* ¶Sed contra infra in prædictis titulis. *l. cum notissimi. §. in hisce.* vbi dicit[b], ex initio cuiuscunq anni incipere præscriptionem. Sol. hic odio vsurarum. Vel verius, vt ibi. ¶Itē contra. *j. de luit. pignor. l. intelligere.* Solu. de alio accessorio ibi: & de alio hic. Item[c] distingue hic, an vsuræ debentur iudicis officio: & tunc siue tollatur principalis præscriptione: *vt hic.* siue per sententiam: vt *supra eod. l. in bonæ fidei. & infra depositi. l. iij.* siue solutione: tollitur semper accessoria: vt *ff. de eo quod certo loco. leg. centum. & leg. fina.* si autem stipulatione: tunc etiam si principalis per præscriptionem tollitur, & accessoria, *vt hic.* secus si per sententiam vel solutionem sortis: *vt dicta leg. centum Capua.*

a Vsuræ ex tollantur principali sublato, cipali obligatione sublata.

b Vbi annus est præscriptionis, an ibi requiratur multiplex præscriptio inchoanda in principio anni.

c Principali sublato per sententiam etiam tollitur accessorium.

1 ¶Super vsurarum verò quātitate etiam generalē[f] sanctionem facere necessariū esse duximus, veterem, duram & grauissimam earū molem ad mediocritatē ducentes. Ideoq; iubemus illustrib. quidem personis, siue eas præcedentib[g]. minimè licere vltra tertiam[h] partem centesimę, vsurarum nomine in quocūq; cōtractu vili vel maximo stipulari Illos verò qui ergasteriis[i] præsunt, vel aliquā licitā negotiationē gerūt, vsq. ad bessē centesimę vsurarum nomine in quocunq. contractu* suā stipulationem moderari. In traiectitiis autē contractibus, vel specierū[k] fœnori dationibus, vsq. ad cētesimā tantūmodo licere stipulari: nec eā excedere, licèt veteribus legibus hoc erat cōcessum. Cæteros autē omnes homines dimidiā tantūmodo centesimæ vsurarū nomine[l] posse stipulari: & eam quātitatem vsurarum etiā in aliis omnibus casibus nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationē exigi vsuræ solent[m]: nec liceat iudici memoratā augere taxationē occasione cōsuetudinis[n] in regione obtinentis. Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis, nullam pœni-

* In scriptis exempl. locum hoc vsas. in quocūq. contract. non habetur.

f ¶*Etiam generalem.* nō solùm singula exponere.

g ¶*Præcedentibus.* vt super illustrib. 2 Vel dic illustres qui tantùm dignitatē habēt. sed si administrationem habēt: tunc dicuntur eos pręcedere. Et not. materiā huius l. comprehendi in versibus.

Discant illustres stipulari posse trientes;
Et mercatores sibi possint quærere besses:
Quærere semisses possint communiter omnes.
Et traiectitiis vires cētesima sumit.

h ¶*Tertiam partem centesimæ.* sors est duodecim, vsura fit in anno quatuor, sed & si octo, tunc est bessis. si[d] æquiparatur sorti, tunc est centesima.

d Pal'em. ... quæ fi. ... ŭ cap. ...

i ¶*Ergasteria. i.* stationib. ab erga, quod est opera, & steron, quod est statio: *vt* *ȝ. de epis. & cleri. l. y.*

k ¶*Vel specierum.* datarum æstimatarum. vel pone exemplum: vt *ȝ. eo. l. oleo.* ¶Et dic specierum datarum vt traiiciantur. item etiā est traiectitia, vt si piscatori detur pecunia in apparatum: vel athletæ, vt se exerceat: vt *ff. de nau. fœ. l. periculi.* ¶Nota ergo[e] quatuor casibus vsuram centesimam præstari in traiectitia vel quasi. *vt hic.* 2 Item in accessione frumenti, vel vini, vel hordei: vt *ȝ. codem. l. frumenti.* 3 Item post tempus quadrimestre: vt *j. de vsu. rei iud. l. fina.* 4 Item in pupillari pecunia clàm accepta. *ff. de neg. gest. l. qui fine.* 5 Item in quinto: vt *ff. pro soc. l. cum duobus §. j. & j. de ædil. priua. l. si vt proponis.* 6 Item in sexto: vt *ȝ. eo. l. si ea.* ¶Item not. quòd quandoque lex statuit alium certum[f] modum extra generalitatem quæ hic est, vt semisses: vt *j. de his qui vt indig. l. ȝ. in fin.* Item quartam centesimæ: vt *in auth. hoc ius porrectum est. ȝ. de sacros. eccle.* Item in agricolis siliquam: vt *ȝ. eo. auth. ad hæc.*

e Vsura centesima est in his casibus præstanda.

f Vsurarū vtriusque species.

l ¶*Vsurarum nomine.* etiam fiscus[g]: vt *ȝ. de vsu. fisc. l. si. lib. x.*

m ¶*Exigi solent.* vt in bonæ fidei iudiciis: vt *ȝ. eod. l. in bonæ fidei.* vel in legatis, & fideicommissis: vt *ȝ. hi qui cau. in integ. resti. non est necess. l. in minorum.* Vel dic vt *ȝ. eo. l. frumenti. & ff. e. l. etiam.* H.

g Hominū appellatione fiscum etiam intelligi ex hac Gl. dicto iure colligit Bald.

n ¶*Consuetudinis.* vt & *infra quæ sit longa consuetudo l. y.* Hoc verum nisi

nisi iurauerit: sequi consuetudinem, quod non placet: *vt s. de legib. & consti. l. non dubium*. Sed minui possunt occasione consuetudinis[a]. Item vbi simpliciter vsuræ legitimæ sunt promissæ, debentur leuiores quæ in ciuitate frequentantur: *vt ff. de admi. tut. l. tutor qui. §. ex cæteris*. licèt sit arg. contra. ff. e. l. *quod in stipulatione*.

a Idem Salyc. gemitiens ad no. in cle. i. extra de vsuris.
b Vtile per inutile non vitiatur.

a ¶*De superfluo*. no. vtile[b] non vitiari per inutile.
b ¶*Cōpelletur. vt & ff. de cond. ind. l. si non sortē. in pr. & facit ff. eo. l. vsuras. & l. placuit. & l. Cai°. & l. j. in pr.*
c ¶*Siliquaru*. i. certum nummorum numerū, vt vnū piscem emat, & cū sua familia gaudeat.
d ¶*Vel sportularū*[c]. quas fortè, vt dicūt quidam, dabūt executorib° pro hac pecunia petēda: vel tabellionibus pro[d] cautione scribenda.
e ¶*Interdictum est*. nam quidā possunt maiores stipulari quàm alij: vt s. eod. l. §. super. Fit ergo hîc fraus[e] de psona ad personam. *& facit vel hoc. ff. de legi. & senatusc. l. contra legem. & ff. de auct. tuto. l. pupillus §. si.*
f ¶*Sacramenti*. no. vt dixi s. *de his qui ad eccle. confug. l. præsenti. §. sicubi*. sed hodie non valent. *vt dixi s. e. auth. ad hæc.*

c Sportulę quibus dabantur.
d Creditor soluere, p instrumento debet.
e Fraus de persona ad personam.

tus de superfluo[a] habeat actionem: sed & si acceperit, in sortem hoc imputare cōpelletur[b], interdicta licētia creditoribus ex pecuniis fœnori dandis aliquid detrahere vel retinere siliquarum[c] nomine, vel sportularum[d], vel alterius cuiuscūque causæ gratia. Nam si quid huiusmodi factum fuerit: principale debitum ab initio ea quātitate minuetur, vt tam ipsa minuenda pars, quàm vsuræ eius exigi prohibeantur. Machinationes etiam creditorū, qui ex hac lege prohibiti maiores vsuras stipulari, alios medios subiiciunt quibus hoc non ita interdictum est[e], resecantes: iubemus si quid tale fuerit attentatum, ita vsuras computari, vt necesse esset, tāquam si ipse qui alium interposuit, fuisset stipulatus. in quo casu sacramenti[f] † etiam illationem locum habere sancimus.

Lex noua trahitur ad præterita, quatenus pendet de futuro: nō quatenus robur & perfectionem recepit pro tempore præterito. h. d. Bald.

† Probationē penuria veniuit ad iuram. tē purgationis. & est argu. quod valet cōsuetudo epi'copi admittēs facilē probationē in probando aliquē vsurarium.

DE *vsuris*.] CASVS. Lex superior proxima in futuris nō præteritis negotiis locū habet: vt si aliquis ante legem istam stipulatus est vltra modum taxatum, præcedens lex vires habet. & secundūm eā fiet exactio. & hoc in prima. In secūda dicit q nullus debet stipulari vltrā duplū sortis: sicut olī fieri consueuit: nec pignora quorum occasione cōsuetum erat olim vltra duplum stipulari, nullo modo hodie procedāt, nec vltra duplū teneātur. & hoc in secunda. Hęc quę dicta sunt, sunt obseruanda in bonæ fidei contractibus: & in aliis quib. vsuræ debentur vel exigūtur. & hoc in tertia. Viuia.

g ¶*Statuimus*. supra l. proxima.
h ¶*Exacturos*. & sic legitimū modū excedat: & sic in parte seruatur, & in parte non. & ponit exemplum. *ff. de legib. & senatusc. l. cum lex.*
i ¶*Exigi*. per retentionem pignoris.
k ¶*Censemus. vt & s. mād. l. prex. & facit s. l. prox.*

† Nihilō neq. in his cōtract. interdū impeditur, sed medium.
† eandem formā.
¶ contractib.

XXVII. *Idem A. Menna præf. prat.*

DE vsuris, quarū modum iā statuimus[g], prauam quorumdam interpretationem penitus remouentes, iubemus etiam, eos qui ante † eādem sanctionem ampliorem, quàm statutæ sunt, vsuras stipulati sunt, ad modum eadem sanctione taxatum ex tempore lationis eius suas moderari actiones: scilicet illius temporis, quod ante eā defluxit* legem pro tenore stipulationis vsuras exacturos[h]. Cursum insuper vsurarum vltra duplū minimè procedere concedimus, nec si pignora quædam pro debito creditori data sint, quorū occasione quędam veteres leges & vltra duplū vsuras exigi permittebant. quod & in bonæ fidei iudiciis, cæterisq; omnibus casibus† in quibus vsuræ exiguntur, seruari censemus[k].

VT *nullo*.] CASVS. Vt vsura vsurarū non exigat, veteribus legib° fuerat constitutum, sed non ad plenū: quia olim si mutuaui x. poterā redigere vsuras in sortē: putà sors erat x. vsura v. poterā redigere in sortem x. & v. & ita essent xv. & illorū xv. poterā stipulari vsuras: sed hoc erat obseruare verba, & non sensum: ideo statuit imperator, vt nullo modo vsura præteriti vel futuri tēporis in sortē redigat, sed maneat vsura semp vsura: nec sors incrementū vsurarū suscipiat, sed sorti tantùm accedat vsurarum incrementum.

Vsura in sortem conuerti non potest: & leges non imponuntur verbis, sed rebus. h. d. Bald. Vel sic: Sicut vsura vsurarum non potest exigi, ita nec in sortem singulis annis imputari, aliàs lex esset imposita verbis, & non rebus. h. d. Bald.

XXVIII. *Idem A. Demostheni præfecto prætorio.*

VT nullo modo vsuræ vsurarum à debitoribus exigantur, & veteribus quidem legibus constitutum[l] fuerat, sed non perfectissimè cautum. Si enim vsuras in sortem redigere fuerat cōcessum, & totius summæ vsuras stipulari: quæ differentia erat debitoribus, à quibus re vera vsurarum vsuræ exigebantur? Hoc certè erat non rebus, sed verbis tantummodo legem † ponere[m]. Quapropter hac apertissima lege definimus nullo modo licere cuiquam vsuras præteriti temporis vel futuri in sortem redigere, & earum iterum vsuras stipulari. Sed & si hoc fuerit subsecutum: vsuras quidem semper vsuras manere, & nullum vsurarum aliarum incrementum sentire: sorti autem antiquæ tantummodo incrementum vsurarum accedere.

l ¶*Constitutum fuerat. vt & ff. eod. l. placuit. & de cond. indebi. l. si non sortem. in pr. & s. ex quib. cau. infa. irrog. l. improbum.*
m ¶*Ponere*. quod esse nō debet: *vt j. commu. de leg. l. ij. in fi.* vt. s. vsuræ pterite vel futuræ pariāt vsuras: *vt & j. de vsur. rei ind. l. si* Sed si[b] vsura prętérita sit oblata in præsentia, & postea ex causa mutui cōcessa valet[c]. nam duo actus credūtur interuenire: *vt ff. si cert. pet. l. singularia.*

a Vsuræ vsurarum exigi nō possunt.
b Vsura in sortem verti possunt. si præteritæ oblatæ in præsentia, & postea ex causa mutui (quo iure concessa est) promitti possumus hoc enī casu duo actus interuenire credūtur.
c Imò non valet, neque hāc ratione probat Bald. arg. l. quæ sic fi se mir. ff. de solut.
d Pecunia nautica quę dicatur.

Aemon. Augustinus notat hîc deesse Græcam constitutionem vel vltimam de vsuris, vel primam de nautico fœnore: pro qua reponunt hæc quidam ex Micro & XXIX. huius tit.

ΟΙ κ[τ] μικρὸν κ[αὶ] κ[τ] χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι, τῷ διπλῷ συμψηφίζονται· κἂν μὴ καθάπαξ ὑφ' ἓν καταβληθῶσιν id est,

VSuræ minutim & per interuallū solutæ, cum duplo cōpensantur, etiā si nō vniuersæ simul solutæ fuerint. Sed repugnat L. X. supra hoc titul. Itaque videndum ne sit potius epitome ex Nouell. 121. & 138. quę & à nobis pridē editę sunt.

TITVLVS XXXIII.

DE NAVTICO fœnore.

Pro tēpore quo creditor suscepit periculū traiectitiæ pecuniæ, vsura centesima debetur: pro tēpore sequenti communis. h. d. cū glos. Salyc. Vel sic: Eatenus veniunt vsuræ centesimæ pro pecunia traiectitia, quatenus durat susceptio periculi maris apud creditorē. quod est quousque nauis peruenerit ad portum: quo casu cessant omnes vsuræ, & debētur centesimæ. postea verò veniūt communes, & non cētesimæ. & idē si creditor non suscepit in se periculum. h. d. cū l. seq. secundum P. de Ca.

I. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. *Honorato.*

TRAIECTITIAM pecuniam, quæ periculo creditoris datur, tādiu liberam esse ab obseruatione cōmunium[n] vsurarum, quandiu

DE NAVTICO fœnore.

Nautica[d] vel traiectitia dicitur pecunia, quia traditur vt traiiciatur, & cuius creditor suscipit periculum: & eius centesimam vsuram creditori stipulari permittitur: eāmque præstabit debitor quo ad periculū suscipit creditor, & ex quo nauem nauigare conuenit: vt ff. e. l. j. & l. periculi. & j. l. j. & l. fin.

ADDITIO. *Aduertas hîc quod etiam iste modus fœnerandi, licèt creditor suscipiat in se periculum pecuniæ, est de iure canonico prohibitus. vt in ca. nauiganti. j. respon. extra de vsuris.*

TRaiectitia.] CASVS. Si pecuniā traiectitiā vltra mare vehēdā mihi credidisti tuo periculo. & vsurā centesimam stipulatus es: tandiu debebūtur vsurę centesimę, quousque nauis adpulerit ad portū: tunc enim cessat tēpestas maris, qua cessāte cessant centesimæ, & tūc incipit esse meo periculo, & communis vsura debebitur. Viuia.

n ¶*Communiu vsurarum.* sed non centesimarum.
o ¶*Adpulerit*. si eousq; ad se periculū creditor suscepit, & exinde cōmunis præstatur vsura, si pecunia nō fuerat soluta seruo sequēti eius gratia, vel consignata non fuerit: *vt ff. eod. l. iiij.* Accursius.

CVm *dicas*.] CASVS. Si pecuniam mihi mutuasti vt tibi redderetur in ciuitate Ierusalem, & conuenit vt esset piculo mei debi-

toris: quæ vsuræ præstari debeant, quæritur? Respõdet quòd vltra legitimum modum non exigentur. Quis erit ille modus, habes ĩ. tit. j. l. eos. §. super. Viuia.

a ¶*In sacra vrbe.* Hierusalem[a], vel Romæ.

b ¶*Profitearis.* vnde communi iure est periculo debitoris: vt ĩ. si cert. pet. l. incendium.

c ¶*Licitum.* quid liceret, habes supra titu. j. l. eos. §. super.

nauis ad portum adpulerit, manifestum est.

A iure communi non receditur nisi pactum in contrarium reperiatur. ius autem commune cõtinet. l. incendiũ. ĩ. si cert. petat. quod ergo in contractu non dicitur, pro non intellectu censetur. h. d. secundùm Bal. Vel sic: Pecuniæ nauticæ debitoris est periculum, nisi aliud fuerit conuentum. h. d. Salyc.

II. *Iidem AA. Chosimaniæ.*[*]

CVm dicas te pecuniam ea lege dedisse, vt in sacra vrbe[a] tibi restitueretur, nec incertum periculum, quod ex nauigatione maris metui solet, ad te pertinuisse profitearis[b]: non est dubium, pecuniæ creditæ vltra licitum[c] [modum] te vsuras exigere non posse.

Ista lex est multum notabilis. Qui suscepit in se periculum nauigationis, intelligitur in se suscipere periculum fortunæ, nõ culpæ debitoris. h. d. Bal.

III. *Iidem AA. Iuniæ.*

CVm proponas te nauticũ fœnus ea conditione dedisse, vt post nauigium quod in Africa dirigi debitor adseuerabat, in Salonitanorum portum naue delata, fœnebris pecunia tibi redderet[e], ita vt nauigij duntaxat quod in Africam destinabatur, periculũ susciperes: perq; vitium debitoris nec † loco quidem nauigij seruato, illicitis cõparatis mercib[9d], quę[e] nauis cõtinebat, fiscum occupasse: amissarum mercium detrimentum, quod non ex marinæ tempestatis[f] discrimine, sed ex præcipiti auaritia, & inciuili debitoris audacia accidisse adseueratur, adscribi tibi, iuris publici ratio nõ permittit[g].

Debitor generis liberatur per interitum, si creditor suscepit in se periculum. aliàs non. h. d. Bald. Vel sic:

CVm proponis.] CASVS. Si mihi pecuniam mutuasti, & periculum[b] quousque nauis in Africã veniret, & in portu Salonitanorum vbi deferebatur, pecunia solueretur, qui portus est in Africa, in te suscepisti: & vsuras stipulatus es cẽtesimas: an si antequam nauis ad locum destinatum peruenisset[c], propter illicitas merces quas vehebam, nauis confiscatus, periculum pecuniæ amissæ ad te pertinere debeat, quæritur? Dicitur quòd non: quia pecunia non ex discrimine tẽpestatis maris amissa est, sed ꝓpter illicitas merces, & sic propter delictum tuum: vnde sicut si nauis salua ad portum veniret, tu teneris. Viuia.

d ¶*Mercib.* vt atramẽto (aliàs ornamẽto) regali, vel vestibus imperialibus vel similib[9]. nã tunc nauis cum mercibus confiscatur: vt ff. de public. l. cotem. §. dominus. & §. illicitarum.

e ¶*Quæ.* scilicet illicita.

f ¶*Tempestatis.* ex qua sola periculum suscepisti.

g ¶*Non permittit.* culpa[d] enim debitoris præcessit casum: vt & ff. commo. l. si vt certo. §. interdum.

TRaiectitiæ.] CASVS. Si pecuniam traiectitiam vsq; ad certum locum mutuasti, & tuo periculo: quousque nauis ad locum destinatũ peruenerit: periculo tuo erit: & hoc si conuenit vt periculo tui creditoris esset: alioquin si non conuenit, periculo mei debitoris erit: nec per casum naufragij liberor.

h ¶*Ad debitorem.* vt dixi in rubrica huius tituli.

i ¶*Non pertinet.* vt ĩ. si cert. pet. l. incendium.

k ¶*Conuentione.* id est, si non conuenerit vt periculũ subiret creditor. & ad hoc instit. quibus modis re contra. ob. §. ij. & ĩ. si certum petatur. l. incendium.

a Sacra vrbs quid esset, dixi in meis ad hunc locum notis.

b Pecunia nautica est periculo creditoris.

* Cosmianæ.

c Propter illicitas merces nauis confiscari potest.

d Qui pmittit casum fortuitũ, non tenetur de casu qui accidit culpa aduersarij. v. Romanum singular. 334.

† Mulionem hec infectum instituenta v. teneri de casu & periculo hinc colligis.

DEPOSITI VEL CONTRA.

Dixit de contractibus celebratis gratia accipientis, vt de commodato: nunc gratia dantis tantùm: vel quia in deposito venit vsura, ideo de ea subiicit. Accursius.

SI incursu] CASVS. Si vestes penes me deposuisti, & eas fortuito casu, putà latronum incursu amisi, & fui interfectus: non solùm ego qui de dolo tantùm & lata culpa teneor, liberabor, sed etiam heres meus: nisi conuenerit vt in me fortuitum casum reciperem scilicet specialiter. & hoc in prima. Si verò prætextu latrocinij heres falsò adseuerauit eas esse amissas, cùm apud eum constitutæ sint: vel dolo eas possidere desiit: non solùm depositi, sed ad exhibendum actio, & rei vindic. tibi competit. & hoc in secunda. ¶Not. ex hac lege secundùm Baldum, quòd non est bona consequentia: fuit à latronibus interfectus, ergo derobatus: quia potest esse vnum sine altero: quod tene menti secundùm eundem.

Periculum pecuniæ traiectitiæ spectat ad debitorem, nisi aliud sit actũ. h. d. Salyc.

IIII. *Iidem AA. Eucharisto.*[*]

TRaiectitiæ quidẽ pecuniæ quæ periculo creditoris mutuo datur, casus, antequam ad destinatũ locum nauis perueniat, ad debitorem[h] nõ pertinet[i]. Sine huiusmodi verò conuentione[k] infortunio naufragij debitor non liberabitur.

TITVLVS XXXIIII.
DEPOSITI VEL CONTRA.

Casus verus, non casus prætensus liberat debitorẽ, etiam si interficiatur. h. d. Bald. Vel sic: Periculum depositi contingens casu non dolo vel lata culpa depositarij, spectat ad deponentem. Salyc.

I. *Imp.* ALEXANDER A.
Menstrio militi.

SI † incursu latronũ vel alio fortuito[l] casu ornamẽta deposita apud interfectũ[m] perierint: detrimentũ ad heredem eius qui depositũ accepit, qui dolũ solum & latã culpã[n] (si nõ aliud specialiter cõuenit[o]) ꝓstare debuit, nõ pertinet. Quòd si prætextu latrocinij cõmissi[p], vel alteri[q] fortuiti casus, res quæ in potestate heredis sunt, vel quas dolo desiit possidere, non restituũt. tã depositi, quã ad exhibẽdũ actio, sed & in rẽ vindicatio cõpetit[q]. PP. VII. Kal. Iul. Maximiano II. & Vrbano Coss.

In actione depositi vsuræ veniunt ex mora. Bald. & Salyc. quod intellige in quantitatibus: secus si in specie: vt ff. de vsur. l. in fideicommissi. §. fi. h. d. Bald.

II. *Imp.* GORDIANVS A. *Celso.*[*]

VSurę[r] in depositi actione sicut in cæteris[s] bonæ fidei iudiciis, ex mora venire solent[t],

l ¶*Vel alio fortuito.* Innuit latrocinium[a] esse fortuitũ casum, quod verũ est: vt ff pro soc. l. cu duobus. §. damna. & supra de pigneratitia actione. l. quæ fortuitis. & in Instit. quibus modis re contrah. obligatio. §. item is. & supra commod. l. j. Et est latrocinium palam maximè in siluis: furtũ est clàm: vt in authent. vt nulli iudic. §. penul. colla. ix. ¶Sed an furtum[b] sit fortuit' casus? Videtur quòd non: cùm non videatur fieri sine culpa, vt dicto §. damna. sed certè imò quandoque est: vt ff. de furt. l. cum qui. § idem scribit. ADDITIO. Dicas quãdo furtum fit à persona domestica, vel ab eo de quo diligentissimus homo non fuisset suspicatus: tunc adscribitur casui fortuito: vt dict. §. idem scribit. aliàs secus.

m ¶*Interfectũ.* eũdemque depositariũ, & vel erat nomen proprium, vel quia interfect' fuit à latronibus.

n ¶*Culpam.* quæ[c] dolo comparatur: vt ff. eodem. leg. quod Nerua. & facit ff. de regulis iur. l. contractus. & si quid dolo amisit, nõ agit furti: sed si culpa, sic: vt ff. de furt. l. eum. §. si apud. & §. idem scribit.

o ¶*Conuenit.* tunc enim seruatur conuentio: vt hic, & ff. eod. l. j. §. si conuenit. In[d] aliis etiam casibus tenetur vltra dolum, & latã culpam, vt si se obtulit: vt ff. eod. l. j. §. sæpe. 2 Vel precium accepit pro custodia: vt ff. commoda. l. si vt certo. §. nunc videndum. 3 Item si gratia accipientis sit depositum: vt ff. si certum petatur. l. si quis nec. 4 Item si mora præcedat casum: vt ff. eodem. leg. si in. [illegible] §. fin. 5 Item si culpa vel dolus præcessit casum: vt ff. eodem. leg. quod Nerua. & ff. commodat. l. si vt certo. §. commodatum. & ff. de condictione furt. l. qui furtum. & ff. eodem. l. j. § si rem.

p ¶*Commissi.* quod falsò adserit commissum: vt ĩ. de pign. act. l. nulla. in fi. & l. si creditor.

q ¶*Competit.* & si agat in rem, probat se dominum, si quæstio referatur ei de dominio: vt diximus supra de pignerat. act. l. nec creditores. Item agitur etiam in factum in casu: vt ff. de rei vindicatio. l. cum autem.

r ¶VSuræ. Deposui[e] pecuniam, & diu mansit apud te: eam peto, si contradicis, veniũt vsuræ ex mora. Item si est species deposita, venit fructus & omnis causa, & partus: vt ff. eo. l. j. §. hanc actionem. & de vsur. l. videamus. y.

s ¶*In cæteris.* vt ff. de vsur. l. mora. § in bona fidei. & ĩ. de vsur. l. in bonæ fidei. & inst. de act. § actionum.

t ¶*Solent.* vel si vsuras percepit, vel si pecuniam consignatam in suos

a Latrocinium est casus fortuitus.

* Eucharistio.

b Furtum an sit casus fortuitus.

† Fa. C. Greg. ea. de deposito.

c Lata culpa dolo comparatur.

d Depositari' aliquando tenetur de casu vltra dolum & culpam.

* Celsino.

e Casum poenæ.

suos vsus conuertit, etiam nulla mora alia interueniente: vt *hic*, & *ff. eo. l. Lucius*. & *l. si sacculum. §. fi.* & *l. die. §. j.* & *j. eo. l. si depositi.* & *l. si is qui deposita* & *ff. de neg. gest. l. at qui. §. pe.* & *de pig. act. l. quamuis. §. fin.* & *j. sequen.* & *l. fina.* & *j. de pact. inter empt.* & *ven. l. in initio.* & *j. de act. empt. l. curabit.* & *l. fructus.*

S*I depositi.*] CASVS. Si pecuniam deposi tam, signatam & clausam penes me habeo, nec restituo: ex mora teneor ad vsuras: & sic de beo gratulari Deo, si cõ uenias me actione depositi, cum furti possis me facere obnoxium: quia qui rem depositam sciens in vsus suos conuertit, furti etiam tenetur. Viuia.

a ¶*Flagitabis*. cùm pecunia numerata sit.

b ¶*Gratulari*. scilicet depositarius.

c ¶*Quod furti*. Distinguitur: aut signatã, aut numeratam. si signatã, tenetur furti ad duplũ. *ff. eo. l. si sacculum.* si numeratam, tantundem tenetur reddere.

d ¶*Obnoxium*. Loquitur ergo cũ clausula est deposita, alioqui si aperta videtur concedere vt vtatur. *vt ff. eod. l. die. §. j.* Item si expresse concedat ab initio, agitur tamen vt sit depositum: *vt ff. eo. l. Lucius. j.* & *l. si sacculum. §. j.* aliàs in dubio esset mutuũ ex tũc: *vt ff. si cert. pet. l. quod si ab initio.*

Depositarius vtendo facit furtum: & si non conuenitur furti, sed depositi, debet agere gratias exactori. h. d. Bal. Vel sic: Si depositarius vtatur re deposita inuito deponente, furtum facit: & si non conuenitur furti, sed depositi, debet congratulari exactori. Salyc.

III. *Idem A. Austero.*

SI depositi experiaris, nõ immerito etiam vsuras tibi restitui flagitabis[a]: cũ tibi debeat gratulari[b], quod furti[c] eũ actione nõ facias obnoxium[d]. Siquidem qui rem depositam inuito domino sciens prudensq; in vsus suos conuerterit, etiam furti delicto succedit.

Lata definitiua officium iudicis in accessoriis conquiescit. h. d. Bal. concordat. Sal.

IIII. *Idem A. Timocrati.*

SI deposita † pecunia is qui eã suscepit, vsus est[e]: nõ dubium est etiã vsuras debere præstare. Sed si cum depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condemnatio est, vltra non potes propter vsuras experiri. Non enim duæ sunt actiones, alia sortis, alia vsurarũ[f], sed vna: ex qua[g] condemnatione facta, iterata actio rei iudicatæ exceptione[h] repellitur.

S*I deposita.*] CASVS. Si pecuniam penes me deposuisti, & ea vsus fuero: quin ad vsuras tenear, & non solum ad eas quibus fuero vsus, dubium non est. & hoc in prima. Si vero iudicio depositi in sortem tantum fuero condemnatus, propter vsuras postea experiri non poteris: quia sortis & vsurarum non duæ actiones sunt, sed vna. Viuianus.

Instrumenta apud sequestrum deposita per conductorem & locatorem, debent de iure reddi conductori facta solutione. Bald. Vel sic: Sequester tenetur restituere sequestrum ei de quo actum fuit impleta conductione. Item debitor postquam soluit, tutus est, licet non re habuerit instrumentum debiti. hoc dicit Paulus de Cast.

e ¶*Vsus est*. cum esset clausa: *vt s. e. l. proxi.*

f ¶*Vsurarum*. Quod est verum in vsuris[b] quæ petũtur ex officio iudicis in bonæ fidei iudiciis. & illa lex contra. *ff. de eo quod certo loco. l. centum.* loquitur in vsuris debitis ex stipulatione, & dicit quòd diuersæ sunt stipulationes, & diuersa iudicia: quia tunc possent peti etiam post sententiam: *vt ibi*, & *de except. rei iudi. si in iudicio.* & *s. de iudi. l. j.*

g ¶*Ex qua*. scilicet actione.

h ¶*Exceptione*. Prodest ergo exceptio rei iudicatæ condemnato. & sic est contra. *ff. de exceptio. rei iudicat. l. euidenter.* & *l. si à te. §. j.* Sol. non prodest ei in quo est condemnatus. sed in quo fingitur absolutus, scilicet de vsuris. sed hoc non placet Ioan. vt *ff. de neg. gest. l. si autem. §. fin.* 2 Vel dic non prodest antequam soluat condemnationem: vt ibi, postea sic: *vt hic*, & *ff. de except. rei iudic. l. si quis eum totum. §. plane.* nec hoc placet: quia nec hic soluerat vsuras. 3 Dic ergo quòd hæc est ratio: quia non potest durare accessorium[c] sine principali. vt *hic*, & *s. de vsur. l. in bona fidei.* & *l. cos. in princip.* & secundum hoc iterata actione vsurarum repellitur exceptione rei iudicatæ, scilicet illatæ. & distingue vt & ibi dixi. ¶Sed nonne officium per se etiam exercetur? vt in restitutione minorum. quare ergo hic non durat post sententiam? Respond. triplex[d] est officium. vnum quod principaliter intenditur. per quod restitutiones petuntur: *vt ff. de mi. l. quòd si minor. §. final.* & salaria constituuntur aduocatis: *vt ff. de va. cog. l. j. §. in honorariis.* Est aliud quod inhæret arbitrariis, & hoc perit pereunte actione principali: vt *ff. de eo quod certo lo. l. centum.* & *l. fin.* nisi in casu: vt *ff. eo. ti. l. iu. §. item Iulianus.* Est tertium quod inhæret actionibus bonæ fidei: & hoc similiter cum actione perit: *vt hic.* & *ff. de act. empt. l. qui per collusionem. §. 1.* & *supra de vsur. l. in bone fidei.* ADDITIO. Hoc intellige in vsuris actionis bonæ fidei. secus vero in fructibus: quia illi veniunt iure actionis[a]: vt vult gl. *in verb. bonæ fidei. prope fi. in §. actionum. instit. de actio.*

V. *Impp.* VALERIA. & GALLIEN. AA. & *Valerianus Cæsar Claudiano.*

PRopter[i] instrumenta quidẽ quæ te deposuisse cum aduersario[k] tuo dicis, vt residua pecunia quæ ex conductione[l] debebatur, soluta, ea[m] reciperes: si id quod placuerat implesti, sequestrum potes conuenire[n]. Quamuis autem hæc reddita non fuerint: tamen aduersus eũ à quo fundum conduxeras, si omne quod ex contractu debebatur, reddidisti: ipsis solutionibus tutus es[o].

P*Ropter.*] CASVS. Ego ex causa conductionis fundi debebam tibi, decem. solui tibi quinque, & instrumenta conductionis deposui apud quendam eo pacto vt soluta residua pecunia, illa instrumẽta mihi redderẽtur: solui residuam quantitatem pecuniæ quam debebam, nec instrumenta recepi: qualiter mihi subuenietur? Respon. soluta à me pecunia quæ debebatur ex pacto, possum petere instrumenta deposita ab eo apud quem sunt in sequestro.

Sequester instrumentorum tenetur ea reddere in casu reddendi. h. d. Baldus. Vel sic: Sequester tenetur seruare legem à partibus sibi datam. Salyc.

VI. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. *Alexand.*

IS penes quem vtranque partem transactionis[p] vel alia instrumenta commendasse[*] dicis: legem qua hæc suscepit: seruare necesse habet[q].

Per instrumentum factum inter te & Titium, in quo continetur quòd tu mutuasti ei centum quæ tibi deposueram; probatur depositum inter te & me. hoc dicit. & esset difficile reperire istum casum alibi. Bald. Vel sic: Depositarius tenetur deponenti, non ille cui pecuniam depositam credidit. Salyc.

VII. *Idem AA. Attico.*

DEsiderium tuum cum rationibus iuris nõ cõgruit[r]. nam si custodiam pecuniæ suscepisti, quàm aliis à {mutuo †} datam, conscriptum instrumẽtum quo hanc tibi reddi profiteris, arguit[s]: solutionem eius com-

i ¶*Propter*. loquitur colono qui nummis colit, & partẽ soluerat, & de residuo cauerat, & apud communem amicũ instrumentum deposuerat.

k ¶*Aduersario*. locatore.

l ¶*Conductione*. scilicet domus: quia soluerat partem, & de communi consensu apud alium deposuerat instrumentum.

m ¶*Ea*. instrumenta.

n ¶*Conuenire*. depositi sequestraria[b]: *vt ff. eo. l. si in Asia. §. cum sequestro.* vel præscriptis verbis: *vt ff. de præscript. verb. l. opus.* & *fa. it l. proxi.* Accursius.

o ¶*Tutus es*. vt *infra loca. l. si conductiones.* & *supra de conductio. ex lege. l. dissoluta.*

I*S penes.*] CASVS. Si ego & tu instrumenta transactionum vel alia ad nos spectantia apud aliquem commendauimus, fides depositi seruanda est: & ideo illa instrumenta debebit reddere alteri nostrum vel ambobus, sicut nos conuenimus.

p ¶*Partem transactionis*. id est instrumenta transactionum.

q ¶*Habet*. vel per actionem depositi, vel per actionem præscriptis verbis. *vt s. l. proxi.* & *ff. de do'o l. si oleum. in prin.* & hoc nisi sit improba lex: *vt ff. de præscrip. ver. l. si rem. §. fi.*

D*Esiderium.*] CASVS. Si pecuniam quam penes te deposui, alij mutuasti: & inde factum sit instrumentum, quo cauit se redditurum quandocunq; eam peteres: si te conueniam, non ob hoc minus solutionem pecuniæ improbè recusas, quia alij mutuo concessisti. & quòd de ea reddenda per instrumentum tibi caueri feceris. & si id desideras, desiderium tuum nulla iuris ratione subnixum est. Viuianus.

r ¶*Non congruit*. quod plerunque euenit.

s ¶*Arguit*. i. arguit probat, cum sit publicum: *vt in auth. de fide inst. §. si vero moriantur. col. vj.* Et dic q. depositarius pecuniæ mutuauerat eam alij, vel deposuerat apud alium fortè hoc pacto, vt statim cum deponens repeteret, reddatur pecunia: nunc autem dicit depositarius conueniendum debitorem cui mutuauit illã pecuniã, vt in

Marginal notes:

* Aeris. alio.

Depositarius vtens re deposita, in furtum incidit.

† Principale vbi non tenetur accessorio actum. Glo. vlti. in c. si diligenti in med.

b Vsurarum officio iudicis & stipulatiorum sebitarum differentia.

c Accessoriũ sine principali durare non potest.

d Officium iudicis est triplex.

a Fructus iure actionis veniunt, hinc concludit Capegius tamen existimat fructus venire officio iudicis mercenario, deserviendo actioni. tract. de date parte 1. quæst. 4.

* Id est deposuisse, vt i. l. 9.

b Si depositio fit à pluribus, sequestraria: hac vno casu actio præscriptis verbis competit.

† Deest in omnibus manu scriptis & depende certo. & interpretes dati i. deposita est Marcell. nop. lib. 3. tit. 9.

strumentum dicit, non se quod dicere non potest: *vt hic, & ī. l. proxi. & ī. de actio. & oblig. l. cum & §. si cer. pet. l. non aduersus. & ff. de condi. indeb. l. his solis.*

S *i is.*] CASVS. Si pecuniam apud te deposui, & alij mutuasti: si ... cisti conuentione m.f. de custodiendo, & restituendo, non solum tu teneberis, sed etiam is qui tibi successit. & hoc in prima parte. An autem aduersus eum cui mutuasti actio mihi competat quaeritur? Resp. quod si extiterit, aduersus possessores habeo in rē actionem. & hoc in secunda.

a ¶*Susceptae fide.* secundū quam custodire[a] & restituere debet, vt plenè diximus supra. l. proxi.

a Depositarius fidē praestare debet in deposito custodiendo & restituendo.

* Alexandro.

b ¶*Vindicatione.* vt & ī. ad exhib. l. sires.

C *Vm hereditas.*] CASVS. Decessit paterfamilias: iacente hereditate seruus hereditarius quasdam res penes Titium deposuit: an futurus heres pro rebus illis depositis habet actionē aduersus successores depositarij, quaeritur? Dicitur quod sic. Viuia.

c ¶*Personam domini.*[b] vt ff. de acquirend. rer. domi. l. hereditas. & institu. de stipulatione seruorum. in princip. de heredit. instit. §. seruus autem alienus. ff. de noua. l. nouatio. §. in fi.

b Hereditas personam domini sustinet.

d ¶*Seruo.* Seruus hereditarius[c] deposuit: agit heres postea succedens depositi: vt *hic & ff. eod. l. j. §. idem si seruus. & ff. de actio. & oblig. l. qui a seruo.*

c Haeres depositi a seruo hereditario potest.

* Domino agitur in quibusdam.

† id est depositatas. vt §. l. 6.

e ¶*Successeritis.* hi enim erant emancipati, vel sui, sed sub conditione potestatiua instituti: alioquin non hereditati, sed ipsis videtur actio quaesita, secundū quosdam.[d] ADDITIO. Ex hac glos. habes quod v-bi est suus[e] heres, ibi nunquam iacet hereditas: quia existentia[f] sui heredis inducit continuationem dominij sine aliquo medio: *vt ff. de liberis & posthu. l. in suis.* Haec ex Baldo hic.

d Et bene, vt ...

e Hereditas nunquam iacet sine haerede existente.

† Ex Cod. Greg. ...

f ¶*Potestis.* hoc, nisi bona fide eidem seruo alienato vel manumisso solutum fit: *vt ff. eod. l. quod seruus.*

Q *Vi depositum.*] CASVS. Si quis conuenitur directa actione depositi, & suo nomine condemnatur eo quod rem depositam non reddit, notatur infamia. Viuia.

f Sui haeredis existentia inducit continuationem dominij sine aliquo medio ...

g ¶*Suo nomine.* non hereditario, tutorio, curatorio, procuratorio: vt *ff. de his qui no. infa. l. furti. §. qui alieno. & l. j. & l. seruus.*

g Alieno nomine conueniuntur haeredes, tutores, curatores, procuratores.

S *I quis.*] CASVS. Si decem penes me deposuisti, & tu mihi teneris in decem: tibi repetenti depositum, an compensationem obiicere possim, quaeritur? Dicitur quod non. & hoc in prima. Si verò rem aliquam penes te deposui, & tu apud me hinc inde: quo minus depositum repetatur, nulla obstabit compensatio. & hoc in secunda. Si vero rem quam penes te deposui, quo minus mihi restituas, contradixerit aliquis satisdante me de seruando te indemnem, mihi eam restituere debes. & hoc in tertia.

¶Not. primo ex hac l. secundum Baldum hic, quod depositi ad depositum non fit compensatio: tamen bene admittitur reconuentio: non cum defertur liquidum propter non liquidum: sed reseruaretur hoc quod est probandum: quod tene menti secundum eundem. 2 No. secundo ibi prima fronte: quia illud quod restituitur, debet de proximo reddi: & dicitur prima facie restitui. facit quod not. in c. debitores. extra de iureiur. Bal.

petentem improbè recusas.

Actio depositi personalis debitoris non sequitur debitorem. Bal. Vel sic: Actio depositi vt personalis, competit contra depositarium, & eius heredem, non contra singularem eius rei debitorem. Salyc.

VIII. Iidem AA. Alexandro†.

S I is qui depositam a te pecuniam accepit, eam suo nomine vel cuiuslibet alterius mutuo dedit: tam ipsum de implenda suscepta fide[a], quam eius successores teneri tibi, certissimū est. Aduersus eum autem qui accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi extent, tunc enim cōtra possidentem vti rei vindicatione[b] potes.

Hereditas sustinet vicem personae defuncti. hoc dicit Bald. & Salycetus. & quod ei interim quaeritur, heredibus postea adeuntibus quaesitum intelligitur. hoc dicit. Salyc. Vel sic: Ex contractu serui hereditarij acquiritur actio hereditati iacenti, & per eam postea heredi. Pau. de Cast.

IX Iidem AA. Menophyllo, & caeteris.

C Vm hereditas personam domini[c*] sustineat: ab hereditario seruo[d] priusquam patri vestro successeritis[e], res commendatas † secundum bonam fidem ab eius qui suscepit successoribus apud rectorem prouinciae petere potestis[f].

Condemnatus in actione depositi directa, quia non restituebat rem, efficitur infamis. Pau. de Cast.

X. Iidem AA. & CC. Septimae, & Quadrato.

Q Vi † depositum non restituit, suo nomine[g] conuentus & condemnatus, ad eius restitutionem cum infamiae periculo vrgetur. S. Id. Dec. Nicomediae. CC. Coss.

Depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionem: nec potest obiicere compensationem, vel dicere sibi in contrarium factam pro-testationem. h. d. coniuncta auth. hic posita Bald. quae lex est singul.

XI. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni. PP.

S I quis vel pecunias vel res quasdā per depositionis acceperit titulum[h]: eas volenti ei qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur: nullamq; compēsationem[i], vel deductionem[k], vel doli exceptionē[l] opponat[m], quasi & ipse quasdam contra eum qui deposuit actiones personales, vel in rem † vel hypothecariam praetēdens: cum[n] nō sub hoc modo depositum acceperit, vt non cōcessa[o] ei retētio generetur, & contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam[p] retrahatur. Sed & si ex vtraq; parte aliquid fuerit depositū: nec in hoc casu compensationis praepeditio oriatur, sed depositae quidē res vel pecuniae ab vtraq;[q] parte quā celerrimè sine aliquo obstaculo restituantur, ei videlicet primum, qui primus[r] hoc voluerit: & postea legitimae actiones integrae quoq; ei reseruentur. Quod obtinere (sicut iam dictū est) oportet, & si ex vna parte depositio celebrata est, ex altera autem compensatio fuerit opposita: vt integra omni legitima ratione* seruata, depositae res vel pecuniae prima fronte restituantur.

Quòd si in scriptis[f] attestatio nō per dolū vel fraudem[t] fuerit ei qui depositū suscepit, ab alio transmissa, vt minimè depositū restituat, hócq; per iusiurādum affirmauerit[u]: liceat ei qui deposuit, sub defensionis cautela idonea praestita[x], res depositas quam ocyssimè† recuperare.

IN AVTHENTIC. DE deposito & denūtia inquilinorum. §. j. col. vj. conti. fin. No. 88.

h ¶*Titulum.* aliàs ponitur titulus pro causa, qua dominium vel possessio transfertur: siue de vtrque ... quaeramus, vel de publiciana, vel de petitione hereditatis, quae non datur contra titulo possidentem: vt ī. in quibus cau. cess. long. temp. praescript. l. hereditatem. Sed hic pro detentatione ponitur: & ideo non impediret petitionem hereditatis: vt ff. de pet. hered. l. & non tantum.

i ¶*Compensationem.* in toto.

k ¶*Deductionem.* in partem.

l ¶*Exceptionem.* hoc ad vtrunque refertur: & ad hoc supra de compen. l. final. & institut. de actio. §. in bonae fidei. & ff. ad exhibend. l. in ... ibidem. ¶Sed nonne[a] saltem propter impensas habet retentionem? P. sic, sicut in commodato: vt ff. commodat. l. in rebus. § fina. & ff. de acquiren. possess. l. si quis rem. Sed Ioann. contra per literam istam.

† Depositi nomine agitur ... quomodo ...

a Depositarius propter impēsas non habet retentionem.

m ¶*Opponat.* nec spoliatio opponi potest in deposito secundum quosdam. Alij contra.[b] extra de ordine cognitio. c. j. & ibi de hoc in glos. hic patet. simile ad l. vlti. extra etiam de deposita ca. bona fides. circa finem.

b Deposito spoliatio opponitur ...

n ¶*Cum pro quando.* sic* autē pro quia poneretur: mala esset causa vel ratio.

* actione.

o ¶*Non concessa.* à iure vel sine permissu domini: ipse enim permittere potest: vt ff. eo. l. j. §. si conuenit. redditur ergo cuilibet[d] etiam praedoni: vt ff. e. l. j. §. si praedo. nisi apud dominum deposuit non dominus: vt ff. eo. l. bona fides. § final.

d Depositum etiam reddendum praedoni deponenti.

† vel ...

p ¶*Ad perfidiam.* vt & ff. eod. l. j. §. sed & si autem & §. quod autem. & de pact. l. iuris gentium. § sine autem.

q ¶*Ab vtraque.* cum[e] duobus idem priuilegium datur, vterq; suum contra alium exercet: vt hic. & ff. ex quib. cau. ma. l. ...

e Priuilegiati ... contra priuilegiatum ...

r ¶*Quod primus.* vt ff. de iudi. l. qui prior.

f ¶*Quod in scriptis.* idē si sine scriptis, vt puto: & arg. ī. de pe. hered. l. fi.

t ¶*Vel fraudem.* depositarij.

u ¶*Affirmauerit.* depositarius.

x ¶*Praestita.* depositario a deponente, & cum fideiussoribus: vt vetatur in authent. eo. in fin. colla. vj. ¶Sed cum non fuerat litem contestatus denuncians, non videtur danda cautio: vt ff. si quis plus quàm per leg. Falcidiam. l. hac autem. j. respon. & §. hac cautio. Sed fortè speciale est in depositario, qui recipit gratia deponentis tantum, vt ei caueatur ante litem contestatam. 2 Vel melius dic nec ibi caueri tantum post litem contestatam, imo post controuersiam; sed controuersia etiam ante litem contesta-

contesta.facta cauetur: vt in eod.titu.l.iij.§.si legatarius. ¶Sed ad quid fiet hæc cautio, cum ille qui denũciauit, nullam habeat actionem de iure: ergo non videtur interponi debere: vt ff.de procurat.l.non cogendum.§.fin.& ff.vt in possess.leg.l.si is à quo.§.diuus? Respon.poterit vel iniustè conueniri vel vinci, vel saltem faciet expensas. ¶Vel dic etiam caueri, vt probet sibi restitutum debitum. sic & ff.de rei vin.l.si à quo.& de petit.hered.l.penult. ¶Item videtur quòd de iure communi debeat teneri: vt ff.de eden.l.quaedam.§.si autem? Resp.hic restituit ei à quo causam habuit: & ideo non est in culpa: hodie autem non præstatur huiusmodi cautio: nec curantur huiusmodi interdictiones per authen. quam lege hic: sed iam &c.

† Contractus depositi adeò fauorabilis vt mereatur per inde executionem ac senentia vel confessio facta in iudicio vel vt instrumentũ conuentionale vel iudiciale. l. post rem.ff.de re iudic. vel Laudum emologatú l.cum antea l.de arbitriis, sed tamen quod de deposito hic dictum est intelligi oportet de deposito notorio de quo si apparet per publicum instrumentum. v. Matthesil. singul.j.

Tertia persona veniens ex transuerso, non potest extra iudicium prohibere ne reddatur depositum †, vel ne inquilinus reddat pensionem domino, vel ne præbenda vel salarium præstetur ei cui debetur. hoc dicit Bal. Vel sic: Hodie nulla persona veniens ex transuerso, potest extraiudicialiter interdicere depositi restitutionem: nec vt inquilinus domino debitam non soluat pensionem: nec vt præbenda seu salarium de publico non soluatur ei cui debetur. Salyc.

SEd iam.] CASVS. In lege Codicis dictum est, quòd non potest interdici restitutio depositi, sed debet depositũ restitui: & postea cum qui deposuit, poterit is apud quem depositum erat, conuenire quandocunque voluerit: etsi contradicat, & ille qui deposuit, damnum aliquod patiatur: contradicens damnum debet reficere: immo ad tertiam & ad centesimas vsuras tenebitur. & pœnam eandem sustinebit qui interdixerit colono ne pensionem soluat: & magistratui ne ministret ex publico ministrantib. debitas præbẽdas: quæ panes ciuiles appellantur in corpore.

SEd iam cautum [a] est, ne quis extrinsecus [b] depositario interdicat depositi restitutioné: qua subsecuta [c], depositor possidés pulsari poterit ab eo qui interdixit: Si cõtra factum fuerit: damnum [d] quodcunque acciderit ei qui vim passus est, præstabitur [e] ab eo qui interdixit, necnõ & tertia centesimæ vsurarum [f] nomine, ex quo facta est huiusmodi contestatio. Quibus pœnis subiacet, qui vel inquilino dationem pensionum, vel publicæ personæ [g] panis interdicit administrationem.

**Ista est notabilis lex, & hoc dicit, Si vnus ex heredibus deponentis recipit solummodo portionem quæ sibi contingit: quicquid postea contra debitorem accidat, coheredibus non tenetur. Bald. & Salyc.*

XII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SVperuacuam veterum differentiam è medio tollẽtes, si quis certum pondus auri vel argenti confecti [h] vel in massa constituti deposuerit, & plures scripserit heredes: & vnus ex his contingentem sibi portionem à depositario acceperit, alter supersederit, vel aliàs fortuito casu impeditus hoc facere nõ potuerit, & postea depositarius in aduersam inciderit fortunã [i] vel sine dolo depositũ perdiderit: sancimus, non esse coheredi eius licentiam venire cõtra eum coheredem suum, & ex eius parte auellere, quod ipse ex sua parte cõsequi minimè potuit, quasi eo quod coheres accepit, communi constituto: cum si certæ pecuniæ depositæ fuerint, & suam partem vnus ex heredibus accepit, nemini veniat in dubiũ benè eum accepisse partem suá, & non debere aliam partem attingere. Nobis etenim non videtur esse homo obnoxius [k], neque in massa, neque in specie [l]. neque in pecunia numerata, qui suam partem suscepit: ne industria pœnas desidiæ soluat [m]. Si enim & alius heres tempora opportuna quemadmodum coheres eius obseruasset: & suum vtrũq; reciperet, & sequentibus altercationibus minimè locus relinqueretur*.

a ¶Cautum. per authent. in eo titu.§.j.col.vj.

b ¶Extrinsecus. ex hoc videtur corrigi quòd est ff.de rei vind.l.officium. & ff.e.l.bona fides. vbi dicit dominum admitti ad vindicandum. Solu. dicunt quidam hic extrinsecus, id est præter rei dominum, vel eum qui habeat ius in re. Sed Ioan. dicit denunciationem simplicem non admitti: vt hic: sed si vindicare vult in iudicio, potest. Dic ergo extrinsecus, id est præter deponentem.

c ¶Qua subsecuta. id est restitutione: sed certè & ea non subsecuta cum ciuiliter & naturaliter possideat deponens: vt ff.e.l.licet.§.rei.

d ¶Damnum. quodcunque fortuiti casus.

e ¶Præstabitur. à denunciatore.s.deponenti: vt in cor.§.nemini.

f ¶Vsurarum. si est pecunia vel auro depositum: & idem si in speciebus: nam æstimantur, & æstimationis datur vsura deponenti: vt in corp.§.j.sic & 3.de vsur.l.oleo.

g ¶Vel publicæ personæ. id est magistratui, insti.de Atti.tu.§.pen. ne soluant alicui præbendam, quam ex publico deberet habere: vt in cor.§.huic autem.

SVperuacuam.] CASVS. Si rem tuam penes me deposuisti, & decessisti heredib. relictis: & vnus egerit depositi aduersus me: & partem suam consecutus est: & alij agere ex negligentia supersederint: si postea factus fuero non soluendo, an coheredes aduersus coheredem, qui partem suam consecutus est, habeant regressum, vt partem illam communicet, quæritur? Respo. quòd non

Codex.

h ¶Confecti. scilicet in speciem aut quantitatem.

i ¶Fortunam. vt quia factus est non soluendo, dolo & lata culpa.

k ¶Obnoxius. scilicet coheres, repete coheredi negligenti.

l ¶Neque in specie. diuisibili, cum dicatur suam partem accepisse: Vel accepit æstimationem partis. Si autem decem (homines puta) essẽt depositi: nec quinque possẽt vni restitui, cũ in quolibet medietas remansit. Sed secus [a] in quantitatibus: vt ff.de solu.l.cum Stichus.& Pamphilus.& ff.e.l.j.§.si pecunia.& per hoc est: quia si quis rogatus restituere hereditatem retenta certa quantitate, illam totam retinet de portione sua. Sed si [b] rogetur restituere retento prædio, alia portio prædij à coherede qui dominium habet accipitur: vt ff ad [c] Trebellianum.l.de dulla.§.nummis acceptis.& de leg.ij.l.cum pater.in prin.

m ¶Soluat. sic.j.[c] de aleat.& palu.l.fi.& ff.de neg.gest.l.si ex duobus.& ff.de bonis auctor.iu.possiden.l.si non expedierit.§.j.& ff.de condi.indebit.l.tutores.& ff.famil.erciscun.l.heredes.§.item scribit.& l.Lucius. ¶Sed contra in eo tit.l.item Labeo.in princi. Sol. Hic alij poterat imputari culpa, ibi non. licet enim in quæstione ponatur quando fuit & quando non fuit in culpa: in responsione tamẽ ponit tantùm quando fuit in culpa. ¶Item contra. ff.pro so.l.verum.§.si cum tres. vbi vnus de trib. socijs quod exigit ab alio, communicat cum tertio. Solu. speciale ibi: quia fraternitatem [d] habet societas: vt in ead.in prin.

[a] Quantitatis & s. ectei depot tm differentia.

[b] Hereditatis rogatus restituere retenta quantitate vel prædio, quid retineat.

[c] Vigilare sibi cuique licet. Gl. super verbo ... olim extra de sent. & re iudic.

* relinquebatur.

[d] Societas ius fraternitatis continet.

TITVLVS XXXV.

MANDATI [n], VEL contra.

Procurator pecuniam versam in vtilitatem domini repetit per actionem mandati: de salario autem prætoris est notio. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Leonidæ.

ADVERSVS eum cuius negotia gesta sunt [o], de pecunia quam de proprijs opibus [p], vel ab alijs mutuo acceptam [q] erogasti, mandati actione pro sorte & vsuris [r] potes experiri. De salario [s] autem quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur [t].

MANDATI, vel contra.

Exposuimus supra de contractibus qui re contrahuntur: vt de deposito, & pignore, & indebito, & mutuo, & commodato. Nunc videamus de contractibus in quibus solo consensu nascitur obligatio. Et quia inter eos excellentior est contractus mandati (trahit enim originem ex officio & amicitia) ideo primo videndum est de mandato. Videndum quid sit mandatum, & vnde dicatur mandatum, qualiter contrahatur, & inter quas personas, & in quibus rebus, & quot modis, & quando nascatur actio mandati directa vel contraria, & quando competant, & in quantum, & quales sint. Azo.

n ¶Mandati. vel aliàs de mandato.

ADuersus.] CASVS. Si mandato tuo negotia tua gessi, & aliqua impendi, vel pecuniam mutuo accepi vt in ea impenderem: non solum sortem, sed etiam vsuras actione mandati consequi potero: & salarium quod mihi promisisti, mihi restitui prouidebit iudex. Viu.

o ¶Gesta sunt. cum mandato.

p ¶Opibus. quas fœnerare consueueris: vt ff.de vsu.l.qui semisses.§.si.

q ¶Acceptam. sub vsuris.

r ¶Et vsuris. etiam sine mora: vt ff.e.l.si vero non remunerandi.§.nihil.

s ¶Salario. certo & promisso [e] animo remunerandi laborem: vt ff.eo.l.si remunerandi.in princ.

t ¶Præbebitur. vtrum fuerit licitum vel non, certum vel incertum.

[e] Etiam ex nudo pacto salarium deberi potest. adde l. salarium ... eod. & ... regul. p.

Et vt plenè videas: aut est incertum, & non valet: vt ȷ. eo. tit. l. salarium. & ff. eo. l. qui mutuam. §. salarium [a] aut certum: & tunc aut erat alias[b] facturus, & tunc pro eo incontinenti promisso agitur mandati contraria informata, vt hic. si ex interuallo, tunc agitur extraordinaria: vt ff. e. l. salarium. Si autem non erat aliàs facturus: aut tale factum consueuit locari: & tunc est locatio: vt ff. eod. l. j. aut non: & tunc est contractus innominatus, & agitur præscriptis verbis: vt ff. de præscriptis verb. l. naturalis. §. at cum do. & hoc quando est licitum. Si autem mediam vel quotam partem litis paciscatur. tunc non valet, & punitur: vt ff. eod. l. salarium. & l. si remunerandi. §. Maurus. & ȷ. de postu. l. si qui. ¶ Sed quæro, an hoc salarium procuratoris possit excedere centum aureos, vt dicitur de aduocatis? Respo. non.[c] nam aduocati[d] procuratores dici possunt: vt ff. de var. cog. l. j. §. aduocatos. & §. licita.

a Non intelligere verè vt ibi: procurator actio ex promissione: iudex tamen ex suo officio constituet ei salarium secundum meritum eiusdem: vt dicit Salyc. hic.
b Dicet actio mandati ad consequendam mercedem promissam. Ci in vt Inst. eod. & in fauorem. § eo. li. cet mandatum debeat esse gratuitum: ne transeat in locationem, potest tamen promitti aliquid non tanquam merces, sed tanquam honor quidam, nisi sine mercede idem facturus fuisset.
* Marcellino.
† obligatione.
c Salarium procuratoris ex cedere centum aureos non potest. & cur.
d Procuratores ad litem causas alienas aduocati dici possunt.
‡ alias tui.

Actio mandati competit ad pecuniam solutam a mandatario, & ad pignora persequenda. Bald. Vel sic: Fideiussori pro pecunia ab eo soluta, à principali recuperanda, & pro pignoribus consequendis, competit actio mandati. Salyc.

II. *Idem AA. Marcello*[*].

CVm ex causa fideiussionis pecuniam patrem[a] tuum exsoluisse proponas, habes mandati actionem: qua non solum pecuniam[b], sed etiam pignora[c] in obligationem† deducta, potes consequi.

Mandatum actionum nō excludit mandantem re integra ab agēdo. hoc dicit. Bald. Vel sic: Mandans alteri actiones potest hoc non obstante re integra experiri. Pau. de Cast.

III. *Idem AA. Germano.*

SI pater tuus[d] tibi sui[‡] iuris[e] constituto actionem aduersus debitores suos mandauit[f]: potuit & ipse præsens aduersus eos re integra[g] experiri. Si quid itaque ab eo apud iudicem actum est, rescindi id nulla ratio patitur.

Procurator repetit sumptus litis, etiam si in causa succubuerit. Bald.

IIII. *Imp. ALEXANDER A. Vulnerato.*

ETiam si contrariam sententiam reportauerunt[h] qui te ad exercendas causas appellationis procuratorem constituerunt: si tamen nihil culpa tua factum est†, sumptus quos in litem probabili ratione feceras[*], contraria mandati[i] actione petere potes.

Procurator qui neglecto mandato bonorum possessionem non petiit, tenetur domino. Bald.

V. *Idem A. Gallicano.*

SI maritus sororis tuæ tibi procurans petere bonorum possessionem noluerit†, cum ipso tibi congrediendum[k] est: quam querelam ita cum effectu habes, si mandasse[l] te vt peteretur bonorum possessio, eumque neglexisse arguas.

Qui patitur pro se alium fideiubere, videtur mandare. Bal. & Sal.

VI. *Imp. GORDIAN. A. Sosibio.*

SI fideiussor pro reo patiēte[m] fidem suam adstrinxerit: mandati cum eo post exolutam[*] pecuniam vel factam condemnationem potest actionem exercere.

Mutuans ex mandato alterius, obligat sibi recipientem tanquam principalem ex eo contractu: & mandantem tanquam accessorium per actionem mandati. Bald.

VII. *Idem A. Aureliano*[*].

SI literas[n] eius secutus, qui pecuniæ actor† fuerit ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti: tam condictio aduersus eū[o] qui à te mutuā sūpsit pecu-

CVm ex causa.] CASVS. Si pater tuus apud creditorem pro me fideiussit, & pignora obligauit, & pecuniam soluit, & decessit: habebis tu aduersus me mandati actionem, per quam non solum pecuniam sed pignus consequi poteris. Viuia.
a ¶ *Patrem.* Item idem si tu heres eius solueris: vt ff. eo. l. heredem.
b ¶ *Pecuniam.* & eius vsuras.
i ¶ *Vtraque parte.* scilicet cedentis, & eius cui ceditur, sic & in possessione furioso tradita. *vt ff. de acqui. possess. l. quod meo. §. si furioso.*

k ¶ *Et si hoc.* s. quod verè solutum fuit.

l ¶ *Molestia.* ex reliquo.

SI SERVVS EXtero se emi mandauerit.

Audisti generaliter. s. de mandato; nunc audi specialiter in quodam casu, scilicet cū seruus extero se emi mandauerit. ¶ *Et not. quatuor [a] dicta h. l. scilicet an fuerit vtile mandatum. Item an actio detur ipsi domino ex venditione, licèt mandatum sit inutile. Item an solutio nummorum peculiarium liberet emptorem. Item an agas de ancilla & de precio. In primo dicit nullum esse mandatum. In secundo dari domino actiones ex vendito. In tertio quod emptor non liberatur. In quarto de vtroque agi non posse. Dic ergo si seruus extero &c.*

Si seruum extero.] CASVS. Seruus mandauit Titio de se emendo & manumittendo. Ex isto themate tres eliciunt quæstiones. Prima est an valeat mandatum: Resp. quòd nō, nec inspecta persona serui, neque inspecta domini. serui non: quia cū liber homo de se emendo non posset mandare, multo minus nec seruus ex persona sua. domini non: quia qui mandat rem suam à se emi, inutiliter mandat: quia cū mandat de emendo, à seipso videtur emere: sed nulla est emptio suæ rei. Secūdò quæritur, an ex tali mandato dominus habeat actionem mādati, vt sibi reddatur seruus, vel habeat actionem ex vendito ad consequendum precium? Respon. quòd mandati. Tertiò quæritur, an emptor soluendo nummos peculiares, liberatus sit. Dicitur quòd non. Quartò quæritur, an possit intentare vtrunque? Dicitur quòd non: quia contrariæ sunt: quia per actionem mandati cōsequeris seruum: per actionē ex vendito, preciū eius: & sic emptor tenebit seruū sed ista [a] non possunt simul stare, vt consequaris precium & cōsequaris seruum.

m ¶ *Extero.* per hoc quod dicit extero. intelligas quemlibet [b] alium à domino & seruo.

m ¶ *Extero.* Exterum siue extraneum dic omnem præter dominum. ¶ Sed quid [c] si domino mandat? Resp. nō valet: quia à [d] seipso non potest emere, itē nec ab alio rem suam: [e] *vt ff. de contrahēn. empt. l. suæ rei.* ¶ Sed quid si seruus plurium, vni dominorum mandet de se emendo ab alio? Item quid si nō vnius mandet alij emere? Videtur quod valeat: *vt ff. de accept. l. an inutilis. §. accepto.* Sed puto quòd non: cū nec si extraneo mandet, valeat: vt hic dicit, scilicet de se emendo.

n ¶ *Mādauerit.* liber nō posset hoc mandare, multo minus seruus.

o ¶ *Non potest.* scilicet de se emēdo: & sic multo [f] minus seruus, *vt hic, & ff. quibus ad liber. procla. non licet. l. penult. in princip. & de libe. causa. l. ordinata. §. fin.* ¶ Item aut dices tenere mandatum secūdum ius naturale, quo est liber. & sic non valet, cum nec liber mandet: vt dixi. Item secundū ius ciuile pro nullo haberet: *vt ff. de reg. iu. l. quod attinet.*

p ¶ *Qui mandat.* cū [g] idē inueniretur venditor & emptor, quod esse non potest: *vt ff. de rerum permu. l. j.*

q ¶ *Inutiliter.* quia iam sequeretur quod idem esset venditor & emptor. in casu tamen valet, vt in creditore qui possidebat pignus *ff. man. l. si mādauero. §. sibi.*

r ¶ *Ratione.* scilicet æquitatis, quæ [h] præualet rigori iuris: *vt s. de iud. l. placuit.*

s ¶ *Ex ipso mandato.* scilicet solo, id est, per consequens de æquitate. Sed mandatum fit inutile: vel fit propter mandatum ex illo contractu.

s ¶ *Ex ipso mandato.* nullo alio secuto, sed alio secuto, scilicet venditione, datur actio ex mandato, vt subiicit secundum Io. Sic &

† Cōfessus seu qui confessus est se habuisse dotem vel certum nomine dotis, præsumitur confessio simulata etiā quoad ad residuum dotis. v. Romanū sing. 126. adde l. Minor. 40. ff. de minoribus.

† An hæc lex habeat locum in aliis contractibus innominatis: puta permutatio tractat & desinit habere locum. Fabianus de Mōte tract. de Emp. 1. quæst. princip. numero. 20. & aliis.

a Legem vnicam diuidit in quatuor.

a ;statui. in quibus dam.

a Rei & precij petitio simul stare non possunt.

b Extraneus pro quolibet alio præter dominum & seruum.

c Seruus si mandet domino suo de se emendo, nihil valet.

d Emere à se ipso nemo potest.

e Emere ab alio rem suā nemo potest.

f Seruo non licet, quod libero homini non est permissum.

† Ad hanc leg. v. Alexan. hic in summa.

g Venditor & emptor vnus & idem esse non potest: vt hic statuimus duo contraria vno ac eodem respectu in eodem subiecto esse non posse.

h Æquitas prævalet rigori.

† Et & propter differentiā. hic enim aliud videtur esse ex mādato & propter mandatū dari actionē vt notat Bart. quem etiam vide in l. vni. dubium. ff. de legibus.

aliàs vna [a] stipulatio præstat alij robur: vt insti. de inutil. stipul. §. alteri. Sed hîc tanto plus, quia cum sequens causa, scilicet venditio sit bonæ fidei, & præcedens causa mandati: facit sequens vt ex prima detur actio, quod in stipulatione non est ita. ¶ & quod hîc subiicit, propter mandatum & c. conuerte literam, id est, ex mandato propter alium contractum. Similis conuersio literæ est. j. communi diuid. l. j. Alij vt P. dicunt ex ipsa venditione dari mandati: vt hic innuit: pro quo est: quia & aliàs ex pacto [b] incontinenti apposito datur actio ex contractu præcedenti vel sequenti: vt j. de pact. inter empt. & vend. l. ij. Bul. etiam dicit ex se dari actionem scilicet ab imperatore viuo, cũ non datur per l. ex dicto mandato. sed prima placet.

a ¶ *Ignorante.* secus si sciret: quia tunc recipiẽdo suum preciũ sibi imputat, & emptor liberat. Vel dic secus si sciat: quia tũc sibi præiudicat in seruo, vt non possit agere mandati.

b ¶ *Soluti.* tibi scilicet venditori.

c ¶ *Per huiusmodi factum.* id est, per huiusmodi solutionem. nam emptor [e] tenetur facere nummos accipientis: vt ff. de act. empt. & ven. l. ex empto. §. j. ¶ Sed quare non concedit vt ex peculio soluat, sicut & vbi manumissus est si x. dederit: vt ff. de statuli. l. statuliberos. §. & parui? Respond. quia ibi voluit testator aliquid dari, sciẽs illum non habere aliud patrimonium, videtur permittere: vt & ff. de manu. testa. l. si quis locuples. & j. de condit. institut. l. quæ sua sub conditione. & j. de condit. inser. l. cum patremfa. at hic nihil potest videri permisisse, & cum & mandatum à seruo emanauerit. Alij distinguunt, an simpliciter mandat seruus se emi, an se emi suis nummis, & manumitti. Primo casu non potest dare peculiares nummos: vt hic. Secundo sic, vt in dicta. l. de statulibe. quod non placet. nam hic geritur contractus venditionis inter dominum & emptorem: vnde debet secundum commune ius facere nummos capientis, per d. l. ex empto. §. j. Sed in hoc casu esset tunc vis: quia primo non posset agere contra emptorem vt manumittatur: vt ff. de manu. l. iiij. §. si abignoto. nec alius fortè nomine serui: at in secundo ipse seruus consistit aduersus emptorem vt manumittatur: vt ff. de iudic. l. vix. & etiam ipse venditor ratione affectionis: vt ff. manda. l. cum seruus. & pronunciatur liberandus, non liber: vt ff. de manu. l. iiij. in prin. & ff. de iudi. l. qui se.

sed propter mandatum ex alio contractu nascatur actio: domino quæri placuit obligationẽ. Si itaq; domino ignorante [a] emi te mãdasti, ac te nummos subministrãte peculiares soluti [b] sunt: † emptori minimè liberatio per huiusmodi factũ [c] potuit peruenire. Nec tamen [d] si tradita, nec manumissa es: etiam mandati de ancilla [e], & empti [f] de precio consequendo cõtrarias actiones [g] ei exercere concedi placuit. Sanè in illius arbitrio relictum est, vtrũmne mancipiũ [h], an preciũ [i] consequi velit: cum ex peculio quod eius fuit, solutio celebrata, obligationis vinculo emptorem liberare non potuerit.

TITVLVS XXXVII.

PRO SOCIO.

Valet societas in qua vnus pecuniam confert, alter operam. h. d. Bal. concord. Salyc.

I. *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIM. AA. *&* CC. *Aurelio.*

SOCIETATEM, vno pecuniam [k] conferente, alio operã [*] posse contrahi, magis obtinuit [l] †.

Ementes prædium communiter, videntur tacitè contraxisse societatem tam rei quàm onerum supportandorum propter rem. h. d. no. secundùm Bald. Vel sic: Fundus emptus communiter à duobus, vtroque in possessionem inducto, communis efficitur: & pensiones solutæ ab eorum altero vnà cum precio possunt peti actione pro socio. Salyc.

II. *Iidem AA. &* CC. *Pantonio.*

CVm proponas te prædium coniuncto dominio [m] cum patrono † tuo comparasse, in possessionémque tam te quàm ipsum inductum: iuris ratio efficit, vt dominium fundi ad vtrumque pertineat [n]. Sanè quia precium à te solo numeratũ [o], & solennibus pensitationibus, cessante socio satisfactum esse dicis: iudicio societatis id quod eo nomine præstari oportuerit, consequeris [p].

Societatis commoda transeunt ad heredem. h. d. Bal. Et hoc verum, etiam si sit talis societas, quæ ad heredem non transeat.

III. *Iidem AA. &* CC. *Victorino.*

CVm in societatis cõtractibus fides [q] † exuberet, cõueniátque æquitatis [r] rationibus etiam compendia [s] æqua-

d ¶ *Nec tamen.* hic mutat personam.

e ¶ *De ancilla.* scilicet consequenda vt statim dices.

f ¶ *Empti.* id est venditi: vt & ff. de act. emp. l. veteres. Contra. ff. de act. empt. & vend. l. ex empto. vbi dicitur quod iniquissimum est vt re & precio careat. Accurs.

g ¶ *Contrarias actiones.* Dic quòd loquitur de actione mandati ad ancillam consequendam, secundùm Ioan. sicut & si emi asinum mandasset. & hoc non ut dictio, consequendo: quæ licèt neutri generis, concipit tamẽ fœmininum: & idem innuit postea cum dicit, vtrũmne mancipium &c. Alia actio est ex vendito ad precium, quæ sunt contrariæ: cum per vnam auferatur emptori seruus: per aliam apud eum remaneat. ¶ Et sic no. contrarias [d] actiones nõ posse quem exercere: vt j. de fur. l. j. ¶ Sed cõtra hoc quod dicit dari actionem mandati ad ancillam persequendam, videtur esse contra: quia contraria non datur emptori contra me, vt recipiam, si nolim. si ergo contraria non datur, ergo nec directa: quia vltro citró q; esse solent: vt insti. de obli. quæ ex quasi con. in prin. & habes hoc. ff. man. l. seruus meus. Sed dic, esse solent regulariter, fallit autem in hoc casu: vt hic & ibi dicitur, & in eo. titu. l. potest. 2 Alij vt P. dicunt mandati agi vt manumittatur, & tũc erit contrarietas, cũ si & preciũ, & quòd manumittatur consequeretur venditor, duplici damno emptor afficeretur: quod non placet: quia aut non interest mea ratione affectionis alicuius manumitti: & tunc non datur directa mandati, cum non intersit: vt ff. eod. l. si procuratorem. §. mãdati. & sic nõ est contrarietas, cũ non sit actio mandati. aut interest, & tunc vtraque intenditur, nec sunt contrariæ: vt ff. mand. l. cum seruus. Præterea est contra Pyl. quod sequitur, sanè &c. Nam apertè dicit agi ad ancillam consequendã, sed ipse dicit rei vindicatione. quod non placet: quia si rei vindicatione ageret, aut est precium emptoris solutũ, & sic agi non potest: aut si peculiare vel nullum, erit in emptoris arbitrio offerre precium: vt ff. man. l. diligenter. §. ij. at hic dicit in venditoris esse arbitrio. Accurs.

h ¶ *Mancipium.* actionem mandati.

i ¶ *Precium.* scilicet actione ex vendito.

PRO SOCIO.

Societatem.] CASVS. Titius cũ Seio contraxit societatem vt Titius præstet operã, Seius pecuniã: & lucrum esset cõmune. an sic contrahi possit societas, quæritur? Dicitur quòd sic.

k ¶ *Pecuniam.* in communi causa.

l ¶ *Obtinuit.* quia sæpe opera alicuius pro pecunia valet: vt insti. eod. §. j. & si partes adiectæ non fuerint, æquales in lucro & damno spectãtur: vt ff. e. l. si non fuerint. ¶ Sed quæro, an ille qui pecuniam contulit, debeat habere capitale saluum in diuisione societatis, id est sortem, & lucrum tantũ ex ea proueniens communicare? Ioan. distinguit an ab initio sic dedit pecuniam vt communicaret, an vt sua remaneret. In primo casu communicatur: in secundo non. ¶ Quid si hoc non appareat? Respon. in dubio præsumitur communicata: vt ff. e. l. j. §. fi. & l. iij. licèt alia sit huius ciuitatis & quarundam alienarum consuetudo, scilicet quòd in dubio non præsumatur communicata. [a] Itẽ quid si hic sors sit amissa. an tantundem debeat reponere, & an sit cõmune periculum? Respond. non est commune periculum, vt ille qui operam ponebat, aliquid conferat: sed finita est societas interemptione rerum: vt ff. e. l. verum. §. interentu. & circa pecuniam consueuit exhibere operam, quam modo non habet.

CVm proponas.] CASVS. Si emendo fundum cum Titio cõtraxisti societatem: & tibi & ei traditus est fundus soluto precio a te: an ideo quia ex tua tantum pecunia preciũ soluisti, ad te solũ pertinere debeat, quæritur? Dicitur q; non: sed ad vtrunque vestrum: & iudicio societatis cõsequeris id quod pro eo soluisti.

m ¶ *Coniuncto dominio.* id [b] est, tali animo vt in eo socij sitis: vt ff. e. l. vt sit. 2 Alij dicunt, coniuncto, quia & alia prædia communia ibidem confinia habeant: vt ff. eo. l. cum duobus. in prin. Accurs.

m ¶ *Dominio.* licèt solueris precium & pensiones.

n ¶ *Pertineat.* vt ff. de acquir. re. do. l. traditio.

o ¶ *Numeratum.* vnde tibi soli dominium adserebas quæsitum.

p ¶ *Consequeris.* aliud est in socio reficiente communem insulam: vt ff. e. l. cum duobus. aliàs est. l. si fratres. §. idem respondit socius &c.

CVm in societatis.] CASVS. Si emendo salem cum Titio societatem contraxisti: & antequam ad te lucrum perueniret, in fata decessisti, herede relicto: an heres iudicio societatis partem lucri quæ ad te spectabat petere possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

q ¶ *Fides.* scilicet bona: vt j. de act. & oblig. l. bonam.

r ¶ *Æquitatis.* id est, bonæ fidei.

s ¶ *Etiam compendia.* non solum onera. & æqualiter, vt subiicit, nisi

Marginal notes:

a Stipulatio vna, aliam corroborat.

b Ex pacto incontinenti apposito datur actio ex contractu præcedenti vel sequenti.

† recte sic distinguitur, non post emptori, vt in quibusdam. Cont.

e Emptor tenetur facere nummos accipientis.

* operã dante.

† In transcripsit Caius lib. iij. insti. tit. de obligat. contra Q. Mucij sententiam. Cont.

† Lucens sem suo & alterius nomine, præsumitur in dubio emisse pro pria pecunia, ideóq. qui partem rei consequi vult, tenetur partem precij reddere, nisi aliud probet. adde Bertrium docis.

d Contrarias actiones nemo exercere potest.

† patrono.

† aliàs, bona fides. al. idem exhibere conueniat, quæ æquitatis rationibus cõ compẽdia inter socios diuidi, præses, &c. cõ fit.

a Ioc. de Are. dicit. quòd in dubio nõ præsumitur pecunia cõmunicata: & ideo solum habere debet is qui eam contulit. Aliquin vt dicit hic P. sequeretur quod præstãs operã haberet lucrũ, & alter dãnũ: & ita esset inæqualitas, quod esse non debet.

b Societas vel hoc ipso videtur contracta quod emunt res duo communes.

nisi contractum sit: vt ff. eod. l. si non fuerint. in prin.

a ¶ *Participasse.* id est, partem habuisse in societate salinarum.

b ¶ *Tibi.* agenti actione pro socio.

c ¶ *Praecipiet.* licèt enim non sis socius, quia non [a] transit societas ad heredem, etiam si sit dictum: vt ff. eo. l. nemo. (nisi in vectigalibus: vt ff. eod. l. ideo.) tamé emolumenti [b] successores: vt hic, & ff. eodem. l. verum. §. cum heredem. & agis pro socio, vt hic. & incepta negotia debes consummare: vt ff. eod. l. heres socii.

a Societas ad heredes non & quomodo transeat.
b Societas licèt non transeat ad heredem, tenetur tamen heres incepta negotia consummare & explorare: cùm sit emolumenti successor.

d ¶ *Si societatis.* Duo confitentes se socios omnium bonorum, adinuicem promiserunt diuidere pro aequalib. partibus. Vel cú de hoc esset controuersia, animo transigendi fecerunt eandem promissionem per stipulationem: quae stipulatio hoc casu est necessaria, cú iure transactionis pactum interponatur: vt ff. de pact. l. diuersum.

e ¶ *Intestatus.* nam personalis [c] obligatio comitatur omnem heredem: vt hic, & ff. de act. & obligat. l. ex contractib. & facit ad l. 3. qui testa. fac. pos. l. 1. respon.

c Nam iam personales obligationes heredem comitantur.

Tamdiu.] CASVS. Si cum Titio societatem contraxisti, & dissoluta cósensu societate, aliquid quod ad te causa societatis pertinebat, apud Titium remasit: an illud consequi possis, quaeritur? Respon. quòd sic act. pro socio, quae iam nata est societate finita.

f ¶ *Perseuerat.* vt institu. eo. §. manet.

g ¶ *Nata est.* Fuit ergo ab [d] initio nata, sed non intentatur nisi finita societate, secundú quosdá. a Vel dic nec etiam nasci nisi finita societate, sicut in actione tutelae dicitur. ff. de tutel. & ra. distr. l. si tutor. §. fin. & l. seq. hoc tamen fallit in societate vectigalium: vt ff. eod. l. actione. §. nunquam. Et idem etiam posset dici in societate priuata si expediat ab ea non recedi: & opus sit sic agi vt tali casu & nascatur & intentetur etiam societate durante. ¶ Item praedicta vera sunt, si agitur ad personales praestationes hinc inde. si autem vt res non communis communicetur. etiam ea durante agi potest: vt ff. eo. l. iij. & co. manibus diuid. l. j.

d Actio pro socio quando nascitur.

Si societate.] CASVS. An sub conditione possim contrahere societatem, quaeritur: Dicitur quòd sic: licèt apud veteres, scilicet ante iura digestorum, de hoc esset dubitatum. vnde tam purè quàm sub conditione contrahi potest.

h ¶ *De societate apud veteres.* ante leges digestorum. nam etiam per eas potest contrahi sub [e] conditione: vt ff. eod. l. j.

e Societas sub conditione potest contrahi.

liter inter socios diuidi: praeses prouinciae si patrem tuum salinarum societatem participasse [a], & non recepta communis compendij portione, rebus humanis exemptum esse perspexerit: commodú societatis quod deberi iuxta fidé vericó-stiterit, restitui tibi [b] praecipiet [c].

Causa testati vel intestati non pertinet ad contractus. hoc dicit Bald. Vel sic: Non refert an socius decesserit testatus vel intestatus: quia heres eius cóncto tenetur seruare. Sal.

IIII. *Iidem AA. & CC. Celeri.*

Si societatis [d] iure, vel transactionis stipulatione subdita, bonorum omniú aequis partibus inter te & Fauiam [e] diuisionem rectè fieri placuit: quo minus haec rata seruentur, nihil interest, vtrum testat[e], qui fuerit obligatus, an intestatus [e], rebus sit humanis exemptus.

Durat societas ad bene placitum sociorum. hoc dicit. Bal. & Salyc.

V. *Iidem AA. & CC. Theodoro.*

Tamdiu societas durat, quá diu consensus partiú integer perseuerat [f]. Proinde si iam tibi pro socio nata [g] est actio: eá inferre apud eum cuius super ea re notio est, non prohiberis.

Societas potest contrahi sub qualibet conditione: quia voluntates contrahentium sunt seruanda. Bal.

VI. *Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni praefecto praetorio.*

De societate [h] apud veteres dubitatú est, si sub códitione cótrahi pót: puta si ille cósul fuerit, societaté esse contractam. Sed ne simili modo apud posteritaté, sicut apud antiquitaté, huiusmodi causa vétilet, sancim° societaté cótrahi posse nó solùm purè, sed etiam sub conditione. Voluntates [i] etenim legitimè contrahentium omnimodo conseruandae sunt.

Curator furiosi pót renunciare societati furiosi. & qui habet auctoritatem legitimam in contractu, habet etiam in distractu. Baldus.

VII. *Iidem AA. Ioanni P.P.*

Sancimus, veterum dubitatione semota, licentiam habere furiosi curatorem dissol-

uere [k] (si maluerit) societatem furiosi, & socius licere ei [l] renunciare. Et quemadmodum in omnibus contractibus aliis legitimam auctoritatem ei dedimus, ita & in hac parte eum permittimus competenter cómodis furiosi prouidere.

i ¶ *Voluntates.* vt ff. depos. l. j. §. si conuenit.

Sancimus.] CASVS. An curator furiosi dissoluere possit societatem quam contraxit furiosus ante furorem, quaeritur? Dicit quòd sic: & socius furiosi societati renunciare potest: licèt olim esset dubitatum apud veteres. vnde sicut curator in aliis contractibus habet legitimam administrationem, ita in societate distrahenda. Viuian.

k ¶ *Dissoluere.* renunciando [a] aliis sociis, vel alij renunciando curatori: sicut fit per procuratorem etiam generalem: vt ff. eod. l. actione. §. renunciare.

a Societatem dissoluere furiosi curator potest.

l ¶ *Ei.* scilicet curatori.

TITVLVS XXXVIII. DE CONTRAHENDA emptione & [*] venditione.

* deest in omnibus.

Valet venditio rei etiam existentis in alio loco quàm vbi contractus celebratur. hoc dicit Bald. Vel sic: Non vitiatur venditio, quia res sit constituta in alio loco quàm vbi contrahitur. Salyc.

I. *Impp. VALERIANVS, & GALLIENVS AA. Paulo.*

Venditiones etsi in alio loco quàm in quo possessiones cóstitutae sunt, fiant: non ideo irritae esse creduntur [m].

Ubi nó est consensus, ibi deficit substantia emptionis & venditionis. Bal. Vel sic: Furiosus non potest védere propter defectú consensus: nisi tempore dilucidi interualli. Salyc.

II. *Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Auito.*

Emptionem & venditioné consensum desiderare [n], nec furiosi vllum esse consensum [o], manifestum est. Intermissionis autem tempore furiosos maiores vigintiquinque annis venditiones & alios quoslibet contractus [p] posse facere non ambigitur.

Si non valet quod ago vt ago: valet vt valere potest. hoc dicit. Bald. Vel sic: Contractus verus donationis praeualet simulata venditioni: & pactum de alimentis praestandis ei adiectum, seruandum est. hoc dicit. Salyc. Vel sic & clarius: Si fiat donatio reuera, & simuletur fieri venditio, valet donatio: nec potest rescindi propter simulationem venditoris. Donatarius tamen debet implere modum vel conditionem appositam in donatione. h. d. Paul. de Cast.

III. *Iidem AA. Valeriae.*

Venditiones.] CASVS. An rem constitutam Mutinae possit aliquis vendere Bononiae existens, quaeritur? Respond. quòd non refert an praesens sit res vel non, quo minus ratificetur venditio. Viuianus.

m ¶ *Creduntur.* vt [b] & si quis alteri vel sibi. l. fin. sic & donatio: vt j. de donatio. l. data. in fin. & stipulatio: vt ff. de condit. fur. l. parui.

b Absens res enim donati, & in stipulatum deduci, & promutui potest, non est igitur necesse illis casibus rem esse potestate.

Emptionem.] CASVS. An furiosus venditioné rei celebrare possit, quaeritur? Dicitur quòd non: quia non potest consentire: nec sine cósensu contrahitur venditio. Si verò dilucida habeat interualla, putà quia sit furiosus in aestate, resipiscat in vere, & rem suam vendat: si maior sit. xxv. annis, tenet venditio. Item & alios quoslibet contractus potest celebrare. Viuianus.

n ¶ *Desiderare.* vt institu. eo. in princ. Si ergo interuenit error vel [c] in contractu, vel in precio, vel in corpore, vel in qualitate, non valet contractus: vt ff. eod l. in venditionibus. Idem si in sexu: vt ff. eod. titul. l. alioquin. §. fina. Idem si in essentia: vt ff. eod. l. domum.

c Quibus modis error in venditione & emptione admittatur.

o ¶ *Consensum.* vnde nec vendere nec emere potest: quandoque tamen tacitè [d] videtur consentire: vt ff. solu. mat. l. ij. §. finali.

d Furiosus tacitè interdum consentit.

p ¶ *Contractus.* & omnia quae vult, quae non infirmantur propter superuenientem [e] furorem: vt hic, & j. de cur. fu. l. cum alij. & qui testa. fa. poss. l. furiosum. & ff. de sponsal. l. furor.

e Superueniens furor non infirmat rectè contractas obligationes.

Si donationis.] CASVS. Donaui tibi praedium hoc pacto vt ministres mihi alimenta: & finxi venditionem interuenisse non quod simulatum est, sed quod verè gestum est, compelleris seruare act. praescriptis verbis: vnde si mihi subtrahebas alimenta compelleris soluere eadem actione praescriptis verbis. Viuia.

SI donationis[a] causa, venditionis simulatus contractus est: emptio in sui deficit[b] substantia[c]. †Sanè si in possessioné rei, sub specie venditionis, causa donationis, vt te[d] aleret[e], induxisti: sicut perfecta[f] donatio facilè rescindi non potest, ita legi quam tuis rebus donans dixisti, parere conuenit[g].

Nemo potest emere rem suam, nisi quatenus ab eo posset aliquo remedio euinci. hoc dicit not. secundùm Bald. concor. Salyc.

IIII. *Iidem AA. Luciano.*

CVm res tibi donatas[h] ab herede[i] donatricis [tibi] distractas[k] esse proponas: intelligere debueras duplicari tibi titulum possessionis[l] non potuisse, sed ex donatione & traditione dominum factũ [te] frustra emisse: cum rei propriæ emptio non possit consistere[m]. At tunc demum tibi profuit, si ex donatione te non fuisse dominum demonstretur[n]. Sanè quoniá omnia bona tibi ab ea donata & tradita dicis: ad hoc & à filio facta vẽditio rerú maternarú afferre perfecta etiam donatione poterit defensioné, ne vel exemplo inofficiosi testamenti possit hæc auocare[o].

a ¶ *Si donationis* quæ verè fit.

b ¶ *Deficit.* qua plus valet quod agitur.

a Emptionis substantia est consensus.

c ¶ *Substantia.* substátia[a] emptionis est consensus: vt ĩ. *l. proxima.* non autẽ consentiunt in vẽditione, qui licèt verbis emptionem exprimãt, corde tamẽ aliud sapiunt: vt ff. *de rebus dubiis l. in ambiguo.* & hoc quando in totum agebatur vt esset donatio, si verò precio viliori,[b] valet venditio, nisi inter virum & vxorem: vt ff. *eod. l. cum in venditione. & l. si quis donationis.* ¶ Item not. hic simulatum[c] contractum non tenere: *vt supra plus val. quod agi. per totum. & ff. eo. l. nuda. & de regulis iuris. l. imaginaria.* Accursius.

b Emptio precio viliore facta valet, nisi inter virum & vxorem.

† aliàs, emtionis deficit substantia.

c Simulatus contractus nõ tenet, neque substantiam habet.

d ¶ *Vt te.* ibi fuit contractus innominatus à muliere, scilicet do vt facias.

e ¶ *Aleret.* id est, hoc pacto vt te alat.

f ¶ *Perfecta.* olim[d] stipulatione, ei interposita, hodie etiã nudo pacto: *vt instit. de donatio. §. perficiuntur.* Vel perfecta dicitur, id est, impleta traditione: *vt ff. de act. emp. l. si quis alienam. & ĩ. de actio. & oblig. si quidem.* ¶ Facilè autem dicit, quia propter ingratitudinem[e] reuocatur quãdoque: *vt infra de reuo. do. l. fina.*

d Donatio traditione, imò hodie etiam nudo pacto perficitur & consensu, non vt antè, vel solim duobus tantù modis stipulatione vel traditione.

* Quod enim meum est, amplius meum fieri non potest. & concor. ino. inter dilectos cum Gl. super verbo, meũ extra de fide instru.

e Donatio etiã perfecta, propter ingratitudinem reuocatur.

g ¶ *Conuenit.* actione[f] præscriptis verbis: *vt j. de rer. permu. l. reb. & ff. de pact. l. in traditionibus. & infrà de donatio. l. legem.* 2 Vel condictione ob causam: *vt ff. de præscript. verb. l. naturalis. §. si autem rem do. & supra de condictio. ob cau. l. ea. & l. si vt proponis.* 3 Vel etiam vtili rei vindicatione, cum sub modo fuerint donata: *vt infra de do. quæ sub modo. l. j.* valet ergo vt donatio: *vt j. eo. l. empti.* Acc.

f Pactum non obseruans cogitur illud implere vel præscriptis verbis actione, vel condictione ob causam, vel vtili actione.

CVm res.] CASVS. Berta donauit tibi aliquas res. an valeat emptio si ab herede suo postea eas cõparaueris, quæritur? Dicitur quòd non: quia suę rei, &c. & hoc in prima. Si vero nondũ tradidisset, valeret. Item ratione iuris quod habet filius in rebus aliis puta. potest agere inofficiosi: quo casu si inofficiosa reperiatur donatio facta à Berta, valebit emptio.

h ¶ *Donatas.* à Berta supple, & traditas: vt patet statim.

i ¶ *Herede.* scilicet filio Bertæ.

k ¶ *Distractas.* id est venditas. sic strictè ponitur: *vt ff. de Publiti. l. si ego. §. partus. i y. respon.*

g Possessio pro dominio.

l ¶ *Possessionis.* id[g] est dominij: *argu. ff. de verb. signifi. l. interdum* & possidere bene potest quis ex pluribus causis: *vt ff. de aquir. poss. l. iiy. §. ex pluribus. ff. de reg iur. l. non vt ex pluribus.*

h Emere rem suã quis sciens vel ignorans non potest, nisi certis casibus. vt hic.

m ¶ *Consistere.* Not. siue sciens:[h] siue ignorans: *vt j. eod. l. si mater. & ff. eo. l. suæ rei. & de pign. act. l. debitor.* nisi ratione possessionis: vel nisi sub conditione, vel ratione iuris quod habeat venditor in ea re: *vt ff. eo. l. si in emptione. §. rei suæ. & l. qui tabernas. & de legat. j. l. cætera. §. j. insti. de leg. §. si cui fundus.* & idẽ erit in vltimo casu huius l. nam ratione iuris querelę valet venditio. ¶Et potest reddi ratio[i] quare rei suæ emptio non valeat: quia statim vt facta est venditio, cõmittitur actio ex empto pro euictione: quia & vbi res aliena vẽditur, si postea emptor eius dominus fiat, actio de euictione cõmittitur: *vt ff. de euictio. l. si vendideris.* Cum ergo hic emptor ab initio sit dominus, statim committitur cõtra venditoré actio de euictione, & emptor tenetur ad precium: sicq. inuicem compensatione facta causa minuendarum litium, nulla venditio censetur. *arg. ff. de compen. l. j. & y.*

i Emptio suæ rei quare non valeat.

n ¶ *Demonstretur.* quod esse potest: quia tua erat vxor: vnde[k] non valuit inter virum & vxorem donatio: *vt ff. de don. inter vi. & vxo. l. j.* & hoc si reuocauit antequam confirmaretur: vt *infra de dona. inter vi. & vxo. l. donationes j.*

k Donatio inter virum & vxorem non valet.

o ¶ *Auocare.* quatenus immoderatè donatum est: querela[a] scilicet inofficiosæ donationis: *vt ĩ. de inoffi. don. l. cum donationibus.* ¶ Et nota hic quòd ratione iuris valet venditio: quod & in legato est: *vt ff. de lega. j. l. si domus. § fina.* sed non semper: *vt ff. de lega. y. l. Maximo. § penult.* quanquam & hic potest dici quòd non valeat venditio: sed qui emit, habet exceptionem ¶Sed si emit putás esse vẽdentis, & sic põt repetere preciũ *vt ff. eo. l. suæ rei.* Nunquid habet exceptioné pro re, vt non reddatur? Non puto, quia sic[b] postularet contraria: quare non auditur: scilicet vt habeat rem, quasi valeat venditio: & repetat precium, quasi non valeat venditio: *vt arg. supra tit. y. l. j. in fin.*

a Donatio immodica reuocari potest.

b Contraria postulans non audiendus.

Hæc est notabilis lex, & hoc dicit. Tam tutor quàm vxor eius potest rem pupilli emere palam & bona fide. Bald. & Salyc.

V. *Iidem AA. Gratiæ.*

CVm ipse tutor[p] nihil ex bonis pupilli quæ distrahi possunt, comparare[q] palam & bona fide prohibetur[r]: multo magis vxor eius hoc facere potest.

Res perfecta non vitiatur, licèt perueniat ad casum à quo non posset oriri. hoc dicit Bal. Vel sic: Donatio ante facta non irritatur, licèt matrimonium inter donatorem & donatricem postea sequatur. Salyc.

VI. *Iidem AA. Lucretio.*

SI Gaudentius[f] in matrem tuam titulo venditionis[t] sine quadam fraude[u] dominium mancipij trãstulit: non idcirco quòd postea inter eos matrimonium & diuortiũ secutum dicitur, iuri eius quicquam derogatum est[x]: quòd vindicare[y], te matri tuæ successisse probans, minimè prohiberis.

Figmentum veritati non præstat impedimentum. Baldus.

VII. *Iidem AA. Pisoni.*

SI ancillam ex emptione sibi q̃sitá, mater tua donatione à secũdo marito postea se simu-

CVm ipse.] CASVS. An res pupilli quas distrahi necesse est propter æs alienum patris, bona fide & palã emere tutor possit, quæritur? Respond. quòd sic, & multò magis vxor sua.

p ¶ *Cum ipse tutor.* auctoritate contutoris.

q ¶ *Comparare.* comparare immobilia[c] non potest: mobilia autem palàm potest: *vt ff. eod. l. si emptione. quæ pro contraria signatur.*

c Immobilia & mobilia comparando differentia.

r ¶ *Probibetur.* Imò prohibetur: [d] *vt ead. l. ff. si in emptione. §. fin. quæ est contra.* Solut. ibi administrabat, hic non, secundùm Azo. argu. *ff. de aucto. tuto. l. tutores.* Sed hoc non placet, *vt ff. rem pupil. saluam fo. l. iiy. §. illud.* 2 Vel hic emit à pupillo cũ auctoritate contutoris, argum. *ff. de auctor. tutor. l. iiy. & v. §. sed & si cum.* vnius enim auctoritas sufficit, licèt plures sint: vt *j. de aucto. tuto l. fin.* ibi vero se auctore. 3 Vel dic quòd palàm potest, vt hic. clàm, non: vt *ibi. arg. ff. de admini. tuto. l. non existimo. & de aucto. tuto. l. pupillus. § sanè. & de ritu. nup. l. fina. sit. & j. de dona. donatio siue. §. in conscribendis.* & habent hæc locum in omni officio publico vel priuato aliter punitur: vt *ff. eo. l. non licet.* ¶ Item opponitur huic solutioni proxi. secundæ. *ff. de admini. tuto. l. tutor rerum in fin.* vbi dicit pupillum rem vindicare nõ posse quam sibi tutor accepit de bonis eius, & precium rationib. pupilli intulit. Sed respon. ibi est ideo, quia res pupilli erat vsucapta ab herede tutoris. 2 Vel nõ ideo quia emptio valeat, sed quia bona fide fructus siue animalia inde nata ita perceperat: vnde fecit suos. 3 Vel dic, ibi non potest vindicare nisi reddat precium quod in suam vtilitatem peruenit. *arg. contra infra de prædi. mi. l. si prædium.* vel ibi palàm egit. ¶ Et not. quòd vbi ex tutoris parte tantum oritur obligatio, se auctore obligatur tutor: *vt ff. de admini. tuto. l. quotiens. §. non tantum.*

d Emere à pupillo an & quomodo possit tutor.

SI Gaudentius.] CASVS. Si Bertæ mancipium, minoris, puta. x. cum valeret. xxx. vendidisti animo donandi propter affectum quem habes de ea ducẽda: postea cum ea nullum contraxisti matrimonium, quia ratione consanguinitatis distractum est: an præiudicet ei vel eius heredi, quo minus mancipium vindicare possit, quæritur? Dicitur quòd non.

f ¶ *Si Gaudentius.* proprium nomen.

t ¶ *Venditionis.* aliàs donationis, & tunc plana. aliàs venditionis, & tunc dic factę minoris precio animo donandi, quæ valet inter cæteros, sed non inter coniuges: *vt ff. eo. l. si quis donationis.*

u ¶ *Fraude.* à matre tua commissa.

x ¶ *Derogatum est.* quod videbatur, cum[e] peruenerit in eum statũ à quo incipere non potest. vt arg. *de verb. obliga. l. plurìbus. §. & si placeat.* 2 Vel quia non durauit[f] causa propter cuius spem facta fuerit arg. *ff. de in rem vers. l. si pro parte. §. versum.* sed nihil minus valet: vt hic, *& ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si inter extraneos.*

e Atque ita hic non vitiatur actus perfectus, ò quòd peruenerit ad casum, à quo incipere non poterat.

f Durare causa debet.

y ¶ *Vindicare.* ab omni possidente.

Si ancillam.

SI ancillam.] CASVS. Si mater tua ancillam comparauit, & à marito suo simulauit titulo donationis accepisse: an tibi præiudicauit, putà quia dicat maritum sibi donasse constante matrimonio, & ideò velit maritus ancillam à te reuocare: an possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuian.

...lauit accepisse: tituli falsi figmentum, †[donationis*] dominium ei duplicare vel auferre non potuit[a].

In contractibus nominatis nõ habet locum condictio ob causam. h.d. Bal. vel clarius: Licèt precium non soluatur, non agit vẽditor cõdictione ob causam ad repetitionem rei, sed actione ex vendito ad ipsum precium. h.d. Pau. de Castr.

VIII. *Iidem AA. Diogeni.*

SI non donationis causa, sed vere vineas distraxisti[b], nec precium numeratũ est: actio[c] tibi precij, non eorum quæ dedisti repetitio competit[d].

Sine precio contractus venditionis non habet substantiam. Bal. vel sic: Sine precio non est venditio, nec preciũ conuentũ nõ solutũ facit possessorẽ iniustũ, & ex venditione simulata preciũ nõ petitur: nec rẽs tradita repetitur, si agebatur vt donaretur. h.d. Salyc. vel sic. In emptorem trãsit dominiũ facta traditione: licèt preciũ nõ sit solutum, si fuerit habita fides de precio: nisi vẽditio sit inualida, quia nõ fuerit conuentũ de certo precio: & si fuit facta ànimo donandi precium peti non potest. h.d. Pau. de Cast.

IX. *Iidem AA. Seuero.*

EMpti fides[e] ac venditi sine quãtitate[f] nulla est. Placito autẽ precio non numerato[g], sed solũ tradita possessione, istiusmodi contract[g] nõ habet irritus[h]: nec idcirco is qui cõparauit: minus rectè possidet[i], quòd soluta summa quam dari conuenerat, negatur. Sed [&] si donationis gratia prædij factã venditionem[k] † traditio sequatur[l]: actione precij nulla competente, perficitur donatio.

Contractus potest esse nullus duplici causa, & vtraque potest eodem libello proponi. h.d. no. tex. cum glo.

a ¶ *Non potuit.* quia dicit maritus se donasse constante matrimonio: & ideò velit eam tibi auferre. *& facit s. eo. l. cū res. & s. plus vale. quod agi. l. j. & de reg. iur. l. non vt ex pluribus.*

SI non.] CASVS. Vineã mihi vendidisti: nec precium solui: an vineã repetere possis, quæritur? Dicitur quòd non: sed actione ex vendito agere potes ad preciũ.

b ¶ *Distraxisti.* i. vendidisti.

c ¶ *Actio.* fide habita precio.

d ¶ *Competit. vt s. de rei vindi. l. incinile. & j. de rescin. vend. l. ex conditione.* & hoc quando fides est habita de precio. aliàs potest rem vindicare: *vt ff. eod. l. quod vendidi. & ff. de tribut. l. procuratoris. §. pen. & instit. de rerum diui. §. vendita.* Et dic quòd volebat repetere cõdictione ob causam: sed non[a] habet locum in cõtractibus nominatis: *vt ff. de rer. permu. l. j.*

EMpti.] CASVS. Si ne precio nulla cõsistit emptio. & hoc in prima. Si verò precium cõstituat. nec soluat, & res tradat: non ob hoc minus tenebit vẽditio: sed ages ad precium: & hoc in secunda. Si verò vẽditor preciũ sibi solutũ negaret, non ob hoc minus possideat qs qd cõparauit. & hoc in tertio. Si verò aliquis prædiũ tibi donauit, simulauit autẽ se vendere: si subsecuta fuerit traditio, nõ aget ad precium: quia perfecta est donatio. & hoc in quarta.

e ¶ *Empti fides.* ab vtroq. contrahentium habita.

f ¶ *Sine quantitate.* i.[b] precio, & certo: *vt instit. eo. §. precium.* nec sine re quæ veneat, valet venditio, nisi[c] in fructibus, & alea, & similibus: *vt ff. eo. l. nec emptio.*

g ¶ *Non numerato.* fide tamen habita.

h ¶ *Irritus.* nõ eñ est pcij numeratio, sed cõuẽtio &c. *vt ff. e. l. ij. §. j.*

i ¶ *Rectè possidet.* cũ à venditore habeat, vel eius volũtate expressa vel tacita. aliàs secus: *vt j. de acqu. pos. l. minus & ff. de acquir. pos. l. si ex stipulatione.* Et dic qꝫ hĩc fuit habita[d] fides de precio à venditore.

k ¶ *Factã venditione.* simulata tamen.

l ¶ *Sequatur.* hoc iure veteri. hodie etiam nudo pacto fit donatio: *vt infra de dona. l. si quis argentum. §. fi.*

SI mater.] CASVS. Mulier volens dare pecuniam viro suo (quod non potuit, cũ non valeat donatio inter virum & vxo.) simulauit se emere prædium suum propriũ à marito, & preciũ ei dedit. an mulieri vel eius heredi per talem vẽdicationem præiudicatur quo minus prædiũ repetere possit, quæritur? Dicitur qꝫ non.

m ¶ *Patris tui.* mariti sui.

n ¶ *Emptio. vt & ff. e. l. sine rei. & l. si debitor.* nisi ratione possessionis:[a] *vt ff. eod. l. si in emptione. §. rei suæ.* vel sub conditione: *vt ff. e. l. existimo. & ff. de leg. j. l. si tetera. §. j. & ar. ff. de ver. obl. l. nemo. & l. existimo.* & nisi per alium: [b] *vt ff. manda. l. si mandauero. y. §. si hi.* & nisi ratione patris aliorum: *vt ff. de in diem addic. l. quod si vno. in fin.* Sed quidam ibi intelligunt sub conditione, qua existente res non sit nostra.

secundùm Bald. vel sic: Si mulier simulatè emit rem suã tanquã mariti, non præiudicat sibi. Sal. vel sic: Emptio rei suæ non valet, nec præiudicat ementi. h.d. Pau. de Castr.

X. *Iidem AA. Georgio.**

SI mater tua velut ex patris [tui][m] bonis prædium suum comparauit: cũ rei propriæ nõ cõsistat emptio[n], & hãc simulatã[o] proponas: huiusmodi placitũ mutare substantiã veritatis[p], & ei nocere non potuit[q].

Contractus non reddantur in inuitum. Bal. & Salyc.

XI. *Iidem AA. Paterio.*†

INuitum cõparare vel distrahere postulãtis desiderium, iustam causam non continet[r].

Fideiussor non est de substantia emptionis, nec de generali natura eius, nec etiã instrumentũ, nec etiam pœnitentia, quanquam incontinenti post actum perfectum secuta inualidat ipsum contractum. h. d. not. Bal. Vel sic: Fideiussor de euictione non est de substantia emptionis, nec instrumentum tradita possessionis: & ideo eorum omissio non vitiat: nec post emptionẽ factã locus est pœnitentiæ, etiã si preciũ non sit solutũ: sed pro eo soluendo agi potest. Salyc.

XII. *Iidem AA. Paterno.**

NOn idcirco minus[s] emptio perfecta est, quòd emptor fideiussorem nõ accepit[t], vel instrumentum testationis vacuæ possessionis omissum est[u]. nam secundũ consensum actoris in possessionem ingressus, rectè possidet[x]. † preciũ sanè, si eo nomine satisfactum non probetur, peti potest[y]. nec enim, licèt incontinenti facta, pœnitentiæ contestatio[z] consensu finita rescindit[a].

Contractus in alterius contrahentium voluntatẽ collatus, non intelligitur efficaciter celebratus. † *Salyc.*

o ¶ *Simulatã.* & ideo p infecta quoque habendam: *vt s. plus va. quod agi.* Duplici ergo ratione non valet.

p ¶ *Substantiam veritatis.* cum fuerit simulata.

q ¶ *Non potuit.* cum sua erat. s. eo. l. si ancillam.

INuitum.] CASVS. An rẽ tuam vitiosam per iudicem me possis compellere emere, quæritur? Dicitur quòd non. econtra si rem vitiosam habuero, & tu eam desideraueris: non poteris me compellere vt tibi vendam.

r ¶ *Non continet. vt & j. de iure deli. l. nec emere. & s. de actio. & oblig. l. sicut. & j. loca. l. inuitos. & j. de nup. l. neque ab initio. & ff. de pign. act. l. quamuis. & j. de Iudæis. l. nemo exteris.* Sed prima[c] fallit in casibus vbi quis cogitur comparare: *vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. idem Celsus. & ff. de lega. j. l. & si neque. & ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. v. §. fin. & inst. de leg. §. non solum.* Item & secunda[d] fallit. nam quandoque quis distrahere cogitur: *vt j. de communi ser. ma. l. j.* licèt quidam ibi dicant quòd iam erat liber: vnde cum non sit seruus, nõ dicitur cogi vendere rem suam, licèt æstimationem recipiat. Itẽ fallit. *ff. de legat. j. l. & si neque. & instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. fin. & ff. de religio. l. si quis sepulchrum. & infra de patribus qui fi. dist. l. j. in fin. & ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. idem Celsus. & infra eo. l. dudum.*

NOn idcirco.] CASVS. Si mihi prædium vendidisti, non ob hoc minùs tenebit vẽditio, quod fideiussorem nomine euictionis non accepi: vel instrumentum venditionis non interuenit: quia sufficit quòd consensu tuo sim introductus in vacuam possessionem. & hoc in prima. Si verò pretium tibi adhuc non solui, petere poteris: nec facto contractu interueniente consensu, si pœnitueris, minus valebit venditio. & hoc in vltima.

s ¶ *Non idcirco minus.* fallit in seruo communi manumisso.

t ¶ *Non accepit.* de euictione, cum nec dandus est, nisi[e] actum esset: *vt ff. de euic. l. emptori. & ff. de præto. stip. l. j. §. stipulatio.*

u ¶ *Omissum est. vt s. de fid. instru. l. non idcirco. & s. de rei vin. l. quotiens. & j. de commu. re alie. l. si. & s. de prob. l. cum res.*

x ¶ *Possidet vt j. de acqui. pos. l. minus. & ff. de acqui. poss. l. si ex stipulatione. & j. si quis alteri vel sibi l. si emancipatus.*

y ¶ *Peti potest. vt d. l. quotiens. & in eo. tit. l. in ciuile.*

z ¶ *Contestatio.* id est[f] coram testibus protestatio.

a ¶ *Rescindit. s. de transac. l. quamuis. & de act. & oblig. l. sicut. & si cert. pet. l. eo quod.*

IN *vendentis.*] CASVS. Vendo tibi si emere volueris, vel ego voluero, non valet emptio. Vel pone casum ut in glos.

a ¶ *In vendentis.* Quidā non intelligentes exponunt casum: Vēdo tibi talem rem pro[a] quāto volueris, vel quāti æstimaueris, qui casus est. *ff. eo. l. quod sæpè. §. j.* 2 Tu dic ꝙ ipsum cōmerciū. i. contract' qui est emptio & vēditio, fuit hic positū in arbitriū alterius: ut si volueris sic emere. sic *& ff. de act. & oblig. l. sub hac. & de verb. oblig. l. cētesimis. §. fi.* ¶ Sed videtur contra Insti. eo. §. *emptio.* vbi dicit tenere. Sol. aliud[b] est cū dico, vendo quāti volueris: ut hic: aliud si volueris, ut ibi. 2 Alij ut R. quòd vbi expressè dixi, quanti fueris arbitratus: tunc non valet. At vbi vel à te facta fuit, ut si volueris emere, valet: sicut & si dicerem, si capitolium ascenderis: quia expressa[c] nocent: ut *ff. de cond. & demonst. l. nūquā & de lega. ij. l. fidei cōmiss. §. si fideicōmissu.* Sic ergo dicit hic voluntate, scilicet expressa. 3 Alij quòd ibi fuit collatum in arbitriū alterius contrahentium:[d] ut boni viri arbitrio. 4 Ioan. verò dicit quòd ibi fuit institutio purè facta, sed resoluitur sub cōditione. hic autem facta fuit sub conditione. 5 Tu dic,[e] si precium confeatur in alterius arbitrium, non valet: *ut ff. eo. quod sæpe. §. j.* (idem si commercium;[f] *ut hic.*) Porrò res[g] ipsa confertur: *ut instit. eo. §. emptio.* Si autem in extranei arbitrium precium conferatur: si quidem innominati, non valet: nisi in casu: *ut ff. loca. l. si merces. & de pigno. l. si fundus. §. fi.* Si autem nominatis valet, si ipse fuerit arbitratus. alias non: nec recurritur ad arbitrium boni viri: *ut arg. j. eo. l. fin.* Si autem arbitretur, sed malè, recurritur ad arbitrium boni viri: *ut argum. ff. pro socio. l. si ita coita. & l. societatem mecum.* Accidentale autem, id est, accidens aliquod quod non est de substantia contractus, siue in alterius contrahentium arbitrium, siue extranei conferatur, sicut in societate, ita in venditione ad boni viri arbitriū recurritur, siue arbitretur, siue non: *ut ff. eo. l. hæc venditio. & pro socio. l. si ita coita. & l. societatem mecum.* Quod dixi in venditione, serua etiam in locatione: *ut arg. infra eod. l. fin.* In stricti[h] verò iuris iudiciis non recurritur ad alterius arbitrium: *ut ff. de ver. oblig. l. si quis arbitratu* quod potest dici si non arbitretur: aliàs sic: *ut ff. de oper. li. l. si libertus ita.* Porrò in[i] arbitrium promittentis si conferatur tacitè[k], valet ut si ascenderis capitolium: *ut d. l. de cond. & demonst. l. nonnunquam.* si expressè: ut si vis vel voles vel volueris, non valet, sed si cum voles vel volueris, sic: *ut ff. de verb. oblig. l. centesimis. §. si ita. & l. à Titio. §. fina. & l. si quis stipulatus. & de actio. & oblig. l. sub hac.* ¶ Sed quid si dicam, volo tibi vendere rem istam pro x. & tu dicas, ego volo emere pro x. an erit contracta venditio? Videtur quòd non, nam si dicam, volo ascendere arborem, non sequitur quòd ascendam. Sed certè hoc valet cum solo consensu contrahatur. at ibi necesse est ut ascendat. & clarum est quòd non ascendit, licèt sic dicat. sed hoc non est clarum eum non consentire. nam & his verbis fideicommissum relinquitur: *ut in Instit. de singulis re. per fideicommiss. relic. §. fina.* & mandatum contrahitur: *ut ff. man. l. j.* ¶ Item quid si dicam, rem meā vellem vendere tibi pro x. & tu dicis, ego vellem emere. Resp. non hoc valet: quia ponit verbum præteriti imperfecti, quod rem imperfectam significat. ¶ Item quid si dicam, vendo tibi pro decem si vis? & ego emo si vis? Respon. hoc non valet, secundū Azo. *per l. illam.* 2 Alij ut H. quòd sic: & hæc lex intelligitur quando in futurum apponitur cōditio voluntatis. ¶ Sed argumen. contra. *ff. de conditio. instit. l. si Titius.* ADDITIO. Videas similem gloss. in *l. in personam. §. generaliter. ff. de reg. iur.*

Vel sic: Contractus vltro citróque obligatorius non potest conferri in voluntatem vel arbitrium alterius ex contrahentibus: & si contra fiat, non valet. Pau. de Cast.

XIII. *Idem AA Iuliano.*[a]

IN vendentis[a] vel emētis voluntatem collata cōditione comparādi, quia †non adstringit, necessitate contrahentes, obligatio nulla est. idcirco dominus inuitus ex huiusmodi conuentione rem propriam vel quilibet alius distrahere non compellitur.

Non solum proximis & consortibus, sed etiam aliis liberum est arbitrium rem propriam distrahendi: non obstantibus constitutionibus quæ olim contrarium disponebant. h. d. no. Bald. Vel sic: Iure nouo non cogitur quis prius vendere proximis & consobrinis, quàm extraneis. Salyc. Vel sic: Potest quis vendere rem suam cui vult, reprobata lege quæ cogebat eum vendere consortibus, non extraneis. Paulus de Castro.

XIIII. *Impp.* VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. *Fabiano*[a] *præfecto prætorio Illyrici & Italiæ.*

DVdum † proximis[b] consortibúsque[c] concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent, neque homines suo arbitratu vendenda distraherent. sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, ut homines de reb' suis facere aliquid cogantur inuiti[d]: superiore lege cassata, vnusquisque suo arbitratu quærere vel probare possit emptorē[e]: nisi lex[f] specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit: Dat. VI. Kal. Iunij Vincentiæ. Tatiano & Symmacho Coss.

Precium rei venditæ per tertium arbitratorem definitum seu declaratum cogitur emptor soluere, & non arbitrante eo non tenet venditio: quod etiam in locatione seruari mandatur. h. d. Vel breuius: Si precium ad tertij arbitrium committitur, illo non arbitrante contractus redditur nullus, nec à persona receditur: & illo arbitrante firmatur. Salycet. Vel sic: Si precium committatur in arbitrium vel declarationem tertij, secuta declaratione valet contractus: sed ea non secuta non valet, tanquam defecta conditione sub qua censetur contractus celebratus, nec est curandum an illi fuerit commissa declaratio tanquam amico communi, & sic fuerit habitus respectus ad personam eius: an tanquam in arbitrium boni viri, & sic fuerit habitus respectus ad id quod facere debet vel faceret bonus vir: quia non secuta declaratione, neutro casu valet contractus, nec receditur ab eius persona, ut per alium bonum virum declaratio fiat. h. d. ista lex singul. quæ quotidie allegatur. Pau. de Cast.

XV. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Iuliano præfect. prat.*

SVper rebus venundandis, si quis rem ita comparauerit, ut res vendita esset quanti † Titius æstimauerit, magna dubitatio exorta est multis antiquę prudentiæ cultoribus: quam decidentes, sancimus, cum huiusmodi conuentio super venditione procedat, quanti[*] ille æstimauerit, sub hac conditione stare venditionem, ut si quidem ipse qui nominatus est, precium definierit: omnimodo secundum eius æstimationem & precia persolui, & venditionem ad effectum

DVdum.] CASVS. Olim si rem meam vendere volebam: non extraneo, sed consanguineo, si cōparare volebat, habebam necesse vēdere. Item si duo erāt consortes in aliqua re, & vnus volebat vendere rem illam, non poterant quandiu consors volebat emere: & si alius emebat, consors poterat offerre preciū, & rē recuperare. quod remouet imperator per hanc l. dicens quòd quilibet cuicunque voluerit rem suam distrahere poterit: nisi specialiter hoc prohibeat qualiter hoc faciat, non aperit. tu dic, si testator alicui rem obligabit, ne extra familiam alienet: quo casu voluntas sua tanquam lex seruanda est, si voluntas non fuerit nuda.

b ¶ *Proximis.* id est, consanguineis.

c ¶ *Consortibúsque.* licèt non consanguineis.

e Irritum pro irritando. v. Gl. vbi dixi in l. cũ anno 44. ff. de minorib.
f Et malè. Ange.
g Venditionẽ per metũ factã si quis velit rescindere, an debeat precium offerre.
h Hanc tenet Cu. & Pau.
i Hæc solutio ad idem cũ prima. Sal.
k Diminutiua est.
l Et eorum opinionẽ sequitur Pet. & Cy. licet cõtra teneant Bar. Bald. Salyc. Ang. & Pau.
m An de iure ciuili liceat. v. Tiraque. ad leges connub. Gl. 2. num. 8.
n Enormis deceptio facit vt dolus præsumatur.
o Præscribitur remedio legis secundæ C. de rescindenda vendit. tione triginta annis, vt & ceteris actionibus personalibus. de quo v. plura apud Balbum de præscriptionib. 4. parte. 4. q. 31.
p Quocunque casu officium iudicis sequitur ad rescindendum, cõpetit tantum intra quadriennium.

a Ad vẽditionẽ rescindendã datur seu cõpetit etiam actio ipsa ex vendito.
† Quãdo hæc lex habeat locũ. v. Socinum regula 126. & 416.
b Ratione doli iuramentũ redditur inefficax. quod verũ esse potest ac debet, quando iurãs probat ignorantiam damni tẽpore iuramenti adfuisse. secus si sciuisset. quoniam sciẽti & consentiẽti non fit dolus aut iniuria.
† al. minoris precij distraxisti. al. distraxit.
* al. vẽditum.
† quid si chasmate perit v. Cremãsem singul 84.
† deest in quibusdam. al. iusti.
c Deceptus vltra dimidiam iusti precij potest restitui, & quẽadmodum intelligitur illa dimidia.
d Probatur pretium & id quod interest per venditiones locorum finitimorum. Ferret. in l. vnica. j. de sent. quæ pro eo quod interest ius.

a ¶ *Nota ex rescripto. vt* ȝ. *de rei vin. in ciuile. & infra de emancip. li. l. nec auus. &* ȝ. *de actio. & oblig. l. ficut.*

b ¶ *Fiscū.* ¶ No. fiscū[a] vti iure priuati: vt & plene diximus ȝ. *de petitione hered. l. j.* Accur.

a Fiscus plerūque vtitur iure priuati.

A *D rescindendam.*] CASVS. Fundum pro c. emptum vendidi. postea pro xl. volo rescindere venditionē: quasi dolus intercessisset, pro hoc quòd plus emi, & minus vendidi. an possim, quæritur? Dicitur quòd nō: nec sufficit ad probādum dolū, quòd pluris emptū minoris vendidi: quia potest esse quòd tunc quando venditus fuit mihi, plus valuit quàm nunc quando ego vendidi.

† al. Celsio.

c ¶ *Distractum.* etiam si cōstet precium duplicari. H. quia diligentia possessoris res melioratur, & negligentia deterioratur: vt *ff. de iure fis. l. iij. §. diui.*

S *I dolo.*] CASVS. Si per dolum dantem causam cōtractui, rem tuam quam aliàs nō eras distracturus, vendidisti, officio iudicis rescindet. Si verò dolus nō intercesserit, & venditio mutuo consensu perfecta est, nō rescindetur emptore inuito, si maior. xxv. annis distraxisti.

b Dolus dans causam contractui eū vim habet vt contractus rescindatur.

d ¶ *Si dolo. dāte*[b] causam contractui: aliàs non rescinderetur, sed ad supplementū ageretur: vt *ff. de dolo. l. & eleganter. circa princ.*

e ¶ *Aduersarij.* secus si dolo tertij: quia tūc agitur actione de dolo cōtra illum tertium, si aliter nō posset res esse salua venditori: puta quia emptor non fuit conscius doli, quia tūc teneretur ex vendito: vel si fuit, non est soluēdo: *vt dicta l. & eleganter.*

† al. Tatiano. al. Gratio.

f ¶ *Deceptum.* id est induxisti me dolo ad vendendam rem quam vendere nolebam: non valet. sed si non fuit dolus, & eram maior, valet venditio.

ex rescripto[a] nostro. quo iure fiscum[b] nostrum vti, sæpe constitutum est.

Per instrumentum emptionis quōdam factæ non probatur quod posterior emptio sit iniusta: nec propterea præsumitur malæ fidei. h. d. Bald. Vel sic: Ad rescindendā venditionem nō sufficit probare quòd res pluris fuerit empta, quàm sit vendita. h. d. Salyc.

IIII. *Iidem AA. Eudoxio.**

A D rescindēdam venditionem, & malæ fidei probationem hoc solum non sufficit, quòd magno precio fundum comparatum, minoris distractum[c] esse commemoras.

Ratione doli contractus rescinditur, & quicquid secutum est ex eo, vel ob eum. h. d. Bald. Vel sic: Venditio dolo facta rescinditur, non si bona fide. & mutuo consensu. hoc dicit Salyc.

V. *Iidem AA. Rufo.*

S I dolo[d] aduersarij[e] deceptū[f] venditionē[g] prædij te fecisse, præses prouinciæ aditus animaduerterit: sciēs contrariū esse dolū bonæ fidei (quæ in huiusmodi maximè contractibus exigitur) rescindi venditionem iubebit[h]. Quòd si iure perfecta venditio est à maiore vigintiquinq. annis: intelligere debes, consensu mutuo perfectā venditionem resolui non posse.[i]

Licèt quis velit reddere duplum, non rescinditur venditio perfecta. h. d. Bald. Vel sic: Venditio non rescinditur, licèt precium duplicatum offeratur. Salyc.

VI. *Iidem AA. Gratiano.*†

N On est[k] probabilis causa, propter quam rescindi

e Non obstat quia ibi agitur ad rescindendū contractū actione ex eo contractu, ex eo quia fiebat rescissio ex partis conuētione: hic nō immo cōtractus ab initio fuit[1] nullus ipso iure. Aug. d. Quia non obstare quòd sit ipso iure nullus si deceptus volet, poterit si re contrahi. gl. & Bar. in l. & eleganter ... ff. de ...

g ¶ *Venditionem.* f. rectissimā ostendit de facto: vel secūdo si præcessit venditio vt infirma, sequitur venditio vt infirmanda.

h ¶ *Rescindi venditionem iubebit.* scilicet officio suo, vel condictione indebiti, si putans te obligatum tradidisti: vel actione de dolo proposita secundum quosdā. 2 Tu dic actione ex vēdito, quæ datur ad rescindendum re non tradita: vt *ff. de act. empt. l. ex empto. §. is qui vina. & de contrahen. empt. l. Sed Celsus. §. si fundus annua*[c]. Et rescinditur eatenus quatenus de facto processit: & tibi decepto datur actio, non doloso, cum ipso iure nullus fit in eius præiudicium[d]: sic & ȝ. *de prædi. mi. l. & si is.* 3 Vel dic ex venditione ad supplementum, cum velles stare contractui: vt *notatur in l. & eleganter.*

i ¶ *Non posse.* altero inuito: vt *infra quando lice. ab empt. disce. l. perfectam. in fi. & facit infra de præscriptio. long. temp. l. si fraude. & ff. pro socio. l. iiij.*

N *On est.*] CASVS. Vendidisti mihi rem pro c. x. vis rescindere venditionem offerēdo mihi duplum precij an sis audiēdus, quæritur? Dicitur quòd non: quia hæc non est causa probabilis rescindendi.

k ¶ *Non est.* Triplex poterat esse causa quare venditor vellet rescindere venditionem offerendo duplū precij emptori, scilicet quia deceptus fuerat in dimidia iusti precij. (Sed certè hoc licet facere contrahentibus, non tamē vltra procedāt. 2 Item quia res non erat melior facta, quàm fuerat tempore cōtractus. 3 Itē quia affectionem habet in ea vēditor: at precia rerum secūdum veritatem, non ex affectione singulorū vel vtilitate sunt æstimanda: vt *ff. ad l. Falcidiam. l. precia. & l. præcedenti. & ff. ad legem Aquiliam. l. si seruū meum.*

consensu factam venditionem desideras. Quamuis enim duplum[l] offeras precium emptori: tamen inuitus ad rescindendam venditionem vrgeri non debet.

Concesso vno inconuenienti, sequitur aliud. ad hoc allegatur. Bald. & Salycetus. Vel sic: Etiam militi non debet concedi per rescriptum facultas rescindendi venditionem perfectam: & si concederetur, eodem iure vti contra se teneretur. h. d. Salyc.

VII. *Iidem AA. Mucarolo** *& aliis militibus.*

R Atas manere semper factas † iure[m] venditiones, vestra etiam interest[n]. nam si oblato precio rescindere venditionem facilè permittatur[o]: eueniet vt & si quid vos de laboribus vestris à fisco nostro vel à priuato comparaueritis, eadem lege conueniamini[p], quam vobis[q] tribui postulatis.

Contractus non rescinditur, nisi deceptio sit vltra dimidiam iusti precij inspecto tempore contractus. hoc dicit Baldus. Vel sic: Venditio facta paulo vtiliori precio non rescinditur, nisi dolus & metus interuenerit, ad quem probandum non sufficit dicere quod venditor ab initio satis maius precium petiit, quàm conuenerit. secus si deceptio vltra dimidiam iusti precij interuenerit. Salycetus.

VIII. *Iidem AA. Euodia.*

S I voluntate † tua fundū tuū filius tuus venundedit: dolus ex calliditate atque insidiis

l ¶ *Duplum.* vel etiā decuplum. Acc.

R *Atas.*] CASVS. Duo milites rem vendiderunt. volebant impetrare rescriptum, vt liceret eis rescindere vēditionem oblato precio. Dicit imperator quòd non sunt audiendi, & non expedit eis rescindere vēditionem: cum alij similiter possent impetrare rescriptum ad rescindendas suas venditiones quas fecerunt cū eis: siue fisc[o] fuerit, siue priuatus qui eis aliq.d vēdidisset: quia eadem lege vti possent.

* Mucatrado militi.

† perfectas.

m ¶ *Factas iure.* cū adsint quæ adesse oportet, & absint quæ abesse oportet.

n ¶ *Vestra etiam interest.* loquitur quibusdā militibus. & *sic est institu. de leg. Fal. §. j.*

o ¶ *Permittatur.* per rescriptū: quia priuilegiati erant milites vel priuilegio petebant.

p ¶ *Conueniamini.* quia quod quisque iur. &c. vt *ff. quod quisque iur. l. j. in princip. & infra de fruct. & li. expen. l. fina. & infra de commu. re. alie. l. portionem.* ¶ Sed si concederetur tale rescriptum, nonne nullum esset[a], cum ex toto absorberet ius alterius: vt *supra de prec. imper. offe. l. quotiens.* ergo necessario vteretur contra impetrantem, cum nihil obsit conatus[b] &c. vt *ff. quod quisque iur. l. j. in fi.* Ad hoc dicas

a Rescriptum principis quo absorbetur totum ius alterius, nō valet.

b ad de l. dolo. l. de dolo. Cur nobis ne effectus nihil obest.

quòd hic non dicit quòd fuit concessum, vel quòd cōcessum valeat: sed dicit posito hoc quod non oportet, sequitur & aliud quod non oportet, vt dicit Azo. non valet autem etiam si concedatur. 2 Alij dicunt quòd licet non valet, debet tamen impetrans vti eodem iure: vt *ff. quod quisque iur. l. iij. in fin. ý. respon. & §. si is pro quo.* Et quòd in prima lege dicit, loquitur cū inter non subditos fuit latū: quod non placet: quia in dicta l. iij. bene valet, licet impetrans non fuerit eo vsus. 3 Tertij dicunt quòd hic petebatur vt fieret generale ius. 4 Quarti quòd petebatur vt concederet non obstante aliqua, vel ex certa scientia: quibus casib. valeret prima verior.

q ¶ *Vobis.* vt *ff. quod quisque iur. l. j. §. fin. &* ȝ. *de precibus imper. offerendis. l. j.*

S *I voluntate.*] CASVS. Filius tuus te consentiente vendidit fundum pro paruo precio: vis rescindere venditionem propter parui precij quantitatem. an possis, quæritur? Dicitur quòd non: quia ad hoc vt possis rescindere contractum, probare debes filium tuum dolo inductum ad vendendum, vel metu. quia nō est rescindenda venditio propter paruum precium. quia hoc cōsueuerunt facere emptores, cum venditores primo offerunt vēdere magno precio: & emptores offerunt paruam quantitē, & postea maiorem,

maiorem, & vendentes detrahunt de eo quod petierant, & ita contendunt inuicem, & postea consentiunt: & sic propter exiguitatem precij non poterit rescindi venditio, nisi probes filium tuum deceptum vltra dimidiam iusti precij.

a ¶ *Argui debet.* id est, arguitè probari: vt j. *de dolo. l. dolum.*

b ¶ *Detegi.* hæc enim duo inducūt actionem quod metus causa: vt j. *de transact. l. interpositas.* & *ad hoc j. de distra. pig. l.* & *quæ sub imagine.*

c ¶ *Hoc enim solum.* ideo ad hoc quod dixi probandum te remitto.

d ¶ *Tuetur.* vt ff. *de pact.* l. j. §. j.

e ¶ *Vllam rationem.* cū liceat cōtrahentibus inter se. &c. vt hic, & ff. *de mino. l. in causa. ij. §. pe.* & ff. *loca. l. item si precio. §. quemadmodum.* & ff. *de contrahen. empt. l. res bona.*

f ¶ *Vel statim.* nudo vēditoris verbo.

g ¶ *Disceptationem.* coram iudice.

h ¶ *Iusti precij.* de hoc dixi supra eo. l. ij.

i ¶ *Tempore venditionis.* Not. vt ff. *de iur. fisc. l. iij. §. d. ut fratres.*

k ¶ *Præstita.* per legem supra eo. l. ij.

Precij.] CASVS. Vendidisti mihi fundū pro decem: dedi tibi equum in solutum. vis rescindere cōtractū eo prætextu, quia quantitatē cōuentam nō solui. an possis, quæritur? Respon. quòd non.

l ¶ *Consentienti.* Inuito enim nō soluitur aliud pro alio: vt ff. *si cer. pe. l. ij. §. mutui.* & j. *de sol. l. cum à quo.* Sed contra huic l. videtur quod aliàs dicitur in venditione debere interuenire precium: vt *Instit. de contrahen. empt. §. item precium.* Sed illud quo ad venditionem, non quoad numerationem: vt ff. *de contrahen. empt. l. inter. §. fine precio.*

Dolus.] CASVS. Dolo tuo interueniente vendidi tibi rē pro x. quæ valebat xv. volo rescindere cōtractum quasi dolus commissus sit dando paruum precium. an possim, quæritur? Respon. quòd dolus qualitate facti non exiguitate precij probatur: quia etiam si intercessisset, non aduersus eum agere possum qui rem à te habuit, putà secundum emptorem: sed cōtra te restituar in integrum propter dolum tuum, qui incidit in contractum. Viuian.

m ¶ *Qualitate.* puta quòd emptor plura dixit de re quæ venditur, vituperando eam, dissimulando præsentia, nunciando futura: vt ff. *de act. empt. l. j.* & *l. Iulianus. §. si venditor.* & *§. per contrarium.* & *§. idem Iulianus.* & *ad hoc.* ff. *de minori. l. ait prætor. §. proinde.* & *supra de dolo. l. dolum.*

n ¶ *Non quantitate precij.* vt *supra eod. l. ad rescindendam.* Sed licèt non prorsus valeat, valet tamen cum aliis. & sic soluitur contra. ff. *de transactio. l. cum hi. §. modus.*

o ¶ *Transtulit.* siue sit emptor, siue sit alius eius voluntate.

p ¶ *Rei vindicatio.* tenuit ergo contractus. & sic fuit dolus incidens: vt ff. *de dolo. l.* & *eleganter. in princ.* Idem videtur & si dedit causam contractui: vt eadem l.

emptoris argui debet [a], vel metus mortis, vel cruciatus corporis imminēs detegi [b] ne habeatur rata venditio. Hoc enim solum [c], quòd paulo minore precio fundum venditum* significas, ad rescindendam venditionem † inualidū est. Quòd si videlicet contractus emptionis atq. venditionis cogitasses substantiā, & quòd emptor viliore cōparandi, vēditor cariore distrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones, paulatim vēditore de eo quod petierat detrahente, emptore autē huic quod obtulerat addēte, ad † certum cōsentiant preciū: profectò perspiceres * neq. bonā fidē, quæ emptionis atq. vēditionis conuētionē [e] tuetur [d], pati, neq. vllā rationem concedere rescindi propter hoc consensu finitū contractum, vel statim [f], vel post precij quantitatis disceptationem [g], nisi minus dimidia iusti precij [h] quod fuerat tempore venditionis [i], datum esset, electione [iam †] emptori præstita [k] seruanda.

Pro pecunia numeranda possunt dari pecora: & videtur datum preciū. Bald. Vel sic: Pro pretio venditæ rei possunt res in solutum dari, nec ex hoc irritatur venditio. h. d. Salyc.

IX. Iidem AA. Domitio.*

PRecij causa nō pecunia numerata, sed pro ea pecorib. in solutū cōsentienti [l] datis, cōtractus non cōstituitur irritus.

Dolus consistit in animi qualitate, nō in rei precio. hoc dicit. Vel sic: Ex qualitate facti non paruitate precij dolus probatur: qui si interuenerit, contra emptorem actio competit, non contra eum qui ab emptore emit. Salyc.

q ¶ *Restitutionis:* *re actionis:* vt j. *de act. empt. l. j.* & plenè dixi supra *ex qui. cau. ma. l. in contractibus.*

r ¶ *Competit.* actione ex vendito, vt rescindatur.

Venditor.] CASVS. Si Titius comparauit à me rem aliquam, & dolo me induxit, possum agere aduersus ipsum, si probauero ipsum dolū tempore contractus adhibuisse: nec sciuillum dolum commisisse. & hoc in prima. Sed si vēdidi Titio fundum pro c. & in instrumento venditionis scriptum sit quòd emit pro cc. nō propter hoc rescinditur venditio. & hoc in secūda. si tamen Titius adhuc precium nō psoluit, agere possum vt soluat: vel si per errorē facta fuerit compensatio, possum hoc nō obstāte petere precium. verbi gratia: Titius tenebat mihi dare c. ex causa venditionis. ipse dicebat quòd debebam ei alia centum ex causa mutui, cum in veritate nō debebam: & sic per errorem facta est compensatio: quia non obstante agere potero ex vēdito ad precium. Viui.

X. Iidem AA. Seuero.

DOlus emptoris, qualitate [m] facti, nō quātitate precij [n] æstimatur. Quē si fuerit intercessisse probatū: nō aduersus eū in quē emptor dominiū trāstulit [o], rei vindicatio [p] vēditori: sed contra illum cum quo contraxerat, in integrum restitutio [q] competit. [r]

Scienti non infertur dolus: & licèt precium non sit vsquequaque conueniens, contractus tenet. hoc dicit Bald. concor. Salyc.

XI. Iidem AA. Magnæ.

VEnditor factum [f] emptoris quod cum tēpore contractus latuit, post arguendo, non quod eo tēpore scierit quo id ageretur, & consensit, de dolo queri potest. [t] Igitur cum patrē tuū, vt maius cōprehenderetur instrumēto preciū, quā rei quæ distrahebatur, esse cōuenerat [u], consensisse profitearis, propter hoc solum de circunscriptione frustra queritur. Sanè [x] si placitū precium non probetur solutū, vel in quantitatem debiti [y] per errorem facti compensari cautum fuerit: hoc reddi rectè postulatur. [z]

Necessitas rei familiaris contractum inefficatem non reddit & sapiens est qui non petit illicita. Bald. Vel sic: Venditio facta viliori precio propter munus publicum vel vrgens debitum, non rescinditur. Salyc.

XII. Iidem AA. Antiocho. †

NOn idcirco min* vēditio fundi, quòd hunc ad munus sumptibus necessariis vrgētibus, non meliore * precio [a], vel vrgēte debito te distraxisse cōtendis, rata manere debet [b]. [Ab] illicitis itaq. petitionibus abstinendo, ac precium, si non integrum solutum est, petendo, facies consultius.

f ¶ *Factum.* scilicet dolum.

t ¶ *Queri potest.* scilicet venditor: quasi diceret, dolus scienti non infertur, sed ignoranti: vt hic, & ff. *de regulis iuris. l. nemo videtur.* & *supra de transact. l. cum donationis.* & hoc venditore decepto. ¶ Idem est ecōtra in emptore decepto, vt subijcit. nam si pater tuus cum aliquid emeret, consensit vt de precio maiore caueret quàm res valeat, infra tamen dimidiam iusti precij: licèt venditor dolum committat, tamen emptor non potest conqueri: quia vbi fuit consensus & conscientia, abest dolus.

u ¶ *Conuenerat.* id est cōueniens erat.

x ¶ *Sanè.* nunc redit ad primum, quando venditor fuit deceptus, & dicit quòd agitur ad precium non solutum: & est idem vt si cautum fuit vt compensaretur illud precium cum eo quod dicebatur à venditore debitum emptori, cum non esset.

y ¶ *Debiti.* non subsistentis. & ad hoc j. *de actio. empt. l. ij. in prin.* & ff. *de pact. l. si cum te.* & j. *de rei vind. l. incivile.*

z ¶ *Postulatur.* per venditorem.

Non idcirco.] CASVS. Tenebaris fisco ob munus publicum in decem, vel alij priuato, non curo: vendidisti mihi prædium non viliori quàm esset dimidia iusti precij, vt sic fisco satisfaceres: vis rescindere vēditionem, quasi pro vrgente debito & sumptibus distraxeris: an sis audiendus, quæritur? Dicitur quòd non: sed abstinere debes à tali petitione illicita: & precium petere, si nondum solutum est, potes. Viuia.

a ¶ *Viliore precio.* aliàs non vilioris precij. & aliàs non viliori precio, & semper subaudi, quàm sit dimidia iusti precij.

b ¶ *Debet.* vt infra de pigno. l. cum te. & ad hoc supra quod met. causa l. cum te.

Marginal notes:

a Probatur argutè dolus debet in venditione.

b Metus causa actio datur ob metus mortis vel cruciatus.

* aliàs, venundatum.

† emptionē.

c Deceptio in precio permissa est contrahentibus.

† Conclusionē, maximam & præcipuā esse partem contractus, imò cōclusionem, ipsum effectū tractum. hinc colligit Bald.

* prospiceres.

† al. etiam alteruterq. decrt. d Inuito solui aliud pro alio non potest.

e Venditio non valet sine precio.

* Domitiano.

f Probatur dolus in venditione interuenisse, ex verbis & actis.

g Probatur nō continuò cōtractus simulatus esse ex precij exiguitate. de quo v. Cepolam tract. de simulatis cōtractibus. sexto casu prin. expedi. Æstimatione quoque rei ex reditib. fieri, hinc colligit Guid. pa. singul. 193.

h Dolus alius incidit in cōtractum, alius dat causam contractui.

* al. quòd sit

a Dolus non infertur scienti.

b Emptori nō detur benefi. l. 2. eod.

† al. Antiochononi al. Antiochomi.

c Dolus abest vbi consensus adest & conscientia.

* vilioris precij.

SI maior.] CASVS. Volebam tibi fundum vendere: socer meus nunciauit tibi ne emeres: nihilominus emisti. volo hoc prætextu retractare venditionem: an possim, quæritur? Dicitur quòd non: cum maior xxv. annis sic vendidisti. Viuia.

a ¶ *Si maior.* maximè: licèt alia ratione non valeret: vt *ff. de reb. eorum l. j.*

b ¶ *Denunciauit.* Nota, nō[a] nocet denūciatio, ab eo facta, qui nō habet denūciare: vt *hic*, & *ff. de mino. l. tutor.* & *j. debitorem ven. pign. impe. non pos. l. ij.* secus si interesset eius qui denunciauit, quia dominus esset: vt *s. de rei vind. l. si fundum.* & *ff. quod fal. tuto. auct. l. ij.* Accur.

a Denūciatio ab eo qui ius denunciandi non habet. vt hic Guido Pape, singulari ica.

Protestatio non habentis ius protestandi, non officit contractui. h. d. Bald. Vel sic: Denunciatio vel protestatio facta ab eo qui non habet denunciandi ius vel protestandi, non officit contractui. h. d. Salyc.

XIII. *Iidem AA. &* CC. *Nica.*

SI maior[a] annis vigintiquinq. fundū distraxisti: ꝓpter hoc solùm, quòd ementi ne compararet, socer tuus denunciauit[b], emptionē [factam] à te rescindi bona fides non patitur.

EA conditione.] CASVS. Debes x. fisco: vendidisti mihi prædiū vt soluerem illa x. non solui. an debeat rescindi venditio, quasi cōditioni nō paruerim? Respond. ꝙ non: sed ages ad interesse. Viuia.

c ¶ *Debebatur.* puta tributa.

d ¶ *Solutione.* maximè: vt *ff. de neg. gest. l. si quis mandato.* & *de hered. vend. l. ij. §. fin.* secus in fideiussores: vt *s. man. l. si procu.*

e ¶ *Experiri potest.* vt *j. de re. permu. l. rebus.* & *de dona. l. legem.*

f ¶ *Constituitur.* Imò videtur ꝙ sic: vt *j. de pac. inter empto. & vend. l. cum te.* Sol. hic erat aliās vēditurus, ibi nō. & eodem modo solue aliud contrarium. *s. de condict. ob cau. da. l. si vt proponis.*

a Basilica.

Licèt non seruetur modus, non reuocatur venditio: sed agitur ad modum implendum, & æquipollens. h. Bald. Vel sic: Venditio non rescinditur ex eo quòd emptor non soluit tributum reipublicæ prout conuenit: sed emptor tenetur venditori ad interesse. h. d. Salyc.

XIIII. *Idem AA. &* CC. *Basilica.*[a]

EA cōditione distractis prędiis, vt quod reipublicę debebatur[c], qui comparauit restitueret: venditor à se celebrata solutione[d], quanti interest, experiri[e] potest: non ex eo quòd emptor non satis conuentioni fecit, contractus irritus constituitur[f].

QVisquis.] CASVS. Si prædia alibi sita mihi vēdidisti: an eo prætextu ꝙ ignoraueris vires illorū prædiorum, quia procul erant sita, rescindi possit vēditio, quæritur? Respō. quòd non: quia nullus debet ignorare vires patrimonij sui. Viuia.

g ¶ *Quisquis maior.* si verò minor[b], aut nulla esset ipso iure venditio facta sine decreto, aut daretur restitutio: vt *j. de præd. mino. l. si quidem.* nisi minima[c] esset deceptio: vt *ff. de in integrū restit. l. scio.*

h ¶ *Procul posita.* ad hoc est argu. contra. *j. de sal. mo. l. j. §. domus.*

† C. T. 3. 1. 6.

b Venditio facta à minore an & quomodo nō teneat. c Vbi magna & enormis deceptio seu læsio est, ibi error interuenisse præsumitur. v. Talbum decis. 248.

Imputet sibi ille qui vendidit rem cuius precium ignorauit: quia non debuit esse tam negligens & supinus. h. d. Bald. Vel sic, Vēditio facta paulo viliori precio, non rescinditur prætextu ignorantiæ qualitatis rei insti precij. h. d. Salyc.

XV. *Impp.* GRATIANVS, VALENTIAN. & THEOD. AAA. *ad Hypatium. P. P.*

QVisquis† maior[g] ætate prędia etiā procul posita[h] distraxerit: paulo vilioris[i] precij nomine, repetitionis rei vēditæ copiā minimè cōsequatur: neq. enim inanibus immorari[k] sinat obiectis, vt vires[l] locorū sibimet causet incognitas, qui familiaris rei scire vires vel merita atque emolumenta[m] ante debuerat[n].

Dat. VI. Kal.[a] Maij. Merobaude. II. & Saturnino Coss.

a Nonas.

i ¶ *Paulo vilioris.* secus ergo si vltra dimidiam esset deceptio: vt *supra eod. l. ij.* licèt quidam dicant idem: & tunc hæc lex præsumat eum scientem[d]: & sic donare. Item loquitur hæc lex cum re ipsa est deceptus, nā si dolo aduersarij, secus esset: quia licèt iste sit in culpa, ille est in dolo[e], qui præponderat: vt *ff. ad l. Aquil. l. item si obstetrix. §. fina.*

k ¶ *Immorari.* nota contra aduocatos.

l ¶ *Vt vires.* colendo.

m ¶ *Emolumenta.* locando.

n ¶ *Debuerat.* pro[f] eodem ergo debet haberi ac si ipse sciuisset de his. vt *ff. ad l. Aquil. l. idem. §. j.* & *ff. ad Vellei. l. quanquam.* & *ff. de adil. edict. l. j. § causa.* & *ff. si cer. pet. l. quod te.* & *pro empt. l. qui fundum. §. seruus.* Sed arg. contra *institut. qui ma. non poss. §. prævaluisse.* & *supra de hered. vendit l. qui nondum.* ADDITIO. Dicas quòd in §. prævaluisse loquitur in moriente[a], qui regulariter præsumitur ignorare vires sui patrimonij. arg. *j. qui testa. fact. pos. l. hac consultissima. §. ac cum humana.* In actu vero viuentis dicas, si bona peruenerunt ad eum de nouo, præsumitur eorum vires ignorare. ita loquitur. d. l. qui nondum. Si verò antiquo ad eum peruenerunt: tunc si erant immobilia, præsumitur scire: vt *hac. l.* idem si erant mobilia. & præsentia: sed si absentia erant mobilia, præsumitur ignorare eorū vires: vt *l. in fraudem. ff. qui & à qu.* vide latius Bart. in authen. sed cum testator infra ad legem Falcid.

d Sciens verò rei suæ precium, qui eam viliore pretio distrahit, donare hyperocham intelligitur.
e Dolus præponderat culpæ.
f Pacta sunt scire, & scire debere.

a Moriēs præsumitur ignorare vires sui patrimonij.

Publicus exactor debet res vendere gratiose: neque in subhastationibus fraudem committere. h. d. Bal. & Salyc. Vel sic: Fundus debitoris reipublica vendendus ab exactore debet subhastari: & secundùm qualitatem eius, & redituum quantitatem æstimari, ne fraus fiat debitori. aliter venditio facta rescinditur. h. d. Salyc.

XVI. *Impp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Magilium*† *vicarium Africa.*

SI quos[a] debitorū mole depressos necessitas publicæ[o] rationis adstringit proprias distrahere[p] facultates: rei qualitas, & redituum quantitas æstimetur[q]: nec sub nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur, vt possessionibus viliore precio distractis, plus exactor ex gratia[r], quàm debitor ex precio cōsequatur. Hi postremò sub empti titulo perpetuo dominij iure potiantur, qui tantum adnumerauerint fisco, quantum exegerit vtilitas priuatorū. Etenim periniquū est, vt alienis bonis sub gratiosa auctione[s] distractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori.

SI quos.] CASVS. Possidebas prædiū tributarium. cessasti soluere tributa. procurator fisci vult peruenire ad venditionem rerum tuarū. qualiter debeat fieri vēditio? Dicit lex, scilicet quòd bona fide debeat celebrari: & quantitas & qualitas redituum considerāda est, nec viliori precio debent distrahi, vt possessor damno afficiatur, emptores verò ꝑpetuo dominio gaudebunt: sed tantum fisco quantum exegerit vtilitas illius aut istius distrahitur. & hoc dicit. Viuia.

o ¶ *Publicæ.* quia obligati erant communi vel reipublicæ.

p ¶ *Distrahere.* per exactorem.

q ¶ *Æstimetur.* Nota fieri æstimationē[b] rei secūdùm reditus[c] rei: vt *ff. de iur. fisci. l. iij. §. diui fratres.* & *in authen. de aliena.* & *emphyt. §. & hoc autem. colla. ix.* ¶ Item not. quòd ad hoc vt[d] res alicuius propter publicum debitū vendatur, oportet quòd diu sit in solutione cessatū. 1 Item quòd facta sit subhastatio. 2 Itē vt detur plus offerenti, & bona fide eptēti, & iusto precio. 4 Itē auctoritas præsidis: vt *habes hic*, & *infra si propter publi. pensi. l. ij.* & *s. si aduer. fisc. l. ed.* & *j. de fide instru.* & *iur. ha fis. l. ij.* & *de iur. fisc. l. iv. lib. x.* & *ff. eo. l. fundu.* ¶ Item not. hac. l. quòd rescinditur venditio etiam ratione modicæ[e] iniquitatis.

† Magillum C. T. & vet.
* C. T. 10. 17. j.

b Æstimatio seu precium fit & sumitur ex reditibus ipsius rei.
c Ex reditibus rei colligitur eius verum precium.
d Debitoris fisci res, quemadmodū vendi debeat.

Furtiui & clandestini contractus in præiudicium fisci non tenent, h. d. not. Bald. & Salyc. Vel latius: Venditiones factæ in fraudem reipublicæ, irritantur: & emptor conscius in precio multatur. h. d. Salyc.

XVII. *Imp.* † ARCADIVS & HONOR. AA. *Messala.*

† al Imppp. Gra. Valēt. & Theod AAA. Messalæ. P. P. post alia. in C. Th. j. t. 3.

HI qui imposita munera[t] ciuitatum fuga destituunt[u], vel incundos furtim existimant esse contractus: intelligant sibi nihil hæc profutura esse commenta, & precio emptorē fugæ

r ¶ *Ex gratia.* consequitur enim gratia. & *ad hoc. ff. de iniur. l. si puero. in prin.*

s ¶ *Auctione.* id est venditione quæ vtrinque auget etiā vni precium, & alteri rem.

e Vēditio rescindi videtur ratione modicæ iniquitatis.

HI qui.] CASVS. Si adstrictus curiæ, ne curet ciuilia munera, ad alium locum se transferat, & res suas distrahat, & post vendat occultè: nil sibi proderit huiusmodi fuga, & emptor cōscius amissione precij multabitur. Viuia.

t ¶ *Munera.* scilicet personalia.

u ¶ *Destituunt.* i. officia, vt decuriones, vel similes: vt *j. de aduocat. diuer. indicio. l. ij.* si occultè vendunt res suas, hoc quidem non licet: vt hic: & *j. qui bo. ce. pos. l. propter* & *ff. ad municip. l. incola.* & *de mune. & ho. l. si quis.* & *j. de decur. l. si ad magistratum.*

Constitum.

a ¶ *Conscium.* vt *arg. ff. quæ in fraud. credi. l. si debitor in fraudem.* secus si ignorans: vt *ff. pro empt. l. qui fundum. §. procurator.* & datur precium hoc fisco.

VEstium.] CASVS. Prohibetur hac. l. ne silentiarij principis à priuatis hominibus vestes, argẽtum, aut mãcipia emant. licèt alij priuati hoc facerè possint. quod si fecerint, amissione precij multentur. Viuia.

conscium [a] multandum esse, quod dederit.

Proceres palatij siue consiliarij qui stant ad consilium domini, non possunt emere res subditorum. h.d. not. Bald. Vel sic: Proceres palatij non possunt[d] emere res subhastatas à fisco. h.d. Salyc.

XVIII. *Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Nestorio com. rerum priuatarum.*

VEstium, auri, & argẽti, seu mancipiorum coemẽdorum [b], siquando à priuatis [c] nostris ea contigerit venundari, palatini [d] sciant sibi copiam denegatam [e]: pœna in eos [f] amissionis [g] precij exerenda.*

b ¶ *Coemendorum.* negociandi causa: vt & *infra de commer. & mer. l. nobiliores. B.*

c ¶ *A priuatis.* id est à comite rerũ priuatarũ: id est à procuratore fisci. Vel verius à quibuslibet priuatis hominibus.

d ¶ *Palatini.*[a] id est proceres palatij: quorũ cõsilio regitur respublica: & est hoc ideo, quia possunt ostẽdere minacẽ feruorem. & idẽ intellige in qualibet alia re: vt *supra de contrac. iudi. l. j. §. j. & de inof. to. pro. l. nullum.*

e ¶ *Denegatã.* nisi ad hoc vt sibi habeant: & retineant, secundùm B: vt *supra de contract. iudic. l. j.* Vel generaliter loquitur secundũ ea tẽpora quãdo imperator sufficienter dabat omnia prædicta ipsis palatinis.

f ¶ *In eos.* palatinos[b], nõ venditorem. Azo.

g ¶ *Amissionis.* id est vẽditor vt innocens non punitur.

a Palatinus quis dicatur.

* alliis, exer cenda.

b Vnde que sumpsit ad Gloss. l. curatorem & ... de ... matrimonio.

TITVLVS XLV.

QVANDO LICET ab emptione discedere.

Sicut emptio & venditio solo consensu contrahitur, ita solo dissensu distrahitur, nisi à traditione sumat effectũ: quo casu nisi retrahatur, nõ distrahitur. Bald. Vel sic: Re integra contrario consensu ab emptione disceditur: re verò non integra actio priori similis requiritur. h.d. Salyc.

I. *Imp.* GORDIANVS. A. *Rufino.*

REm † quidem integra[h] ab emptione & venditione, vtriusque partis cõsensu recedi [i] potest [k]. Etenim [l] quod consensu contractum est, contrariæ voluntatis adminiculo dissoluitur. † At enim post traditionem [m] interpositam nuda volũtas non resoluit [n] emptionẽ, si non actus [o] quoq. priori similis retroagens [p] venditionem intercesserit.

QVANDO LICEat ab emptione discedere.

Quãdo[c] altera parte inuita disceditur à venditione, dixit: nunc quando vtraque volente, audi. Accursius.

† l. Ab emptione. §. de pacto.

† Concord. tex. in c. 2. de reg. iur. in antiquis.

c Continuatio.

REm quidem integra.] CASVS. Si rem mihi vẽdidisti, nec tradidisti, nec preciũ tibi numeraui: an ab emptione recedere possimus communi consensu, quæritur? Dicitur quòd sic. Si verò interuenit traditio vel rei, vel precij, vel alterius quod rem nõ integrã facit, ab emptione recedi non potest nuda voluntate, nisi cõtrarius actus intercesserit: puta si retradã rem: tu mihi preciũ: quo casu resoluitur emptio. Viuianus.

h ¶ *Integra.* scilicet[d] vere, hoc est neq. precio soluto, neq. tradita re: vt *instit. quib. mod. tol. oblig. § fi.* Vel quasi, vt quia homo vẽditus mortuus sit: quo casu pro tradito habetur: vt *ff. eo l. cum emptor. §. fi.* & hoc in vero precio rei: secus in arra: vt *j. l. proxi.* In iurisdictione autẽ & iudicio dicitur res integra ante litẽ contestatã: vt *ff. de iurisdic. omnium iudi. l. & quia. & de procur. l. ante litem.*

d Res quando dicitur integra.

i ¶ *Recedi.* ita quòd res non sit tradita.

k ¶ *Potest.* vt & *ff. de pac. l. iurisgentium. §. adeo. & l. ab emptione. in prin. & j. de transac. l. si diuersa.*

¶ *Etenim.* bona ratio. *ff. de re iu. l. nihil tam naturale.*

m ¶ *Post traditionem.* s. rei, & precij, vel alterutrius tantum.

n ¶ *Resoluit.* nec parit actionem, vt retro reddatur quod est datũ, etiam si incontinenti fiat: vt *ff. de pac. l. ab emptione. §. j. & infra. l. proxi. in fi.* ¶ Sed videtur quòd debeat tibi competere exceptio, si rem volueris tradere contra me precium petentem. quod vtique verum est secundum quosdam. quod non placet: vt *j. l. proxi. dices, & dixi. ff. de pactis. l. ab emptione. in fine.*

o ¶ *Non actus.* nõ est bona exceptio, quia tunc nõ volũtas nuda, sed actus resoluit. ¶ Et dicunt quidem quòd hic actus est secunda quædam venditio: & debet[e] emptor eodem precio reuendere venditori: arg. *ff. de contrahen. emptio. l. pacta. in fin. & eod. l. ij.* quod non placet: quia tunc essent duo contractus, & nõ diceretur secũda emptio resoluere primam, sed duæ essent: vt *ff. de euic. l. si vi.* Erit ergo similis actus si retradat rem, & ille precium, id est retraditio rei, & retraditio precij: quo facto ipso iure resoluitur: licet quidam dicant quo ad effectum tantum.[a]

e Emptio & venditio qualiter resoluitur.

p ¶ *Retroagens.* id[b] est in contrarium ducens eam, scilicet ab esse ad non esse.

a Vide omnino ad hũc locũ Azonẽ in summa hoc titulo in f. vbi scribit actum priori similẽ intercedere quãdo spõtanee omnia redduntur: & quæcũq. data vel soluta erãt: ... qui emit, venditi qui vendidit, ...

b Retro agere pro in contrarium ducere.

Per dationem arrarũ res nõ desinit esse integra: sed per solutionem partis precij desinit esse integra. h.d. Bald. Vel sic: Nudo consensu re integra ab emptione disceditur: & arra data repetuntur: sed quia parte precij soluta res non est integra, ideo nudo consensu non receditur, sed vt res tradatur, agitur. Salyc.

II. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. *Felici.*

PErfectam emptionẽ[q] atque venditionẽ re integra tantũ pacto & consensu [r] posse dissolui constat. Ergo si quidẽ arræ nomine aurũ datũ sit: potes hoc solũ secũdum fidem pacti recuperare [s]. Sin verò partem [t] precij persoluisti: ad ea quæ vẽditorem ex venditione oportet præstare [u], magis actionem [x], quàm ad precij quantitatem, quã te dedisse significas, habes.

PErfectam.] CASVS. Si rem mihi vendidisti, nec tradidisti, nec tibi precium numeraui: cõtrario cõsensu re adhuc integra resolui potest vẽditio: & si arras dedi, repetere potero: sed qua actione, nõ aperit. tu dic cõdictione sine causa vel ex empto. & hoc in prima. Si verò partẽ precij solui, ab emptione nõ possũ recedere: nec preciũ quod dedi repetã, sed actionẽ habebo ad ea quæ in vẽditionẽ præstari conuenit. Viuianus.

q ¶ *Perfectam emptionẽ.* quãtũ[c] ad obligationem. Vnde tam de pura, quàm de cõditionali dicit: & sic dicitur perfecta. *ff. de pericu. & com. rei vend. l. necessario.* Aliàs autẽ dicitur perfecta traditione: vt *ff. de actio. empt. l. si quis alienam rem.*

c Emptio perfecta dicitur ipsa, vel obligatione, vel traditione.

r ¶ *Pacto & consensu.* id est pactionali consensu mutuo interposito, vt neuter alium cõueniat: vt *instit. de ser. §. fi.* Idem videtur & si de vno tãtum sit dictum: vt *ff. de accep. l. fi. & ff. eo. l. cum emptor. in prin.*

s ¶ *Recuperare.* scilicet[d] actione ex empto, vel conditione sine causa, vel ob causã. vel præscriptis verbis: vt *ff. de act. empt. l. ex empto. § is qui vina. & §. ego.* ¶ Item hæc vera, nisi[e] arra sit data loco precij, & arrarũ: quia tunc seruatur id quod est, vbi non est res integra: quod satis videtur secundum quosdam quando in pecunia datur arra. ¶ Item not. hic quod arræ[f] datio non facit rẽ non esse integram: cum sit contractus per se venditioni accedẽs: vt *supra de fi. instrum. l. contractus.* ¶ Item fidem pacti dicit ideo quia ex quo conueniunt de dissoluẽdo contractu, & de arris reddendis conuenisse videntur.

d Arra quæ actione repetantur ab emptore, contractu dissoluto mutuo consensu.

e Arra data loco precij & arrarum, facit vt res non sit integra.

f Arrarum nomine quod datur in dubio præsumitur vtroque modo datũ esse pro arris scilicet & precio. Angelus Inst. de empt. in §. pr.

t ¶ *Partem.* est enim aliud preciũ vel partẽ eius, aliud arram dari.

t ¶ *Partem.* pro arris[g] & pagamento.

g Arræ datio non facit rem non esse integrã. vt hic, nisi sit data in partem precij. vt l. eod.

u ¶ *Præstare.* quæ habes. *ff. de act. emp. l. ex empto. in prin.*

x ¶ *Actionem.* ex empto, & hoc doli mali replicatione opposita, si ille exceperit de pacto. ¶ Sed pone quod parte precij soluta, & re tradita actũ est vt recedatur à cõtractu: nũquid in eo quod solutum non est, habet emptor exceptionem? Videtur quòd sic: cũ nudum pactum pariat exceptionẽ: vt *ff. de pact. l. iurisgentium. § sed cum nulla.* Sed dic contra: quia iam haberet rem sibi traditam, & precium: quod esset iniquum. Vnde remanet mirabile, vt[h] nudum pactum non pariat exceptionem. Et est ratio, quia non ad hoc interponitur, sed vt contractus rescindatur.

h Pactum nudũ exceptionem interdũ non parit.

TITVLVS XLVI.

SI PROPTER PVBLICAS pensitationes venditio fuerit celebrata.

Venditio solenniter facta, ob tributa non reuocatur, licèt à debitore vel creditore tributum postea offeratur. h.d. Bald. Vel sic: Venditio solenniter facta per fiscum, ob cessationem tributorum non re...

SI PROPTER PVBLICAS PENSI. &c.

Quia fit venditio quandoque propter publicas pensiones non solutas. vt & habes supra de rescind. vẽd. l. si quos *Ideo de ea dicit. s. quando rescindatur. quod sit, si non est solenniter facta:* vt infra eo. l. ij. *Et dicitur[i] publicæ pensitationes annuæ exactiones tributorum, vel vestium, vel auri, vel argenti, à certis personis debebantur fisco: sed & ea quæ ad viarũ vel pontium refectionem præstanda sunt à possidentibus vt infra eo. l. fi.*

i Pẽsitationes publicæ quæ dicantur.

VEnditionem.] CASVS. Possidebam prædium tributarium. cessaui in solutione tributorum, exactor tributi prædium solẽniter vendidit. an me postea offerente preciũ possim prædiũ recuperare, quæritur? Respond. quòd nõ. Idem est in creditore cui

obligaui illud prædium: quia tributorum causa est potior, quàm causa alicuius creditoris, vnde propter hoc, quia cessaui in solutione tributorum, bona sunt obligata. Viuia.

a ¶ *Cessationẽ factam.* ¶ Quãtum[a] tẽpus sufficiat cessasse, nõ est lege expressum: & ideo dici potest secundũ Azo. & H. q̃ biennium debeat trãsire, sicut in colono priuati: vt *ff. loca. l. quæro. §. inter.* & licet in emphyteuta ecclesiasticæ rei: vt *in authent. de alie. & emphyt. §. si verò quis locator.* sicut in emphyteuta priuati triennium sit: vt *j. de iure emphy. l. ij.* 2 Alij dicũt statim ex quo est cessatum, per *hanc l. & argu. j. de vec. & com. l. iiij.* Itẽ & pro eis est qđ dicitur pupillo remitti pœnã postquã cessatũ est intra xxx. dies: vt *ff. de publica. l. imperatores. §. j.* quasi speciale sit in eo.

a Cessans in soluendo tributo aut canone: vt puniatur quanto tempore cessasse debeat.

scinditur per priorem dominum, nec per eius creditorem. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Materno.*

VEnditionẽ ob tributorũ cessationẽ factã[a] reuocari non oportet[b], neque priore domino precium offerente, neque creditore[c] eius[d] iura hypothecæ siue pignoris [prætendente.] Potior est enim causa tributorum, quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt.[e]

Venditio legitimè facta non retractatur. si autem est facta minus legitime, debet quatenus de facto processit, retractari: citato tamen possessore, & non aliter. h. d. Bald. Vel sic: Venditio ob tributa non soluta solenniter facta non retractatur. secus si solenniter non fuerit facta: quia quatenus de facto processit, reuocatur, citato tamen possessore. h. d. Sal.

II. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. *Plotio.*[*]

SI deserta prędia, ob cessationẽ collationũ[f], vel reliqua[g] tributorũ, ex permissu p̃sidis ab his quib. periculũ exactionis tributorũ imminet, distracta syncera fide[h] iusto p̃tio solẽniter[i] cõparasti: venditio ob solennes præstationes necessitate facta, cõuelli nõ debet. Sin autẽ vẽditio nulla iusta auctoritate[k] præsidis pręcedẽte facta est: hãc ratã haberi iura nõ concedunt. Id itaq; quod frustra gestũ est, reuocari[l] oportet: vt ita indẽnitati tributorum omnibus modis cõsulatur[m]. Quæ omnia tractari cõuenit præsẽte eo[n] quem emptorem extitisse proponis.

Conuento debitore ac conuicto ob publicas pensitationes non solutas, debet solennis celebrari venditio. & si minor sit debitor, debet citari legitimè, scilicet quòd compareat cum tutore vel curatore. h. d. Bald. Vel sic: Si debitor fisci conuentus & conuictus cessauerit in solutione publicarum functionum solennis, vẽditio debet fieri eius bonorum: & si debitor sit minor, debet citari vt compareat cum defensore, qui etiam venditioni debet adesse. h. d. Salyc.

b ¶ *Non oportet.* vt *infra de remis. pigno. l. si hypothecas. & infra si antiquior cre. pignus vendi. l. j. & de quadrien. præscript. l. j. ij. & iij. & de distra. pig. l. si prius.*

c ¶ *Creditore.* nisi[b] potior esset tempore: vt *j. de priuile. fisc. l. ij. & qui po. in pigno. ha. l. si fundum. & ff. qui po. in pigno. ha. l. si pignus.*

b Tributorũ causa fiscus præfertur cæteris creditoribus agendo aduersus ipsũ prædium tributarium.

d ¶ *Eius.* quia scientes tacuerunt.

e ¶ *Obligata sunt.* tacitè[c] vt *j. in quib. cau. pig. ta. contra. l. j.* Et sunt multa necessaria in hac vẽditione: vt *vt diximus s. de rescin. vend. l. si quis.*

c De hac tacita hypotheca, v. Negusantiũ tract. de pignoribus parte 1. membro 2. num. 13 [illegible]

SI *deserta.*] CASVS. Si prædium censuale, quod possidebam, quia cessaui in solutione tributorũ, comparasti: an venditio conuelli possit quæritur? Dicitur q̃ non. & hoc in prima. Si verò venditione præsidis auctoritas non intercessit: rata nõ est habenda venditio: sed reuocari poterit prædiũ cum fructib. & hoc in secunda. & hæc omnia fieri debent p̃sente me qui primò emi prædiũ illud tributariũ. & hoc in tertia. Viuia.

f ¶ *Collationũ.* quia cessabant conferre ad vias reficiendas.

g ¶ *Vel reliqua.* Reliqua[d] dicuntur, non solum cum aliquid est solutum, sed & cum nihil: vt *ff. de verb. signif. l. cæterorum.*

d Reliqua tributorũ dicũtur, etiam cũ nihil est solutum.

h ¶ *Syncera fide.* & quod publicè hic subhastetur.

i ¶ *Solenniter.* s. facta subhastatione.

k ¶ *Auctoritate.* licet iusto precio & solẽniter facta sit. Idẽque est & si quid istorum deficit quæ sunt necessaria: vt *diximus. s. l. prox.*

l ¶ *Reuocari.* cum fructibus: vt *j. de fi. instru. & iure hasta fi. l. j. ij. & penult. lib. x.*

m ¶ *Consulatur.* scilicet à domino.

n ¶ *Præsente eo.* priore emptore quæ enim causæ[e] cognitionem desiderant, præsentibus partibus agẽda sunt: vt *ff. de mino. l. in causa. §. causa. & l. si ex causa. §. fi.*

e Quæ causæ cognitionem desiderãt, præsentibus partibus agenda sunt.

SI *quis fundum.*] CASVS. Si in solutione tributi quam pro prædio tributario soluere tenebaris, cessasti, & prædium solenniter distrahatur, vel mancipium, vel alia res quæcunque: vel quia cessasti in solutione vestium quæ debebãtur officialibus reipub. omni anno: an illa venditio infirmari possit, quæritur? Respon. q̃ non. & hoc in prima. nisi minor fuisti. nec curatoris auctoritas intercessit. nec refert procurator sit qui cognoscit inter priuatũ & fiscum: an præses pronunciauerit interloquendo vt minorem censum debuisset, & in solutionẽ cessasset. Viuianus.

III. *Imp.* CONSTANTIVS A. *Faustino præsidi Betica.*[†]

SI quis fundũ, vel mancipiũ, aliámve rẽ ob cessationẽ tributorũ, vel etiã ob vestium, auri argẽtiq. debitũ quæ annua exactione soluũtur[o], occupata, cõuento debitore, & apud iudicẽ interpellatione celebrata, cũ solutio cessauerit, sub hasta[p] distracta cõparauerit: perpetuã emptionis accipiat firmitatẽ. Sin autẽ minoris[q] forte p̃sona fuerit inserta[r]: necesse sit legitimæ defensionis vẽditioni personã[s] adesse: nihilq. intersit, vtrùmne officiũ summæ rei[t] procuratoris, an certè rectoris p̃uinciæ[u], id quod debitum fuerit, proposuerit[x]. Datũ prid. Id. Decemb. Feliciano & Titiano Coss.

o ¶ *Soluuntur.* scilicet fisco.

p ¶ *Sub hasta.* id est subhastatione facta, & auctoritate præsidis, & iusto precio.

† al. imp. Constantius A. ad Faustinum præsidem Betic. Et in Haloan. C. Th.

q ¶ *Minoris.* xxv. annis.

r ¶ *Inserta.* libello. vel dic, id est venditioni.

s ¶ *Personam.* id est tutorẽ: sed pupillo pœna commissi remittatur, si intra. xxx. dies vectigal soluerit: vt *ff. de publica. l. imperatores. §. j.* Sed videtur solum iudicem sufficere: vt *ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur etiam. quæ est contra.* Solut. maior[a] solennitas exigitur in alienatione rei minoris, q̃ si ei soluatur: vt *ff. de minor. l. quod si minor. §. fi.*

a Vel ignis Accursius. Decretũ iudicis non supplere defectũ [illegible] interuentũ tutoris vel curatoris. [illegible]

t ¶ *Summæ rei.* id est procuratori Cæsaris.[b]

u ¶ *Prouinciæ.* id est officium. aliàs officij sui.

x ¶ *Proposuerit.* i. solui iusserit in futurũ. & sic auctoritatem præstitit venditioni.

b [illegible]

TITVLVS XLVII.

SINE CENSV VEL reliquis fundum comparari non posse.†

Promittens soluere tributa rei in dotem data, non tenetur ex promissione re ad donatorem reuersa. h. d. Bal. Vel sic: Pactum de tributis soluendis per mulierem ex re dotali euanescit soluto matrimonio, re mulieri restituta. h. d. Salyc.

I. *Imp.* ALEXAND. A. *Capitoni.*

EX conuentione[*] quidem qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum[y] in dotẽ daret, vt ipsa tributa agnosceret[z] actio tibi aduersus eam cõpetere non potest[a], etiam si pactum[b] in stipulationẽ deductum probetur. Sed & si fundus æstimatus, ita vt pars instrumẽti significat, in dotem datus est:

SINE CENSV vel reliquis &c.

Census dicitur, quod est soluendum in futurum: reliqua dicuntur in præteritum.

EX *conuentione.*] CASVS. Mulier marito fundum dedit in dotem tributariũ inæstimatum: & conuenit vt ipsa onera hereditatis agnosceret. decessit maritus, & illa in solutione tributorũ cessauit. an heres viri aduersus eã vt soluat tributa agere possit, quæritur? Dicit quòd non: nec sua interest. & hoc in prima. An autem si datus esset æstimatus, haberet heres actionem ex vendito aduersus mulierem ad faciendum quod cõuenit, scilicet vt soluat tributa, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in secundo. Viuia.

† Quod sine censu [illegible]

[*] Hoc[l] eadem verbis repetita est l. ex conuentione. [illegible]

y ¶ *Fundum.* inæstimatum.

z ¶ *Agnosceret.* id est solueret. Accur.

a ¶ *Non potest.* quia sicut matrimonium, ita[c] dos & de dote pacta personis eorum cohæret, nec transit ad heredes secundũ It. quæ ratio non placet. 2 Alij dicunt ideo nõ valere, quia priuatorũ pactis ius publicũ lædi nõ oportet. 3 Tu dic tertio, quia sua nihil interest secundũ Azo. & soluto matrimonio dos redeat ad virum, aliàs ad mulierem.

c Dotis pacta nõ transit ad heredem.

b ¶ *Etiã si pactum.* quia possidẽs tenetur reddere tributũ de iure publico vnde pactis priuatorum &c *ff. de pact. l. ius publicum.* & hac ratione soluto matrimonio desinit esse dotalis, scilicet quando inæstimatus datus est. Contra *s. de pac. l. ex conuentione.*

a ¶*Ex vendito.* hoc est contra. ȝ. *de pact. l. ex conuentione.* Solu. dicunt quidam quòd ex vendito non datur: vt hic, sed ex empto sic: vt ibi. quod nihil est: quia exponitur hic, id[a] est ex empto: vt & ȝ. *si fer. ex. se emi. man. l. j. 2.* Alij dicunt quòd non valet: scilicet in præiudicium fisci, sed paciscentium sic. quod satis dici potest. 3 Vel dic secundum Io. quòd fuit hic facta æstimatio, vt sciatur quanto minus valuerit: vt ȝ. *de iu. dot. l. si inter ibi. fuit vera æstimatio.* 4 Vel solue, vt ibi. 5 Vel dic antequam[b] soluat filius, vult agere.

a Ex vendito actio pro empti actione.

b Dos soluta matrimonio nõdum est restituta, etsi ne dotalis dotalis est: ideò alienari non potest.

R*Ei.]* CASVS. Possidebam prædium censuale, vendidi hoc pacto, vt ego sustineam onera tributorum soluendorum: an valeat talis conuentio, quæritur? Dicitur quòd non: sed ea non obstãte tenebitur emptor ad solutionem tributorum: cum rem censualem nec vẽdere sine cẽsu, nec emere cui quã sit permissum. Viu.

b ¶*Emolumenta.* nõ minuenda.

c ¶*Causam.* corrigendi.

d ¶*Reliquorum.* i. tributorum remanẽtium ad soluendum.

e ¶*Reliqua eorum.* cum pars soluta est.

f ¶*Hac lege.* vt nihil soluat. Acc.

g ¶*Pro reliquis.* scilicet pro præteritis.

h ¶*Vniuersis* etiam præteriti temporis: vt ff. *de publi. l. imperatores. & xvj. q. j. c. si quis laicus.*

i ¶*Agnoscere.* id est soluere.

k ¶*Vel vendere.* in[e] præiudiciũ fisci: vt ff. *de pac. l. inter debitorem.* sed in ter se agere postquã vẽditor soluit fisco: vt ff. *de pact. l. epistola. §. pactu.* non autem prius: vt ȝ. *l. prox.* ¶Sequitur authen. sed & periculũ. quæ est de man. prin. §. nõ permittas itaque. colla. iij. quæ addit huic l.

† & folliis vt in C. Th.

* C. T. j. z. z.

† Emptor tenetur procolle&t... imposi... tis vendi... tione posses... sionũ ... ne possessio... num ...

* Emptor pr... fundum emere ea lege vt ne pro eo fundo censum soluat. ...

S*Ed & periculum.]* CASVS. Hæc authen. addit ad l. Codicis: dicit quòd venditor prædij tributarij potest in se suscipere periculũ soluẽdi tributa illius prædij quod vendidit: imò cogitur si constet emptorem non esse sufficientem: quia tũc venditor cogitur coram iudice cõfiteri, id est promittere quòd periculo suo sit talis venditio prædij, id est quòd ibi ipse subibit solutionem tributorum. Viu.

l ¶*Recipere.* scilicet venditor de soluendis tributis.

m ¶*Potest.* id est debet, vt colligitur in corpore, vbi est, coget: & ita hic subiicit, cogitur &c. & sic econtra debet, pro potest. ff. *de o. ff. procons. & leg. l. dij. in fin.*

n ¶*Fiscalium.* prædiorum: pro quibus fisco tributa præstãtur. Acc.

O*Mnes.]* CASVS. Si possideam prædium censuale: nec dare nec vendere potero hoc pacto, vt penes me omnia onera tributaria residẽant: sed talis pactio nullius sit momenti: nec mihi proderit scriptura in qua confessus eram me promisisse censum pro tali agro vt penes me resideat: nec ad emptorem transtulerim, vt non possidens pro possessore cogatur. Viu.

ex vendito[a] actio, vt placitis stetur, non cõpetit. PP. No. Decẽb. ipso. A. II & Dione Coss.

Comparans fundum ea lege, ne soluat censum vel tributum: tali pacto non excusatur quin soluere compellatur quod pro ipsa possessione debetur. h. d. Bald. Vel sic: Emens fundum à priuato ea lege, ne soluat tributum vel censum fisco: tenetur nedum ad futura, sed etiam ad præterita: & pactũ fisco non præiudicat. Sal.

II. Imp. CONSTANTIN. A. ad Antonium Marcellinum præsidem Lugdunensis primæ.

R*Ei[*] annonariæ emolumẽta[b] tractantes, cognouimus hanc esse causam[c] maximè reliquorum[d], quòd nonnulli captãtes aliquorum momẽtarias necessitates, sub hac condicione fundos cõparant, vt nec reliqua eorum[e] fisco inferant, & imminunes eos possideant. Ideoq; placuit, vt si quem constiterit huiusmodi habuisse contractum, atque hac lege[f] possessionem esse mercatum tam † pro solitis censibus fundi comparati[*], quàm pro reliquis[g] vniuersis[h] eiusdẽ possessionis obnoxius teneatur: cũ necesse sit eũ qui cõparauit, † cẽsum rei cõparatæ agnoscere[i]: nec liceat cuiquã rẽ sine cẽsu cõparare vel vẽdere[k] Dat. prid. Non. Febru. C. P. Feliciano & Titiano Coss. Vel datũ Kal. Iul. Agrippinę Cõstantino. A. V. Licinio. C. Coss.

IN AVTHENT. DE manda. princ. §. non permittas itaque. colla. iij. constitu. iiij.

Ista est not. authen. per quam patet, quòd si emptor non est sufficiens ad soluendum veteres collectas impositas venditori, quod fiscus recurrit contra venditorem, licet non possideat: & hoc venditor tenetur profiteri, & promittere tempore contractus. h. d. ista authent. no. secundum Bald. Vel sic: Prædia tributaria non possunt vendi sine decreto: ideo iudex diligenter debet examinare an emptor sit idoneus, & soluendo, & si reperit eum minus idoneum, non debet auctorari, nisi venditor in se suscipiat onus tributorum. h. d. not. Salyc.

S*Ed & periculũ in se recipere[l] põt[m], si examinatione ante traditionẽ facta emptor minus idone[9] inuẽtus fuerit: tunc enim vẽditor apud gesta profiteri cogitur, quia periculo suo transpositio sit fiscalium[n] tributorum.

Qui possident prædia tributorum, tenentur soluere tributa & publicas pensitationes, non obstante pacto inter emptorem & venditorem apposito. & pro libra quæ reperitur apud venditorem, tenetur emptor, licet in ipsum emptio translata non fuerit. h. d. Bald. Vel sic: Possessores prædiorum tenentur ad tributa & publicas pensitationes non obstante conuentione contraria cum suo auctore inita: licèt professio noui possessoris non sit iterum facta. Sal.

III. Imp. IVLIANVS. A. Secundo. P. P.

O*Mnes[o] *pro his agris quos possidẽt publicas pensitationes[p] agnoscãt[q]: nec pactionibus cõtrariis adiuuẽtur, si vẽditor aut donator apud se collatio nis[r] sarcinã pactione illicita voluerit retinere[r]. & si necdũ trãslata sit professio[t] cẽsualis, sed apud priorẽ fundi dominũ fortè permaneat dissimulantib. ipsis, vt nõ possidentes pro possidentibus exigantur[u] Dat. IIII. Kal. Mart. Antiochiæ. Iuliano. A. IIII. & Salustio Coss.

TITVLVS XLVIII.

DE PERICVLO ET commodo rei venditæ.

Perfecto contractu commodum & incommodũ est emptoris: tamen si ex causa antecedenti res euincitur, ratione euictionis agitur, si fuerit denunciatum venditori vt adesset causæ, & emptor non fuit ex contumacia condemnatus. hoc dicit Bald. Vel sic:

o ¶*Omnes.* ex hac generalitate lætãtur[a] prouinciales, quasi Italica prædia non solum prouincialia dent tributa: & *pro eis instit. de re. diui. §. per traditionem.* ¶Sed certè hoc in[b] prouincialibus locis tantum intelligitur: sicut & cum dico[c], omnis homo diligit filium suum: refertur[d] ad habentes filios. & illud omnis homo videt quod ipse videt: refertur ad videntes. sic omnis homo timet in mari: subauditur, qui ibi sunt. Itẽ misslies præfertur omnibus creditoribus: verũ est talibus[e] qualis est ipsa. s. hypothecas tacitas non etiam expressas habentibus. Item nec illud insti. prodest eis. quia[f] quoad dominij translationem exæquantur. Italica & prouincialia prædia, sicut & aliàs exæquãtur eadem quo ad vsucapionem: vt *j. de vsucapio. transfor. l. j. §. fin.* Imò & illud insti. apertè est contra eos, cũ tantũ prouincialia prædia ibi appellet tributaria. Itẽ pro hoc quòd[g] tantũ prouincialia præstent, facit. *ff. de censi. l. j.* nam illæ prouinciæ quę ius Italicum habent, nõ præstant tributa: ergo patet quòd nec Italica. Absit enim quòd dicamus principem & dominam[h] prouinciarum Italiam esse subtributo: sicut in lamentatione dicitur de Hierusalem. Item pro hoc est expressum. ȝ. *de episcop. & clericu. l. de his.*

p ¶*Publicas pensitationes.* scilicet solitas solui: & hoc tã præteritas, quàm futuras: vt *ff. de public. l. imperatores.* Item hoc cũ à priuato fit venditio. secus si à[i] procuratore fisci, qui & peræquator dicitur: quia[k] tunc emptor pro preterito tempore non conuenitur: vt *j. de censib. l. xj. l. fin.* Accursius.

q ¶*Agnoscant.* i. soluant.

r ¶*Collatione.* qui secũdum Ir. est in præiudicium fisci.

s ¶*Retinere.* non[l] ergo valet hęc pactio in pręiudiciũ fisci, quo minus possessor exigatur: vt *hic, & ff. de pact. l. inter debitorem. & l. ius publicum.* Sed vt emptor postquã soluerit, agat contra venditorem actione ex empto, vel præscriptis verbis, benè valet: vt *ff. de pact. l. epistola. §. pactum.* & antequam soluat emptor, agere non potest. vt ȝ. *e. l. j.* Sed secus in vsuris, vbi agitur & antequam soluat, & post: vt ȝ. *de pact. l. ex conuentione.* Sed hodie venditor fideiubet quandoque pro emptore: vt ȝ. *eod. authent. sed & periculum.* Acc.

t ¶*Professio.* id est[m] scriptura qua profitetur professor tantum se debere, & pro tali agro: & ager designetur, & eius qualitas, & quantitas, & confines: vt *ff. de censi. l. forma.* Prædicta quidem scriptura non est adhuc ab emptore facta: sed sola est illa, quam facit vẽditor cum ipse cœpit illud prædium habere.

u ¶*Exigantur.* possessor enim exigitur: vt *supra in princip. huius. l.*

a Solutum est: nam miserorum est habere pares.

b Italica prædia non debẽt dare tributa.

c Omnia verba generalia (vt multum, magnum, omne, nullũ) restringentur ad habilitatẽ & cũ subauditione in sub... ad id ... quod natura res exigit. v. ...

d Generalis sermo ... gendus est ad casus qui natura ... fieri possunt.

e Mulier præfertur creditoribus qualiscũque ... hoc est ... hypothecam ... tacitam tantũ habentibus præfertur.

f Italica & prouincialia prædia exæquata quo ad dominij translationem & vsucapionem.

* C. T. ...

g Prouincialia vt italica prędia tributum non præstant.

h Italia est gentium domina.

i Peræquatores dicti quandoque fisci procuratores.

k Venditi post fessionẽ à fisco ob functiones publicas non solutas, emptor non conuenitur pro functionibus præteritis.

l Pactio in fisci præiudiciũ non valet.

m Professio qualitates ... plicat.

& j. de edil. l. ij. & de prad. mi. l. fi. & ff. de impen. in re. do fa. l. neque stipendium. etiam ecclesia: vt in decre xj q. j. si tributum. & c. magnum. ¶ Sed arg. contra ff. de leg. j. l. apud. §. heres. Sed ibi cogitur heres non possidens a legatario, non a fisco.

DE PERIC. ET COMM. REI VEND.

Quia in re vendita & non tradita sæpe contingit periculum ideo de hoc dicit.

Emptione perfecta, rei periculum vel incommodum spectat ad emptorem: nisi ex causa antecedenti res sit euicta præcedente denunciatione legitima. Salyc.

I. Imp. ALEXANDER A. ..

POst perfectam[a] venditionem[b] omne commodum[c] & incommodum quod rei venditæ contingit, ad emptorem pertinet[d]. Auctor[e] enim ex his tantum causis suo ordine tenetur, quæ ex præcedente tempore causam euictionis parant[f]: & ita, si ei denunciatum est[g] vt causæ agendæ adesset[h], & non absente emptore[i] contra eum[k] pronunciatum est.

Cum vinum venditur ad mensuram antequam mensuretur, periculum mutati vini pertinet ad venditorem. Cum autem non venditur ad mensuram, sed vt certum corpus: tunc statim periculum est emptoris. & quod dictum est in vino, idem in oleo, frumento, & cæteris similibus post venditionem deterioratis, vel penitus corruptis. h. d. Bald. concor. Salyc.

II. Imp. A. Iuliano.

CVm[*] conuenit vt singulæ[l] amphoræ vini certo precio væneant[m]: antequam tradatur[n], imperfecta[o] etiam tunc venditione, periculum vini mutati, emptoris, qui moram[p] mensuræ faciendæ non interposuit, non fuit. Cum autem[q] vniuersum quod in horreis erat positum, væniisse sine mensura, & claues[r] emptorib. traditas alleges: post† perfectam venditionem quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. Hæc omnia locum habent non solum si vinum, sed etiam si oleum, vel frumentum, vel his similia væmerint, & ea aut deteriorata[*], aut penitus corrupta fuerint.

Dicit hic Nico. de Materel. quod hanc l. & quæ scripta sunt per eam, intelligere non potest. Bald.

III. Iidem AA. Diophaniæ†.

DOlum auctoris bonæ fidei emptori[t] non nocere, certi iuris est.

Emptione perfecta, nisi mora interueniat, periculum est emptoris. h. d. Bald. Vel sic: Perfecta emptione ad emptorem spectat periculum rei venditæ, nisi mora venditoris præcesserit. Salyc.

IIII. Imp. GORD. A. Siluro[*].

CVm inter emptorem & venditorem [contractu† sine scriptis[u] inito,] de precio conuenit, moráque venditoris in traditione non intercessit: periculo emptoris rem distractam esse, in dubium nõ venit[x].

Casus incendij emptione perfecta emergit emptoris periculo. hoc dicit Bald. Vel sic: Si emptio est

---

P*ost perfectam.*] CASVS. Si rem mihi vendidisti, nec tradidisti, & interiit, aut aliquid ei accidit: ad me emptorem periculum pertinebit: ad venditorem autem si res fuerit vitiosa præcedenti tempore, id est ante venditionẽ, aut fuit aliena vel obligata pignori alicui. vnde si quis vendat rẽ alienam vel alij obligatã, & post emptionẽ euincitur illa res ab emptore, hoc periculum pertinet ad venditorem, dum tamẽ emptor denunciauerit ei. Viua.

a ¶ *Post perfectam.* Tribus[a] modis dicitur perfici. 1 Vno quoad hoc vt nõ liceat ab ea discedi: & hoc modo etiã conuentionalis dicitur perfecta. 2 Alio quo ad periculum: & ita hic. 3 Tertio: quãdo res traditur: vt ff. de act. empt. l. si quis alienam.

b ¶ *Venditionem.* quantum ad obligationem.

c ¶ *Commodum.* adueniens rei[b] post contractum: vt alluuio[c]: vt ff. eo. l. id quod. & fructus: vt j. tit. j. l. fructus. & fœtus: vt. j. tit. proxi. l. pen. Item actiones. l. Aquil. & damni infecti, & aquæ pluuiæ arcendi nomine rei venditæ acquisitæ. Item acquisita ex opera serui venditi, & similia: vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si fructibus tam maturis & §. si quid seruo. & §. idem Celsus. ¶ De commodo autem quod erat tempore[d] contractus, distinguitur vrbanum prædium à rustico: vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. fi. cum sequen. & que ad l. veteres. & l. si venditor. ¶ De incommodo[e] autem dicas, quod multa sunt necessaria vt sequatur emptorem: vt no. ff. eo. l. necessario. §. j. Acc.

d ¶ *Pertinet.* vt hic, & instit. eo. §. cum autem. & ff. e. l. id quod. & j. de iure do. l. cum dotem. in fin.

e ¶ *Auctor.* id est venditor.

f ¶ *Parant.* siue[f] de facto. (vt quia animal est vitiosum.) siue de iure, vt quia est alienum, vel alij obligatum. secus autem si ex sequenti, vt quia libertatem consecutus est propter præmium: vt j. qui ex cau. ser. propter l. occi per totum titu. Vel quia postea factus est fugitiuus. vt j. de ædil. actio. l. si apud. & facit ff. de here. vel act. vend. l. ij. §. si venditor. Accurs.

g ¶ *Denunciatum est.* vt hic. & j. s. bi in rem act. l. j. nisi[h] actoris insidiis denunciatio fuerit impedita: vt de euic. l. si dictum. §. fi. & nisi in casu: vt ff. de euictio. l. Herennius.

h ¶ *Adesset.* nisi sciat.

i ¶ *Emptore.* nam si[i] absens vt contumax damnatus esset, venditorem non grauat: vt ff. de euic. l. si ideo. idem si fuerit præsens, sed iudicis iniuriis damnaretur: vt in eo. tit. l. si per imprudentiam. & j. de euic. l. emptor fundi. Acc.

k ¶ *Contra eum.* scilicet emptorem: vt in princ. lib.

C*Vm conuenit.*] CASVS. Dum quis vendit vinum, refert an in specie, puta sic, vẽdo tibi vinum quod est in cellario illo. aut in quantitate, vt vendo tibi. x. corbes vini. Primo casu si vinũ mutetur, damnum ad emptorem pertinebit. Secundo casu ad venditorem, si emptor fuerit in mora accipiendi & ista vera sunt non solum in vino, sed etiam in oleo & frumento. Viu.

l ¶ *Singulæ.* id est vniuersum vinum quod habebat.

m ¶ *Væneant.* & sic fit venditio in quantitate, siue in genere: quod idem[a] est.

n ¶ *Tradatur.* speciale. aliàs etiam ante traditionem: vt j. l. proxi.

o ¶ *Imperfecta.* quantum ad periculũ, non quantum ad obligationem. 2 Vel imperfecta, quia tacita inest conditio, si admissum fuerit. vt ff. de contrahen. empt. l. quod sæpe. § in his.

p ¶ *Moram.* nam ex tunc emptoris esset periculum: vt hic: & ff. eo. l. si per emptorem. in fi.

q ¶ *Cum autem.* nunc dicit quando in specie.

r ¶ *Et claues.* ad maiorẽ euidentiam dicit, idem tamen & si non tradantur, cum idem iuris sit quod in cæteris rebus: vt dicta. l. quod sæpe. § in his. sed & clauium[b] traditio facit vt vinũ traditum videatur: vt ff. de contrahen. empt. l. clauibus. & plenè dicas hic de hac materia vt dixinus. ff. eod. l. j. in princ. ADDITIO. Addas etiam gloss. in verbo, statim. in §. cum autem. instit. de empt. & vendi. Acc.

D*Olum.*] CASVS. Dolus venditoris emptori non nocet. vt concordet cum titulo, sic pone casum: Aliquis mihi vẽdidit vinum, & asseuerauit bonitatem vini, dicens vinum esse tale, quòd posset durare vsque ad nouum annum, imò quòd posset portari vltra mare sine periculo. vinum illud mutatur circa Pascha: an periculum spectet ad te venditorem, an ad emptorem, quæritur. Dicitur quòd ad venditorem, quia dolus venditoris bona fide ementi nocere non debet. Viu.

f ¶ *Datum.* vt & de eo scriptum est, qui sciens bonitatem vini non duraturam, hoc celauit emptorem: vt ff. eo. l. si vina quæ. Item nec dicit quantum ad rei periculum, non quantum ad euictionem. Si tamen dolo eius res periit, ei periit, & non emptori. 2 Vel pone venditorem in vino vendito lethiferos immiscuisse succos, vel repudiasse hereditatem, quæ ad substitutum erat delata. si postea vendit heres hereditariam rem alicui: & conueniatur emptor à substituto, non[c] nocet emptori mala fides venditoris, cum non habeat rem ex lucratiua causa: vt ff. de except. doli. l. apud Celsum. §. de auctoris. ¶ Item quòd dicit dolum[d], intellige nisi sit talis, qui rem afficiat: vt institu. de vsucapionibus. §. furtiuæ. Item intellige dolum in[e] contrahendo aduersus emptorem interpositum. Item potest poni. ff. de pecu. l. summa. §. emptor. & de actio. empt. l. j. §. j. & l. sicut. aquam. & ff. de diuer. præscript. l. an vinum. & ff. de Publicia. l. quæcunque. §. fin. & ff. quæ in fraudem cred. l. qui autem. §. hoc edictum.

t ¶ *Emptori.* qui nihil doli fecit in emptione contra venditorem dicitur & alio modo bonæ fidei, qui credit rem esse vendentis: vt ff. de verb. signif. l. bonæ fidei.

C*Vm inter.*] CASVS. Si rem mihi vendidisti, nec in mora tradendi extiteris: si pereat, periculo meo perit. Viu.

u ¶ *Sine scriptis.* hoc à compositorib. est additum ex l. ij. de fide instru. l. contractus.

x ¶ *Non venit.* vt supra eodem. l. j. & ff. eod. l. lectos. & l. si per emptorem.

C*Vm speciem.*] CASVS. Si equum mihi vendidisti, nec tradidisti, & igne consumptus est: si pura est venditio, non ad te, sed ad me damnum pertinebit. Viua.

Speciem

---

† Secundum.

a Venditio tribus modis dicitur perfecta vendituo.

b Venditæ rei cõmodum accedens post contractum ad emptorem pertinet.

c Venditæ rem quæ speciei commodorũ & augmentorum accedere solent.

* vide Anton. August. lib. j. emen. c. 6.

d Venditæ rei commodum quod erat tẽpore contractus, verum cedat emptori vel venditori.

e Venditæ rei incõmodum verũ sequatur emptorem.

f Auctor pro venditore.

g Euictio emptori fit vel de facto vel de iure.

h Facta fuerit denunciatio- nem fictã esse alicui, & eius facto impeditam esse.

i Euictio emptori, si vel absens, vel iniuria iudicis damnetur emptori non nocet venditori.

a Venditio in quantitate & genere si- militudo.

† pe fecta venditione.

* deteriorata.

b Clauium traditio facit vt res tradita videatur.

† Aphiæ al. Amphitea.

* Sileestro.

† Desideratur à Triboniano addita, notat Marinus.

c Venditoris mala fides an & quando noceat emptori.

d Dolus venditoris rem afficiens, nocet emptori.

e Dolus venditoris in contrahendo interpositus emptori non nocet.

a ¶*Speciem*. scilicet certam.

b ¶*Suspenderat*. alioquin periculum peremptionis ad venditorẽ, deteriorationis ad emptorem pertinet: vt ff. *eod. l. quod si pendente. alias l. necessario. §. plane si pendente.*

c ¶*Te*. venditorem. & hoc nisi culpa vel mora vel pactum aliud inducat, vt dixi s. eod. l. j.

3 Vel nisi venditoris vitio acciperet, vel ab eo prouideri potuerit: vt ff. *e. l. si vendita.*

pura, periculum incendij spectat ad emptorem. Salyc.

v. *Imp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. *Leontio.*

CVm speciem[a] vẽditam per violentiam ignis absumptam dicas: si venditionem nulla conditio suspenderat[b], amissę rei periculum te[c] non adstringit.

Venditor interitu speciei liberatur ab actione ex empto: & nihilominus emptor tenetur ei ad precium. h. d. Bal. Vel sic: Si perit ancilla sine venditoris culpa vel mora, & sine praeterito latente eius vitio, periculum spectat ad emptorem: ideo compellitur ad precij solutionem. Sal.

vi. *Iidem AA. Cerulo.*

MOrtis[d]† casus ancillæ distractæ, etiam ante traditionem sine mora vẽditoris dilatam, non ad venditorem, sed ad emptorem pertinet: & hac non ex preterito[e] vitio rebus humanis exempta, solutionem precij emptor non rectè recusat[f].

MOrtis.] CASVS. Vendidi ancillã: antequã traderem, decessit. an nihilominus ad precium tenearis, quæritur? Respon. quòd sic. si non fui in mora tradendi. Viuia.

d ¶*Mortis*. qui debet aliquid certũ[a] alicui, vt Stichũ: si eo non existẽte in mora decedat Stichus casu, ipso iure liberatur: vt hic, & *de rescin. vend. l. cum emptor.* & *de rei vind. l. cum autem.* & s. eo. l. j. etiam si inter eat eo casu quo non interiisset penes eum qui debetur, secundum lo. & nos: vt arg. ff. *de lega. j. l. cum res. §. fi.* Econtra si in mora sit debitor, indistinctè tenetur de casu per eandem. l. licet quidã contra in vtroq; casu. ¶Sed si[b] debet quis hominẽ in genere, & offerat Stichũ ei cui obligatus est, & ille nolit recipere: Sticho postea mortuo casu, non ipso iure, sed per exceptionem liberatur: vt ff. *de solu. l. qui decem. in princ.*

e ¶*Ex praeterito*. quando tenetur ædilitia actione: vt j. *de ædil. act. l. vij.* nisi erat manifestũ: vt ff. *de contrah. emp. l. ea quæ.*

f ¶*Recusat*. vt ff. *de contrahen. empt. l. si in emptione. §. pen.*

a Speciei debitæ, sinon in mora sit, casu liberatur: hoc est non tenetur de specie casu interempta: etiamsi in terea eo casu quo non interiisset penes eum cui species ea deberetur: si in mora sit, tenetur de casu.

* Cyrillo.

† pass. l. pen. in princ.

b Generis debitor oblata creditori seu stipulanti re debita, eóque in mora constituto, casu superueniente, ex ante obitas, non ipso iure liberatur, sed per exceptionem.

* Actiana.

TITVLVS XLIX. DE ACTIONIBVS empti & venditi.

DE ACTIONIB. empti, &c.

Quia parum valerent venditiones nisi actiones darentur, ideo de eis dicit.

Licet emptor non soluat precium, non potest ab eo res tradita vindicari, sed ad precium est agendum. h. d. Bald. Vel sic: Venditor ad precium non solutum potest agere, non rem traditam vindicare. Salyc.

i. *Imp.* ANTONINVS A. *Deliana*[*].

ADuersus eum cui agrum vendidisti, iudicio[g] venditi cõsiste[h]. Nec enim tibi in rem actio cum emptore, qui personaliter tibi iit obligatus, competit[i].

ADuersus rem] CASVS. Prædiũ mihi vendidisti, & tradidisti, & precium numeraui, an prædium à me vindicare possis, quæritur? Respon. quòd non: sed ages ad precium actione ex vendito. Viuianus.

g ¶*Iudicio*. id[c] est actione. sic & ff. *de mino. l. in causæ. §. interdum.*

h ¶*Consiste*. scilicet ad precium.

i ¶*Competit*. vt & s. *de rei vindi. l. hæc iure.* & *de contrahen. empt. l. non idcirco.* ¶Sed contra ff. *de tribu. l. procuratoris. §. pen.* & *instit. de re. diui. §. vendita*. Solu. hic fuit fides habita de precio, vel erat solutum sed ad aliud agebatur, cum ad multa agatur hac actione. 2 Alij intelligunt hanc. l. quòd emptor cui tradita fuit res, reuendidit venditori, sed non retradidit: vnde personaliter agitur contra eum. Et quod dicit, venditi, id[d] est empti secundum eos. sic. ff. *de act. empt. l. veteres.* ac ibi & rei vindicatio competit: sed potest agere actione venditi.

c Iudicium venditi pro venditi actione.

d Venditi iudicium pro empti iudicio.

VEndidi.] CASVS. Fundum vendidi pro centum, numerasti. l. ad alia. l. actionem habes ex vendito. & hoc in prima. Si vero credebam me tibi debere. l. cum non debebam. & compensauimus, postea appareat me nihil tibi debuisse: an non obstante compensatione possim agere ad partem precij residuam? Respon. quòd sic, & hoc in secunda. Si quos vero fructus percepisti ante venditionem, teneris mihi restituere per actionem ex vendito: quia fructus qui percepti sunt ante venditionem, non accedunt venditioni. & hoc in tertia. Vel pone casum vt in glo.

Codex.

k ¶*Venditi*. id est ex vendito, quod idem est: vt ff. *de act. empt. l. Iulianus. §. ex vendito.*

l ¶*Aduersario tuo*. id est contra aduersarium tuum. i. emptorem.

m ¶*Deberes*. emptori: cum reuera non deberes: puta quia primo illi aliquid debuisti, sed procurator tuus illi soluit: quam solutionem econtra emptor negabat: vnde tu credens ei, illud compensasti quod debebat mihi ex venditione. H. & facit. s. *de rescind. vend. l. venditor si. ue.*

Residuum precij potest peti non obstante refutatione vel compensatione erronea. Et si emptor occupat fructus ad se non pertinentes, restituere tenetur. hoc dicit Bald. concor. Sal.

ii. *Imp.* VALERIA & GALLIEN. AA. & *Valerianus Cæs. Domitiano*[*].

VEndidi[k] actionem ad recipiẽdum residuum precium intendere aduersario[l] tuo poteris. Nec quod in compensationem venerit, quasi & tu inuicem deberes[m], id obesse tibi poterit, si in bonæ fidei contractu[n] (in quo maiores etiam vigintiquinque annis officio iudicis in his quæ dolo[o] omissa sunt, adiuuantur) iusto errore† te ductum, vel fraude aduersarij captum, quasi debitum id esset, quod re vera nõ debebatur, recepisse[p] monstraueris. Fructus quoque perceptos[q] ante venditionem[r] contractam, quos cum venditioni non accessissent, eundem emptorem inuasisse[s] proponis, eodem iudicio[t] reposces.

n ¶*In bonæ fidei contractu*. maximè. nam & in stricti[a] iuris similiter adiuuantur, saltem doli exceptione opposita: vt ff. *de verb. obl. l. si quis cum aliter*. Sed ideo dicit bonæ fidei, quia[b] in eis habet locum magis officium iudicis, quam in aliis: vt *instit. de actio. §. in bonæ fidei.* & s. *de de transact. l. ege.*

o ¶*Dolo*. intercedente vel ex proposito, vel ex ex ipsa re: vt & s. *ex quibus cau. ma. l. in contractib.* & s. *commu. vtriusque iudi. l. maioribus.* & ff. *de iure de l. vtre succursum. §. fi.* & ff. *de pact. l. si cum te*. Acc.

p ¶*Recepisse*. id est[c] pacto remisisse, scilicet compensando.

q ¶*Perceptos*. licet in fundo sint.

r ¶*Ante venditionem*. solo enim tempore venditionis cohærẽtes, vel postea percepti accedunt: vt j. *eo. l. fructus.* & ff. *eo. l. ex empto.*

s ¶*Inuasisse*. id[d] est rapuisse: vt *probatur instit. vi bo. rap. §. quod non solum.* sicut exponitur supra *de rei vindicat. l. dominum.*

t ¶*Eodem iudicio*. Sed cum hi fructus venditionem non attingãt: vt ff. *eo l. fundi. §. si rata*. quomodo veniunt fructus in actione ex vendito? Respond. imò multa[e] veniunt de quibus non est actum nec cogitatum: vt ff. *de contrahen emp. l. quotiens.* & *l. seq. de ædil. edic. l. j. §. causa.* & *de dolo l.* & *eleganter. §. non solum.* 2 Alij dicunt quòd à parte hoc erat actum, ne venirent fructus. 3 Alij dicunt, eodem iudicio, id est coram eodem iudice. sed alia actione, id est rei vindicatione secundum P. 4 Alij, vtili vi bo. rap.

* al. additur. PP.

a Vel in stricti iuris iudiciis locum habet doli exceptio.

b Officio iudicis in bonæ fidei iudiciis patet, quàm in stricti iuris iudiciis.

† errore deductum.

c Pacisci pro pacto remittere.

* Strapodoro.

d Inuadere dicitur qui rapit.

e In venditione multa veniunt de quibus non est actum.

Ex arrali contractu oritur actio personalis, non in rem. h. d. Bald. Vel sic: Datum arrarum nomine repetitur personale actione. Salyc.

iii. *Imp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. *Strapodoro*[*].

EX arrali pacto[u] personalis duntaxat actio paciscentibus præparatur.

Venditor ex mora traditionis tenetur ad interesse emptori iuxta arbitrium iudicis de causa cognoscentis. d. h. ra. secundum Bal. & Sal.

iiii. *Iidem AA. Mutiano.*

EX arrali pacto.] CASVS. Volebam emere rem à Titio. dedi anulum pro arra. Titius cecidit à possessione anuli. nunquid vindicare poterit, quæritur? Dicitur quòd non: sed per triticariam conditionem petet. vnde non ex eo quòd conuenit vt detur pro arra, ex tali pacto arral competit tibi rei vindic. pro anulo. vel retento primo casu d c quòd conuenit quòd anulus mihi restitueretur soluto precio. an cum repetere possim precio soluto, quæritur? Dicitur quòd sic, personali actio. præscriptis verbis non in rem ex empto. alijs modis consueuit poni. dic vt not. in gl. Accursius.

u ¶*Ex arrali pacto*. anulum emptori dedi pro arris: venditor à possessione cecidit: non potest vindicare, sed ratione possessionis condicere per triticariam. sed nec qui dedit, vindicat quasi ex contractu illo vel pacto: sed quia alius erat dominus: & hoc si anuli dominium non transtuli. 2 Alij dicunt, si dedi arram, non ideo sum rei emptæ dominus, sed personaliter ex empto agam. & hoc innuit verbum, præparatur. nam non dicit, nascitur.

tur. 3 Vel dic tertio, in donatione arræ conueni vt mihi redderetur precio soluto. personaliter quidem agam præscriptis verbis, non in rem ex pacto, licet quia al as erã dominus, possum vindicare. vel si nihil conueni, repetã per condictionẽ sine causa, & per actionẽ ex empto: vt ff. eo. l. ex empto. §. si qui. 4 Vel secũdũ P. loquitur de tacito pacto, quod semper intelligitur super arris, scilicet vt emptor pœnitens perdat, venditor duplum reddat: ex quo pacto tacitè personalis nascitur obligatio & actio: vt ꝫ. de fide instrumen. l. contractus. ¶ Sed opponitur, si dedi arram hoc pacto, vt si pœniteam, sit tua nónne venditor dominus factus ex hoc pacto vindicat si à possessione cadat? Sed certè non ex pacto, sed ex traditione & possessione & dominio: nam solum pactum hoc non operatur.

SI traditio rei venditæ iuxtà[a] emptionis contractum procacia[b] venditoris non fiat: quãti interesse compleri emptionem fuerit arbitratus præses prouinciæ, tantum in condemnationis taxationem[c] deducere curabit.

Emptor qui percepit fructus rei emptæ, tenetur ad vsuras precij non soluti. Bald. & Salyc.

v. *Iidem AA. Decimæ*[*].

CVrabit præses prouinciæ compellere emptorẽ, qui nactus possessionem fructus percepit, partem precij, quam penes se habet, cum vsuris restituere[d]: quas & perceptorum fructuum ratio[e], & minoris ætatis fauor, licèt nulla[f] mora intercesserit[g], generauit.

Venditi actio non competit ad contractum rescindendum, nisi rescissio sumat originem ex conuentione. Bald. & Salyc.

v i. *Iidem. AA. Neratio.*[*]

2 VEnditi actio, si non ab initio aliud[h] conuenit, nõ facilè[i] ad rescindendam perfectam venditionem, sed ad precium exigendum competit.

Emptor soluens venditori ignoranti nummos proprios ipsius venditoris, non liberatur. Bald. Vel sic: Venditor non præiudicat sibi, si ignoranter propriam pecuniam nomine precij recipiat. Salyc.

vii. *Iidem AA. Diodoro.*

SI traditio] CASVS. Emi fundum à Titio, nec vult ex sua superbia tradere. qualiter mihi succurratur? Resp. quòd condemnabitur mihi non præcisè ad rem, sed ad interesse.

a ¶ *Iuxta.* id est secundum quod conuenit.

b ¶ *Procacia.* id[a] est cõtumacia: habet[b] enim venditor rem, nec tradidit: & sic condemnatur hic in[c] interesse. & arg. est contra Mar. vt no. ꝫ. de hered. vendi. l. qui tibi. & not. ff. eodem. l. j. AD DITIO. Dicas post Bartol. in l. j ff. eodem. & glo. in verbo. traditur. in §. precium. institu. de empt. & vendi. quòd si venditor habet[d] facultatem rei tradendæ, tenetur præcisè eam tradere. si verò non habet facultatem rei tradendæ, liberatur soluendo interesse. hæc est communis omnium penè doct. distinctio. Item[b] de quo interesse hic dicat, vide ibidem in not. per glos. quæ incipit. Hic nota triplex &c. ¶ Illud nota etiam hic, quòd emptori obiicitur[e] exceptio, nisi precium soluat: vt ff. eod. l. Iulianus. §. offerri. & econtra emptor obiicit venditori nisi rem tradat. vt ff. eo. l. qui pendentem. Quid ergo si[f] vterque de alio timeat? P. dixit sequestrari vtrunque: vt arg. ff. de solu. l. si soluturus. Sed ibi vtroque contrahentium volente, Vel ibi iudice iubente facta fuit sequestratio est enim regulariter prohibita: vt supra de probi. seque. l. j. Dic ergo quòd prius agens offerat, vt modo dixi, vt arg. ff. de ædil. edict. l. ædiles etiam. §. fin. & ĵ. e. l. si pater tuus. in fi.

c ¶ *Taxationem.* per se vel per emptoris sacramentum factam.

CVrabit præses.] CASVS. Minor xxv. an. vẽdidit mihi prædium, ex quo fructus percepi, partem precij solui, partem non solui. tenebor ad precium, & ad vsuras partis precij non soluti à tempore traditionis factæ, & hoc duplici ratione: tum quia fructus percepi, tum fauore minoris ætatis. Viuia.

d ¶ *Restituere* hoc quando ipse emptor percepit: secus si ipse venditor percepit, & eos emptor consequitur: vt arg. ff. de pign. act. l. si pignore. §. si prædo secundum Ot. & quosdam alios: quod non placet. sed sic esset ac si agat emptor ad fructus, & venditor agat ad vsuras, aliàs non, cum culpa sua sibi obstet, quoniam rem non tradidit. nam diceret emptor, vt culpent alij &c. & ff. de iure do. l. cum in fundo. §. quod si acciderit. & pro hoc est quod diximus. ff. eo. l. Iulianus. §. ex vendito. Acc.

e ¶ *Ratio* quæ adeo iusta est, vt cum quasi interesse[g] petantur vsuræ: de vsuris etiam iure canonum obtineat quod hic dicit, secundùm Azo.

*al. Decimio.

a Procacia pro contumacia.

b Contumax venditor censetur si rem habeat, nec tradat.

c Contumax condemnatur in id quod aduersarij interest.

d Venditor rei soluendæ potestatẽ habens tenetur eam præcisè tradere: non habens, liberatur solutione eius quod interest.

e Exceptiones mutuæ inter venditorẽm & emptorem cõsistunt. Nec enim venditor emptori rem tradere cogitur, nisi emptor precium soluat: & è cõtra emptor precium soluere nõ tenetur, ni si venditor rẽ tradat.

f Vsuræ iure canonico peti possunt ratione damni emergentis. & mala Glos. est in l. 2. ĵ. de vsuris.

g Interesse ratione precij non soluti habito respectu ad fructus rei emptæ tam de iure ciuili, quàm canonico debetur. quia cõtra bonam fidem est vt emptor percipiat fructus absque solutione precij: vt l. bonæ fidei ff. de act. empt. limita tamen hãc sententiam per Alex. & alios doctores [illegible] in Glos. in l. 2. in verb. tradita in fin. ĵ. de vsuris.

f ¶ *Nulla.* vt supra in quib. cau. in integ. rest. non est necess. l. in minorum n. Sed contra. ĵ. de inter empt. & vend. l. in initio. Sed expone vt ibi.

g ¶ *Intercesserit.* de iure communi.

VEndita.] CASVS. Actio venditi non ad rescindendam venditionem[a], sed ad precium competit: nisi hoc conuenerit, vt est in emptione siue pacto l. commissoriæ, vel addictionis in diem: vel si vltra dimidiã iusti precij fuerit venditor deceptus Viuia.

SI seruos distraxisti, ac preciũ de peculio eorum, quod ad te pertinebat, nesciens[k] vnde solueretur, accepisti: consequens est integrã te habere actionem precij: cum proprij venditoris nummi soluti non præstent[l] emptori liberationem.

Emptor re non tradita nõn efficitur dominus, etiam si geras se pro domino soluendo tributa, vel etiam collectas pro ipsa: & ideo non potest vindicare, sed potest agere personali ex empto, vt inducatur in vacuam possessionem pretio persoluto. h. d. Bald. Vel sic: Ante rei traditionem aliquod ius reale non transfertur in emptorem: nec solutio vectigalis probat traditionem: ideo rem non potest vindicare, sed ex empto vt res tradatur potest agere: precium tamen compellitur soluere. Salyc.

viii. *Iidem AA. Eusebio.*

SI pater tuus venundedit portionem suam, nec induxit in vacuam[m] possessionẽ prædij: ius omne penes se eũ retinuisse certũ est[n]. Neq; enim velut traditionis factæ vectigal exolutum, si simulatum factũ intercessit, veritatem mutare potuit[o]. Quapropter aditus præses prouinciæ si animaduerterit in vacuã possessionẽ neq; patrem tuum[p] neq; successores eius emptores vel heredes ipsius * quocunque loco[q] factos induxisse nõ dubitabit nihil esse trãslatũ pronunciare. Et si te exẽpto ad inducẽ-

h ¶ *Aliud.* nam quandoque aliud conuenit per quod agitur[a] hac actione etiam ad destruendam emptionem. vt in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, & in simili: vt ff. de leg. commiss. l. si fundus. & infra de pact. inter emp. & vend. l. j. & v. & l. cum te. & ff. eod. l. ex empto. §. si quis ita. & de contrah. emptione. l. sed Celsus. §. si fundus.

i ¶ *Non facilè.* nam quandoque datur etiam ad destruendam, & etiam[b] si nihil fuit actum: vt ꝫ. de rescin. vendi. l. ij. & ff. eodem. l. ex empto. § si quis virginem. & arg. ꝫ. quod met. cau. l. si vl. & ff. eo. l. si heres. sed in illis duabus vltimis non agitur ex vendito.

SI seruos.] CASVS. Seruum mihi vendidisti: nummos peculiares, quos mihi subministrauit seruus tuus, tibi solui. an sim liberatus, quæritur. Dicitur quòd non, quia peculiũ seruorum meorum erat tuum: sed act. habes ex vendito ad precium.

k ¶ *Nesciens.* alioquin[c] donare videtur emptori, & ei solutum videretur: vt ff. deposi. l. j. §. eleganter. & ff. de condict. indeb. l. cuius per errorem.

a Actione ex empto agitur nonnunquam ad destruendã emptionem: vt in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem.

b Atque hoc casu agitur actione ex empto, seu ex arbitrio iudicis: quia quod nõ venit in contractũ, non potest actione ex eo contrahi, & ita Petrus putat, sed dici potest, pactum hic tãtum intelligi ex lege prouenientis vel ex consuetudine.

c eius. cad est si scienti soluit creditori, liberatur: quia breui manu, censetur primò donare, postea in solutum eum recipere.

l ¶ *Non præstent.* vt & ꝫ. si certum pet. l. j. & ff. mand. l. si procuratorem. §. si liber homo. in fin. §. & l. si mandauero. v. §. si mandauerim. & l. cum seruum extero. & de act. empt. l. ex empto. §. emptor. Sed contra. ff. de manu. l. iiij. §. proinde. Solu. licet habeat locum constitutio, vt seruus ad libertatem perueniat solutis peculiaribus nummis, nihilominus tamen emptor remanet obligatus: vt dicta l. ff. manda. l. cum seruus.

SI pater.] CASVS. Pater tuus portionem prædij quod cum Titio habebat commune, vendidit Seio: sed eum in vacuam possessionem non induxit, & sic adhuc dominus remansit. si tributum pro prædio solutum sit a Seio tanquam esset suum, non propter hoc multabitur veritas: scilicet quòd pater tuus dominus perseuerauit, & hoc in secunda. Si vero tu cœperis conueniri ex empto à Seio vt eum inducas in possessionem vacuam, prouidebit præses, an precium sit solutum. quòd si non fuerit, solui tibi iubebit. & hoc in tertia.

m ¶ *In vacuam.* demonstratiuè, non causatiuè dicit. sufficit[d] enim ad dominij translationem etiam in non vacuam induci secundum nos: vt de fundo l. si fundum & no. ꝫ. de proba. l. cum res. & dicitur vacua: vt ff. eo. l. ij.

n ¶ *Certum est.* vt & ꝫ. de hered. vend. l. qui tibi. & ĵ. de his qui à non do. l. qui tibi.

o ¶ *Potuit.* vt ꝫ. de rei vindi. l. solennibus. & ff. de acquir. re. do. l. antepe. & ĵ. de dona. l. si functiones.

p ¶ *Patrem tuum.* id est venditorem.

q ¶ *Quocunq; loco.* i. quocũq; gradu. sunt n. multi grad[9] heredũ: vt instit.

d Dominij translatio non requirit vacuæ possessionis traditionem.

stitu. de vulga. sub. l. stu. in prin.

a ¶*Hoc restitui.* i. dari vel solui: & interim tenebis rem loco pignoris: vt ff. eo. l. *Iulianus*. §. *offerri*. & *de hoc dixi* ﬆ. eo. l. *si traditio*.

S*I minor*.] CASVS. Vendidisti mihi fundum tributarium vel ignorans: non curo. dicebas quòd non debebat nisi v. nomine tributi, & debebat x. agam ex empto quanto minus emissem. & hoc in prima. Si vero sciens huiusmodi onus, illud subij, contra te nulla mihi dabitur actio. & hoc in secunda.

b ¶*Capitatio*. i.[a] tributū siue reditus.

c ¶*Minus daret*. i. dedisset. ¶Sed certè imò nó videtur teneri quādo ignorauit: vt ff. e. l. *si sterilis*. §. j. *quae est contra*. Sol. hic scire potuit venditor, ibi non, quia hereditarium fuit. argu. ff. *de reg. iur. l. qui in alterius*. [1] Vel dic (quod est verius secundum P.) quòd hic adseuerauit, arg. ff. *eo. l. Iulianus*. §. j. [3] Vel nō refert vtrū fuerit sciens an ignorans quantum ad hoc vt agatur quanto minoris emisset emptor: vt hic, & ff. *de aedil. edi. l. quotiens*. Sed[b] quantum ad actionem ex empto, quae pro toto ad interesse datur, interest: quia sciens teneretur in totum, sed non ignorans: vt ﬆ. *de aedil. ac. l. j.* & ff. *de contrahen. emp. l. Labeo. quae sunt contra*. & de hac materia diximus. ff. *eo. l. Iulianus*. §. j. *in gl. imò videtur* &c. ¶Item no. differentiā[c] inter actionem quanto minoris ciuilem, de qua hic dicit, & praetoriam, quae datur quanto minoris res est: vt ff. *de aedi. edi. l. quod si nolit*. §. *si plures*.

d ¶*Cognouisset*. emptor.

e ¶*Nullam*. s. nomine illius grauaminis, quia dolus &c. vt ﬆ. *de transact. l. cum donationis*. & ff. *de act. emp. l. j.* §. j. & ﬆ. *de her. do. l. si à matre* & *de edil. l. si fundum*.

*aestimabit.

† exolutum.

a Capitatio pro tributo & reditu.

b Actio quanto minoris, & ex empto, differunt.

tunc tibi praestitam fuisse

c Actionis quanto minoris ciuilis & Praetoriae differentia.

dum eum in vacuam possessionem prędij perspexerit conueniri: existimabit*, an precium sit solutum: ac si repererit non esse precio satisfactum†, hoc restitui[a] tibi prouidebit.

Si vēditor adserit minus tributum deberi, cum maius debitum sit: tenetur emptori ignoranti ad interesse. scienti autem non tenetur. Salyc.

IX. *Iidem AA. Antipatrae.*

SI minor à vēditore siue sciēte siue ignorante dicebatur capitatio[b] prędij venditi, & maior inuenta sit: in tantum conuenitur, in quātum si scisset emptor ab initio minus daret[c] precij. Sin vero huiusmodi onus & grauamen functionis cognouisset[d], nullam[e] aduersus venditorem habet actionem.

Qui carnem venditam non tradit in termino, tenetur ad interesse. h. d. Bal. Vel sic: Si venditor carnis illam non tradit in termino, tenetur ad interesse valoris non maeroris, hoc dicit cum glo. Salyc.

X. *Iidem AA. Attalo.*

CVm venditorem carnis, fide conuentionis rupta, tēpore placito hanc non exhibuisse proponas: ex empto actione eum, quanti intersit[f] tua si túc* tibi praestita fuisset, apud praesidē prouinciae conuenire potes.

Post venditionem ancillae venditor antequam tradat, est dominus pleno iure. & ideo potest manumittere. h. d. Bald. sed tenetur emptori ad interesse. Salyc.

XI. *Iidem AA. Bucarpiae.*

SI ancillam tibi ex causa venditionis traditam venditor manumisit: libertatem alienae

C*Vm venditorem*.] CASVS. Inuitaueram quosdam ad coenam: conueni cum Becario vt mihi venderet carnes: non fecit quod conuenit, sed ab alio emi maiore precio. quanti mea interfuit eas tunc praestitas fuisse quando eas praestari conuenit, tenebitur mihi Becarius.

f ¶*Intersit*. etiam si nunc paratus sit tradere: quia debuit duo, & tradere, & tunc tradere. hic. & ff. *de arbi. l. Celsus*. & inspicitur hoc interesse: quia carius erat tunc: non in hoc quòd non habuit familia quid manducaret: vt ff. *eod. l. si sterilis*. §. *cum per venditorem*.

S*I ancillam*.] CASVS. Ancillam mihi vendidisti, & tradidisti. traditione facta eam manumisisti. an hoc facere potuisti, quaeritur. Respon. quòd non: quia ancillae per traditionem factae alienae libertatem dare non potuisti. Sed quid si nondum ancillam tradidisti, & dominus perseuerasti? Respon. non retractabitur manumissio: sed teneberis mihi ad interesse.

g ¶*Non potuit*. vt ﬆ. *de his qui à non domi. ma. l. si tradita*.

h ¶*Ne prohibetur*. vt & ﬆ. *de his qui à non dom. ma. l. ij. & iij.* & hoc cum emit priuatus, secus si ecclesia: vt ﬆ. *de sacrosan. eccl. l. fi.* sed & heres seruum[d] sub conditione legatum non potest manumittere: vt ff. *qui & à quib. l. generaliter*. nec alienare: vt ﬆ. *commun. de lega. l. fi.* §. *sed quia*. & ff. *de lega. j. l. seruo legato*. §. j.

i ¶*Competente*. vt ﬆ. *de hered. vendi. l. qui tibi*. & *facit*. ff. *de manumissio. l. cum qui*.

d Seruus sub conditione legatus, non potest manumitti.

S*Icut*.] CASVS. Si vendo tibi x. corbes ex tali segete post venditionem perfectam, commodum & incommodum ad te emptorem pertinebit. Sed si vendo tibi vinum, nec trado: teneor tibi ad interesse. non tantum ad precium quod soluisti.

factae pręstare nō potuit[g]. Quòd si post venditionem ante traditionem manumisit: pleno iure dominus constitutus, ciuem Romanam facere nō prohibetur[h]: tibi personali propter ruptam fidem contra vēditorem actione competente[i].

Quando vinum venditur certae qualitatis & mensurae, statim periculum & commodum est emptoris. hoc dicit Bal. Vel sic: Vini in specie venditi postea mutati, seu in precio diminuti vel aucti, periculum spectat ad emptorem. Et non tradens vinum ad mensuram venditum, tenetur emptori ad interesse. Salyc.

XII. *Iidem AA. Crispino**.

SIcut periculum vini mutati quod certum[k] fuerat comparatum, ad emptorem, ita commodum aucti precij pertinet[l]. Vtq;[m] hoc verum est, sic certae qualitatis[n] ac mensurę distracto vino, fidem placiti seruandam esse conuenit. Quo non restituto, non precij quantitatis[o], sed quanti interest emptoris†, competit actio.

Perfecto contractu fructus pertinent ad emptorem, ad quem pertinent etiam onera functionum. Econtrario vero ab emptore post moram petitur precium cum vsuris. Baldus.

XIII. *Iidem AA. Alexandro.*

FRuctus post[p] perfectum[q] iure contractum, emptoris spectare personam conuenit[r], ad quem & functionum grauamen[s] pertinet. Venditor quoq; precium tantum, ac si mora[t]† intercessisse probetur, vsu-

k ¶*Certum*. in specie.

l ¶*Pertinet*. nam secundum naturā est, &c. vt ff. *de reg. iur. l. secundum naturam*. ¶Et dic certum. s. in specie. ¶Item dic[a], cum vinum venditur in specie, secundum Io. & P. post degustationem, emptoris est periculū: cū verò in quantitate, post degustationem & mensurationem habitā est periculū emptoris, nisi vinum veneat in auersione: vt ff. *de peric. & comm. rei ven. l. si quis vina*. §. *si in auersione*. & ff. *de contrahen. empt. l. quod saepe*. §. *in his*. Ante mensurationem itaque & degustationem periculum est venditoris. Omne inquam periculū siue acoris, siue mucoris siue effusionis: nisi emptor periculum in se susceperit, vt dixi, vel nisi fuerit in mora degustandi: sed licet & tunc. s. ante degustationem & mensurationem sit periculum venditoris: transfert tamen in emptorem, vt dixi, offerendo & denunciando ei vt degustet & metiatur, periculum acoris & mucoris non effusionis: sed omne periculum est emptoris post degustationem & mensurationem, sed non post degustationem tātum, nisi periculum deteriorationis tantum: sed ante degustationem omne periculum est venditoris. sic non est ratio eadem contrariorum, vt post degustationem omne periculum sit emptoris. sic. ff. *de neg. gest. l. si quis negotia aliena gerens indebitum*. &c. hoc secundum omnes, excepto Azo. qui aliter dixit: vt diximus ﬆ. *tit. j. l. ij.* Accur.

m ¶*Vtque*. id est sicut.

n ¶*Qualitatis*. id[b] est bonitatis: vt est Campaniae. ¶& nota quòd hoc fuit in genere[c], quod perire non potest. ff. *ad leg. Falci. in ratione. y. § incerta*.

o ¶*Quantitatis*. scilicet de illa vinea, vel de hoc vase. nec solum conuentum vel commune, sed etiam singulare petitur interesse: vt ff. *eod. l. j.*

F*Ructus*.] CASVS. Post perfectam venditionem fructus ad emptorem transeunt, & emptor tenetur soluere tributa. & hoc in prima. venditor non potest petere nisi precium: nisi emptor fuerit in mora: quo casu peteret vsuras.

p ¶*Post*. & non ante: vt ﬆ. *eo. l. venditi. j. in fi.* Acc.

q ¶*Perfectum*. ad[d] quod plura sunt necessaria: vt ﬆ. *tit. j. l. j.*

r ¶*Conuenit*. vt ff. *eo. l. Iulianus*. §. *si fructib.* nisi venditor exceperit: vt ff. *de contrah. empt. l. qui fundum*. §. *fundi*.

s ¶*Grauamen*. vt & ﬆ. *sine cen. vel re. l. ij. & iij.*

t ¶*Ac si mora*. idem si non fuerit in mora: vt ﬆ. *eo. l. curabit*, cum habeat fructus, vel pactio: vt ﬆ. *de pac. inter emp. & vend. l. in initio*. ¶Sed cum possit venditor petere precium, ergo habere videtur: vt ff. *de regul. iur. l. qui actionem*. Sed respon. hoc non potest dicere em-

a Vini venditi, cuius est periculum.

* al. Crispo.

† empti in omnibus.

† moram.

b Qualitas pro bonitate.

c Genus perire non potest

d Perfectus contractus venditionis quando dicatur.

ptor, cum habeat vel petat fructus: vt diximus: s. eo. l. curabit.

a ¶ *Exigere potest.* vt & ff. de peri. & commo. rei vend. l. fin. & de vsur. l. mora. in § bonae fidei.

EMptor.] CASVS. Qui vendit seruum, debet promittere quòd non sit fugitiuus, & quòd sit sanus, & quod non sit erro, & quòd sit noxa solutus, & quòd eum tradet.

b ¶ *Tradendis.* Sed quomodo cauetur de tradendo, cum statim debeant tradi? Resp. fortè post certum tempus tradi debebant: vt ff. de iudic. l. in omnibus.

c ¶ *Eorum fuga.* quòd absit.

d ¶ *Sanitate.* quòd adsit. & sic de corporali & animi vitio cauetur: vt ff. eo l. ex empto. § etiam. & § animalium. Sed heres non cauet de corporis vitio pro seruo legato: vt ff. de lega. j. l. si à substituto. § heres.

e ¶ *Erroneísque.* Erro dicitur, qui in res nugatorias totum expendit. Qui sint fugitiui & errones: habes. ff. de aedil. edic. l. quis sit fugitiuus. in prin. & § erronem.

f ¶ *Noxa solutos.* i. quòd eorum nomine dominus noxaliter non teneatur, vel quia nunquã commiserũt delictum, vel quia est satisfactum: vt ff. de aed. edict. l. si quis fit fugitiuus. § quod aiunt aediles. sed si domino fecerit furtum, non tenetur, nisi dixerit: vel promiserit: vt ff. de aedil. edict. l. si furtum. & l. quod si nolit § j.

VLtra modum.] CASVS. Si vendo frumentum pro v. non possum petere nisi v. nisi emptor fuerit in mora, vel nisi aliud conuenit. vel dic, si vendam ad certam mensuram, puta x. corbes: vltra petere non possum, nisi &c. & tunc petam interesse.

g ¶ *Vltra modum.* i. quantitatem.

h ¶ *Exigere potest.* vt supra eodem. l. fructus. sed facta mora venit interesse.

[Margin: a Cautio de tradendo fit vo quemadmodum possit interponi. — b Sanitatem corporis & animi sirui venditi, emptor sibi re promitti recte postulat. — c Erro quis dicatur. — d Noxa soluti qui dicantur. — *pars l. vlt. s. tit. prox. vbi dixim. — † non idem in bona mora. Bal. — *Herminiano & Lupo. — e Modus pro quantitate. — f Mora venit in ratione eius quod interest. — g Venditio vt perfecta dicatur plura requiruntur. — h Iniuria facta emptori non nocet venditori. — i Defensionis promissor ...]

ras officio iudicis exigere potest[a].

Venditor tenetur se obligare particulariter & distinctè ad omnia capitula quae sunt de natura contractus. h. d. not. & tene menti. Bal. Vel sic: Venditor seruorum tenetur se obligare ad hic scripta. Salyc.

XIIII. Iidem AA. Rufoni.

EMptor seruorũ certè de his tradendis[b], & de eorum fuga[c], itémque sanitate[d], erronésque[e] non esse, aut noxa solutos[f], repromitti sibi rectè postulat.

Determinata conuentio parit actionem determinato modo. h. d. Bal. Vel sic: Emptor non potest petere vltra conuenta, nisi mora sit facta. Sal.

XV. Iidem AA. Antonio.

VLtra modum[g] tritici distracti citra pactum, in solutione mora non facta, nihil emptor exigere potest[h].

Fructus pecorum pertinent ad emptorem: & tenetur venditori resarcire sumptus quos fecit in pecoribus. h. d. Bald. concor. Salyc.

XVI. Iidem AA. Cyrillo.

POst* perfectam[i] venditionem foetus quidem pecorum emptori, venditori vero sumptus si quos bona fide fecerit, restitui debere notissimum est[k].

Venditor† non tenetur defendere emptorem à violentia quae sibi de facto infertur. h. d. no. secundum Bal. Vel sic: Violentia facta emptori non nocet venditori, sed emptor contra expellentem habet actionem. Salyc.

XVII Iidem AA. Herminiano*. & Lupo.

EXpulsos vos de fundo per violẽtiam à Nerone, quem habere ius in eo negatis[l], profi-

tentem nullam vobis aduersus eum, ex cuius venditione fundũ possidetis, actionem competere probatis[m]. Igitur ad instar[n] interdicti seu actionis permissae experiendum esse perspicitis.

POst perfectam.] CASVS. Si pecora mihi vendidisti: foetus, refusis tibi sumptibus, si quos bona fide fecisti, restituere debes.

i ¶ *Perfectam.* ad quod plura sunt necessaria: vt j tit. proxi. l. j. diximus.

k ¶ *Notissimum est.* vt & ff. eo. l. Iulianus. § praeterea.

EXpulsos.] CASVS. Si praedium mihi vendidisti, & de euictione mihi promisisti: de eo quòd vi expulsus sum à Titio, non agam tecum de euictione: sed aduersus Titium interdicto vnde vi. vel actione in factum, quae datur loco cuiuslibet interdicti.

l ¶ *Negatis.* hodie etiam si haberet, amitteret: vt s. vnde vi. l. si quis in tantam.

m ¶ *Probatis.* nam iniuria quae fit emptori, non nocet venditori: vt ff. de euict. l. si per imprudentiam. circa princ.

n ¶ *Ad instar.* non ideo, quin possit vel interdicto vnde vi agi, vel actione in factum, vt subiicit: sed ideo, quia sublata est antiqua solemnitas: vt institu. de interdic. § fina. potest etiam per constitutionem, si quis in tantam. j. vnde vi experiri. Sed & rei vindicatione. & in hac si succubuerit, aget de euictione: vt ff. de euict. l. euicta. § duplae.

SI QVIS ALTERI VEL SIBI SVB alterius nomine, &c.

Regularia venditionis s. posuit, nunc ponit specialia.

o ¶ *Si quis alteri vel &c.* scilicet emerit, quod est. j. de hoc habes. j. eo l. multum. in ver. si vero.

TITVLVS L.

SI QVIS ALTERI[o] vel sibi[p] sub alterius nomine, aliena† pecunia emerit.

Res empta ab vxore de pecunia mariti, ab herede mariti vindicari non potest: sed ad pecuniam est agendum. Bald. & Salyc.

I. Imp. ANTONINVS A. Secundino.

SI pecunia[q] patris fundus mancipiáq; comparata[r] sunt: tamen cum emptiones matris tuae nomine factas esse proponas: ignorare non debes traditione matrem tuam dominam fuisse constitutam[s]. Planè si pecuniae petitionem competere tibi propter numeratione[t] precij existimas, ciuiliter[u] contende*.

Donatio facta filio in potestate, confirmatur emancipatione, si res fuit filio tradita, vel reperitur in possessione de voluntate patris tacita vel expressa. hoc dicit Baldus. Vel sic: Si pater tradat filio emancipato fundum quem emit eius nomine dum erat in potestate, vel cum scivit possidere: donatio perficitur, & emancipato dominium acquiritur. Salyc.

II. Imp. ALEXAND. A. Septimae† & aliis.

SI emancipatis[x] vobis fundos quos nomine vestro cum in potestate ageretis, pater emerat, tradidit, vel in possessione eorum voluntate[y] patris fuistis, dominium acquisistis.

p ¶ *Vel sibi.* de hoc habes. j. in d. l. multum. ibi, in contractu est & c. & in versic. quod si tu quidem emisti.

SI pecunia patris.] CASVS. Si mater tua ex pecunia patris fundum comparauit suo nomine, & sibi traditus est. cui sit acquisitus fundus, quaeritur? Resp. matri. sed tu qui patri tuo succedis, ad te pecuniã eam cõuenire poteris. sed qua actione, non apparet. tu dic, nego. gest. si gessit negotia patris, vel mandati, si mandatum intercessit.

q ¶ *Si pecunia patris.* scilicet tui.

r ¶ *Comparata.* ab eius vxore suo nomine.

s ¶ *Constitutam.* vt & j. ed. l. penult. & infra de donatio. inter virum & vxo. l. & si de tuo. & supra de rei vindica. l. si ex ea. & supra de proba. l. ad probationem. & s. communia vtriusque iudi. l. si patrum. etiam si socius sit omnium bonorum: vt ff. de admin. tuto. l. Titium. § alterio. & ff. pro socio l. si quis societatem. Sed hoc fallit* in quatuor casibus. 1 Vnus supra de rei vindic. l. si vt proponis. 2 Alius infra arbit. tute. l. curator & ff. quando ex facto tut. l. v. (& idem in praelato videtur, qui emit ex pecunia ecclesiae. 3 Item idem si vir ex pecunia dotali emerit res aliquas voluntate vxoris: vt ff. de iure dot. l. ita. & l. res quae. (hic tamen concursu voluntatis vtriusque vi detur dominium in vxorem transire.) 4 Item & si vxor donauerit marito pecuniam, & ille ex illa rem emerit, nec soluendo est. nam datur mulieri vtilis rem actio: vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. vxor marito.

[Margin: † adde Cons. ... — *consule ... — † Septimiae.]

t ¶ *Propter numerationem.* à patre tuo factam.

u ¶ *Ciuiliter.* si negotia gessit, negotiorum gestorum vel mandati: aliàs si donauit vir, condictione sine causa, vel ex iniusta causa, vel rei vindicatione si extat, & erat hic filius heres patri, sed mater viuebat, & fuit reuocata donatio per virum, vt morte confirmetur. Acc.

SI emancipatis.] CASVS. Filio tuo in potestate tua constituto praedium emisti, & emancipato tradidisti: an sibi sit acquisitum dominium, quaeritur? Respon. quòd sic. idem est si tu passus fuisti eum in possessione fundi esse.

x ¶ *Si emancipatis.* aliàs secus, vt & s. de inoff. do. l. ij. & de proba. l. fina. possidetis. & j de dona. l. fine.

y ¶ *Voluntate* quod sufficit: vt j. de acquir. pos. l. minus. & s. de contrab. empt. l. non idcirco. in princ. Acc.

MAncipia.] CASVS. Si mater tua tuo nomine & fratris, cui scilicet fratri successisti, fundum comparauit, & tibi fratrique tuo traditus est: licèt in instrumento venditionis contineatur quod ipsa pecunia sua comparauit ipsum, eo non obstante fundum persequi poteris.

a ¶*Fratris tui.* scilicet nomine.

b ¶*Empta.* scilicet à matre vestro nomine.

c ¶*Contineatur.* hoc enim non probat ista: vt & ĩ. *de probat. l. ad probationem. l. j.*

Q*Vamuis.*] CASVS. Si maritus fundũ comparauit: & in instrumẽto scribi fecerit, quod socrus sua emerit, cum in veritate non emit: magis inspicitur quod in veritate actum est, quàm quod simulatè conceptũ est, vnde illa nec totũ, nec partẽ fundi vindicare poterit.

d ¶*Inscripseris.* i. inscribi feceris sic. ff. *de his qui not. infa. l. furti. §. mandati.* i. Vel dic propriè, tu tamen emebas secundum vtramq; expositionem, & aliud agebatur, & aliud simulabatur: vt & *supra plus valere quod agi. l. si quis. & j. l. proxi. & l. multum.* Instrumento[b] tamen statur prima[c] facie: vt ĩ. *de probatio. l. cum precibus.*

e ¶*Tenens.* scilicet tu.

f ¶*Tabulas.* id est scripturam.

C*Vm propria.*] CASVS. Ex pecunia tua, & tuo nomine fundum comparasti: in instrumento venditionis nomen vxoris causa honoris inscribi fecisti: illa instrumentum surripuit, & in filiam fundũ tanquam suum titulo donationis transtulit. nunquid tibi præiudicauit, quæritur? Respon. quòd non: sed post recuperabis fructus quos percepit, æstimatione taxata, si probaueris te emisse, & gratia honoris instrumento nomen eius inseruisse.

g ¶*Cũ propria pecunia.* ad remouendũ vt de pecunia nõ tenearis, vel quia ita fortè enumerat.

h ¶*Accommodasse.* fortè causa honoris: vel fortè alia ratione simili, quæ redditur. ff. *de auct. tut. l. pupillus. §. sanè si quidem. & j. de commerc. & mer. l. nobiliores.*

i ¶*Suæ.* datiui casus.

k ¶*Habens.* hoc quod sequitur donationem &c.

l ¶*Filiam suam.* ex alio viro. Acc.

m ¶*Docenti.* quod oportet te facere, cum satis sit pro ea, instrumento contineri eam emisse: vt hic, & ĩ. *de proba. l. cũ precibus. & ĩ. plus vale. quod agi. l. acta. & j. de do. inter vi. & vxo. l. si filij. & j. de contrah. & commit. stipu. l. si tam.*

n ¶*Taxatione.* id est æstimatione taxata.

M*Vltum.*] CASVS. Vxor mea comparauit prædium, & sibi traditũ fuit: ego autẽ numeraui vẽditori preciũ. cui acquisitum sit dominium illius prædij, quæritur? Respon. quod vxori. si enim solui preciũ pro ea, videor ei pretiũ donasse: sed recuperabo quatenus sum pauperior, & ipsa locupletior. & hoc in prima. Si verò ego cõparaui, & mihi traditum est: feci tamen scribi in instrumẽto quòd vxor mea emit: mihi erit quæsitũ dominiũ. sed quid si non vt nuncius, sed vt procurator volens negotiũ gerere vxoris meæ, dixi sic vẽditori, vendis vxori meæ tale prædium? & ipse respondeat: vendo: cui sit acquisita actio ex empto, quæritur? Respo. quòd nec mihi, quia nolui: nec vxori, quia non potui: quia alteri paciscì, &c. ille tamen cui facta est traditio, potior erit in dominio fundi. & hoc in tertia.

o ¶*Multum.* tres casus ponit. Acc.

p ¶*Nam tradidisti.* ipsi mulieri vt emeret, volens tu vir ei donare. & sic habent locũ sequentia. aliàs si venditori numerasses similiter volẽs ei donare, in solidum teneretur: vt ff. *de don. inter vir. & vxo. l. quod autem. §. si vxor. & l. si cum mulier. & j. de dona. inter virum & vxo. l. & si de tua.*

q ¶*Habito.* & te pecuniam numerante.

r ¶*Nam.* redit ad primum.

s ¶*De precio.* non ergo petes rem: vt & diximus ĩ. *eod. l. quamuis. & de rei vindi. l. si ex ea pecunia.*

t ¶*Si tu quidem emisti.* redit ad secundum.

u ¶*Res gesta.* id est veritas.

x ¶*Scriptura.* Sed interim statur[a] scripturæ: vt *supra de proba. l. cum precibus. & infra de contrahen. stipula. l. optimam. in fi.* continebatur enim in instrumento virum & vxorem emisse, vel vxorem tantum, cum tu tantum emeris. *& ad hoc ĩ. e. l. quamuis. & l. proxi. & ĩ. plus va. quod agi. l. acta. & infrà de contrahen. & commit. stipulat. l. si tam.* si autem de viro tantum contineretur, sed nomen vxoris tantum esset positum, vt quia dixisses vir: vendis mihi & Bertę vxori meę ementi mecum nomine, sed non re, vt dixit M. quia tunc satis patet simulatio. & hoc secundo modo intelligunt quidam hoc responsum.

y ¶*Comparasti.* sine mandato, vel etiam cum mandato: sed tamẽ procuratoris non nuncij receperat officium, & ipse nuncij & non procuratoris concepit verba in emptione, scilicet sic, vendis illi.

z ¶*Ipsius.* per hæc verba, vendis vxori meæ.

a ¶*Actionem.* aliud enim nuncio est.

b ¶*Potes.* Nota quòd possum[b] nolo, &[c] quod volo non possum. sic *& j. de dona. l. sine emancipatum. & j. de iure do. l. si genero.* ¶Item not. quòd omnis nuncius[d] est procurator largè, sed[e] non conuertitur: vt ff. *de procurato. l. j. §. j.* Hic tamen strictè accipitur nuncius, & est nuncius velut[f] pica & organum domini: & in persona do-

Numerans precium alio emente, non quærit sibi dominium. h. d. nisi nomen emptoris fuerit appositum simulate. Bald. Vel sic: Ministro non quæritur dominium, licet numerauerit precium. Salyc.

III. *Idem A. Patrimo*[a].

MAncipia quorũ meministi, si (vt proponis) nomine tuo, itémq; fratris tui[a], cui successisti, ẽpta[b], vobis tradita sunt: licet instrumẽto emptionis matrem tuam pecunias numerasse contineatur[c], persequi ea more iudiciorum non prohiberis.

Probata simulatione nihil prodest habere penes se instrumentum: tamen in dubio non præsumitur simulatio. h. d. tex. cum glo. Bald.

IIII. *Imp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. *Cæs. Cyrillo.*

QVamuis instrumento emptionis socrus nomen inscripseris[d], tamẽ si possessionem tenens[e] dominus effectus es: ob eam rem frustra calumniá mulieris, quamuis ipsa contractus tabulas[f] habeat, reformidas.

Si vir emens in veritate, facit apponi nomen vxoris in instrumento simulatè, acquiritur viro, non vxori: & vxor possidens tenetur restituere rem cum fructibus taxatis à iudice. h. d. Bal. Vel sic: Si maritus de vxore confisus instrumentũ emptionis scribi fecit in persona vxoris, & vxor contra fidem rem emptam contulit in filiam, non præiudicatur marito petenti rem cum fructibus restitui, probata simulatione instrumenti. Sal.

V. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. *Vero.*

CVm propria pecunia[g] tua te comparante possessionem† quandam vxoris tuæ nomen tantummodo accommodasse[h] dicas, eandémq; occasione custodiæ suæ[i] commissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatem eiusdẽ fundi vsurpasse dicas: rector prouinciæ pro sua exercitatione cognitum[*] habens[k], donationem† a non domina vxore tua in filiam suam[l] collatam, nullum præiudicium dominio tuo attulisse: docenti[m] tibi veritatẽ precib. tuis adsistere, restituere eandem possessionẽ, habita etiam fructuum taxatione[n], curabit.

Hæc lex est multum singularis, & h. d. Res empta per vxorem de pecunia viri, efficitur vxoris: tenetur tamen viro quatenus de precio est locupletata. sed res empta per virum apposito nomine vxoris in instrumento, pertinet ad virum qui in se concepit cõtractum verum. sed si vir non concepit contractum in se, sed in persona vxoris absentis, contractus non tenet: & ideo ex eo non oritur obligatio: sed tamen traditio facta ex eo transfert dominium. h. d. no. secundum Bal. Vel sic: Si vxor emit sibi fundum de pecunia quam vir numerauit sibi, fundus vxoris efficitur, & maritus pecuniam ab ea repetit, quatenus locupletior existit. secus si maritus emerit sibi, sed nomen vxoris in instrumento fecerit scribi: quia tunc fundus efficitur mariti veritate attenta, & non scriptura: & vbi vir procurator vxoris competit verba contractus in personam vxoris, contractus est inutilis: & ideo neutri eorum competit actio, sed in traditione facta ex eo is cui traditur, potior in dominio habetur. Salyc.

VI. *Iidem AA. Dionysio.*

MVltum[o] interest, verúmne vxore tua comparante pecuniã numerasti[p], eiq; possessio tradita est: an contractu emptionis a te nomine tuo habito[q], tãtum vxoris nomen pòst instrumentis inscribi feceris. Nam[r] si quidem vxor tua nomine tuo emit, eiq; res traditæ sunt, nec in te quicquam de his processit: non nisi de precio[s] aduersus eũ, in quantum tu pauperior, & illa locupletior facta est, habes actionem. Quòd si tu quidem emisti[t], & tibi tradita est possessio, tantum autem nomen vxoris quõdã tuę instrumẽto inscriptũ est: res gesta[u] potior quàm scriptura[x] habetur. Si verò ab initio negotiũ vxoris gerens, cõparasti[y] nomine ipsius[z]: empti actionẽ[a] nec illi, nec tibi quæsitã: dũ [quæ] tibi nõ vis†, nec illi potes[b]. Quare in dominij quæstione ille potior habetur, cui

a Inscribi. qui inscribi facit.
* Paterno.
b Instrumento publico stetur adstipulanti præsumptione. Præsumitur enim verum, solenne, & scriptum de mandato contrahentium. adde Alciatũ. 3. præsumpt. 11. Bertrandum 4. consil. 5.
c Contrarium talis præsumitur qualis apparet in prima sui figura nec enim præsumitur simulatio: ideò qui simulationem dixerit, onus probandi incumbit. v. Berto. & Iaso.
† te cõparantem possessione.
* cognitum.
† dominus donationem.
a Scripturæ in dubio statur, tantisper dum contrarium probetur.
† Hęc duo, voluntas, & potestas hominem maximè perficiunt.
b Concor. c. ex parte. cum Glo. l. circa princ. de vest. spo.
c Quod potui, nolui: quod volui adimplere nequiui.
d Nuntius lata appellatione est procurator, & non è contra.
e Procuratoris & nuncij differentia.
f Nuncius est velut pica & organum domini. similis Gloss. in l. & l. res 15. ff. de constituta pecunia. vbi dixi. Idem tenet Antonius de Canario. de emphyteot.

mini[a] debet concipere verba contractus: & si domino quæri dicitur per seipsum, non per alium. & concipit verba sic. vendis[b] illi: vt ff. de consti. pe. l. qui autem. §. fi. & l. seq. & de contrahen. emp. l. j. §. fin. Si autem dicat nuncius, vendis mihi: & sic in sua persona concipiat verba, valet vt sibi quæratur, sed domino tenetur mandati, secundum quasi malè fecerit mandatum, arg. dicta. l. ff. de procur. l. j. §. j. Si[c] autem est procurator, tūc verba contractus debet concipere in sua persona, & sibi quærit: vt j. l. proxi. in fin. & ff. de consti. pec. l. cum qui. §. Iulianus quoque lib. xj. scribit. in fin. Sed domino cedere tenetur:, vt ff. de acquir. poss. l. possessio quoque. §. etsi possessio. Si autem in persona domini, non valet sibi: quia non vult, nec domino, quia non potest. Alteri enim stipulari &c. vt ff. de verb. obligat. l. stipulatio ista. §. alteri. & sic hic loquitur. & ff. de contrahen. empt. l. fundus. & de constitu. l. sed & si filio. §. j. * Sed M. dixit alteri per alterum quæri vtilem actionem: vt argu. ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si procurator. & quod hic dicit, intelligitur non quæri domino. s. directam. * Quod non placet. & in d. l. Iulianus. ideo est, quia dabatur in dominum vtilis institutoria, vnde iniquum erat nisi & sibi daretur ex eiusdem persona actio. Regulariter[d] ergo non quæritur actio per alterum, nisi in casib. quos no. Instit. de inuti. stipu. §. si quis aliij. Sed dominium & possessio sic: vt suprà per quas person. nob. acqui. l. j. speciale tamen est in quibusdam, vt in cuiuscunque personam concipiantur verba, quærantur domino: vt in tutore, & curatore, & actore: vt ff. de consti. pecu. l. cum qui. §. fi. Item in seruo & etiā in filio quantum ad profectitium peculium: vt instit. de stipu. seruo. §. fine.

a Nuncius in personam domini non in sua, verba contractus concepit, & domino quærit etiam sine cessione.
b Nūcius quēadmodum concipiat verba contractus in personam domini.
c Procurator in suam personam verba contractus cō cepit, ac sibi quęrit tamen, si res ita quæsitas cedere domino postea tenetur.
* hanc.
d Alteri per alterum regulariter non quæritur actio, nisi certis casibus.
* Valentiniane.

possessio a domino tradita est[a].

Procurator contrahere potest, & debet ex eo agere, vel procuratorem ad agendum constituere ad petitionem domini. h. d. Bal. Vel sic: Mandatarius subiectus potestati mandantis illi quærit actionem: non subiectus verò sibi quærit, sed debet experiri ad petitionem domini, vel procuratorem ad experiendum constituere. Salyc.

VII. *Idem AA. Gerontio.*

CVm per eos qui negotia tua gerebant, olei materiam te comparasse, contractúsque fidem precio suscepto rupisse venditorem proponas[b]: si quidem ex empto, his qui iuri tuo subiecti fuerant, contrahentibus[c], tibi quæsita est actio, vel per te, [vel per eum] cui mandaueris[d]. Sin verò sui iuris constituti, secundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt[e], ac* sibi empti quęsierunt actionem: per eos, vel quibus[f] illi dederint mandatum, adi competentem iudicem: qui secundum bonam fidem (quæ in huiusmodi contractibus obseruari solet) satisfieri prouidebit.

Si vnus ex fratribus de pecunia communi emit suo nomine: sibi, non alteri fratri dominium acquiritur. h. d. Bal. & Salyc.

VIII. *Idem A. Valentinæ*.*

QVi aliena pecunia comparat, non ei cuius nummi fuerunt, sed sibi tam actionem empti, quàm dominium, si ei fuerit tradita possessio, quærit[g]. Cum itaque de rebus[h] communibus fratrem patruelem tuum quædam comparasse contendas: de tua pecunia hunc conueniendo[i], facies consultius[k]. Nam in rem de rebus ab eo comparatis, tibi contra eum petitio non competit[l].

In contrahendo inter absentes requiritur nuncius vel epistola. h. d. Bal. Vel sic: Dominium trāsfertur in eum cui per venditorem res traditur, licèt alius pecuniam numerauerit: & venditio inter absentes requirit nūcium vel epistolam. Salyc.

IX. *Iidem AA. Rufinæ*.*

NIhil prohibet, altero[m] pecuniam numerante, in alium[n] vel vtriusq;[o] contrahentis consensu, vel certè venditore tantummodo volente, dominiū transferri: eo etiam manifestè constituto[p] vt inter absentes per mediam personam, veluti per nuncium vel per epistolam talis contractus perfici possit.

TITVLVS LI.

DE REBVS ALIENIS non alienandis, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca.

Emptor rei alienæ tenetur restituere domino, nisi probet quo iure emit, vel nisi præscripserit: quo casu emptor securus est. sed venditor domino tenetur condictione ad precium. h. d. Bald. Vel sic: Emens rem alienam scienter, non vsucapit: & domino restituere tenetur. emens vero ignoranter, vsucapit: ideo post vsucapionem dominus agit solum de precio contra venditorem. Salyc.

I. *Imp. ALEXANDER A. Cantiano*.*

a ¶*Tradita est*. vt ab eo qui habet ius vendendi: vt & s. *de rei vind. quotiens*. ¶Sed qualiter in dominio erit potior, cum contractus in nullius persona teneat. vt hic, & nuda venditio non transferat dominium: vt ff. *de acquir. rerum do. l. nunquam*? Respond. dic dominij, id est possessionis. sic. ff. *de verbo. signific. l. interdum*. Tu dic quòd ex inutili contractu transit dominium: vt & ff. *de dolo. l. & elegant. in princip. & dixi suprà de fide instru. l. contractus*. ¶Sed quomodo obligatio non contrahitur, sed possessio & dominium transfertur ex inutili contractu? Resp. obligatio[e]. iuris est: vnde ex legitimo tantum contractu nascitur obligatio: possessio vero facti, ideóque sine obligatione quæritur: vt arg. ff. *ex qui. cau. maio. l. denique*.

e Obligatio iuris est, possessio facti.

CVm per eos.] CASVS. Si filius meus vel seruus oliuas à Titio tuo nomine comparauit, nec ille fidem seruauit, quia tradere noluit: agam aduersus eum actione ex empto per me, vel per procuratorem meum. & hoc in prima. Si verò aliquis tanquam procurator, quia ei mandaui, nomine suo fundum comparauit: si venditor non tradat, aget, sed non ego. sed per actio. mandati cōsequar vt ipse cedat mihi actionem quam habet aduersus venditorem. & hoc in secunda.

b ¶*Proponas*. quia non vult tradere.

c ¶*Contrahentibus*. ablatiui absoluti.

d ¶*Cui mandaueris*. id est mandabis: puta procuratorem. & adde quod est in fin. adi competentem &c.

e ¶*Habuerunt*. suo nomine. aliàs non valet: vt s. l. proxi.

f ¶*Vel quibus*. potes enim eos cogere actione mandati vt cedant actionem contra venditorem cuius: vt hic, & ff. *de vsufr. l. pignori*. ff. *de acquirenda possessione. l. possessio. §. & si possessio*. & ff. *mand. l. idemque. §. si cui mandauero*. ¶Item no. hic quòd ex alterius contractu alteri non quæritur actio: licet M. dixerit hoc verum de directa: vt & diximus s. eo. l. proxi.

QVi aliena.] CASVS. Si pecunia mea tuo nomine fundum comparasti: si tibi tradidit venditor idémq; dominus, tibi est dominium acquisitum. Si vero non tradidit: acquisita est tibi actio ex empto. & hoc in prima. Si tua pecunia tibi cum Titio communi comparaueris, & tuo nomine: conueniet Titius ad partem pecuniæ quæ sua erat, sed non ei dabitur ad fūdum in rem actio, & hoc in secunda.

* Rufinæ.

g ¶*Quærit*. vt s. eo. l. j. *diximus*. & facit j. *de d. stra. pignor. l. si maritus*. & j. *de pigno. l. quamuis ex ea*. & ff. *pro soc. l. si quis*.

h ¶*De reb*. id est de pecuniis communibus.

i ¶*Conueniendo*. pro socio, vel condictione sine causa: vel alia generali condictione.

k *Consultius*. pro* suo positiuo ponitur.

* Cōparatiuum pro positiuo quandoque ponitur.

l *Non competit*. nisi sit socius omnium bonorum: vt *supra communia vtriusque iudic. l. si patrum*. secundum H. quod non placet, imò ad communicandum agitur: vt ibi.

NIhil prohibet.] CASVS. Si procurator meus fundum nomine suo comparauit, si tamen ipse venditor gestiuit in animo vt mihi quęreretur, mihi acquisitum est dominium. & hoc in prima. An autem inter absentes vel per epistolam vel nuncium contrahi possit venditio, quæritur. Respond. quòd sic. & hoc in secunda.

* Canlano. al. Catiano.

m ¶*Nihil prohibet, altero*. id est, procuratore, qui[b] scienti & ignoranti domino quærit: vt ff. *de acquiren. rerum domi. l. si procurator*. siue ergo ambo hoc gestiant, siue venditor tantum: mihi acquiritur: vt hic, & ff. *de dona. l. qui mihi*. idem si solus procurator hoc gestiat: vt ff. *de acquiren. possess. l. j. §. hac quæ de seruis*. secus in negotiorum gestore, qui non acquirit: vt ff. *de neg. gestis. l. si ego*. Acc.

b Procurator scienti & ignoranti domino adquirit.

n ¶*In alium*. cuius nomine empta est.

o ¶*Vtriusque*. scilicet tam eius qui precium numerauit, quàm vendentis.

p ¶*Constituto*. vt ff. *de contrahen. emp. l. j. §. fin. & s. de contrahen. emp. l. j. & instit. de oblig. quæ ex consensu*.

DE REBVS ALIENIS NON alienandis, &c.

Audisti alterius factum alteri non prodesse: audi modo non obesse.

SI præsidi.] CASVS. Si seruum meum Titio scienti vendidisti: an eum vindicare possim, quæritur? Respond. quòd sic. & hoc in prima. Si vero ignorans meum esse, emerit, & vsuceperit: a te precium te recuperabo: sed non aperit qua actione: tu dic actione nego. gest. habendo ratam venditionem. & hoc in secunda. Accurs.

Si præsidi.

a ¶*Si præsidi prouinciæ probatum fuerit.* ¶Nota iudici[a] faciendam fidem: vt & *ff. de proba. l. quinquaginta. in fi.*

b ¶*Iure.* dominij, vel creditoris, vel officij publici, vel priuati: & hoc præsumitur[b], nisi contrarium probetur. sic *j. qui milita. non possunt. l. super seruis. libro xij.* Vel verborum (probationis) hoc non refertur, sed ad verbum, sciente: & nisi[c] probaretur scientia, ignorantes præsumerentur: vt *ff. de probation. l. verius. & instit. de leg. §. non solum.*

Mariginal: Nota iudici fidem facienda. — b Præsumitur venditor rem iure vendidisse: nisi probetur contrarium. — c Præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia.

SI præsidi prouinciæ probatum fuerit[a], Iulianum nullo iure[b] munitū seruos tuos scientibus[d] vendidisse: restituere tibi emptores seruos iubebit[e]. Quod si ignorauerint[f], & eorum facti[g] sunt: precium[h] eorum Iulianum tibi soluere iubebit[i].

c ¶*Seruos.* si munitus: vt tutor pupilli, exactor publicorum per vsucapionem. & in creditore fallit. Acc.

d ¶*Scientib.* s. emptoribus eum nō habere ius vendendi. Azo.

e ¶*Iubebit.* per rei vindicationem, nō ad precium, cum tuo nomine non sit facta venditio vnde[d] nō potes habere ratum: vt *ff. de precar. l. si seruus. & de nego. gest. l. pupillus. §. sed si ego.* nisi[e] in subsidium te præscripta[f] vel vsucapta: vt *infra statim.* vel peremptam: vt *ff. de nego. gest. l. fi. nat.* M. tamen dixit ante vsucapionem complessam dari actionem negotiorum gestorum: vt *not. supra de rei vindicat. l. mater.* & hoc cùm à nullo habet causam is qui vendidit: vel habet, sed lucratiuam. alias si habet, sed non lucratiuam, cùm tantum absit quantum adsit: non tenetur ad precium etiam in subsidiū: *vt ff. si cert. pet. l. cum seruus.* Accursius.

Marginal: d Ratū habere nemo potest, quod suo nomine factū non est. — e Graciana. — e In subsidium mulier permissa quę directo non permissa. — f Præscripta te pretiū & venditore cōditionem, quasi succedat loco rei.

f ¶*Ignorauerint.* quia se procuratorem dicebat.

g ¶*Facti.* s. vsucapione. Accur.

h *Precium.* in subsidium aget per actionem negotiorum gestorum. *ff. de neg. gest. l. vlti.*

Venditio mariti sigillantis sigillo vxoris, nō officit vxori, quæ nō nouit quid sigillaretur. h. d. Bal. Vel sic: Vxor quæ venditioni rei suæ factæ per maritum ignorāter apposuit sigillum suum, sibi non præiudicat. Bald.

II. *Imp.* GORDIA. A. *Graciæ.*

DIstrahente marito rem tui iuris, si consensum ei non accōmodasti[k]: licèt sigillo tuo venditionis instrumétum fraude conquisita[l] signaueris: eiusmodi tamen cōmentū emptori vsucapione non subsecuta, vel longi temporis præscriptione minimè munito, nullam præstitisse securitatem potest.

Non potest heres iure hereditario vel proprio venire cōtra factum defuncti. & si venit, & euincit, tenetur de euictione ad interesse. h. d. Bal. & concor. Salyc.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Valeriano.*

VEnditrici succedenti[m] hereditario iure perfectā rectè[n] venditionem rescindere, ac dominium reuocare non licet[o]. Sed & si hęc ex persona sua vindicet: vel exceptione te doli mali, si hāc viam elegeris, tueri: vel

i ¶*Iubebit.* per actionem negotiorum gestorum, habendo ratum in subsidium: vt hic. & *supra de rei vindic. l. mater. & j. si vend. pign. aga. l. seruos. & ff. deposit. l. sed & si non sit heres. & de nego. gest. l. fin. & infra tit. j. l. j.*

DIstrahente.] CASVS. Si fundum vxoris tuæ ea non consentiente vendidisti: & fingens instrumentum venditionis esse instrumentum locationis vel epistolam, vxorem tuam induxisti illa sigillum suum apponere: nō præiudicabit mulieri quo magis emptor tueatur: nisi sit secuta præscriptio, vel vsucapio, si res erat mobilis.

k ¶*Non accommodasti.* licèt tamen maior eras.

l ¶*Conquisita.* quia dicebat vir se locasse: vt *supra plus va. quod ag. l. fin.* vel quia dicebat esse epistolam. *& ad hoc supra de probation. l. cum precibus.* & sume à contrario[g]: ergo si sciuit apponendo sigillum[h], videtur habere ratum. quod est no. vt *supra de ep. sc. & cleri. l. si qua per calumniam. ff. rem ratam hab. l. ne satisdatio.* ¶Sed argum. contraria. *ff. de pignorat. action. l. Cum.* sed ignorabat: ibi sciebat ius suum vbique durare.

Marginal: g Ψ. Euerat̄ ... à contrario sensu. — h Sigillum instrumento apponens, id videtur ratum habere.

VEnditrici.] CASVS. Si mulier rem tuam vendidit, & ei successisti, rata est venditio: nec reuocare poteris: & vindicanti tibi obiiciet emptor de dolo. & si hac exceptione vti nolueris, & euincas rem, aget aduersus te ex empto ad hoc quod sua interest, vel ex stipulatione ad duplum nomine euictionis.

m ¶*Venditrici succedenti.* s. heredi venditricis, qui ei succedit iure hereditario.

n ¶*Rectè.* Dupliciter potest intelligi hæc l. nā venditrix non domina succedit domino rei, & sic ex sua persona. sc. nouo dominio vult vindicare. a Vel verius cōtra dominus rei succedit venditrici, non dominæ. & sic secundùm vtrumque modum non dominá vendidit. & secundum casum habes *ff. de euic. l. Seia.* Sed primus est in *l. vindicantem.* & construe diuersis modis.

o ¶*Non licet.* ea ratione, quia res non fuerat defuncti, secundùm quosdam.

euicta re, si defensione[p] monstrata vti nolueris, quāti tua interest, poteris experiri[q].

p ¶*Defensione.* i. prædicta exceptione doli.

q ¶*Experiri.* actione ex empto. potest etiā agere ex stipulatu ad duplum: vt & *ff. de euict. l. vindicantem. & l. seq. & l. Seia. & j. de lib. cau. l. si ab eo. & de euic. l. siue possessio. & s. de rei vindic. l. cum à matre. & de rescin. vend. l. quæ à patre.* & aliud in herede fideiussoris, qui suo iure vindicat. *infra de euict. l. fin.* non autem ipse fideiussor: vt *in eod. ti. l. exceptionem.* ¶Sed si omisit exceptionem sua culpa, est condemnandus: nihil ergo debent consequi: vt *ff. de euic. l. si rem. j. §. si duplo. & de reg. iur. l. quod quis. in fi.* Resp. hanc culpam non potest sibi vēditor imputare, cùm ex ea lucrum senserit, id est, rem: vt *ff. de iure dot. l. cum in fundo. §. quod si mulier.* ¶Sed si omisit exceptionem, & sic sciēter reddidit, ergo non debet repetere: vt *ff. de condi. indeb. l. j. quod est contra.* Sol. hic habet emptor actionē ex empto & [a] exceptionem: vnde restituendo rem solū exceptioni renunciare videtur: remanet ergo sibi actio, maximè cùm sciat ius suum vbique durare: vt *ff. quibus modis pign. vel hypoth. solu. l. sicut. §. non videtur.* Sed in l. contra. solā exceptionem facti vel iuris habet: quam cùm soluendo perdit, nil remanet. Item & si opposuit, & non est admissa exceptio, adhuc agit: vt *ff. de euictionibus. l. sed & si exceptio.* nec potest venditor dicere pro se factam emptori iniuriam. vt *ff. de lega. j. l. si seruus plurium. §. fin.* Accur.

Marginal: a Sciente emittenti exceptioné videtur eā remittere, si modò nullum aliud habebat remedium, quàm excipiendi: secus si modus ... si præter ius excipiendi ius agēdi habuit, qui sciēter ac sponte restituit. vide de ... *l. si rem. ... ff. de cond. indeb.*

Mater pro debito filij non potest res filij dare in solutum, nisi filius ratificet. h. d. Baldus. Vel sic: Mater pro debito filij non debet potestatem dādi res illius in solutum creditori, nisi illo consentiente, vel ratum habente.

IIII. *Iidem AA. Assabili.*[†]

MAncipia patris, qui fundum à Philippo conduxerat, successione tibi quæsita, domino fundi pro debitis[r] in solutum mater tua dando, nihil tibi auferre potuit[s]. Ideóque si tu maior vigintiquinque annis affectus, ab ea negocium gestū non fecisti ratum: oblato debito[t], si non hæc locator iure pignoris sibi obligata[u] vendidit, petere poteris.

Marginal: † Aphobio.

Filius potest venire contra factum patris iure proprio. h. d. Bal. & Salyc. Vel sic: Si pater vendat rem filij, non præiudicat illi. Salyc.

V. *Iidem AA. Ægro.*

SI fundum[x] tuum pater post emancipationē[y] te non consentiente[z] venundedit, neque ei successisti[a], neq; possidens longi tēporis præscriptione munitus[b] est: tibi agenti eum rector prouinciæ reddi efficiet.

Hanc l. declara per id quod dixi suprà l. j. Bald. Vel sic: Vendens rem alienam, non præiudicat domino. Salycetus.

MAncipia.] CASVS. Pater tuus cōduxit fundū à Titio: & in illo fundo agriculturæ causa mācipia duxit: decessit te instituto herede: mater pro mercede dedit mancipia in solutum. an tibi præiudicet, quæritur? Dicit quòd non. sed si maior annis factum matris ratum non habuisti: oblata mercede, si Titius mancipia nō distraxit, iure creditoris recuperare poteris.

r ¶*Pro debitis.* mercedibus.

s ¶*Auferre potuit.* vt & *s. de rei vind. l. mater.*

t ¶*Debito.* quod habet locum etiam si minor esses[a]: vt *j. de prædi. mi. l. verò.*

u ¶*Obligata.* à patre tuo. *& ad hoc s. si aduer. ven. pig. l. ij.*

Marginal: a In talibus actione minoris requiritur ... formam ac solēnitas: vt & in omni ... forma dependet ... requiritur sua forma: fecus si actus de pēdet ex animo.

SI fundum.] CASVS. Pater meus mihi emancipato fundum donauit vel vendidit. posteà eundem fundū me inuito alij vēdidit & tradidit: nunquid potero vindicare? Certè sic, si patri non successi, vel emptor non præscripsit.

x ¶*Si fundum.* quem post emancipationem quæsisti. Vel dic adde titium: & secundùm hoc dic secus si ante &c. Acc.

y ¶*Post emancipationem.* secus si ante: quia tūc pater esset dominus, & sic posset alienare: vt *j. de bon. quæ liber. l. fi. j. §. vbi autem. & §. ipsum autem.* a Vel dic idem si ante: vt *j. de bo. ma. l. j.*

z ¶*Consentiente.* aliter si te volente: vt *s. si aduer. dona. l. ij.*

a ¶*Neque ei successisti.* aliter si successisti: vt *s. eo. l. venditrici.*

b ¶*Munitus.* tūc enim confirmaretur alienatio. vt *s. eod. l. j.* ¶Et sic no. casus[c] in quibus res aliena potest alienari. Acc.

Marginal: c Alienari quibus casib. possit res aliena.

Nemo. ❧ CASVS. Si rem meam tibi non obligatam, vel non habens ius distrahendi, putà ratione officij, distraxisti mihi nõ præiudicasti.

a ❧ *Nemo.* priuatus secus in fisco vel imperatore: vt *infra titu. j. l. ij. & de quadrien. præscriptione & ff. de fid. iure.* secus in flumine, vt *ff. de acquirend. rerum domin. l. ergo. §. alluuio.*

b ❧ *Sibi.* quia tūc potest vedere ex pacto, vel ex lege: vt *j. de iure dom. impe. l. fi.* Acc.

c ❧ *Ex officio:* publico vel priuato: vt tutor, curator, executor, exactor tributorum principis, vel procurator fiscivt *ff. de fid. & iure fisci.* vt *ff. quis tutelam.* & *imp. in. de officio iudic. §. fin.* & *ff de distr. l. pignoris.* & *ff. de censi. l. forma. §. illam* & *l. cum possessor. §. pro pignoris.* & idem in procuratore si habet liberū vel speciale mandatum: vt *ff. de procurat. l. procurator.* secus in viro: vt *Instit. quibus alien. liber. in prin.*

d ❧ *Potuit.* vt & *j. eo. l. j. & ff. de acquir. rer. domin. l. traditio.* sed fallit in casibus superioribus legibus notatis.

Sancimus. ❧ CASVS. Quæ verbo alienationis cōtineantur, intendit dicere hec lex. siue lex, siue testator, siue pacta cōtrahentium prohibeant alienationem fieri. Dicit ergo quòd prohibitus alienare, dominium transferre non potest rei quæ alienari prohibetur, nec obligare, nec in emphyteusim dare, nec in ea vsumfruct. constituere: nisi in casibus in quibus testator, vel lex, vel contrahentium pactio alienationem fieri permisit.

a adde Tiraq. ad cap. emptio. &c. Sin tot. de Contract.

b Intellig. hoc in emphyt. ... (margin note, partly illegible)

VI. Iidem AA. Rufo.

Nemo[a] res ad te pertinentes, non obligatas sibi[b], nec ex officio[c] vendendi potestatē habēs distrahendo, quicquam tibi nocere potuit[d].

Prohibita alienatione simpliciter, videtur prohibitus omnis actus per quem alteri quæritur ius rei. hoc dicit Bald. Vel sic: Si res prohibetur alienari, non solum prohibetur dominij translatio, sed pignoris obligatio, & vsusfructus aliarumque seruitutū constitutio. Salyc.

VII.[b] Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

Sancimus[c] †, siue lex[f] alienationē inhibuerit, siue testator hoc fecerit[g], siue pactio cōtrahentium hoc admiserit[h]: nō solum dominij alienationē[i], vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam[k], sed etiam vsusfructus† dationem, vel hypothecam[l], vel pignoris nexum penitus prohiberi.

Similique modo & seruitutes minimè imponi, nec emphyteuseos contractus, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas[m], vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor qui alienationem interdixit[n], aliquid tale fieri permiserit[o] †.

TITVLVS LII.

DE COMMVNIVM rerum alienatione.[*]

Qui vendit rem communem, non præiudicat consorti, nisi secuta vsucapione vel præscriptione: quo tamen casu in subsidium tenetur ad partem precij. h. d. Bal. Vel sic: Vendens rem communem nō præiudicat socio quin partem suam possit vindicare, nisi res sit vsucapta vel præscripta: & tunc cōtra socium potest agere ad precium. Salyc.

I. Imp. ANTON. † Apollodoro.

Si nulla vsucapionis prorogatiua, vel diuturni silentij præscriptio emptorem possessionis[p] quam à

a Sancimus. hæc lex tractat de vltima parte rubricæ, id est, de prohibita &c. & enumerantur hac l. quæ continentur appellatione alienationis, siue lex, siue testator, siue pactio prohibuerit eā. nō autem procedit vt quæratur an[e] transferatur dominium si fiat contra prohibitionem: tūc enim dicas, si lex[d] prohibeat, non: vt *s. de le. ibus & constitutionib. l. non dubium.* Item si à testatore, cùm & eius voluntas[e] lex sit vt *in authent. de nupt. §. disponat coll. iiij.* (nisi sit nudum: vt *ff. de leg. j. §. familiæ. §. diui.*) Si verò pactio contrahentium prohibeat, nihilo minus transit. Verum pactum sine traditione non transfert: ita & non retransfert[f], vel translationē non impedit, vt *s. de pact. l. traditionibus.* quod fit in vltimis voluntatibus: vt de facto facta alienatione redeat dominiū in eum quē testator voluit sine aliqua traditione: vt & *ff. de legatis ij. l. pater. §. quindecim.* etiam & transit sine traditione *ff. de fur. l. à Titio.* 2 Alij dicunt idem in prohibitione quæ fit pacto vt dominium nō transeat. arg. huius l. quæ hæc parificat. Sed certè non in hoc parificat, sed in eo quod contineantur appellatione alienationis: vt si fiat contra agatur vel rei vindicatione, quando lex vel quando defunctus prohibuit: vel condictione ob causam, quando pactio: vt *supra de cond. c. ob caus. l. ea lege.* Item pro eis. *j. si mancip. ita fuer. alien. l. ea.* sed speciale in libertate, quia postea non posset reuocari: vt *ff. de minor. l. si ex causa. §. aduersus.* Vel ideo speciale, quia propter maleficia[h] fiunt huiusmodi prohibitiones, quæ expedit puniri: vt *infra de pœnis l. si operis.* Vel ea est ratio, quia prohibita alienatione[i], videtur cogitatum de facto. sed prohibita manumissione, videtur cogitatū de effectu beneficij: vt *ff. de seruis export. l. si venditor.* 3 Alij autem vt non fit contra dictam l. ea lege. *s. de condict. ob caus. dat.* dicunt: Aut fuit cogitatum de facto, vt tunc transferatur dominium, sed agatur ad interesse. Aut de effectu transferendi dominium: vt tunc non transferatur dominiū. 4 Sed alij distinguunt vtrum in tradendo & contrahendo, vel vtrum in tradendo tantū apponatur prohibitio, vt tunc non transferatur dominium: an in contrahendo tantùm, vt tunc transferatur. Et inducunt pro se quod est *ff. de act. empt. l. si ubi. & de seru. ru. urban. prædior. l. si binarum.* sed certè ibi loquitur de quodam pacto imponendæ seruitutis, quod ante traditionem imponi non potest: cùm sua res nemini seruiat. *ff. si vsusfruct. petat. l. vti frui.* Sed illud magis videtur obstare, quod est in authentica *de ali. & emphyteu. §. sanctissimas. colla. ix.* Sed certè ibi non solùm pactum impedit alienationem, sed generalis prohibitio legis quæ pactum coadiuuat: sicut & in alio casu: vt *in authentic. vt liceat matri & auiæ. in principio. collat. viij.* vbi ergo pactum non coadiuuatur, speciali lege transit dominium: vt dictum est.

c Dominium an transferatur si res cō tra prohibitionem alienetur.

d Alienatione facta lege, aut voluntate testatoris prohibente dominium nō transfertur.

e Voluntas testatoris, lex.

f Alienatione facta cōtra pactionem aut conuentionē, an dominium transferatur.

g Facti domi nia tenō non transferuntur neque redeunt grantur sine traditione, ... ditur translatio dominij.

h Maleficia punire expedit.

i Alienationis & manumissio nis prohibita differentia.

f ❧ *Siue lex.* vt[a] lex Iulia fund. dotalis: vt *in l. quib. alien. lic. in prin.* Item super rebus minorum: vt *ff. de rebus eor. qui. l. j.* Item ecclesiasticarum: vt *s. de sacros. eccles. l. iubemus.*

g ❧ *Fecerit.* vt vetando quid[b] alienari extra familiam: vt *ff. de legatis ij. l. cum pater. §. libertis.* & *infra de administratione tuto. l. eos. tutelam.* & *infra quando non poss. ad liber. per l. & de test. ma. l. contra voluntatem. & de pactis commissi l. volentes.*

h ❧ *Admiserit.* quia hoc pacto vendidi, ne alienares: sicut fuit *supra de condict. ob caus. l. ea lege.* & *infra de pactis inter empt. & vend. l. pa.* & *ff de verborum significatio l. iusta qui promiserit. §. ea lege.*

❧ Sed in hoc contra. *ff de pactis. l. nemo.* Sed hic non dicit de effectu pacti, an valeat vel non: sed pacto apposito: quæ comprehendū tur. an autem valeat, habes *j. de pact. inter emp. & vend. l. fi.*

i ❧ *Dominij alienationem.* quod fit quocunque[c] modo transferatur dominium: vt *infra de fun. do. l. ij.*

a Alienatio est talis, mitera, & classifica prohibens.

b Alienatio ne prohibita videtur prohibitus omnis actus per quem fit translatio dominij ... vtilis vel alia re nte ... prohibitus.

† al. Conditionis.

c Dominium variis modis transfertur.

k ❧ *Prohibendam.* à lege, cum lex: à testatore, cum testator: à pacto cum pactio prohibuerit. Acc.

l ❧ *Vel hypothecam.* hæ non[d] sunt veræ alienationes, cum vsusfructus sit in re aliena: vt *Instit. de vsufruct. in princ.* & pignus[e] in bonis debitoris manet: vt *supra de pign. act. l. pignus.* & per contractum emphyteuticum[f] non dicitur fieri alienatio: vt *infra de iure emphyt. l. ij.* sed ex interpretatione[g] loquitur hæc lex: vt *in authent. de non alien. §. alienationis. & § quia vero Leonis. ix. col. ix.* nam verè non est alienatio: vt dict. l. & *ff. de verborum signific. l. alienationis. & infra de fun. do. l. j. & ij.* Item ad pignus est argum. contra. *ff. de pignor. l. in quorum.* Solue vt ibi. Vel dic quòd appellatione alienationis continetur pignus, vt hic. sed appellatione venditionis non: vt ibi P. ADDITIO. Bartolus ibi dicit, aut res prohibetur vendi vel alienari: tunc non potest obligari, vt hic. Ratio est, quia per obligationem peruenitur ad venditionem pignoris: vt *l. ij. & iij. ff. de distr. pigno.* sicut ergo prohibetur venditio, ita & eius præambulum: vt *l. oratio. ff. de sponsalibus.* Quandoque prohibetur persona emere res, non autem prohibetur res vendi: tunc ille non impeditur pignori accipere. casus est in *dict. l. in quorum.* in gloss. alle. Ratio, quia licèt accipiat pignori, per hoc non conuenit vt ipse accipiat sibi in solutum, vel in emptionem, sed quòd alij vendat pro suo debito: quod non est prohibitum. hoc tamen limita singulariter vt per Bart. hic.

d Alienationes non veræ pignus, & emphyteusis ad. de Nigusan. de pignor. parte ... ... notat non veritee alienationis nomine hypothecæ ... propriè.

e Pignus non continet verā alienationē.

f Emphyteuticus contractus non continet veram alienationē.

g Alienatio ex interpretatione nō vera & propria alienatio.

m ❧ *Auctoritas.* quæ permittit rem dotalem, si mulieri expedit alienari: vt *ff. de iur. dod. fi.* Item rem ecclesiasticam: vt *s. de sacros. eccle. auth. hoc ius.* Item rem minoris vt *j. de præd. mi. l. si ob æs.*

n ❧ *Interdixit.* .l. generaliter.

o ❧ *Permiserit.* .l. specialiter in aliqua persona vel casu.

DE COMMVNIVM RERVM alienatione.

Si nullo. ❧ CASVS. Si duo coheredes rem habeant communem, & vnus in solidum eam vendat coheredc ignorāte: an partem suam vindicare possit. Distinguitur aut emptor præscribit, aut nō. si sic, non potest. & hoc in prima. & hæc sunt vera nō solū in emptore coherede, sed & in herede emptoris, & herede coheredis.

p ❧ *Possessionis.* & rerum mobilium quæ in ea erant, propter quas mentionem facit de vsucapione. Vel quòd dicit de possessione, & ad mobilem rem & ad immobilem potest referri. Acc.

a ¶Patrui tui. patruo hic successit:qui patruus successerat cũ quibusdam aliis cuidam alij: cum quibus coheredibus patrui nõ erat hæc res communis huic.
b ¶In rem actio. quæ quidem longo tempore tollitur: vt j. in quib. cau.cef.long.temp.præscrip.l.hereditatem.¶ Sed contra in eod.tit.l.vnus. Sed ibi solui.
c ¶Ius.i. vsucapio vel præscriptio.
d ¶Arbitrium est. supple vel nõ conueniendi, & dic actione negociorũ gestorum in subsidium: vt s.tit.j.l.j. & hoc si ꝑ parte potuit expediri: aliàs familiæ erciscundæ: vt s.de neg.gest.l.si ab vno.& dixi s.fam.ercis.l.in familia.

coheredibus patrui [a] tui distractam suggeris, pro portione tua munit:in rem actio [b] incolumis perseuerat. at si receptum ius [c] securitatem emptori præstiterit: arbitrium [d] est tibi liberum conueniendi eos, qui pro portione tua satis illicitam venditionem celebrauerunt.

Ratione communionis potest fiscus totam rem efficaciter vendere: secus in priuato,etiam si precium in fisci vtilitatem conuertat. h.d.Bal. Vel sic: Si fiscus rem cõmunem vendat, præiudicat socio:non si priuatus vendat: licèt emptor de voluntate venditoris fisco precium soluat.Saly.

ii. Idem A.Terentiano.

MVltum interest verũ coheredes tui [e] possessionem communem distraxerũt:an verò fisc[us] cùm partis dominus esset, soliditatem iuxta proprium priuilegiũ [f] vendidit.Etenim si à fisco facta sit vẽditio:fidem eius infringi, minimè rationis est. Si verò coheredes soliditatẽ vendiderũt:licèt emptor ab his delegatus partẽ precij fisco soluerit [g], alteramq; in cautionẽ deduxerit: tamen portioni tuæ ea venditio non potest obsistere.

Quando aliqua communia sunt pluribus vt singulis:vnusquisque per se habet partis suæ alienãdæ liberam facultatem.h.d.Bald.Vel sic:Pars rei communis potest vendi etiam extraneo ante intentatum iudicium communi diuidundo.Saly.

iii. Impp Dioclet. & Maxim. AA.Eusebio.

FAlso tibi persuasum [h] est,cõmunis prędij portionẽ ꝑ indiuiso antequã cõmuni diuidũdo [i] iudiciũ dictetur,tantũ socio, nõ etiã extraneo posse distrahi.

Alienatio pro parte non valet. h.d.Bald. Vel sic: Miles partem rei suæ alienatæ potest vindicare: sed nõ socij partem, etiam si pro illa offerat precium.Salyc.

iiii. Iidem AA.Vlpiano militi.

MVltum.] casus. Inter duos casus ponit hæc lex differentiã:cùm quis habet rem communem cũ aliquo, aut cum priuato,aut cũ fisco.Primo casu,si priuatus rem communem vẽdat priuato, nõ præiudicat quo minùs eam rem vindicet.Secundo casu,si fiscus vẽdat:rata manet vẽditio propter priuilegium fisci. vnde in primo casu licèt emptor à priuato delegetur, vt fisco partem soluat, vindicet.
e ¶Tui.priuati.
f ¶Proprium priuilegium. quod [a] est vt occasione modicæ partis totum possit vẽdere. Vel quia melius vendit suã partẽ: Vel quia indiuidua est: vt j.de vend.re.co.l.j. lib.x.Si autem nullã habet ibi partem, aut suã credit,tunc habes locũ. j.de quadrienn.præscript.l.fin.Si sciat alienam,non puto quòd præiudicet domino. nam si ideo preiudicat,quia partem habet:ergo [b] si partem non habet, non præiudicat.Acc.
g ¶Soluerit:& ita videbatur conueniens venditionem non posse infringi: quia precium fiscus habet:vt s. sed tamen secus est:vt ff.de vsufru.l.cùm quidam.§.si debitores. & ff.de iur.fisc.l.fiscus.Acc.

FAlso.] casus. Si habebam rem communem cum Titio: an alij quàm Titio partem meam pro indiuiso antequam diuidatur possim vendere, quæritur? Respond.quidam quòd non: sed malè persuasi erant.
h ¶Persuasum est.vt j.de contrah.emp.l.dudum. & j.de iur.do.l.ante diuisionem.Acc.
i ¶Antequam communi diuidundo.post acceptum námque iudicium sociis non consentientibus,alienare prohibetur:vt s.comm.diui.l.j. sed in familiæ erciscundæ etiam post motam controuersiam:quia simile est petitioni hereditatis: vt ff.de pet.her.l.diuus.& l.sed & si lege §.si ante litem.

POrtionem.] casus.Si habebam rem cõmunem cum milite,partem suam alienare non possum.
k ¶Tuam.i.tui.

[Marginal notes: a Fiscus alienã rẽ vendendo, an & quando domino præiudicet. — b De argumẽto à cõtrario. v. Hermianus dum in loco à contrario sentit.]

l ¶Eius.s.fratris non militis.
m ¶Precio.quia tua contentus esse debes.
n ¶Grauitati conuenit. vt & s.communia vtriusq.iudi.l.si fratres.& arg. s.de rescin.ven.l.rat.as.

SI maior.] casus. Si prædium mihi & tibi commune,Titio credenti tuum proprium vendidisti:parte mea euicta, licèt de euictione nihil cõuenerit,emptori ad interesse teneberis.Acc.

POrtionem quidem tuam [k] militantes frater tuus alienare non potuit.eius [l] autẽ partem precio [m] soluto tibi restitui postulare,nec militari grauitati conuenit [n].

Vbi res pro parte euincitur,pro parte debetur euictio. h.d. Bald.Vel sic: Euicta etiam rei parte: emptor qui ignoranter emit, agit ad interesse:licèt sibi non prospexerit de euictione. Salyc.

v. Iidem AA.& CC.Olympiano.

SI maior annis xxv. veluti ꝑpria nesciẽti [o] communia cũ fratribus tuis prædia distraxisti: licèt nullum instrumentum intercesserit, nec quicquam specialiter cõuenerit [p]: alienæ portionis euictione secuta, quanti interest,emptori [q] solues.

o ¶Nesciente.quia si sciuit, non tenetur aliqua actione: vt j. de euict.l.si fundum. nisi stipulatione prospexerit vt supra communia vtriusque iudic. l.si fratres.& ff.de del.exce. l. apud Celsum.§.item Labeo scribit. [a] Alij dicunt etiam scientem agere, saltem ad precium per l.ff.de act empt.l.ex empto. §.qui autem. quod non placet, & in alio casu ibi loquitur.
p ¶Cõuenerit. Agitur ergo de [a] euictione, licèt non conuenerit: vt j.de euict.l.non dubitatur.& ff. de euict.l.ij. & facit suprà de contrahend.empt.l.non idcirco.
q ¶Emptori. scilicet conuentus actione ex empto pro euictione. Acc.

[Marginal note: a Euictionem vtilit debetur, tamen si eam expresse non promiserit.]

TITVLVS LIII.

REM ALIENAM GERENTIBUS NON INTERDICI RERUM SUARUM ALIENATIONE.

Ratione officij malè gesti non interdicitur venditio:sed cum sua causa res transfertur. h.d. Bald. Vel sic: Tutores vel curatores administratione durãte nõ prohibentur res suas alienare,nec ea finita:licèt sint ex ea causa iam condemnati.Salyc.

i. Impp. Severvs & Antoninvs AA. Publice.

NOn est interdictũ tutoribus vel curatoribus [r], etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti,cum sua causa [f] res suas aliẽnare. Potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere [t] obligare fisco nostro. nã & priuato potuisset [u].

REM ALIENAM gerentibus,&c.
Sed tamen tutor conducere vectigal à fisco non debet:vt j.ne tutor vel cu. vec.con.l.j.

a ¶ *Si diuisa.* qui [a] egerunt vt quilibet pro parte tantum teneretur expressè vel tacitè [b] supplendo. vel quilibet suã partem conduxit: vt subijcit.

b ¶ *Et.* pro id est, &c.

c ¶ *Non oportet. vt & infra de diui. tut. l. ij. §. j.* si tamen insolidum alter vellet soluere, petet sibi cedi actiones: *vt i. si cert. pet. l. si in rem.*

d ¶ *Locatori sunt obligati.* quia hoc egerũt, vt quilibet in solidum teneretur etiam iure veteri: *vt ff. de duob. re. l. eandem. & l. reos. § cum tabulis.* Accursius.

e ¶ *Auferri.* hoc corrigitur hodie: quia licèt sit actum, vt quilibet in solidum teneatur, tamen pro parte sunt conueniendi, si [c] ambo sunt soluendo, & præsentes: *vt in authent. de duobus reis. in prin. colla. iiij.* Sed & beneficium epistolæ [d] diui Hadriani potest implorari: *vt ff. de tut. & rat. dist. l. j. §. nunc tractemus.* Accursius.

f ¶ *Habetis sanè. vt infra de duobus re. l. j. & de diui. tut. l. ij. in princip. & §. fina. & infra arbit. tute. l. cũ interdictæ. in fin. & infra de fideiuss. l. ij. & ff. e. l. cum apparebit. & ff. de euict. l. in creditore. & qui pot. in pign. hab. l. mulier.*

g ¶ *Facultatem.* & necessitatem.

h ¶ *Transferantur.* ¶ Sed an in solidum: vel pro parte: Respond. pro parte: *vt statim dicimus, & ff. de admini. tuto. l. si plures tutelam. & ff. de censi. l. cum possessor. & ff. de pecul. l. quæsitum. §. ij.* ¶ Sed pone cessionem non esse factam. Respond. si sunt socij, dabitur actio pro socio ad interesse, non ad pignora. si non sint socij, sed vt scholares sunt, tunc dabitur vtilis pro socio: *vt ff. de his qui deie. vel effu. l. perceptione.* Alij nullam dant: *vt ff. de fideiusso. l. Varanius.*

i ¶ *Quorum nomine.* videntur ergo inuicem fideiubere secundum hoc quod dicit: *vt ff. ad Velleia. l. vir vxori.*

SI hi.] CASVS. Procurator fisci conduxit plaustrum ad ferẽdum annonam: mercedem soluit. si non facit locator quod conuenit, aget aduersus eum ex locato.

k ¶ *Si hi qui à vobis.* scilicet procuratoribus fisci. Accurs.

l ¶ *Redemerant.* id [e] operas suas locauerant circa frumentum vehendum. & frumentum vehendum dicuntur conducere: & sic locare & conducere dicuntur.

m ¶ *Annonæ.* publicæ.

n ¶ *Accepta pecunia.* cautè dicit, accepta pecunia: aliàs [f] non est locatio: *vt ff. depos. l. j. § si quis seruum.* ¶ Item cautè dicit, accepta. nam sicut [g] emptor demum soluto precio cogit venditorem ad rem tradendam, sic & hi conductores frumenti inferendi accepta pecunia cogentur fidem adimplere: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. offerri. & ff. locati. l. ij. in princ.*

SI de fundo.] CASVS. Mihi fundum locasti, demum me expulisti: agam ex conducto ad interesse: & si pœnam promisisti si me expelleres, agam ad pœnam.

o ¶ *Ex conducto.* ad interesse, in quo venit etiam lucrũ: *vt ff. eo. l. si fundum. § fin.* Item & agit ex conducto, si quid vtiliter vel necessario fit impensum: *vt ff. eo. l. dominus. §. j. & l. penult. in prin.* ¶ An autem per constitutionem, si quis in tantum, vel interiecto aliquo succurratur colono contra dominum: Respon. non videtur, cum nullam habeat possessionem de qua sit expulsus: nec potest dici quòd incontinenti ipse recuperet possessionem: & sic incipit sibi possidere conductor. & sic secundo expulsus agat. per *l. ff. de vi & vi ar. ma. l. j. §. qui à me vi.* quia hæc incontinenti fiunt: *vt in eod. titu. l. iij. § cum igitur.* ¶ Item an possit resistere domino: Respon. vt diximus supra eod. l. emptorem. ¶ Item an & contra extraneum agit interdicto, si ab eo repellatur: Respõ. si prius possessionem interuerterat domino, sic: aliàs non: *& ff. de vi & vi ar. l. colonus. & l. cum fundum.* ¶ Sed an eo ipso videatur interuertere, quòd inuitus expellitur? Respon. non, cum non sibi, sed domino semper possidere intendat.

p ¶ *Placuit.* interposita stipulatione vt. onus probandi interesse cui cetur: *vt in titu. de verbor. oblig. § pen.*

q ¶ *Retinere potes.* scilicet extractam. Vel dic retinere mercedem loco pœnæ. & hoc nisi in casib. quos habemus supra eod. l. de altero tamen debet esse contentus, nisi sit actum pacto manente rato *vt ff. de except. do. l. apud Cel. sum. §. Labeo. & ff. de transac. l. qui fidem.*

LEgem.] CASVS. Locasti mihi fundum pro x. & ea solui: plus petere non potes. Si vero in conductione te consentiente remansi tempore locationis finito: eandem cõductionem videor renouasse, pignoribus remanentibus in causa conductionis, quæ fuerunt in prima conductione vel locatione.

r ¶ *Oportet.* sic *& ff. eod. l. si merces. §. conductor. & ff. de contrahen. empt. l. pacta.*

s ¶ *Reposci.* hoc in priuatis locationibus. aliàs secus: *vt infra de alia. & palu. l. j.*

t ¶ *Tacito consensu.* in sequentem annum, nisi interim dominus furere cœperit: vel decesserit: *vt ff. eo. l. qui ad certum.*

u ¶ *Cum vinculo.* sic *ff. si cer. pet. l. si quis nec causam. §. pen.* & hoc nisi fuerit res aliena illata: nam tunc exigitur nouus domini consensus. In vrbanis [a] autem prædiis intelligitur reconductio facta, quatenus inhabitauerat, nisi in scriptis aliter comprehensum sit: *vt ff. e. l. item quæritur. §. qui impleto.*

PRæses.] CASVS. Si domum mihi locasti, nec pensionem sua die solui: tenebor ad vsuras ex mora: sicut in cæteris bonæ fidei contractibus.

x ¶ *Cum sit bonæ fidei. vt in titu. de act. §. actionum. & supra eo. l. v. & l. emptorem.*

y ¶ *Vsuras.* [b] *vt supra eo. l. j. & ff. eo. l. quæro. & de vsur. l. cum quidam. §. ex locato.*

EXcepto.] CASVS. Locasti mihi fundum in triennium primo anno erat sterilis: duobus annis sequentibus fertilis. subducto tẽpore sterilitatis in residui temporis pensionem sum obligatus.

z ¶ *Excepto.* nisi ex vbertate aliorum annorum possit recõpensari, vel nisi speciali pacto spectet ad tuum periculum: quod seruãdum esset: *vt i. eo. l. legem. & l. licet.* Et dic quòd colonus [c] de sterilitate potest queri: *vt bis. & plene dixi. i. eo. l. licet.* non autem de exiguitate: *vt ff. eo. l. ex conducto. §. cum quidam.*

a ¶ *Edaci locustarum.* quia omnia edunt.

Fructus.

Marginalia:

a Diuisa conductio quãdo intelligatur.
b Diuisio fit etiam tacitè nõ tantum expressè.
c Obligati in solidum pro parte tantum conueniuntur, si ambo soluẽdo & præsentes sint.
d Epistolæ D. Hadriani beneficium.
* al. Inclusa desunt in omnibus, rectè.
e Emptio pro locatione & conductione.
f Locatio non est sine pecunia, atque ita locationis merces in pecunia esse debet.
g Emptionis & cõductionis similitudo.
Colono an succurratur contra dominum per aliquod interdictum.
* Hostilio.
† Anno.
a Hoc idem si verè, quia in prædio rustico fructus non percipiuntur qualiter pars annua etiã habet. In vrbanis fructus non percipiuntur, verò mittat qualibet anni parte.
b Actio locati & conducti contra conductorem ad consequendum mercedẽ promissam in nomine mora, & si est mora, debentur etiam vsuræ.
c Colonus de sterilitate, non de exiguitate queri potest.

a ¶ *Fructus.* id est, merces propter fructus sequentis temporis. nam non potest intelligi de partiario colono, sed de eo qui nummis colit: *vt ff. eo. l. si merces. §. vis maior.* 2 Vel fuit hic contractus innominatus do vt des, scilicet vt dares certam mensuram fructuum singulis annis, puta decem corbes frumenti, quotcunque fructus percipiat singulis annis, siue x. siue xx. siue xl. vnde [a] cum hic contractus sit similis locationi, eadem [b] æquitas est in isto seruanda, quæ in illo: *vt argu. ff. deposit. l. j. § si quis seruum. & de præscriptis verbis. l. naturalis. §. fin.*

a Similium idem iuris est dictum, eadémque æquitas.
b adde quæ ferè... Glo. ... ij. pena.

sterilitatis vitiũ intercessit, sequẽtis tẽporis fructus [a]. quos tibi iuxta præteritam consuetudinẽ [b] deberi constiterit, reddi tibi præses prouinciæ iubebit.

Consuetudini & statuto renunciari põt expressè. nã in tacitis semper consuetudo & statutum videntur inesse: & renunciatio vnius non facit alteram iniuriam. Bald. Vel sic: Fides contractus est seruanda: & remissio facta ab vno non præiudicat alteri. Salycetus.

b ¶ *Consuetudinem.* [c] de præstandis pensionibus quãdo enim certa merces non exprimitur, datur quantum solet ex consuetudine dari: *vt hic. & argum. ff. de dam. infect. l. si finita. in princip. & de aedi. edi. l. quod si nolit. §. quia assidua. & ad l. illam. ff. eodem. l. ex conducto. §. si vis tempestatis.*

c v. Fuerat ... in loco ab vli... hinc etiam colligi... mus contractum simpliciter celebratum, intelligi celebrata ... conditio ... tis heri ... illo loco. v. eundẽ ... Rescindendum ... v. Valentino.

XIX. *Iidem AA. Valerio.*

Circa locationes atque cõductiones maximè fides [c] contractus seruanda est, si nihil specialiter [d] exprimatur contra cõsuetudinem regionis. Quòd si alij remiserint contra legem [e] contractus atque regionis consuetudinem pensiones: hoc aliis præiudicium afferre non potest.

Circa.] CASVS. Pacta quæ fiũt in locatione, seruanda sunt. si ergo locauerint duo mihi fundum, & vnus pensionem pro parte sua mihi remiserit: alij non præiudicatur quo minus partem suam exigere possit.

c ¶ *Fides.* vt supra eod. l. legem. maximè autem ideò dicit, quia & quædam non dicta seruantur, si modo bonum & æquum sit: *vt instit. de obli. ex consensu. in fin. & supra eod. l. proxima. in fin. & ff. eod. l. proxima. in fin. & ff. eod. l. ex conducto. in princ.*

d ¶ *Specialiter.* repete maximè: & sic contra propriè ponitur. 2 Vel dic contra [d] pro præter: *vt ff. de pact. l. pacisti.* & eodem modo subaudi maximè.

d Contra pro præter.

e ¶ *Contra legem.* melius dixit, præter legem. nec [e] enim contra legem aliquam fit, si aliquis renunciet ei quod pro se introductum fit. potest enim de iure hoc fieri: *vt suprà de pact. l. si quis in conscribendo.* & prodest hoc notare propter id quod diximus s. de pact. l. j. ¶ Item no. hic q res [f] inter alios &c. *vt & j. res inter alios. & s. de pact. l. si actionem. & ff. de pact. l. si vnus. § pacta quæ.*

e Renunciari potest iuri pro se introducto contra legem non facit.
† bona fidei.
f Acta inter alios, alio non præiudicant.

Rei propriæ per ignorantiam facta conductio, viribus non subsistit. Bald. Vel sic: Conductio rei propriæ non tenet, nec dominium transfert. Salycetus.

XX. *Iidem AA. Carpophoro.*

Qvi rẽ ꝓpriã cõduxit existimans [f] alienã, dominiũ non trãsfert. sed inefficacẽ cõductionis contractum facit.

In contractu locationis non habet locũ pœnitentia, etiamsi non sit propriè locatio, sed contractus innominatus. Bald. Vel sic: A conductione contracta non receditur, licèt ab alio plus offeratur. Sal.

XXI. *Iidem AA. & CC. Antonia.*

Si olei certa ponderatione fructus anni locasti [g]: de cõtractu bona fide [h] † habito propter hoc solum, quòd alter [i] maiorem obtulit [k] ponderationem, recedi non oportet.

Qvi rem.] CASVS. Si rem meam quam putabam tuam esse, locasti mihi: non valet locatio: nec in te dominium est translatum.

f ¶ *Existimans.* idem si sciens. sed facilitatem facti notauit: *vt j. eo. l. ad probationem.* sed possessionem perderet sciens: *vt ff. de acquiren. poss. l. si rem aliquam. & l. quod meo. in princip. & ff. de rei vind. l. quædam mulier. & de vsucap. l. ei à quo. & facit ad l. illam. ff. eo. l. non solet. & supra de rei vindic. l. se tua. & infrà de don. inter vir. & vxo. l. fi. & ff. de reg. iur. l. neque pignus.*

Si oleo.] CASVS. Locasti mihi fundum vt soluerem x. cados olei: & locasti in triennium. solus alius offert. xv. cados olei: an à contractu locationis recedere possis, quæritur? Dicitur quòd non.

g ¶ *Locasti.* id [g] est vsum concessisti, non tamen fuit locatio: quia sine mercede in pecunia esse non posset: *vt ff. deposit. l. j. §. si quis seruum. & de præscrip. ver. l. naturalis. §. at cum do. & ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si vir vxori. & supra de præscript. verb. (addit de re. per.) l. emptionem. & argum. supra de contrahen. empt. l. empti.* ADDITIO. Habes ex hac gloss. quòd hic non [a] erat locatio, sed erat contractus innominatus: quare dicas quòd oleum hic fuit solutum, & sic res non erat integra. aliàs enim esset locus pœnitentiæ: *vt l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam data.* Item suppleas secundo quòd hic erat res exposita locationi, vnde habet similitudinem cũ contractu bonæ fidei, *argum. l. j. supra titu. j.* aliàs enim non esset contractus iste bonæ fidei. quia contractus innominatus non dicitur bonæ fidei, nisi in duobus casibus: *vt instit. de act. § actionum.* ita intelligit Bartol. hic habet.

g Locare & in vsum concedere differũt.

a Locatio duplex vna propria, pro qua soluitur merces. Altera pro qua nõ soluitur merces, sed res alia, vt putà oleũ, vinũ, & similia. quã tamen aliqui putant id esse contractum innominatũ.

h ¶ *Bona fide.* maximè. nam idem est in stricti iuris iudicio: *vt s. de act. & obli. l. sicut. & s. de tran. sact. l. quamuis.*

h v. Afflictum decis. 14. nu. 8.

i ¶ *Quod alter.* scilicet tertius.

k ¶ *Obtulit.* nisi [d] vltra dimidiam esset deceptus. *vt s. de rescin. vend. l. ij. & l. si voluntate.*

Qui promittit operas, tenetur seruare bonam fidem. Bald.

XXII. *Iidem AA. & CC. Papiniano.*

Sibi contra quos supplicas, facta locatione certi [l] temporis suas tibi locauerint operas, quatenus bona fides patitur, causa cognita competens iudex conuentionem seruari [m] iubebit [n].

Sibi.] CASVS. Locasti mihi operas in quinquennium, vt fidem contractus serues, iudex te compellet.

l ¶ *Certi.* minus xxx. annis. Quid autem si in perpetuum vltra triginta annos? Rn. quòd non tenet. Nos quòd sic, cum saltem feriatis interpelletur diebus: & sic non fit seruus. *vt & infra de inge. ma. l. si vestrã.* & per substitutum possit seruire: *vt not. s. de vsufru. l. antiquitas.*

m ¶ *Seruari.* & præcisè cogentur ad factum vel ad interesse, prout [e] voluerit actor: *vt ff. de no. ope. nunc. l. stipulatio. §. fine. & ff. de verb. oblig. l. si fundum.* & sic intelligitur. *ff. de aqua pluu. arcen. l. si Titius. §. officium.* & si contumax fuerit locator, cũ præcisè ad factum agitur, iurabitur in litem: *vt ff. eo. l. si cui. §. j.*

n ¶ *Iubebit.* scilicet vt per id tempus præstet.

Per instrumenta locationis non probatur dominium [b]. Et qui rem propriam à se possessam conducit: non mutat sibi possessionis causam. Bald. Vel sic: Locatio non [c] sufficit ad probandum dominium contra conductorem, qui postea de dominio cœpit litigare. Salyc.

b v. Stat. ... al. Bissõ, al. Pisco.

c Ex natura locationis est, vt locator ... cum quolibet alio admittere ... ſo, probet possessionem & dominium, & maximè aduersus conductorem.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Prisco.*

Ad probationẽ † rei propriæ siue defensionẽ non sufficit locatio ei facta qui post de dominio cœperit contendere: cũ insciẽtia domini ꝓprij [p] & errantis [q] nullum habeat consensum: sed ex euentu, si victus fuerit [r], contractus locationis non constitisse magis [f] declaratur. Nemo enim sibi iure possessionem [t] mutare potest.

Ex conductione mariti non tenetur vxor: sed si ipsa conduxit, tenetur. Bald. Vel sic. Contractus conductionis valet etiam sine instrumentis vel scriptura: & tenet heredes conductoris, non eius vxorem, nisi ipsa postea conduxerit. Salyc.

XXIIII. *Iidem AA. & CC. Antonino.*

Contractus locationis cõductionisq; nõ interuenientib. etiã instrumẽtis ratus habeatur, [*] secundũ q heredes conquod conuenit.

† Glo. in c. ... dilectus ... verò, quod met. in ... extra de ... induc. hanc l. in arg. quod licet ex pluribus causis possit fieri traditio, reis ex vna tamen dominiũ quæritur.

d Lex secunda. ... cond. ... beneficiũ locum etiã habet in locatione & conductione simplici. vt hic. adde Glo. ... in verbo ... tamen ... & ... tor etiam ... fi de rebus auctoritate iudicis possid. Contra ... & ... mala contrac. casu ... adde Gl. ... capellane ... adde Glo. ... 18. in verbo fr... ... eodem.

* Videtur legendum heredes.

e Hoc verum æquitas hoc suadeat, quia fortè alius ... offerret, vel non posset ... les operas ... statera ... ... soluet de interesse vel pœna, si certa promissio liberabitur.

Ad probationem.] CASVS. Rem meam mihi locasti, vindicare vis, & probare dominium ad te pertinere per hoc q mihi locasti: an ad probationẽ hoc sufficiat, quæritur? Rñ. q non. Non enim sufficit ad probandum dominium, probare me conduxisse.

o ¶ *Ad probationem.* ad probandum quæres sit alicuius petentis, nõ sufficit probare se locasse: nec econtra ad defensionem se conduxisse, sed alio modo oportet probari locantis vel conducentis dominium [f] *vt hic & j. de lib. caus. l. ad probationem. & ff. eo. l. non solet.* & agebatur hic rei vindicatione, non locati. & si quidem conductor probet se dominum, patet quòd contractus fuit nullus, cum rei suæ nõ sit locatio *vt ff. deposit. l. qui rem. & de vsuca. l. ei à quo.* Dic ergo ad probationem, scilicet quando petit, siue defensionem quando possidet. ADDITIO. Quia finita locatione conductor restituit, & postea agit rei vindicatione. Salyc.

f Istam, Glo. sequitur. Bald. & Salyc.

p ¶ *Domini proprij.* conducentis.

q ¶ *Errantis.* idem in sciente: *vt diximus s. eo. l. qui rem.*

r ¶ *Victus fuerit.* qui locauit.

f ¶ *Magis.* electiuè ponitur.

t ¶ *Nemo enim sibi iure possessionem.* dic possessionem, id est, pro-

prietatem: *sic ff. de verbor. significa. l. interdum.* & sic est plana. 2 Alij sic. benè dixi sic esse in dominio, nam secus est in possessione, quam conductor non potest sibi commutare, sed colonario[a] iure tenet. quod non placet: *vt ff. de vsucap. l. et à quo.* 3 Alij econtra,[b] vt locator qui possidebat pro prædone vel pro possessore, non ideo incipit pro suo possidere per colonum. 4 Vel quarto non potest prodesse locatori prædicta locatio ad probationem sui iuris: quia non potest sibi mutare causam suæ possessionis. nam nec vllus alius potest. 5 Vel quinto non mutat aliàs cum locatio tenet: hic autem mutat: quia non tenet locatio: *vt ff. de vsucap. l. et à quo.* & de hac mutatione causæ possessionis plenè dixi infra *de acquirend. possess. l. cum nemo.* [c] Et ad hoc quòd errans [d] non consentit, est *supra de iu. & fac. igno. l. non idcirco. & j. eod. l. qui rem. & infra de præscript. long. temp. l. nec petentem.*

a Et hoc fuit sciens siue ignorans fuerit ipse conductor. Cyn.
b Locatio non præbet titulũ. Salycet.

ductoris, etsi nõ interuenerint[a] instrumẽta, non vxorem[b] conuenire debes. Sanè de posteriore tempore quo cõductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidem precibus tuis probans, pensiones integras ab ea pete.

Conductor debet prius domum seu possessionem restituere, quàm de proprietate litigare seu obycere. h.d. Bald. & Salyc.

XXV. *Iidem AA. & CC. Epagato.*

SI quis † conductionis[c] titulo agrum vel aliam quamcumque rem accepit: possessionem prius restituere[d] debet, & tunc de proprietate litigare.

Euanescit instrumentum si exinanitur debitum. Bald. Vel sic: Impleta fide conductionis finitæ agi potest contra locatorem, vt retenta vel abrepta restituat. Salyc.

XXVI. *Iidem AA. & CC. Opiloni & Hermogeni.*†

SI conductionis * implestis fidem[e]: eiusdem rei gratia factum instrumentum euanuit[f]. Quòd si quid vestrum in fundo[g] fuit, vel vi direptũ[h] est: hoc restitui[i] vobis præses prouinciæ iubebit.

Si soluerim pro colono tuo, & tu mihi promiseris per stipulationem: teneris efficaciter. secus si nudo pacto fideiubes. Bald. Vel sic: Vbi nudum pactum non sufficeret, stipulatio prodest. h.d. Salycet. Vel sic: Pactum cohærentia traditionis non vestitur, quando cum tertio & non cum recipiente interponitur. Salycetus.

XXVII. *Iidem AA. & CC. Nerui.*

SI tibi[k], quæ pro colonis conducti prædij prorogasti[l], * dominus fundi stipulanti dare spopondit, competens iudex reddi tibi iubebit[m]. Nã si conuentio placiti fine stetit[n]: ex nudo pacto perspicis actionem iure nostro[o] nasci non posse.

In contractu locationis non ve-

† Epigatho.
† L. ad hanc legem Angl. Baldus ... 498
c V. de ea. ... Panor. Imo. & Felin. extra de fide instru. & c. cum venerabilis. de rels. do. & ... i. de rei vind.
d Errans non consentit.
† Opilioni, & Hermog.
* Ista lex reputatur singularis secundũ Bar. hic.

COntractus.] CASVS. Fundum mihi locasti: non ideò quia non interuenit instrumentum, minus est habendus ratus locationis cõtractus: nec vxorẽ meã conuenies, nisi in posterius tempus de nouo conduxerit.

a ¶ *Etsi non interuenerint. vt & j. de fi. instru. l. si consiteris.* Et est ratio, quia cum nudo consensu contrahatur, neque verba neque scriptura desiderantur: *vt ff. eo. l. j.*

b ¶ *Non vxorem.* sic & *j. ad Vell. l. si aduersarius. & supra ne vxor pro ma. l. j.*

c ¶ SI *quis conductionis.* Pone casum quòd vendidi tibi rem retento vsufructu, vel constituens me tuo nomine possidere, quam tibi postea loco. agam finito tempore locationis contra te condictione ex hac l. & postea vindicabis tuum dominiũ: licèt duæ regulæ videantur obstare: vna quæ dicit, cui damus actionem, multo magis exceptionem: *vt ff. de superficie. l. j. § quod autem ait prætor.* Et alia, dolo facit, qui petit quod restituturus est. Sed hoc expressè sic ordinat lex. Vel vbi lex non ordinat, sic habent locum prædictæ regulæ & idem potest dici in omnibus qui alieno nomine tenent: vt in tutore, curatore, gestore, depositario, commodatario, vsuario, & vsufructuario, si non est in his aliqua iusta causa retinendi: *vt ff. de acquiren. poss. l. si quis rem quam.* (Alij dicunt etiam in his dominij causam obstare agenti possessorio) & agitur his & alijs causis vtili condictione ad instar huius directæ, quæ ex hac l. datur.[e] ¶ Vel pone[f] casum & melius secundum quod hæc litera sonat simpliciter: *vt supra eod. l. ad probationem.*

d ¶ *Restituere.* condictione ex hac l. vt dixi. sic & aliàs actione ciuili agitur possessorio: *vt ff. de condict. indebit. l. indebiti. § j. & de tritica. l. ij.* vel etiam ex locato[g] agitur hic ad possessionem: *vt ff. locati. l. videamus. § qui vinum. & argu. j. de act. empt. l. ij. in fi.* & secundum hoc iuratur in litem: *vt ff. eod. l. si cui. § j.* & tunc pœna l. conductores j. e. habebit locum, nisi iustam causam habeat retinendi: *vt ff. de acquirend. poss. l. si quis rem. & de vi & vi arm. l. colonus. in fin.* ¶ Sed opponitur. non tenuit locatio rei propriæ, itaque non potest agi ex locato. Respond. interim dum est dubium vtrum teneat vel non, agi potest. vel etiam si sit certum, tamen agitur, sicut & agitur pignoratitia actione vbi etiam constat non tenere pignus: *vt ff. de pign. act. l. si rem. j. § si quoque.* secus si ageret rei vindicatione: quia tunc potest excipi: *vt supra eod. l. ad probationem.* ¶ Sed videtur huic l. contra. *j. de agr. & cens. l. vltimo. lib. xj.* vbi dicit fructus sequestrandos, & de possessione cauendum, si dominum apparebit melius ius habere. per quod patet quòd non statim reddet. Sol. illa hanc corrigit. 2 Vel hic[h] constabat de locatione: ibi non. sed ab alio fortè domino se habere dicebat conductor. vnde cum iste seruitium pro eo vellet: potest de hoc iure secum litigare: licèt aliàs non posset secum litigare: *vt infra in quibus cau. co. cen. l. j. & ij. lib. xj. & infra de agri. & cen. l. cum satis. lib. xj.* 3 Vel secundùm Ian. licèt domino ibi non restituat statim, tamen non obest ei: quia colonus tenetur probare nihilominus alterius esse: non eius qui se dominum esse dicit. 4 Vel ibi loquitur de perpetuo censitis: hic non. & hæc vera.[a] 5 Vel hic possessorio, ibi petitorio petebatur. nam reditus ibi petebantur, & prædium penès colonum esse volebat. ¶ Item secundo est contra *ff. depositi. l. bona fides* vbi deponenti non redditur, sed domino vero. Sol. ibi petitorio, scilicet depositi. hic possessorio, condictione scilicet ex hac l. agitur. 2 Vel ibi erat fur vel prædo: hic bonæ fidei possessor. 3 Vel ibi incontinenti paratus erat dominus probare: hic non. arg. *ff. ad exhiben. l. iij. § sed et cum.* quam distinctionem Ioan. non admittit, quãdo lex expressim ordinat vt prius restituatur possessio vel causa possessionis prius agatur, & postea proprietatis. 4 Vel ibi constabat alium dominum, hic non. ¶ Item contra. *ff. de reg. iur. l. in condemnatione. § fi. & de except. doli. l. dolo.* Item & *ff. de reg. iur. l. inuitus. § j. & de superfic. l. j. § quod autem ait.* ibi, cui damus actionem. &c. Sed illa[b] in petitorio, non in possessorio intelligenda sunt. cui damus &c. & est ad l. istam. *j. de rei vind. l. ordinarij. & infra de interdict. l. incerti.* Sed ibi dicit, hodie constat &c. vt no. *j. de edicto diui Hadri. tollend. l. ij.* ADDITIO. Colligas hic paruam distinctionem ex iuribus in hac glos. allega. dum quæritur, an conductor possit locatori referre quæstionem dominij: quia aut de locatione est dubium, & potest opponi exceptio dominij: *vt d. l. litibus.* aut constat de locatione: & tunc si locator agit condictione ex hac l. non potest excipi de dominio, vt hic. si verò agit actione ex eo contractu, tunc aut obijcit conductor de dominio proprio, & potest: quia illa exceptio perimit in totum ius agentis: *vt l. ad probationem. j. eo.* aut obijcit de dominio tertij: & tunc si ille tertius sibi adsistat & agit, & tunc potest: *vt l. bona fides. § fin. ff. depo.* aliàs non potest.

e Hanc sequitur Sal. hic.
f Vera est secundũ Iac. de Are. & Ange. hic.
g Iste intellectus reprobatur secundum Bart. Ang. & Salyc. hic & est ... in l. quorum ff. depos.
h Hanc tenet Cy. B. & Ang. hic & idem Bar. in l. consuetu.
a Hanc tenent Iac. de Are. & Salyc.
* Prorogasti, al. prærogasti, id est ante tempus soluisti ... prærogare.
b Idem Ang. hic. Bart. Sal. & Ang. in expeditione C...

SI *conductionis.*] CASVS. Locasti mihi fundum, & mercedem solui: instrumentum locationis euanuit. si aliquid in fundo à me inductum est, & tu locator illud surripueris: dabitur mihi rei vind. vel vi bo. rap. aut ex conducto, vt illud mihi restituas.

e ¶ *Fidem* soluendo debitam pensionem.

f ¶ *Euanuit. vt j. de solutio. l. postea.* & ideò condici vel vindicari potest. *vt ff. de condic. sine causa. l. ... & j. ad exhib. l. fin.*

g ¶ *In fundo.* à vobis conducto.

h ¶ *Direptum est.* à locatore vel alio.

i ¶ *Restitui.* rei vindicatione, vel vi bonorum raptorũ: *vt & j. eo. l. damnum.* 2 Vel etiam ex conducto contra locatorem tenentem vel sapientem: arg. *j. de act. empt. l. ij. in fi. & ff. de contrahen. empt. l. qui potest.* Accurs.

c Conductionis bis implet, qui debitam pensionem soluit.

SI *tibi.*] CASVS. Si pro colonis tuis, Titius Seio soluerit: an te habeat obligatum, quæritur. Distinguitur: aut Titius stipulatus est pecuniam sibi à domino reddi, aut non: si sic, habet te obligatum: si non, nõ habet. Viuia. Vel pone casum vt in glo. seq.

k ¶ *Si tibi.* pone casum secundùm Ir. quòd colonus soluit pro colonis, id est adscriptitijs prædij, sine quibus prædium alienari vel locari non potest: *vt j. de agr. & cen. l. quemadmodum. lib. xj.* Vel dic quòd extraneus aliquis soluebat pro colonis, & vtroque casu stipulabatur à domino, aliàs non datur actio.

l ¶ *Prorogasti.*[d] aliàs prærogasti, i. ante tempus soluisti, s. creditorib. eorum. 2 Vel dic simpliciter, id est, soluisti s. creditorib. eorũ.

d ... Prorogasti.

m ¶ *Iubebit.* scilicet condictione certi ex stipulatione: *vt ff. si certum peta. l. si quis certum.*

n ¶ *Stetit.* id est, stipulatio non interuenit.

o ¶ *Iure nostro.* scilicet ciuili sed prætorio nascitur de constituta,

si eo animo pacti estis: aliàs ageres negociorũ gestorũ contra colonos ¶Sic ergo nõ obstat. *Instit. de act. §. de constituta.* 2 Vel in hoc secundo casu inutiliter fuisti stipulatus, cũ vtiliter stipulari velles & ideo nec ex stipulatu, quod noluisti, agere potes: *vt ff. de condi. pr. l. j. §. cum.* ¶ & adhuc quæritur quomodo præscriptis verbis nõ nascitur, cũ incontinenti fuerit pactum factum: *vt s. de pact. l. legem. & l. cum proponas. ij. & s. de re. permut. l. rebus.* Respon. secundũ P. speciale: sicut & aliàs. *ff. de reli. & sum. fu. l. quòd si locus. & j. de iure do. l. auia.* Sed miror quare hoc dixerit: nam pactum vel factũ quod sui vicinitate vestitur, inter eosdẽ a esse debet, quod hic non fuit: sed aliis soluerat & pro aliis, & adhuc ab alio paciscebatur reddi sibi: sic ergo non potest vestiri. & hoc placet. 3 Tertij dicunt hic ex interuallo appositum. 4 Quarti, q ibi in contractu, hic in distractu. *& facit ad l. illam. ff. de pact. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & j. de pactis con. l. j.*

[I]N iudicio.] CASVS. In locato & conducto venit dolus & lata culpa & leuis, non casus fortuitus. Viuia.

a ¶*Dolum.* vt absit.

b ¶*Custodiam.* vt assit. & potest contingere in conductore culpa circa custodiam: *vt ff. nau. cau. sta. l. nauta.* Circa locatorem, quia rem alienam locauit: *vt ff. e. l. si quis domum.* vel vitiosam: *vt in l. sed addes. §. j. & l. cum in plures. §. seruum meum.* Sed licèt ex natura contractus veniat custodia, non tamẽ leuissima culpa venit: *vt ff. nau. cau. sta. l. idem. § sed si gratis.* si tamen specialiter promittatur custodia etiam leuissima culpa venit secundùm Io. *vt ff. eod. l. qui mercedem.*

c ¶*Casum.* fit enim propter c casum remissio mercedis, & sic neque locatori imputatur: quia aliàs teneretur ad interesse: *vt ff. eo. l. si fundus.* Azo. & hoc nisi ex pacto speciali. arg. *s. de nego. gest. l. negotium. & facit s. commo. l. ij. & s. man. l. a procuratore. & de pig. act. l. creditor.*

...niunt sarcienda fortuita. Bald. Vel sic: Conductor locatori & econtra tenetur de dolo & culpa, non de casu. Salyc.*

XXVIII. *Iidem AA. & CC. eidem Neroni.*

IN iudicio tam locati, quàm conducti, dolum a & custodiam b, non etiam casum c, cui resisti nõ potest, venire cõstat.

Destructa per conductorem, debent restitui per eum, & eius heredem. Salycetus.

XXIX. *Idem AA. & CC. Iuliano.*

CVm conductorem ædificia quæ suscepit integra, destruxisse proponis: hæc etiã heredes d eius præses prouinciæ instaurare, ædificiorum inter vos habita ratione e, iubebit.

Qui prohibetur esse principalis prohibetur esse accessorius. Bald. Vel sic: Curiales non possunt aliena prædia conducere: nec pro conducentibus fideiubere. Salyc.

XXX. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Florentio præfecto prætorio.*

CVrialis * neque f procurator neq; cõductor g alienarũ rerũ, nec fideiussor † aut mãdator conductoris existat: alioquin nullam obligationem neque locatori h neque conductori i ex huiusmodi contractu competere sancimus.

Milites non debent omittere vsum armorum, nec esse graues vicinis eorum. h. d. Et illi qui aluntur à republica, debent militare pro ipsa, non contra ipsam vel honorem ipsius tenementi. Bald. Vel sic: Milites debent se abstinere à conductionibus, nisi gratia sui vsus. Salyc.

XXXI. *Imp.* LEO *Aspari magistro militum.*

MIlites nostros, alienarum rerum conductores k seu procuratores l, aut fideiussores vel mãdatores cõductorũ fieri prohibem v: ne omisso armorũ vsu, ad opus rurestre se cõferãt, & vicinis graues præsumptione cinguli militaris existant. Armis m autẽ, nõ priuatis negotiis occupent: vt numeris n & signis suis iugiter inhærẽtes, rẽpublicã à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant. †

Non tenetur dominus relocare eidem si non vult: nisi per pactum in scriptis factum adstrinxerit se ad reformandum. nam tũc compellitur: & alij locare non potest. h. d. & est valde no. lex pro contractibus emphyteuticis, in quibus omittitur reuocatio. Bald. Vel sic: Dominus põt locare rem alij cum fuerit finita locatio primi. nec debet primus secundo conductori molestiam vel litem inferre, sub pœna hic subiecta. Salyc.

XXXII. *Imp.* ZENO A. *Adamantio præfecto prætorio.*

NE cui o liceat qui aliquam domum alienã, vel locũ, aut ergasteriũ nomine conductionis accepit, alteri qui post eum p domini volũtate ad eandem q conductionem accessit, litem inferre r quasi rem illicitam, aut agenti damnosam tẽtauerit: sed patere facultatem dominis domos suas vel ergasteria vel loca cui voluerint locandi s: Ipsis nihilominus qui cõduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conseruandis: nisi fortè pacta t per scripturam specialiter inita cũ dominis, vel cũ his qui postea conduxerint, legibus u videlicet cognita, agẽtis x intẽtionibus suffragentur. ¶Quòd si quis huiusmodi cõtrouersiã sacris iussionibus interdictã crediderit cõmouen-

[C]Vm conductorem.] CASVS. Scholaris conduxit hospitium integrum: destruxit hospitium: nunquid tenetur redintegrare, quæritur? Respond. quòd sic, si viuit, & eo mortuo heredes eius. Nam tenetur conductor si fecerit rem deteriorem, ad interesse, & posset etiam expelli.

d ¶*Heredes.* videbatur quòd non, quia maleficium erat. sed non est ita: *vt ff. de act. & obli. l. ex contractibus. & l. ex deposito.* Accurs.

e ¶*Ratione.* scilicet vt talia restituantur, qualia fuerant tempore conductionis, vel præstet quanti eius interest.

[C]Vrialis.] CASVS. Si aliquis curialis est adstrictus curiæ, non potest esse conductor vel fideiussor siue mandator conductoris: & si contra facit, ex isto contractu nulla oritur actio.

f ¶*Neque procurator.* veluti qui certa mercede sibi præstita cũ domino conuenit vt à cæteris conductoribus ipse exigat, secundũ quosdam. 2 Vel dic simpliciter, sicut & in clericis: *vt in authen. de sanct. episc. § alium. col. ix. & fac. infra l. proxi.*

g ¶*Neque conductor.* si tamen in conductione successit alij, iure remanet: *vt ff. de dec. l. iiij.*

h ¶*Locatori.* scilicet scienti: *vt ff. eod. l. si ignorans. & facit infra de decu. l. si quis procurationem. lib. x. & infra quis. ad conduc. præ. fisca. accer. non li. lib. xj. l. j.*

i ¶*Conductori.* si pro locatore fideiussit.

[M]Ilites.] CASVS. Milites armatæ militiæ prohibent conducere res alienas, & esse fideiussores conductorũ, siue procuratores, siue mãdatores eorum: & debent dare operam armis, non agriculturis, siue priuatis negotiis: ita vt nos defendant, & rẽpublic. à qua aluntur.

k ¶*Conductores.* Sed an stabulũ pro a equis suis, vel alia ad militiã faciẽtia poterit conducere? Respond. sic: & hoc de rure tantum prohibet: *vt j. subijcit,* ne omisso, &c. & idẽ in domo reficiẽda dico, nõ habitãda: *vt j. e. l. fin. in prin.* nam & miles punitur: *vt j. eo. tit. l. vlt.* sed locanti & ignoranti parcitur: *vt ff. eo. l. si ignorans.*

l ¶*Procuratores. vt & j. de procur. l. militem.* nisi in b rem suam: *vt in eo. tit. l. qui stipendia. & ff. de procur. l. filiusfamilias. §. veterani. & qui satisda. cog. l. de die. §. j.* 2 & nisi pro necessariis in causa liberali: *vt ff. de lib. cau. l. iij. §. milit.* 3 Vel nisi pro suo matrimonio: *vt d. l. filius famil. §. veterani.* & idem de c milite cœlestis militiæ, quod hic de seculari dicit: *vt in authen. de sanct. episcop. § alium. col. ix.* idem in fabricensibus: *vt j. de fab. l. fin. lib. xj.*

m ¶*Armis. sic infra de iure delib. l. fin. in princ. & supra de cond. ob causam. l. si militem. & infra de re mili. l. milites. ij. lib. xij. & xxij. q. iij. per totum.* Accursius.

n ¶*Vt numeris.* quorum quidam dicuntur militia, alij cohors, alij vexillatio, manipulus, legio, d cuneus, ala: *vt ff. de his qui not. infa. l. ij. circa princip.*

[N]E cui.] CASVS. Si aliicus conduxerim domum meam vel ergasterium vsque ad annum, & in sequenti anno nolo ei locare, sed alij: an possit mihi, aut ille cui locaui, aliquam quæstionem mouere? Resp. q non. & si cõtra fecerit, si vilis persona est, verberatur: & in exiliũ mittitur: si nobilis, punitur in decem lib. auri.

o ¶*Ne cui.* scilicet sancimus.

p ¶*Post eum.* e id est, finita eius conductione. f

q ¶*Ad eandem.* id est, eiusdem rei.

r ¶*Inferre.* alioquin si damnum per hoc dominus habuerit: agit de dolo vel in factum: *vt ff. de dolo. l. rem quãdam.* g secundũ H. quod non potest stare, cum habeat actionem ex locato: *vt j. l. proxi.* In l. autem illa, rem quandam, non habebat locum aliud auxilium.

s ¶*Locandi.* tempore prioris locationis finito. fallit tamen hoc in prædiis fiscalibus. *j. de loca. præ. fisc. l. congruit. § prædia. §. fi. lib. xj.* Item fallit in scholarib. *vt extra de loca. & conduct. c. ex rescripto.* h

t ¶*Pacta.* vt nõ liceret alij locare, donẽc ille cõductã habere vellet, & tãtũ dare quãtũ ali*. ¶Et nõ p scripturã, speciale: *vt j. tit. j. l. j.*

u ¶*Legibus.* non vi, vel dolo, vel metu.

x ¶*Agentis.* scilicet prioris.

Conductores.] CASVS. Si conducis à me rem aliquam, vel precario concedo tibi rem aliquam, finito tẽpore conductionis debes mihi reddere si viuis, aut heredes tui si nõ viuis. Si autem tu aut tui heredes differant vsque ad sententiam definitiuam: competens iudex non solum in re, sed in æstimatione rei debet te condemnare.

a ¶ *Precario*. sic de vtroque loquitur alia, quæ dicit idem infra. *vnde vi. l. non ab re*. & quæ hic sunt, ibi supple.

b ¶ *Volentibus*. scilicet iure: *vt* *s. l. proxi.*

c ¶ *Aestimationem*. res petitur actione locati: *vt ff. eod. l. videamus. §. qui vinum & l. si cui. §. qui sermam.* Sed hæc æstimatio petitur condictione ex hac l. proponenda post definitiuam sententiam, secundũ quosdam, vt innuit hæc lex: nam tũc demum est in obligatione. Sed Ioan. dicit etiam ante, scilicet sub illa conditione si distulerit restituere vsque ad sententiam. Sed obiicitur. *ff. de iudic. l. non quemadmodum*. Sed respondetur, quòd illud est verum in principalibus: sed hæc æstimatio est accessoria.

* Pard. l. non ab re ꝭ vnde vi.

† Cuia. lib. 11 obs. c. 3. 8.

a Actiones duæ sub conditione in eo dem libello proponi possunt, vt hic de quo dixi ple nius ad l. qui de inofficioso 20. in f. ff. de inofficioso.
b Et Azoem hic Cont.
c Rectè. Bald.

d Baldus respondet illam conditionem & distulerit restituere, purificari per sententiam allatam atque in lege opposita.

Licet.] CASVS. Leges aliorum imperatorum prohibebant milites conducere prædia aliena: ne locatoribus & aliis vicinis essent iniuriosi. veruntamen quia legibus illæ in multis circunueniebantur, Iustinianus imponit pœnã militibus contra facientibus: & dicit quòd si aliquis miles conduxit rem alienam, ipso iure fit infamis, & perdit gradum militiæ: & ex illa locatione non datur actio locatori vel conductori.

d ¶ *Principes*. *vt s. eod. l. milites. cum suis concor.*

e ¶ *Procurandas*. id est, reficiendas.

f ¶ *Constitutionis*. id est, constituti.

g ¶ *Procurandos*. id est, defendendos armis.

h ¶ *Conuertere*. atrocitatem.

i ¶ *Optionibus*. id est, qui diuersis tẽporibus militabant pro mercede. Vel dic optionibus, id est electionibus. aliàs opinionibus: vt in authent. vt neque miles, neque fœderatur. *per totum. col. viij. & facit ad l. istam in authẽ. vt li. ma. l. & ouia. §. quod autem. col. viij.*

dã: si priuatus est, acriter cæsus exhibi subeat pœnã: si militat, decẽ librarũ auri dispẽdio feriatꝰ. *Cõstitutio Græca hic deesse notatur.*

Qui rem conductam non restituit ante condemnatoriam sententiam, postea tenetur etiam ad eius æstimationem quasi inuasor. hoc dicit Bald. idem Salyc.

XXXIII. *Idem A. Sebastiano præfect. prat.*

Conductores* alienarũ rerũ, seu alienam cuiuslibet rei possessionẽ precario[a] detinentes, seu heredes eorũ, si nõ eam dominis recuperare volẽtibus[b] restituerint, sed litem vsque ad definitiuam sentẽtiam expectauerint: nõ solũ rem locatã, sed etiam æstimationem[c] eius victrici parti ad similitudinẽ inuasoris alienæ possessionis præbere compellantur.

XXXIIII. † ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. * fortè, ΖΗΝΩΝ. vel ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΣ. ** epitoma ex Basilic.

Ἑκατέρῳ ἡ διάταξις ἐπιτρέπει καὶ τῷ μισθωσαντι καὶ τῷ μισθωσαμένῳ, ἐξεῖναι λύειν τὴν μίσθωσιν καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις καὶ μὴ διδόναι πρόστιμον ὡς ἐκ παραβασίας, εἰ μὴ ἄρα ἐν ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος ἀπετάξαντο τῷ τοιούτῳ συμφώνως ἢ ἀγράφως ἀπείπον.

Eadem Latinè.

Vtrique constitutio permittit & locatori & conductori licere intra annũ rescindere locationem & in Italia & in omnibus prouinciis, & non dare pœnam velut ex violatione seu transgressione, nisi vtique in initio cõtractus renuntiauerãt huic legi per pactum, aut sine scripto renũtiauerint.

Huius quoque legis argumẽtũ refert Iulianus epitomator in Dictato de consiliariis, quod inter fragmẽta veterum iurisconsultorum à Pytheo editum fuit. Nẽpe hac caueri, vt liceat intra annum sine pœna à contractu in conductionibus recedere.

Signa imperialia dicuntur victricia. hodie debet imperator in Italia verecundari de tanta fama, quæ tenet gloriã nominis, sed non hominis, & iacet infatuatum imperium, dico in Italia: nam in sua maiestate confundi non potest: vt in auth. quomodo oportet. §. fin. col. 1. Bald. Vel sic: Milites prohibentur à cõductione rerum alienarum: aliàs tam ipsi, quàm locatores puniuntur pœna hic scripta vel inserta: & quilibet potest eos accusare. Salyc.

XXXV. *Imp.* IVSTINIAN. *A. ad Senatum.*

Licet retro principes[d] multa de militibus qui alienas possessiones vel domos cõductionis titulo procurãdas[e] suscipiunt, sanxisse manifestũ est: tñ quia res sic est cõtẽpta: vt neque interminationis sacratissimæ cõstitutionis[f] milites memores, ad huiusmodi sordida audeant venire ministeria, & relictis studiis publicis, signisque victricibus, ad conductiones alienarũ rerũ prosilire, & armorũ atrocitatẽ nõ in hostes ostẽdere, sed cõtra vicinos, & forsitan etiã aduersus ipsos miseros colonos, quos procurandos[g] susceperint, cõuertere[h]: necessariũ duximus ad hãc sacratissimã venire cõstitutionẽ, altius & plenius huiusmodi causam corrigẽtes. Iubemus itaque omnes omnino qui sub armis militant, siue maiores, siue minores, (Milites autẽ appellamus tã eos quòd sub excelsis magistris militũ tolerare noscunt militiam, quàm qui in vndecim deuotissimis scholis † taxati sunt, necnon eos qui sub diuersis optionibus[i] fœderatorũ nomine sunt decorati) saltem[k] in posterũ ab omni cõductione alienarũ rerũ tẽperare. Scituros quòd ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto vel aliqua sententia cadãt militia[l], & non sit regressus eis ad pristinũ gradum, neque beneficio imperiali, neque consensu vel permissu iudicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimãt, suas militias suámque opinionẽ amittãt, ex militibus pagani, ex decoratis infames constituti[m]: & quod post huiusmodi conductionem, (quã penitus interdicimus) à publico susceperint[n]: & hoc[o] sine aliqua mora vel procrastinatione reddere cõpellantur: Sciturus & ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad cõductionem permiserint, nostra lege eorum conamine violata; quòd nulla eis exactio contra eos concedatur: vt[p] qui alieni appetens cõstitutus[q] militem procuratorem elegerit[r], & à suis cadat reditibus[s].

Pateat autẽ omnibus huiusmodi copia apud cõpetentes iudices accusationis: vt qui in hac causa delatos existat, laudandus[t] magis quàm vituperãdus intelligatur: pœna quã contra milites nostrorũ † præceptorum contemptores, & ipsos qui eis

k ¶ *Saltem in posterum*. licèt in præterito non ita fecerint.

l ¶ *Cadant militia*. ipso iure.

m ¶ *Infames constituti*. ipso iure.

n ¶ *Susceperint*. nomine stipendiorum vel alimentorum.

o ¶ *Et hoc*. id est, non solum à militia cadent, sed etiam hæc percepta reddent, & hoc conditione ex hac l. vel condictione indebiti.

p ¶ *Vt*. id est, sicut.

q ¶ *Constitutus*. scilicet actor qui alienum petit, sibi tamen debitum.

r ¶ *Elegerit*. cedendo ei actionem, quod est vetitũ: *vt s. ne lice. po l. 1. & 2.*

s ¶ *Et à suis cadat reditibus*. ille qui cessit. Vel dic, qui locauit. *& facit in authen. de eccles. titul. §. antepen. col. ix.*

t ¶ *Laudandus*. *sic s. de epis. & de. l. nullis in fin.*

DE IVRE EMphyteutico.

Videbatur contractus emphyteuticus similis locationi, sed non est: vt infra. de loca. & con. §. adeo. & de eo titu. de locato penitus vicinus ti. isse. ADDITIO. *Et si contractus emphyteuticus hoc pacto. nam ab initio datur certa quantitas pecuniæ, deinde constituitur modica annua pensio in recognitionem potius directi dominij, quàm in fructuum percipiendorum recompensationem. Ita dicit Iason de Mayno in l. 1. § 2.*

Ius.] CASVS. Emphyteuticus contractus, id est meliorationis, neque est venditio neque locatio, &c. & si quis in non modicum tempus, imò in perpetuum concedit mihi fundum vt faciam domum, vt ibi plantem, &c. & reditũ sibi annuum reddam: & si inter me & dominum fiat aliquod pactum, illud seruandum est. verbi gratia. Si conueniat scriptura interueniente, quòd si flumen auferat totum fundum, vel damnum pertineat ad aliquem nostrum. Si verò non conuenit, distinguitur: aut totus fundus periit aut pars fundi. primo casu damnum respicit dominum: secundo casu me emphyteutam.

† quæ sunt hi dispositione magistri officiorum, vt apparet ex nouella imper. Sic in noui bus Quãm optiones, vide Vegetium lib. 2. de re milit. cap.

† nostrorum præceptorum.

Ius emphyt.

cōductiones rerum ad ſe pertinentiū permiſerint, ſtatuimus, in futuris cauſis obtinente.

TITVLVS LXVI. DE IVRE EMPHYTEUTICO.

Contractus emphyteuticus propriam habet naturam atque figuram, exigitque ſcripturam, & propter particulare damnum emphyteuta non liberatur à canone. Baldus. Vel *ſic: Contractus emphyteuticus eſt contractus per ſe diſtans à conductione & locatione: & debet fieri in ſcriptis cum pactis in eo initis. Et ſi de caſu fortuito nihil eſt conuentum, tunc ſi res pereat tota, liberatur emphyteuta: non ſi pereat pro parte. Salycetus.*

I. *Imp.* ZENO A. *Sebaſtiano. præfecto prætorio.*

IVs emphyteuticariū[a] neque conductionis[b], neq. alienationis[c] eſſe titulis adiiciēdum, ſed hoc ius tertiū eſſe conſtituimus, ab vtriuſque memoratorū cōtractuū ſcietate ſeu ſimilitudine ſeparatū: conceptionē[d] itē definitionēq;[e] habere propriā, & iuſtum eſſe validūmque contractum, in quo cuncta[f] quæ inter vtraſq; contrahentiū partes ſic per omnib. vel etiā fortuitis caſibus[g], pactionib. ſcriptura[h] interueniēte habitis placuerit, firma illibatáque perpetua ſtabilitate modis omnibus debeat cuſtodiri[i], ita † vt ſi interdum ea quæ fortuitis caſibus eueniunt, pactorū non fuerint cōuentione cōcepta: ſiquidē tanta emerſerit clades, quæ prorſus etiam ipſius rei quę per emphyteuſim data eſt, faciat interitū: hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permāſit, ſed rei domino, qui qđ fatalitate ingruebat[k], etiā nullo intercedente cōtractu habiturus fuerat, imputetur. Sin verò particulare[l] vel aliud leue cōtigerit damnum, ex quo nō ipſa rei penitus læditur ſubſtantia: hoc emphyteuticarius[m] ſuis partibus non dubitet adſcribendum.

Pacta emphyteutica ſeruanda ſunt: quibus ceſſantibus ſeruanda eſt natura contractus: quæ eſt, vt ſi per triennium canon non ſoluatur, poſſit dominus expellere emphyteutam, niſi ſteterit per dominum, & emphyteuta depoſuerit cenſum. Baldus. Vel ſic: Pacta inita inter dominum & emphyteutam, ſunt ſeruanda: & maximè ſuper reiectione emphyteutæ. Et ſi de eius reiectione nihil fuerit conuentum, poteſt expelli ſi non ſoluerit per triennium, nulla meliorationis vel alicuius pœnæ habita ratione: niſi per dominum ſteterit quo minus ſolutionem receperit: & emphyteuta conſignauerit, & depoſuerit. Salycetus.

II. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demoſtheni. P.P.*

IN emphyteuticariis contractibus ſancimus, ſi quidē aliquæ[n] pactiones[d] in emphyteuticis inſtrumētis fuerint cōſcriptæ: eaſdem & in omnibus aliis capitulis[o] obſeruari, & de reiectione ei[e] qui emphyteuſim ſuſcepit, ſi ſolitam penſionem, vel publicarū functionum apochas non præſtiterit[p]. Sin autē nihil ſuper hoc capitulo fuerit pactū, ſed per totū triennium[q] neque pecunias ſoluerit, neq. apochas domino tributorū reddiderit[r]:

a ¶*Ius emphyteuticariū*. id eſt, contractus emphyteuticus qui qualiter fiat, habes Inſti. *loca.* §. *adeo.* Circa quem contractum ſunt tria naturalia ſiue tacita pacta. Primū habes in fine huius l. Secundum habes ǰ. *eo. l. ij.* §. j. Tertium habes ǰ. *eod. l. fin.* §. j. ¶Et cum dicit iſte textus, ius emphyteuticarium: ex hoc patet ꝙ emphyteuta[a] habet ius in re, per quod à locatore[b] differt: vt ǰ. *de leg. j. l. ſi domus.* §. *ſi.*

b ¶*Neq. cōductionis.* quia non ſolet locatio[c] mutare dominiū: vt *ff. locat. l. nō ſolet.* At hic ſic tranſit vtile dominiū, & naturalis poſſeſſio, & ius conſtituitur in re: vt *ff. ſi ag. vec. l. j.* § *fin.* Item hoc ius in rebus ſoli tantùm conſtituitur.

c ¶*Alienationis.*[d] quia hic ex quibuidam cauſis poteſt res auocari: vt *infra eo. l. ij. & ſi.* Item quia dominium, ſcilic. directum remanet penes dominum, ſed alienatio eſt actus per quem dominium transfertur: vt ǰ. *de fun. do. l. j.* Item in venditione eſt precium, & certum, & in quantitate. hic autem & in ſpecie, & prætere per ſingulos annos ſoluitur: vt *inſtit. de contrahend. empt.* §. *precium. &* §. *ſequent. & loca. & conduc.* §. *adeo.* Item hic neceſſaria eſt ſcriptura: vt *hac leg.* quod in alienatione vel locatione non eſt opus. & in multis aliis: vt curioſus lector poterit reperire. ¶Sed opponitur: quia[e] etiā alienationis vocabulo cōtinetur, ſcilicet donatio in emphyteuſim: vt *in authen. de non alien.* §. *alienationis. colla. ij. & ǰ. de reb. alien. non alie. l. fin. quæ ſunt contra.* Solu. non continetur appellatione alienationis ſi propriè & ſtrictè accipias, vt[f] eſt dominij trāſlatio. *vt hic.* ſed largè ſic, vt ibi.

d ¶*Conceptionem.* in animo contrahentium, vel in verbis. Acc.

e ¶*Definitionémque.* ſcil. in lege, hoc eſt, obſeruationē ſpecialiter definitam.

f ¶*Cuncta.* putà pacta.

g ¶*Super omnibus vel etiam fortuitis caſibus.* veluti de euictione, & de alienatione, & cæteris cauſis.

h ¶*Scriptura.* Not. hic[g] contractum fieri debere in ſcriptis[h]: ſic & aliàs: licèt contra regulariter: vt not. ǰ. *de pact. l. pactum quod bona.* 2 Vel dic hoc dici de pactis, nō de contractu. 3 Vel non prohibet ſine ſcriptis fieri, licèt dicatur fieri in ſcriptis. ADDIT. Falſa eſt hæc opinio, licèt conſuetudine confirmetur: vt ait Ba. Ang. &c.

i ¶*Cuſtodiri.* per condictionem ex l. iſta Zenonis, vel præſcriptis verbis. ADDITIO. Hæc vltima opinio rectè à plerìſque reiecta eſt priore probata.

k ¶*Ingruebat.* i. eueniebat.

l ¶*Particulare.* ſcilicet medietatis: argum. *ff. de verborum ſignific. l. nomen filiarum.* § *portionis. & de vſufructu. l. etiam part.* ſecundùm M. quod B. non placet. Sed dicit particulare dum non ſit totius rei, i. dummodo non ſit tota res extincta, quáuis maior pars perierit, damnum pertinet ad emphyteuticarium: vt *inſtit. loca.* §. *adeo. in fin.* §. alioqui non complecteretur omnes caſus hæc lex. quod facere vult, cùm ſubditur aduerſatiua, ſin verò particulare. &c. hoc placet[a]. ¶Sed videtur diſtinguendum: vt *ff. de contrahen. emp. l. domum.* Sed ibi ante contractum periit. ſi verò poſt, ſemper eſſet emptoris periculum, vt in venditione: vt *Inſtit. de contrahend.* §. *item autem.* ¶Item contrà. huic dicto. ǰ. *de allu. & palud. l. ij.* Sed ſpeciale in tributis, vt aucto vel deminuto prædio augeatur vel deminuatur penſio: vt ibi. ADDITIO. quia tributa pro modo agri debentur.

m ¶*Emphyteuticarius.* quia emolumentū ſi qđ acceſſit, forte iure alluuionis, ad eum ſpectat. ¶Sed quid ecōtra ſi augeatur res[b], an augeatur penſio? Reſpon.[c] poteſt diſtingui ſic apparens vel latens augmentum, vt alluuionis ad inſtar fructuarij: vt *ff. de vſufruct. l. item ſi fundi.* § *ſed ſi inſulam.*

IN *emphyteuticariis.*] CASVS. Dictum eſt ſupra ad quē debet ſpectare periculū rei datæ in emphyteuſim. hic dicit quòd pacta ſi quæ fiant: ſiue ſint de natura contractus ſiue de extrinſecis, debeāt ſeruari. & ſi non fiant, debet emphyteuta ſoluere ſingulis annis penſionē, & debet reddere apochas domino in quibus confitetur ſe ſoluiſſe: & ſi in ſolutione per triennium ceſſauerit, dominus poterit eum expellere, nec ei reſiſtere poterit dicendo ſe fundum melioraſſe, & poſuiſſe emponemata, id eſt, aliqua ædificia, allegando quòd dominus pœnæ ſe ſubiecerit ſi emphyteutam expelleret. Itē nec emphyteuta poterit obiicere domino quod pēſionem non petiit, quia offerre debuit, & ſi dominus nolit accipere, debet cōſignare & deponere.

n ¶*Pactiones* præter illas quæ ex natura rei contractus tacitè intelliguntur. Acc.

o ¶*Capitulis.* ſcil. vel ſuper interitu: vt ǰ. *l. proxi.* vel alienatione: vt *infra l. prox.* vel ſuper aliis, vel etiam ſuper reiiciendò emphyteutam, putà ſi non ſoluat per quinquennium vel decennium, vt ſubiicit, & de reiectione, &c.

p ¶*Apochas non præſtiterit.* id eſt, penſio ſoluebatur domino, & functio, fiſco pro eodem fundo, & emphyteuta qui ſuſcipiebat apocham à fiſco, id eſt, confeſſionem de ſoluto: vt & *ſupra de fide inſtrumentorum. l. plures.* debebat eam domino dare in vnoquoque anno. aliàs ſi non redderet per triennium, expelli poteſt, vt hîc. Et hoc ea ratione, quia poſſet eſſe quòd res ad dominum rediret, & fiſcus peteret etiam præteritas functiones: vt *ff. de publicanis. l. imperatores. in principio.* Si ergo habuit dominus apocham factam emphyteutæ à publicano, tuebitur ſe contra eundem publicanum. Vel dic apocham cum ſubſcriptione ſua: vt *dicta lege plures.*

q ¶*Triennium*[d]. in emphyteuta eccleſiæ[e] biennium: vt ǰ. *de ſacroſ. eccle. auth. qui rem.* idem in colono priuati, quod hîc, ſc. de biennio[f] dicimus: vt *ff. loca. l. quæro.* §. *inter.*

r ¶*Reddiderit.* cum ſubſcriptione ſua: vt *d. l. plures.* vel aliter vt modo dixi. Accur.

a Emphyteuta habet ius in re.
b Emphyteuta differt à conductore.
c Locatio non mutat dominiū, vt hic, niſi fiat in perpetuū vel longū tempus.
d Qui dat in emphyteuſim non alienat.
e Alienationis appellatione continetur emphyteuſis ſeu in emphyteuſim datio.
f Alienat proprie qui dominiū transfert. † Iſte text. reprobatur ſecundum Bal. & Fraciſc. Cremenſ. ad hoc ſingularis.
g Dudi eccleſiæ domum vt me alere, poſtea domus eſt combuſta, vel alio caſu fortuito eſt deſtructa: nihilominus tamen tenetur eccleſiæ me alimentare: vt per Abbatem.
h Scriptura perfici debet emphyteuſis.
i Idem Bart. Bal. Sal. & Iaſ. reprobatis duab. opinionib. ſequentibus.
a Et hoc etiam Saly. Alber. & Ia.
b Vtrùm re emphyteutica aucta ſit augenda. c Hec vel diſplicet B. & Sal. & Iaſ. nec debet diſtingui.
d Contra cum ...
e Emphyteuta priuati ceſſans in ſolutione canonis, per triennium ... Eccleſiæ verò biennio ...
f Intelligē ſecundū diſtinctionē ...

a ¶ *Volenti.* quia si vellet ad pensionem tantùm agere, ex l. Zenonis posset.

b ¶ *Repellere* per se, huius[a] l. auctoritate: sed melius si iudicis auctoritate fiat per libellum[b], cum possideat: vt *argum. j. de pign. l. creditores.* secundùm M. & B. nec pertimescat crimen, si faciat per se, cũ sibi arbitrium vltionis sciat esse cõcessum: vt *infra de metatis. l. deuotum. libro xij. & ad idem. ff. de pignor. l. ex vectigali.* Si tamen interuersa possessione, suo nomine cœpit possidere emphyteuta, non deiicies cum tua auctoritate[c]: vt *ff. de vi & vi armata l. colonus secundùm Ir.* ¶ Sed quid si[d] fecerit pactum dominus, vt non liceat ei emphyteutam repellere, etiam si pensionem non soluat? Respondeo pactũ seruandum[e]. argum. *s. de pact. l. penul.* quia iuri pro me introducto renunciare possum. Alij distinguũt an cõueniatur ne omnimodo liceat, & tunc non valet: an vsque ad certum tempus, & tũc sic: vt *ff. communi diuidundo. l. in hoc. §. si conueniat.* Sed est arg. cõtra quòd tale pactum nõ valeat: vt ff. *de precar. l. cum precario.* sed prima est verior, & est pro ea. *ff. de posi. l. j. §. si conueniat.* ¶ Item si triennio elapso dominus recipiat pensionem omnium annorum quibus est cessatum, an amodo possit deiici? Resp. non[f]. argu. ff. *de lege commiss. l. post diem.* Duorum enim alterum poterat facere dominus, vel deiicere, vel pensionem petere: vt *in authentic. de alim. & emphyteu. §. si vero quis locator. collat. ix.* eligendo ergo vnum, alteri renunciasse videtur: vt *d. l. post diem. & l. si fundus. §. j. in eo. tit.* ¶ Item quis probabit, vtrum emphyteuta se soluisse, an dominus sibi non fuisse solutum? Respond. emphyteuta: vt *arg. s. de probat. l. j.* quod faciet per testes[g], vel instrumenta, vel confessiones. Vel quòd tribus cõtinuis annis proximis soluerit, per quod præsumitur[h] retro soluisse semper: vt *j. de apochis pu. l. pen. lib. x.* ¶ Item quid si emphyteuta promisit pœnã si non soluerit pensionẽ, an poterit deiici? Videtur quòd non, quasi per pœnam renũciauerit dominus deiectioni. arg. *j. de pact. com. l. fina.* Tu dic contra[i], ne quod fauore domini, scilicet pœna, est introductum, &c. *s. de legib. & senat. l. quod fauore. & dict. l. j. de pact. con.* loquitur in priuilegiis, quæ facilius quàm iura communia tolluntur. sed tamen vtrumque, scilicet eum deiicere, & pœnam petere non potest, nisi hoc actum sit vt vtrumq; possit fieri: vt *ff. de excep. doli. l. apud Celsum. § Labeo & s. de transactio. l. cum proponas. & de verb. oblig. l. ita stipulatus. in fi.* ¶ Item si semel pœna est exacta, si iterum stet per aliud triennium quòd non soluat, an iterum poterit exigi? Respondeo, non[k]: vt *arg. ff. de arb. l. si duo. §. fi.* Nec obstat etiam si sit dictum rato manente contractu: quia non comprehẽdit pœnæ stipulationem: quia non est contractus[l]: vt *ff. de exceptione doli l. apud Celsum. § Labeo.* nisi expressè esset dictum, rato manente &c. vt quotiens cessaueris: totiens in pœnam incidas: vt *d. l. si duo. § fin.* ¶ Item si promisit pœnam rato[m] manente, &c. & petiit pœnam, & vult nihilominus deiicere, an potest? Resp. sic[n]: *arg. ff. de transaction. l. qui fidem. & l. pacto. & s. de pactis l. cum proponas. ij.* In fauorem enim domini dictum est quòd contractus debeat ratus manere. *& pro hoc est argu. ff. de regu. iur. l. cum par. & supra de transac. l. si quis maior.* ¶ Item quid si emphyteuta faciat alium emphyteutam vnum vel plures. & cessant in solutione canonis: quod auxilium datur domino? Quidam dant ei condictionem ex l. Ioan. dicit quòd vindicat dominium suum à secundo emphyteuta: & si ille excipiat de iure emphyteutico, quod replicet: quia non debet ei fides seruari, &c. vt *s. de pactis l. cum proponas. ij. & ff. vsufructu. quemadmodum ca. l. si vsusfructus nomine.* Sicque poterit consequi pensiones. ¶ Item quid si aliquis non emphyteuta possidens fundum pro quo xl[o]. annis soluit pensionem, deiiciatur nunc? Respon. non potest deiici: sed præsumo[p] emphyteuticum contractum celebratum fuisse: vt *arg. infra de fundis patrimo. l. fin. & l. ius emphyteutici. lib. xj.*

volenti[b] ei licere cum à prædiis emphyteuticariis repellere[b]: nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum quæ emponemata[c] * dicuntur, vel pœna opponenda[d]: sed omnimodo eo (si dominus voluerit) repellẽdo, neque prætendente quod non est super hac causa inquietatus: cùm neminem oporteat cõuentionem vel admonitionem expectare, sed vltro sese offerre, & debitũ spontanea voluntate persoluere secundùm quod & anteriore lege † nostri numinis generaliter cautum est[e]. Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere, & reditũ minimè velle suscipere, vt ex huiusmodi machinatione triennio elapso, suo iure is qui emphyteusim suscepit, cadat: licentiam ei cõcedimus, attestatione præmissa, pecunias offerre, hisque obsignatis, & secundùm legem[f] depositis, minimè deiectionis timere periculum.

c ¶ *Emponemata.* aliàs emphynemata * exponunt aliqui, i. ædificia, vel sunt meliorationes.

d ¶ *Vel pœna opponenda.* promissa à domino si emphyteutã expelleret: vt *ff. loca. l. quaro. § inter.* Et dic quòd emponema Græcè, Latinè dicitur melioratio: vt *hic dicit, & j. l. prox. in prin.*

e ¶ *Cautum est.* vt *infra de contrahenda stipulat. l. magnam. & facit ff. de vsuris. lege pecunia. §. vsuras. & ff. de alim. legat. l. libertis. § manumissis. & ff. de leg. com. l. si fundus. § fina.* Fallit tamen in casu, vt in operis libertorum, quæ videntur debere peti coram iudice ad hoc vt stipulatio committatur: vt *ff. de oper. libertorum. l. cum patronus.* Vel ibi non fuerat dies præfinitus. ¶ Sed quo tempore anni fiat solutio? Respon. secundùm quod actum est. aliàs etiam inter tres vices poterit solui, dummodo ante kalẽdas Ianuarij: vt *j. de col. fun. pa. l. placuit. lib. xj.*

f ¶ *Et secundùm legem.* ita quod amodo in suos vsus non conuertat: vt *supra de vsu. l. acceptam & infra qui potior. in pignor. hab. l. j.* ¶ Sed videtur quòd sola oblatio sufficiat, cùm velit pœnam euitare tantùm. quod quidam dicunt, argum. *j. de suscept. & arca. libr. x. & infra de conditio. inser. l. fina. & ff. de arbitris. l. Celsus. in fi.* Hic ergo subaudias depositis, scilicet maximè. Alij dicunt quòd est hic speciale vt sola oblatio non liberet etiam à pœna cõmittenda. ¶ Sed quid si ille qui soluere debuit, ignorauit, quia heres[b] est acceptoris: vt *ff. de reg. iuris. l. qui in alterius.* & sic non soluit: an possit deiici? Respondeo, de stricto iure sic: vt *ff. de verborum obligat. l. cum filius. § in hac. & l. ad diem. & ff. de nautico fœnore. l. fin.* sed dabitur[c] restitutio ex clausula generali *ff. ex quibus causis maior. l. j. in fin.* Sed de æquitate[d] non potest dici: quia non cedit tempus ignoranti: vt *ff. quod vi aut clam. l. semper. § hoc interdicto. & ff. de calum. l. annus. & de edil. edic. l. cum sex. & ff. quando appellit. l. j. dies. & ff. si quis ingen. esse di. l. ij.* sed in illis legibus de vtili anno dicitur. & facit ad finem huius l. *infra de pigno. l. creditor.*

Emphyteuta potest ius suum vendere vel non, secundùm tenorem pactorum. cessante autem super hoc pacto, dominus est requirendus, an velit emere pro tali precio, quod ab alio inuenitur: & expectandus est per duos menses. & si non vult emere, sed consentire, debet pro consensu inuestitura noui emphyteutæ habere quinquagesimam. & si non vult emere, nec consentire, licitum est emphyteutæ post duos menses iura sua vendere personæ non prohibitæ, & si aliter vel alij vendat quàm liceat, sua iura perdit. Bald.

III. *Idem A. Iuliano P.P.*

CVm dubitabatur verũ emphyteuta debeat cũ domini voluntate[g] suas meliorationes, quæ Græco vocabulo ἐμποιήματα[h] dicuntur, alienare, vel ius emphyteuticum in aliũ transferre, an eius † expectare

CVm.] CASVS Accepi ab aliquo fundum in emphyteusim ad non modicũ tempus: ædificaui in eo fundo: volo ædificium vendere: quæritur, an possim? Dicitur quòd sic, si hoc contineatur instrumento emphyteuseos. Si nihil dictum sit, non possum sine consensu domini: nec etiam ius si quod habeam in re, non habita voluntate domini vendere possum. & si volo vendere: debeo denunciare domino. & si dominus velit tantum dare quãtum alius, ille præferatur. Et si intra duos menses dominus nolit emere, potero vendere cuicunque voluero: non tamẽ illi cui dominus prohibuerit vendere: puta quia dixit: do tibi fundum in emphyteusin hac lege, ne liceat tibi vendere domum, si domum ædificaueris, Titio. Si verò alij vendidero, dominus non poterit contradicere tunc: imò emptorem necesse habet in possessionem mittere, non per procuratorem, sed per seipsum, vel per literas suas, per quas ostendat se velle ipsum mitti in posses. dirigendas in ciuitate magistro census, vel in prouincia præsidi prouinciæ, qui emptorem ducat in pos. & pro hac inductione, vel renouatione contractus emphyteuseos, non plus habebit dominus, quàm quinquagesimam rei datæ in emphyteusin. Sin autem dominus hoc modo post duos menses facere noluerit: licentia datur ex hac l. ipsi emphyteutæ, emptorem ducere in pos. domino inuito. & si aliter fiat quam hac l. continetur, ego cadam à iure.

g ¶ *Voluntate.* tacita quasi ex natura contractus.

h ¶ *Emponemata.* inde est[e] emponematographu: de quibus dicitur *j. de decur. l. si quos lib. x.* Dabantur[f] enim olim sterilia in emphyteusin sola: quia diligentia emphyteutæ fiebant fertilia: sed hodie ad id ventum est, vt omnia dentur: in ecclesiasticis autem dãtur quæ congrua videntur œconomo: vt *s. de sacrosanc. eccle. auth. perpetua. & authen. si quas.* Accur.

Consensum.

cõsensum[a]: sancimus, siquidem emphyteuticum instrumẽtum sup hoc casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari. sin autem nullo modo huiusmodi pactio interposita* est, vel fortè instrumentũ emphyteuseos deperditũ est[b]: minimè licere emphyteutæ sine cõsensu domini meliorationes suas aliis vendere[c], vel ius emphyteuticũ trãsferre. Sed nec hac occasione accepta, domini minimè cõcedant emphyteutas suos accipere[d] precia meliorationum quæ inuenerũt, sed eos deludãt, & ex hoc commodum emphyteutę depereat: disponimus attestationem domino transmitti, & prædicere quantũ precium ab alio re vera accipi potest. Et si quidẽ dominus hoc dare maluerit, & tãtam præstare quantitatem, quantam ipse † reuera emphyteuta ab alio accipere põt: ipsum dominũ omnimodo hęc comparare. Sin autẽ duorum mẽsium spacium fuerit emensũ*, & dominus hoc facere noluerit: licẽtia emphyteutæ detᷓ, vbi voluerit, & sine cõsensu domini meliorationes suas vẽdere: his tamen personis quæ non solẽt in emphyteuticis cõtractib. vetari[e] ad huiusmodi venire emptionẽ. Necessitatem autem habere dominos, si alius melioratio secũdum præfatum modũ vendita sit, accipere emphyteutã: vel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas & idoneas ad soluẽdum emphyteuticum canonem, trãsponere[f] emphyteuta maluerit: non contradicere[g], sed nouum emphyteutã in possessionẽ suscipere, non per conductorẽ, vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se[h], vel per literas suas, vel (si hoc nõ potuerint, vel noluerint) per depositionẽ[i] in hac quidem ciuitate apud virum clarissimum magistrum censuũ, vel præsentibus tabulariis per attestationem[k], in prouinciis autẽ per pręsides vel defensores celebrandam. Et ne auaritia tenti domini, magnam molem pecuniarũ propter hoc efflagitent: (quod usque ad præsens tẽpus perpetrari cognouimus) non amplius eis liceat pro subscriptione [sua] vel depositione, nisi quinquagesimã partẽ precij[l], vel æstimationis[m] loci qui ad aliam personam trãsfertur, accipere[n]. Si autem nouum emphyteutam vel emptorem meliorationis suscipere minimè domin⁹ maluerit, & attestatione facta, intra duos menses hoc facere supersederit: licere emphyteutæ etiã nõ cõsentientib. dominis ad alios suũ ius, vel emphyteumata † transferre. Sin autẽ aliter fuerit versat⁹[o], quàm nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat[p].

a ¶*Consensum.* s. expressum.

b ¶*Deperditum est.* nec adsunt testes, qui probent[a] amissionem, & quod in eo continebatur, imò ipsum pactum: alioquin aliud esset: vt *supra de fide instrumentorum. l. in exercendis.* Vel secundùm quosdam: ideo quia scriptura tantùm probatur. quod nihil est: quia etiam tunc sufficeret probari interuenisse instrumentũ, & amissum, & quod in eo continetur: vt s. *de fide instrument. l. emancipatione.*

c ¶*Aliis vendere.* vendere[b], & ius emphyteuticum transferre, idẽ est, secundùm quosdam. ¶Sed an donare? R. quòd non: quia de alienatione hîc fit mẽtio. Sed certè imò[c] potest etiam sine domini consensu: vt *inf. de fund. pat. l. j. lib. xj. & institut. locat. §. adeo. & argum. infra de præd. curialium. lege final.*[d] ¶Item an pignorare?[e] & idem dicam quòd in dono: vt *ff. de pignorat. action. l. tutor. §. final. & de rigorib. l. lex.* ¶Sed cum donat, qualiter dominus petet pẽsionem à secundo emphyteuta? Respon. proponat rei vindicationem nisi soluat pensionem: vt *ff. vsufruct. quemadmodum caueatur. leg. si vsusfructus nomine.* ¶Item an in venditione debeat contineri, saluo iure dominij: an simpliciter quòd ius emphyteuticum vendat? Puto alterum sufficere. ¶Item si primus[f] emphyteuta vendiderit, & secundus velit nunc vendere, cuius exquiratur consensus domini, vel emphyteutę primi? Quidam dicunt emphyteutę primi: quia ab eo causam habet. Tu dic domini: quia hæc lex dicit domini consensum requiri: & primus emphyteuta desinit esse dominus alienando, nec possidet ciuiliter, nec naturaliter: vnde eius non est quærenda voluntas. Præterea à domino qui induxit eum in possessionem, videtur habere causam. *argumentum. ff. de religiosis. l. j. §. j. & ff. ad Sillanianum. lege j. §. j. & supra depositi. authentic. sed iam cautum est.* ADDITIO. Istam glossam in omnibus sequitur Bartolus, Baldus & Salycetus, & est de mente aliorum. Accursius.

d ¶*Accipere.* confirmãdo. Accur.

e ¶*Vetari.* apponitur enim quandoque in contractu emphyteutico, ne Titius, vel Seius, vel alia persona quam nominat, debeat accedere ad emptionem illius rei. Vel dic de hoc vt dicitur supra *titulo j. l. curialis. & l. milites. & l. licet. & supra de sacrosanct. eccle. authentic. quibuscunque. Item ad hoc supra de contrah. empt. l. ididem.*

f ¶*Transponere.* permutando.

g ¶*Non contradicere.* s. censemus dominum.

h ¶*Per se.* sic s. *de his qui ve. ata. impe. l. ij. & j. de decur. l. nullus qui in eis. lib. x.*

i ¶*Permutando.* i. qualemcunque scripturam, qua ostendat se velle nouum emphyteutam suscipere.

k ¶*Per attestationem.* id est[a] scripturam cum testibus.

l ¶*Partem precij.* quãdo venditur.

m ¶*Æstimationis.* quãdo alio titulo transfertur, & hoc dicitur hodie p renouatione dari.

n ¶*Accipere.* à nouo emphyteuta[b].

o ¶*Versatus.* s. emphyteuta.

p ¶*Cadat.* ipso iure[c]. ¶Quicquid ergo cõtra istã fiat, poterit dominus rẽ vindicare. aliud in fructuario[d]: vt *ff. de vsufruct. l. cui vsusfructus.*

Margin notes:
a Probari amissio instrumenti testib. potest.
b Venditione prohibitæ verbo continetur translatio, at non donatio, aut pignoratio.
c Emphyteuta potest, ... donare ... domino ...
d Contrarium tenet tamen Bart. hic ...
e ...
f Ipso iure Emphyteuta emphyteutim ... vendere, ... requirat consensum.
g Hic secundus intellectus videtur magis placere Bart.
Bald. Salyc. & Iac. de ... tius sit verior.
a Attestatio pro scriptura testibus confirmata.
b Idem Iaso ... est sing. secundùm eundem.
c Idē Bar. Bal. ...
d Idem Ias ... est de mente ... al. doctorum.
e Communis ...

DE SPONSALIBUS, & arris sponsalitiis, &c.

Dictum[e] est de contractibus rerum, nunc de contractibus personarum. Vel sic: Expediuimus in superiori libro de societate quæ cõtrahitur propter pecuniã quærendam: nunc audiamus de societate coniugali, quæ celebratur propter prolem procreandam, vel aliter: Audiuimus de cõtractibus rerum, audiamus & asseramus de contractibus personarum, quibus persona personæ coniungitur, masculus fœminæ sociatur. Et quia hoc fit per nuptias, dicamus de nuptiis. Et quia sponsalia velut preparatoria præueniunt nuptias, de sponsalibus videamus: & de arris, quæ dantur gratia sponsaliorum, & de proxeneticis, quib. interuenientibus ista contrahuntur: vt ff. eo. l. vltim. in fin. l. Arg.

Codicis domini IUSTINIANI Sacratissimi principis ex repetita prælectione Liber quintus.

TITULUS I. DE SPONSALIBUS, & arris sponsalitiis & proxeneticis[q].

Dissolutis sponsalibus de futuro, licitum est alij nubere. Bald.

I. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIM. AA & CC. *Annonariæ.*

ALij despõsatæ[r] † renũciare cõditioni*, & nubere alij, non prohibentur.

Sponsa sponsum absentem tenetur per biennium expectare. quo elapso, alteri nubit impune. Baldus. Vel sic comprehendendo vtrãque lecturam. h. d. Sponsa per verba de futuro, debet expectare sponsum vsque ad tempus conuentum: & si non sit conuentum, vsque ad tempus legitimum, intra quod illo non veniente, potest iure sine metu arrarum alij nubere. Salyc.

II. *Impp.* CONSTANTIUS A. & CONSTANS C. *ad Paccatianum præfectum vrbi.*

SI is* qui puellam suis nuptiis pact⁹ est, intra bienniũ exe-

q ¶Proxeneticis. *id est, salaria quæ dantur proxenetis: vt ff. de proxe. l. ij. sed de hoc nihil dicitur in nigro. Accur.*

r ¶*Alij despõsatæ.*] alias, despõsata: & tunc plana: & al. desponsatæ: & tunc dic, non prohibetur. i. non fit prohibitio. Vel habeas in fine, non prohibẽtur, in plurali numero. ¶Et no. quòd magis propriè dixisset alicui, quàm alij: sed propter aliud alij, quod j. est, dicit. ¶Item intellige cũ causa, vel sine causa: tũc tamen patitur pœnam arrarum: vt j. e. l. fin. Præterea secundùm canones aliud videtur. xxvij. q. ij. desponsatas. ¶Sed certè imò idẽ: quia hîc de ea quæ est desponsata per verba de futuro, quod qualiter fiat, habes *ff. eod. l. j. & ij. & facit ad l. istam infra de repu. l. ij. & de verb. oblig. l. Titiam princ.* ADDIT. Videas circa materiam huius l. cap. requisiuit. cum ibi notatis per glossas. & Abba. extra eo.

Margin notes: lib. 49. Basil. Tit. 1. * Bianori. † hanc lectionem ita restituimus ex vet. manusc. * Desponsatæ. f ... vet. f Proxenetica quæ dicuntur, Alc. ... e. c. r. ...

a ¶ Si in eadem prouincia.sed in alio, post tres annos: vt j.de sponsal.l.j. & hoc si absens sit ex probabili causa tantù.si verò absens sit ex probabili & necessaria causa, expectatur donec adsit:vt ff.eod.l.saepe quae est contra.

b ¶ Nihil fraudis.i.dàni, neq; in pecunia,neq; in fama. Veteres.n. pro damno &c.vt ff. de adil.edic.l.cum auic.§.exceptitur. ADDITIO. Circa huius l. materiam vide cap.de illis.& cap.sicut ex literis.& quę ibi notantur per gl. & doctores extra eo.

c ¶ Arris.hæc eadè pignora vocà tur.vt j.tit.j.l.j.

d ¶ Restitui.pœna ex vtraque parte cessante.

e ¶ Nuptiæ.quæ nùc promittùtur tempore spōsaliorum.

f ¶ Defuncta persona.interuenerit piculù, vel non. licèt in donatione propter nuptias secus: vt j.titu.j.l.si à sponso.cōmittebat ergo hoc casu pœna heredi.sic & j.tit. l.cum veterum.

g ¶ Prebuit.&ideo tùc amittit arras.

Si pater.] CASVS. Pater de filię nuptiis si pactum fecerit, post eius mortem filiæ tutor vel curator nō potest trāsigere, vel mutare quod pater fecerit.

h ¶ De filiæ nuptiis. de tali, quem iure recusare non poterat:vt ff.eod. l.sed ea quæ.

i ¶ Firmu.habita ratione vel comparatione ei quod pater fecit, & quod tutor vult. & sic non obstat ff.de ver.obli. l.Titia j respon.

k ¶ Destinatu.aliàs destinatū,& al.definitum. & hoc nisi puella iure recusct. sicut est in tutore. ff.de confir.tut.l.vtilitatem.Acc.

l ¶ Defensore. i.tutore, vel curatore.

m ¶ Commoda.i.pecuniaria tractanda: non autè de maritādo eam. ¶In coniunctione ergo puellæ nō quæritur cōsilium tutoris, sed ipsius puellæ: quæ si cultu verecundiæ nō eligat, iudicis erit deliberare:vt j.de nupt.l.in coniunctione. & l.in copulandis:vt ff.eo. l.si puella. & ff. de ritu nuptiarum. l.sciendum. secùdùm quosdam.Sed aliæ in curatore dicunt.illa, si puellæ,dicit quòd ipse solus non potest cōstituere sponsalia, sed certè cum aliis debet aduocari:vt j.de nupt.l.j.Accursius.

n ¶ Ipsius fœminæ cōsentientis tutori vel curatori,& facit ad l.istam j si nup.ex rescrip pe.l.j.& ff.de diuor.& repu.l.Iulianus.

Mulier.] CASVS.Mulier sui iuris constituta,si maior,vel post veniā impetratam arras recepit,&nō copulatur:in duplū tenetur. Si minor,siue per se,vel tuto.vel cur.fecerit:in simplum. Si pater,vel mater,vel auus & maiores susceperint,in duplū tenetur. hæc vera, si sine causa desistant. Si verò aliquod impedimentum interuenerit,aut sciebat qui recepit arras,&hoc sibi imputet:si ignorabat,reddat quod suscepit.Et de hoc idē in sponso quod in sponsa dictū est, quadrupli pœna reiecta,vt fuit olim: nisi aliter sit in pacto:cautio verò pœnalis interuenire non potest.

o ¶ Mulier.præbens causam vt nuptiæ non celebrentur.

p ¶ Quod accepit. seruatur eo ipso iure illæsa minor à pœna. Vel dic, præhabita in integrum restitutione.

q ¶ Per tutorem.quia cui per alium accepit,&c.vt ff.de admin.tut.l.sin.sub.§.gessisse.

r ¶ Simul.cum filia.

s ¶ Separatim.i.sine filia.

t ¶ Pro nepte. sc.susceperint.

u ¶ Conuenit teneri.idem dicam in tutore vel curatore. sic infra vnde vi. l.meminerius. & supra de iudiciis.l.properandum.§. finali. & infra de seruis fugitiuis.l.quicunque. nam vt patris,sic & tutoris est officium pupillam dotare: vt infra de dote. pro l.fina. Sed hoc quod subiicit, fallit infra titul.j.l.j. quæ est contraria. Accur.

x ¶ Personā.quia sit turpis, meretricator, vel similis,& alter nobilis: vt ff.de ritu nuptiar.l.lege. & sic non obstat infra tit.j.l.j.

y ¶ Vel conditionem. vt quia est filia senatoris, & ille libertus, vel hæreticus, vel Iudæus: vt ff. de ritu nuptiarum. l. lege. & supra de Iudæis. ne quis.

z ¶ Aliā causam. veluti cognationem, vel mortem alterius.

a ¶ Generalibus constitutionibus. vt in tutoribus & curatoribus : vt infra de interdict. matrimon. per totum. & Deo dicatis : vt supra de episcopis & clericis. l. Deo nobis. in principio. & de sacro fonte susceptis:vt infra de nuptiis. l. p quis alumnam.

b ¶ Prohibetur.inter eos qui de facto contraxerunt sponsalia.

c ¶ Tantùmodo reddi.cōdictione ob causam, vel sine causa:& hoc quando ignorauit accipiēs: vt supra de condictione ob caus.l.j. aliàs in duplum. argu. j.proxim.§. & hoc in accipiente. In dante autem si quidem ignorauit, prædicto modo repetit:si sciuit, non repetit propter scelus suum, sed fit arra caduca. Alij dicunt quòd etiam tunc repetit,quasi nulla fuerit causa: vt ff. de condict. sine causa.l.fi. Sed illam legem intelligimus in ignorante, vt ibi diximus, & ff.de dona.inter virum & vxorem.l.cum hic status. §. fin.& infra de incest. nupt.l.qui contra.& ff.de ritu nupt.l.praefectus.& j.de condic.ob cau.l.j.

d ¶ His illud quoque.l.exceptionibus prædictis & facit j.de episc.aud. l.si legibus.

e ¶ Religionis.quia non vult iacere in pennis,vel bibere vinum.

f ¶ Sectæ.quia Patarenus est.

g ¶ Facere ... j.de repud.l.in causa.& xxxiij.q.j.cap.j.

qui nuptias in eadē prouincia[a] degēs supersederit : eiusq; spatij fine decurso, in alterius postea coniunctionē[*] puella peruenerit : nihil fraudis[b] ei fit,quæ nuptias maturando , vota sua diutius eludi † nō passa est. D.prid. Id.Ap.Martianop. Pacatiano & Hilariano Coss.

Obligationem purificatam,sequentis casus occursio non resoluit secus in obligatione purificanda.Bald.Vel sic:casus non facit quem perdere arras sponsalitias , nisi culpa illius casum praecedat. quod not.Salyc.

III. Impp. GRATIAN. VALENT. & THEOD.AAA.Eutropio P.P.

Arris[c] sponsaliorū nomine datis,si interea sponsus vel sponsa decesserit, quæ data sunt iubemus restitui[d] : nisi causa vt nuptiæ[e] non celebrarentur, defuncta[f] persona iā prębuit[g]. Dat. XV.Kal.Iul.Thess.Gratiano.A. V.& Theodos.A.I. Coss.

Prouisio paterna circa liberos,est maioris efficacia,quàm tutoris,etiamsi paterna sit expressa per modū vltima voluntatis. hoc vltimum tamen non dicit textus.Bald.Vel sic:Tutor vel curator non poterit dissoluere sponsalia contracta per patrem puellæ.Salyc.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Marianum præfectum prætorio.

Si pater† pactum de filiæ nuptiis[h] inierit,& humana sorte cōsumptus,ad vota† non potuerit peruenire : id inter sponsum & sponsam firmū[i] ratumq; permaneat, qđ à patre docebit destinatū[k],nihilq; pmittat†habere momēti, qđ cū defensore[l], ad quē minoris commoda[m]pertinebant, docebitur fuisse trāsactū. Periniquū est enim,vt cōtra paternā volūtatem redēpti† sortitā tutoris aut curatoris admittatur arbitriū:cū plerunque etiam ipsius fœminæ[n] aduersus commoda propria inueniatur laborare consiliū. Dat.III.Non. Nouēbr.Honorio XIII.Theod. X.AA.Coss.

Qui cōtraxit sponsalia,& ea nō vult exequi:si est ætatis legitimæ, arras quas recepit, restituet duplicatas:si minor fuerit quas recepit. Si autem pater,vel auus,vel alius ascendens receperunt,& per eos steterit:ipsi restituūt duplicatas,nisi legib. vel moribus; vel alia ex causa probabili de nouo in notitiā peruēta,vel nouiter emergēte spōsalia non mittantur executioni, & olim erat pœna quadrupli, hodie dupli, nisi partes de quadruplo vel triplo cōuenerint:extra quā pœnam partes pacisci non possunt.Bald.

V. LEO & ANTHEMIVS AA.Erythrio præfecto prætorio.

Mulier[o]iuris sui constituta, arrarū spōsalium nomine vsque ad duplū teneatur, id est, in id qđ accepit, & aliud tantūdē,nec amplius , si post cōpletū vicesimū quintū annū, vel post impetratam veniā ætatis,atq; in cōpetēti iudicio cōprobata,huiusmodi arras suscepit.In simplū autē,id est, tantùmodo in id qđ accepit[p]:si minoris ętatis est: siue virgo,siue vidua sit, siue p se, siue per tutorē[q],aut curatorem, vel aliam personā easdem arras acceperit. Patrem verò,vel matrem legitimę ætatis cōstitutos, siue simul[r],siue separatim[s] arras pro filia susceperint: auū etiam, vel proauum, si pro nepte[t], vel pronepte,in duplū tātummodo conuenit[u]teneri Quę ita custodiri censemus,si non propter psonā[x],vel conditionē[y],vel aliam causam[z]legibus vel generalibus constitutionibus[a] interdictā,futurū matrimoniū constare prohibetur[b]. tunc.n.quasi nullo facto, vtpote sine causa easdem arras præstitas,tantùmodo reddi[c] consequēs esse præcipimus. His illud[*]quoque[d] adiecimus†, vt etiam si legibus prohibitæ non sint speratæ nuptiæ : post arras autem sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter turpem, vel prodigā, vel impudicā cōuersationē,aut religionis[e] vel sectæ[f] diuersitatem recusauerit, vel eo qđ quasi vir coitū(ex quo spes sobolis orit)facere[g] nō potuerit, vel ob aliā iustā excusationis causā,si quidē pbatū fue-

Marginal notes:

a Idē in puella molestè ex qua, nuptias quis coniuga ... eadem est ratio,& dissciplina. l. si m. duas j.pro s. de arbitra.

* conuentionem.

† Indi.

b Si matrimonium futurū morte seu motus inter ... persona præcel ... culpa casus peruenientè ... licèt casus ... de quo q. tur impedita.

* Cod.T.

c Per verba de futuro nec enim potest pa ... sponsalia de præsenti filia cōtrahere,nisi ipsa cōsentiat vel ratum habeat. ... de sponsalib.

Lib.28 Basil. tit.2 c.2.

† Cod.T.

† Summum ... voti & desiderium patris est ... filiam videre.

d Huiusmodi dotis destinatio plerunque fit à patre in testamento.

† Iudex permittere non debet vt fiat executio sponsaliorū contra voluntatem patris.

e Puellæ facilè decipiuntur etiā aduersus propria commoda.

† Tutores & consanguinei plerumque corrumpuntur in puellis nubendis.

a Per aliū id facit, ipse facere videtur.

b Tutor pupillam dotare tenetur.

Hoc ita si ... Mulier ...

c Nuptiæ nō consistunt inter patrem & filiam ...

* aliud.al verb. quę deest.

† Hæc ... legibus.

a Scientia unius an alteri noceat.

b Scienti dolus nõ fit, neque iniuria.

a ¶*Vel parentes*. Alterius ergo scientia[a] alteri nocet. ¶Et sic est contra ff. *de iuris & facti ign. l. iniquissimum*. Sed soluitur supra *de episc. audien. l. si legibus*.

b ¶*Imputare*. vt in duplũ arram reddant. scienti[a] .n. dolus, &c vt ff. *de act. empt. l. j. in fi. & ff. de reg. iur. l. nemo si audatur. & 3. de transact. l. de fideicommisso*.

c ¶*Quæ omnia*. dixit quãdo mulier accepit arras à sponso, nunc econtra qñ sponsus à muliere. & similiter distinguit in dante & accipiente: vt 3.

d ¶*Definita erat*. nã petebat, etsi nõ erat pmissa.

e ¶*Placuerit*. nõ errãdo. & sic nõ obstat. ff. *si quis cau. l. sed & si quis. §. fina.* vel hic speciale. ¶Item not. pœnã[a] stare vsq; ad quadruplũ. de quo plenè diximus 3. *de sent. quæ pro eo quod interest. l. j.*

a Pœna ad quadruplum vsque potuerat consistere.

f ¶*Definitionẽ*. definitio legis est, arras in duplũ reddi, nisi de pœna vsque ad quadruplũ placuerit.

g ¶*Nullas vires*. vt & 3. *de inut. stip. l. j. & de ver. oblig. l. Titia. & l. stipulatio hoc modo. & 3. de nup. l. neque ab initio*.

h ¶*Potestas*. preterquã à duplo arrarum, vel à pœna quadrupli pacto comprehẽsa ne sibi ipsi contradicat, vt *hic proximè dixit. & 3. ti. j. l. j.* Inter aliostamen quàm inter eos qui nuptias volunt cõtrahere, nõ erit hæc libertas: vt si promittas mihi x. si filia tua nõ nupserit filio, aut illi. & licet libera sint matrimonia ab obseruatiõe pœnæ: tamẽ si quis filiã suã instituat si nupserit tibi, nõ prius fit heres, quàm tibi nupserit, vel tu recuses. neque enim inhonesta est illa cõdicio: vt ff. *de condic. & demon. l. Titio centum. §. j. & 3. de instit. & substit. l. j. & reprehendenda.* ADDITIO. Videas de hac materia plenè per Abbatem in c. Gemma mulier. extra eo. & Bar. in *l. Titia. in pr. ff. de verb. oblig.*

†Citat. Matth. & epitoma. li. 4. tit. 3. & Cuia. lib. 2. obser. & Anto. Aug. in collectione Græcarũ constitutionum.

rit ante datas easdẽ arras sponsalitias hoc idẽ mulierẽ vel parẽtes[a] eius cognouisse: sibi debeãt imputare[b]. Sin verò harũ ignari sponsalitias arras susceperint, vel post arras datas aliqua iusta causa pœnitentiæ intercesserit: iisdẽ tantũmodo redditis, super alteri[e] simpli pœna liberi custodiantur. Quę omnia[c] simili modo etiã de spõsis super recipiẽdis necne arris pstitis custodiri censemus. Quadrupli videlicet pœna, quæ in anterioribus legib[9] definita[d] erat, in qua & arrarum quãtitas imputabat, cessare; nisi specialiter aliud ex cõmuni cõsensu inter cõtrahẽtes de eadẽ quadrupli ratione placuerit[e].

Extra definitionẽ[f] autẽ huius legis si cautio pœnã stipulationis cõtinẽs fuerit interposita, ex vtraq; parte nullas vires[g] habebit: cum in cõtrahendis nuptiis libera potestas[h] esse debeat. D. Ka. Iul. Martiano & Zeno Cos.

VI. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.***

Η† Διάταξις βούλεται τὸν προξενοῦντα γάμον μάλιστα μηδὲν λαμβάνειν, εἰ δὲ ὅλως ἀνάγκη λαβεῖν, εἰ μὴ μηδὲν συνεφώνησε περὶ τούτου, μηδὲν ὅλως λαμβάνειν. εἰ δὲ συνεφώνησε, μὴ ὑπὲρ τὴν εἰκοστὴν μοῖραν τῆς προικὸς καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπιζητεῖν, ἐὰν ἡ προὶξ ἄχρι διακοσίων λιτρῶν ἐστὶ χρυσίου, ἔλαττον δὲ εἰ βούλεται λαβεῖν ἐπιτρέπει αὐτῷ. εἰ δὲ ἐξ ὁποσουδήποτε ποσότητος ἐστὶν ἡ προίξ, περαιτέρω τῶν ἰ λιτρῶν τοῦ χρυσίου οὐκ ἐπιτρέπει τῷ προξενητῇ λαμβάνειν, οὐδ᾽ εἰ τελεία ἐστὶν ἡ προὶξ ἢ ἡ προγάμου δωρεά. εἰ δὲ παρὰ ταῦτα τις συμφωνήσει μὴ ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καταβληθὲν ἀναδιδόσθω, εἴτε χρήματα ἔλαβεν, εἴτε πράγματα, ἢ ἀνηνέχθη αὐτῷ ὁμολογία χρέους, ἢ ὅλως ἔλαβέ τι κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον, κινουμένων τῶν ἀγωγῶν οὐ μόνον κατὰ τοῦ λαβόντος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων, καὶ οὐ μόνον παρὰ τοῦ δεδωκότος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων. εἰς δὲ μὴν ἰ χρυσίου λιτρῶν ἐπιτιμίαν τοῖς παρὰ ταῦτα πράττειν ἐπιχειροῦσιν.

Eadem Latinè per Ant. Cont.

Constitutio vult eũ qui cõciliator est matrimonij, maximè quidem nihil accipere. Si verò omnino accipere audet, si quidẽ nihil pactus est ea de re, nihil prsus accipere: si verò pactus est, ne accipiat vltra vicesimã doris aut donationis pter nuptias portionẽ, si dos vsq; ad ducẽtas auri libras sit, minus autẽ si velit, accipere id pmittit ipsi. Si verò quãtæcunque quãtitatis dos sit, supra decem auri libras nõ pmittit pxenetæ capere, neq; si† pfecta est dos vel donatio pter nuptias. Si verò supra hęc pact[9] fuerit quis ne exigitor. sed & quod solutũ fuerit redditor, & siue pecunias, siue res, siue aliud quod accepit, siue data est ei cautio debiti, siue omnino accepit qđ mobile aut immobile aut se mouẽs, mouẽdis actionib. nõ solũ contra eũ qui accepit, sed & cõtra eius heredes: & non solũ ab eo qui dedit, sed & ab eius heredibus definita decẽ auri librarũ pœna his qui contra hæc facere tentauerint.

SI RECTOR prouinciæ, &c.

Dixit de sponsalib. in genere, in specie.

Si quis.] CASVS. In potestate publica cõstitutus seu positus, vt rector prouĩciæ, vel procõsul, vel eius fili[9], vel cõsiliarius, aut domesticus, qui mulieri, aut suis parentibus, aut eius tutori vel curatori potest esse terribilis: si cum ea sponsalia contraxerit, tenent sponsalia. Sed si mulier velit postea pœnitere, hoc sibi licebit, & arras nõ reddet duplicatas. imò si fuit coacta contrahere, arras retinet. Et si postea deposito officio mulier cum talibus voluerit facere matrimonium, bene quidem. Et nota quòd hic vocat arras[a] pignora.

a Arras pignora.

i ¶*Mutauerint voluntatem*. durante officio, secundũm M.

k ¶*Non modo*. i. non solummodo.

TITVLVS II.

SI RECTOR PROuinciæ, vel ad eum pertinentes, sponsalitia dederint*.

Rector prouinciæ, vel assistens, cui ipse prabet fauorem, perdit arras quas pro matrimonio contrahendo dedit sponsa renuenti: sed finito officio matrimonium contrahi non est prohibitum. Bald.

I. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P.P.

Si quis† in potestate publica posit[e], atq; honore administrãdarũ prouinciarũ, q parẽtib. aut tutorib. aut curatorib, aut ipsis quæ matrimoniũ contracturæ sunt põt esse terribilis, arras sponsalitias dederit: iubem[9] vt deinceps siue parẽtes siue eædẽ mutauerit voluntatẽ[i]: nõ modo[k] iuris laqueis liberẽt, pœnæq; statutæ expertes sint: sed extrinsecus data pignora[l] lucratiua habeãt, si ea nõ putẽt esse reddenda. qđ ita latè patere volum[9], vt nõ solũ circa administrãtes[m], sed etiam circa administrãtiũ filios, nepotes, ac propinquos, & participes, id est, consiliarios, domesticosq; locũ habeat, quibus[n] tamen administrator operã dederit. Impleri[o] autẽ id postea[p] matrimoniũ nõ vetamus, qđ tempore potestatis

l ¶*Pignora*. hæc appellauit arras titu superiori: & non est vis in nomine. ¶Sed huic videtur contra. 3. *tit. j. l. fin. §. quæ ita*. Sol. vt ibi. ¶Item econtra. ff. *de ri. nup. l. si quis officiũ*. vbi dicit in umplũ reddi. Sol. ibi finito officio mutauit voluntatem, hic eo durante. Vel hæc lex loquitur quando per[b] potẽtiam vel blãditiam[c] induxit eã ad sponsalia. ¶Et no. hic deficere regulã quæ est. ff. *eod. de spons. l. oratio*. nam hic sunt sponsalia, sed matrimonium non potest esse: vt *d. l. si quis officium*.

b Precibus præstãtes vim præcepti habere hanc coll. ...

m ¶*Administrantes*. nisi in patria sua id exerceant. vt ff. *de rit. nuptiar. l. eo*.

n ¶*Quibus*. subaudi pro quibus, &c. & sic nota ex[d] illorũ facto ita demum administrantem damnificari, si operam dederit non aliàs.

o ¶*Impleri*. si de nouo consentiant: vt ff. *de ritu nupt. l. eos qui*.

p ¶*Postea*. i. honore deposito. ¶Et sic no. q rector prouinciç in[e] prouincia, quã regit, potest habere concubinã vt ff. *de cõcub. l. fi.* Itẽ filias in matrimoniũ collocare: vt ff. *de ritu nuptia. l. si quis officium. §. fi.* 3 Item sponsalia contrahere, sed nõ ducere vxorem. si tamẽ deposito officio dẽ nouo cõsentiant, iustæ nuptiæ fiunt: vt *in eo. ti. l. eos qui*. si verò post depositũ officium mulier noluerit nuptias cõtrahere, distinguit: fuerit volẽs, vel coacta cõtrahere spõsalia. primo casu reddit arras: vt *d. l. si quis officium*. si coacta, lucratur eas, vt hic. ADDIT. Tu dicas q licèt de iure ciuili prohibeat matrimonium inter istas personas hac l. expressas, de iure tamẽ canonico (qđ obseruãdũ est), & preualet in matrimoniis (tenet matrimoniũ contractũ inter eas: vt dicit Abbas *extra de cog. leg. super rub.* & sequũtur communiter omnes.

† Persecution ... 1 v. Cremens. sing. 63. ... Alex. lib. 3. ... † C. Tol. ... Rector prouinciæ in ipsa prouincia quã facere potest.

DE DONATIOnib. ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis.

Dixit de præambulis nuptiarum in duobus proximis titulis: sequitur de nuptiis. sed quia huiusmodi donationes præcedunt: ideo de eis præmittitur.

& dicitur ante nuptias, & propter nuptias idem: vt ¶.eo.l.fi.*& sit in recompensationem dotis. Sponsalitia vero est simplex donatio quam sponsus facit sponsæ, & econtra:* vt ¶.eo.l.cum te.& aliis pluribus.

M *Vltum.*] CASVS. Sponsæ meæ futuræ dedi centum.cõtraxi cum ea matrimoniũ:& dedi mihi in dotem illa c. Dicitur quòd soluto matrimonio illa potest petere act. de dote. sed si non dedisset nisi tãtùm c. & ego confessus sum recepisse cc. soluto matrimonio non poterit repetere nisi c.

a ¶*Si ea.*l.bona.

b ¶*Quæ donat.* simpliciter.

c ¶*Tradiderit vxori.* & sic perfecta[a] est donatio. idẽ[b] & si promiserit sic vt teneat: vt *argu. ff.de don.int.vir.& vxor.l.iij.§.fi.& l.seq.* licèt sit ar. contra. *ff. de don. int. vir. & vxor.l.Papinianus.* Accurs.

d ¶*Auxerit.* solo[c] pacto, cõfitendo recepisse xx.cũ nihil vel minus recepetit. hoc quidem pactũ iure veteri etiam (quia nudum) non erat obligatoriũ vt ¶.*de don. l.si quis argentum.§.fin.*

e ¶*Non impeditur.* quia cõpleta[d] est donatio ante nuptias:& sic[e] in dotem dari possunt, & tãquam in dotẽ datæ repetuntur, *vt subiicit,& ¶. eod. l.si consentiente. & de secun.nupt.l.generaliter.& ff.de Public.l.cum sponsus. in prin.*

f ¶*Nihil actum est.* quia in[f] id tẽpus excurrit dotis cõstitutio, & sic donatio eo tempore quo cõiugales esse incipiũt. vnde non tenet: vt ¶.*eo. l. quod sponsæ. & ff.de iur. do. l.si res.ÿ.respons.& ¶.de do.cau.l.j.* ¶Sed contra. *l.ÿ.& iÿ.cod.tit.* Solu.ibi interuenit scriptura, hîc non: Imò ibi morte donantis fuit donatio confirmata: hîc diuortio, vel morte donatariæ fuit dissolutũ matrimonium.

S *I præsidi.*] CASVS. Volebam puellam quãdam vxorem ducere:& ideo dedi munera parentibus suis: postea nolunt mihi illam dare: an munera quæ dedi, repetere possim, quæritur? Respond.quòd sic.

ob eas personas de quib. locuti sumus, arris fuerat obligatũ, si sponsarũ cõsensus accedat. Da. XV.Kal.Iul.Thessalonicę.DD. NN. Gratiano A.V. & Theod. A.I.Coss.

TITVLVS III.

DE† DONATIONIBUS ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis†.

Donatio ante nuptias potest in dotem conuerti: nisi donatio in tempus matrimonÿ sit collata. Bald.Vel sic: Simpliciter donata à sponso sponsæ, possunt in dotem conuerti, seu retro dari: nisi fuerint collata in tempus prohibitum matrimonÿ.Salyc.

I. *Imp.*SEVERVS & ANTONINVS AA.*Metrodoro.*

M Vltum interest, si ea[a] quæ donat[b] vir futurus, tradiderit vxori[c], & postea in dotẽ acceperit: an verò donandi animo dotẽ auxerit[d], vt videatur accepisse quod non accepit: priore enim casu donatio non impeditur[e], & res quæ in ea causa sunt dotis effectæ, iudicio de dote peti possũt, posteriore autẽ casu nihil actum† est[f] donatione:& quod in dote datũ non est, repeti non potest.

Qui probat se dedisse munera parentibus sponsæ sub finali causa matrimonÿ cõtrahendi, ea repetit qualitercunque matrimonio non contracto. Bald. Vel sic: Donatio facta ob causam nuptiarum, causa non secuta repetitur.Salyc.

II. *Imp.*ALEXAND.A.*Attalo.*

S I præsidi prouinciæ probaueris, vt Eutychiam vxorem duceres[g], munera te parentibus eius dedisse: nisi Eutychia tibi nupserit[h], tibi restitui quod dedisti, iubebit.

Mulier quæ virum in dote cir-

g ¶*Vxorem ducere.* hoc expresso. alioquin contra. *ff.de condict.caus. da.l.iÿ.§.si quis quasi. & ¶.de condic.ob cau. l.si repetendi.* I Alij dicunt etiam non expresso:quia tacitè intelligitur: vt ¶.*eod.l.cum veterum.* Sed certè ibi tacitè intelligebatur ab vtraque parte, quod etiam aliàs vbicunque sufficeret ad repetendum, vt diximus ¶.*de cond.ob cau.dat.l.si repetendi.* ¶Sed quid si constet mea confessione me donasse: adiicio tamen causam matrimonij in donatione fuisse expressã:ipsi verò dicunt me simpliciter donasse:quis probabit, vel pro quo prȩsumetur? Respondeo.si agam condictione ob causam, mihi incumbit onus probandi causam: si condictione sine causa, oportet quòd probem simpliciter factam: quia non præsumitur donatio: vt *ff.de probat.l.cum de indebito.§.j.* nisi coniunctio personarum aliud inducat.vt *ff.illo tit.l.Procula.*

h ¶*Nupserit.* quocunque operam dante. ¶Et sic not.arg.non[g] referre per quem fiat.sic & *ff.de verborum obligatio.l.cum seruum.*& hoc argumentum facit ad multa.

i ¶P *Ollicitatione.* Pone quòd frater tuus, cui successisti, ratione dotis promisit sponsæ suæ stipulanti aliquid sponsalium causa, cùm dos ei data non fuerit. licèt tenebatur strictò iure exceptione tamen se defendere poterit, quæ tibi quoque proficiet si eius nomine conueniaris. ad *quod est ff. de verbo.oblig.l.si quis cum aliter.* & hoc quando ab initio dos debuit promitti, quæ promissa vel constituta non fuit. & idem dico si fuit promissa & data:sed[a] dicebat mulier fundum valere cẽtum, qui vix decem valebat. nam fallẽtem nunc dolo facit: vt *arg. ff de doli exceptio.l.ÿ.§.j.& v. & §. & generaliter.*

k ¶*Facta.* sponsæ suæ. & hac causa expressa. Accur.

l ¶*Deducta.*id est, conuenta per pollicitationem.

m ¶*Ideo.*nunc respondet.

n ¶*Exceptionem.*ob causam enim dotis facta fuit promissio.

conuenit, donationem hac contemplatione factam non repetit à viro, nec ab eius herede. Bal. Vel sic: Mulieri ex pollicitatione vel promissione sponsi agenti, obstat exceptio doli: si causa ob quam facta fuit, secuta nõ extitit.Salyc.

III. *Idem A.Marcello.*[a]

P Ollicitatione[i] à fratre quõdam tuo sponsaliũ causa facta[k] etsi † in stipulationem deducta[l] sit, ideo[m] præstanda non fuit, quoniam in dote vxor maritum fefellit. exceptionẽ[n] [itaque doli*] aduersus actionẽ ex stipulatu rectè obiicies.

Paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum. Baldus.Vel sic: Donatio facta sponsæ in tempus matrimonÿ collata, non valet.Salyc.

IIII. *Imp.* GORDIAN.A.*Marcello.*

Q Vod sponsę ea lege donatur, vt tũc dominium eius adipiscatur, cũ nuptiæ fuerint secutæ, sine effectu[o] est.

Impossibilitas de iure vitiat promissionem etiam à sciente factam. Bald.Vel sic: Donatio facta ob modũ impossibilem, non valet: nec potest quis duas vxores habere.Salyc.

V. *Imp.* VALENTIN. & GALLIEN. AA.*Theodora.*†

E A quæ[*] tibi vt sponsæ daturum se promisit is qui te ficto cœlibatu[p] cùm aliam matremfamilias[q] domi reliquisset, solicitauit ad nuptias, petere cum effectu non potes[r]: cùm tu sponsa, vxore domi posita, non fuisti.

Præmitte ad euidentiam quòd sponsa de futuro potest donari: sed contracto matrimonio per verba de præsenti, non potest donari. hoc dicit. & ista lex non est alibi Bald. Vel sic: In dubio donatio facta

Q *Vod sponsæ.*] CASVS. Eram ducturus quandam in matrimonium:dedi ei centũ sub tali conditione, vt eius fierent post cõtractum matrimonium. Dicitur quòd talis donatio non valet: quia ante matrimonium nolui in eam transferre dominium: & post contractum matrimonium nõ possum ei donare.

o ¶*Sine effectu.* quia nec ante matrimonium transit dominium, quia noluit: nec post, quia non potuit: vt *ff. de donationibus inter virum & vxorem. l.cum hic status.§.si sponsus.& infra de donationibus inter virum & vxorem.l.à marito. sic & ff. de manumiss. testament. l. libertas. in principio.* sic ergo quod potuit, noluit: & quod voluit, non potuit: vt *hic & supra si quis alteri vel sibi. lege multum. & ff. de rebus dubiis. l. in ambiguo.* Sed econtra illa quæ confertur in tempore soluti matrimonij, valet: vt donatio causa mortis: vt *ff. de donation.inter virum & vxorem.l.si eum.§ fina.& l.seq.*

E *A quæ.*] CASVS. Quidam salutis suæ immemor, cùm esset in Hispania, voluit ibi quandam ducere vxorem, cùm tamen in Francia aliam vxorem haberet: & promisit huic secundæ aliquid nomine dotis: an illud petere possit? Respondeo quòd non.

p ¶*Cœlibatu.*quia fingebat se cœlibem.i.[b] sine vxore.

q ¶*Matremfamilias.*i.vxorem.

r ¶*Non potes.* vt *& infra ad legem Iuliam de adulter.l.eum.in fine. & facit infra de testament.l.neque professio.in fine.& infra de ingenuis manum. l.j.supra de condictione ob turpem causam l.meretricem. & infra de incestis nuptiis.l.ÿ.* ¶Item not. quòd ex eo quòd hic dicit non posse peti, colligunt quidam argument.ergo nec retinet si accepit. sed non valet: vt *ff. de condictione indebiti l.ex quibusdam.* Neque[c] enim pariæ sunt promissio & datio per omnia. nam si dedero meretrici, non re-

Marginal notes:

a Donatio perficitur traditione.

b Donet & tradat vel promittat sic vt teneatur, ante nuptias quivxori futuræ, nihil interest.

Alteruttro.n. casu mulier põtẽ tradition eitã accepatam vel sibi promissam in dotem mariti dare.

† lib.2.Bas. tit.? Harmen. lib.4.tit.?.

† Subaudi donationibus quæ à donationib. propter nuptias differunt.

c Dotis maior esse... quàm datæ sit, confessio non obligat confitentem.

d Donatio ante nuptias promissa inter futuros coniuges.

† al. auctum.

e Donata ante nuptias vxori futuræ à futuro marito in dotem eidem marito ab vxore dari possũt & tanquam in dotem data repeti.

f Donatio in tẽp. coniugii, vt & inter personas prohibitas morte donatoris cõfirmatur. si ea diuortiomente donatarii fuit talis donatio: ... sponte sola cõfirmatur donatio, non interueniente traditione vera vel ficta. v. Cu... in l. iÿ. pro donato.

h Per quẽ fiat res nihil refert.

a Confitens se dotasse, sed ... conditione, an teneatur hoc probare quòd sub conditione nauit.

* Marcello legendũ, vt post fratris & heredis sponsũ, vt fingunt Graci (pro ... hinc cõstitutione).

† etiam ii.

* Inclusa desunt.etc.

† Theodora.

* Pars Leũ quæ, ... ad l.?ad

b Cœlebs quis dicatur.

c Promissionis & dationis differentia.

non repeto: si non solui, non teneor: ergo qui sciens dedit, nō repetit, sed si cus. sic si mulier scienter accepit: vt ff. de do. int. vir. & vxo. l. cum hic status. § si. & facit ff. de leg. j. l. fin. nam & ibi non valet: relictū vt contugi quæ coniux non est: sicut nec hic donatio. Accur.

Cum te.] CASVS. Ea die qua quis vxorē ducit, donat ei aliquid: postea vult reuocare, dicens donationē nō valere, quia inter maritum & vxorē donatio non valet. mulier econtrario dicit q imò valet: quia non accepit vt vxor, sed vt sponsa. quæritur quid iuris sit? Respondet Imperator distinguendo: aut dedit vir cùm iā vxorem domum duxisset, & non valet: aut antequam eā duxisset domum, & valet: quia primo casu censetur iam vxor, secundo verò non.

in vxoris domo, præsumitur facta sponsæ: & est valida. in domo viri præsumitur facta vxori: & sic non valet. h. d. notanter Salyc.

¶ lib. Basil. 28. Tit. j. cap. 6.

VI. Imp. AVRELIAN. A. Donatæ.

CVm † in te simplicem donationē[a] dicas factam esse die nuptiarum, & in ambiguū possit venire vtrum à sponso an à marito[b] donatum sit: sic distinguēdum esse, vt si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias[c] videatur facta esse donatio: quòd si penes se dedit sponsus, retrahi[d] possit. vxor enim fuisti.

a ¶ Simplicem donationē. ad differētiam propter nuptias donationis, q multiplex est. pēdet. n. ex liberalitate quodāmodo, item ex dote.

b ¶ A marito. eodē enim die & vir & spōsus esse potest.

c ¶ Ante nuptias. & sic tenet: vt 5. eod. l. 3. & ff. de iur. do. l. dotis. § j. respon. & j. eodem. l. si ante. & ff. de Publician. l. cum sponsus. j. respon. ¶ Sed quid[a] si in via, scilicet cum forte in domū viri ducebatur? Respō. Idem si fieret in domo sponsæ[c]. argum. ff. de ritu nupt. l. denique Cinna. & facit ff. de don. inter virum & vxo. l. inter eos & l. pen. in prin. & §. virginis.

d ¶ Retrahi. quia prohibita est inter virum & vxorem donatio: vt ff. de dona. inter virum & vxorem l. j. ij. & iij. retrahitur ergo rei vindicatione si extat. si cōsumpta est, cōdictione sine causa, quaten' locupletior facta est: vt ff de donatio. inter virum & vxorem. l. penultim. §. fi. & l. quod autem. & l. si sponsus. §. fina. & l. seq. ¶ Et nota quòd factuē[d] quidam hic colligunt quòd secūdùm leges traductio fit necessaria ad matrimonium. secus secundùm canones. quod non placet: vt ff. de regulis iuris. l. nuptias. & in authent. de nupt. §. nuptiæ. colla. iiij. & ff. de dona. inter virum & vxorem l. pen. & dict. l. denique & de ritu nuptia. l. muliere. & facit ad legem istam. infra de incestu nupt. l. licet.

a Donatio facta in via dū ducitur spōsa ad domū mariti, valet: pertinde. n. habetur ac si facta esset in domo sponsæ. v. Campeg. de dote parte 1. q. 79.
b Præsumi matrimoniū et ductione sponsæ ad domū viri quidā hinc colligūt. v. Campeg. d. loco.
c Donatio facta in domo sponsæ censetur facta ante matrimoniū: secus si in domo viri, vt. ij. ar. † Vincianæ.

Verbum, remaneat, ponitur pro verbo reddatur, siue restituatur. Bald. Vel sic: Mors dicitur matrimonium dissoluere contra voluntatem morientis. Vel sic: Agentem magis quàm verba spectamus. Salyc.

VII. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIAN. AAA. Lucanæ.*

SI cùm ante nuptias munera[e] darentur[f], ita conuētum est, atque huiusmodi conscripta est pactio, vt si qua sors[g] extitisset contra voluntatē eius, & matrimoniū distraxisset, tūc quæ data erāt, apud eum qui dedisset, heredémve eius remanerent[h]: potest qui hereditatem eius accepit[i], cui[k] pacta puella munera lege prædicta susceperat, eadē iure postulare[l].

De re donata & tradita non potest donator testari: supple in præiudicium donatarij Bald. Vel sic: Perfecta donatio non reuocatur etiam in vltima voluntate. Salyc.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Euphrosynæ †.

† Euphrosynæ.
d Matrimoniū consistit sine traductione in domū. adde Capr. 213. de deter. con. II.

SI cum ante.] CASVS. Titius ducturus Seiam in vxorem, dedit ei centum ante nuptias hoc pacto, vt si contingeret matrimonium dissolui, ipsa illa centum redderet. si matrimonium dissolutum est, poterit heres Titij illa centum petere.

e ¶ Munera. simplicia, quæ in tabul. dari cōsueuerunt: vt ff. de verbo signif. l. munus. j.

f ¶ Darentur. tibi puellæ. Acc.

g ¶ Sors. quia mors alterius eorum interueniret.

h ¶ Remanerent. i. residerent: & ex hoc verbo erat dubitatio: cùm stipulatio dandum vel faciendum debeat continere. quod hic nō fuit: sed ponitur impropriè, vt dixi, & sic infra de iure dotium. l. etiam si non. ¶ Et sic nota sensum magis[e] quàm verba testamenti inspici: & plùs quod actum, quàm quod dictum sit, intuendum: vt ff. de adimen. lega. l. iij. §. conditio. & ff. de contrahen. emptio. l. sed Celsus. sic & qui[f] stipulatur animal esse & viuere, interesse stipulari videtur: vt ff. de euict. l. si ita quis. Acc.

e Sensum potiùs quàm verba testamēti inspicimus.
f Stipulans animal esse & viuere, quid stipuletur.

i ¶ Accepit. adeundo vel recipiendo ex constitutione Trebelliānica.

k ¶ Cui. i. à quo defuncto.

l ¶ Postulare. actione præscriptis verbis, & 5. de pact. inter empt. & vend. l. ij. & facit ff. de pact. do. l. inter socerum.

SI ante matrimoniū[m] maior[n] quinque & viginti annis constitutus, sponsæ suæ, licèt ante spōsalia, fundum donauit, eámque in vacuam induxit possessioné: postea nullo titulo superstitem, vel testaméto eundem[o] relinquétem, alienare[p] potuisse[q] certi ac manifesti iuris est.

Perfecta donatio per rescriptum principis non potest reuocari. Salycetus.

IX. Iidem AA. & CC. Iuliano.

CVm te spōsæ filij tui quædam donasse confitearis: perfectam donationé rescindi nec nostro oportet[r] rescripto: quam tua voluntas iurísque auctoritas fecit ratam.

Ablatum de facto non inducit permissionem auferendi de facto: sed ciuile remedio opus est. Bald. Vel sic: Donatio simplex facta sponsæ non reuocatur, licet matrimonium nō sequatur. h. d. de quo quid iuris, dicetur infra eo. l. cum veterum. Salycet.

X. Iidem AA. & CC. Dyonisio.

SI filiæ tuæ sponsus, ei mancipium donauit[s], ac tu in eum iuméta liberalitatis ratione cōtulisti, nec nuptiis secutis[t], contra iuris rationē, quod dederat, abstulit: non inuicem datorum restitutio, sed eius quod illicitè rapuit, repetitio[u] competit.

Mors accidentalis gladij, simplicem donationem non rescindit. Bald. Vel sic: Mors sponsi non facit donationem sponsalitiam reuocari. Salyc.

XI. Iidem AA. & CC. Neæ.

SI tibi[x] res proprias[y] liberalitatis causa sponsus tuus tradidit, donationem...

SI ante.] CASVS. Titius maior viginti quinque annis dedit sponsæ suæ fundum aliquem in dotem: & eam induxit in possessionē: vult postmodum illum fundum alienare. quæritur, vtrum possit? Dicitur quòd non, si non est appositum aliquod factum quòd aliquo casu reuerteretur ad ipsum virum.

m ¶ Matrimonium. contractum.

n ¶ Maior. secus si minor: vt j. de præd. minor. l. prædia.

o ¶ Eundem. s. fundum.

p ¶ Alienare. i. alienare non potuit.

q ¶ Potuisse. vtpote quod alienum est factum. sic & j. de donat. inter vir. & vxo. l. siquidem. & ff. de donat. l. 3. & 5. de rei vindi. l. quotiens. ¶ Item intellige hanc legem secundùm determinationem legis infra eodem. l. cum veterum. a Vel loquitur hic quādo fuit dictum vt nullo casu repeteretur.

CVm te.] CASVS. Dicitur in hac lege quòd donatio propter nuptias legitimè facta, nō potest rescindi per rescriptum principis.

r ¶ Oportet. vt[a] j. de reuoc. donat. l. si apud. & l. si donationem. & 5. de transactionib. l. quamuis & supra de condictio. ob cau. l. si repetendi.

a Rescripto nō potest rescindi iure gesta donatio.

SI filia.] CASVS. Titius filiæ Seij sponsæ suæ mancipium dedit: Seius etiam Titio iumenta quædam liberalitatis causa dedit. cōtracto matrimonio Titius per vim abstulit. dicit imperator quòd iste Titius debet restituere id quod per vim abstulit vxori suæ.

s ¶ Donauit. simpliciter, non contemplatione matrimonij, vt non obstet. j. eo. l. cum veterum. ¶ Et dic in donatione duo[b] inspici secundùm Irnus & voluntatem. Vel si fuit hæc donatio cōtemplatione matrimonij, dices corrigi per l. illam, cum verum. ADDIT. Prior verior, vt euitetur correctio: vt in auth. quib. mo. nat. effic. sui. §. tribus. col. vij. & arg. 5. de inoffi do. l. vnic.

b Donatio an valeat, duo sunt inspicienda: ius & voluntas.

t ¶ Nec nuptiis secutis. id est, non secutis: vt sic nec negatio neget quod includitur in dictione secutis, non in verbo abstulit. sicque ponitur nec pro & non.

u ¶ Repetitio. per actionem vi bon. rapt. l. si quis in tantam. j. vnde vi. & secundùm primum casum dic quòd simplex donatio non reuocatur licèt matrimonium non sequatur. ff. de don. l. j.

SI tibi.] CASVS. Spōsus spōsæ suæ res proprias donauit cōferendo in eam spōsalitiam largitatē: postea spōsus captus est ab hostibus: nunquid donatio propter hoc efficiatur irrita. Resp. quòd nō.

x ¶ Si tibi. in præced. l. simpliciter fuit facta donatio, non sub cōditione futurarum nuptiarum. similiter & in hac, & in seq. l. Vel dic sub conditione illa matrimonij: sed secuto matrimonio fuit impleta, j. l. prox. si mater.

y ¶ Proprias. sui sponsi.

prietatem: *sic ff. de verbor. signific. l. interdum.* & sic est plana. 2 Alij sic. benè dixi: sic esse in dominio, nam secus est in possessione, quam conductor non potest sibi commutare, sed colonario iure tenet. quod non placet: *ut ff. de usucap. l. et à quo.* 3 Alij econtra, qui locator qui possidebat pro prædone vel pro possessore, non ideo incipit pro suo possidere per colonum. 4 Vel quarto non potest prodesse locatori prædicta locatio ad probationem sui iuris: quia non potest sibi mutare causam suæ possessionis. nam nec ullus alius potest. 5 Vel quinto non mutat aliàs cum locatio tenet: hic autem mutat: quia non tenet locatio: *ut ff. de usucap. l. et à quo.* & de hac mutatione causæ possessionis plenè dixi infra *de acquirend. possess. l. cum nemo.* Et ad hoc quòd errans non consentit, est *supra de in. & fac. igno. l. non idcirco.* & *3. eod. l. qui rem. & infra de præscript. long. temp. l. nec petentem.*

a Et hoc sufficeret siue ignoràs fuerit ipse conductor. Cyn.
b Locatio non per se titulo. Salycet.
* Epigatho.
† Vide ad hanc legem Affliëtum decisione 11. & decis. 14 num. 6 Barbam decis. 498.
a Vide o. que dicitur.
d Errans non consentit.
† Opilioni, & Hermogeni.
* Ista lex reputatur singularis secundo Bar. ibi.

ductoris, etsi nõ interuenerint instrumẽta, non uxorem conuenire debes. Sanè de posterio re tempore quo cõductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidem precibus tuis probans, pensiones integras ab ea pete.

Conductor debet prius domum seu possessionem restituere, quàm de proprietate litigare, seu obijcere. h. d. Bald. & Salyc.

XXV. *Idem AA. & CC. Epigato.*

Si quis † conductionis titulo agrum vel aliam quamcumque rem accepit: possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare.

Euanescit instrumentum si eximantur debitum. Bald. Vel sic: Impleta fide conductionis finita agi potest contra locatorem, ut retenta vel abrepta restituat. Salyc.

XXVI. *Iidem AA. & CC. Opiloni & Hermogeni.*†

Si conductionis * implestis fidem: eiusdem rei gratia factum instrumentum euanuit. Quòd si quid vestrum in fundo fuit, vel vi direptũ est: hoc restitui vobis præses prouinciæ iubebit.

Si solueris pro colono tuo, & tu mihi promittas per stipulationem: teneris efficaciter. secus si nudo pacto fidem tubes. Bald. Vel sic: Ubi nudum pactum non sufficeret, stipulatio prodest. h. d. Salycet. Vel sic: Pactum cohærentia traditionis non vestitur, quando cum tertio & non cum recipiente interponitur. Salycetus.

XXVII. *Iidem AA. & CC. Nerui.*

Si tibi, quæ pro colonis conducti prædij prorogasti, * dominus fundi stipulanti dare spopondit, competens iudex reddi tibi iubebit. Nã si conuentio placiti sine stetit: ex nudo pacto perspicis actionem iure nostro nasci non posse.

In contractu locationis non veritas...

Contractus.] CASUS. Fundum mihi locasti. non ideò quia non interuenit instrumentum, minus est habendus ratus locationis cõtractus: nec vxorẽ meã conuenies, nisi in posterius tempus de nouo conduxerit.

a ¶ *Etsi non interuenerint.* vt & *3. de fi. instru. l. in consiliterit.* & est ratio, quia cum nudo consensu contrahatur, neque verba neque scriptura desiderantur: *vt ff. eo. l. j.*

b ¶ *Non vxorem.* sic & *3. ad Vell. l. si aduersarius.* & *supra ne uxor pro ma. l. j.*

c ¶ *Si quis conductionis.* Pone casum quòd vendidi tibi rem retento vsufructu, vel constituens me tuo nomine possidere, quam tibi postea locaui. agam finito tempore locationis contra te condictione ex hac l. & postea vindicabis tuum dominiũ: licèt duæ regulæ videantur obstare: vna quæ dicit, cui damus actionem, multo magis exceptionem: *vt ff. de superficie. l. j. §. quod autem ait prætor.* Et alia, dolo facit, qui petit quod restituturus est. Sed hoc expressè sic ordinat lex. Vel vbi lex non ordinat, sic habent locum prædictæ regulæ & idem potest dici in omnibus qui alieno nomine tenent: vt in tutore, curatore, gestore, depositario, commodatario, vsuario & vsufructuario, si non est in his aliqua iusta causa retinendi: *vt ff. de acquiren. poss. l. si quis rem quam.* (Alij dicunt etiam in his dominij causam obstare agenti possessorio) & agitur his & alijs causis vel condictione ad instar huius directæ, quæ ex hac l. datur. ¶ Vel pone casum & meliusfecundum quod hæc litera sonat simpliciter: *vt supra eod. l. ad probationem.*

d ¶ *Restituere.* condictione ex hac l. vt dixi. sic & aliàs actione ciuili agitur possessorio: *vt ff. de condict. indebit. l. indebiti. §. j. & de tritica. l. ij.* vel etiam ex locato agitur hic ad possessionem: *vt ff. locati. l. videamus. §. qui vinum. & argu. 3. de act. empt. l. ij. in fi.* & secundum hoc iuratur in litem: *vt ff. eod. l. si cui. §. j.* & tunc pœna l. conductores 3. e. habebit locum, nisi iustam causam habeat retinendi: *vt ff. de acquirend. poss. l. si quis rem. & de vi & vi arm. l. colonus. in fin.* ¶ Sed opponitur. non tenuit locatio rei propriæ, sicque non potest agi ex locato. Respond. interim dum est dubium vtrum teneat vel non, agi potest. vel etiam si sit certum, tamen agitur, sicut & agitur pignoratitia actione vbi etiam constat non tenere pignus: *vt ff. de pigno. act. l. si rem. j. §. si quis.* secus si ageret rei vindicatione: quia tunc potest excipi: *vt supra eod. l. ad probationem.* ¶ Sed videtur huic l. contra. *3. de agr. & censi. l. litibus. lib. xj.* vbi dicit fructus sequestrandos, & de possessione cauendum, si dominum apparebit melius ius habere. per quod patet quòd non statim reddet. Sol. illa hanc corrigit. 2 Vel hic conitabat de locatione: ibi non. sed ab alio fortè domino se habere dicebat conductor. vnde cum iste seruitium pro eo vellet: potest de hoc iure secum litigare: licèt aliàs non posset secum litigare: *vt infra in quibus cau. co. cen. l. j. & 3. lib. xj. & infra de agri. & cen. cum fatum lib. xj.* 3 Vel secundùm Io. licèt domino ibi non restituat statim, tamen non obest ei: quia colonus tenetur probare nihilominus alterius esse: non eius qui se dominum esse dicit. 4 Vel ibi loquitur de perpetuo censitis: hic non. & hæc vera. 5 Vel hic possessorio, ibi petitorio petebatur. nam reditus ibi petebantur, & prædium penes colonum esse volebat. ¶ Item secundo est contra. *ff. deposit. l. bona fides.* vbi deponenti non redditur, sed domino vero. Solu. ibi petitorio, scilicet depositi: hic possessorio, condictione scilicet ex hac l. agitur. 2 Vel ibi erat fur vel prædo: hic bonæ fidei possessor. 3 Vel ibi incontinenti paratus erat dominus probare: hic non. *arg. ff. ad exhiben. l. ij. §. ibidem.* quam distinctionem Ioan. non admittit, quando lex expressim ordinat vt prius restituatur possessio: vel causa possessionis prius agatur, & postea proprietatis. 4 Vel ibi constabat alium dominum, hic non. ¶ Item contra. *ff. de reg. iur. l. in condemnatione. § fi. & de except. doli. l. dolo.* Item & *ff. de reg. iur. l. multum. §. j. & de superfic. l. j. §. quod autem ait. ibi, cui damus actionem.* &c. Sed illa in petitorio, non in possessorio intelligenda sunt. cui damus &c. & est ad l. istam. *3. de rei vind. ordinary. & infra de interdict. l. interti.* Sed ibi dicit, hodie constat &c. vt no. *3. de edicto diui Hadri. tollen. l. ij.* ADDITIO. Colligas hic paruam distinctionem ex iuribus in hac glos. allega. dum quæritur, an conductor possit locatori referre quæstionem dominij: quia aut de locatione est dubium, & potest opponi exceptio dominij: *vt d. l. litibus.* aut constat de locatione: & tunc si locator agit condictione ex hac l. non potest excipi de dominio, vt hic. si verò agit actione ex eo contractu, tunc aut obijcit conductor de dominio proprio, & potest: quia illa exceptio perimit in totum ius agentis: *vt l. ad probationem. 3. eo.* aut obijcit de dominio tertij: & tunc si ille tertius sibi adsistat & agit, & tunc potest: *vt l. bona fides. §. fin. ff. depo.* aliàs non potest.

a Idem Ang. & Salyc.
e Hanc sequitur Salic.
f Vera est secunda sac. de Aret. & Ange. dic.
g Iste intellectus reprobatur secundum Bart. ... & Bay. ... & est text. in contrario in I. quis rem ff. dep. ...
h Hanc sequit Cy. B. & Ang. ... & idem Bar. in l. consuetis.
* prorogaste, prorogasset ... id est, ad quod deberet solui locationem esse prorogare.
b Idem Ang. M. Bart. ... & Ang. in repetitione ...
c Condictione ... .
d ... Paru. ...

Si conductionis.] CASUS. Locasti mihi fundum, & mercedem solui: instrumentum locationis euanuit: si aliquid in fundo à me inductum est, & tu locator illud surripueris, dabitur mihi rei vind. vel vi bo. rap. aut ex conducto, vt illud mihi restituas.

e ¶ *Fidem* soluendo debitam pensionem.

f ¶ *Euanuit.* vt *3. deposit. l. propter.* & ideò condici vel vindicari potest: *vt i. de cond. sine causa l. ad solutæ. & 3. ad exhib. l. fin.*

g ¶ *In fundo.* à vobis conducto.

h ¶ *Direptum est.* à locatore vel alio.

i ¶ *Restitui.* rei vindicatione, vel vi bonorum raptorũ: *vt & 3. eo. l. damnum.* 2 Vel etiam ex conducto contra locatorem tenentem vel sapientem: *arg. 3. de act. empt. l. ij. in fi. & ff. de contrahen. empt. l. qui tenent.* Accurs.

Si tibi.] CASUS. Si pro colonis tuis Titius Seio soluerit: an te habeat obligatum, quæritur: Distinguitur: aut Titius stipulatus est pecuniam sibi à domino reddi: aut non: si sic, habet te obligatum: si non, nõ habet. Viuia. Vel pone casum vt in glo. seq.

k ¶ *Si tibi* pone casum secundùm Io. quòd colonus soluit pro colonis, id est adscriptitiis prædij, sine quibus prædium alienari vel locari non potest: *vt 3. de agr. & cen. l. quemadmo. ... lib. xj.* Vel dic quòd extraneus aliquis soluebat pro colonis, & vtroque casu stipulabatur à domino, aliàs non datur actio.

l ¶ *Prorogasti.* aliàs prærogasti, i. ante tempus soluisti, s. creditoribus eorum. 2 Vel dic simpliciter: id est, soluisti s. creditoribus eorum.

m ¶ *Iubebit.* scilicet condictione certi ex stipulatione: *vt ff. si certum petat. l. si quis certum.*

n ¶ *Stetit.* id est, stipulatio non interuenit.

o ¶ *Iure nostro.* scilicet ciuili: sed prætorio nascitur de constituta, si eo

si eo animo pacti estis: aliàs ageres negociorū gestorū contra colonos. ¶ Sic ergo nō obstat. *Instit. de act. §. de constitute.* 2 Vel in hoc secundo casu inutiliter fuisti stipulatus, cū utiliter stipulari velles & ideo nec ex stipulatu, quod noluisti, agere potes: *vt ff. de condi. pe. l. j. §. cum.* ¶ & adhuc quæritur quomodo præscriptis verbis nō nascitur, cū incontinenti fuerit pactum factum: *vt s. de pact. l. legem. & l. cum proponas. v. & s. de re. permut. l. rebus.* Respon. secundū P. speciale: sicut & aliàs. *ff. de reli. & sum. fu. l. quòd si locus. & j. de iure do. l. aaa.* Sed miror quare hoc dixerit: nam pactum vel factū quod sui vicinitate vestitur, inter eosdē [a] esse debet, quod hic non fuit: sed alius soluerat & pro aliis, & adhuc ab alio paciscebatur reddi sibi: sic ergo non potest vestiri. & hoc placet. 3 Tertij dicunt hic ex interuallo appositum. 4 Quarti, qui ibi in contractu, hic in distractu. *& facit ad l. istam. ff. de pact. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & j. de pactis con. l. j.*

a Pactū appositū ioxte contractū nō vestit eius cohærentia, quādo cēdit ad vtilitatem tertij.

niunt sarcienda fortuita. Bald. Vel sic: Conductor locatori & econtra tenetur de dolo & culpa, non de casu. Salyc.

XXVIII. *Idem AA. & CC. eidem Netoni.*

IN iudicio tam locati, quam conducti, dolum [a] & custodiam [b], non etiam casum [c], cui resisti nō potest, venire cōstat.

Destructa per conductorem, debent restitui per eum, & eius heredem. Salycetus.

XXIX. *Idem AA. & CC. Iuliano.*

CVm conductorem ædificia quæ suscepit integra, destruxisse proponis: hæc etiā heredes [d] eius præses prouinciæ instaurare, ædificiorum inter vos habita ratione [e], iubebit.

Qui prohibetur esse principalis prohibetur esse accessorius. Bald. Vel sic: Curiales non possunt aliena prædia conducere: nec pro conducentibus fideiubere. Salyc.

XXX. *Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio præfecto pratorio.*

CVrialis [*] neque [f] procurator neq; cōductor[g] alienarū rerū, nec fideiussor † aut mādator conductoris existat: alioquin nullam obligationem neque locatori [h] neque conductori [i] ex huiusmodi contractu competere sancimus.

Milites non debent omittere vsum armorum, nec esse graues vicinis eorum. h. d. Et illi qui aluntur à republica, debent militare pro ipsa, non contra ipsam vel honorem ipsius tene menti. Bald. Vel sic: Milites debent se abstinere à conductionibus, nisi gratia sui vsus. Salyc.

XXXI. *Imp. Leo Aspari magistro militum.*

MIlites nostros, alienarum rerum conductores [k] seu procuratores [l], aut fideiussores vel mādatores cōductorū fieri prohibem[o]: ne omisso armorū vsu, ad opus rurestre se cōferāt, & vicinis graues præsumptione cinguli militaris existant. Armis [m] autē, nō priuatis negotiis occupent: vt numeris [n] & signis suis iugiter inhærētes, rēpublicā à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant. †

Non tenetur dominus relocare eidem, si non vult: nisi per pactum in scriptis factum adstrinxerit se ad reformandum. nam tūc compellitur: & alij locare non potest. h. d. & est valde no. lex pro contractibus emphyteuticis, in quibus omittitur renocatio. Bald. Vel sic: Dominus pōt locare rem alij cum fuerit finita locatio primi. nec debet primus secundo conductori molestiam vel litem inferre, sub pœna hic subiecta. Salyc.

XXXII. *Imp. Zeno A. Adamantio præfecto pratorio.*

NE cui [o] liceat qui aliquam domum alienā, vel locū, aut ergasteriū nomine conductionis accepit, alteri qui post eum [p] domini volūtate ad eandem [q] conductionem accessit, litem inferre [r] quasi rem illicitam, aut agenti damnosam tētauerit: sed patere facultatem dominis domos suas vel ergasteria vel loca cui voluerint locandi [f]: Ipsis nihilominus qui cōduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conseruandis: nisi fortè pacta [t] per scripturam specialiter inita cū dominis, vel cū his qui postea conduxerint, legibus [u] videlicet cognita, agētis [x] intētionibus suffragentur. ¶ Quòd si quis huiusmodi cōtrouersiā sacris iussionibus interdictā crediderit cōmouen-

IN iudicio.] CASVS. In locato & conducto venit dolus & lata culpa & leuis, non casus fortuitus. Viuia.

a ¶ *Dolum.* vt absit.

b ¶ *Custodiam.* vt assit. & potest contingere in conductore culpa circa custodiam: *vt ff. nau. cau. sta. l. nauta.* Circa locatorem, quia rem alienam locauit: *vt ff. e. l. si quis domum.* vel vitiosam: [b] *vt in l. sed addes. §. j. & l. cum in plures. §. seruum meum.* Sed licèt ex natura contractus veniat custodia, non tamē leuissima culpa venit: *vt ff. nau. cau. sta. l. idem. §. sed si gratis.* si tamen specialiter promittatur custodiri etiam leuissima culpa venit secundùm Io. *vt ff. eod. l. qui mercedem.*

c ¶ *Casum.* fit enim propter [c] casum remissio mercedis, & sic neque locatori imputatur: quia aliàs teneretur ad interesse: *vt ff. eo. l. si fundus.* Azo. & hoc nisi ex pacto speciali. arg. *s. de nego. gest. l. negotium. & facit s. commo. l. j. & s. man. l. à procuratore. & de pig. act. l. creditor.*

* Iunge l. 34. ¶ de decurio. Pars l. non debent 3. de tyrōnib. ex No. Theod. No uiria ... Cont. Gl. 2. in ... de ...

b Locator tenetur de dolo, lata & leui culpa, non autem de leuissima, nisi culpa ad casum esset ordinata, & ipsum ... præcessisse.

c Mercedis remissio sit propter casum.

CVm conductorem.] CASVS. Scholaris conduxit hospitium integrum: destruxit hospitium: nunquid tenetur redintegrare, quæritur? Respond. quòd sic, si viuit, & eo mortuo heredes eius. Nam tenetur conductor si fecerit rem deteriorem, ad interesse, & posset etiam expelli.

d ¶ *Heredes.* videbatur quòd non, quia maleficium erat. sed non est ita: *vt ff. de act. & obli. l. ex contractibus. & l. ex deposito.* Accurs.

e ¶ *Ratione.* scilicet vt talia restituantur, qualia fuerant tempore conductionis, vel præstet quanti tua interest.

CVrialis.] CASVS. Si aliquis curialis est adstrictus curiæ, non potest esse conductor vel fideiussor siue mandator conductoris: & si contra facit, ex isto contractu nulla oritur actio.

f ¶ *Neque procurator.* veluti qui certa mercede sibi præstita cū domino conuenit vt à cæteris conductoribus ipse exigat, secundū quosdam. 2 Vel dic simpliciter, sicut & in clericis: *vt in authen. de sancti. episc. §. alium. col. ix. & fac. infra l. proxi.*

g ¶ *Neque conductor.* si tamen in conductione successit alij, iure remanet: *vt ff. de decu. l. iiij.*

h ¶ *Locatori.* scilicet scienti: *vt ff. eod. l. si ignorans. & facit infra de decu. l. si quis procurationem. lib. x. & infra qui. ad condu. præ. fisca. acce. non li. lib. xj. l. j.*

i ¶ *Conductori.* si pro locatore fideiussit.

MIlites] CASVS. Milites armatæ militiæ prohibent conducere res alienas, & esse fideiussores conductorū, siue procuratores, siue mādatores eorum: & debent dare operam armis, non agriculturis, siue priuatis negotiis: ita vt nos defendant, & rēpublic. à qua aluntur.

k ¶ *Conductores.* Sed an stabulū pro [a] equis suis, vel alia ad militiā faciētia poterit conducere? Respond. sic: & hoc de iure tantum prohibet: *vt j. subijcitur,* ne omisso, &c. & idē in domo recificāda dico, nō habitādatur: *j. e. l. fin. in prin.* nam & miles punitur: *vt j. eo. tit. l. vlt.* sed locanti & ignoranti parcitur: *vt ff. eo. l. si ignorans.*

l ¶ *Procuratores. vt & s. de procur. l. militem.* nisi in [b] rem suam: *vt in eo. tit. l. qui stipendia. & ff. de procur. l. filiusfamilias. §. veterani. & qui satisda. cog. l. de die. §. j.* 2 & nisi pro necessariis in causa liberali: *vt ff. de liber. cau. l. iij. §. milit.* 3 Vel nisi pro suo matrimonio: *vt d. l. filius famil. §. veterani.* & idem de [c] milite cœlestis militiæ, quod hic de seculari dicit: *vt in authen. de sanct. episcop. §. alium. col. ix.* idem in fabricensibus: *vt j. de fab. l. fin. lib. xj.*

m ¶ *Armis. sic infra de iure delib. l. fin. in princ. & supra de condict. ob causam. l. si militem. & infra de re mili. l. milites. lib. xij. & xxj. q. iij. per totum.* Accursius.

n ¶ *Vt numeris.* quorum quidam dicuntur militia, alij cohors, alij vexillatio, manipulus, legio, [d] cuneus, al. *vt ff. de his qui not. infa. l. ij. circa princip.*

a Quod dicitur militē res alienas cōducere nō posse, fallit si milites sui vsus gratia, aut pro omnibus ad militiā pertinentibus. *vt hic addit l. vlt. eod.*

b ... clericus prohibetur ne postulet cōtra ecclesiam in qua habet beneficium. *extra de postu. ... cap. ... super verbo. contra ecclesiam. post princ.*

b ... procuratore in quibus cāusid esse possit.

c Imò Nonio Marcello teste quòd legio cōstat decē cohortib[a], & cohors rursus diuiditur in quinquaginta manipulos ... tem manipulus (vt ait Varro) minimā exercitus manus, quæ vnū sequitur signum. vexillationem antiqui nominauerunt alam equitum.

d Militum secularium priuilegia extenduntur ad quasi milites. *vide Capellam Tholosanam ... Aufrerium decis. ... Gl. in l. stipendia. ... excent. ...*

e Vel non finita sed sollicita secunda conductione in tempus finitæ priores. Cyn. & Angel. de Bald.

f al. rei quam.

g Ratio est in præd. fiscalib. quia vicissim interdum inuocatur ... *l. cotem. §. vlt. de Publ. ff.* itē quod excipit de scholaribus exceptio est à ij. interpretatione illorum verborum huius legis. Post eum, vt ibidē notaui.

h Dominus domus locatæ potest durāte primo locatione alteri dictā domū locare pro tempore futuro in alio anno.

NE cui.] CASVS. Si alicui conduxerim domum meam vel ergasterium vsque ad annum, & in sequenti anno nolo ei locare, sed alij: an possit mihi, aut ille cui locaui, aliquam quæstionem mouere? Resp. q non. & si cōtra fecerit, si vilis persona est, verberatur: & in exiliū mittitur: si nobilis, punitur in decem lib. auri.

o ¶ *Ne cui.* scilicet sancimus.

p ¶ *Post eum.* [e] id est, finita eius conditione. [f]

q ¶ *Ad eandem.* id est, eiusdem rei.

r ¶ *Inferre.* alioquin si damnum per hoc dominus habuerit: agit de dolo vel in factum: *vt ff. de dolo l. rem quādam.* [g] secundū H. quod non potest stare, cum habeat actionem ex locato: *vt j. l. proxi.* In l. autem illa, rem quandam, non habebat locum aliud auxilium.

f ¶ *Locandi.* tempore prioris locationis finito. fallit tamen hoc in prædiis fiscalibus. *j. de loca. præ. fisc. l. congruit. §. prædia. & fi. lib. xj.* Item fallit in scholarib. *vt extra de loca. & conducti. c. ex rescripto.* [h]

t ¶ *Pacta.* vt nō liceret alij locare, donec iste cōductū habere vellet, & tātū dare quātū ali[i]. ¶ Et nó. p scripturā, speciale: *vt j. tit. l. j.*

u ¶ *Legibus.* non vi, vel dolo, vel metu.

x ¶ *Agentis.* scilicet priora.

Conductores.] CASVS. Si conducis à me rem aliquam, vel precario concedo tibi rem aliquam, finito tempore conductionis debes mihi reddere si viuis, aut heredes tui si nō viuis. Si autem tu aut tui heredes differant vsque ad sententiam definitiuam: competens iudex non solum in re, sed in æstimatione rei debet te condemnare.

a ¶Precario. sic de vtroque loquitur alia, quæ dicit idem infra. vnde vi. l. non ab re. & quæ hic sunt, ibi supple.

b ¶Volentibus. scilicet iure: vt §. l. proxi.

c ¶Aestimationem. res petitur actione locati: vt ff. eod. l. videamus. §. qui vinum. & l. si cui. §. qui seruum. Sed hæc æstimatio petitur condictione ex hac l. proponenda post definitiuam sententiam, secundū quosdam, vt a innuit hæc lex: nam tūc demum est in obligatione. Sed Ioan. dicit b etiam ante, scilicet sub illa conditione si c distulerit restituere vsque ad sententiam. Sed obiicitur. ff. de iudic. l. non quemadmodum. Sed respondetur, quod illud est verum in principalibus: sed hæc æstimatio est accessoria.d

* Possi. non ab re ℈ vnde vi.

† Cuia. lib 12 obs. c. 3 8.

a Actiones duæ sub conditione in eodem libello proponi post sunt, vt hic de quo dixi plenius ad l. qui de inofficioso se. inf. ff. de inofficioso.

b Et Azonem hic Cont.

c Rectè. Bald.

d Baldus respondet illam condictionem si distulerit restituere, purificari per sententiam, alliter atque in lege opposita.

Licet.] CASVS. Leges aliorum imperatorum prohibebant milites conducere prædia aliena: ne locatoribus & aliis vicinis essent iniuriosi. veruntamen quia legibus illæ in multis circumueniebantur, Iustinianus imponit pœnā militibus contra facientibus: & dicit quod si aliquis miles conduxit rem alienam, ipso iure fit infamis, & perdit gradum militiæ: & ex illa locatione non datur actio locatori vel conductori.

d ¶Principes. vt §. eod. l. milites. cum suis concor.

e ¶Procurandas. id est, reficiendas.

f ¶Constitutionis. id est, constituti.

g ¶Procurandos. id est, defendendos armis.

h ¶Conuertere. atrocitatem.

i ¶Optionibus. id est, qui diuersis tēporibus militabant pro mercede. Vel dic optionibus, id est electionibus. aliàs opinionibus: vt in authent. vt neque miles, neque fœderatur. per totum. col. viij. & facit ad l. istam in authē. vt ll ma l. & auia. §. quod autem. col. viij.

dā: si priuatus est, acriter cæsus exilij subeat pœnā: si militat, decē librarū auri dispēdio feriatˣ. *Cōstitutio Græca hic deesse notatur.*

Qui rem conductam non restituit ante condemnatoriam sententiam, postea tenetur etiam ad eius æstimationem quasi inuasor. hoc dicit Bald. idem Salyc.

XXXIII. *Idem A. Sebastiano præfect. prat.*

Conductores* alienarū rerū, seu alienam cuiuslibet rei possessionē precario a detinentes, seu heredes eorū, si nō eam dominis recuperare volētibus b restituerint, sed litem vsque ad definitiuam sentētiam expectauerint: nō solū rem locatā, sed etiam æstimationem c eius victrici parti ad similitudinē inuasoris alienæ possessionis præbere compellantur.

XXXIIII. † ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.* fortè, ΖΗΝΩΝ. vel ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΣ.** epitoma ex Basilic.

Ἑκατέρῳ ἡ διάταξις ἐπιτρέπει καὶ τῷ μισθωσαντι καὶ τῷ μισθωσαμένῳ, ἐξεῖναι λύειν τὴν μίσθωσιν καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις καὶ μὴ διδόναι πρόστιμον ὡς ἐκ παραβασίας· εἰ μὴ ἄρα ἐν ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος ἀπετάξατο τῷ τοιούτῳ συμφώνῳ ἢ ἀγράφως ἀπεῖπον.

Eadem Latinè.

Vtrique constitutio permittit & locatori & conductori licere intra annū rescindere locationem & in Italia & in omnibus prouinciis, & non dare pœnam velut ex violatione seu transgressione, nisi vtiq; in initio cōtractus renunciauerāt huic legi per pactum, aut sine scripto renūtiauerint.

Huius quoque legis argumētū refert Iulianus epitomator in Dictato de consiliariis, quod inter fragmēta veterum iurisconsultorum à Pythæo editum fuit. Nēpe hac caueri, vt liceat intra annum sine pœna à contractu in conductionibus recedere.

Signa imperialia dicuntur victricia. hodie debet imperator in Italia verecundari de tanta fama, quæ tenet gloriā nominis, sed non hominis, & iacet infatuatum imperium, dico in Italia: nam in sua maiestate confundi non potest: vt in auth. quomodo oportet. §. fin. col. 1. Bald. Vel sic: Milites prohibentur à cōductione rerum alienarum: aliàs tam ipsi, quàm locatores puniuntur pœna hic scripta vel inserta: & quilibet potest eos accusare. Salyc.

XXXV. Imp. IVSTINIAN. A. ad Senatum.

Licet retro principes d multa de militibus qui alienas possessiones vel domos cōductionis titulo procurādas e suscipiunt, sanxisse manifestū est: tñ quia res sic est cōntēpta: vt neque interminationis sacratissimæ cōstitutionis f milites memores, ad huiusmodi sordida audeant venire ministeria, & relictis studiis publicis, signisq; victricibus, ad conductiones alienarū rerū prosilire, & armorū atrocitatē nō in hostes ostēdere, sed cōtra vicinos, & forsitan etiā aduersus ipsos miseros colonos, quos procurandos g susceperint, cōuertere h: necessariū duximus ad hāc sacratissimā venire cōstitutionē, altius & plenius huiusmodi causam corrigētes. Iubemus itaq; omnes omnino qui sub armis militant, siue maiores, siue minores, (Milites autē appellamus tā eos qui sub excelsis magistris militū tolerare noscunt militiam, quàm qui in vndecim deuotissimis scholis † taxati sunt, necnon eos qui sub diuersis optionibus i * fœderatorū nomine sunt decorati) saltem k in posterū ab omni cōductione alienarū rerū tēperare. Sciturōs quod ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto vel aliqua sententia cadāt militia l, & non sit regressus eis ad pristinū gradum, neque beneficio imperiali, neque consensu vel permissu iudicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimāt, suas militias suāmq; opinionē amitāt, ex militibus pagani, ex decoratis infames constituti m: & quod post huiusmodi conductionem, (quā penitus interdicimus) à publico susceperint n: & hoc o sine aliqua mora vel procrastinatione reddere cōpellantur: Sciturus & ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad cōductionem permiserint, nostra lege eorum conamine violata, quod nulla eis exactio contra eos concedatur: vt p qui alieni appetens cōstitutus q militem procuratorem elegerit r, & a suis cadat reditibus s.

Pateat autē omnibus huiusmodi copia apud cōpetentes iudices accusationis: vt qui in hac causa delator existat, laudandus t magis quàm vituperādus intelligatur: pœna quā contra milites nostrorū † præceptorum contemptores, & ipsos qui eis

k ¶Saltem in posterum. licèt in præterito non ita fecerint.

l ¶Cadant militia. ipso iure.

m ¶Infames constituti. ipso iure.

n ¶Susceperint. nomine stipendiorum vel alimentorum.

o ¶Et hoc. id est, non solum à militia cadent, sed etiam hæc percepta reddent, & hoc condictione ex hac l. vel condictione indebiti.

p ¶Vt. id est, sicut.

q ¶Constitutus. scilicet actor qui alienum petit, sibi tamen debitum.

r ¶Elegerit. cedendo ei actionem, quod est vetitū: vt §. ne lite po l. j. & ij.

s ¶Et à suis cadat reditibus. ille qui cessit. Vel dic, qui locauit. & facit in authen. de eccles. titul. §. antepen. col. ix.

t ¶Laudandus. sic §. de episc. & cle. l. nulli in fin.

† quæ sunt hi dispositioni magistri officiorum, vt apparet ex notitia vtriusque imperij.

* Sic in nobis Q. Sed optiones, vide Vegetium lib. 2. de re milit.

DE IVRE EMphyteutico.

Videbatur contractus emphyteuticus similis locationi; sed non est: vt infra de loca. & con. §. adeo. & ideo titu. de locato ponitur vicinus ti. iste. ADDITIO. *Et si contractus emphyteuticus hoc pacto. nam ab initio datur certa quantitas pecuniæ, deinde constituitur modica annua pensio in recognitionem potius directi dominij, quàm in fructuum percipiendorum recompensationem. ita dicit Iason de Mayno in l. j. §. e.*

Ius.] CASVS. Emphyteuticus contractus, id est meliorationis, neque est venditio neque locatio, &c. & si quis in non modicum tempus, imò in perpetuum concedit mihi fundum vt faciam domum, vt ibi plantem, &c. & reditū sibi annuum reddam: & si inter me & dominum fiat aliquod pactum, illud seruandum est. verbi gratia. Si conueniat scriptura interueniente, quòd si flumen auferat totum fundum, vt damnum pertineat ad aliquem nostrum. Si verò non conuenit, distinguitur: aut totus fundus perit aut pars fundi. primo casu damnum respicit dominum: secundo casu me emphyteutam.

† nostrorum præceptorum. fus emphyt.

a ¶Ius emphyteuticariū. id est, contractus emphyteuticus qui qualiter fiat, habes Insti. loca. § adeo. Circa quem contractum sunt tria naturalia siue tacita pacta. Primū habes in fine huius l. Secundum habes j. eod. l. y. § j. Tertium habes j. ead l. fin. § j. ¶Et cum dicit iste textus, ius emphyteuticarium: ex hoc patet q̄ emphyteuta[a] habet ius in re, per quod à locatore[b] differt: vt s. de leg. j. l. si domus. § fi.

b ¶Neq. cōductionis. quia non solet locatio[c] mutare dominiū: vt ff. locat. l. nō solet. At hic sic transit vtile dominiū, & naturalis possessio, & ius constituitur in re: vt ff. si ag. vec. l. j. § fi. Item hoc ius in rebus soli tātùm constituitur.

c ¶Alienationis.[d] quia hic ex quibusdam causis potest res auocari: vt infra eo. l. y. & fi. Item quia dominium, scilic. directum remanet penes dominum, sed alienatio est actus per quem dominium transfertur: vt j. de fun. do. l. j. Item in venditione est precium, & certum, & in quantitate. hîc autem & in specie, & prgterea per singulos annos soluitur: vt institu. de contrahend. empt. § precium. & § sequent. & loca. & condu. § adeo. Item hîc necessaria est scriptura: vt hac leg. quod in alienatione vel locatione non est opus, & in multis aliis: vt curiosus lector poterit reperire. ¶Sed opponitur: quia[e] etiā alienationis vocabulo cōtinetur, scilicet donatio in emphyteusim: vt in authen. de non alien. § alienationis. colla. y. & s. de reb. alien. non alie. l. fin. quæ sunt contra. Solu. non continetur appellatione alienationis si propriè & strictè accipias, vt[f] est dominij trāslatio: vt hîc. sed largè sic, vt ibi.

d ¶Conceptionem. in animo contrahentium, vel in verbis. Acc.

e ¶Definitionémque. scil. in lege, hoc est, obseruationē specialiter definitam.

f ¶Cuncta. putà pacta.

g ¶Super omnibus vel etiam fortuitis casibus. veluti de euictione, & de alienatione, & cæteris causis.

h ¶Scriptura. Not. hîc[g] contractum fieri debere in scriptis[h]: sic & aliàs: licèt contra regulariter: vt not. s. de pact. l. pactum quod bona. 2 Vel dic hoc dici de pactis, nō de contractu. 3 Vel non prohibet sine scriptis fieri, licèt dicatur fieri in scriptis. ADDIT. Falsa est hæc opinio, licèt consuetudine confirmetur: vt ait Ba. Ang. &c.

i ¶Custodiri. per condictionem ex l. ista Zenonis, vel præscriptis verbis. ADDITIO. Hæc vltima opinio rectè à plerisque reiecta est priore probata.

k ¶Ingruebat. i. eueniebat.

l ¶Particulare. scilicet medietatis: argum. ff. de verborum signific. l. nomen filiarum. § portionis. & de vsufructu. l. etiam part. secundum M. quod B. non placet. Sed dicit particulare dum non sit totius rei, i. dummodo non sit tota res extincta, quāuis maior pars perierit, damnum pertinet ad emphyteuticarium: vt instit. loca. § adeo. in fin. § alioqui non complecteretur omnes casus hæc lex. quod facere vult, cùm subditur aduersatiua, sin verò particulare. &c. hoc placet[a]. ¶Sed videtur distinguendum: vt ff. de contrahen. emp. l. domum. Sed ibi ante contractum periit. si verò post, semper esset emptoris periculum, vt in venditione: vt Instit. de contrahend. § item autem. ¶Item contrà. huic dicto. j. de allu. & palu. l. y. Sed speciale in tributis, vt aucto vel deminuto prædio augeatur vel deminuatur pensio: vt ibi. ADDITIO. quia tributa pro modo agri debentur.

a Emphyteuta ius habet in re.
b Emphyteuta differt à conductore.
c Locatio non mutat dominiū, nisi sit in perpetuū vel longū tempus.
d Qui dat in emphyteusim non alienat.
e Alienationis appellatione continetur emphyteusis seu in emphyteusim datio.
f Alienat proprie qui dominiū transfert.
† Iste text. reputatur singularis secundum Bal. & Salicet. Cremens. ad hoc facit glo. ...

cōductiones rerum ad se pertinentiū permiserint, statuimus, in futuris causis obtinente.

TITVLVS LXVI.
DE IVRE EMPHYTEUTICO.

Contractus emphyteuticus propriam habet naturam atque figuram, exigitque scripturam, & propter particulare damnum emphyteuta non liberatur à canone. Baldus. Vel sic: Contractus emphyteuticus est contractus per se distans à conductione & locatione: & debet fieri in scriptis cum pactis in eo initis. Et si de casu fortuito nihil est conuentum, tunc si res pereat tota, liberatur emphyteuta: non si pereat pro parte. Salycetus.

I. *Imp.* ZENO A. *Sebastiano praefecto praetorio.*

IVs emphyteuticariū neque conductionis[b], neq. alienationis[c] esse titulis adiiciēdum, sed hoc ius tertiū esse constituimus, ab vtriusque memoratorū cōtractuū societate seu similitudine separatū: conceptionē[d] itē definitionēq;[e] habere propriá, & iustum esse validúmque contractum, in quo cuncta[f] quæ inter vtrasq; contrahentiū partes sic per omnib. vel etiā fortuitis casibus[g], pactionib. scriptura[h] interueniēte habitis placuerit, firma illibatáque perpetua stabilitate modis omnibus debeat custodiri[i], ita † vt si interdum ea quæ fortuitis casibus eueniunt, pactorū non fuerint cōuentione cōcepta: siquidē tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei quę per emphyteusim data est, faciat interitū: hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permāsit, sed rei domino, qui qd̄ fatalitate ingruebat[k], etiā nullo intercedente cōtractu habiturus fuerat, imputetur. Sin verò particulare[l] vel aliud leue cōtigerit damnum, ex quo nō ipsa rei penitus læditur substantia: hoc emphyteuticarius[m] suis partibus non dubitet adscribendum.

Pacta emphyteutica seruanda sunt: quibus cessantibus seruanda est natura contractus: quæ est, vt si per triennium canon non soluatur, possit dominus expellere emphyteutam, nisi steterit per dominum, & emphyteuta deposuerit censum. Baldus. Vel sic: Pacta inita inter dominum & emphyteutam, sunt seruanda: & maximè super reiectione emphyteutæ. Et si de eius reiectione nihil fuerit conuentum, potest expelli si non soluerit per triennium, nulla meliorationis vel alicuius pœnæ habita ratione: nisi per dominum steterit quo minus solutionem receperit: & emphyteuta consignauerit, & deposuerit. Salycetus.

II. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demostheni P.P.*

IN emphyteuticariis contractibus sancimus, si quidē aliquæ * pactiones[n] in emphyteuticis instrumētis fuerint cōscriptæ: easdem & in omnibus aliis capitulis[o] obseruari, & de reiectione ei[*] qui emphyteusim suscepit, si solitam pensionem, vel publicarū functionum apochas non præstiterit[p]. Sin autē nihil super hoc capitulo fuerit pactū, sed per totū triennium[q] neque pecunias soluerit, neq. apochas domino tributorū reddiderit[r]:

m ¶Emphyteuticarius. quia emolumentū si qd̄ accessit, forte iure alluuionis, ad eum spectat. ¶Sed quid ecōtra si augeatur res[b], an augeat pensio? Respon.[c] potest distingui sic apparens vel latens augmentum, vt alluuionis ad instar fructuarij: vt ff. de vsufruct. l. item si fundi. § sed si insulam.

IN emphyteuticariis.] CASVS. Dictum est supra ad quē debet spectare periculū rei datæ in emphyteusim. hîc dicit quòd pacta si quæ fiant: siue sint de natura contractus siue de extrinsecis, debeāt seruari. & si non fiant, debet emphyteuta soluere singulis annis pensionē, & debet reddere apochas domino in quibus confitetur se soluisse: & si in solutione per triennium cessauerit, dominus poterit eum expellere, nec ei resistere poterit dicendo se fundum meliorasse, & posuisse emponemata, id est, aliqua ædificia, allegando quòd dominus pœnæ se subiecerit si emphyteutam expelleret. Itē nec emphyteuta poterit obiicere domino quod pēsionem non petiit, quia offerre debuit, & si dominus nolit accipere, debet cōsignare & deponere.

n ¶Pactiones. præter illas quæ ex natura rei contractus tacitè intelliguntur. Acc.

o ¶Capitulis. scil. vel super interitu: vt s. l. prox. vel alienatione: vt infra l. prox. vel super aliis, vel etiam super reiiciendo emphyteutam, putà si non soluat per quinquennium vel decennium, vt subiicit, & de reiectione, &c.

p ¶Apochas non præstiterit. id est, pensio soluebatur domino, & functio, fisco pro eodem fundo, & emphyteuta qui suscipiebat apocham à fisco, id est, confessionem de soluto: vt & supra de fide instrumentorum. l. plures. debebat eam domino dare in vnoquoque anno. aliàs si non redderet per triennium, expelli potest, vt hîc. Et hoc ea ratione, quia posset esse quòd res ad dominum rediret, & fiscus peteret etiam præteritas functiones: vt ff. de publicanis. l. imperatores. in principio. Si ergo habuit dominus apocham factam emphyteutæ à publicano, tuebitur se contra eundem publicanum. Vel dic apocham cum subscriptione sua: vt dicta lege plures.

q ¶Triennium[d]. in emphyteuta ecclesiæ[e] biennium: vt s. de sacros. eccle. auth. qui rem. idem in colono priuati, quod hîc, sc. de biennio[f] dicimus: vt ff. loca. l. quæro. § inter.

r ¶Reddiderit. cum subscriptione sua: vt d. l. plures. vel aliter vt modo dixi. Accur.

g Dedi ecclesiæ domum vt me aleret, postea domus est combusta, vel alio casu fortuito est destructa: nihilominus tamen tenetur ecclesia me alimentare: vt per ...
h Scriptura per hoc debet emphyteusis.
i Idem Bart. Bal. Sal. & Iaf. reprobatis duab. opinionib. sequentibus.

a Et bene facit Alber. ...
b Vtrùm re emphyteutica aucta pēsio sit augenda.
c Hæc ad distinctionē B. Sal. & Iaf. nec debet distingui.
* alij.
d Concor. cum hac Glo. textus ...
e Emphyteuta priuari celeriùs in solutione canonis, per triennium ... Ecclesiæ verò biennio. Concord. ... in verbo Emphyteuta priuati.
f Intellige secundò distinctionē. Bar. in l. ... quem refert hic ... col.

a ¶ *Volenti.* quia si vellet ad pensionem tantùm agere, ex l. Zenonis posset.

b ¶ *Repellere* per se, huius l. auctoritate: sed melius si iudicis auctoritate fiat per libellum[b], cum possideat: vt *argum. j. de pign. l. creditores.* secundùm M. & B. nec pertimescat crimen, si faciat per se,

c ¶ *Emponemata.* aliàs emphynemata exponunt aliqui, i. ædificia, vel sunt meliorationes.

d ¶ *Vel pœna opponenda.* promissa à domino si emphyteutã expelleret: vt *ff. loca. l. quæro. §. inter.* Et dic quòd emponema Græcè, Latinè dicitur melioratio: vt *hic dicit, & j l. prox. in prin.*

volenti[b] ei licere cum à prædiis emphyteuticariis repellere[b]: nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum quæ emponemata[c] dicuntur, vel pœna opponenda[d]: sed omnimodo eo (si dominus voluerit) repellẽdo, neque prætendente quod non est super hac causa inquietatus: cùm neminem oporteat cõuentionem vel admonitionem expectare, sed vltro sese offerre, & debitũ spontanea voluntate persoluere secundùm quod & anteriore lege † nostri numinis generaliter cautum est[e]. Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere, & reditũ minimè velle suscipere, vt ex huiusmodi machinatione triennio elapso, suo iure is qui emphyteusim suscepit, cadat: licentiam ei cõcedimus, attestatione præmissa, pecunias offerre, hisque obsignatis, & secundùm legem[f] depositis, minimè deiectionis timere periculum.

Emphyteuta potest ius suum vendere vel non, secundùm tenorem pactorum. cessante autem super hoc pacto, dominus est requirendus, an velit emere pro tali precio, quod ab alio inuenitur: & expectandus est per duos menses. & si non vult emere, sed consentire, debet pro consensu inuestitura noui emphyteutæ habere quinquagesimam. & si non vult emere, nec consentire, licitum est emphyteutæ post duos menses iura sua vendere personæ non prohibitæ, & si aliter vel alij vendat quàm liceat, sua iura perdit. Bald.

III. *Idem A. Iuliano P.P.*

Cum dubitabatur verũ emphyteuta debeat cũ domini voluntate[g] suas meliorationes, quæ Græco vocabulo ἐμπονήματα[h] dicuntur alienare, vel ius emphyteuticum in aliũ transferre, an eius † expectare

cũ sibi arbitrium vltionis sciat esse cõcessum: vt *infra de metatis. l. deuotum. libro xij. & ad idem. ff. de pignor. l. ex vectigali.* Si tamen interuersa possessione, suo nomine cœpit possidere emphyteuta, non deiicies eum tua auctoritate[c]: vt *ff. de vi & vi armat. l. colonus secundùm Tr.* ¶ Sed quid si[d] fecerit pactum dominus, vt non liceat ei emphyteutam repellere, etiam si pensionem non soluat? Respondeo pactũ seruandum[e]. argum. *s. de pact. l. penul.* quia iuri pro me introducto renunciare possum. Alij distinguũt an cõueniatur ne omnimodo liceat, & tunc non valet: an vsque ad certum tempus, & tũc sic: vt *ff. communi diuidundo. l. in hoc. §. si conueniat.* Sed est arg. cõtra quòd tale pactum nõ valeat: vt *ff. de precar. l. cum precario.* sed prima est verior, & est pro ea. *ff. de posi. l. j. §. si conueniat.* ¶ Item si triennio elapso dominus recipiat pensionem omnium annorum quibus est cessatum, an amodo possit deiici? Resp. non[f]. argu. *ff. de lege commiss. l. post diem.* Duorum enim alterum poterat facere dominus, vel deiicere, vel pensionem petere: vt *in authentic. de alim. & emphyteu. §. si vero quis locatur. collat. ix.* eligendo ergo vnum, alteri renunciasse videtur: vt *d. l. post diem. & l. si fundus. §. j. in eo. tit.* ¶ Item quis probabit, verum emphyteuta se soluisse, an dominus sibi non fuisse solutum? Respond. emphyteuta: vt *arg. s. de probat. l. j.* quod faciet per testes[g], vel instrumenta, vel confessiones. Vel quòd tribus cõtinuis annis proximis soluerit, per quod præsumitur[h] retro soluisse semper: vt *j. de apochis pu. l. pen. lib. x.* ¶ Item quid si emphyteuta promisit pœnã si non soluerit pensionẽ, an poterit deiici? Videtur quòd non, quasi per pœnam renũciauerit dominus deiectioni. arg. *j. de pact. com. l. fina.* Tu dic contra[i], ne quod fauore domini, scilicet pœna, est introductum, &c. *s. de legib. & senat. l. quod fauore. & dict. l. j. de pact. con.* loquitur in priuilegiis, quæ facilius quàm iura communia tolluntur. sed tamen vtrumque, scilicet eum deiicere, & pœnam petere non potest, nisi hoc actum sit vt vtrumq; possit fieri: vt *ff. de excep. doli. l. apud Celsum. § Labeo & s. de transactio. l. cum proponas. & de verb. oblig. l. ita stipulatus. in fi.* ¶ Item si semel pœna est exacta, si iterum stet per aliud triennium quòd non soluat, an iterum poterit exigi? Respondeo, non[k]: vt *arg. ff. de arb. l. si duo. §. fi.* Nec obstat etiam si sit dictum rato manente contractu: quia non comprehẽdit pœnæ stipulationem: quia non est contractus[l]: vt *ff. de exceptione doli l. apud Celsum. §. Labeo.* nisi expressè esset dictum, rato manente &c. vt quotiens cessaueris: totiens in pœnam incidas: vt *d. l. si duo. § fin.* ¶ Item si promisit pœnam rato[m] manente, &c. & petiit pœnam, & vult nihilominus deiicere, an potest? Resp. sic[n]: *arg. ff. de transaction. l. qui fidem. & l. pacto. & s. de pactis. l. cum proponas. ij.* In fauorem enim domini dictum est quòd contractus debeat ratus manere. *& pro hoc est argu. ff. de regu. iur. l. cum par. & supra de transac. l. si quis maior.* ¶ Item quid si emphyteuta faciat alium emphyteutam vnum vel plures. & cessant in solutione canonis: quod auxilium datur domino? Quidam dant ei condictionem ex l. Ioan. dicit quòd vindicat dominium suum à secundo emphyteuta: & si ille excipiat de iure emphyteutico, q replicet: quia non debet ei fides seruari, &c. vt *s. de pactis. l. cum proponas. ij. & ff. vsufructu. quemadmodum ca. l. si vsufructus nomine.* Sicque poterit consequi pensiones. ¶ Item quid si aliquis non emphyteuta possidens fundum pro quo xl[o]. annis soluit pensionem, deiiciatur nunc? Respon. non potest deiici: sed præsumo[p] emphyteuticum contractum celebratum fuisse: vt *arg. infra de fundis patrimo. l. fin. & l. ius emphyteutici. lib. xj.*

e ¶ *Cautum est.* vt *infra de contrahenda stipulat. l. magnam. & facit ff. de vsuris. lege pecuniæ. §. vsurarum. & ff. de alim. legat. l. Libertis. §. manumissis. & ff. de leg. com. l. si fundus. § fina.* Fallit tamen in casu, vt in operis libertorum, quæ videntur debere peti coram iudice ad hoc vt stipulatio committatur: vt *ff. de oper. libertorum. l. cum patronus.* Vel ibi non fuerat dies præfinitus. ¶ Sed quo tempore anni fiat solutio? Respon. secundùm quod actum est. aliàs etiam inter tres vices poterit solui, dummodo ante kalẽdas Ianuarij: vt *j. de col. fun. pa. l. placuit. lib. xj.*

f ¶ *Et secundùm legem.* ita quod amodo in suos vsus non conuertat: vt *supra de vsu. l. acceptam. & infra qui potior. in pignor. hab. l. j.* ¶ Sed videtur quòd sola oblatio sufficiat, cùm velit pœnam euitare tantùm. quod quidam dicunt, argum. *j. de suscept. & arca. libr. x. & infra de cond. tio. infer. l. fina. & ff. de arbitris. l. Celsus. in fi.* Hic ergo subaudias depositis, scilicet maximè. Alij dicunt quòd est hic speciale vt sola oblatio non liberet etiam à pœna cõmittenda. ¶ Sed quid si ille qui soluere debuit, ignorauit, quia heres[b] est acceptoris: vt *ff. de reg. iuris. l. qui in alterius.* & sic non soluit: an possit deiici? Respondeo, de stricto iure sic: vt *ff. de verborum obligat. l. cum filius. §. in hac. & l. ad diem. & ff. de nautico fœnore. l. fin.* sed dabitur[c] restitutio ex clausula generali *ff. ex quibus causis maior. l. j. in fin.* Sed de æquitate[d] non potest dici: quia non cedit tempus ignoranti: vt *ff. quod vi aut clam. l. semper. §. hoc interdicto. & ff. de calum. l. annus. & de ædil. edic. l. cum sex. & ff. quando app. sit. l. j. dies. & ff. si quis ingen. esse di. l. ij.* sed in illis legibus de vtili anno dicitur. & facit ad finem huius l. *infra de pigno. l. creditor.*

CAsus. Accepi ab aliquo fundum in emphyteusim ad non modicũ tempus: ædificaui in eo fundo: volo ædificium vendere: quæritur, an possim? Dicitur quòd sic, si hoc continetur instrumento emphyteuseos. Si nihil dictum sit, non possum sine consensu domini: nec etiam ius si quod habeam in re, non habita voluntate domini vendere possum. & si volo vendere: debeo denunciare domino. & si dominus velit tantum dare quãtum alius, ille præferatur. Et si intra duos menses dominus nolit emere, potero vendere cuicunque voluero: non tamẽ illi cui dominus prohibuerit vendere: putà quia dixit: do tibi fundum in emphyteusin hac lege, ne liceat tibi vendere domum, si domum ædificaueris, Titio. Si verò alij vendidero, dominus non poterit contradicere: tunc imò emptorem necesse habet in possessionem mittere, non per procuratorem, sed per seipsum, vel per literas suas, per quas ostendat se velle ipsum mitti in possess. dirigendas in ciuitate magistro census, vel in prouincia præsidi prouinciæ, qui emptorem ducat in pos. & pro hac inductione, vel renouatione contractus emphyteuseos, non plus habebit dominus, quàm quinquagesimam rei datæ in emphyteusin. Sin autem dominus hoc modo post duos menses facere noluerit: licentia datur ex hac l. ipsi emphyteutæ, emptorem ducere in pos. domino inuito. & si aliter fiat quàm hac l. continetur, ego cadam à iure.

g ¶ *Voluntate.* tacita quasi ex natura contractus.

h ¶ *Emponemata.* inde est[e] emponematographi: de quibus dicitur *j. de decur. l. si quos. lib. x* Dabantur[f] enim olim sterilia in emphyteusin sola: quia diligentia emphyteutæ fiebant fertilia: sed hodie adventum est, vt omnia dentur: in ecclesiasticis autem dãtur quæ exigua videntur œconomo: vt *s. de sacrosanc. eccle. auth. perpetua. & authen. si quas.* Accur.

Consensum.

a ¶ *Consensum.* i. expressum.

b ¶ *Deperditum est.* nec adsunt testes, qui probent[a] amissionem, & quod in eo continebatur, imò ipsum pactum: alioquin aliud esset: vt *supra de fide instrumentorum. l. in exercendis.* Vel secundùm quosdam: ideo quia scriptura tantùm probatur. quod nihil est: quia etiam tunc sufficeret probari interuenisse instrumentũ, & amissum, & quod in eo continetur: vt s. *de fide instrument. l. emancipatione.*

c ¶ *Aliis vendere.* vendere[b], & ius emphyteuticum transferre, idē est, secundùm quosdam. ¶ Sed an donare? Et quòd non: quia de alienatione hîc fit mētio. Sed certè imò[c] potest etiam sine domini consensu: vt *infr. de fund. pat. l. j. lib. xj. & instit. locat. §. adeo. & argum. ibi. ff. de præd. curialium. lege final.* ¶ Item an pignorare?[c] & idem dicam quòd in dono: vt *ff. de pignorat. action. l. autor. §. final. & de pignorib. l. lex.* ¶ Sed cum donat, qualiter dominus petet pēsionem à secundo emphyteuta? Respon. proponat rei vindicationem nisi soluat pensionem: vt *ff. vsufruct. quemadmodum caueatur. leg. si vsusfructus nomine.* ¶ Item an in venditione debeat contineri, saluo iure domini: an simpliciter quòd ius emphyteuticum vendat? Puto alterum sufficere. ¶ Item si primus[f] emphyteuta vendiderit, & secundus velit nunc vendere, cuius exquiratur consensus domini, vel emphyteutę primi? Quidam dicunt emphyteutę primi: quia ab eo causam habet. Tu dic domini: quia hæc lex dicit domini consensum requiri: & primus emphyteuta desinit esse dominus alienando, nec possidet ciuiliter, nec naturaliter: vnde eius non est quærenda voluntas. Præterea à domino qui induxit eum in possessionem, videtur habere causam. *argumentum. ff. de religiosis. l. j. §. j. & ff. ad Sillanianum. lege j. §. j. & supra depositi. authentic. sed iam cautum est.* ADDITIO. Istam glossam in omnibus sequitur Bartolus, Baldus & Salycetus, & est de mente aliorum. Accursius.

d ¶ *Accipere.* confirmādo. Accur.

e ¶ *Vetari.* apponitur enim quandoque in contractu emphyteutico, ne Titius, vel Seius, vel alia persona quam nominat, debeat accedere ad emptionem illius rei. Vel dic de hoc vt dicitur supra *titulo j. l. cum alu. & l. milites. & l. licet. & supra de sacrosanct. eccle. authentic. quibus ***. Item ad hoc supra de contrah. empt. l. dudum.*

[margin notes, left:] a Probari amissio instrumenti testibus potest. — b Venditio a ... prohibitæ ... translatio, ... non donatio ... aut pignoratio, vt hac Gl. ... — c Emphyteuta potest ius ... donare ... acquisito domino. An vero ... nata simpliciter ... vel ob causam, ... solutis ... debita de beatur domino laudimia ... — d Contrarium tenet tamen Bart. ... — e An & contractus ... — f Emphyteuta emphyteuticum ... velle vēdere, ... consensum. — g Hic secundus intellectus videtur magis placere Bart.

consensum[a]: sancimus, siquidem emphyteuticum instrumētum sup hoc casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari. sin autem nullo modo huiusmodi pactio interposita[*] est, vel fortè instrumentũ emphyteuseos deperditũ est[b]: minimè licere emphyteutæ sine cōsensu domini meliorationes suas aliis vendere[c], vel ius emphyteuticũ trāsferre. Sed nec hac occasione accepta, domini minimè cōcedant emphyteutas suos accipere[d] precia meliorationum quæ inuenerũt, sed eos deludāt, & ex hoc commodum emphyteutę depereat: disponimus attestationem domino transmitti, & prædicere quantũ precium ab alio re vera accipi potest. Et si quidē dominus hoc dare maluerit, & tātam præstare quantitatem, quantam ipse † reuera emphyteuta ab alio accipere pōt: ipsum dominũ omnimodo hęc comparare. Sin autē duorum mēsium spacium fuerit emensũ[*], & dominus hoc facere noluerit: licētia emphyteutæ detur, vbi voluerit, & sine cōsensu domini meliorationes suas vēdere: his tamen personis quæ non solēt in emphyteuticis cōtractib. vetari[e] ad huiusmodi venire emptionē. Necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secūdùm præfatum modũ vendita sit, accipere emphyteutā: vel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas & idoneas ad soluēdum emphyteuticum canonem, trāsponere[f] emphyteuta maluerit: non contradicere[g], sed nouum emphyteutā in possessionē suscipere, non per conductorē, vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se[h], vel per literas suas, vel (si hoc nō potuerint, vel noluerint) per depositionē[i] in hac quidem ciuitate apud virum clarissimum magistrum censuum, vel præsentibus tabulariis per attestationem[k], in prouinciis autē per presides vel defensores celebrandam. Et ne auaritia tenti domini, magnam molem pecuniarũ propter hoc efflagitent: (quod usque ad præsens tēpus perpetrari cognouimus) non amplius eis liceat pro subscriptione [sua] vel depositione, nisi quinquagesimā partē precij[l], vel æstimationis[m] loci qui ad aliam personam trāsfertur, accipere[n]. Si autem nouum emphyteutam vel emptorem meliorationis suscipere minimè domini maluerit, & attestatione facta, intra duos menses hoc facere supersederit: licere emphyteutæ etiā nō cōsentientib. dominis ad alios suū ius, vel emphyteumata † transferre. Sin autē aliter fuerit versat[o], quàm nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat[p].

f ¶ *Transponere.* permutando.

g ¶ *Non contradicere.* i. consensum dominum.

h ¶ *Per se.* sic s. *de his qui ve. æta. impe. l. ij. & j. de decur. l. nulli qui ... lib. x.*

i ¶ *Permutando.* i. qualemcunque scripturam, qua ostendat se velle nouum emphyteutam suscipere.

k ¶ *Per attestationem.* id est[a] scripturam cum testibus.

l ¶ *Partem precij.* quādo venditur.

m ¶ *Æstimationis.* quādo alio titulo transfertur, & hoc dicitur hodie renouatione dari.

n ¶ *Accipere.* à nouo emphyteuta[b].

o ¶ *Versatus.* i. emphyteuta.

p ¶ *Cadat.* ipso iure[c]. ¶ Quicquid ergo cōtra legem fiat, poterit dominus rē vindicare. aliud in fructuario[d]: *vt ff. de vsufruc. l. cui vsusfructus.*

[margin notes, right:] Bald. Salyc. & Iac. licet pri... — a Attestatio pro scriptura testibus confirmata. — b Idem iuris est seq. secūdùm eodem. — c Idē Bar. Bal. Sal. & Iason. — d Idem iuris & est de mente al...

Codicis domini
IVSTINIANI SAcratissimi principis ex repetita prælectione
Liber quintus.

TITVLVS I.
DE SPONSALIBVS, & arris sponsalitiis & proxeneticis[q].

Dissolutis sponsalibus de futuro, licitum est alij nubere. Bald.

1. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. *Annoniæ.*[*]

Alij despōsatæ[r] † renūciare cōditioni[s], & nubere alij, non prohibentur.

Sponsa sponsum absentem tenetur per biennium expectare, quo elapso, alteri nubit impune. Baldus. Vel sic comprehendendo vtrāque lecturam. h. d. Sponsa per verba de futuro, debet expectare sponsum vsque ad tempus conuentum: & si non sit conuentum, vsque ad tempus legitimum, intra quod illo non veniente, potest iure sine metu arrarum alij nubere. Salyc.[*]

11. *Impp.* CONSTANTIVS A. & CONSTANS C. *ad Pacatianum præfectum vrbi.*

SI is[*] qui puellam suis nuptiis pact[o] est, intra bienniũ exe-

DE SPONSALIbus, & arris sponsalitiis, &c.

Dictum[e] est de contractib. rerum, nunc de contractibus personarum. Vel sic: Expediuimus in superiori libro de societate quæ cōtrahitur propter pecuniā quærendam: nunc audiamus de societate coniugali, quæ celebratur propter prolem procreandam, vel aliter. Audiuimus de cōtractibus rerum, audiamus & dissera mus de contractibus personarum, quibus personæ personis coniungitur, masculus fœminæ sociatur. Et quia hoc fit per nuptias, dicamus de nuptiis. Et quia sponsalia velut præparatoria præueniunt nuptias, de sponsalibus videamus: & de arris, quæ dantur gratia sponsaliorum, & de proxeneticis, quib. interuenientibus ista contrahuntur: vt ff. eo. l. vltim. in fin. Azo.

q ¶ Proxeneticis[f] *id est, salariũ quæ dantur proxenetis: vt ff. de proxe. l. j. sed de hoc nihil dicitur in nigro. Accur.*

r ¶ *Alij despōsatæ.* Alij, dies, despōsata: & tunc plana: & alij desponsatæ: & tunc dic, non prohibetur. i. non fit prohibitiō. Vel habeas in fine, non prohibētur, in plurali numero. ¶ Et no. quòd magis propriè dixisset alicui, quàm alij: sed propter aliud alij, quod j. est, dicit. ¶ Item intellige cū causa, vel sine causa: tūc tamen patitur pœnām arrarum: vt j. e. l. fin. Præterea secundùm canones aliud videtur. xxvij. q. ij. desponsatas. ¶ Sed certè imò idē: quia hîc de ea quæ est desponsata per verba de futuro, quod qualiter fiat, habes ff. eod. l. j. & ij. & facit ad l. istam infra de repu. l. ij. & de verb. oblig. l. Titia. in princ. ADDIT. Videas circa materiam huius l. cap. requisiuit. cum ibi notatis per glossas & Abba. extra eo.

[margin notes:] † temporalia. — e Continuatio. — lib. 23. Digest. Tit. 1. — * Bianori. t hanc lectionē ita restituit exvet manus. — * l. sponsali. l. vlt. ff. eod. — f Proxenetici quæ dicuntur, ... — e. C. t. j. §. 4.

a ¶Si. id est. In eadem prouincia. sed in alio, post tres annos: vt j. de repu. l. ij. & hoc si absens sit ex probabili causa tantũ. si verò absens sit ex probabili & necessaria causa, expectatur donec adsit: vt ff. eod. l. sæpè quæ est contra.

b ¶Nihil fraudis. i. dãni, neq; in pecunia, neq; in fama. Veteres. n. pro damno &c. vt ff. de aedil. edic. l. cum aute. §. excipitur. ADDITIO. Circa huius l. materiam vide cap. de illis. & cap. sicut ex literis. & quę ibi notantur per gl. & doctores extra eo.

c ¶Arris. hæc eadẽ pignora vocãtur. vt j. tit. j. l. j.

d ¶Restitui. pœna ex vtraque parte cessante.

e ¶Nuptiæ. quæ nisi pmittũtur tempore spõsaliorum.

f ¶Defuncta persona. interuenerit osculũ, vel non: licèt in donatione propter nuptias secus: vt j. titu. j. l. si à sponso. cõmittebat ergo hoc casu pœna heredi. sic & j. tit. j. l. cum veterum.

g ¶Præbuit. & ideo tũc amittit arras.

Si pater.] CASVS. Pater de filię nuptiis si pactum fecerit, post eius mortem filiæ tutor vel curator nõ potest trãsigere, vel mutare quod pater fecerit.

h ¶In filia nuptiæ. de tali, quem iure recusare non poterat: vt ff. eod. l. sed ea quæ.

i ¶Firmũ. habita ratione vel comparatione ei' quod pater fecit, & quod tutor vult. & sic non obstat ff. de ver. obli. l. Titia j respon.

k ¶Destinatũ. aliàs destinatũ. & al. definitum. & hoc nisi puella iure recuset. sicut est in tutore. ff. de confir. tut. l. vtilitatem. Acc.

l ¶Defensore. i. tutore, vel curatore.

m ¶Commoda. s. pecuniaria tractanda: non autẽ de maritãdo eam. ¶In coniunctione ergo puellæ nõ quæritur cõsilium tutoris, sed ipsi' puellæ: quæ si cultu verecundiæ nõ eligat, iudicis erit deliberare: vt j. de nupt. l. in coniunctione. & l. in copulandis: vt ff. eo. l. si puellæ. & ff. de ritu nuptiarum. l. sciendum. secũdùm quosdam. Sed aliæ in curatore dicunt. illa, si puellæ, dicit quòd ipse solus non potest cõstituere sponsalia, sed certè cum aliis debet aduocari: vt j. de nupt. l. j. Accursius.

n ¶Ipsius fœminæ. cõsentientis tutori vel curatori, & facit ad l. istam j. si nup. ex rescrip pe. l. j. & ff. de diuor. & repu. l. Iulianus.

Mulier.] CASVS. Mulier sui iuris constituta, si maior, vel post veniã impetratam arras recepit, & nõ copulatur: in duplũ tenetur. S. minor, siue per se, vel tuto. vel cur. fecerit: in simplum. Si pater, vel mater, vel auus & maiores susceperint, in duplũ tenẽt. hæc vera, si sine causa desistant. Si verò aliquod impedimentum emerserit, aut sciebat qui recepit arras, & hoc sibi imputet: si ignorabat, reddat quod suscepit. Et de hoc idẽ in sponso quod in sponsa dictũ est, quadrupli pœna reiecta, vt fuit olim: nisi aliter sit ex pacto: cautio verò pœnalis interuenire non potest.

o ¶Mulier. præbens causam vt nuptiæ non celebrentur.

p ¶Quod accepit. seruatur eo ipso iure illæsa minor à pœna. s. Vel dic, præhabita in integrum restitutione.

q ¶Per tutorem. quia qui per alium accepit, & c. vt ff. de admini. tut. l. ita aute. §. gessisse.

r ¶Simul. cum filia.

s ¶Separatim. i. sine filia.

t ¶Pro nepte. sc. susceperint.

u ¶Conuenit teneri. idem dicam in tutore vel curatore. sic infra vnde vi. l. meminerius. & supra de iudiciis. l. properandum. §. finali. & infra de seruis fugitiuis. l. quicunque. nam vt patris, sic & tutoris est officium pupillam dotare: vt infra de dote. pro l. fina. Sed hoc quod subiicit, fallit infra titul. j. l. j. quæ est contraria. Accur.

x ¶Personã. quia sit turpis, meretricatos, vel similis, & alter nobilis: vt ff. de ritu nuptiar. l. lege. & sic non obstat infra tit. j. l. j.

y ¶Vel conditionem. vt quia est filia senatoris, & ille libertus, vel hæreticus, vel Iudæus: vt ff. de ritu nuptiarum. l. lege. & supra de Iudæis. ne quis.

z ¶Aliã causam. veluti cognationem, vel mortem alterius.

a ¶Generalibus constitutionibus. vt in tutoribus & curatoribus: vt infra de interdict. matrimon. per totum. & Deo dicatis: vt supra de episcopis & clericis. l. Deo nobis. in principio. & de sacro fonte susceptis: vt infra de nuptiis. l. si quis alumnam.

b ¶Prohibetur. inter eos qui de facto contraxerunt sponsalia.

c ¶Tantummodo reddi. cõdictione ob causam, vel sine causa: & hoc quando ignorauit accipiẽs: vt supra de condictione ob caus. l. j. aliàs in duplum. argu. j. proximo. §. & hoc in accipiente. In dante autem si quidem ignorauit, prædicto modo repetit. si sciuit, non repetit propter scelus suum, sed fit arra caduca. Alij dicunt quod etiam tunc repetit, quasi nulla fuerit causa: vt ff. de condict. sine causa. l. ſi. Sed illam legem intelligimus in ignorante, vt ibi diximus, & ff. de dona. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. fin. & infra de incest. nupt. l. qui contra. & ff. de ritu nupt. l. præfectus. & j. de condic. ob cau. l. j.

d ¶His illud quoque. s. exceptionibus prædictis & facit j. de episc. aud. l. si legibus.

e ¶Religionis. quia non vult iacere in pennis, vel bibere vinum.

f ¶Sectæ. quia Patarenus est.

g ¶Facere ... j. de repu. l. in causis. & xxxij. q. j. cap. j.

qui nuptias in eadẽ prouincia[a] degẽs superſederit: eiusq; spatij fine decurso, in alterius postea coniunctionẽ [*] puella peruenerit: nihil fraudis[b] ei fit, quæ nuptias maturando, vota sua diutius eludi † nõ passa est. D. prid. Id. Ap. Martianop. Pacatiano & Hilariano Coss.

Obligationem purificatam, sequentis casus occursio non resoluit secus in obligatione purificanda. Bald. Vel sic: casus non facit quem perdere arras sponsalitias, nisi culpa illius casum præcedat. quod nota. Salyc.

III. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Eutropio P. P.

Arris[c] sponsaliorũ nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, quæ data sunt iubemus restitui[d]: nisi causa vt nuptiæ[e] non celebrarentur, defuncta[f] persona iã præbuit[g]. Dat. XV. Kal. Iul. Thess. Gratiano. A. V. & Theodos. A. I. Coss.

Prouisio paterna circa liberos, est maioris efficaciæ, quàm tutoris, etiamsi paterna sit expressa per modũ vltimæ voluntatis. hoc vltimum tamen non dicit textus. Bald. Vel sic: Tutor vel curator non poterit dissoluere sponsalia contracta per patrem puellæ. Salyc.

IIII. Impp. Honor. & Theod. AA. ad Marianum præfectum prætorio.

Si pater† pactum de filiæ nuptiis[h] inierit, & humana sorte cõsumptus, ad vota† non potuerit peruenire: id inter sponsum & sponsam firmũ[i] ratumq; permaneat, qđ à patre docebit destinatũ[k], nihilq; pmittat† habere momẽti, qđ cũ defensore[l], ad quẽ minoris commoda[m] pertinebant, docebitur fuisse trãsactũ. Periniquũ est enim, vt cõtra paternã volũtatem redẽpti† fortitã tutoris aut curatoris admittatur arbitriũ: cũ plerunque etiam ipsius fœminæ[n] aduersus commoda propria inueniatur laborare consiliũ. Dat. III. Non. Nouẽbr. Honorio XIII. Theod. X. AA. Coss.

Qui cõtraxit sponsalia, & ea nõ vult exequi: si est ætatis legitimæ, arras quas recepit, restituet duplicatas: si minor ſuum quas recepit. Si autem pater, vel auus, vel alius ascendens receperunt, & per eos stetit: ipsi restituũt duplicatas, in si legib. vel moribus, vel alia ex causa probabili de nouo in notitia peruẽta, vel nouiter emergẽte spõsalia non mittantur executioni, & alim erat pœna quadrupli, hodie dupli, nisi partes de quadruplo vel triplo cõuenerint: extra quã pœnam partes pacisci non possunt. Bald.

V. Leo & Anthemius AA. Erythrio præfecto prætorio.

Mulier[o] iuris sui constituta, arrarũ spõsalium nomine vsque ad duplũ teneatur, id est, in id qđ accepit, & aliud tantũdẽ, nec amplius, si post cõpletũ vicesimũ quintũ annũ, vel post impetratam veniã ætatis, atq; in cõpetẽti iudicio cõprobata, huiusmodi arras susceperit. In simplũ autẽ, id est, tantũmodo in id qđ accepit[p]: si minoris ętatis est: siue virgo, siue vidua sit, siue p se, siue per tutorẽ[q], aut curatorem, vel aliam personã easdem arras acceperit. Patrem verò, vel matrem legitimę ætatis cõstitutos, siue simul[r], siue separatim[s] arras pro filia susceperint: auũ etiam, vel proauum, si pro nepte[t], vel pronepte, in duplũ tãtummodo conuenit[u] teneri. Quę ita custodiri censemus, si non propter psonã[x], vel conditionẽ[y], vel aliam causam[z] legibus vel generalibus constitutionibus[a] interdictã, futurũ matrimoniũ constare prohibetur[b]. tunc. n. quasi nullo facto, vtpote sine causa easdem arras præstitas, tantũmodo reddi[c] consequẽs esse præcipimus. His illud[*] quoque[d] adiecimus†, vt etiam si legibus prohibitæ non sint speratæ nuptiæ: post arras autem sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter turpem, vel prodigã, vel impudicã cõuersationẽ, aut religionis[e] vel sectæ[f] diuersitatem recusauerit, vel eo qđ quasi vir coitũ (ex quo spes sobolis orit) facere[g] nõ potuerit, vel ob aliã iustã excusationis causã, si quidẽ pbatũ fue-

* conuentionem.

† Iudi.

b Si tamen mortuum fuerit monte seu mortis inter uterum nõ perficitur ...

* Cod. T.

c Per verba de futuro. Nec enim potest ... sponsalia de præsenti ... filia cõtrahere ...

Lib. 28 Basil.

† Cod. T.

† Iudex perimittere non debet ...

d Huiusmodi doti destinatio plerunque fit à patre in testamento.

e Puellæ facilè decipiuntur etiã aduersus propria commoda.

† Tutores & consanguinei plerumque corrumpuntur in puellis nubendis.

a Per aliũ ... facit. ... vide.

b Tutor pupillam dotare ...

Hoc ita ... in ... ... mulier ... ... Grod ...

c Nuptiæ nõ consistunt inter patrem & filium susceptum.

* aliud. al. verũ quæ desit.

† Hæc ... constitutionis ... tit. de episcop. aud. l. si legibus.

a Scientia vnius an alteri noceat.

a ¶*Vel parentes.* Alterius ergo scientia[a] alteri nocet. ¶Et sic est contra *ff. de iuris & facti igno. l. iniquissimum.* Sed soluitur supra *de episc. audien. l. si legibus.*

b Scienti dolus nõ fit, neque iniuria.

b ¶*Imputare.* vt in duplũ arram reddant. scienti[b] n. dolus, &c vt *ff. de act. empt. l. j. in fi. & ff. de reg. iur. l. nemo fraudatur. & ž. de transact. l. de fideicommisso.*

re, arras retinet. Et si postea deposito officio mulier cum talibus voluerit facere matrimonium, bene quidem. Et nota quòd hic vocat arras[a] pignora.

a Arra pro pignore.

i ¶*Mutauerint voluntatem.* durante officio, secundùm M.

k ¶*Non modo.* i. non solummodo.

c ¶*Quæ omnia.* dixit quãdo mulier accepit arras à sponso, nunc econtra qñ spõsus à muliere. & similiter distinguit in dante & accipiẽte: vt ž. d ¶*Definita erat.* nã petebat, etsi nõ erat pmissa. e ¶*Placuerit.* nõ errãdo. & sic nõ obstat. *ff. si quis cau. l. sed & si quis. § fina.* vel hic speciale. ¶Item not. pœnã[c] stare vsq; ad quadruplũ. de quo plene diximus *j. de sent. quæ pro eo quod interest. l. j.*

c Pœna ad quadruplum vsque potest consistere.

f ¶*Definitionẽ.* definitio legis est, arras in duplũ reddi, nisi de pœna vsque ad quadruplũ placuerit.

g ¶*Nullas vires.* vt & *j. de inut. stip. l. ij. & de verb. oblig. l. Titia. & l. stipulatio hoc modo. & j. de nup. l. neque ab initio.*

h ¶*Potestas.* preterquã à duplo arrarum, vel à pœna quadrupli pacto comprehẽsa ne sibi ipsi contradicat, vt *hic proximè dixit. & j. ti. j. l. j.* Inter alios tamen quàm inter eos qui nuptias volunt cõtrahere, nõ erit hæc libertas: vt si promittas mihi x. si filia tua nõ nupserit filio, aut illi. & licẽt libera sint matrimonia ab obseruatiõe pœnæ: tamẽ si quis filiã suã instituat si nupserit tibi, nõ prius fit heres, quàm tibi nupserit, vel tu recuses. neque enim inhonesta vel remittẽda est illa cõdicio: vt *ff. de condic. & demon. l. Titio centum. §. j. & j. de instit. & substit. l. j. & reprehendenda.* ADDITIO. Videas de hac materia plenè per Abbatem in c. Gemma mulier. extra eo. & Bar. in *l. Titia. in pr. ff. de verb. oblig.*

† Citat. Marm. & epitoma. li. 4. tit. j. & Cuia. lib. 3. obser. & Anto. Aug. in collectione Græcarũ constitutionum.

SI RECTOR prouinciæ, &c.

Dixit de sponsalib. in genere, in specie.

SI quis.] CASVS. In potestate publica cõstitutus seu positus, vt rector prouĩciæ, vel procõsul, vel eius fili[9], vel cõsiliarius, aut domesticus, qui mulieri, aut suis parentibus, aut eius tutori vel curatori potest esse terribilis: si cum ea sponsalia contraxerit, tenent sponsalia. Sed si mulier velit postea pœnitere, hoc sibi licebit, & arras nõ reddet duplicatas. imò si fuit coacta contrahe-

rit ante datas easdẽ arras spõsalitias hoc idẽ mulierẽ vel parẽtes[a] eius cognouisse: sibi debeãt imputare[b]. Sin verò harũ ignari sponsalitias arras susceperint, vel post arras datas aliqua iusta causa pœnitentiæ intercesserit: iisdẽ tantũmodo redditis, super alteri[9] simpli pœna liberi custodiantur. Quę omnia[c] simili modo etiã de spõsis super recipiẽdis necne artis pstitis custodiri censemus. Quadrupli videlicet pœna, quæ in anterioribus legib[9] definita[d] erat, in qua & arrarum quãtitas imputabaẽ, cessare: nisi specialiter aliud ex cõmuni cõsensu inter cõtrahẽtes de eadẽ quadrupli ratione placuerit[e].

Extra definitionẽ[f] autẽ huius legis si cautio pœnã stipulationis cõtinẽs fuerit interposita, ex vtraq; parte nullas vires[g] habebit: cùm in cõtrahendis nuptiis libera potestas[h] esse debeat. D. Ka. Iul. Martiano & Zeno Cos.

VI. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.***

Ἡ† Διάταξις βούλεται τὸν προξενοῦντα γάμον μάλιστα μὲν μηδὲν λαμβάνειν. εἰ δὲ ὅλως ἀνέχοιτο λαβεῖν, εἰ μὲν μηδὲν συνεφώνησε περὶ τούτου, μηδὲν ὅλως λαμβάνειν. εἰ δὲ συνεφώνησε, μὴ ὑπὲρ τὴν εἰκοστὴν μοῖραν τῆς προικὸς καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπιζητεῖν, ἐὰν ἡ προὶξ ἄχρι διακοσίων λιτρῶν ἐστὶ χρυσίου, ἔλαττον δὲ εἰ βούλεται λαβεῖν ἐπιτρέπει αὐτῷ. εἰ δὲ καὶ ὁποσηδήποτε ποσότητος ἐστὶν ἡ προὶξ, περαιτέρω τῶν ι λιτρῶν τοῦ χρυσίου οὐκ ἐπιτρέπει τῷ προξενητῇ λαμβάνειν, οὐδὲ εἰ τελεία ἐστὶν ἡ προὶξ ἢ ἡ προγάμου δωρεά. εἰ δὲ παρὰ ταῦτά τις συμφωνήσει μὴ ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καταβληθὲν ἀναδιδόσθω, εἴτε χρήματα ἔλαβεν, εἴτε πράγματα, ἢ ἀντεδόθη αὐτῷ ὁμολογία χρέους, ἢ ὅλως ἔλαβέ τι κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον, κινουμένων τῶν ἀγωγῶν οὐ μόνον κατὰ τοῦ λαβόντος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων, καὶ οὐ μόνον παρὰ τοῦ δεδωκότος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων. ὡρισμένης ι χρυσίου λιτρῶν ἐπιτιμίου τοῖς παρὰ ταῦτα πράττειν ἐπιχειροῦσιν.

Eadem Latinè per Ant. Cont.

COnstitutio vult eũ qui cõciliator est matrimonij, maximè quidem nihil accipere. Si verò omnino accipere audet, si quidẽ nihil pactus est ea de re, nihil psus accipere: si verò pactus est, ne accipiat vltra vicesimã doris aut donationis pter nuptias portionẽ, si dos vsq. ad ducẽtas auri libras sit, min[9] autẽ si velit, accipere id pmittit ipsi. Si verò quãtæcunque quãtitatis dos sit, supra decem auri libras nõ pmittit pxenetæ capere, neq; si† pfecta est dos vel donatio pter nuptias. Si verò supra hęc pact[9] fuerit quis ne exigitor. sed & quod solutũ fuerit redditor, & siue pecunias, siue res, siue aliud quod accepit, siue data est ei cautio debiti, siue omnino accepit qđ mobile aut immobile aut se mouẽs. mouẽdis actionib. nõ solũ contra eũ qui accepit, sed & cõtra eius heredes: & non solũ ab eo qui dedit, sed & ab eius deredibus definita decẽ auri librarũ pœna his qui contra hæc facere tentauerint.

l ¶*Pignora.* hæc appellauit arras tit. superiori: & non est vis in nomine. ¶Sed huic videtur contra. ž. *tit. j. l. ij. § quæ ita.* Sol. vt ibi. ¶Item econtra. *ff. de ri. nup. l. si quis officiũ.* vbi dicit in simplũ reddi. Sol. ibi finito officio mutauit voluntatem, hic eo durante. Vel hæc lex loquitur quando per[b] potẽtiam vel blãditiam[c] induxit eã ad sponsalia. ¶Et no. hic deficere regulã quæ est. *ff. eod. de spons. l. oratio.* nam hic sunt sponsalia, sed matrimonium non potest esse: vt *d. l. si quis officium.*

b Preces person[æ] cui vim præcepti habere [...] fa[...] verbi quæ [...] iussio [...]

c Metus [...] stus inducitur solis etiã blãdimentis. Bart. Clement. de testib. & [...]

m ¶*Administrantes.* nisi in patria sua id exerceant. vt *ff. de rit. nuptiar. l. eo.*

n ¶*Quibus.* subaudi pro quibus, &c. & sic nota ex[d] illorũ facto ita demum administrantem damnificari, si operam dederit. non aliàs.

d [...] solo verbo [...] princip[...] vtamen [...]

o ¶*Impleri.* si de nouo consentiant: vt *ff. de ritu nupt. l. eos qui.*

p ¶*Postea.* i. honore deposito. ¶Et sic no. q rector prouincię in[e] prouincia, quã regit, potest habere concubinã vt *ff. de cõcub. l. fi.* 2 Itẽ filias in matrimoniũ collocare: vt *ff. de ritu nuptia. l. si quis officium. §. fi.* 3 Item sponsalia contrahere, sed nõ ducere vxorem. si tamẽ deposito officio dẽ nouo cõsentiant, iustæ nuptiæ fiunt: vt *in eo. ti. l. eos qui.* si verò post depositũ officium mulier noluerit nuptias cõtrahere, distinguit: fuerit volẽs, vel coacta cõtrahere spõsalia. primo casu reddit arras: vt *d. l. si quis officium.* si coacta, lucratur eas, vt hic. ADDIT. Tu dicas q licẽt de iure ciuili prohibeat matrimonium inter istas personas hac l. expressas, de iure tamẽ canonico (qđ obseruãdũ est, & pualet in matrimoniis) tenet matrimoniũ contractũ inter eas: vt dicit Abbas *extra de cog. leg. super rub.* & sequũtur communiter omnes.

e Rector prouinciæ in ipsa prouincia quę facere possit.

TITVLVS II.

SI RECTOR PROuincię, vel ad eum pertinentes, sponsalitia dederint[a].

Rector prouinciæ, vel assistens, cui ipse prabet fauorem, perdit arras quas pro matrimonio contrahendo dedit sponsæ renuenti: sed finito officio matrimonium contrahi non est prohibitum. Bald.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. *Eutropio* P.P.

SI quis† in potestate publica posit[9], atq. honore administrãdarũ prouinciarũ, q. parẽtib. aut tutorib. aut curatorib, aut ipsis quæ matrimoniũ contracturæ sunt põt esse terribilis, arras sponsalitias dederit: iubem[9] vt deinceps siue parẽtes siue eædẽ mutauerit voluntatẽ[i]: nõ modo[k] iuris laqueis liberẽt, pœnæq; statutæ expertes sint: sed extrinsecus data pignora[l] lucratiua habeãt, si ea nõ putẽt esse reddenda. qđ ita latè patere volum[9], vt nõ solũ circa administrãtes[m], sed etiam circa administrãtiũ filios, nepotes, ac propinquos, & participes, id est, consiliarios, domesticosq; locũ habeat, quibus[n] tamen administrator operã dederit. Impleri[o] autẽ id postea[p] matrimoniũ nõ vetamus, qđ tempore potestatis

DE DONATIOnib. ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis.

Dixit de præambulis nuptiarum in duobus proximis titulis: sequitur de nuptiis. sed quia huiusmodi donationes præcedũt: ideo de eis præmittitur.

non repeto: si non solui, non teneor: ergo qui sciēs dedit, nō repetit, sed si'cus. sic si mulier scienter accepit: vt *ff. de do. int. vir. & vxo. l. cum hic status. §. si. & facit ff. de leg. j. l. fin.* nam & ibi non valet: relictū vt coniugi quæ coniux non est: sicut nec hic donatio. Accur.

CVm te.] CASVS. Ea die qua quis vxorē ducit, donat ei aliquid: postea vult reuocare, dicens donationē nō valere, quia inter maritum & vxorē donatio non valet. mulier econtrario dicit q̄ imò valet: quia non accepit vt vxor, sed vt sponsa. quæritur quid iuris sit? Respondet Imperator distinguendo: aut dedit vir cùm iā vxorem domum duxisset, & non valet: aut antequam eā duxisset domum, & valet: quia primo casu cēsetur iam vxor, secundo verò non.

in vxoris domo, præsumitur facta sponsæ: & est valida. in domo viri præsumitur facta vxori: & sic non valet. h. d. notanter Salyc.

VI. *Imp.* AVRELIAN. A. *Donata.*

CVm † in te simplicem donationē [a] dicas factam esse die nuptiarum, & in ambiguū possit venire vtrum à sponso an à marito [b] donatum sit: sic distinguēdum esse, vt si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias [c] videatur facta esse donatio: quòd si penes se dedit sponsus, retrahi [d] possit. vxor enim fuisti.

a ¶ *Simplicem donationē.* ad differētiam propter nuptias donationis, q̄ multiplex est. pēdet. n. ex liberalitate quodāmodo, item ex dote.

b ¶ *A marito.* eodē enim die & vir & spōsus esse potest.

c ¶ *Ante nuptias.* & sic tenet: vt *j. eod. l. j. & ff. de iur. do. l. dotis. j. ij. respon. & j. eodem. l. si ante. & ff. de Publician. l. cum sponsus. j. respon.* ¶ Sed quid [a] si in via, scilicet cum forte in domū viri ducebatur [b]? Respō. Idem si fieret in domo sponsæ [c]. *argum. ff. de ritu nupt. l. denique Cinna. & facit ff. de don. inter virum & vxo. l. inter eos & l. pen. in prin. & §. virgini.*

d ¶ *Retrahi.* quia prohibita est inter virum & vxorem donatio: vt *ff. de dona. inter virum & vxorem l. j. ij. & iij.* retrahitur ergo rei vindicatione si extat. si cōsumpta est, cōdictione sine causa, quaten' locupletior facta est: vt *ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. penultim. §. fi. & l. quod autem. & l. si sponsus. §. fina. & l. seq.* ¶ Et nota quòd fatuè [d] quidam hic colligunt quòd secūdùm leges traductio sit necessaria ad matrimonium. secus secundùm canones. quod non placet: vt *ff. de regulis iuris. l. nuptias. & in authent. de nupt. §. nuptiæ. colla. iiij. & ff. de dona. inter virum & vxorem. l. pen. & dist. l. denique. & de ritu nuptia. l. muliere. & facit ad legem istam infra de incestis nupt. l. licet.*

Verbum, remaneat, ponitur pro verbo reddatur, siue restituatur. Bald. Vel sic: Mors dicitur matrimonium dissoluere contra voluntatem morientis. Vel sic: Agentem magis quàm verba spectamus. Salyc.

VII. *Imppp.* CARVS, CARINVS & NVMERIAN. AAA. *Luciana.* [e]

SI cùm ante nuptias munera [e] darentur [f], ita conuētum est, atque huiusmodi conscripta est pactio, vt si qua sors [g] extitisset contra voluntatē eius, & matrimoniū distraxisset, tūc quæ data erāt, apud eum qui dedisset, heredémve eius remanerent [h]: potest qui hereditatem eius accepit [i], cui [k] pacta puella munera lege prædicta susceperat, eadē iure postulare [l].

De re donata & tradita non potest donator testari: supple in præiudicium donatarij. Bald. Vel sic: Perfecta donatio non reuocatur etiam in vltima voluntate. Salyc.

VIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Euphrosynæ* †.

SI tum ante.] CASVS. Titius ducturus Seiam in vxorem, dedit ei centum ante nuptias hoc pacto, vt si contingeret matrimonium dissolui, ipsa illa centum redderet. si matrimonium dissolutum est, poterit heres Titij illa centum petere.

e ¶ *Munera.* simplicia, quæ in tabul. dari cōsueuerunt: vt *ff. de verb. signif. l. munus. j.*

f ¶ *Darentur.* tibi puellæ. Acc.

g ¶ *Sors.* quia mors alterius eorum interueniret.

h ¶ *Remanerent.* i. residerent: & ex hoc verbo erat dubitatio: cùm stipulatio dandum vel faciendum debeat continere. quod hic nō fuit: sed ponitur impropriè, vt *dixi, & sic infra de iure dotium. l. etiam si non.* ¶ Et sic nota sensum magis [e] quàm verba testamenti inspici: & plùs quod actum, quàm quod dictum sit, intuendum: vt *ff. de adimen. lega. l. iiij. §. conditio. & ff. de contrahen. emptio. l. sed Celsus.* sic & qui [f] stipulatur animal esse & viuere, interesse stipulari videtur: vt *ff. de euict. l. si ita quis.* Acc.

i ¶ *Accepit.* adeundo vel recipiendo ex constitutione Trebellianica.

k ¶ *Cui.* i. à quo defuncto.

l ¶ *Postulare.* actione præscriptis verbis, & *j. de pact. inter empt. & vend. l. ij. & facit ff. de pact. do. l. inter socerum.*

SI ante matrimoniū [m] maior [n] quinq; & viginti annis constitutus, sponsæ suæ, licèt ante spōsalia, fundum donauit, eámque in vacuam induxit possessionē: postea nullo titulo superstitem, vel testamēto eundem [o] relinquētem, alienare [p] potuisse [q] certi ac manifesti iuris est.

SI ante.] CASVS. Titius maior viginti quinq; annis dedit spōsæ suæ fundum aliquem in dotem: & eam induxit in possessionē: vult postmodum illum fundum alienare. quæritur, vtrum possit? Dicitur quòd non, si non est appositum aliquod factum quòd aliquo casu reuerteretur ad ipsum virum.

m ¶ *Matrimonium.* contractum.

n ¶ *Maior.* secus si minor: vt *j. de præd. minor. l. prædia.*

o ¶ *Eundem.* s. fundum.

p ¶ *Alienare.* i. alienare non potuit.

q ¶ *Potuisse.* vtpote quod alienum est factum. sic & *j. de donat. inter vir. & vxo. l. siquidem. & ff. de donat. l. j. & j. de rei vindi. l. quotiens.* ¶ Item intellige hanc legem secundùm determinationem legis infra *eodem. l. cum veterum.* 2 Vel loquitur hic quādo fuit dictum vt nullo casu repeteretur.

Perfecta donatio per rescriptum principis non potest reuocari. Salycetus.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Iuliano.*

CVm te spōsæ filij tui quædam donasse confitearis: perfectam donationē rescindi nec nostro oportet [r] rescripto: quam tua voluntas iurísque auctoritas fecit ratam.

CVm te.] CASVS. Dicitur in hac lege quòd donatio propter nuptias legitimè facta, nō potest rescindi per rescriptum principis.

r ¶ *Oportet.* vt [a] *j. de reuoc. donat. l. si quod. & l. si donationem. & j. de transactionib. l. quamuis. & supra de condictio. ob cau. l. si repetendi.*

Ablatum de facto non inducit permissionem auferendi de facto: sed ciuili remedio opus est. Bald. Vel sic: Donatio simplex facta sponsæ non reuocatur, licet matrimonium nō sequatur. h. d. de quo quid iuris, dicetur infra eo. l. cum veterum. Salycet.

X. *Iidem* AA. & CC. *Dyonisio.*

SI filiæ tuę sponsus, ei mancipium donauit [s], ac tu in eum iumēta liberalitatis ratione cōtulisti, nec nuptiis secutis [t], contra iuris rationē, quod dederat, abstulit: non inuicem datorum restitutio, sed eius quod illicitè rapuit, repetitio [u] competit.

SI filiæ.] CASVS. Titius filiæ Seij sponsæ suæ mancipium dedit: Seius etiam Titio iumenta quædam liberalitatis causa dedit. cōtracto matrimonio Titius per vim abstulit. dicit imperator quòd iste Titius debet restituere id quod per vim abstulit vxori suæ.

s ¶ *Donauit.* simpliciter, non contemplatione matrimonij, vt non obstet. *j. eo. l. cum veterum.* ¶ Et dic in donatione duo [b] inspici secundùm ius & voluntatem. Vel si fuit hæc donatio cōtemplatione matrimonij, dices corrigi per l. illam, cum verum. ADDIT. Prior verior, vt euitetur correctio: vt *in auth. quib. mo. nat. effic. sui. §. tribus. col. vij. & arg. j. de inoffi. do. l. unic.*

t ¶ *Nec nuptiis secutis.* id est, non secutis: vt sic nec negatio neget quod includitur in dictione secutis, non in verbo abstulit. sicque ponitur nec pro & non.

u ¶ *Repetitio.* per actionem vi bon. rapt. *l. si quis in tantam. j. vnde vi.* & secundùm primum casum dic quòd simplex donatio non reuocatur licèt matrimonium non sequatur *ff. de don. l. j.*

Mors accidentalis gladij, simplicem donationem non rescindit. Bald. Vel sic: Mors sponsi non facit donationem sponsalitiam reuocari. Salyc.

XI. *Iidem* AA. & CC. *Neæ.*

SI tibi [x] res proprias [y] liberalitatis causa sponsus tuus tra-

SI tibi.] CASVS. Spōsus spōsę suę res proprias donauit cōferendo in eam spōsalitiam largitatē: postea spōsus captus est ab hostibus: nunquid donatio propter hoc efficiatur irrita? Resp. quòd nō.

x ¶ *Si tibi.* in præced. l. simpliciter fuit facta donatio, non sub cōditione futurarum nuptiarum. similiter & in hac, & in seq. l. Vel dic sub conditione illa matrimonij: sed secuto matrimonio fuit impleta, *j. l. prox. si mater.*

y ¶ *Proprias.* sui sponsi.

† lib. Basil. 18. Tit. 3. cap. 6.

a Donatio facta in via dū ducitur spōsa ad domū mariti, valet: perinde habetur ac si facta esset in domo sponsæ. v. Campeg. de dote parte 1. q. 79.

b Præsumi matrimoniū ex ductione sponsæ ad domū viri quidā hinc colligūt. v. Campeg. d. loco.

c Donatio facta in domo sponsæ censetur facta ante matrimoniū: secus si in domo viri. v. j. eo. ¶ Vincian.

† Euphrosyno.

d Matrimoniū consistit sine traductione in domū. adde Capr. sit. de dote num. 11.

e Sensum potiùs quā verba testamēti inspicimus.

f Stipulans animal esse & viuere, quid stipuletur.

a Rescripto nō potest rescindi iure perfecta donatio.

b Donatio vt valeat, duo sunt inspicienda: ius & voluntas.

a ¶ *Donatio.* hoc immutatur ꝭ. *eo l. cum veterum & l. si à sponso.* Vel dic vno de prædictis modis duobus intelligi hanc legem.

SI *mater.*] CASVS. Mater sponsæ sponso filiæ suæ donauit prædia, & eum in vacuam possessionem induxit. postea secutæ fuerunt nuptiæ, sed tandem diuortio solutæ. nunquid mater poterit illam donationem reuocare? Certè non. & hoc est verum in sponsalitia largitate: secus in donatione propter nuptias.

b ¶ *Si mater.* expone hanc legem vt dixi supra *l. proxim. & facit supra de condictione ob caus. dat. l. si repetend. & ff. de vsuris. l. cum quidam. §. diuus. & ff. de condictio. cau. dat. l. j.*

c ¶ *Marito.* nam socrus donat genero, sed[a] non socer: vt *ff. de donationib. inter virum & vxorem. l. iij. §. socrui. & l. cum hic status. §. oratio. & infra de dona. inter vir. & vxo. l. si te.*

DE *rebus.*] CASVS. Spōsus aliquis res sponsæ donauit. postea cœpit sponsus creditores habere. nūquid creditores poterunt res illas à sponsa reuocare? Resp. quòd non, si nullo tempore eas obligatas habuerunt.

d ¶ *Maximè possunt.* quia heredes, nō successores in rem personali actione conueniuntur: vt ꝭ. *de heredit. vel actio. vendi. l. fin. & infrà de donat. l. æris. & infrà de iure dot. l. licet dos.* hoc verum, nisi ante esset eis obligata: ut hic, & ꝭ. *de dona inter vir. & vxor l. si quidem* & in alio, scilicet quando in fraudem eorum esset facta: vt ꝭ. *de reuoc. his quæ in fraud. cred. l. y. & ff. quæ in fraudem cred. l. fina. §. j.*

SI *consentiente.*] CASVS. Sponsus filiæ meæ de cōsensu matris suæ mancipia matris in sponsam contulit. secutis nuptiis eadem mancipia inæstimata recepit in doté. decessit maritus, & ei mater extitit heres. mater vult offerre mācipiorum æstimationem, & ea reuocare. poteritne? Certè non. Acc.

e ¶ *Matre sua.* cuius erāt mancipia: & ideo eius exigitur consensus.

f ¶ *Non æstimatis.* aliàs æstimatio repeteretur: vt ꝭ. *de iure dot. l. quotiens. & l. cum dotem.*

g ¶ *Improbè.* restituet ergo mācipia mater spōsę matri sponsi, non eorum precium.

h ¶ *Recusat.* repetit ergo sponsa: vt *hic. & ff de Publici. l. cum sponsus. in princ.* Item ad id quod, consentiente; facit *ff. de euict. l. quidam.*

*Timotheo & Deo imæ. al. Leotimæ.

† Donationes facta mulieri & sanguineis mariti, manet mariti per cōsanguineos mulieris facta, & iccirco de heredibus mulieris adde Bar. in l. si sp... ... § de vulgari.

a Donare socrus genero, at non socer potest.

† Alexandro.

† Priuatus agens hypothecaria contra donatarium debet probare hypothecā præcessisse donationem, ... hic, quod fallit in fisco, qui non probat, sed donatarius, ... prius donatam, quàm obligatam *l. si prim. ... de iure fisc.* ... singulare ... *Bart. Cyn. Salyc. Angel. Alexā. Idem ... apud Roman. singul.*

* Aurelio.

didit: eo quòd ab hostibus postea interfectus est, irrita donatio[a] fieri non potest.

Quod simpliciter donatur, simpliciter valet. Bald. Vel sic: Donatio facta à socru si perfecta est, non reuocatur. Salyc.

XII. *Iidem AA. & CC. Timothea* & Cleotima.*

SI† mater[b] vestra filiæ suæ sponso vel marito[c] prædia sine vlla repetendi lege donauit: & eum in vacuam possessionem induxit: nuptiis diuortio solutis perfecta non dissoluitur donatio.

Sponsus rem donatam sponsa sequentibus creditoribus obligare non potest. Baldus. Vel sic: Creditor agens contra donatarium hypothecaria, debet probare suam hypothecam tempore præcessisse. si ergo non apparet vtrum res fuerit prius donata Titio, quàm obligata Seio, Seius agens hypothecaria succumbit: quia non probat rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. Bald. Vel sic: Creditor agens hypothecaria, debet probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. Saly.

XIII. *Iidem AA. & CC. Alexandro†.*

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis, creditores mariti facti, si non prius obligatas eas sibi probent†, eam conuenire minimè possunt[d].

Mater consentiens donationi rei suæ venire contra non potest etiam precium rei offerendo. Baldus. Vel sic: Filius potest donare res matris ea consentiente: & donatio sponsalitia potest retro in dotem dari: nec mater volens precium dare, auditur. Salyc.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Aurelia.**

SI consentiente matre sua[e] sponsus filiæ tuæ mancipia donauit, & his acceptis in dotem non æstimatis[f], in matrimonio post decessit: mater eadémque heres eius pretium offerens, restitutioné eorum improbè[g] recusat[h].

CVm *veterum.*] CASVS. Olim si sponsus dabat sponsæ, valebat donatio, etiam si non fuerit completum matrimonium. hodie si spōsus donat spōsæ, vel econuerso, semper intelligitur dare sub conditione, si matrimonium sequatur. Sed si sponsus donat sponsæ, & parentes sponsi nolunt perficere matrimonium, tunc sponsa non tenetur restituere donationé quam accepit, sed promissam petere potest. Si verò pater sponsæ noluerit vt perficiatur matrimonium: tunc sponsus & heredes spōsi repetere poterūt quod donatum est. Idem obseruetur quando sponsa donat sponso. Acc.

Donatio inter sponsos præsumitur esse largitas sponsaliorum: & matrimonio non secuto donatum redditur donatori: nisi per ipsum donatorem steterit quòd matrimonium non sequatur. Bald. Vel sic: Simplex donatio sponsalitia intelligitur hodie ob causam futuri matrimonij facta: & is per quem steterit ne matrimonium fiat, non repetit quod dedit: & etiam sibi datum restituit. Salyc.

XV. *Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Maximum præfect. vrbi.*

CVm* veterum sententia[i] displiceat, quæ donationes[k] in sponsam nuptiis quoque non secutis decreuit valere: ea quæ largiendi animo inter spōsos & sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus: vt siue adfinitatis[l] coëundæ causa, siue non ita[m], vel in potestate patris degētes, vel vllo modo proprij iuris cōstituti, tāquam futuri causa matrimonij aliquid sibi ipsi[n], vel consensu parentum mutuo largiantur: si quidem sponsus, vel parentes† eius sortiri filium noluerint[o]* vxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditū: & si quid apud donatorem resedit[p], ad sponsam & heredes eius summotis ambagibus trāsferatur[q]. Quod si spōsa, vel is in cuius agit potestate causam non contrahendi matrimonij præbuerit: tunc sponso eiúsque heredibus sine aliqua deminutione per condictionem[r], aut per vtilem actionem in rem[s] redhibeátur. Quæ similiter obseruari oportet & si ex parte sponsę in sponsum donatio facta sit. Da. XVI. Kal. Septemb. Romæ Constantino A. V. & Licinio Coss.

Dictum est suprà in lege præcedenti quando per pœnitentiam matrimonium non contrahitur: sequebatur videre quid iuris quando per casum. & nunc determinat hac lex, quòd quando sponsus donauit sponsa, & non interuenit osculum, repetitur omne datū: sed si interuenerit osculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur sponsa ratione osculi. Bal.

i ¶ *Cum veterū sententia.* quæ deprehenditur supra eodem. *lege si filia. & l. si tibi.* ideóque illæ ad hanc tradendæ sunt. nam per has duas leges Constantini debemus intelligere omnes alias leges istius tituli quæ indistinctè dicunt valere, & non reuocari donationes inter sponsos. Alij dixerunt quòd aliæ leges huius tituli loquuntur quādo causa liberalitatis tantùm, & non matrimonij, facta est donatio. prima placet secundùm Irne. Item nota quòd hæc lex loquitur quando stat per alterum. si verò per neutrum, tunc loquitur supra eodem. *leg. si tibi res.* Item & loquitur hic vbi non est ex mera liberalitate donatio, sed contemplatione matrimonij: quod semper præsumitur, nisi in contrarium sit actum.

k ¶ *Donationes.* scilicet factas.

l ¶ *Adfinitatis.* id est, matrimonij[a]: quod non est adfinitas, sed causa adfinitatis. vt *ff. de gradibus cogn. l. non facilè. §. adfines.*

m ¶ *Siue non ita.* id est, dicere, siue nominatim expressit causa matrimonij se dare, siue non.

n ¶ *Sibi ipsi.* cum sui iuris sunt.

o ¶ *Noluerint.* sine causa.

p ¶ *Resedit.* de his quæ se daturum obligauit.

q ¶ *Transferatur.* condictione ex hac lege.

r ¶ *Per condictionem.* ex hac lege.

s ¶ *In rem.* quæ[b] oritur ex tacito pacto. Tacitè enim videntur pacisci de reddendo si matrimonium non sequatur per factum accipientis. sic *& ff. de iure dot. l. stipulationem.* sicut[c] pro expresso nasceretur: vt ꝭ. *de donat quæ sub mo. l. j. & v.* Accur.

SI *à sponso.*] CASVS. Si spōsus dedit sponsæ, distinguitur: aut interuenit osculū, aut nō. Primo casu si moriatur sponsus vel spōsa, medietas rerū donatarū remanet penes spōsā, medietas penes heredes. in secūdo casu nō valet donatio, siue spōsus siue spōsa moriat. Sed

* C. T. ...

† al. parētes eius sortiri filiam noluerit.

* noluerit.

a Matrimonij non est affinitas, sed causa affinitatis.

...

b Actio in rē nasci pōt ex pacto, & quidem tacito.

c Pacti taciti & expressi similitudo.

¶Sed quid ecōtra si spōsa donauit spōso: quod rarò accidit. Certè hoc casu si interuenerit osculū, vel nō, solida donatio reuocatur.

a ¶*Osculo.* quod mulier[a] dicitur dare non accipere: & gratia viri non mulieris interuenit. Accursius.

b ¶*Iure.* ciuili, vel prætorio.

c ¶*Non interueniente.* vel interueniente quidem: sed fuit illicitum, matrimonio non secuto iuris prohibitione.

d ¶*Raro accidit.* quia[b] auara est. auarissimū[c] enim genus est mulierū vt *ff. ad Velle. l. sed si ego in fi. & ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si stipulata. §. j.* & quia sagacior: vt *§. de his qui ve. ata. impe. l. y. §. fœminas.*

M*Inoribus.*] CASVS. Mulieri minor xxv. annis patre destitutæ, recepit donationem tantæ quantitatis, quæ requirebat insinuationem: nunquid donatio iusta sine insinuatione facta valebat? Certè sic. Accursius.

e ¶*Donatione.* licet sit vltra ccc. solidos: vt *& j. de donatio. l. sancimus. §. alias verò.* secus si esset maior: vt *hic, & j. de inr. de l. fi. §. simili.* Sed hodie idem si esset maior: quia si pacta lucri cedant parti mulieris, non nocet insinuatio omissa: sed econtra nocet viro ad lucrum dotis: vt *j. in auth. ex decursum est.*

S*I liberis.*] CASVS. Paterfamilias habuit primam vxorem, & ex ea suscepit liberos, & dotem lucratus est ex pacto. vxore præmortua nunquid tenetur seruare dotem liberis primi matrimonij? Certè non, si non conuolat ad secundas nuptias. Idem econtra est in muliere, cui donata est donatio propter nuptias à viro. Accursius.

f ¶*Ex donatione.* ad se reuersa. vt debet: quod est no. per l. istam quia ficut[e] dos[f] ad mulierem, ita[g] donatio ad virum redit soluto matrimonio: vt *hic dicitur.* Item dubitatio legis erat secundùm quosdam: quia si vir lucraretur dotem ex pacto, teneretur seruare. sic ex morte mulieris lucrari videtur donationem, sed certè magis videtur rehabere suam sic econtra dicas in muliere. Acc.

g ¶*Nihil.* cum habeat alia bona ex quibus potest relinquere vnicuique filio tantum, quantum dat secundo viro in dotem. & sic soluitur contrarium quod est. *j. de secun. nup. l. hac edictali. in prin.* Aliud autem si apud maritum aliquid ex dote remaneret, vel apud vxorem ex donatione: quia seruare cogeretur: vt *j. de secun. nup. l. fœminæ.*

a Donatio facta à sponso sponsæ matrimonio non secuto penitus rescinditur, si osculum non intercessit: si intercessit, pro parte dimidia. Donatio verò facta sponso à sponsa, nō secuto matrimonio, tota rescinditur: siue osculū intercessit, siue non intercessit. Qua in re magis fauetur sponsæ quā sponso. *v. Camprg. de dote. q. 89.*

* C. T. 5. 5.

b Osculū dare mulier intelligitur, non accipere.

c Donant rarò mulieres, siue vxores, siue sponsæ. *v. C. d. Prg. de dot. part. 13. q. 79.*

d Auarissimū gen[us] mulierū.

† Ecce hic masculi fauetur mulieri quàm viro, contra *l. semulier. & ibi not. per Alb. ff. de leg.* similis fauor mulieri est in *l. 2. C. de bo. qui ven. ata. impe.*

* secundo re Theodosi in C. Th.

† C. T. 5. 5.

e Dotis & donationis propter nuptias similitudo.

f Dos ad mulierem soluto matrimonio.

g Donatio propter nuptias soluto matrimonio ad virū redit.

XVI. *Idem A. ad Tiberianum vicarium Hispaniarum.*

SI à sponso[*] rebus sponsæ donatis interueniente osculo[a], ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitē pertinere præcipimus, dimidiā ad defuncti vel defunctæ heredes, cuiuslibet gradus sint, & quocunq; iure[b] successerint: vt donatio stare pro parte dimidia, & resolui pro parte dimidia videatur, Osculo† verò non interueniente[c], siue sponsus siue sponsa obierit, tota infirmari donationem, & donatori sponso vel heredibus eius restitui.

Quòd si spōsa, interueniente vel nō interueniente osculo, donationis titulo (quod raro accidit[d]) fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hunc vel illā mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricē sponsam, siue eius successores, donatarū rerū dominium transferatur. Acce. XIII. Kal. Maij Hispali. Nepotiano & Pacato[*] Coss.

Minor in potestate patris constituta, maximè si patris auxilio est destituta, puta quia pater abest: non tenetur insinuare donationem ante nup. Bald. Vel sic. Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, non indiget insinuatione. Salyc.

XVII. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Hierio.* P. P.

MInoribus† ætate fœminis, etiam actorum testificatione in ante nuptias donatione[e] ad eas facta, omissa: si patris auxilio destitutæ sint, iustè consulitur, vt firma donatio sit. Dat. X. Kal. Mar. Constantinop. Tauro & Felice. Coss.

Licet pater transeat ad secunda vota, vel etiam mater: non tenentur tamen reseruare filiis primi matrimonij donationem propter nuptias quam recuperauerit pater: nec dotem quam recuperauerit mater soluto primo matrimonio. Vel sic: & breuius: Quod ad alterum ex coniugibus reuertitur de eo quòd dedit, non tenetur filiis primi matrimonij reseruare. Bald. Cuiac. ait Accursium optimè in hanc legem commentatum.

XVIII. *Imp.* ZENO A. *Sebastiano præfecto prætorio.*

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secūdas migrauerit nuptias, vel non migrauerit: nihil omnino filiis prioris coniugij ex donatione[f] ante nuptias, quam ipse, vel alius pro ipso vxori quōdam eius matri communium liberorū donauerit, seruare cogitur: quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nuptias, multóque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil[g] iisdem filiis ex dote quam patri eorum ipsa, vel alius pro ea obtulerit, seruare compellitur.

Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de nouo augeri, & de nouo constitui, & pacta de nouo apponi, vel vetera prorogari: & hypotheca ex die augmenti contrahi: & econtrario possunt dos & donatio minui, nisi ista deminutio fieret in fraudem filiorum primi matrimonij. Bal. & Salyc.

XIX. *Imp.* IVSTINVS A. *Archelao* P. P.

SI constante matrimonio cōstitū augēdæ dotis inierit vel vxor fortè, vel eius nomine quilibet alius: nihilo minus marito quoq; liceat, seu pro marito cuilibet alij, tāto donationem ante nuptias additamēto maiorē facere, quando dotis augetur titulus. Nec obstit inhuiusmodi munificētiis interdictas esse[h] liberalitates tēpore nuptiarum. Indulgendum[i] est nāq; cōsensui cōmuni partiū: ne cū negetur augēdæ potestas donationis, dotis etiam pigrius[k] cōstituatur augmētum. Idéq; licere præcipimus etiam in his matrimonijs, in quib. interdū accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse[l], solam vero dotē marito mulierem obtulisse: vt etiam tūc muliere dotē augente, liceat marito quoq; donationem in vxorem suam eiusdem quantitatis[m] facere, quātum aucta dos continere dignoscitur: pactis videlicet de redhibitione vel retentione auctæ dotis vel donationis (prout partes cōsenserint) pro iam statuto modo[n] ineundis, siue iniungendis veteribus pactis, quæ initio nuptiarū de ante nuptias donatione, & dote principaliter con-

cun. nup. l. fœminæ.

S*I constante.*] CASVS. Mulier copulauit sibi Titium in maritum, & paruam dedit dotem, & ille paruam donationē. an ille, post ea constante matrimonio possit augere dotem, vel ille donationem? Et respond. quòd sic. Item si illa vult augere dotem, ille donationem facere potest, vt æqualis sit quantitas tam dotis, quam donationis. Et pacta quæ apponuntur de non reddenda dote, vel retinenda illa, debebunt obseruari in donatione: & bona Titij tacitè erunt obligata pro illa quantitate quam mulier adiecit, ab eo tempore quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor possunt augere dotem & donationem constante matrimonio, ita possunt deminuere, nisi in casu. verbi gratia. Maritus vel vxor suscepit filios ex primo matrimonio: vult conuolare ad secūdum matrimonium: tunc si vult mulier dotem vel partem dotis dare marito: non potest: nisi tantum det vnicuique filiorum quos suscepit ex primo matrimonio quantum dat isti secundo marito. & hoc casu mulier non potest deminuere dotem in fraudem filiorum, iure præsumente contra eam quòd alius agat, & aliud agere simulet. pone enim quòd mulier dedit causa dotis marito. c. si vult domo deminuere dotem, non potest.

h ¶*Interdictas esse.* iure ciuili: vt *ff. de donat. inter vir. & vxo. l. j.* Sed ibi de simplici donatione.

i ¶*Indulgendum.* id est remittendum[a] aliquid de rigore iuris: *sic in fra de tempor. appella. l. final. in fine.* Accursius.

k ¶*Pigrius.* sic *infra de bon. quæ lib. l. constitutionum. §. prospiciendum.*

l ¶*Nullam esse.* scilicet ab initio.

m ¶*Eiusdem quantitatis.* vt *institut. de dona. §. est & aliud.* ¶ & dic quantitatis[b], id est quotitatis iure isto: sed hodie etiam quantitatis: vt *j. de pact. con. l. ex morte. & l. lege. & in authen. æqualitas.* secundum quosdam. quod non placet: & illæ leges ad pactum lucri intelliguntur: hæc ad constituendam dotem & donationem.

n ¶*Statuto modo.* in principio huius legis: vbi dicitur indulgeri sibi pacta: & si nihil dicatur, erit & illud seruandum, quod principali erat: vt *ff. de pact. dot. l. inter socerum. §. ij.*

a De rigore iuris aliquid remittendum.

b Quantitas pro quotitate.

a ¶ *Inita sunt.* cum dos constituebatur.
b ¶ *Referantur.* sic & ĩ. *de secun. nup. l. hac edictali. §. fin.* & ĩ. *de pac. conu. l. fin.* Sed arg. contra est ĩ. *de bo. quæ lib. l. cum oportet. in fi.* & ĩ *qui po. in pigno. ha. l. fin.* Accur.

stituenda inita sunt[a]. Iura etiam hypothecarum, quę in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractę sunt, & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur[b].

Sed & si econtrario maritus & vxor ad deminuendam doté & antè nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinem deminutionis quę in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: vt pacta de amborum deminutionibus ineunda, firma[c] & legitima esse intelligantur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migrauerit nuptias: aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus[e], secundo marito se iunxerit. in hoc enim secundo matrimonio, vel à parte mariti, vel a parte mulieris, vel ab vtraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionem dotis, vel ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari[d] videatur, censemus.

IN AVTHENT. DE æquali do. & propter nup. do. §. aliud. coll. vij. const. viij.

¶ *Dictum est in lege, si constante. quod licitum est si constante matrimonio dos augetur, augere vel facere donationem propter nuptias. In hac authen. in 1. respon. dicitur quòd hoc non solum est permissum, sed est necesse. sed statim quæritur, in quibus rebus possit fieri istud augmentum: Pone quòd vir est grauatus ære alieno: mulier vult facere augmentum dotis, vt excludat anteriores creditores mariti: vt infra qui po. in pign. ha. l. adsiduis. an istud augmentum poterit fieri in qualibet re? Respond. quòd hoc casu deberet fieri in re immobili non in quantitate. nam si fiat in re mobili, vel quantitate, in isto augmento non vtetur aliquo priuilegio contra creditores mariti. Bald.*

c ¶ *Firma.* in casibus illis tantum, vbi[a] licet solui dotem constante matrimonio: vt ff. *sol. ma. l. si constante.* & *de iur. do. l. mutus. §. manente.* alioquin contra: vt ĩ. *si dos constante matrimonio. l. vnic. quæ est contra.* Vel dic, hic non erat dos præstita. sed promissa[b], & per pactum remissa.
d ¶ *Machinari.* Sed quomodo aliquis posset machinari, cum quantum sit datum secundo coniugi nomine dotis vel donationis, spectetur tempus[c] mortis binubi parentis: vt *in authen. de nupt. §. quia verò hallenus colla. iiij.* Respon. nihilominus & tempus contracti matrimonij. Inspicitur enim vtrunq;. si enim tempore contracti matrimonij fuerint x. in dotem data sub pacto de lucrando, tempore autem mortis binubi parentis sint deminuta in v. tantùm tempus contracti matrimonij spectatur. Si verò ponas econtra, inspicitur tempus mortis binubi. ergo ideo dicit hic, quia citò per hoc, id est per talem deminutionem filij prioris matrimonij grauarentur, qui debent reuocare quod plus est: vt ĩ. *de secundis nuptiis. l. hac edictali. §. sin vero plus quã statutum est.* Iste autem ideo vult deminuere, vt fraudet filios prioris matrimonij, vt non possint reuocare scilicet filij: cùm iam tempore mortis non inueniatur plus in dote, & sic debeat cõmunicari cum filiis & secundi & primi matrimonij secundum H.

Sequitur authentica, sed iam necesse &c. quæ legitur super principio huius legis, & est ex corpore de æqualitate dot. §. aliud. collat. vij.

SEdiam.] CASVS. Hic dicit quòd si mulier auxit dotem, maritus potest augere donationem: & si vir non tenetur aliquo debito, tunc possunt augeri donationes vel de rebus mobilibus. Si verò maritus grauetur ære alieno, cum debeat augere dotem, & donationem de rebus immobilibus: quia tamen si mulier haberet prædia, & res immobiles: & augeret dotem de rebus mobilibus, non[d] gauderet aliquo priuilegio.

e ¶ *Celebrare.* non ergo in voluntate erit, vt erat per legem, si constante, sed ex necessitate.
f ¶ *Aere.* magno[e].
g ¶ *Augmentum.* dotis.
h ¶ *At si debitor sit.* magnæ auctoritatis.
i ¶ *Suspicio.* alioquin aliud erit. ¶ Itẽ hoc erit propter priores creditores[f], non propter sequẽtes: vt videtur. sed certè eadem[g] fraus aduersus sequentes posset committi.
k ¶ *Aduersus alios creditores.* præcedentes vel etiam sequentes secundum H. & B. & Azo. & Accur.

a Dos constante matrimonio certis casibus solui potest. v. casus illos in Gl. a in verbis debet [illegible] ff. so. ma. [illegible] trimonio.

b Dos promissa, etiam cõstante matrimonio vxor à viro remitti potest: licet acceptam non possit ei soluere, nisi certis casibus. v Romanum singul. 601.

c v. similem Gl. Nouell. de Nu. prin. cap. 8. in f. [illegible] non ab [illegible].

e existentibus. 97. Nouell.

d Dotem [illegible] fessam in rebus mobilibus præsumi facta in fraudem creditorum [illegible] colleg. Cã e. [illegible] quæst. [illegible]

e Superstite alieno grauatus debitor non intelligitur qui paruã quantitatem debet. Itaque ea ex causa [illegible] f [illegible] capi potest negari. S[illegible] regula debitor fugitiuus. 78. sed in illo casu quæritur an maritus augmentũ dotis [illegible] potest constituere de quo vide Campegium de dote. parte 1. quæst. 60. [illegible] & seq.

f Dotis confessio facta à marito cõstante matrimonio, non [illegible] iudicat creditoribus ante [illegible] vel posterioribus sed [illegible] viro. v Afflictum [illegible] adde Hier. Nouell. de æqualitate dotis collat. Campegium de dote, parte 1. quæst 33.

g Fraus cum [illegible] potest aduersus creditores præsentes & futuros in augmento dotis vnde colligit Bartol. in l. ait Prætor. §. 1. ff. quæ in fraud. Edictũ reuocatorium dari etiam futuris creditoribus.

CVm multæ.] CASVS. Olim si donatio fiebat vltra quingentos solidos, non valebat sine insinuatione: quia ille qui donabat, debebat notificare præsidi, & impetrare licentiam donandi. vnde mariti decipiebant vxores: quia non insinuabant donationes: vt sic pro infectis haberẽtur. Et sicut dos potest constitui constante matrimonio, ita & donatio propter nuptias: quę licet fiant constante matrimonio, non debent dici simplices donationes, sed propter nuptias: non tamen debet donatio esse maioris quantitatis quàm dos. et si fuerint aliqua pacta inter virum & vxorem, puta de dote vel donatione lucranda: illa obseruentur. sed si super dona. non fiat pactum, sed super dote fit: tunc pactum factum in dote, intellige repetitum in donatione propter nuptias. Pacta tamen quæ fiunt de dote lucranda, vel donat. intelligi debent in partibus, & non in quantitatibus. verbi gratia Mulier dedit mihi dotem xxx. & fecit pactum de dote lucranda pro tertia: & ego dedi pro dona. xv. & fecit pactum simile vxor. habebo decem ab ea: & illa lucrabitur quinque. Si autem mulier fecit mihi pactum de lucranda tertia parte dotis, & ego de lucranda parte quarta donat. propter nupt. tunc illa tertia deducetur ad quartam. Item donatio ante & post matrimonium potest insinuari.

SEd iam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram quoq; partem incrementum celebrare[e]: & si quidem vir alieno ære[f] non impediatur, in rebus quibuslibet procedat augmentum[g]. At si debitor sit[h]: ne fraudis erga creditores suspicio[i] subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis proficiant. Si enim mulier immobilis substantię domina, res mobiles in augmentum dederit: in hac parte dotis nullo vtetur aduersus alios creditores[k] priuilegio.

Donatio quæ olim ante nuptias dicebatur, hodie propter nuptias appellatur, proprio vocabulo ei imposito, & potest fieri constante matrimonio. Et pacta dotalia, id est in dote apposita, in ista donatione correlatiua tacitè intelliguntur repetita. Et potest donatio propter nuptias insinuari tam antè quàm post matrimonium, quocunque modo durante matrimonio. Bald.

XX. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni* P. P.

CVm † multæ nobis interpellationes factæ sint aduersus maritos, qui decipiendo suas vxores faciebant donationes, quas ante nuptias antiquitas nominauit, insinuare autem eas actis interuenientibus supersedebant[l], vt infectæ maneant, & ipsi quidem dotis commoda lucrentur[m], vxores autem[n] sine nuptiali remedio relinquantur, sancimus nomine prius emendato[o],

l ¶ *Interuenientibus supersedebant.* vsque dum fieret matrimonium per verba de præsenti. ¶ Et nota tria[a] vitia olim, scilicet quia fiebat ante nuptias donatio hæc, non post. 2 Secundum, quia vocabatur ante nuptias. 3 Tertium, quia ante, non post matrimonium contractum poterat insinuari. & duo vltima nascuntur ex primo. primum per Iustinum est sublatum: vt supra. l. proxima. secundum tollitur hic vsque illuc, si igitur & nomine &c. tertium tollitur ĩ. §. penultimo.
m ¶ *Lucretur.* sic pacta dotalia cedebant parti viri.
n ¶ *Vxores autem.* quæ debuerunt facere insinuationem, quod in dote non erat opus, cuiuscunque quantitatis esset.
o ¶ *Emendato.* sic & *institutionibus de donationibus. §. est & aliud.* & postea dicit de insinuatione, non tamen plenè, nisi quòd potest fieri etiam matrimonio constante: vt ĩ. *eo. fidem. §. fina.* sed authent. eo decursum &c. plenè dicet. ¶ Et no. tria in hac lege. Primo qualiter probat per multa similia[b] quæ habet cum dote donatio, quòd etiã hoc habeat[c], vt etiam cõstante matrimonio fieri possit: vt dixerat Iustinus. & sic propter nuptias vocetur. & hæc sunt duo vitia

† Cuius. exp[illegible] cat in [illegible] tar. ad Nouel. lam 22.

a Donatio propter nuptias olim tria habebat vitia.

b Donationis propter nuptias & dotis in multis est similitudo.

c Donatio propter nuptias fieri potest etiam constante matrimonio.

vitia quæ dixi. a Secundo de pactione[a] lucrorum, de quo non dixerat in prin. a Tertiò de insinuatione[b].

a ¶*Rem.* id est quæstionem omissę insinuationis. non dicas an possit fieri constante matrimonio: quia hæc est soluta §. proxi. sed nouas rationes dicit.

b ¶*Quare.* bene dico sic vocari[c], cū fiat & post. & merito fit post. quare enim &c.

c ¶*Fit.* etiam constante matrimonio.

d ¶*Nuptiis.* quia nuptię[d] sunt causa[e] causans: sed dos est causa causata. ergo deficiente[f] causa causante, deficit & causa quæ debet causari.

e ¶*Nulla dos.* sic & ff. de iur. dot. l. ij. & in authen. de trien. & semis. §. sed nec vol. iij.

f ¶*Sine dote autem.* arg. contra[g] in decre. xxx. q. v. c. nullum sine dote.

g ¶*Celebrari.* & sic[h] est si militet[i] in donatione.

h ¶*Facere.* scilicet sicut[k] est in dote.

i ¶*Antipherna.* contra[l] dotē: ab anti, quod est contra: & pherna, id est dos. quasi contra dotem datio, vt & hæc donatio est.

k ¶*Antiqui iuris.* dicentis quòd alia[m] est simplex donatio: alia ob causam, sicut[n] est dos, & hæc donatio: vt ff. de do. na. l. j.

l ¶*Nomine.* quia ambæ dicuntur donationes.

m ¶*Et substantia.* quia vtraque fit propter nuptias, & propter vtranque datur[o] rei vindicatio. & hoc dicit authen. permissa est &c. quam hic lege.

n ¶PErmissa est &c. Hæc authētica sumitur in authenti. vt immo. ante nup. do. col la. v. & in authen. de æqualit. do. §. aliud. colla. vij. quam habes j. de iure do. authent. donationem.

o ¶*Alias causas.* ne[p] mutuo amore spolientur: & ne melior fiat pauperior: aut deterior fiat ditior: vt ff. de don. inter vi. & vxo. l. j. ij. & iij. in pr.

p ¶*Efficiuntur.* sicut fit hic.

q ¶*Si igitur.* nunc secunda pars incipit.

r ¶*Quantitatem non excedant.* Immo[q] videtur posse excedere: vt j. de pact. do. l. ex morte. quam & confirmas j. ea. l. §. ita tamen. & c. Sol. vbi à principio constituuntur dos & donatio, possunt inæqualiter constitui: vt ibi. vbi ex postfacto constituitur altera, secus: vt hic. Sed hodie semper æqualiter: vt in auth. æqualitas. quæ est super l. contrariam.

s ¶*Expressum.* quia pacta sunt facta in donatione.

t ¶*Oportet.* sc. quotam partem dotis, vel donationis debeant lucrari. si autē in dote prius data fuit aliquod appositū in donatione postea data nullum: quod erat in dote, intelligetur in donatione: & hoc subiicit si ergo pactum sit expressum, etiam inæqualę valet vt hic, pacta conuenta &c. ¶Sed contra j. de pact. conuen. l. ex morte. vbi saltem in quantitate exigit æqualitatem. Solu. hæc corrigit: quod non placet: Immo hęc illam confirmat: vt j. §. ita tamen &c. Dic ergo quòd hic dicit quando ex postfacto constituitur, ibi ab initio vtraque. Sed authentica dicit vbiq; seruari æqualitatem etiam[a] in quantitate, & non solum in quotitate, quæ authentica ibi ponitur. æqualitas &c.

u ¶*Æquis passibus.* quàn tum ad pactum.

x ¶*Leonina.* vt j. de pact. cum l. ex morte.

y ¶*Partibus.* quotis quę corrigitur per authenticam ibi positam.

z ¶*Sed etiam nostra.* vt in eod. tit. l. lege. ambæ tamen dicunt quando ab initio est vtraque constituta, vt modo dixi.

a ¶*Minorem.* Sed maius reducitur ad minus: ergo[c] aliquod ad nullum. si super aliquo eorum fit nullum, cum id quod nullum sit, minus sit: vt ff. de tribu. l. illud. §. minus. quod est falsum: immo nullum ad aliquod: vt supra ea. l. §. si autem donatio. &c. sic & aliàs fallit argumentum prædictum: vt si instituam te heredem in xj. vnciis: & alium simpliciter habet partem vacantem. si verò nulla vacet, quia primus in vij. vnciis sit institutus, alius in medietate tantum: priori ademptum videtur, & secundo datum. sic & in legato: vt j. de lega. l. cum quæsitio.

ita rem[r] corrigi, & non ante nuptias donationem eandem vocari, sed propter nuptias donationē. Quare[b] enim dotem quidem etiā constante matrimonio mulieri marito dare cōceditur: donationē autem marito, nisi ante nuptias, facere nō permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inueniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus, quàm maribus subueniri? sicut enim dos propter nuptias fit[c], & sine nuptiis[d] quidem nulla dos[e] intelligitur, sine dote autem[f] nuptiæ possunt celebrari[g]: ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alij, debet esse aperta licentia, & constante matrimonio talem donationem facere[h]: quia quasi antipherna[i] hæc possunt intelligi, & nō simplex donatio. Ideo. n. & antiqui[k] iuris conditores inter donationes etiam dotes connumerant. Si igitur & nomine[l] & substantia[m] nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaq; omnes licentiam habere, siue priusquā matrimonia contraxerit, siue postea†, donationes mulieribus dare propter dotis donationem: vt non simplices donationes intelligātur, sed propter dotem & propter nuptias factæ.

IN AVTHENT. VT. immo. ante nupt. do. §. si quis. colla. v. constitu. xiiij.

Pro donatione propter nuptias competit in rem actio mulieri. Bal.

PErmissa est[n] & in rem actio pro tali donatione mulieri aduersus omnes possessores.

Finis authentica.

Sequitur textus Codicis.

Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt: & propter alias causas[o], & libidines forsitā, vel vnius partis egestatē, non propter ipsarū nuptiarum affectionem efficiuntur[p].

Si igitur[q] dote iam præstita, maritus nulla ante nuptias donatiōe facta, donare mulieri res maluerit, ita tamē, vt dotis quātitatem[r] non excedant, & hoc ipsum significauerit, quòd non simplicem faciat donationem, sed propter dotem iam conscriptam & ipse ad donationem venerit; licebit hoc ei facere: & supponatur pactis dotalibus huiusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressū[s], pacta cōuenta seruari oportet[t]. Sin autem donatio quidem talis facta sit, vtpote dotali instrumēto antecedēte, nulla autem pacta tali donationi post nuptias inserantur: re ipsa videatur hoc esse pactum, vt secundum dotales conuentiones intelligantur & in tali donatione pacta fuisse conuenta: vt æquis passibus[u] vtraque ambulet, tam dos, quàm donatio: ita tamen, vt Leoniana[x] constitutio (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus[y]) maneat in his casibus intacta: & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra[z] quam de interpretatiōe eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes, disparibus etenim pactionibus factis, maiorem lucri partem ad minorem[a] deducēdam esse cēsemus, vt eodem modo vterque minorem partem lucretur.

IN AVTHENT. VT exact. instan. do. §. illud collat. vij. consti. v.

Nota. est valde: & dicit quòd dos data meretur donationem propter nuptias coæqualem sibi in quantitate, & quotitate, & pactis. Ita intelligit gloss. Secundo dicit quòd si mulier non dedit dotem, sed promisit, & vult dare & offerre: deponit & consignat, si res consignabilis est: vel offert tantum, si immobilis: (quod simili est danti) & promeretur donationem. sed si differt dotis præstationem, non meretur propter nuptias præstationem, aliàs largitionem. Bald.

DOs data donationem propter nuptias meret[b]. præ-

DOs data.] CASVS Lex Codicis dicit quòd maritus potest facere donationē. Authentic. imponit ei necessitatem facere donationem. & mulier si velit soluere dotem, & maritus eam nolit accipere, potest eam consignare, & deponere coram iudice & coram testibus: dicit mulier se esse paratam soluere secundum pactum quod fecit de lucranda donatione.

b ¶*Meretur.* id est debebit eam mulier lucrari soluto matrimonio: licet[d] nullum pactum de ea vel eius quota parte lucranda fuerit factum. quod non placet: Imò est dicere quod sicut mulier cōstituit dotem, ita & maritus debet donationē propter nuptias cōstituere. & sicut[e] dos ad mulierem soluto matrimonio redit, nisi pactum sit de lucrando: vt j. de rei vxo. act. §. illo procul dubio. sic &

a Dotis & donationis propter nuptias pacta æqualia esse debent.
b Insinuari an te vel post matrimonium potest donatio propter nuptias.
c Donatio propter nuptias, rectius dicitur quàm ante nuptias.
d Dotis causa, nuptiæ. Nec enim dos est vbi non sunt nuptiæ.
e Causa cessans dotis nuptiæ: causata dos ipsa.
f Causa cessante deficien te, deficit causata.
g Dos i nuptię regulariter necessariò non requirunt, possunt enim esse nuptiæ sine dote, vt & sine donatione propter nuptias.
h Dotis & donationis similitudo.
i Nuptię sine dote & donatione propter nuptias esse possunt.
k Dos vt & donatio propter nuptias fieri potest cōstante matrimonio.
l Antiphernam quid.
m Donationū alia simplex, alia ob causam.
n Donationū species dos & donatio propter nuptias.
† Insinuatio potest fieri post donationem. adde Guidonem Papæ dec. 293.
o Vindicatio dos & donatio propter nuptias potest.
p Donatio quare est inter coniuges prohibita.
q Dos & donatio an possint constitui inæqualiter.

a Dotis & donationis propter nuptias æqualitas fieri debet, nō modo in qualitate, sed & in quotitate.
b Maius ad minus reduci pot. st.
c Ad nullum aliquod reduci non potest. Nullum, ad aliquod reduci potest.
d Donation propter nuptias ipso iure constituitur esse in simili dotis quantitate. hinc colligunt quod tamen ab Accursio improbatur. de quo vide Camp. quæst. de dote parte 2. quæ. 61. & Io.
e Vide Glo. quod ibi scripsi Nouell. 61. in verbo donatio.

a Dotis & d. donatio redit ad maritum. b Donatione propter nuptias soluto matrimonio vxor non lucratur, nisi ex pacto speciali. c Vxor non lucratur fructus donationis propter nuptias sicut vir dotis. d Data dote ipso iure constituta intelligitur donatio propter nuptias.

donatio redit ad maritum: cum lex ista, cum multæ, dicat dotem[a] & donationem propter nuptias æquis passibus ambulare. ¶Sed cur meretur vxor, cui ipsa non[b] lucretur eam, nisi ex pacto speciali: vt d. §. illa. nec fructus[c] habeat? Respo vt securior sit in dote. nam res suas vir alienat consentiente vxore: vt ḡ. ad Velle. l. etiam. quod non est in donatione: vt in authent. ibi posita: fine à me &c. ¶Sed quia actione agitur vt fiat donatio: Respon. condictione ex hac l. Sed Azo dixit quòd agit mulier condictione, vt sibi tradatur, non autē vt cōstituatur: quia ipso[d] iure est constituta in simili quantitate qua est dos.

a ¶Res mobilis. quam alias non sit depositio: vt arg. ḡ. quando & quib. quar. ta pars l. ij. lib. x.

b ¶Exactio. ¶Sed quid si nec fuit cōstituta donatio, nec petita cōstitui, sed facto diuortio petit eam constitui, & lucrari pro tertia, cum dotem dedisset: & de ea lucrando pro tertia sit factum pactum? Respon. non potest agere: sed sibi imputetur quare constante matrimonio non fecit sibi fieri donationem. ¶Item nunquid pactum de lucrāda dimidia parte dotis valebit, cū nullum fiat in donatione? Respon. sic. Alij contra: cum dicat lex ista, cum multæ. disparibus etenim, &c. & minus[e] dicitur, etsi nihil sit: vt ff. de tri. illud. §. pen. & ff. de verb. signi. l. minus. Sed contra eos est. ḡ. ead. §. fin autem donatio &c.

e Minus dicitur etiam nihil.

c ¶Similique modo. tertia pars legis. & refertur ad princi. l.

d ¶Fecimus. ḡ. l. proxi. videtur enim fecisse, cūm fecerit pater eius. Vel dic[f] quòd fecit aliam quam non habemus, similem illi.

f L. si constante. ḡ. eod. quia tū Cæsar erat cū pater suo Augusto & Imperatori appellabatur.

e ¶A veteribus. vt ff. de donat. inter virum & vxorem. per totum. & ḡ. de do. inter virum & vxo. per totum.

terca si pars mulieris dotem soluere sit parata, cum ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cúmq; sit res mobilis[a], signaculo imposito recondat: aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, vt parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinanda est donationis exactio[b]. At si per dilationem dos viro non detur: etiam donatio prorsus denegetur.

Finis authentica.

Sequitur textus Codicis.

Similique[c] modo si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. Similiq; modo & eā constitutio, quam pro augēdis tam dotibus, quàm ante nuptias donationibus fecimus[d], intacta illibataq; conseruetur: omnibus videlicet quę de simplicibus donationibus inter maritum & vxorem constante matrimonio, vel à veteribus[e], vel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

IN AVTHENT. VT spon. lar. in princip. coll. ix. consti. ij. & in authent. vt fra. filij. §. illud quoque. colla. ix. consti. vij.

Ista authentica continet ius positiuum. Primo præmittit quoddam præambulum, scilicet quod donatio propter nuptias est specialis contractus, id est proprius, distinctus, & validus, & iustus. Secundo subdit, quod vbi facta est donatio propter nuptias in qua est appositum pactum de lucrando, consimile pacto dotis: mulier qua non insinuat donationem propter nuptias, non meretur pœnam quin existente conditione lucretur, sed vir qui non insinuat, meretur pœnam, quod sibi non prodest pactum lucrandæ dotis. Bald.

g Sponsalitia largitas imperfecit quod festum ei. ... h Donatio propter nuptias insinuationem olim requirebant si vno casu quo vir scilicet mulieri cui donabatur erat minor. Hodie nullo casu insinuatio requiritur ... sponsalitia verò largitas requirit ...

E *O decursum.*] CASVS. Lex antiqua dicit quòd maritus debet insinuare donationem. Authentic. dicit quòd non est necesse vt insinuetur, siue maritus fecerit donationem in vxorem, siue econuerso. & quod dixi, non est necesse vt insinuetur, verum est quo ad mulierem: quia si vxor fecit ei pactum de lucranda dote, maritus petere non potest dotem, si non est insinuata.

f ¶Sponsalitia. id est donatio propter nuptias. & sic impropriè dicitur: sed propriè illa quā sponsus sponsę, vel econtra dat & facit.

g ¶Specialis. quia quoddam speciale in ea seruatur, vt subijcitur: nec enim insinuationem[h] &c. olim contra, nisi in casu: vt ḡ. eod. l. minoribus.

h ¶Insinuationem. quę[a] exigitur in donatione excedente quingentos solidos: vt. ḡ. de dona. l. pen. & fin.

a Insinuatio requiritur in donatione excedente quingentos solidos.

i ¶In viri personam. scilicet nomine viri fiat mulieri.

k ¶Quatenus. id est eo pacto vt conscribat scilicet maritus in hūc contractum, id est donationem propter nuptias, id est dicere hoc pacto, vt fiat insinuatio, vel vt subscribat maritus.

l ¶Quantum ad mulierem. vt insinuatio non sit necessaria.

m ¶Cum ea sit quantitas. quia excedit quingentos solidos.

n ¶Concedant parti. dicit enim quòd fecerat pactum vir de lucranda dote, quæ erat mille, & sic vltra quingenta, si mulier scilicet prædecederet, & mulier deberet lucrari donationem propter nuptias, si vir prædecederet: quæ similiter erat in mille: lucrabitur ergo mulier donationem si vir prædecedat, licet non interuenerit insinuatio. at econtra si vxor prædecedat: non lucrabitur vir de dote, si donatio non est insinuata.

EO decursum est, vt sponsalitia[f] largitas specialis[g] sit contractus, nec insinuationem[h] desideret, etiamsi ab alio detur, licet in viri personam[i] donatio fiat, quatenus[k] ipse in hunc contractum conscribat. hoc quantum ad mulierem[l]. At si vir, vel alius, qui dederit eam, non insinuet: cum ea sit quantitas[m], & pacta dotalium concedant parti[n] viri: nullam super eis habeat vir actionem.

PAter donationem propter nuptias, quam contulit in vxorem, non cogitur seruare liberis prioris matrimonij, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim seruare liberis prioris matrimonij debet.

IN AVTHENT. DE æqualita. do. §. aliud. collat. vij. consti. viij.

NVnc inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum vnicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secundæ vxori. ita etiam à parte vxoris.

N *Vnc.*] CASVS. Lex codicis dicit quòd constante matrimonio potest dos minui. ista authen. corrigit dicens quod hodie illud est prohibitum. secundo dicit quòd maritus vel vxor tenetur dare vni filiorum primi matrimonij tantumquantum dat vir mulieri, vel mulier viro.

TITVLVS IIII.

DE NVPTIIS[†].

Quando super maritanda puella discordant consanguinei & tutor, arbitrium iudicis est necessarium: qui debet eligere quod est vtilius puellæ, & non pati quod est inutile. Bald.

DE NVPTIIS.

Dixit de præambulis nuptiarum, scilicet sponsalibus sequitur nunc de nuptiis. Vel sic: Præmissis præparatoriis nuptiarum, ponit de nuptiis. Azo.

† lib. v. C. tit. 4. Harmeno. lib. 4. t. 4. & 22.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Pontio.*

Potito. al. Pettio.

CVm de nuptiis[o] puellæ quæritur, nec inter tutorem & matrem & propinquos de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium[p] præsidis prouinciæ necessarium est.

Etiam sine subscriptione paterna valet consensus patris in nuptiis per filiam contrahendis. Bald.

C *Vm de nuptiis.*] CASVS. Mulier quædam habebat filiam minorem duodecim annis cuius malitia supplebat ætatem: eráque toro matura: vnde mater & tutor illius puellæ impuberis tractabant de marito ei tradendo super quo eligendo fuerunt discordes. quæritur quid hoc casu agendum sit: Respond quod recurrēdum est ad præsidem prouinciæ, & ille qui sibi iustior videbitur, præferetur in nubendo cum puella. Viu.

o ¶De nuptiis. futuris. alias si non esset pupilla, non haberet tutorem, & eius voluntas quæreretur: vt infra eod. l. in copulandis. & viduæ. & l. in coniunctione. Alij dicunt quòd hæc puella nolebat suam voluntatem dicere, cultu verecundiæ: vt d. l. in coniunctione. quod tamen non placet, cum & ibi in adulta dicat.

p ¶Arbitrium. per quod sedetur eorum discordia. sic & instit. de satisda. tuto. §. fin autem. & ff. de admi. tuto. l. sq. §. finali.

Si nuptiis.] CASVS. Filiusfamilias contraxit nuptias consentiente patre, pater in instrumento dotali non subscripsit, nunquid nuptiæ sunt legitimè contractæ? Respon. quod sic. Viu.

a ¶*Non subscripsit.* hoc visum quandoque: hodie contra: vt *in authen. sed nouo iure.quæ est* ℥.*eo.*

Libertum.] CASVS. Libertus non potest contrahere nuptias cum patrona, vel patroni filia, vel coniuge, vel nepte, vel pronepte: & si contraxit, nuptiç non valent: vnde de hoc poterit accusari, & sustinebit pœnas iudicantis. Viuianus.

b ¶*Coniugem.* quondam.

c ¶*Accusare poteris.* quicunque sis, scilicet de stupro, vel adulterio, vel sacrilegio: nisi vilis esset talis fœmina: vt ff. *eod.scilicet de ritu nupt. l. si patrona. quæ est contra.*

d ¶*Congruentem.* scilicet[a] extra ordinem suo officio secundum quosdam.

e ¶*Odiosas.* iure[b] ciuili, sed non naturali.

f ¶*Merito.* propter reuerentiam personarum. & *facit ff.eo.l. senatoris filia. & l.lege.*

a Congruè ex statuto & consuetudine pariter qui extra ordinem puniunt, licèt de statuto & consuetudine non constet.

b Odia ad ius ciuile potius esse referenda quàm ad ius naturale, hinc colligit Bald.

Liberi.] CASVS. Filius tuus illam quę fuit tua concubina, in vxorem ducere nō potest: & si cōtra fecerit, stuprum committit, & lege Iulia de stupro tenetur. Viu.

g ¶*Vxores.* nec cōcubinas habere: vt *ff. de concubi.l.j.§.pen.*

h ¶*Non possunt.* propter adfinitatem. Sed certè contra non videtur adfinitas, cum[c] dicitur adfinitas regularitas personarum ex nuptiis cōiunctarum, omni carens parentela. at hæc nō prouenit ex nuptiis, sed certè sic impeditur matrimonium propter illicitam coniunctionem, sicut per adfinitatem: & sic est hic illicita coniunctio, vt *ff.eo.l. semper.* Sed & hic potest dici adfinitas: vt trigesima quinta quæstione tertia, capitulo de incestis. ADDITIO. Aduertas quòd de iure canonico, non solum ex illicito coitu, sed etiam ex nefario oritur adfinitas impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractum: vt in c. discretionem. & c. pe. extra de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ. & c. per tuas. extra de proba. vnde secundum canones sic definitur: Adfinitas est personarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela sanguinis. de quo vide latius per Io. And. in declaratione arboris adfinitatis in principio.

c Adfinitatis definitio.

**In antiquis exemplaribus scriptum erat: Vereri non debes nepotē suum non agnoscat. recte.sic enim in l.19 § 1 D. de tut. & Florentine legitur: Vereor nē sis obligatus. sed postea ab indoctis addita est particula ve, sic Vereri non debes ve nepotem suū non agnoscat.*

d Tacens an consentire videatur.

II. Idem AA. Tryphinæ.

Si nuptiis pater tuus consensit: nihil oberit tibi quòd instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripserit[a].

Illicitum matrimonium potest coram suo iudice seculari accusari, & pœna arbitraria imponitur contrahenti. Bald. Vel sic: Libertus nec patronam, nec eius filiam, neptem vel proneptem potest ducere in vxorem. Salyc.

III. Iidem AA. Valeriæ.

Libertum, qui patronam, seu patroni filiam, vel coniugem[b], vel neptē, vel proneptem vxorem ducere ausus est, apud competentem iudicem accusare poteris[c], moribus temporum meorum congruentem[d] sententiam daturum, quæ huiusmodi coniunctiones odiosas[e] esse merito[f] duxerunt.

Per concubinatum & illicitum coitum contrahitur adfinitas, vnde eius adfines prohibentur matrimonio copulari. Baldus. Vel sic: Concubina patris non debet esse vxor filij. Salyc.

IIII. Imp. ALEXANDER A. Perpetuo.

Liberti concubinas parentum suorum vxores[g] ducere non possunt[h]: quia minus religiosam & probabilem rem facere videntur. Qui si cōtra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

Qui non contradicit, & patitur cum possit vetare: censetur consentire. h.d. Vel sic: Patientia habetur pro consensu in fauorabilibus. Bald. Vel sic: Taciturnitas patris habetur pro consensu in filij nuptiis. Salyc.

V. Idem A. Maximo.

1 Si (vt proponis) pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate cognitis nuptiis vestris, non contradixit[i]: vereri nō debes* [ne] nepotem suum non agnoscat.

Si vt proponis.] CASVS. Titius patre suo sciente, & non contradicente contraxit matrimonium cum Berta, ex qua procreauit filium. nunquid iste filius erit auo suo iustus nepos? Respon. quòd sic, & eum agnoscere tenetur. Viu.

i ¶*Non contradixit.* Idem econtra in patre filiæ nubentis. *ff. de spon. l. in sponsalibus. §.j.* ¶Et no. arg. hic qui tacet[d] consentit. sic *ff. furti ad. nau. caup. sta. l. j. in fin. & ad Maced. l. sed Iulianus. §. interdum. & l. si filiusfa. patre. & ff. nau. caup. l. j. fi. &* ℥. *ad Velleianum. l. si fruit.* ¶Sed arg. contra. *ff. de furt. l. qui vas. §. vas art.* & adde hic quod dicitur. *ff. de contra tab. l. iij. §. si emancipatus.*

Et si contra mandata.] CASVS. Si præses prouinciæ durante suo præsidatu contraxit nuptias cum sibi subdita: illæ nuptiæ non valent: veruntamen si sponsa deposito officio remansit in eadē voluntate, nouo consensu interueniente legitimum erit matrimonium, secundum consilium Pauli prudentissimi. Viu.

k ¶*Mādata.* differentia est inter mādata principum & cōstitutiones. nā constitutio generale est nomen ad omnes leges imperatorias pertinens. Mandatū vero est cōstitutio qua cauetur quomodo rector prouinciæ debeat se habere in prouincia quā administrat: vt in auth. de mād. prin. in pr. coll. iij.

l ¶*Contractum sit.* Cū administratore, qui nō sit oriundus inde. non.h. qui in sua patria militat, prohibetur ibi ducere vxorē. vt *ff. e. l. si quis officium. & l. eos qui.* concubinam autem pōt habere: vt *ff. de concubi. l. j.*

m ¶*Post depositum.* Nota hic quòd post depositū officium opus est nouo consensu. secus est in minore xij. annis nupta, & loco vxoris habita, quæ scilicet legitimo tempore impleto fit vxor, etiam sine nouo consensu: vt *ff. de sponsa. l. quæsitum. & de donat. inter virum & vxorem. l. cum hic status in fin. & ff. de ritu nupt. l. iiij.* ADDITIO. Tu dicas de hoc vt in c. j. §. *idem quoque de sponsa impub. lib. vj.*

n ¶*Postea liberos.* Quid si ante[e]? Respon. non sunt legitimi, *argu. ff. de statu homi. l. Paulus.* secus in natis ex concubina: vt *insti. de nup. §. fina.* Sed cur hoc? Respond. quia concubinatus nomen per legē accipit: vt *ff. de concu. l. in concubinatu.* Sed alij contradixerunt. Sed quare nō inspicitur initium contractus, vt ita nullum sit matrimonium: vt & aliàs. *ff. manda. l. si procuratorem. §. j. & depo. l. j. §. item si seruum hereditarium.* Resp. non conceditur vt contra legem inchoatū cōualescat: sed de nouo incipit hic finita administratione. & sic non obstat. *s. de legib. & const. l. non dubium.* Alij resp. illi. l. quòd loquitur in perpetuo prohibitis: quod hic non est. concordantiæ sunt huic. l. ℥. *si quacunq. præ. po. l. j. &* ℥. *si rector pro. l. j. & ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. in pr. & ff. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. j. &* ℥. *de dona. inter vi. & vxo. l. donationes. j.*

agnoscat.

Quod prohibetur initiari, potest postea impedimento cessante confirmari, accedente consensu nouo. Bald. Vel sic: Matrimonium inualidum validatur ex nouo consensu adhibito tempore quo cessauit causa impediēs. Salyc.

VI. Imp. GORDIANVS. A. Valeriæ.

Et si contra mandata[k] principum contractum sit[l] in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamen post depositum[m] officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptię efficiuntur: & ideo postea liberos[n] susceptos†, natosq; ex iusto matrimonio, legitimos esse, responsum viri prudentissimi Pauli declarat[e].

† Sic in Lectionibus manu scd Graci & Thalelaus lib. 3. Basilicon legunt ut nequi ptos, recte. quod exrat ff. de ritu nupt. l. eos qui §. ult.

e Legitimatio nō debet extendere vim suā ad eos liberos qui concepti & nati sunt tempore prohibito hinc colligit Baldus.

Solennitas requisita in actu faciendo requiritur in eo reparando, vel reficiendo. Bald. Vel sic: Sicut consensus patris, necessarius est in matrimonio contrahendo à principio, sic in dissoluto reparando. Salycetus.

VII. Idem A. Apro.

2 Si (vt proponis) post querelam de marito afilia tua ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem ęgressa est: minus legitima coniunctio est cessante patris voluntate, in cuius est potestate. atque ideo non petente[o] * filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

** Pro petente Thalelaus & eius interpres lib. 28. Basilicon legit patiente, & ita repertū in veo Latino manus scriptum fuisse, tametsi postea in eo emendatum est, repetente.*

f Legitimatio nō debet extendere vim suā ad eos liberos qui concepti & nati sunt tempore prohibito hinc colligit Baldus. vt si quis ex concubina libero suscepertis, postea principatur superiti beneficio impetrauit ad genus matrimonij legitimari, liberi ante suscepti, nō erunt legitimi. Nec obstat. c. tanta. qui filij sint legitimi, quod intelligi debet de matrimonio possibili tēpore conceptionis liberorū, & ita illū locum accipit Baldus.

Auctoritas curatoris in nuptiis adultæ nil operatur, quia personæ curator non datur. Bal. Vel sic: Non curatorum, vel consanguineorum, sed solius puellæ consensus in eius nuptiis spectatur. Salyc.

VIII. Idem A. Romano.

In copulandis nuptiis, nec curatoris (q. solā rei familiaris sustinet administrationē) nec consanguineorum...

Si vt proponis.] CASVS. Filia mea habebat maritum cum quo cōtraxerat matrimonium me consentiente: tandem conquesta de marito suo, fuit celebratum diuortium: postea reconciliata est suo marito me inuito: cui competit repetitio dotis, quæritur? Respon. quòd tibi patri: quia sicut filia tua te inuito non potest matrimonium contrahere: ita nec marito reconciliari. Viuia.

o ¶*Non petente.* imò etiā contradicente, quod aliàs non esset: vt ℥. Baldo.

de rei vxo. act. §. & hoc ex re. & ff. solu. ma. l. ij. §. fi. & l. dotem. & l. voluntate. & facit ff. de statu homi. l. Paulus & ff. eo. l. nuptiae. & xxxij. qu. ij. cap. paterni. Sed contra xxvij. q. ij. feré per totum. extra de rapto. cap. cum causa. & ff. de past. do. l. cum maritus. §. Titius. ABOLITIO. Dicas quod de iure canonico valet matrimonium etiam sine consensu parentum: vt d. c. cũ causa. & d. c. sufficiat. 3. allegatis per glos.

gnatorum[a] vel adfinium vlla auctoritas potest interuenire, sed spectanda est eius voluntas[b], de cuius tractatur coniunctione.

Constitutio quaedam hoc loco à quibusdam inferenda notata, ex praetermissis repetenda est.

Ista lex tractat duo. Primo de matrimonio praesumendo. Secundo de similitudine praesumenda: & dicit quòd nati ex ea quae est vel praesumitur vxor: si sunt nati de domo patris, praesumitur legitimi. Bald. Vel sic: Ad praesumendum matrimonium non sunt necessaria instrumenta nuptiarum, nec ad probationem filiationis est necessarium instrumentum natiuitatis: sed quòd probetur natus ex ea cum qua dicitur esse legitimum matrimonium, & in domo vicinis scientibus. Salycetus.

IX. Imp. PROBVS. A. Fortunato.

SI vicinis vel aliis scientibus vxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quamuis neq; nuptiales tabulae, neque ad natam filiam[c] pertinentes[d] factae sunt: non ideo minus veritas matrimonij, aut susceptae filiae, suam habet potestatem[e]*.

Dignitas accidentalis contrario accidente resoluitur: sed non ea quae ex natalium radice procedit. Bal. Vel sic: Mulier nobilitatem quam acquisiuit propter virum statim perdit cum alteri inferiori nubit. Salyc.

X. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Paulinae.

CVm te[f] non ex senatore patre procreatam, sed ob matrimonium cum senatore contractum, clarissimae[g] foeminae nomen adeptam dicas: claritas quae beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis[h] virum postea sortita es: redacta ad prioris dignitatis[i] statum, deposita est.

Maritus repetit suam vxorem etiam à patre: maxime cum pater retinet eam reluctantem. Bald.

XI. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI inuita[k] † detinetur vxor tua à parentib. suis: interpellatus rector prouinciae amicus noster, exhibita[l] muliere, voluntatem eius secutus, desiderio tuo medebitur.

Filius non cogitur inuitus ad aliquam vxorem ducendam, sed quam vult, dum tamen patris consensus accedat. Bald.

XII. Iidem AA. & CC. Sabino.

NEc † filium quidem familias inuitum ad vxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit[m]. igitur sicut desideras, obseruatis iuris praeceptis[n] sociare coniugio tuo, quam volueris, non impedieris: ita tamen, vt contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat.

Per instrumenta confecta super dote, non contrahitur matrimonium. Item & sine instrumentis matrimonium contrahitur: & per indicia probari potest. Bald.

XIII. Iidem AA. & CC. Onesimo.

NEque sine nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonij sunt idonea, diuersum veritate continente[o]: neq; non interpositis instrumentis[p], iure contractum matrimonium, irritum est[q]: cum omissa quoq; scriptura, caetera nuptiarum indicia non sint irrita.

Matrimonium debet esse liberum. ad hoc allegatur Bald. Vel sic: Matrimonium debet esse liberum in contrahendo, & etiam ab inuicem diuertendo. h. d. Vel sic: In contrahendo & dissoluendo contractum matrimonij, exigitur libera voluntas. Bartolus.

XIIII. Iidem AA. & CC. Titio.

2 NEq; ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatũ recõciliare quisquam cogi potest: vnde intelligis liberam facultatẽ contrahendi atq; distrahẽdi[r] matrimonij[s] trãsferri ad necessitatem[t] nõ oportere.

I[n] copulandis.] CASVS. Si puella est adulta, & agitur de nup. praesentibus contrahendis, voluntas puellae, si eam vult exprimere, requiritur: non curatoris, cuius officium est administrare: non nubere: nec requiritur cõsensus propinquorum suorum. Vivianus.

a ¶ Vel cognatorum. ex necessitate.

b ¶ Eius voluntas. cũ vult eã exprimere, alioquin praesidis: vt s. e. l. j. vel aliud in tutore, quam in curatore: & est sic ff. de appell. l. cum in vna. §. tutor & facit ff. e. l. sciendum. & s. de spon. l. j. patrem. ¶ Et no. curatorem principaliter dari rebus, sed contra in tutore: vt insti. qui da. tut. pos. § certe.

SI vicinis.] CASVS. Contraxi matrimonium cum Berta nullis confectis dotalibus instrumentis: postea mihi nati sunt filij ex ea: non feci natalia instrumenta filiorum conscribi. an sit legitima vxor, & liberi ex ea nati legitimi, quaeritur? Respon. quod sic Viuia.

c ¶ Ad natam filiam. ex tali matrimonio.

d ¶ Pertinentes. scilicet tabulae. quae dicuntur natales. & facit xxx. qu. v. per totum.

e ¶ Potestatem. nisi in contrarium sit actum, quod vt concubinam scilicet eam habeat: vt ff. de concubi. l. in concubinatu. Vel plene dic vt diximus ff. de ritu nuptia. l. in liber. a. ¶ Et not. probationem[b] filiationis. sic & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. & ff. de proba. l. fi. & s. de testi. l. j. & s. de rei vind. l. indicia. vere[c] enim probari nõ potest de patre: vt ff. de condic. & demon. l. Lucius.

CVm te.] CASVS. Si aliqua non est filia senatoris, sed vxor si mortuo senatore nubat homini inferioris honoris, desinit clarissima esse.

f ¶ Cum te. differentia est inter eam quae sortita est nomen foeminae clarissimae per patrem senatorem. & eam quae propter maritum. Nam primo casu retinet dignitatem etiam si sit nupta viro ordinis inferioris, dum tamen non plebeio. Sed in secundo vxor retinet, si est vidua[d] vel nubat: non tamen viro inferioris ordinis, nisi & tunc consularem dignitatem impetret à principe: vt ff. de sena. l. foeminae. & l. fi. in princ. & j. de incolis. l. fi. lib. x. & de dignitat. l. mulieres. lib. xij. & in authen. de nup. §. non tamen. colla. iiij. & ff. ad muni. l. filiq. §. vidua.

g ¶ Clarissimae. id est illustris.

h ¶ Secundi ordinis. id est[a] plebeij. secundum M. a Vel verius simpliciter, id est inferioris.

i ¶ Dignitatis. si quam antea habebat.

SI inuita.] CASVS. Si mulier tua volens aut inuita à parentibus suis te inuito detinetur: adi praesidẽ prouinciae, qui eos coget vt patiantur eam ad te redire. Viuia.

k ¶ Si inuita. maxime. nã si esset volens, esset idẽ.

l ¶ Exhibita. per[b] interdictũ de libero homine exhibendo: vt j. de libe. exhibendis. l. si adinstat. Item & vtile[c] de liberis exhibendis: vt ff. de libe. exhib. l. Imò. & sic refertatur. l. imò titulum sub quo posita est, licet quidam contra.

NEc filium.] CASVS. Filius non potest cogi à patre inuitus vxorem ducere. similiter ipse inuito patre non debet sibi vxorem eligere. Viuia.

m ¶ Permittit. vt ff. e. l. non cogitur. l. si patre.

n ¶ Iuris praecepta. quae sunt Instit. e. per totum. & facit xxxv. qu. v. & c. ... § tam ergo dicitur. & quy. c. j. arg. contra xxvj. q. v. c. j.

NEque.] CASVS. Si inter me & mulierẽ instrumentum dotale conscriptum est, & ego non cõsensi in eam per verba de praesenti, non sufficit dotale instrumentum ad consummationem matrimonij: & licet sit matrimoniũ contractum, non propter hoc exigitur instrumentum dotale. Viu.

o ¶ Continente. Nam[d] plus valet quod verè est gestum, quàm scriptum: vt ff. de offi. praesid. l. illicitas. § veritas. & s. plus vale. quod agi. interim[e] tamen statur scripturae publicae: vt s. de probat. l. cum precibus.

p ¶ Instrumentis. nõ[f] enim dotibus, sed affectu matrimonium cõtrahitur: vt j. de repu. l. iubemus.

q ¶ Irritum est. nisi in casu j. eo. tit. authent. sed nouo iure. Item & in alio: vt j. eo. authentic. maximis. & in alio secũdum quosdam: vt insti. de nup. § si. quod nõn placet. vt ibi diximus.

NEque ab initio.] CASVS. Sicut aliquis ab initio non cogitur inuitus contrahere matrimonium, ita contracto matrimonio si diuortio dissoluitur, non cogitur reconciliare. Viuia.

r ¶ Distrahendi. secus in contractibus. vt s. de actionibus & obliga. l. sicut.

s ¶ Matrimonij. quam habet ab initio.

t ¶ Necessitatem. si[g] dixerit via vxori promittis decem, si vnquam diuerteris à me non valet; vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio facta. & l. Titia. & infra de inutilibus stip. l. libera. & supra de sponsal. l. fi. in fin. Sed contra. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. ea quae. Solu. ibi pecunia

---

a Curator re-bus: tutor personae principaliter datur.

a In vno matrimonio reperitur enim auctoritas iuris testi sibi nullum matrimonium videtur dotabi saepe rescriptũ est.

b Probatio filiationis.

c Probari pater verè non potest.

d Clarissima à patre. & à marito de femina... quae ... propter ... virum ... nupta ... Angelo.

a Secundo ordo pro plebeio vel pro inferiori.

† Concor. cum hac l. cap. ... extra de sponsa. & matrimo.

b Exhibere vxorem genero pater tenetur interdicto.

c Interdictum vtile de liberis exhibendis.

† ... f ...

d Scripturae praeponderat veritas.

e Scripturae statur interim dum probetur veritas in contrarium.

f Dotibus matrimonium non contrahitur sed affectu.

g Stipulatio poenalis in matrimonio non valet.

pecunia processit à stipulante: sed licet non valeat prædicta pœnalis stipulatio, pœnam tamen legalem subibit, qui sine causa diuertit: vt ǀ. de repud. l. iubemus.

V*Xorem.*] CASVS. Patronus regulariter libertam suam in vxorem accipere potest, nisi patronus esset de his personis, quæ prohibentur contrahere cum liberta sua. puta quia senator, vel senatoris filius. Viuia.

a ¶*Ex his personis.* puta senator vel senatoris filius: vt ff. de ritu nupt. l. lege Iulia. sed econtra non potest: vt supra eodem. l. libertum. & dic vt ibi. & ratio in promptu est.

S*Ed nouo iure.*] CASVS. Si liberam mulierem cum qua non prohibeor contrahere, domi teneo: videor eam in vxorem retinere: nisi ab initio protester quòd teneo eam vt concubinam: vt ff. eod. l. liberæ. Sed si senator tenet libertam in domo sua, nunquam præsumitur sua vxor, nisi inueniatur dotale instrumentum in quo contineatur: confiteor me accepisse à tali muliere tantum in dotem, cum qua matrimonium contraxi. Et est casus in quo requiritur dotale instrumentum, contra hoc quod dicitur supra eo. l. neque fine. Vio.

b ¶*Cum liberta.* idem econtra, secundum H. vt libertus cum filia senatoris.

c ¶*Dotalibus.* id est nuptialib. & est speciale: sed regulariter contra. ǀ. eo. l. neque sine.

P*Atrem.*] CASVS. Titius filiam suam exposuit, id est in locum publicum proiici fecit. ego misericordia motus eam filiam nutriendam suscepi, ita quòd adulta facta est: nunc volo quòd filia Titij nubat filio meo: Titius non vult. an omnes sumptus quos feci in ea nutrienda, possum à Titio recuperare, quæritur? Respond. quòd sic. Vnde quamuis pietas videatur inhibere repetitionem, tamen quia non vult quòd sua filia nubat meo filio, sumptus factos recuperabo.

d ¶*Exposuit.* s. in hospitali.

e ¶*Filio tuo desideranti.* subaudi tuo desideranti.

f ¶*Qui.* scilicet pater.

g ¶*Renitatur.* consentire. ¶Sed videtur quòd patria potestas sit soluta, & sic est contra. ǀ. de infantibus exposi. l. ij. & sic etiam citra consensum eius pater viri potest eam dare filio suo. quod quidam concedunt. Vel dic aliud in textu & libertatem quàm filio: vt in prædicta l.

Manumissor potest accipere in vxorem suam libertam. Bald. Vel sic. Patronus potest libertam suam in vxorem ducere, nisi sit in personis expresse prohibitis. Salyc.

XV. *Iidem AA. & CC. Tatiano*[*].

VXorem libertam suam manumissori, si † nō sit ex his personis[a] quę specialiter prohibentur, ducere non est interdictum: & ex eo matrimonio iustos patri filios nasci certissimum est.

IN AVTHENT. VT liberti de cetero. §. si quis autem. col. vj. constit. vj.

Nulla dignitas prohibet cum libertis nuptias contrahi. ratio est: quia redacti sunt liberti hodie ad ius ingenuorum. Bald. Vel sic: Hodie quilibet potest matrimonium contrahere cum liberto. Salyc.

SEd nouo iure nulla dignitas prohibet cum liberta[b] nuptias contrahi dotalibus[c] instrumentis confectis.

Hic ponitur vnus casus in quo alimenta pietatis causa data repeti possunt. Bald. Vel sic: Si pater qui filiam exposuit, non consentit nuptiis contrahendis cum filio nutritoris: tenetur impensam alimentorum soluere. Salyc.

XVI. *Iidem AA. & CC. Rhodoni.*

PAtrem qui filiā exposuit[d], hanc nunc adultam sumptibus & labore tuo factam, matrimonio coniungi filio[e] tuo desiderantis fauere voto conuenit: qui[f] si renitatur[g], alimentorum solutioni[h] in hoc solummodo casu parere debet.

Hæc lex ponit quæ sint personæ cum quibus matrimonium non consistit. Bald.

XVII. *Exemplum edicti Diocle. & Maximiani, Nobiliss. Cæsarum.*

NEmini † liceat contrahere matrimonium cum filia, nepote vel pronepte[i]: itémque cum matre, auia, vel proauia, & ex latere amita ac matertera, sorore, sororis filiā, & ex ea nepte: [præterea † fratris filia, & ex ea nepte] itémq; ex affinibus

h ¶*Solutioni.* regulariter[*] contra vt ǀ. de neg. gest. l. j. & ij. & ff. de cust. dic. inde. l. cum ii. §. pe.

N*Emini.*] CASVS. Hæc lex ponit inter quas personas nuptiæ sint prohibitæ. Et certè inter ascendentes & collaterales. Item inter affines. Viuia.

priuigna, nouerca, nuru, socru, cæterisq́ue quæ iure antiquo[k] prohibentur, a quibus cunctos volumus se abstinere.

Ponitur hic forma qualiter viduæ debent contrahere matrimonium, & qualiter virgines, & de quorum consensu. Aduerte tamen, quia ista forma non est substantialis quantum ad substantiam matrimonij, sed est quadam forma continens quandam iustitiam publicæ honestatis. Bald.

XVIII. *Imppp.* VALENTIN. VALENS. *&* GRATIA. *AAA. ad Senatum.*

VIduæ † intra quintum & vicesimum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia[l] non conueniant. Quòd si in conuentionis[*] delectu[m] mulieris voluntas patris repugnat sententię, & propinquorū: placet admodum (vt in virginum coniunctionibus sancitum est) habendo[n] examini auctoritatem quoq; iudiciariæ cognitionis adiungi: vt si pares[o] sint genere ac moribus competitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. Sed ne fortè hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impediant: si huius rei suspicio[p] præcesserit, eorum volumus auctoritatem iudiciúmque succedere[q], ad quos etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum peruenire non possit. Da. XVII. Kalend. August. Gratiano. A. II. & Probo Coss.

Inter consobrinos consistit matrimonium dicit Glos. iure Romano. sed non diuino: & ideo nati ex consobrina sunt incestuosi, & non succedunt, secundum Cyn. & Baldum.

XIX. *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. *AA. Eutychiano. P.P.*

CElebrandis inter consobrinos matrimonijs licētia legis huius salubritate indulta est,

i ¶*Pronepte.* & vsque in infinitum: vt instit. eo. §. j. & ff. eod. l. sororis. & l. nuptiæ consistere. adeo vt si[b] Adam viueret, non posset contrahere matrimonium, secundum Ioan.

k ¶*Antiquo.* nisi sint in septimo gradu: vt in decre. xxxv. quæstione. v. cap. progeniem. & c. consanguinitate. & c. in copulatione. & cap. nulli. ADDITIO. Hodie prohibitio solum extenditur ad quartum gradum inclusiuè. ea non debet. extra de consangui. & affin.

V*Iduæ.*] CASVS. Si mulier aliqua est vidua, & habēs patrem sit emancipata; vel in potestate patris, & est intra xxv. an. si vult cōtrahere nuptias, debet contrahere cum patris voluntate. Sed quid si filia vidua vult sibi eligere vnum maritum pater vult alium? Certè si æquè bonus sit ille quē vult eligere mulier, sicut pater, stabitur iudicio mulieris. Sed quid si mulier vidua non habeat patrem, & tractatur de eligendo mulieri maritum: quorum consensus requiratur, quæritur? Respon. Agnatorum & cognatorum qui non sunt ei successuri ab intestato: quia isti non videntur suspecti. Viuia.

l ¶*Sententia.* id[c] est scientia. non autem consensus est necessarius. Vel dic quòd est consilium quod hæc lex dicit, cū emancipata sine patre possit hoc facere: vt ff. e. l. filias emancipatas. & de contra tab. l. si. §. si emancipatus. & arg. ǀ. eod. l. in coniunctione. sic est ǀ. de iure emphy. l. fi.

m ¶*Delectu.* i. deliberatione. alias, delectum.

n ¶*Habendo examini.* i. ad habendum examen.

o ¶*Pares.* si vero impares, potiorus debet ei dici vt meliorem eligat.

p ¶*Suspicio.* sic & infra vbi pupi. edu. l. j. & ij. & 3. titu. j. authent. sed iam necesse est.

q ¶*Succedere.* id est ad liberationem admitti.

C*Elebrandis.*] CASVS. Licet inter ascendentes & descendentes & collaterales nuptiæ sint prohibitæ: tamen inter consobrinos nuptiæ sunt permissæ. Sunt autem consobrini ex duobus fratribus nati: sicut consororini ex duabus sororibus nati. Hæc lex

Marginal notes: * Tatiano. † In generali regula permittente, non cōtinentur casus specialiter prohibiti. * Ex Cod. Grego. lib. 3. titul. de nup. vt notatur in frag. veteris iuris. † Inclusa desunt in Gregorio. a Exponentis ferunt: & filium differentia. Ille dominicam potestatem amittit: pater patriam potestatem amittit. a Alimenta pietatis causa praestita regulariter non repetuntur. b Nuptiæ prohibitæ in infinitum inter ascendentes & descendentes. † C. T. ... c alias, conditionis. & alias coniunctionis. ... d Nuptias cōtrahere sine patre potest filia emancipata.

hodie non seruatur iure canonico. Viu.

a ¶ *Auctoritate.* quæ idem quod hæc lex statuebat.

b ¶ *Fomenta.* quæ erant media iuris prudentia.

c ¶ *Fratribus.* hi sunt patrueles

d ¶ *Sororibus.* hi sunt consobrini *vt insti. de gradi. §. quarto gradu.*

e ¶ *Legitimi.* hoc est verum iure[a] fori. *vt hic. & ff. eo. l. vlt. & l. non solum §. 3. & instit. eo. §. duorum.* sed non iure poli. vt *xxxv q. 3. cap. cum igitur.*

a Inter consobrinos iure fori valet matrimonium, non iure poli.

vt reuocata prisci iuris auctoritate, restrinctisq; calumniarum fomentis[b], matrimonium inter cōsobrinos habeatur legitimū, siue ex duobus fratribus[c], siue ex duabus sororibus[d], siue ex fratre & sorore nati sunt: & ex eo matrimonio editi, legitimi[e], & suis patribus successores habeantur. Dat. Stilicone. II. & Anthemio Coss.

In matrimonio per filiam contrahendo patris expectatur arbitrium, suisque consensus exigitur. sed si patre caret, matris & propinquorum est iudicium requirendum: quibus non extantibus, si puella curatorem habet, ipso & propinquis adsistentibus, si puella cultu verecundiæ sponsum sibi non eligit, indictest deliberare permissum. Bal.

I*N coniunctione.*] CASVS. Si filia quæ est in potestate patris, vult contrahere nuptias debet contrahere cum voluntate patris. sed si est sui iuris & est destituta patre & matre, non requiritur consensus eorum, sed suiipsius. sed si non vult declarare suū arbitrium, tunc recurritur ad propinquos. Viuia.

f ¶ *Ipsius.* patrisfamilias.

A*Caligato.*] CASVS. Nedum plebeij possunt contrahere nuptias sine dotalib. instrumentis, imò & milites.

g ¶ *A caligato.* caligatus dicitur ille, qui habet ocreas ferreas.

h ¶ *Protectoris.* id[b] est peditis, qui tegit & protegit armatos milites. 3 Vel caligatum[c] vocat, id est infimum & obscurum: vt *in authen. qui. mo. natura. effi. legiti. §. quisquis. collat. vj.* Protector[d] ergo erit maior quasi dicat à minore vsque ad maiorem. 3 Vel tertio, est militia pedestris, & equestris. Pedestres[e] milites dicuntur, qui habent caligas de corio: & hi dicuntur[f] caligati milites. Equestres[g], qui in equis vadunt. ¶ Et not. quod hodie est ius generale quod hæc lex dicit, vt sine solennitate scripturæ & aliorum quæ dicuntur j. l. proxi. contrahatur matrimonium. Acc.

b malè. Protectores sunt qui protegen. di corporis Imperatoris custodiam gerent, vt l. de domesticis & protectoribus lib. 12.

c Caligatus miles ... vel obscurum ...

d Protector quasi dicatur ...

e Pedestres milites qui d... dicuntur.

f Falsum. Nec enim caligati ... qui habet caligas ... Accursius. Caligula ... Caligula di... l. tacit. & Suetonio.

g Equestres milites qui.

S*I donationum.*] CASVS. Quidam contraxit matrimoniū cum aliqua muliere, nec donauit ei ꝑpter nuptias, ne fecit fieri dotale instrumentum, & pōpam nuptiarum dimisit: propterea non deficit matrimonium, & nihilominus liberi suscepti erunt legitimi. Viu.

i ¶ *Instrumenta.* sic & *supra eo. l. neque sine. & infra de repud. l. iubemus. & in authentic. vt l. ma & ... §. quia vero dudum.*

* Id est ab infimo vsque ad supremū militiæ gradum. nam caligatus miles, primo gradu fiebat.

Dictio à, includit terminū à quo: & dictio vsq;, includit terminum ad quem. h. d. vel sic: Dictio à, & dictio vsque, ponuntur inclusiuè. nā includunt suas extremitates: vt hic dicit Oldra. ergò hac. l. à caligato milite vsque ad protectoris personam inclusiuè sine aliqua solennitate scripturarum matrimonium est permissum. Bal. Vel sic: Milites etiam caligati sine antiqua solennitate possunt nuptias contrahere. Salyc.

XX. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *ad Theodorum præfectum prætorio.*

IN coniunctione filiarū in sacris positarum, patris expectetur arbitriū. Sed si sui iuris puella sit, intra quintum & vicesimum annum constituta: ipsius[f] quoque adsensus exploretur. Si patris auxilio destituta: matris & propinquorum, & ipsius quoque requiratur adultæ iudiciū. Si vero vtroque orbata parente, sub curatoris defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonij oriatur fortè certamen, vt quæratur cui potissimum puella iungenda sit: si puella cultu verecundiæ propriam noluerit voluntatem depromere coram positis propinquis, iudici deliberare permissum est cui melius adulta societur.

XXI. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. BASSO *præfecto prætorio.*

A Caligato[g] * milite vsque ad protectoris[h] personam sine aliqua solennitate matrimoniorum liberam cum ingenuis dumtaxat mulieribus contrahendi coniugij permittimus facultatem.

Pompa matrimonij non facit adesse matrimonij. Bald.

XXII. *Idem AA.* Hierio. P. P.

SI donationū[i] ante nuptias, vel dotis instrumēta[i] defuerint, pompa[k] etiam, aliáque nuptiarum celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse, rectè aliàs inito matrimonio, firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege impediente consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum † fide firmatur Dat. X. Kalen. Mar. Constantinop. Felice & Tauro Coss.

k ¶ *Pompa.* id est conuiuium familiare. Accur.

I*Mperialis.* Diuiditur in tres partes grossas. Primo ponit procemium. Secundo ponit statutum. Tertio concludit. Iaco. de Are. Bald. CASVS. Sicut Deus miseretur hominibus, ita princeps vult prouidere subiectis, & eis misericordiam impertiri. dicit ergo quod si mulier in meretricio degens pœnitere voluerit: poterit postea nubere cui voluerit, dum tamen interuenerit dotalia instrumenta: nec vocabitur postea scenica, & filij nati legitimi erunt, & succedent ex testamēto vel ab intestato. nec non cet eis si non nubant ex quo eis permissum est nubere: quia eis filij postea suscepti succedunt. & licet mulier non petat priuilegium, sed à principe ei cōcedatur, munda erit: & filiæ postea susceptæ scenicæ non dicentur: sed iam natæ impetrare possunt priuilegium, & nubere cuicunq; voluerint, interuenientib. instrumētis filiæ etiam natæ ex ea quæ in meretricio vsq; ad mortem perseuerauit, post mortem matris poterunt priuilegium impetrare. Item contrahi potest matrimonium inter dispares: quia clarissimus poterit accipere spectabilem in vxorem, si interueniant dotalia instrumenta. Item hæc. l. locum habet in præteritis negotiis. Viu.

l ¶ *Ad eam.* meliorem conditionem.

m ¶ *Respicientes.* scilicet mulieres.

n ¶ *Nam ita.* scilicet sublevando lapsus mulierum, sicut & nostros lapsus Deus miserator subleuat.

o ¶ *Imitari.* Not. quod dicit imitari[a] nimiam, aliàs diuinam clementiam, id est Dei. quod ideo dicit, quia in sola[b] pietate possumus esse Deo pares: sicut dicitur, sola Deos æquat clementia nobis. *sic & in authen. vt lic. sine quoque suffra. itaque. col. ij. & infra de dona. inter vi. & ux. l. fin. §.*

p ¶ *Itaque.* suspensiua est constructio vsque illuc, præsenti sanctione &c.

q ¶ *Nati essent.* vt *s. de nata. resti. l. quarta.*

r ¶ *Scenicis.* quæ dicantur scenicæ, dicitur in *authen. scenicas non sonam, &c. collatio. v.* scilicet prostitutæ hic autem licet de eis tractatur intendat, tempera-

Clementia decet principem. restitutio natalibus omnem abstergit maculam. infectio parētum inficit filium post conceptum. inter pares etiam sine dotalibus instrumentis consistit matrimonium. hoc dicit lex ita longa. Iacob. de Are. Bald.

XXIII. *Imp.* IVSTINIAN. A. *Demostheni præfect. præt.*

IMperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicantes, vt omni tempore subiectorum cōmoda tam inuestigare, quàm eis mederi procuremus: lapsus quoq; mulierum, per quos indignam honore conuersationem imbecillitate sexus elegerit, cōpetenti moderatione subleuandos esse censemus: minimeq; eis spem melioris conditionis adimere: vt ad eam[l] respicientes[m], improuidam & minus honestā electionē facilius derelinquant. Nam ita[n] credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanū nimiam clementiam (quantum nostræ naturæ possibile est) imitari[o], qui cottidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiam facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. Itaque[p] cum iniustum sit †, seruos quidem libertate donatos posse per diuinam indulgentiam natalib. suis restitui, postque huiusmodi principale beneficium ita degere, quasi nunquā seruissent, sed ingenui nati essent[q]: mulieres aūt quæ scenicis[r] quidem

de Ind. sequ. ... dis gradibus ... ad summum protectorum gradum ... hebatur ... purpuram ... & historia ... C. T ... Pars I. ... C T. ...

† In contrahendis nuptiis amicorum ... ad multum pod... quod ... corum ... plura apud ... semper. ...

a Imitari diuinæ ... clementia.

b Pietas ... Deo ... dit.

† Quaedam ... stam ... quae ... dat.

vis

uit tñ vocabuli significationẽ, carũ turpitudinẽ supprimere volens. aliàs enim dicunt̃ scenicæ, quæ ludunt in scena: & illæ etiam sunt infames: & de eis etiã posset dici hic loqui: *vt ff. de his qui not. infa. l. j. §. fi.*

a ¶ *Scitis*. id est, statutis.

b ¶ *Dignitate* sibi data.

c ¶ *Alio modo*. putà data patri, scilicet dignitate: vt quia ille senator: & hic sit filius senatoris.

d ¶ *Dotalib*. i. nuptialib. nam & [a] sine dote potest esse matrimoniũ: sed nõ econtra: *vt ℸ. de dona. ante nup. l. fi.* tutius est tamẽ aliquid (licèt modicum) in dotem dari.

e ¶ *Omni macula*. ¶ No. arg. ꝙ testis sit admittẽdus licèt prius fuerit infamis, [b] si accepit pœnitentiam: quod quidam concedunt: *& pro eis in decreti. xxij. quæstio. j. quod dixi & capi. apud. & in Lõbarda de periur. capi. fin. l. ij.* Sed Ioan. contra. *argu. ff. de re milit. l. qui cum vno. §. ignominia. & ff. de ritu nupt. l. palã. §. non solum* & pœnitentia quoad Deum, non quoad mũdum vel solũ principẽ valeat, sibi data. ADDITIO. Videas de hoc in capi. testimonium. cum ibi notatis per glos. & docto. extra de testibus.

f ¶ *Vocabulum*. sic ℸ. *de fer. l. à nullo.*

g ¶ *Distulerint*. idem & nunquã venerint. sic & ℸ. *de condic. ob cau. l. si repetendi*. sic ergo latè interpretat̃ concessio. [c] sic & *ff. de consti. pri. l. fin. & ff. de re iudica. l. quidã consulebat. & ℸ. de bo. vacan. l. siquando. ℸ lib. x.* prædictam autẽ interpretationẽ licet facere etiã si iurauerit contrariũ, Vnde sequit̃ authent. Quod eis &c. Quæ est ex corpore, Scenicas &c. colla. v.

QVod eis.] CASVS. Hæc authent. non corrigit l. codicis, sed addit ei: vnde lex codicis dicebat quòd mulier impetrabat vt posset contrahere nuptias interuenientibus dotalibus instrumentis. hæc authenti. dicit, quòd si mulier scenica iurauit nõ relinquere illam vitam, & vult postea pœnitere, põt hoc facere, nec deserẽdo illã vitam peierauit: q a tale sacramentũ est illicitũ. Viuia.

h ¶ *Quod eis*. aliàs eis. & aliàs his.

i ¶ *Permittitur*. Sic aliàs ex permissione legis deserit̃ sacramentũ, ratione pietatis: *vt ff. de obse. l. nullum.* & aliàs ratione Codex.

* aliàs non nullam.

a Matrimoniũ potest esse sine dote: dos verò sine matrimonio esse non potest.

b Verum infamis pœnitentia acta testis esse possit. Accursius hic negat posse, *similiter Ole. in . . . §. L. . . . in verbo impone. ff. de testibus.* adde de infami. Gl. *Nouell. gl. in verbis si qua omnino.* Porro à quibus infames arceãtur. *adde Gls. in d. l. ij. de infamibus libro 10.*

* subiecta lege, &c.

c Concessiones latissimam admittunt interpretationẽ.

Iuramentum iustis ex causis negligi potest.

ludis sese ante immiscuerunt, postea verò spreta mala cõditione ad meliorem migrauere sententiã, & inhonestam professionẽ effugerunt, nullã * spẽ principalis habere beneficij, quod eas ad illũ statũ reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatũ esset, cõmorari potuerũt.

Scenicæ mulieres ad frugẽ melioris vitæ reuertẽtes, possunt impetrare à principe vt eis liceat cũ cæteris matrimonium cõtrahere: quo impetrato, ad pristinũ statũ intelliguntur reducta: & nomen scenicarũ desinũt habere, & matrimoniũ cũ eis potest contrahi impunè: & filij ex eis nati erunt legitimi: possunt tamen etiam post impetrationem à contrahendo se abstinere. Sal.

Præsenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea * lege condonamus, vt si derelicta mala & inhonesta conuersatione cõmodiorẽ vitã amplexæ fuerint, honestaríq; sese dederint: liceat eis nostro supplicare numini, vt diuinos afflatus sine dubio mereantur, ad matrimoniũ eas venire permittentes legitimũ: his, qui eis cõiungendi sunt, nullo timore tenẽdis, ne scitis [a] præteritarũ legũ infirmũ esse videat̃ tale coniugiũ, sed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla præcedẽte inhonesta vita vxores eas duxerint: siue dignitate [b] præditi sint, siue alio modo [c] scenicas in matrimoniũ ducere prohibeant̃: dũ tamẽ dotalibus [d] omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probet̃ coniugium. Nã omni macula [e] penit° direpta, & quasi suis natalib° huiusmodi mulieribus redditis, neq; vocabulũ [f] inhonestũ eis inhærere de cætero volumus, neque differentiam aliquã eas habere cũ his quæ nihil simile peccauerunt: Sed & liberos ex tali matrimonio procreandos, suos & legitimos patri esse: licèt alios ex priore matrimonio legitimos habeat: vt bona eius tam ab intestato quã ex testamẽto, isti quoq; sine vllo impedimẽto percipere possint. Sed & si tales mulieres post diuinũ rescriptum ad preces earũ datũ, ad matrimoniũ venire distulerint [g], saluam eis nihilominus existimationem seruari præcipimus eã in alijs omnib°, quàm ad transmittendam quibus voluerint suam substantiam; & suscipiendam competentẽ sibi legibus ab alijs relictam, vel ab intestato delatam hereditatem.

IN AVTHENTIC. scenicas non solum si fideiussores. §. ij. col. v. consti. iiij.

Ista authe. continuatur ad l. C. hoc modo: Dictum est supra in l. Codicis, quòd scenicæ pœnitentes possunt supplicare principi vt eis restituat famam, vt possint nubere honestis personis. Nunc dubitatur quid si illa mulier iurauerit semper permanere in illo vitio & in illo opprobrio & libidinis infamia, nunquid iuramẽtum impediat quin possit priuilegiũ impetrare? Determinat quòd iuramentum non valet, quia est illicitũ & dicitur quod potius est puniendus ille qui exigit tale iuramentum, quàm illa quæ iurat. Bald.

QVod eis [h] permittitur [i] etiam si iurauerint in tali professione se perseueraturas: quia legibus expressum est illicitè rei iusiurandum seruari nõ oportere: & pœna [k] periurij, si qua est, in eum conuertenda est, qui exigit.

Finis authentica. Sequitur textus Codicis.

Qui consequitur dignitatem, tacitè videtur restitutus ad famam. Baldus. Vel sic: Si mulieribus scenicis vel quibuscunque alijs imperator dignitatis titulum concessit, videtur cum omni macula & impedimento dispensare. Salyc.

Similes verò tale merentibus [l] ab imperatore beneficiũ mulieribus, illas etiam esse volumus, quæ dignitatem [m] aliquam habent [n], etsi non serenissimo principi supplicauerint, vltroneam [o] tamen donationem [p] ante matrimonium meruerint. ex qua dignitate & aliam etiam omnem maculã per quã certis hominibus legitimè coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet [q].

Non dicitur scenica filia, quæ concepta est abstersa macula, sed tantũ illa, quæ nata est vigente macula. Bald. Vel sic: Filia nata post priuilegiũ matri cõcessum, illo potiũtur priuilegio: non prius natæ, nisi pro illis fuerat supplicatũ. Salyc et.

His illud adiungimus, vt & filiæ huiusmodi mulierũ, si quidẽ post expurgationẽ prioris vitæ matris suæ natæ [r] sint: non videant̃ scenicarũ esse filiæ, nec subiacere legibus quæ prohibuerunt filias scenicarũ certos homines in matrimoniũ ducere. Sin verò antè procreatæ sint, liceat eis preces offerẽtibus inuictissimo principi, sacrũ sine obstaculo vllo mereri rescriptũ: per quod eis ita nubere pmittat̃, quasi nõ sint scenicæ matris filiæ: nec iã phibeant̃

tacitæ cõditionis: *vt ℸ. de non nu. pecu. l. fin.* Item & alias quia cõtra leges fiat: *vt ℸ. de legibus & constitut. l. non dubium. & ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. §. fina. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. & generaliter.* & aliàs habes. Melius est vota stultæ promissioni non implere, quã crimen admittere. Item tolerabilius est iuramẽtum non implere, quàm turpiter facere: *vt in decre. xxij. quæstio. iiij. cap. j. & cap. vnumquodque.*

k ¶ *Pœna*. decem librarũ auri: *vt ℸ. ea. authẽ.* ¶ Et nos. quòd * tria debet continere iuramentum, veritatẽ, iustitiã, & iudiciũ. quorũ si quod defuerit, periurus est qui facit: *vt xxij. quæstio ij. animaduertendum.* at hic nulla fuit discretio, nullum iudiciũ. de hoc dicitur extra de iureiuran. & si Christus.

l ¶ *Similes merentib*. ad sui petitionem.

m ¶ *Dignitatem*. à principe sibi datam.

n ¶ *Habent*. per priuilegium principis.

o ¶ *Vltroneam*. scilicet sine administratione. nã cũ administratione non possunt habere: *vt ff. de reg. iuris l. ij.* nisi fortè diceret, nõ [b] obstante lege aliqua. Et erit exẽplum quãdo sine administratione, quia concessit ꝙ esset illustris vel similis: *vt ff. de sena. l. fi.*

p ¶ *Donationem*. id est, [c] concessionem dignitatis. sic & dicit̃ donari libertas *vt insti. de lib. §. j.*

q ¶ *Penitus oportet*. ¶ar. ꝙ hoc ipso ꝙ concedit̃ dignitas, [d] videt̃ remitti infamia: cũ omne id per quod peruenit̃ ad illud videtur esse remissum: *vt ℸ. de dignit. l. ij. lib. xij.*

r ¶ *His illud.* } *Natæ sint.* ¶ argu. quòd non est dicendus sacerdotis filius

a Iuramẽtum hæc tria continere debet, veritatem, iustitiã, iudiciũ.

b Clausula, nõ obstante lege.

c Donari pro concedi.

d Infamiam remisisse intelligitur, qui dignitatem concessit.

a ¶*Donatio.* hoc immutatur ☞. *eo l. cum veterum & l. si à sponso.* Vel dic vno de prædictis modis duobus intelligi hanc legem.

S*I mater.*] CASVS Mater sponsæ sponso filiæ suæ donauit prædia, & cum in vacuam possessionem induxit. postea secutæ fuerunt nuptiæ, sed tandem diuortio solutæ. nunquid mater poterit illam donationem reuocare? Certè non. & hoc est verùm in sponsalitia largitate: secus in donatione propter nuptias.

b ¶*Si mater.* expone hanc legem vt dixi supra *l. proxim. & facit supra de condictione ob caus. dat. l. si repetend. & ff. de vsur. l. cum quidam. §. diuus. & ff. de condictio. cau. dat. l. j.*

c ¶*Marito.* nam socrus donat genero, sed[a] non socer: vt *ff. de donationib. inter virum & uxorem. l. iij. §. socrui. & l. cum hic status. §. oratio. & infra de dona. inter vir. & vxo. l. si te.*

D*E rebus.*] CASVS. Spōsus aliquis res sponsæ donauit. postea cœpit sponsus creditores habere. nūquid creditores poterunt res illas à sponsa reuocare? Resp. quòd non, si nullo tempore eas obligatas habuerunt.

d ¶*Minimè possunt.* quia heredes, nō successores in rem personali actione conueniuntur: vt s. *de heredit. vel actio. vendi. l. fin. & infrà de donat. l. æris. & infra de iure dot. l. licet dos.* hoc verum, nisi ante esset eis obligatum: ut hic, & ☞. *de dona inter vir. & uxor l. si quidem* & in alio, scilicet quando in fraudem eorum esset facta: vt ☞. *de reuoc. his quæ in fraud. cred. l. ij. & ff. quæ in fraudem cred. l. fina. §. j.*

S*I consentiente.*] CASVS. Sponsus filiæ meæ de cōsensu matris suæ mancipia matris in sponsam contulit. secutis nuptiis eadem mancipia inæstimata recepit in dotē. decessit maritus, & ei mater extitit heres. mater vult offerre mācipiorum æstimationem, & ea reuocare. poteritne? Certè non. Acc.

e ¶*Matre sua.* cuius erāt mancipia: & ideo eius exigitur consensus.

f ¶*Non æstimatis.* aliàs æstimatio repeteretur: vt ☞. *de iure dot. l. quotiens. & l. cum dotem.*

g ¶*Improbè.* restituet ergo mācipia mater spōsę matri sponsi, non eorum precium.

h ¶*Recusat.* repetit ergo sponsa: vt *hic. & ff de Publici. l. cum sponsus in princ.* Item ad id quod, consentiente, facit *ff. de euict. l. quidam.*

C*Vm veterum.*] CASVS. Olim si sponsus dabat sponsæ, valebat donatio, etiam si non fuerit completum matrimonium. hodie si spōsus donat spōsæ, vel econuerso, semper intelligitur dare sub conditione, si matrimonium sequatur. Sed si sponsus donat sponsæ, & parentes sponsi nolunt perficere matrimonium, tunc sponsa non tenetur restituere donationē quam accepit, sed promissam petere potest. Si verò pater sponsæ noluerit vt perficiatur matrimonium: tunc sponsus & heredes spōsi repetere poterūt quod donatum est. Idem obseruetur quando sponsa donat sponso. Acc.

*Timotheo & Deo imæ. al. Leontime.

† Donationes factæ mulieri & consanguineis mariti, manēt mariti per cōsanguineos mulieris factæ, et iuuenda heredibus mulieris adde Bar. in l. si pla. res. §. arrogato ff de vulgari.

a Donare socrus genero, at non socer potest.

† Alexandriæ.

† Priuatus agens hypothecaria contra donatarium debet probare hypothecā præcessisse donationem, vt hic. quod fallit in fisco, qui non probat, sed donatarius, tenetur prius donationem, quàm obligationem l. si prius ☞. de iure fisc. & Cerseti singulare ... hypothecaria. ... ad hi singulare ex Bartol. Cyn. Salyc. Angel. Alexā. Idem ... apud Roman. singul. 1...

* Aurelio.

didit: eo quòd ab hostibus postea interfectus est, irrita donatio[a] fieri non potest.

Quod simpliciter donatur, simpliciter valet. Bald. Vel sic: Donatio facta à socru si perfecta est, non reuocatur. Salyc.

XII. *Iidem AA. & CC. Timotheæ[*] & Cleotimæ.*

SI † mater[b] vestra filiæ suæ sponso vel marito[c] prædia sine vlla repetendi lege donauit: & cum in vacuam possessionem induxit: nuptiis diuortio solutis perfecta non dissoluitur donatio.

Sponsus rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare non potest. Baldus. Vel sic: Creditor agens contra donatarium hypothecaria, debet probare suam hypothecam tempore præcessisse. si ergo non apparet vtrum res fuerit prius donata Titio, quàm obligata Seio, Seius agens hypothecaria succumbit: quia non probat rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. Bald. Vel sic: Creditor agens hypothecaria, debet probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. Saly.

XIII. *Iidem AA. & CC. Alexandro†.*

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis, creditores mariti facti, si non prius obligatas eas sibi probent†, eam conuenire minimè possunt[d].

Mater consentiens donationi rei suæ venire contra non potest etiam precium rei offerendo. Baldus. Vel sic: Filius potest donare res matris ea consentiente: & donatio sponsalitia potest retro in dotem dari: nec mater volens precium dare, auditur. Salyc.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Aureliæ.[*]*

SI consentiente matre sua[e] sponsus filiæ tuæ mancipia donauit, & his acceptis in dotem non æstimatis[f], in matrimonio post decessit: mater eadēmque heres eius pretium offerens, restitutionē eorum improbè[g] recusat[h].

Donatio inter sponsos præsumitur esse largitas sponsaliorum: & matrimonio non secuto donatum redditur donatori: nisi per ipsum donatorem steterit quòd matrimonium non sequatur. Bald. Vel sic: Simplex donatio sponsalitia intelligitur hodie ob causam futuri matrimonij facta: & is per quem steterit ne matrimonium fiat, non repetit quod dedit: & etiam sibi datum restituit. Salyc.

XV. *Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Maximum præfect. vrbi.*

CVm[*] veterum sententia[i] displiceat, quæ donationes[k] in sponsam nuptiis quoque non secutis decreuit valere: ea quæ largiendi animo inter spōsos & sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus: vt siue adfinitatis[l] coëundæ causa, siue non ita[m], vel in potestate patris degētes, vel vllo modo proprij iuris cōstituti, tāquam futuri causa matrimonij aliquid sibi ipsi[n], vel consensu parentum mutuo largiantur: si quidem sponsus, vel parentes† eius sortiri filium noluerint[o] [*] vxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditū: & si quid apud donatorem resedit[p], ad sponsam & heredes eius summotis ambagibus trāsferatur[q]. Quod si spōsa, vel is in cuius agit potestate causam non contrahendi matrimonij præbuerit: tunc sponso eiúsque heredibus sine aliqua deminutione per condictionem[r], aut per vtilem actionem in rem[s] redhibeātur. Quæ similiter obseruari oportet & si ex parte sponsę in sponsum donatio facta sit. Da. XVI. Kal. Septemb. Romæ Constantino A. V & Licinio Coss.

Dictum est suprà in lege præcedenti quando per pœnitentiam matrimonium non contrahitur: sequebatur videre quid iuris quando per casum. & nunc determinat hæc lex, quòd quando sponsus donauit sponsæ, & non interuenit osculum, repetitur omne datū: sed si interuenerit osculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur sponsa ratione osculi. Bal.

i ¶*Cum veterū sententia.* quæ deprehenduntur supra eodem. *leges si sine. & l. si tibi.* ideóque illæ ad hanc tradendæ sunt. nam per has duas leges Constantini debemus intelligere omnes alias leges istius tituli quæ indistinctè dicunt valere, & non reuocari donationes inter sponsos. Alij dixerunt quòd aliæ leges huius tituli loquuntur quādo causa liberalitatis tantùm, & non matrimonij, facta est donatio. prima placet secundùm Irne. Item nota quòd hæc lex loquitur quando stat per alterum. si verò per neutrum, tunc loquitur supra eodem. *leg. si tibi res.* Item & loquitur hic vbi non est ex mera liberalitate donatio, sed contemplatione matrimonij: quod semper præsumitur, nisi in contrarium sit actum.

k ¶*Donationes.* scilicet factas.

l ¶*Adfinitatis.* id est, matrimonij[a]: quod non est adfinitas, sed causa adfinitatis. vt *ff. de gradi. bus cogn. l. non facilè. §. adfines.*

m ¶*Siue non ita.* id est, dicere, siue nominatim expressit causa matrimonij se dare, siue non.

n ¶*Sibi ipsi.* cum sui iuris sunt.

o ¶*Noluerint.* sine causa.

p ¶*Resedit.* de his quæ se daturum obligauit.

q ¶*Transferatur.* condictione ex hac lege.

r ¶*Per condictionem.* ex hac lege.

s ¶*In rem.* quæ[b] oritur ex tacito pacto. Tacitè enim videntur paciſci de reddendo si matrimonium non sequatur per factum accipientis. sic & *ff. de iure dot. l. stipulationem.* sicut[c] pro expresso nasceretur: vt ☞. *de donat. quæ sub mo. l. j. & ij.* Accur.

S*I à sponso.*] CASVS. Si spōsus dedit sponsæ, distinguitur: aut interuenit osculū, aut nō. Primo casu si moriatur sponsus vel spōsa, medietas rerū donatarū remanet penes spōsā, medietas penes heredes. in secūdo casu nō valet donatio, siue spōsus siue spōsa moriať.

* C. T. 3. 5. 2.

† al. pacte eius sortiri filium noluerit.

* noluerit.

a Matrimonij non est adfinitas, sed causa adfinitatis.

b Actio in rem ... pactis, ... ex pacto, & quidem tacito.

c Pacti taciti & expressi similitudo.

Sed

¶Sed quid ecótra si spōsa donauit spōso: quod rarò accidit. Certè hoc casu si interuenerit osculū, vel nō, solida donatio reuocatur.

a ¶*Osculo*. quod mulier[a] dicitur dare non accipere: & gratia viri non mulieris interuenit. Accursius.

b ¶*Iure*. ciuili, vel prætorio.

c ¶*Non interueniente*. vel interueniente quidem: sed fuit illicitum, matrimonio non secuto iuris prohibitione.

d ¶*Raro accid t*. quia[b] auara est. auarissimū[c] enim genus est mulierū vt *ff. ad Velle. l. sed si ego. in fi. & ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si stipulata. §. j.* & quia sagacior: vt *j. de his qui ve. æta. impe. l. j. §. fœminas.*

a Donatio facta à sponso sponsæ matrimonio non secuto penitus rescinditur, si osculum non intercessit: si intercessit, pro parte dimidia. Donatio verò facta sponso à sponsa, nō secuto matrimonio, tota rescinditur: siue osculū intercessit, siue non intercessit. Quo in re magis fauetur spōsæ quā sponso. v. *Campeg. 2. de dote. q. 89.*

* *C. T. 3. 5. 5.*

b Osculū dare mulier intelligitur, non accipere.

c Donant rarò mulieres siue vxores, siue sponsæ. v. *Campeg. de dot. par. 2. q. 79.*

d Auarissimū gen[us] mulierum.

* Ecce hic magis fauetur mulieri quàm viro, contra l. *sammultum ex his ... ff. de leg.* Similis fauor mulieri est in *l. 2. C. de his qui ven. ata. impe.*

* Facundo recitius in C. Th.

M*Inoribus.*] CASVS. Mulieri minor xxv. annis patre destituta, recepit donationem tantæ quantitatis, quæ requirebat insinuationem: nunquid donatio iusta sine insinuatione facta valebat? Certè sic. Accursius.

e ¶*Donatione*. licet sit vitra. ccc. solidos: vt *& j. de donatio. l. sancimus. §. alias verò.* secus si esset maior: vt *hic, & j. de iur. do. l. fi. §. simili.* Sed hodie idem si esset maior: quia si pacta lucri cedant parti mulieris, non nocet insinuatio omissa: sed econtra nocet viro ad lucrum dotis: vt *j. in auth. ex decursum est.*

S*I liberas.*] CASVS. Paterfamilias habuit primam vxorem, & ex ea suscepit liberos, & dotem lucratus est ex pacto. vxore præmortua nunquid tenetur seruare dotem liberis primi matrimonij? Certè non, si non conuolat ad secundas nuptias. Idem econtra est in muliere, cui donata est donatio propter nuptias à viro. Accursius.

* *C. T. 3. 5. 8.*

f ¶*Ex donatione*. ad se reuersa. vt debet: quod est no. per l. istam quia sicut[a] dos ad mulierem, ita[g] donatio ad virum redit soluto matrimonio: vt *hic dicitur*. Item dubitatio legis erat secundùm quosdam: quia si vir lucraretur dotem ex pacto, teneretur seruare. sic ex morte mulieris lucrari videtur donationem, sed certè magis videtur rehabere suam sic econtra dicas in muliere. Acc.

e Dotis & donationis propter nuptias similitudo.

f Dos ad mulierem redit soluto matrimonio.

g Donatio propter nuptias soluto matrimonio ad virū redit.

g ¶*Nihil*. cum habeat alia bona ex quibus potest relinquere vnicuique filio tantum, quantum dat secundo viro in dotem. & sic soluitur contrarium quod est. *j. de secun. nup. l. hac edictali. in prin.* Aliud autem si apud maritum aliquid ex dote remaneret, vel apud vxorem ex donatione. quia seruare cogeretur: vt *j. de secun. nup. l. fœminæ.*

XVI. *Idem A. ad Tiberianum vicarium Hispaniarum.*

SI à sponso[a] rebus sponsæ donatis interueniente osculo[a], ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitē pertinere præcipimus, dimidiā ad defuncti vel defunctæ heredes, cuiuslibet gradus sint, & quocunq; iure[b] successerint: vt donatio stare pro parte dimidia, & resolui pro parte dimidia videatur. Osculo† verò non interueniente[c], siue sponsus siue sponsa obierit, tota infirmari donationem, & donatori sponso vel heredibus eius restitui.

Quòd si spōsa, interueniente vel nō interueniente osculo, donationis titulo (quod raro accidit[d]) fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hunc vel illā mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricē sponsam, siue eius successores, donatarū rerū dominium transferatur. Acce. XIII. Kal. Maij, Hispali. Nepotiano & Pacato* Coss.

Minor in potestate patris constituta, maximè si patris auxilio est destituta, puta quia pater abest: non tenetur insinuare donationem ante nup. Bald. Vel sic. Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, non indiget insinuatione. Salyc.

XVII. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Hierio. P. P.*

MInoribus† ætate fœminis, etiam actorum testificatione in ante nuptias donatione[e] ad eas facta, omissa: si patris auxilio destitutæ sint, iustè consulitur, vt firma donatio sit. Dat. X. Kal. Mar. Constantinop. Tauro & Felice. Coss.

Licet pater transeat ad secunda vota, vel etiam mater: non tenentur tamen reseruare filiis primi matrimonij donationem propter nuptias quam recuperauerit pater: nec dotem quam recuperauerit mater soluto primo matrimonio. Vel sic: & breuius: Quod ad alterum ex coniugibus reuertitur de eo quòd dedit, non tenetur filiis primi matrimonij reseruare. Bald. Cuiac. ait Accursium optimè in hanc legem commentatum.

XVIII. *Imp.* ZENO A. *Sebastiano præfecto prætorio.*

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secūdas migrauerit nuptias, vel non migrauerit: nihil omnino filiis prioris coniugij ex donatione[f] ante nuptias, quam ipse, vel alius pro ipso vxori quōdam eius matri communium liberorū donauerit, seruare cogitur: quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nuptias, multóque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil[g] eisdem filiis ex dote quam patri eorum ipsa, vel alius pro ea obtulerit, seruare compellitur.

Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de nouo augeri, & de nouo constitui, & pacta de nouo apponi, vel vetera prorogari: & hypotheca ex die augmenti contrahi: & econtra: ita possunt dos & donatio minui, nisi ista deminutio fieret in fraudem filiorum primi matrimonij. Bal. & Salyc.

XIX. *Imp.* IVSTINVS A. *Archelao P. P.*

SI constante matrimonio cōstituū augēdæ dotis inierit vel vxor fortè, vel eius nomine quilibet alius: nihilo minus marito quoq; liceat, seu pro marito cuilibet alij, tāto donationem ante nuptias additamēto maiorē facere, quando dotis augetur titulus. Nec obsit huiusmodi munificētiis interdictas esse[h] liberalitates tēpore nuptiarum. Indulgendum[i] est nāq; cōsensui cōmuni partiū: ne cū negetur augēdæ potestas donationis, dotis etiam pigrius[k] cōstituatur augmētum. Idéq; licere præcipimus etiam in his matrimonijs, in quib. interdū accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse[l], solam vero dotē marito mulierem obtulisse: vt etiam tūc muliere dotē augente, liceat marito quoq; donationem in vxorem suam eiusdem quantitatis[m] facere, quātum aucta dos continere dignoscitur: pactis videlicet de redhibitione vel retentione auctæ dotis vel donationis (prout partes cōsenserint) pro iam statuto modo[n] ineundis, siue iniungendis veteribus pactis, quæ initio nuptiarū de ante nuptias donatione, & dote principaliter con-

con. nup. l. fœminæ.

S*I constante.*] CASVS. Mulier copulauit sibi Titium in maritum, & paruam dedit dotem, & ille paruam donationē. an illa possit ea constante matrimonio possit augere dotem, vel ille donationem? Et respond. quòd sic. Item si illa vult augere dotem, ille donationem facere potest, vt æqualis sit quantitas tam dotis, quam donationis. Et pacta quæ apponuntur de non reddenda dote, vel retinenda illa, debebunt obseruari in donatione: & bona Titij tacitè erunt obligata pro illa quantitate quam mulier adiecit, ab eo tempore quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor possunt augere dotem & donationem constante matrimonio, ita possunt deminuere, nisi in casu. verbi gratia. Maritus vel vxor suscepit filios ex primo matrimonio: vult conuolare ad secūdum matrimonium. tunc si vult mulier dotem vel partem dotis dare marito: non potest: nisi tantum det vnicuique filiorum quos suscepit ex primo matrimonio quantum dat isti secundo marito. & hoc casu mulier non potest deminuere dotem in fraudem filiorum, iure præsumente contra eam quòd alius agat, & aliud agere simulet. pone enim quòd mulier dedit causa dotis marito. c. si vult domo deminuere dotem, non potest.

h ¶*Interdictas esse*. iure ciuili: vt *ff. de donat. inter vir. & vxo. l. j.* Sed ibi de simplici donatione.

i ¶*Indulgendum*. id est remittendum[a] aliquid de rigore iuris: *sic in-fra de tempor. appella. l. final. in fine.* Accursius.

a De rigore iuris aliquid remittendum.

k ¶*Pigrius*. sic *infra de bon. quæ lib. l. constitutionis. §. prospicientdum.*

l ¶*Nullam esse*. scilicet ab initio.

m ¶*Eiusdem quantitatis*. vt *institut. de dona. §. est & aliud.* ¶& dic quantitatis[b], id est quotitatis iure isto: sed hodie etiam quantitatis: vt *j. de pact. conl. ex morte. & l. lege. & in authen. æqualitas.* secundum quosdam. quod non placet. & illæ leges ad pactum lucri intelliguntur: hæc ad constituendam dotem & donationem.

b Quantitas pro quotitate.

n ¶*Statuto modo*. in principio huius legis: vbi dicitur indulgeri sibi pacta: & si nihil dicatur, erit & illud feruandum, quod principali erat: vt *ff. de pact. dot. l. inter socerum. §. j.*

a ¶ *Inita sunt*. cum dos constituebatur.

b ¶ *Referantur*. sic & ℑ. de secun. nup. l. hac edictali. §. fin. & ℑ. de pac. conu. l. fin. Sed arg. contra est. ℑ. de bo. quæ lib. l. cum oportet. in fi. & ℑ. qui poti in pign. ha. l. fi. Accur.

c ¶ *Firma*. in casibus illis tantum, vbi[a] licet solui dotem constante matrimonio: vt ff. sol. ma. l. si constante. & de iur. do. l. mutus. §. manente. alioquin contra: vt ℑ. si dos constante matrimonio. l. vnica. quæ est contra. Vel dic, hic non erat dos præstita. sed promissa[b], & per pactum remissa.

d ¶ *Machinari*. Sed quomodo aliquis posset machinari, cum quantum sit datum secundo coniugi nomine dotis vel donationis, spectetur tempus[c] mortis binubi parentis: vt *in authen. de nupt. §. quia verò hactenus colla. iiij*. Respon. nihilominus & tempus contracti matrimonij. Inspicitur enim vtrunque. si enim tempore contracti matrimonij fuerint x. in dotem data sub pacto de lucrando, tempore autem mortis binubi parentis sint deminuta in v. tantùm tempus contracti matrimonij spectatur. Si verò ponas econtra, inspicitur tempus mortis binubi. ergo ideo dicit hic, quia citò per hoc, id est per talem deminutionem filij prioris matrimonij grauarentur, qui debent reuocare quod plus est: vt ℑ. *de secundis nuptiis. l. hac edictali. §. fin vero plus quã statutum est*. Iste autem ideo vult deminuere, vt fraudet filios prioris matrimonij, vt non possint reuocare scilicet filij: cùm iam tempore mortis non inueniatur plus in dote, & sic debeat cõmunicari cum filiis & secundi & primi matrimonij secundum H.

a Dos constitui matrimonio certis casibus solui potest. v. casus in l. si ex [illegible] & In verbis dos debet [illegible] matrimonio.

b Dos promissa, etiam constante matrimonio vxori à viro remitti potest, si licet ac ceptam non possit ei solue re, nisi certis casibus. v. Romanum singul. 601.

c v. similem Gl. Nouell. de Nuptiis cap. 8. in f. in verbis non ab [illegible].

stituenda inita sunt[a]. Iura etiam hypothecarum, quę in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractę sunt, & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur[b].

Sed & si econtrario maritus & vxor ad deminuendam dotē & antè nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinem deminutionis quę in dote fit etiam ante nuptias minuere donationem: vt pacta de amborum deminutionibus ineunda, firma[c] & legitima esse intelligantur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migrauerit nuptias: aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus[e], secundo marito se iunxerit. in hoc enim secundo matrimonio, vel à parte mariti, vel à parte mulieris, vel ab vtraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionem dotis, vel ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari[d] videatur, censemus.

IN AVTHENT. DE æquali do. & propter nup. do. §. aliud. coll. vij. const. viij.

Dictum est in lege, si constante. quod licitum est si constante matrimonio dos augetur, augere vel facere donationem propter nuptias. In hac authen. in 1. respon. dicitur quòd hoc non solùm est permissum, sed est necesse. sed statim quæritur, in quibus rebus possit fieri istud augmentum: Pone quod vir est grauatus ære alieno: mulier vult facere augmentum dotis, vt excludat anteriores creditores mariti: vt infra qui po. in pign. ha. l. adsiduis. an istud augmentum potest fieri in qualibet re? Respond. quòd hoc casu deberet fieri in re immobili non in quantitate. nam si fiat in re mobili, vel quantitate, in isto augmento non vtetur aliquo priuilegio contra creditores mariti. Bald.

e existentibus 97. Nouell.

d Dotem con fessam in te bus mobilibu præsumi facta in fraudē cre ditorum nisi [illegible] v. Ca [illegible] de antepar te 1. quæsti.

e Suspectus [illegible] sit alieno grauatus debitor non intelligitur qui paratus anteriores habet [illegible] ex causa te [illegible] capi [illegible] negatis [illegible] debitur singulis num. 76. sed & illo casu quæsitum an matri [illegible] augmentu dotis [illegible] posset constitui de quo vide Campegium de dote, parte 1. quæst. 60. 67. & seq.

f Dotis confessio facta à marito côstante matrimonio, non [illegible] iudicat creditoribus ante rioribus vel posterioribus fed ipsi viro. v Authentum de iis. 40. [illegible] 1. adde Bart. Nouel. de agar tate [illegible] Campegium de dote, parte 1. quæst. 11.

g Fraus cum [illegible] aduersus creditores presentes & futuros in augmento dotis [illegible] vnde colligit Bartol. in l. aut Prætor. §. 1. ff. quæ in fraud. Edicto reuocationem dari etiam futuris creditoribus.

Sequitur authentica, sed iam necesse &c. quæ legitur super principio huius legis, & est ex corpore de æqualitate dot. §. aliud. collat. vij.

Sed iam.] CASVS. Hic dicit quòd si mulier auxit dotem, maritus potest augere donationem: & si vir non tenetur aliquo debito, tunc possunt augeri donationes vel de rebus mobilibus. Si verò maritus grauetur ære alieno, cum debeat augere dotem, & donationem de rebus immobilibus: quia tamen si mulier haberet prædia, & res immobiles: & augeret dotem de rebus mobilibus, non[d] gauderet aliquo priuilegio.

e ¶ *Celebrare*. non ergo in voluntate erit, vt erat per legem, si constante, sed ex necessitate.

f ¶ *Aere*. magno[e].

g ¶ *Augmentum*. dotis.

h ¶ *At si debitor sit*. magnæ auctoritatis.

i ¶ *Suspicio*. alioquin aliud erit. ¶ Itē hoc erit propter priores creditores[f], non propter sequētes: vt videtur. sed certè eadem[g] fraus aduersus sequentes posset committi.

k ¶ *Aduersus alios creditores*. præcedentes vel etiam sequentes secundum H. & B. & Azo. & Accur.

Sed iam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram quoq; partem incrementum celebrare[e]: & si quidem vir alieno ære[f] non impediatur, in rebus quibuslibet procedat augmentum[g]. At si debitor sit[h]: ne fraudis erga creditores suspicio[i] subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis proficiant. Si enim mulier immobilis substantię domina, res mobiles in augmentum dederit: in hac parte dotis nullo vtetur aduersus alios creditores[k] priuilegio.

Donatio quæ olim ante nuptias dicebatur, hodie propter nuptias appellatur, proprio vocabulo ei imposito, & potest fieri constante matrimonio. Et pacta dotalia, id est in dote apposita, in ista donatione correlatiua tacitè intelliguntur repetita. Et potest donatio propter nuptias insinuari tam antè quàm post matrimonium, quocunque modo durante matrimonio. Bald.

XX. *Imp.* IVSTINIANVS A.
Ioanni P. P.

Cvm † multæ nobis interpellationes factæ sint aduersus maritos, qui decipiendo suas vxores faciebant donationes, quas ante nuptias antiquitas nominauit, insinuare autem eas actis interuenientibus supersedebant[l], vt infectæ maneant, & ipsi quidem dotis commoda lucrentur[m], vxores autem[n] sine nuptiali remedio relinquantur, sancimus nomine prius emendato[o],

Cvm multæ.] CASVS. Olim si donatio fiebat vltra quingentos solidos, non valebat sine insinuatione: quia ille qui donabat, debebat notifica re præsidi, & impetrare licentiam donandi. vnde mariti decipiebant vxores: quia non insinuabant donationes: vt sic pro infectis haberētur. Et sicut dos potest constitui constante matrimonio, ita & donatio propter nuptias: quę licet fiant constante matrimonio, non debent dici simplices donationes, sed propter nuptias: non tamen debet donatio esse maioris quantitatis quàm dos. et si fuerint aliqua pacta inter virum & vxorem, puta de dote vel donatione lucranda: illa obseruentur. sed si super dona. non fiat pactum, sed super dote sic: tunc pactum factum in dote, intellige repetitum in donatione propter nuptias. Pacta tamen quæ fiunt de dote lucranda, vel donat. intelligi debent in partibus, & non in quantitatibus. verbi gratia: Mulier dedit mihi dotem xxx. & fecit pactum de dote lucranda pro tertia: & ego dedi pro dona. xv. & fecit pactum simile vxor. habebo decem ab ea: & illa lucrabitur quinque. Si autem mulier fecit mihi pactum de lucranda tertia parte dotis, & ego de lucranda parte quarta donat. propter nupt. tunc illa tertia deducetur ad quartam. Item donatio ante & post matrimonium potest insinuari.

l ¶ *Interuenientibus supersedebant*. vsque dum fieret matrimonium per verba de præsenti. ¶ Et nota tria[a] vitia olim, scilicet quia fiebat ante nuptias donatio hæc, non post. 2 Secundum, quia vocabatur ante nuptias. 3 Tertium, quia ante, non post matrimonium contractum poterat insinuari. & duo vltima nascuntur ex primo. primum per Iustinum est sublatum: vt supra. l. proxima. secundum tollitur hic vsque illuc, si igitur & nomine &c. tertium tollitur ℑ. §. penultimo.

† Cuias. explicat in cõmentar. ad Nouel. lam 22.

a Donatio pro pter nuptias olim tria habebat vitia.

m ¶ *Lucretur*. sic pacta dotalia cedebant parti viri.

n ¶ *Vxores autem*. quæ debuerunt facere insinuationem, quod in dote non erat opus, cuiuscunque quantitatis esset.

o ¶ *Emendato*. sic & in institutionibus de donationibus. §. est & aliud. & postea dicit de insinuatione, non tamen plenè, nisi quòd potest fieri etiam matrimonio constante: vt ℑ. eo. sidem. §. fina. sed authent. eo decursum &c. plenè dicet. ¶ Et no. tria in hac lege. Primo qualiter probat per multa similia[b] quæ habet cum dote donatio, quòd etiā hoc habeat[c], vt etiam cõstante matrimonio fieri possit: vt dixerat Iustinus. & sic propter nuptias vocetur. & hæc sunt duo vitia

b Donationis propter nuptias & dotis in multis est similitudo.

c Donatio propter nuptias potest etiam constante matrimonio.

vitia quæ dixi. a Secundo de pactione[a] lucrorum, de quo non dixerat in prin. a Tertio de insinuatione[b].

a ¶Rem. id est quęstionem omisse insinuationis non dicas an possit fieri constante matrimonio: quia hæc est soluta j. proxi. sed novas rationes dicit.

b ¶Quare. bene dico sic vocari[c], cũ fiat & post. & merito fit post. quare enim &c.

c ¶Fit. etiam constante matrimonio.

d ¶Nuptus. quia nuptię[d] sunt causa[e] causans: sed dos est causa causata. ergo deficiente[f] causa causante, deficit & causa quæ debet causari.

e ¶Nulla dos. sic & ff. de iur. dot. l. iij. & in authen. de trien. & semis. §. sed nec col. iij.

f ¶Sine dote autem. arg. contra[g] in decre. xxx. q. v. c. nullum sine dote.

g ¶Celebrari. & sic[h] est similiter[i] in donatione.

h ¶Facere. scilicet sicut[k] est in dote.

i ¶Antipherna. contra[l] dotē: ab anti, quod est contra: & pherna, id est dos. quasi contra dotem datio, ut & hæc donatio est.

k ¶Antiqui iuris. dicentis quòd alia[m] est simplex donatio: alia ob causam, sicut[n] est dos, & hæc donatio: ut ff. de donat. l. j.

l ¶Nomine. quia ambæ dicuntur donationes.

m ¶Et substantia. quia utraque fit propter nuptias, & propter utranque datur[o] rei vindicatio. & hoc dicit authen. permissa est &c. quam hic lege.

n ¶Permissa est &c. Hæc authẽtica sumitur in authenti. ut immo. ante nup. do. col la. v. & in authen. de æqualit. do. §. aliud. colla. vij. quam habes j. de iure do. authent. donationem.

o ¶Alias causas. ne[p] mutuo amore spolientur: & ne melior fiat pauperior: aut deterior fiat ditior: ut ff. de don. inter vi. & uxo. l. j. ij. & iij. in pr.

p ¶Efficiuntur. sicut sit hic.

q ¶Si igitur. nunc secunda pars incipit.

r ¶Quantitatem non excedant. Immo[q] videtur posse excedere: ut j. de pact. do. l. ex morte. quam & confirmat j. ea. l. §. ita tamen. &c. Sol. ubi à principio constituuntur dos & donatio, possunt inæqualiter constitui: ut ibi. ubi ex postfacto constituitur alterum, secus: ut hic. Sed hodie semper æqualiter: ut in auth. æqualitas. quæ est super l. contrariam.

s ¶Expressum. quia pacta sunt facta in donatione.

t ¶Oportet. sc. quotam partem dotis, vel donationis debeant lucrari: si autẽ in dote prius data fuit aliquod appositũ in donatione postea data nullum: quod erat in dote, intelligetur in donatione: & hoc subiicit si ergo pactum sit expressum, etiam inæquale, valet. ut hic, pacta conventa &c. ¶Sed contra j. de pact. conven. l. ex morte. ubi saltem in quantitate exigit æqualitatem. Solu hæc corrigit: quod non placet: Immo hęc illam confirmat: ut j. §. ita tamen &c. Dic ergo quòd hic dicit quando ex postfacto constituitur, ibi ab initio utraque. Sed authentica dicit ubique servari æqualitatem etiam[a] in quantitate, & non solum in quotitate, quæ authentica ibi ponitur. æqualitas &c.

u ¶Aequis passibus. quãtum ad pactum.

x ¶Leonina. ut j. de pact. conv. l. ex morte.

y ¶Partibus. quotis. quę corrigitur per authenticam ibi positam.

z Sed etiam nostra. ut in eod. tit. l. lege. ambæ tamen dicunt quando ab initio est utraque constituta, ut modo dixi.

a ¶Minorem. Si[b] maius reducitur ad minus: ergo[c] aliquod ad nullum: si super aliquo eorum sit nullum, cum id quod nullum sit, minus sit: ut ff. de tribu. l. illud. §. minus. quod est falsum: immo nullum ad aliquod: ut supra ea. l. §. si autem donatio &c. sic & aliàs fallit argumentum prędictum: ut si instituam te heredem in xj. unciis: & alium simpliciter habet partem vacantem. si verò nulla vacet, quia primus in vij. unciis sit institutus, alius in medietate tantum: priori ademptum videtur, & secundo datum. sic & in legato: ut j. de lega. l. cum quæstio.

a Dotis & donationis propter nuptias pacta æqualia esse debent.

b Insinuari ante vel post matrimonium potest donatio propter nuptias.

c Donatio propter nuptias, rectius dicitur quàm ante nuptias.

d Dotis causa, nuptiæ. Nec enim dos est ubi non sunt nuptiæ.

e Causa causans dotis nuptiæ: causata dos ipsa.

f Causa causante deficiente, deficit causata.

g Dos nuptię regulariter necessariò non requirunt, possunt enim esse nuptiæ sine dote, ut & sine donatione propter nuptias.

h Dotis & donationis similitudo.

i Nuptiæ sine dote & donatione propter nuptias esse possunt.

k Dos ut & donatio propter nuptias potest cõstante matrimonio.

l Antipherna quid.

m Donationũ alia simplex, alia ob causam.

n Donationũ species dos & donatio propter nuptias.

o Vindicari dos & donatio propter nuptias potest.

† Insinuatio potest fieri post donationem. adde Guidonem Papę decis. 325.

p Donatio quare est inter coniuges prohibita.

q Dos & donatio an possint constitui inæqualiter.

a Dotis & donationis pacta æqualitas fere in dãs, nõ modò in qualitate, sed & in quantitate.

b Maius ad nihil reduci non potest.

c Ad nullum aliquod reduci non potest: sed aliquod deduci possit.

d Donationẽ propter nuptias ipso iure constitutam esse in simili dotis quantitate. hinc colligunt, quod tamen ab Accursio improbatur. de quo vide Campegium de dote parte 2. q. 61. & Fo. e Vado Gl. & quod ubi firpsi Novell. 61. in verbo donatio.

ita rem[a] corrigi, & non ante nuptias donationem eandem vocari, sed propter nuptias donationẽ. Quare[b] enim dotem quidem etiã constante matrimonio mulieri marito dare cõceditur: donationẽ autem marito, nisi ante nuptias, facere nõ permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inveniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus, quàm maribus subveniri? sicut enim dos propter nuptias fit[c], & sine nuptiis[d] quidem nulla dos[e] intelligitur, sine dote autem[f] nuptiæ possunt celebrari[g]: ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alij, debet esse aperta licentia, & constante matrimonio talem donationem facere[h]: quia quasi antipherna[i] hæc possunt intelligi, & nõ simplex donatio. Ideo. n. & antiqui[k] iuris conditores inter donationes etiam dotes connumerant. Si igitur & nomine[l] & substantia[m] nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaq; omnes licentiam habere, sive priusquã matrimonia contraxerit, sive postea†, donationes mulieribus dare propter dotis donationem: ut non simplices donationes intelligãtur, sed propter dotem & propter nuptias factæ.

IN AUTHENT. UT immo. ante nupt. do. §. si quis. colla. v. constitu. xiiij.

Pro donatione propter nuptias competit in rem actio mulieri. Bal.

PErmissa est[n] & in rem actio pro tali donatione mulieri adversus omnes possessores.

Finis authentica.

Sequitur textus Codicis.

Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt: & propter alias causas[o], & libidines forsitã, vel unius partis egestatẽ, non propter ipsarũ nuptiarum affectionem efficiuntur[p]. Si igitur[q] dote iam præstita, maritus nulla ante nuptias donatiõe facta, donare mulieri res maluerit, ita tamẽ, ut dotis quãtitatem[r] non excedant, & hoc ipsum significaverit, quòd non simplicem faciat donationem, sed propter dotem iam conscriptam & ipse ad donationem venerit: licebit hoc ei facere: & supponatur pactis dotalibus huiusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressũ[s], pacta cõventa servari oportet[t]. Sin autem donatio quidem talis facta sit, utpote dotali instrumẽto antecedẽte, nulla autem pacta tali donationi post nuptias inserantur: re ipsa videatur hoc esse pactum, ut secundum dotales conventiones intelligantur & in tali donatione pacta fuisse conventa: ut æquis passibus[u] utraque ambulet, tam dos, quàm donatio: ita tamen, ut Leoniana[x] constitutio (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus[y]) maneat in his casibus intacta: & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra[z] quam de interpretatiõe eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes, disparibus etenim pactionibus factis, maiorem lucri partem ad minorem[a] deducẽdam esse cẽsemus, ut eodem modo uterque minorem partem lucretur.

IN AUTHENT. UT exact. instan. do. §. illud collat. vij. consti. v.

Nota. est valde: & dicit quòd dos data meretur donationem propter nuptias coæqualem sibi in quantitate, & quotitate, & pactis. Ita intelligit gloss. Secundo dicit quòd si mulier non dedit dotem, sed promisit, & vult dare & offerre: deponit & consignat, si res consignabilis est: vel offert tantam, si immobilis: (quod simili est danti) & promeretur donationem. Sed si differt dotis præstationem, non meretur propter nuptias præstationem, aliàs largitionem. Bald.

DOs data donationem propter nuptias meret[b]. præ-

Dos data.] CASUS Lex Codicis dicit quòd maritus potest facere donationẽ. Authentic. imponit ei necessitatem facere donationem. & mulier si velit solvere dotem, & maritus eam nolit accipere, potest eam consignare, & deponere coram iudice & coram testibus: dicit mulier se esse paratam solvere secundum pactum quod fecit de lucranda donatione.

b ¶Meretur. id est debebit eam mulier lucrari soluto matrimonio: licet[d] nullum pactum de ea vel eius quota parte lucranda fuerit factum. quod non placet: Imò est dicere quod sicut mulier cõstituit dotem, ita & maritus debet donationẽ propter nuptias cõstituere. & sicut[e] dos ad mulierem soluto matrimonio redit, nisi pactum fit de lucrando: ut j. de rei uxo. act. §. illo procul dubio. sic &

donatio redit ad mulierem: cum lex ista, cum multæ, dicat dotem[a] & donationem propter nuptias æquis passib. ambulare. ¶ Sed cur meretur vxor, cũ ista non[b] lucretur eam, nisi ex pacto speciali: vt d. §. illa, nec fructus[c] habeat? Respo vt securior sit in dote. nam res suas vir alienat consentiente vxore: vt j. ad Vellei. l. etiam. quod non est in donatione: vt in authent. ibi posita: siue à me &c. ¶ Sed qua actione agitur vt fiat: dotis datio? Respon. condictione ex hac l. Sed Azo dixit quòd agit mulier condictione, vt sibi tradatur, non autẽ vt constituatur: quia ipso[d] iure est constituta in simili quantitate qua est dos.

a ¶ Res mobilis. nam aliter non fit depositio: vt arg. j. quando & quib. quarta pars l. ij. lib x.

b ¶ Exactio. ¶ Sed quid si nec fuit cõstituta donatio, nec petita constitui, sed facto diuortio petit eam constitui, & lucrari pro tertia, cum dotem dedisset: & de ea lucrando pro tertia sit factum pactum? Respon. non potest agere: sed sibi imputet: quare constante matrimonio non fecit sibi fieri donationem. ¶ Item nunquid pactum de lucrãda dimidia parte dotis valebit, cũ nullum fiat in donatione? Respon. sic. Alij contra: cum dicat lex ista, cum multæ. disparibus etenim, &c. & minus[e] dicitur, etsi nihil fit: vt ff. de tri. illud. §. pen. & ff. de verb. signif. minus. Sed contra eos est. j. ea. l. §. sin autem donatio &c.

c ¶ Similique modo. tertia pars legis. & refertur ad princi. l.

d ¶ Fecimus. j. l. proxi. videtur enim fecisse, cum[f] fecerit pater eius. Vel dic[f] quòd fecit aliam quam non habemus, similem illi.

e ¶ A veteribus. vt ff. de donat. inter virum & vxorem per totum. & j. de do. inter virum & vxo. per totum.

tertia si pars mulieris dotem soluere sit parata, cum ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cúmque sit res mobilis[a], signaculo imposito recondat: aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, vt parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinanda est donationis exactio[b]. At si per dilationem dos viro non detur: etiam donatio prorsus denegetur.

Finis authentica.

Sequitur textus Codicis.

Similique[c] modo si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. Similiq; modo & ea constitutio, quam pro augẽdis tam dotibus, quàm ante nuptias donationibus fecimus[d], intacta illibatáq; conseruetur: omnibus videlicet quę de simplicibus donationibus inter maritum & vxorem constante matrimonio, vel à veteribus[e], vel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

IN AVTHENT. VT spon. lar. in princip. coll. ix. consti. ij. & in authent. vt fra. filij. §. illud quoque. colla. ix. consti. vij.

Ista authentica continet ius positiuum. Primo præmittit quoddam præambulum, scilicet quod donatio propter nuptias est specialis contractus, id est proprius, distinctus, & validus, & iustus. Secundo subdit, quod vbi facta est donatio propter nuptias in qua est appositum pactum de lucrando, consimile pacto dotis: mulier quæ non insinuat donationem propter nuptias, non meretur pœnam quin existente conditione lucretur, sed vir qui non insinuat, meretur pœnam, quòd sibi non prodest pactum lucrandæ dotis. Bald.

EO decursum.] CASVS. Lex antiqua dicit quòd maritus debet insinuare donationem. Authentic. dicit quòd non est necesse vt insinuetur, siue maritus fecerit donationem in vxorem, siue econuerso. & quod dixi, non est necesse vt insinuetur, verum est quo ad mulierem: quia si vxor fecit ei pactum de lucranda dote, maritus petere non potest dotem, si non est insinuata.

f ¶ Sponsalitia. id est donatio propter nuptias. & sic impropriè dicitur: sed propriè illa quã sponsus sponsę, vel econtra dat & facit.

g ¶ Specialis. quia quoddam speciale in ea seruatur, vt subiicit: nec enim insinuationem[h] &c. olim contra, nisi in casu: vt j. eod. l. minoribus.

h ¶ Insinuationem. quę exigitur in donatione excedente quingentos solidos: vt. j. de dona. l. pen. & fin.

i ¶ In viri personam. scilicet nomine viri fiat mulieri.

k ¶ Quatenus. id est eo pacto vt conscribat scilicet maritus in hunc contractum, id est donationem propter nuptias, id est dicere hoc pacto, vt fiat insinuatio, vel vt subscribat maritus.

l ¶ Quantum ad mulierem. vt insinuatio non sit necessaria.

m ¶ Cum ea sit quantitas. quia excedit quingentos solidos.

n ¶ Concedant parti. dicit enim quòd fecerat pactum vir de lucranda dote, quæ erat mille, & sic vltra quingenta, si mulier scilicet prædecederet, & mulier deberet lucrari donationem propter nuptias, si vir prædecederet: quæ similiter erat in mille: lucrabitur ergo mulier donationem si vir prædecedat, licet non interuenerit insinuatio. at econtra si vxor prædecedat: non lucrabitur vir de dote, si donatio non est insinuata.

EO decursum est, vt sponsalitia[f] largitas specialis[g] sit contractus, nec insinuationem[h] desideret, etiamsi ab alio detur, licet in viri personam[i] donatio fiat, quatenus[k] ipse in hunc contractum conscribat. hoc quantum ad mulierem[l]. At si vir, vel alius, qui dederit eam, non insinuet: cum ea sit quantitas[m], & pacta dotalium concedant parti[n] viri: nullam super eis habeat vir actionem.

PAter donationem propter nuptias, quam contulit in vxorem, non cogitur seruare liberis prioris matrimonij, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim seruare liberis prioris matrimonij debet.

IN AVTHENT. DE æqualita. do. §. aliud. collat. vij. consti. viij.

NVnc inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum vnicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secundæ vxori. ita etiam à parte vxoris.

Nunc.] CASVS. Lex codicis dicit quòd constante matrimonio potest dos minui. ista authen. corrigit dicens quod hodie istud est prohibitum. secundo dicit quòd maritus vel vxor tenetur dare vni filiorum primi matrimonij tantum quantum dat viro mulieri, vel mulier viro.

TITVLVS IIII.

DE NVPTIIS†.

Quando super maritanda puella discordant consanguinei & tutor, arbitrium iudicis est necessarium: qui debet eligere quod est vtilius puellæ, & non pati quod est inutile. Bald.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Potito.*

CVm de nuptiis[o] puellæ quæritur, nec inter tutorem & matrem & propinquos de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium[p] præsidis prouinciæ necessarium est.

Etiam sine subscriptione paterna valet consensus patris in nuptiis per filiam contrahendis. Bald.

DE NVPTIIS. *Dixit de præambulis nuptiarum, scilicet sponsalibus sequitur nunc de nuptiis. Vel sic: Præmisit præparatoria nuptiarum, ponit de nuptiis. Azo.*

O CVm de nuptiis.] CASVS. Mulier quædam habebat filiam minorem duodecim ann. cuius malitia supplebat ætatem: eràtque toro matura: vnde mater & tutor illius puellæ impuberis tractabant de marito ei tradendo super quo eligendo fuerunt discordes. quæritur quid hoc casu agendum sit: Respond quod recurrẽdum est ad præsidem prouinciæ, & ille qui sibi iustior videbitur, præferetur in nubendo cum puella. Viu.

o ¶ De nuptiis. futuris. alias si non esset pupilla, non haberet tutorem, & eius voluntas quæreretur: vt infra eod. l. in copulandis. & vidua. & l. in coniunctione. Alij dicunt quòd hæc puella nolebat suam voluntatem dicere, cultu verecundiæ: vt d. l. in coniunctione. quod tamen non placet: cum & ibi in adulta dicat.

p ¶ Arbitrium. per quod sedetur eorum discordia. sic & insti. de satisda. tuto. §. sin autem. & ff. de admi. tuto. l. iij. §. finali.

a Dotis & d. donatio per omnia similia æquipar. sunt. vide Gl. …

b Donationẽ propter nuptias solutio matrimonij vxor non lucratur, nisi ex pacto speciali: vt hic adde Gl. Nouel. vt rem mobilia. &c. verbo donatio.

c Vxor non lucratur fructus donationis propter nuptias sicut vir dotis. adde Gl. Nouel. vt … verbo percipio.

d. Vt Bartolum Nouel. vt immobilia collat. s. num. 3.

d Data dote ipso iure constituta intelligitur donatio propter nuptias. vt dicit adde Bart. Nouel. de æqua. ita … de dotis collat. 5. in pr.

e Minus dicitur esse etsi nihil sit.

f l. si constante. l. eod. quod tu Cæsar erat cũ patre suo Augusto & Imperatori appellabatur.

g Sponsalitia largitas improprie sumpta quid sumitur, Gl. Nouel. 119. supra.

h Donatio propter nuptias insinuationem olim requirebat, nisi in vno casu quo nunc scilicet mulier eam donabat intra minores. Hodie nullo casu insinuatio requiritur. vt hic. & Gloss. de Nouel. 119. in prin. sponsalitia verò largitas, requi … sponsalitia largitas …

e Insinuatio requiritur in donatione excedente quingentos solidos.

l lib. 1. & Cons. lib. 4. Harmeno. lib. 4. t. 4. & 25.

Potito. al. Penito.

Si nuptiis

Si nuptiis.] CASVS. Filiusfamilias contraxit nuptias consentiente patre. pater in instrumento dotali non subscripsit. nunquid nuptiæ sunt legitimè contractæ? Respon. quod sic Viu.

a ¶Non subscripsit. hoc visum quandoque: hodie contra: vt in authen. sed nouo iure. quæ est]. eo.

Libertum.] CASVS. Libertus non potest contrahere nuptias cum patrona, vel patroni filia, vel coniuge, vel nepte, vel pronepte: & si contraxit, nuptiæ non valent: vnde de hoc poterit accusari, & sustinebit pœnas iudicantis. Viuianus.

b ¶Coniugem. quondam.

c ¶Accusare poteris. quicunque sis, scilicet de stupro, vel adulterio, vel sacrilegio: nisi vilis esset talis fœmina: vt ff. eod. scilicet de ritu nupt. l. si patrona. quæ est contra.

d ¶Congruentem. scilicet[a] extra ordinem suo officio secundum quosdam.

e ¶Odiosas. iure[b] ciuili, sed non naturali.

f ¶Merito. propter reuerentiam personarum. & facit ff. eo. l. senatoris filia. & l. lege.

a Congruè ex statuto & consuetudine punitur qui extra ordinem punitur. licèt de statuto & consuetudine non constet.

b Odia ad ius ciuile potius esse referenda quàm ad ius naturale, hinc colligit Bald.

II. Idem AA. Tryphinæ.

Si nuptiis pater tuus consensit: nihil oberit tibi quòd instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripserit[a].

Illicitum matrimonium potest coram suo iudice seculari accusari, & pœna arbitraria imponitur contrahenti. Bald. Vel sic: Libertus nec patronam, nec eius filiam, neptem vel proneptem potest ducere in vxorem. Salyc.

III. Iidem AA. Valeriæ.

Libertum, qui patronam, seu patroni filiam, vel coniugem[b], vel nepté, vel pronepté vxorem ducere ausus est: apud competentem iudicem accusare poteris[c], moribus temporum meorum congruentem[d] sententiam daturum, quæ huiusmodi coniunctiones odiosas[e] esse merito[f] duxerunt.

Per concubinatum & illicitum coitum contrahitur adfinitas, vnde eius adfines prohibentur matrimonio copulari. Baldus. Vel sic: Concubina patris non debet esse vxor filij. Salyc.

IIII. Imp. ALEXANDER A. Perpetuo.

Liberti concubinas parentum suorum vxores[g] ducere non possunt[h]: quia minus religiosam & probabilem rem facere videntur. Qui si cótra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

Qui non contradicit, & patitur cum possit vetare: censetur consentire. h. d. Vel sic: Patientia habetur pro consensu in fauorabilibus. Bald. Vel sic: Taciturnitas patris habetur pro consensu in filij nuptiis. Salyc.

V. Idem A. Maximæ.

1 Si (vt proponis) pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate cognitis nuptiis vestris, non contradixit[i]: vereri nó debes* [ne] nepotem suum non

Liberi.] CASVS. Filius tuus illam quæ fuit tua concubina, in vxorem ducere nó potest: & si cótra fecerit, stuprum committit, & lege Iulia de stupro tenetur. Viu.

g ¶Vxores. nec cócubinas habere: vt ff. de concubi. l. j. §. pen.

h ¶Non possunt. propter adfinitatem. Sed certè contra non videtur adfinitas, cum[c] dicitur adfinitas regularitas personarum ex nuptiis cóiunctarum, omni carens parentela. at hæc nó prouenit ex nuptiis, sed certè sic impeditur matrimonium propter illicitam coniunctionem, sicut per adfinitatem: & sic est hic illicita coniunctio, vt ff. eo. l. semper. Sed & hic potest dici adfinitas: vt trigesima quinta quæstione tertia, capitulo de incestis. ADDITIO. Aduertas quòd de iure canonico, non solum ex illicito coitu, sed etiam ex nefario oritur adfinitas impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractum: vt in c. discretionem. & c. pe. extra de eo qui cogno. consangui. vxo. sux. & c. per tuas. extra de proba. vnde secundum canones sic definitur: Adfinitas est personarum proximitas ex coitu prouenienes omni carens parentela sanguinis. de quo vide latius per Io. And. in declaratione arboris adfinitatis in principio.

c Adfinitatis definitio.

*In antiquis exemplaribus legi potest etiam Vereri non debes nepotis suum non agnoscat. ... Vereor nó sit obligatus. sed postea ab indoctis addita est particula vt, sic Vereri non debes vt nepotem suú non agnoscat.

d Tacens an consentire videatur.

Si vt proponis.] CASVS. Titius patre suo sciente, & non contradicente contraxit matrimonium cum Berta, ex qua procreauit filium. nunquid iste filius erit auo suo iustus nepos? Respon. quòd sic, & eum agnoscere tenetur. Viu.

i ¶Non contradixit. Idem econtra in patre filiæ nubentis. ff. de spo. l. in sponsalibus. §. j. ¶Et no. arg. hic qui tacet[d] consentit. sic ff. furti ad. nau. caup. sta. l. j. in fin. & ad Maced. l. sed Iulianus. §. interdum. & l. si filiusfa. patre. & ff. nau. caup. l. j. &]. ad Velleianum. l. si fine. ¶Sed arg. contra. ff. de furt. l. qui vas. §. vetare. & adde hic quod dicitur. ff. de contra tab. l. iij. §. si emancipatus.

agnoscat.

Quod prohibetur initiari, potest postea impedimento cessante confirmari, accedente consensu nouo. Bald. Vel sic: Matrimonium inualidum validatur ex nouo consensu adhibito tempore quo cessauit causa impediés. Salyc.

VI. Imp. GORDIANVS. A. Valeriæ.

Et si contra mandata[k] principum contractum sit[l] in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamen post depositum[m] officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptiæ efficiuntur: & ideo postea liberos[n] susceptos†, natosq; ex iusto matrimonio, legitimos esse, responsum viri prudentissimi Pauli declarat*.

Solennitas requisita in actu faciendo requiritur in eo reparando, vel reficiendo. Bald. Vel sic: Sicut consensus patris, necessarius est in matrimonio contrahendo à principio, sic in dissoluto reparando. Salycetus.

VII. Idem A. Apro.

2 Si (vt proponis) post querelam de marito à filia tua ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa est: minus legitima coniunctio est cessante patris voluntate, in cuius est potestate. atque ideo non petente[o] * filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

Auctoritas curatoris in nuptiis adultæ nil operatur, quia persona curator non datur. Bal. Vel sic: Non curatorum, vel consanguineorum, sed solius puellæ consensus in eius nuptiis spectatur. Salyc.

VIII. Idem A. Romano.

In copulandis nuptiis, nec curatoris (q. solá rei familiaris sustinet administrationé) nec co-

Et si contra mandata.] CASVS. Si præses prouinciæ durante suo præsidatu contraxit nuptias cum sibi subdita: illæ nuptiæ non valent. verumtamen si sponsa deposito officio remansit in eadé voluntate, nouo consensu interueniente legitimum erit matrimonium, secundum consilium Pauli prudentissimi. Viu.

k ¶Mádata. differentia est inter mádata principum & cóstitutiones. nà cóstitutio generale est nomen ad omnes leges imperatorias pertinens. Mandatú vero est cóstitutio qua cauetur quomodo rector prouinciæ debeat se habere in prouincia quá administrat: vt in auth. de mád. prin. in pr. coll. iij.

l ¶Contractum sit. Cú administratore, qui nó sit oriundus inde. nó. h. qui in sua patria mittat, prohibetur ibi ducere vxoré, vt ff. e. l. si quis officium. & l. eos qui. concubinam autem pót habere: vt ff. de concubi. l. j.

m ¶Post depositum. Nota hic quòd post depositú officium opus est nouo consensu. secus est in minore xij. annis nupta, & loco vxoris habita, quæ scilicet legitimo tempore impleto fit vxor, etiam sine nouo consensu: vt in ff. de sponsa. l. quæsitum. & de donat. inter virum & vxorem. l. cum hic status in fin. & ff. de ritu nupt. l. iiij. ADDITIO. Tu dicas de hoc vt in c. j. §. idem quoque de sponsa. impub. lib. vj.

n ¶Postea liberos. Quid si ante? Respon. non sunt legitimi, argu. ff. de statu homi. l. Paulus. secus in natis ex concubina: vt instit. de nup. §. fina. Sed cur hoc? Respond. quia concubinatus nomen per legé accipit: vt ff. de concu. l. in concubinatu. Sed alij contradixerunt. Sed quare nó inspicitur initium contractus, vt ita nullum sit matrimoniú: vt & aliàs. ff. manda. l. si procuratorem. §. j. & depo. l. j. §. item si seruus hereditarius. Resp. non conceditur do vt contra legem inchoatú cóualescat: sed de nouo incipit hic finita administratione. & sic non obstat. s. de legib. & con. l. non dubium. Alij resp. illi. l. quòd loquitur in perpetuo prohibitis: quod hic non est. concordantiæ sunt hæc. l.]. si quacunq. præ. po. l. j. &]. si rector pro. l. j. & ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. in pr. & ff. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. j. &]. de dona. inter vi. & vxo. l. donationes. j.

† Sic in Latinis manu sed Græci & Thalelæus lib. ... legunt ... quod extabat ff. de ritu nupt. l. eam quæ ...

* Pro perfecto Thalelæus ... interpres lib. ... legit ... & ita repertum in vno Latino manuscripto ... postea in eo emendatum est, repetente. a Legitimatio nó non extendere vim suá ad eos liberos qui concepti & nati sunt tépore ... hinc colligit Baldus. vt si quis ex concubina liberos susceperit, postea principe suspectis beneficio impetrauit ad genus matrimonij legitimati, liberi ante susceptí, nó erunt legitimati. Nec obstat. c. tanta. qui filij sint legitimi, quod intelligi debet de matrimonio possibili tépore conceptionis liberorum, & ita hunc locum accipit Baldus.

Si vt proponis.] CASVS. Filia mea habebat maritum cum quo cótraxerat matrimonium me consentiente: tandem conquesta de marito suo, fuit celebratum diuortium: postea reconciliata est. suo marito me inuito: cui competit repetitio dotis, quæritur? Respon. quòd tibi patri: quia sicut filia tua te inuito non potest matrimonium contrahere: ita nec marito reconciliari. Viuia.

o ¶Non petente. imò etiá contradicente, quod aliàs non esset: vt]. Baldus.

de rei vxo.all.§.& hoc ex rel.& ff.solu.ma.l.ij.§ pe.& l.dotem.& l.volūtate.& facit ff.de statu hom.l. Paulus & ff.eo.l.nuptiæ.& xxxij.qu.ij. cap.præterea.Sed contra.xxvij.q.ij.sufficiat.extra de rapto.c.ij. cum causa. & ff.de pall.do.l.cum marium. ... Dicas quod de iure canonico valet matrimonium etiam sine consensu parentum:vt in c. cū causa.& d.c.sufficiat.& ... allegatis per glos.

I[n coniunctione] CASVS. Si puella est adulta, & agitur de nup. præsentibus contrahendis, voluntas puellæ,si eam vult exprimere, requiritur:non curatoris.cuius officium est:administrare:non nubere: nec requiritur cōsensus propinquorum suorum. Viuianus.

a ¶Nec cognatorum. ex necessitate.

b ¶Eius voluntas.cū vult eā exprimere, al oquin præsidis:vt s. e. l. j.vel aliud in tutore, quam in curatore. & est sic ff. de appell. l. cum in vnā. §.tutor.& facit ff. e.l.sciendum. & s. de spon. l. si patrem.

¶Et no.curatorē principaliter dari rebus,sed contra in tutore: vt in. stit.qui da.tut. pos.§.certe.

[a Curator rebus: tutor persone principaliter datur.]

gnatorum[a] vel adfinium vlla auctoritas potest interuenire, sed spectanda est eius voluntas[b], de cuius tractatur coniunctione.

Constitutio quædam hoc loco à quibusdam inserenda notata, ex prætermissis repetenda est.

Ista lex tractat duo. Primo de matrimonio præsumendo. Secundo de simulatione præsumenda: & dicit quòd nati ex ea quæ est vel præsumitur vxor: si sunt nati de domo patris, præsumitur legiti.mi.Bald. Vel sic: Ad præsumendum matrimoniū non sunt necessaria instrumenta nuptiarum, nec ad probationem filiationis est necessarium instrumentum natiuitatis: sed quod probetur natus ex ea cum qua dicitur esse legitimum matrimonium, & in domo vicinis scientibus. Salycetus.

IX. Imp. PROBVS. A. Fortunato.

SI vicinis vel aliis scientibus vxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quamuis neq; nuptiales tabulæ, neque ad natam filiam[c] pertinentes[d] factæ sunt:non ideo minus veritas matrimonij, aut susceptæ filiæ, suam habet potestatem[e].

Dignitas accidentalis contrario accidente resoluitur: sed non ea quæ ex natalium radice procedit. Bal, Vel sic: Mulier nobilitatem quam acquisiuit propter virum, statim perdit cum alteri inferiori nubit. Salyc.

S[i vicinis.] CASVS. Contraxi matrimonium cum Berta nullis confectis dotalibus instrumentis:postea mihi nati sunt filij ex ea: non feci natalia instrumēta filiorum conscribi. an sit legitima vxor, & liberi ex ea nati legitimi. quæritur? Respon. quòd sic Viuia.

c ¶Ad natam filiam. ex tali matrimonio.

d ¶Pertinentes. scilicet tabulæ. quæ dicuntur natales. & facit xxx. qu. v.per totum.

e ¶Potestatem. nisi in contrarium sit actum, quod vt concubinam scilicet eam habeat: vt ff de concubi. l. in concubinatu. Vel plenè dic vt diximus ff. de ritu nuptia. l.in liber a. ¶Et not.probationem[b] filiationis. sic & ff. de his qui sui vel alie.iur. filium. & ff. de proba l.fi. & s.de testi.l.j. & s. de rei vind. l.indicia. vere[c] enim probari nō potest de patre: vt ff. de condic. & demon. l. Lucius.

[a In vno matrim. reperitur:vbi enim auctoritas iuris deficit, ibi nō sum matrimonij est, vide: contrahi scepè rescriptō est.]

[b Probatur vti posse filiatio.]

[c Probatur pater verè non potest.]

X. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Paulina.

CVm te[f] non ex senatore patre procreatam, sed ob matrimonium cum senatore contractum, clarissimæ[g] fœminæ nomen adeptam dicas: claritas quæ beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis[h] virum postea sortita es:redacta ad prioris dignitatis[i] statum, deposita est.

Maritus repetit suam vxorem etiam à patre: maxime cum pater

C[um te.] CASVS. Si aliqua non est filia senatoris, sed vxor si mortuo senatore nubat homini inferioris honoris, desinit clarissima esse.

f ¶Cum te. differentia est inter eam quæ sortita est nomen fœminæ clarissimæ per patrem senatorem. & eam quæ propter maritum. Nam primo casu retinet dignitatem etiam si sit nupta viro ordinis inferioris, dum tamen non plebeio. Sed in secundo vxor retinet, si est vidua[d] vel nubat:non tamen viro inferioris ordinis, nisi & tunc consularem dignitatem impetret à principe: vt ff. de senat. l. femina. & l. fi.in princ. & s. de incolis. l.fin lib x. & de dignit. l. mulieres. lib. xi. & in authen. de nup. §. non tamen. colla. iiij. & ff. ad muni. l. filij. §. vidua.

[d Contra ... parte. ... vidua ... dignitatem.]

g ¶Clarissimæ. id est illustris.

h ¶Secundi ordinis. id est[a] plebeij. secundum M. a Vel verius simpliciter, id est inferioris.

[a Secundum ordo pro plebeio vel pro inferiori.]

i ¶Dignitatis. si quam antea habebas.

retinet eam reluctantem. Bald.

XI. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI inuita[k]† detinetur vxor tua à parentib. suis: interpellatus rector prouinciæ amicus noster, exhibita[l] muliere, voluntatem eius secutus, desiderio tuo medebitur.

Filius non cogitur inuitus ad aliquam vxorem ducendam, sed quam vult, dum tamen patris consensus accedat. Bald.

S[i inuita.] CASVS. Si mulier tua volens aut inuita à parentibus suis te inuito detinetur: adi prædidē prouinciæ, qui eos coget vt patiantur eam ad te redire. Viuia.

k ¶Si inuita. maximè. nā si esset volens, esset idē.

l ¶Exhibita. per[b] interdictū de libero homine exhibendo: vt j. de libe. exhibendis. l. si adultus. Item & vtile[c] de liberis exhibendis: vt ff de libe. exhib l. Imò. & sic refertur. l. imò titulum sub quo posita est, licet quidam contra.

[† Concor. cum hac l. cap. ... extra de spon. & matrimo.]

[b Exhibere e... tenetur interdictis.]

[c Interdictum vtile de liberis exhibendis.]

XII. Iidem AA. & CC. Sabino.

NEc† filium quidem familias inuitum ad vxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit[m]. igitur sicut desideras, obseruatis iuris præceptis[n] sociare coniugio tuo, quam volueris, non impedieris: ita tamen, vt contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat.

N[ec filium] CASVS. Filius non potest cogi à patre inuitus vxorem ducere. similiter ipse inuito patre non debet sibi vxorem eligere. Viuia.

m ¶Permittit. vt ff. e. l. non cogitur. l. si patre.

n ¶Iuris præceptis. quæ sunt Instit. e. per totum. & facit. xxxi. qu. v. ... §. cum ergo dicitur. & ... c. j. arg. contra xxxvij. q. v. c. j.

[† ...]

Per instrumenta confecta super dote, non contrahitur matrimonium. Item & sine instrumentis matrimonium contrahitur: & per indicia probari potest. Bald.

XIII. Iidem AA. & CC. Onesimo.

NEque sine nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonij sunt idonea, diuersum veritate continentē[o]: neq; non interpositis instrumētis[p], iure contractum matrimonium, irritum est[q]: cum omissa quoq; scriptura, cætera nuptiarum indicia non sint irrita.

N[eq.] CASVS. Si inter me & mulierē instrumentum dotale conscriptum est, & ego non cōsensi in eam per verba de præsenti, non sufficit dotale instrumentum ad consummationem matrimonij: & licet sit matrimoniū contractum, non propter hoc exigitur instrumentum dotale. Viu.

o ¶Continētē. Nam[d] plus valet quod verè est gestum, quàm scriptum: vt ff. de offi. præsid. l. illicitas. § veritas. & s. plus valet. quod agi. interim[e] tamen statur scripturæ publicæ: vt s. de probat. l. cum precibus.

p ¶Instrumētis. nō[f] enim dotibus, sed affectu matrimonium cōtrahitur: vt j. de repud. l. iubemus.

q ¶Irritum est. nisi in casu j. eo. tit. authent. sed nouo iure. Item & in alio: vt j. eo. authentic. maximis. & in alio secūdum quosdam: vt instit. de nup. § si. quod nōn placet. vt ibi diximus.

[d Scriptura praeponderat veritas.]

[e Scripturæ statur interim dum probetur veritas in contractum.]

[f Dotibus matrimonium non contrahitur sed affectu.]

Matrimonium debet esse liberum. ad hoc allegatur Bald. Vel sic: Matrimonium debet esse liberum in contrahendo, & etiam ab inuicem diuertendo. h. d. Vel sic: In contrahendo & dissoluendo contractum matrimonij, exigitur libera voluntas. Bartolus.

XIIII. Iidem AA. & CC. Titio.

2 NEq; ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatū recōciliare quisquam cogi potest: vnde intelligis liberam facultatē contrahendi atq; distrahēdi[r] matrimonij[s] trāsferri ad necessitatem[t] nō oportere.

N[eque ab initio] CASVS. Sicut aliquis ab initio non cogitur inuitus contrahere matrimonium, ita contracto matrimonio si diuortio dissoluitur, non cogitur reconciliare. Viuia.

r ¶Distrahendi. secus in contractibus. vt s. de actionibus & obliga. l. sicut.

s ¶Matrimonij. quam habet ab initio.

t ¶Necessitatem. si[g] dixerit via vxori promittis decem, si vnquam diuerteris à me: non valet; vt ff. de verb. oblig. l. Titia. & l. Titia. & infra de inutilibus stip. l. libera. & supra de spons. l. fin. in fin. Sed contra. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. ea quæ. Solu. ibi pecunia

[g Stipulatio pœnalis in matrimonio non valet.]

pecunia processit à stipulante: sed licèt non valeat prædicta pœnalis stipulatio, pœnam tamen legalem subibit, qui sine causa diuertit: vt j. de repud. l. iubemus.

V *Xorem.*] CASVS. Patronus regulariter libertam suam in vxorem accipere potest, nisi patronus esset de his personis, quæ prohibentur contrahere cum liberta sua. puta quia senator, vel senatoris filius. Viuia.

a ¶*Ex his personis.* puta senator vel senatoris filius: vt ff. de ritu nupt. l. lege Iulia: sed econtra non potest: vt supra eodem. l. libertum. & dic vt ibi. & ratio in promptu est.

*Titiano.

† In generali regula permittente, non cōtinentur casus speci liter prohibiti.

Manumissor potest accipere in vxorem suam libertam. Bald. Vel sic. Patronus potest libertam suam in vxorem ducere, nisi sit in personis expresse prohibitis. Salyc.

XV. *Iidem AA. & CC. Tatiano*.*

VXorem libertam suam manumissori, si † nō sit ex his personis[a] quę specialiter prohibentur, ducere non est interdictum: & ex eo matrimonio iustos patri filios nasci certissimum est.

S *Ed nouo iure.*] CASVS. Si liberam mulierem cum qua non prohibeor contrahere, domi teneo: videor eam in vxorem retinere: nisi ab initio protester quòd teneo eam vt concubinam: vt ff. eod. l. liberæ. Sed si senator tenet libertam in domo sua, nunquam præsumitur sua vxor, nisi inueniatur dotale instrumentum in quo contineatur: confiteor me accepisse à tali muliere tantum in dotem, cum qua matrimonium contraxi. Et est casus in quo requiritur dotale instrumentum, contra hoc quod dicitur supra eo. l. neque sine. Viu.

b ¶*Cum liberta.* idem econtra, secundum H. vt libertus cum filia senatoris.

c ¶*Dotalibus.* id est nuptialib. & est speciale: sed regulariter contra. j. eo. l. neque sine.

IN AVTHENT. VT

liberti de cetero. §. si quis autem. col. vj. constit. vj.

Nulla dignitas prohibet cum libertis nuptias contrahi. ratio est: quia redacti sunt liberti hodie ad ius ingenuorum. Bald. Vel sic: Hodie quilibet potest matrimonium contrahere cum liberto. Salyc.

SEd nouo iure nulla dignitas prohibet cum liberta[b] nuptias contrahi dotalibus[c] instrumentis confectis.

Hic ponitur vnus casus in quo alimenta pietatis causa data repeti possunt. Bald. Vel sic: Si pater qui filiam exposuit, non consentit nuptiis contrahendis cum filio nutritoris: tenetur impensam alimentorum soluere. Salyc.

P *Atrem.*] CASVS. Titius filiam suam exposuit, id est in locum publicum proiici fecit. ego misericordia motus eam filiam nutriendam suscepi, ita quòd adulta facta est: nunc volo quòd filia Titij nubat filio meo: Titius non vult. an omnes sumptus quos feci in ea nutrienda, possum à Titio recuperare, quæritur? Respond. quòd sic. Vnde quamuis pietas videatur inhibere repetitionem, tamen quia non vult quòd sua filia nubat meo filio, sumptus factos recuperabo.

XVI. *Iidem AA. & CC. Rhodoni.*

PAtrem qui filiā exposuit[d], hanc nunc adultam sumptibus & labore tuo factam, matrimonio coniungi filio[e] tuo desiderantis fauere voto conuenit: qui[f] si renitatur[g], alimentorum solutioni[h] in hoc solummodo casu parere debet.

Hæc lex ponit quæ sunt personæ cum quibus matrimonium non consistit. Bald.

XVII. *Exemplum edicti Diocle. & Maximian. Nobiliss. Cæsarum.*

NEmini † liceat contrahere matrimonium cum filia, nepote vel pronepte[i]: itémque cum matre, auia, vel proauia, & ex latere amita ac matertera, sorore, sororis filia, & ex ea nepte: [præterea † fratris filia, & ex ea nepte] itémq; ex affinibus

† Ex Cod. Gregor. lib. j. tit. de nup. vt notatur in frag. veteri Iurisp.

† Inclusa de erant in Gregorio.

d ¶*Exposuit.* s. in hospitali.

e ¶*Filio tuo desiderantis.* subaudi tu desiderātis.

f ¶*Qui.* scilicet pater.

g ¶*Renitatur.* consentire. ¶Sed videtur quòd patria potestas sit soluta, & sic est contra. j. de infantibus exposi. l. ij. & sic etiam citra consensum eius pater viri potest eam dare filio suo. quod quidam concedunt. Vel dic aliud in iestio & liberto quàm filio: vt in prædicta l.

o Exponentis seruum & filium differentia. Ille dominicam potestatem amittit: pater patriam potestatem amittit.

h ¶*Solutioni.* regulariter[a] contra vt j. de neg. gest. l. j. & ij. & ff. de condic. inde. l. cum u. § pe.

a Alimēta pietatis causa præstita regulariter non repetuntur.

N *Emini.*] CASVS. Hæc lex ponit inter quas personas nuptię sint prohibitæ. Et certè inter ascendentes & collaterales. Item inter affines. Viuia.

priuigna, nouerca, nuru, socru, cæterisq; quæ iure antiquo[k] prohibentur, a quibus cunctos volumus se abstinere.

Ponitur hic forma qualiter viduæ debent contrahere matrimonium, & qualiter virgines, & de quorum consensu. Aduerte tamen, quia ista forma non est substantialis quantum ad substantiam matrimonij, sed est quadam forma continens quandam institiam publicæ honestatis. Bald.

i ¶*Pronepte.* & vsque in infinitum: vt in institu. eo. §. j. & ff. eod. l. sororis. & l. nuptiæ consistere. adeo vt si[b] Adam viueret, non posset contrahere matrimonium, secundum Ioan.

b Nuptię prohibitæ in infinitum inter ascendentes & descendentes.

k ¶*Antiquo.* nisi sint in septimo gradu: vt in decre. xxxv. quæstione. j. cap. progeniem. & c. consanguinitate. & c. in copulatione. & cap. nulli. ADDITIO. Hodie prohibitio solum extenditur ad quartum gradum inclusiuè. ex. non debet. extra de consangui. & affin.

XVIII. *Imppp. Valentin. Valens, & Gratia. AAA. ad Senatum.*

VIduæ † intra quintum & vicesimum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia[l] non conueniant. Quòd si in conuentionis * delectu[m] mulieris voluntas patris repugnat sententię, & propinquorū: placet admodum (vt in virginum coniunctionibus sancitum est) habendo[n] examini auctoritatem quoq; iudiciariæ cognitionis adiungi: vt si pares[o] sint genere ac moribus competitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. Sed ne fortè hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impediant: si huius rei suspicio[p] præcesserit, eorum volumus auctoritatem iudiciúmque succedere[q], ad quos etiam si fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum peruenire non possit. Da. XVII. Kalend. August. Gratiano. A. II. & Probo Coss.

V *Iduæ.*] CASVS. Si mulier aliqua est vidua, & habēs patrem sit emancipata, vel in potestate patris, & est intra xxv. an. si vult cōtrahere nuptias, debet contrahere cum patris voluntate. Sed quid si filia vidua vult sibi eligere vnum maritum pa ter vult alium? Certè si æquè bonus sit ille quē vult eligere mulier, sicut pater, stabitur iudicio mulieris. Sed quid si mulier vidua non habeat patrem, & tractatur de eligendo mulieri maritum: quorum consensus requiratur, quæritur? Respon. Agnatorum & cognatorum qui non sunt ei successuri ab intestato: quia isti non videntur suspecti. Viuia.

† C. t. j. g. h.

* aliàs, condicionis. & aliàs conuentionis. plus illud rectum est. & confirmatur. Cod. Th.

l ¶*Sententia.* id[c] est scientia. non autem consensus est necessarius. Vel dic quòd est consilium quod hæc lex dicit, cūd emancipata sine patre possit hoc facere: vt ff. e. l. filias emancipatas. & de contra tab. l. iij. §. si emancipatus. & argu. j. cod. l. in coniunctione. sic est. j. de iure emphy. l. fi.

c Sententiā pro scientia.

l Nuptias codtrahere sine patre potest filia emancipata.

m ¶*Delectu.* i. deliberatione. aliàs, delectum.

n ¶*Habendo examini.* i. ad habendum examen.

o ¶*Pares.* si vero impares, protinus debet ei dici vt meliorem eligat.

p ¶*Suspicio.* sic & infra vbi pupil. edu. l. j. & ij. & j. titu. j. authent. sed iam necesse est.

q ¶*Succedere.* id est ad liberationem admitti.

Inter consobrinos consistit matrimonium dicit Glos. iure Romano, sed non diuino: & ideo nati ex consobrina sunt incestuosi, & non succedunt, secundum Cyn. & Baldum.

XIX. *Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano. P. P.*

CElebrandis inter consobrinos matrimonijs licētia legis huius salubritate indulta est,

C *Elebrandis.*] CASVS. Licet inter ascendentes & descendentes & collaterales nuptiæ sint prohibitæ: tamen inter consobrinos nuptiæ sunt permissæ. Sunt autem consobrini ex duobus fratribus nati: sicut consobrini ex duabus sororibus nati. Hæc lex

hodie non seruatur iure canonico. Viu.

a ¶ *Auctoritate.* quæ idem quod hæc lex statuebat.

b ¶ *Fomentis.* quæ erant media iuris prudentia.

c ¶ *Fratribus.* hi sunt patrueles

d ¶ *Sororibus.* hi sunt consobrini vt *insti. de gradi. §. quarto gradu.*

e ¶ *Legitimi.* hoc est verum iure fori. vt *hic*, & *ff. eo. l. iij.* & *l. non solum §. j.* & *institut. eo. §. duorum.* sed non iure poli. vt *xxxv. q. j. cap. cum igitur.*

a Inter consobrinos iure civili valet matrimonium, non iure poli.

IN *coniunctione.*] CASVS. Si filia quæ est in potestate patris, vult contrahere nuptias: debet contrahere cum voluntate patris. sed si est sui iuris & est destituta patre & matre, non requiritur consensus eorum, sed suiipsius. sed si non vult declarare suũ arbitrium, tunc recurritur ad propinquos. Viuia.

f ¶ *Ipsius.* patrisfamilias.

A *Caligato.*] CASVS. Nedum plebeij possunt contrahere nuptias sine dotalib. instrumentis, imò & milites.

g ¶ *A caligato.* caligatus dicitur ille, qui habet ocreas ferreas.

h ¶ *Protectoris.* id[b] est peditis, qui tegit & protegit armatos milites. 2 Vel caligatum[c] vocat, id est infimum & obscurum: vt *in authen. qui. mo. natura. effi. legiti. §. quisquis. collat. vj.* Protector[d] ergo erit maior quasi dicat à minore vsque ad maiorem. 3 Vel tertio. est militia pedestris, & equestris. Pedestres[e] milites dicuntur, qui habent caligas de corio: & hi dicuntur[f] caligati milites. Equestres[g], qui in equis vadunt. ¶ Et not. quod hodie est ius generale quod hæc lex dicit, vt sine solennitate scriptura & aliorum quæ dicuntur J. l. proxi. contrahatur matrimonium. Acc.

b malè. Protectores sunt qui protegunt corpus principis ... c Caligatus miles ... d Protector ... e Pedestres milites ... f Fallum. Nec enim caligati sunt qui habent caligas ... g Eq estres milites qui.

S *I donationum.*] CASVS. Quidam contraxit matrimoniũ cum aliqua muliere, nec donauit ei propter nuptias, ne fecit fieri dotale instrumentum, & põpam nuptiarum dimisit: propterea non deficit matrimonium, & nihilominus liberi suscepti erunt legitimi. Viu.

i ¶ *Instrumenta.* sic & *supra eo. l. neque sine.* & *infra de repud. l. iubemus.* & *in authentic. vt h. ma. & a. mie. §. quia verò dudum. col. iiij.*

Id est ab infimo vsque ad supremum militiæ gradum. nam caligatus miles primo gradu ...

vt reuocata prisci iuris auctoritate, restrinctisq; calumniarum fomentis[b], matrimonium inter cõsobrinos habeatur legitimũ, siue ex duobus fratribus[c], siue ex duabus sororibus[d], siue ex fratre & sorore nati sunt: & ex eo matrimonio editi, legitimi[e], & suis patribus successores habeantur. Dat. Stilicone. II. & Anthemio Coss.

In matrimonio per filiam contrahendo patris expectatur arbitrium, suũsque consensus exigitur. sed si patre caret, matris & propinquorum est iudicium requirendum: quibus non extantibus, si puella curatorem habet, ipso & propinquis adsistentibus, si puella cultu verecundiæ sponsum sibi non eligit, iudici est deliberare permissum. Bal.

XX. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *ad Theodorum præfectum prætorio.*

IN coniunctione filiarũ in sacris positarum, patris expectetur arbitriũ. Sed si sui iuris puella sit, intra quintum & vicesimum annum constituta: ipsius[f] quoque adsensus exploretur. Si patris auxilio destituta: matris & propinquorum, & ipsius quoque requiratur adultæ iudiciũ. Si vero vtroque orbata parente, sub curatoris defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonij oriatur fortè certamen, vt quæratur cui potissimum puella iungenda sit: si puella cultu verecundiæ propriam noluerit voluntatem depromere coram positis propinquis, iudici deliberare permissum est cui melius adulta societur.

Dictio à, includit terminũ à quo: & dictio vsq;, includit terminum ad quem. h. d. vel sic: Dictio à, & dictio vsque, ponuntur inclusiuè. nã includunt suas extremitates: vt hic dicit Oldra. ergo hac. l. à caligato milite vsque ad protectoris personam inclusiue sine aliqua solennitate scripturarum matrimonium est permissum. Bal. Vel sic: Milites etiam caligati sine antiqua solennitate possunt nuptias contrahere. Salyc.

XXI. *Impp.* THEOD. & VALENS. AA. *Basso præfecto prætorio.*

A Caligato[g] * milite vsque ad protectoris[h] personam sine aliqua solennitate matrimoniorum liberam cum ingenuis dumtaxat mulieribus contrahendi coniugij permittimus facultatem.

Pompa matrimonij non facit adesse matrimonij. Bald.

XXII. *Idem* AA. *Hierio.* P. P.

SI donationũ * ante nuptias, vel dotis instrumẽta[i] defuerint, pompa[k] etiam, aliáque nuptiarum celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse, rectè aliàs inito matrimonio, firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege impediente consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum † fide firmatur. Dat. X. Kalen. Mar. Constantinop. Felice & Tauro Coss.

Clementia decet principem. restitutio natalibus omnem abstergit maculam. infectio parẽtum inficit filium post conceptum. inter pares etiam sine dotalibus instrumentis consistit matrimonium. hoc dicit lex ita longa. Iacob. de Are. Bald.

XXIII. *Imp.* IVSTINIAN. A. *Demostheni præfect. præt.*

IMperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicantes, vt omni tempore subiectorum cõmoda tam inuestigare, quàm eis mederi procuremus: lapsus quoq; mulierum, per quos indignam honore conuersationem imbecillitate sexus elegerit, cõpetenti moderatione sublеuandos esse censemus: minimeq; eis spem melioris conditionis adimere: vt ad eam[l] respicientes[m], improuidam & minus honestã electionẽ facilius derelinquant. Nam ita[n] credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanũ nimiam clementiam (quantum nostrę naturę possibile est) imitari[o], qui cottidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiam facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. Itaque[p] cum iniustum fiet, seruos quidem libertate donatos posse per diuinam indulgentiam natalib. suis restitui, póstque huiusmodi principale beneficium ita degere, quasi nunquã seruissent, sed ingenui nati essent[q]: mulieres aũt quæ scenicis[r] quidem vis

k ¶ *Pompa.* id est conuiuium familiare. Accur.

IMperialis. Diuiditur in tres partes grossas. Primo ponit procœmium. Secundo ponit statutum. Tertio concludit. Laco. de Are. Bald. CASVS. Sicut Deus miseretur hominibus, ita princeps vult prouidere subiectis, & eis misericordiam impertiri. dicit ergo quod si mulier in meretricio degens pœnitere voluerit: poterit postea nubere cui voluerit, dum tamen interuenerit dotalia instrumenta: nec vocabitur postea scenica, & filij nati legitimi erunt, & succedent ex testamẽto vel ab intestato: nec nocet eis si non nubant ex quo eis permissum est nubere: quia eis filij postea suscepti succedunt. & licet mulier non petat priuilegium, sed à principe ei cõcedatur, munda erit: & filiæ postea susceptæ scenicæ non dicentur: sed iam natæ impetrare possunt priuilegium, & nubere cuicunq; voluerint, interuenientib. instrumẽtis filiæ etiam natæ ex ea quæ in meretricio vsq; ad mortem perseuerauit, post mortem matris poterunt priuilegium impetrare. Item contrahi potest matrimonium inter dispares: quia clarissimus poterit accipere spectabilem in vxorem, si interueniant dotalia instrumenta. Item hæc. l. locum habet in præteritis negotiis. Viu.

l ¶ *Ad eam.* meliorem conditionem.

m ¶ *Respicientes.* scilicet mulieres.

n ¶ *Nam ita.* scilicet subleuando lapsus mulierum, sicut & nostros lapsus Deus miserator subleuat.

o ¶ *Imitari.* Not. quod dicit imitari[a] nimiam, aliàs diuinam clementiam, id est Dei. quod ideo dicit, quia in sola[b] pietate possumus esse Deo pares: sicut dicitur, sola Deos æquat clementia nobis. sic & *in authen. vt in. fine quoque suffra. itaque. col. ij.* & *infra de dona. inter vi. & vx. l. si. in fi.*

p ¶ *Itaque.* suspensiua est constructio vsque illuc, præsenti sanctione &c.

q ¶ *Nati essent.* vt *ff. de nata. resti. l quarti.*

r ¶ *Scenicis.* quæ dicuntur scenicæ, dicitur in authen. *scenicas non solum, &c. collat. v.* scilicet prostitutæ hic autem licet de eis tractate intendat, tempera-

de indiscretis vbi inter infimos gradus ... decertis, vide ad summum protectorum gradum ... hebarur. quorum maxima ... tias adorare purpuram: vt ex notitia vtriusque imperij & historia didicimus. C. T. ... Pars I.

† In contrahendo ... amicorum consensus ... fides habet quod ... consensio ... plura apud ... tempore ...

a Imitari laudabis dei clementia.

b Pietas nos deo pares reddit.

† Quondam ... habebat ...

uit tñ vocabuli significationẽ, earũ turpitudinẽ supprimere volens. aliàs enim dicunt scenicæ, quæ ludunt in scena: & istæ etiam sunt infames: & de eis etiã posset dici hic loqui: *vt ff. de his qui not. infa. l. j. §. fi.*

* aliàs nonnullam.

a ¶ *Scitis*. id est, statutis.
b ¶ *Dignitate* sibi data.
c ¶ *Alio modo*. putà data patri, scilicet dignitate: vt quia ille senator: & hic sic filius senatoris.
d ¶ *Dotalib*. i. nuptialib. nam & [a] sine dote potest esse matrimoniũ: sed nõ è contra: *vt j. de dona. ante nup. l. fin.* tutius est tamẽ aliquid (licèt modicum) in dotem dari.

a Matrimoniũ potest esse sine dote: dos verò, sine matrimonio esse non potest.

e ¶ *Omni macula*. ¶ No. arg. q̃ testis sit admittẽdus licèt prius fuerit infamis, [b] si accepit pœnitentiam: quod quidam concedunt: *& pro eis in decreti. xxij. quæstio. j. quod dixit & capi. apud. & in Lombarda de periur. capi. fin. l. §.* Sed Ioan. contra. *argu. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ignominia. & ff. de ritu nupt. l. pali. §. non solum.* & pœnitentia quoad Deum, non quoad mũdum vel solũ principẽ valeat, sibi data. ADDITIO. Videas de hoc in capi. testimonium. cum ibi notatis per glos. & docto. extra de testibus.

b Verum infamis pœnitentia acta, testis esse posse. Accursius hic negat posse. Immo Glos. in .j. §. Lege Iulia in verbo imperatores, ff. de testibus. adde de infami. Gl. Notabili. in verbo si quo omnino. Porro à quibus infames arceãtur. adde Glo. in d. l. §. j. de infamibus libro 10.
* subiecta lege, &c.

f ¶ *Vocabulum*. sic *s. de fer. l. à nullo.*
g ¶ *Dissolerint*. idem & nunquã venerint. sic & *s. de condic. ob can. l. si repetendi.* sic ergo latè interpretatur concessio. [c] sic & *ff. de consti. pri. l. fin. & ff. de re iudica. l. quidã consulebat. & j. de bo. vacan. l. si quando. j. lib. x.* prædictam autẽ interpretationẽ licet facere etiã si iurauerit contrariũ, Vnde sequitur authent. Quod eis &c. Quæ est ex corpore, Scenicas &c. colla. v.

c Concessiones latissimã admittunt interpretationẽ.

Q*Vod eis*.] CASVS. Hæc authent. non corrigit l. codicis, sed addit ei: vnde lex codicis dicebat quòd mulier impetrabat vt posset contrahere nuptias interuenientibus dotalibus instrumentis. hæc authenti. dicit, quòd si mulier scenica iurauit nõ relinquere illam vitam, & vult postea pœnitere, põt hoc facere, nec deserẽdo illã vitam peierauit: q̃a tale sacramentũ est illicitũ. Viuia.
h ¶ *Quod eis*. aliàs eis. & aliàs his.
i ¶ *Permittitur*. Sic aliàs ex permissione legis deserit sacramentũ ratione pietatis: *vt ff. de obse. l. munium.* a & aliàs ratione

Iuramentum iustis ex causis negligi potest.

Codex.

ludis sese ante immiscuerunt, postea verò spreta mala cõditione ad meliorem migrauere sententiã, & inhonestam professionẽ effugerunt, nullã * spẽ principalis habere beneficij, quod eas ad illũ statũ reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatũ esset, cõmorari potuerũt.

Scenicæ mulieres ad frugẽ melioris vitæ reuertẽtes, possunt impetrare à principe vt eis liceat cũ cæteris matrimonium cõtrahere: quo impetrato, ad pristinũ statũ intelliguntur reductæ: & nomen scenicarũ desinũt habere, & matrimoniũ cũ eis potest contrahi impunè: & filij ex eis nati erunt legitimi: possunt tamen etiam post impetrationem à contrahendo se abstinere. Sal.

Præsenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea * lege condonamus, vt si derelicta mala & inhonesta conuersatione cõmodiorẽ vitã amplexæ fuerint, honestatiq; sese dederint: liceat eis nostro supplicare numini, vt diuinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimoniũ eas venire permittentes legitimũ: his, qui eis cõiungendi sunt, nullo timore tenẽdis, ne scitis [a] præteritarũ legũ infirmũ esse videatur tale coniugiũ, sed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla præcedẽte inhonesta vita vxores eas duxerint: siue dignitate [b] prædit sint, siue alio modo [c] scenicas in matrimoniũ ducere prohibeantur: dũ tamẽ dotalibus [d] omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probetur coniugium. Nã omni macula [e] penitus direpta, & quasi suis natalib⁹ huiusmodi mulieribus redditis, neq; vocabulũ [f] inhonestũ eis inhærere de cætero volumus, neque differentiam aliquã eas habere cũ his quæ nihil simile peccauerunt: Sed & liberos ex tali matrimonio procreandos, suos & legitimos patri esse: licèt alios ex priore matrimonio legitimos habeat: vt bona eius tam ab intestato quã ex testamẽto, isti quoq; sine vllo impedimẽto percipere possint. Sed & si tales mulieres post diuinũ rescriptum ad preces earũ datũ, ad matrimoniũ venire distulerint [g], saluam eis nihilominus existimationem seruari præcipimus tã in alijs omnib⁹, quàm ad transmittendam quibus voluerint suam substantiam, & suscipiendam competentẽ sibi legibus ab alijs relictam, vel ab intestato delatam hereditatem.

IN AVTHENTIC. scenicas non solum si fideiussores. §. ij. col. v. consti. iiij.

Ista authe. continuatur ad l. C. hoc modo: Dictum est supra in l. Codicis, quòd scenicæ pœnitentes possunt supplicare principi vt eis restituat famam, vt possint nubere honestis personis. Nunc dubitatur quid si illa mulier iurauerit semper permanere in illo vitio & in illo opprobrio & libidinis infamia, nunquid iuramẽtum impediat quin possit priuilegiũ impetrare? Determinat quòd iuramentum non valet, quia est illicitũ: & dicitur quod potius est puniendus ille qui exigit tale iuramentum, quàm illa quæ iurat. Bald.

QVod eis [h] permittitur [i] etiam si iurauerint in tali professione se perseueraturas: quia legibus expressum est illicite rei iusiurandum seruari nõ oportere: & pœna [k] periurij, si qua est, in eum conuertenda est, qui exigit.

Finis authentica. Sequitur textus Codicis.

Qui consequitur dignitatem, tacitè videtur restitutus ad famam. Baldus. Vel sic: Si mulieribus scenicis vel quibuscunque alijs imperator dignitatis titulum concessit, videtur cum omni macula & impedimento dispensare. Salyc.

Similes verò tale merentibus [l] ab imperatore beneficiũ mulieribus, illas etiam esse volumus, quæ dignitatem [m] aliquam habent [n], etsi non serenissimo principi supplicauerint, vltroneam [o] tamen donationem [p] ante matrimonium meruerint. ex qua dignitate & aliam etiam omnem maculã per quã certis hominibus legitimè coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet [q].

Non dicitur scenicæ filia, quæ concepta est abstersa macula, sed tantũ illa, quæ nata est vigente macula. Bald. Vel sic: Filia nata post priuilegiũ matri cõcessum, illo potiũtur priuilegio: non prius nata, nisi pro illis fuerat supplicatũ. Salycet.

His illud adiungimus, vt & filiæ huiusmodi mulierũ, si quidẽ post expurgationẽ prioris vitæ matris suæ natæ [r] sint: non videantur scenicarũ esse filiæ, nec subiacere legibus quæ prohibuerunt filias scenicarũ certos homines in matrimoniũ ducere. Sin verò antè procreatæ sint, liceat eis preces offerẽtibus inuictissimo principi, sacrũ sine obstaculo vllo mereri rescriptũ: per quod eis ita nubere pmittatur, quasi nõ sint scenicæ matris filiæ: nec iã phibeantur

tacitæ cõditioni sit: *vt s. de non nu. pecu. l. fina.* 3 Item & alias quia cõtra leges fiat: *vt s. de legibus & constitut. l. non dubium. & ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. §. fina. & ff. de pactis. l. iuris gentium. §. & generaliter.* 4 & aliàs habes. Melius est vota stultæ promissioni non implere, quã crimen admittere. Item tolerabilius est iuramẽtum non implere, quàm turpiter facere: *vt in decre. xxij. quæstio. iiij. cap. j. & cap. vnusquisque.*
k ¶ *Pœna*. decem librarũ auri: *vt j. ea. authẽ.* ¶ Et not. quòd [a] tria debet continere iuramentum, veritatẽ, iustitiã, & iudiciũ. quorũ si quod defuerit, periurus est qui facit: *vt xxij. quæstio ij. animaduertendũ.* at hic nulla fuit discretio, nullum iudiciũ. de hoc dicitur extra de iureiuran. & si Christus.

a Iuramẽtum hæc tria continere debet, veritatem, iustitiã, iudiciũ.

l ¶ *Similes merentib*. ad sui petitionem.
m ¶ *Dignitatem*. à principe sibi datam.
n ¶ *Habent*. per priuilegium principis.
o ¶ *Vltroneam*. scilicet sine administratione. nã cũ administratione non possunt habere: *vt ff. de regu. iuris l. ij.* nisi fortè diceret, nõ [b] obstante lege aliqua. Et erit exẽplum quãdo sine administratione, quia concessit q̃ esset illustris vel similis: *vt ff. de sena. l. fi.*

b Clausula, nõ obstante lege.

p ¶ *Donationem*. id est, [c] concessionem dignitatis. sic & dicitur donari libert: *s. vt inst. de lib. §. j.*

c Donari pro concedi.

q ¶ *Penitus oportet*. Har. q̃ hoc ipso q̃ conceditur dignitas, [d] videtur remitti infamia: cũ omne id per quod peruenit ad illud videtur esse remissum: *vt j. de dignit. l. ij. lib. xij.*

d Infamiam remissam intelligitur, qui dignitatem concessit.

r ¶ *Hic illud*.] *Natæ sint*. ¶ argũ. quòd non est dicendus sacerdotis filius

a Regis filius non est dicendus qui natus est antequam pater Rex esset de qua quæstione v. Ioannem de Cu. de decur. li. x. pro magistratu. quæst. 11.

vel regis, qui antequam[a] esset pater sacerdos vel rex, natus est: *sicut hic.* & econtra qui nascitur postquam mater desinit esse scenica. *& est sic ff. de noxa. l. in delictis. §. j. & ff. quod iussu. l. si tutoris. §. si ius-su. & ff. addit. l. Corneliam de fals. l. de eo qui. & ff. de decur. l. ij. §. in filiis. & ij. de decur. l. fin. lib. x.* Sed argu. contra. *ff. de condit. & demon. l. si ancillæ.* Item argu. pro & contra *ff. de pœnis. l. mariti. §. ista.* Dic vt ibi.

a ¶ *Illud remouendum.* à dubitatione.

b ¶ *Impares.* [b] vt inter clarissimum & illustrem. & inter illustrem & superillustrem.

b Inter pares facilè matrimonium prasumitur, non inter impares & inæquales. v. Tiraquel. ad leges connubial. parte 5. Glos. 1. num. 31.

c ¶ *Nefariarum.* quando inter ascendentes & descendentes.

d ¶ *Incestarum.* inter collaterales vel affines.

MAximis.] CASVS. In l. Codicis dicebatur: Si mulier scenica impetrauit à principe quòd possit contrahere nuptias: poterit contrahere dotalib. instrumentis interuenientib. Hæc authent. dicit quæ sunt personæ quæ debent contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Nam regulariter inferiores personæ possunt contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Fallit in maxima decoratis dignitate. & certè aliæ personę solo affectu nuptias contrahunt, exceptis Barbaris. Viuianus.

e Maxima dignitas pro superillustri & illustri.

e ¶ *Decorati.* vt[e] super illustres.

f ¶ *Ad illustres.* descensiuè & inclusiuè. nam & ipsi maximis decorantur dignitatibus.

g ¶ *Dotalibus.* id est, instrumentis nuptialibus. Nam dos non est opus, *vt dixi ī. ea. l.* ¶ Sed argu. contra in authen. *quib. mo. na. eff. sui. §. hoc ergo. col. vj.* Item[d] & aliàs in tribus casib[us] exigitur scriptura, qui sunt in hac l. Est & quartus ī. *eod. authentic. sed nouo iure.* Regulariter[e] contra: *vt ī. eo. l. neq; sine. & hic subycit.*

d Scriptura quibus casibus exigatur in nuptiis.

e Scriptura regulariter non requiritur.

h ¶ *Ante contractas.* s. ante dignitatem adeptā: vt in corpore.

i ¶ *Barbaris.* id est, subiectis nostræ reipub. quibus solo affectu sine aliqua scriptura licet contrahere nuptias: licèt maximis decorentur dignitatibus.

k ¶ *Affectu solo.* Nō obstat Institut. *eod. §. fina.* quia illud quo ad hoc vt filij fiant legitimi, non quo ad substantiam matrimonij.

Finis glos. authenti.

Sequitur glossa textus Codicis.

illis copulari, quibus scenicę filias vel dignitatis vel alterius causæ gratia vxores ducere interdicitur: vt tamē omnimodo dotalia inter eos etiā instrumēta conficiatur. Sed & si à scenica matre procreata, quæ vsque ad mortē suā in eadē professione durauerit, post eius obitum preces imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuinā indulgētiā meruerit, liberationem maternæ iniuriæ, & nubendi licētiā sibi condonantē: istā quoq; posse sine metu priorum legū in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicę filiam vxorem ducere prohibebantur.

Remotis veteribus legibus, quæ disponebant matrimonia sine dotalibus instrumētis inter impares honestate personas non valere; statuit imperator ea valere: exceptis nefariis, incestis, & aliis prohibitis. Bal. Vel sic: Matrimonia inter pares possunt fieri etiam sine dotalibus instrumentis: secus si personæ sint impares. Salyc.

Imò etiā illud remouēdum[a] esse cēsemus, quod in priscis legibus (licèt obscurius) cōstitutū est, vt matrimonia inter impares[b] honestate personas contrahenda, non aliter quidē valeāt, nisi dotalia instrumēta cōfecta fuerint. his verò etiā non intercedētib[us], omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum: si modo liberæ sint & ingenuæ mulieres, nullaque nefariarū[c] vel incestarū[d] coniunctionū subeat suspicio. Nā nefarios & incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut & illos qui prætéritarum legū sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet his quos præsenti lege permittimus: legitimíque matrimonij iure muniri præcipimus.

IN AVTHENT. VT lic. ma. & auiæ. §. quia verò legem colla. viij. constit. vlti.

Maximis dignitatibus præditi debent matrimonia contrahere cū dotalibus instrumentis: excipiuntur ab ista solennitate Barbari subiecti Romano imperio. Bald.

MAximis decorati[e] dignitatibus vsque ad illustres[f] non nisi dotalibus[g] instrumentis conscriptis, ritè contrahunt nuptias: licèt antè cōtractas[h] retineant, exceptis Barbaris[i]: reliqui omnes affectu solo[k] rectè contrahunt matrimonium.

Sequitur textus C.

Hæc lex trahitur etiam ad matrimonia iam contracta post imperium Iustiniani, non ante. Bald.

His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, & decætero conseruandis, præteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto[l] tempore factas secundū prędictam dispositionem iudicari præcipimus: vt si quis talem vxorem ab initio nostri imperij (prout dictum est) iā duxerit, & liberos ab ea procreauerit: iustos eos & legitimos, & tam ab intestato quàm ex testamēto patris successores[m] * habeat, & legitima in posterū nihilo minus ea vxore permanente, procreati quaque liberi legitimi sint.

Vbi fit mentio nuptiarum, nō sufficit nubilis ætas: sed oportet quòd matrimonium re ipsa contrahatur. hoc dicit sing. secundùm Bald. Vel sic: Conditio nuptiarum impletur per actum & rem ipsam, non per habitum & potentiam. Salyc.

XXIIII. *Idem A. ad Senatum.*

1 SAncimus, si quis nuptiarum fecerit mentionem in qualicunque pacto, quod ad dandum, vel ad faciendum, vel non dandum vel non faciendū concipitur, & siue nuptiarum temp[us] dixerit, siue nuptias nominauerit: non aliter intelligi conditionem esse adimplendam, vel [non] extenuendam, nisi ipsa nuptiarū accedat festiuitas[n]: & non esse tempus inspiciendum in quo nuptiarum ætas vel fœminis post duodecimum annum accesserit, vel maribus post quartum decimū annum completū: sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. sic enim & antiqui iuris contentio dirimetur, & immensa librorum volumina ad mediocrem[o] † modum tandem peruenient.

Filia vel filij furiosi vel mente capti, sine consensu patris matrimonium contrahere possunt: & dotem & donationem ante nuptias cum auctoritate curatoris constituere: & gratis debet procedere, ne afflicto detur afflictio. Bald. & Salyc.

XXV. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

SI furiosi parētis liberi, in cuius potestate cōstituti[p] sunt,

l ¶ *Subiecto.* id est, deinceps.

m ¶ *Successores.* Si prædictum priuilegium impetretur.

SAncimus.] CASVS. Si promitto mulieri dare vel facere sub his verbis, cum nuptias contraxerit, non intelligimus cum est viripotens, sed cum venerit ad actum nuptialem. Nota circa hanc notabilem legem, quòd tunc satisfit huic conditioni, quando fit desponsatio per verba de præsenti: quod probatur hac l. ibi, sed ex quo vota &c. votum enim nuptiarum procedit: quando fit desponsatio per verba de præsenti. & sic dicetur conditio impleta, licèt nondum sit facta coniunctio per carnis copulam. ita dicit Bartol. *hic, & idem latius in l. Titio centum. §. Titio genero. in pr. quasi. ff. de condit. & demonstra. per l. cui fuerit. illo titu.*

patri furioso.

n ¶ *Festiuitas.* [a] vt infra *de testa. manu. l. cum testa-tor. & argum. supra de his qui veni. ætat. impe. l. fina. & infra de le. heredi. l. si maior.* ¶ Argu. contra infra de *fideicommissariis liberta. l. fideicommissaria.* Sed ibi statuit certum tempus: hic autem non. Item ibi fauore libertatis. ¶ Item argu. contra infra *de institut. & substit. & restitutionib. sub cond. fac. l. si mater.*

a Subaudi celebratum, cōsule Baldo. non. consensus.

o ¶ *Mediocrem.* aliàs decē. est in textu, meliorem.

SI furiosi.] CASVS. Hanc l. habetis ī. de epi. aud. l. tam dementis. & vult hæc l. hoc dicere. Sicut filius & filia mente capti possint nuptias contrahere, ita filius furiosi: sed quomodo hoc potest esse cum in nuptiis filij requiratur cōsensus patris? Respond. quòd debet contrahere cum consensu curatoris mēte capti, & propinquorum: & de eorum consensu debebit dos & donatio constitui arbitrio rectoris prouincię, vel arbitrio episcopi loci. & pro isto consilio siue scriptura non debet furiosus aliquid dare: quia non debet amplius affligi.

† mediocrem.

p ¶ *Constituti sunt.* remanent[b] enim in potestate: *vt ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. l. patre.*

b Potestas nō amittitur furore.

Nuptias

a ¶ *Nuptias.* vt inst. eo. §. j.
b ¶ *Aliam.* repete, retulit. Vlpianus.
c ¶ *Adiuuantes* repete, cōditores antiqui iuris. aliàs adiuuante.
d ¶ *Antistitum.* æstimatione, repete constituēda, quod est j.
e ¶ *Quàm moderatione.* sic & ff. de iur dot. l. quero. & j. de episc. audien. l. tam dementur. ¶ Sed quid si ide sit filius patris curator, quod pōt vt ff. de curat. fur. l. j. Respon. specialis ad hoc dabitur arg. ff. de iure do. l. fin generalis. quo minus enim curator detur habenti curatorem, regula iuris non est impedimento: vt ff. de tut. & cura. da. ab his l. vero. §. fin. Vel aliter dic quod prædicta fiant auctore prætore vel iudice: vt & qn debitor soluere vult minori: vt ff. de minor. l. ait prætor. §. j. & facit ad istā. ff. de lega. iij. l. filiae. & ff. eo. l. si nepos. & l. si ita. & l. si filius. ADDITIO. Not. ex hac glos. quòd filiusfamil. pōt donare causa mortis patri in cuius est potestate, nō auctoritate patris, sed iudicis: quod not. pro limitatione glo. rē acquirit. l. j. ff. de aucto. tut. secūdum Andr. Barba.

a Curator esse potest patris filius.

† al. & alia dubitatione emergēte. al. & alia dub. ex hoc emergere.
b Donare mortis causa filius familias patri pōt: nō quidē patris sui auctoritate, sed iudicis adiuuante.

† Sequens huius cōstitutionis pars iā posita fuit sub ti. de episcop. aud. l. tam dementis.

nuptias [a] possint contrahere, apud veteres agitabat. & quidē filiam furiosi marito posse copulari, omnes penè iuris antiqui conditores admiserūt. sufficere enim putauerūt si pater nō contradicat. In filio autem familias dubitabat & Vlpian[b] quidem retulit cōstitutionem imperatoris Marci, quæ de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente captis: siue masculi, siue fœminæ sint, qui nuptias contrahunt: vt hoc facere possint etiam non adito principe. Et aliam [b] † dubitationem ex hoc emergentem, si hoc quod de mēte capto cōstitutio induxit, etiam in furiosis obtinendum sit, quasi exēplo mente capti & furiosi filios adiuuantes [c]. His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes, sancimus hîc repleri, quod diui Marci constitutioni deesse videtur, vt non solū dementis, sed † etiam furiosi liberi cuiuscunq; sexus possint legitimas contrahere nuptias, tā dote, quā ante nuptias donatione à curatore eorū præstanda, æstimatione tamen in hac regia vrbe excellentissimi præfecti vrbis, in prouinciis autem virorum clarissimorum earum præsidum, vel locorum antistitum [d], tam opinione personæ, quàm moderatione dotis & ante nuptias donationis cōstituenda, præsentibus tam curatoribus dementis vel furiosi, quàm his qui ex genere eorum nobiliores sunt: ita tamen, vt nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia vrbe vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi, vel mente capti, sed gratis omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expēsarum detrimento prægrauet.

Potest quis alumnam suam ducere in vxorem, sed non eam quā de sacro fonte leuauit. Bald. Vel sic: Cū ancilla manumissa patronus potest contrahere matrimonium. cum filia verò adoptiua etiam emancipata nō potest: nec cum aliena de sacro baptismate sumpta. Salyc.

XXVI. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

SI quis alumnam [f] suam libertate donauerit, & in matrimonio suo collocauerit: dubitabat apud antiquos, vtrúmne huiusmodi nuptiæ legitimę esse videantur, an non. Nos itaque vetusta ambiguitatem decidentes, non esse vetitum matrimonium censemus. si enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ, & nihil impiū, nec legibus contrarium in tali copula [g] expectamus: quare prædictas nuptias inhibendas existimemus? nec enim homo sic impius inuenitur, vt quā ab initio loco filiæ [g] habuit, eam postea in suo collocet matrimonio: sed ei credendum est, quia eam & ab initio non vt filiam educauit, & libertate donauit, & dignam esse postea suo putauit matrimonio: Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, siue alumna sit, siue non, à sacrosancto suscepit baptismate: cū nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionē, quàm huiusmodi nexus, per quem Deo mediante [h] animæ eorum copulatæ sunt.

SI quis alumnam.] CASVS. Si ego nutriui aliquam puellam ancillā vel libertam, vel aliqua nutriuit me: ego cū illa nōn prohibeor nuptias cōtrahere: quia licèt ad illā habeā affectionem, non tamē prohibentur nuptiæ inter me & illā. eam tamen quam suscepi de sacro fonte, ducere non possum. Viuia.

f ¶ *Alumnam.* id est, quā ipse aluit cū sua esset ancilla, & inde eam manumisit: vt subijcit, & facit instit. qui ma. non possunt. §. eadem.
g ¶ *Loco filiæ.* scilicet adoptiuæ, quā etiam nō licet ducere: vt instit. eod. §. & hæc adeo. 2 Vel hic dicit quando aluit vt filiam j. in princi. alitus fuit cum ea. 3 Vel aluit vt ancillam. & facit xxix. q. ij. si quis ancillam. & j. ad l. Iul. repetun. l. fin.
h ¶ *Deo mediante.* no. est sic ad hunc casum. xxx. q. iij. & iiij. per totum. & extra de cogn. spiri. c. j. lib. vj.

e Alumna quę dicitur. Harmenop. lib. 4. tit. 6. c. 7.

d Matrimoniū subsistit inter educatorem & alumnam.

Potest quis accipere vxorem sexagenariam, vel decrepita ætatis constitutam. Bald.

XXVII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

2 SAncimus † nuptias quæ inter masculos & fœminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibitæ sunt, homines volētes [i] cōtrahere, & ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

Noua dignitas mariti vel soceri matrimonium nō dissoluit: quia felicitas viri debet vxori prodesse, & similiter felicitas vxoris debet prodesse viro: & similiter felicitas soceri debet nurui prodesse. Bald. vel sic: Res perfecta & consummata nō vitiatur, licet veniat ad casum à quo non potest incipere. Salyc.

XXVIII. *Idem A. Ioanni præfect. præt.*

SI libertam quis vxorē habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an soluatur matrimonium, apud Vlpianum quærebatur: quia lex Papia inter senatores & libertas stare connubia non patitur [k]. Nos igitur Dei sequentes iudicium, non patimur in vno eodémque connubio, mariti felicitatem vxori fieri infortunium: vt quantum vir in altū tollatur, tantum & coniux eius decrescat [l], imò magis penitus depereat. absit itaque à nostro tempore huiusmodi asperitas, & firmum maneat matrimonium, & vxor marito cōcrescat, & sentiat eius fulgorem stabiléque maneat matrimoniū ex huiusmodi superuentu minimè deminutū [m]. Simili modo si priuati hominis filia ad liberti veniat connubium, & postea pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus: taceat Papiæ legis crudelissima sanctio: & neque per hunc modum

SAncimus.] CASVS. Olim masculus qui habebat lx. annos, prohibebatur nuptias cōtrahere: similiter mulier habens quinquaginta annos: sed hodie per Iust. hoc correctū est. Viu.
i ¶ *Homines volentes.* Dic quòd lege Papia [e] cautū fuerat quòd masculus maior [a] sexagenario nō cōtrahat cū maiore vel minore fœmina quinquagenaria: & econtra maior quinquagenaria non cōtrahebat cū maiore vel minore sexagenario: & erat ratio, quia nuptiæ fiunt causa liberorū: quæ causa hîc deficere videbat: Sed contra [b] est vt hîc, & j. de legiti. hered. l. si maior. ADDITIO. Hanc legem intellige de tali sene, qui tamē coire potest, licet difficulter. aliàs autem si omnino non posset coire, non valeret matrimonium. facit c. ij. extra de frig. & male. de quo vide latius per Christoph. Porciū §. j. in fi. institu. de nuptiis.

e v. Tiraquell. legibus connubialibus parte 6. Gl. 1. num. 10.

a Matrimoniū an possit contrahi per senes.

† copulationē in omnibus manuscr.

b Potest quis accipere vxorē sexagenariam.

SI libertam.] CASVS. Si liberta est vxor alicuius, qui postea senator efficitur, nō propter hoc debent nuptiæ dissolui: nam felicitas casus mariti non debet esse damnosa vxori. ab initio tamen senator non potest contrahere matrimoniū cū liberta. Secūdo dicit, quòd si pater mulieris quæ nupsit liberto, nō erat senator, & postea effectus est senator, nunquid dissoluit matrimoniū ex eo quòd non licet filiæ senatoris nubere liberto: Respon. non. Viuia.
k ¶ *Non patitur.* vt ff. eo. l. lege Iulia.
l ¶ *Decrescat.* sic & supra de fla. & imagin. l. fin. & ff. de condi. & demonstra. l. falsa. §. sed si cui. & supra eodem auth. maximè. Sed contra [c] alterius coniugis infelicitas facit valere matrimoniū, quod non valet: vt ff. eodem. l. si quis in senatorio. non autē infelicitas patris: vt ff. de senato. l. filiam.
m ¶ *Deminutum.* non [d] ergo vitiatur, licet ad eum casum peruenerit, à quo incipere non potest: vt & institu. de lega. §. potest autem.

† In manusc. tituli. vltimū est ordo tit.

c Coniugis unius infelicitas efficit vt valeat matrimoniū, quod aliàs non valeret.

d Vitiatur non omnia quæ ad eum casum proueniunt, à quo incipere non possunt.

1. 4. nostro pro tempore.

donatio redit ad maritum: cum lex ista, cum multæ, dicat dotem[a] & donationem propter nuptias æquis passibus ambulare. ¶Sed cur meretur vxor, cum ipsa non[b] lucretur eam, nisi ex pacto speciali: vt d. §. alia. nec fructus[c] habeat? Respo vt securior sit in dote. nam res suas vir alienat consentiente vxore: vt s. ad Velle. l. etiam. quod non est in donatione: vt *in authent. ibi posita: sine à me &c.* ¶Sed qua actione agitur vt fiat donatio? Respon. condictione ex hac l. Sed Azo dixit quòd agit mulier condictione, vt sibi tradatur, non autē vt constituatur: quia ipso[d] iure est constituta in simili quantitate qua est dos.

a ¶*Res mobilis.* nam aliter non fit depositio: vt arg. j. *quando & quib. quarta pars l. ij. lib. x.*

b ¶*Exactio.* ¶Sed quid si nec fuit cōstituta donatio, nec petita constitutus, sed facto diuortio petit eam consistui, & lucrari pro tertia, cum dotem dedisset: & de ea lucrando pro tertia sit factum pactum? Respon. non potest agere: sed sibi imputetur quare constante matrimonio non fecit sibi fieri donationem. ¶Item nunquid pactum de lucrāda dimidia parte dotis valebit, cū nullum fiat in donatione? Respon. sic. Alij contra: cum dicat lex ista, cum multæ. dispartibus etenim, &c. & minus[e] dicitur, etsi nihil fit: vt *ff. de tri. illud. §. pen. & ff. de verb. sign. l. minus.* Sed contra eos est. s. ea. l. §. *sin autem donatio &c.*

c ¶*Similique modo.* tertia pars legis. & refertur ad princi. l.

d ¶*Fecimus.* s. l. proxi. videtur enim fecisse, cum fecerit pater eius. ¶Vel dic[f] quòd fecit aliam quam non habemus, similem illi.

e ¶*A veteribus.* vt *ff. de donat. inter virum & vxorem. per totum. & j. de do. inter virum & vxo. per totum.*

EO decursum.] CASVS. Lex antiqua dicit quòd maritus debet insinuare donationem. Authentic. dicit quòd non est necesse vt insinuetur, siue maritus fecerit donationem in vxorem, siue econuerso. & quod dixi, non est necesse vt insinuetur, verum est quo ad mulierem: quia si vxor fecit ei pactum de lucranda dote, maritus petere non potest dotem, si non est insinuata.

f ¶*Sponsalitia.* id[g] est donatio propter nuptias. & sic impropriè dicitur: sed propriè illa quā sponsus sponsę, vel econtra dat & facit.

g ¶*Specialis.* quia quoddam speciale in ea seruatur, vt subiicit: nec enim insinuationem[h] &c. olim contra, nisi in casu: vt s. *eod. l. minoribus.*

a Dotis & donatio propter nuptias summa non aliter tendo.
b Donationē propter nuptias soluto matrimonio vxor non lucratur, nisi pacto speciali vt hic adde Gl. Nouell. vt immobilia. ac in verbo donatae.
c Vxor non lucratur fructus donationis propter nuptias sicut vir dotis adde Gl. Nouel. s. in verbo percipiat. d. vt Bartolum Nouel. vt immobilia collat. 5. num. 8.
d Data dote ipso iure constituta intelligitur donatio propter nuptias. vt hic adde Bart. Nouel. de aqua ista dote collat. 8. in pr.
e Minus dicitur esse etsi nihil sit.
f l. si constante. s. eod. quia tū Caius erat cū patre l. ff. no Augusto. & Imperator appellabatur.
g Sponsalitia largitas impropriè sumpta quid similis est Gl. Nouel. ... in pr.
h Donatio propter nuptias insinuationem olim requirebat in fine casu quo ties scilicet mulier cui donabatur erat minor. Hodie nullo casu insinuatio requiritur. vt hic. & Gloss. de Nouel. ... in pr. sponsalitia verò largitas, requiritur. Gl. ... verbo ante nuptias ... donationem. Bart. in d. Nouel. ... sponsalitia largitas.

tertia si pars mulieris dotem soluere sit parata, cum ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cúmq; sit res mobilis[a], signaculo imposito recondat: aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, vt parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinanda est donationis exactio[b]. At si per dilationem dos viro non detur: etiam donatio prorsus denegetur.

Finis authentica.

Sequitur textus Codicis.

Similique[c] modo si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. Similiq; modo & eā constitutio, quam pro augēdis tam dotibus, quàm ante nuptias donationibus fecimus[d], intacta illibatáq; conseruetur: omnibus videlicet quę de simplicibus donationibus inter maritum & vxorem constante matrimonio, vel à veteribus[e], vel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

IN AVTHENT. VT spon. lar. in princip. coll. ix. consti. ij. & in authent. vt fra. filij. §. illud quoque. colla. ix. consti. vij.

Ista authentica continet ius positiuum. Primo præmittit quoddam præambulum, scilicet quod donatio propter nuptias est specialis contractus, id est proprius, distinctus, & validus, & iustus. Secundo subdit, quod vbi facta est donatio propter nuptias in qua est appositum pactum de lucrando, consimile pacto dotis: mulier quæ non insinuat donationem propter nuptias, non meretur pœnam quin existente conditione lucretur, sed vir qui non insinuat, meretur pœnam, quod sibi non prodest pactum lucrandæ dotis. Bald.

EO decursum est, vt sponsalitia[f] largitas specialis[g] sit contractus, nec insinuationem[h] desideret, etiamsi ab alio detur, licet in viri personam[i] donatio fiat, quatenus[k] ipse in hunc contractum conscribat. hoc quantum ad mulierem[l]. At si vir, vel alius, qui dederit eam, non insinuet: cum ea sit quantitas[m], & pacta dotalium concedant parti[n] viri: nullam super eis habeat vir actionem.

PAter donationem propter nuptias, quam contulit in vxorem, non cogitur seruare liberis prioris matrimonij, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim seruare liberis prioris matrimonij debet.

IN AVTHENT. DE æqualita. do. §. aliud. collat. vij. consti. viij.

NVnc inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum vnicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secundæ vxori. ita etiam à parte vxoris.

TITVLVS IIII.

DE NVPTIIS†.

Quando super maritanda puella discordant consanguinei & tutor, arbitrium iudicis est necessarium: qui debet eligere quod est vtilius puellæ, & non pati quod est inutile. Bald.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Potio.*

CVm de nuptiis[o] puellæ quæritur, nec inter tutorem & matrem & propinquos de eligendo futuro marito conuenit: arbitrium[p] præsidis prouinciæ necessarium est.

Etiam sine subscriptione paterna valet consensus patris in nuptiis per filiam contrahendis. Bald.

h ¶*Insinuationem.* quę[a] exigitur in donatione excedente quingentos solidos: vt. j. *de dona. l. pen. & fin.*

i ¶*In viri personam.* scilicet nomine viri fiat mulieri.

k ¶*Quatenus.* id est eo pacto vt conscribat scilicet maritus in hunc contractum, id est donationem propter nuptias, id est dicere hoc pacto, vt fiat insinuatio, vel vt subscribat maritus.

l ¶*Quantum ad mulierem.* vt insinuatio non sit necessaria.

m ¶*Cum ea sit quantitas.* quia excedit quingentos solidos.

n ¶*Concedant parti.* dicit enim quòd fecerat pactum vir de lucranda dote, quæ erat mille, & sic vltra quingenta, si mulier scilicet præcederet, & mulier deberet lucrari donationem propter nuptias, si vir prædecederet: quæ similiter erat in mille: lucrabitur ergo mulier donationem si vir prædecedat, licet non interuenerit insinuatio. at econtra si vxor prædecedat: non lucrabitur vir de dote, si donatio non est insinuata.

NVnc.] CASVS. Lex codicis dicit quòd constante matrimonio potest dos minui. ista authen. corrigit dicens quod hodie istud est prohibitum. secundo dicit quòd maritus vel vxor tenetur dare vni filiorum primi matrimonij tantum quantum dat vir mulieri, vel mulier viro.

DE NVPTIIS. *Dixit de præambulis nuptiarum, scilicet sponsalibus sequitur nunc de nuptiis, Vel sic: Præmisit præparatoria nuptiarum, ponit de nuptiis. Azo.*

o CVm de nuptiis.] CASVS. Mulier quædam habebat filiam minorem duodecim ann. cuius malitia supplebat ætatem: erátque toro matura: vnde mater & tutor illius puellæ impuberis tractabant de marito ei tradendo super quo eligendo fuerunt discordes. quæritur quid hoc casu agendum sit? Respond quod recurrēdum est ad præsidem prouinciæ, & ille qui sibi iustior videbitur, præferetur in nubendo cum puella. Viu.

o ¶*De nuptiis.* futuris. alias si non esset pupilla, non haberet tutorem, & eius voluntas quæreretur: vt *infra eod. l. in copulandis. & vidua. & l. in coniunctione.* Alij dicunt quòd hæc puella nolebat suam voluntatem dicere, cultu verecundiæ: vt *d. l. in coniunctione.* quod tamen non placet: cum & ibi in adulta dicat.

p ¶*Arbitrium.* per quod sedetur eorum discordia. sic *& insti. de satisda. tuto. §. sin autem. & ff. de admi. tuto. l. iij. §. finali.*

a Insinuatio requiritur in donatione excedente 500. solidos.

† lib. 3. Cariul. tit. 4. Harmeno. lib. 4. t. 4. c. 31.

• Potito. al. Petito.

Si nuptiis

Si nuptiis.] CASVS. Filiusfamilias contraxit nuptias consentiente patre. pater in instrumento dotali non subscripsit. nunquid nuptiæ sunt legitimè contractæ? Respon. quod sic Viu.

a ¶*Non subscripsit.* hoc visum quandoque: hodie contra: vt *in authen. sed nouo iure. quæ est* ⁊ *eo.*

Libertum.] CASVS. Libertus non potest contrahere nuptias cum patrona, vel patroni filia, vel coniuge, vel nepte, vel pronepte: & si contraxit, nuptię non valent: vnde de hoc poterit accusari, & sustinebit pœnas iudicantis. Viuianus.

b ¶*Coniugem.* quondam.

c ¶*Accusare poteris.* quicunque sis, scilicet de stupro, vel adulterio, vel sacrilegio: nisi vilis esset talis fœmina: vt ff. *eod scilicet de ritu nupt. l. si patrona. quæ est contra.*

d ¶*Congruentem.* scilicet[a] extra ordinem suo officio secundum quosdam.

e ¶*Odiosas.* iure[b] ciuili, sed non naturali.

f ¶*Merito.* propter reuerentiam personarum. & *facit ff. eo. l. senatoris filia. & l. lege.*

Iberi.] CASVS. Filius tuus illam quę fuit tua concubina, in vxorem ducere nō potest. & si cōtra fecerit, stuprum committit, & lege Iulia de stupro tenetur. Viu.

g ¶*Vxores.* nec cōcubinas habere: vt ff. *de concubi. l. j. §. pen.*

h ¶*Non possunt.* propter adfinitatem. Sed certè contra non videtur adfinitas, cum[c] dicitur adfinitas regularitas personarum ex nuptiis cōiunctarum, omni carens parentela. at hæc nō prouenit ex nuptiis, sed certè sic impeditur matrimonium propter illicitam coniunctionem, sicut per adfinitatem: & sic est hic illicita coniunctio, vt ff. *eo. l. semper.* Sed & hic potest dici adfinitas: vt trigesima quinta quæstione tertia, capitulo de incestis. ADDITIO. Aduertas quòd de iure canonico, non solum ex illicito coitu, sed etiam ex nefario oritur adfinitas impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractum: vt in c. discretionem. & c. pe. extra de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ. & c. per tuas. extra de proba. vnde secundum canones sic definitur: Adfinitas est personarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela sanguinis. de quo vide latius per Io. And. in declaratione arboris adfinitatis in principio.

a Congruè ex statuto & consuetudine punitur qui extra ordinem punitur, licèt de statuto & consuetudine non constet.
b Odia ad ius ciuile potius esse referenda quàm ad ius naturale, hinc colligit Bald.

c Adfinitatis definitio.

*In antiquis exēpla. ita scriptū erat: Vereri non debes nepotē suum non agnoscat. rectè.sic enim in l. 19. § 1. D. de inr. do. Sic ergo vt sit: Vereri nō debes, nepotem suum non agnoscere. suspicor fortasse non adeo esse obligatum. sed postea ab indoctis additū particula vt. sic Vereri non debes vt nepotem suū non agnoscat.

d Tacens an consentire videatur.

ii. Idem AA. Tryphinæ.

SI nuptiis pater tuus consensit: nihil oberit tibi quòd instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripserit[a].

Illicitum matrimonium potest coram suo iudice seculari accusari, & pœna arbitraria imponitur contrahenti. Bald. Vel sic: Libertus nec patronam, nec eius filiam, neptem vel proneptem potest ducere in vxorem. Salyc.

iii. Idem AA. Valeriæ.

LIbertum, qui patronam, seu patroni filiam, vel coniugem[b], vel neptē, vel proneptem vxorem ducere ausus est: apud competentem iudicem accusare poteris[c], moribus temporum meorum congruentem[d] sententiam daturum, quæ huiusmodi coniunctiones odiosas[e] esse merito[f] duxerunt.

Per concubinatum & illicitum coitum contrahitur adfinitas, vnde eius adfines prohibentur matrimonio copulari. Baldus. Vel sic: Concubina patris non debet esse vxor filij. Salyc.

iiii. Imp. Alexander A. Perpetuo.

LIberti concubinas parentum suorum vxores[g] ducere non possunt[h]: quia minus religiosam & probabilem rem facere videntur. Qui si cōtra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

Qui non contradicit, & patitur cum possit vetare: censetur consentire. h. d. Vel sic: Patientia habetur pro consensu in fauorabilibus. Bald. Vel sic: Taciturnitas patris habetur pro consensu in filij nuptiis. Salyc.

v. Idem A. Maximo.

1 SI (vt proponis) pater quondam mariti tui, in cuius fuit potestate cognitis nuptiis vestris, non contradixit[i]: vereri nō debes* [ne] nepotem suum non agnoscat.

Quod prohibetur initiari, potest postea impedimento cessante confirmari, accedente consensu nouo. Bald. Vel sic: Matrimonium inualidum validatur ex nouo consensu adhibito tempore quo cessauit causa impediēs. Salyc.

vi. Imp. Gordianus. A. Valeriæ.

ET si contra mandata[k] principum contractum sit[l] in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamen post depositum[m] officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptię efficiuntur: & ideo postea liberos[n] susceptos†, natosq; ex iusto matrimonio, legitimos esse, responsum viri prudentissimi Pauli declarat*.

Solennitas requisita in actu faciendo requiritur in eo reparando, vel reficiendo. Bald. Vel sic: Sicut consensus patris, necessarius est in matrimonio contrahendo à principio, sic in dissoluto reparando. Salycetus.

vii. Idem A. Apro.

2 SI (vt proponis) post querelam de marito à filia tua ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa est: minus legitima coniunctio est cessante patris voluntate, in cuius est potestate. atque ideo non petente[o] * filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

Auctoritas curatoris in nuptiis adulta nil operatur, quia persona curator non datur. Bal. Vel sic: Non curatorum, vel consanguineorum, sed solius puellæ consensus in eius nuptiis spectatur. Salyc.

viii. Idem A. Romano.

IN copulandis nuptiis, nec[l] curatoris (q solā rei familiaris sustinet administrationē) nec co-

Si vt proponis.] CASVS. Titius patre suo sciente, & non contradicente contraxit matrimonium cum Berta, ex qua procreauit filium. nunquid iste filius erit auo suo iustus nepos? Respon. quòd sic, & eum agnoscere tenetur. Viu.

i ¶*Non contradixit.* Idem econtra in patre filiæ nubentis. ff. *de spo. l. in sponsalibus. §. j.* ¶Et no. arg. hic qui tacet[d] consentit. sic ff. *furti ad. nau. caup. sta. l. j. in fin. & ad Maced. l. sed Iulianus, §. interdum. & l. si filiusfa. patre. & ff. nau. caup. l. fi. & ⁊. ad Velleianum. l. si sine.* ¶Sed arg. contra. ff. *de furt. l. qui vas. §. vetare.* & adde hic quod dicitur. ff. *de contra tab. l. iij. §. si emancipatus.*

Et si contra mandata.] CASVS. Si præses prouinciæ durante suo præsidatu contraxit nuptias cum sibi subdita: illæ nuptiæ non valent, veruntamen si sponsa deposito officio remansit in eadē voluntate, nouo consensu interueniente legitimum erit matrimonium, secundum consilium Pau li prudentissimi. Viu.

k ¶*Mādata.* differentia est inter mādata principum & constitutiones. nā constitutio generale est nomen ad omnes leges imperatorias pertinens. Mandatū vero est cōstitutio qua cauetur quomodo rector prouinciæ debeat se habere in prouincia quā administrat: vt in auth. de mād. prin. in pr. coll. iij.

l ¶*Contractum sit.* Cū ad ministratore, qui nō fit oriundus inde. non. si. qui in sua patria militat, prohibetur ibi ducere vxorē. vt ff. *e l. si quis officium. & Leos qui.* concubinam autem pōt habere: vt ff. *de concubi. l. fi.*

m ¶*Post depositum.* Nota hic quòd post depositū officium opus est nouo consensu. secus est in minore xij. ānnis nupta, & loco vxoris habita, quæ scilicet legitimo tempore impleto fit vxor, etiam sine nouo consensu: vt *ar. ff. de sponsa. l. quæsitum. & de donat. inter virum & vxorem. l. cum hic status. in fin. & ff. de ritu nupt. l. iiij.* ADDITIO. Tu dicas de hoc vt in c. j. §. *idem quoque desponsam pub. lib. vj.*

n ¶*Postea liberos.* Quid si ante*? Respon. non sunt legitimi, *argu. ff. de statu homi. l. Paulus.* secus in natis ex concubina: vt *instit. de nup. §. fina.* Sed cur hoc? Respond. quia concubinatus nomen per legē accipit: vt ff. *de concu. l. in concubinatu.* Sed alij contradixerunt. Sed quare nō inspicitur initium contractus, vt ita nullum sit matrimoniū: vt & aliàs. ff. *manda. l. si procuratorem. §. j. & depo. l. j. §. item si seruus hereditarius.* Resp. non conceditur do vt contra legem inchoatū cōualescat: sed de nouo incipit hic finita administratione. & sic non obstat. s. *de legib. & cons. l. non dubium.* Alij resp. illi. l. quòd loquitur in perpetuo prohibitis: quod hic non est. concordantiæ sunt huic. l. ⁊ *si quacunq. præ. po. l. j. & ⁊. si rector pro. l. j. & ff. de ritu nup. l. qui in prouincia in pr. & ff. de dona. inter vi. & vxo. l. iiij. §. j. & ⁊. de dona. inter vi. & vxo. l. donationes. j.*

Si vt proponis.] CASVS. Filia mea habebat maritum cum quo cōtraxerat matrimonium me consentiente: tandem conquesta de marito suo, fuit celebratum diuortium: postea reconciliata est. suo marito me inuito: cui competit repetitio dotis, quæritur? Respon. quòd tibi patri: quia sicut filia tua te inuito non potest matrimonium contrahere: ita nec marito reconciliari. Viuia.

o ¶*Non petente.* imò etiā contradicente, quod aliàs non esset: vt ⁊. Bald.

† Sic in Lect. alia manu. sed Græci & Thalelæus lib. 10. Basilicωn legunt ennoεmptos, rectè.

* quod est in ff. de ritu nupt. l. eos qui ff. eo.

* Pro petente Thalelæus Græcus interpres lib. 28. Basilic. nō legit patiente, & ita reperiūt in vno Latino manu scriptum falsò, tamen postea in eo emendatum est, repetente.

* Legitimatio nō nunc extendere vim suā ad eos liberos qui concepti & nati sunt tēpore prohibitionis hinc colligit Baldus. vt si quis ex concubina libero susceperit, postea princeps praestat superio tis beneficio impetrauit ad genus matrimonij legitimi, liberi se suscepti, tū erunt legitimi. Nec obstat. c. tanta. qui fil. sint legitimi, quod intelligi debet de matrimonio possibili tēpore conceptionis liberorū, & ita lide locum accipit Baldus.

de rei vxo. act. §. *& hoc ex rei. & ff. solu. ma. l. ij. § ge. & l. dotem. & l. voluntate. & facit ff. de statu homi. l. Paulus & ff. eo. l. nuptiae. q. xxx. q. ii. cap. paterm.* Sed contra. *xxxvi. q. ii. sufficiat. extra de rapto. cap. cum causa. & ff. de pact. do. l. tam mariti. §. Titius.* ADDITIO. Dicas quod de iure canonico valet matrimonium etiam sine consensu parentum: vt d. c. cũ causa. & d. c. sufficiat. & ʒ. allegatis per glos.

gnatorum[a] vel adfinium vlla auctoritas potest interuenire, sed spectanda est eius voluntas[b], de cuius tractatur coniunctione.

Constitutio quaedam hoc loco à quibusdam inserenda notata, ex praetermissis repetenda est.

Ista lex tractat duo. Primo de matrimonio praesumendo. Secundo de filiatione praesumenda: & dicit quod nati ex ea quae est vel praesumitur uxor: si sunt nati de domo patris, praesumuntur legitimi. Bald. Vel sic: Ad praesumendum matrimonium non sunt necessaria instrumenta nuptiarum, nec ad probationem filiationis est necessarium instrumentum natiuitatis: sed quod probetur natus ex ea cum qua dicitur esse legitimum matrimonium, & in domo vicinis scientibus. Salycetus.

IX. *Imp.* PROBVS. A. *Fortunato.*

SI vicinis vel aliis scientibus vxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quamuis neq; nuptiales tabulae, neque ad natam filiam[c] pertinentes[d] factae sunt: non ideo minus veritas matrimonij, aut susceptae filiae, suam habet potestatem[e]*.

Dignitas accidentalis contrario accidente resoluitur: sed non ea quae ex natalium radice procedit. Bal. Vel sic: Mulier nobilitatem quam acquisiuit propter virum, statim perdit cum alteri inferiori nubit. Salyc.

X. *Impp.* DIOCLETIANVS *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Paulinae.*

CVm te[f] non ex senatore patre procreatam, sed ob matrimonium cum senatore contractum, clarissimae[g] foeminae nomen adeptam dicas: claritas quae beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis[h] virum postea sortita es: redacta ad prioris dignitatis[i] statum, deposita est.

Maritus repetit suam vxorem etiam à patre: maxime cum pater

I[N copulandis.] CASVS. Si puella est adulta, & agitur de nup. praesentibus contrahendis, voluntas puellae, si eam vult exprimere, requiritur: non curatoris. cuius officium est: administrare: non nubere: nec requiritur cõsensus propinquorum suorum. Viuianus.

a ¶*Nec cognatorum.* ex necessitate.

b ¶*Eius voluntas.* cũ vult eã exprimere, alioquin praesidis: vt ʒ. e. l. j. vel aliud in tutore, quam in curatore: & est sic ff. de appell. l. cum in vna. §. tutor. & facit ff. e. l. secundum. & ʒ. de spon. l. si patrem. ¶Et no. curatorẽ[a] principaliter dari rebus, sed contra in tutore: vt insti. qui da. tut. pos. §. certa.

S[I vicinis.] CASVS. Contraxi matrimonium cum Berta nullis confectis dotalibus instrumentis: postea mihi nati sunt filij ex ea: non feci natalia instrumẽta filiorum conscribi. an sit legitima vxor, & liberi ex ea nati legitimi, quaeritur? Respon. quod sic Viuia.

c ¶*Ad natam filiam.* ex tali matrimonio.

d ¶*Pertinentes.* scilicet tabulae. quae dicuntur natales. & facit xxx. q. v. per totum.

e ¶*Potestatem.* nisi in contrarium sit actum, quod vt concubinam scilicet eam habeat: vt ff. de concubi. l. in concubinatu. Vel plenè dic vt diximus. ff. de ritu nuptia. l. in liber. e. ¶Et not. probationem[b] filiationis. sic & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. & ff. de proba. l. si. & ʒ. de test. l. j. & ʒ. de rei vind. l. indicia. vere[c] enim probari nõ potest de patre: vt ff. de condic. & demon. l. Lucius.

C[Vm te.] CASVS. Si aliqua non est filia senatoris, sed vxor si mortuo senatore nubat homini inferioris[h] honoris, desinit clarissima esse.

f ¶*Cum te.* differentia est inter eam quae sortita est nomen foeminae clarissimae per patrem senatorem. & eam quae propter maritum. Nam primo casu retinet dignitatem etiam si sit nupta viro ordinis inferioris, dum tamen non plebeio. Sed in secundo vxor retinet, si est vidua[d] vel nubat: non tamen viro inferioris ordinis, nisi & tunc consiliarem dignitatem impetret à principe: vt ff. *de senat. l. foeminae. & l. fi. in crim. & ʒ. de incolis. l. fin. lib. x. & de dignitat. l. mulieres. lib. xij. & in authen. de nup. §. non tamen. colla. iiij. & ff. ad muni. l. pup. §. vidua.*

a Curator rebus: tutor personae principaliter datur.

* In vno manus. reperi: vbi enim auctoritas iuris deficit, ibi nullam matrimonij videtur cõtrahi saepè rescripsit.

b Probari vel possit filiatio.

c Probari pater verè non potest.

d Clarus ex parte [illegible]

g ¶*Clarissimae.* id est illustris.

h ¶*Secundi ordinis.* id est[a] plebeij. secundum M. a Vel verius simpliciter, id est inferioris.

i ¶*Dignitatis.* si quam antea habebas.

S[I inuita.] CASVS. Si mulier tua volens aut inuita à parentibus suis te inuito detinetur: adi praesidẽ prouinciae, qui eos coget vt patiantur eam ad te redire. Viuia.

retinet eam reluctantem. Bald.

XI. *Iidem* AA. *&* CC. *Alexandro.*

SI inuita[k] † detinetur vxor tua à parentib. suis: interpellatus rector prouinciae amicus noster, exhibita[l] muliere, voluntatem eius secutus, desiderio tuo medebitur.

Filius non cogitur inuitus ad aliquam vxorem ducendam, sed quam vult, dum tamen patris consensus accedat. Bald.

XII. *Iidem* AA. & CC. *Sabino.*

NEc † filium quidem familias inuitum ad vxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit[m]. igitur sicut desideras, obseruatis iuris praeceptis[n] sociare coniugio tuo, quam volueris, non impedieris: ita tamen, vt contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat.

Per instrumenta confecta super dote, non contrahitur matrimonium. Item & sine instrumentis matrimonium contrahitur: & per indusia probari potest. Bald.

XIII. *Iidem* AA. & CC. *Onesimo.*

NEque sine nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonij sunt idonea, diuersum veritate continente[o]: neq; non interpositis instrumẽtis[p], iure contractum matrimonium, irritum est[q]: cum omissa quoq; scriptura, caetera nuptiarum indicia non sint irrita.

Matrimonium debet esse liberum. ad hoc allegatur Bald. Vel sic: Matrimonium debet esse liberum in contrahendo, & etiam ab inuicem diuertendo. h. d. Vel sic: In contrahendo & dissoluendo contractum matrimonij, exigitur libera voluntas. Bartolus.

XIIII. *Iidem* AA. & CC. *Titio.*

2 NEq; ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatũ recõciliare quisquam cogi potest: vnde intelligis liberam facultatẽ contrahendi atq; distrahẽdi[r] matrimonij[s] trãsferri ad necessitatem[t] nõ oportere.

k ¶*Si inuita.* maximè: nã si esset volens, esset idẽ.

l ¶*Exhibita.* per[b] interdictũ de libero homine exhibendo: vt ʒ. *de libe. exhibendis. l. si ad in stat.* Item & vtile[c] de liberis exhibendis: vt ff. *de libe. exhib. l.* Imò. & sic referatur. l. imò titulum sub quo posita est, licet quidam contra.

N[ec filium.] CASVS. Filius non potest cogi à patre inuitus vxorem ducere. similiter ipse inuito patre non debet sibi vxorem eligere. Viuia.

m ¶*Permittit.* vt ff. e. l. *non cogitur. l. si patre.*

n ¶*Iuris praecepta.* quae sunt Instit. *e. per totum. & facit. xxxij. q. ii. honoratus. §. cum ergo dicitur. & q. v. c. j. arg. contra xxvi. q. v. c. j.*

N[Eq;.] CASVS. Si inter me & mulierẽ instrumentum dotale conscriptum est, & ego non cõsensi in eam per verba de praesenti, non sufficit dotale instrumentum ad consummationem matrimonij: & licet sit matrimoniũ contractum, non propter hoc exigitur instrumentum dotale. Viu.

o ¶*Continẽte.* Nam[d] plus valet quod verè est gestum, quàm scriptum: vt ff. *de offi. praesid. l. illicitas. §. veritas. & ʒ. plus vale. quod agi.* interim[e] tamen statur scripturae publicae: vt ʒ. *de probat. l. cum precibus.*

p ¶*Instrumẽtis.* nõ[f] enim dotibus, sed affectu matrimonium cõtrahitur: vt ʒ. *de repu. l. iubemus.*

q ¶*Irritum est.* nisi in casu ʒ. *eo. tit. authent. sed novo iure.* Item & in alio: vt ʒ. *eo.* authentic. maximis. & in alio secũdum quosdam: vt *insti. de nup. § si.* quod non placet. vt ibi diximus.

N[Eque ab initio] CASVS. Sicut aliquis ab initio non cogitur inuitus contrahere matrimonium, ita contracto matrimonio si diuortio dissoluitur, non cogitur reconciliare. Viuia.

r ¶*Distrahendi.* secus in contractibus. vt ʒ. de actionibus & obliga. l. sicut.

s ¶*Matrimonij.* quam habet ab initio.

t ¶*Necessitatem.* si[g] dixerit vir vxori promittis decem, si vnquam diuerteris à me? non valet; vt ff. *de verb. oblig. l. stipulatio hoc modo concepta. & l. Titia. & infra de inutilibus stip. l. libera. & supra de spons. l. fin. in fin.* Sed contra. ff. *de donat. inter virum & vxorem. l. ea quae.* Solu. ibi pecunia

a Secundum ordo pro plebeio vel pro inferiori.

† Concor. cum hac l. cap. ni. extra de spon. & matrimo.

b Exhibere vxorem genero potest tractus interdicto.

c Interdictum vtile de liberis exhibẽdis.

† Ir. quosdam Planus.

d Scriptura praeponderat veritas.

e Scripturae statur interim dum probetur veritas in contrarium.

f Dotibus matrimonium non contrahitur sed affectu.

g Stipulatio poenalis in matrimonio non valet.

pecunia processit à stipulante: sed licèt non valeat prædicta pœnalis stipulatio, pœnam tamen legalem subibit, qui sine causa diuertit: vt ĵ. de repud. l. iubemus.

VXorem.] CASVS. Patronus regulariter libertam suam in vxorem accipere potest, nisi patronus esset de his personis, quæ prohibentur contrahere cum liberta sua. puta quia senator, vel senatoris filius. Viuia.

a ¶Ex his personis. puta senator vel senatoris filius: vt ff. de ritu nupt. l. lege Iulia. sed econtra non potest: vt supra eo. dem. l. libertum. & dic vt ibi. & ratio in promptu est.

Manumissor potest accipere in vxorem suam libertam. Bald. Vel sic. Patronus potest libertam suam in vxorem ducere, nisi sit in personis expresse prohibitis. Salyc.

XV. Iidem AA. & CC. Titiano*.

VXorem libertam suam manumissori, si † nō sit ex his personis quę specialiter prohibentur, ducere non est interdictum: & ex eo matrimonio iustos patri filios nasci certissimum est.

* Titiano.

† In generali regula permittente, non cōtinentur casus speciales prohibiti.

SEd nouo iure.] CASVS. Si liberam mulierem cum qua non prohibeor contrahere, domi teneo: videor eam in vxorem retinere: nisi ab initio protester quòd teneo eam vt concubinam: vt ff. eod. l. liberæ. Sed si senator tenet libertam in domo sua, nunquam præsumitur sua vxor, nisi inueniatur dotale instrumentum in quo contineatur: confiteor me accepisse à tali muliere tantum in dotem, cum qua matrimonium contraxi. Et est casus in quo requiritur dotale instrumentum, contra hoc quod dicitur supra eo. l. neque sine. Viu.

b ¶Cum liberta. idem econtra, secundum H. vt libertus cum filia senatoris.

c ¶Dotalibus. id est nuptialib. & est speciale: sed regulariter contra. ĵ. eo. l. neque sine.

IN AVTHENT. VT liberti de cetero, §. si quis autem. col. vj. constit. vj.

Nulla dignitas prohibet cum libertis nuptias contrahi. ratio est: quia redacti sunt liberti hodie ad ius ingenuorum. Bald. Vel sic: Hodie quilibet potest matrimonium contrahere cum liberto. Salyc.

SEd nouo iure nulla dignitas prohibet cum liberta[b] nuptias contrahi dotalibus[c] instrumentis confectis.

Hic ponitur vnus casus in quo alimenta pietatis causa data repeti possunt. Bald. Vel sic: Si pater qui filiam exposuit, non consentit nuptiis contrahendis cum filio nutritoris: tenetur impensam alimentorum soluere. Salyc.

PAtrem.] CASVS. Titius filiam suam exposuit: id est in locum publicum proiici fecit. ego misericordia motus eam filiam nutriendam suscepi, ita quòd adulta facta est: nunc volo quòd filia Titij nubat filio meo: Titius non vult. an omnes sumptus quos feci in ea nutrienda, poterò à Titia recuperare, quæritur? Respond. quòd sic. Vnde quamuis pietas videatur inhibere repetitionem, tamen quia non vult quòd sua filia nubat meo filio, sumptus factos recuperabo.

XVI. Iidem AA. & CC. Rhodoni.

PAtrem qui filiā exposuit[d], hanc nunc adultam sumptibus & labore tuo factam, matrimonio coniungi filio[e] tuo desiderantis fauere voto conuenit: qui[f] si renitatur[g], alimentorum solutioni[h] in hoc solummodo casu parere debet.

d ¶Exposui. i. in hospitali.

e ¶Filio tuo desideranti. subaudi tui desiderātis.

f ¶Qui. scilicet pater.

g ¶Renitatur. contendere. ¶Sed videtur quòd patria potestas sit soluta, & sic est contra. ĵ. de infantibus exposi. l. v. & sic etiam citra consensum eius pater viri potest eam dare filio suo. quod quidam concedunt. Vel dic aliud in ictuo & libero quàm filio: vt in prædicta l.

† Ex Cod. Greg. lib. ij. titu. de imp. vt notatur in frag. veteris Iurisc.

† Inclusa de etiam in Gregoria.

a Exponendo seruum & filium differentia. Ille dominicam potestatem amittit: pater patriam potestatem non amittit.

Hæc lex ponit quæ sunt personæ cum quibus matrimonium non consistit. Bald.

XVII. Exemplum edicti Diocle. & Maximiani. Nobiliss. Cæsarum.

NEmini † liceat contrahere matrimonium cum filia, nepote vel pronepte[i]: itémque cum matre, auia, vel proauia, & ex latere amita ac matertera, sorore, sororis filia, & ex ea nepte: [præterea † fratris filia, & ex ea nepte] itémq; ex affinibus priuigna, nouerca, nuru, socru, cæterisque quæ iure antiquo[k] prohibentur, a quibus cunctos volumus se abstinere.

h ¶Solutioni. regulariter[a] contra vt ĵ. de neg. gest. l. j. & ij. & ff. de cond. ind. l. cum is. §. pe.

a Alimenta pietatis causa præstita regulariter non repetuntur.

NEmini.] CASVS. Hæc lex ponit inter quas personas nuptię sint prohibitæ. Et certè inter ascendentes & collaterales. Item inter affines. Viuia.

i ¶Pronepte. & vsque in infinitum: vt instit. eo. §. j. & ff. eod. l. sororis & l. nuptiæ consistere. adeo vt si[b] Adam viueret, non posset contrahere matrimonium, secundum Ioan.

b Nuptię prohibitæ in infinitum inter ascendentes & descendentes.

k ¶Antiquo. nisi sint in septimo gradu: vt in decre. xxxv. quæst. one. cap. progeniem. & c. consanguinitate. & c. in copulatione. & cap. nulli. ADDITIO. Hodie prohibitio solum extenditur ad quartum gradum inclusiuè. ea. non debet extra de consang. & affin.

Ponitur hic forma qualiter viduæ debent contrahere matrimonium, & qualiter virgines, & de quorum consensu. Aduerte tamen, quia ista forma non est substantialis quantum ad substantiam matrimonij, sed est quadam forma continens quandam institutam publicæ honestatis. Bald.

XVIII. Imppp. VALENTIN. VALENS, & GRATIA. AAA. ad Senatum.

VIduæ † intra quintum & vicesimum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia[l] non conueniant. Quòd si in conuentionis * delectu[m] mulieris voluntas patris repugnat sententię, & propinquorū: placet admodum (vt in virginum coniunctionibus sancitum est) habendo[n] examini auctoritatem quoq; iudiciariæ cognitionis adiungi: vt si pares[o] sint genere ac moribus competitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. Sed nè fortè hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impediant: si huius rei suspicio[p] præcesserit, eorum volumus auctoritatem iudiciúmque succedere[q], ad quos etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum peruenire non possit. Da. XVII. Kalend. August. Gratiano. A. II. & Probo Coss.

VIduæ.] CASVS. Si mulier aliqua est vidua, & habēs patrem sit emancipata, vel in potestate patris, & est intra xxv. an. si vult cōtrahere nuptias, debet contrahere cum patris voluntate. Sed quid si filia vidua vult sibi eligere vnum maritum pater vult alium? Certè si æquè bonus sit ille quē vult eligere mulier, sicut pater, stabitur indicio mulieris. Sed quid si mulier vidua non habeat patrem, & tractatur de eligendo mulieri marito: quorum consensus requiratur, quæritur? Respon. Agnatorum & cognatorum qui non sunt ei successuri ab intestato: quia isti non videntur suspecti. Viuia.

† C. T. j. t. b.

* al. de conditionis. & sic alias electionis. plus illud ex statim est. & confirmatur. Cod. Th.

l ¶Sententia. id est scientia. non autem consensus est necessarius. Vel dic quòd est consilium quod hæc lex dicit, cū[c] emancipata sine patre possit hoc facere: vt ff. e. l. filius emancipatus. & de contra tab. l. iij. §. si emancipatus. & arg. ĵ. cod. l. in coniunctione. sic est ĵ. de iure emphy. l. fi.

c Sententia pro scientia.

d Nuptias contrahere potest filia emancipata.

m ¶Delectu. i. deliberatione. alias, delectum.

n ¶Habendo examini. i. ad habendum examen.

o ¶Pares. si vero impares, protinus debet ei dici vt meliorem eligat.

p ¶Suspicio. sic & infra vbi pupi. edu. l. j. & ij & 3. titu. j. authent. sed iam necesse est.

q ¶Succedere. id est ad liberationem admitti.

Inter consobrinos consistit matrimonium dicit Glos. iure Romano, sed non diuino: & ideo nati ex consobrina sunt incestuosi, & non succedunt, secundum Cyn. & Baldum.

XIX. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano. P. P.

CElebrandis inter consobrinos matrimonijs licētia legis huius salubritate indulta est,

CElebrandis.] CASVS. Licet inter ascendentes & descendentes & collaterales nuptiæ sint prohibitæ: tamen inter consobrinos nuptiæ sunt permissæ. Sunt autem consobrini ex duobus fratribus nati: sicut consororini ex duabus sororibus nati. Hæc lex

hodie non seruatur iure canonico. Viu.

a ¶ *Auctoritate*. quæ idem quod hæc lex statuebat.

b ¶ *Fomentis*. quæ erant media iuris prudentia.

c ¶ *Fratribus*. hi sunt patrueles

d ¶ *Sororibus*. hi sunt consobrini: vt *insti. de gradi. §. quarto gradu.*

e ¶ *Legitimi*. hoc est verum iure fori. vt *hic*, & *ff. eo. l. iij.* & *l. non solum §. 3.* & *institut. eo. §. aliorum.* sed non iure poli. vt *xxxv q. 3. cap. cum igitur.*

a Inter consobrinos iure fori valet matrimonium, non iure poli.

vt reuocata prisci iuris auctoritate, restrinctisq; calumniarum fomentis[b], matrimonium inter cõsobrinos habeatur legitimũ, siue ex duobus fratribus[c], siue ex duabus sororibus[d], siue ex fratre & sorore nati sunt: & ex eo matrimonio editi, legitimi[e], & suis patribus successores habeantur. Dat. Stilicone. II. & Anthemio Coss.

In matrimonio per filiam contrahendo patris expectatur arbitrium, suisque consensus exigitur. sed si patre caret, matris & propinquorum est iudicium requirendum: quibus non extantibus, si puella curatorem habet, ipso & propinquis adsistentibus, si puella cultu verecundiæ sponsum sibi non eligit, iudici est deliberare permissum. Bal.

IN coniunctione.] CASVS. Si filia quæ est in potestate patris, vult contrahere nuptias: debet contrahere cum voluntate patris. sed si est sui iuris & est destituta patre & matre, non requiritur consensus eorum, sed suiipsius. sed si non vult declarare suũ arbitrium, tunc recurritur ad propinquos. Viuia.

f ¶ *Ipsius*. patrisfamilias.

XX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Theodorum præfectum prætorio.

IN coniunctione filiarũ in sacris positarum, patris expectetur arbitriũ. Sed si sui iuris puella sit, intra quintum & vicesimum annum constituta: ipsius[f] quoque adsensus exploretur. Si patris auxilio destituta: matris & propinquorum, & ipsius quoque requiratur adultæ iudiciũ. Si vero vtroque orbata parente, sub curatoris defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonij oriatur forte certamen, vt quæratur cui potissimum puella iungenda sit: si puella cultu verecundiæ propriam noluerit voluntatem depromere coram positis propinquis, iudici deliberare permissum est cui melius adulta societur.

A Caligato.] CASVS. Nedum plebeij possunt contrahere nuptias sine dotalib. instrumentis, imò & milites.

g ¶ *A caligato*. caligatus dicitur ille, qui habet ocreas ferreas.

h ¶ *Protectoris*. id[b] est peditis, qui tegit & pro tegit armatos milites. 2 Vel caligatum[c] vocat, id est infimum & obscurum: vt *in authen. qui. mo. natura. effi. legiti. §. quisquis. collat. vj.* Protector[d] ergo erit maior quasi dicat à minore vsque ad maiorem. 3 Vel tertio, est militia pedestris, & equestris. Pedestres[e] milites dicuntur, qui habent caligas de corio: & hi dicuntur[f] caligati milites. Equestres[g], qui in equis vadunt. ¶ Et not. quod hodie est ius generale quod hæc lex dicit, vt sine solennitate scripturæ & aliorum quæ dicuntur]. l. proxi. contrahatur matrimonium. Acc.

b malè. Protectores sunt qui protegendi corporis ... peratoris ... rum gerunt ... de domesticis & protectoribus lib. 12.

c Caligatus miles ... vel obscurus ... que ...

d Protector qui ...

e Pedestres milites qui d ...

f Falsum. Nec enim caligati sunt qui habent caligas ... Accursius. Caligati ... gregarios milites ... Caligula dictus ... Tacitus & Suetonio.

g Equestres milites qui.

Dictio à, includit terminũ à quo: & dictio vsq; includit terminum ad quem. h. d. vel sic: Dictio à, & dictio vsque, ponuntur inclusiuè. nã includunt suas extremitates: vt hic dicit Oldra. ergo hac. l. à caligato milite vsque ad protectoris personam inclusiue sine aliqua solennitate scripturarum matrimonium est permissum. Bal. Vel sic: Milites etiam caligati sine antiqua solennitate possunt nuptias contrahere. Salyc.

SI donationum.] CASVS. Quidam contraxit matrimoniũ cum aliqua muliere, nec donauit ei propter nuptias, ne fecit fieri dotale instrumentum, & põpam nuptiarum dimisit: propterea non deficit matrimonium, & nihilominus liberi suscepti erunt legitimi. Viu.

i ¶ *Instrumenta*. sic & *supra eo. l. neque sine.* & *infra de repud. l. iubemus.* & *in authentic. vt li. ma.* & *aniæ. §. quia vero dudum.*

XXI. Impp. THEOD. & VALENS. AA. BASSO præfecto prætorio.

A Caligato[g] * milite vsque ad protectoris[h] personam sine aliqua solennitate matrimoniorum liberam cum ingenuis dumtaxat mulieribus contrahendi coniugij permittimus facultatem.

* Id est ab infimo vsque ad supremũ militiæ gradum. nam caligatus miles, primo gradu ...

k ¶ *Pompa*. id est conuiuium familiare. Accur.

IMperialis. Diuiditur in tres partes grossas. Primo ponit proœmium. Secundo ponit statutum. Tertio concludit. Iaco. de Are. Bald. CASVS. Sicut Deus miseretur hominibus, ita princeps vult prouidere subiectis, & eis misericordiam impertiri. dicit ergo quod si mulier in meretricio degens pœnitere voluerit: poterit postea nubere cui voluerit, dum tamen interuenerit dotalia instrumenta: nec vocabitur postea scenica, & filij nati legitimi erunt, & succedent ex testamẽto vel ab intestato: nec nocet eis si non nubant ex quo eis permissum est nubere: quia eis filij postea suscepti succedunt. & licet mulier non petat priuilegium, sed à principe ei cõcedatur, munda erit: & filiæ postea susceptæ scenicæ non dicentur: sed nam natæ impetrare possunt priuilegium, & nubere cuicunq; voluerint, interuenientib. instrumẽtis filiæ etiam natæ ex ea quæ in meretricio vsq; ad mortem perseueraunt, post mortem matris poterunt priuilegium impetrare. Item contrahi potest matrimonium inter dispares: quia clarissimus poterit accipere spectabilem in vxorem, si interueniant dotalia instrumenta. Item hæc. l. locum habet in præteritis negotiis. Viu.

Pompa matrimonij non facit ad esse matrimonij. Bald.

XXII. Idem AA. Hierio. P. P.

SI donationũ * ante nuptias, vel dotis instrumẽta[i] defuerint, pompa[k] etiam, aliáque nuptiarum celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse, rectè aliàs inito matrimonio, firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege impedientè consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum † fide firmatur Dat. X. Kalen. Mar. Constantinop. Felice & Tauro Coss.

de ind. sequentibus internedus gradibus decursis, tãdé ad summum protectorum gradum euehebatur. quorum maxima erat prærogatiua adorare purpuram: vt ex notitia vtriusque imperij & historiis imperatorum didicimus.

C. T. ... Pari. l. 1.

C. T. ...

† In contrahend. nuptiis amici testes vocandi. Item id multi impõ dere habet quod ... contentio. v. plura apud ... semper ...

Clementia decet principem. restitutio natalibus omnem abstergit maculam. infectio parẽtum inficit filium post conceptum. inter pares etiam sine dotalibus instrumentis consistit matrimonium. hoc dicit lex ita longa. Iacob. de Are. Bald.

XXIII. Imp. IVSTINIAN. A. Demosthení præfect. præt.

IMperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicantes, vt omni tempore subiectorum cõmoda tam inuestigare, quàm eis mederi procuremus: lapsus quoq; mulierum, per quos indignam honore conuersationem imbecillitate sexus elegerit, cõpetenti moderatione subleuandos esse censemus: minimeq; eis spem melioris conditionis adimere: vt ad eam[l] respicientes[m], improuidam & minus honestã electionẽ facilius derelinquant. Nam ita[n] credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanũ nimiam clementiam (quantum nostrę naturę possibile est) imitari[o], qui cottidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiam facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. Itaque[p] cum iniustum sit †, seruos quidem libertate donatos posse per diuinam indulgentiam natalib. suis restitui, póstque huiusmodi principale beneficium ita degere, quasi nunquã seruissent, sed ingenui nati essent[q]: mulieres aũt quæ scenicis[r] quidem

l ¶ *Ad eam*. meliorem conditionem.

m ¶ *Respicientes*. scilicet mulieres.

n ¶ *Nam ita*. scilicet subleuando lapsus mulierum, sicut & nostros lapsus Deus miserator subleuat.

o ¶ *Imitari*. Not. quod dicit imitari[a] nimiam, aliàs diuinam clementiam, id est Dei. quod ideo dicit, quia in solabpietate possumus esse Deo pares: sicut dicitur, sola Deo sęquat clementia nobis. sic & *in authen. vt iu. sine quoquo suffra. itaque. col v.* & *infra de dona. inter vi. & vx. l. si. in fi.*

a Imitandam bis dei clementia.

b Pietas nos deo pares reddit.

p ¶ *Itaque*. suspensiua est constructio vsque illuc, præsenti sanctione &c.

q ¶ *Nati essent*. vt *ff. de nata resti. l quarta.*

r ¶ *Scenicis*. quæ dicuntur scenicæ, dicitur in authen. *scenicas non solum*, & *c. collatio v.* scilicet prostituta: hic autem licet de eis tractatur intendat, tempera-

† Quandam exé habent in ... sten ... Sea ... tam quam ...

uis

uit eū vocabuli significationē, earū turpitudinē supprimere volens. aliās enim dicunt scenicæ, quæ ludunt in scęna: & istæ etiam sunt infames: & de eis etiā posset dici hic loqui: ut ff. de his qui not. infa. l. j. §. fi.

a ¶ *Scitis*. id est, statutis.
b ¶ *Dignitate* sibi data.
c ¶ *Alio modo*. putà data patri, scilicet dignitate: vt quia ille senator: & hic sit filius senatoris.
d ¶ *Dotalib*. i. nuptialib. nam & a sine dote potest esse matrimoniū: sed nō econtra: ut s. de dona ante nup. l. fi. tutius est tamē aliquid (licèt modicum) in dotem dari.
e ¶ *Omnimacula*. ¶ No. arg. φ testis ut admittēdus licèt prius fuerit infamis, b si accepit pœnitentiam: quod quidam concedunt: & pro eis in decreti. xxij. quæstio. j. quod dixit & capi. apud. & in Lõbarda de periur. capi. fin. l. §. Sed Ioan. contra. argu. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ignominia. & ff. de ritu nupt. l. palā. §. non solum & pœnitentia quoad Deum, non quoad mūdum vel solū principē valeat, sibi data. ADDITIO. Videas de hoc in capi. testimonium. cum ibi notatis per glos. & docto. extra de testibus.
f ¶ *Vocabulum*. sic s. de feri. l. 2. nullo.
g ¶ *Distulerint*. idem & nunquā venerint. sic & s. de condic. ob cau. l. si repetendi. sic ergo latè interpretatē concessio. c sic & ff. de consti. pri. l. fin. & ff. de re iudica. l. quidā consulebat. & j. de bo. uacan. l. siquando. j. lib. x. prædictam autē interpretationē licet facere etiā si iurauerit contrariū, Vnde sequit̃ authent. Quod eis &c. Quæ est ex corpore, Scenicas &c. colla. v.

QVod eis.] CASVS. Hæc authent. non corrigit l. codicis, sed addit ei: vnde lex codicis dicebat quòd mulier impetrabat vt posset contrahere nuptias interuenientibus dotalibus instrumentis. hæc authenti. dicit, quòd si mulier scenica iurauit nō relinquere illam vitam, & vult postea pœnitere, pōt hoc facere, nec deserēdo illā vitam peierauit: q2 tale sacramentū est illicitū. Viuia.

h ¶ *Quod eis*. aliàs eis. & aliàs his.
i ¶ *Permittitur*. Sic aliàs ex permissione legis defert̃ sacramentū ratione pietatis: ut ff. de obse. l. nullum. 2 & aliàs ratione Codex.

* aliàs non nullam.

a Matrimoniū potest esse si ne dote: dos verò sine matrimonio esse non potest.

b Verum infamis pœnitentia acta. testis esse possit. Accessit aliis hic negat posse simile Glos. in ... j. in §. Lege late in verbo imputat ... ff. de testibus. adde de infami. Gl. Nignominia... ff. de ritu nupt. ... in verbis quae omnino ... Porro à quibus ... mei accedat. adde Glo. in d. l. ij. de infamibus libro 10.

* subiecta lege, &c.

c Concessio nes latissimè admittunt interpretationē.

-Iuramentum iustis ex causis negligi potest.

ludis sese ante immiscuerunt, posteà verò spreta mala cōditione ad meliorem migrauere sententiā, & inhonestam professionē effugerunt, nullā * spē principalis habere beneficij, quod eas ad illū statū reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatū esset, cōmorari potuerūt.

Scenicæ mulieres ad frugē melioris vitæ reuertētes, possunt impetrare à principe vt eis liceat cū cæteris matrimonium cōtrahere: quo impetrato, ad pristinū statū intelliguntur reducta: & nomen scenicarū desinūt habere, & matrimoniū cū eis potest contrahi impunè: & filij ex eis nati erunt legitimi: possunt tamen etiam post impetrationem à contrahendo se abstinere. Sal.

Præsenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea * lege condonamus, vt si derelicta mala & inhonesta conuersatione cōmodiorē vitā amplexæ fuerint, honestatiq; sese dederint: liceat eis nostro supplicare numini, vt diuinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimoniū eas venire permittentes legitimū: his, qui eis cōiungendi sunt, nullo timore tenēdis, ne fortis a præteritarū legū infirmū esse videat̃ tale coniugiū, sed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla præcedēte inhonesta vita vxores eas duxerint: siue dignitate b præditi sint, siue alio modo c scenicas in matrimoniū ducere prohibeant̃: dū tamē dotalibus d omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probet̃ coniugium. Nā omni macula e penit° direpta, & quasi suis natalib° huiusmodi mulieribus redditis, neq; vocabulū f inhonestū eis inhærere de cætero volumus, neque differentiam aliquā eas habere cū his quæ nihil simile peccauerunt: Sed & liberos ex tali matrimonio procreandos, suos & legitimos patri esse: licèt alios ex priore matrimonio legitimos habeat: vt bona eius tam ab intestato quā ex testamēto, isti quoq; sine vllo impedimēto percipere possint. Sed & si tales mulieres post diuinū rescriptum ad preces earū datū, ad matrimoniū venire distulerint g, saluam eis nihilominus existimationem seruari præcipimus tā in alijs omnib°, quàm ad transmittendam quibus voluerint suam substantiam, & suscipiendam competentē sibi legibus ab alijs relictam, vel ab intestato delatam, hereditatem.

IN AVTHENTIC. scenicas non solum si fideiussores. §. ij. col. v. consti. iiij.

Ista authe. continuatur ad l. C. hoc modo: Dictum est supra in l. Codicis, quòd scenicæ pœnitentes possunt supplicare principi vt eis restituat famam, vt possint nubere honestis personis. Nunc dubitatur quid si illa mulier iurauerit semper permanere in illo vitio & in illo opprobrio & libidinis infamia, nunquid iuramētum impediat quin possit priuilegiū impetrare? Determinat quòd iuramentum non valet, quia est illicitū: & dicitur quod potius est puniendus ille qui exigit tale iuramentum, quàm illa quæ iurat. Bald.

QVod eis h permittitur i etiam si iurauerint in tali professione se perseueraturas: quia legibus expressum est illicitè rei iusiurandum seruari nō oportere: & pœna k periurij, si qua est, in eum conuertenda est, qui exigit.

Finis authentica. Sequitur textus Codicis.

Qui consequitur dignitatem, tacitè videtur restitutus ad famam. Baldus. Vel sic: Si mulieribus scenicis vel quibuscunque alijs imperator dignitatis titulum concesserit, videtur cum omni macula & impedimento dispensare. Salyc.

Similes verò tale merentibus l ab imperatore beneficiū mulieribus, illas etiam esse volumus, quæ dignitatem m aliquam habent n, etsi non serenissimo principi supplicauerint, vltroneam o tamen donationem p ante matrimonium meruerint. ex qua dignitate & aliam etiam omnem maculā per quā certis hominibus legitimè coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet q.

Non dicitur scenicæ filia, quæ concepta est abstersa macula, sed tantū illa, quæ nata est vigente macula. Bald. Vel sic: Filia nata post priuilegiū matri cōcessum, illo potiūtur priuilegio: non primæ natæ, nisi pro illis fuerat supplicatū. Salycet.

His illud adiungimus, vt & filiæ huiusmodi mulierū, si quidē post expurgationē prioris vitæ matris suæ natæ r sint: non videant̃ scenicarū esse filiæ, nec subiacere legibus quæ prohibuerunt filias scenicarū certos homines in matrimoniū ducere. Sin verò antè procreatæ sint, liceat eis preces offerētibus inuictissimo principi, sacrū sine obstaculo vllo mereri rescriptū: per quod eis ita nubere pmittat̃, quasi nō sint scenicæ matris filiæ: nec iā phibeant̃

tacitæ cōditionis: vt s. de non nu. pecu. l. fina. 3 Item & alias quia cōtra leges fiat: vt s. de legibus & constitut. l. non dubium. & ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. §. fina. & ff. de pactis. l. iurisgentium. §. & generaliter. 4 & aliàs habes. Melius est vota stultæ promissioni non implere, quā crimen admittere. Item tolerabilius est iuramētum non implere, quàm turpiter facere: vt in decre. xxij. quæstio. iiij. cap. j. & cap. vnusquisque.

k ¶ *Pœna*. decem librarū auri: vt j. eo. authē. ¶ Et nos. quòd a tria debet continere iuramentum, veritatē, iustitiā, & iudiciū. quorū si quod defuerit, periurus est qui facit: vt xxij. quæstio. ij. animaduertendum. at hīc nulla fuit discretio, nullum iudiciū. de hoc dicitur extra de iureiuran. & si Christus.

l ¶ *Similes merentib.* ad sui petitionem.
m ¶ *Dignitatem*. à principe sibi datam.
n ¶ *Habent*. per priuilegium principis.
o ¶ *Vltroneam*. scilicet sine administratione. nā cū administratione non possunt habere: vt ff. de regu. iuris l. ij. nisi fortè diceret, nōb obstante lege aliqua. Et erit exēplum quādo sine administratione, quia concessit φ esset illustris vel similis: vt ff. de sena. l. fi.
p ¶ *Donationem*. id est, c concessionem dignitatis. sic & dicit̃ donati libert. s. vt inst. de lib. §. j.
q ¶ *Penitus oportet*. ¶ ar. φ hoc ipso φ conceditur dignitas, d videt̃ remitti infamia: cū omne id per quod peruenit ad illud videtur esse remissum: vt j. de dignit. l. ij. lib. xij.
r ¶ *His illud.*] *Natæ sint.* ¶ argu. quòd non est dicendus sacerdotis filius

a Iuramētum hęc tria continere debet, veritatem, iudiciū, iustitiā.

b Clausula, nō obstante lege.

c Donati pro concessi.

d Infamiam remisisse intelligitur, qui dignitatem concessit.

a Regis filius non est dicendus qui natus est antequam pater Rex esset: de qua quæstione v. Iounnem le Cirier li. 1. de primogenitura. quæst. 11.

vel regis, qui antequam[a] esset pater sacerdos vel rex, natus est: *sicut hic.* & econtra qui nascitur postquam mater desinit esse scenica. *& est fac ff. de noxa. l. in delictis. §. j. & ff. quod iussu. l. si tutoris. §. si iussu. & ff. addit. l. Corneliam de fals. l. de eo qui. & ff. de decur. l. ij. §. an filius. & j. de decur. l. fina. lib. x.* Sed argu. contra *ff. de condit. & demon. l. si ancillæ.* Item argu. pro & contra *ff. de pœnis. l. moris. §. asta.* Dic vt ibi.

a ¶ *Illud remouendum.* à dubitatione.

b Inter pares facilè matrimonium præsumitur, non inter impares & inæquales. v. Tiraquel. ad leges connubial. parte 1. Gloss. 1. num. 15.

b ¶ *Impares.* [b] vt inter clarissimum & illustrem: & inter illustrem & superillustrem.

c ¶ *Nefariarum.* quando inter ascendentes & descendentes.

d ¶ *Incestarum.* inter collaterales vel affines.

MAximus.] CASVS. In l. Codicis dicebatur: Si mulier scenica impetrauit à principe quòd possit contrahere nuptias: poterit contrahere dotalib. instrumentis interuenientib. Hæc authent. dicit quæ sunt personæ quæ debent contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Nam regulariter inferiores personæ possunt contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Fallit in maxima decoratis dignitate. & certè aliæ personæ solo affectu nuptias contrahunt, exceptis Barbaris. Viuianus.

e Maxima dignitas pro superillustri & illustri.

e ¶ *Decorati.* vt[c] super illustres.

f ¶ *Ad illustres.* descensiuè & inclusiuè. nam & ipsi maximis decorantur dignitatibus.

g ¶ *Dotalibus.* id est, instrumentis nuptialibus. Nam dos non est opus, *vt dixi ī. ea. l.* ¶ Sed argu. contra in authen. *quib. mo. na. effi. sui. §. hoc ergo. col.* vj. Item[d] & aliàs in tribus casib⁹ exigitur scriptura, qui sunt in hac l. Est & quartus *ī. eod. authentic. sed nouo iure.* Regulariter[e] contra: *vt ī. eo. l. neq; sine. & hic subijcit.*

d Scriptura quibus casibus exigatur in nuptiis.

e Scriptura regulariter non requiritur.

h ¶ *Ante contractas.* s. ante dignitatem adeptā: vt in corpore.

i ¶ *Barbaris.* id est, subiectis nostræ reipub. quibus solo affectu sine aliqua scriptura licet contrahere nuptias: licèt maximis decorentur dignitatibus.

k ¶ *Affectu solo.* Nō obstat Institut. *eod. §. fina.* quia illud quo ad hoc vt filij fiant legitimi, non quo ad substantiam matrimonij.

Finis glos. authenti.

Sequitur glossa textus Codicis.

illis copulari, quibus scenicę filias vel dignitatis vel alterius causæ gratia vxores ducere interdicitur: vt tamé omnimodo dotalia inter eos etiá instrumé ta conficiátur. Sed & si a scenica matre procreata, quæ vsque ad morté suá in eadé professione durauerit, post eius obitum preces imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuiná indulgétiá meruerit, liberationem maternæ iniuriæ, & nubendi licétiá sibi condonanté: istá quoq; posse sine metu priorum legú in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicę filiam vxorem ducere prohibebantur.

Remotis veteribus legibus, quæ disponebant matrimonia sine dotalibus instrumētis inter impares honestate personas non valere; statuit imperator eas valere: exceptis nefariis, incestis, & aliis prohibitis. Bal. Vel sic: Matrimonia inter pares possunt fieri etiam sine dotalibus instrumentis: secus si personæ sint impares. Salyc.

Imò etiá illud remouédum[a] esse césemus, quod in priscis legibus (licèt obscurius) cōstitutú est, vt matrimonia inter impares[b] honestate personas contrahenda, non aliter quidé valeát, nisi dotalia instruméta cōfecta fuerint. his verò etiá non intercedétib⁹, omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum: si modo liberæ sint & ingenuæ mulieres, nulláque nefariarú[c] vel incestarú[d] coniunctionú suberit suspicio. Ná nefarios & incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut & illos qui præteritarum legú sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet his quos præsenti lege permittimus: legitimique matrimonij iure muniri præcipimus.

IN AVTHENT. VT lic. ma. & auiæ. §. quia verò legem colla. viij. constit. vlti.

Maximis dignitatibus præditi debent matrimonia contrahere cū dotalibus instrumentis: excipiuntur ab ista solennitate Barbari subiecti Romano imperio. Bald.

MAximis decorati[e] dignitatibus vsque ad illustres[f] non nisi dotalibus[g] instrumentis conscriptis, ritè contrahunt nuptias: licèt antè cōtractas[h] retineant, exceptis Barbaris[i]: reliqui omnes affectu solo[k] rectè contrahunt matrimonium.

Sequitur textus C.

Hæc lex trahitur etiam ad matrimonia iam contracta post imperium Iustiniani, non ante. Bald.

His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, & decætero conseruandis, præteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto[l] tempore factas secundú prędictam dispositionem iudicari præcipimus: vt si quis talem vxorem ab initio nostri imperij (prout dictum est) iá duxerit, & liberos ab ea procreauerit: iustos eos & legitimos, & tam ab intestato quàm ex testaméto patris successores[m] habeat, & legitima in posterú nihilo minus ea vxore permanente, procreati quaque liberi legitimi sint.

Vbi fit mentio nuptiarum, nō sufficit nubilis ætas: sed oportet quòd matrimonium re ipsa contrahatur. hoc dicit sing. secundùm Bald. Vel sic: Conditio nuptiarum impletur per actum & rem ipsam, non per habitum & potentiam. Salyc.

xxiiii. *Idem A. ad Senatum.*

1 SAncimus, si quis nuptiarum fecerit mentionem in qualicunque pacto, quod ad dandum, vel ad faciendum, vel non dandum vel non faciendú concipitur, & siue nuptiarum temp⁹ dixerit, siue nuptias nominauerit: non aliter intelligi conditionem esse adimplendam, vel [non] extenuendam, nisi ipsa nuptiarú accedat festiuitas[n]: & non esse tempus inspiciendum in quo nuptiarum ætas vel fœminis post duodecimum annum accesserit, vel maribus post quartum decimú annum completú: sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. sic enim & antiqui iuris contentio dirimetur, & immensa librorum volumina ad mediocrem[o] † modum tandem peruenient.

† mediocrem.

Filiæ vel filij furiosi vel mente capti sine consensu patris matrimonium contrahere possunt: & dotem & donationem ante nuptias cum auctoritate curatoris constituere: & gratis debet procedere, ne afflicto detur afflictio. Bald. & Salyc.

xxv. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

SI furiosi parétis liberi, in cuius potestate cōstituti[p] sunt,

l ¶ *Sublecto.* id est, deinceps.

m ¶ *Successores.* Si prædictum priuilegium impetretur.

a patri successori.

SAncimus.] CASVS. Si promitto mulieri dare vel facere sub his verbis, cum nuptias contraxerit, non intelligimus cum est viripotens, sed cum venerit ad actum nuptialem. Nota circa hanc notabilem legem, quòd tunc satisfit huic conditioni, quando fit desponsatio per verba de præsenti: quod probatur hac l. ibi, sed ex quo vota &c. votum enim nuptiarum procedit: quando fit desponsatio per verba de præsenti. & sic dicetur conditio impleta, licèt nondum sit facta coniunctio per carnis copulam. ita dicit Bartol. *hic, & idem latius in l. Titio centum. §. Titio genero. in pr. quæst. ff. de condit. & demonstra. per l. cui fuerit. illo titu.*

n ¶ *Festiuitas.* [a] *vt infra de testa. manu. l. cum testator. & argum. supra de his qui veni. ata. impe. l. fina. & infra de le. heredi. l. si maior.* ¶ Argu. contra infra de *fideicommissariis liberta. l. fideicommissaria.* Sed ibi statuit certum tempus: hic autem non. Item ibi fauore libertatis. ¶ Item argu. contra infra *de institut. & substit. & restitutionib. sub cond. fac. l. si mater.*

a Subaudi contractum, cū Baldo, non conuiuij.

o ¶ *Mediocrem.* aliàs deest in textu, meliorem.

SI furiosi.] CASVS. Hanc l. habetis ī. de epi. aud. l. tam dementis. & vult hæc l. hoc dicere. Sicut filius & filia mente capti possint nuptias contrahere, ita filius furiosi: sed quomodo hoc potest esse cum in nuptiis filij requiratur cōsensus patris? Respond. quòd debet contrahere cum consensu curatoris mēte capti, & propinquorum: & de eorum consensu debebit dos & donatio constitui arbitrio rectoris prouincię, vel arbitrio episcopi loci. & pro isto consilio siue scriptura non debet furiosus aliquid dare: quia non debet amplius affligi.

p ¶ *Constituti sunt.* remanent[b] enim in potestate: *vt ff. de his qui sui vel alieni iur. sunt. l. patre.*

b Potestas nō amittitur furore.

Nuptias

nuptias [a] possint contrahere, apud veteres agitabatur. & quidem filiam furiosi marito posse copulari, omnes penè iuris antiqui conditores admiserunt. sufficere enim putauerunt si pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur & Vlpianus quidem retulit constitutionem imperatoris Marci, quæ de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente captis: siue masculi, siue fœminæ sint, qui nuptias contrahunt: vt hoc facere possint etiam non adito principe. Et aliam [b] † dubitationem ex hoc emergentem, si hoc quod de mente capto constitutio induxit, etiam in furiosis obtinendum sit, quasi exemplo mente capti & furiosi filios adiuuantes [c] *. His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes, sancimus hîc repleri, quod diui Marci constitutioni deesse videtur, vt non solùm dementis, sed †etiam furiosi liberi cuiuscunq; sexus possint legitimas contrahere nuptias, tàm dote, quàm ante nuptias donatione à curatore eorum præstanda, æstimatione tamen in hac regia vrbe excellentissimi præfecti vrbis, in prouinciis autem virorum clarissimorum earum præsidum, vel locorum antistitum [d], tam opinione personæ, quàm moderatione dotis & ante nuptias donationis constituenda, præsentibus tam curatoribus dementis vel furiosi, quàm his qui ex genere eorum nobiliores sunt: ita tamen, vt nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia vrbe vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi, vel mente capti, sed gratis omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægrauetur.

Potest quis alumnam suam ducere in vxorem, sed non eam quã de sacro fonte leuauit. Bald. Vel sic: Cũ ancilla manumissa patronus potest contrahere matrimonium, cum filia verò adoptiua etiam emancipata nõ potest: nec cum aliena de sacro baptismate sumpta. Salyc.

XXVI. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

SI quis alumnam [f] suam libertate donauerit, & in matrimonio suo collocauerit: dubitabatur apud antiquos, vtrúmne huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetusta ambiguitatem decidentes, non esse vetitum matrimonium censemus. si enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ, & nihil impiũ, nec legibus contrarium in tali copula * expectamus: quare prædictas nuptias inhibendas existimemus? nec enim homo sic impius inuenitur, vt quã ab initio loco filiæ [g] habuit, eam postea in suo collocet matrimonio: sed ei credendum est, quia eam & ab initio non vt filiam educauit, & libertate donauit, & dignam esse postea suo putauit matrimonio: Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, siue alumna sit, siue non, à sacrosancto suscepit baptismate: cũ nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionẽ, quàm huiusmodi nexus, per quem Deo mediante [h] animæ eorum copulatæ sunt.

Potest quis accipere vxorem sexagenariam, vel decrepita ætatis constitutam. Bald.

XXVII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

SAncimus † nuptias quæ inter masculos & fœminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibitæ sunt, homines volẽtes [i] cõtrahere, & ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

Noua dignitas mariti vel soceri matrimonium nõ dissoluit: quia felicitas viri debet vxori prodesse, & similiter felicitas vxoris debet prodesse viro: & similiter felicitas soceri debet nurui prodesse. Bald. vel sic: Res perfecta & consummata nõ vitiatur, licet veniat ad casum à quo non potest incipere. Salyc.

XXVIII. *Idem A. Ioanni præfect. præt.*

SI libertam quis vxorẽ habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an soluatur matrimonium, apud Vlpianum quærebatur: quia lex Papia inter senatores & libertas stare connubia non patitur [k]. Nos igitur Dei sequentes iudicium, non patimur in vno eodémque connubio, mariti felicitatem vxori fieri infortunium: vt quantum vir in altũ tollatur, tantum & coniux eius decrescat [l], imò magis penitus depereat. absit itaque à nostro tempore huiusmodi asperitas, & firmum maneat matrimonium, & vxor marito cõcrescat, & sentiat eius fulgorem stabiléque maneat matrimoniũ ex huiusmodi superuentu minimè deminutũ [m]. Simili modo si priuati hominis filia ad liberti veniat connubium, & postea pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus: taceat Papiæ legis crudelissima sanctio: & neque per hunc modum

a ¶ *Nuptias. vt inst. eo. §. j.*
b ¶ *Aliam.* repete, retulit. Vlpianus.
c ¶ *Adiuuantes.* repete, cõditores antiqui iuris. aliàs adiuuante.
d ¶ *Antistitum.* æstimatione, repete constituẽda, quod est j.
e ¶ *Quàm moderatione.* sic & *ff. de iur. dot. l. quæro. & j. de episc. audien. l. tam dementis.* ¶ Sed quid si idẽ sit [a] filius patris curator, quod pôt: *vt ff. de cura. fur. l. j.* Respon. specialis ad hoc dabitur: *vt arg. ff. de iure do. l. sine generali.* quo minus enim curator detur habenti curatorem, regula iuris non est impedimento: *vt ff. de tut. & cura. da. ab his l. ventris. §. fi.* Vel [b] aliter dic quod prædicta fiant auctore prætore vel iudice: vt & qñ debitor soluere vult minori: *vt ff. de minor. l. aut prætor. §. j. & facit ad istũ. ff. de lega. ij. l. filia. & ff. eod. l. si nepos. & l. si ita. & l. si filius.* ADDITIO. Not. ex hac glos. quòd filiusfamil. pôt donare causa mortis patri in cuius est potestate, nõ auctoritate patris, sed iudicis: quod not. pro limitatione glo. ré acquirit. l. j. *ff. de aucto. tut.* secũdùm Andr. Barba.

a Curator esse potest patris filius.

† al. & alia dubitatione ex hoc emergẽte. al. & alia dub. ex hac emergete.

b Donare mortis causa filius familias patris pôt: nõ quidẽ patris sui auctoritate, sed iudicis adiuuante.

† Sequens huius cõstitutionis pars iã po sita fuit sub ti. de episcop. aud. l. tam dementis.

SI quis alumnam.] CASVS. Si ego nutriui aliquam puellam ancillã vel libertam, vel aliqua nutriuit me: ego cũ illa non prohibeor nuptias cõtrahere: quia licèt ad illã habeã affectionem, non tamẽ prohibentur nuptiæ inter me & illã. eam tamen quam suscepi de sacro fonte, ducere non possum. Viuia.

f ¶ *Alumnam.* id [c] est, quã ipse aluit cũ sua esset ancilla, & inde eam manumisit: *vt subijcit, & facit instit. qui ma. non possunt. §. eadem.*

c Alumna quæ dicitur. *Harmenop. lib. 4. tit. 6. c. 9.*

g ¶ *Loco filiæ.* scilicet adoptiuæ, quã [d] etiam nõ licet ducere: *vt instit. eod. §. & hæc adeo.* 2 Vel hîc dicit quando aluit vt filiam: j. in princi. alitus fuit cum ea. 3 Vel aluit vt ancillam. *& facit xxix. q. ij. si quis ancillam. & j. ad l. Iul. repetun. l. fin.*

d Matrimonium subsistit inter educatorem & alumnam.

h ¶ *Deo mediante.* no. est sic ad hunc casum. *xxx. q. ij. & iiij. per totum. & extra de cogn. spiri. c. 3. lib. vj.*

SAncimus.] CASVS. Olim masculus qui habebat lx. annos, prohibebatur nuptias cõtrahere: similiter mulier habens quinquaginta annos: sed hodie per Iust. hoc correctũ est. Viu.

e v. Toraquell. in legibus connub. attibus par. 6. Gl. 1. num. 10.

i ¶ *Homines volentes.* Dic quòd lege Papia [e] cautũ fuerat quod masculus maior [a] sexagenario nõ cõtrahat cũ maiore vel minore fœmina quinquagenaria: & econtra maior quinquagenaria non cõtrahebat cũ maiore vel minore sexagenario: & erat ratio, quia nuptiæ fiunt causa liberorũ: quæ causa hic deficere videbatur: Sed contra [b] est vt hic, *& j. de legiti. hered. l. si maior.* ADDITIO. Hanc legem intellige de tali sene, qui tamẽ coire potest, licet difficulter. aliàs autem si omnino non posset coire, non valeret matrimonium. *facit c. ij. extra de fri. & male. de quo vide latius per Christoph. Porcius §. j. in fi. institu. de nuptiis.*

a Matrimonium an possit contrahi per senes.

* copulatione in omnibus manuscr.

b Potest quis accipere vxorem sexagenariam.

SI libertam.] CASVS. Si liberta est vxor alicuius, qui postea senator efficitur, nõ propter hoc debent nuptiæ dissolui: nam felicitas casus mariti non debet esse damnosa vxori. ab initio tamen senator non potest contrahere matrimoniũ cũ liberta. Secundo dicit, quòd si pater mulieris quæ nupsit liberto, nõ erat senator, & postea effectus est senator, nunquid dissoluit matrimoniũ ex eo quòd non licet filiæ senatoris nubere liberto? Respon. non. Viuia.

† In manusc. hæc l. vltima est eius tit.

k ¶ *Non patitur. vt ff. eo. l. lege Iulia.*

l ¶ *Decrescat. sic & supra de sta. & imagin. l. fin. & ff. de condi. & demonstra. l. falsa. §. sed si cui. & supra eodem authẽ. maximus.* Sed contra [c] alterius coniugis infelicitas facit valere matrimoniũ, quod non valet: *vt ff. eodem l. si quis in senatorio.* non autẽ infelicitas patris: *vt ff. de senato. l. filiam.*

c Coniugis vnius infelicitas efficit vt valeat matrimoniũ, quod aliàs non valeret.

m ¶ *Deminutum.* non [d] ergo vitiatur, licet ad eum casum peruenerit, à quo incipere non potest: *vt & institu. de lega. §. potest autem.*

d Vitiantur non omnia quæ ad eum casum proueniunt, à quo incipere non possunt.

uatur[a] matrimoniũ inter facti senatoris filiam,& libertumne soceri prosperitas sine genero inueniat. Melius enim est legis Papiæ seueritatẽ in vtroq. casu cõpescere, quam eã sequendo, hominũ matrimonia disperge-re,nõ ex vitio mulieris & mariti, sed ex prospera alterutrius partis fortuna.cũ enim[*] ex vna[b] radice vitium nascitur, consequens est vt vna lege tollatur.

Sumpta ex collectione Græca constitutionum ecclesiasticarum per Ant. August.

XXIX. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις.

Θέσπισμα ἐποιησάμεθα διάταξιν οὐδενὶ συγχωροῦντες οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν καθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν τοὺς ἐγγυητὰς τῆς αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίου ῥητὸν ὁμολογηταντας ἀπαιτεῖν, ἀλλ' εἰ τοιοῦτο γίνηται κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῆς ἐπαρχίας ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διατεταξάμεθα δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιασαμένους καὶ τὰς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. εἰ δὲ ὁ τῆς ἐπαρχίας ἰθύνων αὐτὸς βιαζόμενος εἴη ἢ τῆς ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγῆς κωλύων δίδομεν ἄδειαν καὶ μόνοις θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα πάσχουσαν ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητὴν τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τῆς ἀρχῆς ἔχοντι καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν ἢ μὴ γένοιτο, πρὸς τοῦτο ἱκανοὶ ὑπάρχοιεν εἰς τὴν βασιλείαν ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐπενεχθῆναι ποινὴν τῶν ἐγγυητῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίαν φυλαττομένων, ἄδειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυναιξὶν ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσι οὔσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, καὶ εἰ τύχοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἀλλὰ καθ' ἐξουσίαν τὸν γάμον συντελοῦσαις γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι. τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν πασῶν διατάξεων τύπου δὲ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπονόμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερά, διὰ τοῦτο συνελθόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρᾳ ...θέσπισμα τὴν δὲ θείαν διάταξιν πεποιήμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι, ταῦτα φυλάττοιτε τόν τε τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν εἴ τι τούτων παραβαίνοιτε λογιζόμενοι. Dat Kalend. Nouemb. CP. D.N. Iustinian. PP. A. Iu. & Paulino Coss.

Latinè per Antonium Contium.

Idem A. vbique terrarum constitutis episcopis.

SAcrã fecimus cõstitutionẽ, nemini pmittẽtes, neq. inuitã mulierẽ ancillã aut liberã, in scenã aut orchestrã ptrahere, neq. cõuerti volẽtem, prohibere eã eius fideiussores, quasi sup hoc ipso certũ auri modũ promissum repetendo, sed si quid tale factũ fuerit, prohiberi hæc & à clariss. prouinciarũ præsidib. & à ciuitatũ religiosissimis episcopis cõstituimus, dãtes licẽtiã religiosissimis episcopis vnà cũ clariss. puinciæ præside, etiã inuitos trahere ad se eos q. cõpulerint, aut q. mutari seu cõuerti ab ea actione phibuerint, & publicã quidẽ fieri eorum substantiã, ipsos verò ciuitate expelli. Si verò q. puinciã regit, ipse sit qui eas cõpulerit, aut à prædicta actione cõuersionẽ seu resipiscẽtiã phibuerit, dam[*] licentiã & solos religiosissimos episcopos adire eã quæ talia patitur, aut eius fideiussorẽ, hunc verò [episcopũ] aduersari magistratũ habẽti, & nõ pmittere iniustè agere, aut si min[*] fuerint ad id exequendũ potẽtes, indicare id nostro imperio, vt à nobis cõpetens exerceat pœna, fideiussionib. simul liberãdis & fideiussorib. indemnib. conseruandis, licentiã dantes cõuersis huiusmodi mulierib. liberis & ingenuis existentib. ad matrimoniũ transire legitimũ, etiã si contigerint honestissimis dignitatib. q. illas duxerint decorari, nõ amplius indigentib. imperialib. rescriptis, sed sua potestate nuptias celebrantibus, nuptialib. nimirũ instrumẽtis omnĩ modo inter ipsos factis, eadémq. & de filiab. scenicarũ constituentes. Hanc autem dictam constitutionem, & in quinto libro omnium constitutionũ huius scilicet nostræ pietatis cognominis libri, ad ciuiles magistratus rescriptam posuimus. Quoniã enim oportebat per præsentem sanctionẽ & vobis vbique terrarũ positis religiosissimis episcopis hęc facere manifesta, propterea cõgregãtes quæ ad ipsam pertinẽt, expositione latiore sancita, etiã eandẽ diuinã constitutionẽ fecimus etiã ad vos, vt sacerdotalẽ conseruantes reuerentiã & cõtinentiæ studiosi, hæc custodiatis tam magni Dei metum, quàm imperialẽ indignationem, si quid horũ prætermiseritis, considerantes. Dat. Kalend. Nouemb. CP. DN. Iustin. IIII. & Paulino Coss.

DE † INCESTIS ET INVtilibus nuptiis.

TITVLVS V.

Liberta uxor patroni non potest diuertere inuito patrono, & cum alio contrahere matrimonium. Bald.

I. Imp. ALEXANDER A. Ampligono.[*]

LIberta, eadémque vxor tua, si à te inuito discessit: connubium cũ alio non habeat[c] si modò vxorem eam habere velis[d].

Binas habens seu tenens uxores, est infamis.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Sebastiano.†

NEminẽ q. sub ditione[*] sit Rom. nominis, binas vxores habere posse, vulgo patet: cũ etiam in edicto[f] Præt. huiusmodi viri infamia notati sint. quã rem competens iudex inultam esse nõ patiet.

Inter

---

a ¶ *Dissoluatur.* sic & ff. solu. mat. l. si cum dotem. §. an autem illa. & ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l patre.

b ¶ *Vna.* scilicet hac.

DE INCESTIS & inutilibus &c.

Largè omnes dicantur inutiles:[a] sed nefaria[b] propriè inter ascendentes & descendentes, incesta[c] inter collaterales vel affines: ut inst. eo. § ergo non omnes. & ff. eo. l. quinetiam. & l. fi. & ff. de adul. l. si adulterium. j. respon. Alia quæ aliis rationibus prohibentur, simpliciter inutiles dicuntur, quod multis modis contingit: vt diximus inst. eo. §. sunt & alia.

LIberta.] CASVS. Patronus cũ sua liberta matrimonium contraxit: postea liberta ipso inuito à se discessit, & alij nupsit: an hoc facere potuit, quæritur? Rñ. q nõ. & si alteri nubit, non erit sua vxor.

c ¶ *Non habeat.* diuortium tamen tenet: vt ff. de repu. l. fina. in princ. vnde[d] non committitur adulterium cum ea: vt ff. ad l. Iul. de adult. l. pen. Sed quo ad hoc vt non possit[e] alij nubere, dicitur durare prius matrimonium: vt ff. vnde vir & uxor. l. j. §. fina. & facit ff. e. l. matrimony. & l. in eo iure. & de diuor. l. penul.

d ¶ *Velis.* quod qualiter fiat, dic vt ff. de repu. l. fina. Accurs.

NEminem.] CASVS. In hac l. præcipit imperator, quod nullus subiectus Romano imperio habeat duas vxores: & si habeat vnam de iure, aliam de facto, vltimæ nuptiæ sunt inutiles: & eo ipso iure efficitur infamis. Viuian.

e ¶ *Binas vxores.* vel sponsas,[f] vel alterã coniugẽ, & aliã sponsam: vt ff. de his qui notan. infa. l. j. §. fi. & l. quid ergo. §. j. & i. de don. ante nup. l. ea quæ.

f ¶ *In edicto.* nõ est bo.

---

a Nuptiæ inutiles.
b Nuptiæ nefariæ.
c Nuptiæ incestæ.
* Hæc verba ponuntur in G. super verbo nefariæ ante si incestuosæ extra de test.

d Adulterium non committitur cum ea quæ diuertit fecit.
e Diuortium factum esse potest, & tamẽ aliquando prius matrimonium durare: vt hic in liberta quæ à patrono, eadémque marito diuertit.

f Digamia vero sita nã & duas vxores vel sponsas vel vnã coniugem al teram sponsam habere non licet.

† Hic est positus in decis. vt dicit Balsamon. Nomocan. tit. 3. c. 1.

* Amphion.

† Sebastiano PP.
* Conditione.

na ratio quia nubens intra tempus luctus infamatur: *vt j. de secun. nup. l. j.* tenet tamen matrimonium: *vt in autbent. de resti. & ea quæ pa. §. fin. colla. iiij.* sed est ratio, quia prohibentur à lege: *vt hic, & insti. eo. §. affinitatis & j. de adulte. l. eum.*

C *um ancillis.*] CASVS. Si liber homo velit ancillam ducere in vxorē: de iure hoc esse non pōt, cū ea tamē posset esse contubernium. Itē decuriones non possunt cum ancillis cōtubernium contrahere: & si contra fecerint clam in aliqua villa vel prædio: si quidem fecerint procuratoribus domini nesciētib.: mulier damnatur in metallū, decurio dānatur in insulā si fuerit suis iuris, omnib. bonis suis confiscatis, si nō habebat aliquos propinquos ab intestato. Si autem fecerint procuratoribus domini scientibus: ipsi damnantur in metallum. Si autem dominus fundi sciuerit, & permiserit: si patitur fieri in prædio rustico: quæ sunt in illo prædio, vna cū prædio confiscantur. Si autem patitur fieri in prædio vrbano: quia facinus intra parietes domesticos cōmissum pœna augetur: quia dimidia pars bonorum suorum confiscatur. Viu.

Inter liberum & seruam matrimonium non consistit: & filij qui nascuntur ex serua, dicuntur serui: quia sequuntur cōditionem matris. Hoc primo. Decurio qui contraxit matrimonium cum serua, deportatur: bona eius curiæ confiscantur: puniuntur actores & procuratores locorum scientes, qui passi sunt in domibus dominorum suorum huiusmodi libidinem exercere: punitur etiam dominus si fuit sciens, & non denuncians: & in publicatione fundi veniunt accessoria, mancipia, & pecora illi fundo deputata: & magis punitur delictum commissum in ciuitate, quàm in agro. h. d. hac lex. Bald.

III. *Imp.* CONSTANTINVS A. *Patroclo.*

C Vm ancillis [a] non potest esse connubium[a]. nam ex[b] huiusmodi contubernio serui nascuntur: ideóque præcipimus ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine seruarum ducente cōfugiant. Si enim decurio clam actoribus, & procuratoribus nescientibus alienæ fuerit seruæ coniunctus: & mulierem in metallum detrudi per sententiā iudicis iubem[9], & ipsum decurionē in insulā deportari: omnibus bonis eius ciuitati, cuius curialis fuerat, mancipandis, si patria potestate fuerit liberatus, nullósque [c] habeat liberos vel parentes, vel etiam propinquos qui secundū legū ordinē ad eius successionē vocent. Quòd si actores vel procuratores loci in quo flagitium admissum est, fuerint conscij, vel compertū facinus promere noluerint: metallo eos conuenit implicari. Si verò dominus loci hoc fieri permisit, vel postea cognitū celauit[d]: si quidem in agro id factum est, fundus cū mancipiis & pecoribus: cæterísque reb[9] quæ cultui rustico sustinentur, fisci iuribus vindicetur. Si verò in ciuitate [e] id factum est: dimidiam bonorū omniū partem præcipimus confiscari, pœnam augentes [f], quoniā intra domesticos [g] parietes scelus admissum est, qđ noluit mox cognitū publicare.

a Connubium. i. matrimonium. cōnubium & coniugium idem sunt, nisi in casu, vbi etiam quòd matrimoniū non est, dicitur connubium. *ff. de rit. nupt. l. in eo. §. hoc caput.*

b ¶ *Nam ex &c.* bona ratio: *vt tes. titu. de pa. po. in pri.* appellabit ergo contubernium: b *vt j. ad leg. Iul. de adul. l. seruil.* Item hoc iure fori, secus iure poli: *vt extra de coniugio ser. c. j.*

c ¶ *Nullósque.* repete, & si. Accurs.

d ¶ *Cognitum celauit.* & no. hac & seq. l. tantundem esse siue quid sciam ab initio esse, siue [e] postea sciā, si patiar. ¶ Sed argu. contra. *ff. de his qui no. infa. l. quid ergo facit xxxiij. q. j. cap. iij. & j. de vsu. transfor. l. j. §. quod & in rebus. & ff. de vsu. qui scit. §. fin.* ¶ Item sume hic argu. quòd parcitur [d] ei qui delictum cognitum à te patefacit. sic *j. de his qui se. def. l. j. lib. x. & j. l. proxi. dices.*

e ¶ *In ciuitate.* sic & in lege Mosaica distinguebatur, fieret adulterium in ciuitate, vel in rure.

f ¶ *Augētes.* Imò in casu nō augetur, si fund[9] in villa vbi hoc factū est, plus valeat, quā alia sua bona. Ad quod Io. dicit quòd tunc nō totus fundus publicaretur, sed id omne quod est min[9] dimidia. hæc enim lex augere pœnā voluit. Alij dicunt cōtra, & raro inueniri quòd decuriones plus habeāt extra ciuitatē, quàm intra: & sic de eo non cauent legislatores: *vt ff. de leg. & senatuscōsul. l. nam ad ea.*

g ¶ *Domesticos.* *sa. j. de sal. mo. l. j. & ad Iul. de adul. l. Gracchus.* Accurs.

Q *Vi contra.*] CASVS. In hac l. dicitur quæ pœna imponitur ei qui incestas nuptias & inutiles contrahit. Et dicit quòd si aliquis contrahit nuptias contra legum præcepta, vel cōstitutiones principum, illæ nuptiæ non valent: & dos data, & donatio propter nuptias debent confiscari. nā & dos & donatio aufert accipiēti vt indigno, & fisco applicatur. Fallit si maritus vel fœmina, vel vterque eorum iusto errore facti prohibitas nuptias contraxerunt: quo casu nec dos nec donatio propter nuptias publicant. Item fallit si vir vel mulier sunt minores xxv. an. quod est verum, si cum peruenerint ad vigintiquinque ann. ipsi facientes prohibitas nuptias dissoluerint: aliàs dos & donatio propter nuptias confiscantur. Viuian.

h ¶ *Qui contra legum. vt ff. de ritu nupt. l. lege Papia.*

i ¶ *Mandata. vt s. titu. j. l. & si contra.*

Ex matrimonio reprobato lucra matrimonialia non procedunt: sed veniūt potius confiscāda. idē in donatione simplici: nisi ætas, sexus, vel iusta ignorantia excuset. Bal. Vel sic: Nuptiæ à iure prohibitæ, sunt ipso iure nullæ: & donata hinc inde à scientibus auferantur vt indignis, & fisco applicantur: non ab errantibus iustè: dum tamen coniunctionem dirimant comperto errore. Sal.

IIII. *Imppp.* VALENTIN. THEOD. ARCAD. AAA. *ad Andromachum comitem rerum priuatarum.*

Q Vi contra legum [h] præcepta, vel contra mandata [i] constitutionésque [k] principum nuptias fortè contraxerit: nihil ex eodē matrimonio, siue antè nuptias donatū [l], siue deinceps quoquomodo datum [m] fuerit, consequatur. idque totū quod ab alterius liberalitate [n] in alterū processerit, vt indigno indignæve sublatū, fisco vindicari [o] sancimus, exceptis tam fœminis quàm viris q. aut errore [p] acer-

k ¶ *Constitutionésque. vt s. de episcop. & cleri. l. si quis non dicam. & j. raptores. & supra titu. j. l. si quis alumnā. §. fin.* Item quandoque contra senatusconsultū: *vt j. titu. j.*

l ¶ *Donatum.* quod hodie dicitur propter nuptias.

m ¶ *Datum.* scilicet pro dote. Accurs.

n ¶ *Liberalitate.* extra dotam & donationem propter nuptias.

o ¶ *Fisco vindicari. vt ff. de ritu. nupt. l. incestæ. & instit. de nupt. §. si aduersus.* ¶ & hoc cum vterque scienter contraxit. si autem à sciente ignoranti detur, apud ignorantem remanet: *vt probatur. ff. de lega. j. l. fina. & de dona. inter virum & vxo. l. cū hic status. §. fin.* 2 Vel dic aliud esse cum relinquitur ei ex testamento. Nā tutor ex testamento quondam pupillæ suæ quam duxit, nil potest capere. præsumitur enim eam decepisse. illa autem econtra ex testamento eius potest: *vt d. l. de leg. j. l. fina. & ff. de ri. nupt. l. præfectus.* ¶ Item arg. contra *ff. de condic. fi. ne cau. l. auunculo.* vbi restituitur danti. Solu. ibi nec de facto secutum fuit. vel hic vt ibi. ¶ Idē contra. *j. titu. j. si tutor.* vbi similiter restituitur dāti. Sol. ibi speciale. 3 Vel hic de matrimonio prohibito legibus: ibi senatusconsulto. 3 Vel ibi loquitur cū tutor donat pupillæ: hîc econuerso. 4 Vel hic de sponsalitia largitate: ibi de dote. 5 Vel ibi in minore xxv. annis.

p ¶ *Errore acerrimo.* id est iustissimo vel fortissimo. ¶ Et dicas hîc breuiter, quod hæc lex propter errorem[b] facti iustum & continuum excusat. Si [c] verò in iure, quantum ad pœnam incestus mulier in totum releuatur, & idem in mare qui sic errat in iure ciuili: quia credidit posse contrahere cum pupilla. Si autem in iure gētium, in aliquo subleuatur, nō in totum: *vt ff. ad Iul. de adul. l. si adulterium. §. nonnunquam. in fin. ibi, cum in adulterio &c. & §. stuprum in fi.* ¶ Est tamen argum. contra. *j. titu. l. j.* Sed certè ibi [d] clam fuerat contractum, vnde præsumitur scientia: secus si palam, [e] quando bona fides præsumeretur: *vt ff. de ritu nup. l. si.* ¶ Item quid erit de filiis ipsorum? Respond. non est cautum in lege. Sed dico esse legitimos [f] si vterque ignorauit, licèt nullum sit matrimonium: sicut & in adoptiuis contingit, qui sunt legitimi sine matrimonio. & hoc dicitur rescripsisse Alexander ex priuilegio cuidam: vt dices. *j. eod. l. si quis incesti. ad hoc ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia supra dixi.* vbi autem alter sciuit: illi non sunt legitimi, sed ignoranti sic. ADDITIO. Tu dicas de hoc. Si matrimonium est publicè contractum in facie ecclesiæ: tunc siue vterque ignorauit impedimentum, siue alter tantum, filij sunt semper legitimi. *c. cum inter &c. ex tenore. extra qui filij sint legiti.* Si verò matrimonium esset contractum clandestinè, licèt vterque ignoraret impedimentum: non essent filij legitimi. *c. cum inhibitio. §. si quis verò, de clandestina desponsa.*

¶ C. T. 12. 1. 6.

a Connubium pro matrimonio.

b Contubernium quid sit. Similis in c. sanè. vbi matrimonia contracta per sacerdotes dicuntur contubernia. extra de cler. coniug.

e Postea & quando & ab initio & pōst sine.

d Denuncians delicto ignoscitur.

a Error acerrimus, iustissimus.

b Error facti iustus & continuus excusat.

c Error iuris ciuilis acerrimus excusat omnimodo: iurisgentium, non in totum.

d Clam quæ geruntur fraudulenta præsumuntur & in illis præsumitur dolus adeo vt non prosit excusatio simplicitatis & rusticitatis. v. Tiraquel. lum. de pœnis. causa II. & n. II. addit Glo. l. 13. de interdicto matrimonio.

e Palā quæ geruntur magnā excusationem præstant, ne quis deliquisse videatur. l. 9. & ff. de ritu. An autē actus palā gest[9] præsumi faciat, vt lætis, ita facit ignorantiam. v. Menoch. 1. de arbitr. iudic. casu 144. nu. 13.

f Putatiuum matrimonium valet ad legitimationem filiorū hoc est legitimati habentur: vtriq. coniugium, si vtriq. ignorauit impedimentum: si minus, alteri hoc est ei qui ignorauit; post hāc Glossam Bal. dō, Cynū, Salicet, Bartolum, Alexandrū, & dofredum tenet Duenass. regula contrahentes matrimonium in gradū prohibito, ipso iure bona ipsorū debent publicari. facit Glo. nempe ff. pro legato C. Spolium 1.4 anno, pp. pro emptore.

a ¶ *Affectato.* cum forte potuit scire, & noluit.
b ¶ *Comperto.* parcitur alicui propter ignorantiam, vel cũ sciuit, si se offerat: alias purget. sic *ff. depo. l. iy. & ff. de edil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus ait si seruus.* ¶ Arg. contra *ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. in princ.* Nam ibi patre nesciente, sed postea ratum habente filius duxit vxorem intra tempus luctus: & tamen non notat pater infamia. ¶ Similiter est argu. contra in vsucapione, vbi bona fides sufficit ab initio. & si postea superuenit scientia rei alienæ, non enim vsucapio interrumpitur, nec ideo minus vsucaptor facit fructus suos: *vt ff. de vsucap. l. qui scit. §. fina. & infra de vsucap. transfor. l. vnica.* ¶ Sed argu. contra. prædictis vbi superueniens scientia nocet, sicut & in nostra lege in petitione hereditatis: *vt ff. de peti. here. l. sed & si lege. § consuluit.* Item & in vsucaptione partus, incipiente cognoscere quòd mater sit furtiua, interrumpitur vsucapio: *vt ff pro suo. l. penult. in princip.*
c ¶ *Procrastinatione.* sic *in decre. j. quæst. j. constat.* Accursius.

Fratris.] CASVS. In l. ista dicitur quòd quis nõ potest eam ducere in vxorem quę fuit vxor fratris sui. Item si aliquis habuit vnam sororem, nõ potest aliam ducere prima mortua. Vivianus.
d ¶ *Fratris.* facit *insti. e. §. affinitatis. & j. eod. l. penult. & fina.*

Si quis.] CASVS. Aliquis contraxit incestas nuptias, non amittit bona dum viuit: sed filij illegitimi erũt: nec pater eis aliqua dare debet nec in testamento, nec inter viuos, nec per se, nec per interpositas personas. & dos si qua constituta est, confiscabitur: & si contrahens incestas nupt. testamentum faceret, non potest relinquere extraneis: filiis tamen quos suscepit ex primo matrimonio, potest relinquere, & nepotibus, & pronepotibus, patri, & matri, & auo & auiæ, fratri & sorori: si tamen aliquis eorum consilium dederit vt contrahatur tale matrimonium, non habebit aliquid de hereditate, sed ille qui est in secundo gradu. Vivianus.

a Error affectatus in eo esse intelligitur qui cũ scire potuit scire noluit.
b Ignorantia interdum pat citur.
c Offerenti se aut saltem suo purgati inter dũ ignoscitur.
* accerrimo, in quinque maiori. & sic legit hoc loco ait Albertic de Rosate, in dictionario in fin.
d Bona ab initio fides interdum sufficit.
e Bona ab initio fides interdum non sufficit.
† C. T. 3. 12. 2. & 3.
† C. T. 3. 12. 1.
† potius per nepotem ex eo liberorum ad. de ... in suo gradu ... & sic et incesto coniugio natis neque recta via, neque directe relinqui à patre pot, nec etiam ab auo. Aliud in bastardo. & Mar. Anal. sing. l. ... ss de natura lib. liberis.
† morituus, in veter. & Cod. Theodo.

rimo * non affectato [a], insimulatóve, neq; ex vili causa decepti sunt, aut ætatis lubrico lapsi: quos tamen ita demum legis nostræ laqueis eximi placuit, si aut errore comperto [b], aut vbi ad legitimos peruenerint annos, coniunctionem huiusmodi, sine vlla procrastinatione [c] diremerint.

In veteri testamento tenebatur quis ducere vxorem fratris eo mortuo: & debebat ei imponere certum nomen. Imperator dicit hic contrarium quia relictam fratris alter frater non ducit eam in vxorem: nec potest duas sorores successiuè habere in vxores. hoc dicit. Vel sic: Fratris præmortui vxorem, vel vxoris præmortuæ sororem non licet ducere in vxorem: licet præmortui fratris vxor virgo permanserit, hoc dicit, Salyc.

v. *Iidem* AAA. *Cynegio.*

Fratris [d] † vxorem ducendi, vel duabus sororibus coniungendi, penitus licentiã summouemus, nec dissoluto quocunque modo coniugio.

Incestas nuptias contrahentes nõ perdunt ipso iure proprias facultates: tamen in hoc puniuntur: quia non possunt testari: nec possunt habere successores, nisi personas hic declaratas: quibus non existentibus, succedit fiscus. Bald.

vi. *Impp.* ARCADIVS & HONORIVS AA. *Eutychiano præfect. prat.*

Si quis incesti [*] vetitiq. [e] coniugij sese nuptiis funestauerit, proprias, quamdiu vixerit, teneat facultates: sed neq. vxorẽ, neq. filios ex ea editos habere credatur [f]. Nihil prorsus prędictis neq. p interpositã † quidẽ personam vel donet superstes, vel moriturus † derelinquat. dos si qua fortè solenniter aut data aut ꝓmissa fuerit: iuxta ius antiquum fisci nostri cõmodis cedat. testamento suo extraneis nihil derelinquat: sed (siue testato siue intestato) legibus ei & iure succedant, si qui fortè ex iusto & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc est de descendentibus, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, ꝓneptis: de ascendentibus autẽ, pater, mater, auus, auia: de latere, frater, soror, patruus, amita. Testandi [g] sanè ita demum habeat facultatem, vt his tãtummodo personis, pro iuris ac legum quod voluerit arbitrio reliquat, quas succedere imperialis præcepti tenore mandauimus: ita tamen, vt ab hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his quos memorauim [*], in contrahẽdis incestis nuptiis consilium inisse mõstrabitur: successuro in locum illius, qui post eum gradu [h] proximus inuenitur. † Ea sanè quæ de viris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum sese consortiis commaculauerint, custodiantur. Memoratis verò personis non extantibus, nostro fisco locus pateat. Dat. VI. Id. Decembr. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. Coss.

IN AVTHENT. DE incestis & nefariis nuptiis. §. j. colla. ij. constit. fina.

Istã authent. dicit quòd bona contrahentium incestas nuptias ipso facto sunt confiscata. Item dicit quòd filij eorum legitimi ipso facto sunt effecti sui iuris. Item dicit quòd isti debent poni in exilio. Item dicit quòd licet pater sit exul, filius tamẽ debet eum alere. hoc dicit. Baldus.

Incestas [i] nuptias contrahentis pœna est confiscatio [k] bonorum tam cæterorum, quam dotis, exilium etiam, & cinguli [l] (si quo potitur) spoliatio, verberatio quoque, si vilis est: fœmina quoque talia scienter [m] peccante simili pœna subiuganda. substantia sic amissa [n] liberis hoc ipso sui iuris effectis [o], si quos habet legitimos, applicetur [p]: vt tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus fisco defertur [q].

e ¶ *Vetitique.* propter incestum & sic specialiter de incestis tantum. Et dicitur cestus, id est cingulum Veneris. vnde incestus, id est effrenata libido. Vel dic vetiti generaliter: vt ad secundam partem rubricæ referatur.
f ¶ *Habere credatur.* vt *in authentic. quibus mo. na. effi. sui. §. fina. colla. vij.* Sed per decret. Alexan. permittitur quòd sint legitimi eo casu quo permittitur stare matrimonium: *vt extra qui fil. sint legi. c. ex tenore. & ff. de rit. nup. l. qui in prouincia. §. j.*
g ¶ *Testandi.* imponitur ergo necessitas in personas certas testari. sic *& j. de secun. nup. l. iy. §. fin. & §. de sacrosanct. eccle. authen. si qua.* Accursius.
h ¶ *Gradu.* nisi sit alius in eodem gradu cũ eo qui excluditur: *& est ad l. stam xxxv. q. vij. quidam. & j. de mulie. quæ se pro-prijs ... j. & j. de secun. nupt. l. hac edictali. & ff. de ritu nup. l. semper.* ¶ Item intellige hanc l. secundũ ea quæ notauimus. *j. l. qui contra.* id est quando scierunt. ¶ Item sunt & aliæ pœnæ quas patiuntur prædicti. vnde vide authent. incestas. quæ est ex titu. de incest. nupt. colla. j.

Incestas.] CASVS. Lex Codicis dicit quòd qui incestas contrahit nuptias, retinet bona. Authen. corrigit, dicens quòd bona illius confiscantur, si non habet filios: alioquin substantia eius deuoluitur ad filios, & pater debet ali à filiis: & simile est qui tale cõtrahit matrimonium, amittit cingulũ, & mittetur in exilium: si vilis est, verberabitur. Vivian.
i ¶ *Incestas.* Et hanc & sequen. authen. intellexerunt quidam tantũ de vetitis [a] iure sanguinis. secus si aliàs sint vetita: vt cum ancilla alicuius quod est vetitum: *vt j. eod. l. cum ancilla.* vnde eius filium dicunt naturalem: quod non placet: imò largè hanc vt proximam authent. accipe, quocunque modo sint inutiles, argu. *in corpore huius authent. & j. eodem l. qui contra. & l. si quis incesti.* propriè autem qualiter accipiatur, no. j. eodem in rubrica.
k ¶ *Confiscatio.* scilicet si non habet filios legitimos: *vt j. prox.* ¶ Sed videtur quòd etiam alij excludunt fiscum: *vt in authent. vt nulli iudi. §. fi. colla. ix.* Solu. illa hanc corrigit: vel aliter vt plenè dices *j. de bo. dam. authent. bona.*
l ¶ *Cinguli.* id est, dignitatis. Accurs.
m ¶ *Scienter.* secus si ignoranter. & idem in mare. sed non ita ad plenum: vt plenè dixi. *j. e. l. qui contra legem.*
n ¶ *Substantia sic amissa.* Redit ad primum casum quando vir delinquit.
o ¶ *Effectis.* ipso iure, vel hoc ipso quòd pater supplicio deditus est. Ad hanc expositionem pertinet quod dicitur in corpore, paternam mox illi accipiant successionem &c.
p ¶ *Applicetur.* scilicet substantia.
q ¶ *Defertur.* ipso iure.

† Quid si nepos sit ex illo incestuoso. An is possit hæres institui ab auo dict. ad ... & ... de naturalibus. v. Consilium sing. Hora.
a Nuptiæ sunt vetitæ ex causis vetitæ.

Ex complexu.

Ex complexu.] CASVS. Authē. incestas, dicit quòd substantia patris defertur filiis. Authen. hæc addit dicens, quòd filius natis de incestuoso matrimonio non est danda patris substantia, nec ab eo ali debent. Viuia.

a ¶ *Nefario.* largè accipe, licèt impropriè: *vt supra proxim. authent. dixi.*

b ¶ *Nec naturales.* quales[a] sunt ex concubina nati, qui sunt naturales tantum: & legitimi tantum, vt adoptiui: legitimi & naturales, vt ex vxore. nec legitimi, nec naturales, vt instituti. de quibus hic dicitur.

a Filiorū alij naturales, alij legitimi tantū, alij legitimi & naturales, alij nec legitimi nec naturales.

c ¶ *Indigni.* & maternæ: quod est verum quando coitus per legem potest accusari. aliàs non: vt si ex meretrice: quo casu matri non patri succedit: *vt infra, de suis & leg. §. vulgo. & ff. de his quæ vt ind. l. quinque. in fin. & l. quia.* ¶ Sed quid si non obstante hac l. concessit imperator talem fieri legitimum? Respond. potest, *vt arg. §. de testam. authent. hoc inter.* cum nullus ei legem imponere potuerit: *vt ff. de arbi. l. nam magistratus.* Accurs.

IN AVTHENTIC. qui. mod. nat. effi. sui. §. fin. colla. vij. consti. j.

Nefarij, incestuosi, & spurij non succedunt nec aluntur. h. d. in c. cum haberet. extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulteriū, dicitur quòd spurij sunt alēdi de æquitate canonica: tamē hoc nō puto verū in nefariis, incestuosis, sed in spuriis simpliciter. Baldus.

Ex cōplexu nefario[a] aut incesto seu dānato liberi nec naturales[b] sunt nominādi, omnis paternæ substātiæ indigni[c] beneficio, vt nec alant a patre.

Pauper si aliàs est dignus, non dicitur vilis & abiecta persona. sed illæ personæ dicuntur viles, quæ malis moribus vilescunt. Bald. Vel sic: Paupertas vel diuitiæ non faciunt quem ignobilem vel nobilem esse: sed status, conditio, vel vtilitas, & commendatio vitæ. Salyc.

VII. *Impp.* VALENTIN. & MARTIAN. AA. *Palladio præfecto prætorio.*

Hvmilē[d] [a] vel abiectā fœminā minimè eā iudicamus intelligi, quæ licèt † pauper, ab ingenuis tñ parentibus nata sit. vnde licere statuimus senatoribus, & quibuscūq. amplissimis dignitatib[9] præditis[e], ex ingenuis parentibus natas, quāuis pauperes, in matrimonium sibi accipere, nullámque inter ingenuas & opulētiores[f] ex diuitiis & opulentiore fortuna esse distantiam. Humiles verò abiectásque personas eas tantúmodo mulieres esse censemus, ancillā, ancillę filiam: libertam, libertæ filiam: scenicā, scenicę filiam: tabernariam, tabernarij vel lenonis aut arenarij filiā: aut eā quæ mercimoniis publicè præfuit. ideóq. huiusmodi inhibuisse nuptias senatorib[9] harū fœminarū, quas modo enumerauim[9], æquū est. Da. Prid. Non. April. Constantinop. Ætio & Asterio † Coss.

H*Vmilem.*] CASVS. Senator vel filius senatoris prohibetur contrahere nuptias cū humili persona: vt putà cum ancilla, aut eius filia: cum scenica, aut eius filia: aut cum illa quæ lenocinium exercet. Viuia.

d ¶ *Humilem.* quia inhibitum erat senatoribus contrahere nuptias cū humilioribus fœminis: *vt ff. de ritu nup. l. lege Papia.* ¶ Quæ sunt intelligendæ humiles,[a] hæc lex dicit quæ innouatur per *authent. vt liber. decæ §. si quis autem. coll. vij.* per[b] quam authenti. liceat senatoribus ducere libertas, dotalibus instrumētis confectis. sed per authentic. vt liceat matri & auiæ. *§. quia verò legem dudum. col. viij.* generaliter permittitur idem de omnibus humilioribus personis. Accursius.

e ¶ *Præditis.* id est, ornatis. Accurs.

f ¶ *Opulentiores.* id est, dicere, non refert, si sint ingenuæ, an sint diuites pecunia, an sint opulentæ fortuna, id est, bona conuersatione vel bonis moribus. & facit in decretis *xcij. distin. c. legimus.*

a Patri heres constitutionis ... posita fuit sub tit. De legib. l. leges sacratissimæ. Extat autem integra inter Nouellas Martiani typis excussas.

† Ex ingenuo, licet pauperc, natas, ingenuus est ... Quid, bastardos recipiunt nobili ... Guid. Papæ decis. 510.

a Humiles fœminæ, quæ dicantur.

b Senatores an possint cū fœminis humilioribus contrahere.

† Studio respondum est ex Nouella Martiani.

Vxorem fratris, & virginē fratre superstite non potest ducere in vxorem, non obstante consuetudine Aegypti, vel rescripto principis. hoc dicit cū l. seq. quæ incipit, ab incestis.

VIII. *Imp.* ZENO A. *Epinico præfect. prat.*

Licet quidā Ægyptiorū idcirco mortuorū fratrū sibi coniuges matrimonio copulauerint, quòd post illorum mortē mansisse virgines dicebant, arbitrati scilicet quod certis legum conditoribus placuit, cū corpore non conuenerint, nuptias non videri re esse contractas, & huiusmodi cōnubia tūc tēporis celebrata, firmata sunt: tamē præsenti lege sancimus, si quæ huiusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas, earúmq. cōtractores, & ex his progenitos, antiquarū[g] legū tenori subiacere; nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus supra dictum est) eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.

L*Icet.*] CASVS. In l. ista dicitur quòd in terra Ægypti erat talis lex, quod si contraxerit matrimonium per verba de præsenti cum sorore vna, si ante cōtractum matrimonium volebam contrahere cum alia sorore, poteram hoc facere. Sed hæc lex hodie est correcta. Viuia.

g ¶ *Antiquarum.* *i. e. l. qui contra. & l. si quis incesti. & est ad istam. l. supra eod. l. fratris. & infra proxim. & supra de dona. ante nupt. l. cum in.* Accursius.

Rescriptum permittens incestuosum matrimonium, est ipso iure nullum. Salyc.

IX. *Imp.* ANASTASIVS A. *Sentriano* P.P.

Ab incestis[h] nuptiis vniuersi qui nostro reguntur imperio, nouerint tēperandū. nā, rescripta quoq. omnia, vel pragmaticas formas, aut constitutiones impias quę quibusdā personis tyrannidis tēpore permiserunt scelesto cōtubernio matrimonij nomen imponere, vt fratris filiā, vel sororis, vel eam quæ cū fratre quondā nuptiali iure habitauerat, vxorē legitimā turpissimo consortio liceret amplecti. aut vt alia huiusmodi committerentur, viribus carere decernimus: ne dissimulatione culpabili nefanda licentia corroboretur.

A*B incestis.*] CASVS. In hac l. imperator reprobat leges & constitutiones quorundam vsurpatorum Romani imperij, qui suis legibus & constitutionibus incestas nuptias contrahi permiserunt. vnde imperator omnes leges & constitutiones tyrannorum tollit, & præcipit incestas nuptias non contrahi etiam ex auctoritate imperialis rescripti. Viuianus.

h ¶ *Ab incestis supra l. proxi. & l. fratris. & infra §. sup. ex re. pe. l. ij. xxxij. q. v. incestuosi.* ¶ Item nec rescriptum permittens illicitum matrimonium, nullius esse momenti.

e ¶ *Nam.* accipe decernimus, quod est j.

TITVLVS VI.

DE INTERDICTO MAtrimonio inter pupillā & tutorē seu curatorem, filiósq. eorū.

Rusticitas vel imperitia non excusat. Bal. Vel sic: Inter pupillam & tutoris filium prohibitum est matrimonium: nec prætextu ignorantiæ excusatur. Salyc.

I. *Imp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Marino.*

Senatusconsulti[k] auctoritatē, quo inter pupillam & tutoris filium connubium saluberrimè sublatum est, circumueniri rusticitatis† & imperitiæ velamentis non oportet[l].

Inter matrē pupillæ, & eius tutorē nō est prohibitū matrimoniū: & loquitur expressè hic, quod vitricus pōt esse tutor priuignæ suæ. Bdid.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Pyrrho.*

DE INTERDICTO matrimonio. &c.

Dixi qualiter ratione sanguinis matrimonia prohibentur: nunc autem qualiter ratione officij.

S*Enatusconsulti.*] CASVS. Tutor vel eius filius per senatusconsul. prohibetur contrahere nuptias cū pupilla sua: nec excusatur prætextu rusticitatis. Viu.

k ¶ *Senatusconsulti.* cuius nomen non habemus, & prohibet[a] matrimonium inter tutorem vel eius filium, & pupillam: *vt hic, & ff. de ritu nup. l. senatus. & de ff. l. tutor.* ADDITIO. Aduertas tamen quòd matrimonium inter istas personas contractum, de iure canonico tenet, vt dicit Abbas extra *de cog. ad leg. super rubr.* Accursius.

l ¶ *Non oportet.* Nota errorem[b] vel imperitiam non accusare. ¶ Et sic est contra. *ff. de adulte. l. si adulterium. §. stuprum. & §. nonnunquam.* ibi enim videtur quòd iure ciuili error excusat à pœna incestus, in totum etiam mares, nedum fœminas. Sed dic, speciale hoc casu. 2 Vel hic clam[c] vnde[d] à iure præsumitur scientia: *vt ff. de rit. nupt. l. fina.* Item concor. huic *l. supra de in ius vocan. l. ij.* ¶ Sed argum. contra *J. de bo. qui sibi adscri. l. senatus. & l. penulti. & ff. de iuris. omnium iud. l. ij. §. quod. id. §. doli. & de eden. l. j. §. fina. & supra titul. j. l. qui contra.*

a Matrimoniū inter tutorem eiusve filium & pupillam prohibetur iure ciuili, vt hic. non tamē Canonico.

b Error an excuset à pœna.

c Ignorantia iuris quādam personas excusat, non tamen excusantur si clā quid fecerint. v. Romanum. ...

d Clam qui faciunt fraudis alicuius ...

† Rusticitas non excusat. ...

a Vitricus potest esse tutor priuigni sui.

M*Ater pupillæ.*] a ¶*Non prohibetur.* nam priuigni a sui tutor quis esse potest: vt j. *de contrariis iudi. l. fin.*

C*Um proponas.*] CASVS. Contraxi matrimonium cum aliqua muliere ex qua suscepi liberos: ista erat minor xxv. ann. postea pater meus fuit ei datus curator: nunquid matrimonium dissoluitur? Certo non: sed vt omnis scrupulus cesset, dandus est ei alius curator. Viuianus.

b ¶*Susceptos.* maximè. nam idem & non susceptis liberis. *sic & ff. de ritu nu. l. qui in prouincia. §. j.* Accurs.

c ¶*Habuisse.* idem esset & si in potestate esset: *vt ff. de rit. nupt. l. non est.* Accurs.

b Legitimæ tamen retractari non debet.

d ¶*Videantur.* quodenim legitimæ b fit &c. *vt j. de admini. tuto. l. sancimus j.*

e ¶*Omnis scrupulus.* de iure, & de facto. nā tractu temporis diceretur fortè curatorem datum ante matrimonium. *& facit ff. de regu. iur. l. quæ dubitationis. & ff. e. l. pen. §. y. & j. de exc. tuto. l. licèt. & l. amplissimi.* Accurs.

f ¶*Habebit.* scilicet vxor tua.

g ¶*Substitutus.* etiam à patre tuo.

L*Ibertinum.*] CASVS. Libert' qui fuit tutor filiæ patroni, prohibetur illam ducere in vxorem finita tutela, & etiam filius eius. Viuia.

h ¶*Susceperat.* nunc libertus. Accurs.

i ¶*Non oportet.* Et relegatur: *vt ff. de ritu nupt. l. libertum. y. in princi. & facit j. de nupt. l. libertum.* Accursius.

* Balm.

C*Vratorem.*] CASVS. Ponamus quòd fui tutor aut curator alicuius adulti: nunquid filiam meam isti adulto potero matrimonio copulare? Quidā dicebant quòd non: sed falso suadebant: quia non timebit pupillus ab vxore & herede vxoris reposcere rationem.

e Vt hic. & nō potest pupillā adultam sibi, vel filio suo collocare. *l. j. ... quæ in legibus ...*

k ¶*Falso.* quia benè potest fieri vt tutor filiam suam pupillo, & curator adulto copulet: *vt hic. & ff. de ritu nuptia. l. libertum. y. §. j. tutor.* &c. Et ratio est, quia non c est hic timor nec timeat pupillus ab vxore & herede tutoris reposcere rationem: quod esset econtra: arg. *ff. de ritu nupt. l. si quis officium. in principio. & §. fina. & j. l. proxi. & l. si tutor.* Accurs.

† al. idem Philippo.
‡ al. nuptum al. nuptias.
d Correlatiuorum in vno dispositum, in alio ... esse intelligitur ...

S*I patris.*] CASVS. Lex ista continet mentē totius tituli. Et dicit, si fui tutor alicuius puellæ: ipsa non potest mihi nubere vel filio meo antequam reddam ei rationem administrationis tutelæ. Item nec adhuc potest nubere si est intra xxv. annum, vel intra tempus in quo petitur restitutio.

l ¶*Si patris. concor. ff. de liberis & posth. l. filius à patre & de ritu nup. non est tutor. & l. pen. & de vno. alias deinde. & l. non est. & l. seq. & infra de dona. inter virum & vxo. l. si ex voluntate. & ff. de sponsali. l. tutor. & infra e. l. proxim.* Accursius.

m ¶*Susceptus.* idem si præcesserunt sponsalia: *vt ff. de ritu nupt. l. tutor.* vel nisi impetret à principe: *vt ff. de ritu nupt. l. non solum. §. j.*

* al. Matrimonii. lib. 4. vt. 4. Aurelio.

M*Ater pupillæ cū tutore filiæ suæ vel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur* a.

Matrimonium ritè contractum ex superuenienti casu retractari non debet. hoc dicit. Bal. Vel sic: Socer non prohibetur dari curator nurui: nec cura superueniens dirimit matrimoniū legitimè contractū inter adultam & filium curatoris. Sal.

III. *Idem A. Rogatiano.*

C*Vm pponas, ei quā matrimonio tuo iūcta suggeris, post liberos susceptos* b *curatorē patrē tuū datū, quē contendis nec te in potestate habuisse* c: *cū ritè cōtractū matrimoniū ex postfacto vitiari nō potuerit, iustam interpretationē metuere non debes, ne liberi quos habetis, non ex iusto matrimonio suscepti videantur* d. *Vt autem omnis scrupulus* e *auferatur: insistere pater tuus debet, necnon & vxor tua, vt alius loco eius detur. habebit* f *enim facultatem repetendo rationis negotiorum gestorum ab eo qui fuerit substitutus* g.

Appellatione filiorum etiam naturales filij continentur. Bald. Vel sic: Inter filium liberti, & pupillam cuius ipse libertus est tutor, prohibetur matrimonium. Salyc.

IIII. *Imp. PHILIPPVS A. Higinæ.*

L*Ibertinū qui filio suo naturali, quē in seruitute susceperat* h, *postea manumisso pupillam sui, eandémque patroni sui filiā in matrimonio collocauit: ad sentētiam amplissimi ordinis, qui huiusmodi nuptiis interdicendum putauit, pertinere, dubitari non oportet* i.

Curator adulto suo potest in vxorem filiam suam dare. Bald.

V. *Imp. † PHILIPPVS A. & PHILIPPVS Cæs. Apuleio.*

C*Vratorem adulto suo filiā suā nuptui ‡ collocare non posse, falso* k *tibi persuasum est.*

Ista lex determinat spaciū temporis quod debet interuenire ad hoc vt filius tutoris vel curatoris possit contrahere matrimonium cum pupilla, vel adulta: quia debet esse lapsum tempus xxv. annorum, & vtilis anni. Item quod ratio administrationis sit reddita. Bald. Vel sic: Non reddita ratione, vel etiam reddita non potest filius tutoris matrimonium contrahere cum pupilla, donec ipsa xxv. annos excesserit: nisi pater puellæ hoc disposuerit. Sal.

VI. *Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Lucio.*

S*I patris* l *tui pupillam nondum reddita tutelæ ratione, vel post redditam nondum exacto quinto & vicesimo anno, necnon vtili anno, vxorem duxisti: nec matrimonium cū ea habuisse, nec filium ex huiusmodi coniunctione procreasse videri potes. Sanè si hoc pater puellæ cum decederet, postulauit: & nuptiæ ritè contractæ, & filius videtur iure susceptus* m.

Tutor vel curator qui pupillam vel adultam suam sibi vel filio suo collocat matrimonio: ipso facto fit infamis ex dolo suo præsumpto. nā ideò præsumitur contraxisse, vt non reddat rationem administrationis ratione fraudis commissæ. Bald.

VII. *Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Paragonio.*

S*I tutor vel curator pupillam vel adultam quondam suam sibi vel filio suo nullo diuino impetrato beneficio in matrimonio collocauerit: manet infamia* n *cōtra eum, veluti confessum* o *de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudē administrationis tegere laborauit, & dos data* p *per conditionem repeti potest.*

Lex pœnalis disponens de tutore & curatore: intelligitur de tutore & curatore verò, & non ficto. Bald. Vel sic: Prohibitio facta de tutore vel curatore, non extenditur ad protutorem siue negotiorum gestorem. Salyc.

VIII. *Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Erythro.*

S*I quis tutoris vel curatoris nomine vsurpato, id est pro tutore seu curatore negociorúmve gestore res pupillæ administrauerit, eámque sibi filióve suo copulauerit: tales nuptias stare, & non ad exemplū* q *tutorum infamari sancimus: ne ex huiusmodi subtili vel maligno tractatu, matrimonia, seu proles ex his progenita, vel dos super his data vel promissa, aliquam læsionem vel calumniam patiantur.*

S*I tutor.*] CASVS. Impetraui rescriptum vt possim ducere vxorem adultam cuius fui tutor: an possim, quæritur? Respon. quòd sic. Si autem sine rescripto eam duxerim, ero infamis. & dos data repeti potest. Viuia.

n ¶*Infamia.* ipso iure. Accurs.

o ¶*Confessum.* si confiteatur extra a iudicium, non fit infamis, nec facit ei præiudicium: sed si in iure, & ob dolum, efficitur infamis. secus si ob culpam: *vt instit. de suspe. tuto. §. suspectus. y. & ff. de his qui not. infa. l. quem tam. & ff. de interro. act. l. j. §. fi.*

a Confessio extraiudicialis non infamat.
* Paragonio. al. Parigonio.

p ¶*Dos data.* Contra *j. tit. j. l. qui contra.* Solue ibi. ¶Item cōcord. huic leg. *ff. de ritu nupt. l. non est liberum. in princip. & ff. de sponsal. l. tutor. & infra de excusat. tutorum. l. amplissimi. & infra de donatio. inter virum & vxorem. l. si ex voluntate. & ff. de donat. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. si aliter ...* ¶Item facit contra *j. de condict. ob causam. l. j.* Accursius.

S*I quis.*] CASVS. Licèt ille qui in veritate fuit tutor, vel eius filius, prohibetur contrahere nuptias cum illa cuius fuit tutor: non tamen ille qui gessit negotia pupillæ, aut eius filia. Viuia.

q ¶*Et non ad exemplum.* est & alia b differentia: quia excipitur de dolo tutoris si pupillus sit locupletior, non etiam de dolo procuratoris: *vt ff. de doli exceptio. l. apud. §. illa etiam. & supra sequenti.* ¶Sed opponitur, cum hic protutor teneatur vt tutor de his quæ gessit: cur hic diuersum. ¶Item concor. *suprà si rector prouinciæ. l. j. & ff. de regul. iur. l. in ambiguis.* ¶Item not. quòd licèt c sit hic eadem æquitas quæ in lege superiori: non tamen idem ius. ¶Arg. cōtra. *ff. ad leg. Aquilid. l. illud. & de verb. obliga.*

* al. Tribonio.
b Tutorem & protutorem differentia.
c Ius non semper idem vbi eadem est æquitas.

obliga. l. à Titio. ADDITIO. Dicas q non est eadem ratio: quia iste protutor non habet tantam potestatem in pupillum, quantam habet verus tutor.

SI QVACVNque præditus &c.

Hic propter officium sicut titulo superiori matrimonium prohibetur. Et hic de nuptiis ,§. si rector prouinciæ & c. de sponsalib. dixit.

SI quis.] CASVS. Rectos prouinciæ vel iudex ordinarius alicuius loci voluit habere aliquã in vxorem: & cũ ipsa recusaret, sibi & suis parentibus minacem terrorem intulit. qua pœna sit puniendus, quæritur: Respon. quòd patitur pœnam. x. lib. auri, & priuatur dignitate sua: quam infra biẽnium recuperare non poterit: & hoc casu mulier poterit eũ recusare, & vicarium, si fuerit in eodem delicto. aliàs non.

a ¶ *Ipsis.* scilicet mulieribus.

b ¶ *Sortis.* i. conditionis, siue mulier subaudi.

c ¶ *Non peregerit.* scilicet de iure.

d ¶ *Attamen.* sic & ff. de extraor. cri. l. fin. & §. de epis. & cle. l. si quis non dicam. ¶ Sed arg. contra. ff. quod quisque iur. l. j. in fi. Solu. vt ibi.

e ¶ *Vsurpauerit.* illũ honorem.

f ¶ *Biennium.* scilicet continuum.

g ¶ *Constituto.* scilicet reuerso.

h ¶ *Euitare.* si hic speciale cõceditur declinari ordinarius iudex, ergo regulariter prohibetur: vt ff. ad municip. l. j. & de hoc diximus supra de iudic. l. apertissimi. circa medium legis.

i ¶ *Domus eius.* scilicet mulieris quæ circunuenta est.

k ¶ *Vicario.* illius iudicis.

l ¶ *Vel similis.* veluti legatus proconsulis.

m ¶ *Præfecturam.* scilicet vrbis. & facit §. de nup. l. etsi contra.

SI NVPTIÆ EX rescripto petantur.

Quæ scilicet aliàs non valerent: vel etiam quæ aliàs valerent.

Q Vidam.] CASVS. In Lista phibet imperator contrahi prohibitas nuptias, & imponit ei qui contrahit, pœnam. Vltra dicit q filij nati ex eis nuptiis, non erunt legitimi. Si tamen quis impetraue-

† C. T. h. tit.

† sacos, vt in C. Th. & manusc. sed in alia recte emendatũ est feruorem.

* Sic repositũ ex manuscrip. cũ antea perperã legeretur honorem ambierit.

† Forum ordinarij iudicis regulariter declinari non potest.

TITVLVS VII.

SI QVACVNQVE præditus potestate, vel ad eũ pertinentes, ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerint nuptias.

Qui sibi subiectam ratione iurisdictionis per metum vel terrorẽ nititur vxorem accipere, punitur pœna. x. lib. auri, & perdit officiũ seu dignitatem sine spe recuperationis: quam si denuo vsurpat, expellitur de prouincia in qua deliquit: & tam mulier, quam alij de domo mulieris ab eius iurisdictione eximuntur in omnibus quæstionibus ciuilibus & criminalibus: & alium iudicem sortiuntur. h. d. & est not. tex. Bald.

VIII. Impp. GRATIA. VALENT. & THEOD. AAA. Theodoro. P. P.

SI quis† ordinaria vel qualibet præditus potestate, circa nuptias inuitis ipsis a vel parentibus earum contrahendas (siue pupillæ, siue apud patrem virgines, siue viduæ erunt, siue sui iuris viduæ, denique cuiuscunque sortis b) occasione potestatis vtatur, & minacem feruorem† suum inuitis his quorũ vtilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegatur. hũc licet prohibitas nuptias nõ peregerit c, attamẽ d pro tali conamine multæ librarũ auri decẽ obnoxiũ statuim⁹: & cũ honore abierit *, peractã dignitatẽ vsurpare prohibem⁹: tali scilicet pœna, vt si circa honorẽ cũ quo malè vsus est, vindicandũ, nostris statutis parere noluerit: eã puinciã in qua sibi vsurpauerit e, habitare per iuge bienniũ f non sinatur. Illo videlicet adiiciẽdo, vt & in potestate adhuc cõstituto g, liceat personæ quam huiusmodi ambitu circũuenire tẽtauerit, cõfestim cõtestatione proposita, cum sua suorũq; domo iurisdictionẽ eius euitare h: curaturis hoc vniuscuiusq. ciuitatis defensoribus, & eiudẽ iudicis apparitoribus. Et quidẽ si hęc prauitas ordinarij iudicis erit: vniuersa domus ei⁹ i ratio, atq. omnia vel ciuilia vel criminalia negotia, quãdiu idem in administratione fuerit, vicario k cõpetant. Sin autẽ vicarius, vel similis l potestatis, vim in huiusmodi matrimonio cõtrahẽdo moliet: vicissim ordinari⁹ iudex intercessor existat. Sin autẽ erũt vtriq. suspecti: ad illustrẽ præfecturã m specialiter taliũ domorũ quãdiu ibidẽ administrauerit, tuitio pertineat.

Ἡ διάταξις βούλεται, μηδένα στρατηγοῦντα [illegible] ἑαυτοῦ γάμον [illegible] βασιλικῆς ἀντιφωνήσεως εἶναι δεῖ φησὶν, καὶ δημευέσθω καὶ μηδὲ παῖδας ἔστωσαν οἱ τεχθέντες νόμιμοι [illegible] συγχώρησιν.

TITVLVS VIII.

SI NVPTIÆ EX rescripto petantur.

Non valet rescriptũ obreptitium, vel de illicitis impetratum. B. vel sic: Per rescriptũ principis mulier inuita nõ cõtrahit nuptias: & impetrãtis bona publicãtur sine spe veniæ & filij ex tali coniunctione nati, sunt illegitimi: impetranti tamen permittitur vt sponsalia patris consensu celebrata, impleantur: vel data nomine arrarum reddantur. Salyc.

I. Impp. † HONORIVS & THEOD. AA. Theodoro præfect. prat.

QVidam n * vetusti iuris ordine o prætermisso, obreptione precum nuptias quas se intelligunt non mereri, à nobis existimant postulandas, sæpe habere puellæ consensum confingentes p. quapropter tale sponsalium genus præsentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionnem nuptias precũ subreptione meruerit: amissionem bonorum, & pœnã deportationis subiturum se esse non ambigat: & amisso iure matrimonij, quod prohibita vsurpatione meruerit, filios se ex hac coniunctione susceptos iustos non habiturum, nec vnquã postulatæ indulgentiæ annotationisve indulto efficacem se veniæ effectum meruisse: exceptis his qui parentũ sponsionẽ de nuptiis filiarũ implere † desiderãt, vel spõsalia, hoc est arrarũ data nomine, reddi sibi præcepto legum cum statuta pœna deposcunt. Dat. Kal. Februariis. Honorio. VIII. & Theod. III. AA. Coss.

Idem dicit in effectu, quod lex præcedens. Vel quod in l. præcedenti dixit in genere, hic dicit in specie. Bal. Vel sic: Rescriptum per quod incestæ nuptiæ conceduntur, non est impetrandum: nec impetratum est seruandum. Salyc.

II. Imp. ZENO A. Basilio præfect. prat.

NEfandissimũ scelus fratris sororisve filiæ nuptiarũ, quod sacratissimis constitutionib. sub grauissimæ pœnæ interminatione dãnatũ est r, iteratò præsentis diuinæ sanctionis tenore modis omnibus prohibemus. Precandi quoque in posterũ super tali cõiugio (imò potius cõtagio) cũctis licẽtiã denegamus s: vt vnusquisq. cognoscat impetrationẽ quoque rei cuius est denegata petitio, nec si

rit rescriptum. q si cõtraxerit sponsalia cum aliqua phibita, cui dederit arras, quòd arræ sibi restituatur: hoc casu valebit rescriptum. Viuia.

n ¶ *Quidã.* loquitur de his quæ nõ possunt tenere: vnde q impetrat, sustinet pœnã quã hic dicit: nisi in casu quem excipit. 2 Potest etiam secundo intelligi de illo matrimonio loq, qd etiam de iure cõmuni tenet. 3 Itẽ tertio potest plane intelligi in præside: vt & §. tit. proxi. Accursius.

o ¶ *Ordine.* quo cauetur vt cũ nõ prohibitis cõtrahatur, secũdum primum: vt instit. de nup. § j. 2 Vel quo cauet vt liberè cõtrahãtur matrimonia: vt j. de inuti. stip. l. j. secũdùm secũdũ casum. 3 Vel quo cauet vt tales nuptiæ, scilicet inter præsidẽ & subiectam, nõ fiant secundũ tertium: vt §. de nupt. l. & si contra.

p ¶ *Confingentes.* scilicet cum nõ habeant secũdũ omnes casus, vel etiã habeant secundùm primum & tertium.

q ¶ *Reddi sibi.* sub alternatione. hi ergo q cõsentiente patre, nullam pœnã patiuntur. & est sic §. de interdic. matri. l. si tutor. & de sponsa. l. mulier. & ff. de ritu nupt. l. tutor. & xxxvj. q. ij. ca. nullus. Accur.

NEfandissimũ.] CASVS. Si aliquis impetrat à principe vt possit contrahere nuptias cũ filia sua, nõ debet concedi alicui tale rescriptũ: & si cõcedatur, non valet. Accur.

r ¶ *Damnatum est.* vt §. de nupt. l. nemini. & instit. de nup. § ij. & § si aduersus. & §. de incest. nupt. l. fi.

s ¶ *Denegamus.* & hoc cum d prohibetur iure naturali vel gentium: vt quia ratione sanguinis vel affinitatis: secus vbi de iure ciuili tantum prohibetur, vbi rescriptum tenet: vt §. de interdic. matri. l. pen. & facit j. ad Tertul. l. si qua mulier.

† Hermog. lib. 4. tit. 4.

* C. T. j. to. 2.

a Matrimonia liberè cõtrahi debent.

b Matrimonia inter præsidẽ & subiectam non consistunt.

† implere vel. & C. Th.

c Matrimonia non consistit inter fratrem & sororem.

d Rescriptum super matrimonio cõtrahendo an valeat.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

Dixit de primis: sequitur nūc de secundis nuptiis, quæ omnes vlteriores dicuntur: & dic quod contrahuntur eodem modo: sed multa conceduntur primis quæ non secundo contrahentibus dantur.

a Secūdæ nuptiæ dicūtur, etiam tertiæ, & deinceps.

Si qua.] CASVS. Si mulier marito mortuo nubat intra annum luctus, fit infamis: & secundo viro non potest dare in dotem nisi tertiam partē bonorū suorum: nec in testamento relinquere. Item nec ex testamento alicuius aliquid capere poterit, vel iure legati, vel institutionis. & ea quæ auferuntur mulieri, dantur heredibus illius testatoris. & non dantur fisco. Si verò maritus prior aliquid ei relinquerat, auferetur mulieri, & applicabitur proximioribus de cognatione primi viri, vt filio & filiæ. secundo nepoti mariti. tertio, patri & matri. quarto, auo & auiæ. quinto, fratri & sorori. post illos vocatur fiscus. poterit autē succedere agnatis vsq. ad tertium gradum, siue ex testamento, siue ab intestato: vltra non. & sic habes ex hac l. v. pœnas quę imponunt mulieribus cōuolantibus ad secūdas nuptias intra annum luctus. Sed hodie secundum canones impune intra annū luctus nubere possunt. Viuia.

a ¶ *Festinatione.* Nubendo intra annum à tempore mortis primi viri.

b ¶ *Sit infamis.* vt *ff. de his qui not. infam. l. j.* nisi à principe impetret ante: vt *ff. illo titu. l. solet.* vel post: vt *infra ad Tertul. l. si qua.* vel nisi decubuerit intra annum, cum vir non est lugendus, nam hæc duo sunt necessaria: vt *ff. de his qui no. infam. l. liberorum. §. j.*

c ¶ *Vltra tertiam partem.* Minus autem quādoque fit: quia filij eam coartant, quorum vnicuique &c. vt *j. eo. tit. l. hac edictali.*

d ¶ *Testamento.* Nec etiam inter viuos secundùm H. ne inueniatur via qua fiat contra legem: vt *infra eo. l. hac edictali. in prin.* ¶ Sed quid si in solidum faciat eum heredem? si dicas habere totum, contradicit hæc lex. si dicas tertiam, ergo erit pro parte intestata, & pro parte testata: quod esse non debet: vt *ff. de regu. iur. l. vij.* Solu. secundùm Ioan. in solidum est heres, sed tenetur restituere venientibus ab intestato, quod vltra tertiam habet: Vel fiscus aufert quasi indigno. licèt enim acceperit, non tamen fuit capax: vt *ff. de verb. signif. l. aliud.* (Idem in eo qui necem defuncti non vindicat. heres enim est, sed aufertur hereditas ei: vt *ff. de vulga. substitu. l. ex facto. §. Iulianus. & ad Trebel. l. cogi. §. in qui sit. & ff. de adop. l. si arrogatur.*) Alij dixerunt hic speciale, vt pro parte testatus, & pro parte intestatus quis decedat. sic *ff. de inoffi. testa. l. circa.*

e ¶ *Relictorum.* ab alio quàm à primo viro.

f ¶ *Causa donationum.* Non idem fortè in ea quæ fit inter viuos. *arg. ff. de pœ. l. interpretatione*

g ¶ *Ab intestato.* quando fuit sola instituta. & dic. quocūque gradu sint etiam vsque ad decimum: nisi quando à viro priore fuerunt relicta: vt subiicit, quanquam hæc &c.

h ¶ *Suprema.* vel inter viuos: vt *infra l. proxi.* Sed tunc dicam vindicari tantum ab heredibus ex testamento vel ab intestato venientibus.

TITVLVS IX.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

Mulier nubens secundo viro intra tēpus luctus, punitur [b] *pœnis hac lege expressis. h. d. Bald.*

1. *Impp.* GRATIAN. VALENTIN. *&* THEOD. AAA. *Eutropio præf. prætorio.*

Si qua mulier* nequaquam luctus religionē priori viro nuptiarum festinatione [a] præstiterit: ex iure quidem notissimo sit infamis [b]: præterea secundo viro vltra tertiam [c] partem bonorum in dotem non det: neq. ei ex testamento [d] plus quā tertiā partem relinquat. Omnium præterea hereditatum, legatorum fideicommissorum, suprema voluntate relictorum [e], mortis causa [f] donationum sit expers. hæc nanq. omnia ab heredibus, vel coheredibus aut ab intestato [g] succedentibus vindicari iubemus: ne in his in quibus correctionem morum induximus, fisci videamur habere rationem. His etiam amittendis, quæ prior maritus ei suprema [h] voluntate reliquerit: quanquam hæc mulieri à priore viro relinquūtur, & per immaturum [i] matrimonium vacuata esse cœperūt, primo à decem personis edicto prætoris enumeratis [k], id est ascendentibus [l], & descentibus [m], ex latere [n] autē vsque ad secundum gradum, scilicet gradibus seruatis [o], deinde præsumi [p] à fisco iubemus. Eandem quoque mulierem infamem redditā, hereditates † ab intestato [q], vel legitimas [r], vel honorarias [s], non vltra tertium gradum sinimus vindicare. per subreptionē post hanc diē obtinuerit, sibimet profuturam.

i ¶ *Immaturum.* id est valde maturum.

k ¶ *Enumeratis.* qui sunt cognati: vt *in authent. de nup. §. primæ si quidem. collat. iiij.*

l ¶ *Ascendentibus.* patre, matre, auo, & auia.

m ¶ *Descendentibus.* filio, filia, nepote, nepte.

n ¶ *Ex latere.* fratre, sorore. qui omnes in secundo gradu sunt.

o ¶ *Seruatis.* vt primo qui sunt in primo gradu, admittātur. ¶ Sed an primo linea descēdens, quàm ascendens? fortè sic: vt *in authen. de hered. ab intesta. §. j. collat. ix.* ¶ Sed an frater & soror, auus & auia admittuntur simul, eo quod pares sunt in gradu? Puto quòd sic secūdùm Azo.

p ¶ *Præsumi.* id est capi. ¶ Sed quare cùm ab extraneo quid datur, non præsumitur à fisco, aliis deficientibus? Respondeo, quia maior est indignatio primi viri si ad secunda vota transeat, quàm alicuius etiam extranei. ¶ Itē si habet substitutum, an excludat fiscum? Respond. sic, *argu. infra de cadu. toll. §. in primo. & §. pro secundo.*

q ¶ *Ab intestato.* multo magis ex testamento: vt *s. ea l.*

r ¶ *Legitimas.* quando sunt sui, vel agnatæ.

s ¶ *Honorarias.* quando emancipatæ vel cognatæ. ¶ Sed cū hodie statim nubere possit secundùm canones: vt *in decret. ij. quæstio. iij. Euphemium.* aliis *Pauliam.* an patitur istas pœnas? Respond quòd non [a]. *argu. in authent. constitut. quæ de dignit. §. illud. collatio. vj.* ¶ Item nota quòd eædem [b] pœnæ imponuntur parienti intra tempus luctus: & ei quæ spreto sacramento deserit filiorum tutelam. ADDITIO. Addas quòd pœna quæ imponitur mulieri eo quòd nimis festinanter nubit, *de qua in hac l. & infra l. proxima.* hodie est sublata per dictam apostoli. j. *Corinthiorum vij. de quo in cap. penult. & fina. extra isto titu.* Pœna vero quæ imponitur ideo quia nubit secundo, de qua in l. fœminæ. & aliis ll. huius titu. non est sublata. ita dicunt communiter omnes canonistæ in *d. c. pe. & fi.* de quo vide omnino Abba. in d. c. fi.

† hereditates.

IN AVTHENT. DE nupt. §. sin autem tutelam. coll. iiij. constitu. j. & secunda pars huius authenticæ habetur collatio. iiij. constitut. vj. de restitu. & ea quæ parit in xj. mense. §. finali.

Vidua quæ intra annum luctus parit, & certum est quod non ex priore viro patitur omnes pœnas nubens intra annum luctus. hoc primo. Item mater, quæ suscepta liberorum tutela, contra sacramentum denuo nubit non petito tutore, & ratione non reddita similiter patitur omnes pœnas quas patitur nubens intra annum luctus. Bald.

EIsdem* pœnis [t] subiicitur etiam ea quæ parit [u] intra luctus tempus, modo indubitatum sit sobolem hanc ex defuncto non existere [x]. nam & vsufructu antenuptialis donationis priuatur [y]. Itē & ea, quæ suscepta liberorū tutela, contra

Eisdem.] CASVS. Addit legi authentica, quòd sicut mulier quæ nubit intra annum luctus, quinque pœnis punitur: sic mulier quæ peperit post x. menses intra annum ex alio quam ex marito, iisdem pœnis punitur. sic punitur illa quæ suscepit tutelam filiorum suorum: & iurauit non conuolare ad secundas nuptias quandiu filij essent impuberes: & antequā redderet rationem administrationis, & peteret filiis tutorem, relicto sacramēto secundo nupsit. Viuia.

t ¶ *Eisdem pœnis.* quas patitur illa quæ intra annum nubit: vt *in j. & ij. l. huius tit.*

u ¶ *Parit.* Idem si non pariat, sed [c] stuprum committat: vt *in authen. de resti. & ea quæ parit. §. fi. col. vj.*

x ¶ *Non existere.* quia post decimum mensem sit nata à tempore mortis primi viri.

y ¶ *Priuatur.* Sed quid est quod hic dicit, quòd etiam vsumfructum antenuptialis donationis amittit: cum etiam legitimas nuptias contrahendo donationem illam amisit: vt *infra eod. l. ij. & iij. & authent. uxore. & infra si secun. nupt. mulier. l. j.*? Respon. habes

habet quidem donationem illam, sed aufertur ei ut indignæ: vt si verè nupsit intra tempus luctus, verum est quòd amittit & proprietatem & vsumfructum: vt j. eod. l. ij. sed postea solam proprietatem: vt j. eod. l. iij. secundùm Hu.

a ¶ *Sacramentum.* hodie[a] non iurat: vt *in authen. vt sine prohi. matres col. iij.* ¶ Sed an eadem pœna habeat locum? Quod videtur per d. authen vt sine prohi. secūdū Fo. & Alij dicunt cōtra, cum propter tria hæc pœna imponit: vt *in corpore vnde hac sumitur. §. dicet de nup col. iiij.*

sacramentū[a], secūdo nubit, nō prius tutorē † petēs, & rationē reddēs, & exoluēs omne quicquid debet. Sed hodie vlteriore iure sacramentum ab ea non exigitur, sed contractis nuptiis à tutela repellitur.

Hic prosequitur materiam. l. i. supra eodem: & dicit quòd olim mulier tenebatur lugere virum per mēses decem, & intra illud tempus decem mensiū nō debebat nubere: hodie sunt additi duo menses, & sic annus luct⁹ per duodecim mēses est cōstitutus. Bald. Vel sic: Tempus luctus intra quod mulier non potest nubere, est annus intra quē nubens, vltra infamiā perdit omnia lucra nuptialia à primo marito habita. Salyc.

Si qua.] CASVS. Si mulier intra annum nubat, infamis fit, & amittat quicquid habuit à marito vel ex testamento, vel per donat. inter viuos. Viuia.

b ¶ *Adiicimus.* nā olim forte x. mēses seruabātur: vnde pro tam modico tempore nō videbatur puniri.

c ¶ *Tametsi.* id est quamuis. Accur.

d ¶ *Decore.* hoc nisi ante decubuerit: vt ff. *de his quib. vt ind. l. liberorum. §. j.* secundùm M. S. d ibi nō berat lugendus. aliās nō sufficit parere, cū & alia sit ratio, scilicet ne qua suspicio &c. vt & *in auth. de restit. & ea qua parit. §. fin. coll. vj.* Accur.

e ¶ *Sponsalitij.* de quo nō dicerat lex pcedens. Ac.

f ¶ *Amittat.* per sententiam, matrimonium tamen tenet: vt *in authen. de restitu.* cur ergo legitime factū punit, vt *arg. j. ad l. Iuliam de adult. l. Gracchus?* Respon. non matrimonium, sed nimia festinātia[e] punitur: vt *in auth. de nup. §. prima siquidem. coll. iiij. & fac. j. ex qui. cau. infam. irr. l. decreto.*

II. Iidem AAA. Eutropio præf. præt.

Si qua ex fœminis[*] pdito marito, intra anni spaciū alteri festinauerit nubere (paruū enī tēpus post decē mensés† serua dū adiicimus[b], tametsi[c] id ipsum exiguū putem[*]) probrosis inusta notis, honestioris nobilitq. personę decore[d] & iure priuetur, atq. omnia quæ de prioris mariti bonis, vel iure spōsaliū[e], *vel iudicio defūcti cōiugis cōsecuta fuerat, amittat[f]. Dat. III. Kalend. Iun. Constantinop. Eucherio & Syagrio Coss.

Ista lex est singul. & hoc dicit: Mulier transiens ad secunda vota, quicquid ex facultatib. prim viri lucratiuo titulo consecuta est, tenetur moriens liberis communib. reseruare, vel alteri eorum quem elegit contemplatione meritorum, alienatione in extraneā personam penitus reiecta. hoc dicit primo. Item si aliquis ex filiis primi matrimonij decedit, id quod mater per successionem eius consequitur, fratrib. remanentib. similiter reseruare tenetur, alienatione penitus interdicta. Sed si nullus alius filius superest, mater filio morienti succedit liberè, & pleno iure. & de bonis ex tali successionē prouenientib. post liberè disponere & testari. Bal. Vel sic: Mulier trāsiens ad secūda vota, tenetur reseruare filiis primi matrimonij, vel vni ex eis lucra omnia à primo viro peruēta, etiam si donationem propter nuptias alius dederat es pro viro. sed hoc hodie non vni tantum potest relinquere, sed inter omnes distribuitur. hoc dicit cum authen. sequentib. Salyc.

Fœmina.] CASVS. Superiores leges dicūt qualiter puniatur mulier quæ intra tēpus luctus nubit. hæc loquit qualiter punitur illa quæ nubit post annū dimissa adfectione liberorū: & dicit q talis mulier quicquid habuerit ex primo marito, siue in testamēto, siue inter viuos, reseruabit filiis primi matrimonij, nec poterit aliquid alienare: & si quid alienet, cogeē restituere tātū de suo pprio remanēte vsufru. apud eādē mulierē. Itē si q̄s de filiis primi matrimonij decedat, poterit succedere filio. id tamē q p̄cepit de successione, debet restituere filiis primi matrimonij. Si verò aliqui filij nō sunt ex primo matrimonio, quia omnes decesserūt: quicquid iuris percepit ex successione filij, vel filiorum, pleno iure habebit. ¶ No. ex hoc texto ibi, successionem, quòd illud primum dictum respicit principium huius l. & vult dicere quòd vbi[a] nō sunt filij primi matrimonij, ibi nō sunt pœnæ. tutor. §. si verò expectet. j. depo. in authen. de nupt. colla. iiij. & ita notatur hic in gl. y. huius l. secūdùm Bald.

III. Iidem AAA. Floro[*] præfecto prætorio.

Fœminæ[g] † quæ susceptis ex priore matrimonio filiis[h], ad secūdas post tēpus luctui statutū[i] transierint nuptias: quicquid ex facultatib. † priorū maritorū spōsaliū[h] iure, quicquid etiā nuptiarū[l] solēnitate perceperit, aut quicquid mortis causa donationibus factis, aut testamēto iure directo, aut fideicōmissi vel legati titulo, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio, ex bonis (vt dictum est) priorū maritorū fuerint adsecutæ: id totum ita vt perceperint, integrum ad filios quos ex præcedēte coniugio habuerint, transmittant, vel ad quēlibet ex filiis (dūmodo[m] ex his tantum [sit[*]] quos tali successione dignissimos[n] iudicamus) in quem cōtēplatione meritorū liberalitatis suæ iudiciū mater crediderit dirigendū. Nec quicquam eædē fœminę ex iisdē facultatib[*] alienandū in quālibet extraneā personā, vel successionē ex alteri[*] matrimonij cōiunctione susceptā, præsumant: atq.[o] habeāt potestatē possidēdi tātùm atq. fruendi in diē vitæ, nō etiā alienandi facultate cōcessa. Nā si quid ex eisdē rebus in alium quēlibet fuerit ab ea translatū: ex maternis redintegrabitur[p] facultatibus, quò illibata ad eos quos statuimus liberos bona & incorrupta perueniant.

Mulier transiens ad secunda vota, succedit filius primi viri ex testamento, vel ab intestato, vt possit possidere talia bona donec viuit: tamen extra filios superstites illius matrimonij alienandi potestatem non habet. h. d. primo. Et si vnicus erat filius qui decessit, vel si plures, & omnes decesserunt: tunc habet plenum & liberum dominium, etiam alienandi quamlibet potestatem. Bald. vel sic: Mulier trāsiens ad secunda vota, tenetur aliis filiis ex primo matrimonio reseruare quæsita ex successione liberorum dicti matrimonij: & ex his nullo superstite pro libito de bonis illis potest disponere. Salyc.

g ¶ *Fœminæ* hucusq. b. de his quæ intra tempus luctus nupserint: nunc quando postea.

h ¶ *Filiis.* secus si nō haberet filios, cum cesset causa prohibitionis, scilicet amor filiorū vt *in authen. eod. §. si verò expectet. & §. primæ siquidem coll. iiij. & j. in fin.* Accur.

i ¶ *Statutum.* id est annū. nā & si ante, maiorem patitur pœnam: vt *s. l. proxi. & l. j.*

k ¶ *Sponsalium iure.* id est simplicis donationis, vel propter nuptias.

l ¶ *Nuptiarū.* vt lucrū donatiōis ppter nuptias[c].

m ¶ *Dummodo.* interpositio est.

n ¶ *Dignissimos.* qui sunt capaces. Accur.

o ¶ *Atque.* pro sed.

p ¶ *Redintegrabitur.* scilicet cōsumptæ sunt alias vindicantur: vt *j. l. proximā. & l. generaliter. & facit. j. ad Tertul. l. mater. & j. tit. proxi. l. j. & de ind. vi. l. ambiguitatē. & j. ad l. Iul. maie. l. quisquis.*

q ¶ *Successionē.* scilicet filij: quia mater succedit filio.

r ¶ *Possessione delata.* causa vtendi & fruendi: vt & s. dixi. Alij vt Azo dicunt in plena proprietate, & idē in viro: vt *in auth. neque virum quod ex dote. coll. vij.* ¶ Et nota quòd ex hac l. & alia j. ad Tertul. l. mater. distinguit[*], nubat ante mortē filij, vel post: vt *no. in dicta l. mater.* Accur.

¶ Sequit̄ authē. In donatione &c. & est ex corpore de nup. §. si verò expectet. colla. iiij. quā hic lege. Et nota quòd quidam dicunt, quòd mulier habet plenam proprietatem in

Illud etiā addim[*] huic legi, vt si aliq̄s ex eisdē filiis quos ex priore matrimonio susceptos esse cōstabit, forte decesserit matre iam secūdis nuptiis funestata, aliis etiam ex eodē matrimonio progenitis liberis superstitib. id quod per eandē successionē[q] ab intestato vel ex testamento suę posteritatis mater videbit̄ cōsecuta, in diē vitæ suæ pro sibi debita portione sola tātū possessione delata[r], omne his qui supererunt ex priore susceptis matrimonio fi-

Marginal notes (left):

a v. Glos. in l. omnib. in ver. de instrumētis. j. ad Tertullia num.

† Mater non succedit filio si ei tutorem nō petiit, an teq̄ā secūdo nuberet. v. Affl. decis.

* C. T. 5. 8. 1.

b Intra annū luctus mulier virum nō lugendum habēs & peperit nubere potest. Glo. gēdū habuerit non potest, vt maxime peperit. vt hac Glo. adde Bart. No. de Nuptiis 22. §. Triumo.

† Gl. 2. auc. pro terea de ea. resti quiluta. allegat. l. meneses 61 modicum tempus.

† donationis propter nuptias ajdebo verbō significat tres hoc li. Th. 2.

e festinatio nimia punitur vt ibi. & in Gl. i. decreto 11. hac quod sumpsit infamia.

* sic in manus. & C. T. 3. 8. 2. perperam antea legebatur Theodoro. P. P.

Marginal notes (right):

a Per transitū ad secūda vota, quæ non habuit à marito. Affl. decis.

† Hæc lex. putatur singularis, secundùm Bald. hic.

b Al. 2. eod.

† vide exceptione & limitatione apud Cremensem sing. 74. & 172. vide et à cautionis pro patre & matre, vt euitēt pœnas huius cōstitutionis apud Cepolli. cautel.

* deest in vet. & C. Th.

c Hæc lex propriè loquitur in lucris nuptialibus idē in dote dotata prætextu nobilitatis vxoris. Affl. decis.

d Pœna hic statuta aduersus mulieres locū etiā habens aduersus viros, vt communiter post Gl. tradūt doctores. v. Gud. Papæ decis. 118. vbi etiā quæritur an filia quæ interueniendo intērposito renunciauit bonis maternis, possit petere ea quæ pater amisit. cōtra &c secundas nuptiarum.

e Si filius moriatur matre existente vidua, & ea post ea nubat, succedit mater & in proprietate, & in vsufructu sublata lege, mater intrā ad Tertul. quæ nubens mater post mortem filij, in bonis eius paternis succede at quod ad vsumfructum tantū, hodie pleno iure in illa succedit Auth. de Nuptiis §. cū igitur: sed si ante mortem filij secundo nubit, in vsufructu tantum succedit: in proprietate, fratres defuncti Auth. ex testamento. Bald. ad de Autbēt. decis. 75 vbi etiā opinionē Angeli adfert.

talibus, cum possit testari. & secundum eos hæc authen. est necessaria, quæ corrigit, quæ solū vsumfructū eā habere dicit. Sed Bu. dixit tantum vsumfructum eam habere, & testatur de alienis ex permissione legis. sic & s. *de sacrosanct. eccle. authen. si qua.* ¶ Item ad id quod dicit hæc lex, fœminæ crediderit dirigēdum, id est eligendum vnum de filiis: q̃ corrigitur per authent. lucrum. *quæ sequitur. & est de nupt. §. si vero expectet. col. iiij.*

IN *donatione.*] CASVS. Authentica ista addit ad legem codicis. Nam l. C. dicebat quòd si mulier cōuolat ad secundas nuptias, perdit donationē propter nuptias, & ꝑdit lucrū cuiuscunque donationis. Sed hæc authen. addit & dicit quòd si maritus non dedit donationem propter nuptias mulieri, sed aliquis pro viro dedit, illud lucrū perdit quantū ad proprietatem, si cōuolat ad secundas nuptias.

L*Vcrum.*] CASVS. Hæc authen. corrigit l. C. Nam l. C. dicebat. Si mulier cōuolans ad secūdas nuptias, post annū dimissa affectione filiorū lucrata est aliquid ex primo matrimonio, illud lucrū potest diuidere inter liberos primi matrimonij, vel omnibus viriliter, vel cui elegerit. sed hoc hodie est correctum. & vult hæc authent. vt lucrum per ipsam l. diuidatur inter liberos æqualiter: non autē vult quòd mater habeat licentiam diuidendi. Viuia.

E*X testamento.*] CASVS. Lex codicis dicit quòd mulier potest succedere filio suo: sed nō dicit qualiter: quod aperit authēt. quia succedit testamento sicut quilibet institutus, & ab intestato: & si filius habuit aliqua bona à patre, mulier nō habebit nisi vsumfructū: in aliis quę habuit fili⁹ nō à patre, habet mulier plenū ius hoc tamē, ita, si mater non inueniatur ingrata erga liberos.

liis relinquat: nec super istiusmodi facultatib. testādi in quālibet extranea personā, vel quicquā alienādi habeat potestatē. Quòd si nullā ex priore matrimonio habuerit successionem, vel nat⁹ natiuę decesserit: omne qđ quoquo modo perceperit, pleno ꝓprietatis iure obtineat, atq. in his nāciscēdi dominij, & testandi circa quē voluerit, liberā habeat facultatē. Da. VI. Kal. Iun. Constantinopo. Antonio & Syagrio Coss.

IN AVTHENT. DE nup. §. si verò expectet. collat. iiij. constitu.

Ista authent. se habet ad l. C. hoc modo: Dictū erat in l. Codicis quòd si interuenit pactum de donatione propter nuptias lucrāda liberis existentibus, vel simpliciter, quòd mater lucratur præmortuo viro in matrimonio: tamen si postea transit ad secunda vota, tale lucrum debet reseruari filiis primi matrimonij: & ipsa dum viuit, habet duntaxat potestatē ad vtendum & fruendum: tamē tex. in l. C. non declarauerat vtrum ista potestas sit dominium, an vsusfructus: & quidam dicebant quòd erat dominium ad vtendum & fruendū. Alij dicebant quod erat vsusfructus formalis. modo ista authent. decidit quòd dominium ipso facto est perditum: quia deserit ipsam proprietas. ergo remanet ipsa simplex vsufructuaria formalis. Bald.

IN donatióne propter nuptias, etiam si alius pro viro dederit, deserit eā proprietas.

IN AVTHENTIC. colla. constit. & §. quibus supra verti. venient autem talia.

Hæc authent. continuatur ad l. C. ita: Dictum erat ibi quòd mater transiens ad secunda vota poterat testari inter liberos, & disponere, & alterum ipsorum pro qualitate meritorum eligere: sed ista authent. determinat quod legis dispositio ipso iure distribuit inter liberos talia lucra: & ipsa mater potestatem distribuendi non habet, & idem in patre lucrante. quod si transeat ad secunda vota, dos ab eo lucrata æqualiter pertinet ad liberos superstites: & pater non habet aliter distribuendi arbitrium. Bal.

LVerū hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, nō arbitrio parentis permittitur.

IN AVTHENVIC. de nupt. §. hinc nos. collat. iiij. constit. j. & de non eli. secun. nuben. §. cum igitur. collat. j. constit. ij.

Ista est bona authen. & diuiditur in duas partes. Prima loquitur qualiter mulier quæ transit ad secunda vota, succedit liberis communibus ex testamento. Secunda qualiter ab intestato. secunda ibi, ab intestato quoque. Secunda subdiuiditur in duas partes: quia prima loquitur qualiter succedas ab intestato in bonis primi viri. Secunda qualiter succedas[a] ab intestato in bonis aliunde quæsitis. Bald.

EX testamēto[a] quidē succedit mater liberis suis quæ cōuolauit ad secundas nuptias, sicut institut⁹ quilibet.[b] Ab intestato quoq. vocatur, siue ante mortē filij[c], siue postea secūdas ineat nuptias[d]. sed ab intestato eorū solū vsumfructū percipit, quę ex paterna substātia ad filiū peruenerūt. quantū vero ad antenuptialē donationē pertinet, erit similiter vt in residuis[e], omnino ingratitudine, & hic cōtra matrem fratrésque inspecta.

IN AVTHENTIC. DE non eli. §. hoc autē. colla. j. constit. ij. & de nupt. colla. iiij. constit. j. §. quoniam infirmas.

Quod debuit lucrari vir vel vxor in casu non existentium liberorum, debet lucrari si ex post facto res redeat ad eam casum. Vel sic: Quod iuris est de toto quo ad totum, sic de parte quo ad partem.

Ia. But. secundum Bald.

SED ET SI QVIS[f]

e ¶ *Residuis.* scilicet à viro habitis: vt nubens secūdo amittat ius proprietatis: vt in *authen. de nupt. §. si verò expectet. colla. iiij.*

S*Ed & si quis.*] CASVS. Lex Codicis dicit quòd quicquid percepit mulier ex primo matrimonio quocunque tempore, compelletur reseruare filiis primi matrimonij. hoc autem in donatione propter nupt. distinguit: aut pacta est mulier de lucranda donatione, aut non. Si nō, restituet eam filiis. Si verò sic, non semper restituet: quia pone q̃ sit pacta de lucranda tertia parte donationis si marit⁹ decederet sine liberis: si liberis existētib. pacta est de lucrāda donatione tota. mortuus est maritus existentib. liberis, & ita extitit conditio. habet ergo mulier totam donationem pleno iure secundum pactum. cōuolat ad secūdum matrimoniū, & ita amittit proprietatem. si aliquis ex filiis primi matrimonij sine filiis decederet, mulier succederet ei in tertiam partē eius partis quæ contingebat filiū ex donatione, aliæ duæ partes dātur heredib. defūcti: & si mulier aliquid de rebus illis alienauerit, ꝓ tertia parte cōfirmatur alienatio. sed si esset filius suo heres in totū, confirmaretur alienatio in totum. Vel pone casum vt in glos. sequen. Viuianus.

a ¶ *Ex testamento.* hæc authē. partim est ex titulo de non eligendo secundo nuben. §. *cum igitur. colla. j.* partim ex titulo de nupt. §. *hinc nos. colla. iiij.*

b ¶ *Quilibet.* hucusque est ex vtroque.

c ¶ *Filius.* quem solum habebat.

d ¶ *Nuptias.* hoc ex illo de non eligēdo. & quod subiicit, sed eorum &c. vsque in fi. est de nupt. Sed ad hoc quod dicit succedere ab intestato simpliciter, est cōtra proximam authē. Sed & si quis. vbi aliter succedit. Sed dic. ibi circa donationē ante nuptias, hic circa alia. quod nō placet, cū & hic de illa donatione dicat, vt hic in fine. 2 Alij quod ibi fuit ab extraneo facta donatio, hic à viro. 3 Vel verius. illa in donatione, & quando appositum fuit pactum: hic generaliter, & quando nullum pactū fuit factū de lucrando.

f ¶ *Sed & si quis. hoc est de non eligendo. §. hoc autem. & etiam de nupt. §. quoniam infirmas.* ¶ Et dic[b] casum. Pactum fuit vt si vir prædecederet, vxor lucrifaceret tertiam partē donationis ꝓpter nuptias, liberis scilicet nō extantibus: & idem de viro dictū est. postea forte tribus relictis liberis decessit maritus: & postea decessit vn⁹ ex liberis. sicut haberet totam tertiā partē si omnes decederēt, sic debet lucrari tertiam partē portionis cōtingētis decedētē. Quam lecturā quidam improbāt: quia liberis existentibus defecit conditio, nec potest amodo lucrari mater: sed tu approba vt in nouellis tit. *de muliere quæ post mortem mari. l. nullam post hanc. & de his quæ ad secund. nupt. l. nulla licentia.* Et dic quantū acquiritur, id est acquiri posset ex pacto &c. & ad dictam opinionem responde: quia si omnes decederent, perinde haberetur ac si à principio nullus natus fuisset. quod ergo est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem l. quæ de tota. *ff. de rei vindicatio.* Negari tamen non potest quin hæc authentica contra ius commune dicat. Alij exigunt hic addi, quòd pactum fuit de lucrando aliquid in casu existentium liberorum, puta totam donationem quam amisit nubendo. sic & ponitur in nouellis in titulo de muliere quæ post mortem mariti

a Mater [illegible] nubens ante mortem filij, siue post, succedit in solo vsufructu bonorum paternorum filij defuncti, in [illegible] succedit pleno iure vnà cum aliis fratribus defuncti. v. [illegible]. b Casum pone [illegible].

ricii l. nullam post hanc. Contra quod est. *ff. de verborum obliga. l. si ita quis stipulatur. & ff. iudicat. solu. l. cum quærebatur.* si enim committitur pactum in vno casu. non debet postea committi in alio. Ad quod dicas, quòd duo fuere pacta: vel aliter, primo casu committitur ex vi pacti, secūdo ex vi legis magis quàm ex vi pacti. ¶ Tertij ponūt, quod pacta est lucrari tertiā partem in casu non existētium liberorum, in casu existentium liberorum nihil, sed totum dictum est permanere penes filios. Cui opponitur, ꝙ male diceret redire dominiū, cum nunquā fuerit penes eam: & eodem modo primæ positioni opponitur. Sed dic quòd fuit saltē constante matrimonio, & amisit eo soluto. ¶ Itē & per hoc tollitur alia quæstio, si fuit factū de tertia lucranda in casu liberorū existentiū, & de tota in casu nō existentium liberorum, & existerūt. & sic tertiam lucratur, quam nubendo postea amittit. & tunc si decedant omnes, totū lucratur. sic ergo post plus redit, quàm primo habebat. malè ergo ponitur, redit. Sed dic habito respectu, vt dixi, quando matrimoniū durabat. ¶ Itē quid si simpliciter pepigit de lucrādo? Respon. in vtrúque casum videtur pepigisse. ¶ Itē quid econtra si plus pepigit in casum existentium, puta totū: & minus in casum non existentium, puta tertiam? Dic si amisit nubendo, quòd recuperare poterit ex secūdo pacto secūdum formam eius, licet sit minus quā id quod ex primo. sic ergo hæc sūt paria, ab initio nullos filios extare, & ex post facto deficere omnes: vt in authen. vnde hæc sumitur. & idem si vnus decedat: vt quod iuris est in toto quo ad totū: idē seruetur in parte quo ad partem: vt *in authent. de nupt. §. quoniam infirmat. colla. iiij.* quod est mirabile & voluntarium, & non nitens ratione, cum adhuc aliqui sint de liberis.

ex his [a] præmoriatur absq. progenie: redit ad matrē [b] dominiū quātum acquiritur ex pacto non existentium liberorum: residuum autem conceditur quibuslibet defuncti heredibus [d]. Si quid ergo ex his alienauerit [e]: pro suprascripta portione confirmatur alienatio. quare si sola heres extiterit [f]: in solidum ad ipsam redit [g], vel alienationem sequitur.

Ex quocunque coniugio suscepti filij, à suis parentibus collatas sponsalitias largitates sibi vindicant præcipuas. Bald. Vel sic: Sicut mulier quæ transit ad secunda vota, tenetur reseruare liberis illius matrimonij spōsalitiam largitatē, quā vir primus ei contulit, ita mulier quæ transit ad secunda vota, sponsalitiā largitatē ex donatione secundi viri ad eam deuolutā tenetur filiis secundi viri reseruare: siue ad tertium matrimoniū transeat, siue non. Sed alia bona simpliciter materna ipsa mulier decedens transmittit ad liberos disponendo de eis prout vult. Ab intestato vero omnes filij tam primi quàm secundi matrimonij succedant pro numero liberorum. Bald.

IIII. Impp. Honorivs & Theod. AA. *Mariniano præfecto prætorio.*

CVm [*] aliis [h] sanctionibus [i] iusserimus materna bona integra ad liberos peruenire. quod tamen mulier mariti largitate [k] percepit, id ex eo tantū liberi coniugio procreati sibi speciale tanquam paternum [*] nouerint patrimonium vindicandum. Itaque [l] si habens [m] filios ad secūdas nuptias fortasse transierit: sponsalitiam largitatem, quam vir secundus contulit in vxorem, tantummodo filij, qui ex secundo matrimonio suscepti sunt, pro soliditate possideant, nec prosit [o] liberis ex priore susceptis matrimonio, quòd mulier ad tertia minimè vota migrauerit. Quòd si posterior vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit: quicquid ab eo ex sponsalium largitate vxor fuerit consecuta, id sibi [o] iurisque suo sciat esse collatum, etiam si ex priore matrimonio donator filios reliquisse docetur. Ad maternas [p] sanè veniens vel ex hoc vel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas, ex quocunque suscepta viro [q], pro debita sibi portione vt à matre [r], vel spontanea largitate, vel per testamentum eius fuerit collata [s], possideat. Nos enim hac lege id præcipuè custodiēdū esse decernimus, [t] † vt ex quocunque coniugio suscepti [u] filij, patrum suorum sponsalitias retineant facultates. D. iij. Nouemb. Rau. Hon. xiij. & Theodosian. x. A A. Coss.

Sicut mater transiens ad secunda vota, lucra prioris matrimonij tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonij: ita vir transiens ad secunda vota tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonij lucra dotis: alienandi facultate penitus interdicta, administratione tamen permissa patri dum viuit, & etiam potestate eligendi, ac etiam diuidendi. hoc dicis vsque ad §. in his autem.

V. Imppp. Theod. & Valentinianvs AA. *Florentino præfecto prætorio.*

---

a ¶ *Ex his.* s. filiis ex primo matrimonio natis.

b ¶ *Redit ad matrem.* quod habuerat tēpore matrimonij in donatione, secundū primum & tertium casum: & quod amisit per solutionem matrimonij. nam vt dos ad [b] vxorem, sic donatio ad virum redit soluto matrimonio: *vt j. de rei vxo. actio. §. illo.* nam æquis [c] passib. ambulant. s Vel secundū aliū casum dic redit quod amiserat per secundum matrimonium, cum illud habebat ex pacto existentium liberorum.

c ¶ *Quibuslibet.* ergo matri, cum ipsa sit heres. malè ergo stat hæc authen. Sed dic quod alios instituerat, & matri solam legitimam dimiserat. s Vel dic speciale in hac donatione, vt nō plus debeat habere mater, etiam si ei succedat.

d ¶ *Heredibus.* ex testamento, vel ab intestato: vt in corpore. Acc.

e ¶ *Alienauerat.* mulier.

f ¶ *Extiterit.* puta filio instituto.

g ¶ *Redit.* cum nihil est alienatum.

C *Vm aliis.*] casvs. Sicut mulier cogitur restituere quicquid habet ex primo matrimonio filiis primi matrimonij: ita debet restitui filiis secundi matrimonij quicquid habet ex secundo matrimonio. quòd si non habeat filios ex secundo matrimonio habebit pleno iure: & ea poterit relinquere cuicunque voluerit. Viuianus.

h ¶ *Cum aliis.* Cū, id est quanuis.

i ¶ *Sanctionib.* quas non habemus. s Vel dicit de illa *j. de bo. mater. l. si vi. ua.* Accur.

k ¶ *Largitate.* id est donatione propter nuptias. Accur.

l ¶ *Itaq.* Nunc dicit in specie quod in genere dixerat. s Vel quia sicut est circa primū matrimonium, sic & circa secundum. Accur.

m ¶ *Habens.* scilicet mulier.

n ¶ *Nec prosit.* Videbatur prodesse: quia hæc pœna mulieri imponitur vt non alij relinquere possit: quia secūdo cōtraxit matrimoniū, per quod [a] cātūm primis filiis fecit iniuriam, non secūdis. Vnde primi cū secundis videbātur admitti, quod non est verum: vt *hic dicit, & in authent. de nupt. §. illud colla. iiij.* ¶ Sed argu. cōtra. *j. eodem. l. si quis priris. §. talem.* vbi [b] etiam filiis primi matrimonij dat de his lucris secūdi matrimonij. Sed hīc de donatione propter nuptias, & de dote: ibi autē de aliis lucris secundū Bul. s Vel hic loquitur cum filij secūdi matrimonij vtriusque parētis hæreditatē adierunt: ibi illius tantū qui lucrifecerat donationē vel dotem, & ideo ibi prædicti filij secundi matrimonij habet eam donationem vel dotem simul cum liberis prioris matrimonij, secūdùm Ioan. Accursius.

o ¶ *Id sibi.* quasi dicat, mulier liberè habet etiam si donator, id est vir secundus ex alia vxore filios habebat.

p ¶ *Ad maternas.* lege sic, sane omnis posteritas ex quocunque viro suscepta possideat lucrum, subaudi, veniens ad matrē: veniens dico ex hoc titulo, scilicet donationis propter nuptias, vel ex aliquo alio, scilicet simplicis donationis inter spōsos. s Vel sic: Omnis posteritas veniēs ad maternas facultates quæ obueniunt matri ex hoc vel ex alio titulo. quod in idem recidit. In aliis autem lucris à donatione propter nuptias, & de dote & sponsalitia largitate loquitur dictus. §. talem. & ibi plenè dices.

q ¶ *Suscepta viro.* scilicet in primo, vel in tertio secundum quosdam, vt non obstet. §. talem. & caue tibi: quia nō sunt filij ex hoc coniugio in quo habuit lucrum, sed ex aliis viris primis vel posterioribus.

r ¶ *Vt à matre.* quasi dicat, ita habebunt sicut mater volet. verbū enim vt, denotat veritatem.

s ¶ *Collata.* scilicet portio.

t ¶ *Decernimus.* in principio legis.

u ¶ *Suscepti filij.* si sunt filij. aliàs omni posteritati, vt *hoc. §. in principio.*

G *Eneraliter.*] casvs. Sicut mulier consolans ad secun-

Marginalia:

* Pars l. 1. C. T. l. 1. pars l. 4. l. de sponsa. lib. l. vt, soluto matrimo. l. 1. j. si cōstante.

* In quibusdā legitur mater nū: quod patrū rectius.

a Partis ad partē ea est ratio quæ totius ad totum.

b Dos soluto matrimonio ad vxorem: vt donatio ad virum.

c Dotis & donationis propter nuptias forma similitudo.

a Mulier secūdo nubēs primis filiis iniuriam facit.

† Principium & aliás, decernimus.

b Lucra nuptialia secūdi matrimonij virum matet possit cōmunicare liberis primi matrimonij.

dum matrimoniú cogitur reseruare quicquid percepit à primo marito, filius primi matrimonij: ita vir conuolans ad secundum matrimonium, omnia quæ habuit ex prima vxore, cópellitur relinquere filiis primi matrimonij. & filij habent dominium illarum rerum: & si mortuo patre res ab aliquo possidentur, filij eas possunt vindicare, si extant: & si non extarent res, haberent códictionē sine causa. pater autē dum viuit, possidebit res illas. & in morte relinquet filiis suis sicut vult, nec eas alienat. Itē filij primi matrimonij possūt petere ea q pater vel mater lucrati sunt ex primo matrimonio, siue velint adire hereditatē patris vel matris pri' decedentis, siue nō, adire tamē debēt hereditatem illius qui posterius moritur. Si autem vir vel mulier ad matrimoniú secúdú nō conuolat, potest facere de reb. illis ad arbitrium suum, quas habuit ex primo matrimonio. si tamē nō alienarent, filij post mortē parentú poterunt vindicare. Viuianus.

a § *Generaliter*. id est siue mulier nubat intra annū, siue post. Item siue mater, siue auia. Accursius.

Etiam si non dotē reddi sibi mater, sed ea quæ in dotem data sunt, vt eam sequerentur[a], vel ad se pertinerent, is matrimonio defuncta filia, stipulata sit : duráte matrimonio filia decedente, actionem ex stipulatu videri quæsitam, æquissimum esse iudicamus. cui[b] consequens est, vt etiā id quod additamenti[c] causa in dotem datum est, eadem actione repetatur. PP. Kalendis Febr. Sabino & Venusto Coss.

Inter fiscum & mulierem prælatio sumitur ex tempore. hoc dicit. Bal. Vel sic: Mulier in dote præfertur fisco posterius contrahenti. Saly.

IX. *Imp.* DECIVS *A. & Cæsar Vrbicano.*

Dotis tuæ potiorem causam magis esse[d] cōuenit, quàm reipublicæ, cui postea idem maritus obnoxius factus est. PP. vj. Id. Iunij. Decio. A. & Grato Coss.

Vbi res æstimata datur in dotem, tenetur mulier viro actione ex empto: & commoda & incommoda. res pertinent ad maritum. h. d. Bal. Vel sic: Quando æstimatio facit emptionem, mulier tenetur ex empto ad rem : & maritus soluto matrimonio tenetur ad æstimationem, & interim periculum & augmentum spectant ad maritum. Salycetus.

X. DIOCLET. *&* MAXIM. AA. *Ingenuo.*

Cvm dotem te æstimatam accepisse profitearis : apparet iure communi per pactum quod doti insertum est, formato contractu †, ex empto[e] actionem esse. Quis enim[f] dubitet ęstimationem à te mulieri deberi, cum periculo tuo res deteriores fiant[g], vel augmenta lucro tuo recipiantur? PP. xij. Kal. Maij. Maxi. ij. & Aquiliano Coss.

Si res dotalis vi aufertur, marito quæritur actio. h. d. Bal. Vel sic: Pro rebus dotalibus & abreptis agit maritus, non vxor. Salyc.

XI. *Iidem AA. & CC. Seuero.*

De his quæ in dotem data ac direpta[h] commemoras, mariti[i] tui esse actionem[k], nulla est dubitatio. Dat. X. Kalend. Maij. Heracliæ. AA. Coss.

Res empta ex pecunia dotali non est dotalis, & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio : & ideo si dos est in casu restitutionis, mulier pecuniam repetit, non ad rem agit. h. d. Bald. Vel sic: Fundus emptus ex pecunia dotali non efficitur vxoris, ideo sola pecunia repetitur, vel eius residuum vbi pars restituta fuit. Salyc.

XII. *Iidem AA. & CC. Rufinæ.*

Ex pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus[l], non tibi quæritur[m], cū neque maritus vxori actionem empti possit acquirere[n]: ac dotis tantum actio tibi[o] competit. Vnde aditus præses prouincię, si non te transegisse repererit, sed ex maiore parte doté consecutam, residuum restitui prouidebit[o]. Dat. viij. Kal. Maij. Heracliæ. AA. Coss.

Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua, & accipienti non competit actio nomine euictionis, si fuit sciens, nisi pactum vel stipulatio intercesserit de euictione præstandi. h. d. Bald. Vel sic: Mater non potest in præiudicium filiorum tradere pro sua dote res eorum. Salyc.

XIII. *Iidem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.* †

Si à matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens, in dotem scienti vitricō vestro datum est : intelligitis nullam[p] firmitatem iuris

---

Etiam.] CASVS. Mater pro filia dedit dotem, nec eam stipulata est sibi reddi : sed vt eam sequeretur, vel ad eam pertineret in casu solu. matrimonio morte vel diuortio, licet illa non fuerit vsa verbis, dotem sibi reddi, an ob hoc minus sibi sit ex stipulatu pro dote acquisita actio? Dicitur quòd non : & eadem actione non solum dotem repetet, sed & dotis augmētum. Viuia.

a ¶ *Sequerentur. sic supra de donationibus ante nuptias. l. si cum ante. & ff. de pactis. l. tale pactum. §. fina.* ¶ Et not. argum. sensum[b] non verba spectari. *sic & ff. de adimendis lega. l. iij. §. conditio. & de contrahen. emptione. l. sed Celsus. & infra de liberis prate. l. iij. & ff. de pact. l. tale. j. respon.* Argu. contra. *ff. de pact. l. iurisgentium. §. vtrumque.*

b Sensum spectari potius quàm verba.

b ¶ *Cui.*[c] scilicet rationi.

c ¶ *Additamenti.* vt sunt accessiones, vel etiam aliquod separatum augmentum : quod intelligit Ioan. si & super hoc incontinenti fuerit pactum, aliàs non. sed certę & idem videtur etiam si nullum pactum speciale fiat super augmento : *vt ff. de pactis dot. l. inter. §. cum inter. & supra de dona. ante nup. l. constante. §. pactum.*

c Augmentum dotis eodem priuilegio munitum quo & ipsa dos, vt hic.

Dotis.] CASVS. Pater pro filia dedit dotem : maritus postea contraxit cum fisco, & factus est eius debitor. quis præferri debeat in bonis mariti, quæritur? Dicitur quòd mulier. Viuian.

d ¶ *Magis esse.* fiscus & fœmina parib. passib. ambulant: vnde qui prior est tempore, potior erit in iure: *vt hic, & infra de priuileg. §. fisc. l. ij. & facit ff. ex quib. caus. maio. l. fina. & infra qui potio. in pign. hab. l. iiij.* hoc autem nisi in primipili causa. nam tunc etiam res dotales occupantur pro tali debito: *vt infra in quib. pig. ta. contra. l. fatis. & de primipilo. l. vtilitas. lib. xij.* liberi etiam si non sint heredes, conueniuntur: *vt infra de primipil. l. fina. lib. ij.*

Cvm dotem.] CASVS. Pater pro filia dotis nomine fundum dedit marito æstimatum. si euincitur, an vt talia præstentur quæ præstanda sunt, maritus habeat actionem ex empto, quæritur? Dicitur quòd sic: & commodum dotis ad maritum pertinebit, & tantum ad æstimationem tenebitur. Viuian.

e ¶ *Ex empto.* vt præstentur quæ præstanda sunt etiam euicto: *vt & supra de pact. l. ex conuentione.* ¶ Sed an etiam ipsa habet ex vendito soluto matrimonio ad æstimationem dotis? Non puto: nec enim simplex vēditio est: *vt ff. eo. l. quotiens.* nec enim absurdum est altera tantū parte dari ex empto, & altera ex stipulatu pro dote: *vt argu. ff. manda. l. per ist.*

f ¶ *Quis enim.* argumentatur[a] à relatiuis, vel à communiter[b] accidentibus. nam si est emptio, ergo precium: & econtra. Accurs.

a Emptio & precium relatiua sunt. sed verisimilius est preciū cōmuniter accidere emptioni. *Inst. de emp. & pr. vers. pretium.*

b *v. Bart. in loco à communiter accidentibus in pr.* & sic lex præsumit pro eo quod communiter & frequenter accidit. *adde Bald. tract. de præscript. 4. parte 1. quæst. 10. num. 42.*

g ¶ *Fiant.* hoc si post matrimonium, non autem ante : *vt ff. e. l. plerumque. § si ante.*

De his.] CASVS. Pater pro filia quasdam res dedit in dotē, & direptæ sunt, id est, ablatæ per vim vel raptæ. an maritus habeat, an vxor actionem contra rapientem, quæritur? Dicitur quòd vir. Viuianus.

h ¶ *Ac direpta.* id est, vi ablata.

i ¶ *Mariti.* vtpote domini: *vt supra de rei vindi. l. nec.*

k ¶ *Actionem.* vi bonorum raptorū, vel furti.

Ex pecunia.] CASVS. Si maritus ea pecunia dotali fundū emat, & suo nomine : cui acquiritur, quæritur? Dicitur quòd non mulieri, sed viro : quia actio ex empto acquiri mulieri non potuit : & pro parte residua dotis pro dote habet actionem, si partem recepit, dum tamen de ea parte nō fuerit à muliere transactū. Viuianus.

o Olim res vel vxoriā hodie ex stipulatu.

l ¶ *Comparatus.* nomine suo.

m ¶ *Non tibi quæritur. vt infra de seruo pign. da. manu. l. fin.* nisi[c] hoc ageretur ab vxore, & viro, vt dos fieret, & vtile esset mulieri: *vt ff. eod. l. res quæ ex dotali. & l. iā constante. quæ sunt contra.* Sic èconrra speciebus venditis, scilicet lapidibus fit pecunia dos, cū hoc agitur, & mulieri est vtile : *vt ff. e. l. si ex lapidicinis.* ex pecunia autem minoris vel militis res empta constat quòd est militis vel minoris : *vt supra de rei vind. l. si vt proponis. & ff. quando ex fa. tut. l. ij.*

c Precium dotis non succedit, loco ipsius dotis, nisi hoc expressē actū est inter virū & vxorem, vt precium succederet loco rei, idque ita fieri mulieri est vtile. *v. Cū. Pigmm tract. de dote parte 1. quæst. 4.*

n ¶ *Acquirere.* etiam si eius nomine emisset: *vt & supra si quis alte. vel sibi. l. multum. & infra eo. l. si genero.* auus tamen acquirit nepti: *vt ff. solu. matri. l. cum.*

o ¶ *Prouidebit.* sic *& infra de fur. l. post decisionem.* ADDITIO. Intelligas hanc legem veram, si aliunde mulieri consuli potest: alioquin in subsidium bene posset ad rem agere : *vt l. vxor marito. in fin. ff. de dona. inter virum & vxorem.*

Si à matre.] CASVS. De substantia filiorum dotem dedit mater viro, & non intercessit stipulatio vel pollicitatio. an rebus in dotem datis à filiis euictis agere possit maritus de euictione? Respon. quòd non. Viuia.

p ¶ *Nulla.* nec ad dominij trāslationē, nec ad hoc vt de euictione teneatur qui dedit, cū accipiēs fuerit sciens: *vt j. de euictio. l. si fundū.*

a ¶ Pollicitatio. quæ sufficit b in dote constituenda: vt supra titu.j.l. exactionem. & quando sic incipit dos, agitur de euictione: vt supra eod.l.j.

b ¶ Stipulatio. scilicet de euictione, etiam si incepit à traditione. & dic cū res non fuit æstimata. nam tunc agitur vtili ex empto: vt supra eod.l.j.& l.cū dotem.

NEque mater.] CASVS. An mater cōpellenda sit dare dotem pro filia, quæritur? Dicitur quòd nō, nisi ex magna & probabili b causa, vel lege specialiter expressa. & hoc in prima. an vero maritus bona vxoris ea inuita possit dare in dotem pro filia, quæritur: Dicitur quòd nō. & hoc in secunda. Viu.

c ¶ Causa. vt quia sit hæretica, c filia vero orthodoxa: vt supra de hæret.l. cognouimus.

d ¶ Facultatem. sed de suis propriis habet necessitatem: vt supra titu. prox.l.fina.

CVm citra.] CASVS. An circa cōfectionem instrumenti dotalis dos à muliere soluto matrimonio repeti possit, quæritur? Respon. quòd sic: nec sibi oberit quòd instrumentum dotale nō interuenerit: vel si interuenit, & amissum sit, non oberit quo minus repetat si alias habeat probationes. Viuianus.

e ¶ Probanti. per testes, vel alias probationes, vel præsumptiones. d

f ¶ Amissis. sic in venditione: vt supra de fide instrumentorum. l. cum instrumentis. & in libertate data. j. de libera. causa.l. sicut. & facit supra de res vendic.l.indicia. e & l. cum super. & de proba.l.ad probationem. j. & ff. de fide instru.l.in re. & supra de nup. l.neque sine.

ANte diuisionem.] CASVS. Duæ sorores successerunt patri ab intestato. an altera portionem quam habet in fundo quasi pro indiuiso, ante factam diuisionem possit dare in dotem, quæritur? Dicitur quòd sic: nec obstat quòd fundus non est diuisus. Viuia.

g ¶ Prohibetur. vt & supra commu. diuid. l. j. & de contrahen.empt. l. dudum. & de commu.re.alien.l.falsa. Item hoc casu etiam lite contestata: f vt infra de litig.l.fin.in fin.

REs.] CASVS. Si pater pro filia fundū in dotem dedit, deducto pro se vsufructu, & eum vendat: an filiæ præiudicet, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

h ¶ Quarum. id est quas.

i ¶ Vsusfructus. qui finitus cedit lucro dotis: vt ff.e.l.iiij. ¶ Sed contra. ff. de pac.dota.l.iiij. Sol. hic deduxit vsumfructum, ibi fructum laco.

a Dos potest constitui per pollicitationem.

b Puta quia mater est diuers. filia insequ. Nam quæ admodū maritus alere filiā inopē tenetur ita & dotare, ad ipsam quā titatē alimentorum, vt idē ius sit in dote, quod in alimentis.

c Vel Iudeo. Bald.hic.

d Quæ sumuntur ex qualitatibus personarum nō visibilium, sed honestarum.

e Indicia sufficiūt ad probationē, si à iure confirmata. ad de l. vltim. l. de probationibus.

id est, nō obstat vitium litigiosi quoniam dos ex cō mani constituatur vel potius si frater volens impedire dotis cōstitutionē, f notauit sororē ad diuisionē. Guaro illa lite diuisionis pēdente, soror partē indiuisam in dotem dare pōt. neq. efficitur huius modi prouocatione res litigiosa.

dationē habere, si neque pollicitatio a, neque stipulatio b intercessit. Dat. Prid. Kal.Maij, Heracliæ. AA.Coss.

Mater non cogitur dotare filiā nisi ex rationabili causa, & nisi ex causis expressis in iure. Itē pater ex bonis vxoris sua nō pōt dotare filiam communem non consentiente vxore. h.d.Bal. Vel sic: Mater non cogitur dotare filiam nisi ex causa: pater sic sed non potest de alieno, domino inuito. quod not. Salycetus.

XIIII. Iidem AA. & Cæs. Basilissæ.

NEque mater pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magna & probabili causa c, vel lege specialiter expressa: neque pater de bonis vxoris suæ inuitæ vllam dandi habet facultatem d. Dat.Non.Nouem. Philippopoli. AA.Coss.

Amissio instrumētorū nō præiudicat doti: quia substātia dotis etiā sine instrumētis consistit, dūmodo probetur per testes, vel legitimas præsumptiones. h.d. cū gloss. Bal. Vel sic: Amissio instrumentorū dotalium non nocet si alia sunt probationes. Salyc.

XV. Iidem AA. & CC. Vlpiano.

CVm citra fidē etiā instrumentorum datam dotē aliunde probāti e, post diuortiū quondam vxoris tuæ secundū bonam fidē restitui debere cōstet: amissis f etiam instrumētis sine dubio cætera probationū indicia iure prodita, non habentur irrita. Dat. viij. Kalend. Aug. Sirmij. AA.Coss.

Soror habens bona indiuisa cum fratre, potest partem suam in dotem dare etiam fratre ignorante vel inuito. h.d Bald. Vel sic: Communio non impedit partem pro indiuiso dari in dotem. Salyc.

XVI. Iidem AA. & CC. Æmilio.

ANte diuisionē soror tua intestato patri etiam ipsa succedēs, pro indiuiso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur g. Dat. Non. Iul. Sirmij. CC.Coss.

Dans proprietatem in dotem retento vsufructu, non potest in præiudicium proprietarij vendere, vel alio modo disponere. Bald.

XVII. Iidem Augusti & Cæsares Sabino.

REs quas h vsufructu i sibi deducto, socrus in dotem dedit, venundando auferre tibi k non * potest. Dat. Non. Iulij. Sirmij. CC.Coss.

Si vir ab vxore recipit nudā proprietatē cū pacto de lucrādo a socero vsumf. uctū solut. matrimo. morte mulieris, nihil restituit secus si vsumfructum nō recipit in dotē: quia tūc ei nō prodest pactū de lucrādo. h. d. Bal. Vel sic: Proprietas pōt dari in dotem ab vxore, & vsusf. uctus pro eadē à socru: & pactū tūc de lucrando initū cū vxore, nocet in vtroque morte autē conducentis non extinguitur vsusfructus formalis. Salyc.

XVIII. Iidem AA. Menestrato.

SI socrus tua fundum deducto vsufructu vxori tuę l donauit, tibique in dotē vxor quidē proprietatē, socrus autē vsumfructum dedit m: vxore tua rebus humanis in matrimonio exēptæ, fundū n apud te remāsisse secundū placitū o, inter vos fidē, nō ambigit. Nā si acceptura certū quid annuū, filiæ suæ vsumfructū locauit, mortua cōductrice, vsusfructus p extingui minimè potuit. Dat. xiiij. Kal. Ianuarij. Sirmij. CC.Coss.

Ex stipulatione dotantis nō quaritur alteri actio: sed si illemet sibi stipuletur de voluntate dotantis, actio quaritur. sed si in testamento eā exercere prohibeatur, cum sit heres institutus à dotante, salua Falcidia parendum est volūtati. h.d. Bal. Vel sic: Ex pacto vel stipulatione patris nō quaritur actio filia emācipata. & testator pōt grauare heredem ne actione sua agat, salua tamen Falcidia. h.d. secundùm lec. glos. Salyc.

XIX. Iidem Augg. & Cæs. Achilli. †

CVm patrem pro filia dotem tibi dantem si post mortem suam q in matrimonio constituta rebus humanis eadē r eximatur partem dimidiā doris Amniæ s * reddi pactum t proponas: post verò testamēto facto, cū aliis etiā Amniā heredem scriptisse, nec Amniam u quicquam ex stipulatu petere velle sanxisse: si quidem hanc sibi reddi secundum fidem pacti stipulatam Amniam non probetur, ex alieno pacto non prorsus ei vlla competit

k ¶ Tibi. marito pro filia tua.

SI socrus.] CASVS. Socrus dedit filiæ suæ vxori meæ fundum detracto vsufructu. vxor mea dedit mihi eum in dotem, & socrus vsumfructum, & fecit mihi pactum vxor mea & socrus de dote lucranda si vxor prædecederet. prædecessit vxor. an fundus pleno iure penes me remanere debeat, quæritur. Dicitur quòd sic. si vero socrus filiæ suæ locasset vsumfructum mortua filia, ad socrum reuertitur. Viuia.

l ¶ Vxori tuæ. scilicet filiæ suæ. & tenuit donatio. Accurs.

m ¶ Dedit. donando vel faciendo simile pactum de lucrando, sicut & vxor facit super proprietate. & dedit causalem, quanuis ipsa haberet formalem.

n ¶ Fundum. id est, plena proprietate.

o ¶ Placiti. de lucrando. & hoc cum socrus dedit vsumfructum genero suo. secus autem si retinuit, & filiæ locauit. & hoc subiicit: & sic sunt duo casus: & huic secundo est contra. supra de vsufructu.l.si domina. Solu. vt ibi.

p ¶ Vsusfructus. scilicet formalis.

CVm patrem.] CASVS. Pater duas habens filias, Seiam, quæ erat in potestate, & Titiā: pro Titia dedit tibi centū in dotē, & pactus est vt matrimonio post mortem suam soluto, quòd medietas dotis ad Seiam perueniret. pater fecit testamentum, & Seiam cum quibusdam aliis heredem instituit, & prohibuit Seiam aliquid à te petere pro dote. an Seia possit agere de dote, quæritur. Distinguitur: Aut pater stipulatus est, & non aget filia: quia alteri &c. aut ipsa stipulata est, & aget eatenus quatenus est instituta: & non in plus: quia in eo quod plus est, obstaret exceptio: salua tamen retentione Falcidiæ. verbi gratia, Quadraginta habuit ex institutione, & quadraginta ei debebantur ex stipulatione dotis. si agat repelli tur except. in xxx. & x. sibi retinebit ex Falcidia. Viu.

q ¶ Suam. id est, patris.

r ¶ Eadem. filia. nam si morte generi soluere tur matrimonium, non noceret filiæ pactum patris: vt j. ti. x. l. quamuis.

s ¶ Amniæ. proprium nomen est filiæ emancipatæ non nuptiæ.

* Nihil in eo mutes.

† Achilliwo.

* Amnæ.

t ¶ Pactum. ita quòd stipulatus, vt statim innuit.

u ¶ Nec Amniam repete & proponas patrem sanxisse se non velle Amniam aliquid petere ex stipulatione patris. Accurs.

a ¶ *Actio.* scilicet directa. sic *& infra titu. y. l. quaecumque. & l. postulo. & supra si quis alte. vel sibi. l. multum.* vtilis sic, si non esset testamentum. sic *& infra titu. y. l. pater pro filia. & infra de do. quae sub modo. l. quoniam.*

b ¶ *Tibi.*

actio [a]. Si verò ex verború conceptione sibi Amnia quæsiuit obligationé, ac tibi [b] testatoré prospexisse probet [c]: cótra eam ex stipulatu post euentú códitionis petenté quatenus accepit [d] ex defuncti voluntate, quę fuit stipulata exceptione (salua Falcidia [e]) vti potes. Dat. xiij. Kal. Febr. Sirmij. CC. Coss.

[1] *Fructus dotis pertinent ad maritum onera matrimonij sustinentem: quos si uxori concedit, repetit ab uxore quatenus uxor locupletior effecta est. h. d. Bald. Vel sic: Fructus dotis cedunt lucro mariti, nec possunt vxori donari. Salyc.*

xx. *Iidem AA. & Caesares Tiberio.*

PRo oneribus matrimonij [f] mariti lucro fructus † totius [g] dotis esse, quos ipse cepit: vel si vxori capere [h] donationis causa permisit, eum, in quantú locupletior [i] facta est, posse agere, manifestissimi iuris est. Dat. V. Kal. Maij. Sirmij. CC. Coss.

Cum res in dotem data æstimatur, ita vt res sub eadé æstimatione reddatur, ipsa res est in dotem, non æstimatio. si tamen res est deteriorata, debet restitui etiam æstimatione taxata. h. d. Bald. Vel sic: Res dotalis æstimata, deteriorationis gratia repetitur soluto matrimonio, & non æstimatio. Salycet.

xxi. *Iidem* Avgvsti, & Caesares *ad Geminium.* †

SI inter virum & vxoré pactum sit interpositum, vt si matrimonium intra quinquénij forte tempora quoquo modo esset dissolutum, species æstimatæ [k] doti datæ, preciis quibus æstimatæ sunt, redderentur: manifestú est non precia specierú dari, sed ipsas species debere restitui: cú in placitis specierum reddendarum idcirco preciorum nomen videatur annexú, ne si species aliqua deminuta [l] fuisset aut perdita, alio precio quam quo taxata fuerat, reposceretur. Dat. Nó. Aug. Agrippinæ CC. Coss.

Pater rem quam pro filia dedit in dotem, nec recepit, alienare non potest. Bald.

xxii. *Iidem* Avgvsti & Caesares *Libyanæ.*

REm quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec recepit [m], alienare non potest [n]. Dat. V. Kal. Decembr. iisdem. CC. Coss.

Vxor non potest vendere prædium dotale, nec vendenti consentire marito non consentiente. hoc dicit. Bald. Vel sic: Prædium dotale non potest mulier constante matrimonio alienare. Salic.

xxiii. *Iidem AA. & CC. Diogeni.*

SI prædium vxor tua dotale [o] venundedit: sponte necné contractum ratum habuerit, nihil interest [p]: cú rei tibi quæsitæ dominium [q] auferre nolenti minimè potuerit. Dat. V. Kalen. Octobr. Viminacij. CC. Coss.

Vbi mulier ex culpa perdit dotem, dos non reuertitur ad eum qui eam dedit, nisi sibi fuerit pactus vel stipulatus. hoc dicit. Vel sic: Pœna semel commissa propter repudium non tollitur licet mulier propter ingratitudinem sit reuocata in domini seruitutem. hoc dicit. Bald. Vel sic: Vbi mulier ex culpa perdit dotem non reuertitur ad eum qui dedit, nisi ille sibi prouiderit. Salycetus.

xxiiii. *Iidem AA. & CC. Aurelio & Lysimacho.*

SI dotem* marito libertę vestrę dedistis, nec eá reddi so

---

c ¶ *Tibi.* potuit enim dixisse gratia coheredum: *vt. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. interdum.* Item gratia tui, qui eras gener, vt hic dicitur.

d ¶ *Accepit.* putà accepit quadraginta ex institutione, cú totidem ei deberentur ex sua stipulatione, in triginta patietur exceptiones quæ concurrunt cú eo quod superest deducta quarta in qua non potuit grauari: *vt hic subijcit. & ff. ad legem Falcidiã. l. quod de bonis. §. fin.* licet ipse heres posset se in ea grauare: *vt ff. ad legem Falcid. l. potest.* Vel & hic posset grauari, si hoc expressè dixisset quòd animo compensandi dimittitur: *vt ff. ad legem Falcidiam. l. si debitor.* Hodie [a] autem constat quòd potest: *vt infra ad legem Falcidiam authent. sed cum testator. & sunt supra eo. l. si stipulatio.* & contrarium ibi dictum & hic dici posset ex. *ff. de leg. iij. l. cum quis. §. noptura.* & solue vt ibi.

e ¶ *Falcidia.* iure institutionis.

PRo oneribus.] Casvs. Fructus, dotis lucro cedunt marito propter onus matrimonij quod sustinet. Si verò constante matrimonio eos vxori dedit, reuocabit maritus eatenus quatenus locupletior facta est, & vir pauperior. Viuianus.

f ¶ *Pro oneribus matrimonij.* quæ [b] sunt, plura, & sustinet ea vir: *vt ff. sol. matrimo. l. si cum dote. §. fin. autem in seuissime. & ff. de donatio. inter virum & uxo. l. si quis pro uxore. in princ. & §. j. & ff. eo. l. dotis fructus. & l. quamuis. in fin. & de doli exceptio. l. fin. in prin. & ff. famil. ercisc. l. si filia. & l. si maritus.*

g ¶ *Totius.* nisi fortè serui dotales quærant aliquid extra res mariti, vel operam suam, quod quæritur mulieri.

h ¶ *Capere.* scilicet fructus.

i ¶ *Locupletior.* & ipse pauperior: *vt & supra si quis alteri vel sibi. l. multum.* vbi ergo ipsa vxor & sui ex eis sustentata est, non repetet vir: *vt infra titu. y. l. fructus. & de dona. inter virum & uxorem. l. si fructus. & ff. de donatio. inter virum & uxo. l. si quis pro uxore. quæ sunt contra.* ¶ Sed videtur fructus posse donari nec repeti etiam in quo est locupletior: *vt ff. de donat. inter virum & uxorem. l. de fructibus. & ff. de usu. l. fructus. quæ sunt contra.* Sed ibi rem donando donat fructus, licet iure non teneat donatio: hic autem principaliter fructus.

SI inter.] Casvs. Mulier dedit vineam marito in dotem: & pacta est vt in casu soluti matrimonij in eadem bonitate, & eodem precio quo tunc æstimabatur, sibi redderetur. an maritus soluto matrimonio vineam retinere possit, & precium reddere, quæritur: Dicitur quòd non. Viuianus.

k ¶ *Æstimatæ.* non tamen vt æstimatio [a] faceret emptionem; sed vt sciretur an essent deteriores: *vt & ff. eod. l. plerunque. §. penul. tim. & l. cum post. §. cum res. & ff. solu. matrimo. l. si æstimatis. & supra de vsufru. l. interest. & infra solu. matri. l. dubium. & arg. ff. de æstima. actio. l. j. in fin. & vsufruct. quemadmodum ca. l. j. §. recte.* ¶ Quid autem si non appareat qua mente fiat æstimatio? Resp. præsumitur [b] illa quæ facit emptionem: *vt arg. ff. loc. l. cum fundus.* ¶ Item quid si fuerit vilior in precio, non in substantia? Vel quid si sit in precio carior, non in substantia? Respon. precium considerari.

l ¶ *Deminuta.* id est vsucapta: [c] quod esse potest: *vt ff. de fun. do. l. si fundus.* deperdita [d] verò, quæ in rerum natura desiuit esse, & hoc dolo vel culpa viri. *argu. ad has exceptiones. ff. de petit. her. ed. l. deperditum.*

REm quam.] Casvs. Pater pro filia dedit rem inæstimatam in dotem, & postea non fuit ei restituta: quia nó fuit solutum matrimonium. gener constante matrimonio rem illam alienauit: nunquid valeat alia alienatio, quæritur? Resp. quòd non. Viuian.

m ¶ *Nec recepit.* secus si recepit, quia tunc alienare potest, vt innuit. sed hodie contra: *vt infra titu. j. in authent. sed quamuis.* Vel dic quòd non sumitur hic argu. à contrario. quod in idem recidit.

n ¶ *Non potest.* cum non sit suum, nec dotis potest conditionem [e] facere deteriorem: *vt ff. eod. l. post nuptias. & infra de donatio. l. constante.*

SI prædium.] Casvs. An vxor prædium dotale inæstimatú sponte vel coacte inuito viro alienare possit, quæritur? Dicitur quòd nó. Viuianus.

o ¶ *Dotale.* Inæstimatum, [f] cuius alienationem inhibet lex Iulia fundi dotalis. *vt infra tit. j. §. & cum lex. & institut. quib. alie. licet. in princ.*

p ¶ *Nihil interest.* & posset ipsa venire contra véditionem etiam iuratam: [g] *vt supra de leg. & con. l. non dubium. & infra de agri & cen. l. quemadmodum. lib. xj.* Alij dicunt quidam esse hodie per constitutionem Friderichi, sacramenta puberum sponte facta. supra, si aduer. vendi, sed certe sacramentum faceret eam haberi maiorem: at maiorem contrauenire: ergo & post sacramentum cum erit minor, veniret contra. sic etiam sibi non præiudicat secundúm Io. Vel dic etiam cum non iurauerit, distinguitur vtrum scienti, vel ignoranti vendidit mulier. si scienti, nullatenus tenetur de euictione. si ignoranti, obligatur emptori de euictione, licet res eius non fiat. nec eam habere possit: sicut in re sacra vendita dicitur: *vt ff. de contrahen. empt. l. & liberi. & institut. de contrahen. emptio. §. fina.* Additio. Hæc quæstio est decisa de iure canonico in *cap. cum contingat. extra de iureiur. in anti. & in cap. licet. eod. titu. lib. vj.* vbi dicitur quòd mulier debet omnino suum iuramentum seruare.

q ¶ *Dominium.* not. *vt infra eo. l. in rebus.*

---

[a] Quæstio.

† Quid de pœna exacta, cú non solueretur illi dos v. Cremensem sing. 61.

a Falcidia hodie pót prohiberi, eatenus quæ iure Institutionis debetur.

† Geminum. al. Gemininú.

b Matrimonij onera sunt plura.

a Æstimatio dotis an faciat emptionem. v. Bart. in l. 10. & 11. ff. solu. ma. adde omnino Capolam Tractatu pro dote.

b Fundus æstimatus datus in dotem, habetur pro empto seu non dotali, vt hic & l. quoties ī. eo. quod fallit si maritus non est soluendo, tunc enim nó definit esse dotalis, nec poterit alienari neque obligari à viro. Bal. in l. interest ī. de vsufru. Cremensis sing. 18. hinc etiam colligunt in dubio huiusmodi fundum æstimatú præsumi v. Cepolã tract. de seruit. rub. prædio. q. non 10.

c Deminuti & deperditi differentia.

d Deperdita quæ dicantur.

e Dotis códitionem deteriorem, pater mulieris facere non potest.

f Dotale propriè dicitur quod inæstimatum marito ab vxore datur. adde Gl. Nouell. vt immobilia 61. in verbo dote. Concord. cum hac l. Gloss. super verbo omnibus viru hominibus ex parte vestra extra de restitu.

g Dotalis rei alienatio etiá iurata à muliere potest reuocari de iure ciuili: secus de iure Canonico.

SI dotem.] CASVS. Si patronus pro liberta centum dedit in doteiu, nec pactus est ea sibi reddi in casu solu. matrimo. & propter culpam mulieris solutum est matrimonium, vnde vir debet dotem lucrari: an patronus eam dotem repetere possit, quæritur? Dicitur quòd non, nec si post dissolu. matri. propter ingratitudinem eam in seruitutem reuocasset. Viuia.

a ¶ *Matrimonio.* pacto verò apposito culpa libertæ non nocet: *vt in authen. de nupt. §. est quoque quoddam. col. iiij.*

b ¶ *Prospexitis.* si ergo fit vxoris, vt vel reddi, vel in pœnam eius auferri possit per maritum.

c ¶ *Fuisse.* postquã culpam diuortij commisit. ¶Sed quid si ante Resp. idem, si modò in seruitutem tũc non sit reuocata, cum sit diuortium factũ sua culpa. ¶Sed an idem sit in patre, si non sit stipulatus sibi reddi? Respon. vtique: licet lex prouideat ei: quia & filiæ prouidet, & tamen amisit, & sibi imputet quòd non fuerat stipulatus secundũ H. arg. dictę authe. de nup. ¶Et nota de amissione dotis: *sicut & j. de repu. & diuor. l. consensu. & ff. solu. matr. l. Iusium licet sacit ff. eod. l. cum post. §. patrona.*

…luto matrimonio vobis incontinentr pacto vel stipulatione prospexitis[b]: hãc culpa vxoris dissoluto matrimonio, penes maritum remansisse constitit, licet eã ingratã circa vos fuisse[c] ostenderitis. Dat. vj. Kalen. Nouemb. Antiochiæ. CC. Coss.

Defectus causa impulsiua non impedit ius agendi: nec habetur loco contractus formalis, nec loco conditionis, nec loco causa finalis. h. d. Bald. Vel sic: Stipulatio de dote reddenda mulieri test. idi causa cõmittitur illa mortua etiã intestata. Salyc.

XXV. *Iidem AA. & CC. Eutychiano.*

SI mulier[d] † dotem à viro dari[e] stipuletur, vt de ea testari[f] possit: cum [g] ordinationis testamenti cogitatio, mortis [h] antecedens tempus significet [i], nec conditionem, sed causam [k] cõtineat: intestata quoq; muliere defuncta, stipulationẽ cõmitti proficiet [l]. Dat. iij. Id. Nouemb. Antiochiæ. CC. Coss.

† In iuramentis prouissoribus licet infinitæ conditiones nullæ tamen in iure … *(marginal note, partly illegible)*

Pater non potest stipulari dotem extraneo reddi. Bald. Vel sic: Pater non potest stipulari filio emancipato. h. d. Salyc. Vel sic: Stipulatio alteri interposita neutri est valida. h. d. Vel sic: Præter intentionem agentis, & contra prohibitionem iuris non quæritur actio. Salyc.

XXVI. *Iidem AA. & CC. Demostheni.*

SI genero dotem dando pro filia pater communis eam reddi tibi extraneo [m] constitutus est: nec tibi cessante voluntate [n], nec tibi prohibente iure, quærere potuit actionem [o]. Dat. vj. Kal. Ianua. ipsis CC. & Coss.

Bona lex & singularis est ista. Licet maritus sit lucratus dotem, non tamen tenetur ad soluendum tributa aliarum rerum vxoris suæ: sed tenentur possessores seu successores. hoc dicit. Bald. Vel sic: Onera hereditatis spectant ad heredes, non ad maritum dotem lucrantem. Salyc.

XXVII. *Idem AA. & CC. Pompeiano.*

LIcet dos iure [p] penes maritum remanserit pro rebus tamen hereditariis successores [q], non maritus quondam, solennibus pensitationibus [r] parere debent. S. vj. Kal. Ianua. Sirmij. CC. Coss.

Cum auctoritate generalis vel specialis curatoris potest dos constitui: licet curator vel fideiussor minimus habeant in bonis quàm sint res in dotem constituta: & idem in donatione propter nuptias. h. d. Bald. Vel sic: Auctoritate curatoris generalis vel specialis dos & donatio propter nuptias possunt constitui & exigi. Salyc.

XXVIII. *Imp. ZENO A. Æliano præfect. prætorio.*

MVlier in minori ætate cõstituta dotem marito consentiente generali vel speciali curatore [t] rectè dare & exigere [s] potest [t]: licet ipse [u] tẽpore creationis fideiussorem in minorem, quàm dos est, quantitatem dicitur præstitisse [x].

Hoc idem obseruatur & si minor ante nuptias [y] donationem cõsentiente (vt dictum est) curatore fecerit. Dat. Kal. Ianuar. Basilio. † ij. & Armatio Coss.

† Basilisco & Armato Coss.

a Ad huius legis interpretationem vide l. a patre. § sed & si pater stipulatus est … *(marginal note, partly illegible)*

SI mulier.] CASVS. Mulier quæ dotem dederat, cum vellet de ea testari, stipulata est à marito sibi reddi, vt ex ea testaretur. licet decedat ab intestato, stipulatio tamen cõmittitur: quia non fuit conditio apposita, sed causa efficiẽs vel impulsiua: vt in tali exemplo. Dedi tibi decem vt emeres scyphum. licet non emeris, non reddes mihi decẽ: quia causa hæc fuit impulsiua, quia impellebat me ad dandum tibi decem: & ideo, sine defectu restata siue intestata, debet reddi dos. Viu.

b Vt dictio significat causam impulsiuã non finalẽ. … *(marginal note, partly illegible)*

d ¶ *Mulier.* quæ dotem dederat, cum vellet de ea testari, stipulata est eam à viro sibi reddi, vt [b] in ea testaretur. licet intestata sit mortua, tamen stipulatio committitur: non enim fuit hæc conditio, sed causa scilicet impulsiua vel efficiens, non finalis. cũ enim scires eã velle testari super dote, promisisti ei: sicut [c] si dem tibi decem vt emas caligas. nam licet non emas, non reddes decem, quia hæc impulsiua causa fuit: *vt ff de donatio. l. y. § si. & l. seq.* ¶Et sunt hic argu. ad quæstiones huiusmodi. Si [d] concedam tibi duos pedes terræ vt ibi proijcias aquam, an tibi eorum proprietas vel vsus cõcessus videtur? Et videtur quòd proprietas, eo quòd nõ fuit conditio proijciendi, sed causa dandi. 2 Item ad hanc: dedi prædium vt [e] haberent in vsu aliqui religiosi: vt proprietas data videatur, quasi non conditio, sed causa sit inserta.

e ¶ *Dari.* id est reddi sub hoc modo, vt hic dicitur &c.

f ¶ *Testari.* per quod dicit vir tacitum pactum interuenisse quòd ipse lucretur: nisi ipsa testetur.

g ¶ *Cum.* pro quia: vt sit ratio sequentis, non conditio &c. nam quia hæc ordinatio significat tempus antecedens mortem, si dixeris esse conditionem, nunquam implebitur stipulatio, cum nõ possit ante mortem finiri matrimonium. & sic nec dos reddi: vt j. si dos constante matri. l. j. & sic facit j. de sectis. l. præpostere. & de contrahen. stipu. l. secundum. Alij dicunt ideo non valere stipulationem, quia post mortem stipulari videbatur. hodie contra: quia valet: vt insti. de inuti. stipu. §. post mortem. quod non placet.

d Proprietas fundi cedi intelligitur, in quem ius proijciendæ aquæ cessum est.

e Proprietas cedi & legati intelligitur ex persona cedẽtis … *(marginal note, partly illegible)*

h ¶ *Mortis.* id est, mortem.

i ¶ *Significet.* vel dic. i. significans vel faciens. §. ibi. intestata &c.

k ¶ *Causam.* id est, modum. & hic impulsiuam, non finalem.

l *Proficiet.* heredibus scilicet mulieris ab intestato venientibus: videbatur enim sub conditione facta stipulatio. l. si testata esset: & ideo intestata mortua conditione deficiẽte stipulatio euanuisse putabatur. sed non est cõditio, quæ si deficiat, obstet. sed ideo fecit, vt securior esset: sic & stipulatur mulier dotem reddi: & tamen sine stipulatione habet actionẽ: & hic etiam sine stipulatione poterat de ea testari.

SI genero.] CASVS. Pater dans dotem pro filia, stipulatus est eam reddi in casu dissol. matri. extraneo, putà filio emancipato. vnde extraneus eam non repetet: quia non potest quia stipulari alteri quis non potest, nec pater, quia noluit sibi quærere actionem. Viuia.

m ¶ *Extraneo.* putà filio emancipato. secus si esset in potestate: quia eadem vox patris & filij intelligitur: *vt insti. de inuti. stipu. §. si vero.* licet sit argu. contra *ff. de pact. do l. cum dos.* vbi non est eadem vox.

n ¶ *Voluntate.* sicut & j. si quis al. vel sibi. l. multum. & ff. de reb. dub. l. in ambiguo.

o ¶ *Actionem.* directam stricto iure: sed ex æquitate habet vtilem: *vt j. tit. §. l. pactum. l. pater. & ff. solu. matri. l. Caius.* 2 Vel dic quòd nullam habet hic extraneus, cum esset ratio, quæ reddit in fine illius l. Caius. s. dotis & cõuentionis. sed mulier habet ex l. sibi datam. *vt j. tit. j accedit. & § extraneus.* qui nascitur ex numeratione: vt & aliàs, *vt ff. si cer. pet. l. certi condictio. § si nummos.*

exigi.

LIcet dos.] CASVS. Vir pactus cum muliere habẽte prædia tributaria. i. alia quam ipsa doralia, de dote lucranda, si decedat mulier: ad quem debeat pertinere onus prædiorum tributariorum, quæritur? Respon. quòd ad heredes mulieris. Viuia.

p ¶ *Licet dos iure.* vt j. vnde vir. auth. præterea. [a] Vel dic iure. i. pacto.

q ¶ *Successores.* scilicet mulieris.

r ¶ *Pensitationibus.* quæ non ex rebus dotalibus debentur. aliàs secus: vt j. sine cen. vel reddi. l. omnes. & ff de pub. l. imperatores. in prin. sed funerari eam ex dote quàm ex aliis hereditariis rebus debet: vt ff. de reli. & sump. fune. l. Celsus. & facit j. de donat. ante nup. l. de reb.

a Dicit hic Salyc. post Cyn. id probari ibi argum. à contrario sensu. … *(marginal note, partly illegible)*

MVlier.] CASVS. An mulier minor an. interueniente curatore generali vel speciali ad hoc dato dotẽ constituere possit, quæritur? Dicitur quòd sic, & licet in creatione facienda, id est, cum ipse fuerit creatus curator, fideiussorem dederit in minorem quantitatem quàm dos sit: non propter hoc minus valebit dotis constitutio. Idem obseruandum est in dona. propter nup. vbi scilicet curatore auctore fieri debeat. Viuia.

f ¶ *Curatore.* ad hoc dato: vt ff. eo. l. siue generalis. & facit insti. de cur. §.

inutili. & infra de adm. tut. l. si curatores.

t ¶ *Potest.* scilicet à marito.

u ¶ *Ipse.* scilicet curator.

x ¶ *Præstitisse.* forte quia tunc paruum erat minoris patrimonium. vel dic hic minor: aliàs curator erat diues.

y ¶ *Ante nuptias.* facit huic supra si aduer. dotem l. j.

Vbi adhuc

V*Bi adhuc.*] CASVS. An constante matrimo. si vir ad inopiam vergat, mulier dotē repetere possit, quæritur? Dicitur quòd sic. & si tenet res mariti, aduersus creditores mariti agētes habebit exceptionem. Si non tenet, aget aduersum creditores qui tenent res viri, si ipsa sit prior tempore, seu posterior iure priuilegio legis. & hoc in prima. Nullam verò habet licentiam alienandi res mariti. sed ex fructibus eorum tam ipsa, quàm vir, quàm eorum communes filij debent sustentari. & hoc in secunda. Creditores verò habebunt maritum obligatū personaliter: & aduersus eum, si ad vberiorem fortunā peruenerit, agere poterunt. & hoc in tertia. Si qua autem pacta inter virum & vxorem de dote lucranda intercesserunt, ad illa obligentur. & hoc in quarta. Viuianus.

Lex est no. & vtilis, & habet omnia bona secum. Viro vergente ad inopiam etiam constante matrimonio mulier [a] *potest dotem exigere, & hypothecaria agere, sicut posset matrimonio dissoluto. debet tamen dos exacta pro oneribus matrimonij deseruire: & alienari non potest pactis dotalibus in casum soluti matrimonij reseruatis. idem in donatione propter nuptias. hoc dicit Bal. Vel sic: Mulier cum maritus ad inopiam vergit, vel hodie inchoat male vti substantia sua: pro dote & donatione propter nuptias agit & excipit, & à possessoribus non potioribus auocat hypothecas vt se maritúmque sustentet & filios: & eas reseruat, non alienat, pactáque dotalia remanent firma, & creditorum iura in postea quæsitus integra. hoc dicit secundum dominum meum. cuius verba formaliter sunt hæc. Salycetus.*

XXIX. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna P.P.*

VBi adhuc † matrimonio constituto † maritus ad inopiam [a] sit deductus, & mulier sibi prospicere velit [b], résque [c] sibi suppositas [d] pro dote, & ante nuptias donatione, rebúsque extra dotem constitutis tenere: non tantum mariti res ei tenenti, & super his ad iudicium vocatæ [e], exceptionis præsidium ad expellendum ab hypotheca secundum creditorem præstamus: sed etiam si ipsa contra detentatores rerū ad maritum suum pertinentiū, super iisdem hypothecis aliquam actionem secundum legum distinctionem [f] moueat, non obesse ei matrimonium adhuc constitutum sancimus, sed ita eam posse easdem res vindicare [g] vel à creditoribus posterioribus, vel ab aliis qui non potiora iura [h] legibus habere noscuntur, vt potuisset si matrimonium eo modo [i] dissolutum [k] esset, quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat: ita tamen, vt eadem mulier [l] nullam habeat licentiam eas [m] res alienandi viuente marito, & matrimonio inter eos constituto [n]: sed fructibus earum ad sustentationem [o] tam sui, quàm mariti filiorúmque, si quos habet, abutatur [p]: * creditoribus scilicet mariti contra eum eiúsque res, si quas postea fortè acquisierit, integra sua iura habentibus: ipsis etiam marito & vxore post matrimonij dissolutionem super dote & ante nuptias donatione pro dotalium instrumentorum tenore [q] integro suo iure potituris. † Dat. iij. Idus Decemb. DN. Iustiniano. A. ij. Coss.

IN AVTHENT. DE æquali. dot. §. illud. collat. vij. constit. viij.

Marito vergente ad inopiā mulier donationem propter nuptias vindicat vt domina. Salyc.

DOnationem quoque propter nuptias in hoc casu [r] constante matrimonio vindicare potest [f].

a ¶ *Ad inopiam.* habet tamen vt sibi possit mulier consulere in dote & donatione propter nuptias, & cæteris rebus, vt subiicit: & sic est contrarium. *ff. solu. matri. l. si constante. in princip.* vbi dicit tunc demum agi, quando euidentissimè apparet mariti facultates non sufficere, scilicet si creditoribus soluatur prius. verbi gratia: Dedi centum in dotem viro. vir habet ccc. debet forte cccc. ecce facultas non sufficit si solueret eis prius. præueniet ergo ipsa. & sic non est contra. aliàs si demum cum nihil haberet. deberet agi, nullum esset legis consilium: quia tunc in quantum facere potest, debet damnari: *vt instit. de actio. §. item si de dote.* Item quomodo peteret donationē & alias res, vt hic subiicit: cum nec dotem possit cum effectu exigere? hodie autem constat prius & post posse agi, scilicet quando vir cœpit [b] malè vti sua substantia: *vt authen. de æquali dot. §. illud. colla. vij.* quod inspiciam secundum [c] opinionem [d] vulgi [e]. *argu. ff. de fundo instruct. l. cum de lanionis. §. asinum.* ¶ Sed quid in socero [f] qui recepit dotem, si vergit ad inopiam, Dico idem [g] quod in viro. *arg. ff. de verb. obli. l. à Titio. in fin. & j. ad leg. Falc. l. fin.* ¶ Item quid si ambo [h] teneantur, scilicet socer & vir, & alter vergit ad inopiam? Respond. iure isto non potest, cū alter sit soluendo: sed hodie per authen. contra, cum male vti iam inchoatum sit. ¶ Ex prædictis collige casum quo exigitur dos [i] inuito viro etiam constante matrimonio. Est & alius casus. *ff eo. l. quemadmodum §. j.* Sunt & alij vbi sponte potest soluere: non autem cogitur: *vt ff. eo. l. manens §. manente. & ff. solu. matri. l. quamuis. & l. sed & si.* Regulariter contra. *vt j. si dos constante matrimonio per totum.* ¶ Sed pone in nostro casu virum velle dare fideiussorem [k] de dote restituenda vxori soluto matrimonio: nunquid euitabit exactionem dotis ad præsens? quod videtur: *vt argum. ff. soluto matrimo. l. si constante. §. quotiens. & ff. qui satisdare cogan. l. si fideiussor. §. fina.* Sed dico contra: quia j. dicit quòd retinere debeat ad sustentationem sui & vxoris. ¶ Item licet dotem non possit petere constante matrimonio si non vergat ad inopiam, an tamen pignus petere potest: quod videtur: *vt ff. de pigno. l. quæsitum?* Sed dico contra [l] *vt ff. de pigno. l. cum soluendo. & quibus modis pignus vel hypoth. soluitur. l. soluitur. §. si paciscatur.* Accurs.

b ¶ *Velit.* agendo personali, item reali: *vt infra l. proxi. §. omnis.* Item hypothecaria: *vt subycit.*

c ¶ *Résque.* scilicet mariti.

d ¶ *Suppositas.* id est obligatas ex conuentione [a] vel lege pro [d] dote: *vt hic & j. de rei vx. actio. §. j.* Item pro donatione ante nuptias. *vt subycit. & supra de don. ante nuptias. l. si constante. §. sed etiam.* licet in aliis non [c] sit priuilegiata donatio vt dos: *vt j. qui po. in pig. l. fin. §. fin. quæ est contra.)* Item etiam pro aliis rebus extra dotem. i. paraphernis: *vt subicit. & infra de pact. conuen. l. fina.*

e ¶ *Vocatæ.* s. mulieri.

f ¶ *Secundū legum distinctionem.* hoc est econtra alios in rem, cōtra virū hypothecaria secundū quosdam. quòd non placet. Sed dic eam esse distinctionē quę sequitur, sed ita eam, &c. vbi etiā triplex est opinio: *vt plenè distinximus j. qui po. in pign. ha. l. si.*

g ¶ *Vindicare.* per [d] hypothecariam secundùm Azonem.

h ¶ *Qui non potiora iura.* contra [e] fiscum enim vel cæteros priuilegiatos priores tempore vel liberos prioris matrimonij nō exercet hoc priuilegium: *vt l. assiduis. & authent. ibi posita. j. qui pot. in pign. hab. & j. de priui. leg. fisci l. j.* Item contra, [f] extraneos possessores rerum viri non agitur nisi prius viro excusso: *vt in authen. de fideius. §. sed neque. colla. j.*

i ¶ *Eo modo.* non tamen per omnia idem, vt subiicit, ita tamen, &c.

k ¶ *Dissolutam.* non per culpam vxoris. aliàs nō repeteret: *vt infra de repu. l. consensu.* P.

l ¶ *Mulier.* Quid de viro si alienauit, & de euictione promisit? Certè tenetur de euictione: non tamen præiudicat mulieri alienatio, quia reuocabit: *vt j. de prædi. mino. l. & si u.*

m ¶ *Eas res.* idem dicas in re viri data ei in solutum pro dote, scilicet cum egerit actione personali.

n ¶ *Constituto.* quod posset si vere esset solutum.

o ¶ *Ad sustentationē.* sic ergo fruct' [g] donationis sicut dotis seruiūt viro, nō sic in fructu paraphernaliū. ¶ Itē per hoc ꝙ alit [h] ab vxore patet eū dānandum hoc casu in solidum, [i] cū nō possit agere.

p ¶ *Abutatur.* id est in totum consumatur secundùm Ioan. aliàs ponitur in malo vsu: *vt ff de vsu & hab. l. plenum. §. ij.* ¶ Quid autem si maritus efficiatur diues, an reaccipiet [k] dotem? Respon. non, secundùm H. cum ex causa iusta est soluta.

q ¶ *Timere.* quia pacta facta erant de lucrando.

Sequitur authen. donationem, &c. quæ est in authen. de æquali. dot. §. illud. colla. vij. & legitur super princ. l. Accursius.

D*Onationem.*] CASVS. Lex codicis dicit quòd mulier agere potest aduersus eos qui tenent res mariti. Authen. ista addit quòd mulier potest vindicare res quæ datæ sunt mulieri in dona. propter nuptias. Viuia.

r ¶ *In hoc casu.* s. cū deductus est ad inopiā marit': ac in dote tantū immutatur. s. cum inchoauit [l] male vti substantia sua. nam & in corpore auth. dicit, dedimus ei; quasi nihil immutet in donatione propter nuptias de eo quod hac l. codicis statuitur. Vel potest dici idē in donatione propter nuptias, quod hodie dicit in dote.

f ¶ *Vindicare pōt.* directo [m] si poenas eā inductā fuisse in possessio-

a Prodest tamen mulier hoc priuilegium alteri cedere. v. Bal. Nouell. tract. de dote parte 12. num. 16.

a Concor. cum l. Glo. super verbo, ... in fin. ... parte ve... Pro. de rescrip. ... 349 adde Concor. ... 6. num. 8.

b Dos repeti constante etiā matrimonio potest marito incipiēte male vti sua substātia: neque expectatur ma nifesta eius paupertas. ad de Glo. Nouell. de æqualitate dotis 97. c. 5. in verbo inchoā.

c Fama & opinione vulgi probatur inopia & paupertas.

d Paupertas & diuitiæ probātur per publicam famam. vt hic. de quo. v. quæ scripsi ad Glo. Nouell. 97. c. 5. in verbo inchoante.

e Fama facit plenam probationem in causis modici præiudicij: & ita hunc locū intelligit Lanfranc. in repet. c. ... ff. de iure.

f v. Gl. Nouell. 97. c. 5. in verbo inchoante.

g Argumentū à simili, v. Euerardum in loco à simili, num. 1.

h Vt q... bon... dos da... v. Glo. d. Nouell. 97. c. 5. in verbo inchoante.

i Dos certis casibus exigitur à marito constante etiam matrimonio.

k Dotis restitutionem quibus casibus ad eam cogi potest maritus non euitat fideiussore dato.

l Dotē neque pignus constante matrimonio mulier à viro regulariter repetere potest.

a Matrimonij ... Iganitur cōanti... vel lege.

b Dotis donationis ante nuptias & paraphernalium causa bona mariti obligantur.

c Donatio propter nuptias non ita priuilegiata est, vt dos.

d Hypothecaria pro dote etiam constante matrimonio, ceteris casibus vxori cōpetit.

e Dotis nullū est priuilegiū aduersus fiscū, vel priuilegiatos priores tēpore vel liberos prioris matrimonij.

† Theodorus Græcus interpres ait in extrema huius legis parte dici, quòd mulier potest renunciare his quæ sibi competunt hypothecis.

f Dotis nomine mulier nō agit aduersus extraneos possessores rerū mariti, nisi viro prius discusso. vt hic. & ratione emptor eius aduersus bona tenētes vēditoris. Ind. de casu vtere. Consuet. Theosan. Rub. de nominat. quæ ...

g Fructus donationis propter nuptias & dotis marito seruiunt constante matrimonio non fructus paraphernalium.

h Maritus inops alendus ab vxore.

i v Bruneum de cess. bonor. q. ... quæst. 10. 16. sex. in aa.

k Dos à viro recepta constante matrimonio ob eius inopiam, diuiti postea facto reddi non debet. vt hic. ad. de Tiraquellū tract. cessante causa limitat. 14.

l v. Glo. Nouel. de æqualitate dotis 97. c. 5. in verbo inchoāte.

m Donationis propter nuptias dominiū directum ipso iure transit in mulierem, si inducta in eius possessionem fin mihius, sibi ... Me.

nem, alioquin vtili: *vt in authent. vt immo. ante nuptia. do. §. j. colla. v.* Quòd autem ipsa sit domina, probatur ex eo quòd dicitur alienari: *vt j communia de lega. authent. res quæ & ad Trebell. authent. contra rogatus.* ¶Item quòd dicit eam vindicare, intellige cùm pacta erat de lucranda. & hoc innuit finis huius l. vbi adhuc. sed & si non sit pacta, idem videtur, propter spem quam habet lucrandi si mariti culpa soluatur matrimonium. & ita eius interest ne dissipetur. sic & in d. authent. communia de lega. & ad Trebel.

Lex solennis. In vindicatione & hypothecaria rerum dotalium vel quasi, mulier omnibus aliis creditoribus antefertur: quia agit ad rem propriam vel quasi: & ei non currit præscriptio nisi ex tempore ex quo potuit actionē mouere. & quod potest per veritatem introduci, facit fictionem cessare. hoc dicit. Bal. Vel sic: Mulieri etiam soluto matrimonio pro rebus dotalibus etiam æstimatis competit rei vindicatio & hypothecaria: in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus: nec ei vlla currit præscriptio antequam agere possit, soluto vel constante matrimonio. *Salycetus.*

IN rebus.] CASVS. Siue res mobilis siue æstimata detur in dotem, morte viri sol. mat. poterit res vindicare mulier. si extāt. habet etiam hypothecam, & præfertur omnibus creditoribus mariti etiam anterioribus tempore, putà si vir fundum habens eum obligauit, deinde eundem vēdiderit mulieri, & illa postea eidē viro nuptura in dotem dedit: licet creditor anterior sit in eo fundo, non tamen est muliere potior. nec est mirandū si detur mulieri rei vindicatio, quia illæ res ab initio fuerunt mulieris, licet in distinctione iuris dicatur dominium rerum dotalium fuisse in virum translatum, & habebit, vtpote quando dedit res æstimatas. & hoc in prima. Si vero res inueniantur aliquo possessæ, an præscript. vel vsuca. excludatur mulier à rei vindicatione? Respon. sic, si non agit eo tempore quo agere potuit, scilicet solu. matri. & marito vergente ad inopiam. si vero agere non potuit, quia vir diues erat, nec adhuc solutum est mat. non currit ei vsucap. vel præscript. & hoc in secunda. Cum verò mulier repetit dotem constante matrimonio, non [illegible] necesse quòd fingat se diuertere à marito. Viuian.

XXX. *Idem A. Demosthenj. P.P.*

IN rebus dotalibus[a] siue mobilibus siue immobilib[a] seu se mouentibus (si tamen extant) siue æstimatæ[b] siue inæstimatæ sint, mulierem in his vindicandis † omnem habere post dissolutum matrimoniū prærogatiuam[c] [iubemus.*] & neminem creditorum mariti, qui anteriores[d] sunt, posse sibi potiorem causam in his per hypothecam vindicare, cum eædem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio. Non enim quòd legum subtilitate trāssitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas[e] deleta vel confusa est. Volumus itaque eam in rem actionem[f] in huiusmodi rebus quasi propriis habere, & hypothecariam omnib[us] anteriorem possidere[g]: vt siue ex naturali iure[h] eiusdem mulieris res esse intelligantur, siue secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse [videantur*] per vtramq; viam[i], siue in rem, siue hypothecariam, ei plenissimè consulatur. Omnis[k] autem temporalis exceptio[l], siue per vsucapionem[m] inducta, siue per do-

a ¶*Dotalib.* largissimè hic accipe, *vt subiicit.* Propriè autem inæstimatæ dicuntur dotales: *vt j. tit. j. §. & licet.* in quibus dolum vel culpam præstare debet maritus: *vt ff. cod. mulier bona. §. j. & ff. solu. mat. l. etiam. §. licet.* sed & talem diligentiam quam in suis: *vt ff. solu. matri. l. si constante. § si maritus.*

b ¶*Aestimatæ.* hic de æstimatis accipe secundum quod est supra *cod. l. si inter virum.* aliàs non vindicatio, sed hypothecaria competeret, cum quasi emisse videatur vir: *vt supra cod. l. quotiens.* secūdùm M. 2 Alij dicunt quòd hic seruata fuit electio mulieri rei vel æstimationis: *vt & ff. eo. l. plerumque. §. fin.* vnde si rem eligat, habet directam vindicationem: si æstimationem, tunc hypothecariam. 3 Vel dic tertio & verius quòd pro non æstimatis habet directam: pro his quæ sunt æstimatæ, habet vtilem, scilicet tunc quando vir alias non est soluendo: *vt ff. de don. inter virum & vxo. l. vxor marito. in fine.*

c ¶*Prærogatiuam.* scilicet volumus. quod est j.

d ¶*Anteriores.* tempore, non priuilegio. nam ex hoc solo quòd alius sit anterior tempore, non præfertur mulieri. Nec distinguo vtrum alij creditores habeant expressam vel tacitam hypothecam, non obstante l. superiori proxi. quia ibi loquitur de hypothecaria quam habet in aliis rebus viri: hic de illa quam habet in rebus datis in dotem. *argu. infr. qui po. in pign. hab. authen. si quid.* Item non videtur quòd alius creditor in re data in dotem, posset esse prior tempore, nisi ponas quòd maritus hanc rem cum sua esset, obligauit creditori, & postea vendidit vel donauit alicui mulieri, quam postea duxit in vxorem, a qua eandem rem accepit in dotem, sed tunc ille præfertur. Dicas ergo quòd mulier promisit viro dari in dotem fundum Cornelianum, non tamen dedit adhuc: vir obligauit illud prædium, quod facere potuit: *vt ff. de pigno. l. j. circa princip.* postea mulier tradidit. præfertur mulier creditori priori tempore.

e ¶*Rei veritas.* quæ est vt in eius dominio remāsisse videaē de iure gentiū secūdū M. 2 Vel quę est vt videaē esse domina quantum ad sustentationē. & sic iure primæuo similis est veritas, quæ aliorum respectu est falsitas: *vt ff. ad Velle. l. aliquando. in princ.*

f ¶*In rem actionem.* scilicet contra alios creditores, sed contra maritum non habet nisi ex stipulatu, secundū quosdam. 2 Vel rei vindicationem habet inspecto iure naturali, quo videtur domina. hypothecariam inspecto iure ciuili in eisdem rebus. *sic j ad Trebel. authent. contra rogatus.* 3 Vel tertio rei vindicationem in non æstimatis, hypothecariam in æstimatis: & dic veram æstimationem factam secundùm H.

g ¶*Possidere.* id est habere: & sic impropriè ponitur: *ff. de acquir. re. do. l. seruus. §. incorporales. & de acquir. pos. l. ij. in princ.*

h ¶*Naturali iure.* scilicet iure primæuo, quo nō distinguebantur dominia nisi quantum ad vsum. vnde quia promiscuè cum viro vtitur, cum eo domina eo iure videtur: *vt ff. rer. amo. l. j. & j. de fur. l. quamuis. & j. de crī. expil. hered. l. aduersus.* sic eadem ratione filij dicuntur domini rerum paternarum: *vt in Instit. de hered. qua. & dif. §. sui. & ff. de lib. & postu. l. in suis.* Item & quia sua fuit res, & ad eam est reuersura, dicitur eius eodem iure: nō autem iure gentium vel ciuili. Imò sunt viri, scilicet per traditionem: *vt in Instit. de rerum diui. §. per traditionem.* Item habes expressum: *vt Instit. quibus alie. licet in prin.* Item quomodo obligatur ei vt hic dicit, si sua fuit. & semper duraret? Item inuenirentur esse duo domini in solidum si ipsa esset domina, cū de viro constet, scilicet quòd sit dominus: quod esse non potest: *vt ff. commo. l. si vt certo loco. § si duobus.* nec prodest si dicas vnam vno iure, scilicet naturali, alium ciuili. quia pone vxorem dominium quęsiuisse prius per vsucapionem, & sic de iure ciuili. Itē pro hoc quia vir vindicat: *vt s. de rei vind. l. doce ancillam.* quod non faceret nisi dominus esset: *vt ff. de au. & argen. leg. l. Quintus. §. ij.* Item manumittit seruum dotalem: *vt j. de ser. pig. da. ma. l. j.* quod si non esset dominus, non faceret: *vt j. de his qui à non do. ma. l. si non proprietatem.* Item ipse iubet seruo dotali hereditatem adire: *vt ff. sol. matrimo. l. seruus dotalis.* Item pro hoc *ff. de acquir. pos. l. Pomponius. §. in dotem. & ff. de fund. do. l. si maritus. & de iure dot. l. dotis fructus. §. si rei. & s. cod. l. si prædium.* & hoc secundùm Bul. & Ioan. At M. dixit mulierem[g] dominā de iure naturali. id est gentium, scilicet de re inæstimata, *arg. huius l. & ff. de collat. bo. l. filium. & ff. qui satisda. cog. l. sciendum. § si fundus.* sed hoc primæuo iure, non naturali, id est gentium (vt dixi) intelligitur. Item pro eo *j. qui pot. in pign. habe. l. ad idem.* Sed responde vt ibi. Item pro eo quia vir restituit[h] thesaurum quasi in alieno inuentum: *vt ff. solu. matrim. l. diuortio. § si fundum. in fine.* Item de partu ancillæ dotalis: *vt j. eod. tit. §. itaque.* sed hoc facit emptor cum redhibitoria agit, tamen interim dominus est: *vt ff. de ædil. edict. l. cum autem. §. fin.* Item pro eo *ff. de minor. l. denique. § sed vtrum. in fin.* §. Sed ibi est vel subauditur quasi. Item pro eo sunt arg. illa quæ inducimus, vt non possit pater in dotem eam instituere: *vt dicto §.* sed verum notauimus. De æstimatis[i] autem constat secundum omnes. quòd viri sunt de iure gentium & ciuili: *vt ff. eo. l. cum post. § in dotem & s. eo. l. quotiens.* licet etiam in his habeat vxor actionem in rem in subsidium: vt dixi. Accurs.

i ¶*Vtranque viam* scilicet vt siue dicas vxorem dominam, præferatur in rei vindicatione: siue virum dicas dominum, dic eam præferri in hypothecaria in eisdem rebus: vt dixi.

k ¶*Omnis.* dixi habere eam in rem & hypothecariam. hoc verū, nisi exceptione repellatur: quod fieri potest ex tempore quo potuit dos repeti. & hoc dicit. Accur.

l ¶*Exceptio.* impropriè[k] ponitur quo ad vsucapionem de qua sequitur cum per eam dominium quæratur directum: *vt ff. de vsucapionib. l. vsucapio est.*

m ¶*Vsucapione.* scilicet triennij in reb[us] mobilibus datis in dotem. Sed videtur etiam soluto matrimonio quòd remaneant dotales: *vt ff. de*

vt ff. de fundo dot. l. etiam. & sic non vsucapiuntur: vt in eodem titulo. l. si fundum. Sed dic illam legem etiam loqui tantùm in eo casu, qui est in eodem titul. si maritus fuerit, vbi vir factus est seruus, & sic solutum matrimonium: non tamen dominus alienat: secus est si alio modo soluatur: quia desinunt esse dotales, & possunt vsucapi: vt hic. 2 Vel hic vnú est speciale[a] pro muliere, vt etiá constáte matrimonio agat propter inopiam viri. sic & aliud est contra eam, vt vsucapiatur res dotalis soluto matrimonio. argu. ff. de iureiurand. l. enim qui. in princip. 3 Vel tertio hic habet locum in re æstimata data, quæ non est dotalis propriè, & tamen vindicat eam vxor in subsidium: vt in principio huius l. diximus: quæ vindicatio vsucapione tollitur. 4 Vel quarto loquitur hic eo casu quando sc. alienatio permittitur: quod fit quandoque: vt ff. de fund. dot. l. j. & vt eodem casu vsucapio permittatur. 5 Vel quinto, q hic est disiunctiua, cuius altera pars est vera: vt ff. de verborum significa. l. hæc verba, ille aut &c. quia sequens, non prima de vsucapione. 6 Vel sexto loquitur de mobilibus estimatis: quę etiá constante matrimonio possunt alienari, & sic vsucapi: vt ff. soluto matrimonio. Lres. De rebus autem viri vsucapiendis hic non dicit, cum in eis non habeat vxor nisi hypothecam, quæ vsucapione triénij non tollitur: vt j. de pignor. l. vsucapio.

a Actio de dote nō nascitur constante matrimonio, nisi in casu inopię. vt hic. v. plura apud Ioan. Ca peg. tract. de dote parte 3 q. 17.

* Inclusa desunt in quibusdam.

§ Concor. Glos. super verbo, a-bonas. in § in: ex parte vestra. [illegible]

* Se primitio, lege dum, vt admonui in præfatione.

cem siue per viginti[a] annorum curricula, [siue* per triginta vel quadraginta annorum metas,] siue ex alio quocunq; tempore maiore[b] vel minore[c] sit introducta: ea mulieribus ex eo tépore opponatur, ex quo possint actiones mouere[d], id est, opulentis quidem maritis constitutis, post dissolutum matrimonium: minus auté idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum esse claruerit[e]: cùm constáte etiam matrimonio† posse mulieres contra maritorú parú idoneorum bona hypothecas suas exercere, iam nostra lege humanitatis intuitu definitum sit: ficti diuortij[f] falsa dissimulatione in huiusmodi causa, quá nostra lex amplexa est, stirpitus euéda. Recitata septies* in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. III. kal. Nouemb. Decio V. C. Coss.

Extraneo dotante, licèt quo ad mulierem dos sit titulus lucratiuus, & quo ad virum sit titulus onerosus: tamen sicut quo ad virum insinuatione nō eget, ita nec quo ad mulierem: licèt excedat legitimam summam. hoc primo vsque ad vers. simili quoque modo. hoc intellige nisi sit pactum de lucranda dote. nam hoc tali pacto vir non gaudet, nisi insinuetur: vt in authentica eo decursum. supra de donationibus ante nuptias. In donatione verò propter nuptias, licèt quo ad mulierem sit titulus onerosus, quia reciprocus respectu dotis: tamen quo ad virum vel quo ad extraneum quando extraneus donat, est titulus lucratiuus. sufficit tamen insinuatio vnius vtriusque. hoc secundo

a ¶Siue per viginti. da exemplú de rei vindicatione inter præsentes & absentes: & hypothecaria contra extraneú habentem titulú, vel non habentem titulum: vt j. de præscript. long. tempor. l. fin. & supra si aduer. cre. l. j. & ij.

b ¶Maiore. vt hypotheca contra ipsum maritum, quæ xl. an. durat, & infra de præscript. xxx. annor. l. cum notissimi. circa prin.

c ¶Vel minore. xx. annis. quod dic vt j. de præscript. long. temp. authen. quod si quis quibusdam.

d ¶Minore. vt & arg. j. de annu. excep. l. j. § si. & d. l. cum notissimi. § illud. & de bo. quæ lib. l. quęcunq. & de bo. ma. authen. nisi.

e ¶Claruerit. cum extunc agere possit: vt s. l. prox.

f ¶Ficti diuortij. nam olim eo casu quádo vergebat ad inopiá, fingebatur diuortium, vt sic ageretur ad dotem. quod hodie non est opus: vt hic nunc dicitur.

Cum quidam.] CASVS. Si quis extraneus olim dabat dotem magnam, id est, vltra quingentos aureos pro aliqua, & non fuit stipulatus dotem sibi reddi, sed adhibuit quandam mulierem vt stipularetur donare ei volens, maritus poterat eam accipere sine omni insinuatione. sed si illa mulier stipularetur dotem sibi reddi soluto matrimonio non poterat agere, quia non erat insinuatio: & sine insinuatione donatio non valet, cum excederet summam quingentorum solidorum secundùm quosdam: licèt litera dicat contra. sed oportebat vt ederet mulieri actio. ille qui pro eá dotem dederat, & ita remanebat aliquando mulier indotata. Dicit ergo imperator quòd hodie si mulier dedit, habet actionem. si non dedit ipsa: sed alius, habet actionem, nisi ille qui dedit dotem pro eá stipulatus est eam sibi reddi: nec necesse est quod interueniat insinuatio. Idem est in donatione propter nuptias. & si quis dedit sponsæ meæ donationem, sol. matri. repetet donat. vel mulier si fecit pactum de lucranda donat. neque dedit, pro me poterit repetere, nisi in initio donationis stipulatus est eá sibi reddi. Itē si mulier promisit doté in rebus immobilibus: si nō tradat intra bienniú: postea tenebitur ad fructus, pensiones, & aliás obuētiones. Si verò in pecunia, tenebitur ad vsuras ex tertia centesimę. Si verò aliç res mobiles sint & æstimatæ, idem erit, & debetur æstimatio cuiuslibet rei dotalis, nec omnes adunari & æstimari debent. Si verò res mobiles non fuerint æstimatæ, non debentur vsuræ, nisi lite contestata. & potest agere maritus pro dote etiam ante biennium. Viuia.

vsque ad §. præterea. Baldus. Vel sic: Quando extraneus, id est, non habens in potestate, dat dotem pro muliere: talis datio respectu viri dicitur donatio ob causam: respectu mulieris, donatio simplex: nec indiget insinuatione: licèt olim secus. Salyc.

XXXI. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

Cum quidá dotes[g] pro mulieribus dabant, siue matres, siue alij cognati, siue extranei[h]: rectè quidem eas[i] mariti sine monumétorum obseruatione[k] suscipiebát. Cùm auté mulier redhibitioné[l] casus stipulabatur, & huiusmodi fortuitus casus[m] euenisset: ipsa mulier, vtpote à se non facta[n] donatione, propter hoc q monuméta[o] deerant, necessitatem habebat actiones† in huiusmodi casu ad eum qui dotem dedit, per cessionem[p] transferre, vel ipsas res[q] reddere: & ita inueniebatur forsitan post prolixa matrimonij[r] annorum curricula, & liberos fortè editos, infelix mulier indotata.

Sancimus itaque in omnibus huiusmodi casib⁹ nullis monumentis[s] rem indigere[t], sed in omni persona[u]* ratas esse huiusmodi donationes: & mulierem ipsam dotem suam habere (cú fortuitus casus hoc lucrú ei addiderit) & firmiter hoc apud† eam permanere: nisi ipse qui ab initio dotem dedit, sibi dari in huiusmodi casum stipulat⁹ sit[x]. túc etenim cum neque ab initio suspicio aliqua liberorú cócurrit[y], sed sibi omnem rem ille qui doté dedit pepigerit: huius

e ¶Cum quidá dotes. dotis donatio fit & in virum qui accepit, & in vxoré pro qua datur. ¶Sic ergo no. cú extraneus dat doté alicui marito pro vxore eius, quantum ad mulierem dicitur donatio[a] simplex: & ideo exigit insinuationem si fiat vltra quingétos solidos. quo ad virum est donatio ob causam, scilicet ob dotem. & ideo non exigitur insinuatio quo ad eum.

h ¶Extranei. scilicet alij. nam etiam prædicti extranei sunt: vt j. ea. l. §. j. Accur.

i ¶Eas. scilicet dotes. quæ factę sine vllis monumentis valent.

k ¶Obseruatione. i. sine insinuatione.

l ¶Casus. scilicet dotis reddendæ in casu si decedat vir.

m ¶Fortuitus casus. veluti post mortem mariti.

n ¶Non facta. id est, nō perfecta. nam quo ad eam non valebat, cùm non erat insinuata.

† al. actionem huiusmodi casus.

a Dos quæ ab extraneo datur, mulieris ratione donatio est simplex, ideóque insinuatione indiget si 500. solidos excedit: sed marini respectu, donatio est ob causam, ideóque illius respectu non indiget insinuatione. adde Campegium tract. de dote parte 1. quæst. 80. ubi quarto decimo.

† aliàs, sed in omni persona.

† al. ad eam pertinere. al. permanere.

o ¶Monumenta. à se facta.

p ¶Per cessionem. i. ipsa cogebatur cedere actionem donati aduersus maritum, cùm ipsa agere non posset, vt nō perdatur: quod est mirum. sic & aliás alius vtitur ex persona mea eo iure quo ego vti non possum: vt ff. rem rat. haberi. l. procurator. § si procurator. sic & fideiussor agit iure cesso quo cedens agere non posset, cum sit ei solutum vt ff. de fideius. l. cum is qui. sic ff. ad Vellei. l. quamuis. § planè si mihi. & ff. de pecul. l. quod debetur. & ff. de vsufr. l. quod meum. Sed arg. contra ff. de pact. l. & heredi. § nos autem.

q ¶Res. s. exactas.

r ¶Matrimonij. s. finiti.

s ¶Monumentis. i. insinuationibus.

t ¶Indigere cum nō excedit legitimá summá. aliàs secus: vt j. e. §. fin. autem minor. secundú Azo. 2 Vel dic secundú H. hoc in dote etiam si excedit. sed in donatione propter nuptias est quod dicitur ibi.

u ¶In omni persona. s. vxoris & mariti.

x ¶Stipulatus sit. dotem sibi reddi: vt & j. titu. j. §. accedit. & facit s. de donat. ante nupt. auth. eo decursum est.

y ¶Concurrit. nil enim de liberis, qui dedit dotem, cogitauit.

b Cessionarij plerunq. vtuntur eo iure quo cedens vti non potuit.

c Donatio pro dote mulieris etiam si excedat legitimam, nō eget insinuatione. vt tamen Bald. Nouell. de dote parte 6. priuileg. 47. & 48. num. 3.

a Vxores mul. et gaudent de morte mariti.

a ¶Tristitiæ suæ.id est, minoris mariti. quibusdã[a] enim lætitia est.
b ¶In potestate.sic dicitur extraneus j. tit.j.§.extraneum.aliàs aliter: vt infra de impo lu.descript.l.j.lib x.Accurs.
c ¶Vel non minor.vel pro &,id est,non minor: vt s̃.de don.ante nup. l.ex minoribus.
d ¶Ad eã.vt ipsa ex pacto lucretur si vir prædecesserit sed hodie nõ est necessaria quantum ad mulierẽ: vt s̃.de don. ante nupt.auth.eo decursum est.
e ¶Accesserit. vt quia mulier prædecessit.
f ¶Simile.scilicet quòd post multa tempora inueniatur maritus sine donatione.
g ¶Vtilitas.quia est fœmina minor: vt modò dixi.
h ¶Valeat.quod hodie etiam in maiore seruatur per authe.illam, eo decursum est, vt modo diximus.& contor.infra de don. l.sancimus.§.alias.& ff.de donat.l.v.§.j.
i ¶Si quis. s.extraneus.
k ¶Spopõderit.pollicendo.
l ¶Vel promiserit.scil.per stipulationem.
m ¶Ex tempore matrimonij.s.contracti.
n ¶Biennium.elapsum post contractum matrimoniũ.ideo autem de biennio dicit, vt extunc in mora videatur.
o ¶Quæstum.i.quod lucrari posset is cui debebatur: vt ff.pro soc.l.quæstus. aliàs contrà: vt ff.de act.empt. l.si sterilis.§.cum per venditorem.
p ¶Principales. scilicet prædia. vel alia immobilia.
q ¶Biennium.& promissionem factam. sed alterum non sufficit: vt argu.ff. soluto matrim. l.de diuisione.
r ¶In argento.si sint aliæ res.
s ¶Quibuscunque.repete præter aurum.

† al.nisi & hic donator eum stipulatus sit.

t ¶Æstimatæ. speciale est ergo in auro vt eius præstetur vsura,sit æstimatum vel non.

b Hinc colligũt actionem dotis promissę ex parte viri agentis esse stricti iuris, quod tamen multi nõ admittũt.quia de re videtur eo Bal.Nouell.in tract.de dote 4.parte princip.

u ¶Biennium[b]. mirabili modo inducit hic moram ex tẽpore, cùm aliàs interpellatio sit necessaria. sic quandoq; purgatur tẽpore:vt ff.de leg. 3.l.Titia §.vsuras.Et nota bienniũ seruari,in viro annus: vt infra titu j.§.exactio.
x ¶Earũ vsuras.licèt vsura ęstimationis rerũ petatur,non tamẽ petit æstimatio,imò res ęstimatę.

*Salyc.hic dicit legalẽ moram ex lapsu biẽnij inductã in extraneo, nõ habere locum in vxore cohabitante viro suo.quod fuit de mente Glo.ff. hic in ver.biennii dum allegat l. de diuisione.

modi tractatus habere locũ nõ potest, atqui in aliis omnibus casibus, in quibus ipse non est stipulatus, tristitiæ tuæ[a] mulier hoc proprium habeat solatium per actionem dotis.

Donatio propter nuptias excedẽs legitimam summam debet insinuari: & insinuatio facta cum principali prodest ei cui in conficiendo esset donatum. Salyc.

Simili quoque modo si quis extraneorum, (id est, qui eum pro quo dat, non in potestate[b] habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturæ mulieri dederit; & necessaria monumenta adhibuerit: cum excedat summam legitimam donatio,vel non minor[c] materfamilias nuptura sit: non solum ad eam[d] cui ante nuptias donatio datur, monumenta suam adhibeant firmitatem. sed etiam ad illum pro quo dedit: vt si lucrũ ei ex dotalibus pactis accesserit[e], hoc nõ cedat donatori,sed in suum lucrum hoc maritus conuertat, firmúmque & irreuocabile habeat: nisi donator & hoc sibi reddi huiusmodi casu fuerit stipulatus,ne & in pręfato casu simile[f] anteriori vitium oriatur. Sin autem minor quantitas sit,vel ita res gesta sit, vt monumentorum ex omni parte nulla sit vtilitas[g]: tunc & donatio ad vtramque personã valeat[h], & maritus casum lucretur:nisi & hic donator eam sibi stipulatus sit†.

Singularis §. est & quotidianus. Cursus biennij in præstatione dotis neglecta moram inducit, & decursum vsurarum vsque ad tertiam partem centesimæ. hoc dicit principaliter. Baldus. Vel sic: Extraneus qui dotem promisit,per lapsum bienniũ à tempore contracti matrimonij, sine alia interpellatione constituitur in mora, vt teneatur ad fructus & vsuras hac lege expressas: nec propterea prohibetur maritus dotẽ ante biennium petere, etiam si promissor sit paratus vsuras & accessiones soluere. Salyc.

Pręterea sancimus, si* quis[i] in dotem vel prædia, vel certum reditum,vel ædes,vel panes ciuiles spoponderit[k], vel promiserit[l]: si ex tempore matrimonij[m] biennium[n] transactum sit: illico redituum vel pensionum,necnon panis ciuilis quæstum[o] eum præstare,etiam si nõ fuerint adhuc res principales[p] traditę. & si tota dos in auro sit, itidem post bienniũ[q] vsuras vsque ad tertiam partem centesimæ præstari. Sin autem aliæ res præter immobiles vel aurũ fuerint in dotem datæ, siue in argento[r], siue in muliebribus ornamentis,siue in veste,siue in aliis quibuscunque[s]: si quidem æstimatæ[t] fuerint, simili modo post biennium[u] & earum vsuras[x] ex tertia parte centesimæ currere: æstimatione † earum (quia & hoc apertius declarari oportet)ea intelligẽda,quæ pro singulis speciebus facta est, vel pro vnoquoque genere dotaliũ specierum, id est, pro argento, vel ornamentis, vel veste,vel aliis speciebus: & non esse expectandam post singulas æstimationes vnam coadunationem[z] totius calculi: quod satis scrupulosum & per nimiam subtilitatem perniciosum est.

Sin autem minimè res mobiles fuerint ęstimatę: ea post biẽnium obseruari, quæ leges post litem contestatam[a] pro omnib. huiusmodi rebus definiunt.

Sin verò res permixtæ fuerint: & partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus & immobilibus: pro iam facta diuisione omnia procedere: licentia minimè deneganda marito,quando voluerit,dotem petere. Nec is qui debet, putet sibi licẽtiam esse, reditus, vel pensiones, vel vsuras, vel alias accessiones soluenti* dotis solutionem protelare: sed siue ante biennium,siue postea voluerit dotem pars mariti petere, queat & secundùm leges eam exigere. Dat. XII. kalen April. Lampadio & Oreste. VV.CC.Coss.

y ¶Parte centesima.vt supra.
z ¶Coadunationem. vt vniuersa quæ æstimantur, sint tanti quanti æstimata sunt an non. nam & potest esse quòd vna res iustè, alia iniustè æstimata est: & sic non sit æstimatio omnium: vt ff. de ædil. edict.l.si plura.& l.penult. & ff.de euict.l.j. sed tunc demum,vt dicit dict. l. si plura. quando singulorũ non erat precium designatum.sed hic erat: & ideo nõ fit idem ratione prædicta. Item & quia potest esse quod vna res alio tempore fuit promissa, quam alia. Accur.
a ¶Contestatam. scilicet vt veniant fructus: vt ff. de vsuris l.videamus. §. si actionem. & est similis præscriptio biennalis: vt s̃.de non nume.pecu. l.in contractibus.

† al.Sed æstimatione† earũ (quia & hoc apertius declarari oportet) eã intelligendam,quæ pro, &c.

DE REI VXORIÆ actione in ex stipulatu actioné transfus., & de natura dotibus præstita.

Sicut in omni alio contractu tria[a] considerantur principaliter, scilicet contractio, obligatio, & actio. sic in dote: ideoque primò constitutionem: vt in titulo de dotis promissione, secundò obligationem: vt supra titulo primo: nunc ponit actionem. Sic enim naturaliter debet disponi. Et nota quòd olim duæ dabantur actiones tam viro pro petenda dote, quàm vxori pro repetenda dote: scilicet ex stipulatu, & rei vxoriæ. sed hanc tollit dando omne quod in ea vtile erat, actioni ex stipulatu, quam reseruat,& tacitè respondet obiectioni in princip. quasi obiiciatur ei, quòd vitia tractet, & arma non intendat, & ipse ad excusationem sui respondet, rem, &c.

a Duo habet tria con sideranda.

REM.] CASVS. Crederet aliquis quod Imperator non tractaret de arduis rebus, sed minimis. sed non est verum quia in præsenti constitutione de arduis tractat: qui intendit ostendere per quam actionem dos soluto matrim. repetatur: & qua act. maritus petat eã sibi reddi, ex quo semel constituta est. Olim duab. actionib. petebatur: vel rei vxoriæ actione, vel ex stipulatu. hodie sublata est rei vxoriæ actio, remanet actio ex stipula. & si q̃d vtilitatis habebat illa, hoc in actionem ex stipulatu trãslatum est: & omnes dotes peruntur

* soluenda.

TITVLVS XIII.

DE REI VXORIÆ actione in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus præstita.

Pro dote competit actio ex stipulatu, etiam si stipulatio non intercesserit, vel intercessit inutiliter. h.d.vsq. ad §.& vt plenius.Bald.

1. IVSTINIANVS A. *ad populum vrbis Constantinopolitanæ, & ad vniuersos prouinciales.*

REM in præsenti non minimá aggredimur, sed in omne

actio

actio ex stipul. siue interceßit stipulatio, siue non: quia & si non interuenit, præsumitur interuenisse: & si interuenit, sed inutilis puta inter absentes, præsumitur vtilis: & ex ea agetur. nec mireris quod dico agi actione ex stipulatu, licet non interuenit stipulatio: quia hoc ideo est scilicet, quòd ex nudo pacto non datur actio: vt quando conueni tecum de permutando codice: si interuenit rei traditio, vel stipulatio, agetur iam ex pacto vestito, vel da exemplum, & melius, vt hic notatur. Item mulier habet omnia bona mariti tacite obligata pro dote: licet de hoc nihil dictū fuerit: sicut pupill[a] habet omnia bona tutoris tacite obligata, & tacite hypothecata. Item non solum mulieri datur pro dote, sed viro in bonis mulieris: & hoc siue dos fuerit profectitia, seu aduentitia, siue data à muliere, siue data ex alio. Nec refert vtrum dos sit promissa in scriptis, aut non. & hoc actione ex stipula. transfusa in eam rei vxo. actio. & sicut illa erat bo. fid. ita & ista.

† reseçantes sed in pluribus, resecātes. & sic legunt Græci.

penè corpore [a] iuris effusam, tā super rei vxoriæ actione, quàm ex stipulatu: earum communiones & differentias resecantes †, & in vnum tramitem ex stipulatu actionis totum rei vxoriæ ius, quod dignum esse valere censemus, concludentes. Rei vxoriæ itaque actione sublata, sancimus, omnes dotes [b] per ex stipulatu actionem exigi [c], siue scripta fuerit stipulatio, siue non [d]: vt intelligatur re ipsa [e] stipulatio esse subsecuta [f]. Eodémque modo [g] & si inutiliter [h] facta est stipulatio. adiuuari enim eam [i] magis, quàm euanescere oportet. Si enim cùm vna in instrumento stipulatio valida inueniatur, aliis etiam inutilibus suam noscitur præstare fortitudinem [k]: quare non ex nostra lege huiusmodi stipulationibus robur accedat legitimum? Est enim consentaneum nobis, qui censemus [l] vbi stipulatio supposita non est, intelligi eam fuisse adhibitam: multo magis [m] etiam si inutilis est, validam eam effici [n].

Pro dote bona sunt tacitè † obligata. hoc dicit vsque ad §. sed & si. Bald.

[SCIENDVM.] Olim si maritus in testamento suo reliquerat vxori aliqua legata, mulier non poterat petere, si volebat petere dotem: vel econuerso, hodie vtrunque petere potest: nisi maritus dixit contrarium. Item maritus non potest retinere dotem propter malos mores mulieris: ne propter hoc inter eos fieret diuortium. Item nec vtetur retentione dotis propter res quas amouit mulier: sed conueniet etiam actio. rerum amotarum. Item non vtetur retentione dotis si filios habeat ex vxore, quia pater filios suos alere debet, & filias dotare. Item nec vtetur retentione dotis propter impensas in fundo dotali factas. sed si accepit fundum in dotem & partem dotis in re immobili & quantitate, puta. c. & impendit x. in fundo: deminuetur dos data in x. & hoc quando facit necessarias expensas. si verò vtiles, consequetur eas per actio. mandati: si mulier mandauit, siue nego. gesto. si non mandauit. voluptariæ non repetūtur sed tollitur quod fecit, sine læsione prioris status rei, & si voluntate vxoris fecit eas. Si verò mulier decedat, heredes eius repetent dotem: nisi maritus fecisset pactum de dote lucranda. [CVM AVTEM.] Olim repetebatur dos soluto matrimonio annua bima trima die, si vir conueniebatur rei vxo. act. & condemnatur in quātum facere potuit: per actionem autem ex stipulatu, statim & in solidum. hodie in quantum facere potest, conuenietur deducto ne egeat: & si pauper est, nec dotem reddere potest, promittet de dote tota restituenda, cum ad pinguiorem fortunam peruenerit & si est immobilis, statim restituetur, mobilis elapso anno: & si non restituat, tenebitur ad vsuras vsque ad tertiam centesimæ: & fructus rerum immobilium debē: mulieri restitui. & si mulier fuerit heres instituta: de iure detrahet Falcidiam, & primo deducet dotē suam. [CVM QVE.] Dicta sunt quæ sunt propria tam in rei vxoriæ actione, quàm ex stipulatu. hic intendit dicere, quòd quæ erant communia tunc, nunc sunt accommodanda actioni ex stipulatu tantum. dicit ergo quòd si mulier ancillas dedit in dotem, & pepererint: soluto matrimonio, si inæstimatæ sunt, mulieri debent restitui cum partu per actionem ex stipulatu: item quicquid serui acquisierint: extra res mariti, & operas suas. Fœtus vero animalium, & quicquid fructuum nomine continetur, ad maritum pertinebit pro tempore matrimonij: & fructus vltimi anni in quo matrimonium separatum est, habebit maritus pro ea parte anni pro qua stetit in matrimonio. De fructibus autem rerum æstimatarum nihil mulieri restituetur: cum earum commodum & periculum ad virum spectet. Si verò pater viri dotem à muliere percepit, & virum cum aliis heredem instituit: detrahet vir dotem de hereditate, & cauebit cæteris coheredibus de seruando eos indemnes, scilicet quòd à muliere non conuenientur. Si verò mulier fuerit heres instituta, siue exheredata, siue emancipata à patre, vel auo, habebit dotem præcipuam, & sic excludit querelam inofficiosi: & conferetur si decedat intestatus, vel ex testamento, si pater voluerit. & hæc erunt communia vtriusque actionis. [ACCEDIT.] Olim si extraneus dabat dotem pro muliere, actione rei vxoriæ poterat dotem repetere, scilicet mulier: nisi fuisset stipulatus dotem sibi reddi. non ita erat in actio. ex stipulatu. sed hoc habet hodie rei vxo. actio, scilicet quod mulier habeat semper dotis repetitionem: nisi ille extraneus fuerit stipulatus sibi reddi. Extraneus autem omnis ille est intelligendus, qui non habet personam dotatam in sua potestate, vt est pater. Item pater olim actione rei vxoriæ non poterat solus dotē repetere non cōsentiente filia. & si pater antequam cōcessisset in fata, actionem moueret de dote: vel licet lis fuisset cōtestata, ad heredes eam non transmittebat, sed ad filium, quasi proprium patrimonium. quod non erat in actio. ex stipulatu: quia in ea solus pater agere poterat filiæ consensu non expectato, & transmittebatur actio ad heredē: quod hodie locum non habet: sed naturā rei vxoriæ actionis in hoc casu sibi vindicat actio ex stipulatu. [ET CVM.] In hoc §. lex Iulia prohibet fundum dotalem alienari à viro & hypothecari, etiam consentiente muliere: quod locum habet non solum in Italia, sed in omni terra: nec contradicit huic lex quæ dicit, quòd mulieres possunt renunciare iuri hypothecarum, supra ad Velleia. l. iubemus. quia loquitur ibi quando mulier renunciauerat iuri quod habet in bonis mariti tacite sibi obligatis. Item si aliqua pacta fiant in constitutione dotis, puta de dote lucranda, vel similia: illa debent seruari: dum tamen legibus non sint contraria. Et si bona gratia separetur matrimonium, non admittitur. infra de repudi. l. consensu. & hæc lex locum habet in futuris negotiis, non in præteritis. Viuianus.

† de hac tacita hypotheca v. plenissimè Negusantium tract. de pignoribus. 2. parte 4. membr. nu. 14. & sequen. Bal. Nou. in tract. de dote parte 6. priuileg. 7.

a ¶ *Corpore*. Nota corpus[a] iuris, in quo articuli iuris continentur, sicut corpus humanum vbi membra continentur.

b ¶ *Omnes dotes*. siue à parte viri, siue à parte mulieris: licet de parte viri possit dubitari. Itē siue certa est, siue incerta: quod est notandum, cum ad incerta tantum aliàs detur ex stipulatu actio: vt *insti. de verb. oblig. in princ.* licet & hic quidam dent condictionē certi, si certa est.

c ¶ *Exigi*. id est peti, vel repeti.

d ¶ *Siue non*. quia nec promissa.

e ¶ *Reipsa*. id est eo quòd est dos.

f ¶ *Subsecuta*. scilicet conuentionem. ¶ Sic ergo nota fingi[b] stipulationem vbi non est. *sic & ff. de adopt. l. his verbis. & ff. de damn. infect. l. si finita. § eleganter. & in authentic. vt nulli iudi. §. super hoc autem iubemus. colla. ix. & ff. si cui plus quàm per legem Falcidiam. l. nisi. §. item. & de fideiuss. tut. l. cum ostendimus. §. fin.*

g ¶ *Eodémque modo*. s. dos petatur ex stipulatu.

h ¶ *Inutiliter*.[c] inspecto iure communi: vt quia inter absentes, vel ex interuallo, vel inepta conceptione, non autem ex dissensu: puta dixit vir, promittis equum in dotē? mulier dixit, promitto asinum.

i ¶ *Eam*. scilicet actionem: *& sic ff. de rebus dubiis l. quotiens in actionibus.*

k ¶ *Fortitudinem*. da exemplum: quia stipulor alteri, hoc non valet. adiicio pœnā, hoc valet: & dat robur inutili: non vt ex ea agatur, sed pœnæ metu ei pareatur: vt *ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. § alteri. & supra de pact. l. si pact.* hic tamen datur robur ex hac l. huic, vt etiam ex ea agatur: & sic fit vtilis. & est sic supra *si ser. exte. se emi l. j.* ¶ Sed arg. contra *ff. de his quib. vt indi. l. cū quidam* nā vtilis[d] nō firmat inutilem institutionem: sed inutilis viciat vtilē. ¶ Item est arg. contra. *ff. de adimen. leg. l. j.* nam ibi vtile legatum non dat robur inutili ademptioni. Alij ponunt hic exemplum per. *l. supra de pact. l. in bonæ fidei. & l. petens.* scilicet in pacto incōtinenti apposito, cui datur robur vicinitate contractus. sed illa non stipulatio, sed pactum: vnde primum melius est.

l ¶ *Censemus*. hoc quod sequitur.

m ¶ *Multo magis*. locus à[e] maiori: quia si nullū facimus aliquod[f] magis inutile. sic *& ff. de pact. l. iurisgentium. § adeo. & ī de dona. ante nup. l. fi. §. fi.*

n ¶ *Effici*. per hanc legem.

a Corpus iuris quid sit.

b Dotis stipulationē tacitam marito etiam competere hinc, colligit Campegius de dote parte 1. q. 80.

c Quoties actus potest geri sine interuentu alicuius personæ, si illa interueniat & sit inutilis, non viciat actum v. Mantiem 4. parte [illegible] 270. item quando aliquid nō recte [illegible] non viciat actum [illegible]

d Institutio inutilis non firmatur per vtilem.

e Argumentum à maiori.

f concor. Glo. c. cum pridem. [illegible] post medium, extra de pact.

a Actio hypothecaria etiam realis.

a ¶ *Vtpleniùs* non solum in personali, verum in reali: hoc est in hypothecaria.

b ¶ *Rerum.* vbi tacita contrahitur hypotheca: vt j. *de administr. tuto. l. pro officio.*

c ¶ *Articulis.* vt legatis: j. *communia de leg. l. j.* & in aliis casib. quos habes infra *in quibus causis pign. tac. contra per totum.*

b Actio hypothecaria quæ habet maritus in bonis vxoris, obligata ad præstandã dotem, non est ita privilegiata, vt præferatur cæteris quemadmodũ vxoris in bonis mariti privilegiata est. v. Campegium de dote parte 3. q. 80.

d ¶ *Ex vtroq. latere.* Sed nũquid sic vir vt vxor præfertur cæteris creditoribus? Respon. credo quod non, cum non inueniamus de hypotheca viri.

e ¶ *Hypothecam.* scilicet tacitam.

c Dotali re euicta, an & quibus casibus præstetur euictio.

f ¶ *Euictis.* Indistinctè ergo re dotali euicta agitur de euictione. & sic est contra. s. *titu. l. j.* Solu. hæc illã corrigit. Vel secũdum Ir. & bene etiam hæc secũdum illam, scilicet vbi stipulatio vel pactũ præcedat donationẽ. Tertij dicunt hic dari hypothecariam indistinctè: non autem personalẽ. Medium placet.

d Dos alia profectitia, alia aduentitia.

g ¶ *Nominationem.* remanet enim nomen dotis profectitiæ & aduentitiæ: vt ff. *de iure dotium l. profectitia. in princ.* & §. *si quis certam.*

h ¶ *Prouidentiam.* dando actionẽ ex stipulatu, & tacitam hypothecam. Accur.

e Dos promissa nõ scripto stipulationẽ mariti parit. de quo v. Campegium de dote parte 1. q. 57. ...

i ¶ *Intelliguntur.* ipso iure: vt j. *qui po. in pign. hab. l. fin.* §. *ad hæc.* & *in authen. de æqua do.* §. *quia vero.* & *huiusmodi.* & *ag.* §. *de iur.* & *fac. igno. l. fina.* & *de do. tis promiss. l. ad exactionem.* Accur.

k ¶ *Sine scriptis.* vt & s. *de iure do. l. cum citra.*

l ¶ *Vallatã.* nã numerãtur inter eas quæ bonæ fidei sunt: vt *insti. de actio.* §. *actionum.*

a Stipulatu rei vxoriæ cessante actione.

m ¶ *Et non ex bona fide.* ad differentiam stricti iuris. Accur.

n ¶ *Beneficium.* erit ergo hoc solu bonæ fidei. vt *hic.* & *institut. de act.* §. *fuerat.*

o ¶ *Euentus.* i. effectũ.

p ¶ *Ex stipulatu.* i. ab actione ex stipulatu.

q ¶ *Maneat.* i. retineat.

r ¶ *Actionis.* rei vxoriæ. Ex prædictis ergo colligẽ quinq. specialia. 1 Primum, quòd intelligitur stipulatio vbi non est. 2 Secũdum, vbi est inutilis, fit vtilis. 3 Itẽ quia datur ex stipulatu etiã ad certa. 4 Item quòd est bonæ fidei. 5 Quintum

f Actio ex stipulatu pro dote quinque specialia habet.

g Actio ex stipulatu pro dote datur etiã ad certa. Campegius de dote parte 1. q. 60.

¶ Et vt pleniùs[a] dotibus subueniatur. quẽadmodũ in administratione pupillariũ rerũ[b], & in aliis multis iuris articulis[c] tacitas hypothecas inesse accipim[d]: ita & in huiusmodi actione damus ex vtroq.[d] latere hypothecã[e], siue ex parte mariti pro restitutione dotis, siue ex parte mulieris pro ipsa dote præstãda, vel reb. dotalibus euictis[f]: siue ipsæ principales personæ dotes dederint vel promiserint, vel susceperit, siue aliæ pro his personæ, & dos siue aduentitia siue profectitia sit, secundum veteris iuris nominationẽ[g]. Ita enim & imperitia hominũ & rusticitas nihil eis poterit afferre præiudicij: cũ nos illis ignorãtib. & nesciẽtib. in hoc casu nostrã induxerimus prouidentiã[h]. Sicut enim & stipulationes & hypothecæ inesse dotib. intelligũt[i], & inutiles stipulationes emẽdãtur: sic & in posterũ causa inueniet valida & perfecta, quasi omnibus dotalibus instrumẽtis à prudẽtissimis viris confectis. Et nemo putet nos hoc sancire in his tantũmodo dotibus quæ instrumentis receptæ sunt. Nihil enim prohibet & si sine scriptis[k] dos vel det, vel promittatur, vel suscipiat: simili modo intelligi factã stipulationẽ & hypothecã ex vtraq. parte, quasi fuerit scripta. Et natura quidẽ ex stipulatu actionis hæc intelligatur, re vxoria in posterum cessante.†

Actio ex stipulatu pro dote, est bonæ fidei: item actio rei vxoriæ est sublata: tamen quod erat vtile in ea, transfusum est in actionem ex stipulatu. h. d. vsque ad §. primum itaque. Bald.

¶ Sed etsi non ignoramus, ex stipulatu actionẽ stricto iure esse vallatã[l]. & non ex bona fide[m] descẽdere: tamẽ quia nouã naturã de dote stipulatio sibi inuenit: accõmodetur ei natura rei vxoriæ, & [n] bonæ fidei beneficiũ[n]: & omnes quidẽ euentus[o], quos dos ex stipulatu[p] habet, maneat[q] pro sua natura exercẽs. Si quid autẽ optimũ ex rei vxoriæ actione inuenimus, hoc in præsenti specialiter ei addimus: vt sit & noua ista ex stipulatu, quã cõposuimus, & non propria tantum, sed etiam veteris actionis[r] pulchritudine decorata.

Vir legans vxori, in dubio non intelligitur le-

etiam de hypotheca tacita.

s ¶ *Primum.* quia sua naturalia retinet, & alia nãciscitur: itaq. sua naturalia exponamus.

t ¶ *Edictum.* quod nõ habemus: sed cauebatur in eo, vt si maritus vxori aliquid in vltima reliquerit volũtate, esset contenta alterutro, scilicet vel dote, vel legato: quod in actione ex stipulatu non erat. Accur.

u ¶ *De alterutro.* adsequendo tantum.

x ¶ *Addiderit.* scilicet mulierem esse alterutro cõtẽtã. & *fac. ff. fam. ercis. l. si filia.* §. *pen.* & *de dote præleg. l. cum quis.* §. *j.* & j. *de repub. l. iubemus.*

¶ Sed arg. contra. ff. *de alimen. leg. l. alumnæ. alias. l. Titia.* §. *qui filias.* & ff. *solu. ma. l. si cum dotem.* §. *si pater.* Sed ibi redditur ratio.

y ¶ *Maneat.* i. transeat. Accur.

z ¶ *Ius.* iam competẽs mulieri.

a ¶ *Ad successores.* vtriusque partis mulieris scilicet, vt repetere possint, & mariti vt restituere debeant. sed primum fallit in casu quẽ habes j. *eod.* §. *hoc ex rei vxoriæ.* vbi non repetit heres patris mulieris.

b ¶ *Mora.* in antiquis legibus insertã: vt j. *eo.* §. *exactio.*

c ¶ *Taceat.* Et nota hoc quinq.[a] casus in quib. cõpetebat retentio in actione rei vxoriæ, sed hodie nõ competit: ob mores, ob res donatas, ob res amotas, ob liberos, ob impensas. Acc.

d ¶ *Mores.* & malos multos, quorum vnus non sufficeret: vt in venialibus, non criminalibus: vt si cõdie se inebriet, non tamẽ frãgit matrimonialẽ pudorem. & *facit* j. *de repud. l. fin. in fin.*

e ¶ *Introducto.* scilicet diuortio: vt j. *de repud. l. consensu.*

f ¶ *Causa.* s. rationabili.

g ¶ *Donatas.* scilicet vxori à viro.

h ¶ *Directam.* cum res donata extat, sed vtilẽ cũ est mutata cõditio, siue cũ est extincta: vt & ff. *de dona. inter virum & vxo. l. si sponsus.* §. *si.* & *l. seq.* & *l. vxor marito. in fi. vtilem.* & *l. mulier.* & *facit* j. *de cõdi. ex lege. l. vj.* & ff *de dote.*

i ¶ *Nec retentio.* ex speciebus, si species extent: si quãtitas sit, compensatur: & sic non est cõ-

gare pro dote: & ideo vtrunque consequitur. h. d. ad §. maneat. Bald. Vel sic: Relictum à viro vxori, non intelligitur in dubium relictum animo compensandi cum dote: ideo vtrumque potest peti. h. d. Vel sic: Actio ex stipulatu pro dote, non minuitur propter legatum factum vxori: nisi exprimatur. Salyc.

¶ Primũ[s] itaq. quid naturale sit ex stipulatu † actionis, exponatur: & ita si quid ex actione rei vxoriæ superuenerit, addat. Sciendum itaq. edictum[t] prætoris quod de alterutro[u] introductum est, in ex stipulatu actione cessare: ita vt vxor & à marito relicta recipiat, & dotem cõsequatur: nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cùm manifestissimũ sit, testatorem qui nõ hoc addiderit[x], voluisse eam vtrumque consequi.

† quid ab initio habetur.

Actio ex stipulatu actiuè & passiuè trasmittitur in heredem. hoc dicit. Vel sic: Contractus fictus transit in heredem, sicut contractus verus. hoc dicit vsque ad §. sed nec retentio. Bald. Vel sic: Actio ex stipulatu pro dote transit ad successores. Salyc.

† cuius meminit. l. vlt. C. T. de testamentis.

¶ Maneat[y] † ex stipulatu actionis i[z] ad successores: & sine mora[b] transmissionis incorruptũ.

Propter malos mores vxoris pudorem matrimonij non lædentes, propter res donatas, vel amotas, seu propter communes liberos alendos, nec propter impensas in rebus dotalibus factas fit dotis retentio: sed prædicta actionibus competentibus repetuntur. h. d. vsque ad §. illo. Salyc. Vel sic: Dos non potest retineri ob malos mores mulieris, nec ob res donatas, nec res amotas, nec propter liberos, nec propter impensas vtiles, vel voluptarias sed propter necessarias sic: quia dotem minuunt ipso iure. Item potest retineri per pactum de lucrando si mulier post decedit. h. d. vsque ad §. cum autem. Bald.

a Dotis retentio olim propter quinq. ob ... hodie ...

¶ Taceat[c] in ea retẽtionũ † verbositas. Quid enim opus est inducere ob mores[d] retẽtionem, alio auxilio ex cõstitutionib. introducto[e]? vel ex qua causa[f] ob res donatas[g] retẽtio introducatur, cũ sit donatori facultas per actionẽ in rem directam[h], vel per vtilem † vel per condictionẽ suo iuri mederi? Sed nec retentio[i] ob res amotas necessaria est, cum

† Retentio ob liberos ... Bald. ...

† ...

ita

tra. j. re. amo. l. j. & ff. solu. ma. l. diuortio. §. ob donationes. & eodem modo soluitur aliud contra. s. de compen. l. neque. Vel solue vt ibi.

a ¶*Amotarum.* vt j. de bon. quæ libe. l. fina. §. ipsum autem filium. Accursius.

b ¶*Sileat.* quidam, scilicet Gossianum*, si diuortio soluatur matrimonium. aliàs si morte mulieris, dicunt retineri dotem. Sed B. Ioan. contra, cum hæc lex dicat Indeterminatè. vt ff. de iur. dot. l. iure succursum est. & j. de bo. quæ libe. l. ij. & j solu. matr. l. dos. vbi de hoc etiam dices. Sed prima opinio seruatur.

patеat omnibus maritis rerum amotarum[a] iudicium. Sileat[b] ob liberos retentio, cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationẽ hortetur[c]: ne† varium[d] genus culpæ mariti contra vxores excogitẽt, vt possint eadẽ retentione contra eas vti, cum & iam imperialibus cõstitutionibus[e] statutum sit, si culpa mulieris dissolutum matrimonium fuerit, quid fieri oporteat. Sed nec ob impensas in res dotis factas retentio nobis satis videtur esse idonea[f]. Cum enim necessariæ quidem expensæ dotis minuant quantitatem[g], vtiles autem non aliter in rei vxoriæ actione detinebãtur, nisi ex voluntate[h] mulieris: non abs re est, si quidem mulieris voluntas intercedat, mandati actionem à nostra auctoritate* marito contra vxorem indulgeri: quatenus possit per hãc, quod vtiliter impensum est, adseruari. vel si non intercedat mulieris voluntas, vtiliter tamen res gesta est: negociorum gestorũ aduersus eam sufficere actionem. Quòd si voluptariæ † sint, licet[i] ex voluntate eius expensæ: deductio operis quod fecit, sine læsione tamen prioris speciei, marito relinquatur: vt sit[k] omnium retentionum expeditus tractatus, & ex stipulatu actio merito secundum sui naturam nullam accipiat retentionem.*

Muliere mortua in matrimonio actio ex stipulatu secundum suam naturam transit ad heredes. Salyc.

¶Illo procul dubio in ex stipulatu actione seruãdo, vt si decesserit mulier cõstãte matrimonio, dos nõ in lucrũ mariti cedat, nisi ex quibusdã pactionib[l], sed ad mulieris heredes ex stipulatu actio secundum sui naturam trãsmittatur, siue expressa fuerit, siue ex hac lege inesse intelligatur.

In actione de dote maritus condemnatur in quantum facere potest. hoc primo. Mobilia, vel iuris quantitates, & genera in dotem data, restituuntur post annum, soluto matrimonio. immobilia statim. fructus dotis ex tempore matrimonij dissoluti veniunt in restitutione. h. d. vsque ad §. igitur. Bald. Vel sic: Hæc actio contra virum datur in quantum facere

c ¶*Hortetur.* vt j de bon. quæ libe. l. fina. §. ipsum autem filium.

d ¶*Ne varium.* hoc refert ad hoc quod dixit s. de moribus.

e ¶*Constitutionibus.* quas habes. j. de repu. per totum.

f ¶*Idonea.* vt & ff. de do. præleg. l. dote.

g ¶*Minuant quantitatem.* vt ff. de ritu nupt. l. dote. & ff. de impen. in re. do. fa. l. j. §. j. & l. penulti. & instit. de act. §. item si de dote. quòd intellige cum in quantitate consistit quod deminuitur: vt quia fundus & pecunia sit in dotem, expensa quidem in fundo facta minuit pecuniam. si autem fundus tantum, nec in parte desinit esse dotalis, nisi tanta sit expensa quãti est fundus, tunc desinit esse dotalis. nisi intra annum impensas marito obtulerit: interim autem an sit dotalis, & sic quasi pignus: an desiit esse dotalis, & redincipiat esse dos si mulier luat: quidam tenuerunt primã, pro quibus est hoc exemplum, si habeo domum quæ valet centũ, & debeo centum, verũ est me habere domum valentem centum, non tamen habeo in bonis centum. Scæuola tenuit secundam opinionem, vt habes hoc. ff. de in. do. l. si is qui. §. quod dicitur. & ff. de impen. in re. do. fa. l. quod dicitur. Accur.

h ¶*Voluntate.* vt & ff. de impẽ. in re. do. fa. l. vtilium. Accur.

i ¶*Licet.* hoc speciale in dote. vt ff. de impen. in re. do. fa. l. pro voluptariis. aliàs etiam talia repetuntur ex voluntate domini facta: vt ff. de in rem uers. l. quod seruus. §. sed si mutua. & §. necnon. & sius. s. de rei vind. l. domum.

k ¶*Vt sit.* refert se ad omnia prædicta.

l ¶*Pactionibus.* id est pacto facto de dote lucranda si præcedebat vxor. sic plurale pro* singulari ponitur: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. ex actis. Item[b] est alius casus quo remanet apud virum propter adulterium: vt j. ad l. Iul. de adul. l. fin.

* Gossiani sententiæ ac discipuli Ioannis de Gossio veteris Glossatoris.
† aliàs, nec.

* rectè ait à nostra auctoritate, quia cũ dominus sit rerum dotaliũ ipse maritus, & ita in suum impenderit, non videtur suis viribus cõsistere mandatum. l. 1. & 2. D mandati quod & Thalelæus Græcus interpres obiter notauit.
† voluntariæ.

* Nam ea est propria actionum bonæ fidei.

a Plurale pro singulari interdum ponitur.

potest: & rerum mobilium & iurium restitutio debet fieri intra annum, rerum verò immobilium incontinenti: & vsura debentur à tempore moræ, fructus verò à tempore soluti matrimonij. h. d. vsque ad §. igitur.

¶Cũ autẽ[m] in exactiõe dotis ex stipulatu quidẽ actio naturaliter restitutionẽ dotis a parte mariti vxori illico[n]* & in solidum fieri iubebat †, rei vxoriæ autem annua bima[o] trima die in his quæ pondere, numero, mensura cõsistunt, ex actione pollicebatur, & non in solidum, sed in quantum maritus facere potest, si nõ dolo malo suam deminuerit substantiam: in hac parte rudem figurã[p] ex stipulatu damus actioni: vt si matrimonium fuerit dissolutum. nullo pacto[q] adhibito, in tantum quidem maritus condẽnetur in quãtũ facere potest: quia hoc æquissimũ est, & reuerentię debitum maritali[r], si non dolo malo versat[9] est[s]: cautiõe[t]* videlicet ab eo exponẽda, quòd si ad meliorem fortunã peruenerit, etiam quod minus persoluit, hoc restituere procuret. ¶Exactio† autem dotis celebretur non annua bima trima die, sed omnimodo intra annum[u] in rebus mobilib. vel se mouentibus, vel incorporalibus[x]: cæteris videlicet rebus quæ solo continẽtur, illico restituendis: quod cõmune[y] vtriusq; fuerat actionis.

Sin autẽ supersederit res mobiles vel se mouentes vel incorporales post annale tẽpus restituere, vel cæteras res statim post dissolutum matrimoniũ: etiam vsuras æstimationis[z] omniũ rerum quæ extra immobiles sint, vsq; ad tertiã partem centesimę ex bona fide introducendas maritus pręstet: fructibus videlicet immobilium rerũ parti mulieris ex tẽpore dissoluti matrimonij prestandis, similiq; modo pensionib. vel vecturis nauium siue iumentorum, vel operis seruorũm, vel quæstu ciuilium annonarum, & aliis quę sunt eis similia, parti mulieris restituendis[a].

Vxor heres instituta à marito, & grauata legatis, ante omnia deducit dotem: de residuo verò soluit legata deducta. Falcidia. h. d. vsque ad §. cùmque ex stipulatu. Bald. Vel sic:

cantã[a] & maritus ex dote partē, nō pecuniæ quantitatē stipuletur sibi si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit, & si pactū cōtra vetitū[b] fuerit subsecutū: infirmū atque inualidum[c] hoc esse, vt nulla ex eo procedere possit exactio, præcipimus. Eadē custodiri censemus siue pater pro filio, siue mater, siue ipse ducturus vxorē sui iuris constitutus, siue quilibet alius pro eo ante nuptias donationem nupturæ dederit, seu promiserit. Similique modo siue pater pro filia, siue mater, siue ipsa pro se, sui iuris videlicet cōstituta, siue quilibet alius pro ea vxorē ducturo[d] dotē dederit, seu promiserit: quoniam & alio pro ea offerēte dotem, ipsa eam pro se videtur offerre[e]. Quòd adeo verū est, vt & ipsa ab alio pro se oblata dotē in lucrū suū reposcat: nisi fortè is qui[f] eam obtulerit, statim (id est tempore oblationis† [g] * seu promissionis †) stipulatus vel pactus sit, vt sibi dos prædicta reddatur. D. XV. Kalen. Septemb. Anthemio A. II. Coss.

IN AVTHENTIC. de æqua. do. §. j. collat. vij. constitu. viij.

Hodie inter dotē & donationem propter nuptias debet esse æqualitas tam in constituendo, quàm in eius augmento, quàm etiam in pactis de lucrando. hoc dicit. hodie per consuetudinē derogatur: quia vel nulla datur donatio, vel minor. Sal.

AEqualitas omnimodo seruāda est in dote & in donatione antenuptiali, nō tantū in lucris[h] exinde prouenturis, sed etiam in præstatione[i] & cōstitutione[k] vtriusque. Augmētum quoq; vel prorsus nō fiat, vel ab vtraque parte celebretur pari[l] scilicet quantitate: ne vel eo modo subuertatur æqualitas.

IN AVTHENTIC. de non eli. † secundo nubentes. §. fin. collat. j. constit. ij.

SEd quæ nihil ex dote conscripta præstitit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. Item quæ minus quàm professa est, dedit: pro quantitate præstita & lucrum sentiat.

Pactum inæquale reducitur ad æquale per modum deminutionis, non per modum augmenti: non tamen reducitur per modum annihilationis secūdū gloss. quia res debet interpretari vt valeat, non vt pereat. Bald. Vel sic: Maius pactum de lucrando super dote vel donatione non inualidatur, sed ad paritatem cum minori reducitur. Salyc.

e ¶ *Offerre.* sic ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. iij. §. finali. & ff. de admini. tuto. l. tata autem §. gessisse. Accurs.
f ¶ *Is qui.* pater scilicet, vel quilibet extraneus quicunque est, licet ei dicere legem suæ rei: vt s. de rei vxo. act. §. accedit. & ff. solu. matri. l. si cum dotem. in prin. & s. de iur. do. l. fin. §. j.
g ¶ *Oblationis.* quando ante matrimoniū obtulit: vt supra dixi. siue stipulationis tēpore, quādo postea daturus erat. & sic tempore dationis non potest sibi pacisci, qui ante simpliciter promiserat: vt & diximus supra eo. tit. §. accedit.

AEqualitas.] CASVS. Lex Codicis dicit quòd potest esse inæqualitas in dote & donatione: authen. dicit quòd quantitates debent esse æquales, & pacta debēt esse æqualia, & in augmento, & in omnibus: quia sicut augetur dos, ita debet augeri donatio propter nuptias.
h ¶ *In lucris.* vt tantum ex pacto lucretur vnus quantum & alius.
i ¶ *Præstatione.* id est datione quæ ab initio fit. Accurs.
k ¶ *Constitutione.* cum promittitur, non tamen adhuc datur.
l ¶ *Pari.* scilicet quantitate. hoc etiam de augmentis olim erat: vt s. de dona. ante nupt. l. si constante. & l. fin. §. sin autem. Sed cum hodie vel nulla fiat donatio, vel alia forma, vel minor: dices hanc authen. per cōsuetudinem tolli,[a] aut eam loqui tunc tātum, quādo pacta lucrorum fiunt. caeterū nulla etiā donatione facta, dos constituta tenet.

SEd quæ.] CASVS. Lex Codicis dicit quòd maius pactum deducitur ad minus. Authent. determinat, dicēs quòd hoc verum est quando mulier promisit dotem, & tradidit, sed si non dedit, nihil de donatione lucrabitur. Item si promisit centum, & dedit l. pro l. donationē lucrabitur.

† quando incipit à traditione.
* al. obligationis.
† quando incipit à conuētione.
a Socinus regula 106. putat prohiberi inæqualitatē cōstāte iam matrimonio, at non ante contractū matrimonium. vide tamen Castelan. apud Cepol. cautela 2. quæ efficitur, vt coniuges ante matrimonium faciant pacta inæqualia.
† Nouell. 2.

LEge Leonis.] CASVS. Si pacta de lucranda dote vel donatione sint inæqualia, maius lucrum reducitur ad minus.
m ¶ *Lege Leonis.* quæ est supra l. proxi.
n ¶ *Adiiciente.* imò dicit ibi in versi. & si pactū. quòd nullum est. Sed dic quòd non dicit aliquid; scilicet de hoc quòd maius reducatur ad min[a]. Vel secundū alios dicit ibi id pactū nullum, quod contra legem est, quale est s. eo. l. quamuis. Accurs.

X. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

LEge Leonis[m] diuæ memoriæ, pacta lucrorum dotis & ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adiiciente[n] quid fieri oporteat, si hoc minimè obseruatum sit: nos omnia clara[o] esse cupientes, præcipimus disparibus eis factis,* maiorem lucri partem ad minorem deduci[p], vt eo modo vterque minorem partē lucretur. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Decio. V. C. Coss.

Maritus potest mouere actiones paraphernales, quantū sibi sunt tradita instrumēta. & exigere debita: pro quibus restituēdis bona sua sunt tacite obligata: licet vsuras inde perceptas possit in suam & vxoris vtilitatē conuertere: nisi mulier aliter sibi prospexerit: quia prouisio hominis, legis prouisionē excludit. hoc dicit. & non habemus hunc casum alibi. Bald. Vel sic: Ex sola traditione paraphernaliū dicitur maritus factus procurator ad exigendū: ideo agens non cauet de rato, & vsuras potest in communes vsus conuertere: sortē verò debet seruare. & vbi mulier sibi de hypotheca non prouidet, lex ei tacitam hypothecam in bonis viri concedit: & maritus in his eandem diligentiam debet adhibere, quam in rebus suis. hoc dicit, & not. Salyc.

XI. Idem A. Ioanni P. P.

SI mulier marito suo nomina, id est fœneratitias cautiones quæ extra dotem sunt, dederit, vt loco paraphernorum † apud maritum maneant, & hoc dotali instrumēto[q] fuerit adscriptū: verúmne habeat aliquas ex his actiones marit*, siue directas, siue vtiles, an penes vxorem omnes remaneāt, & in quem euentum dandæ sint marito actiones, quærebatur. Sancimus itaque, si quid tale euenerit: actiones quidem omnimodo apud vxorem manere, licentiam autē marito dari easdē actiones mouere apud cōpetentes iudices, nulla ratihabitione[r] ab eo exigenda, &

o ¶ *Clara.*[a] cū nihil sit legi ita proprium: vt in authen. de testa. imper. §. nos igitur omnia. colla. viij.
p ¶ *Deduci.* Quid si in dotem nihil est pactus maritus vt lucrari posset, vel nulla est dos data, nec promissa: at donatio propter nuptias est data, & de ea lucrāda pactū interpositum fuit. Dicunt quidam pactū[b] aliquod reduci ad nullū: quasi quod nullum est, sit minus: vt ff. de verb. signi. l. minus. Sed Io. dicit quòd valet, & nullū[c] reducitur ad aliquod. & contra eos & pro Ioan. est. s. de don. ante nup. l. fi. §. sin autem donatio. Item videtur contra. hunc. l. s. de dona. ante nupt. l. fi. §. similique modo. Solu. vt ibi. Accurs.

SI mulier.] CASVS. Si mulier extra dotem cautiones siue instrumenta in quibus l. continebantur sibi debita; marito tradidit:[d] an aduersus debitores agere possit, quæritur? Respon. quòd sic, muliere volente: nec satisdabit eā ratum habituram. Et si exegerit sortem, reseruabit mulieri, & vsuras in alimenta eius & familiæ suæ conuertet. & hoc in prima. ¶ Et si mulier pro his cautionibus specialem habet hypothecam, ea debet esse contenta. si non habeat, generaliter[e] omnia bona mariti erunt obligata ex eo tempore quo incepit agere: quia ante poterat per maritū vel per procuratorem experiri. & hoc in secūda. ¶ Maritus autem dum cautiones apud eum sunt, tenebitur de dolo, & talē diligentiā adhibebit, qualē in rebus propriis, ne mulier aliquam patiatur iacturam. & hoc in tertia parte. Viuian.
q ¶ *Instrumento.*[f] idem si alio modo probetur. sed sic hic euenit.
r ¶ *Ratihabitione.* Contra supra de *procura. l. maritus.* Solu. hic in paraphernalibus, ibi in

a Legis proprium vt sit aperta v. Isidor. 4. c. 21.
b Pactum aliquod reducitur ad nullū.
c Pactum nullum reducitur ad aliquod.
c Subaudi pactis, inquit vetus Gloss. interlinearis, quidā pro fretu legūt pactis. quā lectionem in nullo manuscr. reperi.
d Traditio instrumētorum includit tantū mādatum de agendo.
e Pro paraphernalibus vxori restituēdis bona mariti sunt tacitè obligata.
† paraphernarum in omnibus meis manuscriptis.
f Præsumitur pro procuratore, vt is hic, qui in instrumento nominatus est: licet è longinquo veniat & pars aduersa eum procuratorem esse negat. vt hinc colligit Baldus docet. 401.

alijs [a] reb. mulieris, quas apud se detinuit. 2 Vel dic in cautione, ibi in alijs rebus. 3 Vel hic constabat de mandato expresso. Vel verius tacite fuit hoc mandatum, eo ipso [b] quòd cautiones viro sic erant traditæ: [c] at ibi nullum expressum vel tacitum interuenit mandatum. Accurs.

vsuras quidem eorum circa se [a] & vxorẽ expendere: pecunias autẽ sortis, quas exegerit, seruare mulieri, vel in causas ad quas ipsa voluerit, distribuere: & si quidẽ in dotali instrumẽto hypothecæ pro his nominatim a marito scriptæ sint, his esse mulierẽ ad cautelã suã cõtentam [b]. Sin autẽ minimè hoc scriptum inueniat: ex præsenti nostra lege habeat hypothecã contra res mariti, ex quo pecunias [c] ille exegerit. Antè enim habeat mulier ipsa facultatem, si voluerit, siue per maritũ, siue per alias personas easdem mouere actiones, & suas pecunias percipere, & ipsas cautiones [d] à marito recipere, securitate ei [e] competente faciẽda. Dum autem apud maritum remanent eædem cautiones: & dolum [f] & diligentiam maritus circa eas præstare debet, qualem & circa suas res habere inuenitur: ne ex eius malignitate vel desidia aliqua mulieri accedat iactura. Quod si euenerit: ipse eandem de proprio resarcire compelletur. Dat. Kalend. Nouembr. Lampadio & Oreste. VV.CC. Coss.

a ¶ *Circa se.* Quid in naturalibus fructibus paraphernalium, tunc scilicet quando nõ est dominiũ in maritũ translatum? prima facie præsumitur non esse translatum: *vt ff. de iure do. l. si ego. §. si dotis?* Videtur idem quod de vsuris. *argum. ff. de vsu. l. vsura.* Sed dic quòd non [d] idem, sed sunt vxoris: *vt ff. ad legem Falcid. l. penultim. in princip. & de don. inter virum & vxo. l. si stipulata. §. j.* licet ibi non erant paraphernales. Et est ratio: quia in exigendo & agẽdo ex cautionib. labor est: quod non fit in fructibus. Item huic dicto est contra. *ff. de donatione inter virum & vxor. l. si stipulata. §. j.*

b ¶ *Contentam.* quando scilicet ab initio cõuenit. secus si ex post facto, cum iam sit nata generalis tacita: [e] *vt ar. ff. de actio. & obliga. l. quotiens.* ¶ Et sunt huic dicto similia: vbi si quis sibi præcauit, [f] quòd ex iam ei non caueat: *vt ff. de preca. l. & habet. §. cum quis. & infra de exec. rei iudica. l. si causam. & ff. de bo. liber. l. & si ex parte. §. fina. & ff. commo. l. si vt certo. § si de me. & ff. de separa. l. j. §. illud est sciendum. & argum. ff. de col. do. l. pen.* ¶ Sed contra. *ff. de eo quod cer. lo. l. j. & j. de noua. l. fina. & ff. de re iudic. l. iij. §. si ex conuentione.* [g] ¶ Item & not. hic, quod [h] in vno permittitur, in alio prohiberi videtur: sic *& ff. de fund. instruct. l. quæsitum. §. idem respondit domo ita vt instructa.* ¶ Sed an idem in dote? Ioan. not. & dicit quòd non, scilicet si sic fecisset mulier, quòd speciale pignus accepisset. Sed argu. contra. *ff. de pub. l. j. § vnde.* Accurs.

c ¶ *Ex quo pecunias.* sed non ex quo apud eum nomina permanserunt. sic *& supra de don. ante nupt. l. si constante. § iura etiam hypothecarum. & de secun. nupt. l. hac edictali. §. omnibus.*

d ¶ *Cautiones.* quando non exegerit, & sic ponitur & pro vel. 2 Vel cautiones [i] appellas quas fecerat vir confitendo sibi solutum à debitoribus mulieris quod non placet, quia illas debitores habent, non vir.

e ¶ *Ei.* scilicet viro, scilicet quòd mulier de cætero non molestet eum petendo ab eo forte cautiones nunc sibi redditas, vel cauebit [k] ei se omnia ab eo recepisse confitendo.

f ¶ *Dolum.* quòd absit. vel si adfuerit, interesse præstetur. ¶ Et no. leuem [l] culpam hic tantum venire, sed in alio procuratore etiam leuissimam. *vt supra mandati l. à procuratore.*

a Dotales res quasdam mulieris in quib. habet dominium maritus, Aliæ paraphernales in quib tacitam habet administrationẽ, Aliæ neque dotales, neq. paraphernales, ad quas ceterum l. mariti tur. 11 T. de procurat. v. Campegium tract. de dote parte 4. qu. 9.
b Traditione instrumenti vxor maritum procuratorem constituere videtur, vt hoc casu maritus tacitum agendi mandatum habeat.
c Probatur mãdatum per traditionem instrumenti. *facit l 1. j. de donat. Guido Papa sing. 100.*
d Paraphernalium rerum vsuras maritus cõuertere potest in communes vsus. at nõ fructus naturales eorũdem paraphernalium. Nã in vsuris exigendis, & agendo ex cautione labor cõtinetur: non ita fit in fructibus naturalib. 2. Quid industriales? Idem tenendũ quod de vsuris diximus, verum aliud omnino sensit post Martinum & Bartol. cõmi. Campegius *tract. de dote parte 4 quæst. 7.* paraphernalium scil. fructus industriales & naturales consumptos in cõmuni vsu matrimonij non repeti ab vxore, eiúsve heredibus. Adde quæ scripsi in *Gloss. l. penult. ff. ad L. Falcid.*
e Tacitam hypothecã mulier habet in bonis mariti etiã pro rebus suis paraphernalibus, tacitã inquã, non tamen priuilegiatam. v. Bar. *Neuell. de priuileg. dotium mulieribus haud in prestando.*
f Prouiso hominis tollit legis prouisionẽ nascituram, sed non natam. Itẽ legis cõmunis non specialis. v. alia apud Iason *sui. l. de iure Emphyteu. tico.*
g Dicas quòd hic prouiso legis erat de iure speciali: in contrarijs verò de iure communi: *circa quod plene videas per Cyn. l. 2. i. de iure emphyteo.*

¶ *Tanc* TITVLVS XV.

TITVLVS XV.
DE DOTE CAVTA non numerata.

Dos nuda confessione non constituitur sed numeratione. Bald. Vel sic: Dos confessata non numerata, effectualiter repeti non potest. Salycetus.

DE DOTE CAVTA NON NVmerata.

¶ *Dictum est supra de dote præstita, sed quia sæpe inuenitur dos cauta à marito, qui confessus est eam sibi numeratam vel traditam, cum non sit, ponit de dote cauta, & non numerata. Azo.*

¶ Cauta. *à viro, non numerata à muliere. 2 Vel secundo: Cauta à muliere cum est in specie subaudi, & non soluta, & non numerata similiter à muliere, si est in quantitate. & hoc contrahitur in instrumento dotis promissione. 3 Vel tertio dos quòd ante confessionem dotalis instrumenti cõfessus fuit sibi solutam, sed excipit intra triginta dies. si autem post, nullo tempore excipitur:* vt supra de non nume. pecu. l. in contractibus. §. 1. *sed hodie serua authen & l. fin. in fin. huius tituli.*

DOtem.] CASVS. Si mulier dotem promisit marito, nec tradidit, & confessus sit post in instrumento in dotem se recepisse, quod non receperit: an mulier aduersus eum agere possit, quæritur? Dicitur quòd nõ: quia numeratio &c. Accurs.

1. *Imp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. & CC. *Dionyse.*

DOTEM numeratio [h], non scriptura dotalis instrumenti [i] facit [k]: & ideo non ignoras ita demum te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem à te re ipsa datam probatura es. Dat. XIII. Kalend. Aug. Chilone & Libone Coss.

h ¶ *Numeratio* vel datio si species sit, quæ dari possit, & repeti.

i ¶ *Instrumenti* priuati. secus si publici secundum quosdam. *argum. infra arbitr. tuto l. fin.* Sed tu dic: aut confessio ibi continetur tantum, aut receptio: *vt diximus supra de non nume. pecu. l. si ex cautione.* ¶ Item an [a] probet qui excipit? Respond. non: sicut in *d. l. si ex cautione. & facit supra de proba. l. neque.* Item hoc intra tempus: *vt infra l. fina. vel infra l prox.*

k ¶ *Facit.* sed secundum hoc omnes Bononienses errant in confessione dotis. Sed dic quòd renuncianti exceptioni: aliàs non valet, nisi præscriptum sit: *vt infra l. fin. & authent. ibi posita*, etiam si ante matrimonium: *vt supra de dona. ante nuptias. l. j. & l. quod sponsa.* Accursius.

Licet non interueniat traditio, si interuenit id quod per traditionem habet confirmare donationem inter virum & vxorem, morte donatoris confirmatur. Bald. Vel sic: Dos & eius augmentum confessata animo donandi, confirmantur morte confitentis. Salyc.

11. *Imp.* ALEXANDER A. *Papiniano.*

QVod de suo maritus cõstante matrimonio donãdi animo in dotem adscripsit: si eandem donationem legitimè confectam [l] non reuocauit [m], qui incrementum doti dedit, & durante matrimonio mortem obiit: ab heredibus mariti, quatenus liberalitas interposita munita [n] est, peti potest [o]. PP. Non. Decemb. Alexandro. A. III. & Dione. Coss.

QVod de suo.] CASVS. Mulier dedit cc. marito: maritus animo donandi confessus [b] fuit in instrumento se recepisse. ccc. decessit maritus constante matrimonio, & ita morte eius confirmata est donatio: an mulier augmentum dotis, scilicet c. quæ vir confessus est recepisse, possit petere ab heredibus mariti, quæritur? Dicitur quòd sic.

l ¶ *Confectam.* vt per traditionem, per stipulationem.

m ¶ *Reuocauit.* expressim, vel tacitè: vt vel diuortium: *vt ff. de dona. inter vi. & vxor. l. & ideo. § j.*

n ¶ *Munita.* id est cõfirmata morte donantis. Vel ideo dicit quatenus, propter legem Falcidiam, quæ eam minuit: *vt infra ad legem Falcidiam. l. in donationibus.*

o ¶ *Peti potest.* id est mulier petet ab heredibus mariti: *vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si quis vxori.* Sed contra supra *de dona. ante nupt. l. j. ij. responso.* Solu. ibi [c] diuortio solutum fuit matrimonium hic morte. 2 Vel ibi non interuenit scriptura hic sic. ¶ Item & primum respon. eiusdem l. est contra. quia dicit quòd ab initio valuit: Sed ibi ante matrimonium fuit facta donatio: hic post. ¶ Item contra. *ff. de dona. inter virum & vxorem l. Papinianus.* vbi dicit tales [d] donationes non confirmari morte, quæ per stipulationem sunt factæ. Sed illud accipe quando post stipulationem non fuit secuta traditio aliqua, vel [e] aliud pro traditione habeatur: hic sic: quia aliquid vir animo donandi promisit vxori, & hoc accepto tulit ei postea, & tunc ipse in dotem adscripsit: ex quo datum mulieri, & ab ea postea in dotem traditum videtur. Vel solue vt ibi. Accursius.

12. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.*

Exceptio non numeratæ dotis debet opponi intra annum à die matrimonij morte vel repudio dissoluti. Bald.

IN duobus.] CASVS. Si mulier promisit dotem, nec tradidit, si maritus scripsit se dotem recepisse: tam ipse, quam heredes sui possunt opponere except. non nu. do. intra annum post solutionem matrimonij, postea non. Viu.

h Permissum in vno prohibitũ in alio videtur.
i Cautiones quid.
k Procurator restituens instrumenta domino, cogitur ipse dominus facere ei instrumentum de susceptis.
l Procurator interdum de leuissima culpa tenetur, regulariter cũ de leuissima teneat.
a Probatione non oneratur qui excipit.
b Dos cõfessata animo donãdi, morte cõfirmatur: spe futuræ numerationis confessata, morte nõ cõfirmatur vt hic. adde Capegium de dote parte 4. quæst. 12.
c Donatio, matrimonio per diuortium soluto, tacite reuocatur: per mortẽ tacitè confirmatur.
d Donatio inter coniuges morte confirmatur, si traditio interuenit vera vel ficta. v. Cepol. in l. ij pro donato.
e Donatio inter cõiuges etiam ficta vel præsumpta morte confirmatur vide verba. Præsumpta intelligitur quoties constante matrimonio maritus confitetur se dotẽ recepisse. Huiusmodi confessio præsumitur facta animo donãdi, & confirmatur morte, quoniã cõfessio receptionis vim habeat fictæ traditionis. Clarus 4. sent. §. donatio. quæst. 9.

a ¶*Instrumentis.* priuatis, non publicis: ne sit contra ei quod diximus supra eo. l. j. nam hic dicit datas.
b ¶*Pollicitatio.* solius scilicet offerentis promissio: *vt ff. de polli. l. pactum.* quæ sufficit hoc casu, *vt i. de dotis promiss. l. ad exactionem.*
c ¶*Heredes.* scilicet vxoris. Accurs.
d ¶ *Cuius mo. te.* s. mariti.
e ¶*Socero.* i. patre viri.
f ¶ *Vel eius heredibus.* scilicet liceat opponere exceptionem. sed secundu hoc errant omnes Bononienses, cum conficeantur in instrumento dotem accepisse, & sic non valet: *vt hac l. dicitur.* Sed dic quod & ipsi renunciant exceptioni non numeratæ dotis, & tunc valet: alias non valeret talis cōfessio: *vt hac l. dicitur*: nisi præscriptio tēporis cucurrisset: *vt j. eo. l. fi. & in authen. ibi signata.* Nec valet quod quidam dicunt. quòd aut est confessio facta ante matrimonium & tunc valet. aut post, & tunc nō valet, cum eius confessio ante matrimonium facta trahatur ad tempus matrimonij, *vt s. de donatio ante nupt. l. j. & l. quod sponsæ.* quæ sunt vera quando confessio fuit facta in instrumento dotali, vel ante. secus autem si post: quia postea non excipit. *vt in contrario supra de non numer. pecu. l. in contractibus. §. j.*
g ¶*Personæ.* licet opponere hanc exceptionē: *vt supra de episcopali audiē. l. si præsens. in fine.*
h ¶*Annum.* in hoc tempore opponendi aliter dicit igitur hodie.

IN dotibus, quas datas esse, dotalibus instrumentis[d] conscribi moris est, cū adhuc nulla datio, sed pollicitatio[b] tantum subsecuta sit, liceat non numeratæ pecuniæ exceptionē opponere, † nō solū marito cōtra vxorē, vel eius heredes[c], morte mulieris vel repudio dissoluto matrimonio, sed etiā heredib[9] mariti cuius morte[d] dissolutū est matrimonium: socero[e] etiā, vel eius heredibus[f], si cum filio suo dotem suscepisse dotalibus instrumentis scriptum sit: omníque* personæ[g], quam dotem suscepisse vna † cū marito conscribitur, & eius similiter heredibus: ita tñ, vt intra annum[h] tantùm continuum à morte mariti, vel mulieris, vel missione repudij computandum, ea licentia detur. Dat. Kal. Iun. D. N. Iustiniano. A. II. Coss.

IN AVTHENT. DE temp. non sol. pe. super dote § generaliter. colla. vij. consti. x.

Annus de quo in l. C. non corrigitur, quando ante bienniū matrimonium soluitur. hoc primo. Quod si durat vltra biennium, & non excedit decennium, locus est querelæ vsque ad tres menses, & biennium cōputatur in his annis. hoc secundo. Quod si matrimonium dissoluatur post decēniū, querela denegatur hoc tertio. Et minori currit hoc tempus: ideo restitutio est necessaria. Bald.

QVod[i] locum habet, si intra biennium soluatur matrimonium. si autem vltra biennium vsque ad decimum annum[k] extendatur: & ipsi[l] marito, & heredi ei[9] intra tres menses querela permittit. Sed si decennium transcurrerit[m]: omnino querela denegatur, permissa restitutione in integrum præfinita, & specialiter si minor ætas[n] interueniat.

Q*Vod locum*]b CASVS. x Cod. s dicit qu. post annum opponi non potest exceptio non nu. do. Auth. hac determinat quod potest opponi exceptio intra annum, quando matrimonium durauit per biennium. si vsque ad x. annos, opponitur except. non num. dotis intra tres mēses. postea vero non: nisi essent tales personæ, quæ petere possent in integrum restitut. sicut minor, & reipub. causa absens.
i ¶*Quod.* scilicet vt exceptio vsque ad annum tantum detur soluto matrimonio.
k ¶*Decimum annum.* nondum completum.
l ¶ *Ipsi.* soluto scilicet matrimonio. nam eo durante quoque tempore decennij opponi potest.
m ¶*Transcurrerit.* & supple, & matrimonium postea soluatur, & idem si non soluatur: nam nullo modo etiam durante matrimonio videtur posse opponi post decennium, licet superiores præscriptiones currant demum soluto eo.
n ¶ *Si minor ætas.* circa quam sunt multa specialia: vt diximus supra *de temp. in integ. restitut. authen. si minor.*

DE DONATIONIBVS INTER VIR. &c.

Dixit supra de donationibus propter nuptias, quæ valent propter matrimonium. Non de simplicibus, quæ propter matrimonia non valent, nisi fiant ritæ per confirmationem mortis, vel aliam. & est ratio prohibitionis multiplex: vt ff. eo. l. j. ij. & iij. in princ.

B*Ona.*] CASVS. Maritus constante matrimonio vxori suę donatione fecit: decessit nullo[a] herede relicto, vnde fiscus omnia bona sua quasi vacantia occupauit: an fiscus donationem factam à viro morte cōfirmatā reuocare possit, quæritur. Dicitur quòd non. Viuian.
o ¶*Vacātia.* Sed quomodo, cū[c] fisco vxor præferatur: *vt j. vnde vir & vxor. l. j.* Respon. nolebat hic vxor succedere.
p ¶*Facta.* re, & non sola promissione: *vt ff. eo. l. Papinianus.*
q ¶ *Non possunt.* cessante hoc casu priuilegio fisci. *& facit ad legem illam. ff. de lega. j. l. quidam. § quotiens. & l. filius. § qui testatur.*

TITVLVS XVI.

DE DONATIONIBus[b] inter virum & vxorem, à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione.

Licet fiscus occupet bona vt vacantia, tamen donatio facta in vxorem vires non perdit. Bald. Vel sic: Donatio inter coniuges confirmatur morte donatoris etiam sine herede morientis. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Triphenæ.*

BOna quondam mariti tui fiscus si nemine ei successore existente vt vacantia[o] occupauerit: donationes ab eo factæ[p], si vsque ad finem vitæ in eadem voluntate permansit, reuocari non possunt[q]. PP. III. Id. Ianuar. Duobus & Aspris Coss.

Miles non potest donare focariæ, id est concubinæ. Bald. Vel sic: Miles armatæ militiæ non potest donare concubinæ. Salyc.

II. *Idem A. Marco militi.*

SI ancillam nummis tuis cōparatā esse præsidi prouinciæ probaueris[r], donationísque causa focariæ tuæ nomine instrumentū emptionis esse conscriptum[f]: eam tibi restitui iubebit. Nam licet cessare iure[t] matrimonij donatio perfici potuerit[u]: milites tamen meos a focariis suis hac ratione fictisque adulationibus spoliari nolo. PP. XII. Kal. Mart. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

S*I ancillam.*] CASVS. Miles ancillam quā comparauit, cōcubinæ suæ dedit, confessio instrumento emptionali in persona focariæ. an donatio reuocari possit, quæritur. Dicitur quod licet donatio tenuerit, quia inter virum & vxorem non est celebrata: tamen ad fauorem militis reuocari potest. Viuia.
r ¶ *Probaueris.* ô miles. Accursius.
f ¶ *Conscriptum.* & post ei traditum. & sic aliās dominium transiret: *vt infra de don. l. emptionem.* Sed hic propter militiam secus.
t ¶ *Iure.* quia poterat esse nullum matrimonium inter ipsum & focariam, propter hoc videtur quòd donatio ei facta valeat. Accurs.
u ¶ *Potuerit.* de communi iure: *vt ff. de donationi. l. adfectionis. & l. donationes. in princ.* quæ sunt contra. hic tamen non propter militiam: *vt subycit. & facit ff. eo. l. donatio. & l. si prædia. & supra si quis alteri vel sibi. l. cum propria. & plus valere quod agitur. l. si quis. & c. supra de rei vind. l. si vt proponis & infra eod. l. si filij.* ADDITIO. Addas secundùm Richar. Malumb. idem in clerico, quod de milite dicitur: quod sequitur Barto. hic, & in l. adfectionis. & ff. de dona. & idem in l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. testa. & in l. miles. in princ. ff. de re iudic. vbi addit idem in aduocato: quia hi tres[d] æquiparantur, scilicet clericus, aduocatus, & miles armatæ militiæ. *facit glos. in dicta. l. miles ff. de re iudi.* Prædicta limitat Pet. de Ancha. *consil. cclxxiiij.* nisi tales personæ donarent propter merita: de quibus si constaret aliter quam per adsertionem donantis, valeret donatio. ita consuluit ipse pro concubina cuiusdam sacerdotis.

Donatio facta ab vxore, confirmatur morte: & si erat in patris potestate, etiam patris mors requiritur: licet à principio consenserit: & donatio facta à socero in generum quondam, statim perficitur. Baldus & Salycetus.

III. *Idem A. Epictesio.*

DOnatio mancipiorū aliarúmque rerū, quas tibi ab vxore tua donatas dicis: si modò suæ potestatis, cū donaret,

D*onatio.*] CASVS. Si vxor donat marito, aut est sui iuris, aut non. si est, & in eadem voluntate perseuerat vsque ad mortem conualescit donatio. secundo casu si voluntate patris facta est donatio, valet, nec reuocatur. & hoc in primo. Si verò mortua

b Licet in instrumento [illegible] dotem [illegible] esse [illegible]
¶ Contra Glos. [illegible]
[a] Alumni de [illegible] perso[illegible]
† Plures [illegible]
b Hæc Authent. [illegible]
a Donationes inter virum & vxorem non requirunt adinuationem heredis.
b Donatio inter vxorē prohibita est, et tamē ... [illegible] Marsil. sing. 10. Socinum Reg. 108. vbi notat hanc regulā locum non habere in donatione reciproca. vt sol. S pater pueris. 1. de inofficioso. & in donatio ne iuramētō cōfirmata. Cre mensis sing. 4. putat quoque locū nō habere quoties vxor donat marito vt dotem filia communis ... [illegible] Item an ... [illegible]
c Vxor præfertur fisco in successione.
d Clericus, aduocatus, miles compar[antur].

filia socer in generum donationem fecerit: non solum morte confirmatur, sed etiam inter viuos perfici potest. Vigia.

a ¶ *Id fecit.* cum esset in potestate.

b ¶ *In eadē voluntate.* hoc q̃ sola matrimonij ratione fuit inualida.

c ¶ *Perseuerauit.* quod[a] fecisse forsitan videtur omnino, si nō reuocauit. Itē p. s[...]erat ut dico ipsa & pater, si in eius erat potestate *vt ff. eod l. cum hic status. §. oratio non solum.* Item timeo ne cum patris voluntate in cuius potestate sit, fit donatio, patrem quoque præmori oporteat, sicut est cum ipse pater donat: *vt j. e. l. si vt proponis.*

d ¶ *Facta est.* tibi quondam coniuncto.

e ¶ *Etiam inter viuos.* nō solum oportet demum morte confirmari.

fuit, vel patris sui volūtate id fecit[a], & in eadē volūtate[b] donationis vsq; ad vltimū diem vitæ perseuerauit[c]: & ex mea & ex diui Seueri patris mei cōstitutione cōfirmata est. Sin autem post mortē filiæ facta est[d] donatio à quondā socero tuo: etiā inter viuos[e] ea perfici potuit. PP. IIII. Non. Mart. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Donatio facta inter soceros vel eorū iuris subiectos, non valet. Sal.

IIII. *Idem A.*[*] *Claudiano.*

NEc † inter eas † quidē personas, quarū iuri subiecti sunt[f] vir & vxor, qui quæve[g] in eorū potestate sūt, donationes iure ciuili fieri possunt. PP. III. Id. Aug. Duob[us] & Aspris Coss.

Donatio inter coniuges diuortio infirmatur: vel eorum respectu inter prohibitos diuortio infirmatur. Bald. Vel sic: Donatio genero † facta à socero, non confirmatur huius morte, matrimonio cum filia durante. Salyc.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Quintillæ.*

SI (vt proponis) pater tuus in cuius potestate fuisti, marito tuo genero suo instrumentum debitoris donationis causa dedit, isque[h] matrimonio durante vita functus est, ac postea à marito diuertisti: quod gestū est, non valet[i]. PP. Id. Febr. Albino & Maximo Coss.

Licet vir deponat rem nomine vxoris, non perdit dominium: & donatio facta vxori, si vxor præmoritur, reuocatur. Item quicquid acquirit vxor † constante matrimonio, de bonis mariti præsumitur. Bal. concor. Salyc.

VI. *Idem A. Nepotiano.*

ETiam si vxoris tuæ nomine[k] res quę tui iuris fuerāt, depositæ sunt: causa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etsi[l] donasse te vxori res tuas ex hoc quis intelligat[m], cū donatio in matrimonio facta, prius mortua ea quæ liberalitatē excepit[n],[*] irrita[o] sit. Nec

NEc inter eas.] CASVS. An pater vxoris possit dare patri viri, quæritur? Dicitur q; non: nec qui est in eadē potestate cū viro, puta frater, pōt dare vxori, vel ecōuerso: quia videntur sibi adinuicem dare vir & vxor: *vt ff. e. l. j.* Accurs.

f ¶ *Subiecti sunt.* vt inter soceros. Sed[b] socrus nurui potest, & econtra: quia non vertitur ibi ius[c] potestatis: *vt ff. eo. l. iij. §. socrui.*

g ¶ *Qui quæve.* aliàs, qui vel quæ & c. puta seruos & filios,[d] qui sunt in potestate. Qui ergo tāgit virū per potestatem (quod tribus contingit modis) vxori nō potest donare: *vt hic, & ff. eod. l. iij. §. qui in eiusdem.*

SI vt.] CASVS. Titius marito filiæ suæ instrumentum quo habebat debitorē sibi obligatum, donauit, decessit Titius. diuertit filia. an filia reuocare possit donationem, quæritur? Dicitur quòd sic: quia diuortio subsecuto donatio non est confirmata morte Titij.

h ¶ *Isque.* i. pater tuus.

i ¶ *Non valet.* quia causa propter quam solet huiusmodi donatio cōfirmari, non est secuta: *vt ff. eo. l. sed interim. §. fin.*

ETiam.] CASVS. Deposui quādam rem penes te nomine vxoris meæ vt ei restitueretur. an possim illam repetere, quæritur. Dicitur quòd sic: cum per illa verba non auferatur mihi dominium nec præsumatur res acquisita mulieri aliunde, quàm ex rebus meis: si inter res mulieris inueniatur.

k ¶ *Nomine.* quia dixisti, reddes vxori: vel, eius nomine depono, vel, suæ sunt: vel similia.

l ¶ *Etsi.* pro etiam.

m ¶ *Intelligat.* quia forte animum habuisti donandi, quando dixisti prædicta, vnde aliàs valeret: *vt ff. de don. l. donationes. §. species.*

n ¶ *Excepit.* id est accepit.

o ¶ *Irrita fit.* sine spe confirmationis: *vt ff. eo. l. cum hic status. §. si diuortium.* sed & ab initio fuit irrita: fuit tamen spes confirmandi.

a Cōfirmatur [...] superior [...] Id [...] M [...] *Ange. 396.*

[*] al. Alexāder A. Claudiano. rectè.

† In quibusdā codic. hæc lex. inter. præcedit legem si ancillam.

b Socrus nurui, & econtra donare potest.

† Donatio inter generum & socerum nō valet.

c Donati fa[cta] à patre filio cum ea adhuc existit in domo patris non valet, *arg. huius l.* fallit si filia sit in domo mariti vel post Baldū etc. fecit Corsetus. *singulari donatione.*

† quid in vi[...] du[...] statim à morte mariti aliquid adquirente, quid in cōcubina, p[...] latis. Tibi v[...] taris tutorib. curatoribus, vasallis in præsumatur ex his quæsisse ex bonis maritis arbitrio, e. tiam, principis, pupilli, minoris, v. Cina in verba concubina in memoratione Cremen. *sing. 6. vb* Cotta notat. hanc præsumptionē locū nō habere in muliere quæ publicè negotiatur, cuius contraria quæ maritus interfuit, cuius quid donatū esse à coniuge probatur, quæ aliter rem, quàm maritis bonis administrauit, quæ mercatur, nominum exactio, quæ dixer maritū pauperrimū habet. Alias exceptiones & ampliationes v. apud autorem Sylue. Nuptialis. lib. 4. nu. 9. 30 S. tem 13 adde Alciatum plenissimè hunc locū ex lex tem *præsump.* 35

[*] accepit. in omnibus manuscr.

Similis duplicitas est: *vt ff. de acquir. re. do. l. quæsitum. in fin.*

p ¶ *Nec est.* supra adserebat mulier sibi donatas à viro: nunc illud negat, sed aliàs dicit se acquisiuisse.

q ¶ *Merito crediderint.* hoc gratia[a] vitādæ suspicionis turpis quæstus: *vt ff. eod. l. Quintus.* sic & in prælato: *vt supra de episcopis & clericis authen. licentiam.* secus in tutore: *vt in ar. contra infra arbi. tut. l. si defunctus.* in filio autem dic vt diximus infra de bonis *quæ lib. l. cum oportet. circa princ. & facit supra de proba. l. sine possidetis, & c.*

est[p] ignotum, q; cū probari non possit, vnde vxor matrimonij tempore honestè quæsierit, de mariti bonis eā habuisse, veteres iuris auctores meritò crediderint[q]. † PP. No. Decēbr. Alexandro A. III. & Dione Coss.

Vxor illicita viro donare nō pōt effectualiter, nec etiam potest talis donatio confirmari. hoc dicit. & no. hunc notabilem casum. Bal. Vel sic: Donatio inter coniuges veros non tenet, inter putatiuos vero licet teneat ipso iure, non tamen in effectu: quia reuocari potest. Salyc.

VII. *Idem A. Theodotæ.*

SI ex volūtate patris[r] tui filio tutoris nupta es[s]: collata in maritum donatio ipso iure irrita est. Sed si matrimoniū iure nō valuit[t]: licet ipso iure donatio tenuerit: quia tamen[*] indigna persona eius fuit, qui nec maritus pōt dici: vtiles actiones[u] super reuocandis his tibi competunt. PP. Kalen. Octobr. Lupo & Maximo Coss.

Fructus consumpti ex causa donationis, non veniunt restituendi: sed extantes sic. hoc dicit ista lex. Bald. Vel sic: Etiam fructuum donatio non valet inter coniuges: & eatenus reuocatur, quatenus recipiens locupletior efficitur. Salyc.

VIII. *Idem A. Leoni.*

SI fructus eorū prędiorū quę in dotē accepisti, matrimonij tēpore vxorē tuā percipere passus es, eósque vxor tua consumpsit[x]: † restitui tibi post diuortium oportere, nulla ratione cōtendis. Sin autē ex his locupletior[y] facta est in tantum pōt conueniri. PP. V. Kal. Octo. Maximo & Paterno Coss.

Licet maritus emat rē vxori de pecunia sua: tamen quæritur vxori dominiū. Bal. Vel sic: Dominiū rerū emptarum de pecunia viri vxoris nomine, pertinet ad eam si ei sunt traditæ: pecunia tamen tota repetitur, si fecit vt gestor: & si vt donator, quatenus est locupletior. Salyc.

IX. *Imp.* GORDIAN. A. *Orgeni.*

SI ex voluntate.] CASVS. Si voluntate patris filio tutoris pupilla nupserit, & constante matrimonio in eum dona fecit: non valet donatio. & hoc in prima. Si vero patre contradicente, licet donatio tenuerit, quia matrimonium nullū fuit, tamen quia mulier fecit quod facere nō debet, mulieri vtilis dabitur actio ad donationem reuocandam.

r ¶ *Patris tui.* iam mortui.

s ¶ *Nupta es.* & sic tenet matrimoniū, quod non aliàs teneret, nisi casualiter: *vt hic, & j. de interdictis matrimonijs. l. si patru. & l. pe. & ff. de ritu nup. l. non est. & l. non solum. §. de illo.* & vbicunque teneret, haberet locum quod hic dicit.

t ¶ *Non valuit.* voluntate patris cessante.

u ¶ *Vtiles actiones.* rei vindicatio, & cōdictio sine causa: *vt ff. eod. l. si sponsus. §. fin. & seq. l.* ¶ Sed videtur non donanti, sed fisco competere reuocationem: *vt ff. eod. l. cum hic status. §. fina.* Solu. ibi sciebat donationem non tenere, hic credebat tenere. ¶ Item nōt. hic quòd non[b] debet esse melior conditionis, qui delinquit: *vt ff. eod. l. iiij. §. & de noxa. l. non solum. & quod vi aut clam. l. seruus. & in authent. de restitut. & ea quæ pa. §. fina. colla. iiij.*

SI fructus.] CASVS. Mulier marito suo fundum dedit in dotē. patiēte marito illa fructus percepit constante matrimonio. & consumpsit. an diuortio facto eos restituere debeat, quæritur? & dicitur quòd non: sed quatenus facta sit locupletior, conueniri potest.

x ¶ *Consumpsit.* nec locupletior facta est: vt hic innuit statim, vt quia aluit se & suos: quod vir facturus erat: *vt supra de pact. conu. l. fructus. & ff. eo. l. si quis pro vxore. §. fin.*

y ¶ *Locupletior.* quod est, si tantundem de suo erat erogatura: *vt ff. de petit. here. l. sed & si lege. §. consuluit. & §. seq. & §. quod autem. & ff. de solu. l. in pupillo.* quod inspicitur tempore litis contestatæ: *vt ff. eo. l. quod autem. in prin.* sic ergo habes hic non tenere donationem fructuum: *vt supra de iure dotium. l. pro oneribus.* Sed contra *ff. eod. l. de fructibus. & ff. de vsur. l. fructus.* Solu. hic ipsos fructus donauit, ibi autem

a Quæstum pro [...] suspicionem est vitanda.

[*] crediderint. in omnibus.

[*] tantum.

† absumpsit.

b Delinquens melioris conditionis esse non debet.

ibi autem prędia, & credidit tenere donationem: aliàs nec eo casu teneret in fructibus: vt ff. de acquirenda poss. l. quod vxor. & ff. eod. l. si vxor filio. Item quod dicit, locupletior: subaudi, & vir pauperior vt ff. eod. l. iiij. & l. si sponsus. §. concessa. & §. si maritus. & facit supra si dos constan. matri. l. j.

ETsi de tua.] CASVS. Maritus de pecunia sua prædium vxori cóparauit. non ad maritum, sed ad mulierem pertinebit: pecuniæ tamen repetitionem habebit ipse, siue negotium gerens vxoris pecuniam numerauit, siue dona sua in eam conferens, quantum precij emptor tradiderit, vxor conuenietur, primo casu nego. gesto. secundo casu condict. sine causa in solidum quatenus facta est locupletior.

ETsi de tua pecunia mácipia vxori tuæ comparata sunt [a]: tamen si ei tradita sunt, eorum dominiú non ad te, sed ad eam pertinet [b]: pecuniæ autẽ tantummodo repetitionem habes, siue negotiú eius gerens numerationem fecisti, siue in eam donationem conferens quantitaté precij largitus es [c]. Etenim vel in solidú [d], vel quatenus locupletior facta est, actione cú ea competenti [e] experiri poteris PP. vij. Kal. Octob. Pio & Pontiano Coss.

Spoliatus, ante omnia est restituendus † & sub prætextu criminis non debet quis inuadere possessionem alterius de facto. h. d. Vel sic: Obiectus criminis non impedit quin spoliatus ante omnia sit restituendus. Bald. Vel sic: Spoliatus ante omnia est restituendus & separatorum separata debet esse ratio. Salyc.

x. *Idem A. Valeriano.*[a]

1 SI maritus † quondam vxoris tuæ [f], cú sui iuris [g] esset, in eá prædia vel cætera donationis titulo cótulit, & in ea voĺútate vsq; ad morté suá durauit, ex oratione [h] diui Seueri cófirmata est donatio. At si eas res pater defuncti [i] iniuriosè abstulit: per præsidé prouinciæ eas restituere coget [k]. Nec ení quasi maleficiis eius sit maritus extinctus, crimé [l] intédens, sub prætextu accusationis [m], quæ donata sút, auferre debuit: dú causa liberalitatis a criminatione [*] separata sit [n]. PP. VI. kal. Febr. Ariano & Pappo Coss.

Donatio inter virum & vxorem

a ¶ *Comparata sunt.* à te: *vt infra eod. l. si filij.* & multo magis si ab ipsa.

b ¶ *Pertinet. vt & supra si quis alteri vel sibi. l. multum.*

c ¶ *Largitus es.* venditori. Accurs.

d ¶ *In solidum.* id est nó quatenus est locupletior: sed tamen in quantú facere potest, ne fit contra. *ff. de re iudica. l. non tantum.* & hoc quando gerens eius negotiú emisti, & numerasti. si autem animo donandi, tunc in quantum locupletior facta est: quod est in eo quod valent mancipia cum vir emit. si autem mulier emit, tunc in tantum in quátum eam ære alieno liberauit, cú scilicet soluit véditori. si vero mulieri numerauit, & ipsa soluit venditori: tunc tenetur mulier in quantum mancipia valent: *vt ff. eod. l. si cum vxore. & l. quod autem. §. si maritus. & §. eleganter. & §. si vxorem. & l. si id quod. §. si ex decem.*

e ¶ *Competenti.* scilicet negotiorum gestorum primo casu, altero condictione sine causa.

¶ Sed quid si dubitetur voluerit donare, vel eius negotium gerere? Respon. ex modo & genere expensæ æstimandæ sunt: quod dic: *vt ff. e. l. vtrum.*

SI maritus.] CASVS. Maritus cuiusdam mulieris dedit ei quędam prædia constante matrimonio, & in eadem voluntate vsque ad mortem perseuerans decessit: & confirmata erat donatio, & hæc secundo nupsit. pater primi mariti illa prædia occupauit. an teneatur? Dicitur quòd sic, scilicet act. vi bo. rapto. Si vero pater dicat mulierem maritum interfecisse: an eo ipso quòd accusatur, debeat mulier amittere prædia, quæritur? Dicitur quòd non: quia separata est causa donationis ab actione criminis.

f ¶ *Vxoris tuæ.* scilicet nunc.

g ¶ *Sui iuris.* scilicet per emancipationem.

h ¶ *Ex oratione.* quam habes *ff. eo. l. cum hic status. §. j.*

i ¶ *Defuncti.* primi viri.

k ¶ *Cogetur.* actione [*] vi bo. rapt. vel condict. fur. vel interdict. vnde vi, quod etiam ad mobilia occasione immobilium datur: *vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. si fundus à quo.*

l ¶ *Crimẽ.* id est criminalem accusationem legis Corneliæ de sica.

m ¶ *Accusationis.* institutæ iam, vel etiam faciendæ.

n ¶ *Separata sit* id est non est verisimile quòd crimen commisit quæ liberalitatem accepit; *vt argum. infra de quæstionibus. l. nec si* mors. Vel secundo separata sit, id est non debuit prætextu criminis vel accusationis criminalis liberalitatem sua auctoritate auferre, cum sit alia hæc, & alia illa causa. ¶ Et sic nota generale. secretorum [a] secreta, id est separatorum [b] separata debet esse ratio. sic & *ff. de minoribus. l. Papinianus lib. 4. & ff. de calum. l. fina. & ff. familiæ erciscundæ. l. his consequenter. §. j. & infra de edicto diui Hadriani tollen. l. j.* Licet autem sua auctoritate auferre non debuerit: tamen si accusauerit & fecerit condemnari, aufertur liberalitas vt indigno: *vt infra de his quibus vt indignis. l. j. & de re. do. l. fina. & ff. soluto matrimonio. l. si ab hostibus. §. j. & ff. de his quibus vt indignis. l. indignum. & facit ff. de tabu. exhiben. l. j. §. hoc interdictum.* ¶ Sed nonne [c] præcedit criminalis quæstio ciuilem: *vt supra de ordine iudi. l. fina.* Respondetur, secundú duas expositiones quas dedi, non dixi quæ præcedat. & sic dices quòd criminalis secundú illam legem. Vel dic quòd licet præponatur criminalis, tamen ea pendente, & causa liberalitatis, quæ est ciuilis, agitur. Vel dic, in modum exceptionis opponebatur crimen. q. d. non potes agere ad res donatas, cú eum occideris. sed hæc replicat dicẽs iam prius suas factas, & sic non præcedit: *vt 3. de ordin. iud. l. penul.*

non confirmatur ad agendum, sed ad possidendum. Bald. Vel sic. Ex promissione alicuius annus vel mẽstrui facta coniugi non agitur, licet soluti repetitio non detur. Salyc.

xi. *Idem A. Maximo.*

SIcut cessat [o] petitio quátitatis, quá de suo maritus vxori in menses singulos, vel annos singulos, proprij vsus ei [*] gratia promittit: ita & ex ea causa nummi soluti erogatique † [p] nó dari [q] repetitionem manifestú est. PP. V. Kal. Iul. Gordiano. A. II. & Pompeiano Coss.

Specialis obligatio reuocat donationem inter virum & vxorem. Bald. Vel sic Propter specialem hypothecam reuocatur donatio facta vxori, seu inter coniuges. Salyc.

xii *Idem A. Secundinæ.*

1 SI maritus tuus creditores sortit [r], post factá in te donationem, fundum quẽ ex donatione iuri tuo vindicas, iisdẽ specialiter obligauit: eandem obligationem defensionis tuæ firmitatem interrumpere, [*] intelligere debes cú sit manifestum, nó solú huiusmodi obligatione, sed etiá donatione vel véditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis, reuocatá esse [r] à viro in mulieré factá donationem. PP. III. Kal. Februarij, Ariano & Pappo Coss.

Obligatio non impedit translationem dominij: sed dominij translatio præcedẽs impedit obligationem. Bald. Vel sic: Donatio valida facta vxori non præiudicat creditori anteriori, sed sequenti. Salyc.

xiii. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. *Rufinæ.*

SIcut cessat.] CASVS. Si maritus singulis annis vel mensibus promisit vxori suæ donare aliquid: illud mulier petere non potest. sic & si maritus ex ea causa soluit vxori quod promisit, & vxor consumpsit: soluto matrimonio & eo consumpto nulla competit repetitio marito.

o ¶ *Sicut cessat. vt ff. eod. l. si id quod. §. fina.* quod potest intelligi per actionem scilicet ex stipulatu. sed & in factum potest: *vt & arg. ff. de pact. do. l. inter. §. conuenit.* confirmatur tamen morte annui promissio: *vt & ff eod. l si stipulata fuerit.* quod intellige ratione præteriti, non futuri temporis: *vt in eodem titu. l. Papinianus.*

p ¶ *Erogatique.* id est consumpti. alioquin esset repetitio quatenus alter locupletior, & alter pauperior est effectus, secundum quosdam.

q ¶ *non dari.* nisi sit immoditum *vt ff. eo. l. ex annuo.*

SI maritus.] CASVS. Si vir constante matrimonio vxori fundum dederit, & eundem postea obligauerit, vel alij donauerit, vel vendiderit: videtur donationem reuocasse.

r ¶ *Reuocatam esse.* nisi voluerit vir eam remanere: *vt ff. eod. l. cum hic status. §. si maritus.* ¶ Sed contra institu. *de lega. §. si rem. & §. sed et si rescripserunt.* vbi legatum non reuocatur per sequentem obligationem vel alienationem. Solu. donatio [d] odiosa [e] est: legatum econtra fauorabile. Item donatio non tenuit ab initio, sed legatum sic: & ideo facilius donatio reuocatur.

SI quidem.] CASVS. Si vir donat vxori in casu licito: si primò donat, & postea obligat, non tenet obligatio: nec potest vir mulieri derogare. si primo obligat, postea donat: saluo iure pignoris transit: nisi iuri pignoris fuerit præscriptum.

a Secretorum secreta debet esse ratio.

b Separatorũ separata esse debet ratio. adde Euerardũ in loco à separato, differentibus sin denotis.

† al. nummis solutis erogatisque, non dari, &c.

c Criminalis quæstio an & quando ciuilẽ præcedat adde gl. l. vltĩ. de testament. manumiss. in verbo maximè.

* interrumpere

† Hæc lex si maritus. & lex sicut cessat, transposita sunt.

* Valeriano.

* criminatione

a Vxor suspecta de adulterio vel similibus, non ob id potest priuari dote sua de facto nec per vim, sed sequitur causæ cognitio, & si spoliaretur ante omnia debet restitui. v. Cottam in memoralibus in verb. vxor suspecta de adulterio.

d Donatio inter virum & vxorem facilius reuocatur quàm qualibet alia: & facilius quàm legatum.

e Donationes odiosæ: legata fauorabilia.

a Possessio pro dominio

a ¶*Possessionis*.id est [a] dominij.sic *ff.de ver.sig.l.interdum.*

b ¶*Iure*.puta eo casu quo valeat constante matrimonio, vt statim dices Accurs.

c ¶ *Saluo iure.vt & supra de dona.ante nupt.l.de reb.& infra de remis. pig. l.penultim & de dist.a.pigno.l.si debitor.& ff. de don.l.fina.§.j.& ff. de contrahend. emp.l.alienatio.*

SI quidé antè donationé possessionis [a] in te iure [b] (vt dicis) a marito collatá, prædium ab eodé creditori obligatú fuerit.alienationé eius saluo iure [c] debiti,si tñ iuris ratio [d] actioné eius[creditoris [*]] nó excludit, factá esse nó dubium est.Quòd si [e] donatione iure celebrata, eo quòd vel ante nuptias [f] facta est [g],vel in iisdé casibus,in quibus etiá cóstante matrimonio donatio ꝓcedere potest [h], obligatio insecuta est:factú mariti quem dié suú obiisse memorasti,iuri tuo officere non posse [i],certum est.PP.XII.Kal.Iul. Maximo.II.& Aquilino Coss.

b Prior tẽpore, nõ semper potior in iure. c Donatarius tẽpore posterior, creditorem donatoris licet priorem tempore quibus casibus excludat.
* decit in vet.

d ¶*Iuris ratio.*[b]veluti [c] præscriptio. 2 Vel quia sibi ius in re debita dixit, *vt ff. quod metus caus. l.extat.* 3 Vel quia oblatum recusat : *vt ff. de solutionibus. l. qui decem.* 4 Vel quia aliud pro alio pignorauit : *vt in authen. vt non fiant pignorationes.§.j.colla.v.* 5 Vel quia creditor consensit : *vt ff quibus modis pignus vel hypo.sol.l.si consensit.in prin.*

e ¶ *Quòd si*.nunc dicit econtra.Accurs.

f ¶ *Ante nuptias.* id est ante contractum matrimonium.

d Donatio ante nuptias inter futuros cõiuges facta, stãtim valet.

g ¶*Facta est*.vnde [d] statim valet : *vt & supra de dona. ante nup. l.si ante.& ff.eod.l.inter eos.*

e Donatio cõstante matrimonio quibus casibus inter cõiuges facta valeat.

h ¶ *Procedere potest.* vt intra annum : vt [e] *supra eo.l.sicut.* 2 Vel causa dignitatis *vt ff.e.l.quod adipiscendæ.* 3. Vel manumissionis causa: *vt ff.eod. quod autem.§.finali.* 4 Vel causa religionis vel pietatis : *vt ff.eod.l.sponsus.§. concessa.vsque ad § fina.*

i ¶*Non posse* quia ea demum &c. *vt infra quæ res pig. oblig.pos.l.qui plures.& infra si alie.res pign. da.sit. per totum.*

Confirmatio donationis inter virum & vxo.facta in testamento, nõ intelligitur esse noua dispositio, sed veteris corroboratio: & retrotrahitur.Bal.Vel sic:Confirmans id quod per se potest subsistentiam habere, non videtur de nouo dare.h. d. Vel sic: Donatione inter viuos per maritum vxori collata in eius testamento confirmata,non debetur res, & eius æstimatio:sed res tantum ex donatione morte confirmata:de qua potest detrahi.Falcidia.Salyc.

EX *verbis quæ.*] CASVS. Titius constante matrimonio dedit quoddam prædium vxori suæ, & in testamento suo donationem confirmauit, dicens sic: Illud prædium quod dedi. confirmo vxori meæ, vel tibi habeto. an hæc liberalitas censeri debeat legatum habito respectu ad tempus donationis : vt primo casu possit petere æstimationem prædij ab heredibus, secundo casu prædium,quæritur? Respond quòd illa verba non habét vim legati vel fideicommissi, sed tantum illis verbis videtur confirmasse præcedentem donationem, & ita videtur ei confirmasse dominium eiusdem prædij.

† omnimodo.

XIIII. *Iidem AA.Octauianæ.*

EX verbis quę in postremis iudiciis inseruntur [k],licet ad fideicommissum vel legatú [l] vtilia sint.nó tñ omnino†legati vel fideicommissi persecutio datur:sed ita demú [m], si relinquendi studio huiusmodi verba fuerint adscripta. vnde [n] te voluntatis,non iuris [o] quæstionem in preces tuas contulisse palam est.Cú igitur [p] testaméto [q] lecto [r] animaduertimus [s] maritum tuum ex præcedéte donatione dominium tibi reseruasse,[*] securitatique tuę ad obtinédam proprietatem cauisse: inditorum verborum [t] conceptio non fideicommissum relictum [u] ostendit,sed ex senatusconsulti [x] auctoritate liberalitaté† mariti tui,cui [y] custodiédæ etiam moriens prospexerit, quatenus firmare potuit [z] dominium, mortis tempore tibi esse addictam.[*] PP. I.I. Non. Octob.ipsis & AA.Coss.

k ¶*Inseruntur*.generaliter loquitur.

l ¶*Legatum*.significandum & relinquendum.

m ¶*Sed ita demum*. id est, non quotiens talia verba inseruntur in testamento,totiens legatum & fideicommissum peti potest.

f Voluntas defuncti cognoscitur inspectis verbis testamẽti superioribus & inferioribus.

n ¶*Vnde*.ad quam voluntatem [f] cognoscendam non potest cómodius attingi, quàm inspectis verbis testamenti superioribus [g] & inferioribus.& quia hoc est,igitur lecto &c.Si ergo licet verba quæ ad legatum vel fideicommissum petendum aliàs sint idonea, quæ posita sunt in testamento, non tamen ad petendú sufficiunt,nisi constiterit testatoré voluntate relinquédi illa posuisse.Sed econtra si sint inepta ad legatum & fideicommissum, valent si probetur testatorem ita voluisse:*vt ff.de leg.iij.l.non aliter*

g Voluntate defuncti cognita quid iuris sit seu de iure: hoc est iusta sit an iniusta, quæsiuimus.

o ¶ *Non iuris.* nam cognita [g] voluntate scietur quid iuris erit. Item secundario quæstio est iuris, quid præsumitur in dubio quando non apparet voluntas testatoris.

p ¶*Cum igitur &c.*quia ita voluntas testatoris spectanda est.

q ¶*Testamento.* ergo cú maritus tuus in testaméto cauit de conseruanda tibi proprietate rerum prius tibi ab eo donatarum, nó per hoc legasse,vel fideicommissum reliquisse tibi videtur : sed quod donauerat confirmasse.nam cú maritus, qui quædam iure, quædam nó iure donauerat vxori,legat ei ea quæ viuus donauerat : non ad illa spectat legatum, quæ iure donata sunt, nec enim est opus:sed ad alia non iure donata : *vt ff.de leg.j.l.si quando quis.*

r ¶*Lecto*.nunc in specie.

s ¶*Animaduertimus*.ex superioribus & inferioribus verbis: *vt & argu ff.de lega.j si seruus plurium.§.fin.*

t ¶*Verborum*. quæ inserta fuerant in testamento, per quæ verum quæ petere volebat : & erant talia.Res à me tibi donatas habeto:vel tibi sufficiant: *vt ff.de legatis.iij.l.fideicommissa.§ si quis ita.* & sic volebat & res & earum æstimationé habere. sic & *infra de caducis tollendis.§.vbi autem legatary.& ff.de legat.j.l.si pluribus.* & sic dico non valere nec esse fideicómissum quantum ad æstimationem præstandam : sed est fideicommissum quantum ad ipsas res : & eas habebit iure legati,non iure donationis: *vt ff de legatis.j.l.si quãdo.* vbi autem per tacitam voluntaté confirmatur donatio in testamento, puta quia nó reuocatur : habeat eas iure donationis.

* conseruasse. vet.omnes.

† liberalitatẽ

u ¶ *Relictum*.scilicet æstimationis rei donatæ, sed intercedit fideicómissum si donatarius conueniatur : *vt ff de legatis.iij. l. vxori.§ fina.* licet sit argu.contra. *ff.de libe.leg.l.petitor.* 2 Vel aliter dic quòd nec in re sit fideicommissum : vt not.contra P. *infra eo.l. antepenul.& l.res.*

* potuit,dominiũ mor. tẽp. tibi esse addictum.al. addictam.vtrumq. defendi potest.

x ¶ *Senatusconsulti*.Trebelliani, secundú quosdam : vel facti Fuluio Æmiliano & Numidio Albino consulibus : *vt ff.eod. l. cum hic status. j. respon.*

y ¶ *Cui*.scilicet liberalitati, &c.hæc lex argumen. ad [a] confirmationem priuilegioré quòd nihil nouum dare videatur imperator vel papa si vera indulta confirmet & roboret: *vt arg.ff.de lega.j.l.legata.* Sed videtur hæc differentia nulla quo ad effectum, scilicet siue donet nunc,siue primam confirmare videatur. Respond.imò est differentia : quia posset reuocari in dubium vtrum prius donasset,vel non. ¶Et not.hic quòd imperator [b] interpretatur voluntatem defuncti, cuius solius est interpretari voluntates. nam & iura interpretari est eius : *vt s.de leg.& con.l.fin.*cum & hæ voluntates pro iure seruentur,*vt in authen.de nup.§.disponat.coll.iiij.& ff.ad leg.Fal.l.j.in prin.*

a Princeps cõfirmãdo priuilegium veteri, nihil nouum dat.

b Testatorum voluntates princeps interpretari potest.

z ¶*Potuit*.s.vsque ad dodrantem:*vt j.ad le.Fal.in donationibus.*

Prætextu donationis vxor non potest defendere rem donatam quo minus fiscus agat in subsidiũ:sed prætextu donationis infirmatæ, nullo modo defenditur causa. Bal.Vel sic. Ex re donata vxori,licet per cõtractum vẽditionis simulatæ, satisfieri debet fisco creditori mariti ex officio primipili residuo remanente vxori, nisi fuisset reuocatio facta. Salyc.

XV. *Iidem AA.I.fitna & aliis.*

SI non verum [a] contractum pater vester gessit, sed sub specie véditionis donationem possessionis in matrem vestrá contulit [b], nec ex bonis quæ in

SI *non.*] CASVS. Si maritus volens donare vxori constante matrimonio, & sciens se non posse, finxit se vendere. & in eadé voluntate vsque ad mortem perseuerauit : si ex bonis mariti debitoris fisci ex primipilari administratione fisco satisfieri non possit:an ad ea quæ donauit vxori, peruenire possit,quæritur?Dicitur quòd sic. Idem est si reuocauit donationes:quia tunc non erunt res illæ factæ vxoris, sed in hereditate remanserunt: & ex eis & aliis bonis satisfiet fisco.

c Non verum pro simulato.

a ¶*Si non verum.* nomen infinitum est.id [c] est simulatum. venditio ergo non fuit, quia noluit. donatio non· quia non potuit.si tamen voluerint esse venditionem,sed precio minori animo donandi,non valet quatenus ex dono locupletior est : *vt ff eod.l.si sponsus.§.circa.*

b ¶ *Contulit.* postea quàm incepit esse obnoxius ob primipilariam administrationem,& sic erat iam res obligata fisco: & ideo in sua causa remansit:*vt supra eo.l.si quidem.* ¶Sed quid si ante tunc forte contra:*vt infra eo.l antepenulti.* sed expone quod ibi dicitur,vt dices ibi. In venditione autem vera si ante facit, aliud dicam quàm in donatione.

Persona.

a ¶ *Persona.* id est, ex bonis quæ remanserunt apud patrē vestrū.
b ¶ *Ob primipilum.* ad quod tenetur filius etiam si[a] non est heres: *vt infra de primipil. l. fin. lib. xij.*
c ¶ *Perseuerauerit.* quo casu morte confirmatur hæc donatio.
d ¶ *Pecuniam.* quam debet ex primipilaria administratione.
e ¶ *Ex bonis.* reliquis. aliter enim non peruenitur ad extraneum pignoris possessorem: *vt hic, & ff. de iure fisci l. Moschis. & j. de conue. fisci debito. l. j. lib. xj.* Aliud autem in expressa hypotheca secundum has leges: *vt j. de pignoribus l. distractu. & l. persecutionem.* Alij subaudiunt hic, maximè si non sufficiunt bona debitoris. Hodie autem vbilibet prius debitor conuenitur: *vt in auth. de fideiussoribus. §. sed neque. col. j. & facit j. in quibus cau. pign. tacitè contra. l. fatu.*

a filius etiā ob sit heres patris, quandoq. ex patris debito tenetur. pura ex causa seu debito primipilari: seu ex causa primipili condēnatio.

persona[a] patris vestri permansisse videbatur, ob primipilū[b] indemnitati fiscali satisfieri potuit licet in eadē donandi voluntate perseuerauerit[c]: ex eadem tamen possessione ad supplendam pecuniam[d], quæ ex bonis[e] ab eo relictis[f] colligi nequiuerit, conferendum est. Quòd si liberalitatis tenorem mutata volūtate pater tuus interrumpit: in hereditate eius dominium resedisse nulli dubium est* PP. IIII. Kalen. Febr. Tyberiano & Dione Coss.

* nulla dubitatio est, lu omnibus.

Præsumitur emptio simulata, si est appositus titulus in persona vxoris, & traditio est facta ipsi marito. secus si traditio & titulus in persona vxoris concurrunt: quia tunc ei acquiritur dominium. Bald. Vel sic: Si maritus honoris gratia nomen vxoris adscribi fecit in instrumento emptionis fundi quod fecit, ipsum fundum potest vindicare. aliàs si donandi animo: solū precium quod soluit, potest repetere. Salyc.

xvi. *Jidem AA. Theodoro.*

SI filij tui[g] emancipati matris hereditatem sibi acquisierunt: proba[h] apud præsidem prouinciæ non donādi animo te nomine vxoris tuæ prædia cōparasse, sed nominis dūtaxat eius titulo vsum †, per possessionem rerū à venditoribus tibi traditarū dominū esse effectū, vt cōprehensa filiorū tuorū iniuria[i], proprietatis ius incolume perseueret. Nam si largiēdi proposito id te fecisse cōstiterit: pecuniæ[k] tibi persecutio competit. PP. VI. Id. Mart. Tyberiano & Dione Coss.

Præsumitur vxor donare viro res quas patitur eum consumere. secus in rebus paraphernalibus, quas retinet sibi saluas. Bal. Vel sic: Si maritus consumat paraphernalia vxoris ea cōsentiente, præsumitur donatio: & repetit vxor quatenus maritus est locupletior. si verò ea inuita, totum repetitur. Salyc.

f ¶ *Relictis.* si ex bonis quæ remanserunt patri vestro, non potest satisfieri fisco: supplebitur de bonis datis matri vestræ à patre vestro. Acc.

SI *filij*] CASVS. Maritus filium habens emancipatum, prædium cōparauit: & instrumēto emptionis fecit comprehendi nomen vxoris. ea mortua ex eius successione voluit filius vindicare prædium: an possit, quæritur? Distinguitur: vtrum honoris causa fecerit cōprehendi nomen vxoris: aut vt ei donaret: in dubio præsumitur maritū donasse, & si non probet eū non animo donandi nomen vxoris comprehendisse, nihil lucri habebit in prædio filius. si verò probet, cedet filio prædium, & precium patri. vel pone casum aliter. vt in glos. Viuia.

† Præsumptio simulationis probatur non tantum ex actibus præcedentibus, sed etiam sequentibus. & est casus notandus secundum Bay.

g ¶ *Si filij tui.* habeo ex vxore duos filios emancipatos: qua mortua filij adierunt hereditatem eius inter me & illos oritur lis de quibusdam prædiis, quæ ego mea, illi matris fuisse contendebāt: quoniam instrumentum emptionis factum erat in persona matris. Cum ego itaque illa prædia comparauero nomine vxoris, non animo donandi, sed volens ei facere honorem, passus sum nomen eius poni in instrumento, vel cum meo, vel eius nomine tantum: potero illa prædia mea facta vindicare. Si verò volens ei donare, repetam pecuniam, non prædia: quia dominium prædium translatum fuit in vxorem. sed repetam pecuniam: quia illa donatio non fuit confirmata morte mea, quia superuixi vxori: nisi sit non soluendo mulier: quo casu habeo vtilem in rem ad fundum: *vt ff. eo. l. vxor marito. in fin.*

h ¶ *Proba.* cum[b] pro eis sit publicum[c] instrumentum, cui statur: *vt j. de probatio. l. cum precibus.* ¶ Sed quomodo negatiuam[d] probo: *vt j. de proba. l. actor?* Respond. non probo me non donasse, sed hoc, scilicet per[e] possessionem rerum, &c. dominum me effectum, me dico vsum dumtaxat titulo nominis eius. Alij voluēt dicere vt H. ex ista, & ff. de lega. ij. l. vxori. §. fin. & supra famil. ercisc. l. filiæ. quod præsumatur vir animo donandi fecisse, nisi contrariū probetur. vnde & vxorem suam dicebat se ponere nomine, sed non re: quod non placet, nisi ex quantitate precij modica, & quia ipse sit diues, hoc præsumam: *vt ff. eo. l. vtrum.* ADDITIO. Tu dicas post Barto. hic: Quando nomen vxoris inseritur in instrumento: si ipsi marito res traditur, non vxori: præsumitur non animo donandi. ita intelligitur iste textus secundum eum, si diligenter inspiciatur: & sic etiam secundū eūdem debet intelligi. l. filiæ. j. familiæ erciscundæ. Sed si alicuius nomine emitur, & sibi traditur, præsumitur donatio, ita intelligit dictus Bart. finem illius l. quod nota.

b Probare la tractat, quia publici instrumenti authoritate conuincitur.
c Instrumento publico statur, donec contrarium probetur.
d Probari an & quomodo possit negatiuus.
e Dominium adquiritur per traditionem, seu possessionem, seu viam.

xvii. *Jidem AA. & CC. Capitolina.*

DE his quę extra dotem in domū illata, à marito erogata cōmemoras: si quidē te donāte cōsumpta sunt, intelligis aduersus heredes nō nisi in quantum locupletior fuit[l], habere te actionem. Si verò contra voluntatem tuā: omnia tibi restitui oportere[m]. * PP. VIII. Kal. Mart. Heracliæ. AA. Coss.

* oportet.

Intercedēte diuortio præmoriente donatario, & per reuocationē donatio inter coniuges infirmatur. Bald. Vel sic: Rei donatæ inter coniuges dominium non transfertur: nec donatio confirmatur si diuortium sequatur, vel donatarius præmoriatur, vel sit expreßim reuocata. Sal.

xviii. *Jidem AA. & CC. Materna.*

A Marito in vxorem donatione collata matrimonij tēpore, nec initio dominiū trāsferri potest[n]: nec post, si diuortiū intercesserit[o], vel prior persona quæ liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exempta[p], vel ab eo qui donauit, fuerit reuocata[q], potest cōualescere. Dat. IIII. Kalend. Septemb. AA. Coss.

Mater potest donare filio etiam viuente marito. intellige quando sic donat quòd patri nihil quæratur. Baldus. Vel sic: Socrus potest donare genero constante matrimonio. hoc dicit secundum vnam lecturam. Vel mater potest donare filio communi etiam constante matrimonio. Salyc.

xix. *Jidem AA. & CC. Dionysiæ.*

SI constāte matrimonio tibi[r] mater domū tradidit: hanc in tuis bonis fecit. Dat. Idib. Iul. Philippopoli. CC. Coss.

i ¶ *Iniuria.* quam intulerunt: vel quia non iure tenēt: vel forsan auctoritate[a] sua ingressi sunt in possessionem. *& facit j. si quis alteri vel sibi. l. multum. & l. quamuis. & l. cum propria.* Accurs.

a Iniuriam facit qui auctoritate sua possessionem alterius ingreditur.

k ¶ *Pecuniæ.* nō rei quia & mulier non à me: sed ab eo dominium consecuta est: *vt dix. mus j. eod. l. si de tua.*

DE *his*] CASVS. Si mulier extra dotē res in domum mariti intulit, & eas maritus consumpsit:[b] quatenus maritus vel eius heres teneatur, quæritur? Distinguitur: aut mulier eas donauit: & quaten⁹ heres locupletior fact⁹ est, conuenietur: aut nō: & tunc in solidum.

b Paraphernalis sic consistunt in vsu communi mariti & vxoris. idque in domo constante matrimonio qualia ea erunt mulieri restituantur, neque ages ad eorum precium seu æstimationem, vt post Baldū scribit Cremēsis sing. 141. ad de l. plerumque ff. de iure dotium.

l ¶ *Fuit.* scilicet maritus tuus. Accursius.

m ¶ *Oportere.* actione rerum amotarum, vel cōdictione sine causa, vel depositi, vel mandati, vel ad exhibendum. *& facit ff. de iure dotium l. si ego. §. dotis. & j. de rei vxor. act. l. j. §. sileat.*

A *Marito.*] CASVS. Maritus donans vxori constante matrimonio domum: nec statim, nec ex postfacto, id est, traditione facta, si diuortium intercessit, vel persona accipiens prior decedat, vel donatio fuerit reuocata, valet.

n ¶ *Transferri potest.* nisi in casibus quos diximus supra eod. l. siquidem. & nisi in casu soluti matrimonij donetur: vt est mortis causa donatio: *vt ff. eo. l. si enim. §. fin. & l. quia in hoc.* sicut est contra. *vt supra de do. ante nupt. l. quod sponsæ.*

o ¶ *Intercesserit.* nisi expressim fuerit confirmata donatio sub diuortij tempore secundùm R. imò tunc non confirmatur. sed donatio noua constituitur secundū Ioan. *vt ff. eo. l. si interim. §. fin. & l. seq.* ¶ Item hoc quādo non bona gratia factū est diuortiū. alioquin distinguitur: *vt ff. e. l. cum hic status. §. si diuortium.* in dubio tamen semper præsumitur reuocata: *vt ff. de aur. & a gen. lega. l. ij. in fi. & l. sij.*

p ¶ *Exempta.* vel etiam simul: *vt & ff. de rebus du. l. si inter virum.*

q ¶ *Reuocata.* expressè vel tacitè: *vt & supra eod. l. si maritus tuus.* & his duobus modis etiam donatio causa mortis reuocatur: *vt Inst. de dona. §. j.*

SI *constante.*] CASVS. Constante matrimonio an mater filio emancipato possit donare, quæritur? Dicitur quòd sic.

r ¶ *Tibi.* emācipato, vel non habēti patrē. & est ratio: quia formi-

a Fœminæ non habent liberos in potestate.

næ a non habent filios vel filias in potestate: *vt instit. de adop. §. fœminæ. & est sic ff. ead. l. iij. §. socrus.* ¶ Sed quid si est in potestate viri matris, hoc est, sui patris? Videtur hodie tenere, cum huiusmodi aduenticia patri non quærat: *vt j. de bon. quæ lib. l. cum oportet.* Sed dic contra, cum adhuc remaneat ratio, ne mutuo amore, &c. *vt ff. eod. l. j. & ij.*

CReditor.] CASVS. Maritus volēs donare vxori prædiū quod Titio obligauit, soluit Titio debitum, & finxit se non soluisse: & voluit vt daret vxori suæ prædium: & dixit se vendidisse: & maritus cōsensit. non valet donatio, nec simulatio. Viuia.

a ¶ *Nihil.* neq; pro parte, neque pro toto.

b ¶ *Potuit.* vt venditio non, quia b nolebat: vt donatio non, quia c non poterat: *vt supra eod. l. si non verum & facit ī. plus valere quod agitur l. j. & de transactionibus. l. cum ea. & loca. l. ad probationem. & ff. certum pet. l. si ex precio in fin.*

b Venditio nō fit, nisi à volente & consentiente.

c Donatio nō subsistit si ab eo facta est cui lege donandi ius non est.

c ¶ *Interdictum, vt ff. eo. l. j.* Accurl.

d ¶ *Exemptam. vt & supra eod. l. à marito.*

Sicut maritus nō pōt donare vxori, ita nec alij donanti accedere consentiendo circa donationē rei propria. Bald. Vel sic: Si creditor viri rē sibi pignoratā vēdat vxori, pignore iā liberato nō valet venditio vt simulata, nec confirmatur vt donatio præmoriente donataria. Salyc.

xx. *Iidem AA. & CC. Claudiæ.*

CReditor debito soluto, de pignore liberato nihil a ad vxorem debitoris quondā trásferre potuit. Sed nec consensus eiusdē debitoris accedens p eū qui creditor fuit, imaginariè factæ venditioni ad dominium transferendum prodesse quicquam potuit b: cum tam ea quæ simulatè aguntur, quàm quæ in vxorem a marito donationis causa tēpore matrimonij procedunt, propter iuris ciuilis interdictum c (cū proponas vxorē superstite marito rebus humanis exemptā d) pro infectis habeantur. Dat. V. Idus August. Viminacij. CC. Coss.

SI propriis.] CASVS. Mulier mutuo accipiens pecuniā pro viro animo donandi soluit: an competat sibi repetitio? Dicitur quòd non: nisi ex ea pecunia fact° fuerit vir locupletior, vel dignitas inde empta marito fuerit.

e ¶ *Contractibus.* & sic non intercessit.

* Mancabellæ.

f ¶ *Cum hæc.* aliàs, cum hæc: & tunc plana. aliàs, cum nec: & tunc subaudi, maximè. nam nec tūc repeteretur: *vt ff. ead. l. cū adipiscenda.* Hodie tamen non d licet donare causa dignitatis: *vt j. ad leg. Iul. repe. l. fin.*

† nec vir. & rectè sic etiam in nostris impressis anno 1542.

d Donare causa dignitatis adipiscendæ non licet, vt hic. nisi forte vel ipso iure permittente dignitas quæ de agitur sit venalis.

Quod expenditur ab vxore pro marito, non repetitur si in eius vtilitatem non conuertitur. Salycetus.

xxi. *Iidem AA. & CC. Mancaliæ.* *

SI propriis habitis cōtractibus e, quā acceperas mutuā pecuniā, pro marito donationis causa erogasti: cū hæc f † ad dignitatem profuerit, nec locupletior sit factus: intelligis nullam tibi contra eum com petere actionem. Dat. III. Id. August. Viminacij. CC. Coss.

MAritus.] CASVS. An cōstante matrimonio possit maritus donare vxori suæ mancipium ad manumittendum, quæritur? Dicitur quòd sic.

g ¶ *Potest.* quo casu simul e desinit & incipit seruus esse mulieris: *vt ff. eod. l. quòd autem. §. pen.* sicut in acceptilatione simul oritur & extinguitur obligatio: *vt ff. de noua. l. si Stichum. §. ij.* & ideò quia non fit statim accipientis, sed demum cum manumittit, non habet hic locum constitutio diuorum fratrum ad Aufidium Victorinum: *vt in dicto. §. ff. eod.* Adde quod dicitur in ea l. quod autem. in fin. & l. si eum. j. respon. ¶ Item quid si donat vt post certum tempus manumittat? dicunt quidam non tenere: *vt ff. de dona. l. Aristo.* Nos contra: *vt dicta. l. quod autem. in fin.* interim tamen antequam manumittat, potest reuocare expressè vel tacitè: *vt suprà eo. l. si quidem. & facit infra de bon. quæ lib. l. fin. §. fin. & ff. de rei. iur. l. nemo prædo. §. locupletior. & ff. solu. ma. l. quòd si vir.*

e Obligatio quandoque simul oritur & extinguitur.

Ex iure patronatus non censetur locupletior donatarius. Salycetus.

xxii. *Iidem AA. & CC. Archinoæ.*

MAritus manumissionis causa seruū mulieri constāte matrimonio donare pōt g. S. Kal. Augu. Sirmij. CC. Coss.

Donatio valet inter socrū & nurū: nec reuocatur ex pœnitentia. Sal.

SI te.] CASVS. Videtur alicui quòd sicut socer non potest donare nurui, ita nec socrus. contrarium tamen est verum: nec si pœniteat, valet pœnitentia, quo magis reuocetur donatio.

h ¶ *Si te in vacuam.* aliter olim non perficiebatur donatio. Azo *& facit supra de dona. ante nupt. l. si auu.* & quod dicit vacuam, demonstratiuè dicit: quod sic erat, quia vacua erat: *vt plenè dixi supra de proba. l. cum res.*

i ¶ *Socrus tua.* nurui loquitur.

k ¶ *Proficit vt j. de reuo. do. l. possessionem. & arg. j. si res alie. pi. da. sit l. quæ prædium.* & est ratio quòd hic tenet, quia non tangunt super potestatem: *vt ff. eod. l. ij. §. socrui. & supra eod. l. si constante.*

xxiii. *Iidem AA. & CC. Cæciliana.*

SI te in vacuam h possessionem prædij socrus i tua titulo donationis ante † matrimonium vel post induxit: ad rescindendam donationē pœnitentia nihil proficit k. * S. Kal. Nouemb. Brundusij. CC. Coss.

Licet vir damnetur ad vltimum supplicium, non incorporantur fisco res vxori à viro donata. sed si vir superuiuit, interim donatio pendet. Bal. Vel sic: Donatio coniugalis confirmatur morte donantis naturali vel ciuili: ex qua libertas perditur, non si perditur ciuitas tantum libertate manente: quia tunc mors naturalis expectatur, nisi prius remittatur. hoc dicit. & est multum not. Salycetus.

xxiiii. *Imp.* CONSTANTIN. A. *Petronio Probiano.*

REs † vxoris quæ vel successione qualibet l, vel emptione, vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure peruenerat, damnato ac mortuo m ex pœna marito, vel in seruilē conditionem ex pœnæ qualitate deducto n, illibatas esse præcipio, nec alieni criminis infortunio adstringi o vxorem: cum paternis maternísve ac propriis bonis frui eam integro p legum statuto * religiosum sit: & donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus collata in vxorem, quia pudicitiæ præmio cessit, obseruāda sit q, tanquam si maritus eius natura r non pœna subduxerit. Sin autem aqua & igni ei interdictum erit, vel deportatio s illata, non tamen mors ex pœna subsecuta, donationes à viro in vxorem collatæ adhuc in pendenti t maneant: quia nec matrimonium in huiusmodi casibus dissoluitur u,

REs vxoris.] CASVS. Si maritus vxori constante matrimonio animo donandi tradiderit: sicut morte eius naturali cōfirmatur donatio, sic si ciuiliter moritur: quia seruus pœnæ efficitur. Si verò deportetur, in pendenti erit donatio, quia nec matrimonium dissoluitur. vnde si marit° in ea voluntate vsq; in finē vitæ perseuerauit, morte eius confirmatur donatio: nullo aduersus eam fisco seruato regressu.

† Quod vxor marito donandum ad eum deducitur, nō videtur id donare in domo patris quia res destinata ad locum prius de habetur ac si esset in loco. Porte in valeat si ... Consensu ... Donatio ... profecta.

l ¶ *Qualibet.* parentum vel extraneorum ex testamento, vel ab intestato, ciuili vel prętorio iure.

m ¶ *Mortuo.* naturaliter.

n ¶ *Deducto.* vt in metallum: *vt instit. quibus mo. ius pa. po. sol. §. serui.* & sic a ciuiliter moritur: *vt ff. de conditionibus. & demonst. l. mercides. in fin.* Sed hoc casu videtur donatum reuocari, non confirmari: quod hic dicit: *vt ff. eo. l. cum hic status. §. si donator seruus. quæ est contra.* Sol. ibi fuit factus seruus hominis vir, hic pœnæ. ¶ Sed hoc cur tā variè? Respond. quia est ibi, qui potest reuocare, scilicet dominus: sed hodie ex delicto non debet quis damnari, vt sit seruus pœnæ. & sic sequitur authen. sed hodie. quam hic lego.

a Mortuus ciuiliter censetur in metallum damnat°. † C. T. 9. 42. 1.

* Iterandem statu, vt in plerisque illisque melioribus manuscr.

o ¶ *Adstringi. vt & supra ne vxor pro mari. l. ob maritorum. & j. ad leg. Iulia. de vi pu. l. j. & infra de pœnis fisci. l. j.*

p ¶ *Integro legum.* nulla lege per hoc immutata, vel contradicente: quia & si pater vel auus erit, vsumfructum habebit.

q ¶ *Obseruanda sit. vt infra de bonis proscript. l. si quis post hanc.*

r ¶ *Natura.* id est, naturalis dissolutio animæ & corporis.

s ¶ *Vel deportatio.* quæ succedit hodie loco aquæ & ignis interdictionis *vt ff. ad leg. Iul. pecu. l. iij.*

t ¶ *In pendenti. vt arg. de leg. ij. l. cum pater §. hereditate.* An ergo poterit interim reuocare? Respond. sic: *vt ff. eod. l. sed si mors. §. j. & hic subijcit. & arg. ff. ad Treb. l. ex facto. §. si quis.*

u ¶ *Dissoluitur. vt & ff. de bo. dam. l. sed & si.* nisi mutet vxor affectionem: *vt j. tit. j. l. j.* ¶ Vltimo hic distingue triplicem b donationem scilicet causa mortis, & inter coniuges, & inter viuos. Prima nō valet, siue fiat ante reatum, siue post reatum: ante donationem, siue post: cum etiam testamentum rumpitur, & omnia publicentur: *vt ff. de dona. causa mor. l. si aliquis. & ff. eod. l. cum hic. §. si maritus. in fin. §.* Secunda si quidem ante reatum, distinguitur quæ pœna subsequatur, vt vel confirmetur, vel in pendenti remaneat: vt hac l. si post reatum, non valet: *vt hic, & dicta l. cum hic status. §. si maritus*

b Donatio est triplex.

mortem post damnationem constat nos tenere. Tertia scilicet inter viuos, valet ante reatum: vt infra de bonis proscr. l. pen. idem & post reatum: vt ff. de dona. l. post contractum. nisi in crimine læsæ maiestatis. vt j. ad l. Iul. maiesta. l. pe. & fin. post damnationem autem non valet: vt d. l. post contractum in fi. ¶ Ex prædictis patet quòd donatio inter coniuges nō assimilatur omnino donationi causa mortis, nec inter viuos.

Sequitur authen. sed hodie, &c. & facit ff. solu. matri. l. si quis sic stipuletur.

a ¶ Sed hodie.] Natus ingenu^o nat^o.

b ¶ Ex supplicio. i. ex pœna alicuius supplicij. olim enim sic: vt s. l. prox.

¶ Sed an lex sit correcta ff. de pæn. l. qui vltimo? Respon. non, quia hæc authē. super viuentib^o dicit. Item hæc authen. de bene natis est intelligenda vt in corpore innuitur vnde hæc sumitur, scilicet in authē. de nup. § quod autem coll. iiij. & liberti licet non per hanc authenticam, tamen per aliam: vt s. berti de cætero coll. vj. dicunt et bene nati.

c ¶ Non dissoluitur. quod fieret propter inæqualit. eo si alter fieret seruus secundum leges, vt hi corpore: sed non sic secundum canones.

Donationes.] ACCVR. Si marit^o dedit vxori cōstante matrimonio vel econuerso: licet ab initio donatio non teneat: confirmatur tamen morte, si subsistat infra quātitatem quingentorū solidorū: si vltra, nō confirmatur nisi fuisset insinuata, vel expresse cōfirmatio interuenerit. & si sit vltra quingenta, & cōfirmatio sit expressa: ex eo tēpore capit firmitatē, ex quo donatio fuerit cōfirmata. & hoc in prima & secunda. si infra subsistit vel excedat, & est insinuata & confirmata: ex eo tēpore quo erat facta donatio, firmitatē capit: sicut contingit in aliis negotiis in quibus ratihabitio retrotrahitur, scilicet ad tēpus celebrati contractus. & hoc in tertia: subtili diuisione iuris vel facti decætero locum non habente.

d ¶ In liberos. gratia similitudinis. & de his dicit, quæ iuris impossibilitate ab initio non valent, sed inter coniuges non valent, iuris prohibitione.

e ¶ Eorum. scilicet coniugum.

f ¶ Personam. quæ sit ei coniuncta per potestatem: vt filio mariti vel vxoris seruo. & de his habes. s. eod. l. nec inter.

g ¶ Aliæ. puta filij, vel serui.

h ¶ Cui. quæ in potestate viri vel vxoris sit.

i ¶ Per silentium. quo confirmantur: vt ff. eod. l. cum hic. §. j. & §. ait oratio. Accurs.

ita vt si vsque ad vitæ suæ temp^o maritus eas nō reuocauerit, ex morte eius confirmentur: fisco nostro ad easdē res nullam in posterum cōmunionē habituro. Dat. III. Kalen. Mart. Sardiniæ. Crispo & Cōstantio Cōss.

IN AVTHENT. DE nupt. §. quod autem. coll. iiij. constitu. j.

Duo dicta ponit: & secundum infert ex primo. Salyc.

Sed hodie nemo bene natus^a à principio, ex supplicio^b fit seruus: & ideo matrimonium non dissoluitur^c.

Donationes inter viuos, quæ sola morte confirmātur, trahuntur retro: sed illa quæ cōfirmantur in vltima volūtate, quæ per mortē inter viuos valere nō possunt, nō habēt tractum retro. Bal. Vel sic Si donationes sunt inualidæ ratione potestatis vel matrimonij, confirmātur morte, & confirmatio trahitur retro. Si autē sunt inualidæ, quia summā excedāt legitimā, expressa confirmatio in morte requiritur, nec retrotrahitur. Saly.

XXV. Imp. IVSTINIANVS A. Menna. P.P.

1 Donationes quas parentes in liberos^d cuiuscūque sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel vxor in suum maritum, vel maritus in suam vxorem, vel alteruter eorum^e in aliam personam^f cui constante matrimonio donare non licet, vel aliæ^g personæ in eam cui^h donare non poterat: ita firmas esse per silentium^i donatoris vel donatricis sancimus, si vsque ad quantitatē legitimam^k, vel eam excedentes, actis fuerint intimatæ. Nā amplioris quantitatis donationē minimè intimatam^l, nec per silentium eius qui donauit, cōfirmari concedimus^m. Sin verò specialiter eas in suprema voluntate donator vel donatrix confirmauerit, siue vlla distinctione^n ratæ habebuntur: ita tamen, vt si quidem vltra lege finitam quantitatem expositæ, minimè in actis insinuatæ fuerint: specialis earū confirmatio ex eo tempore vim habeat, ex quo eędē donationes cōfirmatæ sunt. Si verò vel nō amplior sit donatio, vel cū amplior esset, in actis insinuata sit: tunc & silentiū donatoris vel donatricis, & specialis confirmatio ad illud tēpus referatur^o, quo donatio conscripta sit: sicut & alias ratihabitiones^p negotiorū gestorū ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt. Nec in cæterum^q *subtilē diuisionem facti vel iuris introduci posse^r. Da. Id. Decem. D. N. Iustiniano. A. II. Conss.

Contractus qui celebrantur cum imperatore vel Augusta, habēt vim legis † Bal. & hunc textum nō habes al. bi. Bal. Vel sic: Matrimonium non impedit donationē inter principem & eius vxorem. h. d. vel sic: inter principem & Augustam valet donatio statim. Salyc.

XXVI. Idem A. Menna præfecto pratorio.

2 Donationes quas diuus imperator in piissimā reginam suam coniugem, vel illa in serenissimum maritum contulerit, illico valere sancimus^f, & plenissimā habere firmitatē: vtpote imperialib^o cōtractib^o legis vicē obtinētibus, minimēq; opitulatione quadā extrinsecus agentibus. Dat. VIII. Id. Apr. Decio V. C. Cōss.

Princeps debet esse humanus, & non superbus. Bal. Vel sic: Si donator captus ab hostibus moriatur, siue donatarius captus post mortē donatoris redeat, donatio confirmatur. Salyc.

XXVII. Idem A. Ioanni præfecto pratorio.

Si vnus ex his qui matrimonio fuerant copulati, in alium donatione facta, ab hostibus captus esset, & in seruitutem deductus, & postea ibi morte peremptus: quærebatur an huiusmodi liberalitas quam ante fecit, ex hoc roborari videretur,

k ¶ Legitimam. scilicet quingentorum aureorum hodie: vt j. de donatio. l. penult.

l ¶ Intimatam. id est, in actis non redactam.

m ¶ Confirmari concedimus. cum duobus careat adminiculis: scilicet ratione personæ, & ratione rei. Accurs.

n ¶ Distinctione. excedat legitimā quātitatē, vel non. & hoc iure relicti, non donationis, cū excedit legitimā sūmā.

o ¶ Referatur. quantū ad fructus & partus, & vt de dāno dato in re non teneatur: s. vt hic, & ff. de leg. ij. cum pater. §. pater filia. & ff. de donat. causa mor. l. si mortis causa inter viuos. non quantum ad dominiū: vt arg. s. famil. ercisc. l. fin. & sic non obstat supra de inofficiosis donat. l. y. vbi dicit huiusmodi donationes haberi præcipuas iudicio familiæ erciscundæ: quod non esset, nisi dominium apud testatorē resedisset: vt ff. famil. ercisc. l. si quod. & i. eod. l. si non verum. in fin. & hoc secundum Ioan. 2 Vel solue vt ibi. 3 Alij dicunt etiā dominium retro fuisse donatarij fictione huius legis, licet non potuerit expresse transferri tunc: quasi plus operetur fictio, quàm veritas: vt argum. ff. de solution. l. sub conditione. & ff. eod. l. si uxor sine. ¶ Item nota contra P. facere legem istam, qui dixit, vbi expresse confirmauit, esse relictum: vbi tacuit, & sic tacite habere vim relicti. si enim esset relictum, non traheretur retro. Item differt à relicto vel à donatione causa mortis in alio: vt no. s. eod. l. res in dispositione vbi posita. & facit infra ad leg. Falci. in donationibus. habet ergo vim relicti. vbi testator hoc voluit, aliàs non: vt supra eod. l. ex verbis. Item est contra j. de colla. l. si donatione. vbi nec retrotrahitur, nec etiam vt ex nūc valet: sed ibi vt haberet in peculium fuit donatum: non autem simpliciter quod hic erat. Accurs.

p ¶ Ratihabitiones. vt puta qui factum filij accipientis mutuum habet ratum: vt s. ad Maced. l. fin. vbi plura dedimus similia. & facit s. de nup. l. & si contra. & ff. de off. procons. l. obseruare. §. fin. & j. de dona. l. data.

q ¶ In cæterum. id est decætero.

r ¶ Posse. fortè distinguebatur vtrum vir donans errabat in facto, credens rem donatam non valere vltra legitimam summam. 2 Vel verius, quia credebat valere donationem.

Donationes.] ACCVRS. Si princeps donet vxori constante matrimonio, vel econuerso indistinctè valebit donatio, siue fuerit expresse vel silentio confirmata, siue non.

f ¶ Sancimus. & ita contractus * imperialis est lex, sic infra de

a Respōde ita [...] quia [...] propter [...]

e Vide [...] Clarum [...]

* gl. in [...] addit, id est de cætero.

† Cōtractus principis vim legis habent, habēt etiam naturā bonæ fidei. [...]

a Contractus imperialis est lex.

donis quae liber. l. cum multa. & de quadr. praescrip. l. fin. in fin. & in authen. de non alien. §. fraternus. coll. v.

SI vnus.] CASVS. Si vir donauit vxori, & postea capiatur ab hostibus, & ibi decedat, an confirmetur donatio, quaeritur? Dicitur quòd sic. & hoc in prima. Idem est si vxor donet, deinde illa capiatur ab hostibus, & ibi decedat: quia perinde aestimabitur donatio ac si domi decessisset.

a ¶ *Augusto.* id est, imperiali.

b ¶ *Imitatio.* sic[a] ȝ. de nupt. l. imperialis. circa princip. & facit ff. eod. l. cum hic. §. si ambo. Accurs.

a Deum imitatur princeps humanitate.

an vacillare? & iterú si donator quidé in ciuitate Romana cóstitutus decessisset, mortis auté eius tépore is qui donationem accepisset, in captiuitate degeret, & post reuersus esset: an videret & tunc donatio rata haberi? Cú itaque in vtroque casu oporteat augusto [a] remedio causam dirimi: cum † nihil tam peculiare sit imperialis maiestatis, quàm humanitas, per quá solam Dei seruatur imitatio [b]: in ambobus casib⁹ firmam esse donationem censemus. Da. Kalen. Decemb. Lampadio & Oresta. VV. CC. Coss.

DE REPVDIIS, & iu. &c.

Omne [b] quod ligatur, solubile est: vt in authen. de nup. §. deinceps. colla. iiij. *sic & post ligamina matrimoniorum de solutione dicit*

† cum nihil aliud tá peculiare est sic in omnibus.

b Dissolui quodque potest, quod ligari potest.

MAtrimonium.] CASVS. Si maritus deportetur non dissoluitur matrimonium, si propter status mutationem viri, mulier affectionem suam non mutauit. An aut in constante matrimonio possit dotem repetere? Resp. quòd licet nó iure stricto, de aequitate tamen sibi concedenda est: nec laudabile propositum suum, scilicet quòd non vult diuertere à marito, ei erit impedimento quo minus repetat dotem à fisco bona occupante.

c ¶ *Vel aqua & ignis.* vel, pro[c] id est: nam pro eodem ponitur: *vt ff. ad l. Iul. pecul. l. iiij.*

c Vel pro id est.

d ¶ *Non soluitur.* si constat matrimonium: ergo habet filios in potestate natos, & nascituros: *vt ... tit. de pat. po. in prin. ici.* Sed contra probatur: quia si prius habebat, non erit: *vt inst. tit. quibus mod. ius pat. potesta. solui. §. cum autem.* Item quia potestas patria, propria est Romanorum ciuium: *vt ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. item in potestate.* Sed hic ciuitatem amittit, & [d] apolis dicitur: *vt ff. de legat. iij. l. j. §. deportatos. & §. hi quibus. & ff. de pan. l. quidam.* Non ergo habet ius patriae potestatis: Respond. ad hoc, quòd est specialis [e] casus vbi natos ex matrimonio non est in potestate. & quod generaliter dicatur in potestate nasci, intelligitur quando nullus mutauit conditionem. ¶ Item videtur matrimonium solui: *vt ff. solu. matrimo. l. si quis sic diputetur.* Solu. ibi adfectionem mutauit mulier repudiando eum: vt hic subijcit.

f solutio.

d Apolis dicitur ille, qui est sine ciuitate.

e Potestate patris quo casu qui non tenentur, licet sint ex matrimonio nati.

e ¶ *Adfectionem.* quam habet vxor erga virum.

f ¶ *Non competit.* mulieri ipso iure, quia matrimonium durat: sed de aequitate agit, & petit à fisco: *vt subijcit* & est speciale, [f] quod durante matrimonio petatur. *sic & ȝ. de iure do. l. vbi.* ¶ Sed contra *ff. de bon. damn. l. sed & si.* vbi demum morte interueniente agitur. Solu. ibi mulier fuit deportata: hic vir.

f Dos regulariter constante matrimonio non petitur.

g ¶ *Aequitatis.* inuadente fisco bona: & per consequens est aequum eum tenetur: *vt j. ad leg. Iul. de vi. l. ij. & ff. solu. matr. l. si marito. in*

TITVLVS XVII.

DE REPVDIIS, ET iudicio de moribus sublato.

Deportatio non facit soluere matrimonium nec vxor perdit dotem ob deportationem mariti. hoc dicit. Bald. Vel sic: Deportatione viri seu amissione ciuitatis matrimonium non soluitur: dos tamen de aequitate repetitur. hoc dicit. Salyc.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Abutiniano.*[*]

* Butiano. al. Abutiano.

MATRIMONIVM quidé deportatione, vel aquae & ignis [c] interdictione non soluitur [d], si casus in quem maritus incidit, non mutet vxoris adfectionem [e]. Ideóque dotis exactio † ipso iure nó cópetit [f]: sed indotatam eam esse, cuius laudandum propositú est, nec ratio equitatis [g], nec exempla permittunt. PP. Non. Nouembr. Alexandr. A. III. & Dione Coss.

Mulier non tenetur sponsum vltra triennium expectare: ideo postea poterit nubere sine poena. hoc dicit. Salycetus.

II. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & *Valerian. Caes. Paulinae.*

LIberum est filiae tuae [h], si sponsum suum post tres peregrinationis annos expectandum sibi vltra non putet,[*] missa spe huius coniunctionis, matrimonium facere [i]: ne opportunum nubendi tempus amittat: cú posset nuntium remittere [k] etiam si praesente illo consilium mutare voluisset. PP. VII. Kal. April. Aemiliano & Basso Coss.

* potest.

Diuortium fraudulentum non impedit pactũ in casum mortis collatum. Bald. Vel sic: Fictum repudium non nocet tertio dotem stipulato sibi reddi matrimonio morte dissoluto. Salyc.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. *Tullio.*

DVbium non est omnia omnino quae consilio recté [l] geruntur, iure, meritóque effectu & firmitate niti. Quare si tu dotem pro muliere dedisti, & ex morte [m] eius repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui causa ficto repudio matrimonium breui tépore rescissum est: res dotales quas ante nuptias obtulisti, praeses prouinciae recidere te non dubitabit [n]. Certum est enim daturum operam moderatorem prouinciae, vt quae cótra fas gesta sunt, fructum calliditatis obtinere non possint [o]: cum nobis huiusmodi cómenta displiceant. Imaginarios enim nuncios, id est repudia, nullius esse momenti, siue nuptiis fingant se renunciasse, siue sponsalibus etiam veteribus iuris auctoribus placuit. † Dat. II. Kalen. Septemb. Tyberiade. AA. & CC. Coss.

IIII. *Idem AA. & CC. Pisoni.*

FIliae diuortium in potestate matris non est [p]. Dat. III. Kalend. Ianuar. Sirmij. CC. Coss.

prin. & facit in authen. de nup. §. deportatio. colla. iiij. & ff. de capti. l. non vt à patre. & ȝ. tit. j. l. res vxoris. & ff. eo. l. j.

LIberum.] CASVS. Si filia tua cum aliquo sponsalia contraheret: an illo peregrinante, nec intra triennium reuertente, ne nubendi tempus amittat, possit cum alio contrahere, quaeritur? Dicitur quòd sic: quia & si sponsus praesens fuisset, potuit mulier sibi misisse nuncium repudij.

h ¶ *Filia tua.* ô mater. Accurs.

i ¶ *Facere.* cum alio etiam non misso repudio, secundùm R.

k ¶ *Remittere.* praesente eo. & hoc est post biennium: *vt ff. de sponsa. l. ij.* Dic[a] ergo si non est arra data, quandocunque pót mittere repudium: *vt ȝ. de spons. l. j.* sed ea data ante biennium inter presentes, ante trienniú inter absentes, non potest quin patiatur poenam arrarum, secundú qd post stipulatae sunt: *vt hic, & d. l. ȝ. de spons. l. ij. & l. fin.* & hoc quando non est iusta causa vltra differendi. aliàs etiam vltra triennium expectant: *vt ff. de spons. saepe.* & hoc in sponsalibus. vxor enim cú certum sciat virum viuere, non nubit: si verò incertum, quinquennium expectat à tempore captiuitatis: *vt ff. eodem l. uxores.* ADDITIO. Dicas de hoc vt in ca. de praesentia. extra de spons. & in c. dominus ac redemptor noster. de secun. nupt.

a Arre in matrimonij repudio amittuntur.

DVbium.] CASVS. Pater dedit dotem pro filia, & stipulatus est eam sibi reddi soluto matrimon. morte. mulier finxit se velle diuertere à marito sine culpa mariti, sed sua: vt sic maritus doté lucraretur: an talis dolus filiae, obsit patri, quaeritur? Dicitur q non: quia talis fraus principi displicet: & ideo firmitatem non habebit. quia tantum ea debent obtinere firmitatem, quae recte & cum consilio geruntur. vnde Salomon: Omnia fac cum consilio, & non poenitebis. vnde non obstante tali fraude, potest pater dotem repetere in casu soluti matrimonij morte.

† Graeci sic habent & illud addit: vnde si iterum coniuncti fuerint non potest in secundis nuptiis locum habere stipulatio.

l ¶ *Recté. i.*[b] rite. secundum [*] solennitatem qua debent. & est sic. *j. de appel. l. nominationes. & extra de his quae fi. à prela. ca. nouit. & XV. q. vj. c. episcopus. & dist. lxxxiiij. cap. peruenit.*

b Recté pro rite.

* Recté fieri dicuntur, quae fiunt solenniter.

m ¶ *Ex morte* i. si decederet in matrimonio. & ita in casu diuortij non fu. sti stipulatus. *sic & ff. sol. ma. l. si cum dotem.*

n ¶ *Non dubitabit.* vtili actione, licet illa dolo fecerit quo minus conditio stipulationis existat: *vt ff. sol. ma. l. filia. & ff. eo. l. ij. filia.*

o ¶ *Non possint.* No. sic & supra *de vxo. mili. l. ij.*

FIliae.] CASVS. Si mater soluerit matrimonium filiae ea inuita, non est audienda.

p ¶ *Non est. vt ȝ. de inoff. testa. filia. nec* [d] *patris: vt ff. de donat. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si socer. & j. l. proxi.* sed sponsalia dirimere potest pater: *vt ff. de spon. l. in potestate.*

d Diuortium filiae non est in potestate alterutrius parentis patris maritum vel matris: licet sponsalia pater possit dirimere.

Dissentientis.

Dissentientis.] Casus. An pater qui ab initio cōsensit in matrimoniū filiæ suæ, quā habebat in potestate, inuita ea possit id dissoluere, quæritur? Dicitur q non, nisi ex iusta causa suū spōsum repudiauerit. Sed ponam' q filia secuta voluntatē patris diuerterit à marito: an possit cogere eā inuitā pater redire? Dicit q non: filię verò emācipatæ matrimonium nullo modo dissoluere potest pater.

Diuortium filiæ non est in potestate patris, nisi ex magna & iusta causa: & si fuerit emancipata, tunc nullo modo. Bald. & Salycet.

v. *Iidem* AA. & CC. *Selyrani.*

DIssentiētis patris, qui initio cōsensit matrimonio, cū marito cōcordātē vxorē filiamfamiliâs, rata nō haberi [a] voluntatē diu[z] † Marc[y] pater noster religiosissimus imperator cōstituit: nisi magna & iusta causa interueniente hoc pater fecerit. Inuitā autem ad maritū redire, nulla iuris præcipit cōstitutio. Emancipatæ vero filiæ pater diuortiū in arbitrio suo non habet [b]. Dat. V. Kal. Septē. Nicomediæ. CC. Conss.

IN AVTHENT. DE NVPTIIS. §. est quoque col. iiij. consti. j.

Filiusfamiliâs non potest dissoluere matrimonium nisi patre consentiente: emancipatus sic. Salyc.

ECōtra [c] si filiifamiliâs distrahūt parēte nolēte, q d iuris sit, exprimit noua cōstitutio de nuptiis, scilicet ne [a] matrimonia distrahât in læsionē [d] parentū [e] qui dotē vel ante nuptias donationē obtulerint aut susceperint soli, aut cū filiis: q a sicut in cōtrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita & in dissoluendo [f].

Citatio ad domum valet, licet in citati notitiam non peruenerit. hoc dixit tex. cum glos. Salyc.

vi. *Iidem* AA. & CC. *Plimbo.*

LIcet repudij libellus non fuerit traditus vel cognit' marito [g], dissoluitur matrimonium. Dat. XVIII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. Conss.

Mulier quæ de marito per quadriennium noua non habuit, palam nubens, adulterij & cæteras pœnas euitat. Salyc.

vii. *Imp.* CONSTANTIN. A. *Dalmatio.*

VXor † quæ in militia profecto marito, post interuentum annorū quatuor, nullū sospitatis [h] eius potuit habere † indiciū, atq. ideo de nuptiis alijs [i] cogitauit, nec tñ antè nupsit quàm libello ducē [j] super hoc suo voto cōuenit [k], nō † videt nuptias iniisse furtiuas, nec dotis amissionē [l] sustinere, nec capitali pœnæ esse obnoxia, que post tā magni tēporis iugitatē non temerè, nec clanculo, sed publicè contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideóque obseruandū est, vt si adulterij suspicio nulla sit, nec coniunctio furtiua detegatur: nullum periculum ab his quorum coniugio erant copulatæ, vereat cū si conscientia maritalis tori furtim esset violata [m], disciplinæ ratio pœnam cōgruam flagitaret. Dat Nesso † Feliciano & Titiano Coss.

IN AVTHENT. VT LIC. ma. & auiæ. §. quod autem à nobis. colla. viij. constit. fina.

Hodie mulier habens virum in expeditione militiæ, nō potest licitè nubere, etiā si diu eū expectauerit: nisi formam huius legis seruauerit.

HOdie [a] quātiscunq. [n] annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neq. literas neq. responsum ab eo acceperit. Sed si mortuum audierit: non prius nubat, quā per se vel per alium, cum sub quo militabat, adiens, interrogauerit si pro veritate mortuus est: vt apud gesta deponat cū iureiurando, si mortuus sit: quo subsecuto, post annū [o] nubat. Si verò præter hæc nupserit: tā ipsa, quàm qui eam duxerit, velut adulteri puniantur. Sed qui iurauerit, si falso iurasse conuincat [p]: militia nudatur, decē libras auri soluet illi quē mortuum fuisse mētitus est: eo licentiam habēte, si voluerit, suam vxorem recipere [q].

Matrimonium non potest ab altero coniugum dissolui sine causa legitima hic expressa: & vxor contra faciens, dotem perdit: & donationem propter nuptias restituit: nec intra quinquennium nubere potest. Vir autem contra faciens, dotem restituit, & donationem perdit. Et ad probationem causæ admittuntur domestici, & aliàs inhabiles: lucrūque debet lucrum liberis reseruare. & pacta contra hanc legem inita, sunt ipso iure nulla. Sal.

viii. *Imp.* THEOD. & VALENTINIA. AA. *Hormisdæ P.P.*

---

a ¶ *Non haberi.* ne [a] bene concordantia matrimonia pater distrahat: vt ff. de li. exhib. l. j. §. fi. & §. de inoff. testa. l. filia. & l. cū &c. & dixi §. l. prox.

b ¶ *Non habet.* facit §. de nupt. l. si vt proponis. y. Et ad prin. l. aptatur authē. ti. econtra &c. quæ est ex corpore de nupt. §. est quoque. col. iiij.

Econtra.] Casus. Lex codicis dicit q inuita filia pater non pōt matrimoniū dissoluere: at ecōuerso si filia vult renunciare matrimonio in præiudiciū patris, qui dedit dotē: an possit? Dicit authē. q nō pōt: quia sicut in cōiungēdo matrimonio necessari' cōsensus parentum exigitur, ita in dissoluendo.

c ¶ *Econtra.* i. contra ad legem.

d ¶ *Læsionem.* vt fuit §. eod. l. dubium.

e ¶ *Parentum.* Contra est §. de iure dot. l. si dotem. Solue vt ibi.

f ¶ *Dissoluendo.* neutrum horum iure canonum obseruatur.

Licet.] Casus. Destinauit mulier sponso libellum repudij, sed ad eū non peruenit, sed ad spōsi patrē, vel ad eū q erat in potestate spōsi: an dissoluantur sponsalia? Dicitur quòd sic.

g ¶ *Marito.* s. ab vxore: fuit [b] tñ tradit' alicui de sua familia quā habet in potestate, vel in cuius potestate ipse fit: vt ff. eo. l. j. §. fi. & [c] causa debet mitti: vt §. eod. l. consensu.

VXor.] Casus. Si marito in militiā profectō, nec etiā ante quatuor annos reuerso, ita vt vxor nesciat viuat aut nō: velit ad secūdas nuptias cōuolare, & ducē sub quo militabat maritus, consulat de maritō: an possit, quærit. Dicit q sic: nec dicet in l. Iul. de adulte. incidisse: nec dotē amittet: nec clādestinas nuptias dicēt cōtraxisse. nisi mulier habuit conscientiam alieni tori: quo casu furtiuæ essent nupt. &c.

h ¶ *Sospitatis.* i. an esset mortuus an viuus.

i ¶ *Ducem.* sub quo militauit.

k ¶ *Conuenit.* in quærendo virum an viueret.

l ¶ *Amissionem.* imò recuperabit eam ab heredibus.

m ¶ *Violata.* ab aliquo. Nota ergo [a] adulterium nō fieri sine dolo, & mala conscientia. sic ff. de adul. l. miles. §. pe. & l. pe. Vt etiā sic prosunt. & sunt argu. ad quæstionē quæ quæritur de eo qui cognouit cōiugatā credens solutam. & facit extra de secund. nupt. l. dominus. & xxiiij. q. j. c. j. Sed contra ff. eo. l. vxores & in authen. de nup. §. sed etiam captiuitatum colla. iiij. quib' dicit de quinquennio. Sol. ibi in captiuo, hic in milite. Item contra in authen. de nup. §. nouimus. vbi de militante dicit, & de decennio. Solu. illa corrigit istam: sed & illa corrigitur per aliā quæ est in authent. vt lic. ma. & auiæ. § quod aut. col. viij. ex qua sumitur ea quā hic habes, hodie &c. quæ dicit in infinitum expectari. Accursius.

Hodie.] Casus. Hæc authen. corrigit l. Codicis. dicebat l. C. q si mulier maritum suū in expeditione militari existentem quatuor annis expectauerit, nulla aut literis aut nūciis habita de mariti vita aut morte notitia, potest impune ad secūdas nuptias conuolare. Hæc authen. dicit quòd hodie mulier non potest alij nubere, si maritus fuerit in expeditione quantiscunque annis, nedum quatuor annis: licet neque nuncium neque literas à marito habuerit: imò debet expectare quoadúsq; audiat eum mortuū esse: & tunc non debet prius nubere, quàm si adeat per se, vel per alium, illū sub quo maritus militabat, vt sciat veritatē, coram actis iudicis q mortuus sit. quo subsecuto, post annum potest alij nubere. Sed si ille qui iurauit, falso iurauerit: ipse priuatur militia, & x. libras auri soluet illi quem iurauerit esse mortuum: data licentia primo marito, si voluerit, suam vxorem recipere.

n ¶ *Hodie quantiscunque.* i. quotcunque. ¶ Sed contra in auth. de nup. §. nouimus colla. iiij. Sol. hic corrigit. Item contra in eod. titu. §. sed etiam captiuitatis. Sol. ibi in captiuo.

o ¶ *Post annum.* computandum à tempore iuramēti: vt in corpore. Sed contra, ff de his qui no. infa. l. genero. §. sed cum tempus. vbi statim assumit & deponit lugubria. Solu. hæc corrigit: vel ibi erat certum: hic dubium, licet iuratum sit per vnum.

p ¶ *Conuincatur* supra de re. cred. & iureiur. l. j. contra. Solo. de alio iuramento dicit.

q ¶ *Recipere.* Quomodo hoc, cum legitime contraxerit? Respon. fingitur [c] non contractum vel nullum: licet verū & rectè fuerit.

a Pater bonâ nuptias liberorum dissol. non pōt.

a Adulterium non fit sine dolo.

b Adulterium non committit qui coniugatam cognouit, quam solutam putabat. Nam hic dicitur adulterium dolo fieri: quod ei abest qui ignorans delinquit.

b Familiæ libelli repudij tradi sufficit.

c Causa in libello repud. inserenda.

* al. alterius.

c Fingitur plerunque non contractum vel nullum, quod verum & rectum est.

Consensu. Primo ponit exordiũ & rationẽ legis condẽdæ vsq; ibi, Si qua igit. Secundo enumerat causas ꝓpter quas vxor põt diuertere à viro, vsque ibi, vir quoq;. Tertio enumerat causas ꝓpter quas vir discedere põt, vsq; ibi nec nisi. Quarto ponit diuertentẽ sine causa vel causam nõ ꝓbantẽ, vsq; ibi. setius. Quinto ponit p quas psonas, & quomodo ꝓbari possit, vsq; ibi, si vero. Sexto ꝓuidet liberis lucratis, vsq; ibi, pactiones. Septimo annullat pacta huic legi contraria, vsq; ad si Saly. CASVS. Licet solo consensu cõtrah ẽ matrimoniũ, nõ tñ solo cõsensu dissoluitur: nisi misso libello repudij prius, vel nisi aliqua ex causis in præsenti l. expressis inciderit. & hoc fauore liberorũ. Si ergo maritus vel vxor in aliquã earũ inciderit: impune alter ab altero discedere põt: si nec vlla earũ interueniente mulier à viro diuertat, vel de aliqua maritũ accusauerit, nec ꝓbauerit, amittet dotem: vir donationẽ ante nupt. nec intra quinquẽniũ alij nubet. quod si fecerit, erit infamis: nec dicet connubiũ id cõiũctio, sed q; talẽ coniunctionem accusare voluerit, liberã habeat facultatẽ. si vero causam ꝓbauit: dotẽ recuperat, & donationẽ ante nupt. & lucro suo cedat, & post annũ nubat ne de partu dubitet cuius fuerit. s. an primi, an sequẽtis mariti. Si vero vir vxori aliquid de prædictis obiecerit, & probauerit, dotẽ lucrat, & donationẽ ante nup. & statim vxorẽ ducat si velit. Si vero nõ interueniente aliqua de prædictis causis eã dimittat, dotẽ & donationẽ amittat: & seruus vel ancilla si sit pubes, si aliter ꝓbari non possit an adulteriũ cõmisit, torquet, vt sic veritas eruat: quia quæ in domo geruntur, magis per domesticos q; per extraneos sciri possunt. SI VERO. Si vir aut mulier temere repudiũ miserit: filio aut filiis, siue filię aut filiab⁹ ex matri. extantib⁹: quicq;d ex nuptiis lucratum fuerit vel p dotẽ vel p donationẽ ꝓpter nuptias, illud filiis & filiabus post mortẽ parentis reseruabit data electione tã viro quã mulieri quem filiorũ velit instituere in dotẽ vel donationem, vel cui eã dare voluerit. & si aliqua pacta facta fuerint aduersus huius legis statuta, puta quia mulier pepigit de non amittenda dote, vel vir de non amittenda donatione propter nuptias, si in aliquam causam prædictarũ inciderit, nullã obtineant firmitatẽ. ¶No. ex hac l. ibi, exasperat. q; nihil est quod tam exasperet vxorem, nisi impudicitia viri. 2 No. secundo ibi, fautricẽ, de fautrice. & vide quod no. in c. j. de poe. in clemen. vbi habes glo. magistra. 3 No. tertio ibi, indignum, q; debet carere connubio, quo se iudicas indignum: 4 Quarto no. ibi, adeunt, à contrario sensu, quod si filius adisset, non posset reuocare factum patris. quod dic vt s. de rei vin. l. cum à matr. Bal. hic.

Diuiso.

¶ Vide Alcia. tum 6. Parergon 10. vbi Iustinianum defendit quod diuortium per mulieris ita statum vsus eam non reuocaret.

Sed. domi suæ.

† Licet marito vxorẽ delinquentem leuiter corrigere, at non in carcerem aut vincula conijcere. v. Romanum singulari. 4 Porro an & quomodo institutum possit vxor agere aduersus maritum, v. Tiraquell. per tot. legum connubialium gloss. 1. num. 4 Certam in memorabil. in verb. oll. Imperatorum et in verbo ... [illegible]

† necessariũ. In omnib mariti. rectẽ.

* al. ante nuptias.

† al. sepulcrorum.

CONsensu [a] licita matrimonia posse † cõtrahi, cõtracta nõ nisi misso repudio [b] dissolui præcipimus. Solutionẽ enim matrimonij difficiliorẽ [c] debere esse, fauor imperat liberorum [d]. Causas autẽ repudij hac saluberrima lege apertius [e] designam⁹. Sicut enim siue iusta causa dissolui matrimonia iusto limite prohibem⁹: ita aduersus necessitatẽ pressum [f] vel pressam [g], quãuis infausto [h], attamẽ necessario auxilio cupimus liberari. Si qua igit maritũ suũ adulterũ [i], aut homicidã, aut veneficũ, vel certe cõtra nostrum imperiũ aliquid molientẽ, vel falsitatis crimine condẽnatum inuenerit, si sepulchrorũ dissolutorẽ, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem, vel latronũ susceptorẽ, vel abactorẽ [k], aut plagiariũ, vel ad contẽptũ sui domusve suæ [l] * ipsa inspiciente cũ impudicis mulierib⁹ (quod maximẽ etiã castas exasperat) cœtũ ineuntẽ, si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem, si se [m] verberibus [n] (quæ † ingenuis aliena sunt) afficiẽtẽ ꝓbauerit: tũc repudij auxilio vti necessario † ei permittim⁹ libertatẽ, & causas dissidij legib⁹ cõꝓbare.

IN AVTHENT. VT LICE. ma. & auiæ. §. causas. col. viij. const. si. §. quia vero quædam in fi.

SEd nouo iure vir qui sine causa hoc fecerit [o], ex alia substantia sua etiam constante matrim. tantum dabit vxori, quãtũ tertia pars facit antenuptialis * largitatis, sed matrimonium ob id non soluitur.

Finit authentica. Sequitur. tex. l. C.

Vir quoque pari fine claudetur, nec licebit ei sine causis apertius [p] designatis propriã repudiare iugalẽ nec vllo modo expellat nisi adulterã [q], vel veneficã, aut homicidam aut plagiariã, aut sepulchrorũ † dissolutricẽ, aut ex sacris ædibus aliquid subtrahentẽ, aut latronũ fautricẽ, aut extraneorũ virorũ se ignorante vel nolente conuiuia * appetẽtẽ, aut ipso inuito sine iusto & probabili causa foris [r] scilicet pernoctantem: vel † circẽsib. vel theatralibus ludis, vel arenarũ spectaculis in ipsis locis in quibus hæc adsolẽt celebrari, se prohibente gaudentẽ: vel sibi veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiatricem, vel contra nostrum imperium aliquid machinantibus consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit ingerentem. tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatẽ, & causam dissidij legibus cõprobare. Hęc nisi vir & mulier obseruauerint [s], vltrice prouidentissimæ legis pœna plectentur. Nã mulier † si contẽpta lege repudiũ mittendum esse tentauerit: suã dotem, & ante nuptias donationẽ amittat, nec intra quinquennium nubẽdi habeat denuo potestatem. Æquum est enim eam interim carere connubio, quo se monstrauit indignam. Quòd si præter hæc nupserit, erit ipsa quidem infamis: connubium verò illud nolumus nuncupari. Insuper etiam arguendi hoc ipsum volenti concedimus libertatem. Si vero * causam probauerit intentatam, tunc eam & dotem recuperare, & ante nuptias donationem lucro habere, aut legibus vindicare censemus. & nubendi post annum [t] ei (ne quis de prole dubitet) permittimus facultatem. Virum etiam si mulierem interdicta [u] arguerit attentantem: tam dotem quam ante nuptias donationem sibi habere [x] seu vindicare, vxorémque (si velit) statim ducere * hac iusta definitione sancimus.

a ¶ *Consensu.* solo sine aliqua solennitate, & hoc liberorum fauore: vt hic dicit, sed in casibus specialibus scriptura exigitur: *vt insti. de nup. §. fin. & s. de nupt. auth. sed nouo iure & authen. maximis.*

b ¶ *Misso repudio.* & sic cũ solennitate, & iusta interueniente causa.

c ¶ *Difficiliorem.* quàm contrahere.

d ¶ *Liberorum.* argu. *ff. de ric. nup. l. qui in prouincia.*

e ¶ *Apertius.* q; olim essẽt.

f ¶ *Pressum.* virum.

g ¶ *Pressam.* vxorem.

h ¶ *Infausto.* i. malo omine siue infortunio. nam spes fuit indiuiduitatis: [a] *vt institu. de pa. pote. in prin.* sed aliq. † sinistrũ euenit qđ & causam dat dissidij: quod in præsentia septem [b] testium fieri debet: *vt ff. e. l. nullum.*

i ¶ *Adulterum.* videt cõtrariũ ei qđ dicit *xxxij. q. v. c. quicquid. & in Lombarda si quis vxorem suã amiserit. l. nulli liceat.* vbi dicit ex alia causa non dirimi nisi causa fornicationis. & ad hoc in authen. *de nup. §. minores. & §. sigitur. & §. rursus. & §. si vero col. iiij.*

k ¶ *Abactorem.* i. abigeũ.

l ¶ *Suæ.* mulieris.

m ¶ *Se.* s. vxorem.

n ¶ *Verberibus.* ad hæc aptat auth. sed nouo iure &c. quæ est in auth. vt li. ma. & au. §. si quis in sua domo. & §. causas. & §. si quis autem propriam col. viij.

o ¶ SEd nouo. *Hoc fecerit.* id est vxorem verberibus affecerit.

p ¶ *Apertius.* quam olim essent.

q ¶ *Adulteram.* quoniam non põt eam accusare, nisi se inscribat, *vt in authen. vt li. ma. & aui. §. quia vero plurimas. col. viij.*

r ¶ *Foris.* nisi fuerit apud proprios parẽtes, vel alios qui sunt sine suspicione, vel nisi vir eã de domo sua eiecerit: *vt in authen. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero plurimas col. viij.*

s ¶ *Obseruauerint.* quia diuertant sine causa.

t ¶ *Post annum.* *vt s. de secun. nupt. l. j.*

u ¶ *Interdicta.* s. ea l. §. vir quoque.

x ¶ *Sibi habere* vt sic accusando eã de adulterio inscribat, vt lucret dotem: *vt superiori. §. dixi.* ¶Sed quomodo eo casu dotẽ habebit? nã ipsa cũ suo patrimonio vel toto vel parte retrudit in monasteriũ, & residuũ dat ascendentib⁹, *vt in auth. vt nul. iud. §. adulteram. colla. ix.* Respon. aliud intellige de alia substãtia præter dotẽ. Cui respõsioni obstat quòd est in fine eius authẽt. & c. si enim ex auctoritate legis lucraret marit⁹ totũ, cur diceret dotalia pacta seruari, cũ & sine his totũ lucrat. vt hic, sed vir eligit? Dic ergo secundò q; etiã dos ea viuente debet monasterio applicari: quia inde debet sustẽtari. ea autẽ mortua dos debet dari viro tota, vt hic: vel secũdũ pactũ, vt ibi. & hoc innuit finis dictæ auth. Vel tertio hic loquit cũ ciuiliter agendo conditione

* sic in manuscr. quod in suis legitur comparitem.

a Indiuiduitatis spes in matrimonio.

† al. sinistrũ.

b Denunciatio septem Testibus præsentibus fieri debet.

† An idem in viro? Tiraquel. neg. ad leges connub. parte 1. gloss. num. 43.

* Cum cum hæc: & si cum glo. ... contra vt hic.

* dedecet.

ctione sine causa vt liberet ꝓbat de crimine. ibi cũ criminaliter instituta accusatione. ¶Itẽ quid dices vbi soluit matrimoniũ ratione affinitatis vel cõsanguinitatis: & postea vult vir dotẽ retinere. quia dicit vxorẽ adulteriũ commisisse: Illa se excusat, quòd nõ fuerit vxor, & sic nec matrimoniũ. ꝓ viro est ff. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. § j. Sed dic contra: vt in auth. de nup. §. si vero ab initio. colla. iiij. & ff. rerum amot. l. in concubina. Item pone patrẽ dotasse filiã: an ꝓpter filiæ delictũ perdit pater dotẽ: quod videt, quasi pactũ nõ valeat quo minus pœna hui⁹ legis seruet: vt j. ead. l. pe. ¶Arg. cõtra ff. de pact. do. l. cũ dos & § eod. l. dubiũ. & authen. contra si filij. & c. & dixi j. de iure dot. l. si dotem. Acc.

a ¶Sin autẽ aliter. i. sine aliqua de prædictis causis. ¶Et not. hic ꝙ olim libera erãt matrimonia, & sine causa etiã altera parte inuita poterãt dirimi: vt j. eod. l. prox. & j. de inuti. stipu. l. j. ff. de verb. oblig. l. Titia. 2 Secundo tẽpore ex certis causis ꝑmittit dirimi misso libello repudij: vt hac l. C. cui & aliæ causæ adiectæ sunt tẽpore sequẽti: vt j. l. prox. quæ etiã referunt in auth. de nupt. & j. l. in causis. & l. fi. 3 Tertio iure abbreuiatæ, sũt & pauciores quàm sint in codice: vt in authen. de nupt. §. per occasionem. cu sequentib. & §. minores. col. iiij. 4 Quarto iure adhuc pauciores: vt in authẽ. vt li. ma. & auiæ. § quia vero plurimas. colla. viij. 5 Quinto iure, vt canonũ, omnes reiectæ sunt: nisi adfinitatis, vbi non dirimitur: sed nullum fuisse declaratur.

b ¶Plagis. subaudi aliis.

c ¶Ab alterutro. id est, vel à viro, vel ab vxore.

d ¶Easdem. vt serui sub quæstionẽ mittant. & est sic j. de iure delibe. l. fi. §. licentia dada. & j. de quæstio. l. j. & de adult. l. verba. & l. in adulterio. & l. fin. & ff. de testi. l. serui & j. de admini. tu. l. lex quæ. & in authent. de hered. & Falci. §. si vero absunt. coll. j. & ff. qui & à quib. l. prospexit. quæ faciũt etiam ad id quod hic dicit, ea quæ domi geruntur &c. Sed arg. cõtra j. de test. l. etiam.

Sin autẽ aliter[a] vxori suæ renunciare voluerit: dotẽ redhibeat, & ante nuptias donationẽ amittat: Seruis etiã seu ancillis puberibus si crimẽ adulterij vel maiestatis ingerit, tã viri ꝙ mulieris, ad examinandã causã repudij, quò veritas aut facili⁹ eruat, aut liquidius detegat, si tñ alia documenta defecerint, quæstionib⁹ subdẽdis. Sup plagis[b] etiã (vt dictũ est) illatis ab alterutro[c] cõmouendis, easdẽ[d] ꝓbationes (quoniam nõ facilè quæ domi geruñt ꝑ alienos poterũt cõfiteri) volum⁹ obseruari. Si vero filio vel filius, filia vel filiab⁹ extãtib⁹, repudiũ missũ est: omne quicquid ex nuptiis lucratum est filio seu filiis, filiæ seu filiab⁹ post mortẽ accipiẽtis seruari: id est si pater temere repudiũ miserit, donationẽ ante nuptias à matre seruari. si mater[e], dotẽ ipsam eidẽ vel eisdẽ, filio seu filiæ patre moriẽte dimitti cẽsem⁹[f]: patri videlicet vel matri in scribẽdis filiis heredib⁹, si vnũ seu vnã vel omnes scribere, vel vni ex his donare velit, electione † seruata[g]. nec vllam alienandi seu supponendi memoratas res permittim⁹ facultatẽ. Sed si aliquid ex hisdẽ rebus defuerit: ab heredib⁹ seu earũ detentatorib⁹, si tamẽ nos ipsos[h] heredes scripserit, aut scripti filij non adierint) resarciri præcipimus: vt etiã hoc modo inconsulti animi à repudio mittendo detrimento[i] retrahatur. Pactiones sanè si quæ aduersus præsentia scita nostræ maiestatis fuerint attentatæ, tanquam legibus[k] contrariis nullam habere volumus firmitatem. Dat. V. Id. Ian. Protogene & Astorio Conss.

Iure isto matrimonium potest dissolui mutuo consensu vxoris & mariti. Salyc.

e ¶Si mater. scil. cet temere libellum miserit.

f ¶Censemus. huius edicti meminit & infra eod. l. fin. §. eodem.

g ¶Electione seruata. aliud per authen. videtur: vt supra de secundis nup. authen. lucrum. secundũ Ioan. 2 Vel ibi in aliis rebus dicit, secundũ H. & Azo. & concordat huic j. de secundis nup. l. generaliter.

h ¶Ipsos. filios.

i ¶Detrimento. id est propter metum detrimenti. Accurs.

k ¶Contrariis. vt quia pepigit de non perdenda dote, licet delinquat. nam per hoc ad delinquendum inuitaretur: vt ff. de pact. dot. l. conuenire. & facit supra de pac. l. pacta quæ contra leges.

Si constante.] CASVS. Si maritus & vxor consenserint de dissoluendo matrimonio, mulier non expectabit vsque ad v. an. sed post annum poterit conuolare ad secundas nuptias, si nulla causa interuenerit ex illis quæ in l. consensu. continentur. Accurs.

*Vt in plerisque manuscriptis perperam in aliis legitur plagis vel plagatis.

a Matrimonia hodie dirimi non possunt.

j Quæ domi fiant possunt probari per domesticos: & est in legibus vasallorum & feudorum, ...

¶Hæc electio hodie sublata est per No. 2. cap. 1.

b v. Cæteram in manuscriptis verbo Vxor à mariti verbo vxoris.

*legum. legitur in omnibus manuscriptis. Id est legum aduersarias & inimicas.

1 ¶Si constante. hæc est Anastasij: superior Theodosij: sequentes duæ Iustiniani: de quibus omnibus meminit. j. de rei vxo. act. in fi. Sed hodie hæc lex corrigitur: & sic sequitur authen. quod hodie & c. quæ est vt lic. ma. & auiæ §. quia verò ex consensu. collat. viij. & facit j. de nupt. l. neque ab initio.

IX. Imp. ANASTASIVS A. Theodoro P.P.

SI cõstante[l] matrimonio, cõmuni cõsensu[m] tã viri, quam mulieris repudiũ sit missũ, quo nulla causa continet quæ consultissimæ cõstitutioni diuæ memoriæ Theodosij & Valẽtiniani inserta est: licebit mulieri non quinquẽnium expectare, sed post annũ ad secundas nuptias conuolare. Dat. XV. Kal. Mart. Anastasio. A. II. Conss.

m ¶Communi consensu. in hoc differt à superiori lege: quia supra propter delictum alterius. Acc.

IN AVTHENTIC. VT LIceat matri & auiæ. § quia verò ex consensu. colla. viij. consti. fina.

Communi consensu non dissoluitur matrimonium, nisi religionis & castitatis causa. Salyc.

QVod hodie[n] non licet, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat[o]: tã dote, quã ante nuptias donatione filiis conseruatis. Quæ si alias postea nuptias contrahere, vel luxuriosè viuere inueniantur: liberis tradendæ sunt[p] earum facultates: delinquentibus earũ proprietatẽ amittẽtibus[q]. Filiis autem non extantibus, fisco applicantur. Et qui talia deliquerint, legitimis subiiciantur pœnis.

Quod hodie.] CASVS. Lex codicis ꝑmittebat matrimoniũ separari cõsensu. Hæc authẽ. ꝓhibet, nisi castitatis amore. ꝙ si post diuortiũ aliquis eorũ nubat, vel luxuriose viuat: filij eorum debẽt habere omnem eorum substantiã, & ipsi puniri.

n ¶Quod hodie. vt mutuo cõsensu matrimoniũ separet: quod ꝑ l. codicis, si constante. ꝑmittebaĩ.

o ¶Hic fiat. puta quòd ambo ingrediunt monasteriũ vel ecclesiã vouentes castitatem[*]. 2 Vel alter tantũ ingredit. & qui in seculo remanet, castitatẽ vouet. & facit in authent. de nup. §. per occasionẽ. coll. iiij. Azo. ADDITIO. Videas de hoc extra de conuersione cõiug. per totum titulum.

p ¶Tradenda sunt. s. dotes & donationẽs.

q ¶Proprietatem amittentibus. Nota ergo ꝙ licet ingreditur monasteriũ pater vel mater, non tamẽ continuò eorũ substantia traditur filijs: sed expectat mors vel delictũ eorũ: vt hic dicit. de his autem bonis aliter disponitur per aliã authenticam: vt nulli iud. §. quia vero aliquas & facit in eodem cor. vt li. ma. & auiæ §. prædictu. colla. viij.

* Omnino vide vt castitatis votum sit ... Vbi dicitur posse dissolui matrimonium primo tempore ante carnalem copulam.

Propter impotentiam coitus põst impune diuortium fieri prius triennio transacto. h. d. cum auth. Salyc.

X. Imp. IVSTINIANVS A. Menne præf. præt.

IN causis iamdudũ specialiter definitis, ex quibus rectè mittuntur repudia, illam addimus, vt si maritus vxori ab initio[r] matrimonij vsq; ad duos[s] annos continuos computandos coire minimè propter naturalem[t] imbecillitatem valeat: possit mulier[u] vel eius parentes sine periculo dotis amittendæ repudium marito mittere: ita tamen, vt ante nuptias donatio eidem marito seruetur. Dat. III. Id. Decembr. DN. Iustiniano. A. II. Conss.

IN causis.] CASVS. Si maritus cũ vxore sua à tẽpore cõtracti matrimonij per continuum biennium steterit, nec ꝓpter naturæ imbecillitatẽ eam cognouerit, poterit vxor ei repudiũ mittere: nec dotẽ amittet: nec vir donationẽ propter nuptias. hodie expectare debet per trienniũ. Item nec post triennium hoc licet. Vi.

r ¶Ab initio. Sed quid si ab initio coiit, sed post biennium vel amplius non potuit? aliud est quam hic dicit, secundum canones.

s ¶Ad duos. hodie tres: vt in authent. his posita quæ incipit, sed hodie, & c. quæ est de nup. §. per occasionem. colla. iiij.

t ¶Naturalem. vel propter fracturas aliquas: aliàs fracturas aliquas. Accurs.

u ¶Mulier. Item an contra vir possit inuita vxore dirimere: videt quòd sic: q: si primo nõ cognouerat nec conatus fuerat cognoscere mulierẽ, nõ imputat ei: q: nemo peccare cogit. ante ergo quàm haberet vxorẽ, non potuit scire an posset cognoscere necne. Itẽ videt nec renuisse matrimoniũ, cũ sit castrat[b]: vt ff. de iure dot. l. si serua. quæ est contra. Sol. ibi naturaliter, hic ex casu superuenientis infirmitatis, vel alio. & facit in authen. vt li. matri & auiæ. §. prædictu. coll. viij. & extra de frigi. & male. a. laudabil. & eodẽ tit. c. j. in fi. ¶Sed cõtra in fi. c. iij. & vlt. & xxxiij. quæst. j. c. quod autẽ & c. sup fortiorias.

b Castratus si contrahat matrimonium tenetur.

Iubemus.] CASVS. Si maritus sine causa ab vxore diuertat, amittit dotem: & illa donationem, si diuertat. Si verò dos vel donatio nõ fuerit constituta, & diuertat sine causa legib⁹ expressa: dimittet quartã partẽ bonorũ suorũ: vt si habeat quadringenta auri vel argẽti, dimittet ei c. si vero min⁹ habeat, deducto ęrealieno quartã habebit in qualibet re, etiã in minima. Idem si mulier sine causa diuertat, vel ipsa causam præbuerit diuertẽdi nã quarta pars bonorũ eius viro reseruabit, cũ erat indotata. & si filij extant, lucro illorũ cedet illa quarta pars ad similitudinẽ dotis vel donationis propter nuptias. [INTER.] Si mulier indotata ope vel industria abortũ fecerit, item si stuphas ª cũ hominibus causa libidinis intrauerit inuito marito, item si viuente marito, de cõtrahẽdo cum alio deliberauit, eã vir dimittere põt: & dimittet ei mulier quartam partẽ bonorũ. illæ tres causæ cõputari possunt inter alias causas pter quas vir diuertere põt à muliere, & retinere dotẽ & donationẽ propter nuptias, iudicio de morib. mulieris hodie quiescẽte. olim enim pter malos mores & leues poterat maritus diuertere à muliere. Acc.

a ¶ *Cum instrumento.* vt & s. de nupt. l. neque sine. & l. si vicinis.

b ¶ *Adfectu.* vt b & i. de dona. ante nup. l. fin. & ff. de regu. iur. l. nuptias. & de dona. inter virum & vxo. l. cũ hic. §. si mulier. & in authẽ. de nupt. §. nuptias itaque colla. iiij. contra arg. xxx. q. v. c. nullum.

c ¶ *Nostris legibus* s. l. proxi. & s. eod. l. consensu quã l. consensu. suam facit per approbationem: vt s. de veteri iure. enuclean. l. j. merito. Accursius.

d ¶ *Pura.* i. deducto ære alieno: vt ff. de iure dotium l. mulier bona omnia.

e ¶ *Ad minimam.* id est in qualibet re etiã minima habet quartã. s. Alij sic: id est si paruam substantiam habeat: & tunc non puniatur in quarta ista. Accurs.

a adfectu.
a Stuphas in trantem libidinis causa vxorem inuito marito, ipse maritus repudiare potest.

b Matrimonia non dotibus sed affectu cõtrahuntur.

c Pura substãtia est, quę de ducto ære alieno superest.

IN AVTHENT. DE NVPT. §. per occasionem. col. iiij. constit. j.

Sed hodie nõ bienniũ solũ, sed trienniũ enumerari volumus ex ipso tempore copulationis computandum.

Solo consensu etiam absque dote contrahitur matrimonium: & repudians vxorem indotatam sine causa, punitur in quarta bonorum mulieri applicanda: ita tamen quòd centum libras auri non excedat. & idẽ econtra in vxore indotata virũ repudiante. & hoc lucrum debet reseruari liberis eiusdem matrimonij, si extant, & iudicium de moribus est sublatum: & aliæ causæ ad diuortium sunt additæ. Salyc.

XI. *Idem A. Hermogeni magistro officiorum.*

Iubemus, vt quicũque mulierem cũ voluntate parentum, aut si parentes nõ habuerit, sua voluntate maritali adfectione ª in matrimoniũ acceperit: etiam si dotalia instrumenta non intercesserint, nec dos data fuerit: tanquam si cũ instrumentis ª dotalibus matrimoniũ processisset, firmum coniugium eorum habeatur. Non enim dotibus, sed adfectu b matrimonia contrahunt. Si quis autem eam quam sine dote vxorem acceperat, à coniugio suo repellere voluerit: non aliter ei hoc facere liceat, nisi talis culpa intercesserit, quę nostris legibus c condemnat. Si verò sine culpa eam reiecerit, vel ipse talẽ culpã contra innocentẽ mulierẽ cõmiserit: compellat ei quartã partẽ propriæ substantię p rata portione persoluere: vt si quidẽ quadringẽtarũ librarum auri vel amplius vir substãtiã habeat, centum libras auri mulieri præstet, & nihil amplius, etsi quantãcunque substãtiã possideat. Si vero minus quadringẽtis libris auri pura substãtia ei⁹ fuerit, tũc quarta pars cõputatione facta puręd substãtiæ eius vsq; ad minimã e quãtitatẽ mulieri det. Eodẽ modo seruãdo & in mulierib⁹ quę indotatæ cõstitutæ, si sine culpa mariti constitutionibus cognita eos repudiauerit, vel ipsæ culpã innocẽti marito præbuerint: vt ex veraque parte æqua lance f & æquitas & pœna seruet. Hoc lucro quartæ partis, filius quidẽ nõ extãtibus, ipsi viro & mulieri competente, & ab his quomodo voluerint, disponendo: Filiis autem & deinceps personis ex eodem matrimonio interuenientibus, ei seruando ad similitudinem dotis, & propter nuptias donationis per omnia quæ super his statuta sunt g. Inter culpas h autẽ viri ª & vxoris cõstitutionibus enumeratas, & has adiicimus, si fortè vxor sua ope vel industria abortũ fecerit, vel ita luxuriosa est, vt commune lauacrum cum viris libidinis causa habere audeat: ª vel dum est in matrimonio, alium maritum sibi fieri conata i fuerit. & in his enim casibus † locum habere cõstitutiones sancimus, quæ de culpa tam mariti quã vxoris loquuntur: vt quemadmodum dos vel donatio propter nuptias perit, ita & mulieris indotatæ in quartam partem, quam & viris & mulieribus ex hac lege destinauimus, amissionis periculum sustineant: Iudicio k de moribus (quod antea quidem in antiquis legibus positum erat, non autem frequentabatur) penitus abolito l. Omnibus etenim causis requisitis, & perlectis, quas antiquitas introducebat, nihil validum præter eas, quas anteriores constitutiones, & præsens dispositio introduxit, inuenimus. D. XII. Kalend. Decemb. DN. Iustiniano. A. II. Coss.

XII. Ὁ ΑΥΤΟΣ Α.

Πολλάκις ὑπεξούσιοι παῖδες μετὰ τῶν ἰδίων γαμετῶν πρὸς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων μηχανώμενοι, ῥεπούδιον ἔπεμπον αὐταῖς, μηδεμίαν ἔχοντες εὔλογον αἰτίαν ὥστε τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀπαιτεῖσθαι καὶ τὴν προῖκα ἣν ὑπεδέξαντο καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν ἣν ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιδοῦναι ἔμελλον, αὐτοὶ δὲ λυθέντες δῆθεν τοῦ γάμου ταῖς οἰκείαις γαμεταῖς συνόντες λαθραίως, ὅθεν ἡ παροῦσα διάταξις βούλεται μήτε ὑπεξουσίους παῖδας μήτε αὐτεξουσίους μήτε ἄρρενας, μήτε θηλείας δύνασθαι διαλύειν τοὺς οἰκείους γάμους εἰς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων ἢ μητέρων τὰς τῶν προικῶν ἢ προγαμιαίων δωρεῶν ἐπιδεδωκότων ἢ ὑποδεξαμένων, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ συστάσει τοῦ γάμου περιμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίνεσιν, οὕτως μὴ διαλύεσθαι τοὺς γάμους τῶν παίδων παρὰ γνώμην αὐτῶν. εἰ δὲ καὶ πεμφθῇ παρὰ γνώμην τῶν γονέων διαζύγιον, μὴ ἁρμόζειν κατ' αὐτῶν τὴν τῆς προικὸς ἢ τῆς προγάμου δωρεᾶς ἀπαίτησιν εἰ καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασι ταῦτα ἢ ὑπεδέξαντο ἀλλ' αὐτὸν τὸν υἱὸν ἢ τὴν θυγατέρα τοὺς πέμψαντας ὁ λόγος τὸ διαζύγιον ὑποκεῖσθαι τῇ τοιαύτῃ μεθόδῳ· ἄτοπον γάρ ἐστιν τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ υἱοῦ μὴ δύνασθαι λύειν τὸν γάμον, τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτρέπεσθαι ἴσως καὶ ἐλάττωσιν τὴν καθ' ἑαυτῶν ὑπέχουσι καὶ μηδὲ τὸ συμφέρον ἐπισταμένοις, ἢ κακίστῃ γνώμῃ περὶ τοὺς γονέας κεχρημένοις λύειν παρὰ γνώμην αὐτῶν τὸν ἴδιον γάμον.

f ¶ *Æqua lance.* nõ ª ergo debet ad imparia iudicari: vt & xxx. q. j. c. si quis. Hodie autẽ vir hãc quartã non habet, si vltra tres liberos habeat, sed pro numero liberorum: vt in auth. vt lic. ma. & au. s. §. quia vero quidã col. viij. q. ia hanc corrigit: sed illa corrigitur per aliam infra §. fi. col. ix. & sic redimus ad hãc legem. Accurs.

g ¶ *Statuta sunt.* vt s. e. l. consensu. §. fin. & eadẽ quę hic, habes in authen. de nupt. §. si quis enim duxerit. & in authen. quib. mo. na. effi. leg. §. fin. coll. vj. & facit s. de secun. nu. l. quoniam. §. si. Accurs.

h ¶ *Inter culpas.* has tres culpas refert in auth. de nup. §. has itaq; & ad idẽ xxxij. q. ij. aliquando.

i ¶ *Conata.* i. tractauit de habendo alium virum.

k ¶ *Iudicio.* nunc tractat de vltima parte subiicit.

l ¶ *Abolito.* quod fuerit illud iudicium, ignoramus. Sed dicam⁹ quòd multi b mali mores & leues, vt inebriationes, c & similes, inducebant solutionẽ matrimonij: quod hodie non est: vt hic, & s. de rei vxo. act. l. j. & in princ. §. taceat. & ff. solu. matri. l. rei iudicatæ. §. j. in fin. ADDITIO. Intelligas q istud iudiciũ de moribus est sublatũ quantum ad distractionẽ seu compẽsationem dotis. Non autem est sublatũ qui maritus adhuc possit vxorẽ malè morigeratã castigare: vt vij. q. j. sicut alterius moderate tamen: vt ibi notatur per glo. j. & xxiij. q. iiij. duo ista.

a Pœna seperatis non debent ad imparia iudicari hoc est pœna & præmij eadem æquitas esse debet.
ª Inclusa defacto in omnibus matrimoniis de culpa viri agitur.
ª al. gaudeat.
† causis.

b Diuortium leuioribus ex causis olim, fiebat quam hodie nunc iure.
c Ebrietatis causa olim dis solui poterat matrimonium.

SOLVTO MAtrimonio &c.

De solutione matrimonij dixi, postquã dos repetitur, sic de hoc dicamus: & dic petatur. i. repetatur. sic ff. de pign. act. l. petenti. vbi ponitur pro repetenti. Accurs.

Dubium.] CASVS. Si mulier marito suo ancillas æstimatas in

dotem

dotem dederit: & eas stipulata fuerit sibi reddi in casu sol. matri. si extarent: vel si non, æstimationem earum: & ancillæ dotales pepererunt: an partum cum matre maritus restituere debeat, quæritur? Dicitur quòd sic.

a ¶ *Ex stipulatu.* hodie semper fingitur stipulatio, olim autem si intercessisset stipulatio. ¶ Sed videt partū[a] apud virū remanere: *vt ff. eod. pe. §. mancipia quæ est cōtra.* Sol. ibi obligauit se vir quocunq; modo perirēt mancipia: ideo lucratur partū. hic sic se obligauit ad istā æstimationē, si sua culpa non extarēt: nō autē de fortuito casu, secundū Ioan. 2 Vel ibi fuerunt æstimata, vt eodē precio redderent, licet deteriorent. hic autē restitui debebāt ipsa, qualiacūque essent: aliàs si non extarent, tunc æstimatio. vel ibi fuit vera æstimatio facta, hic nō: *vt ī. de iure dot. l. si inter. & sic contor. ī. de rei vxor. act. §. cumque.* 3 Vel ibi electio fuerat seruata viro restituendi res, vel æstimationem, hic mulieri. 4 Vel hic actum fuit expressim vt partus restitueretur: *ibi non.* ¶ Item aliud cōtra. *ff. de iur. do. l. si mancipia.* vbi similiter partus remanet apud virū. sed solue eodem modo vt superius dictum est.

a Ancillæ & dotis dat. soluto matrimonio eius partus.

Eadem Latinè per Ant. Contium.

SÆpe filiifamiliâs cū suis vxoribus, ea quæ suis patrib[o] dānosa sunt machinātes, repudiū miserunt ipsis, nullam habentes iustam causam, sed tantū vt parentes ipsorum conueniant ad restitutionem dotis quā acceperunt & donationes propter nuptias quam pro ipsis fecerunt, manserunt autē ipsi liberati scilicet matrimonio, suis vxoribus cohabitātes clā. Vnde præsens constitutio vult neq; filiofamiliâs, filios sui iuris, neq; masculos neq; fœminas posse dissoluere propria matrimonia in fraudem patrū vel matrum, qui dotes aut donationes propter nuptias dederunt aut acceperūt, sed sicut in constitutione matrimonij expectamus patrū consensum, ita non dissoluant matrimonia liberorum, absq; consensu illorum. Si vero missum fuerit præter parentum consensum, repudium, non competere contra ipsos dotis aut donationis propter nuptias repetitionem, siue ipsi dederint, siue susceperint: sed ipse filius aut filia qui miserit sine causa repudiū subiiciatur huiusmodi persecutioni & negotio. Absurdum est enim patrem quidem absq; sententia si j non posse soluere matrimoniū, liberis autē permitti, forte & minoribus xxv. annis, & neque quod ipsis expedit scientibus, aut pessima voluntate erga parentes suis, soluere absque consensu eorū proprium matrimonium.

SEcundum.] CASVS. Si pater pro filia dotē det, & viro pater filiæ successerit, & omnia bona sua ob aliquod delictū cōfiscata fuerit: an dotē suam à fisco filia petere possit, quæritur? Dicitur quòd sic. nec obstat quòd pater successit generaliter, & sic actio de dote sit confusa: quia bene præiudicat quo ad patrem, non quo ad filiā extincta erat actio.

b ¶ *Rationē iuris.* nā vult ius fiscū[b] teneri ad dotē: *vt hic, & ff. sol. ma. l. si marito. in prin. & j. de bo. proscrip. l. si vt proponis. & l. si deportatus. & l. fin. & ff. de usur. l. cū de in rem. in fin.* & hoc cū sic[c] successit viro: hic autē successit viri heredi, scilicet patri mulieris: qđ rationē valet, cum heres[c] heredis &c. *vt j. de heredib. instit. l. fin.*

b Fiscus heres mariti, tenetur ad dotem mulieri restituendam.

c Heres heredis est heres testatoris.

c ¶ *Extiterit.* sicq; videbat actio dotis cōfusione sublata. qđ est verū quo ad patrē, nō quo ad filiā. & hoc subiicit, attamē &c. cui cū patre actio cōmunis erat: *vt ff. sol. matri. l. ij. §. j.*

d ¶ *Cū & ipse.* bene dico tacitā exactionē non præiudicare filiæ: quia[d] nec expressa: *vt hic, & ff. solu. matri. l. non solu. & l. ij. §. j. & ff. de solut. qui bonorum. §. si gener. & ff. de iure do. l. post nuptias. & ad legē Falcid. l. pater suus. & infra eodē l. fin.* nisi in casibus, *vt ff. solu. matri. l. si cū dotē. §. eo tēpore. & leg. dotē. & supra de nupt. l. si vt proponis. ij.* Est autē tacita[e] exactio, cū quis suo debitori succedit: vt & facit hîc pater genero: *vt ff. de euict. l. si ei cui vendidi. §. si is. qui fundum.* Accurs.

* Geminæ.

d Tacitā minus præiudicare quàm expressum.

e Tacita exactio est quoties debitori suo succedit creditor.

SOLVTO MATRIMONIO QVEMADMODVM DOS PETATVR.

TITVLVS XXVIII.

Quando agitur de ipsa re data in dotē reddenda, æstimatio non facit quin in restitutione veniat partus rei, puta ancillæ. Bal. Vel sic: Vbi ancilla in dotem data licet æstimata, debet restitui, nedum ipsa, sed etiam partus vtest i cett. Saly.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Gemillæ.*

VBIVM non est, post æstimationem dotis, pactione vel stipulatione interposita, vt si ipsæ res dissoluto matrimonio extarent, vxori reddantur: & ancillas cū partu ex stipulatu[a] iudicio restitui oportere. PP. III. Id. April. Laterano & Rufino Conss.

Heres viri, & etiā heres heredis, & etiam fiscus, qui occupat bona, tenetur ad restitutionem dotis. Bald. Vel sic: Sicut pater per expressam exactionem non præiudicat filio: sic nec per tacitam ex quasi contractu addictionis inductam. Salycet.

II. Jidem AA. Aquiliæ.

SEcundū rationē iuris[b] existimas restitui tibi debere dotem à fisco, qui bona dānati patris tui suscepit. Licet enim viro quondam tuo pater tuus heres extiterit[c], attamen iuri tuo hoc derogare† non pōt: cū & ipse[d] pater sine volūtate tua nec exigere nec accipere dotē poterat. Dat. Prid. Non. April. Apro & Maximo Conss.

Liberi nati ex matrimonio putatiuo, sunt spurij. Bal. Vel sic: Dos data seruo quem liberum esse putauit, repetitur: sed filij nati licet sint ingenui, dicuntur spurij. Salycetus.

III. Imp. ANTON. A. Hostiliæ.

SI ignorans[e] statum Erotis, vt liberū duxisti, & dotem[f] dedisti, isque postea seruus est iudicatus: dotē ex peculio recipies[g], & si quid præterea eum tibi debuisse apparuerit. Filij autē tui, vt ex libera[h], nati, incerto[i] tamen patre, spurij ingenui intelliguntur. PP. II. Kalen. Septembr. Læto & Cereale Conss.

Dos quæ procedit à patre, debet ad eum reuerti. hoc dicit. Vel sic: Per obitum filiæ dos data à patre reuertitur ad patrem. Bald.

IIII. Imp. ALEXANDER A. Apolloniæ.*

DOs à patre profecta, si in matrimonio decesserit mulier filiafamiliâs[k], ad patrē redire debet. PP. XVIII. Kal. Septembr. Fusco & Dextro Conss.

Captiuitas vxoris non facit locum repetitioni dotis: sed eius mors naturalis. Salyc.

SI ignorans.] CASVS. Si mulier ignorans seruo se copulauit, quē credebat liberū, & dotem dederit: & ille pronunciatus fuerit seruus: an dotē de peculio repetere possit quærit? Dicitur quòd sic. & filij nati ex cōtubernio, ingenui sunt: quia ex matre libera nati: sed spurij erunt. nā sicut vulgo concepti spurij sunt, ita nati ex seruo. Accursius.

e ¶ *Si ignorans.* secus si sciens: *vt not. ī. de condic. ob cau. l. j.* nisi in simili casu: licet alij contra.

f ¶ *Dotem.* quo[a] ad tuam opinionem.

g ¶ *Recipies.* & [b] si quidem res extant, vel aliæ ex his emptæ, præfertur ipsi domino. si non extant, præfertur cæteris creditoribus, non autē domino: *vt ff. eod. l. si cum dotem. §. fi. & l. seq. & ff. de pecul. l. ex facto.*

h ¶ *Ex libera.* matre. *& facit instit. de inge. in Lombarda de his qui in ser. al. st. de l. pen.* sed vltima est contra.

i ¶ *Incerto.* quia [c] nullus est inspecto iure ciuili: *vt ff. de reg. iur. l. quod atti- net.* & sic non est matrimoniū: *vt in authē. de nup. §. si vero decretu. & §. seq. colla. iiij. & facit xxix. q. ij. c. si quis ingenuus & c. porla- tu.* ¶ Itē nota[d] ex hac lege quòd vxor ducit virum.

a Dos eidem data quæ iusta opinione data est marito iniusto seu illegitimo.

b Dos data per ignorantiam seruo, in & quando in ea præfe..... licet actione de peculio restituta, ipsi seruo domino.

c Seruus nullus est inspecto iure ciuili.

† Derogari.

d Ducere virū dicitur quæ ingenua seruo per ignorantiam nubit.

DOs.] CASVS. An pater dās dotem pro filia, ea decedēte in matrimonio, & in sua potestate constituta possit dotē repetere, quæritur? Dicitur quòd sic.

k ¶ *Filiafamiliâs.* & sic erat in potestate. nam secus si emancipata: *vt diximus ī. de rei vxor. act. §. extraneū.* hic autē illud quæritur. si[e] sunt filij ex eo matrimonio, an nihilo minus habeat locū hæc lex: Ioan. & B. & Azo. & no. quòd sic: nisi sit factū pactū retentionis. *ff. de pa. do. l. si pater dotē. & pro nobis est. ī. de rei vxor. act. §. sileat. & d. l. si pater dotē. & ff. de iure dot. l. iure in princi. & j. de bon. quæ lib. l. ij. & ff. rē ra. ha. l. si in prin. & ff. de euic. l. pater. & ff. solu. matrim. l. si ab hostib. in princ. & supra de nego. gest. l. quod in vxorē. & de iure do. l. auia. & ff. de in rem ver. l. & ideo. in fi. & l. sequen. & ff. ad Maced. l. si filiusfam. in fi.* Item pbat hæc aperta ratione. nā actio quæ acquiritur extraneo dāti dotem ex pacto, vel stipulatione, acquirit patri ex ipsa lege: sed extrane[9] repetit dotē mortua muliere etiā interuenientib[9] liberis: ergo & pater. Itē actio de dote cōmunis est patri & filiæ. vnde vel patre mortuo, vel filia emancipata, ad solā mulierē pertinet etiā exheredatā: *vt ī. de rei vxo. act. §. videamus.* ergo & filia mortua dos generaliter ad patrē pertinet. Mau.

e Dos profectitia ad patrē redeat filia defuncta superstitibus liberis v. Guibertum Cesanū in tractat. de dote cap. 6. numero 5 adde l. si dotalis. ff. soluto. l. si pater. ff. de pactis dotalibus.

*. Apolloniæ.

sem dixit contra: & hanc & alias prædictas intelligebat liberis non existentibus & pro co infstitut. de hered. quali. & d ff. e. §. sui. & ff. de lib. & posthu. l. in fu. s. Item & e infra de colla. l. illam. Sed ibi respon. Sed M opinio viu prævalet: quia hæc lex intelligitur si decedat sine liberis. ADDITIO. De hac quæstione vide latius per Bartol. in l. post dotem ff. eodem titu. in versi. ad quinto, quæro quid in dote &c. vbi concludit quòd de iure indistinctè dos reuerti debet ad maritum, subdens ibi vtilitatem istius disputationis, si de iure, aut de cõsuetudine dos reuertatur.

Si quidē.] CASVS. Muliere ab hostibus capta, si dubium sit viuat an non: an frater eius dicens se heredem eius dotem à marito petere possit, quæritur? Distinguitur aut viuit, & tunc non est heres eius, nec dotem petere potest: aut non viuit, & tunc dotem repetet, si eam stipulatus fuerit ipse. & intellige maxime: quia idem esset si non fuisset stipulatus illa vel ille: vt i. de rei vxo. act. l. j. §. accedit.

a ¶ Functa est. Sed quomodo probat eam defunctam? an erit necessarius testis qui mortuā viderit, vel sepelierit? Dico secundū H famam solam ad hoc sufficere. si ergo fuit aliqui qui testificentur quòd sic se publica habet fama in ciuitate sua quòd ipsa mortua sit, sufficit. nam aliter quomodo probaretur, secundùm Bul. & Ioan. mortuū esse? & sic innuit lex ff. de capti. l. nec nos præterit. Sed R. aperte dicit probari debere.

b ¶ Vindicare. beneficio legis Corneliæ: vt j. de legi. heredi. l. si u. & ff. eodem. l. si ab hostibus. in prin. Accurs.

c ¶ Cum in stipulatum. maxime. nam idem si non fuit stipulatus ipse frater vel illa: quia tacita ei quæritur, quæ ad fratrem heredem peruenit: vt s. de rei vxor. l. j. §. accedit & melius in §. proculdubio.

V. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIANVS C. Tauro.

SI quidem viuit apud hostes vxor tua: nondum frater eius quasi heres dotem repetere potest. Si verò diem functa est [a], & hereditatem eius possit vindicare [b]: dotis quoque repetitio ei iure competit, cū in stipulatum [c] deducta sit. PP. II. Non. Maij Æmyliano & Basso Coss.

In dote agitur ad recipiendum. Bald. Vel sic. Tam marito quàm vxori in rei dotalis æstimatione decepto succurritur. Salyc.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Alexandra & Neroni.

SI circūscripta matre vestra, viliore precio dotales res æstimatæ sunt: quid super huiusmodi cõtractuum vitio statutū sit, vulgo patet. Proinde [d] si dolosis [e] artibus mariti circumuentam matrem vestram, inque † ea æstimatione circunscriptam, apud præsidem prouinciæ euidentibus probationibus ostenderitis [f]: quando [g] vobis possidentibus ad obtinenda prædia etiam doli mali exceptione potestas opituletur [h]: sciet quatenus religionem iudicationis suæ temperare debeat [i]. Sin autem etiam maritus in æstimatione grauatum se alleget: veritate examinata, non amplius quam precium iustum [k] restituere compelletur [l]. * Hæc tum locum habent [m] cū res in natura sunt, si tamen extinctæ sint: precium quod dotali instrumento inditum † est, considerabitur. PP. VII. Kalen. Nouemb. ipsis AA. Conss.

Pater non potest adimere filiæ dotem. Bald. Vel sic: Pater auferre potest filiæ profectitia quæ non sunt dotalia. Sal.

VII. Iidem AA. & CC. Erotio.

FIliæ pecuniam [n] adimere quam habes in potestate, minimè prohiberis. Nā si pro ea dotem dedisti: hanc constante matrimonio, ne consentiente quidem ipsa: matrimonio autem dissoluto, eadem inuita repetere non potes [o]. S. V. Id Febru. Sirmij CC. Coss.

Pinguior fortuna mariti facit quòd potest denuo conueniri ad residuum dotis. Bald. Vel sic: Exceptio ne quis teneatur vltra quam facere possit, non prodest ei qui postea diues factus est: nec ad heredes transit. Salyc.

VIII. Iidem AA. & CC. Salustiæ.

NEc maritus, licet post diuortium in quantum [p] facere possit, condemnandus est postea idoneus factus, qui non reddiderat integrum, residui probabiliter solutionem recusat [q]. At cum eius heredes [r] in solidum conueniendos [s] non ambigatur [t]: ne cum his soluendo factis experiri non possis, superstitiosam geris solicitudinem. Datum XIII. Kal. April. Sirmij. CC. Coss.

Si circumscripta.] CASVS. Si maritus res sibi datas in dotem æstimauerit, & mulierem circumuenerit æstimando minori precio quàm valuerint: filij si eas possideant, habebunt exce. multo magis actio ad æstimationem, non autem ad res si extant. & hoc in prima. Si vero vir dicat se circumuentum in æstimatione à muliere facta vltra iustum pretium, non tenebitur nisi ad veram æstimationem. & hoc in secunda. Ista locum habent cum res extant: si vero pretium in dotali instrumento comprehensum sit, considerabitur si vir dolosè non fuerit versatus. & hoc in tertia.

d ¶ Proinde. id est ergo.

e ¶ Dolosis. quo casu debet purgari dolus omnino: vt ff. de iure do. l. iure. §. si. & s. quib. ex cau. ma. l. in contractibus.

f ¶ Ostenderitis. vos heredes matris.

g ¶ Quando. id est quia:

h ¶ Opituletur. Nota quod cui datur exceptio, eidem datur & actio: quod tamen fallit in multis: vt ff. de condic. inde. l. ex quibus.

i ¶ Debeat. faciendo eas ipsa restitui.

k ¶ Iustum. Argu. ad hoc quòd cum emptor se grauatum allegat, iustum precium restituendum sit.

l ¶ Compelletur. siue extent res, siue non.

m ¶ Locum habeat. quod hinc vsque in finem dicit, refertur ad id scilicet, proinde si dolosis artibus &c. & sic parcitur marito in hoc casu, vt licet dolo mariti circūuenta sit vxor, tamen quando res non extant, non tenetur ad iustam æstimationem communē præstandam, sed ad conuentam. Alij legunt superiorem literam sic: proinde si maximè dolosis artibus &c. & sic illud referunt ad subauditum casum, per illud verbum, maxime: scilicet quando non fuit vir in dolo: hoc enim placet. sed si fuit in dolo, etiam ad iustam tenetur æstimationem: vt ff. de iure do. l. si res. §. Scæuo. a. & in hoc casu, scilicet quando nō fuit vir in dolo, generaliter accipiat mulier illam conuentam æstimationem: etiam si sit minus dimidia iusti precij: cum si æstimatio facta non esset, nil haberet: vt ff. de iure dot. l. si res. §. quod si deterius fuerit. & §. cæterum. Fallit ergo hæc lex, id est finis huius legis, cum vir fuit in dolo: vt dixi. s. Item & cum mulier est minor: vt d. l. si res. § iudemque. Itē & quando inueniebat tēpore donationis emptorem plus offerentē: vt s. eo. l. si res. § plane. Sed illud intellige in minore, nō maiore: vt ead. l. subiicitur, idque duntaxat &c. Item in quarto, quando scilicet est minor mulier, & extat res: nam restituitur, vt iustam æstimationem habeat: vt d. l. si res. §. si mulier. & hoc si in æstimatione sit deceptio. si autem in hoc quòd dedit illam rem alias non datura, tunc ad ipsam rem. vel si non extat, ad iustam æstimationem vt in d. l. si res. §. j. Accurs.

Filiæ.] CASVS. An pater pecuniam quam dedit filiæ in sua potestate constitutæ, adimere possit, quæritur? Dicitur quòd sic; nisi pro filia eam in dotem dedisset: quo casu ea inuita adimere non posset solu. matrim. nec ea consentiente constante matrimonio.

n ¶ Pecuniam. quam ei donaueras tu pater non in dotem. nam si sic non posses adimere: vt in fine huius legis.

o ¶ Non potes. fauore dotis hoc speciale permittitur: vt hic, & j. de colla. l. dotem. & ff. solu. matrim. l. ij. §. j. & quod dixi supra eodem l. ij. Accurs.

Nec maritus.] CASVS. Maritus licet sol. ma. in quantum facere potest condemnandus sit, tamen facto eo postea idoneo, in residuum conueniri potest. nec solum ipse, sed eius heredes in solidum conueniri possunt. & si sint non soluendo, sed postea facti fuerint soluendo, poterunt conueniri. hoc intellige in heredibus extraneis. secus si essent sui.

p ¶ In quantum facere. vt ff. solu. matr. l. maritus. & ff. de re iudi. l. non tantum. & l. seq. Sed hoc in casibus duobus fallit quibus tenetur in solidum: vt not. s. de rei vxo. act. §. cum autem.

q ¶ Recusat. vt d. §. cum autem. & ff. pro socio l. verum. §. item videndum.

r ¶ Heredes. extraneos tamen.

s ¶ Conueniendos. etiam si pauperes sint.

t ¶ Non ambigatur. quando non sunt sui. alias secus: vt ff. solu. mat. l. etiam. & ff. pro socio l. verum. §. patri.

Dotem.] CASVS. Mulier solu. ma. actione sibi competenti dotē repetere debet, nec propria auctoritate potest ingredi res dotales heredibus mariti non consentientibus.

Conueniri

a Conuenire debet. vt ff. & C. de here. act. l. heredem.

b ¶Facultatem. vt ff. de acquir. pos. l. si ex stipulatione. & C. vt ne. ll. si iud. an. pig. impri. se. quas ut. de l. j. Sed his duobus casibus quos hic excipit, potest, scilicet cum iudice, & ex conuentione: vt j de pig. l. creditores. & C. de pign. act. l. pe.

Si socero.] CASVS. Si pater mulieris dedit dotem socero filiæ suæ, licet gener sit mortuus in potestate sui patris, soluto matri. socer, idémq; pater mariti non quatenus est peculium, sed in solidum pro dote restituenda conuenietur, consentiente filia.

c ¶Si socero. qui est pater generi.

d ¶In solidum. habita[a] tamē ratione ne egeat: vt ff. de re iud. l. non tantū. & l. sicut. & facit ff. solut. ma. l. si cum dotem. §. pen. & l. ij. & de pecu. l. deposi. §. j. & C. de rei vxo. act. §. extremum. & ff. fa. ercisc. l. fundus. §. j. id princ.

Si constante.] CASVS. Si vir constante matri. in fata concesserit, mulier dotem de bonis suis profectam petere potest: nec heredes defuncti aliquid sibi potetunt vindicare.

e ¶Data dicitur. i.[b] a datione cœpisse.

f ¶Vel promissa. i. a[c] promissione cœpisse. si enim tantum esset promissa, non repeteretur.

g ¶Facultatibus. mariti: vt C. de rei vxo. act. §. accedit.

h ¶Vindicare. id est retinere.

a Dotis nomi ne conuenitur mariti pater] solidum habita tamen ratione ne egeat.

b Dos i datio ne quidoque dicitur.

c Legonio. Dos à promissione incipere dicitur cum primo promittitur, deinde datur, tali: dos simpliciter promissa non repetitur. † Al. additur tas.

Soluto matrimonio dominium rei dotalis reuertitur ipso iure, sed non possessio: & ideo non potest ingredi eam sine iudicis auctoritate. Bal. Vel sic: Quis non debet propria auctoritate ingredi possessionem rei sibi restituendæ, sed actionem sibi competentem intentare. Saly.

IX. Iidem AA. & CC. Martia.

Dotis actione successores mariti super eo quod ei dotis nomine fuerat datum cōuenire debes[a]. Ingrediēdi enim possessionem rerum dotalium, heredibus mariti non consentientibus, sine auctoritate competentis iudicis nullam habes facultatem[b]. S. Dat. VIII. Kalen. Nouemb. CC. Conss.

Socer qui recepit dotem pro filio, tenetur eam restituere. Bald. Vel sic: Pater recipiens dotem pro filio, ad eius restitutionem tenetur in solidum, non de peculio. Salyc.

X. Iidem AA. & CC. Epigono*.

Si socero[c] filię tuę dotem dedisti: licet in eius positus potestate gener tuus rebus humanis exemptus sit: tamen non de peculio, sed in solidum[d] a te, cōsentiente filia†, cōuentum eum satisfacere oportet. S. VII. Id. Nouemb. Heracliæ. CC Conss.

Quando mulier superuiuit, refectio dotis debet ei fieri integraliter. Bald. Vel sic: Mortuo viro res debet integra restitui mulieri.

XI. Imperatores* HONOR. & Theodos. AA. Mariniano præfecto prætorio.

Si constāte matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus: dos quæ data dicitur[e] vel promissa[f] ex eius vxoris facultatibus[g], ad eandem reuertatur: nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare[h], quo ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Da. Non.†

SI DOS CONstante &c.

Quia non solū soluto matrimonio redditur dos: vt S. tit. j. Sed etiam durante quandoque: ideo de hoc dicit. In quo dic: constante matrimonio maritus dotem restituit ex causa necessaria quandoque, & quandoque ex causa probabili. & quandoque sine causa, ex causa[c] necessaria, vt cum maritus sit non soluendo: vt C. de iure dot. l. vbi. Vel cum maritus deuertatur, & vxor retinet affectione: vt C. de repu. l. j. Ex causa probabili[f]: vt in casibus enumeratis ff. de iure dot. l. mutus. §. manente. & ff sol. ma. l. quamuis. & l. seq. Superiori ergo casu ex necessitate, secundo ex voluntate viri redditur. Sine[g] causa autem redditur: vt in hoc tit. & tunc quia donatio præsumitur, redditur viro.

d Dos etiam constante matrimonio quandoque redditur.

e Dos ex causa necessaria quibus casibus restituatur cōstante matrimonio.

f Dos ex causa probabili quibus casibus restituatur cōstante matrimonio.

† Vide tit. de gēdā. V. Noo. vt in le quæ primā sequitur.

g Dos sine causa quibus casibus restituatur constante matrimonio.

Si constante.] CASVS. Maritus constante mat. dotem reddidit mulieri: non valet redditio: quia instar habet donationis, quæ prohibetur fieri inter virum & vxorem. Si ergo ea decesserit, ab eo tempore quo maritus dotem reddidit, fructus dotis marito restituentur cum dote, ita tamen ne proprietatem alienet maritus, sed salua sit liberis ex eo natis.

i ¶Legitima. quæ multæ sunt. vt ff. de iure dot. l. mutus. §. manente.

k ¶Perspicitur. id est præsumitur: vt in authent. de nupt. §. dotes colla. iiij.

l ¶Cum fructibus, mala fide perceptis, alioquin contra: vt ff. de vsufru. l. fructus percipiendo. & ff. de acquir. pos. l. quod vxor viro. & ff. de don. inter vi. & vxor. l. de fructibus.

m ¶Restituatur. s. dos. Sed nóne vir cum debeat nunc reddere, dolo facit quod petit: vt ff. de except. do. l. dolo. Respon. repetit mobilia, vt gregem: vt sic vsque ad annum teneat. & sic non potest hæc lex habere locum secundum eos in immobili. Alij dicunt repeti, vt sic fructibus præteritis habeat retentionem: vt argu. ff. de cond. inde. l. qui exceptionē. §. si pars. Tu dic secundum quod Iustinianus intelligit, quod pactus erat de dote lucranda vir, & secundam prima mortua accepit vxorē: vnde liberis quos ex ea habuit, seruare debet dotem: vt probatur hic intellectus in authentic. de nuptiis. §. dotes colla. iiij. vbi hæc lex recitatur. & facit C. de secundis nupt. l. Fœminæ. hodie tamen per posteriorem authen. etiam si se cundam non ducat, debet conseruare liberis: vt in auth. neq. vi. quod ex dote. §. præterea collat. viij.

Decembr. Rauennæ. Honorio VII. & Theodosio. III. AA. Coss.

TITVLVS XIX.

SI DOS CONSTANTE matrimonio soluta fuerit.

Dos constante matrimonio non potest vxori restitui: restituta cum fructibus interim perceptis repetitur. Salyc.

I. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Mariniano præfecto prætorio.

Si constante[a] matrimonio à marito vxori dos sine causa legitima[i] refusa est: (quod legibus stare non potest: quia donationis instar perspicitur[k] obtinere) eadem vxore defuncta, ab eius heredibus cum fructibus[l] ex die refusæ dotis marito restituatur[m]: ita vt proprietatis eiusdem liberis ex eadem susceptis competentis, alienari contra leges à marito non possit. Da. V. Non. Nou. Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. Coss.

* pars l. 4.º de consol. l. 45. de suam. nupt. Cod. Th. l. vlt prox.

a Fideiussor dotis conseruandæ vxori à marito non præstatur, de quo vide rationes apud Alciatum 4. parerg. 16. tamen pro quo libet obligato regulariter fideiussor possit accedere. v. plenissime apud Bald. Nouellum tract. de dote parte 6. priuilegio. 21. vbi ad hanc legem varias limitationes adfert adde Ioā. Campegium tract. de dote parte 5. q. 47. vbi dehinc ff. de ...que de dote restituenda dari non posse constante matrimonio.

b Fideiussorē dotis maritus ab vxore recipere potest non à viro.

† Simile est Tit. in Cod. Th. lib. 3. tit. 15. Aliud cognomentum Scipionū datū est, quoniā fineeps Cornelia, gentis filia data marito, cum sponsores ab eo solcrepitur pecuniā onerentis produxit in forum quasi pro sponsoribus praeseus pignus. Macro. lib. 1. Satur. 6.

c Fideiussoris dotis loco pignus dare maritus non cogitur: aliter tamē eius potest.

d Fideiussor dotis ante matrimoniū accipi nō potest soluto matrimonio potest. vt hoc Gloss. & sequente.

e Fideiussor dotis ab eo qui pro marito dotē accipit, dari potest.

f Fideiussor dotis extraneo dotē dāti, ab extraneo dotem accipiente virum dari possit an non.

TITVLVS XX.

NE † FIDEIVSSORES vel mandatores dotium dentur.

Satisdatio pro dote conseruanda non debet dari: & si est data, non tenet. Bald. Vel sic: A parte viri fideiussor vel mandator non debet dari vxori pro dote conseruanda. Saly.

I. Impp. GRATIA. VALENTIN. & THEOD. AAA. Cynegio præfecto prætorio.

Siue ex iure, siue ex consuetudine[n] lex proficiscitur, vt vir vxori[o] fideiussorem seruandę dotis exhibeat: tamen ea iubemus aboleri. Dat. VIII. Nonas Septemb. Eucherio & Syagrio Coss.

NE FIDEIVSSOres &c.

Contra virum & eius heredes agitur: vt S. titu. j. l. dotis. nunc contra fideiussorem, vel mandatores, qui non tenentur.

Siue.] CASVS. Lex scripta siue consuetudo quæ iubet vt maritus debeat vxori fideiussorē de[a] conseruanda dote dare, aboleatur. & non solum non debet dare fideiussorē, sed nec mandatorem, nec à marito, vel patre, vel aliis qui dotem suscipiunt, est exigenda cautio: quia ex quo mulier marito se committit sine fideiussore, & dotem & alias res suas potest committere. & h. d. cum l. sequ.

n ¶Siue ex consuetudine. ob errorē inducta: vel ante hanc legem.

o ¶Vir vxori fideiussorē. In primis videtur contra. ff. de iur. dotal. l. cum dotis. quæ & sequenti legi similiter contradicit. Solu. ibi[b] vir accepit, qđ potest: hic vxor à viro, quod non potest. ¶Secundo quid de pignore? [c] videtur secus: cum & omnia sint obligata, nisi dicas ab extraneo amico mariti dari: quia tunc idem quod in fideiussore videtur: vt argu. j. l. proxi. vbi omnem satisdationem prohibet. ¶Item an antē[d] matrimonium potest dari scilicet sponsæ? videtur quòd sic: cum de viro & vxore tantum hic dicatur: vt argu. C. de donat. ante nupt. l. sancte. Sed tu dic idem quod iam in viro, cum in eum casum obligatio conferatur: vt C. de dona. ante nupt. l. quod sponsa. ¶Item an post solutum matrimonium potest dari? Respon. sic: vt ff. solu. mat. l. si constante. §. quotiens. & de except. l. exceptiones. §. j. respon. & C. de rei vxo. act. §. cum autem in exactione. ¶Item an alius potest pro[e] viro dotem accipere, & se obligare: quod videtur: vt C. de do. cau. l. fin. Econtra quòd non: vt j. l. proxi. Potest dici, vt cum viro accipiens teneatur: vt ibi: solus accipiens non: vt in l. proxi. immo tenet vtrobique, cum non est satisdatio: nisi quando alterum est accessorium. ¶Item si extraneus[f] dat dotem & stipulatur an potest accipere? quod videtur: quia de viro & vxore: hic dicitur. 2 Vel fortè idem quod in vxore dante, vel patre

eius, cum eadem sit æquitas: vt arg. ĵ. ad l. Falc. l. fi. ¶ Item si ipse vir dat, an teneatur fideiussor? Videtur quòd non. per l. istam & sequentem. 2 Sed quidã dicunt vt dari non oporteat: datus tamen teneatur: sicut in tutore testamentario, qui satisdare non tenetur si tamen satisdederit: tenet. vt ff. de fideiuss. l. Græcè. §. à tutore. 3 Alij sic distinguũt, an ab extraneo, an à sciente detur: arg. ff. si quis caut. l. sed & si quis §. fin. 4 Alij sic distinguunt, an detur pro dote dãda ab vxore vel viro, vel restituenda vxori: & tunc dicunt teneri: vt ff. de iure dot. l. cum dotu. An verò detur pro ea seruanda: quasi maritus sic se habeat in administratione patrimonij sui, vt non fiat inops: & tunc non tenetur: & sic loquitur hic titulus. nam dicit hic, seruandæ, quæ opinio est probabilis: & sic dantur in ciuitate ista. 5 Sed Azo dixit & nos, nullo modo teneri. vt ĵ. de leg. & const. l. non dubium. & ff. de fideiuss. l. cum lex. Item an potest renunciari huic titulo? quod dicunt quidam ex generali regula ĵ. de pac. l. si quis in conscribẽdo. Sed Azo dicit quòd non, in primis ex ipsa rubrica, quæ prohibitoria est: vt ff. ne quid in lo. pu. l. j. in pr. & q. sesp. sicut & alias ĵ. ne Christia. man. & alias ĵ. ne quis in sua causa. in quib. casib. non potest renũciari: nec ergo hic. est enim bonum argu. ex rubrica: vt ff. si cert. pet. l. j. ¶ Item sicut prohibetur rubrica viro ne detrahet textus vxori, ne accipiat. si ergo contra fiat, non valet: vt ĵ. de leg. & const. l. non dubium. & ff. de dona. inter virum & vxorem. l. iij. §. sciendum. Item & hoc. ff. de arbi. l. sed si in ferrum. §. si quis iudex.

a Fideiussor dotis restituendæ vel cõfer uandæ vxori datus non tenetur, vt in fine huius Glossæ.

a al. Venerabili.

b v. Bart. Nou. de nupt. 2. §. quoque.

† pœnal.

c v. Tiraq. de iure primogenit. quæ. 34. nu. 10.

a Bart. l. 6. §. de con. p. nit.

d v. Euerardũ in loco ab ordine Rubricarum. Rubrica prohibitoria optimum in suo argumentum Idq; ob doctrinã cotra Ioã. de Mõte tract de empt. 3. principali.

f Etiam si adsecutꝰ iuramẽtum.

II. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

Generali[a] definitione constitutionem pristinã amplificantes, sancimus nullam esse satisdationem, vel mandatum[b] pro dote exigendum vel à marito, vel à patre eius, vel ab omnibus qui dotem suscipiunt[c]. Si enim credendam[d] mulier sese, suámque dotem patri † mariti existimauit: quare fideiussor, vel alius intercessor exigitur, vt causa perfidiæ in connubio eorum generetur? Dat. X. Kalend. Aug. Lampadio & Orestâ. VV. CC. Conss.

a ¶ Generali.] Constitutione, ĵ. l. proxi.
b ¶ Mandatum. vbi potest aliàs satisdatio esse, & ibi mandatum: vt ff. man. l. si hereditatem. §. & in summa. sic ergo vbi prohibetur alia, & mandatum: vt hic dicit.
c ¶ Suscipiunt. Contra. ĵ. de do. cau. l. fi. 2 Item contra. ff. de iur. do. l. cum dotu. Sed superiori lege soluimus.
d ¶ Credendã. simile arg. ĵ. de pac. con. l. hac generali. & ĵ. de testi. l. si quãdo in principio. & infra qui po. in pig. ha. l. fin. & in decret. xij. quæst. j. præcipimus.

TITVLVS XXI.

RERVM AMOTARVM.

Maritus conuentus actione de dote, pro rebus amotis potest compensationem obiicere. Salycetus.

I. Imperator ALEXANDER A. Polydeucæ.

Compensationis[a] æquitatem iure postulas. non .n. prius exolui quod debere te constiterit[c], æquum est, quàm petitioni mutuæ responsum fuerit: eo magis, quòd ea te persequi dicis, quæ diuortij causa amota quereris. Cum igitur apud competentem iudicem ex stipulatu conueniaris: apud eundem doce tui iuris[f] res ablatas esse. PP. Dat. V. Kalend. Decemb. Alexandro A. III. & Dione Conss.

Actio rerum amotarum non competit nisi soluto matrimonio. Baldus. Matrimonio verò constante competit in factum. Salyc.

II. Impp. DIOCLE. & MAXIMI. AA. & CC. Sereno.

Diuortij causa † rebus vxoris a marito amotis, vel ab vxore mariti: rerum amotarum edicto perpetuo permittitur[g] actio. Constante etenim matrimonio neutri † eorum neque pœnalis[h] neque famosa[i] actio competit, sed de damno in factum[k] datur actio. Dat. V. Kalen. Octob. ipsis AA. Conss.

Successores mulieris tenentur actione rerum amotarum, quatenus ad eos peruenit. Bald. Vel sic. Actio rerum amotarum datur contra heredes quatenus ad eos peruenit. Salyc.

III. Iidem AA. & CC. Quartino.

De rebus quas diuortij causa quõdam vxorem tuam abstulisse proponis, rerum amotarum actione contra successores eius non insolidum, sed in quantum ad eos peruenit[l]: quòd si res extent, dominij vindicatione vti non prohiberis. Dat. V. No. Decem. ipsis AA. Conss.

TITVLVS XXII.

NE PRO DOTE MVLIERIS, bona quondam mariti addicantur, id est in solidum dentur†.

In dote exigenda debet iuris ordo seruari, non citra solennitatem debent vxori bona addici. Salyc.

I. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. Apollinariæ.

Vt vxori pro dote

f Vel iuris. quia vel tuæ sunt, vel tuo periculo: vt & ff. eo. l. si concubina. §. fi. & contra. ĵ. de compen. l. neque. Sed contra. ĵ. de rei vxo. act. §. sed neque ob res. Sol. hic ex alia causa quam dotis vir debebat, vel hæc per illam corrigitur. 2 Vel hic de dote in quantitate, ibi autem in specie.

Diuortij.] CASVS. Dicitur in hac l. quòd facto diuortio, rerum amotarum actio datur: quia mariti constan. similiter nec pœnalis alteruter eorum competit actio: sed in factum pro damnis datis.
g ¶ Permittitur actio. secuto diuortio. vt ff. eo. l. rerum ij. non autẽ durante matrimonio: vt hic subiicit, constante &c.
h ¶ Neq. pœnalis. est ergo hæc pœnalis: & ideo constante matrimonio cessat. Sed quidam dicũt quòd in casu datur ad quadruplum: vt ff. eo. l. ad pœnam. quod non placet imò rei persecutionem continet: vt ff. eod. si mulier. § hac actio. Sed ideò dicitur pœnalis, quia iuratur in litem: & sic in plus agitur, quàm sit apud amouentem: vt ff. eo. l. si cum dos. §. fin. & l. seq. & damnũ quod maritus habuit, venit, ff. e. l. si concubina. §. pen. & l. si mulier. §. rerum. & l. penul. ¶ Item et quod dicit nõ dari pœnalem, est contra. ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. cum si mariti. nam actio legis Aquiliæ pœnalis est: vt insti. tit. ad l. Aquil. § his autem verbis. Solu. in simplum datur eo casu: sicut & act. serui corrupti datur eo casu in simplum: vt ff. de ser. cor. l. fin. ¶ Item contra ĵ. de fur. l. fi. §. fi. vbi etiam rerum amotarum datur constante matrimonio. Sol. vt ibi. & idem inter patrem & filium quãtum ad pœnalem: vt ff. de fur. si quis vxori. §. j.
i Famosa actio. vt furti. hæc autem non est famosa: quia etiam in quondam vxorem non daretur: vt ff. eod. l. j. & ij.
k In factum. generalis[b], quæ ex variis causis est inducta: vt ĵ. de sacrosanct. eccle. l. sancimus. & ĵ. de iure dot. l. j., vel in factum subsidiaria[c]. l. Aquil. quæ in simplum datur: hic autem nihilominus & directa habet locum.

† Ait vtraq; ius actum possit agere aduersus maritũ. 1. Tiraq. ...

a Actio rerũ amotarum est pœnalis.

* Quæstio.

b In factum generalis actio vel varia consũdo... c In factum actio subsi... legis Aquiliæ.

† aliàs ne pro dote mulieri bona mariti addicantur. id est in solidum dentur.

De rebus.] CASVS. Si vxor tua res amouit, & à te diuertit: heredes eius non in solidum, sed in quantum ad eos peruenerit, conuenire poteris: & si res amotæ extent, eas poteris vindicare.
l ¶ Peruenit. est enim ex delicto: vt ff. eo. l. si mulier. §. hac actio. & pœnalis: vt diximus ĵ. l. proxi. & ideo sic datur: vt hic, & ĵ. ex delict. def. l. j. & ĵ. de furt. quamuis. Sed videtur dari in solidum, sicut condictio furtiua vt ff. eo. l. contra vxorem. §. si post. quæ est contra. Sed non per omnia condictionem assimilatur.

RERVM AMOTARVM.

De dotis promissione plenè dictum est: sed quia in ea sæpè rerum amotarum obiicitur compensatio: vt ĵ. eo. l. j. supponit de rerum amotione, & earum actione, quæ dicitur rerum amotarum. Azo. ¶ Hæc actio datur cùm mulier amouit consilio diuortij, & secutum diuortium fuit: vt ff. eo. l. rerum ij. & sic cùm non fiat diuortium, hodie iure canonum nõ habet locum nisi vtilis, quando causa sperata mortis vel diuortij amouit, & secuta non fuit: vt ff. eo. l. si mulier nec potest dici habere locum vbi ratione sanguinis fit separatio: cùm ibi non fuerit matrimonium: vt ff. eod. l. si concubina. furti autem actio cessat, secundum Io. nisi pro contractione postea facta, ex fauore matrimonij: vt ff. eo. l. j. & ij. & iij. in prin.

g Actio rerum amotarũ quãdo detur.

Compensationis.] CASVS. Si mulier res mariti surripiat, & diuertat, postea dotem petat: an vir possit compensare res amotas cum dote, quæritur? Respon. quòd sic. alioquin mulier nisi res amotas restituat, non audietur.
e ¶ Constiterit. teneri ex alia causa, quàm dotis.

NE PRO DOTE MVLIERIS, &c.

Satis patet continuatio ex præcedentibus clara.

Vt vxori.] CASVS. Si solu. matri. morte viri mulier petat non obseruando iuris ordinem sibi addici bona mariti iure dominij pro dote: non est audienda. sed si decedente marito non soluendo, & sine successore, petit se mitti in possessio. bonor. suorum causa rei seruandæ, debitore non sibi respondente per l. ij. ff. quibus ex causis in possess. ea. & distractis bonis, consulatur ex edicto de bonis auctorita. iud. possi. & si emptor non fuerit inuentus: vel inuentus quidem, sed minus idoneus: dabuntur

mulieri

mulieri bona in solutum *per l. si de iur. dot. impe. & ff. de re iudi. l. à diuo. §. exequantur.* & est hæc forma iuris de qua fecit mentionem lex præsens. Viuianus.

a ¶*Addicantur.* circa ordinem iuris. sic & j. *de iure do. impe. l. j. in fi. & de bo. auct. iudi. pos. l. si pro debito: & l. in possessionem. & supra de pact. l. si pacto quo pœnam. in fi.* Accursius.

addicantur [a] bona quondam mariti, iure prohibitum est. Sanè si nullo relicto successore non idoneus decessit: secũdum iuris formam[b], quatenus successionis modus patitur, indemnitati tuę consulere non prohiberis. Dat. V. Non. Decembr. AA. Conss.

Titvlvs xxiii.

DE FVNDO DOTALI.

Vbi electio est reseruata mulieri, fundus dotalis licet æstimatus non potest alienari. Salyc.

i. *Impp.* Severvs & Antoninvs AA. *Didiæ.*

SI æstimata prædia in dotem data sunt, & conuenit vt electio [c] mulieri seruetur: nihilominus lex Iulia[d] locum habet. Est autem[e] alienatio, omnis actus per quem dominium transfertur. PP. Dat. XII. Kalend. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

Maritus non prouocat ad diuisionem fundi dotalis, sed prouocatur. Bald. Vel sic: Alienatio fundi dotalis voluntaria est prohibita, non necessaria. Salyc.

ii. *Imp.* Gordianvs A. *Domitiæ.*

MAriti [f] qui fundum communem cum alio in dotem inæstimatum † acceperunt, ad communi diuidundo iudicium prouocare non possunt[g], licet ipsi possint prouocari. PP. V. Non. Octob. Gordiano. A. II. & Pompeiano Conss.

Titvlvs xxiiii.

DIVORTIO FACTO apud quem liberi morari vel educari debeant*.

In arbitrio iudicis est apud quem

a Creditor aduersus debitorem nõ respõdentem hæc habet remedia, eo tamen ordine. Mittitur primò in possessionem bonorum debitoris, causa rei seruandæ: post, bona eiusdem distrahit. Postremò, si emptor aliquis nõ reperitur, aut reperitur quidẽ sed non idoneus in solutum potest accipere bona debitoris.

b ¶*Iuris formã.* quæ[a] est vt mittaris in possessionem causa rei seruãdæ, debitore nõ respõdente, ex titulo. *ff. q. ex cau. in possess. ea. l. v.* & distractis bonis consulitur tibi: quod fit per alium titulum: *ff. de bo. auct. iud. pos*sidendis. Imò per eundem tit. vt *l. Fulcinius. §. j.* quòd si non inuenias emptorem, vel minus idoneum, etiã ibi tunc dabuntur in solutum: vt & j. *de iure do. impe. l. fi. & ff. de re iudic. l. à diuo. §. exequantur.*

DE FVNDO dotali.

Specialiter de re inæstimata in dotem data dicit.

SI *æstimata.*] casvs. Si mulier prædium æstimatũ c. in dotem dederit, & conuenerit vt solu. ma. eligere velit prędiũ, vel æstimationẽ exigere: vir alienare nõ potest obstãte lege Iulia de fundo dota. quæ vetat fundum inæstimatum datum alienari. & hoc in prima. alienationis verbo cõtinetur omnis actus p quẽ transfertur dominiũ. hoc d.

c ¶*Electio.* rei vel æstimationis: secus si esset viri: vt *ff. eodem. l. quod si fundus.*

d ¶*Lex Iulia.* quæ vetat fundum[b] inæstimatũ in dotem datum alienari: vt *in authen. vt lic. ma. & auiæ. §. illud. & j. de rei vxo. act. l. & cùm lex. & ff. eo. l. si fundum.* nam & hîc pro non æstimato habetur: vt *ff. de iure do. l. plerunque. §. si.*

b Dotalis fundus inæstimatus alienari non potest.

† aliàs, æstimatum.

e ¶*Est autem.* Bene dixi nõ posse alienari. est autem &c. & conuerte literam, id[c] est omnis actus per quem dominium transfertur, est alienatio. vt emptio & donatio: & est sic. *ff. de statulibe. l. statuliberi à cæteris seruis. §. j. in fin.* Quandoque etiam largius dicitur alienatio, & obligatio: vt *supra de rebus alien. non alien. l. fin. & extra de rebus ecclesiæ non alie. c. nulli.* ¶Item videtur contra. supra *de vsufruct. l. interest.* Solu. ibi vera fuit æstimatio illo vltimò casu, quare tenet obligatio. Item contra. j. *de ser. pignor. da. ma. l. j.* Sol. speciale ibi in libertate. & facit j. *de iure dot. l. quotiens. & ff. de iure dot. l. cùm in fundo. & institu. quibus alien. licet vel non in princip.*

c Alienatio est omnis actus per quem dominiũ transfertur.

* aliàs, apud quem filij nutriantur.

MAriti.] casvs. Mulier partem fundi quam habebat communem cum Titio pro indiuiso, dedit in dotem, & inæstimatam, non potest vir prouocare ad communi diuidundo iudicium: quia fortè adiudicaretur Titio, & sic alienaretur: quòd vetat lex Iul. sed Titius potest maritũ prouocare ad iudicium communi diuidundo.

f ¶*Mariti.* idem est in sponso: vt *ff. eo. l. lex. & j. de bo. quæ libe. l. non sine ratione.* Accursius.

g ¶*Non possunt.* idem [d] in minore: vt *infra de prædiis mino. l. inter omnes.* & ecclesia: vt *not. supra de sacrosanct. eccles. l. iubemus.* & hoc ideo quia ex necessitate fieret quædam alienatio: vt *ff. de condic. fur. l. & ideo. & l. eleganter.* sic ergo inuitus in communione detinetur. regulariter contra: vt *no. j. communi diuidund. l. fin.* in casibus autem alienantur: vt *ff. eod. l. j. & ff. de iure dot. l. ita constante. & ff. eod. l. si fundum.*

d Diuisionem qui petere nõ possunt.

alantur liberi facto diuortio. hodie seruatur authen. hic posita. Salycet.

i. *Impp.* Diocletia. & Maximia. AA. & CC. *Calestinæ.*

LICET neque nostra, neque diuorum parentum nostrorum vlla cõstitutione caueatur, vt per sexum liberorum inter parentes[h] diuisio celebretur: competens tamen iudex æstimabit [i] vtrum apud patrem, an apud matrem matrimonio separato filij morari[k] ac nutriri [l] debeant. S. VIII. Kalen. Iul. Veronæ. CC. Conss.

IN AVTHENTIC. VT liceat matri & auiæ. §. illud colla. viij. constit. fi.

Mater potest petere quòd pater alimentet filium. Bald. & tene menti.

SI pater causam diuortij [m] præstiterit, apud matrem [n] ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis. Si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expensis[o]: nisi pater minus idoneus sit. tunc enim apud matrem locupletem nutriantur. Nam quemadmodum locupletes filij matrem alere coguntur egentem: ita iustum decernimus & à matre filios pacisci. Quod de matre & filiis indigentibus dictum est, hoc quoque in omnibus ascendentibus & descendentibus [p] personis vtriusque naturæ decernimus obseruari.

Titvlvs xxv.

DE ALENDIS LIBERIS† ac parentibus.

Filij diuites tenentur alere parentes. hoc dicit. cum l. seq. Salyc.

DIVORTIO FActo apud quem &c.

Ex præcedentibus patet continuatio.

LIcet.] casvs. Si quà lege vel constitutione non caueatur apud quem soluto matrimonio, liberi vtriusque sexus ali debeant: tamẽ considerabit cõpetens iudex, scilicet vt masculi penes patrem, & fœminæ penes matrem, alantur. Viuianus.

h ¶*Inter parentes.* s. vt apud matrem filiæ, apud patrem filij fine: vt & alibi. j. *de custo. re. l. quisnam vnum.*

i ¶*Æstimabit.* taliter diuidendo vt hîc, nisi ex aliqua causa in contrariũ moueatur: vt *ff. de lib. exhiben. l. j. §. in hoc interdicto.* & differt hic titul. ab illo. j. *vbi pupilli, &c.* quia hîc viuit pater: ibi decessit.

k ¶*Morari.* adulti.

l ¶*Nutriri.* pupilli. vel potest esse quòd alibi [a] morentur, & alibi nutriantur. & *facit xviij. qu. ij. c. definimus.* Per authẽ. autem plenius dicetur, quæ sequitur, si pater &c. quæ est, vt liceat ma. & auiæ. §. illud. colla. viij.

a Pupilli alibi morari alibi nutriri possunt.

SI *pater.*] casvs. Hæc authent. clarificat. l. C. & dixit quòd celebrato diuortio si maritus dedit causam diuortio, & ad secundas nuptias mater non conuolauit, liberi debent educari expensis mariti apud matrem. Similiter econtra si mater præstitit causam diuortij, liberi debent educari expẽsis matris apud patrẽ, si est locuples: sed si pater non est idoneus, non tenetur filios alere, imò apud matrem locupletem debent ali. nam & filij locupletes tenentur matrẽ egentem alere. & quod dictum est de matre alenda, & filiis indigentibus: idem per omnia seruetur in omnibus ascendentibus & descendentibus indigentibus alendis.

† al. à parentibus, & parentibus à liberis.

m ¶*Diuortij.* quæ multæ sunt, vt diximus. j. *de repu. l. consensu. §. j.*

n ¶*Matrem.* imò vbi pater vult: vt *ff. de ven. insp. l. j. §. apud eum.* sed ibi decesserat, hic non. Item hic præstitit causam diuortij.

o *Matris locupletis expensis.* Hæc verba, matris[b] locupletis &c. non sunt in corpore, sed Ir. adiecit: & si habeas ea, dic nisi pater &c. vt referatur ad primum dictum, scilicet quando apud patrem expẽsis patris debent ali. si autem ea verba omittis: dic, nisi &c. referri ad primum & proximum: vt sit sensus, Si mater præstat causam subaudi, tunc apud matrem & à patre aluntur: nisi &c. quia tunc præstat mater. idem & quando est minor triennio: vt j. *de pa. pote. l. pe.* Prima placet.

b Diuortio facto culpa mulieris, liberi alendi sunt apud patrem expẽsis mulieris locupletis. & è contra. b. Glo. in l. Alimenta [illegible] de negotiis. Bartol. in Nouella vt liceat matri & auiæ. §. aliud quoque.

p ¶*Descendentibus.* vt *ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. in prin.*

DE ALENDIS LIBERIS, &c.

Hic viuebant parentes, & non diuerterunt, vel alter erat mortuus. & dicit hincinde alimenta præstanda.

Parentum.] CASVS. Filij patrem vergẽtem ad inopiam alere tenentur. & hoc prouidebit iudex, si facultates filij suppetant. & hoc dicit l. sequens.

a ¶ *Parentum necessitatibus.* id est alimentis: vt ff. de bon. quæ lib. l. fi. §. ipsum autem & de pa. potẽ. l. filia. & l. nec filium. non autem in ære[b] alieno: vt ff. de li. ag. l. si quis à liberis. §. parens. ¶ An autem frater fratrem? Videtur quod sic[c]: vt argu. ff. de in. & ra. dis. l. 3 §. 3. & ff. vbi pu. edu. l. qui filium. & fa. ̃j. l. proxi.

b ¶ *Competens.* facit ̃j. l. proxi.

Si competenti.] CASVS. Si pater non vult filium suum alere, probet mater filium suum esse: & vt præstet sibi alimẽta, compellet eum competens iudex: & pendente lite filius cõmunis, quia dicit pater eum filium esse nõ suũ, apud quem educari debeat, scilicet an apud patrẽ, iudex æstimabit.

c ¶ *Ex Claudio.* marito: vt no. ̃j. l. proxi.

d ¶ *Eis.* s. maiori triennio. alias mater debet eum alere: vt ̃j. de pa. po. l. nec filium. & fa. ̃s. de haered. l. cognouimus. Accursius.

Si patrem.] CASVS. Pater filiũ suum, si ei obsequiosus extiterit, alere tenetur. & hoc in prima. si noluerit, compelletur à iudice pro modo facultatũ suarum filio prestare alimenta. & hoc in secunda. Si pater dicat eum filium suum nõ esse in primis an sit filius inquiretur.

e ¶ *Promerueris.* Ergo propter[d] ingratitudinem[e] possunt denegari alimẽta. 2 Vel si filius patrem detulerit: vt ff. e. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. in fi. & onus probandi videtur imminere patri: vt ar. ̃s. de inoffi. test. l. omnimodo. licẽt sit arg. cõtra. in eo. tit. l. liberi. Accur.

f ¶ *Non denegabit.* præstando alimenta.

g ¶ *Examinabit* summatim: vt ff. eodem. l. si quis à liberis. §. si vel parens. interim tamẽ alit, etsi nõ sit filius: vt ff. e. l. §. idem Iulianus. & l. si neget. & si constiterit non esse legitimum, non alit; vt ff. e. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. secus per auth.

† Cons. 22. q. 4. c. quia v. istero.

a Alimentorũ causa necessaria.

b Tantum modo est fauor æri alieni, quàm alimentorum.

c Fratri fratrem alere tenetur. vt hoc. Gloss. l. 1. § 6. g eod & in l. qui filium ff vbi pupil. educari. vi. & dotare. dari in Glo. l. cum plures §. cum tutor ff de admin. tut. ? Azonem.

d Ingratitudinis causa alimenta filio à patre denegari possunt.

e Alimẽta propter ingratitudinem filio à patre denegari possunt: & generaliter ex omni causa ex qua possunt exheredari. dixi ad Glo. l. q. §. idem iudex ff ead.

† Huius legis meminit Sozomenus ob. 1. eccle. hist. c. 8.

† Idẽ esse patet Azo. hoc tit. e. l. Gloss in l. hereditas ̃j. de his quæ vt indig. in quo Barcolus non admittit.

I. Imp. ANTONINVS PIVS A. Basso.

PARENTVM † necessitatibus[a] liberos succurrere iustum est. Sine die & consule.

II. Diui fratres & AA. Celeri.

COmpetens[b] iudex à filio te ali iubebit, si in ea facultate est, vt tibi alimenta præstare possit. Dat. Idib. April. ipsis & Conss.

Mater agere potest contra maritum vt alat filium. Salycetus.

III. Iidem AA. Titiana[*].

SI competenti iudici eum quem te ex Claudio enixam esse dicis, filium eius esse probaueris: alimenta ei[d] pro modo facultatum præberi iubebit. Idem an apud eum educari debeat, æstimabit. PP. XIII Kalen. Mart. Romæ. Rustico & Aquilino Conss.

Pater iudicis officio tenetur alere filium non ingratum: & vbi negatur filius, debet de filiatione prius constare. Salycetus.

IIII. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Sabino.

SI patrem tuum officio debito promerueris: paternam pietatem tibi non denegabit[f]. Quod si sponte non fecerit: aditus competens iudex alimenta pro modo facultatum præstari tibi iubebit. Quòd si patrem se negabit: quæstionem istam in primis idem iudex examinabit[g]. PP. Non. Februa. Laterano & Rufino Conss.

TITVLVS XXVI. DE CONCVBINIS.

Non licet marito concubinam habere, hoc dicit, & in hoc imperator fauet vxoribus. Salycetus.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Populum.

NEMINI[h] † licentia concedatur, constante matrimonio concubinam penes se habere. Dat. XVIII. Kal. Iul. Constantinis patre & filio Conss.

TITVLVS XXVII. DE NATVRALIBVS liberis, & matribus eorum, & ex quib. causis iusti efficiantur.

Nati ex concubinis vilissimis, & patribus in dignitate † positis: sunt spurÿ, & incapaces tam per viam vltimæ voluntatis, quàm contractus. Et quod eis aufertur, quibusdam personis applicatur: quibus renitentibus, negligentibus, vel non existentibus fisco locus aperitur. Item nec ipsis concubinis aliquid potest relinqui, vel donari, vel ficto titulo vendi, vel concedi. Bal. Vel sic: In dignitate positi non possunt nuptias contrahere cum personis hic nominatis, aliàs notantur infamia nec valet matrimonium: & collata liberis ex tali coniugio, vel etiam talibus vxoribus, reuocantur per legitimas personas, quibus negligentibus venit fiscus, hodie verò tenet matrimonium, & collata non reuocantur. Salyc.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Gregorium.

SENATORES seu[*] præfectos †, vel quos in ciuitatibus duumuiralitas, vel sacerdotij[i], id est Phœniciarchiæ, vel Syriarchiæ ornamenta condecorant: placet maculam subire infamiæ, & alienos à Romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillæ filia: vel liberta, vel libertę filia: vel scenica, vel scenicæ filia: vel tabernaria, vel tabernarię filia: vel humili, vel abiecta [persona] [*] vel lenonis, aut arenarij filia, vel quæ mercimoniis publicè pręfuit, susceptos[k] filios in numero legitimorum habere voluerint aut proprio iudicio, aut nostri prærogatiua rescripti[l]: † ita vt quicquid talibus liberis pater donauerit (seu illos legitimos seu naturales dixerit) totum retractum legitimæ soboli reddatur, aut fratri, aut sorori, aut patri, aut matri. Sed & [si][*] vxori tali quodcunque datum quolibet genere fuerit, vel emptione collatum: etiam hoc retractum reddi præcipimus. Ipsas etiam quarum venenis[m] inficiuntur † animi perditorum (si quid quæritur[n], vel commendatum dicitur, quod his reddẽdum est quibus iussimus, aut fisco[*] nostro) tormentis subiici[o] iubemus. Siue itaque per ipsum donatum est qui pater dicitur, vel per alium siue per interpositam personam, siue ab eo emptum, † vel ab alio, siue ipsorum nomine comparatum statim retractum reddatur quibus iussimus: aut si non existant[p], fisci iuribus vindicetur. Quòd si existant, & in præsentia rerum constituti agere noluerint, pacto[q] vel iureiurando exclusi, totum sine mora fiscus inuadat. Quibus tacentibus & dissimulantibus, ad defensionem[r] fiscalem duorum mensium tempora limitentur: intra quæ si non retraxerint, vel propter retrahendum rectorem prouinciæ [non[*]] interpellauerint: quicquid talibus filiis vel vxoribus liberalitas impura contulerit fiscus † noster inuadat, donatas vel commendatas[f] res sub pœna[t] qua drupli

vt ̃j. tit. ̃j. authen. licet.

DE CONCVBINIS.

Nemini.] CASVS. Vir constante matrimonio concubinam habere non debet. Acc.

h ¶ *Nemini.* facit ̃j. communia de manu. l fin. nec vltra vllam[a] concubinam: vt in auth. de trien. & se. §. considerandum. cir. ca fin. col. iii. Accursius.

DE NATVRALIBVS &c.

Hi perueniunt ex concubinis. ideo benè supponuntur titulus.

i ¶ *Senatores.*] *Sacerdotij.* nõ loquitur de sacerdotio. i. presbyterio, sed de quadam dignitate. sic exponit ignotum per ignotius, secundum Io.

k ¶ *Susceptos.* vt ab vxore velut à concubina: nã nec naturales sunt. & facit ̃s. de incest. nup. l. humilem.

l ¶ *Rescripti.* Quid si dicit non[b] obstante lege aliqua? Resp. tenet: vt arg. ff. de leg. iij. l. si quis in princip.

m ¶ *Venenis.* vt veneno occiditur corpus, sic animus istarum conuersatione. Accursius.

n ¶ *Si quid quæritur.* interpositio est.

o ¶ *Subiici.* si dubitetur an apud eas sint tales res[c]. Accursius.

p ¶ *Ex Nam.* scilicet prædictæ personæ quæ repetere possunt.

q ¶ *Pacto.* quod fecerit post mortem defuncti: nam antè non valet: vt ̃j. de capti. & postli. reuer. l. nec nos. & ff. de adquir. here. l. qui superstitis. Alij nõ distinguunt, antea vel postea fecerũt. & idem de iuramẽto dicas, quo iurauerunt se non petituros ¶ Et not. noluerunt: quia nolle[d] dicor, quod non possum, meo facto impeditus. valuit enim pactum: quia licet pater non possit paciscі, extranei possunt, sed fiscus aufert.

r ¶ *Ad defensionem.* i. ad defendendum se à fisco, & ad fiscum vincẽdum si intra duos menses agant: alias repelluntur. vt subiicit.

s ¶ *Commendatas.* alij, vt dentur concubinæ, vel filiis. Accursius.

t ¶ *Pœna.* talibus filiis & concubinis inferenda

a Vt vnam vel eorum, vt vnd tantum concubinam habere licet. [illegible]

* hanc legem cum eius sub scriptione citat Iustinianus Nou. 89 c. 15. que sic agit & iterum in Nou. 117 c. 6. [illegible]

† perfectissimos [illegible]

* Acest.

b Clausula, nõ obstante lege aliqua.

† formam huius rescripti vide apud Cassiodorum lib. 7. Variarum.

c Vel forte, quia dixit eis intelligentur facta ex bonis amici. v. Castã in memorab. in verbo Concubina.

* deest.

† aliàs, inficiuntur.

* al. non & nõ existunt fisci nostri iuribus existentes & c.

d Nolle dicor, quod nõ possum.

† Ex hoc loco Iacob. de Belloui reprehẽdit Glossam in l. qui filium. ff. de probat. vbi dicitur patrẽ posse vendere filio sponso.

* al. deest. nõ non deest.

† Quando relinquitur filiis spurijs admittuntur ad relictum, recedẽdo personis hic enumeratis quibus est fastidio venis fiscus.

da, non fortè alij detinenti tales vas. *& facit j. de iure fisc. l. qui in contractibus. lib. x.* Accursius.

a ¶*Quæstione.* torquentur enim concubinę: vt *3. dixi.* Sed hodie hęc cõstitutio est abolita: vt *in authen. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin. coll. vij.* quia huiusmodi fœminę cum omnibus possunt cõtrahere. vt *3. de nupt. auth. sed nouo iure. & auth. maximus.* & hic habent quidam authent. sed nouo iure huiusmodi mulieres. Accursius.

Matre.] CASVS. Si Titius habeat matrem & filios naturales & legitimos: quid naturalibus liberis ex cõcubina, & cõcubinæ relinquere possit, quæritur? Resp. quòd vnciam. & soli concubinæ, si liberos naturales ex ea nõ habet, semunciam: si vltra relinquat, restituetur legitimis vel matri.

b ¶*Matre.* alicuius qui habet filios naturales. Accursius.

c ¶*Genitrici.* concubinę scilicet.

d ¶*Semunciam.* Quid si soli filij? dic semũciam. alij dicunt vnciã. sed licet directè non capiant vltra: iure tamẽ pupillaris substitutionis totum habere poterunt, quòd tamẽ ex bonis patris nõ fuit: vt *ff. de vulg. substitu. l. ie qui.* Sed per auth. de minuit hæc lex quæ sequitur, nũc soli &c, quæ est in auth. qui. mo. nat. effi. sui. §. ne igit. col. vij.

Nunc.] CASVS. Lex Codicis dicit, siue testator habeat matrẽ, siue filios legitimos, poterit relinquere naturalib. tantũ vnciã, concubinę tantũ semunciã. Auth. ista corrigit. I. C. in hoc quod dicit de matre testatoris quia filij legitimi tantũ impediũt natural. nõ mater.

e ¶*Soli liberi.* quod accipe in infinitum: vt *ff. de verb. sign. l. liberorũ.* licet in corpore vnde sumitur, dicat filios. Accursius.

f ¶*Naturales.* scilicet tantum.

g ¶*Matre.* defuncti.

Si quis. CASVS. Leges istas vsq; ad l. humanitatis. potest is videre per vos. vnde l. ista ponit casum qualiter filiũ naturalẽ possum effico-

a Quæstione. [margin]

a Concubinæ cum omnib. possunt contrahere.

f al. successio eius matre reddatur.

b Liberi in infinitum intelliguntur.

drupli seuera quæstione[a] perquirens. Dat. XII. Kalend. Aug. Carthagine. Nepotiano & Facundo Conss.

IN AVTHENTIC. VT li. ma. & auiæ. §. quia vero legem. coll. viij. const. fi.

Sed nouo iure huiusmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias possunt, etiam cum preditis magnis dignitatibus, dum tamen dotalia instrumenta super hoc conficiantur ab illustribus. Reliqui verò citra eos, qui maioribus decorati sunt dignitatibus, solo ad fectu nuptias contrahere possunt, dum tamen liberæ sint, cum quibus licet nuptias celebrare.

Iure isto si quis habet matrem, vel filios legitimos, non potest naturalibus & eorum matri relinquere vltra vnciam. Et ipsis naturalibus non extantibus solum semunciam concubinæ potest relinquere, & vltra relictum redit ad successores. Salyc.

II. *Impp.* ARCADIVS & HONORIVS AA. *Anthemio præfecto pratorio.*

Matre[b], vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus cuiuscunque sexus, vno pluribúsve existentibus: bonorum suorum vnam tantum vnciam pater naturalibus filiis, seu filiabus, eorumq; genitrici[c]: vel si sola sit concubina semunciã[d] largiendi vel relinquẽdi habeat potestatem. Quicquid verò vltra modum concessum relictum fit: legitimis filiis, vel matri, vel cęteris successoribus[f] iure reddatur. Dat. Id. Nouemb. Stilichone. II. & Anthemio Coss.

IN AVTHENTIC. quib. mod. nat. effi. sui. §. ne igitur. col. vij. const. j.

Nunc soli liberi[e] naturales[f] & legitimi ad hunc modum coarctant. non etiam matre[g].

Filij naturales legitimantur, si per patrem principali curiæ offeruntur: & si pater in testamento ordinat quòd sui filij naturales efficiantur curiales: & ipsi hoc non habent ratum: & postea inueniuntur paterna bona possidere seu alienare, compelluntur curiæ deseruire: quia ex posteriori possessione præsumitur fraus quod est notabile. Filia si est naturalis efficitur capax si in vxorem viro traditur. Bal. Vel sic: Pater qui filios naturales tradidit curiæ propria ciuitatis, vel ei qua sit

re legitimũ, vt mihi succedat. nam si sum liber homo, & non habeo legitimam sobolem: si volo ipsum tradere curiæ efficitur legitimus, & succedet mihi: si sum natus ex vico illo. Et idem si trado onenbus curiæ ex cuius territorio sum. & idem si sũ ex regali ciuitate. Idem est si habeo filiam naturalem, & non habeo legitimam vxorẽ: si trado eam alicui in vxorẽ illi qui est obnoxius curiæ, poterit mihi succedere: quia non refert prouideam oneribus curię an per liberos, an p generos. Acc.

caput prouinciæ: quando ortum habet ex regia vrbe, potest illos in solidum heredes instituere: nec poterunt illi conditionem curialem recusare, si reperiuntur paterna bona possidere, & idem si filiam naturalem alicui curiali tradidit in matrimonium. Saly.

III. *Imp.* THEOD. & VALENT. AA. *ad Appollonium præf. prat.*

Si[a] quis [naturalem † dũtaxat fœcũditatem sortiatur,] seu liber[h] ipse, seu curiæ fit nexibus obligatus: & tradendi filios naturales, vel omnes vel quos quémve maluerit, eius ciuitatis curiæ vnde ipse oritur, & in solidum[i] heredes scribendi liberá ei concedimus facultatem[k]. Quod si cui non ex vrbe, sed ex vico vel possessione qualibet oriundo, naturales liberi cõtigerint, eósq; velit sub definitione prędicta curiæ splendore honestare, & hereditatis opibus adiuuare: eius ciuitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille vel possessio censetur[l]. Quod si alterutram regalium ciuitatũ[m] patriam sortiatur: sit ei liberum susceptam ex inæquali[n] coniugio sobolem, cuiuscunq; ciuitatis decurionibus[o] immiscere: dummodo ciuitas quæ eligitur, totius prouinciæ teneat principatum[p]. Indignum enim est, vt qui sacratissimæ vrbis libere glo riatur, naturales suos non illustris ordine ciuitatis illuminet. Et hoc, siue postrema definiat voluntate, siue donatione cuiuslibet quantitatis in liberos naturales pater conferat[q]. Et quod de subeunda sorte curiali, seu testamento seu actorum fide constituit, ita ratum esse, stabilitérq; volumus obseruari, vt siue abstinendo ab hereditatibus, siue abdicando donationes, naturales liberi curialem vó luerint euitare fortunam, posteáque paternarum opum vel in solidum vel ex parte reperti fuerint possessores: licet eas alienauerint[r], omnimodo ad conditionem in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inuiti cogantur accedere[f]. Sed & si filiam naturalem, vel filias habuit, & eam vel ea curiali vel curialibus ciuitatis ex qua oriundus est, vel sub qua vicus vel possessio vnde oritur consistit, vel eius ciuitatis quæ principatum totius prouinciæ tenet matrimonio collocauit: hæc eadem in persona eius vel earum ad exemplũ ma-

h ¶*Seu liber.* à nexibus curiæ.

i ¶*In solidum.* non tamen in plus quàm naturales & legitimos, si eos habeat. *in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. & quoniam. colla. vij.* Accur.

k ¶*Facultatem.* siue habeat legitimos, siue nõ: *vt in auth. eo. §. si quis igitur fuerit.* nisi habuerit naturalẽ ex ancilla: quia tunc non potest, si habet legitimos: & tunc quando quis se offert, nõ potest si habeat fratres legitimos: *vt in authen. eo. §. & ille. & dicto. §. si quis igitur fuerit.* Acc.

l ¶*Cẽsetur.* b. sic *ff. ad municip. l. qui ex vico. & 3. de episc. & cleric. nulli. & in authen. eo. §. si quis igitur ex qualibet.* Accur.

m ¶*Ciuitatum.* veteris vel nouæ Romæ.

n ¶*Inæquali coniugio.* id est concubinatu.

o ¶*Decurionibus.* i. curialibus.

p ¶*Principatum.* vt metropolitana[c]: *vt in cor. §. si quis igitur ex qualibet.* Accursius.

q ¶*Pater conferat.* Immo & si ab intestato decedat hic pater, succedẽt sicut legitimi, sed non[d] aliis cognatis patris, nec alij cognati isti: *vt in auth. quib. mo. nat. effic. sui. §. sicut vero. colla. vij.*

r ¶*Alienauerint*[c]. postquàm cœperũt habere. & sic ex possessione prę iudicatur eis. *sic. j. de rep. hered. l. j. & ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. sicut. §. supervacuum. & in auth. eo. §. si verò ab initio. colla. vij.*

f ¶*Accedere.* & eorũ filij: licet secus quando quis se offert: *vt j. de his qui spon. mu. pu. sub d. l. fi. lib. x.*

a Ex Nouella Theo. tit. de bonis decurionum. † *Inclusa desunt in vet. manusc. & petam sunt addita ex Nouella Theod. Nam l. 91. in fi. j. c. etiam extantibus legitimis idem permittit.*

a Hoc superest cuum est cum hac hypothesi quę constituitur in patre multos legitimos habente.

b Natus ex vico vel vico sortitur originẽ ex coloco cui villa vel vicus ille subest.

c Metropolitana civitas quæ.

d Legitimatus per oblationẽ curiæ non succedit fratribus addicta ex Nouella Theod. nec alicui cognato. ...

c Præsumitur repudiatio fraud. ... qui incapax ... repudiasse repertus ...

riū obtinebūt. Quid[a].n.interest vtrum per filios, an per generos cōmoditatibus ciuitatū consulatur? & vtrū nouos lex faciat cu riales, an foueat quos inuenit? Da.XVI.Kal.Ian. Constantin. Eudoxio* & Dioscoro.Coss.

Acceptans onus intelligitur acceptare emolumentum annexum. immo hoc casu emolumentum est irrepudiabile. vnde qui iuxta ordinationem patris acceptauit decurionatum: hereditatem ea contemplatione vel etiam repudiare non potest. B. Vel sic: Naturalis per patrem curiæ deputatus si onus agnoscit, hereditatem patris non potest repudiare. Sal.

IIII. Imp. Leo & Anthemius AA. Armasio. P. P.

QVoniam desideria[b] morientium ex † arbitrio viuentium non sine iusta ratione colligimus: & is qui naturalem filium habens, hortantibus legibus vltro ad instar legitimi filij municipalibus cum voluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalem: manifestauit notúmque fecit sine dubio professione certissima facultatum suarum omnium elegisse se affectione debita successorem: cum certè huiusmodi personis adeo sacratissima constitutione subuentū sit, vt nec renuntiandi eis, aut alienandi, vel repudiandi paternas hereditates aut donationes in fraudem curię concedatur facultas[c], sed munerib. patrię susceptis, patrimonia subire cogantur, nullam ediuerso calumniantium vocem penitus patiemur admitti, sed ipsum Philocalum[d], & paternorum bonorum omnium ab intestato heredem & nostræ † ciuitatis curiæ principalem iniuncta vel iniungēda sibi munera subire, ex eoque genitos vel nascituros filios similiter paternę cōditioni subiacere præcipimus. Et huiusmodi formam in omnibus causis quæ similiter in quocunq; ciuitatis ordine curiáque contigerint, in posterum decernimus obseruari. Da. Kal. Ian. Constantinop. Iordane & Seuero Cos.

Per subsequens matrimonium possunt legitimari liberi iam procreati. quod olim erat in contrarium statutum à Constantino, corrigitur, & solum præteritis casibus reseruatur. hoc dicit. Illa lex est correcta per l. cum quis. j. eo. Bald. Vel sic: Iure isto quis poterat concubinam ducere in vxorem si ex ea liberos habebat, nec ei vlla proles legitima extabat: & liberi efficiebantur legitimi & in potestate poterant succedere ex testamento, vel ab intestato etiam cum fratribus postea natis: secus si prolem ex concubina non habeat. Sal.

V. Imp. Zeno A. Sebastiano præfecto pratorio.

DIui Constantini[f], qui veneranda Christianorum fide Romanum muniuit imperiū: super ingenuis cōcubinis ducendis vxorib. filiis quinetiá ex eisdē vel ante matrimoniū vel postea progenitis, suis ac legitimis habendis, sacratissimā cōstitutionē renouātes, iubemus eos qui ante † hāc legē, ingenuarū mulierū nuptiis minimè intercedentib. electo cōtubernio, cuiuslibet sexus filios procreauerint: quibus nulla videlicet vxor est, nulla ex iusto matrimonio legitima proles suscepta, si voluerint eas vxores ducere, quæ antea fuerāt cōcubinæ: tam cōiugiū legitimū cū huiusmodi mulierib. ingenuis (vt dictū) posse cōtrahere, quam filios vtriusq; sexus ex earundem mulierū priore cōtubernio procreatos, mox postquā nuptiæ cū matribus eorū fuerint celebratæ, suos patri, & in potestate fieri: & cum his qui postea ex eodē matrimonio suscepti fuerint, vel solos (si nullus alius deinde nascatur) tam ex testamento volētibus patrib. etiā ex integro succedere, quam ab intestato petere hereditatē paternā: pactis quæ matrimonij tēpore super dotib. * vel ante nuptias donationis rebus subsecuta fuerint, etiam ad ipsorum personas pertinentibus: vt vnà cū fratribus suis postea ex eisdē parentibus fortè progenitis, aut soli (si nullus alius sit procreatus) dotis & ante nuptias donationis pro tenore legū, nec minus pactorū emolumēta percipiāt.* Hi verò qui tēpore huius sacratissimæ iussionis necdū prolē aliquam ex ingenuarum cōcubinarū consortio meruerint, minimè huius legis beneficio perfruantur: cùm liceat easdē mulieres sibi prius iure matrimonij copulare, non extantibus legitimis liberis, aut vxoribus, & legitimos filios (vtpote nuptiis præcedentibus) procreare: nec audeant quos ex ingenua concubina dilato post hanc legem matrimonio nasci voluerint, vt iusti ac legitimi postea videantur, magnopere postulare. Da. X. Kal. Mar. Basilio. II. & Armasio Coss.

Per arrogationem potest filius naturalis legitimari. hoc est correctum per legem sequentem: quia per hoc aperiretur via libidini. hoc dicit cum l. sequen. Bald. Vel sic: Anastasius imperator permittit per hanc legem naturalibus liberis quolibet titulo dari & relinqui non existente legitima sobole: ac etiam dicit quòd propter consequens matrimonium, & per arrogationem legitimantur. Salycetus.

VI. Imp. Anastasius. A. Sergio. P. P.

IVbemus eos quibus nullis legitimis existentibus liberis, in præsenti aliquæ mulieres vxoris loco habentur, ex his sibi progenitos seu procreandos, suos & in potestate legitimósq; habere: propriásq; substantias ad eos vel per vltimas volūtates, vel per donationes, seu alios legi cognitos titulos (si voluerint) trāsferre. ab intestato quoq; ad eorū hereditatem vocandos, nec aliquas quæstiones seu altercationes exercendi sub qualibet astutia subtiliq; legū vel constitutionum occasione super his, vel agnatis seu cognatis genitoris eorum, vel quibusdam aliis superesse facultatē: in posterū nihilominus quisquis huiusmodi mulierem vxoris loco dotalibus instrumētis cōfectis habuerit: pro eius sobole similē eandémq; formā custodiri: ne adimatur ei licentia sibi quodamodo per liberos propriū suū patrimonium acquirēdi. Filios insuper & filias iá per diuinos adfatus à patribus suis in arrogationem susceptos, vel susceptos

a ¶ *Quid enim interest.* sic & in authen. eodem §. *sed hoc simili. ter sancimus. & arg. ff. de iti. actúque priua. l. 3. §. pen. & ff. de verb. oblig. l. cum seruus.* Sed argu. contra j. *de ope. pub. l. si.* & Item arg. contra. j. *de decu. l. nullum qui lib. x.*

b ¶ *Quoniam desideria.* hæc l. loquitur de superiori materia, sed in specie.

c ¶ *Concedatur facultas.* quia prius cōsenserat se dari curię. alioquin per mitteret ei hereditatē repudiare, & curialem conditionē: vt j. l. prox.

d ¶ *Philocalum.* propriū nomen est filij.

e ¶ *Ciuitatis.* s. Bastronę[b]: vt in auth. §. primus itaque. vbi hic casus refertur.

f ¶ *Diui.* CASVS. Hæc lex ponit alium modum legitimandi: & dicit, Si ex concubina habeo filium naturalē: si contraho matrimoniumcū ea, illi efficiuntur sui: siue erant nati ante contractum matrimonium, siue post. Et ad istam l. concordat. Instit. de nupt. in fin.

f ¶ *Constantini.* hic fuit primus[c] imperator Christianus. Et nō legit hæc lex: & habet locū secūdū sua tēpora quādo facta fuit. hodie autē aliter est: vt j e l. cum quis.

g ¶ *Iubemus.* hæc Anastasij, & superior Zenonis non valent: q̃a secundum sua tempora loquuntur: vt in auth. e. §. tribus. col. vij. sed sequēs sic, quæ est Iustini[d] patris Iustiniani: vt in auth. e. §. adoptionis. cassatur ergo hæc per sequentem secundū Ir. & nihil valet. facit ff de ritu nupt. l. in liberta. Accursius.

h ¶ *Vxoris loco habentur.* puta cōcubinæ quæ tenentur ac si essent vxores, secūdum quod hæc lex loquitur secundum sua tēpora: dicit enim, in præsenti aliquæ &c. Vel aliter verè erat effecta vxor, & habebatur loco vxoris. Nec obstat quod dicit, in posterum nihilo minus quisquis huiusmodi mulierem dotalibus &c. nam possit esse quòd cùm copulauit eam sibi, non fecit dotalia instrumēta: sed si modo faciat, idem erit. Accursius.

i ¶ *Per arrogationem.* hoc, vt dixi, corrigitur per §. adoptionis. & j per l. proxi. §. in posterum. & per auth. qui. mo. na. effi. leg. §. & non nor lamit. colla. vj.

a Per filios an per generos patriæ consulatur, nihil interest.

* Marimo & Paterio. V. cla. Consu. sic No uella Theodosij.

b Legendum Bostigne.

† Voluntates morientium colligi ex arbitrio al orū viuentium hinc colligūt sed falsò cūm potiùs hoc dicatur voluntates defunctorum colligi ex arbitrio & consuetudine eorundem cū inuiuis essent. de qua vide Simonem de Præ. lib. 1. de interpretatione voluntatum, s. dubitat. 9

c Constantinus fuit primus imperator Christianus.

d Iustinus fuit pater Iustiniani.

† al. Postremo legit Iustini-, ... constans hanc legem in No. 89. §. si quo. ciuitas est Ara... apud M... ellinum lib. 14. & in actis Calchedonens. concilij. e Strabo lib. ... Bostram ciuitatem in Syria Phœnice collocat, quæ ... intelligendum puto.

† Cum lex iam præteritum quidem ... cùm futurum ... velut.

* dotalibus scilicet in omnibus ... tenet.

* ... ecclesia ...

LEgem.] CASVS. Hæc l. ex confirmat. l. iubemus. & dicit quòd sicut nati ex libero matrimonio, sunt naturales & legitimi: ita nati ex concubina, siue contraho matrimonium cũ ea, siue impetro à principe vt legitimentur.

a ¶ *Legem.* & hæc est inutilis: nisi abrogaret præcedentem secundum l. Accursius.

b ¶ *Vitio.* sic j. *ad leg. Iul. maie. l. quisquis.* Accur.

c ¶ *Ante lata sanctio.* subleuabit.

d ¶ *Prætextus.* subleuabit Accur.

e ¶ *Quæ.* arrogationes & adoptiones.

f ¶ *Non astutiæ.* subleuabunt. & est. j. *de priuil. schol. l. j. lib. xij.*

g ¶ *Machinationibus.* aliàs imaginationibus.

h ¶ *Flagitiis.* id est flagitioso coitu.

HVmanitatis.] CASVS. In L. ista dicitur, (quod olim in quadam antiqua l. continebatur) quod naturales filij cũ matre sua poterant succedere ex testamento vsq; ad tres vncias: hodie vsque ad sex vncias. quod corrigitur per authen. licet, situatam s. super. l. matre eodẽ tit. quæ authen. à pluribus hic legitur. Acc.

i ¶ *Humanitatis. Concor. j. de confirman. tu. l. naturalibus. & in authen. de trien. & semis. §. consideremus. colla. iij. & j. de institu. & substitu. le. generaliter. & in authen. eo. §. disretus. colla. vij.*

LIcet.] CASVS. Hæc auth. legitur super hac l. consueuit tamen legi super illa, Humanitatis. Dicit ergo quòd Titius qui non habet filios legitimos, nec parẽtes: põt relinquere bastardis totam suam substantiam, siue in testamento, siue inter viuos. si verò tantum habeat parentes, eis relinquat quartam debitam iure naturæ: reliquum dare poterit filiis naturalibus. si decedat ab intestato non habens filios legitimos, nec vxorem, quia in fata concessit: naturales filij succedũt in duas vncias hereditatis paternæ, & mater succedit cum eis viriliter: & si legitimos filios habeat, & vxor ei

susceptas, huius prouidentissimæ nostræ legis beneficio & iuuamine potiri censemus. Dat. Kalend. April. Anastasio. A. III. & Agapito† Coss.

Lex quæ cassatur, intelligitur cassari quo ad futura, non quo ad præterita. Bald. Vel sic: Hæc lex primo declarat præcedentem, dicens quod illa non vindicat sibi locum in liberis ex damnato coitu. Secundo cassat illam in eo quod dixerat naturales fieri legitimos per arrogationem: statuens quod illud obtineat vsque ad diem præsentis legis, non postea. Sal.

VII. Imp. IVSTINIANVS A. *Marino præfecto prætorio.*

LEgem[a] Anastasij diuinæ recordationis quæ super naturalibus filiis emissa est, in his valere tantum casibus concedimus, qui nunc vsque subsecuti sunt, pro eiusdem legis tenore in matrimoniis tunc constantibus, vel postea contractis: ita tamen, vt non aliunde progenitis subuenisse credatur, quàm non ex nefario nec incesto coniugio. Naturalibus insuper filiis, vel filiabus ex cuiuslibet mulieris cupidine non incesta, non nefaria procreatis, & in paterna per arrogationem seu per adoptionem sacra susceptis, ex diuinis iussionibus, siue antequam eadem lex irrepserit, siue post eandem legem vsque ad præsentem diem, non sine ratione duximus suffragandum: vt adoptio seu arrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbanda quæstionibus, quasi quod impetrarunt, lege quadam interdictũ sit: quoniam & si qua prætalis emergebat dubitatio, remittenda fuit, mouente misericordia, qua indigni non sunt qui alieno[a] laborant vitio[b]. Sint itaque post eandem arrogationem seu adoptionem sui, & in potestate patrum: successionẽque tam ab intestato quàm ex testamento capiant prout in arrogatis seu adoptatis constitutum est. In posterum vero sciant omnes legitimis matrimoniis legitimam sibi posteritaté quærendam, ac si prædicta constitutio lata non esset. Iniusta namq; libidinum desideria nulla de cętero venia defendet: nullum subleuabit nouum adminiculum præter anteriorum dispositionum ordinem: non antè lata sanctio[c], quam ex hoc die resecandam pia suggerit ratio: non arrogationum vel adoptionum prætextus[d], quæ[e] vlterius minimè ferendæ sunt: non astutiæ[f], siue diuinis adfectandæ literis, siue quibusdam illicitis ambiendæ machinationibus[g]: cum nimis sit indignum, nimis item impium, flagitiis[h] præsidia quærere, vt & petulantiæ seruire liceat, & ius noméq; patris, quod eis denegatum est, id altero legis colore præsumant. Dat. V. Id. Nouemb. Iustino. A. & Eutherico* Coss.

Hæc lex tractat de successione naturalium, & dicit ad quem modum possunt capere, amplians ius antiquum, sed etiam ampliatur per authen. licet, hic positam. Bald. Vel sic: Iure isto non exstante matre, neque liberis legitimis & naturalibus, permittitur patri inter viuos, vel in vltima voluntate filiis naturalibus tantum: ab intestato vero in nihilum possunt succedere. Sal.

VIII. Imp. IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.*

HVmanitatis[i] intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, vt liceat eis nulla legitima sobole vel matre subsistente, naturalẽ vel naturales filios, matrémque eorum non tantùm ex tribus vnciis (quod prætęritę leges permittebant) sed etiam ex duplici portione, id est sex vnciis heredes scribere: vt licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem habeant, ex suprema tamen eius voluntate permittatur eis vsque ad prædictas sex vncias (si hoc scilicet naturalis pater voluerit) hereditatem eius capere: ita tamen, vt memoratam sex vnciarum quantitatem in omnibus naturalibus filiis & matre eorum minimè testator excedat. quam & in legatis & in fideicommissis eis relinquendis, & dotibus & donationibus tam aliis, quam ante nuptias, vsque ad sex vnciarum æstimationem liberam similiter naturalibus eorum patribus damus potestatem. Hæc autem in futuris tantummodo testamentis, vel vltimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. Dat. Kalend. Ian. Constantinop. D. N. Iustiniano. A. II. Coss.

IN AVTHENTIC. quibus modis natur. effic. sui §. si vero filios. & §. si. colla. vij. constit. j.

LIcet patri sine legitima prole seu parente; cui relinqui necesse est decedenti, naturalibus totam substantiam suam vel inter viuos largiri, vel in testamento transmittere. Quòd si parentes duntaxat ei supersint: legitima[k] parte parentibus relicta, reliquum inter naturales distribui permittitur. Ab intestato[l] verò cùm desit soboles ciuilis, nec supersit coniux[m] legitima: si naturales ex concubina extant, quæ sola fuerit ei indubitato affectu coniuncta: in duas paternæ substantiæ vncias* succedant, vt matri inter eos virilis portio (si superest) detur. Huiusmodi enim naturales filios pacisci boni viri arbitrio est necesse: siue legitimi extant, & succedunt: siue coniuge viua quilibet alij sunt heredes. Hi ergo & parentibus patrem † pręstent, si opus sit, pietatem. Sed qui ex damnato † sunt coitu, omni

viuat: filij naturales debent ali de bonis paternis qa & ipsi eum alere debent si cõtingeret ipsũ vergere ad inopiã.

k ¶ *Legitima.* quæ est hodie tertia: vt *in auth. de trien. & semis. §. j. col. iij.*

l ¶ *Ab intestato.* facit *in auth. de trien. & semis. §. consideremus.* Accur.

m ¶ *Coniux legitima.* De ea quid ad rhombum, cum cognatis extantibus nil ex successione vindicare possit: vt j. *vnde vir & vxor. l. j.* Respond. licet non capiat, parat tamen naturalib. impedimentum ne capiant: & sic fallit hæc regula, Si vinco[a] vincentẽ &c. vt *ff. de diuer. tẽpo. præscript. l. de accessionibus.* Nam naturales[b] filij repellunt agnatos, quãtum est in duabus vnciis, vt *hic subijcit.* & agnati vincunt vxorem: vt *d. l. j. vnde vir & vxo.* & tamen naturales non vincunt vxorem: immò vinciuntur ab ea. vt *hic & eodem corpor. §. si quis igitur habens.* a Sic & aliàs fallit dicta regula. *ff. qui po. in pignor. ha. l. eg.*

† filii Anasta. & Agap.

* Venia digna est, qui alieno morbo laborat. *Concor. gl. ff. in e. in fin. super verb. vitio. ff. ... extra de præm.*

* apud chronographos appellatur Eutharicus.

a Regula, si vinco vincentem te, quibus casi bus fallat.

b Eadem verba extant in Gloss. Nouell. 89. c. 5. in verbo coniuge.

* Concor. glo. & c. ... super vers. ... extra de renun.

† Sicut ipse pater tenetur alere filium, ita filius patrem.

† Filio naturali patri legaré potest, at non spurio. vt gl. Iure tamen canonico c. cùm haberet, extra de eo qui duxit, quàm per matrimonium polluit, vsque ad alimenta vitæ necessaria legare potest. quinimo id quod ita ei relinquitur pro alimentis, nõ transit ad legatarij heredes, sed ad patris heredes. Quod etiam existimatur statuto introduci nõ posse vt spurio legari possit. vide Gloss. ... §. legatum. quæst. ...

Claudius. & in authent. de æqualit. do. §. his consequẽs coll. vij. & ff. ad Tertul. l. ij. §. obiicitur. & l. æquissimũ. § si ex filio. & ff. de inius. test. l. pe.

a ¶ *Beneficio.* etiã imperiali, nisi dicat non obstante hac lege, arg. ff. de leg. ij. l. si quis in princip.

b ¶ *Omnium rerum.* C. ibi ã so. in imperiũ.

c ¶ *Licet illustrẽ.* etsi naturales fiunt illustres, non tamen desinũt esse curiales. hoc si dignitate sola sine administratione fiant illustres: vt j. de decur. l. fi. lib. x.

d ¶ *Ipsi legiti.* ad hoc in authen. quibus mo. nat. effi. sui. §. filium. coll. vij.

e ¶ *Præterquam si quarta.* j. quando & qui. quarta pars de. l. j. lib. x. Accur.

f ¶ *Compellantur.* In authen. quib. mo. nat. effi. sui. §. si quis autem legitimos. coll. vj. contra. Ibi patet solutio.

g ¶ *Maternos eius.* Immo videtur quòd nulla differentia facta bonorũ, vnde ad eum peruenerunt: fiscus habeat tres partes, & isti cognati quartam: vt in auth. eo. §. sciendum. Vel dic quòd illa per hanc distinguitur.

h ¶ *Qui postea.* id est post hanc l.

CVm quis.] CASVS. Habebas mulierẽ quandam in concubinam, & ex illa filios. postea cum ea contraxisti matrimonium, & filios suscepisti, & dotalia cõfecta sunt instrumenta: an per subsequens matrimonium filij postea nati legitimẽtur? Dicit q sic: & sic filij nati post matrimonium debent gratias referre filiis primò natis: q͂ ipsi illi fuerunt causa quare isti erũt futuri legitimi: vel quare pater postea cõcubinã accepit in vxorẽ.

a Illustres fiũt quandoque solo administratione.

† Idem fortè in eo qui legitimatur per formam alicuius statuti. vt non censeatur legitimatus quod ad eos qui sunt extra illam ciuitatem quæ fecit statutũ: tamen si aliud sit in qui legitimatur per rescriptum principis. vide Doctor. in l. cũ[?] populos j. de sũma Trinit.

† Legitimatus tamẽ hoc modo non succedit patri in feudum, licet in alia bona succedat. text. est no. in c. naturales. in tit. si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnat. in vs. feu. colla. x.

prorsus beneficio[a] secludantur.

Legitimatus per oblationem curiæ, consequitur iura legitimorum solum respectu legitimantis, non respectu cæteræ cognationis. hoc dicit. Ille autem qui legitimatur per matrimonium, efficitur legitimus quo ad omnes: quia ista legitimatio naturam imitatur. Bal. Vel sic: Filius legitimatus per oblation. in curia, soli patri efficitur legitimus successor, non † alijs agnatis vel cognatis: nec econtra ipsi sibi. Salyc.

IX. *Idem A. Menna præfecto prætorio.*

COmmunium rerum[b] esse vtilitatem rectè iudicantes, lucidis & omni ambiguitate segregatis legibus vti nostro subiectos imperio, ad præsentem sanctionem venimus: per quam omni dubitatione amputata, quæ vsq; adhuc obtinebat, certissimum facimus, vt quotiens naturales filij curiali fortunę patriæ sui genitoris adsignantur, vel adhuc viuẽte patre, vel post eius obitum, pro dispositione testamenti ab eo conditi: & eo modo legitima iura in paterna successione adipiscãtur, vt (quod rectè fieri minimè dubium est) licet illustrem[c] dignitatem, ex qua curialis fortunæ liberatio competere non potest, naturales filij antea meruerint: ne permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendentium, vel ascendentium, vel ex latere agnationis, vel cognationis, iure eidem patri coniunctorum (licet ipsi legitimi[d] successores eidem naturali patri per memoratam fortunam efficiantur) aliquod ius sibi vindicare. †Quod & in his locum habebit qui iam à naturali patre curiali conditioni traditi, & adhuc superstites sunt: eodem modo nec illis contra substãtiam eiusdem naturales filij, vel ex eo descendentium, vel ascendentium, vel a latere coniunctorum, aliquod sibi ius vindicare valentibus.

Filio legitimato per oblationem curiæ descendenti ab intestato succedunt eius liberi portione quarta curiæ danda, sic dicti eius liberi non sint curiales: nati tamen postquam eorum pater fuit oblatus curiæ, efficiuntur curiales. Sal.

Sed si quidem iste naturalis filius, siue postquam legitimus successor patri effectus[e] sit, siue in antecedente tempore, filios ex legitimo matrimonio, vel alios descendentes liberos habeat: eos modis omnibus ad eius successionem, sine testamento morientis vocari, nec curiæ locum esse, præterquam si quarta portio bonorum eius eidem curiæ debeatur, eo quòd nullus fortè ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo videlicet obseruando: vt hi quos iste naturalis filius postea quam fortunæ curiali dat[9] est, procreauerit, & decuriones sine dubio sint, & curialia peragere munia cõpellantur[f].

Si legitimatum per oblationem curiæ, decedat sine liberis succedit mater in tertia: in reliquum curia. Si vero mater nõ superest, succedit in paternis curia, cognati in reliquis. & si eius cognatus curiæ se offerat, omnia etiã paterna ad curiam deuoluenda habebit: etiam eo casu si mater superstit, ad omnia bona extra substantiam patris quæsita cum cæteris succedit. Salycetus.

Si verò sine liberis cuiuscunq; gradus intestatus decesserit: si quidem matre superstite: tertiam quidem partem bonorum eius matrem habere, duas verò alias partes curiam cui à patre datus est. Sin autem mater quidem defuncti non superest, alij verò cognati ex materna linea descendentes, vel ascendẽtes, vel ex latere venientes ad eius vocentur successionem: tunc ea quidem quæ à patre naturali ad eum peruenerint, eidem curiæ competere. Si quid verò filio postea legitimo successori effectò, vel à matre sua, vel aliunde quocunq; legitimo modo acquisitum sit: hoc ad proximos maternos eius[g] cognatos peruenire. Illo videlicet obseruando, vt siue matre eius superstite, siue ea ante filium mortua, aliquis ex eius genere eiusdem curiæ fortunam subiere paratus sit: liceat ei offerẽti se eidem curię, bona mortui, quæ de substantia patris ad eum peruenerũt, capere, muniáq; peragere curialia. quo accidente, mater defuncti (si adhuc superstit) nõ solùm tertiam partem eorum quę extra paternam substãtiam filius eius aliunde acquisierit, sed etiam omnia ea, vel ipsa sola, vel cum heredibus suis capiet.

Hæc l. statuta non habent locum in iam mortuis, sed morituris. Sal.

Ea verò quæ de successione naturalis filij post curialem conditionẽ morientis cõstituimus, nõ tantùm in his locũ habere debẽt, qui postea[h] à patre suo naturali curię dati fuerint: sed etiã in illis qui iam dati sunt, si tamen adhuc supersunt. Quòd si ante præsentẽ sanctionẽ mortui sunt, minimè ad eorum successionem eandem nostram sanctionẽ extẽdimus.

Etiam habens filios legitimos, potest naturalem curiæ tradere: sed non potest ei plus relinquere vel donare, quàm vni ex filiis legitimis & naturalibus cui minus dederit. Salycetus.

Et quoniã omnimodo fauendum est curiis ciuitatum: illud etiam in hanc partem addendum esse censemus, vt liceat patribus naturales filios curiæ patriæ suę tradere, non solum nulla eis legitima sobole existente, sed etiam filios, vel alios liberos ex legitimis matrimoniis procreatos habeant, & eo modo naturales quoq; filios sibi legitimos successores efficere: ita tamen, vt minimè eisdem patribus liceat per donationem, vel vltimam voluntatem amplius eidem filio naturali dare, vel relinquere, quàm vni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit, vel reliquerit, cui minima portio data vel relicta sit. Dat. Kalend. Iun. D. N. Iustiniano. A. II. Conss.

Per matrimoniũ legitimãtur liberi naturales primogeniti, & succedũt æqualiter cũ liberis postea nascituris. Bal. conc. or. Sal.

X. *Idem A. Demostheni præfecto prætorio.*

CVm quis a muliere libera, & cuius matrimonium nõ est legibus interdictũ, cuiúsq; cõsuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minimè dotalib. instrumentis compositis, postea autem ex eadẽ adfectione etiam ad nuptialia peruenerit instrumenta, & alios iterũ ex eodem matrimonio liberos procreauit: ne posteriores liberi q̃ post dotem editi sunt, sibi omne paternũ patrimoniũ vindicare audeãt, quasi iusti & in potestate effecti, fratres suos

qui ante

a ¶ *Ex iisdem matrimoniis.* scilicet parentibus. & facit *instit. de nupt. §. fin. & l. proxim. & quod ibi not. & institut. de hered. quæ ab intest.* §. j. & not. quod hæc lex non distinguit, habeas legitimos, vel non.

* al. non esse iterandam.

b ¶ N*Vper legem.* superiorẽ proximam.

† præfatam.

c ¶ *Nuptialia.* dic vt diximus institu. *de nupt. in* §. Accurs.

* decet.

d ¶ *Tollendæ.* id est habendæ. Accurs.

e ¶ *Vtilitas. vt institu. de ingenuis. §. j. & ff. de senat. l. emancipatis. §. si quis post.*

† subsequenti. modo.

Q*Vod ius.*] CASVS. Lex Codicis dicit quod filij nati ante matrimonium, fiunt legitimi per subsequẽs matrimonium: quod verũ est etiam si ex vxore sua præmortua, vel à qua legitimè per diuortium diuerterat, habeat Titius legitimos: quia si primo habuit vxorem, & ex ea filios, cum his filij naturales possunt legitimari per principẽ.

f ¶ *Quod ius.* hæc authẽ. est in authen. de incest. nupt. §. dubitatum. coll. ij. Accurs.

* aliàs, ex iisdem maioribus procreati &c.

† Iustinianus N. 89. ait se in hac lege nominatim cauisse quod præterita pertineret. verum ea clausula vt probabile est, in cõfusione codicis à cõpositoribus detracta est.

S*Ed noua.*] CASVS. Ista videtur distinguere primam authen. quia si ista concubina ancilla fuit, & filios habuit legitimos ante matrimonium: per subsequens matrimonium non possunt legitimari.

g ¶ *Sed noua constitutio.* scilicet in autheutic. de trien. & se. §. penult. in fin. colla. iij.

N*Oua alia.*] CASVS. Hæc loquitur tam de ancilla, quàm de liberta: quia si aliquis desponset ancillam suam, & manumittat: filij nati ex ea legitimanẽ. Acc.

h ¶ *Noua alia constitutio.* vj. quæ est vt liberti de cætero. §. si quis autem. colla. vj.

P*Ræterea.*] CASVS. Ponit aliũ modũ hæc authẽtic. qualiter põt legitimare filios, vt sic sibi succedant. & dicit quod pater potest supplicare principi vt eos legitimet, si non vult mulierẽ ducere vxorem: vtpote quia deliquit; vel mortua est, vel lateat, vel aliàs matrimonium impediatur. Accurs.

I*Tem.*] CASVS. Ista authen. ponit aliũ modũ qualiter filij possunt succedere patri: dicẽs quòd pater põt dicere in testamento suo quod vult filios suos esse legitimos, & sibi succedere. & filij debẽt ostẽdere testamẽtũ patris principi, & sic fiẽt heredes si volũtatẽ patris vltimã approbẽt. & hoc ius est generale.

qui ante dotẽ fuerant nati, ab hereditate paterna repellẽtes: huiusmodi iniquitatem amputandam* censemus. Cum enim adfectio prioris sobolis & ad dotalia instrumẽta efficiẽda, & ad posteriorẽ filiorũ edendam progeniẽ præstiterit † occasionẽ: quomodo non est iniquissimum, ipsam stirpem secundæ posteritatis [priorem*] quasi in iustam excludere, cum gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorũ beneficio ipsi sunt iusti filij, & nomẽ & ordinem consecuti? † Neque enim verissimẽ est, cũ qui postea vel donationem vel dotẽ conscripserit, ab initio talem adfectionẽ circa mulierem nõ habuisse, quæ eam dignam esse vxoris nomine faciebat. Quapropter sancimus in huiusmodi casib[us] omnes liberos, siue ante dotalia instrumenta editi sint, siue postea: vna eadémq. lace trutinari & omnes filios suos in potestate suis existere genitorib[us], vt nec prior nec iunior vllo habeatur discrimine: sed qui ex iisdẽ matrimoniis a * procreati sunt, simili perfruanẽ fortuna. † Dat. XV. Kalen. Octobr. Chalcedone, Decio. V. C. Coss.

Ista lex tollit dubium quod insurgit ex l. præcedenti, & hoc intendit: Per sequens matrimonium filij nati ex concubina legitimantur, etiam si ex eo matrimonio nullus postea nascatur, vel natus viuens non reperiatur tempore mortis patris: & si antea nati legitimantur, multo magis qui erant in vtero tempore matrimonij: & tempus conceptionis vel natiuitatis inspicitur prout liberis est vtilius. Salyc.

XI. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

NVper legẽ b conscripsim[us], qua iussimus, si quis mulierẽ in suo cõtubernio collocauerit, non ab initio adfectione maritali (eam tamen cũ qua poterat habere connubium) & ex ea liberos sustulerit, postea verò adfectione procedente, etiam nuptialia c instrumẽta cũ ea fecerit, filiósque vel filias habuerit: non solũ secundos liberos, qui post dotẽ editi sunt, iustos, & in potestate esse patribus: sed etiá anteriores, qui & his qui postea nati sunt, occasionẽ legitimi nominis præstiterunt. Quam legem quidã putauerũt sic interpretari, siue nõ progeniti fuerint post dotẽ cõscriptã liberi, siuè iá ab hac luce subtracti: nõ anteriores filios iustos haberi, nisi vtroque tẽpore viuẽtes & superstites liberi inueniãtur, quorũ superuacuã subtilitatẽ penitus inhibẽdam cẽsemus. Sufficiat etenim, talem adfectionem habuisse, † vt post liberorũ editionem & dotalia efficiant instrumẽta, & spẽ tollendæ d sobolis habeãt. licet enim hoc quod speratum est, ad effectũ nõ peruenerit: nihil anterioribus liberis fortuitus casus derogare concedat. & multò magis si quis mulierẽ quã in cõtubernio suo habuerat, prægnantẽ fecerit, postea autẽ adhuc grauida muliere constituta dotalia fecerit instrumenta, & puer vel puella editus vel edita sit: iusta patri soboles nascat[ur], & in potestate efficiat[ur], & heres existat morienti, siue ab intestato, siue ex testamẽto. Satis enim absurdũ est, si filij post dotẽ progeniti anterioribus liberis adiutoriũ adferãt; & ipsũ puerũ vel puellã sibi opitulari nõ posse. Et generaliter definimus, & quod sup[er] huiusmodi casibus variabat, definitione certa cõcludimus: vt semper in in huiusmodi quæstionib[us] in quib[us] de statu liberorũ est dubitatio, nõ cõceptionis, sed part[us] tẽpus inspiciat[ur]. & hoc fauore facim[us] liberorũ, vt * editionis tẽpus statuamus esse inspectãdũ: exceptis his tãtũmodo casibus, in q[ui]bus conceptionẽ magis approbari, infantium cõditionis vtilitas e expostulat. Da. XV. Kal. Apr. Lãpadio & Oresta. VV. CC. Conss.

† Etiam in articulo mortis. nec enim tantum tenet matrimonium huiusmodi, sed etiam legitimantur ipsi liberi, & h. beneres quasi posthumi aut pro posth. mis. argu. l. si quo posthumus. ff. de libero vide Petr. Duenas. regula 350.

* &

IN AVTHENTIC. De incestis nupt. §. dubitatum. colla. ij. constitut. vj.

Filij legitimi non impediunt naturales legitimari per sequẽs matrimonium. hoc dicit: nisi illi naturales essent nati ex ancilla: vt in auth. sed noua. quod tamen permittitur, si dotalia conficiantur instrumenta: vt in auth. noua alia. quæ corrigit authen. sed noua. & authen. sed noua, limitat authent. quod ius. Salycetus.

QVod ius f locum habet & si ante hoc consortium legitimorum pater sit ex alia coniuge, à qua separatus sit legitimè, vel ea mortua.

IN AVTHENTIC. de trien. & semis. §. penult. colla. iij. constitut. v.

SEd noua constitutio g non permittit hoc in ancilla, nisi ei qui sine legitimis aliis reperitur.

IN AVTHENTIC. vt liber. decæ. §. si quis autem. colla. vj. constitu. vj.

NOua alia constitutio h hoc generaliter inducere videtur & in his qui ex ancilla sunt, † vt ex ipsa dotis inscriptione simul & libertas tribuatur, & ius suorum.

† Quidam exemp. habent, sunt, & ipsa dotis inscriptio simul & libertatem tribuit, & ius suorum, aliis legitimis non existentibus.

IN AVTHENTIC. quib. mo. na. effi. legi. §. si vero is qui. & §. sed & aliud. colla. vj. constit. j.

Bastardi non possunt legitimari à comite existentibus legitimis. quod credo verum, nisi consentiẽtibus legitimis. Bald. Vel sic: Hæc authen. addit, ideo dicit, præterea, quod sui natura est repetiuum & ampliatiuum: quasi dicat, nedum per sequens matrimonium, vt in authen. præcedentibus, sed etiam sine matrimonio per rescriptum principis naturales legitimantur. Salyc.

PRæterea * qui legitimam non habet prolem, sed ex huiusmodi consuetudine dumtaxat naturalem: potest, ab eo precibus principi datis, legitimos sibi constituere, & sine matrimonio, si mulier iá defuncta sit, vel deliquerit, vel occultetur, vel aliàs venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impediatur, vt sacerdotio.

* De materia huius authen. vide repetent. Gellius, ad fin. ff. de lib. & posth. & est in feudalibus consuetudinibus Flandriæ, titu. de sic. feudi. quod vasallus non potest legitimare bastardum sine consensu domini directi, & legitimorum heredum.

IN AVTHENTIC. quib. mod. nat. effi. legiti. §. illud autem. colla. vj. constit. j.

a ¶ *Quem fieri legitimi.* & c. quæ est quibus mo. nat. effi. legi. §. illud coll. a. vj.

b ¶ *Filij.* sic supra *de transact. l. si quis maior ff. de lega. ij. cum pater. §. libertis. & de regu. iur. l. cum par. §. ille.*

SI quis.] CASVS. Hæc authen. ponit adhuc alium modum per quem sibi succedūt tanquam legitimi: dicēs φ si quis habet mulierē quæ potest esse vxor, & dicat in instrumēto publico vel priuato cum subscriptione trium testiū fide dignorū, quod vult filios naturales suos esse & legitimos, erunt successores. φ si de vno filiorum dixerit ipsum suū esse legitimū: cæteri filij ex eadem muliere nati, etiā erūt legitimi.

c ¶ *Si quis.* sine legitimis forte. verū in corpore nō apparet habuerit legitimos, vel non. ADDITIO. Dicas quòd legitimatio non prodest existentibus legitimis: nisi in duobus casibus. s. quando fit per oblationem curiæ, & per matrimoniū: *vt in auth. quib. mo. nat. effi. sui. §. generaliter. collat. vij.*

d ¶ *Cæteris.* sic *j. de diuersis re. l. j. & i. de aduoc. diuers. iudicum. l. restituenda.* & hic est casus vbi res inter alios acta, aliis prodest.

e ¶ [*Vidam.*] *Itaque talibus dubitationibus. l. tribus.* nam ad omnia dicas respōderi.

f ¶ *Consequētia.* quia nec filius, nec nepos legitimus est auo: vt subiicit in duob⁹ vltimis casib⁹.

g ¶ *Extendimus.* & sic nocet filio patris vita.

h ¶ *Aperimus.* Nota ergo bastardos nō succedere cognatis patris: *vt in authent. cod. §. filium verò. collat. vij.* ¶ Sed quid si ex spurio habeo naturalem vel legitimum nepotem? Vel quid si mulier habeat nepotem ex naturali vel spurio, vel econtra ex legitimo filio habeat nepotem naturalem? Potest responderi vt in naturali: vt distinguatur habeat legitimam sobolem vel nō. & facit *infra ad Orficia. num. l. pen.*

a Pauge. An ldā in matre. C. remensis negat singulare 101. quem vide.

† Nota modū legitimandi, de quo Cremensis singularis 141. Petr. Duenas regula 145. vbi ad hanc formam etiam quatuor limitationes adfert.

b Res inter alios acta quādoque prodest aliis.

c Bastardi nō succedant cognatis patris.

d Nepos legitimus natus ex spurio potest heres institui ab auo: vt hic Glo. & in Auth. quomodo naturales §. penult. collat. Aliud est in nepote nato ex incestuoso. Ro. l. si quis 6. de inoffic. suppl. Cors. in singula. Heres Cotta in memorabil. in verbo Nepos. Mansilius singulari 143. ad. de Mantica. de coniect. vlt. vol. 9. vbi notat spurio fundū relinqui posse post eius mortem sibi ... ad eius liberos.

DE TESTAMENTARIA tutela.

Dixit de contractibus: nunc de quasi contractibus. Vel dixit qualiter viuens pater consulat filio in alendo, & nunc qualiter moriens in tutela.

Q *Vem dicis.*] CASVS. Si patrona

Hic additur nonus modus per quē filij legitimantur. Bald. & Salycet.

ITem sine legitimis[a] decedēs, in testamēto scribēs velle se naturales filios fore legitimos successores, licētiā habeat, vt post mortē eius filij principi supplicēt, testamentū ostendētes, & principis & legis dono fiant heredes, si tamen filij[b] voluntatē patris amplectantur. quod generaliter obseruatur. sed si alij quidē volunt legitimi fieri, alij non: volentes fiant, cæteri in iure naturali remanēat.

IN AVTHENTIC. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc autem. coll. viij. consti. j.

Hic additur alius modus legitimandi naturales, qui est in se mirabilis, & ideo bene notandus. Salyc.

SI quis[c] liberos habens naturales ex muliere libera, quæ vxor ei poterat esse, dicat † in instrumento siue publicè siue ꝓpria manu cōscripto, habēte subscriptionē triū testium fide dignorū, siue in testamēto, siue in gestis monimētorū hos suos esse, nec adiecerit naturales: huiusmodi filij ei legitimi successores erūt. Et si vni ex multis filiis testimoniū quodlibet ex prædictis modis præbuerit: cæteris[d] ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet.

In odiosis appellatione filij non continetur nepos, si ratio odij quæ erat in filio, cessat in nepote. h. d. hæc lex not. Vel sic: Vbi fit mentio de filio respectu certa qualitatis, nō continetur nepos, qui est alterius qualitatis. Bald. Vel sic: Licet iure isto pater prohibeatur totū relinquere naturali filio, nō tamē prohibetur nepoti naturali, ex legitimo nato: nec nepoti legitimo, ex naturali nato: nec nepoti naturali, ex naturali nato. vbi nulla subest soboles legitima in successionib. ab intestato, remanent iura antiqua in suo statu. Sal.

XII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVidā qui iustū filium habebat, nepos accessit naturalis. Si nepotis nomē huiusmodi soboli legibus accōmodādum esset, quærebat. Volebat enim tali naturali nepoti ex suo legitimo filio iā defuncto progenito totā suā substantiā relinquere, quasi sacris cōstitutionibus tantūmodo in filiis naturalib⁹ ꝓhibētib⁹ eorū patrimoniū, siue quantā partē voluerit eis relinquere, & certo fine partes eorū cōcludentibus. Huiusmodi autē dubitatio & in alia [dubitationis[e]] specie vētilata est. Quid enim si ex naturali filio nepotē habeat auus legitimū patri suo, vel naturalem? In omnib⁹ itaq; talibus dubitationibus[f], cū nulla legitima consequentia[f] in huiusmodi personis custodiē, sed interuētu sobolis naturalis nullū ius legitimū subesse potest, vt necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat: liceat eis quātū voluerint suæ substantiæ in eos cōferre, scilicet nulla legitima sobolo subsistēte. Filiis enim naturalibus relinqui cōstitutiones quantū voluerint, ideo prohibuerūt, quia vitium paternum refrenādum † esse existimauerūt. In nepotibus autē nō eadē obseruatio in præfatis speciebus custodiēda est, vbi legitima soboles minimè facit impedimentum. Ea enim subsistēte: veterū cōstitutionū tenorem in naturalibus filiis statutū, & in nepotes extendimus[g]. Sed hoc in his tantūmodo sancimus, in quibus voluntate aliquid consecuti sunt. Iura etenim ab intestato in aui successionē nemini eorū penitus aperimus[h]: & hæc nō solū eis accedere censemus à substātia aui paterni naturalis, sed etiā proaui, vel eius cognationis: si quis saltē huiusmodi vocabulum in tā degeneres homines extendere maluerit. Da. Kalen. Nouemb. Lampadio & Oresta. VV. CC. Conss.

TITVLVS XXVIII.

DE TESTAMENTARIA tutela.

Tutor non legitime datus in testamento, non tenetur si non immiscet se administrationi. si autem se immiscet, tenetur actione negotiorū gestorum. hoc dicit ista l. Bald. Vel sic: Tutor minus legitime datus, non cogitur administrare: sponte tamen administrans, tenetur actione negotiorum gestorum, & non tutela. Salyc.

I. Impp. SEVERVS & ANTON. AA. Sperata.

QVEM dicis[i] tibi tutorē in testamēto[k] patronæ datum, si administrationi se non immiscuit, † nulla actione tibi tenetur † alios, non

liberto tutorem in testamento dedit, cùm non teneat datio, licèt tutor tutelam non administret, nōn tenebitur. si verò sponte gessit, tenebitur nego. gest. actione.

i ¶ *Quem dicis.* ¶ Potest[a] quæri hic in prima lege, quare tutor à iudice non pōt dari sub conditione. *vt ff. de tutelis. l. muto. §. j.* sed à testatore sic: *vt instit. qui da tu. pos. §. ad certum?* Respon. quia præsumendū est φ pater bene faciat et à dando sub cōditione: & multum confidit[b] lex in eo, adeo φ nunquam satisdat tutor ab eo dat⁹ rem pupilli saluam fore: *vt instit. de satisda. tut. §. j.* 2 Vel dic actum esse legitimum in iudice, qui nō recipiat diē vel conditionē. *vt ff. de regu. iur. l. actus legitimi.* Hu. ¶ Itē an tutor datus in testamento pupillo, facto inuentario possit cōuenire debitorē pupillarē nomine pupilli? Videt hic esse ꝑplexio. nam non potest esse tutor, nisi adeatur hereditas: *vt ff. de testamen. tute. l. si nemo. j.* nec adiri hereditas, etiā si sit lucrosa, sine tutoris auctoritate: *vt instit. de auct. tut. §. neque.* Sed dic φ iussu iudicis adeat: *vt j. de iure delib. l. si infanti. in fin.* vel datur curator ad adeūdum: *vt j. de admini. tut. l. cùm quædam.* ¶ Itē an tutor inutiliter datus & cōfirmatus, sit testamētarius vel datiuus? Dic *vt j. tit. j. l. ij.* Hug. ¶ Itē si b dat tutorem pater in testamento facto coram quatuor testibus, an valeat datio? Videt φ sic, quia potest testari quoquo modo vult inter liberos. sed verum est in hereditate: quæ etsi decedat ab intestato, ex voto peruenit ad eos. Io. Item quando plures sunt tutores dati in testamento, & omnes decedant: vocantur legitimi. Sed si remoueantur vt suspecti, tunc datiui: *vt not. j. eod l. in magna glo.* ¶ Sed quæ est ratio diuersitatis? Respon. quia quando sunt remoti, remanent reliquiæ vt adhuc quasi videat adesse tutor: *vt j. in quib. cau. ha. tut. l. licet.* ¶ Itē si auia det tutorē nepoti, & instituat eū: an valeat datio? Videtur enim φ nō: quia lex semper dicit de matre quæ eum instituit: *vt j. eod. l. mater.* Sed quod dicit de matre, idem est in auia.

k ¶ *In testamento.* quo

a Tutor à iudice sub conditione dari non potest: & à testatore potest & cur.

b deest, vide.

† frenandum legendum: vt & in nostra editione anni 1542.

b Testamento facto in minus solenni testamento, an valeat.

* Supratan.

† aliter.

alios, non te instituit: & idem in patrono: *ut ff. eo. l. qui tutelam. §. fi.* secus si te instituisset: *ut j. e. l. mater. & ff. de confir. tu. l. si patronus.*

a ¶ *Neque enim.* bona ratio. vnde non habet necesse se excusare: *ut infra tit. j. leg. j. & ff. de excus. tut. l. scire oportet. §. hoc de his. & infra de appel. l. nominationes & c. sic ff. de eo qui pro tut. l. prima. § sed vtrum. in principio.*

neque enim [a] iure datus tutor fuit. Quòd si administrauerit spõte [b] res tuas: experiri aduersus cũ actione negotiorum gestorum potes. PP. Kal. Aug. Apro & Maximo Conss.

Quæ eodem tempore confirmantur, simul fieri videntur. Vel sic: Pater dando posteriorem tutorem, non intelligitur remouere priorem. h. d. Bald. Vel sic: Tutor testamentarius non excluditur per codicillarium datum ex postfacto: sed simul tutores erunt ambo. Salyc.

II. *Imp.* ANTONINUS A. *Sabiniano.* *

ET si à patre tuo testaméto iure tibi tutor datus, eo tẽpore quo heres extitisti, in reb⁹ humanis fuit: tamẽ codicillis [c] alius tutor rectè datus est, & vterque propter voluntatem testatoris tutor erit [d]: nisi testaméto datũ pater aliũ codicillis dãdo reprobauerit. tunc enim posterior solus tutor erit. Dat. Id. Apr. Duob⁹ & Aspris. Coss.

Frater impuberis tutorem testamentarium non excludit. Bald. Vel sic: Tutela testamentaria non cedit legitimæ. Salycetus.

III. *Imp.* ALEXANDER A. *Gordio † & aliis.*

SI tutores testamento vobis dati sunt: quanquam vnus vestrum suæ ætatis factus sit, id

b ¶ *Sponte,* sciens se nõ teneri. & sic de gestis tantũ tenetur, quia sufficit &c. *ut s. de nego. gest. l. tutori.* nisi cùm accessisset omnia gesturus: *ut ff. de negotiis gestis. l. si pupilli. §. fina. & l. diuortio. § fin.* si autem putasset se teneri, teneretur actione tutelæ. *infra eo. l. mater. in fin.* & de gerendis teneretur, si alius modò fuerat gesturus: *ut ff. de eo qui pro tu. j. §. penult. & de admin. tuto. l. tutores. §. qui se. & vtilis negotiorum gestorum,* secundùm Io. *ut ff. de nego. gestis. l. iij. §. hac actione. & infra qui dare tuto. pos. l. militia.* Vel secundum nos non concurrit actio nego. gestorum cum actione protutelæ: *ut dixi in l. iij. ff. de neg. gest. §. hac actione.* ¶ Item not. hic [a] quòd qui non tenetur: si incipiat, tenetur. sic & *ff. de pollicit. l. j. & ff. commo. l. in commodato. §. sicut.* ¶ Item not. hic quòd triplex [b] est tutela, testamẽtaria, legitima, & datiua. de prima hîc ti. & sequens dicunt: de secunda j. tit. ij. de tertia in sequẽtibus: quia quamdiu [c] locum habet testamentaria, nõ habet locum legitima. Item testamentaria [d] & datiua simul concurrũt quandoque: *ut infra tit. j. l. si vt proponis.* Sed legitima nunquam habet locum cum testamentaria, neque tutela legitima cum datiua. Siue ergo nullus est datus in testamento, siue plures dati sunt, sed omnes decesserunt: succedit tutor legitimus. si verò vnus eorum decessit, loco eius cõstituitur datiuus. s. si cæteri non sufficiunt: quia quamdiu locũ habet testamentaria, non habet locũ legitima. similiter sub conditione dato, interim datur datiuus. sed si non speratur conditio exitura, habet locum legitimus. Item si testamento datus est excusatus, vel vt suspectus remotus, venit datiuus: *ut ff. de testa. tu. l. si quis sub conditione.* At vbi habet locũ legitima tutela, datus à iudice ipso iure nullus est: *ut ff. de tute. & ra. dist. l. si tutor reipublicæ. § j. & j quis da. tu. l. si sororis.* Ex prædictis ergo colligitur quòd datiua [e] tutela adminiculo testamentariæ excludit legitimam: quod non potest facere per se. & facit *supra de neg. gest. l. curatorem.*

* Sabiniano.

a Incepta perficere necessitatis: licet in incipere fuerit voluntatis.

b Tutela est triplex.

c Tutela testamentaria excludit legitimam.

d Tutela testamentaria & datiua quandoque concurrunt.

† Georgius.

e Tutela datiua adminiculo testamentariæ excludit legitimam: quod alias per se facere non potest.

ET si à patre.] CASUS. Filio suo pater tutorem dedit in testamento: deinde in codicillis dedit alium: an videatur primum repudiasse: Resp. quòd non: nisi hoc expressè dixisset testator.

c ¶ *Codicillis.* testamento confirmatis: *ut ff. eo. l. iij.* Azo. Quod hodie semper verũ est, vt confirmati videantur: *ut insti. de codicill. §. j.*

d ¶ *Tutor erit.* contra videbatur, quia tutorem habenti &c. *ut infra qui pe. tu. l. antepen. & in sti. de cura. §. interdum.* sed non postea, sed eodem tempore dari videtur: ac si eodem testamento, quo constat plures dari posse, secundùm Ioan. Adita ergo hereditate saltem ab vno herede, incipit tutela omnium: *ut ff. eo. l. si nemo j.* Antea ergo nullus erat prior: & sic non potest dici vnum ante aliũ. Item adhuc videbatur posteriorem [f] dando, priorem remouere: *ut ff. de procu. l. si quis cum. §. fin. quæ est contra.* sed aliud in procuratore, quod priuatum est officium, vel idem: quia inuenitur ibi vnus ante alium, hic autem non: cùm ab adita hereditate omnes incipiant hic esse tutores. & facit *ff. de adimen. lega. l. alumnæ. §. qui fiiias. & infra de testamen. l. sancimus.*

f Procuratorẽ priorem remouet, qui posteriorem dat.

SI tutores.] CASUS. Si pater filiis dedit tutorem in testamento, & vnus ad adultam ætatem peruenit: an fratris sui pupilli

debeat esse tutor, & datus est in testaméto remoueri, quæritur: Dicitur quòd non. sed secundum hoc nulla est dubitatio legis: quia minor vigintiquinque annis tutor esse non potest: *ut j. de legit. tut. l. ult.* Dic ergo sic: Vnus filiorum habebat xxj. an. alius xiij. qui alio pupillo remanẽte peruenit ad xxv. an. an tunc erit tutor fratris, qui fuerit dat⁹ in testamẽto?

est pupillarem ætatem excesserit: tutela tamen vestra ad eum [e] non pertinet. Dat. V. Kalend. Ianuar. Maximo. II. & Æliano Conss.

Mater non dat tutorem filio, nisi eum heredem instituat: datum tamen inde ex cum inquisitione confirmat: & non confirmatus, tenetur protutela, si gerat. Salyc.

IIII. *Idem A. Feliciana.* *

MAter testamento filiis tutores dare nõ potest [f], nisi eos heredes instituerit [g]: quando autẽ eos heredes non † instituerit: solet [h] ex voluntate defunctæ datus tutor à præsidibus confirmari. Nullo verò [i] ex his interueniente, si res pupillares, qui dati sunt administrauerint: protutelæ actione tenentur. PP. VII. Kal. Iun. Iuliano. II. & Crispino Conss.

Si seruus alienus cum libertate à patre tutor filio datur, debet redimi & manumitti, & vt curator vel tutor alteri adiungi. h. d. secundùm vtramque lect. Sal.

V. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Daphnæ.* *

SI pupillorum pater alienũ seruum de quo postulas, & tutorem esse voluerit [k], & liberum, manente tamẽ alio tutore pupillis antè dato [l]: & redi-

e ¶ *Ad eũ.* factũ adultum: sed qui erat, remanet. ¶ Sed quid miri, cũ hic erat minor xxv. annis: *ut j. de legit. tute. l. fina.*? Respon. olim poterat esse tutor minor: sed excusabat se si valebat: *ut hic, & instit. de excusa. tut. §. item minor.* sic ergo hodie inutilis est hæc lex. 2 Vel dic quòd alter habebat vnũ mensem: alter tredecim annos & dimidium, quibus dat⁹ est tutor. maior creuit, ita quòd factus est xxv. annorum. adhuc tamen alter est pupillus, & remanet tutor idem: & hoc cũ testamento datus fuit. secus si à iudice: *ut ff. de tut. & rat. distrahen. l. si tutor reipub. §. j. & plenè dixi supra eo. l. j. in fin.* ¶ Et not. quod dicit suæ ætatis, id est adultus, secundum primum casum: vel maior xxv. an. secundũ alium. quod probatur supra *de his qui veniam ætatis impetra. l. fin.*

* Feliciano.

† al. deest negatio rectè: vt liquet ex l. 4. ff. e. tit. l. peto. §. mater. de lega. 2.

MAter.] CASUS. An mater filio suo impuberi tutorẽ dare possit, quæritur? Distinguitur. aut instituit eũ heredem, aut non. Primo casu potest, sed confirmabitur à iudice: sed sine inquisitione. Si verò dedit nec institutus est, nec tutor confirmatus: & tunc cum inquisitione non tenet datio.

* al. Dinoal. Daphnosi.

f ¶ *Non potest. ut &* [a] *ff. de confirma. tuto. l. j. j. respon. & infra titu. j. l. j. & de lega. ij. l. peto. §. mater. & ff. eodem. l. iij. ij. respon.* & est ratio, quia non [b] habet in potestate filios, quod est necesse vt teneat datio in testamento: *ut institut. de tute. §. permissum.*

g ¶ *Instituerit.* sed hoc quilibet extraneus posset: *ut ff. de confirmat. tuto. l. si patronus.* Imò non, sed confirmatur cum inquisitione. matris verò datio tenet [c] per se, secundum quosdam, *argu. infra titu. j. l. fin.* vel sine inquisitione hoc casu confirmatur. Sed videtur contra etiam quando instituit, scilicet quòd non possit dare: *ut ff. de leg. ij. l. peto. § mater.* Solu. hæc illam corrigit. 2 Vel ibi expone, non potest, scilicet aliàs quando non instituit: vt sic concordet cum principio illius. 3 Vel non potest, vt ibi, quin egeat confirmatione quæ omnino fit.

h ¶ *Solet.* non dicit quod sit necesse: sed solet si expediat pupillo. non aliàs: *ut ff. eo. l. iij. § sed & inquiri.* diligenter ergo inquiritur. sic & in patrono cùm non instituit: *ut ff. eod. l. qui tutelam. §. fin.* Sed cùm instituit, nulla fit, vel non tanta.

i ¶ *Nullo verò* id est neque pupillo herede instituto: neque confirmato cùm non fuit institutus.

a Tutores testamento suo liberis dare mater nõ potest, & cur hoc tamen fallit nisi eos heredes instituat: *ut h. l.*

b Mater in potestate liberos suos non habent.

c Tutores testamẽto liberis institutis dati à matre confirmandi sunt sine inquisitione.

SI pupillorum.] CASUS. Pater filio suo impuberi tutorem dedit quendam libertum, & iussit alienum seruum redimi & manumitti, & eum tutorem dedit filio. eo redempto nihilo minus alius erit tutor, & isto facto libero adiungetur curator: quia tutorem habenti tutor dari non debet.

k ¶ *Voluerit.* quia potuerit: *ut insti. qui testa. da. tu. pos. §. j. & infra de fideicom. lib. l. & si non adscripta.*

l ¶ *Dato.* a testatore eodem testamento, vel codicillis, secundùm Ioan. 2 Vel dic, à iudice. ¶ Sed tunc oppones quòd durante testamentaria non habet locum datiua. Sed resp. esse verum, quando testamentaria tenuit ab adita hereditate, vt cùm liber datus. sed secus cùm seruus, quem oportet prius manumitti. Sed alia ratione non placet: quia non adiungitur tunc: sed solus es-

fet, cum ille interim datus deberet desinere: *vt instit. de Attil. tut.* §. j. Prima ergo placet.[a]

a ¶ *Et curatorem.* non tutorem, vt euites opinionem: quia habenti tutorem &c. *vt infra qui pet. tut. l. antepe. & institu. de cura.* §. *interdu.* 2 Vel dic secundum Ioan. etiam tutorem: quia eodem tempore dari videntur: *vt supra eod. l. v.* 3 Tertij dicunt ideo curatorem: quia in minus solenni voluntate fuit datus, quod non placet: quia frustra diceret debere redimi & manumitti. *& facit infra tit. j. l. si vt proponis.*

[a] Et placere etiam Sal. fallit tamen si pater ... (marginal note, partly illegible)

Si tibi.] CASVS. Pater filio suo auunculum tutorê dedit: an valeat datio? Valet: quia conuenietur tam de gestis, quàm de gerendis neglectis, actione tutelæ, nisi se excusasset.

[*] Dominus.

b ¶ *Si tibi pater.* non sic in matre: *vt infra tit. j. l. j.*

c ¶ *Neglectis. vt & infra si tut. non gesserit. l. ij. & ff. de vit. mapt. l. si quis tutor. §. quinctiam.*

Tutela.] CASVS. Finita tutela potest adultus tutorem conuenire iudicio tutelæ ad id quod sibi ex administratione debetur. & hoc in prima. An autem in testamento dari possit curator, quæritur? Dicitur quod non. & hoc in secunda.

[†] al. Tutela etiam contra tutorem mota. & tunc tutela significat actionem tutelæ.

d ¶ *Iubebit.* finita tutela, non prius: *vt ff. de tut. & rat. distra. l. nisi in prin.*

e ¶ *Non ambigitur.* sed confirmatur, *vt supra de nego. gest. l. curatorem. & instit. de curat. §. dantur.*

Tutores.] CASVS. Nô solum per verba Latina, sed etiam per Græca dari in testamêto potest tutor.

[*] Tutores l. hac consultissima. j. de testamentis.

f ¶ *Legitimis.* id [b] est Latinis. *& facit infra de testa. l. hac consultissima. in fine.*

[b] Legitima verba pro Latinis.

mi & manumitti hunc apud præsidem prouinciæ, & curatorem [a] adiungi oportet. PP. I. I. Kal. Mart. Seculari & Donato Conss.

Tutor rectè datus, tenetur etiam de negligentia. Salyc.

VI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Donna.*[*]

SI tibi pater [b] auunculum testaméto rectè tutorem dedit, nec is excusatus est: eum tutelæ iudicio tam de administratis, quâ de neglectis [c] (cum administrare deberent) apud competentem iudicê conueni, secundû bonam fidem tibi satisfacere iussurum. Subscr. Nô. Aprilis. Sirmij. CC. Conss.

Tutor rectè datur in testamento, non curator, licet confirmetur. Saly.

VII. *Iidem AA. & CC. Triphenæ.*

TVtelæ † [actione] contra tutorem mota, quem in testamento patris, in cuius fuisti potestate, datum proponis: reddi tibi, si quid debetur, côpetens iudex aditus iubebit [d]. Curatorem enim inutiliter in testamento dari non ambigitur [e]. Dat. XVII. Kal. Maij. Sirmij. CC. Conss.

VIII. *Impp.* THEODOS. & VALENTIN. AA. *Florentio præfecto prætorio.*

TVtores[*] etiam Græcis verbis licet in testamentis relinquere: vt ita tutores dati videantur, ac si legitimis [f] verbis eos testator dedisset. Dat. prid. Id. Septembr. Theodosio. A. XVII. & Festo Conss.

DE CONFIRMANDO tutore.

Hoc est opus quando datio non tenet omnino per se.

Testamento.] CASVS. Tutor à matre in testamento datus, se excusare nô habet necesse, cum datio nô teneat: datus tamen à iudice confirmatur, & tutelam administrabit, vel se excusabit. Viuianus.

g ¶ *Dati.* antequam tamen dentur, possunt se excusare si volunt: *vt ff. de excusa. tut. l. iurisperitos. §. fina.*

TITVLVS XXIX. DE CONFIRMANDO tutore.

Tutor inutiliter datus, excusatione non indiget: nisi ex die confirmationis. Cum casu summario concordat. l. Gaius testamento. ff. de excusa. tut. Bald. & Saly.

TEstamento matris tutores dati [g], excusare se necesse non habêt [h] nisi decreto secundû volunta-

legis datum ad excusandum se, non cedet ante confirmationem.

k ¶ *In confirmandis.* id est confirmandis.

l ¶ *Solet.* sine inquisitione: *vt ff. eo. l. si filio. & instit. de tut. §. fina.* Sed hodie videtur hæc lex corrigi: *vt infra de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & supra familiæ erciscund. l. fi.* quòd quidam dicunt. alij tamen econtra.

tem defunctæ, & quidem inquisitione [i] habita, dati fuerint. PP. III. No. Martij Iuliano. II. & Crispino Coss.

Tutor relictus à patre in testamento non solenni vel in epistola, non est tutor nisi confirmetur per iudicem: nec cedunt ei tempora excusationum proponendarum. hoc dicit. Bal. Vel sic: Nec epistola, nec testamento imperfecto datur tutor legitime: ideo excusationis tempus non cedit antequam confirmetur. Salyc.

II. *Idem A. Valerio.*

NEque per epistolam, neque ex imperfecto testamento tutorem rectè dari, indubitati iuris est. Sed voluntas patris in constituendis [k] tutoribus vel curatoribus in huiusmodi casibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, seruari solet [l]. Secundum quæ vereri nô debes ne tempus [m] antequâ confirmareris, tibi cesserit. PP. VIII. Id. August. Alexandro A. II. & Marcello Coss.

Tutor confirmandus non impedit quin interim alius possit dari: & dato poterit confirmandus adiungi. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Antequam tutor inutiliter à patre datus confirmetur, potest per iudicem de alio prouideri, & per eum gesta valent. Vel sic: Legitimè facti non reuocantur: & confirmatio tutoris consistit in deliberatione iudicis: quia omnino est confirmandus. Salyc.

III. *Idem A. Sossiano præfecto prætorio.*

SI (vt proponis) pupillo cuius meminisri, pater inutiliter testamento tutores dedit, & priusquam hi confirmarentur, alij ab eo [n] cuius interest [o] † dati sunt: id quidem quod iure gestum est, reuocari non potest [p]. An autem quid iudicium patris habent, curatores [q] eidem pupillo constitui debeât, aditus competens iudex perspectis vtilitatibus eius æstimabit. PP. III. Id. April. Modesto & Probo Coss.

¶ Item an [a] erit testamentarius, vel datiuus? Videtur quòd testamentarius: *vt ff. eodem l. v. & de cura. fur. l. si furioso pubeni.* Sed dic datiuum: *vt argu. ff. de verb. signif. l. lege. & in authent. de defen. ciuita. §. interim. colla. iij.* hinc est quod si mater interueniat ex authen. j. *quando mu. tut. offi. authen. matri. præfertur.* Huic nec obst. quòd dicitur omnimodo confirmandus: *vt d. §. instit. de tutelis, in fin.* quia exponitur ibidem secundûm Ioan. id est sine inquisitione. non autem omnimodo, id est semper. & facit etiam pro matre infra l. proxi. ADDITIO. Tu dicas doctores communiter tenere talem tutorê esse testamentarium, & præficiendum legitimo. de quo per Bart. *in l. j. ff. eod. tit.* ¶ An autem iudiciû matris tutorem legitimum expellat? Dic secundû Bald. quòd non: *vt infra qui pet. tuto. l. cum à matribus.*

[a] Tutor in testamento inualide datus à iudice tamen confirmatur, an dicatur testamentarius.

m ¶ *Tempus.* quinquaginta dierum. quod datur ad contestandas excusationû causas: quod currit ex quo incipit tenere decretû, quatuor autem menses côtinui ad peragendum negotium ex die nominationis: *vt ff. de excusa. tutorum. l. quinquaginta.*

SI vt proponis.] CASVS. Si in testamento imperfecto tutor detur: & antequam confirmetur iudex alium dedit: posterior erit tutor. an autem qui cum patre litigant, possint esse curatores? Prouidebit competens iudex pro vtilitate pupillorum.

n ¶ *Ab eo.* scilicet magistratu.

o ¶ *Interest.* Quatuor enim adesse debêt: quòd is det, qui iurisdictionem habet. quòd illi, cui dari possit & is detur, cuius dandi sit facultas. & pro tribunali qui dat sedeat: *vt ff. eod. l. naturali. §. j.*

[†] Cuius iurisdictio est, quidam legunt, eam lectionem ego nusquam reperi.

h ¶ *Non habent.* quia non tenet datio: *vt & supra titul. j. leg. mater.* sed secus si pater dat, quia debet se excusare: *vt supra titu. j. l. si tibi pater.*

i ¶ *Et quidem inquisitione.* secus cum pater minus legitimè dat: *vt instit. de tute. §. fina. & ff. eodem l. si filio.* ¶ Sed quare magis inquiritur à matre datus? Respon. quia fragile [c] & mutabile est mulieris consilium. & ad hoc *ff. de testa. tutel. l. pater & ff. qui pe. tuto. l. fina. in princip.*

[c] Mulieris consilium est fragile.

NEque.] CASVS. Si tutor in testamento imperfecto datur, non tenet datio: confirmari tamen potest à iudice, tempus tamê

p ¶ *Non potest.* sic *infra de admini. tuto. l. sancimus. j. & ad legem Iul. de adult. l. Gracchus.* & hoc licet illi erant confirmandi. *sic & ff. de mino. l. in integram. & l. si mulieri.*

q ¶ *Curatores.* non dixit tutores, ne obstet regula infra *qui pe. tut. l. antepe.* 2 Vel dic id est tutores *& fa. ff. de testa. tut. l. ex sententia. & §. tit. j. l. si pupillorum. & quod no. in l. j. §. l. proxi.*

NAturalibus.] CASVS. An pater filio suo naturali tutorem in his rebus quas vsque ad modum lege definitum dedit inter viuos, vel reliquerit in vltima voluntate, dari possit, quæritur? Dicitur quòd sic: tamen à iudice confirmabitur.

Quocumque.

a ¶ *Quocunque.* inter viuos, vel in vltima volũtate: *vt in auth. quib. mod. natu. effic. sui. §. pen. coll. vij.* secus si nihil dederint: *vt ff. eo l. naturali. in prin.*
b ¶ *Modum.* s. vnam vnciam, vel sex, vel hodie in totum: *vt ĩ. de natu. lib. l. ij. & in auth. nunc soli. Item in l. humanitatis. & in auth. licet.* & facit ĩ. *quando mu. tu. offic. l. fina.* ¶ Sed oppone, nónne datur certis rebus hic? sic ergo est contra. *ff. de testa. tute. l. certarum. & l. quia persona. & instit. qui testa. da. tut. pos. §. certæ.* Respõ. datur etiam rei, s. secundario, nõ principaliter. *vt in instit. de excu. tuto. §. datus.* vel non datur etiã rei scilicet certæ: sed rei quæ continet ius: *vt ff. e. l. si tamen.*

* Pone l. vlti. ĩ. quando mulier tut. offic. fung. poss. ‡ Tutor an possit dati certæ rei. ‡ confirmare.

DE LEGITIMA tutela.

Deficiente testamentaria succedit hæc: vt instit. de leg. ag. tut. in prin. & hanc nemo dat, sed lex: vt ff. eod. l. legitimos. in prin.

A *D auunculos.*] CASVS. In hac l. dicit imperator, quod frater patris qui est adgnatus, tutor de iure duodecim tabularum esse potest.
c ¶ *Ad auunculos.* qui sunt matris fratres: & sic cognati.
d ¶ *Patruis.* qui sunt agnati. & idem in his qui sunt de nouo sortiti ius agnationis: *vt ĩ. de leg. hered. l. fin. §. fin.* Sed [b] cum iure prętorio admittuntur cognati ad successionem: an eodem iure & ad tutelam, quærit Ioan. quod videtur, *argu. instit. de leg. patro. tu.* hodie autem constat per authent. quæ sequitur, fieri, &c. quæ est in authent. de hered. ab intestato. §. ex his. coll. ix.

b Cognati an hodie admittantur ad tutelam.

e ¶ *Sint ætatis.* S*ut & ĩ. eo. l. fin.*
f ¶ *Suscipere.* vt miles: *vt infra qui pet. tuto. l. armata.* & in aliis casibus: *vt in eo. titu.*
g ¶ *Eligi.* hæc electio fit propter commodiorem administrationem: *vt hic, & ff. de leg. tu. l. legitimos. §. in legitimis. & ff. de admi. tut. l. ij.*
h ¶ *Tacitè subiacentibus.* scilicet pro officio obligatis: *vt hic, & ĩ. de admini. tut. l. pro officio.*

Tutor datus filio naturali (etiam in testamento non solenni) est confirmandus si patris affectio erga filium naturalem ostenditur ex eo quòd ei aliquid reliquerit. hoc dicit. Bal. Vel sic: Tutor datus à patre filio naturali, debet petere se cõfirmari: & cõfirmatus solũ habet administrationẽ in prouentis à patre. Salyc.

IIII. Imp. IVSTINIANVS A. *Iuliano præfecto prætorio.*

NAturalibus * liberis prouidentes, damus licentiã patribus eorum in his rebus quas quocũque [a] modo eis dederint, vel reliquerint (scilicet intra præfinitum nostris legib[9] modũ [b]) & tutoré eis relinquere: qui debet apud competentẽ iudicem confirmari, † & ita res gerere pupillares. Dat. XV. Kal. Apri. Constantinop. Lampadio & Oresta Conss.

TITVLVS XXX.

DE LEGITIMA tutela.

Cognatis nõ defertur legitima tutela. hoc dicit lex ista. sed agnatis sic. Vel sic: Tutela legitima ex lege duodecim tabularum deferebatur ad agnatos, non ad cognatos: & sic ad patruos, non ad auunculos. Salyc.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Firminæ.*

AD auunculos[c] nec maiculorum tutelæ ex lege duodecim tabularum deferuntur: cum solummodo patruis [d], si non se excusauerint, id ius tributum sit. PP. VIII. Kalen. Iun. ipsis. AA. IIII. III. Conss.

IN AVTHENTIC. de heredi. ab intest. §. ex his. collat. ix. constitu. j.

Hodie tutela legitima defertur secundum ordinem successionis: vt sic proximior vocetur, dum tamen sit idoneus: & pluribus extantibus in eodem gradu, magis idoneo committitur administratio aliorum periculo, & cum tacita hypotheca bonorum. Salyc.

SIcut hereditas agnatione nõ inspecta proximis defertur, sic & tutelæ onus committatur emolumentum, si masculi & perfectæ sint ætatis [e], & nulla lege prohibeant suscipere [f]. Quòd si plures sint eiusdem gradus, & ad tutelam vocent: iubemus cõmuniter apud iudicem conuenientibus, vnum vel plures eligi [g], & eum vel eos administrare: vt magis idoneo vel idoneis cõmittatur tutela, periculo tutelæ omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur: & substantiis eorum minoribus tacitè subiacentibus [h] pro huiusmodi gubernatione.

Etiam minima capitis deminutio iure isto excludit à tutela. hoc dicit cum glo. Sal.

II. Idem AA. & CC. *Asclepiodoto.*

AD agnatos pupilli iure legitimo solicitudinem tutelæ pertinere, nisi capitis deminutionem [i] sustinuerint, manifestissimum est. S. III. Nõ. April. AA. Conss.

Etiam ad pupillarum tutelam vocantur masculi, resecta contraria constitutione Constantini. h. d. quam tamen non habemus. Salyc.

III. Imp. LEO. A. *Erythio præfecto prætorio.*

COnstitutione diuæ memoriæ Constantini, * lege Claudia sublata [k], pro antiqui iuris auctoritate, saluo manente agnationis iure [l], tam consanguineus, id est frater, quàm patruus, cæterique legitimi ad pupillarem fœminarum tutelam vocantur. Dat. Kal. Mar. & Zenone Conss.

* Illa extat Codic. Th. 3. 17. 2.

Frater emancipatus est legitimus tutor alterius fratris in potestate retenti, & filiorum eius. h. d. Bald. Vel sic: Sicut frater emancipatus vocatur ad legitimam fratris & sororis hereditatem, ita ad eorum tutelã. Sal.

IIII. Imp. ANTONINVS A. *Polycarpo. P. P.*

FRater emancipatus, qui in germani sui vel sororis successione omnes inferiores seu ꝓlixiores gradus nõ tantũ cognatorũ, sed etiã agnatorũ antecedere [m] à nobis pro nostra dispositione iussus est: etiã ad legitimã [n] fratrũ & sororũ, necnon liberorum fratrũ tutelam, quasi minimè patris potestate per ius emancipationis relaxatus, si non alia iuri cognita excusatione munitus sit, vocari: nec sub prętextu capitis deminutionis alienum ab huiusmodi onere semetipsum esse contendere sancimus. Dat. Kal. April. Ioanne & Paulino. Conss.

Qui non est legitimæ ætatis, tutor esse non potest: & à successione propter hanc causam non repellitur. h. d. Bald. Vel sic: Minor xxv. annis non vocatur ad tutelam vel curam, cum ipse indigeat tutore vel curatore. Vel breuius: Qui non est ætatis perfectæ, non potest tutor vel curator esse. Salycetus.

V. Imp. IVSTINIANVS A. *Demostheni præfecto prætorio.*

NEmo neque frater, neque alius legitimus † in tutelam siue ingenui siue liberti vocetur, antequam quintum & vicesimum suæ ætatis annum impleat [o]. Immineat enim cuique pro sua tantummodo administratione periculum, nẽ a-

† Hæc addecisio instit. de fiducia. tutela. §. vltim.

A *Dgnatos.*] CASVS. Tutor pupilli debet esse agnatus, nisi maximam vel mediam cap. demi. passus fuerit.
i ¶ *Capitis deminutionem.* maximam vel mediam, vel minimam, si est legitima tutela: *vt in institut. quib. mod. tute. fin. §. Sed & capitis. & ff. de cap. demin. l. tutelas. in prin. & vt ĩ. eo. l. frater.*

C *Onstitutione.*] CASVS. Claudius statuit vt agnatus vocaretur ad tutelam fœminarũ: constitutione cuius cessante statuit imperator, vt non solũ patruus sed frater ad legitimam pupillorum tutelam vocetur. Viuian.
k ¶ *Sublata.* quæ alios filiis, alios filiabus tutores esse volebat.
l ¶ *Iure.* quod est in fratre etiã post capitis deminutionem: *vt infra l. proxi.*

F *Rater.*] CASVS. An frater emancipatus non obstante emancipatione ad legitimã fratris sui vocari debeat tutelã, quæritur? Dicitur quod sic: nisi iusta causa possit se excusare. nec ob hoc quòd sit emancipatus vel capite minutus, se poterit excusare.
m ¶ *Attendere.* excipe hodie filiũ fratris qui cũ eo admittitur: *vt ĩ. de legi. hered. authen. cessante.*
n ¶ *Legitimam.* Sed ecõtra in potestate retẽtus est fiduciarius: *vt instit. de fiduc. tutel. §. j. & sat. ĩ. de legi. hered. l. de emancipatis. & l. meminimus. §. j. & ĩ. de cura. fur. l. ne lucrum.* Sed contra ĩ. *de inoffi. testa. l. fratres.* vbi dicit tolli agnationem: & sic nõ erit legitimus: sed hæc corrigit. Item facit Instit. *de leg. agn. tut. §. fin. & institut. de leg. agn. suc. §. fi.*

N *Emo.*] CASVS. Minor xxv. ann. tutor esse non potest, obstante minori ætate: an à legitima successione propter hoc excludi debeat, quæritur? Dicitur quòd non.
o ¶ *Annum impleat.* *vt institu. de fide. tuto. in fine. & de excusa. tuto. §. item maior. & infra de legitt. hered. l. fin. in fine. & infra qui ætate se excu. lib. x. l. cum filios.*

a ¶ *Alius pr egrauetur*. scilicet minor.
b ¶ *Sub cura agere*. quandoque tamen vnus curator & alius sub curator constituitur: *vt ff. de neg. gest. l. ex facto.*
c ¶ *Cui*. id est quibus. vel cui, scilicet ætati.
d ¶ *Teneri*. Argu. sume quòd si [a] minor accipiat, non obligantur bona eius tacitè, sicut nec hic. quod quidam dicunt. Alij quòd sic: [b] cùm sit legalis obligatio. aliàs non sine decreto. Hanc quæstionem decidit Bartolus *in repetitione. l. si constante ff. solu. matrimonio. in tertio modo repetendi. in versicul. quarto quæro, pone quod minori*. vbi consuluit danti dotem minori, quòd obligationem bonorum expressam recipiat cum iuramento. *per authen. sacramenta puberum. §. si aduers. vendi.*
e ¶ *Amittere*. nam fallit hæc regula vbi est successionis. &c. *vt instit. de leg. patro. tute. §. fin.*

a Dotem accipiens minor, an sua bona tacitè obligentur. b Bona minoris non tacitè obligata pro dote. licèt nō in eruenerit tutoris authoritas, aut iudicis decretum. quia hæc obligatio est legalis, & ex necessitate & consequentia æquè permissi, vt eo... nunc refert Tiraquell. *de leges connubiales Gl. 5. num. 46. & seq.*
† *consist. cum decorum cum Gl. t. de ... & quando tra.*

QVI PETANT tutores vel curatores.

Venit nunc ad datiuam: & primo quærendo quis petat eam dari.

Dmone] CASVS. Si quis habens minorem sibi obligatum velit eum conuenire, si curatorem non habeat, admoneat eum vt curatorem petat: quòd non petierit, adire poterit iudicem: & petat vt ei detur curator.

f ¶ *Admone*. si [c] vis. nec enim punieris si nō petas: nisi quia si sententia definitiua daretur pro te, non teneret: *vt s. de procur. l. non eo minus.* Venditio autem fieri posset ex interlocutoria vel definitiua de iure lata, si non defenderetur: licèt secus si esset pupillus: *vt ff. de bon. aucto. iu. pos. l. si minor. & ff. quibus ex causa pos. ea. l. apud Iulianum.* Alij autem puniuntur si non petant in successione & in aliis: *vt ff. qui pet. tut. l. ij. & infra de admini. tut. l. sancimus. §. ne autem. & infra de legi hered. l. sciant. & facit ff. de minor. l. ait prætor. § permittitur.*

* al. libertinorum, & non male.
† Leg. sepdimi. liatio Constitu.
c Admonitio non imponit necessitatem. adde l. admonendi ff. de iureiur. adde Eguin. ... de ... sententibus ...

g ¶ *Consistas*. aliàs consistas: aliàs consistat.
h ¶ *Potes*. non autem cogeris, vt dixi per l. dictum, si minor.
i ¶ *Officio suo*. quod est vt si litigat cum tutore, non [d] aliter detur curator nisi postulanti pupillo: *vt ff. de tut. l. qui habet. §. idem Cassius.* si cum alio datur inuito: *vt instit. de cura. §. item inuiti.*

* Sic in manuscript. rectè. perperàm qui ... leg ... constat, quia hoc verbum significat, cum aliquo in iudicio litigare.
d Curator quemadmodum datur adulto.

lieno onere alius prægrauet [a]. Sic etenim & pupillis & adultis competens gubernatio inducet, & naturalis ordo per omnia conseruabitur. Cui enim ferendū est † eundē esse tutorē, & sub tutela cōstitui? & iterum eundē esse curatorē, & sub cura agere [b]? Hæc certè & nominū & rerum fœda confusio est. Discretis itaq; omnib[9], vel datiui vel legitimi fiant tutores vel curatores hi qui talis ætatis sunt, cui [c] suarum rerū administratio committitur, quorúmque res possunt plenissimo iure hypothecarum teneri [d]: Omnibus quæ de successionibus tam ingenuorum, quam libertorum * prioribus legibus disposita sunt, in suo robore duraturis, nec aliquā imminutionē ex præsentis legis sanctione accepturis: maximè in libertorū successionibus: ne videantur ex eo quòd ad tutelæ grauamē non veniunt, successionis emolumentum amittere [e]. Recitata septies in nouo † cōsistorio palatij Iustiniani. Dat. .II. Kalend. Nouemb. Decio. V. C. Conss.

TITVLVS XXXI.
QVI PETANT TVtores vel curatores.

Minor debet admoneri quòd petat curatorem ad lites: & si admonitus non petit etiam absenti eidem & inuito dabitur. h. d. Salycetus. Vel sic: Volens cum adulto litigare, debet ipsum admonere: & ipse adultus potest petere curatorem sibi dari. Salycetus.

I *Imp.* ANTONINVS *A. Chrysantha.*

ADMONE [f] adolescentem aduersus quē consistere vis, vt curatores sibi dari postulet, cum quibus secundum iuris formam consistas [g]. * qui si in petendis his cessabit: potes [h] tu competentem iudicem adire, vt in dandis curatoribus officio suo [i] fungatur. PP. .I. Non. Feb. Messala & Sabino Conss.

Libertus omittens petere tutores filiis patroni, subiacet periculo deserti obsequij. Salyc.

II. *Idem A. Epaphrodito.*

Patroni.] CASVS. Libertus filiis patroni sui tutorem petere debet: quod si non fecerit, punietur.

k ¶ *Nomina* scilicet tutorum.
l ¶ *Ex quibus*. id est propter quæ supradicta, scilicet aditionem & nominum editionem. a Vel dic ex quibus nominatis.
m ¶ *Subeas*. emendaris [a] enim verberibus: *vt & ff. eo. l. ij. §. liberti.* & etiam in seruitutem reuocaris, vt dicunt quidam *ff. de tut. patron. l. ingratus. & infra de libe. & eod. lib. l. si manumissus.* & sic est contra infra de lib. cau. l. solo. Sed dic, refert inter necessarium obsequium, & non necessarium: vt ibi diximus.

a Libertus si petit tutores filiis patroni, quemadmodum puniatur.

PAtroni tui filij si eius ętatis sunt, vt res eorū per tutores administrari debeāt: cura adire prætorē, & nomina [k] edere, ex quibus [l] tutores constituantur: ne si cessaueris, obsequij deserti periculū subeas [m]. PP. III. Non. Iul. Messala & Sabino Conss.

Tutore mortuo, mater pupilli debet petere alium dari. h. d.

III. *Idem A. Atalantæ.*

IN locū tutoris defuncti, vel in perpetuum relegati, aliū dari tutorē filius [n] tuis idoneum ex eadē prouincia à iudice cōpetente postula [o]: qui secundū officium suum vtilitatibus eorum prouidebit. PP. IIII. Id. Iul. Læto. II. & Cereale Conss.

Creditor in subsidium petit tutorem dari pupillo debitoris sui. Salyc.

IIII. *Idem A. Domnino.* *

SI filiis debitoris tui nō sunt necessarij, qui tutores petāt: potes & ipse [p] curare [q] vt accipiant, per quos legitimè defendantur. PP. III. Id. Iul. Læto. II & Cereale Conss.

V. *Imp.* ALEXANDER *A. Faustiano.*

AMita tutores petere filiis fratris sui non prohibetur [r]. PP. V. Kalen. Iul. Maximo. II. & Æliano Conss.

Mater debet tutores petere filiis suis, & inuestigare qualiter administrant, non autem curatores. Salyc.

VI. *Idem A. Otacilia.* †

MAtris pietas [s] instruere te potest, quos tutores filio tuo petere debes [t]. Sed & obseruare [u] ne quid secus quàm * oportet, in re filij tui pupilli agatur. Petendi autem filiis curatores necessitas matrib[9] imposita non est [x]: cū puberes minores annis vigintiquinque ipsi sibi curatores, si res eorum exigit, petere debeant [y]. PP. X. Kal. Octob. Iuliano. II. & Crispino Conss.

Volens reddere rationem administrationis, adulto potest petere curatorē dari, cui reddatur ratio. Saly.

VII. *Imp.* GORDIANVS *A. Dionysio.*

ADmone eam quæ quondam pupilla tua fuit, cùm eā nō tantùm viripotentē esse, sed etiam nupsisse proponas, vt

IN locum.] CASVS. Si tutor pupilli decedit vel relegatur: petente matre alius ei per competentem iudicem substituendus est.

n ¶ *Filius*. matri loquitur.
o ¶ *Postula*. ô mater. & est ad hoc. *ff. ad Tertul. l. ij. §. si mater non petierit. & ff. eodem. l. ij. & infra de administr. tute. l. fin.*

SI filiis.] CASVS. Creditor potest petere tutorem filiis debitoris, si consanguineos non habet qui petant.

p ¶ *Et ipse*. scilicet creditor.
q ¶ *Curare*. cautè dicit curare. nam primo rogare debet eos qui possunt petere, vt petant: *vt ff. eod. l. ij. §. si quidem alupus.*

* Dionisio.

AMita.] CASVS. An soror patris filiis tutorem petere possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

r ¶ *Non prohibetur*. sed nec cogitur præcisè, sed causatiuè: *vt j. de legi. hered. l. sciant.*

MAtris.] CASVS. Mater filio suo tutorem petere debet: an autem filio curatorem habet necesse petere, quæritur? Dicitur quòd non: cùm ipse talis sit, qui sibiipsi curatorem petere possit, si rei qualitas exposcat.

† Otalia.

s ¶ *Matris pietas*. id est, materna pietas.
t ¶ *Debes*. ô mulier. & facit *ff. ad Tertul. l. ij. §. si mater non petierit. & §. sequen.*
u ¶ *Et obseruare*. repete, & materna pietas instruere te potest quid obseruare debes: ne quid, &c. id est quòd illi qui petiti & dati sunt, administrent. [b] & bene: *vt hîc, & infra de admini. tuto. l. fina. §. personæ.*
x ¶ *Non est*. nisi eo casu quando impuberi petitur: *vt ff. qui pet. tutor. l. j.*
y ¶ *Debeant*. non alios. *vt ff. eodem. l. ij. §. curatores.*

* al. secus quàm.
b Gl. sequitur ... Bar. ... quid ergo si ... curatores.

ADmone.] CASVS. Mater misit procuratorē ad petendum tutorem filio suo, qui à latronibus interfectus est: interim decessit pupillus. nunquid videbitur non petisse: & sic excludi debeat à successione filij, quæritur. Dicitur quòd non, cùm non fiet per

stet per eum, sed per fortuitum casum, qui præuideri non potest.

a ¶ *Curatorem.* aliàs tutelæ iudicio teneris: *vt ff. de admin. tut. l. ita autem. §. fin.*

b ¶ *Non vetaberis.* cui reddes rationem: vel potes offerre, & consignare, & deponere: *vt ff. de min. l. ait prætor. §. j. & fa. ff. de tute. l. qui habet. §. si pupillus. j.*

C*Vm à matribus.*] CASVS. Si mater filio suo habēti tutorē, tutorē non petat: & decesserit pupillus: an sit excludēda ab eius successione, quæritur? Dicitur quòd nō, quia habenti tutorē, tutor dari non debet.

c ¶ *Sedulum.* i. continuū.

d ¶ *Petendi.* non accusandi de suspecto: *vt ff. eo. l. fin. §. fin.*

e ¶ *Impedimentis.* i. læsionibus. f. his qui impediti sunt. *fac. & ff. de administr. re. ad ciui. pert. l. ij. §. si eo tempore. & j. de appel. l. præses.*

f ¶ *Repelli.* sic & si minor est *vt s. si aduer. delic. l. licet.* sed licet repellatur quando f. non habet iustam causam: *vt hic. & ff. ad Tertyl. l. ij. §. si mater non petierit.* fideicommissum tamen à patre relictum non perdit *vt ff. e. l. fi. §. si vero.* Sed hodie videtur etiam illud amittere: *vt j. de leg. here. l. sciant & ad Tertyl. l. omnem. & facit ff. eod. l. ij. vel dic vt in l. sciant.*

g ¶ *Non possit.* *vt & j. qui da. tuto. pos. l. si sororis & instit. de cu. a. §. interdum. & j. in quibus casib. tu. ha. tutor. da. po. l. licet.* vbi plene dices. sed habenti tutorem datur curator: *vt ff. de tutor. & cur. da. ab bu. l. de. ventri. §. curatorem.*

h ¶ *Non postulare.* cum alium haberet.

N*Epotibus.*] CASVS. Si frater tuus habeat nepotes ex filio: & mater eius tutorem petere possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

i ¶ *Potes.* nō tamē obest si non petieris, cum eorum mater te præcesserit: *vt ff. ad Tertyl. l. ij. §. fin.*

M*Atres.*] CASVS. Nō solum legitimis filiis, sed & naturalib. mater tutorē petere debet: & si non petierit prætendens ignorantiā iuris, non audietur: nec legis pœnam effugiet.

k ¶ *Profutura.* quia est error in iure naturali: *vt j. de in ius vo. l. ij. & ff. si quid in frau. pa. l. si patronus heres. in prin.* & sic nō ob. *ff. de iur. & fac. igno. l. error. & l. iuris ignorantia. & j. de codicil. l. fi. §. si quis verò. insf.* Vel dic quòd ignorātia iuris arcet eā à lucro: *vt hic.* non obest ei in amittendo. *& fa. j. de in. ... l. fin.*

sibi petat curatorem [a]. Quòd si ea [*] petere neglexerit: quo maturius possis rationem reddere administrationis, adito eo cuius super ea re notio est, petere curatorem non vetaberis [b]. PP. VI. Id. Ianua. Gordiano. A. & Auiola Conss.

Ei qui adhibuit diligentiam quā debuit adhibere, casus fortuitus non debet obesse. hoc dicit. Bald. Vel sic: Impedimētum superueniens in persona procuratoris ad tutorem petendum missi: excusat matrem. Sal.

VIII. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Musæ.*

CVm à matribus sedulum [c] petendi [d] tutoris officium exigatur, nec † fortuiti casus impedimentis [e] ascribatur, proponásque ꝓcuratorē, qui ad petendū pupillo tutorem a matre fuerat constitutus, a latronibus interfectū, petitionē [*] ex necessitate demoratum esse ab hereditatis successione matrem repelli [f], cuius nullum vitium intercessisse asseris, per quam durum est †. PP. V. Id. Mart. Tiberiano & Dione Conss.

Habenti tutorem mater non petit. hoc d. est Bald. Vel sic: Non imputatur matri, si non petat tutorem filio habenti. Salycetus.

IX. *Iidem AA. Asclepiodoto.*

CVm iure habēti tutorem tutor dari non possit [g]: intelligis matrem non officium pietatis in petendo tutorē deseruisse [*], sed iure munitā merito filio suo tutorem non postulare [h]. S. III. Non. April. Byzantij. AA. Conss.

Negligente matre possunt agnati pupillæ eius petere tutorem dari. Salycetus.

X. *Iidem AA. & CC. Prisco.*

NEpotib. fratris tui, si eorū mater in petēdis tutorib. debito non fungatur officio petere tutores solenniter potes [i]. S. prid. Kalen. Maij, Sirmij. CC. Conss.

Mater debet petere tutorē filio naturali sicut legitimis: aliàs ei nō succedit. h. d. Bald. Vel sic: Mater etiam filio naturali tantum tenetur petere tutorem dari, nec ignorantia iuris excusatur. Salyc.

XI. Imp. ZENO A. *Diojcoro præf. prætorio.*

MAtres naturalib. etiā filiis ad similitudinē eorū qui ex iustis ac legitimis nuptiis sunt procreati, petendorū tutorū necessitati [*] subiaceant: nulla eis ignorantia iuris ad euitāda legibus vel sacris cōstitutionibus definita, si petitionē tutorū minus curauerint, ꝓfutura [k]. Dat. Kal. Septēb. Constātinop. Zenone. A. II. Conss.

TITVLVS XXXII.

VBI PETANTVR TVTORES VEL CVRATORES.

In loco originis vel domicilij constituitur tutor & curator minoribus: non vbi non habent originem vel domicilium. h. d. Bal. Vel sic: Ibi tutor vel curator debet peti vbi pupillus originem trahit: vel maiorem partem facultatum habet & domicilium Salycetus.

I. Imp. ANTONINVS A. *Aristobulo.*

MAgistratus eius ciuitatis vnde filij tui originem per conditionem patris [l] ducunt, vel vbi eorum sunt facultates [m], tutores vel curatores his quam primum secundū formam perpetuā dare curabunt [n]. Quòd si filij tui [o] neque possident quicquā in prouincia vbi morantur [p], neque inde originē ducunt [q]: restituti apud patriam suam [r], & vbi patrimonium [s] habent, morabuntur, & ibi defensores legitimos sortientur †. PP. Kal. Octob. Læto. II. & Cereale Conss.

TITVLVS XXXIII.

DE TVTORIBVS VEL curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum.

Nō existēte testamētario vel legitimo, tutor vel curator dandus illustris in vrbe Romana nominandus est, per decē ex senatoribus eligendus, & per præfectū vrbis: & per eos nominatus, ab ipso præfecto confirmatur: & ei sic confirmato per prætorē decernitur administratio: nec isti tenētur in subsidiū propter illius malā administrationē. In prouinciis vero tutores vel curatores clarissimarum personarum nominantur per curiales qui in subsidium ex nominatione tenentur. Salyc.

Dicit qui petant: nunc vbi.

M*Agistratus.*] CASVS. Ibi peti debet tutor, vbi pupillus habet domicilium: vel ibi vbi pater suus erat oriundus, vel vbi facultates suæ constitutæ sunt. si verò alibi sit, reduci debet ad patriam suam: & ibi tutor petetur.

l ¶ *Patris.* sic & *ff. ad munic. l. j. & l. assumptio. §. filius. & j. de munic. & orig. l. filios. & l. origine. lib. x.*

m ¶ *Facultates.* *vt & j. de incol. l. ciues l. x.* ¶ Sed quid si habet facultates in diuersis locis? Rñ. cuiuslibet loci dabit suum tutorem: *vt ff. de tuto. & cur. d. a. ab bu. l. pupillo.*

n ¶ *Curabunt.* de ea terra, secundùm Azo.

o ¶ *Tui.* ô mater.

p ¶ *Vbi morantur.* non tamen ibi domicilium habet. aliàs ratione domicilij possent ibi dari, secundū Azo. Vel dic secundū H. etiam ratione domicilij non posse dari, nisi sint ibi facultates: quia Romæ vbi est patria cōmunis, nō pōt dari tutor si facultates sint in prouincia: *vt d. l. pupillo.* ADDITIO. Tu dicas quòd iudex originis vel domicilij potest dare tutorem, cuius administratio porrigetur ad omnia bona. *l. magis puto. §. illud ff. de re. co. & est casus in l. propter litem. §. licet. ff. de excusat. ita tenet Bar. hic. & latius in d. l. pupillo. ff. de tut. & curat. da. ab bu. soluens contrarium quod format hæc glo. de dicta l. pupillo.*

q ¶ *Ducunt.* per se vel per patrem.

r ¶ *Suam.* quæ est ratione originis: vel facultatum.

s ¶ *Et vbi patrimonium.* i. facultates. & dic &, pro vel.

DE TVTORIBVS vel curatoribus illustrium, &c.

Quia in illustribus & clarissimis pupillis Romanis spe cialia quædā seruantur, ideo de his specialiter dicit.

I*Llustribus.*] CASVS. Pupillis Romæ illustribus præfectus vrbis cū x. senatoribus & prætore dabit tutorē. & si ille solus nō sufficiat, plures vocabit ad tutelam: & quem senatores & prætor elegerint, cōfirmabit præfectus: & de cōcedenda administratione ei decretum prætoris interponetur: nec actione in factum subsidiaria tenebitur. de his pupillis verò, quib. tutores in testamēto dati nō sunt, vel legitimi nō superfint hæc quæ dicta sunt, intelligi debēt de legibus quæ præcipiunt ne res pupilli alienentur vel obligētur. & res tutorum sint eis tacitè obligatæ: suā opponētibus firmitatē in prouinciis. an curiales illustribus pupillis

Margin notes: * om. — † non. — * al. petitionēque ex necessitate demoratam esse — * Et sic quod qui inuitus patitur non est illi imputandum contra dist. vna. qd esse veris. contra eos. cum Glos. super ver. vetita. — * al. de neglexisse. — * Iuris ignorantia mulieres non excusat. — * al. necessitatibus. — * Tutorem ... posse dari vbi originem non habeat facultates. — † aliàs morabuntur ut ibi defensores legitimos sortientes.

VBI PETANTVR TVTORES VEL curatores, &c

Codex.

tutores dantes cum periculo suarum facultatum, scilicet si non idoneum eligant, teneantur? Respon. quòd sic.

a ¶ Illustribus. scilicet Romanis.
b ¶ Ex quolibet. id est, quouis ordine.
c ¶ Retentari. id est creari. vel id est retineri. aliàs præsentari.
d ¶ Expertésque damni. quod aliàs magistratus minores expectant per subsidiariam actionem in factum, quia isti non tenentur: vt instit. de satisd. tut. §. f. & ff. de admin. tu. l. Aemilius.
e ¶ Singuli creandorum. id est nullus solus.
f ¶ Pares. id est sufficientes: vt ff. de neg. gest. l. sed an vltro. §. j.
g ¶ Plures. vni tamen committitur administratio quandoque: vt ff. de admin. tut. l. iiij. §. penult. & institu. de satisd. tut. §. iij. & iiij. & in authen. de her. ab intest. §. f. col. ix.
h ¶ Præfectura. illi enim eligunt: & hic solus confirmat.
i ¶ Nomine. id est nominatione.
k ¶ Decretum. scilicet forte de sumptibus in pupillū factis: vt j. de administ. tut. l. iiij. 2 Vel vt tradatur ei administratio: vt in authent. vt hi qui ob se ha. per. res mino. §. fin. coll. vj. ¶ Et sic habes hic quòd primo eligit. Secundo cōfirmatur. Tertio decretū de administratione interponitur. sic & j. de magi. cōue. l. fina.
l ¶ A metu. quia nō dabitur in eos actio subsidiaria.
m ¶ Prudentiam. prædicti præfecti cum aliis.
n ¶ Neque testamentarij. sic j. qui da. tu. vel cura. pos. l. si sororis.
o ¶ Offeruntur. testamentarij vel legitimi: idonei tamen.
p ¶ Cauta sunt. vt res eorum non possint alienari vel obligari: & res tutorum sint eis obligatæ tacite, & similia.
q ¶ Curiales. scilicet cuiuscūque prouinciæ. sic dicti, quia consiliis publicis semper intererāt.
r ¶ Discriminis. sic ergo ipsi tenentur: vt & j. de magistrati. conue. l. aduersus.

Generali.] CASVS. Adstrictus curiæ, illustri personæ tutor dandus non est. Viuian.
s ¶ Ne qui. id est ne aliqui.
t ¶ Vocentur. quia non prospiceretur pupillis illustribus, cum eorum bona sint fisco obligata.

*C.Th. legitur recte, sic in manusc. perpe ram autem in C. Th. legitur PP.
* Recte, vt in manusc. perperam autem legitur in C.Th. illustris.
a Tutelæ administratio quandoque vni tantum cōmittitur.
† Præsentari. al. repræsentari. al. curari.
b Tutores & curatores illustrium personarum quemadmodum seu qua solennitate eligantur.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AA. Proculo præf. vrbi. †

Illustribus[a] * præfectus vrbi adhibitis decē viris è numero senatus amplissimi, & prætore clarissimo viro, qui tutelaribus cognitionibus præsidet, tutores curatorésve ex quolibet[b] ordine idoneos faciat retentari[c] †. & sanè id libero iudicio, expertésque dāni[d] constituent iudicantes. Et si in regēdis pupillaribus sobstantiis singuli creandorū[e] pares[f] esse nō possunt, plures[g] ad hoc secundum veteres leges conueniet aduocari: vt quē cœtus ille administrandis negotiis pupillorū dignissimū iudicabit, sola sententia obtineat præfecturę[h]: super cuius nomine,[i] solēnitate seruata, postea per prætorē interponat decretū[k]. Itaq; hoc modo remoti à metu[l], qui consilio affuerint, permanebunt: & paruulis adultisque clarissimis iusta defensio sub hac prudentiū[m] deliberatione perueniet. Quod tū circa eorū personas cēsuisse nos palam est, quibus neq; testamentarij[n] defensores, neq. legitimi vita, ætate, facultatibus suppetunt. Nā vbi fortè huiusmodi homines offerūt[o]: si nihil ad defensionē suis priuilegiis cōparabunt, vt teneri possint, iure præscribimus. Cæterū alia quæ in causis minorū antiquis legibus cauta sunt[p], manere intemerata decernimus. In prouinciis autē curiales[q] in nominādis tutoribus & curatorib9 clarissimarum personarū exhibeant debitā cautionem, & discriminis[r] sui memores cognoscant indemnitati minorū obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. Dat. III. Kalend. Ianua. Mediolani. Timasio & Promoto Conss.

Occupati circa maiora, non vocantur ad minora. h. d. Baldus. Vel sic: Curiales tutores dari illustribus prohibentur. Salyc.

II. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Aureliano præfecto vrbi.*

Generali lege pspectū est, ne quis[s] ad illustriū senatorū tutelā curialib. occupati necessitatibus vocent[t]. Dat. VIII. Kal. Augu. Theodosio. A. III. & Abundantio Coss.

TITVLVS XXXIIII.

QVI DARE TVTORES vel curatores possunt, & qui dari non possunt.

Ratione dubitationis etiam seruis potest dari curator ad litē. h. d. Bald. Vel sic: Et cui mouetur quæstio status, dari potest tutor vel curator, nō obstante litis pendentia. Salyc.

I. Imp. ALEXANDER A. Amphibolo.*

Cvm tibi in ea ętate[u] cōstituto, vt si de statu [tuo†] constaret[x], per tutores siue curatores negotia tua administrari deberent, libertatis controuersiam fieri alleges: non ideo oportuit impediri quo magis[y] * liberali causa ordinata, quia interim[z] pro libero habebaris, curator tibi daretur, per quem defendi causa tua potest. PP. Kalen. Nouem. Alexan. A. Coss.

Hæc l. loquitur de curatore generali, qui in rebus vxoris dari non potest: sed curator ad lites bene potest esse maritus. h. d. Bald. Vel sic: Maritus non potest esse curator vxoris. Salyc

II. Idem A. Arthemisiæ.

Maritus etsi rebus vxoris suæ debet affectionem, tamen curator ei creari non potest[a]. PP. Kal. Iul. Fusco. II. & Dextro Coss.

Carens visu non potest esse curator. h. d. Bald. Secus si vnum oculum tantum amisisset: vt in glos. Salyc.

III. Imp. PHILIPPVS A. Dolenti.

Lvminibus[b] captum curatorem haberi debere falsò tibi persuasum est. PP. XIII. Kal. Augu. Peregrino & Æmyliano Coss.

u ¶ Aetate. quia minor es xxv. an. & mouetur tibi quæstio status.
x ¶ Constaret. s. te esse liberum.
y ¶ Quo magis. i. quo minus. sic j. de iudic. l. properandum. §. sin. & l. quotiens.
z ¶ Quia interim. i. postquam causa liberalis est ordinata vsque ad sententiam. & hoc quoad plura: quo ad quædam tamen non: vt no. infra de libe. causa. l. lite. ¶ Sed cum demum ordinata causa liberali datur curator, per quē ordinatur causa liberalis? Respond. sic ordinatio ante litis contestationem, & coram iudice, deinde datur curator, & sic fit litis contestatio. ¶ Sed pone quòd fertur sententia contra ipsum: an fuerit tutor vel curator ille qui fuit datus? Videtur q non, quia ita demum tenet datio, si liber inueniatur: vt ff. de tut. & cura. dat. ab l. ei qui. Sed loan. dicit quòd sic ratione incertitudinis: sicut & aliàs ratione dubij cognoscit iudex vtrum sit iudex vel non: vt ff. de iudic. si quis ex aliena. & causa liberalis similiter tenetur ratione dubij inter seruum & dominum. aliàs si non teneret datio tutoris, nec sententia teneret quasi contra minorem indefensum lata, vel per nō legitimam personā defensum. ¶ Nec ob. d. l. ei qui. quia non tenet, vt ibi dicit, id est vsque adpubertatem: vt aliàs quilibet curator datus pupillo: tenet tamen vsque ad sententiam. Si autem pronuncietur liber, tenet vsq; ad tempus adultæ ætatis si detur pupillo: vel vsque ad xxv. annos si detur adulto. vt in eo tit. l. curatorem. cum vero pronunciatur seruus, tunc vsque ad sententiam: vt dixi. ¶ Item nonne debuit hæc quæstio status in tempus pubertatis differri: vt ff. de Carb. edi. l. iij. §. j? Respond. hic expediebat pupillo: vt in prædicta. l. §. due. 2 Vel forte hic erat pubes. & facit ff. de tut. & curato. da. ab his. l. si impuberi. in prin.

Maritus.] CASVS. An maritus vxoris suæ minori annis curator creari possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

a ¶ Non potest. vt[a] ff. de cura. furi. l. curatorem. & idem in nuro. j. de excu. tut. l. licet & l. amplissimi. Sed videtur tenere datio, cum ipse debeat se excusare: vt instit. de excu. tu. §. pe. & j. de exc. tu. l. licet. Sed dic impropriè dicitur excusari, cum etsi vellet curator esse, non posset. & est ratio: quia si male gerat vir, vxor propter affectionem remitteret.

Luminibus.] CASVS. An orbatus vtroque lumine curator dari debeat, quæritur? Dicitur quòd non.

b ¶ Luminibus. cautè dicit in plurali: vt j. qui morbo. l. j. secus si vnum oculum tantum amisisset: vt j. de excu. tu. l. frater.

* vt F. P. A. P. V. al. illis recitetur in C. Th. 11. iij. & ta.
† vocatur.
* Amphiboto.
† deest.
* minor. sed hic les. ... quia ...
* Maritus quæ re non possit esse curator vxoris suæ.

QVI DARE TVTORES VEL curatores poss. &c.

Dicit qui possunt petere, & vbi dari: nunc qui dare, & qui dari.

Cvm tibi.] CASVS. Si minori xxv. ann. status moueatur questio: an ad defensionem suam dari sibi debeat tutor vel curator, quæritur? Dicitur quòd sic cum pendente liberali causa pro libero sit habendus.

Militia.] CASVS. An miles possit esse tutor? dicitur quòd non: nec legitimus: nec dari debet in testamento. quòd si credat se posse esse tutorem, & res pupilli administrauerit: non actione tutelæ (quia non potest esse tutor) sed act. nego. gesto. pupillo tenebitur Viuianus.

Vbi est defectus personæ, ibi non potest quis sibi vindicare nomen tutelæ vel curæ, sed simplicis gestionis. h. d. Bal. Vel sic: Miles armatæ militiæ nō potest esse tutor vel curator. Salyc.

IIII. *Idem A. Emerito.*

Militiæ armatæ[a] muneribus occupatus, neq; si legitimus, sit, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo, etsi voluerit[b], tutor vel curator fieri potest, sed si errore ductus, res administrauerit: negotiorum gestorum[c] actione conuenitur. PP. X Kal. Aug. Peregrino & Æmiliano Coss.

Tutor non potest dari à iudice qui non est suppositus iurisdictioni suæ. Salycetus.

V. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aemilianæ*.

NEq; à præside alterius prouinciæ, neq; à magistratibus municicipalibus[d] tutorem ortum ex alia[e] ciuitate nec domicilium vbi nominatur habentem, iure dari posse ab eo cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est. Neq; cessatio iniuncti perperam officij, ad periculum eius pertinet[f]. S. XII. Kalen Maij. AA. Coss.

Matre negligente filiis tutorem petere alij ad petendum admittūtur: & potest præses tam per se, quàm per magistratum ei tutorem dare. Salyc.

VI. *Iidem AA. & CC. Leontio.*

QVod dicis[g] matrem filij tutores nolle petere, super hac re adi præsidem prouinciæ: qui si eam neglexisse perspexerit*: etiam ipse[h] magistratibus dare tutores, vel nomina[i] mittere[k], vt ab ipso[l] decreto[m] tribui possint, iubere nō prohibetur†. PP. II. Kalen. Maij AA. Coss.

a ¶*Militiæ armatæ*. ad differentiam[a] inermis: *vt j. de episco. & cle. auth. presbyteros. ij.*

b ¶*Voluerit.* vt *institut. de excu. tuto. §. idem. & in milite. & j. de leg. l. ab administratione. & facit j. loca l. milites. & de proc. l. ita demum.*

c ¶*Negotiorum gestorum.* vt & *j. de testamen. tutela. l. j. & de neg. gest. l. curatorem. & ff. de negotiis gestis. l. iij. §. hac actione.* Item & protutelæ: *vt ff. de eo qui pro tuto. l. j. si quis tamen.* sed in hoc potest dici contra: *vt in ea l. si quis quasi.* Accur.

NEque à præside.] CASVS. Si præses & magistratus hominem non suæ jurisdictionis nominauerit ad tutelam non tenet nominatio: nec tenebitur si tutelam non administrauit.

d ¶*Municipalibus.* eiusdem prouinciæ. Hug.

e ¶*Ex alia.* scilicet alterius prouinciæ, quando à præside: *vt j. qui petant tuto. l. in locum.* nisi quando non inueniuntur in ea prouincia idonei: *vt ff. de tuto. & cu. da. l. diuus.*

f ¶*Pertinet.* vt aliqua actione teneatur: vt ar. *j. de appella. l. nominationes.* si vero spontè gessit, tenetur negotiorum gestorum *vt j. l. proxima.* Item not. secus in testamentario, quàm hic dicitur in datiuo: *vt ff. de testa. tut. l. quæro in prin.*[b] sed tamen poterit excusari: *vt j. de excu. tut. l. testamento. & facit ff. de tut. & cura. da. ab. his. l. ij. & iij. & j. ti. ij. l. j.* Sed quę est ratio diuersitatis? Dic quia in dando à iudice concurrere debēt quatuor: *vt not. j. de confir. tut. l. si vt proponis.*

QVod dicis] CASVS. Si mater filiis tutorem non petit, creditor adire potest iudicem, & petere vt iudex eis det tutorem.

g ¶*Quod dicis.* ◎ tu creditor.

h ¶*Etiam ipse.* scilicet præses iubere non prohibetur &c. sic ergo magistratus dat tutores iussu præsidis. *sic & institu. de Attil. tut §. penul.* ¶Sed contra *ff. de tuto. & cura. dat. ab his l. nec mandante.* nam est mixti imperij datio tutoris: *vt ff. de tuto. l. muto. §. tutoris. quæ est similiter contra.* Solu. non[c] potest delegari non habenti iurisdictionem: sed habenti sic. hodie vero potest dare magistratus municipalis sine iussu præsidis, cum episcopo tamen: *vt institu. de Attil. tut. §. penultim.* Vel refert inter iubere, & mandare, siue delegare.

i ¶*Nomina.* quod melius est. & ita se corrigit. a Vel dic secundum distinctionum facultatem *vt instit. de Attil. tut. §. nos autem.*

k ¶*Mittere.* mittere autem debet nomina tutorum pręsidi alterius prouinciæ, cùm in sua idonei non reperiuntur: *vt ff. de tutorib. & cura. dat. ab his. l. ius dandi. & l. diuus.*

l ¶*Ab ipso.* scilicet præside.

m ¶*Decreto.* scilicet suo præsidis, quo dabit eum tutorem: vel quo concedet ei administrationem.

a Militia armatæ & inermis differentia.

b Ista est ratio, quia datiuus dari à iudice, inspecta eius iurisdictione. Testamentarius non habet salarium.

* perspexerit.

c Tutoris datio an possit delegari.

* Alteno.

Seruus non potest dari à iudice tutor vel curator. Salyc.

VII. *Iidem AA. & CC. Rufo.*

IN seruili conditione constitutum tutorem vel curatorem à præside[n] dari non posse, nullam habet iuris dubitationem. S. II. Non. Iul. Philippopoli. AA. Coss.

Iure isto creditor potest esse tutor debitoris, & sibi soluere tutela durante. Salyc.

VIII. *Iidem AA. & CC. Excelsio.*

CReditorem debitoribus tutorem datum, non tantum petitionem[o] non amittere, sed etiam ipsum sibi posse soluere, non ambigitur[p]. PP. V. Non. Iun. CC. Coss.

IN AVTHENT. VT hi qui ob. se ha. per. §. sed & si quis. colla. VI. constitu. II.

Creditor vel debitor minoris non debet eius curam suscipere: & si suscipiat & taceat, creditor actionem perdit. Si debitor taceat, solutione interim facta non iuuatur: & si post administrationem susceptam creditor vel debitor eius efficiatur, curator ei adiungitur: & si cessionem aliquam contra minorem receperit, illa vti non poterit: sed minoris lucro cedit. Salyc.

MInoris debitor[q], vel is cui minor tenetur, aut qui minoris res tenet, à curatione[r]

IN seruili.] CASVS. Præses vel iudex seruum tutorem dare non potest Viuianus.

n ¶*A præside.* à testatore sic; *vt instit. qui testa. da. tu. po. § j.*

CReditorem.] CASVS. Creditor pupilli potest tutor eius esse, nec petitionem debiti amittit, sed sibi soluere tenetur. Viuianus.

o ¶*Petitionem.* eorum quæ ei debeat pupillus cui datus ipse tutor est.

p ¶*Non ambigitur.* vt & *ff. de contrahen. empt. si filius. § j. & j. de excus. tu. neque. & ff admin. tutor. l. quotiens. § sicut.* vbi etiam punitur si sibi non soluat, cum possit: *vt instit. de excu. tut. § item propter litem. & j. de in litem dan. tu. l. fi. & ff. de admin. tut. l. tta autem § debitor.* Sed hodie.

MInoris.] CASVS. authent. corrigit l. in eo quod dicit quod creditor pupilli potest esse tutor eius: & si tutor ab initio creditor pupilli non fuerat, sed postea fiat: quia fortè pupillus successit ei qui erat obligatus tutori: tunc alius debet adiungi illi tutori. ab initio autem debet tutor iurare se debitorem vel creditorem non esse pupillo: quia si tacet, amittit actionem. si debitor est, licet soluat, non liberatur. & si tutori cedatur actio aduersus pupillū, tutor eam exercere non poterit, nec ille qui cessit: quia fecit contra ius Viuia.

q ¶*Debitor.* Sed quid si est in modica[a] quantitate debitor: Resp. non per hoc prohibetur. *ar. ff. de excu. tu. l. non tantum. in pr. & de ven. insp. l. j. in fin. & de pign. act. l. si quis. §. j. & de leg. tu. l. legitimos. ibi maximè si modica &c.* ¶Excipitur[b] mater & auia: *vt j. tit. j. authen. ad hac.* ¶Item quid si rem minoris possideat[c], vel econtra rem eius minor: vnde rei vindicatio competit inter eos? videtur non per hoc prohiberi: *vt insti. de auct. tut. §. fi.* & quia non est obligatio, nec actio: *vt instit. de actio. in prin. & j. si vnus ex plu. l. ij.* Quidam tamen contra: quia instrumenta pertinentia ad talia, posset subtrahere: *vt in corpore. §. j.* ¶Item quid[d] si habet res communes secum? Non videtur prohiberi: *vt j. de excu. tut. l. quod res.* Sed per authenticam hanc potest contradici. ¶Item quid si est naturale tantum debitum inter eos? Videtur prohiberi: quia deduci potest: *vt ff. de nego. gest. l. at qui natura.* & impedit donationem: *vt ff de dona. l. hoc iure. §. si quis seruo.* a Econtra quòd non: quia non dicitur creditor: *vt ff. de ver. sig. l. creditor.* & hoc placet: neq; poterit deducere: *vt arg. ff. de peti. hereditat. si quid poss. ssor in prin. ibi, sed & ipsi &c.* Accur.

r ¶*A curatione.* similiter[e] à tutela[f]: *vt in nouella, titu. qui tuto. vel cura. pupillo. & in authen. eos. §. sed & si quis. ibi, sed coniungi tutorem &c.* & quia eadem[g] ratio prohibitionis. *arg. j. ad l. Fal. l. fina. & colligitur in authent. vt sine prohi. matres debit. & credit. §. j. & in rubri collat. vij.* ¶An ergo in omni tutela est hoc verum? Quidam quòd sic: quia generaliter dicit. a Alij excipiunt testamentarium: quia fides &c. *vt institu. de satisda. tu. § j. & ff. de cur. fur. l. si furioso. in fine. & j. de epi. au. de creationibus.* Sed certè eadem ratione datum ex inquisitione debent excipere: quia & eius fides est approbata: *vt instit. de satisda. tut. §. ij.* & sic in solis legitimis & datiuis sine inquisitione haberet locum hæc auth. quod M. concedit. Sed prima placet, vt omnes.

† prohibetur.

a Tutor vel curator esse nemo propter modicum debitum prohibetur. vt hic, & ide Gloss. Nouella 72. ca. 3. in verbo, honorum obligatum. Lopes l. 14. tit. 16. parte 6. in verbo, deuido. Montaluo ad l. 4. tit. 7. lib. 3. fore in verbo Homeri.

b Tutelam vel curam mater & auia, licet debitrices aut creditrices, liberorum gerere possunt. Gloss. d. Nouell. 72. c. 1. in verbo ad curationem.

c Item tenet Bal. in d. N. vt hi qui obligatam colla. 5.

d Vt qua scripsi ad l. quod res de excus. tut.

e Patium eadem est ratio: vnde dicitur casus quos necesit paritas mulctatis & identitas rationis, non esse quod ad istis dispositionem separandos. v. Eneguardum in loco a simili.

f Curæ & Tutelæ similitudo seu extensio à cura ad tutelam. Boerça de decem tutorum c. 3. & lib. 14. tit. 16. parte 6. Mynsinger in l. quo tutel. ff. de reg. iur.

g Tutor curatorve pupilli adultive esse nō potest qui eius creditor est vel debitor.

nes etiā testamentarios cōprehēdat. Nec ob. quasi videatur fides approbata &c. quia istud verū quo ad satisdationē vitādā. nō quo ad ea quæ hac cōstitutione dicūtur, cū ne tūc hæc cōstitutio fuerit cogitata. licèt ex eo quòd excipitur mater tātū & auia: vt j. tit. j. auth. ad hæc. relinquitur in omnibus aliis loqui in authen. de non alie. §. vt autem. collatio. ij. & videtur expressū in corpore. §. & hoc dic mus. ADDITIO. Aduertas quòd in testamentario tutore O. quē sequitur Bart. hic, sic distinguit, aut testatorqui dedit tale tutorē, sciebat ipsum esse debitorem vel creditorem: & tunc potest esse tutor: quia fides ei &c. aut ignorauit, & tūc vera est opinio istius glossæ: quia non potest videri approbasse fidē eius quem talem ignorabat. argum. l. mater. & ff. de inofficio. testa. vide latius Bart. hic in ver. quæro an ista authen. habeat locū &c.

a ¶Prohibetur. ergo si vellet, non admittitur: vt hic. Sed j. dicitur quòd admittatur: sed amittit debitum. vnde dicunt quidam, nō prohibetur, quando dimittit debitū: & sic est magis excusatio quàm prohibitio: imò reiicitur, si sciatur ab initio: vel admissus perdit debitum.

b ¶Creditor. Quid si malè administrauit, & sic factus est debitor: vel econtra de suo impendit, & sic factus est creditor? Respond. in talibus non habet locū hæc authen. sed quando obuenit tutori hereditas debitoris vel creditoris minoris, vel minori obuenit hereditas debitoris vel creditoris tutoris: vt tunc curator adiungatur: vt in corpore. §. sed & si quis.

c ¶Non sine adiuncto. Ergo cum adiuncto sic. ita quod ab initio valet, non vitiatur, licet in eū casum perueniat à quo incipere non potest: vt instit. de leg. §. econtrario. Sed arg. contra ff. ad legē Aquiliā l. qui in eum casum.

d ¶Hoc autem. nec sit licitum cuilibet euadere tutelam ab initio. ¶Sed quid si paratus est soluere quod debet minori? Adhuc videtur repelli quasi suspectus: quia se ingerit. arg. ff. de procura. l. quæ omnia. E contra quòd non. vt ff. de iure immu. l. semper. §. conductores. & de vsufr. l. cum fructuarius. Potest distingui an est idoneus vel non. argu. ff. ad l. Cor. de fal. l. vxoris. §. j. & de testa. tut. l. ex sententia. ᵹ Vel potest distingui an se offerat etiam ad tutelam vel non. arg. de condit. & demon. l. hæc conditio. j. ¶Item quid si debitum erat ei singulis annis? videtur quòd pro annis quibus fuit tutor, amittat debitum: pro sequentibus readsumat: vt ff. de condit. & demon. l. pater. §. fin. Alij distinguunt, debeat ex stipulatione, vel legato: vt primo casu totum perdat, quasi vna stipulatio sit. secundo valeant prædicta: quia plura sunt legata. arg. ff. de dona. causa mor. l. senatus. §. fin. ¶Item quid si conditionale debitum est? Respon. idem quod in puro.

e ¶Credere sic s. de iura calum. l. ij. §. j. secus aliàs: vt ff. rerum amot. l. Marcellus & in teste: vt s. de test. l. testium.

f ¶Iacturam. hoc si sciuit. aliàs secus. argument. infra de tab. l. generaliter. lib. x. & ff. si liber. inge. esse dec. l. secunda. ¶Item quid si postea sciuit? Respond. tenetur denunciare: aliàs perdit. argum. supra de in- ...

[Margin notes:] a Tutor saltem testamentarius non esse possit, in quo creditor vel debitor est pupilli & non posse putat hic Accursius. Verū receptior est contraria. Azonis sententia, existimans à testamento tutorem, ... Guido Papa qu. 144 ... Bessianum ... Menchaca ... Lopez leg. 1. tit. 16 part. 6.

b Tutor esse potest, etiam creditor pupilli, si modo creditor renunciet, quod facere videtur, dū ipsam tutelam acceptat. vt hic. & si nescier in se utem propter istam. Inst. de excus. tutor quod negare videtur Maynetius in l. quo tutela. ff. de regu. iuris.

c Initio quod non valet, non vitiatur licèt in eum casum perueniat à quo incipere non possit.

prohibetur[a]. Nam & ante curator, si minoris creditor[b] efficiatur, non sine[c] adiuncto curatore administrabit. Hoc autem[d] ab initio vel probet, vel iuret se credere[e] minorem obligatū, vel res eius habere. Nam si taceat, actionis sustinebit iacturā[f]. Itē si debitor taceat: nec redhibitione[g], nec alia[h] tempore curationis solutione[i] iuuabitur. Sed si actionis cessionem aduersus minorē suscipiat[k], nec post curam quidem depositam ea permittitur vti: nec is qui cesserit, agere debet[l], cum in legem commiserit, licet cessio pro iustis causis facta sit: sed minor lucrabitur: His valentibus in omni cura, prodigorum fortè, aut furiosorum, aut dementium, & omnium quas introducunt leges.

Habenti legitimum tutorem non potest dari datiuus. h. d. Bald. Vel sic: Habenti tutorem legitimum non debet dari datiuus: nec datus tenetur administrare. Salyc.

IX. *Iidem AA. & CC. Maximiano.*

SI sororis tuæ filiis tutore legitimo patruo constituto[m], nec vllo excusato priuilegio, tutor datus[n] es cum habenti tutorem alium dari iura[o] prohibeāt: necessitatem administrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur. S. III. Kal. Februa. Sirmij CC. Conss.

In locum tutoris vel curatoris non potest alius nisi causa cognita subrogari. h. d. Bald. Vel sic: Propter absentiam curatoris alius non adiungitur nec substituitur, nisi illo remoto: & curator ante suam absentiam debet actorem constituere, ne damnum incurrat. Salycetus.

X. *Iidem AA. & CC. Florentino militi.*

CVratorem[p] * habenti neque adiungi[q] nisi causa cognita, neque in locum eius alium substitui, nisi ante priore remoto, ambigui iuris nō est. te quoque[r] † absfuturum: damni quod medio[s] tempore negotiis pupillaribus contigit esse succedaneum: cum actorem periculo tuo constituere debueras[t]: nec iure magistratum in absentia tua alium creasse certum est. PP. III. Kal. April. CC. Conss.

Iudicium decet legitimè inchoari ad hoc vt possit iuridicè terminari. h. d. Bal. Vel sic: Minor non habet legitimam personam standi in iudicio: ideo ei debet dari curator generalis, vel ad litem. Salyc.

XI. *Impp.* CONSTAN. * A. & CONSTAN. *Cæs. ad Bassum præfectum vrbi.* †

IN vniuersis litibus[u] placet nō prius puberē iustam[x] habere personam, nisi interposito decreto, aut administrandi patrimonij gratia[y], aut in litem fuerit curator datus: vt iuxta præcedentia nostræ pietatis statuta[z] legitimè initiatæ litis agitata in iudiciis controuersia finiatur. Dat. III. Id. Octob. Aquileiæ. Cōstant. A. & Licinio Coss.

Curator generalis non potest in lite mota facere ordinari specialem tutorem. h. d. Bald. Vel sic: Curator generalis non potest deserere litem inchoatam, nec administrationem generalem propter specialem. Salyc.

XII. *Imppp.* VALENTINIANVS, GRATIANVS & THEOD. AAA. *Eutropio.*

CVrator adolescenti ordinatus, post inchoatā litem nō ...

cess. nup. l. qui contra. Arg. contra ff. de bo. lib. l. qui cum maior. Vel potest dici vt remoueatur ab administratione.

g ¶Redhibitione. id est solutione debiti.

h ¶Alia. vt quia aliud pro alio soluat.

i ¶Solutione. speciale. aliàs contra: vt instit. quibus modis tollitur obligat. in princ.

k ¶Suscipiat. durāte cura vel ea finita: vt in corpo. §. quod si quis. & in nouel. quis tuto. vel cura. pupil. c. nulli. & etiā fortè post redditam rationē: licet sic argu. contra s. de interdicto ma. l. si patrus. Sed ibi cessat ratio prohibitionis, hic non. ¶Item an hæc authent. habeat locum in administrante tantum? quod videtur: quia tā in rubrica quàm in eiusdem corpore de gubernatione in pluribus locis facit mentionem. Sed potest dici cōtra, cum omnes teneantur: vt ff. de sol. l. quod si for te. §. j. Accursius.

l ¶Agere debet. sic s. ne li po. l. j. & ij.

SI sororis.] CASVS. Filiis sororis tuæ datus erat tutor patruus eorum. postea iudex volebat eis dare tutorem cōtra regulam iuris qua dicitur quòd habenti tutorem &c. an eo te ex causa te tenebeis ex datione, quæritur? dicitur quòd non.

m ¶Constituto. à lege.

n ¶Datus. tu qui es auūculus, & datus es à iudice, vel in testamēto minus solenni. ¶Et nos. hic legitimam superare datiuam regulariter. sed fallit: vt ff. de testa. tute. l. si quis sub conditione.

o ¶Iura. vt & j. quib. ex cau. tut. ha. l. dices.

CVratorem.] CASVS. Habenti tutorem vel datiuum vel legitimū, alius eo non remoto subrogari nō potest. idem est in curatore. Si ergo in absentia curatoris alicu us adulti te index curatorem dederit: non tu, sed primus tenebitur quia actorem periculo suo debuit constituere. Viuianus.

p ¶Curatorem. aliàs tutorem.

[Margin:] * Sic reperi in plerisque. In vno tamen codice adnotatū, al. tutorē in aliquo ter vetō. Lutorem quæ... interpretationi deest hoc ... † aliàs, te ad futurum damni quod medio tempore contigit, esse succed. &c. sed rectius, absfuturum.

* al. Constātinus & Constātius. † PP. in C. T. l. j. t. a.

q ¶Neque adiungi. s. alium vel actorem, vel curatorem, vel tutorē. Azo. licet regula iuris non sit impedimento quo minus habenti curatorem curator detur: vt ff. de tut. & cur. da. ab his l. venter. §. j.

r ¶Te quoque scilicet priorem curatorem.

s ¶Medio. postquam cœpisti abesse donec reuertaris.

t ¶Debueras. antequam abesses. & hoc si necessitate impediaris, secundum quosdam. ᵹ Tu dic etiam ex voluntate, dummodo aliqua iusta causa sit: vt hic, & ff. de adm. tu. l. decreto. in princ. & facit instit. de cura. § fi. & j. eo. l. curator. & de tut. vel cur. qui satis non dedit. l. ij.

IN vniuer sis.] CASVS Minor non habet legitimam personam standi in iudicio, nisi generalem vel specialem habeat curatorem: vel venia obtenta ætatis. Viuianus.

u ¶Litibus. nisi in possessione momētaria: vt s. quis leg. s. l. momentaneæ.

x ¶Iustam. s. litigandi: vt ff. de re iudic. l. a. Sed contra. & s. si aduer. rem iudic. l. cum & minores & s. qui leg. per. l. ij.

y ¶Gratia. puta data venia ætatis: vt & s. de iuege. in integr. restit. l. Lo quo. §. j.

z ¶Statuta. hac lege.

CVrator.] CASVS. An curator in litem datus minori, si litem fuerit contest. eam deserere possit, & sibi alium, qui litẽ peragat, possit curatorem subrogare, quæritur? Dicitur quòd non.

a ¶*A se.* i. si quis curator datus adolescenti cœpit agere causas ipsius: & dicat postea ꝙ quidam alius melius debet esse procurator: & sub tali prætextu velit deserere administrationem. concor. ī. *de adm. tut. l. si. in prin.*

NE *magistratuum.*] CASVS. An magistratus colonum principis patrimonialem cōpellere possit ad suscipiendum tutelam, quæritur? Dicitur quòd nō: nec aliū qui habeat priuilegium, quo se possit excusare. Viuianus.

b ¶*Patrimonialem.* scilicet[a] priuatæ rei Cæsaris: nam[b] fiscalis non excusatur: *vt ī. de excusat. tut. l. coloni. quæ est contra.*

a Vel hic de perpetuo: ibi de temporali colono, qui potest se remouere à cultura.

c ¶*Alium.* vt militem: *vt s. e. l. militiæ armatæ.* Et not. ꝙ his casibus[c] ipso iure non tenet datio: sed quādo potest datus se excusare tenet decretū: nisi se excuset hic, & si vellet nō potest. *& facit ff. de iure imm. l. semper. §. coloni. & § conductores.* ¶Item not. hîc ꝙ quidā non[d] possunt esse tutores nisi testamētarij, vt ecce serui: *vt s. e. l. in serui li.* Item non municipes: *vt ff. de tu. & cur. da. ab hu l. iij. & de testa. tut. l. quæro. in prin.*

d ¶*Nuncupatione.* id est nominatione.

a Colonus patrimonialis quis.
b Coloni patrimonialis à fiscali differentia.
c Tutores qui lege prohibentur tutores esse, dati à iudice non possunt. & hoc quidē casu ipso iure non tenet datio: quod si simpliciter ius se excusandi habent, dari possunt, sed & dati, nisi se excusauerint, tutores esse coguntur.
al. fungatur *al.* fungi debeat. *al.* quādo mulieri.
† *al.* Actiliæ a. Octobianæ.
d Tutores nisi testamentarij serui vel non municipes esse nō possunt.

potest sub prætextu specialis curatoris à se * nominati aut litem cōtestatam deserere, aut ab administratione se subtrahere. D. IIII. Kal. Octob. Constantinop. Eucherio & Syagrio Coss.

Principis colonus nec alius priuilegiatus debet tutor dari. Salyc.

XIIII. *Impp.* HONO. & THEODO. AA. *Monaxio præfect. vrbi.*

NE magistratuum vlterius procedat licentia: plenius designamus, ne patrimonialem[b] colonum, siue alium[c], priuilegio ab hac nuncupatione[d] defenditur, tutelæ muneris adstringat officium. Dat.* Honorio. VIII. & Theodosio. AA. Coss.

TITVLVS XXXV.

QVANDO MVLIER tutelæ officio fungi potest*.

Mulier de iure communi non potest tutelæ officio fungi. Salyc.

I. *Imp.* ALEXAND. A. *Otacilia* †.

TVTELAM administrare, virile munus est, & vltra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est[e]. PP. X. Kalen. Octob. Iuliano. II. & Crispino Coss.

Olim mater non poterat esse tutrix nisi per priuilegium impetraret, & renunciaret secūdis nuptiis, & Velleiano & omni alio auxilio: & habet hoc locum in matribus tam legitimorum, quàm bastardorū. hoc dicit. cum l. seq. Bald. Vel sic: Mater ætate maior, ad tutelam filij iure isto non poterat peruenire existente testamētario vel legitimo: & eis deficientibus si volebat hoc impetrare, debebat iurare quòd ad secundas non transeat nuptias: & si postea secundas ineat nuptias, bona huius secundi mariti obligantur filiis pro administratione tutelari. & quando mater secundas præeligit nuptias, de alio tutore per iudicem filiis debet prouideri. Salycetus.

II. *Impp.* VALENTINIANVS, THEODO. & ARCAD. AAA. *Tatiano.* P. P. *

QVANDO MVlier tutelæ officio fungi potest.

Quod quandoque permittitur: vt ī. eo. l. ij. & iij. regulariter contra. vt ī. eo. l. s.

TVtelam.] CASVS. Ad administrandā tutelam pupillorū masculus non fœmina vocabitur: quia tale munus excedit infirmitatem eius sexus. Viuia.

e ¶*Officium est.* vt & *ff. de test. tu. l. iure nostro.* nisi à principe impetret: *vt ff. de tute. l. fin. & facit ad l. istam. ff. de reg. iur. l. ij. & de postu. l. j. §. sexum. & de eden. l. penul. & ad Velleia. l. j. & s. de arbi. l. fin. & ff. de sta. hom. l. in multis.* Sed contra *ff. de neg. gest. l. qui aliena. § quanquam.* Sed ibi non fuit tutrix, licet pater eam rogauerit de filiis.

* *e. T. 4. 17. 4.*

MAtres.] CASVS. Mulier si vult administrare tutelam filiorum, potest, si hoc impetrauerit à principe, & ei confirmetur. antequam tamen fiat confirmatio, iurare debet se non venturam ad secundas nupt. quo subsecuto, si nubat omnia bona mariti secundi erūt obligata pupillo. ab initio autem electionem habet vel nubere, & non administrare: an econtra. Tunc demum autem mulier ad tutelam admittitur, cum nullus tutor testamentarius neque legitimus superest, vel remouetur vt suspectus, vel se excusauit propter animi vel corporis impedimentum: & tunc si mulier magis velit nubere quàm esse tutrix, audienda est: & præfectus cum prætore tutorem dabit: in prouinciis rectores earum seu iudices ex inquisitione tutores dabunt. Viuia.

f ¶*Postulant.* à principe vel præside prouinciæ: *vt & ff. de tu. l. fina.*

MAtres † quę amissis viris tutelam administrādorum negotiorū in liberos postulant[f]: priusquam confirmatio[g] officij talis in eas iure eueniat, fateantur actis[h] sacramento præstito, ad alias se nuptias non venire. Sanè in optione huiuscemodi nulla cogatur, sed libera in conditiones quàs præstituimus voluntate descendat. nam si malunt alia optare matrimonia, tutelam administrare nón debét. Sed* ne sit facilis in eas[i] post tutelam iure susceptam irruptio: bona eius primitus, qui tutelam gerentis[k] affectauerit nuptias in obligationem venire, & teneri obnoxia rationibus[l] paruulorū præcipimus[m]: nequid incuria[n], ne quid fraude depereat. His illud adiungimus, vt mulier si ætate maior est[o], tunc demum petendæ tutelæ ius habeat, cum tutor vel testamentarius vel legitimus † defuerit, vel priuilegio a tutela excusetur, vel suspecti genere summoueatur, vel ne suis quidem pro animi aut corporis valetudine administrandis facultatibus idoneus[p] inueniatur. Quòd si fœminæ tutelas refugerint, & prę optauerint nuptias: tunc demum vir illustris præfectus vrbi, accito prætore, qui impertiendis tutoribus prę sidet, siue iudices qui in prouinciis iura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores iubebunt. Datum XII Kalendas Februa. Mediolani. Valentiniano. A. IIII. & Neotherico Coss.

IN AVTHENT. DE hered. ab intest. §. ex his colla. ix. constit. j.

Mater & auia renuncians inter acta nuptiis & Velleiano, extantibus testamentariis præfertur legitimis & datiuis. fœminis aliis interdictis. Salycet.

MAtri[q] & auiæ[r] secundum ordinem[s] tutelam[t] etiam

g ¶*Cōfirmatio.* i. antequā firmiter possit gerere per decretum: *vt in auth. vt hi qui obl. §. si col. vj.*

h ¶*Actis.* in sua prouincia. *& est sic. s. de his qui ve. æta. l. ij.*

i ¶*In eas.* s. nuptias.

k ¶*Gerentis.* s. mulieris.

l ¶*Rationibus* *. scilicet præteritis.

m *Præcipimus.* vt & ī. *in quib. cau. pign. ta. contra. l. si mater. & in auth. de nup. §. si autem tutelam. coll. iiij.*

n ¶*In curia.* i. per negligentiam.

o ¶*Maior est.* vt s. *de legi. tu. l. fin.*

p ¶*Idoneus.* cum non est idoneus non videt esse: *vt & ff. quod cuiusq. vniuersitatu. l. j. §. & quidem.* Et no. ꝙ per auth. hic positas hæc l. in multis corrigitur. Primo, quia hodie nō est necesse principem adiri. Secundó, quia nō oporteat eas iurare. Tertiò, quia maiores pœnas patiuntur: *vt habes s. de secun. nupt. authen. iisdem pœnis.* Quarto, quia hodie legitimi non præcedunt eas.

MAtri.] CASVS. Dicitur in l. coditis ꝙ mulier tunc demum admittitur ad tutelā, cū nullus ali⁹ legitimus eā pręcedit. hic dicit ꝙ mater & auia præcedunt tutores legitimos, & mater prius quàm auia admittitur. hoc tamen ita, si coram iudice renuncient secūdis nupt. & senatusconsulto Velleiano. & solis testamentarij eas præcedunt: datiui autem & legitimi eas sequuntur.

q ¶*Matri.* legitimæ vel naturali: *vt in auth. vt sine probi. §. j. in fi. §. col. vij. & ī. eo. l. fin. in fin.* ¶Sed quid si est mater, & pater? Dicunt pręferri patrem quasi legitimū: *vt in l. ij. & l. fi. in fin.* ¶Item quid si best auus & auia? Dicūt quidā ambos admittendos. cum non sit cautum quòd auia per legitimos repellatur. secundum hoc si erit mater & auus, præponitur auus paternus, cum sit legitimus: sed si erit pater & auia, æqualiter admittuntur: cum ille vt legitimus, illa per auth. admittatur. Nec ob. quod dicit in fin. hic, solis testamentariis eas præcedentibus: quia est sensus. i. non legitimi transuersales. superiores autem admittantur vt olim: *vt in tot. huius authen. ibi, hos enim sortientes & c.* & bene probatur in nouel. eo. tit.

r ¶*Auiæ.* hoc est nouum de auia: mater enim etiam per legem Codicis admittebatur.

s ¶*Secundum ordinem.* cum primo[c] mater, secūdo auia admittatur.

t ¶*Tutelam.* ¶An idem in cura? Quòd videtur[d], *vt in authent. vt sine* ...

† Probari sic est c. ex parte, cum gl. extra de appel.
a De hac tacita hypotheca v. Negusan. de pign. tract. de pign. 2. parte 4. membro numero 156. adde l. si mater. ī. in quib. caus. pign.
* Intellige iste versiculo, aliis iam petitis tutoribus & reddita ratione. secund. matrimonium sit contractum. in authent. de nup. § si autem tutelā. ī. de secun. nupt. authen. eisdem in fin.
† Imo legitimis omnibus præfertur mater, vt ait Panormi. sub. tit. 36.
b In tutela mater auus & auia præferantur.
c Tutela primo defertur matri postea auiæ.
d Mater potest esse tutrix & curatrix liberorum.

prohe.ma.§.quia verò matribus. & §.quia verò multam.coll.vij. Item eadem[a] est æquitas.arg.j.ad l.Falc.l.fin. Item authen.illa, vt sine prohi.ma generaliter prohibet à tutela & à cura creditorem & debitorem minoris.sic ergo & illa,vt sine prohibitione &c.generaliter videtur except pere,vt ex illius contextu euidenter apparet, scilicet vt sine prohibitione &c. & probatur in authent. de filiis ante dota. instru. na.§.cum omnibus.collat.iij. Sed contra j. de cur. fur. cum repudiante. Sed potest dici correcta per illam authen.vt sine prohibitione, vel in curatore furiosi speciale esse:vel aliter esse non poterat, quia & fortè minor erat. & sic prima placet opinio.

a ¶Permittimus.ergo nō cogitur[b] vt hic, & in l.ij. ibi,sanè in optione &c. & in l.fin.circa princ. & in auth. in li.ma. & aut.e. in princ. coll.viij.licet quidam dixerunt contra. ¶Item nūquid est legitima,vel datiua? Videtur legitima:vt j.ad Tertul.l.omnē. E contra datiua,cum legitimi per l. codicis eā præcedebant:vt in l.ij. & ß.in fi.præterea.l.non dat, nisi se offerat,vt hic colligitur. quod non fit in legitimis:vt ff.de leg.tut. l.legitimos.in prin. præterea non cōpellitur,nec periculum patitur si nō susceperit: vt hic colligitur. quare potest dici non esse datiuānec legitimam, sed extraordinariā: nisi dicas legitimā, id est secundum l.à iudice datam.sed videtur legitima: vt in auth. de here.ab intesta. §.ex his. coll. ix. & authen.presbyteros.j. ȝ.de epis.& cleri.

b ¶Inter gesta.id est coram iudice, scriptura inde facta.

c ¶Velleiani. & omni alio auxilio:vt in authen. vt sine probi. ma.§.quia vero.collat.vij. quæ renunciatio quo ad matrimonium non valet:vt in prædicto.§.sed quo ad Velleianum sic:vt ff.ad Velle. l.fi.§.pen. ¶Sed quibus hæc prod. st renunciatio,cum pro nemine fideiubeat:sed pro se ȝ.ad Velleia.l.si mater.in princ. Resp.cum ei ē litoribus pupilli promittat,pro pupillo intercedere videtur. ¶Sed quomodo eis absentibus facta iudici proderit? Respond. si actio quæritur[e] ex stipulatione iudicis absentis,multo magis replicatio: vt si proponat Velleianū, replicet[d] aduersarius.i.creditor de renunciatione:vt ff.rem pup.sal.fo.l.non quasi. ¶Item contra huic auth. ȝ.de procur.l.alienum.Sol.hic speciale.

d ¶Testamentariis. ¶Quid ergo si ipsa cum alio data fuit in testamento? Videtur quòd ipsa non debeat confirmari vel dari tutrix, quia testamentarius eam præcedat: cum dicas eam datiuam,non testamentariā. Et cum dicas confirmatum[e] tutorem datiuum,non testamentariū: vt not.in tit.de tut.§.fi. & ȝ.de confir.tut.l.ij. & per l.ß.de verbo.sig.l.lege.& in authen.de defen.ciui.§.interim.collat.iij. Solut.quidam de plano concedunt eam repelli hoc casu. sed H. dicit eam admitti. & quod hic dicit quòd testamentarij eam repellunt, loquitur quando ipsa non est data in testamento. Pro prima opin. est ff.de testa.tut.l.iure nostro. Pro secunda est in corpore ibi, defuncti nanque &c. & hoc placet. ¶Item quid si sola est data? Respond. non est tutrix, nisi à iudice confirmetur: vt ff.de nego. gest. leg. qui aliena.§.quanquam. secundum Azo. Alij dicunt corrigi per l.huius tit.& sic dicunt tutricem datam in testamento. Vel quòd ibi non fuit data tutrix, licet pater eam de filiis rogauerit. sed & si daretur,non confirmaretur vt ex illa datione:sed quasi nō esset data, dabitur per hanc auth.secundum quosdā.Prima placet, vt si est data,confirmetur. arg. in corpore ibi,defuncti namq; voluntas &c. nec ob. ff.de test.tut.l.iure nostro. quia in hoc fit correcta. ¶Item quid si datus est à iudice tutor matre ignorante? Videtur non tenere datio, quasi perperam fit decretum interpositum: vt ar.ff.de re.eo. quib.l.magis. §.si aes alienum. & de tut. & curat.da. ab his.l.scire oportet.& ȝ.qui da.tut poss. l.si sororis. Sed contra est: vt ȝ.de confir. tut.l.si vt proponis. ¶Et quod dicit de testamētariis,dic etiam de legitimis ascendentibus: vt modo notaui in glo. legitimæ vel naturali.

[a] Vbi eadem est ratio, vel æquitas, ibi eadem esse debet iuris dispositio v. Emerar. in loco à simili.

[b] Mater non cogitur suscipere tutelam filiorum suorum. adde Gl Nouel. 94. in verbo licentia.

[c] Ex stipulatione iudicis acquiritur absenti actio & replicatio.

[d] Renunciatio Velleiani quē effectum habeat.

[e] Tutor confirmatus, est datiuus, & nō testamentarius.

ante agnatos subire permittimus[a],si inter gesta[b] nuptiis aliis & senatusconsulti Velleiani[c] auxilio renunciauerit: solis testamentariis[d] tutoribus eas præcedentibus, legitimis & datiuis postpositis. Defuncti namq; voluntatem præponi volumus.preter has autem aliis mulieribus interdicimus officium tutelæ subire.

IN AVTHENTIC. VT sine prohi.mat. debi. & cred. §. propterea igitur coll. vij. const.iij.

Primo prohibet, secundo iubet, tertio conseruat. Secunda ibi,sed contractis. Tertia ibi, salua, & breuius summari non potest.

Sacramentum quidem non exigetur[e], sed contractis secundis nuptiis[f] expelli eam à tutela[g] conuenit, salua minoribus omni alia (prout iuris est) cautela[h].

IN AVTHENTIC. col.& constit.quibus supra.

Matris debitum non impedit eius tutelam,etiam si sit naturalis tantum agere tamen debet omnia quæ in legitimis sunt definita.

Ad hęc,& si debitum inter ipsam & filios quoquo modo vertitur:tutela materna non ideo minus[i] admittitur, debito in sua natura durante[k]. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia agēs quæcunque in legitimis definita sunt filiis.

Etiam filiis naturalibus tantum matres possunt esse tutrices omnia faciendo quæ in legitimis sunt cauta. Salyc.

III. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Iuliano præfecto prætorio.*

Si pater[*] secundum nostram constitutionem[l] naturalibus liberis in his rebus quæ ab eo in eos profectæ[m] sunt, tutorem non reliquerit, mater autem voluerit eorum (siue masculi sint, siue fœminæ) subire tutelam:ad exemplum legitimæ sobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub competente iudice interuenientibus, iuramētum antea præstet, quòd ad nuptias non perueniat,sed pudicitiam suam intactam conseruet: & renunciet senatusconsulti Velleiani præsidio, omniq; alio legitimo auxilio[n], suámque substantiam supponat: & ita filiorū vel filiarum naturalium tutricem eam existere sancimus. Omnibus quæ pro matribus & liberis earum ex legitimo matrimonio progenitis, diualibus constitutionibus cauta sunt, in huiusmodi matribus obseruandis.Si enim in filiis iustis,in quibus & testamentariæ & legitimæ sunt tutelæ,& tamen matribus,his deficientibus,ad prouidentiā filiorū suorū venire concedit[o]: multo magis in his casibus.

Sacramentum.] CASVS. Lex C. dicit q̄ mulier debet iurare,Auth. dicit q̄ non: sed si conuolet ad secundas nuptias,expellitur à tutela.Authen.ad hęc.addit ei quod lex.C.dicit, dicēs quòd si aliquod debitum contrahatur inter matrem & pupillū: tamen potest remanere tutrix. hoc dicit auth. hæc & sequens.

e ¶Non exigetur. de non nubendo.& sic corrigū tur iura quæ dicunt id exigi: vt in l.ij.C.& j.l.fi. & in authen. de nupt. §.si autem tutelam collat. iiij. & alia plura.

f ¶Contractis secundis nuptiis[a].Quid si aliàs luxuriata[b] est. Respon.est idē arg.in authen.de restit.& ea quæ.§.fin coll.iiij.& in authen.de nupt.§.si autem tutelam.colla iiij.

g ¶A tutela. Sed ad quos redibit[c] hoc casu? Dic ad datiuam, instar eius qui in locū suspecti vel remoti datur: vt ff. de te.tut. l.si quis sub conditione. Item & dicitur quòd ipsa met petat. j. in quibus cau.pign.ta.con.l. pen.& in aut. de nup. §.si autem tutelam.

h ¶Cautela. aliàs tutela, nam res mariti sui & iuge sunt obligatæ filiis: vt ȝ.in l.ij. & j.ad auth.de nupt.§.si autem tutelam.

i ¶Ad hæc.] Non ideo minus.Idem intelligo in auia & auo:quia affectionis ratio suspicionem remouet: vt ff.de rit.nupt.l. non solum.§.denuo.

k ¶Durante.secus in alio tutore:vt ȝ.tit.j.auth.minoris.&c.

Si pater.] CASVS. Pater filio suo naturali vnam vnciam de bonis suis relinquere potest:& si non det tutorē,an mater eius possit esse tutrix. Dicitur quòd sic,præstito ab ea sacramento quòd ad secundas nuptias nō conuolabit: & debet renunciare omni auxilio legitimo,& beneficio senatuscōsulti Velleiani:hisque in superiori lege,sacramēto,dicta sūt obseruādis.si.n.mater nul.o.e.exit:e tutore filiorūlegitimorū nāscisci potest tutelam. multo magis poterit esse tutrix filij sui naturalis,cū in hoc casu desinat legitima. Viu.

l ¶Secundum nostram institutionem.quę est ȝ.de confirmando tutore l.fin.

m ¶Profecta sunt.quæ possunt proficisci: vt ȝ.de natu libe.l.humanitatis. ¶An autem & spurij mater tutelam possit p. tercij quod videtur quia quantum ad eam non id inspicitur: vt insti.de success.§. vulgo.& ad Orfi.§.nouissime.¶Item an alij cognati[d] qui vocantur ad successionem, iure prætorio vocentur & ad tutelam? dic vt ȝ.de leg.tut.l.j. Hodie autem constat eos vocari iure nouo: vt in authē.de h.re.ab intest.§.ex his coll.ix.

n ¶Auxilio. vt in authen.de nup.§.si vero mater.colla.iiij. & in aut.vt sine prohi.matres deb.& c.e.§.quia vero multa.col.vij. ¶Et facit hoc ad generalem renunciationem:vt no.ff.si quis cau.l.sed & si.§.quæsitum.

o ¶Conceditur.vt ȝ.l.proxi.

[*] Parol vide. de confir.tu.

[a] v Goidmon Papa decret sup.

[b] Mul. extranēns ad secunda vota, liberorum tutelā amittit. Idem dicendū est si luxuriosè vixerit. Gloss. adde Bartol. Nouel. de nu. pt. §.autem tutela.

[c] v Glossam in l.si quis sub conditione in verbo in casum ff. de testam. tutela.

[d] Cognati iure nouo vocantur ad tutelam.

[e] Renunciatio generalis valet, vt hic. sed an & post speciale expressam de hac generalis renunciatione, adde Glossam in l. ß. ff. quis cautione. h. renunciatio in forma contra ponit loc. ig. in verbo. ab ipsa renunciatum legib.

IN QVI-

IN QVIBVS CASIBVS TVTOREM vel curatorem. &c.

Dic vel, pro id est. nam nullum casum sub hac rubr. ponit, quo habenti tutorem detur tutor secundum quosdam: sed certè ponitur. ff. de excu. tu. l. propter litem. *& datur intelligi* ʒ. eo. l. propter. *l. tem not. hic secundum In. quòd nouo iure vbicunque his legibus tutorem habenti tutor dabatur, non tutor datur, sed curator ei adiungitur: vt instit. de auct. tut. §. fin. Hug.*

bus, vbi legitima tutela euanescit, saltem alias eis dare humanissimum est. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.

TITVLVS XXXVI.

IN QVIBVS CASIBVS tutorem vel curatorem habenti, tutor vel curator dari potest.

Curator datus in locum absentis, eo reuerso deponit officium. h. d. Bal. Vel sic: Tutor vel curator datus loco absentis reipublicæ causa, desinit illo reuerso. Sal.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Tiberiano[a] & Rufo.*

SI in locum eius tutoris ad tempus[a] dati estis[b], qui reipublicę causa aberat, isq; iã finito munere quod ei iniunctum est, abesse desiit, quin ad eius officium curamq; pertineant[c] negotia pupillę, ambigere non debetis. Sed consultius[d] feceritis, si præsidem prouincię virum clarissimum adieritis, vt is ad administrationem tutelæ compellatur[e]. PP. VIII. Kal. Aug. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Curator datus in locum tutoris eatenus durat curator, quatenus duraret tutor. h. d. Vel sic: Curator datus impuberi, non durat post pubertatem. h. d. Bal. Vel sic: In locum tutoris excusati potest curator dari: cuius officium finitur pubertate pupilli. Salyc.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Valentiniano.*

POtuit quidem & debuit competens iudex locum excusati tutoris†, licet pupillus aliosquoscunque haberet tutores*, curatorem dare[f]. Quamuis autem curator cum alus in locum excusati tutoris substitutus sis: tamen periculo administrationis vltra pubertatis tempora non adstringeris[g]. PP. V. Id. Iun. Modesto & Probo Coss.

Curator adiungitur causa cognita. h. d. Baldus. Vel sic: Propter latitudinem seu diffusionem patrimonij curator potest adiungi curatori. Salycetus.

III. *Idem A. Hyla.*

PRopter* latè diffusum, id est, in diuersis locis constitutum[h] patrimonium vel quòd solus administrationi non sufficias, an tibi tutelam administranti adiungi aliquos curatores[i] oporteat præses prouinciæ, si te non sufficientem deprehenderit, æstimabit. PP. VIII. Id. Decem. Pompeiano & Peligno Coss.

Loco tutoris remoti, defuncti, vel relegati, alius debet substitui. Sal.

IIII. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Euplolo.*

LIcet tutorem habenti tutor dari nõ potest[k]: tamen certis ex causis alius idoneus substitui sententia competentis iudicis solet in locum suspecti qui conuictus ac remotus est, & in locum excusati[l], vel defuncti[m], vel relegati † tutoris. PP. Idibus Mart. Seculare. II. & Donato Coss.

Licet alius adiungatur, primus non liberatur. Bald. Vel sic: Propter augmentum facultatum tutori curator solet adiungi: tutor tamen non tenetur de gestis à curatore existente soluendo tempore finita tutela. Sal.

V. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Zenoni.*

CVm ob augmẽtũ facultatũ curatores adiũgi soleãt, nõ prius[n] dati[o] tutores ab administratione eorum liberãtur. Sanè si is[p] qui administrauit, tempore

SI in locum.] CASVS. Tutor erat reipublicæ causa absẽs interim datus est tutor. eo reuerso suscipiet tutelam: consultè tamen faciet curator si faciat eum compelli per iudicem: vt administr. tute. pup. suscipiat.

a ¶ *Ad tempus.* hoc non expresso. alioquin contra: *vt ff. de regulis iur. l. actus.*

b ¶ *Estis.* curatores: *vt instit. de cur. §. item in locum.* sed & tutores possunt dari, si hoc iudici sedeat: *vt ff. tut. l. quæsitum. & de suspect. tut. l. iij. §. si quis absuturus.* licet quidam exponant in l. ille tutor. i. curator.

c ¶ *Pertineãt.* nec enim vacationẽ aliquam anni habet: *vt instit. de excusat. §. itẽ hi qui reipublicæ.* nec etiam fuit finita tutela propter absentiam, & sic modo est eadem. nec interim quæsiti liberi cum excusant: nec potest conueniri interim directa actione tutelæ: *vt ff. de suspect. tut. l. iij. §. quod si quis. & de excusa. tuto. l. Titius.* sed vtili sic: *vt ff. de tute. & rat. distra. l. si tutor reipublicæ in princ. & ff. de suspect. tut. l. iij. §. si quis absuturus.* secus autem si in locum eius qui adhuc non est tutor, quia in diem vel sub cõditione datus sit, alius detur. quia ille desinit adueniente conditione[a]. Vel dic vt Instit. *de Attiliano tutore. §. j.*

d ¶ *Consultius.* i. consultè. ne quasi de culpa: quia si deserat, redargui possit: *vt arg. ff. de administ. tuto. l. tutores. §. quis.* vel certiorabat necessarios impuberis: *vt ff. de eo qui pro tu. nego. gess. l. j. in fi.* Alij dicunt quòd ex vrbanitate, *arg.* ʒ. *de interdi. ma. l. iij.*

e ¶ *Compellatur.* captis pignoribus. *vt institu. de satisd. tut. §. pen. & facit* ʒ. *de peri. tut. l. fin.*

POtuit.] CASVS. Si pupillus plures habeat tutores, & vnus se excusauit: in locum eius subrogabitur alius, qui vltra tempora pubertatis administrare non cogetur: licet curator detur, non tutor.

f ¶ *Dare.* scilicet curatorem vel tutorem: *vt ff. de testa. tut. l. si quis sub conditione. §. fin.*

g ¶ *Non adstringeris.* vt ʒ. *quando tut. vel curato. esse desi. l. j. & ff. de tut. & cura. da. ab his l. curatorem.*

PRopter.] CASVS. Si pupillus tutorem habens, diffusum habeat patrimonium, & in pluribus locis constitutum: si solus non sufficiat, adiungi poterit ei curator.

h ¶ *Constitutum.* in eadem tamen prouincia aliàs etiam tutor ei adiungitur: *vt ff. de excusa. tuto. l. propter litem. §. fin.*

i ¶ *Curatores.* Not. curatores: *vt & ʒ de excu. tut. l. testamento. & ff. de administ. tut. l. tutores qui post. §. rerum.* & est ratio quare non tutor: *vt no.* ʒ. *l. proxi.* Quandoque[a] tamen etiam tutores dantur: vt si in alia prouincia res sint ꝗ noctæ vltra centesimum lapidem: vt *d. l. propter.* & sic etiam potest intelligi. d. §. rerum. 2 Item & quando testamento datus erit sub conditione, vel ex die, & similibus: *vt ff. de testa. tut. l. si quis sub conditione. &* ʒ. *eo. l. licet.* 4 Item quando furiosus factus fuerit. *ff. de tut. l. si quis tutor. & l. cum plura.* 5 Item in alio ʒ. *eo. l. fi.* 6 Item in alio. ʒ. *ad Tertul. l. omnem. & in authen. de nupt. §. si autem tutelam. col. iiij.*

LIcet.] CASVS. Quamuis regula sit quòd habenti cur. tut. dari nõ potest, fallit tamen in casu cum in locum suspecti, conuicti, & remoti, vel defuncti, vel relegati, alius subrogatur.

k ¶ *Non potest.* vt ʒ. *qui pe. tu. l. cum tute. & qui da. tut. vel cu. pos. l. si fororis. & institu. de cur. §. interdum.* & hoc regulariter tamen &c. vt subiicit in exemplis: *vt ff. de testa. tut. l. si quis sub conditione.* Item fallit in aliis. *vt no.* ʒ. *l. proxi.* ¶ Sed quæ est ratio quòd habenti tutorem[b] curator adiungitur, sed non tutor: vt hac l. Respon. datus tutor plenitudinem potestatis habet in pupillũ, & eius res: vnde alius superueniens non posset habere eandem plenitudinem: quam curator non appetit. & sic potest adiungi, vt patet: quia tutor datus auctorizat in aditione hereditatis, & non curator: *vt ff. de app. l. cum in vna. §. tutor.* Item quia tutor personæ, & per consequens rebus omnibus datur: *vt insti. qui testa. da. tut. poss. §. certæ. & de excusa. tut. §. datus.* Sed curator rebus tantum: vt ʒ. *de nupt. l. in copulandis.* ¶ Item quæ est ratio, quòd habenti curatorem[b] potest alius curator adiungi: *vt ff. de tuto. & curat. da. ab his. l. ventri. §. fin.* & non habenti tutorem tutor? Respon. Ex prædictis ratio colligitur.

l ¶ *Excusati.* ad tempus, secundum quosdam: quod non placet.

m ¶ *Defuncti.* ciuiliter, vt deportatus: & sic remanet tutor: & sic non fallit regula.

CVm ob.] CASVS. Cum pupillo habenti tutorem obuenit aliquod augmentum, puta hereditas, ratione cuius datus erat curator, vel adiunctus: nunquid ideo primus desinit esse tutor, quòd alius sibi adiunctus est? Dicitur quòd non. & si adiunctus tempore finitæ tutelæ sit soluendo: licet postea factus sit non idoneus, periculum ad primum tutorem non pertinebit. Viuia.

n ¶ *Non prius.* i. quàm adiungendi dentur. hæc est falsa. Dic ergo non prius, scilicet per hoc, quàm si non adiungerentur: *vt ff. de administra. tuto. l. quotiens. §. fin.* & non curatores: sed & tutores dari possunt: *vt dixi* ʒ. *eo. l. propter.*

o ¶ *Dati.* scilicet prius.

p ¶ *Si is.* s. curator, vel tutor adiunctus sibi tutori.

a Non tamen cessabit sua administratio, nisi prius hic considederit, ... & arg. hic contrarium in gl. d. l. Saty co adiutorem datũ episcopo. eo mu... cessare: quia tam super c. ... administrator legitimus, scilicet capitulum ... de electio. sub ...
† curatoris.
* curatores.

a Tutor aliquando datur habenti tutorem.

a Pars lit. hic meo ... de excusat. tutor.

b Tutori habenti cur non ut curator, ità tutor adiungi potest.

† Sic in omnibus manuscr. itaque nõ puto admittendam emendationem quorundam, vt lisa legatur deportati: sed neque legatos p deportatis hic ea audio, nã falsò aiũt in locum relegati nõ dari tutorem, non id rectè probant. nihil. n. prohibet ei dari tutorem cui curator dari potest, vt hic in excusato liquet, cui & curator dari potest. l. s. ʒ. eod. Contius.

c Curatorem habenti cura- illus curator adiungitur.

a ¶*Finita tutela*. vnde non poterat fieri suspectus à te, cum soluedo esset: vt j. *de diui. tut. l. y.*
b ¶*Temporis periculum*. quo factus est non soluendo. *& facit* j. *de proba. l. ex persona.*
c ¶*Ad te*. tutorem prius est enim conueniendus qui administrauit augmentum, quàm primo dati, qui non gesserunt augmentum, etiã si ante desijt esse soluendo: vt hic, & j *si tut. non gesl. fi. de diui. tut. l. j. & l. fi.* Sed contra. ff. *de admi. tut. l. Lucius. y. §. Sempronius in fi. §.* vbi & non gerentem dicit ab initio conueniri: sed ibi nullo modo erat diuisa vel etatâ se: vt j. *de diui. tut. l. ij. in fi.* hic autem quodammodo ab ipso iudice, vel à lege: nã adiunctus postea, prima bona administrare non solet: vt *dicta l. quotiens. §. constat.*

finitę tutelę[a] fuit soluendo: securi tẽporis periculũ[b] ad te[c] pertinere nõ potuisse, manifestũ est. Dat. III. Kal. April. CC. Coss.

† aliâ & curatorum, & de pecunia foeneranda, & deponenda.

TITVLVS XXXVII.

DE ADMINISTRATIONE tutorum vel curatorum†, & pecunia pupillari foeneranda, vel deponenda.

IN AVTHENT. VT HI qui obse. hab. §. quoniam, coll. vj. constit. ij.

Hæc authen. non facit ad l. C. sed ad secundam partem rubricæ, melius tamen stetisset post l. tutores. infra eo. & ibi eam legit Cyn. & hoc intendit: Vbi reditus prædiorum sufficiunt pupillo vel adulto, administrator eum non tenetur pecuniam fœnerare, sed caute recondere. Salycetus.

a Quinque sũt necessaria antequam tutor accedere debeat ad administrationem, primo vt recipiat eum decretum, secundo vt faciat inuentarium. Tertio vt iuret. Quarto vt satisdet. Quinto vt exprimat quid debet pupillo, sed in peno. Sexto vt si ex inquisitione datus est, et pronuntietur idoneus, si tamen venisset aliquod commodum pupilli tutor saepius, etiam quo incerta negotia gerere ... gesta valeni. [illegible] Guidonem Pape decis. 330.

DE[a] ADMINIstratione tutorum vel curatorum, & pecunia pupillari foeneranda, &c.

Lege authent. nouissimè. his super rubricam, quia dicit de pecunia pupillari fœnerãda: sed alij legunt j. *eod. lex. vel* j. *de vsur. pup. lo. legit* j. *eod. in fin. alij* j. *eod. l. tutores.*

NOuissimè.] CASVS. Lex C. dicit quòd tutor debet fœnerare pecuniam pupilli quòd si fœneret, tenebitur pupillo de mutuo, nisi in mobilibus esset substantia: quia tunc esset fœnerandum quantum sufficeret ad expensas pup. & familiæ eius. illa pecunia quæ non fœneratur, diligenter custodienda est. si tota non sufficit ad expensas pup. tota fœnerabitur.
d ¶*Nouissimè*. sumitur ex corpore, vt hi qui obse. ha. per. res nisi. §. quoniam autem. col. vj. & distinguitur ibi plenius, vtrum pupillus habeat sufficientem redditum prædiorum, vt tunc non fœneret: aliàs sic.

NOVISSIME[d] cautum est, à curatore[e] pecuniam pupillarem non esse fœnerandam. quod si fecerit mutui subiacebit periculo[f]: nisi mobilis sit eius substantia, cuius cura administratur. tunc enim curator illud solum mutuare cogatur, quod ad dispensationem sufficiet adolescentis eiúsq; rebus. quod verò plus est, cautè recondatur: vel nisi ex necessitate hoc fecerit, veluti propter expensas in pupillum faciendas.

Vnus officialis non tenetur de eo quod fecit alius in alio officio, & non eodem. Bald. Vel sic: Curator adulti non tenetur pro tutoribus præcedentibus, nisi negligentia in exigendo

b Curatoris appellatione tutor etiam comprehenditur.
c tum a Glossa Nouell. ... in verbo periculum.

e ¶*A curatore*. largè[b] ponitur, etiam vt comprehendat tutores.
f ¶*Periculo*. etiam fortuiti casus: quia[c] culpa præcedit casum, aliàs periculum, id est culpa tantum præstatur: vt j. *arbit. l & j cod. l. debitoribus.* ¶Sed nunquid vsura ad eum pertinet? Videtur quòd sic: vt ff. *de reg. iur. l secundum naturam.* Sed arg. contra ff. *de neg. gest. l. sine gratia.*

FRustra.] CASVS. Tutor pupilli malè administrauit res pupillares. facto eo adulto, datus est ei curator, qui timet administrare curam adulti, ne succedat in periculum administrationis temporis præcedentis. dicit imperator quòd frustra timet, sed curam administret: & faciat quod interest tutoris, pupilli, & sua, & tutorem ex malè administratis conueniat: & qualiter intersit istorum, non aperit lex. tu dic pupilli interest, ne lapsu temporis fiat debitor non soluendo. tutoris interest, vt conueniatur, & liberetur ab vsurarum cursu, ne per negligentiam incidat in nego. gest. act. Viuianus.
g ¶*Prioris temporis*. quo pupillus fuit. quod videbatur: quia successerat in administratione. sic & in periculo: sed non est verum *sa.* j. *quando ex fac. tut. l. j. &* j. *de prob. l. ex persona.*
h ¶*Omnium partium*. scilicet tutorum, adolescentis, & vestra. nam tutoris interest, ne processu temporis fiat immemor. vel melius, vt liberetur, & in vsuris non grauetur: vt *supra si aduer. solu. leg. j.* Adolescentis interest, ne processu temporis fiat tutor non soluendo: vel verius vt suum habeat: vt j. *de vsur pu. l. j. & ij. & iij.* Interest & vestra, ne incidatis in actionem negotiorum gestorum, quasi ex negligentia: vt j. *eod. l. debitoribus.*

ADuersus.] CASVS. Si ex duobus curatoribus alicuius adulti alter alterum nondum finita curatione administrationis iure velit conuenire: an possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

Pro vniuersali curatione non potest agi nisi finito officio. Bald. Vel sic: Durante officio curæ, non agitur vt administrationis vniuersalis ratio reddatur. Salycetus.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Modesto.*

FRustra times administrare res adolescentis, cuius curatores, ne ex hoc aliquis existimet commune periculum prioris temporis[g] te recepisse: sed ea quæ agenda putas, age: & (quod magis interest omnium partiũ[h]) insta: vt iudex inter te & tutores datus, quam primum partibus suis fungatur. PP. XII. Kal. Octob. Albino & Æliano Coss.

i ¶*Non potest*. vt reddat rationem totius administrationis: vt j. *eo. l. rationes. & ff. de admin. tut. l. adhuc.* ¶Sed contra ff. *de tut. & rat. distr. l. mij. §. cum furiosi.* Sed ibi furiosi non adolescẽtis erat curator. & est ratio: vt ibi notatur. ¶Item contra in eod. tit. *l. si cum adhuc. aliàs si cum tutore. §. cum curatore. ff. rem pup. sal. fo. l. nonquasi. §. hanc stipulationem.* Sed ibi non vt ratio totius administrationis reddatur, agitur per actionem negotiorũ gestorum, sed ex stipulatione rem pupil. sal. fo. ¶Item contra ff. *de administra. tut. l. cum curatore.* Itẽ contra *in eod. tit. l. si cum adhuc.* Sed nec ibi agitur negotiorũ gestorũ vt ratio reddatur totius administrationis, sed furti, vel damni iniuriarũ. ¶Item cõtra ff. *de cõtra. actio tut. l. j. §. finito.* Sed ibi de contraria, non directa dicit: sed & non de tota administrationis ratióe ibi tractatur. sed tantum de quodam impenso ab ipso curatore. sed certè imò de directa ibi dicit. Sed dic vt in l. cum curatore. modo not. 3 Vel ibi in procuratelæ contraria. 4 Sed[a] distingue latius, aut coepit quid debere tutor vel curator ante tutelam, vel curã, vt ex mutuo & furto: & conuenitur etiam durante officio: vt *institut. de aucto. tuto. §. final. & ff. de testa. tut. l. si plures. &* j. *de excusa. tuto. l. neque à tutela. & l. quod vel.* aut post, &

II. *Iidem AA. Timoni & Elpidephoro**.

ADuersus curatorem adolescentis, cui collegæ dati estis quandiu administratio cõmunis durat, exerceri iudicium non potest[i]. PP. II. Kal. Maij. Apro & Maximo Coss.

* Elpidephoro.

Expensæ legitimæ in pupillum factæ, veniunt in rationibus computanda, licet per iud cem tunc non fuerint decretæ. Salyc.

III. *Imp.* ANTONINVS A. *Eumoso*†.

a Tutor an possit à pupillo conueniri durante officio.
† Emuso. al. Acommuso.

SVmptus in pupillum tuum necessariò[k] & ex iustis honestisque causis, iudici[l], qui super ea re cogniturus est, si probabuntur[m] facti: accepto ferentur[n], etiam si prætoris

tunc in tutela. aut de his quæ ad eum non pertinent, & sic nascitur, sed non intentatur, vt in rapina, vel mutuo, vel furto. licet dicant quidam non intentari per se, sed per datum curatorem licet. aut pertinent: & sic nec etiam nascitur actio tutelæ: vt ff. *de tut. & rat. distra. l. si tutor in fi. & l. si cum adhuc. aliàs si cum tutore. in princ. & l. cum tutor & l. si. in prin. & de admi. tu l. cum plures.* licet quidam dicant actionem tutelæ nasci, sed non intentari: quibus obstat d l si tutor. ¶Sed videtur nasci, & etiam intentari: vt ff. *de admi. tut. l. iiy. §. y. in fi.* Sed ibi extra iudicium inquirit rationem vnus ab alio. ¶Sed si[b] post ea nascitur, vt dixi, vnde nascitur? Resp. ex tutela præcedente: sic aliàs ex contractu dubium inito postea nascitur: vt *no.* j. *de rerum permu. l. ex placito.* In curatore vero dic quòd omnes nascuntur & intentantur, nisi actio vtilis negotiorum gestorũ, pro generali ratione reddenda, vt apparet ex solutione contrariorum prædictorum *& facit ad l. istam ff. de proc. l. qui proprio. § fi. & l qui duos.*

b Actio quandoque nascitur et contrahitur dudum initio.

SVmptus.] CASVS. Si pupillus finita tutela fructus quos tutor percepit, petat, & dicat se in eo multa impendisse: an expensæ veniant in computatione, quæritur. Dicitur quòd sic. licet de his refundendis decretum iudicis non interuenerit: quia iustitia, non auctoritate iudicantis, quod bona fide erogatum est, debetur. Viu.
k ¶*Necessario*. puta in alendo.
l ¶*Iudici*. no. iudici. sic j. *de condict. ob tur. caus. l. j.*
m ¶*Probabuntur*. à te tutore.
n ¶*Accepto ferentur*. id est computabuntur, siue rehabebuntur, nisi certum

certum salarium pro hoc erat ei constitutum: vt ff. de admini. tuto. l. à tutoribus. §. fin.

a ¶Interpositum. nam expedit quandoque non interponi: vt j. de a-li. pu. præstan. l. ij.

b ¶Authoritate. sic s. fini. ab here. se ab. l. j. Accursius.

Nisi.] CASVS. Libertus si pecuniam pupilli sui non deposuerit, vel in emptionem prædiorum collocauerit, sed in vsus suos conuerterit: ad præfectum vrbis remittetur puniendus. Vel dic quòd mulier proponit talem quæstionem de curatore filij sui, quòd curator filij sui, qui patris erat libertus debebat pro filio suo pecuniam, nec eam deposuit, nec in prædiorum comparationem côuertit: an sit puniendus, quæritur. Dicitur quòd sic:

c ¶Filiæ tuæ. ô mulier quæ es mater.

d ¶Prædiorum comparationem. nisi sit modica summa. vt ff. eodem. l. ita autem. & ad hoc. ff. eo. l. tutor qui. §. si post. & §. si deponi. & j. l. proxima.

e ¶Puniendus. vt j. eodem. l. si liberti. & ff. de suspe. tu. l. §. ij. & iij. §. tutor. & §. tutores. & instit. de suspe. tut. §. libertus.

Frustra.] CASVS. Si tutor factus fuerit debitor pupilli ex mala administratione: & curator ei datus tutorem conuenerit, & condemnari fecerit, nec ille parere vult iudicatis: quia timet, si soluat, & adultus perdat, quòd possit restitui aduersus solutionem: & propter hoc soluere condemnationem contradicit: an sit audiêdus quæritur? Dicitur quòd non: cum exacta pecunia auctoritate iudicis possit deponi. Accur.

f ¶Iudicatum. i. satisfacere pro iudicato timebant enim tutores, quòd si soluerint minori, & pecunia nô verteretur in vtilitatê pupilli, quòd ipsi non essent liberati, & quòd minor restitueretur in integ. Respon. ad hoc impera. quòd tutores possunt deponere eam in sacra æde.

g ¶Detrectant. timentes restitutionem: vt j. si aduer. sol. l. exemplo.

decretum de dandis eis non sit interpositum[a]. id namque, quod à tutoribus siue curatoribus bona fide erogatur: potius iustitia, quàm aliena auctoritate[b] firmatur. PP. xiiij. Kal. Septemb. Duobus & Aspris Coss.

Libertus tutor debet à se exigere quod debuit: aliàs remouetur vt suspectus, & venit puniendus. Saly.

IIII. *Idem A. Proculæ.*

Nisi eam pecuniam quâ côstiterit libertû paternû tutorem filiæ tuæ[c] rationi eius debere vel deposuerit, vel in prædiorum comparationem [d] conuerterit: remittitur ad præfectû vrbi, secundum ea quæ constituta sunt, arbitrio eius puniêdus[e]. PP. XII. Kal. Octob. Antonino. A. iiij. & Balbino Coss.

Tutores quondam non iustè recusant soluere adulto, cum possint autoritate præsidis, vel eius præcepto. Vel sic: Non debet retractari solutio debiti quæ potest tutè fieri. Salyc.

V. *Idem A. Rufino.*

Frustra tutores quondam adolescentium, quorum curam administras, iudicatum[f] facere detrectant[g], cum exacta pecunia possit auctoritate præsidis[h] in depositi [i] causam haberi. PP Kal. Iun. Læto. II. & Cereale Coss.

Sub prætextu vel velamine officij, non debet calumnia committi. Bald. Vel sic: Tutores vel curatores qui iniustam causam litigâdi non habuerint licet alieno nomine egerint: proprio tamen nomine debent in expensis condemnari. Salyc.

VI. *Imp. ALEXAND. A. Paconio.*

Non est † ignotum, tutores vel curatores adolescentium, si nomine pupillorum vel adultorum scientes calumniosas instituant actiones, eo nomine condemnari [k] oportere: nec sub prætextu nominis eorum [l]

h ¶Præsidis. & sic non restituetur: vt ff. de minorib. l. ait prætor. §. quid tamen.

i ¶In depositi. donec inde ematur prædium, vel aliàs expendatur in necessarios vsus adolescentis.

Non est ignotum.] CASVS. Tutor vel curator pupilli vel adulti calumniosè nomine pupilli aduersus aliquem actionem instituere non debet: quod si fecerit condemnandus est aduersæ parti in expêsis: quia prætextu pupilli calumniosa actio instituenda non est. Viuianus.

k ¶Condemnari. in expensis. sic infra vnde vi. l. meminerint. in fin. l.

l ¶Eorum. pupillorum vel adultorum.

m ¶Simultates. i. calumniosas intentationes: & Vel id est propter latens odium.

n ¶Suas. scilicet tutorum, vel curatorum. & idem in prælatis ecclesiarum. & facit ff. eodem. l. quotiens. §. sicut. & ff. manda. l. Quintus. & j. de his qui. vt indig. l. Polla. & j. qui accu. non poss. l. ij.

propter suas simultates[m] securè lites suas[n] exercere posse existiment. PP. vj. Id. Maij Maximo ij. & Æliano Cos.

Contra formam datam à testatore, non debet tutor rem pupilli vendere. Salyc.

VII. *Idem A. Valerio.*

Tutelam pupillorû tuorum sic administrare debes, ne ædificium quod his relictum est, contra formam alienandi testamento datam vendas[o]. PP. VI. Id. Iul. Maximo. II. & Æliano Coss.

Ignorans se tutorem datum, non tenetur: sciens verò sic: & de neglectis conueniri potest cum aliis. de gestis verò ab aliis conueniri potest, gerentibus prius excussis. h. d. cum glo. Salyc.

VIII. *Idem A. Aprili.*

Et si scisses [p] curatorem datum, nec administrasses: cæteris curatoribus, & administrationem peragentibus, & sufficientibus damno præstando[q], contra te actio dari non potest. Sin autem nescisses te curatorem datum: etiam si soluendo cæteri non sint, damni periculum ad te non redundat *. PP. vij. Kal. Decemb. Alexandro. A. III. & Dione Coss.

Adulta agit contra curatores vt constituânt sibi dotem. Bald. Vel sic: Adulta potest petere vt dotetur, curatoribus cessantibus. Salyc.

IX. *Idem A. Iaclytæ.*

Si curatores habes [r], hisque dotare te bonis tuis cessant: adito præside prouinciæ impetrabis, vt quod moderatum[s] est honestæ personæ, præstare cogantur[t]. PP. XVII. Kal. Maij. Agricola & Clementino Coss.

Libertus fraudulenter administrans, remouetur & punitur. Sal.

X. *Idem A. Rufinæ.*

Si liberti eiusdémque curatoris culpa vel fraude ratio vestra læsa sit[u]: sarciri damnum ab

Tutelam.] CASVS. Testator prohibuit ne ædificium quod extruxerat, alienaretur, tutorem filio suo dedit. an tutor alienare possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

o ¶Vendas. vt & j. de præ. alie. l. final. licet aliàs poterant vendere ædificium olim, vt j. de l. lex quæ.

Et si scisses.] CASVS. Si quis sciens se cum aliis datum curatorem, nô administrat: si administrantes soluendo sunt, non tenebitur. si autem ignorabat se curatorem datum licet alij soluendo non fuerint, non ideo hic tenebitur.

p ¶Et si scisses quod pupillus probare debet: vt ff. eod. l. quidam decedens. §. fin. & l. hoc autem. Sed argu. contra. j. de peric. tut. l. si tutor. §. final. Sed expone vt hic. vbi ergo nullam habet excusationem, statim* tenetur ex quo scit: vt hic, & d. l. quidam in fin. & j. de suspect. tut. l. ij. & si habet excusationem, aut eam non prosequitur, & ab initio cogitur administrare: vt ff. eodem. l. j. si vero prosequitur, tenetur tunc demum reprobata excusatione, & administrare iussus: vt ff. de excusa. tut. l. si is qui tres. §. illa quoque.

* Tutor quando incipiat teneri pupillo.

q ¶Damno præstando. hoc enim in administratis: vt hic. at in neglectis omnes tenentur: & in his, scilicet administratis, in subsidium: vt ff. eodem l. tres tutores. §. non solum. & §. item in eodem & de excusa. tuto. leg. quid autem. & infra si tutor non gesse. l. fina. & supra de transact. l. j. & de proba. l. ex persona.

r ¶Si curatores habes. Sô adulta.

s ¶Moderatum. secundum facultatem & dignitatem: vt ff. de iur. dot. l. quæro. & l. cum post. §. gener. 4 Et si vltra quàm valeat mulieris facultas constituatur, nôn valet ipso iure. si autem vltra vires, valet: sed restitutio locum habet: vt ff. de mino. l. si ex causa. §. in dotem.

* Dos an possit per curatores constitui adultæ vltra vires.

t ¶Cogantur. scilicet pro dote. & impendia etiam facient nuptiarum: vt ff. eo. l. curator.

Si liberi.] CASVS. Si libertus adulti eiusdem curator, seruum adulti manumiserit sine eius consensu, vel ab alio pro fraude manumitti passus fuerit, resarciet ei damnum: vel pro modo admissi delicti punietur in corpore. Viuia.

u ¶Læsa sit. quia manumisisti seruû aliquê eo côsulente: vt s. si aduer. liber. l. quos tetrabi. & Vel aliàs malè gessit aliquid de culpa qui-

dem tenetur ve illi negotiorum gestorum iure communi, de dolo etiam criminaliter extraordinariè: vt hic subijcit, & dicta l. quas retractus, & instit. de suspect. tut. §. libertus. & j. eod. l. nisi. Item nota secundum quosdam ex hac l. & j. eod. l. si tutores. quòd aliud est dolus siue fraus, & aliud culpa. sed veritas est quòd in dolo inest culpa: sed non conuertitur.

a ¶Dedit. & curator tenetur in defectum.

S[i bonam.] CASVS. Si tutor in causa pupilli, si bona fuerit, non appellauerit sententia lata contra pupillum, vel appellatione interposita eam prosequi nō curauit iudicio tutelæ pupillo tenebitur pro indemnitate pupilli cō seruanda. Viuianus.

b ¶Si bonam. in a mala secus: vt supra eodem l. non est. & ff. eod. l. quotiens. §. plane. & etiam facit ff. de eui. l. Herennius Modestinus. & ff. mand. l. si procuratorem. §. si ignorantes. Sed in dubio præsumitur mala: vt in dicta l. Herennius.

c ¶Iudicio. vt & j. si tutor vel cura. l. fina.

D[ebitoribus.] CASVS. Tutor ex mala administratione factus est debitor pupilli: in causa decessit pup. successit ei mulier: vult conuenire tutorem, an possit, ? distinguit: aut est minor annis, & non potest, siue tutore, nec numerus liberorum in hoc casu ætatem supplebit: vt si habeat xxij. annos, & tres liberos. si maior, potest. Viuianus.

d ¶Eorum. scilicet pupillorum.

e ¶Successisti. scilicet pupillis qui habēt tutores, vel curatores. ¶Et dic, de his, scilicet agere debes: & hoc si es maior vere non fictè, propter liberos. 2 Vel dic, successisti pupillis qui habent tutorem: & adulto, qui habet curatorē: quod in idem recidit. 3 Tertij dicūt, quòd agis contra tuum curatorem, qui non conuenit tutorem vel curatorem eius cui successisti. quæ vltima non consonat literæ.

f ¶Impleſti. verè: vt hic. vel etiam fictè: vt j. qui dare tuto. poss. l. in vniuersis.

g ¶Fœminis. nec maribus, nisi ad honores: vt j. de in integ. restitu. mi. l. eo tempore. & ff. de mino. l. iij. & ff. de mune. & hono. l. ad rempublicam.

a Appellare in mala causa pupilli tutor nō tenetur.

† Hoc nō procedit in eo qui fuerit condēnatus. l. Herennius. ff. de euic. l. ... de procur. & ... de arbit. ... cum inter. de re iud.

b Præsumitur in dubio mala esse causa in qua semel iudicatum est.

a Octauiæ.

e Maiorem sc. annis alij vere, alij ficte.

d Maiore xxv. annis qui.

e Liberorum fœcunditas nō supplet ætatē maiorum, nisi ad honores.

eo qui dedit[a], præses prouinciæ curabit: non dubitaturus etiam grauiorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, vt puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. XI Kalen. Aug. Agricola & Clementino Coss.

Tutor in bona causa tenetur appellare & prosequi. Bal. conco. Salycetus.

XI. Imp. GORDIANVS A. Cæcilio.

SI bonam[b] causam † ea cuius tutores, habuit, & aduersus latam sententiam non appellasti, seu post appellationem prouocationis solennia implere cessaueris: tutelæ iudicio[c] indemnitatem pupillæ præstare debes. PP. Idib. Aug. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Defectus legitimæ ætatis in iudicijs, & rerum suarum administratione, non suppletur ex numero liberorum. Salyc.

XII. Idem A. Octauianæ[a].

DE his quæ in fraudem administrationis à tutore gesta, vel negligenter acta à curatoribus eorum[d] quibus successisti[e] allegas, agere debes: si modo annos legitimę ętatis implesti[f]. neque enim ignoras non multum patrocinari fœcunditatem liberorum fœminis[g] ad rerum suarum administrationem, si intra ætatem legitimam sint constitutæ. PP. III. Non. Octob. Gordiano. A. II. & Pompeiano Cos.

Tutor agens pro pupillo, non tenetur cauere de rato. h. d. cum glo. Salycetus.

XIII. Idem A. Longino.

1 TVtores debita pupillaria seu deposita reposcentes, ad satisdationem[h] compelli non posse, manifestum est. PP. VIII. Kalend. Maij. Ariano & Pappo Conss.

Durante administratione curator non cogitur rationes reddere. Salycetus.

T[Vtores.] CASVS. Tutor si conueniat debitorem pupilli: an debeat satisdare pupillum rem ratam habiturum, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

h ¶Ad satisdationem. rem ratam haberi, secundum Ioann. nisi dubitaretur an sit vel duret tutor, vel gestus illi vulgo commissus sit: vt ff. eodem l. vulgo. Hug. Sed certè illa non est cautio rati: sed quòd actor non patietur damnum ob id quòd tutor non sit iudicio sisti: pupillus tamen cauet, & eos defendet: vt infra eod. l. final.

§. defensionem. & §. nomen autem. & sic iniuss. quod cuiusque vniuersitatis nomine l. item §. actor.

i ¶R[Ationes.] Non posse subaudi, à[a] concuratore. 2 Item nec ab adulto, & hoc si poscatur ratio totius administrationis, sed alicuius capituli potest: non tamen à concuratore, qui administret: alioquin contra: vt ff. eod. l. iij. §. j. sed ab alio, vt dixi j. eo. l. aduersus. Sed certè lex illa. ff. eo. l. iij. §. j. extra iudiciū potest intelligi con ueniri administrantem à non administrante. Item & actio hic personalis à reali distinguenda est: vt institu. de atilia. tut. §. fin.

XIIII. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. Clementi.

RAtiones curæ administratæ ante impletum quintum & vicesimum annum, durante officio posci iure non posse[i], manifestum est. PP. prid. Non. August. Philippo. A. II. & Titiano. Conss.

Subscribens se tanquam curator, proprio nomine non tenetur. Bald. Vel sic: De eo quod quis facit vt tutor, vel vt curator, non potest conueniri: nisi proprio nomine se obligauerit. Salyc.

XV. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. Lucinio.

SI non subscripsisti quasi fideiussor: frustra veteris nexo ea intercessione[k], qua[a] signasti vt curator[l], olim liberatus (vt affirmas) sententia præsidis, ex officio curatoris conueniri possis[m]. PP. Prid. Non. Mar. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. Conss.

Tutor non habet potestatem donandi nisi ex causis à iure permissis: aliàs non præbet iustam causam possidendi. Salyc.

XVI. Idem AA. & CC. Proculo.

NOn omni titulo res † pupilli potestatem alienandi tutores habent: sed administrationis tantum causa distrahentes, quæ eis venundare licet, iustam causam possidendi[n] comparantibus præstant. Cum itaq; donandi[a] nulla ratione[o] res eorum quorum administrant negotia, potestatem habeant: vindicare dominium à possidentibus non prohiberis. Dat. X. Kal. Maij. Heracliæ. AA Conss.

Tutela officium non prohibet tutorem testari, nec sua donare. Salycetus.

XVII. Idem AA. & CC. Martiali.

S[I non subscripsisti.] CASVS. Adultus in aliquo contractu pro me fideiussit: & curator auctoritatem præstando, nō fideiubendo, instrumento contractus subscripsit. nunquid conueneris negotiorum gestorum actio ab adulto liberatus, super fideiussione ab eo facta conueniri possit à creditore tanquam fideiussor, quæritur? Dicitur quòd non.

k ¶Ea intercessione. intercedebat. n. minor, cui auctorabat curator: & quia malè fecit, conuentus fuit à minore, sed absolutus à præside. Vel dic, liberatus à cura generaliter. Alij dicunt quòd post curam finitam subscripsit.

l ¶Curator. dum curator eras. & sic concord. hodie. l. j. quando ex facto tut. leg. j.

m ¶Conueniri possis à creditore. sic & j. si cer. pet. l. mutua. & j. de fideiussorib. l. si pater.

N[On omni.] CASVS. † Tutor res pupilli distrahere non potest: quasdam tamen distrahere potest, non autem donare: sed si donauerit eas pupillus poterit vindicare. Viuianus.

n ¶Causam possidendi. vt animalia superuacua, & vestes detritas: vt j. eod. leg. lex quæ. & facit quod dicitur, dominus[b] est tutor, cum bene administrat, non cum spoliat vt ff. pro emptore. leg. qui fundum. §. si tutor.

o ¶Nulla ratione. vt & ff. eodem leg. tutor ad vtilitatem. & leg. cum plures. §. secundo. & j. si ma. fam. ra. ha. leg. fina. & ff. de offi. procurat. Cæs. leg. prima. §. si rem. Sed fallit[c] in casibus, vt cum dat mercedes doctoribus, & alimenta seruis & libertis; solennia munera parentibus: dotem[d] sorori ex eodem patre natæ: vt ff. eod. leg. cum plures. §. cum tutor. & ff. de tutel. & rat. distra. l. prima in princip. Acc.

a Curator si possit cap. rationem reddere officio durante.

a al. quam.

† al. rerum.

a donare.

b Tutor dominus est, cū bene administrat, non cum spoliat.

c Tutor de rebus pupilli aliquando dare potest.

d Dotare sororem an tutor teneatur. v. Glossam & quæ habentur ... in ...

D[E successione.] CASVS. An tutor pupilli testamentum facere possit, quæritur? Dicitur quòd sic: & de bonis suis in alium donationis titulo transferre. Videbatur quòd non. quia omnia bona sua tacitè sunt obligata pupillo: contrarium tamen verum.

De successione

a ¶*De successione sua.* scilicet tutorum.
b ¶*Prohibeantur.* cum a suo onere: *vt & ff. rem alie. ge. l. vnica. & ff. de contrahen. empt. l. alienatio.*

Debitoribus.] CASVS. An tutor pupilli possit distrahere pignora eius debitoris? Dicitur quòd sic: si primo denunciauerit debitori quòd soluat. Viuia.
c ¶*Pertinente.* sibi distulerit exigere dum sunt soluendo: vt j. eo. l. tutores. in fine. & j. arbit. tute. l. 4.
d ¶*Communi iure.* quod est. j. de distract. pig. l. si in bon.

Tutor.] CASVS. Si quis sciat se tutorem datum, nec se excuset: abinde periculũ ad eum pertinebit. Vi.
e ¶*Excusauerit.* scilicet intra tempus ad hoc constitutum, scilicet l. dierum.
f ¶*Obnoxius.* vt ff. eod. l. quidam. §. fina. & l. hoc autem. & dixi s. eo. l. & si scisses.

Pro officio.] CASVS. Si tutor vel curator ex mala administratione factus fuit debitor pupil. vel adulti: res tu. vel curatoris per hypothecã sibi obligatas potest vindicare pupillus vel adultus à quolibet possidente. Viuia.
g ¶*Si debitores.* tutores vel curatores ratione administrationis.
h ¶*Oblig.* vt & supra de rei vxor. actione. §. j. & hoc ex eo tempore, ex quo cœpit esse tutor. ar. j. de bon. quæ libe. l. cum oportet. §. final. vel quo cœpit male administrare. argu. s. de fe. cau. sup. l. hac edictali. §. penul.
i ¶*Et si tutor.* qui tutor non administrans tenetur vtili tutelę: curator vtili negotiorum gestorum: vt ff. de rit. nupt. l. si quis tutor. §. j. & ff. rem pupi. sal. fo. l. nõ quasi. §. illum. & ff. eod. l. tutores qui. §. in eum. ¶Sed nunquid bona eiusqui gerit pro tutore, sunt tacitè obligata pupillis? Resp. sic ar. ff. de prim. credi. l. dabimus. & j. qui pot. in pig. hab. l. assiduis. circa princ. ibi, & hoc cum in personalibus &c. & §. ad hoc ibi, cum enim in personalib. & est pro hoc. ff. de tute. & rat. distra. l. vlti.

Pupillorum.] CASVS. Dedi decem pupillo, si tutor vellet. voluit. an rei non acquisitæ periculum ad tutorem pertineat, cum potuit acquisiuisse, nec fecit, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.
k ¶*Conditio.* quia non impleuit conditionem sub qua donatum erat minori.
l ¶*Rei amissæ.* id est non quæsitæ, & sic impropriè: vt ff. de regul. iur. l. non videtur. sic impropriè ponitur: vt instit. ad leg. Aquil. §. illud ibi. nam hereditatis quoque amissæ &c. ¶Item not. quòd facit tutor vt actio non quæratur: & per hoc tenetur pupillo: vt & infra arbit. tute. l. quicquid. & arg. infra eod. l. si tutoris. & ff. de in iur. l. sed & si vnius. §. j. & arg. j. de ser. fugitiuis. l. v. §. fina. & infra de co. fu. l. fin. §. j. sed non facit vt quæsita pereat: vt ff. eo. l. Lucius. §. final. & sic infra de acquirenda possess. l. fina. ¶Et facit hæc lex ad quæstionem, si tutor induxit testatorem vt sibi relinqueret quod pupillo relinquebat. Item an & hoc casu petit restitui? Respond. sic. habet enim electionem vtrum contra tutorem ve-

a Donare inter viuos vel testamento sua bona cuiã quo tutelã administrabat possunt: tam seo tamẽ cuncte hoc est, vt pupillis quorum tutelã administrat est, succes. fores donatarij vel defun. &c. rationes & reliqua tutelæ pupillis reddere tenentur.
b Tutor nominis pupillo suorum à debitoribus eorum, dum soluẽdo sunt, tenetur exigere, aliàs tenetur de eorum periculo.
c Pignus debitoris pupil. eo nõ soluente iure creditoris distrahere potest, iure legibus cõstituto.

* Vindicianus.

¶ alias in eo tamen heredibus.
v. Negotiant. de pignoribus & parte 4. mẽbro in pr. de eo.
† & pro tutores, curatores ad lites, aduersus dati à tutore, non à iudicio. Negotiant. de pignoribus 2. parte 4. membro in pr. vbi etiã explicat à quo tempore incipiat tacita hypotheca in bonis tutoris, curatoris pro tutore & eorũ fideiussorum.
† al. Praeiecto. Aphrodisio.
*C. T. 19. 1.
† Negotiant. de pignoribus 2. parte 4. membro 110.
d Pro tutoris actione pupillo tacitè obligatur.
e Amissum impropriè dicitur quod nõ quæsitum.
f Tutor pupillo tenetur qui facit vt merito pupillo quæsitam actio.

DE successione sua[a] tutores frustra timent: cum hisqui tutelam administrauerunt, testamenti factio non denegetur, nec de bonis suis donare aliquid prohibeantur[b]. S. XVI. Kal. Nouemb. Sirmij. AA. Coss.

Periculum nominum spectat ad tutorem: ideo debet esse sollicitus vt soluant, & eis denunciare, & postea secundum iura pignora vendere. Salycetus.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Soterico.*

DEbitoribus puellæ pro officij ratione tutorem te constitutum adseuerans, ad te nominum periculo pertinẽte[c], parere solutione denuncia Qui si satis non fecerint: in venditione pignorum vti communi iure[d] potes. S. pri. Kalen. Ianua. Sirmij. AA. Coss.

Tutor potest dari in absentia. Bal. Vel sic: Tutor datur sciens, & se non excusans, tenetur. Salyc.

XIX. *Iidem AA. & CC. Vindiciano*[*].

TVtor, licet absens, decreto datus, si sciens solenniter se non excusauerit[e], administrationi constituitur obnoxius[f]. S. iij. Id. Febr. Sirmij. CC. Coss.

Bona tutoris † & curatoris † sunt tacitè † obligata, etiam si non suscepisset tutelam necessariam, nec vnquam aliquid promisisset. Bald. Vel sic: Bona tutoris vel curatoris pro gestis & non gestis sunt tacitè obligata pupillo vel adulto. Salyc.

XX. *Imp.* CONSTANTINVS A. *Eusemiano*†.

PRo officio[*] administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores[g] existant, tanquã pignoris titulo obligata[h], minores sibimet vindicare minimè litigare: vt hic: vel petat restitui: vt j. si tutor vel curator interuen. l. etiam.

Tutor non implẽs conditionẽ vtilem pupillo, tenetur ad interesse. Sal.

XXI. *Idem A. Maximo praefect. praefect.*

PVpillorum[*] seu minorũ defensores, si per eos donationum conditio[k] neglecta est, rei amissæ[l] periculum præstẽt. Dat. iij. Kal. Febr. † Romæ, Sabino & Rufino. Coss.

Bona pupillorum quæ possunt seruando seruari, non debent alienari: nisi causa necessitatis, præcedente inquisitione, & causæ probatione, & subsecuta decreti interpositione. Bal. ve. sic: Immobilia & mobilia quæ seruando seruantur (præter animalia supernacua) non possunt tutores vel curatores alienare, etiam in causam dotis sine decreto iudicis. Salyc.

XXII. *Idem A. ad populum.*

LEx quæ[*] tutores † curatorésq; necessitate adstrinxit, vt aurum †, argentum, gemmas, vestes, cęteraq; mobilia preciosa, vrbana etiã [prędia & †] mãcipia, domos, balnea, horrea, atque omnia quæ intra ciuitatem, sunt, venderẽt, omniáq; ad nummos redigerẽt, præter prędia & mãcipia rustica, multum minorum vtilitati aduersa est. Præcipimus itaque, vt hæc omnia nulli tutorum curatorúmve liceat vendere: nisi hac fortè necessitate & lege[m], qua rusticum prædium atq; mancipium vendere, [n] vel pignorare, vel [in donationem *] propter nuptias, vel in dotem [o] dare prohibentur. Idẽ est & si tutor[i] vel curator quis constitutus, res minorum non administrauerit. Dat. vij. Kal. Apri. Treueris. Volusiano & Anniano Coss.

Ex quæ.] CASVS. Lex quædam præcipiebat vt omnia bona pupilli per tutorem distraherentur, & redigerentur in pecuniam, & illa fœnori daretur, præter prædia rustica: quæ lex erat aduersa vtilitati pupill. præcipiet imperator, vt bona pupil. immobilia siue mobilia non distrahantur, nisi hoc daretur in dotem, vel donationem propter nupt. & in huiusmodi alienatione necesse est vt interponatur iudicis decretum. Item prohibet ne seruum alienet. & causam subiungit: quia scilicet si boni sunt: custodient domum, & res pupilli: ne in his fraudem tutor committat. si sint mali, poterunt torqueri, vt dicant veritatem de his quæ in domo pupilli cõtinentur. & melius est si serui apud pupil. moretur, quàm extraneo seruiant, & fugiant quorum fuga, tutoris negligentiæ adscribetur. domus pupilli vendi non debet: quia pater pupilli ibi decessit, & ibi imagines suas habuit, quas conuelli pupillis esset lugubre. sed si ruinam patiantur, tutores eos reficere debet: vt ex cõductionibus earũ possit pupillus omni anno pensionem percipere. [SAAVI.] Serui qui aliqua arte præditi sunt, pupillo seruiant: & de bonis pupil. alantur. Alij qui arte præditi non sunt: partim ex labore suo, partim ex substantia pupil. alantur. Quòd autem serui alienari non debeant, duplex est pupilli commodum: scilicet ne tutores in rebus pupil. fraudem committant: vel mater pupill. res pupill. surripiat, & ad secundum maritum perferat. Nec debet res pupilli in pecuniam redigi, ne amittantur fortè debitore facto non soluendo: nec semper possit fœnerari. Nullo ergo modo distrahat has tutor sine interpositione decreti, nisi sint res quę seruando seruari nõ possunt: veluti vestes attritæ, & fructus, & animalia superflua.
m ¶*Lege.* scilicet per iudiciariam auctoritatem.
n ¶*Vendere, vel pignorare.* puta ob æs alienum. Item pro[a] iudicio sisti potest obligari minoris substantia: *vt infra eod. l. fina. §. defensionem.*
o ¶*Vel in dotem*[b]. nota dotem constitui à minore in immobili re, cum[c] decreto. sic est & in donatione propter nuptias: vt j. si ma. fa. l. si. §. fi. ¶Sed econtra in vtroque. j. de præd. mi. l. ob æs. vbi propter æs alienum tantum permittit. a Item ad donationem tantum est contra in eodem. l. prædia. Solu. prædicta intellige pro dote & donatione à patre minoris promissa: & sic est æs alienum. de nouo autem constituere non potest minor, vt in contrariis. hoc non placet. quia si pater promisit dari, poterit iure communi etiam sine decreto: vt ff. de reb. eo. l. magis. §. sed si pater. Item non placet: quia expressè dicitur. ff. de iur. dot. l. Titia. quòd minor dedit prædia in dotem. Sed illam intelligebat Ioann. quòd

* C. T. 3. 19. 32
† Nouemb. in Cod. Th.
* Id est oratio D. Seueri. l. 3. ff. de rebus eorum.
† An hoc locum habeat in parte aliquæ adueniti[a] filij ex aliqua necessitate. Accursius
Negotiantur apud se positos, tamen iudicio protulit [illegible]
† deest inuet.
† quo nomine pecunia non intelligitur. [illegible]
* deest, secundũ a Minoris substantia pro iudicio sisti põt obligari.
b Minor an possit etsi suam immobilẽ dare in dotẽ, vel donationẽ propter nuptias.
c An mulier dotari possit hoc est, aut sine, aut sibi dotari sine decreto.

maior erat tempore donationis. Tu ergo dic speciale in dote, & in donationibus propter nuptias.& in dicta l.ob æs alienum. tantum subaudi, vel aliam similem causam: vt ob dotem & donationem propter nuptias. & dictam l. prædia, intellige de donatione sponsalitia, non propter nuptias.

a ¶Per inquisitionem: que in multis consistit: vt ff. de re. eo. l.magis. §.non poss.

b ¶Probationem causæ. quare vendat.

c ¶Ante omnia. generaliter prohibuit: nunc rationem de singulis reddit.

d ¶Semper. referas ad hoc quod supra dictum est, nisi hac fortè &c.

e ¶Quod. scilicet quòd in inuentario scribantur. Vel dic quòd in domo retineantur, & non vendantur: quod est verum, si non sunt vsu detritæ vt j. eo. l. in fin.

f ¶Supellectili. impropriè dicit, in cætera supellectili: quia supellex est domesticum patrisfamil. instrumentum, quod neq; argéto, auróve facto, vel vesti cõnumeratur: vt ff. de supellec. l. j. Accur.

g ¶Si ita. scilicet seruiendo eis.

h ¶Execrantur. id est oderunt serui.

i ¶Per hoc. id est per cõseruationem seruorum.

k ¶Tunc enim. i. secundum antiquam legem.

l ¶Remota. quãdo multotiescõtingebat quòd pupilli occidebantur à seruis.

m ¶Defecit. id est mortuus fuit.

n ¶Pater. idem si aliunde habuit, vt subiicit, ergo, & domus &c.

o ¶Ergo & domus. quia aduersa erat illa lex vtilitati minorũ, ergo &c.

p ¶Collapsum. quod prius refici debet, quã nouũ fabricari: vt j. de ope. pub. l. fin.

q ¶Vel cuiuscumque. vel dic vel alt cuiusq; &c.

r ¶Testificatione. ipsum enim opus in præsentia plurium à iudice visum, probat quòd est reficiendum, & quòd egeat sumptibus. ¶Et sic no. quòd secundum cõscientiam a iudex iudicat: quia hoc videt vt iudex. sic. ff. fin. regun. l. si irruptione. §. fina. & de ser. l. ij. §. fin. & j. de ali. pup. præstan. l. finali.

s ¶Precia. accepta ex venditione domus.

t ¶Deminuta. postea.

u ¶Inferant. seruiendo minori, vel locando alij.

x ¶Labore suo. faciendo b herbam venalem, deferendo lapides: nec enim hæ artes sunt.

y ¶Taxatione. facta à defuncto: aliàs à iudice, vel ipse minor siue tutor taxabit aliquid pro alimentis.

z ¶Lex enim. diximus ne alienentur serui: & hoc propter duplex commodum minorum. & hoc subiicit, lex enim &c.

a ¶Tutores. minoribus insidiantes.

† præterito.

• quia.
† Domesticis & familiaris probantur res quæ sunt in domo se j. de mor. de. ab. ff. §. brutiam de quo pandi optimè Lansfa. in ca. quorum contra falsam § testis deprehensas de proba.
• retineant.
† deminuere.

† Domus illa quæ maiorum nobis sunt in maximo affectu atque pretio faciet ex libertatis quiusuo ff. de bo. no. libertt. l. s. §. & aliàs ff. fon. v. Tiraquell. de Retract. in præfat. nu. 46. & 48.

a Iudex interdũ iudicat secundum conscientiam.

b Artificij autem artis non est, herbas venales proponere, aut lapides deferre. Ideóque qui hæc facit, non sunt artifices dicendi. v. Rom. sing. 631.

in præteritum† licebat: scilicet per inquisitionem a iudicis, & probationem causæ b, interpositionémq; decreti, vt fraudi locus non sit. Ante omnia c igitur vrbana mancipia, quæ • totius supellectilis notitiã gerunt †, semper d in hereditate & in domo retineantur. • nam boni serui fraudem fieri prohibebunt: mali, si res exegerit, sub quæstione positi, poterunt prodere veritatem: atque ita omnia obseruabunt, vt nec inuentarium minuere †, nec mutare, vel subtrahere aliquid tutor valeat. quod e in veste, margaritis, gemmis, & vasculis, cæteráque supellectili f necessarium est. Et tolerabilius est (si ita g contigerit) seruos mori suis dominis, quàm seruire extraneis: quorum fuga potius tutori adscribitur, siue negligentia dissolutam esse patiatur disciplinam, siue duritia, vel inedia, atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos execrantur h, sed magis diligunt: ita vt hæc lex per hoc i quoque melior antiqua sit. Tũc enim k remota l seruorum custodia, etiam vita minorum sæpius prodebatur.

Nec verò domum vendere liceat, in qua defecit m pater n, minor creuit, in † qua maiorum imagines aut non videre fixas, aut reuulsas videre, satis est lugubre. Ergo & domus o, & cætera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant: nullúmque ædificij genus, quod integrum hereditas dabat, collapsum p tutoris fraude deperea t. Sed & si parens, vel ille cuiuscunque q heres est minor, reliquerit deformatum ædificiũ: tutor testificatione r operis ipsius, & multorum fide, id reficere cogatur. ita enim annui reditus plus minoribus conferent, quam per fraudes precia s deminuta t. Serui etiam qui aliqua sunt arte præditi, operas suas commodo minoris inferant u: & reliqui qui in vsu minoris domini esse non poterunt, quibusq; ars nulla est, partim labore suo x, partim alimoniarum taxatione y pascantur.

Lex enim z non solum contra tutores a, sed etiam contra fœminas b immoderatas atque intemperantes prospexit minoribus: quæ plerunque nouis maritis non solùm res filiorum, sed etiam vitam c addicunt. Huic† accedit d, quòd ipsius pecuniæ (in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt) fœnerandi vsus vix diuturnus, vix cõtinuus & stabilis est: quo subsecuto, intercidente sæpe pecunia •, ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. Iam e ergo † venditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti: exceptis f his duntaxat vestibus, quæ detritæ vsu, seu corruptæ seruádo seruari non potuerint. Animalia quoq; superuacua, quamuis minorum, quin veneant, non vetamus. Dat. Id. Mar. Constantino. A. VII. & Constan. C. Coss.

Tempus soluendi canonem, ipso iure non currit minoribus. h. d. secundum glossam: quod est menti tenendum. Bald. Vel sic: Imputatur tutori, si res emphyteutica propter canonem non solutum redit ad dominum. Salycet.

XIIII. *Idem A. Felici.*

SI tutoris • vel curatoris culpa vel dolo g, eo quòd vectigal prædio emphyteutico impositum minimè depédere voluissent h, minoris [prædium†] fuerit amissum i: damnum k quod ei contigit, ex substantia eorum resarciri necesse est l. Dat XIII. Kalen. Maij. Constantino. Dalmatio & Xenophilo Coss.

b ¶Fœminas. matres.

c ¶Vitam. i. res de quibus debent viuere liberi.

d ¶Huic accedit. scilicet admissioni antiquæ legis, id est si admittatur. Vel huic rationi, scilicet quòd seruantur serui, vt minori præcaueant: maximè in pecunia quæ clam facilè potest ei auferri.

e ¶Iam. id est prædictis rationibus.

f ¶Exceptis. & excipe fructus & reditus: vt j. e. l. sancimus. §. fin. & pro his non datur testitutio: vt ff. de minor. l. & si fine. §. idem faciuns. & facit ff. de iure deli. l. ait prætor. & j. quando decr. opus non est. l. & fine. & ff. eod. l. tutorqui repertorium. §. j. & ff. de procurato. l. procurator totorum bonorum. Accursius.

SI tutoris.] CASVS. Si pupillus habeat prædium in emphyteusin, pro quo soluere tenetur fisco annuum censum, & ip solutione per biennium vel trienniũ cessauerit per culpã tutoris, & prædium à pupillo auferatur: damnũ quod sensit pupillus, tutor resarciet.

g ¶Vel dolo. quæ differunt: vt dixi: s. eo. l. si liberti.

h ¶Voluissent. scilicet fisco. s. per trienniũ. vt s. de iure emphyt. l. ij. Sed si intra triginta dies offerant post amissionẽ recuperant pro minoribus: vt ff de publica. l. imperatores. extunc ergo sic amittitur: sed potest a restitui in integrũ vt ff de min. l. si ex causa. §. pe. Hodie vero ipso iure b seruatur illæsus: vt j. ex quibus cau. in integ. restitut. non est necess. l. final. Item contra. j. de fun. pa. l. ij. lib. xj. Sed ibi loquitur de prædio, ex quo vectigal præstabatur Cæsari: hic fisco. Accursius.

i ¶Amissum. scilicet prædium, quod exactor tributorum alij vendidit cum solennitate quam habet. s. si propter pub. pe. l. ij.

k ¶Damnum. scilicet amissi prædij: sed hodie cum seruetur illæsus ipso iure: de alio damno oportet dici, si velis eã tueri: quod potest esse in expensis factis pro repetendo prædio, vel deterioratione ipsius.

a Alij tamen dixerunt, quòd non restituitur ipso casu, nec seruat ipso iure illæsus: vt j. de fide instru. & iure ha. fisc. l. j. lib. x. quod non placet.

l ¶Resarciri necesse est. vt & argu j. vnde vi. l. meminerint. & j. arbi. tute l. quicquid. Sed aliud in damno amissæ cautionis vectigalis soluti: quia non tenetur tutor: vt ff. eo. l. fine herede. §. j. Vel dic idem, si tamen culpa possit tutori imputari.

† al. Hoc.

• aliàs. quo sæpe intercidente pecunia.
† hæc pars exceptionis ut rerum sub quodo decreto opus non est l. ult.

a adde Gl. in l. Imperatores 7. ff. de pub. & uecti.

b Minor ipso iure seruatur illæsus adueriis nõ solutionem canonis vel tributi. vt hic vnde plura apud Sfortiam Oddum tract. de restitutionibus parte 1. quæst. 50. artic. 9. num. 87.

• C. § 9. 4.

† deest in vet.

TVtores.] Diuiditur in tres partes. Primo prouidet circa inuentarij confectionem. Secundo circa rerum locationem. Tertio circa prædiorum emptionem. secunda ibi, aurum. tertia ibi, ita tamen Salycet. CASVS. Tutor vel curator statim ex quo dati sunt,

dati sunt, debent facere inuentarium in præsentia tabellionis: in quo debent scribere omnes res & omnia instrumenta quæ inueniuntur in hereditate pupilli: & aurũ & argentũ debet in securo loco reponi, & de mobilibus rebus debent comparare prædia: & si idonea prædia non inueniantur, pecunia dabitur ad vsuras. Vi.

a ¶ *Mox.* vt statuitur: vt in aditione hereditatis: & j. *de iure delib. l. fin. §.* j. quod non placet. Sed dic, id est quum[a] primum potest: id est statim: nisi iustissima causa differat: *vt ff. eo. l. tutor qui repertorium. in princip.* & *ad tit. ff. de solu. l. ratam. & ff. ad Tertyl. l. ij. §. confessim. & d. l. tutor.* ¶ Item de quatuor mensib. potest induci. j. de episco. & cle. authen. presbyteros. ij. Ante[b] illud confectum administrare non debet nisi quid sit quod nec modicam sustineat dilationem: *vt dicta l. ff. eo. l. tutor qui repertorium in princ.* Accurs.

b ¶ *Ordinati.* adita[c] tamen hereditate intra tempus statutum: *vt infra de iure delibe. l. fin. §. j.*

c ¶ *Publicarum personarũ.* id est tabulariorum. & ita exponitur. j. *de episc. & cleri. l. orphanotrophos.* sufficit[d] tamen vnus tabellio. sed quia pluraliter dixerat, tutores vel curatores: subiungit plurali personarum publicarum. vel plurale pro singulari ponitur. sic j. *de his qui in eccle. ma. l. j. & dicta l. orphanotrophos.* Vel appellat publicas personas, id[e] est tabelliones, & magistratum, id est ordinarium iudicem, quidebet interesse. quòd patet: quia lex dicit: ex inuentario posse conueniri debitores. ergo patet quòd apud iudicem facta fuit insinuatio: aliàs enim ei non crederetur: *vt ff. eod. l. chirographis. & in authentic. vt spon. lar. §. & insuper. coll. ix.* Item & per hoc quod dicitur, decreto ei concedi curam, & actainde fieri, & iuramentum præstari: *vt infra de cura furi. l. fin. §. sed cum. & in auth. vt hi qui ob. se. ha. per. res mi. §. fin. colla. vj. & infra arbi. tu. l. fin.* & hoc in omni tutore testamentario legitimo & datiuo intellige: nisi ei testator remisit[f] confectionem inuentarij: *vt j. arbi. tu. l. fin.*

Tutor & curator quum primum possunt, debent inuentarium facere de rebus & instrumentis sen[?]uri-bus pupillorum: & mobilia quæ seruantur, in tuto collocare & ex pecuniis prædia idonea (si possunt) emere: aliàs sub vsuris eas collocare. Salyc.

XXIIII. *Impp.* ARCADIVS & HONORIVS AA. *Eutychianum præfecto prætorio.*

2 TVtores * vel curatores mox[a] quàm fuerint ordinati[b], sub præsentia publicarum personarum[c] inuentarium rerum omnium & instrumentorum[d] solenniter facere curabunt[e]. Aurum, argentúmque, & quicquid vetustate téporis non mutatur[f], si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocent: ita tamen, vt ex mobilibus aut prædia idonea comparentur: aut si forte (vt adsolet) idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam[g] vsurarum cres cat accessio: quarum exactio ad periculum tutorum pertinet. Dat. VII. Kalend. Martia. Constantinopol. Arcad. IIII. & Honorio. III. AA. Coss.

Soluens pupillo cum auctoritate tutoris, vel ipsi tutori vel curatori decreto iudicis, consequitur liberationem plenissimam. Item laboratores & coloni etiam sine hac solennitate soluentes, liberantur. Bald. Vel sic: Debitor pupilli soluens tutori ex præcepto iudicis, plenissimam consequitur liberationem. idem si sine iudice soluat annuum reditum, vel alicuius rei pensionem. Salycetus.

XXV. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni* † *præfecto prætorio.*

1 SAncimus,* creatione tutorum & curatorum cum omni procedente[h] cautela, licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere: ita tamen, vt prius sententia[i] iudicialis sine omni damno[k] celebrata hoc permiserit. quo subsecuto, si & iudex hoc pronunciauerit[l], & debitor psoluerit: sequit̃ huiusmodi causam† plenissima[m] securitas, vt nemo in posterũ inquietet. Non enim debet quod rite & secundũ leges ab initio actũ est, ex alio euentu resuscitari[n]. Non autem hanc legem extédimus[o] etiam in his solutionibus quę vel ex reditibus vel ex pẽsionibus[p], vel aliis huiusmodi[q] causis pupillo vel adulto accedunt: sed si extraneus debitor ex fœneratitia forsitã cautione, vel aliis similibus[r] causis solutionem facere, & se liberare desiderat. tunc enim eã subtilitatem obseruari censemus. Dat. X. Kalend. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

d ¶ *Instrumentorum.* nec[h] est necesse vocari creditores. secus vero in herede: quia ipse habet beneficia duo propter inuentariũ, scilicet Falcidiæ: & quia creditoribus pro viribus hereditariis tantum tenetur. ac tutori imminet tantum onus, secundùm Ios.

¶ Item potest compelli vna vice & inter plures[i] vices fieri, secundum quod inueniet res: *vt infra de cura furi. l. fin. §. fall.*

e ¶ *Curabunt.* alioquin vt suspecti remouerent. Idem si pecuniam ad emptionem prædiorum non deposuerunt: *vt ff. de suspect. tu. l. iij. §. tutores qui repertorium.*

f ¶ *Non mutatur.* facile: vt metalla[a] marmorea. vere enim omnia mutantur: *vt in authen. de non alie. §. vt autem. colla. v.* quæ ergo facile mutantur, vt fructus, vendere licet: *vt supra eodem. titu. l. lex quæ. in fine. & infra eod. l. fin. ad hoc in authen. vt hi qui ob. se. ha. per. §. quoniam. colla. vj.*

g ¶ *Formam.* vt ipse pupillus stipuletur, vel eius seruus vel curator in subsidium: *vt ff. eod. l. quotiens. in princip.* & det electionem pupillo, postea eligat nomina, vel pecuniam: *vt in eod. titu. l. cum quæritur.* Accursius.

SAncimus.] CASVS. Debitor pup. si velit soluere tutori, necessaria est iudicis auctoritas ad hoc vt plenissimam consequatur securitatem. & hoc in prima. hoc quod dictum est quòd in solutione facienda sit necessaria iudicis auctoritas, fallit in solutione redituum & pensionum. Viuianus.

h ¶ *Procedente.* sine dispendio.

i ¶ *Sententia.* præceptiua, vel præceptio.

k ¶ *Damno.* id est sine omni dispendio.

l ¶ *Pronunciaueris.* vt soluatur.

m ¶ *Plenissima.* siue interuenit tutor & iudex, siue iudex tantum: *vt hic, & ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur.*

n ¶ *Resuscitari.* sic infra ad l. Iuliam. de adulte. l. Gracchus. & xxvj. distinc. c. deinde. in fine. & infra lib. xj. de expen. lu. l. vnica. & supra de confir. tut. l. iij.

o ¶ *Extendimus.* vt semper oporteat fieri cum iudice. quia fallit in reditibus & pensionibus. *vt hic,* & in vsuris: *vt j. eod. l. constitutionem.* Item in Trebellianica restitutione: *vt j. ad Trebel. l. sancimus.*

p ¶ *Pensionibus.* in pecunia, sed superior in aliis. Accurs.

q ¶ *Aliis huiusmodi.* vt in vsuris: *vt d. l. constitutionem.* & partiario colono.

r ¶ *Aliis similibus.* vt ex venditione & distingue vt diximus. *j. si aduer. so lu. l. j. & facit ff. eo. l. Lucius. ij. §. tutela.*

Licet tutor interponat auctoritatẽ, vel curator adulto: ius tamen suũ curator non perdit. Bal. Vel sic: Si† tutor vel curator auctoritatẽ præstat pupillo vel adulto adeũti hereditatẽ ex testamento, in quo tutor ipse vel curator est præteritus, vel exheredatus: sibi nõ præiudicat quo minus testamentũ expugnare possit. Salycet.

XXVI. *Idem A. Ioanni. p. p.*

CVm quædam mulier testamento condito filium suum præterisset[s], idem autem filius qui præteritus erat, vel fratris vel extranei esset tutor vel curator, qui scriptus à matre tutoris fuerat heres: in præsenti specie manifestissimũ erat, stare tutoré vel curatoré in præcipiti loco. siue enim auctoritatem suam vel consensum de adeunda * hereditate prestare pupillo aut adulto minimè voluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiant̃ prẹiudiciũ, (satis enim † imminet periculũ tutelæ[t], vel vtilis negociorũ gestorũ[u] actionis, ne pupillus vel adultus vtpote ex illius tarditate læsus, litem ei ingerat) siue huiusmodi timore

CVm quædam.] CASVS. Si mater filiũ suum præterierit, & pupillum extraneum, cuius tutor est filius, instituerit heredem: qualiter filio succurratur, quæritur: quia nisi hereditatẽ pupillo acquirat, tenebitur act. tute. si acquirat, & nomine pup. adeat, præiudicat sibi in actione inoffi. querelæ. Rñ. q adire, id est pupilli adeũti auctoritatem præstare debet: & finita tutela aget de inoffi. Viu.

s ¶ *Præterisset.* quod pro exheredatione habetur: *vt instit. de exhered. li. §. mater.*

t ¶ *Tutelæ.* cum tutor est.

u ¶ *Negotiorum gestorum.* cum est curator: *vt supra de nego. gestis l. curatoris.*

a Tutor. Mox intelligitur cũ aliquo tem peramento.

* C. T. 3.19. 4.

b Tutor an ad ministrare potest in en tario nondũ confecto.

c Tutor ante aditã heredi tatẽ inuenta rium facere nõ potest, quod quidã nõ ad mittunt. vide Bald. hic.

d Inuentariũ an possit fieri cum vnico tabellione.

e Insinuatium tutoris debet fieri in præsidia iudicis.

† Iuliano vel * horum cõsti tutionis necessitate & argumentũ excusat [illegible] Iustinianus in [illegible] alora. [illegible] Casus ad [illegible] Triboniani.

f Testator potest remittere confectionem inuentarij, ita & legitimo & datiuo.

g Curator ad litem cogitur inuentarium conficere omnium instrumentorum litis.

h Ad confectionem inuentarij nullis creditoribus, nisi quis velit vti inuentario ad prohibitionẽ aerem [?] adde l. Chirographis. ff. eod.

i Inuentarium debet augeri sient augentur bona & facultates pupilli.

a Metalla etiã dicuntur de lapidibus.

† id est solutionem. Insti. quibus alienare, licet vel non.

† Quod quis facit vt tutor non præiudicat sibi vt priuato. Itaque vbicunque in vnam personã concurrunt duæ qualitates, quarum vna non tollit aliam, sed sunt personæ pariter in duabus persona vt de duabus.

* ad adeundã hereditatem, vel.

† ol.

pertetritus auctor fuerit pupillo vel adulto, periculū emergebat. dum alij consentit, ipse sua iura perdit[a]. videbatur etenim cōfirmare matris suę iudicium, quod oppugnandum esse existimabat. & multæ aliæ insuper species oriuntur, ex quibus verendum est tutori vel curatori circa suas res præiudicium [parari] puta in hypothecis[b], & aliis variis causis[c]. Inuenimus autem generaliter definitum, post officium depositū omnes actiones quas tutor vel curator ex necessitate officium subierit, in quondam pupillum vel adultum trāsferri[d]. quare tam optimo exemplo argumentari,[e] † necnon & aliis omnibus casib.* in quibus veretur tutor vel curator ne præiudiciū ei aliquod fiat, timorem eius remouemus. Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum vel adultorum gubernare[f]: scituris quòd lex nostra sua eis iura immutilata reseruat[g], nihil ex huiusmodi auctoritate vel consensu præiudicij subituris. D X. Kalend. Septem. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV.CC.

Hæc lex glossat l. sancimus supra eod. & hoc intendit l. sancimus supra eo. in fin. quæ loquitur de fœneratitia cautione, habet locum in principali debito, non in vsuris: quia illæ possunt solui sine iudice, sicut pensiones & annui reditus: dummodo etiam in vnum collecta non excedant summam c. solidorum, nec biennij metas. Salyc.

XXVII. *Idem A. Ioanni praef. prat.*

Constitutionem[h] quam nuper fecimus disponentes quemadmodū debent solutiones in contractib. minorū fieri, siue ex reditibus, siue ex pensionibus, siue ex aliis similibus causis*, etiā in vsuras[i] extendimus: quę tamen non summatim neque ex multis annis collectæ iā debentur, biennales metas, & centum solidorum[k] quantitatem minimè excedentes. Dat. X. Kalen. Nouembr. Constantinopol. post consulatum Lampadij & Orestis. VV.CC.

Tutor litem cœptam non potest deserere. hoc primo. Si pendente lite tutor vel curator efficitur furiosus, alius subrogatur, qui litem exequitur. hoc secundo. Bald. Vel sic. Tutores & curatores suos minores à litibus eis mo tis non defendentes, vt suspecti veniunt remouendi, & etiam de proprio damnum resarcire tenentur. Salycet.

XXVIII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

2 Sancimus neminem tutorum vel curatorum pupilli, vel adulti, vel furiosi, aliarúmque personarum[l] quibus tam ex veteribus quàm ex nostris legibus vel constitutionibus creantur curatores, defensionē quam pro lite susceperint[m], recusare: sed ab initio litis modis omnibus memoratas personas defendere, & litem præparatam secūdum leges instruere: scientes quòd hoc munus[n] necessarium est tam tutelæ, quàm curationi. Et si hoc recusauerint, vel subire distulerint: nō solum vtpote suspecti amoueantur[o], amissa eorum existimatione[p]: sed etiā ex substantia sua omne detrimētū quod ante latæ personæ ex recusatione defensionis sustinēt, resarcire cogantur.

---

a ¶*Perdit.* nota. sic & ff. de ino. test. l. testam. l. nihil. & l. fin.

b ¶*Hypothecis.* quia pro hac mala administratione, eorum bona tenebuntur minori: vt supra eodem l. pro officio. 2 Vel dic quòd in bonis matris habebit hypothecam: vt supra de secun. nupt. l. hac edictali. §. in omnibus. in qua videbatur sibi præiudicari, cum alij bona materna adiudicari volebat. 3 Vel dic tertio quòd quidam rem suam minori obligauerat, eandem & curatori pro alio facto: vnde timebat ne si pro se peteret, teneretur minori: & si pro minore peteret, ne præiudicet sibi saltem in præscriptione.

c ¶*Variis causis.* videlicet circa vsuras & alias accessiones. 2 Vel dic quòd vendidit minorem tutoris vel curatoris, quā timet non reuocare: & econtra timet reuocare. 3 Vel dic quòd tutor vel curator vendidit rē minoris, contra quam venditionem timet petere restitutionē. 4 Vel dic quòd minor emit, vel alio modo acquisiuit ab alio rem tutoris, vel curatoris: quam si non reuocet tutor, vel curator, timet sibi præiudicari. & alia possunt poni exempla plura in quibus omnibus habet locum hæc lex.

d ¶*Transferri.* vt & j. quando ex fac. tut. vel cur. l. j. & ff. de re iud. l. si se. §. tutor. & ff. si quis cau. l. fina. secus in procuratore: vt ff. de procura. l. procurator qui pro euictione. & ff. mād. l. seruum Titij.

e ¶*Argumentari.* prima facie videtur bonū arg. sed si medium subaudias, optimum est, secundum Ioan. sic scilicet, ideo cum finita est tutela, transeunt actiones in pupillum, ne hoc officium sit ei dānosum: vt arg. ff. quemadmodum testa ape. l. si quis ex. ergo & cum hic eadem sit ratio*, idem ius dicendum est. Accur.

f ¶*Gubernare.* & sic auctorare prædictæ adispositioni: sed quantum ad curatorem est cōtra. ff. de ap. l. cū in vna. §. tutor. Solu. ibi erat specialis curator ad aliud: hic generalis ad omnia. Vel hic in adulto, ibi in pupillo cui potest prouideri per tutorē. Acc.

g ¶*Reseruat.* cum ex necessitate officij faciant: vt ff. de inoffic. testamen. l. aduersus. §. tutores. & l. filius. & ff. de his qui. vt indign. l. tutorem. & l. post legatum. §. aduocatum. & insti. de inoffic. testa. §. si tutor. Sed aliud in eo qui ex voluntate: vt ff. de inoffic. testa. l. finali. Accursius.

Constitutionem.] CASVS. Supra eodem l. sancimus. cautum est qualiter debitor soluendo plenissimam consequitur securitatem de solutione redituum & pensionum: hic addit quod in solutione vsurarum sine interpositione decreti iudicis fieri potest: & plenè consequitur debitor securitatem quæ non excedat summam. c. solid. neq; tempus biennale, quo casu decretum iudicis in securitate talium vsurarum esset interponendum ad hoc vt plenè debeat consequi securitatem. Viuia.

h ¶*Constitutionem.* quæ est s. eo. l. sancimus.

i ¶*Etiam in vsuras.* vt & ipsæ possint solui sine iudice, & sequitur plenissima securitas.

k ¶*Et centum solidorum.* hanc adiectionem intellige secundum Ioann. etiam in pensionibus & reditibus. alij contra. Item an vtrunque est necesse, scilicet vt excedant. c. solidos, & biennium quod satis videtur: vt argu. ff. de verb. oblig. l. si quis ita stipulatus fuerit x. aureos. & ff. de condic. institut. l. si heredi plures. ¶Item quòd dicit summatim, dic quòd tot sunt, quot faciunt summam.* sic & ff. de pac. l. si plures. Sed arg. contra s. de vsur. l. vsuræ. Accur.

Sancimus.] CASVS. Si tutor vel curator pupillorum cōtrouersiam quam quis habet contra eos, non defendat, vel eorum causam non agat: remouebitur à tutela cum infamia: & tenebitur pupillo ad omne damnum. Si vero inceperunt agere vel defendere: & procedente lite, qui litem inchoauerat, factus fuerit furiosus: debet præstari à matre vel à propinquis curator, & ordinandus est à iudice; à matre & à propinquis solicitandus est vt omni diligentia causam agat. Si vero curator se excusat, tunc alius & in continenti petendus est ab his ad quos pertinet periculum petendi tutores: & sic admittetur ad defensionem pupilli, quòd non satisdabit de rato, nec iudicatum solui: vt supra eodem l. tutores. sed iudicio sisti: & per hanc satisdationem poterūt res pupilli obligari sine decreto iudicis. Cum vero contrahetur, tutor promittet coram iudice & in scriptis quod pupillum diligenter, & sine dilatione defēdet. Licebit autē tutori vel cura. fructus distrahere sine decreto, vt vinum, frumentum, & similia: & pecunia ex venditione fructuum redacta, vnà cum aliis rebus per eos administrabitur.

l ¶*Personarum.* vt prodigorum, & amentium, & aliorum similium: vt instit. de cura. §. iij.

m ¶*Susceperint.* satisdando iudicio sisti. & sic iam inchoauerant: vt s. qui dare tuto. vel cur. l. curator. idem si nil incepissent: quia incipere tenentur: vt subiicit. & j. ea. l. §. personis. & supra de procura. l. neque. & l. iij.

n ¶*Hoc munus.* scilicet defendendi. ¶Sed contra. ff. de auctor. tutor. l. ij. §. si tutor. sed aliud in contractibus, vbi non cogitur auctorare: hic in iudiciis.

o ¶*Amoueantur.* vt* ff. eod. l. ita autem. §. cessisse. 2 Idem si inuentarium facere differant: vt infra arbit. tut. l. fin. j. respon. 3 Idem si non satisdent: vt infra de tuto. vel curato. qui non satisde. l. j. 4 Item si mentiendo dicant alimenta non posse dari, vel pecuniam detrectant ad emptionem prædiorum: vt ff. de suspect. tuto. l. iij. §. tutor qui. & §. tutores.

p ¶*Existimatione.* id est fama.

Marginalia: * Quia alij cō... ; ¶ Ex identitate rationis proceditur de similibus ad similia. * ei nec non & aliis omnibus causis. * decst rectè. b Officiū suū neminī debet esse dānosū. c Vbicunque est eadē ratio vel æquitas, ibi eadem esse debet iuris dispositio. * aduersus. a Tutores multis ex causis remoueri possunt.

a ¶*Sed & si quis.* hic.§.loquitur de maiore effecto furioso, cui debet dari curator.
b ¶*Admonitus.* id est in iudicio vocatus ab aliquo.
c ¶*Cautelam.* iudicio sisti.
d ¶*Per procuratorem.* tunc enim procurator[a] proficeret etiam eo facto furioso, vt innuitur.
e ¶*Actoris.* id est eius qui agebat contra eum què verisimile est velle prosequi: sed & idem si actor esset furiosus factus, & reus vellet procedi. Accur.
f ¶*Periculo.* vt[b] liberti, qui nisi petant tutores, accusant vt ingrati: vt ĩ.*qui petant tutores l.ij. & ff.de iure patro. l.ingratus. & ff.qui pet.tu.l.ij.§.liberti.*
g ¶*Suæ substantiæ.* vt mater quæ repellitur à successione filij: vt ff.*qui petant tu. l.ij.§.sunt autem.* ¶Sed certè imò non sustinet periculum suæ substantiæ: nisi ponas quòd petiit minus idoneum, & decreto fuit comprehẽsum eius periculo dari: vt ĩ.*si mater inden.pro.l.fina.* Sed & tutor nõ rectè datus, cum se negotiis immiscuisset, si errore comperto ea deserat, tenetur eo nomine, nisi à prætore tutores constitui petat: vt ff.*eod.l.tutores.§.qui se.* & ff.*de eo qui pro tut.neg.l.j.§ finali.* Item & creditores habent damnũ ex retardatione: vt ĩ.*eadem l.§.ne autem.* Item & duumviri, si hoc malè procurant: vt *Instit. de satisdatio.tuto.§ penult.* Item tutor[e] finita tutela debet admonere de petendo curatore: vt ff.*eodem.l.ita autem.§.si tutor pupillum.*
h ¶*Ordinauerint.* id est ordinari fecerint. sic ff.*de his qui no.infa.l.furti.§.mandati.*
i ¶*Præparare.*[d] id est instare vt dentur quos petierint: & quòd inuentariam faciant, & quòd iurent: & sic præparant. nõ[e] autem compellitur mater accusare vt suspectum: vt ff.*qui pet.tu. vel cura. l.fina.§ final.*
k ¶*Ordinare.* id est ordinandos postulare.
l ¶*In ipsis gestis.* id est in quibus dantur, debeant declarare se subire, &c. vt ĩ.*eadem l.§.omnem autem.* Accur.
m ¶*Declarantes.* hi qui de nouo creantur.
n ¶*Subire.* id est subituros.

a Licet tutor efficiatur furiosus, tamen non habet mandatum procuratoris ad litem quem fecerat pupillus cũ authoritate tutoris. certe furiosus non desinit tutor esse iure, & ideo nõ est verum finitum esse eius officium licet nõ exerceatur.
b Liberti nisi petãt tutores liberis patronorum, recusantur vt ingrati.
† Curator ad litem datur per iudicem coram quo lis vertitur. *c. vlt. de iud.* in 6.
† Illud secundum Salyc. est bene notan. quia de curatore generali, & tutore dubitatur: vt *in l.l.vbi pe tu. vel cura. & per de. in cap. petitio de proc.* al decretal: sed postea additum est.
c Tutor finita tutela debet admonere pupillum de petendo curatore.
d Persone quæ habent necesse petere tutorem, coguntur instare vt tutor quem petierant administret: aliàs puniuntur.
e Mater non cogitur accusare tutorem vt suspectum.
† Remoto vno tutore alius dandus est.

Sine lite contestata, siue antè (satisdatione tamen præstita) conuentus factus sit demens, vel furiosus, ita quòd indiget curatore: debet ei curator ad litem dari per iudicem coram quo lis vertitur. h.d. & not. Salycetus.

Sed & si quis[a] ex quadam interpellatione admonitus[b], pro litis instructione consuetã cautelam[c] exposuerit, vel post litem contestatam, quam per se, non per procuratorem[d] susceperit, vel demens vel furiosus factus fuerit: sancimus continuò curatorem ei in competenti iudicio ordinari, cura & prouisione tam iudicis † sub quo lis vertitur†, quàm cognatorum & propinquorum, & actoris[e], si voluerit: vt non ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatem habente creato curatore defensionem subire, & cætera litis adimplere.

Ad curam eius qui tenetur petere tutorem ordinari pupillo, spectat etiam facere petitos, & ordinatos compelli vt pupillum defendant in lite. Et si contingat illum remoueri, debet facere alium idoneum substitui. Salyc.

Personis etiam quò periculo[f] proprio vel suæ substantiæ[g] tutores vel curatores petierunt (siue matres fortè fuerint, siue qui dam alij) compellẽdis eos quos ordinauerint[h] tutores vel curatores, præparare[i] talẽ subire defensionem: vel si illi noluerint hoc facere, & propter huiusmodi defensionis recusationem à tutela vel curatione remoueantur: necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores vel curatores ordinare[k], in ipsis gestis[l] in quibus tutores vel curatores creantur, ex sua confessione declarãtes[m] talem subire[n] defensionem.

Ne autem[o] tales personæ sine prouisione debita relinquãtur, vel contra eos agentiũ iura diutius protelentur: sancimus continuo, id est, post recusationem[p] defensionis, in casibus videlicet in quibus (sicut dictũ est:[q]) hoc fieri possit, creationem † aliorum tutorum vel curatorum celebrari: cognatis, alijsq; propinquis & adfinibus, vel creditoribus, vel alijs[r] quorum interest, adeuntibus, vel admonentibus eos[s] qui secundum leges ius habent tutores vel curatores constituere.

Tutores vel curatores non tenentur de iudicato soluendo satisdare, sed tantum de iudicio sisti, & in eam causam bona minorum possunt sine decreto obligare. Salyc.

Defensionem autem, & nomen eius in hoc casu[t] apertius declarantes, ne fortè putauerint tutores vel curatores grauamen sibimet imponi: illam decernimus defensionem eos subire, quæ non satisdatione pro euentu litis constituitur[u], sed vt tantummodo litem secundum legum ordinem pro pupillo vel adulto aliisque personis[x] instruant[y]: licentiam ex hac nostra auctoritate habentes, sine decreto res quarum gubernationem gerunt, pro cautela[z] litis subsignare[&].

Tutores & curatores tempore suæ decretionis debent specialiter & expressim promittere quòd defensionem minorum suscipient sine vlla dilatione. Salyc.

Omnem autem dubitationẽ pro defensione pupillorum & adultorum, aliarumq; personarum penitus amputantes: sancimus: omnes tutores & curatores non alias creari, nisi prius cum aliis[b] solennibus verbis, quę pro gubernatione rerum tam in gestis[c] quàm in cautionibus[d] ab his conscribuntur[e], & hoc specialiter † expresserint, quòd omnimodo sine vlla dilatione defensionem pro pupillis & adultis aliisq;[f] supra memoratis personis subire eos necesse est.

Tutores & curatores possunt vendere fructus rerum minorum sine decreto pro precio tunc currente in loco in quo distrahuntur. Salyc.

Hisque adiicimus[*], nullam neque in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus & omnibus curatoribus licere[g] fructus, siue qui ex reditibus prædiorum colliguntur, siue qui ex substantia personarum quarum gubernationem habent, inuenti fuerint, id est, vinum †, & oleum, & frumentum, vel cuiuscunque speciei sunt, sine decreto[h]

o ¶*Ne autem tales personæ.* minorum, furiosorum, dementiumq; & similium. Acc.
p ¶*Recusationem.* & remotionem propter crimen, vt suspecti: ante enim non ordinatur alius, cum habenti[a] tutorem &c. vt ĩ.*in quib. cau.hab.tut.l.licet.* Acc.
q ¶*Dictum est.* supra eadem.l.in princ. & §.proxi. scilicet quando non defendunt.
r ¶*Vel aliis.* puta matre & liberto: vt ff. *qui petant tutores. l.ij.§.sunt autem quidam. & not.s.proxi.§.*
s ¶*Eos.* scilicet iudices. Accur.
t ¶*In hoc casu.* quando remotis prioribus alij dantur.
u *Constituitur.* scilicet iudicatum[b] solui[c], & de rato: vt & *supra eod. l.tutores.j.* secus in patre defendente filium, qui satisdat de his: vt ff.*qui satisda.cogan.l.filiusfa.quæ est contra.* cum hic suum officium non debeat esse damnosum sibi: vt *argu ff.ex quibus causis maiores. l.videlicet.* Vel defendebat ibi conferendo in se iudicium: hic non sic. Vel dic vt ibi.
x ¶*Aliisque personis.* vt furiosis vel dementib. Accursius.
y ¶*Instruant.* iudicio sisti ergo cauent: sed aliud in orphanotrophis, qui nec de hoc cauent. vt ĩ.*de episcopis & clericis l.orphanotrophos.*
z ¶*Pro cautela.* id est iudicio sisti: vt dixi.
& ¶*Subsignare.* id est obligare[d]. *sic ponitur.ff.de iure immu.l.semper.§.conductores.* ¶Et sic not. speciale,[e] rem minoris immobilem sine decreto obligari, vel alienari: nam de mobilibus, quæ aliàs possunt obligari, vel alienari, non debet intelligi.
b ¶*Cum aliis.* quæ non sunt in vsu.
c ¶*In gestis.* id est apud iudicem inter acta.
d ¶*In cautionibus.* id est chartulis.
e ¶*Conscribuntur.* vt rem pupilli vel adulti saluã fore. & ad hoc ĩ.*de episcopali audientia. l.de creationibus.* Accur.
f ¶*Aliisque.* furiosis, vel mente captis.
g ¶*Licere.*[f] Immo & cogitur. alioquin spectat ad eum periculum: vt *ff.eod.l.si res.*
h ¶*Sine decreto.* vt ĩ. *quando decre. opus non est. l.fin. & ĩ.eodem l.lex quæ. in fin.*

a Tutorẽ habenti tutor non datur.
b Tutor vel curator nõ satisdat iudicatum solui.
c Cons. ij'e l. in fi. mandato. extra de procura.
d Post satisdationem factã in iudicio tutor alienare potest bona pupilli sine decreto.
e Minoris res immobilis quãdoque sine decreto alienatur.
† Tutor debet exprimere in instrumento tutelæ quòd aget vtilia & prætermittet inutilia. vnde colligunt vitiari instrumẽtum tutelæ si id omissum fuerit. v. Coeferum singulares Tutor.
* addimus
f Tutores & Curatores possunt vendere fructus iusto pretio sine interpositione decreti, bene possint seruãdo seruari.
† Fructus in vino, oleo, frumento & huiusmodi speciebus consistens.

a ¶*Precio*. Quid si iniusto? Respond. non rescinditur venditio: nisi sordes vel gratia interuenerit: vt ff. *de minoribus. l. & si fine. § idem faciunt.*

b ¶*Aliarum personarum*. vt furiosorum, & mente captorum.

DE PERICVLO TVTORVM ET CVRA.

c ¶ET *quinetiã*. Pater[a] testaméto duos viros prudétes & locupletes filio tutores dedit: & quia ipsi non nouerant facultates eius, adiunxit eis contutores duos libertos suos, qui res suas nouerant: non[b] vt administrarent, vel non vt in solidum, sed vt alios in administratióe instruerent: & quod ab eis gereretur, inspicerent. tenentur itaque isti, siue & illi: siue dissimulauerint scire, siue fraudem adhibuerint per se tantum, vel participauerint cum aliis, vel suspectos facere omiserint. licet enim nõ administrent, debent tamẽ inspicere qualiter alij administrant.

distrahere iusto precio[a], qđ in his locis in quibus véditio celebratur, túc téporis † noscitur obtinere: & quę ex venditione eorundé fructuũ colliguntur pecuniæ, cum alia pupillorum vel adultorum aliarúmq; personarum[b] substátia administrentur. Dat. xij. Kal. Nouem. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

a Casum ponit.

† Tutor potest vendere fructus pupilli quoties vult, ita vt non cogatur ad eos vendendos expectare anno [illegible] caritatem: & eadmodo [illegible] etiam non cogitur [illegible] te ad alia loca vbi plurimi venduntur fructus. Itaq; tutori sufficit fructus vendere in loco ipso vbi siti sunt, vel in loco sui domicilij.

b Tutores non tenentur de administratione, nec instruunt: & quod ab illis gerittur, inspiciunt.

d ¶*Tutores*. supple, vel curatores, vt subiicit, qui dati in testamento confirmantur: vt *instit. de cura. §. dantur.*

e ¶*Patrimony. sic instit. de excusa. tuto. § sed & propter.* alij autem omnes accipiũtur in solidum: vt *j. de aucto. præstanda. l. fi. & facit. ff. de solu. l. quod si forte. §. j. & ff. de admini. tuto. l. iij. §. j. & instit. de satisda. tutorum vel cura. §. j.*

f ¶*Tutores*. prædicti liberti.

g ¶*Adhibuerint*. siue dissimulatione[c], & soli.

ADuos.] CASVS. Paterfam. latum habens patrimonium in duabus prouinciis, vnũ in vna dedit tutorem, & alium in alia. degens in vna prouincia, non tenebitur pro his quæ gerũtur in alia prouincia: nec econuerso.

h ¶*Non porrigitur*. diuisa[d] administratione à testatore, vel à iudice: vt *j. de diuidenda tutela. l. ij.*

SI res.] CASVS. Si tutor res pupil. in loco non tuto posuerit, & per incẽdium perierint, tenebitur: quòd suo damno non pupilli perierunt. Viuia.

i ¶*Venundare*. & his duobus modis damnũ[e] fortuiti casus euitari potuit. Azo. *vt j. de pign. act. l. pignus. & ff. de damn. infect. l. vtique.*

* al. Quinto.

c Dissimulatio tutoris punitur.

d Administratio tutorum diuiditur vel à testatore vel à iudice.

e Fortuitus casus damnum prudentia interdum euitari potest.

TITVLVS XXXVIII.

DE PERICVLO TVTORVM VEL CVRATORVM.

Etiam ad tutorem datum causa notitiæ, pertinet periculum si alios administratores non instruxit, vel suspectos gerere permisit. Bald. Vel sic: Tutores instructionis vel notitiæ causa dati, licet non administrent, tenentur de dolo & culpa: ac etiam tenentur alio modo suspectos facere. Salyc.

I. *Imp.* ALEXAND. A. *Quinto**.

ET qui notitiæ[c] causa liberti tutores[d] dantur, quamuis soli administrandorum negotiorum pupillorum siue adultorum facultaté interdũ nõ accipiát propter tenuitaté sui patrimonij[e], periculo tamen oẽs sunt obligati: siue ea quæ scire debent, ex vtilitate eorũ tutores[f] siue curatores dissimulauerint, siue fraudẽ aliquá adhibuerint[g], vel cũ aliis participauerint: aut cũ suspectos facere deberét, vel in officio muneris, vel debito obsequio cessauerint. PP. ix. Kal. Febr. Alexandro A. ij. & Marcello Coss.

Tutor vnius prouinciæ non tenetur de facto tutoris alterius prouinciæ. Bal. Vel sic: Si administratio est diuisa à testatore vel à iudice, periculum vnius non spectat ad alium. h. d. cum gla. Salyc.

II. *Iidem* AA. *Saturo.*

AD eos qui in alia prouincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorũ qui in alia prouincia res pupilli gerunt, non porrigitur[h]. PP. Non. Iul. Alexandro. A. ij. & Marcello Coss.

Tutor qui seruat non seruanda, tenetur de periculo casus fortuiti. Bal. vel sic: Periculum casus fortuiti spectat ad tutorem, si culpa præcedat casum: non aliàs. h. d. cum sequen. Sal.

III. *Imp.* PHILIPPVS A. *& Philippus Cæs. Gratiano.*

SI res pupillares quas in[i] horreo cõditas habere, aut etiá venũdare[i] debuisti, in hospitio tuo[k] (vt adseueras) vi ignis absumptę[l] sunt: culpam seu segnitiem tuam, nõ ad tuum damnũ, sed ad pupilli tui spectare dispendium, minus probabili[m] ratione deposcis. PP. iij. Kal. Apri. Philippo. A. & Titiano Coss.

Tutor seu curator non tenetur de casu fortuito. Bald.

IIII. *Idem* A. & C. *Floro.*

TVtoribus vel curatoribus fortuitos casus, aduersus quos caueri non potuit, imputari nõ oportere, sæpe rescriptum est[n]. PP. xi. Kal. Septem. Philippo. A. & Titiano Coss.

Probationes iuris & de iure sunt liquidæ. Bal. vel sic: Negligentia non adscribitur ignoranti, nec periculum temporis ignoti. Salyc.

V. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Seuero.*

SI tutor petitus[o], vel testamẽto datus, tutorem te constitutum esse non ex remissionis[p] † negligentięvitio, sed iustę ignorationis ratione non didicisti, idq; liquidis probationibus ostenderis[q]: periculo eius temporis quod ignorante te transmissum est, non teneberis. PP. iij. Id. Septembr. ipsis. iiij. & iij. AA. Coss.

Tutela finita finitur periculum administrationis. Bal.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Epicteto.*

TEmporis quod insequitur[r] post tutelæ trãslationem[f], administrationis officio finito, ad eos qui fuerunt tutores, gerendæ rei non pertinere[t] periculum.

k ¶*Tuo*. subiacenti facilè corruptioni.

l ¶*Absumptæ*. & sic fortuito casu: vnde videbatur non teneri: vt j. eo. l. proxi. teneris tamen, quia præuidere potuisti.

m ¶*Probabili*. id est nimis improbabili. talia enim per cõtrarium resoluuntur: vt j. *de transact. l. fratru.*

TVtoribus.] CASVS. An tutor de fortuito casu teneatur, quæritur? Dicitur quòd non: quia præuideri non poterat. Viuia.

n ¶*Rescriptum est*. vt ff. *eo. l. si res. & j. de pig. act. l. quæ fortuitis. & ff. pro so. l. cum duobus. §. damna. & j. de neg. gest. l. negotium.*

SI tutor.] CASVS. Siue tutor à matre petatur, siue in testamento detur, & ignoret se datum: res quæ perierunt antequam sciret se datum, ad periculum suum non pertinebunt, si probauerit se nesciuisse: quod probatur eo ipso, quòd non probatur contrarium. vel nõ probabit, si vult: quia nec præsumetur scire: quia fortè non interfuit in testamento: vel ad domum suam non fuerat denunciatum. Viuia.

o ¶*Petitus*. à matre, vel ab aliis personis quæ petere debent tutores pupillis.

p ¶*Remissionis*. id est magnæ. Accur.

q ¶*Ostenderis*. admissus, non iussus, secundum P. s Vel dic probas[a] quando præsũptio sciẽtiæ est cõtra te, vt quia interfuisti testamento: vel[b] publicè[c] sciebatur, & ad[d] domum tuam fuerat denunciatum. *ar. ff. de iuris & fac. igno. l. nec supina.* § Vel dic, probas[e] eo ipso quòd contrarium non probatur: & hoc ideo, vt tollas contrarium: *ff. eod. l. quidam decedens. §. fi. & l. sequen.* vbi dicit pupillum probare: & vt tollas aliud quod dicit præsumi[f] ignorantiam: vt *ff. de probatio. l. verius.* & aliud quod dicit negantem[g] non probare. vt *j. de probat. l. actor.* Nec obstat quod dicit hic, liquidis: quia probationes[h] legum liquidissimæ sunt. & concord. *j. de administra. tuto. l. & si ij. ff. & j. de suspectis tutorib. l. ij.*

TEmporis.] CASVS. Tutor finita tutela de ante gestis tenetur: non de his quæ postea sunt geréda. in curator econtrario: quia non de gestis, sed de gerendis tenetur. Viuianus.

r ¶*Temporis quod insequitur*. nec præcedentis temporis periculum spectat ad curatores: vt *j. de adminis. tut l. j.*

f ¶*Translationem*. quando enim quis desinit esse tutor: transfert ad pupillum & actionem, & omnia quæ contracta erant in administratione.

t ¶*Non pertinere*. vt & *ff. de admini. tut. l. à tutoribus. §. j. & l. cum post in prin. & ff. si quis cau. l. si. & j. in quibus cau. ha. tuto. l. j.* & hoc nisi connexa sit administratio: vt *infra vt causa post pu. l. j. & ff. de here. tu. l. j. & ff. de tute & ra. distrah. l. si tutor. & infra ar. tute. l. tutor. & ff. de admini. tuto. l. ita autem post completum*, Accursius.

a deest in quibusdam.

a Tutor qui dicit se ignorasse quod fuerit datus, an probare debeat.

b Præsumitur scientia in his quæ publicè fiunt. [illegible]

c Scientia prosumitur [illegible]

d [illegible]

e Scientia [illegible] contra [illegible] impedimentis [illegible] ignorantiam [illegible] tamen [illegible]

f [illegible]

g Citatus ad domum præsumitur sciuisse citationem. v. Bald. decis. 36.

e Probare la intelligitur qui præsumptionem pro se habet cum contraria probatio non potest. [illegible]

f al. remissionis. ad remissionis.

f Probanda scientia est [illegible] ignorantia.

g Negans ab probat nisi contra eũ sit præsumptio.

h Probationes legum sunt liquidissimæ.

QVANDO EX FACTO TVTO. &c.

Instituta.

culum, rationis est. S. V. Kalend. Decemb. CC. Coss.

TITVLVS XXXIX.

QVANDO EX FACTO tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt.

Sententia lata contra tutorem vel curatorem finito officio non mandatur executioni in eos, sed in dominum principalem. Vel sic: Bald. Nisi dolum commiserint, vel nouauerint: vt in glos. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Septimio**.

IVLIANA, cuius tibi curatores condemnati sunt, si xxv. annum ætatis egressa est: actio iudicati vtilis aduersus ipsam bonaq; eius [tibi] exercenda est[a]. Nam tutores curatorésq; finito officio non esse conueniendos[b] ex administratione pupillorum vel adolescentium, sæpè decretum est. PP. VIII. Kalend. Iul. Romæ. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Ex stipulatione tutoris super re pupilli, pupillo quæritur vtilis actio. Salyc.

II. *Imp.* ALEXAN. A. *Sororcho**.

ET si tutores tui cum pecuniam pupillarem crederét, ipsi stipulati[c] sunt: vtilis actio[d] tibi dabitur.

Lex præcedens dixit de acquirēdo. h. d. de obligando. Bald. Vel sic: Si pecunia mutuo sumpta per tutorem in vtilitatem pupilli est conuersa: in pupillum competit actio. Salycetus.

III. *Imp.* GORDIANVS A. *Prudentiano.*

SI in rē minoris pecunia profecta sit, quę curatori vel tutori eius nomine minoris mutuo data est: meritò personalis[e] in eundē minorem actio danda est. PP. Non. Septemb. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Si finito officio tutor perseuerat in administratione, ipse tenetur: & ex eius contractu vtilis actio domino quæritur. Salyc.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Maximiana.*

SI hi qui te in pupillari ætate cōstituta tutores fuerit, postea in administratione perseuerátes, vel curatores constituti, tua prædia locauerūt: eos competenter conueni[f]. sed & ex eorum contractu vtilis tibi quæri potuit[g] contra successores conductoris actio. S. III. Non. Mar. AA. Coss.

V. *Iidem* AA. & CC. *Onesimo.*

PEr tutoré pupillo actio, nisi certis ex causis[h] quęrit† non pōt. Da. Idi. Decem. CC. Coss.

TITVLVS XL.

SI EX PLVRIBVS tutoribus vel curatoribus omnes vel vnus agere* pro minore vel conueniri possint.

Vnus ex tutoribus potest causam defendere aliis negligentibus. Salyc. Vel sic: Quilibet tutorum habet officium in solidum. h. d. nisi sit diuisum quo ad ius, vel administrationem. h. d. cum l. seq. Bald.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Cassio militi.*

AB vno[i] ex tutoribus vel curatorib. causam posse minorum defendi, cum alij tutores vel curatores eam defendere noluerint[k], ignorare non debes. PP. Non. Nouembr. Messala & Sabino Coss.

Quando administratio est diuisa à testatore, vel à iudice, non debet vnus pro rebus ad administrationem alterius spectantibus conueniri. Salyc.

II. *Impp.* CONSTANTINVS A. & LICINIVS C. *ad Symmachum.*

IVliana.] CASVS. Mulier quædam tenebatur mihi, & conueni tutorem suum: & obtinui: antequam sententia mandaretur executioni, facta est maior: in cuius bonis facienda sit executio, scilicet an tutoris, vel mulieris, quæritur? Respon. quòd in bonis mulieris: quia finita tutela & cura, & rationibus redditis, amplius tutor vel curator non conuenietur.

a ¶*Exercenda est.* idem si non est maior: vt *ff. de re iudic. l. iiij. §. tutor quoque. & ff. de admini. tu. l. ij.*

b ¶*Conueniendos.* vt *& probatur dictu ll. & ff. si quis cautionibus. l. fi.* Hoc tamen fallit[a] quando ex dolo vel culpa tutoris ageretur: vt *ff. de act. emp. l. Iulianus. §. sed & cum in facto. & ff. eo. l. iij. in princ. & l. iiij.* Item & quando transtulit in se nouando: vt *ff. eo. l. v.* Item secus in procuratore: vt *ff. de proc. l. procurator qui pro euictione.*

ET si tutores.] CASVS. Tutor si pecuniam pupilli mutuet, & stipuletur sibi reddi: cui acquisita sit actio? Resp. quòd vtilis pupillo acquiritur.

c ¶*Ipsi stipulati sunt.* scilicet sibi.

d ¶*Vtilis actio.* scilicet certi condictio. ¶Et distingue, aut mutuat[b] nomine pupilli, & non stipulatur: & iure communi quæritur pupillo certi condictio & hypothecaria: vt *ff. si certum petatur. l. certi condictio. §. si nummos. & C. per quas personas. l. cum per liberam.* Aut suo: & fortè etiam sibi similiter stipulatur: & tunc iure speciali acquiritur vtilis pupillo, & adulto, & furioso, & prodigo: vt *hic, & ff. eo. l. ij. & ff. de administ. tutorum. l. quotiens. in princ. & ff. rem pupil. sal. fore. l. iij. & iiij. & ff. de constituta pecu. l. cum qui. §. Iulianus. & §. item tutori & si cert. pe. l. si pecuniam.* Aut etiam pupillo stipulatur, vel sibi nomine pupilli: & tunc specialissimo iure quęritur sibi vtilis: *vt d. l. cum qui. §. si actori. & d. l. de admini. tuto. l. quotiens. §. j.* & eisdem casibus vbi dico quęrere vtilem personalem, dicam quæri vtilem hypothecariam. *argu. supra per quas personas. l. cum per liberam.* Sed contra. *ff. de pigno. act. l. solutum. §. per liberam.* Solu. Ibi directam negat pupillo hypothecam acquiri, hic concedit vtilem. Vel solue vt ibi. ADDITIO. Dicas quòd ibi tutor contraxit in his quæ non pertinebant ad eius administrationem: ideo nullo modo quærit actionem pupillo. ita vult in effectu glos. ibi, & tenent ibi doct. quod limitat Barto. ibi, nisi in subsidium, sicut quolibet extraneo contrahente l. filiæ. ff. de solutionibus.

SI in rem.] CASVS. Mutuaui tutori nomine pup. x. quæ in rem pupilli conuersa sunt, nunquid pupillus tenebitur? Respon. quòd sic actione personali, puta condictione[c] certi ex mutuo. Viuia.

e ¶*Personalis.* vt *ff. de peculio. l. ex facto. §. planè. & argu. ff. de indic. l. illud. §. j.* & eodem casu poterit res minoris pignori obligari: vt *ff. de pign. act. l. tutor. in princ.* secundum Hu. sed & illa intelligitur cum[a] decreto: vt *ibi not. & dicitur j. de cura furi. l. ij.* ¶Item quod dicit hic in minore, idem[c] dic in Ecclesia[d]; vt *s. de sacrosanct. eccles. auth. hoc ius porrectum.* & in ciuitate: vt *ff. si cert. peta. l. ciuitas. & facit s. si tutor vel curator. l. si creditor. & quod ibi notatur. & ff. de in rem verso. l. pater. §. seruus. & de mino. l. tutor. §. fina.*

SI hi.] CASVS. Si tutor finita tutela in administratione perseuerauerit, puta locando prædia pupil. an actione vtili tutor tenebitur? Respon. quòd sic: & ex eius contractu adulto acquisita est actio. Viu.

f ¶*Conueni.* vtili tutelę: vt *j. arbit. tutel. l. tutor.* ¶Sed quomodo, cum non sit tutor? Respond. propter præcedentem tutelam. *arg. ff. de solutio. l. cum quis. §. j. & facit. ff. de reg. iur. l. semper.* secundum quod B. ponit ibi casum.

g ¶*Quæri potuit.* vt *& ar. j. de cur. fur. l. ij.*

h ¶PEr tutorem.] *Ex causis.* scilicet cum in rem pupilli cōtrahit: non in suam.

SI EX PLVRIbus tutoribus, &c.

Quid[a] si vnus confiteatur, alter neget? Dic vt dici consueuit. ff. de procurator. l. pluribus. ADDITIO. *Continua hanc rubricam secundum Salycetum sic: Quia tutores vel curatores, de quibus dictum est, contingit quandoque esse plures vnius pupill. vel adulti, & dubitatur si vnus ex pluribus agere vel conueniri possit: ideo sequitur hæc rubrica. Et materiam huius rubri. vide per Baldum in l. cum magistratus. j. q. non de proue. non est neces.*

AB vno.] CASVS. Si pupillus plures habeat tutores: an vnus causā pupilli, si alij defendere noluerint, possit defendere, quęritur? Respondetur quòd sic. Viuianus.

i ¶*Ab vno.* loquitur hic quando non diuisa est administratio, vel est diuisa à seipsis, quod est idem: vt *infra de diuid. tutel. l. ij. argu. infra l. proxi.* loquitur quando est diuisa à testatore vel à iudice. primo ergo casu vnius auctoritas sufficit, quisquis ille sit, nisi tale sit factum quod ipsam tutelam dissoluat: vt *hic, & j. de aucto. præstan. l. fi.*

k ¶*Noluerint.* vel etiam non potuerint. *& ad hoc. ff. de administ. tut. l. decreto. §. fin. & l. iij. §. j. & j. de auct. præstan. l. fina.* sed si omnes vellent agere, vel conueniri, possunt. Sed an idem in plurib. consulibus, vt vnus solus agat? quod videtur, vt hic. Econtra quòd non: cum omnes de calumnia iurent: vt *s. de iuramen. calum. l. ij. §. hoc etiam.* sed prima placet. nec est absonum quòd omnes iurent, sed vnus agat: quia & agit procurator, & iurat dominus: vt *s. de iuram. calum. l. ij. §. si autem.*

SI diuisum.] CASVS. Si in duabus prouinciis tutores testator filio suo dederit: vnus in vna, alius in vna causam agat. Vinianus.

---

a Senten. lata aduersus minorem in quibus casibus mādetur executioni aduersus ipsos tutores.

* Sororcho.

b Tutor vel curator mutuū dando ex & quādo certi condictionē & hypothecariam adquirat pupillo adulto furioso & prodigo.

c Cōdictione certi ex mutuo à tutore contracto pupillus conuenitur, si ea pecunia versa est in rem ipsius pupilli.

a Pignori obligari res minoris non potest nisi cum decreto.

b Actione de in rem verso mutuo tenetur minor, Ecclesia, ciuitas.

c Argumentū à pupillo ad Ecclesiam valere. dixi ad Gl. s. l. 6. j. vnde vi. sed & à minoribus ad Ecclesiam vel piā causā, vt hinc colligit Euerardus in loco à minoribus ad Ecclesiam.

d Minor & Ecclesia iisdē pene priuilegiis fruuntur. adde Gl. vbi dixi in l. R. ipub. 4. l. quibus ex causis maiores.

† al. dari.

* In quibusdā exēp. legitur, vel vnus peragere rem minoris, vel conueniri possint.

e Cōtinuatio.

a ¶ *Si diuisum.* à testatore, vel iudice.
b ¶ *His tantum omnibus.* Vel alicui eorum: vt 3 *l. proxima.* Vel ideo tantum, quasi dicat non aliis, qui in alia prouincia administrant. Vel ideo dicit omnibus: quia vno citato, & non respondente, conuenitur alius: qui si nec ipse defendat, citatur tertius: & sic de singulis, si plures sint: quia & agnati vocatur: vt *& ff. quibus ex caus. in possess. eatur l. ...* non quin vnus bene possit agere & conueniri etiam solus: vt s. *d. proxi.*
c ¶ *Insinuari.* s. libellus petitionis, vel conuentionis.
d ¶ *Ad iudicia.* alterius prouinciæ: vt *& j. de di. tu. l. v. & j. de auctori. præst. ...*

S I diuisum[a] administrationis periculũ per prouincias sit: his tantum omnibus[b] insinuari[c] conuenit: & ab ipsis inferri litẽ, qui in ea prouincia tutelæ vel curæ officium sustinent: ne de aliis prouinciis defensores minorum ad iudicia[d] perducãtur. D. Prid. Non. Feb. Constantino. A. & Licinio Cæl. Coss.

TITVLVS XLI.

NE TVTOR VEL CVrator vectigalia † conducat.

Tutor vel curator prohibetur vectigalia conducere tutela non finita, vel ratione non reddita, sub pœna falsi: quam euitat si sponte satisfecerit vtrique: ante tutelam vero conducens excusatur à periculo. Sal. Vel sic: Periculosa est ista lex contra tutores & curatores qui emunt gabellam communis: & est forte ratio legis: quia videntur bona sua pluribus in solidum obligare: quod in hoc casu est crimen falsi in alio crimen stellionatus: vt j. de crimi. stel. l. j. in fin. Bal.

I. Imp. ANTONINVS A. Sexto.

C OMPETENS iudex non ignorat non esse admittendos ad vectigalia conducenda eos, qui pupillorũ vel adolescentium tutelam seu curam administrant, vel qui eius administrationis rationem nondum reddiderunt[e]. Sed quamuis contra interdictum ad vectigal conducendum accesseris: tamen quoniam vltro me adiisti, * si tam vectigali, quam pupillis satisfeceris, falsi crimine[f] carebis. Cum autem fisco te iam obstrictum, postea tutorem esse factum dicas periculo[g] te excusare poteris. PP. VIII. Kal. Aug. Romæ Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

NE TVTOR VEL curator &c.

C *Ompetens.*] CASVS. Tutor tenebatur pupillo ex mala administratione in c. vult cõducere vectigal: an sic admittendus, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in prima. Si vero dixerit se non teneri pupillo, cum teneatur, & sic ad cõductionem accesserit: si pupillo satisfecerit, & fisco: in crimine non fuit. & hoc in secunda. Si vero primo fisco teneatur, dein de tutelam suscipiat: à periculo falsi excusabitur.

e ¶ *Reddiderũt.* nisi decesserit ille cuius tutela vel cura est administrata. Item secus si hereditatio iure successit in contractũ fiscalẽ: licet viuat is cuius tutela vel cura administrata est: vt ff. *ad legem Cor. de fal. l. j. § vide m principes. & § sed & si in rem.*

f ¶ *Falsi crimine.* in quod incidis. nam conducẽdo* videris te dicere nõ esse tutorem, vel ex ea causa non teneri, & sic crimine falsi teneris. vt *hic. & ff. ad l. Cornel. de falsis l. j. §. tutores.* Sed videtur vtraque via agi: vt *infra quando ci. ac. ... l. j.* Sol. ibi fuit actum: hic vltra satisfactum est. & sic est in crimine stellionatus: vt j. *de cri. stel. l. j.* & in falsa moneta: vt *ff. de fal. l. j. qui falsam.* & in crimine incestus: à quo liberatur si ante sententiam illicitam conuentionem dirimerit: vt *ff. ad leg. Iul. de adulte. l. si adulterium cum incestu. §. fratres.* Alij vt Azo. M. & P. dicunt quòd publica accusatio & ciuilis actio concurrunt: vt in l. contraria. sed priuata accusatio & ciuilis actio non: vt hic. Et exponunt hic falsi id est criminis stellionatus, quod hic locum habere dicunt quasi obliget res obligatas: quod non placet: tum quia hic est titulus criminis scilicet falsi: vt *hic dicit. & ff. ad leg. corn. de fal. l. j. §. tutores.* vnde cessat stellionatus. & facit ff. de cri. stel. l. iij. tum quia etiam expresse dicit lex de accusatione priuati delicti quod concurrit cum actione ciuili, vt furti: vt *in l. contraria*, quanquam ipsi dicunt ibi de furto ex quo nascitur publica accusatio, scilicet si quis surripiat filium vel seruum alterius. prima ergo placet, licet si priuato obligat, benè habet locum crimen stellionatus: vt *ff. de pig. ac. l. tutor. §. si. & d. l. de cri. stel.*

g ¶ *Periculo.* l. falsi. Sed quidam dicunt id est tutelæ, vt eam subire non teneatur, quòd non placet: vt j. *de excusa. tuto. l. colonis.* Item contra. huic l. ad primam partem supra rem alienam ge. l. j. Sed speciale est forte in contractu vectigalis. Vel ibi non dicit quòd hoc crimine non teneatur.

* C. T. a. 4. 1.
† Vectigal. in omnibus manuum.
* vltra debi ti.
a Tutor vecti gal conducẽdo, se magis supponit periculo.

TITVLVS XLII.

DE TVTORE VEL CVratore qui satis non dedit.

Tutor non admittitur, nisi legitime satisdederit: & qui non vult satisdare, remouetur. Item non recipit tutor administrationem antequam satisdet, nisi sit testamentarius, vel confirmatus, vel datus ex inquisitione. Bal. Vel sic: Tutor vel curator qui non satisdedit cum debet: administratione prohibetur, & ad satisdandum compellitur. Sal.

I. Impp. VALERIA. & GALLIEN. AA. Tito † & Flamuro.

S I nondum vobis ætas legitima completa est: satisdationem ab his[h] quos minus idoneos[i] curatores vobis ab aduersario[k] cum magistratu fungeretur, datos dicitis, postulate. Prohibentur enim ab administratione, nisi securitati vestræ satisdatione prospexerint. PP. Non. Iul. Æmiliano & Basso Coss.

Tutor non satisdans inopia, remouetur à tutela sine infamiæ nota: secus si fraude: & in locum defuncti idoneus debet subrogari: qui à defunctis heredibus tenetur rationem exigere. Salyc.

II. Iidem AA. VALER. C. Euplolo*.

E Vm † tutorẽ qui superest[l], si secũdum præsidis præceptum & iuris formam satis non dat: remoueri à tutela, si inopia[m] hoc faciat, sine infamia: si fraude, etiam cũ nota, aditus rector prouinciæ iubebit: & in locũ defunctorum[n] alios idoneos substitui præcipiet: præsertim cum patrimonium pupilli noua hereditate auctum esse proponas. Tutores autem dati[o] ab heredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelæ deposcent. PP. Idib. Maij. Seculare & Donato Coss.

Sententia lata contra tutorem legitimum vel datiuum qui non satisdedit, ipso iure est nulla: ideo restitutio non est necessaria. hoc dicit. Vel generalius: Gesta à tutore qui non satisdedit, sunt ipso iure nulla in præiudicium minoris. Sal.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Stratonica*.

DE TVTORE VEL curatore qui &c.

S *I nondum.*] CASVS. An minor à curatore minus idoneo facultatibus non moribus, antequam officium curæ compleuerit, possit exigere satisdationem, quæritur? Dicitur quòd sic: & ante quam agat cũ iudice quòd non idoneum dedit tutorem: alioquin nisi satisdederit, remouebitur.

h ¶ *Ab his.* scilicet curatoribus.
i ¶ *Idoneos.* facultatibus nam si moribus, remouendi essent, vt & suspecti: vt *inst. de suspectis tu. §. pe. & §. fin.* ¶ Et nota testamentarium tutorẽ non satisdare*: vt *in tit. de satisd. §. j.* etiam non rectè datus, qui confirmatur: vt *ff. de confirman. do tuto. l. j.* Idem in datiuo tutore, vel curatore dato ex inquisitione, vt ibidem: sed in dato sine inquisitione, secus: vt *hic.* Sed hodie ex cõstitutione Græca, quæ refertur institu. *de Attil. tuto §. penultim.* omnis datiuus tenetur satisdare: tum testamentarius nihil immutatur.
k ¶ *Aduersario.* aduersabatur enim magistratus vnà cum curatoribus, vt non satisdaretur.

E *Vm.*] CASVS. Si ex pluribus tutoribus vnus tantum superstes fuerit: an debeat satisdare, quæritur: Resp. quòd sic. & si nolit, quia nobilis est, remouebitur si ne infamia: si autem per fraudem, remouebitur cum nota infamię, & in locum defunctorum alij surrogabuntur. maximè tamen si patrimonium pupilli sit auctum, & illi tutores conuenient heredes defunctorum.

l ¶ *Superest.* i. aliis defunctis.
m ¶ *Si inopia.* sola[b] paupertas non remouet eum, si aliàs est diligens: sed cessatio satisdationis propter inopiam: vt *ff. de suspe. tu. l. suspe. tum. & institu. de suspec. tu. §. fina. & hic dicitur.*
n ¶ *Defunctorum.* alias est in litera, desertorum: aliàs defunctorum.
o ¶ *Dati.* denouo in locum defunctorum.

I *N dubiam.*] CASVS. Tutor neq; ex testamento neq; ex inquisitione datus satisdabit. si verò prius egerit tutor alterius generis nomine

† Tacito.
a Satisdare et pupillis falsum fuer quo testatorem ... vt qui obl ... in verbo ager.
* al. Euphora. al. Eupolo.
† Et ex testa torem. &c in vet. ...
b Tutor per pter paupertatem solam non remouetur à tutela.
* al. Numida.

nomine pupilli, & succubuerit quàm satisdederit: non præiudicabit pupillo talis sententia: neque habet necesse petere beneficium restitutionis.

a ¶*Testamento.* vel ex inquisitione: *vt infra l. proxi. & facit institu. de satisda. tu. vel cu. §. j. & supra de epi. aud. l. de creationibus.*

IN dubium non venit tutores qui testamenti [a] dati non sunt, administrandi potestatē, nisi satisdatione emissa saluam tutelam fore, non habere. Si igitur tutor [b] qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus est: aduersus cū lata sententia iuri tuo officere non potuit [c]: nec ea quæ ab eo gesta sunt, vllā firmitatē obtinēt. Frustra igitur in integrū restitutionis auxilium desideras, quando ea quæ ab eo gesta sunt, ipso iure irrita sunt [d]. PP. XVIII. Kalen. Ian. Nicomediæ. Dioclet. III. & Maxi. AA. Coss.

De pluribus tutoribus quorum nullus satisdare tenetur: si vnus satisdet, ille in administratione præfertur. Salycetus.

IIII. *Iidem AA. & CC. Tertullio.* *

NOn omnium [e] tutorū par similisq; causa est. Quapropter [f] cū [g] exēplo testamentarij [h] cōfirmatum [i] à præside vel datū ex inquisitione [k], nō onerari [l] satisdatione rem pupillorum saluā fore, manifestum sit: pluribus tamen datis ex inquisitione tutoribus, illum qui satis secundū formā edicti rem pupilli saluam fore dedit [m], in administratione præferri iamdudum obtinuit [n]. S. Idib. Decemb. Nicomediæ. CC. Coss.

Tutor antequam satisdet, officium non exercet, nisi circa tempore peritura, vel ea quæ neglecta præiudicium afferre non possunt. hoc dicit hæc lex valde nota. Bald.

V. *Impp.* CONSTANTINVS & MAXIMIANVS AA. *Seuero & Maximo.* CC.

TVtor qui satisdationē cum satisdare debuit, minimè interposuit: nihil omnino [o] ex bonis pupilli alienare potest [p]. Posteaquam autē ad tutelæ administrationē electus est: † & bonorum possessionem pupilli nomine agnoscere cū potuisse, & cætera eius quæ tempore arctarentur, persequi debuisse, aperte claret [q]. Dat. XI. Kalen. Ian. Constantio & Maximiano. AA. Coss.

b ¶*Si igitur tutor.* scilicet legitimus, vel simpliciter datus.

c ¶*Non potuit.* istud habes de verbo ad verbū *j. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. l. si tutor.* Accursius.

d ¶*Irrita sunt. vt & ff. de mino. l. in causæ. ij. in principio.*

NOn omnium.] CASVS. Non omnium tutorum par conditio est. qui enim dati in testamento sunt vel ex inquisitione, non satisdāt: alij satisdare debent rē pup. saluam fore.

e ¶*Non omnium.* quasi dicat, quorundam sic, quorundam non.

f ¶*Quapropter.* id est quare hoc? Respō. cum, &c. Accurs.

g ¶*Cum.* id est quia.

h ¶*Testamentarij.* quem constat non satisdare. *vt institut. de satisda. tuto. §. j.*

*al. Tertullio.

i ¶*Confirmatum.* vt habes exemplum Insti. *de tute. §. fina.*

k ¶*Inquisitione. ut d. §. j. instit. de satisd. tuto. vel cu. & argu. ff. de cura. fu. l. bonorum. & facit j. de cur. fur. l. fi. § j.*

l ¶*Non onerari.* si vnus est: secus si plures, vt subijcit, vbi satisdāt inter se: sed ibi vnus ex pluribus debet administrare.

m ¶*Dedit.* hanc satisdationem præstat tutor contutori, quando ipse solus debet administrare. Accurs.

n ¶*Iamdudum obtinuit. vt ff. de testa. tute. l. testamento datos. ij. & institut. de satisda. tuto. § ii. & ff. de admini. tuto. l. iii. & de iniur. l. qui iniuriæ. §. qui in alienis.*

TVtor.] CASVS. An tutor neque in testamento, nec ex inquisitione datus possit rem pupilli alienare antequam satisdederit, quæritur? Dicitur quòd nō: sed nondum præstita satisdatione petere potest bono. posses. pupillo delatam, postquam electus est.

† additur in Cod. lib. & satisdedit.

o ¶*Nihil omnino.* aliàs nihilominus.

p ¶*Potest. vt & supra eo. l. in dubium. & ff. de rebus cor. qui sub tutela. l. qui neque. & eo. su. l. consilio. § j. & ij.*

q ¶*Aperte claret.* etiam si non satisdedit, quia quærit, non deminuit: *vt & infra, qui admit. ad bona possess. l. bonorum.* Imò & ibi damnum esse potest: & ideo dic electus, post satisdationem scilicet: *vt supra eod. l. in dubium.*

DE SVSPECTIS TVTORIBVS vel curatoribus.

Vnde oritur accusatio de suspecto, & qui remoueant, & qui accusent, habes institut. eo. in princ. & §. j. & ij. & inscribit accusator, vt puto: sed & sine accusatore potest procedi: vt ff. eod. l. iij. § præterea.

TITVLVS XLIII.

DE SVSPECTIS [TVtoribus vel curatoribus.] *

Finito officio non potest peti remotio. Bald. Vel sic: Tutor durante tutela accusatur de suspecto: & ea finita conuenitur tutelæ iudicio. Sal.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Domitiæ.* †

LIBERTVM tuum [r], & tutorē filij tui, si fraudulenter res eius administrare existimas, suspectū facere potes, modò si officium eius pubertate [s] pupilli finitum non est [t]. Nam si eo iure tutor esse desiit, is iudicio tutelæ cōueniendus est. PP. Idib. August. Romæ. Duobus & Aspris Coss.

Periculum curæ neglectæ spectat ad curatores: & cessantes gerere fraud. vel dolo, possunt remoueri vt suspecti.

II. *Idem A. & Longino.*

CVratores quidem suo periculo quando tardius ad eos tutela [u] transfertur, cessant [x]. Quòd si in fraudem * id esse factum [y] existimas, suspectos eos postula [z]. qui si summoueri meruerint, in locū eorum alios accipies. PP. Idib. Ian. Læto. II. & Cereale Coss.

Tutores possunt compelli ad administrandum: & in contumacia perseuerantes remouentur vt suspecti. Salyc.

III. *Imp.* ALEXANDER A. *Fortunatæ.*

PRæses prouinciæ tutores filiorum tuorum, strictioribus [a] remediis adhibitis omnimódo administrationis officium compellet agnoscere. Quòd si in eadem contumacia perseuerauerint [b]:

LIbertum.] CASVS. Tutorem filij sui an accusare possit de suspecto pater, quæritur? Dicitur quòd sic, nondum finita tutela. quia finita conueniet cum actione tutelæ pro male administratis. Accurs.

r ¶*Tuum.* ò mater.

s ¶*Pubertate.* vel alio modo. Accursius.

t ¶*Finitum non est.* Tunc ergo * locus est accusationi, cum non est locus tutelæ actioni: & cōtra vbi est locus actioni tutelæ, non est locus accusationi: *vt hic, & ff. eod. l. iij. §. quæ potest. & §. si quis adfuturus.* Item in casu etiam finita tutela locus est accusationi: vt si datus fuit ad tempus & ea finita à iudice est iterum datus: & non habet contutorem qui prioris tutelæ nomine eum cōueniat. nam accusabitur de suspecto pro prima administratione: vt etiā in hac male præsumatur eum acturum, & infametur: [b] *vt ff. eod. l. iij. §. idem erit quærendum. & §. si autem. & §. quòd si quis.* Accursius.

* Tutelæ actio & accusatio non se compatiuntur.

* Inclusa desunt in omnibus.

† Domitiæ

b Infamis non fit, condemnatus officio iudicis. Guilel. de Laduno sing.

CVratores.] CASVS. Quando curator sciens se curatorem datū, tardius administrat: suo periculo cesset: & tenetur. si vero fraudulenter cessat, remouendus est vt suspectus: & alius in locum eius substituendus.

u ¶*Tutela.* id est cura.

x ¶*Cessant.* si sciuerunt vel scire potuerunt se curatores datos: *vt supra de peri. tut. l. si tutor. & de administra. tuto. l. & si fuisses.*

* al. fraude.

y ¶*Id esse factum.* scilicet curatores cessasse.

z ¶*Postula.* sic ergo qui non egerit, accusatur: *vt institut. eod. §. sed antequā. & ff. eod. l. impuberibus. §. fin.* ¶Sed contra *ff. eodem l. hæc enim. § fin.* vbi [e] dicit quòd qui nihil gessit, non potest postulari suspectus. Solu. remouetur, vt hic: non accusatur, vt ibi. quod non placet: cum hic dicat postulari. Alij dicunt si dolo cessat, obtinet quod hic. aliàs quod ibi: vt non remoueatur, sed administrare iterum compellatur, & hoc antequam administret. postea vero etiam ob culpam remouetur: sed semper certe videtur in dolo, eo quòd non gerit. Dic ergo quòd non potest directo ex verbis legis xij. tab. vt ibi, sed ex interpretatione sic: vt hic. Alij dicunt quòd hic iam cœperat gerere. Accurs.

e Tutor non gerēs an possit suspectus postulari.

PRæses.] CASVS. Si tutor datus ad administrationem non accedit, compelletur captis pignoribus: & si in contumacia perseuerauit, remouebitur vt suspectus, & alius in locum eius subrogabitur. Viuian.

a ¶*Strictioribus.* id est pignoribus captis: *vt instit. de satisd. tu. § penult. & ff. de mu. & ho. l. si quis.* Vel præcipiet sub banno aliquo. [d] *vt ff. de ven. insp. l. j. § quid ergo.*

b ¶*Perseuerauerint.* quia etiam captis pignoribus nō administrāt.

d Bannū pro multa. Baldus consil. 371. vbi notat, Multam aut bannū nō imponi cuiquā pro ficta cōtumacia, vt quia fuit citatus ad domū sine gelamo.

a ¶*Postulare.* Contra *ff. eo. l. hæ enim. §. fin.* solutio: *vt supra l. proxima diximus.*

ETiam.] CASVS. An tutor testamentarius possit accusari de suspecto, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.

b ¶*Etiam testamento. vt instit. eodem. §. ij. & ff. eod. l. j. §. ostendimus.* Accursius.

IN postulandis.] CASVS. Nemo quia pauper est tuto arguendus est vt suspectus: sed si fraudem committat. Viu.

c ¶*Principaliter. vt Instit. eod. §. fin.* aliquid[a] tamen operatur. argum. *ff. de test. l. testium. in princip. & j. eodem l. pietatis.* Item & facilius[b] committitur administratio diuiti: *vt ff. de peri. tut. l. j.* & aliàs quandoque multum[c] operatur paupertas: *vt ff. de priui. credi. l. si creditores.*

* Thadiæ.
a Principaliter quod non operatur, aliquid tamen operatur.
† possis.
b Diuiti facilius committitur administratio tutelæ quàm paupe ri.
c Paupertas interdum prodest.

PIetatis.] CASVS. An frater filiorum fratris tutores arguere potest de suspecto, quæritur? Dicitur quòd sic: & hoc est officium pietatis. & hoc in prima. Si vero fraudem nõ commiserit, sed inops factus fuerit adiungetur ei alius. & hoc in secunda. Nõ solum frater & mater, sed cognati & extranei possunt petere vt tutor suspectus remoueatur. Viuianus.

d ¶*Impetrabis.* nec illis prodest satisdare: *vt instit. eod. §. pe. & ff. eo. l. suspectus. & l. quia.*

e ¶*Æstimabit.* quod facere debet: *vt j. de peri. tut. l. j. ibi. propter teantitatem &c.*

f ¶*Remouendi.* id est petere vt remoueantur *vt ff. de his qui no. infa. l. furti. §. mandati.*

g ¶*Parentib.* vt auo paterno & materno.

h ¶*Conceditur. vt institut. eod. §. consequens. & ff. eod. l. j. §. consequens. & l. impuberibus. in princ.*

EVm quem.] CASVS. Tutor pendente actione de suspecto non debet administrare: sed alius interim qui rẽ pupilli administrabit, subrogabitur. Viuia.

i ¶ *Iubebit. vt & ff. de solu. l. quod si forte. §. j. & argum. infra de ordi. cogni. l. fin. & infra de sen. pas. l. fin. & ff. de re mi. l. qui status. & instit. eodem. §. si quis autem.* & dic quod ibi notatur.

k ¶*Ordinandus est.* scilicet curator: quia habẽti &c. *vt j. in quibus causis. l. licet.* Accurs.

SI non.] CASVS. An tutor contutorem suum possit accusare de suspecto, & remouere ab administratione, quæritur? Dicitur quòd sic: sed si petat vt sibi concedatur administratio tutelæ antequam accusauerit, non est audiendus. vel dic casum. vt not. in glos.

l ¶*Tutelam.* id est rationem tutelæ. petebat enim à contutore rationem tutelæ. hoc fieri non potest durante tutela: *vt hic, & supra de admini. tut. l. ij. & ff. de admini. tu. l. cum plures. in princ.* accuset igitur eum de suspecto, & remoueat.

suspectos postulare[a], vt alij in locum eorum petantur non prohiberis. PP. Idib. Ian. Alexandro. A. III. & Dione Coss.

IIII. *Idem A. Thalidæ.**

ETiam testamento[b] patris tutorem datum suspectũ postulare potes, † si fraudẽ tutoris argueris. PP. VIII. Kal. Ian. Maximo II. & Paterno Coss.

In tutore principaliter attenditur persona, secundario patrimonium. Bald. Vel sic: Non inopia sola, sed fraus & segnities tutorem reddunt suspectum. Salyc.

V. *Idem A. Asclepiadi.*

IN postulãdis suspectis tutoribus seu curatoribus nõ vires patrimoniorum principaliter[c], sed an nihil segniter, nihil fraudulenter geratur, perpendi oportet. PP. VI. Kal. Ian. Maximo. II. & Paterno Coss.

Accusatio de suspecto est publica. Bal. Vel sic: Quilibet (maximè si sit de necessariis) põt accusare tutorẽ de suspecto. paupertas tamẽ nõ est iusta causa vt remoueatur: sed vt alius (si iudici videbitur) adiungatur. Salyc.

VI. *Imp.* GORDIAN. A. *Felici.*

PIetatis fungeris munere qui fratris tui filios (vt necessitudo sanguinis suadet) protegere conaris. Si igitur tutores vel curatores eorũ nõ rectè administrant, suspectis eis postulatis atque ostensis, vt alij in locum eorum constituantur: facilè impetrabis[d]. Quòd si nihil in fraudẽ egerũt, verùm ita egeni sunt, vt in eorũ administratione fratris tui filiorũ substãtia pericliteť: an eis adiũgẽdus sit curator qui idoneus facultatibus sit, rector prouinciæ æstimabit[e]. Remouẽdi[f] autẽ licentia non solũ parentibus[g] vtriusque sexus, sed etiã cognatis, & extraneis, & affinibus, & ipsi cuius res administrãť, si nõ impubes sit, arbitrio cognatorũ bonæ opinionis constitutorũ conceditur[h]. PP. V. Idus Nouemb. Pio & Pontiano Coss.

Pendente causa suspecti, debet tutori administratio interdici. Bal. Vel sic: Non solum remotio, sed litis pẽdentia impedit interim administrationem tutoris. Bal. Vel sic: Pendente causa suspecti, tutor non potest administrare: sed datur curator qui interim administret. Salyc.

VII. *Idem A. Gorgoniæ.*

EVm quẽ vt suspectũ tutorẽ vel curatorẽ accusas, pẽdente causa cognitionis abstinere ab administratione rerũ tuarũ, donec causa finiať, præses prouinciæ iubebit[i]. Alius tamẽ interea in locum eius in administratione rerũ ordinandus est[k]. PP. VII. Kal. Mart. Sabino. II. & Venusto Coss.

Vnus tutor nõ põt petere ab altero administrationis rationem durante tutela. Bal. Vel sic: Durante administratione tutor non põt petere à contutore vt reddat sibi rationem administrationis vniuersæ. Salyc.

VIII. *Imp.* PHILIPPVS A. PHILIPP. *Cæs. Proculo.*

SI non suspectũ contutorem tuũ postulare, ac remouere ab administratione bonorum pupilli curaueris: admitti nequaquam potest ratio desiderij tui, iã nunc postulatis tutelã tibi nomine eiusdem pupilli restitui. PP. XIIII Kal. Nouembr. Peregrino & Æmiliano Coss.

Remotus ob dolum est infamis, non ob culpam. Salyc.

IX. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. *Hammiano.*

SVspectos tutores ex dolo, nõ etiam eos qui ob negligentiam[m] remoti sunt, infames fieri manifestum est. S. VIII. Kal. Maij. CC. Coss.

TITVLVS XLIIII.

DE IN LITEM DANdo tutore vel curatore.

Tutor potest agere contra pupillum alio contutore auctore: & si nullum contutorem habet, dabitur ei curator ad litem illam defendendam. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Miltiadi.**

SI quas petitiones aduersus pupillos tuos habes[n]: dirigere eas potes adsistentibus causámque defendẽtibus cõtutoribus tuis: cũ & si alios tutores nõ haberẽt ad hoc genus litis[o] defendẽdæ curatores accipere deberent. PP. XIII. Kal. Aug. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

SVspectos.] CASVS. An tutor remotus sit infamis, quæritur? Distinguitur: aut remotus est ob dolum, & est infamis, aut ob culpam, & tunc non est infamis. Viuianus.

NOn solum.] CASVS. Certum est quòd oratione diui Seueri cauetur, vt prędiũ minoris sine decreto alienari non possit titulo vẽditionis. an idem sit in aliis titulis alienatiõis, puta donationis vel trãsactionis, quęritur? Dicitur quòd sic. Si ergo minor ex causa falsa vendidit fratri fundum sine decreto, reuocari poterit: restituto fratri si quid minor ab eo percepit. Accursius.

o ¶*Prohibentur.* vt[b] & *ĩ. de his qui ve. æta. impe. l. fi.* & dic quòd eadem appellat rustica & suburbana hoc titulo.

p ¶*Possunt.* nisi in casib[9]: vt *ĩ tit. proxi. per totum.*

q ¶*Dedisti.* secus si fundum de quo litigabat minor diuisit, aliquo sibi dato nomine transactionis: *arg. ĩ. de transact. l. præses.* Imò idem: vt *ff. de transact. l. cum hi. §. si cũ lis.*

r ¶*Mutuo.* sic *ĩ. de repu*tatio. *l. j. & ĩ. si aduersus transact. l. j & ij.*

† Venditionis forma, & lex extenditur quandoque ad trãsactionem & permutationem. vt qui vendere prohibetur id transigere & permutare nõ posse.

† al. transactione.

b Vendere sine decreto sua prædia minores prohibentur, licet eorum sint domini.

Decretum ex falsa causa alienationi interpositum, non tenet. h. d. Bal. Vel sic: Decretum ex falsa causa interpositum, est ipso iure nullum: ideo illo non obstante, non tenet alienatio. Salyc.

V. Iidem AA. Sereno.

ET si præses prouinciæ decreuerit alienãdum vel obligandum pupilli suburbanum vel rusticum prędium, tamen actionem[f] pupillo, si falsis allegationibus circunuentam religionem eius probare possit, senatus reseruauit[t]: quam[u] exercere tu quoque[x] non vetaberis. PP. III. Kal. Maij. Seculari. II. & Donato Conss.

ET si præses.] CASVS. Iudex circũuentus falsis allegationib. puta quia dicebatur quòd æs alienum vrgebat, cum non immineret: de prędio minoris alienando decretum interposuit: nõ valet decretum, nec alienatio: vnde prædiũ alienatum minor vindicare poterit.

f ¶*Actionẽ.* in rem & in personam contra tutorem vel curatorem: vt *ff. eodem. l. magis. §. penult.* Accursius.

t ¶*Reseruauit.* nullum[c] enim fuit decretũ: & sic nulla alienatio. sic *ĩ. si ex fal. allega. l. j. & argu. ff. quibus ex causis in possess. ea. l. Fulcinius. §. si quis bona possederit. & ff. eo. l. quamuis.* ¶Sed argu. contra. *Institut. qui manumit. non potest. §. semel.* Sed ibi impropriè ponitur falsa.

u ¶*Quam.* ĩ. in genere, nunc in specie.

x ¶*Tu quoque.* scilicet minor.

c Decretum iudicis nullũ, alienationem ex eo subsecutam nullam reddit.

Non sufficit causas allegare, sed oportet probare. h. d. Vel sic: Ad petendum interponi decretum super alienatione rei minoris, non potest constitui procurator. h. d. secũdum alium intellectum singularem. Bal. Vel sic: Non sufficit causam alienationis proponi coram iudice: sed est necesse vt apud acta probetur, & vt decretum interponatur. Salyc.

VI. Impp. CARVS, CARINVS & NVMERIA AAA. Varo.

MInorũ possessionis venditio, per procuratorẽ dela-

MInorum.] CASVS. Si minor vel eius procurator præsidi de interponendo decretum libellum porrexit: nõ statim decernere debet vt res minoris vendatur, sed causam examinabit.

a ¶*Libello.* quo petitur decretum, & causa inferitur. non ergo assertioni libello factæ creditur, sed necesse est probari causam. 2 Vel dic quod procurator ad hanc causam non potest constitui, sicut in excusatione tutelæ: vt ff *de excusatio. tuto. l. excusare. & argu. supra si propter pu. pen. l. fin. & argu. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdic. l. j. § j.*

¶Procurator tutor vel curator constitui non potest ad interponendum decretum iudicis in alienatione rei minoris.

¶Sed contra. ff. *de minor. l. illud. § si talis.* sed ibi ad fauorem: hic ad damnum. & tamen non potest ibi fieri sine speciali mandato.

to ad prætorem vel præsidem prouinciæ libello [a], fieri nõ potuit: cum eas res confici rectè aliter non possit, nisi † apud acta causis probatis, quæ venditionis[*] necessitatem inferant: decretum solénniter interponatur. S. Non. Maij. Caro & Carino. AA Conss.

Sicut minor non potest alienare rem non alienabilem: ita nec eã potest refutare vel finire. h. d. Bald. Vel sic: Sicut minor non potest alienare immobilia sine decreto: ita nec ad alienandum se obligare. Salyc.

VII. *Iidem AAA. Isidoro.*

SI ad resoluendam donationem, quam in emancipatum te pater cõtulerat[b] minor viginti quinque annis cautionem[c] ei emisisti:[d] cum huiusmodi scriptura cõtra senatusconsulti[e] auctoritatem data sit, non oberit iuri tuo. PP. VI. Id. Decemb. Caro & Carino. AA. Conss.

SI *ad resoluendam.*] CASVS. Pater filio suo minori & emancipato prædium donauit: postea filius sine decreto de reddendo patri cautionem emisit. tamen contra senatusconsultũ huiusmodi cautio sic emissa filio non præiudicabit.

b ¶*Contulerat.* tradendo. Accursius.

c ¶*Cautionem* de reddẽdo prędio dato à patre.

d ¶*Emisisti.* ex interuallo.

e ¶*Senatusconsulti.* quo colligitur, sicut[b] in tradẽdo non potest dominiũ in alium transferre: sic[c] nec stipulanti[d] potest id promittere, cũ iam habere videtur stipulator vt ff. *de reg. iur. l. qui actionem. & facit* *s. si aduersus donat. l. j.*

b Minor non potest tradendo rei suæ dominium alienare.
c Argumentum à traditione ad promissionem.
d Minor non potest id stipulanti promittere, quod tradere non potest.

Etiam propter nuptias non potest minor alienare sua auctoritate rem non alienandam. h. d. Bald. Vel sic: Ex causa sponsalitia largitatis immobilia non alienantur sine decreto. Salyc.

VIII. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. *Theodota.*

PRædia rustica quæ contra senatusconsultum data esse ante nuptias sponsaliorũ nomine, precum tuarum confessio ostendit: cum proprietas ad te[f] propter iurisinterdictũ transire non potuerit[g], in dominio mariti permansisse palam est. PP. III. Non. Nouemb Diocletiano & Aristobolo Conss.

P*rædia rustica.*] CASVS. Minor sponsæ suæ donauit prædiũ ante nuptias nomine sponsaliorũ sine decreto. an valeat donatio, quæritur? Dicitur quod non, vt potè facta contra senatusconsultum.

f ¶*Ad te.* vxorem.

g ¶*Non potuerit.* Imò, vt s. *si aduers. donat. le. j.* quæ est contra. Solu. ibi mobiles: hîc immobiles. 2 Vel ibi decretum fuit: hic non. 3 Vel hic sponsalitia: ibi propter nuptias. hoc placet. ¶Item contra s. *de admi. tuto. l. lex.* Solu. non est contra: quia ibi nil de donatione dicit. ¶Item contra j. *si maior fac. l. fin. § cum autem.* Solu. vt ibi.

Licet ex priuilegio non obligetur fideiussor, cuì priuilegium non competit obligatur. h. d. Bal. Vel sic: Licet alienatio sit prohibita minorum fauore, tamen alij non prohibentur se & res suas obligare. Vel sic: Prohibitio extra personam & causam prohibitionis non egreditur. Salyc.

IX. *Iidem AA. Matiano.*

ET † si is quẽ prædiũ rusticũ minoris distraxisse affirmas curationis officio functus id fecit: venditio tamen contra diui Seueri orationẽ[h] facta, præsidis sententia nõ immerito rescissa est[i]. Pignora[k] sanè[l] quæ ob euictionis periculũ idẽ curator ex rebus propriis tibi obligauit, nõ prohiberis persequi.[m] PP. Non. Nouem. Diocletiano & Aristobolo Conss.

ET *si.*] CASVS. Tutor vel curator si prædium minoris alienauerit sine decreto, an illud minor reuocare possit, quæritur? Dicitur quòd sic. Pignora autẽ quæ curator emptori ob euictionem obligauit, poterit emptor persequi.

h ¶*Orationem.* id est cõtra senatusconsultum ad orationem factum: vt ff. *eo. l. j.*

¶Vide Conuentionem in tract. de in… [illegible]

i ¶*Rescissa est.* quatenus de facto processit, cùm de iure non teneat. sic *supra de rescinden. venditio. l. si dolo. & ff. de actio. empt. l. ex empto. § si qui vina. & sic de sacrosanct. eccles. l. iubemus. v. post statutum.*

k ¶*Pignora.* quid si simplum de euictione promisit? Respon. tenetur: vt ff. *de euictio. l. minor. xxv. annis.*

l ¶*Sanè.* imò quicquid sequitur &c. vt *supra de legi. & constitu. l. non dubium. quæ est contra.* Solu. illa in his quæ stant in finibus prohibitionis, nec aliam specialem pœnam imponit. nam[a] ad illa de quibus est specialiter cautum, non porrigitur generalitas: vt ff. *de verb. oblig. l. doli. & de pœd. pen.* secundum Io. 2 Vel illud intelligitur de his quæ fiunt contra communes leges: istud de eo quod fit contra priuilegium, & non contra cõmunes leges. 3 Vel hoc ideo cõtingit, quia[b] curator est extra causam prohibitionis. & hoc pignus minorem nõ onerat. & sic quantum ad minorẽ vt nõ tenet principale, ita nec subsecutũ. & sic loquitur aliud cõtra. ff. *de fideiussoribus. l. cum lex.* quantum autem ad tutorem, principale[c] tenet, sic & subsecutum. sic & ff. *de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. § si socer nurui. & ff. de diuor. l. fina. in principio. & j. de bo. mater. l. j.* 4 Vel quarto, ibi de his quæ habẽt perpetuam causam prohibitionis. 5 Vel quinto, refert vendiderit tutor, vt *hic*: an pupill[us] coauctore, vt ibi.

a Generalitas nõ porrigitur ad specialiter cauta.

b Quando curator distrahit prædium minoris, [illegible]

m ¶*Persequi.* contra emptorem.

Minor rem non ritè alienatã vindicat, nec restituit precium, nisi quatenus recepisse probatur. h. d. Bald. vel sic: Minor vindicans eius prædia non iure alienata, tenetur restituere precium, quatenus probatur in eius vtilitatem versum. Salyc.

X. *Iidem AA. Grato.*

PRædiorũ quæ sine decreto alienata sunt, dominiũ tibi persequenti præses opem feret: apud quem si illuxerit, non vniuersa precia quæ curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse, pro ea duntaxat pecuniæ parte te conueniri permittet, quam in facultates tuas erogatam esse cõstiterit[n]. S. VI. Id. Augusti ipsis. AA. Conss.

P*rædiorum que.*] CASVS. Si prædium suũ minor sine decreto alienauerit, poterit id reuocare ita tamẽ, vt precium quatenus in vtilitatem suam cõuersum est, emptori restituat.

n ¶*Constiterit.* Nota ergo quod emptor probat minorem locupletatũ, cùm tutori est soluta. secus si ipsi pupillo: quia tunc pupillus probat non esse verum: vt j. *eo. l. si prædium. & ff. de in integ. restit. l. nam. & postea. § minor. quæ est contra.* Sed fallit in creditore: vt j. *si aduer. credit. l. j. & ij.* 2 Vel hoc quando contractus est nullus: si quia competat pupillo directa rei vindicatio: & aduersarius excipiat, dicens eum locupletatum, & ita suam exceptionem probare debeat, scilicet se minorẽ & læsum: vt ff. *de proba. l. in exceptionibus, & j. eod. l. vtere. & l. si prædium.* vbi autem tenet, cùm agit minor petendo restitui: plenè[d] intentionem suam probare debet, scilicet se minorem & læsum: vt j. *e. l. fin. & ff. de cura. fur. l. consilio. § fin. & ff. eod. l. j. § pupillorum. § si. & l. si fundus. & ff. de mino. l. patri. § item.* 3 Vel plenius aut non tenet, & probat emptor: vt *hic*, & j. *e. l. vtere & l. si prædium.* Aut tenet, & tunc minor: vt ff. *de in integ. l. nam & postea. § si minor.* Acc.

d Minor petens restitutionem, probare debet se minorem & læsum.

Vbi contractus peccat in solennitate, non est tractandũ de precij paruitate: contra vbi omnia sunt solenniter acta. h. d. [illegible] vel sic: Vbi alienatio est nulla, minori restitutio non est necessaria: secus si sit aliqua, & læsio in precio sit secuta. Salyc.

XI. *Iidem AA. Trophimo.*

SI quidẽ sine decreto minor annis patronus tuus[o] rusticũ prædium venundedit: superuacuum est de vili pretio tractare, cùm senatusconsulti auctoritas retẽto dominio alienãdi viã obstruxerit[p]. Si verò iure interposito decreto vẽditionẽ vili precio eius possessionis, cuius vires ignorabat, fecit: iuxta perpetui edicti auctoritatem in integrũ restitutio[q], causa tamen cognita, præbetur. S. XII. Kal. Decem. ipsis. AA. & Conss.

Ob æs alienum & similem causam possunt alienari res minorum. Sal.

XII. *Iidem AA. & CC. Leontio.*

SI *quidem*] CASVS. Minor prędium suum sine decreto alienauit: non refert, alienauit vili precio vel non: quia non tenebit venditio, & hoc in prima. Si verò interposito decreto alienauit, sed ignorans vires prædij minori precio quàm valuit, tenebit alienatio: sed restituetur, vt iustum precium ei suppleatur.

o ¶*Patronus tuus.* o liberte idem & curator.

p ¶*Obstruxerit.* vt & ff. *eo. l. j.*

q ¶*Restitutio.* ad[e] hoc vt precium suppleatur, vel res reddatur, si vt

si vt minori venderet, decretum est. & hoc data electione emptori: alioquin si in hoc ipso quod vēdiderit est deceptus, ad rem ipsam: vt argu. de iure dot. l. si res §. j. & ff. de dona. inter virum & vxor. l. si sponsus. §. circa. & arg. ī. de rescin. vend. l. ij. ¶Sed videtur iudicis decretum facere cessare[a] restitutionem: vt ff. de min. l. ait prætor. §. quid tamen. Sed aliud est cùm pro recipiente sibi debitū, & aliud cùm pro alienante interponitur: vt ibi dixi. Item ad hoc quod dicit de vili precio: facit ff. de transact. l. cum hi. §. si quis de alimentis. & ī. de rescin. ven. l. quisquis.

a Restitutionem an faciat cessare decretum iudicis. Vide quæ scripsi ad l. j. ī. de his qui veniam ætatis impetr. * Alciat. lib. j. par. c. 5.

OB æs alienum[a] tātum[a] causa cognita præsidali decreto prædium rusticum minoris prouinciale[b] distrahi permittitur. Dat. II. Kal. Maij Heracliæ. CC. Conss.

Minor non potest vendere suam emphyteusin sine decreto: Bald. Vel sic: Non tantum propriū, sed nec vectigale vel emphyteuticarum prædium vendit minor sine decreto. Sal.

OB æs. [b] CASVS. Si minor alicui in certum teneatur: an vt liberetur, interposito decreto possit rusticū prædium alienare, quæritur? Respond. quòd sic, etiam prouinciale.

b Nomen in collectum ad hanc legem. vide apud Alciatum 4. dispunct. 5.

† Zenophila.

a ¶Alienum tantum. vel similem[c] causam, vt dotem: [d] vt plerè dixi ī. de admin. tut. l. lex quæ tutores in principio. 2 Vel donationem propter nuptias: vt ī. si mi. se. ma. l. si. §. fi. 3 Item ob famem: argu. ī. de pact. l. qui si. dis. l. j. & y. cùm personæ rebus præponantur: vt ī. de sacrosanc. eccle. l. sancimus. Fortè & ob famem coniunctarum personarum[e]: vt ff. de tut. & rat. distr. l. j. §. sed nonnullos. 4 Idem dicunt de fundo[f] sterili. argu. ī. de sac. sanct. eccl. Authentic. item prædium quod non placet: quia non videtur sterile[g], quod vendi potest: vt ff. ad legem Falcidiam. l. ij. & ff. eod. l. si fundus. nisi fortè nil posset percipi. b ¶Prouinciale. econtra videbatur, quia distinctum dominium venditoris vel minoris nō erat. & sa ff. eo. l. magn. §. ne tamen.

c Prædiā minoris rusticū [illegible] d Tractatus dictio [illegible]

† Frontinio. e Dotem & alimenta [illegible]

XIII. Iidem AA. & CC. Zenophila.†

ETiā vectigale[c] vel patrimoniale[d] siue emphyteuticū[e] prædiū sine decreto præsidis distrahi non licet. Dat. VIII. Kal. Septemb. Sirmij CC. Conss.

Etiam ex contractu mutui secuta traditione propter reciprocam præstationem causatur ius retinendi. h. d. Bal. Vel sic: Minor à vindicando alienata repellitur, si precium in suū debitum versum non restituat cum vsuris. Salyc.

ETiam.] CASVS. Si minor habeat prædium in emphyteusin, vel tale pro quo reddat tributum fisco vel Cæsari: an id sine decreto alienari possit, quæritur? R. sp. quòd non.

c ¶Etiā vectigale. quod præstat vectigal fisco. d ¶Patrimoniale. quod Cæsari. e ¶Emphyteuticum. quod priuato: & idem si quodcunque ius habet in re: vt ff. eod. l. iij. §. sed ius.

XIIII. Iidem AA. & CC. Phormino.†

VTere viri prudētissimi Papiniani responso,[*] cæterorúmq; quorum precibus[f] fecisti mentionem, sententiis: ac doli mali exceptionem oppone[g], pretium ob eorum[h] debitum solutum probans, si sortem cum vsuris, quę fisco deberentur, pupilli non offerētes, fundos prouinciales citra decretum præsidis venundatos[i] cum fructibus petant. Dat. IX. Kalen. Decem. ipsis CC. Conss.

Non potest minor soluere sine decreto aliud pro alio in his quæ non possunt alienari. h. d. Bald. Vel sic: Immobilia pro alio debito, non possunt in solutū dari sine decreto. Sal.

f Sterile autē [illegible] g Minoris prædium vel modicum sterile, vel ideo quod sterile vendi potest, decreto tamen [illegible]

XV. Iidem AA. & CC. Sabina.

SI minor xxv. annis prædium rusticū, cum aliud[k] deberes[l], sine decreto in solutum dedisti: dominium à te discedere non permittit senatusconsulti auctoritas. Da. VIII. Kal. Decemb. CC. Conss.

Minor qui ex precio fundi vendit soluit onera & tributa, precium non recuperat, nisi restituat quod accepit. Bal. Vel sic: Immobilia alienata sine decreto iudicis in cuius territorio sunt sita, possunt cum fructibus vindicari: sed precium in vtilitatem minoris versum, cum vsuris debet restitui, & sumptus meliorationis. Salyc.

XVI. Iidem AA. & CC. Eutychia.

SI prædium rusticum vel suburbanum[m] (quod ab vrbanis non loco[n], sed qualitate secernitur) in pupilli ætate constituta, tutore auctore, vel adulta sine decreto præsidis prouinciæ in qua situm est, venundedisti:† secundum sententiam senatusconsulti dominium eius siue ius à te discedere non potuit: sed vindicationem eius, & fructuū vel his non existentibus, condictionem competere constitit. Emptor autē si probare[o] potuerit ex cæteris facultatibus[p] obedire te munerib. siue onerib. nō potuisse, ad vtilitates præterea tuas cessisse pecuniā quā precij nomine sumpseras doli exceptionis auxilio preciū cū vsuris quas præstitura esses, & sumptus meliorati prædij seruare tantūmodo potest. Dat. VI. Id. April. Anchialo. CC. Conss.

Non potest minor diuidere immobilia, nisi † prouocetur à maiore. h. d. Bal. Vel sic: Minor nō alienat etiam in communi sine decreto: nec prouocat ad diuisionem: sed prouocatur à maiore, & tunc sine decreto procedit alienatio. Salyc.

XVII. Iidem AA. & CC. Philippo.

INter omnes minores[q] nec cōmune prædium sine decreto præsidis sententia senatusconsulti distrahi[r] patitur. nam ad

VTere.] CASVS. Si minor prædium suum prouinciale sine decreto distrahat, vt emptor nomine precij fisco cui debitor erat minor, vel creditori suo vel patriæ satisfaceret, & prædium reuocare voluerit: an ei agenti, nisi precium cum vsuris fisco debitis restituat emptori, obstet doli exceptio, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc cauetur responso Papi. & cæterorum iurisconsul.

f ¶Precibus. id est in libello precum.

g ¶Oppone. tu emptor.

h ¶Ob eorum. s. minorum, & habes idem ff. eo. l. si fundus. §. fi. & l. si pupillorum §. pe. & ff. de mino. l. tutor. & ff. de cur. fur. l. consilio. §. j. & ī. tit. ij. l. si contra amplissimi. & ff. de acquir. re. domi. l. bona fidei.

i ¶Venundatos. à minore.

h Sterile autē male meo iudicio hic Accursius esse putat, quod non reperit emptorē, melius enim dixisset, quòd nullos aut exiguos fructus præstat, vel vt in Gl. l. si. ff. de oss. &c. [illegible] quod plus incommodi ad ferat quàm commodi.

SI minor.] CASVS. Tenebatur mihi minor in fundo Semproniano. dedit mihi in solutum aliū sine decreto, cū debuit dedisse Sempronianū: an id vindicare possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

k ¶Aliud. scilicet prædium. & ita alterum pura debitum, poterit alienare, aliud non. sic est differentia inter fundum & fundum: vt ff. eo. l. magn. §. si fundus. & §. si pupillus. Sed argu. contra. ff. eod. l. si pupillorum. §. fi. vbi fundus primo obligatus cum decreto, alteri pro eodem debito exoluendo sine decreto obligatur. sed ibi ideo, quia in locum primæ obligationis succedit eadem res.

l ¶Deberes. ex persona eius cui successisti.

SI prædium. Primo[a] consulit minori, secundo emptori. secūda ibi, emptor. CASVS. Si minoris rusticum prædium vel suburbanum sine decreto alienetur, non tenebit alienatio: sed agetur & restituetur sibi prædium cum fructibus si extent: consumptos condicet: si tamē emptor probet precium fuisset versum in vtilitatem minoris, repelletur minor doli exceptione, si non soluat precium cum vsuris, & sumptus si quos fecit in prædio. ¶Not. ex textu sufficere decretum illius iudicis in cuius territorio res est. sufficeret etiam decretum illius iudicis qui habet pupillū sub se, licet non habeat rem sub se: vt l. magn. pute. §. illud. ff. de reb. eod.

a Diuisio.

† al. vendidisti.

m ¶Suburbanū. pro[b] eodem ponit rusticum & suburbanum. Vel suburbanum est quod est intra vrbanum, & horti in ciuitate, & extra.

n ¶Non loco. nam vrbanum[c] potest esse in iure & in ciuitate: vt ff. de verborum sig. l. vrbana prædia. & l. vrbana familia. & econtra rusticum in ciuitate.

o ¶Probare. ex voluntate, nō ex necessitate: vt dixi ī. eod. l. prædiorum. secundum H. & Azo. vel etiā ex necessitate, cùm contractus non tenuerit, vt ibi dixi.

p ¶Facultatibus. mobilibus: vt ff. eod. l. magn. §. item requirat. & ad hoc ī. de his qui ve. æta. impe. l. eos & ī. tit. j. l. prædium. & ff. eod. l. iij. & ī. tit. ij. l. si contra amplissimi & ī. de condic. ex le. l. si mola. & ff. de peti. here. l. sed & si lege. §. si ire. & ff. de mino. l. si intra vtile. & l. tutor. in fin. & ff. eod. l. si fundus. §. quanquam & l. pen.

b Mine colligunt dici posse factum esse [illegible] quod factum est in suburbiis vide Afflictum [illegible]

c Suburbanū pro vrbano vel quod iuxta vrbanum.

† Vide Socin. in Regula 319. qua incipit. Pupillus ad diuisionem regulariter prouocare non potest, vbi quatuor excepciones adsert.

INter.] CASVS. Si minor cum minore habeat rem communem: sine decreto alienare non licet, sed nec ad communi diuidundo iudicium prouocare. sed si maior cuius fundus erat communis, ad diuisionem prouocet, etiam si sine decreto fiat diuisio, bene tenet.

q ¶Minores. vterq; enim eorum erat minor. sic ff. eo. §. pupillorum Accursius.

r ¶Distrahi. etiam per diuisionem. Est enim quædam[a] alienatio per diuisionem & adiudicationem.

a Alienat qui diuidit, cum a res etiam alteri adiudicatur.

a ¶*Sine decreto.* vt & ff. eod. l. j. §. *si communis.* & est ratio, quia ex necessitate[a] fit. *sic & ff. de condict. furti. l. & ideo. & arg.* ĩ. *de fundo. l. j. & facit.* j. *tit. j. l. j. & fi.*

a Decretum non requiritur in alienatione necessaria.

S*I minores.*] CASVS. Si minor nomine suo vel patris fisco vel priuato teneatur: an interposito decreto res suas distrahere possit, quæritur. Dicitur quòd sic.

b ¶*Debitis duntaxat.* determinat debitis, nõ autem ea quæ sequuntur.

c ¶*Obnoxij.* ad pecuniã: secus si ad rem certam. tunc enim distinguitur, patris, an suo nomine debeant: vt ff. eo. l. *magis* §. *si pupillus.* & §. *sed & si pater.*

d ¶*Prætore.* id est prætore quem constituit Constantinus.

e ¶*Fide.* quia nõ inuenitur vnde aliunde cõmodè potuerit debitũ solui. nec enim frumentum, nec alia necessaria debuerunt vendi. vt *ar. ff. de verb. significa. l. nepos Proculo.*

f ¶QVANDO DEcreto opus non est.

Diximus quando decreto opus sit: modo exponam' casus in quib. non est opus iudicis decreto. Azo. ¶*Not. casus*[b] *vbi non est opus decreto.* 1 *Primus* ĩ. *tit. s. l. pen.* 2 *Secundus, si non caueatur de damno infecto. ff.* de damno infecto. l. si finita. §. si pupillus. 3 *Item in alio quando defunctus permisit:* vt j. eod. l. j. §. j. & ff. eod. l. j. §. j. 4 *Item in alio:* vt j. eo. tit. l. 2. 5 *Item si iurauit.* quod plenè dixi ĩ. si aduers. ven. authen. sacramenta. 6 *Item alius:* vt ff. eo. l. magis. § sed si pater. 7 *Item in alio:* vt j. eo. l. fi. 8 *Item in alio:* vt ĩ. de administ. tuto. l. fi. 2. §. defensionem. *Accursius.*

*In ver. ma nusc. non Senatum.

† Hic erat vnus ex tribus Prætorib' vrbis Constantinopolitanæ, qui numerantur in l. 2. l. de offic. Præto rum.

b Casus 8. in quibus nõ est opus decreto de hac re. v. Menochium 2. de arbitra. Centur. 2. casu 171. & Octauiũ Simoncellum in tract. de decretis cæterisq́; solennitatibus in contractibus minorum alienãdis bonis fi nemmun ...

S*I probare.*] CASVS. Si mãdauit testator vt reddito precio minor tibi prædiũ restituat: decretũ nõ est necessariũ.

g ¶*Si probare.* sic ĩ. *de pactis inter empt. & vend. l. y.*

h ¶*Potes.* qui venditor.

i ¶*Conuenisti.* ex vendito, vel præscriptis verbis. Accursius.

k ¶*Consensisse.* in pacto emptionis.

l ¶*Voluntati.* habitæ in pacto venditionis.

*al. Valenti.

† recuperaret.

* pareamus.

I*Llud.*] CASVS. Minor impetrauit à principe vt liceret sibi prædium distrahere sine decreto. si distrahat, an valeat alienatio? Dicitur quòd sic: quia priuilegium loco est decreti.

m ¶*Vir clarissimus.* minor xxv. ann. non enim sufficit generaliter[e] veniã ætatis impetrari: vt ĩ. *de his qui ven. æta. impe. l. pen. & §. quæ est contra.* Sic & hoc casu cessat restitutio: vt *supra de his qui ve. æta. impe. l. j.* & potest fortè dici hoc casu saltẽ[a] coram iudice inquiri causam vendendi, licet decretum nõ interponatur: *vt* ĩ. *de his qui ve. æta. impe. l. y.*

e Remis venia generalis, non tribuit alienãdi facultatem minori.

P*Rædium.*] CASVS. In hac l. dicitur quòd prædium minoris sine decreto alienari nõ potest, nisi in testamento vel codicill. vt alienetur iubeat testator.

n ¶*Deprehendatur* testamẽto vel codicillis: vel nisi parens, vel ille cui minor successit, ad alienandum aliquo modo fuerit obligatus: vt ff. eod. l. j. §. j. & l. magis. §. si pupillus. ¶ Sed quid si mandauit[b] generaliter, vt multi faciunt de rebus suis vendendis, vel tutoribus, vel curatoribus, vel fideicommissariis: nunquid poterunt mittere manum ad quã rem velint? quod puto *ex hac l. & ff. eo. l. j. §. j. & facit* ĩ. *de his qui ve. æta. impetra. l. y. & iy. &* ĩ. *e. l. j.*

o ¶E*T sine.*] *Permisimus.* vt & ĩ. *de administra. tut. l. lex. §. fi. & ff. de mino. l. & si fuer. §. quæsitum.*

a Alienatio sine decreto prohibita à lege, alienandi potestatem impertiens à suo exitu, ... non potest quæ ... alienationis ... Romanus ...

* al. coll...

b Mandato generali alienandi potest ...

SI QVIS IGNOrans &c.

Quoniam res minoris ab aliquibus distrahuntur, tanquam sint eorum propria, sine decreto: ideo quid iuris sit si sine decreto ignorans quis rem esse minoris, ab extraneo comparauerit, ponit.

* Pari l. hac ... in §. 2. de administ. tut.

S*I ea.*] CASVS. Heres tutoris rem pupilli distraxit: an eam pup. vindicare possit? Distinguit: aut distraxit vt suam, aut vt pupillarem. Secundo casu, si emptor sciens nulla tẽporis præscriptione tutus est. Primo casu, si emptor erat ignorans, licet dominus non fuerit factus statim cum res tradebatur: tamen si eam post legitimam ætatem minoris præscripserit vindicanti obstat præscriptio.

p ¶*Hereditario.* id est iure ciuili.

q ¶*Qui sciens.* rem esse pupilli, & non tenere venditionem: & sic duo obstẽt emptori vel præscriptori, mala fides, & quòd pupillaris est res. idem[c] si sciat esse pupilli, & credat licere emere ab herede tutoris: sed tunc impedit iuris error: *vt ff. de vsucapio. l. nunquã in prin. & pro empto. l. y. § si quis à pupillo.*

r ¶*Finiatur.* vt & ĩ. *de neg. gest. l. curatoris.* inchoata tamẽ debet perficere: *vt ff. de here. tut. l. j.*

f ¶*Effectus.* cum à non domino habeat: *vt ff. de acquir. rer. do. l. traditio.*

t ¶*Statuti temporis.* x. vel xx. ann. quod demum eo facto maiore currit:

c Præscriptio ... pupillis ... ignorantia ... non ... capionem ... pro emptore.

d Præscriptio impeditur ... iuris errore.

diuisionis causã prouocãte tantummodo maiore socio, eius alienationẽ & sine decreto[a] fieri iam pridẽ obtinuit. Dat. VII. Id. Decemb. CC. Conss.

Propter debitum fiscale (puta propter datia & collectas) potest alienari res minoris interueniente decreto. Bal. vel sic: Etiam propter debita fiscalia non possunt minorum prædia alienari, nisi causa probata, & interueniente decreto. Salyc.

XVIII. *Impp.* CONSTAN. & CONSTAN. C. *ad Senatum*[*].

SI minores vel ex patris nomine vel ex suo, debitis duntaxat[b] fiscalibus vrgentibus, vel ex priuatis contractibus reperiantur obnoxij[c]: decreti interpositio à Constantiniano† prætore[d] celebranda est, probatis examinatisq́; causis: vt patefacta rerum fide[e], firma venditio perseueret. Dat. XII. Kal. Ian. Probiano & Iuliano Conss.

TITVLVS LXXII.

QVANDO DECRETO opus non est[f].

Emptor mandauit restitui rẽ emptam refuso precio potest hoc fieri, licet heres sit minor: quia voluntas testatoris operatur idem quod decretum iudicis. h. d. Bal. Vel sic: Conuentio paterna in contractu apposita facit alienationem rei minoris valere sine decreto. Vel sic: Ex voluntate paterna possunt immobilia pupilli alienari sine decreto. Salyc.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Valentino*[*].

SI probare[g] potes[h] patrẽ pupilli cuius tutores cõuenisti[i], consensisse[k] vt reddito tibi prędio preciũ reciperet†: id quod cõuenit, seruabitur. Neq; enim in ea re auctoritas præsidis necessaria est, vt tutorum sollicitudini consulatur, si volũtati[l] defuncti pareãt.[*] Dat. VI. Kalen. Ian. Antonino & Geta Conss.

Idẽ operatur rescriptum principis quod decretum inferioris solenniter emanatũ. h. d. vel sic: Habẽs verbum superioris non indiget verbo inferioris. Bald. Vel sic: Concessio principis specialis habet vim decreti. Salyc.

II. *Imp.* AVRELIANVS A. *Pulchro.*

ILlud requirẽdũ est, an adito principe Saturninus vir clarissimus[m] specialiter ius vẽditionis acceperit. Ad instar enim præsidalis decreti concessio† principalis accedit. Dat. Id. Ianuarij.

Alienatio facta ex patris voluntate vel testatoris, valet sine decreto. Salyc.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Stratoniciano.*

PRædium rusticũ vel suburbanũ à minore vigintiquinq; annis alienari sine decreto præsidis, nisi parẽtis voluntas, vel testatoris, ex cuius bonis ad minorem peruenit, super alienando eo aliquid mandasse deprehendatur[n] nulla ratione potest. D. XII. Kal. Apri. Nicomediæ. AA. Coss.

Vestes detritæ & animalia superuacua possunt alienari sine decreto. Sal.

IIII. *Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Populum.*

ET[*] sine interpositione decreti tutores & curatores quarũcunq; personarum vestes detritas, & superuacua animalia vendere permittimus[o]. Dat. Id. Mar. Constãtino, A. VII. & Constantio Cæs. IIII. Coss.

TITVLVS LXXIII.

SI QVIS IGNORANS rem minoris esse, sine decreto comparauerit.

Qui emit rem minoris tanquam minoris, non præscribit: si autem tanquam maioris bona fide, præscribit: Bal. Vel sic: Emptor bonæ fidei præscribit, non malæ fidei. h. d. primo in vendente vt alienam: secundo vt propriam: secunda ibi, si vero. Salyc.

I. *Imp.* GORDIANVS A. *Felici.*

SI ea quæ in iura tutoris hereditario[p] vel honorario titulo successit, possessionem tuam vendiderit; si vt pupillarem distraxit: emptor qui sciens[q] à tutoris herede mercatus est, cum officium morte† finiatur[r], alienam rem comparando, de temporis interuallo nullam potuit acquirere defensionem. Si vero vt suam distraxit, ignoránsque rem alienam emptor comparauit: neq; statim per traditionem possessionis dominus effectus[f] est, sed tantummodo aduersus te statuti temporis[t] (cum

currit: vt hic. & infra qui non ob long. temp. præscript. l. mox est incognitum. & infra eodem. l. fina. Et est ratio: quia cum tempore minoris ætatis non potest alienari, ergo nec vsucapi: vt ff. de verb. signi. l. alienationis.

Si contra.] CASVS. Tutor vel curator si rem minoris alienauerit sine decreto, rescindi potest venditio: nec tantùm res, sed in restitutionem veniet etiam fructus, siue extent, siue consumpti sint si emptor non bona fide emit.

a ¶Probaueris. quod est eo ipso quòd contrariũ non probatur. sic s. titu. ij. l. si prædium. sic ergo probat[a] aduersarius solennitatẽ: vt & aliàs qui solẽnitatem dicit, probet: vt ff. de pub. in rem act. l. quæcunque. §. fi. ¶Sed arg. contra in tit. de fideius. §. fin.

b ¶Vniuersi. extent vel non: vt & s. tit. ij. l. si prædium.

c ¶Si nõ bona fide. etiam in iure errantem: vt ff. de pet. hered. l. sed & si lege. §. scire. ¶Sed opponitur, non potest vsucapi, ergo nec fructus potest lucrari: vt ff. de vsucap. l. vbi lex. Sed respond. ibi propter rei vitium, hic propter defectum solennitatis, vel propter ætatem, quæ non nocet ad fructus: vt ff. de acquirend. re. do. l. bona fidei.

a Si reuerti... [marginal note, partly illegible]

te legitimæ ætatis esse non diffitearis) potest vti præscriptione. Dat. V. Id. Septemb. Pio & Pontiano Conss.

Rem alienatam sine decreto vindicat minor cum fructibus, nisi emptor fuerit bona fidei. Salyc.

II. *Idem A. Crispinæ.*

SI contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt, conueni earum possessorẽ: vt (si ita probaueris[a] gestum) & possessio retrahatur, & fructus vniuersi[b] reuocentur: si nõ bona fide[c] emptorem fuisse, qui emit, cõstiterit. Da XVI. Kalen. Gordiano. A. II. & Pompeiano Conss.

Minus legitime alienata vindicantur etiam à secundo emptore, nisi sit munitus præscriptione. Salyc.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Agathæ.*

POssessiones tuæ rusticæ vel suburbanæ sine cognitione causæ & interpositione decreti contra senatusconsultum alienatæ, nec à secundo emptore[d] rectè tenentur, nisi statutũ temporis spacium[e] intercesserit[f]. Dat. Idib. Februar. Nicomediæ. CC. Cons.

Possessiones.] CASVS. Si tutore pupilli vel suam sine decreto alienauerit: & ille in quem alienata est secundo vẽdiderit: secũdus emptor securus nõ erit, nisi post ætatem legitimã minoris præscripserit.

d ¶Emptor. etiam bonæ fidei.

e ¶Spatium. scilicet x. vel xx. annorum.

f ¶Intercesserit. post minorem ætatem: vt s. eo. l. j. Sed hodie malę fidei possessore alienãte &c. vt j. de præscrip. long. temp. authen. malæ fidei. ¶Sed opponitur: Nonne etiam olim prohibebatur alienari: vt ff. de re. eo. l. j. ergo & vsucapi: vt ff. de verb. sign. l. alienationis. ergo bona fides non prodest: vt ff. de vsucap. l. vbi lex? Respon. interim dum minor est: & sicut prohibetur alienatio, & vsucapio est prohibita, sed post minorem ætatem vtraq; valet, vt hic. 2 Vel ibi prohibetur, quia furtiua: hic propter defectum solennitatis: vt dixi s. eo l. j.

Emens à donatario minoris potest præscribere si habet bonam fidem, & continuat possessionem longo tempore. h. d. Bal. Vel sic: Is qui emit ab eo cui minor donauit sine decreto, præscribit contra eum à die quo factus est maior spacio decem annorum eo præsente, vel viginti eo absente. Salycetus.

IIII. *Iidem AA. & CC. Alexandro.*

QVoniam aduersus emptorem[g], ad quem ex persona eius cui contra senatusconsultum donata res[k] est, iusto titulo interueniente ea res de qua lis est, transitum fecit: requirere oportebit an præsente priore domino, & maiore effecto[i], sine cõtrouersia bona fide decennio, vel absente viginti annis, q. quęstionem patitur, possessor fuisse monstretur. Quod si apud grauitatem tuam manifestè cõstiterit: sine vlla cunctatione, habita lõgi temporis præscriptione petitorem oportebit excludi. Dat. VI. Id. Iun. Dorostoli. CC. Conss.

Quoniam aduersus.] CASVS. Si prædium à minore mihi donatũ sine decreto, vel ab eius curatore vel tutore, alij bona fide emẽti vendidero, an teneat venditio? Resp. quòd si emptor præsente domino & maiore facto prædium decem annis eo præsente, vel xx. eo absente tenuerit, securus erit: & vindicanti obstat exceptio.

g ¶Quoniam aduersus emptorem. scilicet agitur.

h ¶Donata res. vt s. tit. ij. l. non solum.

i ¶Effecto. Quare hoc, cùm & [b] contra minores olim huiusmodi præscriptiones currebant, licet hodie sit secus? vt supra in quib. cau. in integrum restitu. l. fina. Respon. imò non currebant in huiusmodi casibus: cùm nec alienari poterant: vt ff. de verbo. signific. l. alienationis. & argumen. ff. de fund. dota. l. si fundum. sic & in quibusdam aliis erat, quæ ipso iure non currebant olim: vt diximus supra in quibus cau. in integrum restitu. l. fin. 2 Vel dic hoc additum à compositoribus. 3 Vel tertio ideo dicit maiore effecto, vt nec restitutio detur hodie, constat ipso iure prius non currere. d. l. s. in quib. cau. in integ. restit. l. fin. & facit s. eo. l. j. in fi. & j. quib. non ob long. temp. præ. l. non. est incognitum. ¶Sed videtur etiam postea non posse vsucapi: cùm initium sit inspiciendum in vsucapione: vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. de illo. in fi. §. quo hic inspecto non procedit vsucapio. Sed dic[a] vitium esse rei & personæ. primum impedit. & demum eo finito currit vsucapio, nullo ad principium posthabito respectu: vt ff. de vsucap. l. vbi lex. §. interdum. & l. non solum. §. quod vulgo. sed personæ vitium licet eo finito currat præscriptio, tamen ex bona fide & titulo ante vitium habito procedit: vt hic, & s. eo. l. j. in fi. & facit j. tit. j. l. si fide. ¶Sed contra j. tit. proxi. l. fina. vbi quinque annos dicit sufficere. Sed ibi solues.

a Vsucapionem impedit duplex vitium.

b Præscriptiones an currerent contra minores.

TITVLVS LXXIII.

SI MAIOR FACTVS alienationem† factã sine decreto ratam habuerit.

Licet minor factus maior ratam habeat alienationem prædij intra dimidiam iusti precij venditi, potest nihilominus ipsum vindicare, nisi sibi iustum precium suppleatur, vel in debito compensetur. Salyc.

I. *Imp.* GORDIANVS A. *Licinio.*

CVm proponas curatorem patris tui non interposito præsidis decreto prædium rusticum heredi creditoris[k] seu tutori eius[l] destinasse[m] venundare, eámque venditionem deceptum patrem tuum ratam† habuisse[n]: si minore[o] precio distractum est prædium, & inconsulto errore lapsum patrem tuum, perperam venditioni consensum dedisse constiterit: non abs re erit superfluum[p] precij in compensationem deduci: quod pręsidis prouisione fieri conuenit: cuius solertiæ congruum est,

SI[b] MAIOR FActus alienationem &c.

Licet[c] vẽditio prædij minoris sine decreto sit nulla. contingit tamen eam aliquãdo confirmari, puta per ratihabitionem: & ideo ponit de ea. Azo. Vel sic: Superiori titulo vẽdidit tutor vel curator rem minoris vel suam: hic vt minoris quæ ca su sine ipse minor sine tutor vel curator, siue ambo vendãt, & maior factus ratum habuit expressè: & quod sine decreto factum erat, tenet. Idem si tacitè, puta tacendo per quinque annos in aliis contractibus: sed in donationib. decennium, nisi donatio propter nuptias sit: vbi quinque anni sufficiunt: vt j. eo. l. fina.

† al. de venditione.

b Adde huic titulo aliam: l. si maior factus ratum habuerit, & Simoncellum tract. de decreto minorum. lib. 4. tit. 9. vbi de hoc titulo.

† Vide omnino locum Ferrarium Nerpmont. dialog. 100. num. 4.

CVm proponas.] CASVS. Curator patris tui creditori vel heredi vel tutori filij creditoris prædium quod valebat xl. cum debitũ non esset nisi x. dedit in solutum vel vẽdidit: & ita vltra dimidiam iusti precij deceptus est. maior factus ratam habuit venditionem, & decessit: an tu igitur qui ei successisti, desiderare possis vt iustum precium tibi suppleatur compensando, si quid ei debes vsq; ad competentem concurrentem quantitatem, quæritur? Resp. quòd fiet & nisi suppleat, prædium cum fructibus recuperabit. & hoc vel hoc eligere poterit heres creditoris: vt suppleatur iustũ precium cum vsuris, aut prædium recuperet.

k ¶Heredi creditoris. scilicet sui.

l ¶Eius scilicet creditoris.

m ¶Destinasse. & vendidit vel destinauit, quod de iure non potuit.

n ¶Ratam habuisse. expressè, cùm esset maior factus. & sic iam neq potest reuocari, licet sine decreto facta.

o ¶Si minore. quàm sit dimidia iusti precij: vt patet statim. pro tali ergo hic talis ratihabitio habetur ac si in maiore ætate venderet: sed tũc daretur electio emptori, an redderet rem, vel iustum precium suppleret: vt s. de rescin. vend. l. ij. & l. si voluntate. & nunc erit idem: vt hic subiicit. 2 Alij dicũt fuisse hic deceptionem in eo quòd dolo emptoris fuit inductus ad habendum ratum: cùm putaret precio iusto factam fuisse venditionem. quod non placet.

p ¶Superfluum. iustum precium erat decem cõuentum, puta quinque

tuor, quæ soluta sunt: sex ergo quæ remanent, compensantur cum eo quod hic quondam minor suo creditori debuit.

a ¶*Scilicet* est quamuis non habuit bonam fidem. vel ponitur conditionaliter, scilicet si non vult adimplere quod debet, soluendo scilicet vel compensando.

si[a] diuersa pars bonam fidem nó amplectatur, in arbitrio ei[b] ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere[c]: ita vt fœnebris[d] pecunia cum competétibus vsuris restituatur. Da. Nó. Octob. Pio & Pontiano Conss.

Prædium minoris minus legitimè alienatum reuocatur, nisi præscriptio vel ratihabitio post maiorem ætatem interuenerit. Salyc.

II. *Idem A. Alexandro*[*].

SI sine decreto præsidis prædia tua à tutore tuo alienata sút[e], nec speciali confirmatione, vel (si bona fide possessor fuisset[g]) statuti temporis excursu id quod perperam est actum, fuerat stabilitum: præses prouinciç possessionem in ius tuum retrahet. Dat. VII. Kalen. Ianuar. Pio & Pontiano Conss.

Re immobili minoris alienata titulo oneroso, procedit confirmatio contractus & traditionis taciturnitate quinquenny post ætatem legitimam inchoandi. Si autem titulo lucratiuo: ad confirmationem traditionis & tituli requiritur silentium longi temporis. h. d. Bal. Vel sic: Si immobilia sunt alienata sine decreto titulo oneroso ab ipso minore, vel ab eius administratore eo sciente & patiente, & factus maior taceat per quinquennium, inducitur quædam tacita ratihabitio, contra quam venire non potest. Sin autem sunt alienata titulo lucratiuo, requiritur taciturnitas longi temporis. ad reuocationem autem admittitur etiam heres: qui si & ipse sit minor, tempus quod supererat defuncto ex decennio vel quinquennio, non currit: sed demum eo facto maiore. Salyc.

III. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.*

SI quando sine decreto,[h] minorum[i], vel adhuc sub curatoribus constitutorum, vel per veniam ętatis eorum curam excedentium, res alienantur vel supponuntur, ad perfectam ætaté iidem minores prouecti, longo silentio querelam huiusmodi tradiderunt[k], vt inutilis alienatio vel suppositio diuturno silentio roboretur: certum tempus ad talem confirmationem præfinitum esse césemus. Ideóque præcipimus, si per quinque cótinuos annos post impletam minorem † ætatem, id est post xxv. annos connumerandos, nihil conquestus[l] est super tali alienatione vel suppositione is qui eam fecit, vel heres eius: minimè posse retractari eam occasione prætermissionis decreti, sed si otenere, quasi ab initio[m] legitimo decreto fuisset res alienata vel supposita. Cum autem donationes à minoribus nec cum decreto celebrari[n] possint: si minor vel post veniam ætatis rem immobilem donationis titulo in alium (excepta propter nuptias donatione[o]) transcripserit: non aliter hoc firmitatem habebit, nisi post viginti-quinque annos impletos, inter præsentes quidem decennium,

b ¶*In arbitrio eius*. id est aduersæ partis, hoc est heredis creditoris.

c ¶*Restituere*. supple an quod iusto pretio deest, supplere soluendo vel compésando. ¶Sed contra ī. *de præscript. xxx. an. l. j. in fi.* Solu. ibi dolo, hic ipsa re interueniit deceptio.

d ¶*Fænebris*. quę vt creditori ei debebatur.

SI *sine decreto*.] CASVS. Dicit imperator in hac lege, quòd si tutor rem minoris sine decreto alienauerit vt suam, nisi fuerit bonæ fidei possessor in quem res alienata est, & tutus fuerit præscript. vel confirmatione: quo minus minor vindicare rem possit, non sibi præiudicabitur.

e ¶*Alienata sunt*. tanquā sua. & sic facit hæc lex cum titulo superiori: vt ī. *tit. j. l. j. & l. fin.*

f ¶*Confirmatione*. sic ī. *si alie. res pign. da. sit. l. antepenult.*

g ¶*Possessor fuisset*. putans dominum fuisse vendétem, vel habuisse ius distrahendi: vt *ff de verb. sig. l. bonæ fidei.*

SI *quando*.] CASVS. Si res minoris sine decreto alienetur, siue adhuc fuerit sub curatore siue non: per hoc quòd veniam ætatis impetrauerit, non valet alienatio ab initio. si tamé minor nihil dicat tempore minoris ætatis, & post xxv. ann. per quinquennium tacuerit: non auditur si vult postea rescindere venditionem. & hoc in prima. Si[a] verò minor sine decreto res suas donauerit, & per x. ann. inter præsentes, per xx. inter absentes res donatarius tenuerit postquam factus fuerit maior, securus erit. & hoc in secunda. Ita scilicet vt si maiori aliquid superest de quinquennio, quia cucurrit biennium, & succedat ei minor: illud quod supererat defuncto, puta triennium, currat ei post legitimam ætatem ad præscriptionem complendam. & hoc in tertia.

h ¶*Sine decreto*. si verò interuenisset decretum, daretur restitutio vsque ad quadriennium post legitimam ætatem: vt ī. *de præd. mino. l. si quidem. & ī. de in integ. restit. l. fin.*

i ¶*Minorum*. Hic subdiuidit. vel adhuc &c. & sic in duob. tantùm casibus loquitur, quando scilicet minor habet curatorem, item quando non habet: quia veniam ætatis impetrauit, & eius res est alienata vel obligata: quod quidam dicunt. sed certè idem si curatorem non habet, nec impetrauit veniam. ¶Vel dic in quatuor casibus loquitur, scilicet quando minor auctoritate tutorum vel curatorum vendit. 2 Item econtra quando tutor præsente & volente minore. 3 Item quado aliàs est minor sine tutore vel curatore constitutus, nec tamen impetrauit veniam. 4 Item & quádo impetrauit veniam: & hoc quasi consonat cum prædictis. Quod autem dixi habere locum cum tutor vendidit præsente & volente pupillo: intellige secundum Azo. si pupillus intelligit quid agatur: aliàs perinde habetur ac si non esset præsens. & sic habet locum titulus superior, qui de præscriptione x. vel xx. annorú dicit. ¶Sed Pla. dicit hunc titulum locum habere, qui de quinque annis dicit, cum nomine pupilli fecit tutor venditionem. ¶Sed opponitur prędictis, si[a] minori pręscribitur v. an. maiori verò x. melioris conditionis est maior quàm minor. Respon. hoc verum in maiore, quando sine eius voluntate venditur. alias etiam statim non posset contra venire, præterea maior venit contra litem cótestando: hic minor quocunque modo voluntatem contrariam declarando Item adhuc opponitur: quia videtur hic malæ fidei emptor tueri se v. ann. sed ī. *tit. j. l. j. & l. fina.* quæ sunt contra. bonæ fidei tuetur se x annis, vel xx. & sic deterioris conditionis est bonæ fidei, quàm malæ fidei. Sed responde, hic quoquo modo declarando voluntatem contrariá venit minor contra malæ fidei possessorem. Vel ibi suo nomine vendidit tutor, hic nomine minoris facta est venditio. Porro vbi vendidit vel obligauit minor habens tutorem vel curatorem, sine eo non valet: vt *supra de in integrum restit. mi. l. si curatorem.* & sic non habet locú lex ista: quia cúm[b] non subsit verus titulus, non habet locum vsucapio: & sic nec illud quinquennium. Item dixerunt quidam eam non habere locum cúm quis minor non habens tutorem vel curatorem, & non impetrata venia vendidit: quod non placet H. Si[c] autem tutor vel curator vel aliquis extraneus vendidit rem minoris vt suam, ignorante minore: si quidem emptor fuit bonæ fidei, habet locum præscriptio x. vel xx. ann. quæ incipit currere post legitimam ætatem completam. Si autem sciebat emptor rem esse minoris, & sic non posse distrahi sine decreto, vel etiam putabat posse distrahi sine decreto, & sic errabat in iure, habet locum præscriptio xxx. ann. quæ incipit currere postquam habuit xiiij. an. vt ī. *titu. j. l. j. & l. fi. & ī. de præscript. xxx. vel xl. ann. l. sicut.* Sed Pla. hoc casu etiam post legitimam ætatem incipere dicebat pręscriptionem xxx. ann. & *pro eo. ī. de bo. ma. authent. nisi. & ī. de an. except. l. j. § fina.*

k ¶*Tradiderint*. tacendo: si autem expressè, statim posset eam confirmare: vt ī. *eo. l. j. & ij. & ī. si maior fa. l. j. & ij.*

l ¶*Conquestus est*. neq; in iudicio, neq; extra iudicium. ¶Sed quid si extra conquestus est, narrando querelá emptori? Videtur quòd sufficiat. *arg. ff. de nobi. l. non distinguemus. § cum quidam.* secundum Azo. Sed H. contra, scilicet vt coram iudice fiat. *arg. ī. de non num. pecu. authen. hanc.* Sed ibi tenuit contractus, hic non.

m ¶*Quasi ab initio*[d]. & ita emptor incipit dominus esse. & sic plus operatur hæc præscriptio, quàm alia præscriptio xxx. an.

n ¶*Celebrari possint*. nisi præceptoribus. vt *ff. de adminis. tu. l. cum plures. § j.* vel alimenta necessariis vt *ff. de tut. & ra. distra. l. j. § sed nonnulies.* & nisi in donatione propter nuptias, vt *subiicit.* Item excipiunt quidam sponsalitiam largitatem: vt ī. *de don. ante nup. l. j.* Sed ibi in rebus mobilibus facta fuit. Nam si in immobilibus, nó valeret: vt ī. *de prædiis minorum. l. prædia.*

o ¶*Excepta propter nuptias donatione*. quam tenet ab initio: vt *arg. ff de iure do. l. Titia.* & sic est contra supra *de præd. mi. l. prædia.* Solu. hic corrigit. 2 Vel dic quòd non valet: *vt ibi.* sed quinque annis confirmatur, vt cæteræ alienationes per legem istam secundú Io.

Vel

[*] Alexandro.

a Præscriptio quinquennii currit contra minores si maiores facti quinquennio tacuerint, neque petierint se restitui aduersus alienationem rerum suarum vel hypothecæ in minori ætate factam sine decreto ipsis scientibus & patientibus. Hoc enim silentio inducitur quædam ratihabitio & confirmatio alienationis, quæ ab initio non valuit. si verò res alienata fuerit titulo lucratiuo, requiritur decennale silentium post maiorem ætatem. de quo vide Bal. de præscriptionibus 2. in ma parte 6. numero 45.

a Minor est deterioris conditionis quàm maior in præscriptione.

b Vbi cessat titulus non habet locum præscriptio quinquennii.

† al. minorē.

c Minoris rem si quis vendat vt suam, an habeat locum præscriptio.

d Vide Cagnolum ad l. quod ab initio vitiosum, ff. de reg. iur.

z Vel hic de donatione propter nuptias: ibi de sponsalitia, id est de simplici. & de hoc dixi ℥. de admi. tu. l. lex quæ circa prin.

a ¶ *In heredis persona.* eius qui donauit vel vendidit, vt referatur ad vtrunque.

b ¶ *Accedat.* ad complendam præscriptionem: vt ff. de minorib. l. interdum in fi.

c ¶ *Heredis.* sic lege vt sit sensus, quod si heres maior sit, est minor, id ex quinquennio vel decennio quod supererat defuncto, currit heredi demum cum erit minor. & sic transitiuè, id est heredis qui est minor. & sic est contra M. & P. in eo quod no. ℥. de temp. in integ. rest. l. eas quæ. §. fin. At ipsi sic legunt, vt hic sit sensus, quòd statim heredi minori currit tempus quod de quinquennio supererat: & dicunt quòd post eiusdem ætatem, scilicet defuncti. quod non placet.

inter absentes autem vicenium donatore acquiescente effluxerit: vt tamen in heredis persona[a] illud tantummodo tempus accedat[b], quod post eiusdem[*] heredis[c] minoris ætatem silentio transactum sit. Dat. Idib. April. Decio. V. C. Cons.

TITVLVS LXXV.

DE MAGISTRATIBVS conueniendis[d].

o ¶ *Manifestissimi. Cōmittatur. vt institu. de obligat. quæ ex delic. §. furti. & ff. eodem l. cuius interfuit. & l. si cuius.* ¶ Est autē hoc sic exaudiendum, vt ei[b] detur actio furti, cui[c] interest ex honesta & probabili causa ratione iuris, [d] id est dominij quod habet in re: vel quasi iuris, vt vsusfructus: *vt ff. eodem l. creditoris. §. j.* aut possessionis, vt in creditore: *vt d. l. creditoris. & ff. eod. l. itaque. § sed & si res.* non ex lucratiua causa, vel ratione custodiæ quam debet præstare ex volūtate domini. 2 Probabilem causam, sed[e] nō honestam habet fur: vnde non agit, nisi in casu: *vt ff. eo. l. itaque. §. sed furti. & l. qui vas. §. si ego.* 3 Ecōtra honestam habet, non probabilem, cui res ex contractu aliquo debetur: vnde non agit furti: *vt ff. eodem l. si is cui. & l. eum qui emit. in principio. & l. ei cui interest. in fine.* ¶ Item non ex lucratiua ideo dixi, quia pro lucro, vt quia poterat vsucapere, non agitur furti: *vt ff. eodem. l. si is cui. §. eius.* Item ratione custodiæ propter cōmodatarium, vel similes: *vt j. eod. l. §. tales.*
p ¶ *Sed quærebatur.* prima quæstio.
q ¶ *Idoneo.* scilicet soluendo.
r ¶ *Concessum. vt ff. eod. l. itaque. & instim. de oblig. quæ ex delict. § item si fullo. & §. quæ de fullone. Accursius.*
s ¶ *Ambulatoria.* vt si primo non erat soluendo, postea factus est

a Obligatio sępe nascitur extra id quod agitur.
b Furti actio cui competat.
c Interest nobis aut ex honesta & probabili causa aut ex probabili sed non honesta, aut ex honesta sed non probabili.
d In rebus ipse nobis cōpetit, aut ius in re, aut quasi ius, aut possessio, aut custodia atque etiā his ex causis interest nostra.
e Fur probabilem causam habet, sed nō honestam.
* Iustiniano P. P.
† Ex 50. decisionibus.
* al. increbuit.

solvendo: vel econtra. & est simile verbum *ff. de fun. dot. l. tris. & de adi. leg. l. ilij.*

sit, necne. Sed omnem[a] talem tractatum alia sequit(ur) subdivisio, si ex parte soluẽdo sit is qui rem vtendam accepit, vt possit nõ in totum, sed particularem solutionẽ ei facere: an habeat furti actionem, vel non. Tales† itaq; ambiguitates veterũ immo magis (quod melius dicendũ est) ambages nobis decidẽtibus, in tãta rerum difficultate simplicior[b] sentẽtia placuit: vt in domini sit voluntate[c] siue commodati actionẽ aduersus res accipientẽ mouere desiderat, siue furti aduersus eum qui rẽ surripuit: & alter vtra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia[d] ad alteram venire actionem: sed siquidem furem elegerit, illum qui rem vtẽdam accepit, penitus liberari. sin autem quasi[e] cõmodator veniat aduersus eum[f] qui rem commodatã accepit: ipsi quidem[g] nullo modo cõpetere posse aduersus furem furti actionẽ: eũ autem qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem quidem furti actionẽ habere: ita tamẽ, si domin(us) sciẽs[h] rẽ esse surreptã, aduersus eum cui res cõmodata fuit, perueniat. Sin autem nescius & dubitans rem non esse apud eum, commodati actionẽ instituit, postea autẽ re comperta voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduersus furẽ venire: nullo obstaculo ei opponẽdo, quoniam iam incertus constitutus mouit aduersus eum qui rẽ vtendã accepit[i], commodati actionẽ: nisi domino[k] ab eo[l] satisfactũ est. tunc etenim omnimodo[m] furem à domino quidem furti actione liberari, suppositum[n] autem esse ei qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cũ manifestissimum[o] sit, etiam si ab initio dominus actionẽ instituit commodati, ignorans[a] rem esse surreptã, postea autẽ hoc ei cognito aduersus furẽ transiuit: omnimodo liberari eum qui rẽ cõmodatam susceperit quemcunque causæ exitũ aduersus furẽ dominus habuerit: eadem definitione obtinẽte, siue in partem, siue in solidum soluendo sit is qui rem commodatã accepit.

Si commodatarius à fure rem & pœnam exigit, non tenetur domino pœnam reddere: quia suo periculo est expertus. hoc dicit vsque ad §. cum autem. Bald. concordat. Salycetus.

Sed cũ in secundã dubitationem incidebant[p], quid statuẽdum sit si quis rẽ cõmodatam habuerit quam aliquis[q] furto subtraxerit, & lite pulsatus[r] cõdemnationem passus fuerit, nõ tantum in rem furtiuam[s], sed etiam in pœnam furti: & postea dominus venerit omnem condemnationẽ accipere desiderans[t], vtpote ex suæ rei occasione ortam[u]: alia dubitatio incidit veteribus, vtrúmne rẽ tantum suam, vel eius æstimationem consequatur, an etiam summam pœnalem. Et licet ab antiquis variatum est, & ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias: tamen nobis hoc decidentibus, Papinianus licet variauerit, eligendus est, non in prima, sed in secunda eius definitione, in qua lucrum statuit minimè ad dominum rei peruenire[x]. vbi enim periculum, ibi & lucrum

a ¶ *Sed omnem.* hic incipit tertia quæstio.

b ¶ *Simplicior.* Not. simplicitatem[a] placere legi: *vt institut. de fideicom. hered. §. sed quia. & de legi. ag. suc. §. sed quia.*

c ¶ *Voluntate.* hoc regulariter: sed in casu fallit: *vt j. ea. l. §. fin.*

d ¶ *Expænitentia. vt & argum. infra de condi. l. fina. in princip.* ¶ Et sic nota varietatem[b] non admitti. Sed argu. contra *ff. de colla. bo. l. nunquam.* Accursius.

e ¶ *Quasi.* istud quasi abundat: vel est expressiuum veritatis.

f ¶ *Eum.* scilicet commodatarium.

g ¶ *Ipsi quidem.* scilicet commodanti.

h ¶ *Sciens.* sic *ff. de inoffic. testamen. l. nihil. §. si cum filius.*

i ¶ *Accepit.* ex commodato.

k ¶ *Domino.* s. rei. Accur.

l ¶ *Ab eo.* commodatario. Accursius.

m ¶ *Tunc etenim omnimodo.* argu. est ad hoc supra *de iur. & facti igno. l. error.* ¶ Et not. differentiam[c] inter commodatarium & vsufructuarium, creditorem & fullonem. Nam primo casu datur domino electio, *vt hic*: etiam in sequentibus duobus agit dominus, & ipsi actio furti datur: *vt ff. eodem l. inter omnes. §. si seruus. & l. itaque fullo. §. fina.* in vltimo datur fulloni tantum, nisi sit non soluendo: *vt ff. eadem l. itaque in princip. & insti. tut. de obliga. quæ ex delic. § fulloni.* ¶ Et intellige non[d] soluendo etiam si pro parte sit soluendo: *vt ff. de verbo. signi. l. soluendo.* ¶ Sed quæritur quæ sit ratio diuersitatis, quòd aliud statuitur in commodatario, & aliud in fullone & sarcinatore? Respond. quia contractus qui cum fullone initur, fit gratia vtriusque: vnde fauemus[e] ei magis quàm commodatario: cũ quo non initur contractus nisi gratia ipsius tãtum, & plus cõceditur commodanti qui liberalitatem exercuit. ¶ Et nota quòd leges videntur circa hanc materiam variare. nam quando plurium interest,[f] videntur quædam leges dicere quòd vni tantùm detur: aliæ quòd pluribus. Et ideo dic quòd quando rei subtractæ plures sunt domini, vel plurium interest[g] ratione dominij, quilibet agit in partem: *vt ff. eodem l. fullo. §. frugibus. & l. si quis vxori. §. si fulphuraria.* Quandoque plurium interest ratione custodiæ: & tunc quilibet agit in solidum. Sed si vnus sit consecutus, alter amplius non agit: *vt ff. commo. l. si vt certo. §. fin. & l. seq.* Quandoque alter est dominus, & alter habet ius in re: & si quidem ius[h] illud habet similitudinem cũ dominio, vtrique competit: vt est cũ vnus habet vsumfructum, alter habet proprietatem: *vt ff. eodem l. inter omnes. §. si seruus.* Si autem non habet illud ius similitudinem cum dominio, vt quia est ius pignoris: & tunc quandoque creditori tantum datur, quandoque debitor tantum, quandoque vtrique. datur tantum creditori, quando culpa eius interuenit in surripiendo: quia est obligatus ad eius restitutionem. Accursius.

n ¶ *Suppositum.* id est furtum.[a]

o ¶ *Cum manifestissimum.* bene dico impediri variationem post satisfactionem: cum manifestum sit quòd quandoque etiam ante satisfactionem impeditur: vt in casu contrario & hic dicit.

p ¶ *Incidebant.* scilicet quærentes.

q ¶ *Aliquis.* scilicet fur. Accurs.

r ¶ *Pulsatus.* scilicet fur. Accurs.

s ¶ *Rem furtiuam.* ¶ Sed qua actione?[b] Respond. condictione incerti secundùm H. *vt ff. de condictio. furti. l. & ideo. §. fin.* non condict. furt. quæ soli domino datur: *vt ff. de condict. furt. l. j.* Sed Azo dicit actione in factum, vel officio iudicis: *vt ibi not. in l. & ideo.* & glo. ista quæ dicit dari condictionem incerti, male dicit: quia illud est verum in eo qui habet ius[c] in re: quare dicit referre si dominus subtrahatur: quia tunc ei datur condictio furtiua: *vt ff. de condictio furti l. j.* subtrahatur ei qui habet ius in re, datur condictio incerti, vt in creditore: *vt ff. de condict. furt. l. & ideo in fine.* si subtrahatur bonæ fidei possessori, datur triticari. *ff. de tritica. l. j.* si habenti scientiam rei alienæ, voluntate tamen domini, vt hic subtrahatur: ad rem recuperãdam datur officium iudicis, vel condict. ex lege: *vt infra de agricol. & censitus. l. si coloni. lib. xj.* ADDITIO. Hæc glo. teste Barto. hic bene dicit præterquam in fine, vbi vult commodatarium haberẽ condictionem ex l. *si coloni. infra de agrico. & censi. libr. xj.* quia hoc falsum est. Nam illa cõdictio competit tantum ei qui possidebat: vt latius in eadem l. notatur per eundem Bartol.

t ¶ *Desiderans.* hoc cum dominus ratam habet exactionem, petendo quod est exactum. ¶ Sed quid si velit furem[d] conuenire? Respond. potest: *vt supra proxim. §.* ¶ Sed nunquid tunc fur afficietur duplici[e] damno? ADDITIO. Aduertas quòd Dynus *in l. licet. §. fina. ff. nau. cau. sta.* tenens contra glo. istam dicit quòd postquam fur exactus est ab vno, non potest iterum conueniri. nec obstat. §. præcedens, quia loquitur ante furem exactum. quod etiam sequitur Bartol. hic.

u ¶ *Ortam.* s. condemnationem. ¶ Nota occasione rei meæ quæsitum, mihi deberi: *vt ff. de rei vindi. l. solum. §. j. & ff. commo. l. si vt quis. §. si quem quæstum. & ff. ad Trebel. l. quia poterat.*

x ¶ *Peruenire.* idem in conductore: *vt ff. loca. l. is qui.* Secus in creditore: *vt ff. de pigno. act. l. si pignore.* Sed quare secus? Respon. quia creditor nullum vsum amittit. nec enim debebat vti, aliàs committeret furtum: *vt institut. de obliga. quæ ex delict. §. placuit.* at commodatarius & conductor amittunt vsum quare habent

a Simplicitas legib. amica.

b Varietatem non admitti.

† v. Petrum Duenas reg. 7. num. 4 vbi notat actione pœnali non tolli rei persecutoriam quoties agitur aduersus diuersas personas ut sit exceptio ad l. ea. 3. eod.

c Commodatarius & vsufructuarij creditoris & fullonis differentiæ.

d Non est soluendo etiam is, qui pro parte non est soluendo.

e Commodatario minus fauetur, quam fulloni.

f An & quo modo actio furti detur ei, cuius interest rem non subripi.

g Interest nostra vel ratione dominij vel custodiæ, vel quia nobis competit ius in re.

h Ius in re quandoq; similitudinem habet cũ dominio quandoq; non habet.

a furtum.

a ignorans.

b Furti condictio quæ agenti competit ius in re habentibus, vel bona fide possidentibus, vel detentionem habentibus. [illegible]

c Ius in re habentis bona fide possessoris & detentionis habentis differentia.

d Dominus in casu huius legis, neglecta commodatario in furem agere potest.

e Dominus in casu huius legis agens aduersus furem, duplum non consequitur.

a Commodatarius ad maiorem diligentiam tenetur quàm creditor.

bent lucrum. Item & aliud est in creditore, quia creditor [a] non ad tantam diligentiam tenetur, sicut commodatarius tenetur: *vt ff. commo. l. si vt certo. §. j. & de regu. iur. l. contractus.*

a ¶ *Collocetur. vt & infra de cadu. tol. §. pro secundo. & ff. de regulis iuris. l. secundum naturam.* Arg. contra. *ff. de procur. l. qui proprio. §. procurator vt in caeteris.*

collocetur [a]: ne sit damno tantum deditus qui rem commodatam accepit, sed liceat ei etiam lucrum sperare.

Si marito res commodata, ab vxore subtrahatur: si vxor à domino eligatur, conuenitur furti. si eligatur maritus, tenetur ei vxor actione in factum propter res amotas, nec potest vxor eligi à domino rei si maritus exstiterit soluendo, etiam si hoc adfectauerit maritus. hoc dicit. Et nota singularem casum de isto furto domestico quod fit per vxorem viro de re aliena, cuius periculum pertinebat ad maritum, quòd non agitur furti, nisi in subsidium. Baldus.

Cum autem in confinio earum dubitationum tertia exorta est quaestio: quare non & eam decidimus? Cum enim apertissimi iuris sit, non posse maritum constante matrimonio furti actionem cótra suam vxorem habere [b], quia lex ita atrocem actioné dare in personam ita sibi coniunctam erubuit [c]: eiusmodi incidit veterum sensibus quaestio. Quidam etenim re sibi commodata, huiusmodi rei furtum à sua muliere passus est, & dubitabatur, vtrumne domino rei furti actio contra mulierem praestaretur, an propter necessitatem causae, & maritus [d] eius, vtpote actioni commodati suppositus, possit habere furti actioné. Et auctores quidem iuris satis & in hac specie contra se iurgium exercuerunt, ex praesenti autem lege, & anterioribus nostris decisionibus quę in ista positae sunt constitutione, potest & haec species apertius dirimi. Si enim domino dedimus [e] electionem ad quem voluerit peruenire: siue ad eum qui rem commodatam accepit, siue cótra eum qui furtum commisit: & in hac specie maritus quidem propter matrimonij pudorem, non furti, sed rerum amotarum [f] actionem habeat, si ipsum dominus elegerit. Dominus autem omnem licétiam possideat siue aduersus mulierem furti actionem [g] extendere: ita tamen, vt si ipse qui rem commodatam accepit, soluendo [h] sit, nullo modo aduersus mulierem furti actio extendatur: ne ex huiusmodi occasione inter maritum & vxorem qui non bene secum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente vxor eius extrahatur [i], & furti patiatur poenalem condemnationem. Dat. XV. Kalend. Septembr. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

b ¶ *Vxorem habere. vt ff. de fur. l. si quis vxor. in principio.*
c ¶ *Erubuit. vt & supra de iure dot. l. j. in fine. & j. rerum amo. l. ij.* Sed ibi rem viri surripuit.
d ¶ *Maritus.* si ipse eligitur. Accursius.
e ¶ *Domino dedimus. vt §. ead. l. §. tales.*
f ¶ *Sed rerum amotarum.* scilicet soluto matrimonio, sed [b] eodé constante in factum. Et sic non obstat contrariú signatum supra *rerum amo. l. ij.* 2 Vel dic constante matrimonio dari rerum amo. sed in simplum fauore matrimonij, ad exemplum actionis serui corrupti: *vt ff. de ser. cor. l. fina. & l. Aquilia: vt ff. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si cum maritus.* 3 Vel tertio regulare est quod supra dicitur, hîc autem speciale propter necessitatem: vt supra proxi. 4 Vel quarto datur actio rerum amo. id est in factum nomine re. amot. *sic expone. ff. de fur. l. si quis vxori. circa princ.*

b Actio rerum amotarum an possit dari constante matrimonio.

g ¶ *Furti actionem.* id est in factum nomine furti. Accursius.
h ¶ *Soluendo.* hîc est cótra *ff. rerum amo. l. antepen.* Sed ibi rem viri surripuit extraneo: quare extraneus cótra eam agit furti: hic econtra surripuit rem extranei viro. ¶ Sed quare aliud hîc? Respó. quia hic fuit furtum factum viro: licet extraneus agat: vnde tardius permittitur extraneo agere cótra mulierem. ibi autem extraneo fuit factum furtú.
i ¶ *Extrahatur.* ad iudicium & est sic. *ff. de libe. exhib. l. j. in fine.*

DE OPERIS LIBERTORUM.

Quia occasione operarum liberti fugiunt à nobis: ideo subijcit de operis libertorum.

SI tempore.] CASVS. Si seruum meum manumisero, & ei operas imposuero: an ad praestationé teneatur, quaeritur? Respon. quòd sic: sed si operas nolo, sed pecuniam pro operis, inuito liberto: an sim audiendus? Respond. quòd non. si autem conuenit vt aliquid mihi pro operis, puta caponem praestet: ad hoc mihi tenetur. tamen casus est in quo cogi posset vt precium praestaret, si vergam ad inopiam: quia etiam si non teneretur ad operas, defectis tamen facultatibus meis, tenetur me alere.

k ¶ *Si tempore manumissionis.* id [c] est statim post manumissionem. nam ante seruus non obligaretur: *vt ff. eodem l. vt iurisiurandi. & de li. cau. l. fin.* Sed puto quòd etiam prius obligetur, si statim tamen postea sequatur manumissio: *vt ff. si cer. peta. l. lecta. & supra de pact.*

c Quando dicatur aliquid factum tempore manumissionis.

l. petens. Item si postea ex interuallo, si modo actum fuit tunc vt postea imponerentur: *vt ff. de solu. l. Modestinus.*
l ¶ *Tibi.* liberto.
m ¶ *Imposita sunt.* per [a] stipulationem vel iusiurandum, & sic speciale est hic, vt pactum [b] vestiatur iureiurando: *vt ff. eod. l. vt iurisiurandi & de lib. causa. l. fina.* & agitur [c] códictione certi si certa est opera, ad instar pecunię creditae: *vt ff. eod. l. à duobus.* alias actione ex stipulatu: *vt inst. de verborum obligatio. in prin.* ¶ Sed videtur quod semper sit agendú ex stipulatu. ná opera [d] est diurnum officium: *vt ff. eod. l. j.* & ita factum quod incertum est quo ad substátiá. & ita petet actione ex stipulatu. ad quod facit *ff. de verborum oblig. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod in faciendo.* Nec obst. l. illa à duobus. vbi dicitur quod petitur opera, sicut pecunia credita: quia illud est verum quando petitur aestimatio. ¶ Sed nónne operarú aliae certae, [e] aliae incertae? Respon. Illud verum quantum ad quantitaté secus quo ad substantiá: sicut in omni facto leges notát. praedicta vero sunt in impositione facta per stipulationé. si auté per iusiurandú, tunc actio in factum datur. Accurs.

a Quibus modis operę imponantur liberto.
b Pactum iurandum vestitur iureiurando.
c Qua actione petantur operę.
d Opera est diurnum officium.
e Operarum aliae, considerata quantitate non substantia sunt certae, aliae incertae.

TITVLVS III.

DE OPERIS LIBERTORUM.

Opera promissa debent praestari, non earum precium, nisi ex causa necessitatis. hoc dicit. Primo loquitur quando opera sunt imposita, an peti possint. vsque ibi, Solet. Secundo an possit peti precium operarum. vsque ibi, Cùm & si opera. Tertio loquitur quando opera non sunt imposita. vsque ad finem. Bald. Vel sic: Operas tempore manumissionis impositas libertus debet praestare. Sed pro futuris precium non potest exigi, nisi conuentum, vel ob necessitatem alimentorum. Salyc.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Romano.*

SI tempore manumissionis [k] operę tibi [l] impositae sunt [m], scis te eas praestare debere [n]. Solet autem inter patronos & libertos conuenire, vt pro operis [o] aliquid praestetur [p]: licet precium peti non possit, nisi quádo pro-

n ¶ *Debere.* s. si non ex necessitate: sed ex liberalitate propria manumisit: *vt j. eod. l. ij.* Accurs.
o ¶ *Pro operis.* olim impositis.
p ¶ *Aliquid praestetur.* puta equus, vel bos, vel alia species: licet [f] preciú non possit peti operarú futurarú, id est cogi ab initio praestari etiá conuentum. quod non placet: *vt j. l. si quam.* 2 Vel dic licet preciú nó possit peti, scilicet sic vt remaneat integrú ius patronatus: *vt j. eod. l. si quá.* 3 Vel dic secúdo, quoad primum articulum solet conueniri, vtputa in casibus si libertus vltro obtulit. Ité propter inopiam patroni. Itè si tale genus est operarú quod non competat patrono: vt si libert' sit medicus, vel pantomimus, cuius si velit patronus operis vti, semper oportebit eú aegrotare, vel ludos celebrare: *vt hîc, & ff. eo. l. patronus. & l. si libertus. j.* his cessantibus non potest peti pecunia, nisi propter inopiam. 4 Vel dic tertio secundúm Azo. conueniri pro operis. s. praeteritis: licet pro futuris nó, vt remaneat ius patroni integrum: *vt j. eo. l. si quam.* nisi in casu: *vt j. eo. l. nec patronu.* Ad omnes autem praedictas expositiones bene adaptatur, nisi quando &c. ¶ Sed videtur [g] quod etiam inopem eum non tenetur alere: *vt ff. de lib. ag. l. si quis à libert. §. si quis à liberti.* Sed hîc non dicitur libertum soluentem precium operarum, teneri ad alimenta: sed tantú ad praestationem operarum futurarú dicitur tamen. *ff. eo. l. libertus qui operarum.* vbi dicit patronú perdere ius succedendi propter operas futuras. Secundo dicit quod nó reueren-

Ex Co. Gregoriano sub Tit. de operis libertorum, vt ait Papinianus libro responsorum Tit. de liberali causa vel operis libertorum.
f Operarum futurarum an possit peti precium.
g Virum libertus teneatur alere patronum.

tiam. Tertio dicit diuersum in alimentis. Sed dic diuersum à reuerentia. Vel illud *ff. de lib. ag.* verum est cum petiit, & exegit, & conuenit cum dare precium: secus si tantum petiit, & non exegit: *vt ff. de iure pat. l. sicut. & ff. eodem. l. libertus qui operarum.* Vel aliter hic non dicit quòd ipse cogatur eum alere, cum exegit ab eo operarum precium: sed dicit quòd patronus potest eum cogere soluere precium operarum propter inopiam alimentorum.

pter inopiam pro alimentis id[a] extra ordinem peti necessitas suaserit: cum etsi operæ non erant impositæ, defectis tamen facultatibus patroni, eum alere cogebaris[b]. PP. III. Kalend. Ianu. Chilone & Libone Coss.

a ¶ *Id.* scilicet precium futurarum operarum.

b ¶ *Cogebaris.* sicut econtra te alere cogitur: alioquin ius patronatus amitteret: *vt ff. de iure pat. l. alimen. §. fin.* Nota etiam ex hac lege quòd necessitas[a] non habet legem in eo quod dicit nisi quando &c. & facit *ff. de offi. procon. l. j.* ¶ Item nota quòd plus subuenitur pauperi[b] quàm diuiti: *vt & ȝ. de episc. & cle. l. si quis ad declinandam. §. penult.*

Non præstat beneficium qui impendit debitum: & ideo præmium non meretur: & erronea promissio operarum non valet. Baldus. & Salyc. Vel sic: Ex necessitate manumittens, in seruitutem non reuocat, nec imponit operas. Iaco. Butri.

II. *Iidem AA. Eutycheti.*

MAnumissionis causa traditus[c], neque in seruitutem[d] reduci * à manumissore potest, neque impositas[e] operas præstare cogitur. PP. VI. Kalend. Maij. Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

M*Anumissionis.*] CASVS. Seruũ tuum mihi tradidisti, vt eum manumitterem. manumisi. an eum possim in seruitutem reuocare, quæritur? Respon. quòd non. licet ei operas imposuerim: petere operas nõ possum ex necessitate manumissionis.

c ¶ *Traditus.* vt eum alius manumittat.

d ¶ *In seruitutem.* licet sit ingratus: *vt infra de lib. & cor. lib. l. j. & ff. eo. l. si quis hæc, in princ.*

Operarum indebita præstatio condicitur. hoc dicit. Vel sic: Et qui manumittit acceptis ab extraneo nummis, operæ non debentur. Bald.

III. *Idem AA. Quintiano.*

e ¶ *Neque impositas.* scilicet de facto. de iure enim imponi non poterunt, cum[c] non sponte, sed ex necessitate[d] est manu missus: nisi sciens non posse imponi passus est: *vt ff. e. l. Campanus.* Item & in alio casu, *vt ff. de bon. li. l. qui ex causa fideicommissi.* Item & in alio casu: *vt infra eo. l. mater.* ¶ Item videtur huic legi contra. *ff. de do. inter vi. & vxo. l. si eum seruum. §. si pecunia.* Solu. ibi loquitur in eo casu cum sciens non posse imponi, passus est: vel cum non manumittit ex necessitate. non enim cogi poterat mulier: nec venire poterat ad libertatem, si ipsa non manumisisset. Vnde si manumisit, gratis manumittere videtur, quare operas imponere potest. ¶ Not. etiam ex hac lege regulam quòd ille[e] solus imponit operas, qui ex voluntate manumittit: nisi in casibus, vt modo notaui. ¶ Item aliam, quòd ille solus[f] reuocat in seruitutem qui spõte manumittit: *vt infra de lib. & eorum lib. l. j.* Sed in contra tabulas seruatur alia regula, quòd quilibet qui gratis vel non gratis manumittit, habet ius succedendi: nisi in casibus, vt quando alienum seruum redimo suis nummis vel ab extraneo accipio pecuniam pro manumittendo: *vt ff. de bo. lib. etiam. § si quis nummos. & §. sed si hac.* sed forte isti duo casus non excipiuntur in beneficio quod habet patronus ne vocetur in ius sine venia: *vt ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. fin. & l. si quoque. & l. sed si hac lege.*[g]

Q*Vi nummis.*] CASVS. Si tibi decem dedi, vt seruum tuum manumitteres, & pro operis pecuniam exegisti: eam vt indebitam reddere compelleris: siue fuerint operæ impositæ, siue non. Viuianus.

f ¶ *Ab extraneo.* à quo etiam inuito libertas potest extorqueri: *vt ff. de manu. l. si quis ab alio.* secus à seruo: *vt infra de obseq. l. etiam quis.* Vel ab extraneo si pactum factum fuerit cum seruo: *vt ff. de obse. l. Titius puerum. & infra titu. j. l. j. & argu. infra de lib. cau. l. cum adfirmes.*

g ¶ *Cogitur.* scilicet si credens se debere soluit. vel tantum condicit, quantum conductorius erat patronus: *vt ff. de condic. inde. l. si non sortem § libertus.* alioquin donare videtur: *vt ff. eodem l. Campanus.* ¶ Sed videtur contra: *vt ff. de do. inter vi. & vxo. l. si eum. §. si pecunia.* vbi accepit precium, & potest imponere operas: & non cogitur manumittere. nam quidem huic legi non superiori eam signant contrariam, & soluunt. quod ibi accepit pecuniam ab ipso seruo, hic ab alio. Sed fortè ibi nihil refert, à seruo, vel ab alio accipiat: nam & ibi in fine loquitur & cum ab alio accepit: sed tamen dabat pro seruo. & sic est bona solutio. 2 Vel ibi nõ dicit operas impositas eodem casu quo accepit pecuniam. sed duo casus sunt. nam vtrique isti & superiori est contraria. Solue ergo & signa contrarium, vt dixi in superiori l. quia speciale ibi, quia non cogitur manumittere: quia nec erat seruus, nisi cum manumittit.

QVi nummis acceptis ab extraneo[f], seruum suum manumisit, & pro operis pecuniam ab eo accepit: siue fuerant operæ impositæ, siue non, vt indebitam † solutam reddere cogitur.[g] PP. Kal. Nouem. Albino & Æmiliano Coss.

Precium operarum promissum potest peti: tamen exigens perdit ius patronatus: & non tenet promissio facta causa libertatis onerandæ. Bald. Vel sic: Exactio precij futurarum operarum priuat patronum à iure patronatus: & promissio facta causa onerandæ libertatis non valet. Salyc.

IIII. *Imp.* ANTONINVS A. *Valeriano.*

SI quam[h] tibi pecuniam à liberto tuo ex venditione[i] operarum[k] deberi probaueris, restitui tibi à liberto tuo præses iubebit. Ex hoc enim[l] liberam[m] testamenti factionem libertus habet:[n] modo[o] si non onerandæ libertatis gratia emissam esse cautionem probabitur. PP. XIII. Kalen. Maij Duo-

S*I quam.*] CASVS. Si te manumisero, & operas imposuero, & eas tibi vẽdidero, puta pro centum: an ad precium mihi tenearis, quæritur? Resp. quòd sic: nisi onerandæ &c. quasi dicat patronus, promittis mihi decem si me offenderis &c. *vt ff. quæ. re. ac non da. l. j. § quæ onerandæ.* sed tu manumissus liberam habebis testamenti factionem.

h ¶ *Si quam.* primus actus est impositio[a] operarum, & in isto perdit contra tabulas, secundũ H. sed Azo quòd non. 2 Secũdus actus est operarum exactio. 3 Tertius de precio seu mercede futurarum operarũ conuentio. operarum[b] exactio tollit contra tabulas: precij conuentio[c] (sequatur exactio vel non) tollit omnia iura patronatus: nisi sponte libertus offerat, vel nisi inopia sit patroni.

i ¶ *Ex venditione.* consensu vtriusque partis inita.

k ¶ *Operarum.* prius impositarum. Vel dic præteritarum & futurarum. Accursius.

l ¶ *Ex hoc enim.* id est venditione, vel exactione operarum, vel mercedis, non ex sola impositione operarum: *vt ff. de lib. ag. l. si quis liberi §. si quis à liberti.* 2 Alij vt Hugo de porta Rauennata ex sola impositione: *vt ar. ȝ. de bo. pos. contra tab. liber. l. y.* Argu contra H. *ff. de iure pa. l. sicut* pro vtrisque est. *ff. de ope. libe. j. libertus qui operarum.* Item pro Azo. quia operas vel mercedem pro operis, siue precium operarum accipere à liberto non est prohibitum: vtpote cum lex ei permittat soluere si velit: *vt ff. eod. l. patronus. in fin. & ff. qui & à qui. manumis. l. fi. § j.* sed exigere, id est ab eo inuito operas extorquere, vel obligare inuitum ad mercedem, est prohibitum. Vnde dico quòd ex sola exactione operarum amittit patronus contra tabulas: sed cætera iura patronatus retinet: *vt ff. qui & à qui l. fin. §. fin.* sed si exigat mercedem siue precium operarum, vel obligationem mercedis, tunc incidit in legem Æliam Sentiam, & sic amittit omnia iura patronatus: *vt prædicta l. continetur.* ¶ Distingue[d] ergo quia aut facit hoc patronus ad postulationem & rogatum liberti, fortè quia libertus vult magis mercedem dare quàm operas soluere. Vel petit libertus gratia sui amici à patrono, quatenus locet ei operas suas: & tunc delinquit patronus. Aut exigit patronus mercedem, vel obligationem mercedis extorquendo ab inuito liberto: & tunc si quidem præterita opera, id est pro ea quam non præstitit suo tempore, non amittit ius patronatus: quia precium operæ præteritæ accepit. si vero pro futura, si quidem patronus facit ex necessitate, puta alimẽtorum: non amittit ius patronatus: secus si ex voluntate. & probantur hæc omnia *ff. de ope. liber. l. patronus per totam. l. & l. si libertus autem. & de lib. ag. l. si quis a liberis. §. i quis. & hic, & ȝ. eod. l. nec patronus. & s. l. j.* Si vero quis exigit operas, non desinit esse patronus quantum ad alia, sed quantum ad contra tabulas, *sicut & ȝ. de bon. poss. contra tab. liber. l. 4. & ff. de iure pa. l. sicut.* exhibebit ergo ei reuerentiam, & cætera iura patronatus: aliàs enim non esset differentia,[e] exigas operas, vel mercedem operarum: quod lex voluit: *vt ff. e. l. patronus. & ff. qui & à qui. l. fin. §. j.*

m ¶ *Liberam.* huius verbi expositio est *ȝ. de bono. poss. contra tab. liber. l. v.* secundum Azo.

n ¶ *Habet.* quantum ad eum qui vendidit, non fratrem: *vt ff. de bo. liber. l. Iulianus ait.* secundum M.

o ¶ *Modo.* dixit dandam pecuniam ex venditione operarũ debitam,

a Necessitas nõ habet legem. — b Pauperi plus subuenitur quàm diuiti. — c Qui sponte manumittit operas imponere nõ potest. — e Operas imponit qui ex voluntate manumittit. — f Is solus in seruitutem reuocat qui sponte manumittit. — g Adde l. 2. & 3. de in ius vocan.

† Indebitum solutum.

a Sola impositione operarum patronus non amittit ius patronatus. — b Exactione operarum patronus amittit contra tabulas bonorũ possessionem. — c Conuentione de precio seu mercede futurarum operarum amittit omnia iura patronatus. — d Operarum precium an liceat exigere. — e Differentia inter exactionem operarũ & mercedis operarum.

tam, modo si non onerandæ, &c. & sic potest referri hęc determinatio ad id quod primo dixit, non ad proximè dictum. 2 Vel potest determinare & referri ad proximum dictū: id est dicere, habet liberam testamēti factionē ex venditione facta iusto precio, animo petendi sine exactione, &c. modo si non, &c. Quia tūc nō ideo consequitur liberā testamēti factionem libertus, quando iniusto precio: quia lex nō presumitur quòd exigat, nisi exactio fiat: *vt ff. eod. l. quæ onerandæ.* Quando[a] autem onerandæ libertatis causa cautio emissa dicetur, habes: *ff. quarum rerum actio non datur. l. j. §. quæ onerandæ. & l. fi. §. 6 seruus.* puta si dicat sic patronus: promittis mihi xx. si me offenderis? ¶Item bene dicit cū consequi liberam testamenti factionem: quia non est æquum, vt vtrūque scilicet & viuentis operas, & mortui successionem consequatur: *vt infra de Lati. liber. tollen. l. vn. §. illud.*

a Libertalis onerandæ au... quomodo ... captio.

bus & Aspris Conss.

Manumittens ex necessitate, operas non imponit: sed manumittēs ante tempus, sicut facit gratiā temporis, ita interim imponere potest operas: in seruitutem tamen reuocare non potest. h. d. text. & glo. Bald. Vel sic: Manumittens ante tempus quo tenetur manumittere, pro tempore anticipato potest operas impone nere, & non vltra. Salyc.

v. *Idem A. Terentio.*

MAter tua ab eo quem ex causa fideicommissi manumisit, operas impositas petere non potest[a]: nisi eius tantum[b] temporis, quo eum ante manumisit, quàm dies fideicommissæ libertatis existeret. sed nisi ei honorem patronis debitum exhibuerit: adeat competentem iudicem pro modo admissi vindicaturum[c]. PP. III. Idus Maij, Duobus & Aspris Conss.

Pro operis futuris non licet mercedem accipere, pro præteritis sic. & duo filij ab operarum præstatione liberant. Bald. & Salyc.

vi. *Imp.* ALEXANDER A. *Minicio.*[*]

NEc patronis pro operis[d] mercedem accipere licet: quamuis si indictæ[e] operæ præstitæ non sint, ad pecuniæ exactionem[f] obsequij nō præstiti æstimatio conuertatur. Qui autem duos[g] filios in potestate, vel[h] diuersis temporibus habuit: lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. Dat. XII. Kalend. Iun. Iuliano. II. & Crispino Conss.

Emptus suis nummis & manumissus, non debet operas: nec reuocatur in seruitutem vt ingratus: licet verè sit libertus. Baldus & Salycetus.

vii. *Idem A. Augustino.*†

SI tuis nummis[i] emptus es ab eo à quo manumissus es:

MAter.] CASVS. Rogaui in testamento meo matrem meā, vt Stichum manumitteret post quinquēniū. manumisit post annū ex causa aliqua, & operas imposuit. Dicitur quòd illa impositio operarū tenet, & ante quinquēnium finitur: & eas petere posset, sed non vltra. sed si non exhibeat reuerentiā, puta de adsurgendo ei, castigabit.

* Mutiano.

a ¶*Non potest.* excipitur in filio[b] testatoris rogato per fideicommissum manumittere: *vt ff. de bo. liber. l. quæ ex causa.* ¶Et bene dicit, non potest: nō enim voluntate sua, sed necessitate manumisit. Item[c] licet testator iusserit vt heredi promitteret operas: tamē nō cogit promittere: & si promiserit, actio in eum non datur: *vt ff. eod. l. cerdonem.* sicut nec is cui bona addicta sunt causa conseruandarum libertatum, petere potest ab his qui directo vel per fideicōmissum libertatem ab eo acceperunt: *vt ff. eod. l. si quis hac. §. j.* Accurs.

b Paterna erga filium affectio præsumitur esse plenissima.

c Virum testator possit ... ponere vt heredi extraneo manumittens ex necessitate promittant operas.

† Augusto.

b ¶ *Nisi eius tantum.* & ad hoc est. *ff. de hered. instit. l. iiij. §. qui fideicommissariam. in fine.*

c ¶ *Vindicaturum.* non vt reuocetur in seruitutem, sed vt castigetur: *vt s. eod. l. manumissionis. & infra de liber. & eorum lib. l. j. & ff. de offic. præfect. vr. l. j. §. cum patronatus.* habet tamen contra tabulas: *vt j. de bon. pos. contra tab. lib. l. j. & facit ad legem istam. ff. de bo. liber. l. etiam. & ff. eod. l. Campanus. & ff. de ritu nupt. l. proximè. & ff. de in ius vocan. l. is quoque.* Accursius.

NEc patronis.] CASVS. Dicit imperator in hac l. quòd futuræ operæ precium patronus à liberto extorquere nō debet: sed bene liceat accipere, si consentiat libertus: & hoc si certa opera sit imposita. præteritæ autem potest. Libertus autem duos habens filios, siue semel, siue diuersis temporibus, obligatione operarum liberatur.

Codex.

d ¶*Pro operis.* futuris: quod verum est, nisi in casibus: *vt ff. eod. l. patronus. & l. si libertus artem. & dixi supra eod. l. si quam.*

e ¶*Si indictæ.* de incertis[a] dicit, quæ non cedunt, nisi indicantur. aliud autem de certis: *vt ff. eod. l. si quis hac. §. j. & l. quotiens.*

a Incertę operæ non cedūt, nisi indicātur.

f ¶*Exactionem.* ¶Nota arg. quòd qui[b] tenetur ad factum, possit se liberare præstādo pecuniam pro æstimatione: nec præcisè condēnandus est ad factum: *vt est argu. ff. de re iud. l. si quis ab alio. §. fi. & dic vt ibi.*

b Verum in locum facti obligationis succedat obligatio ad æstimationem seu id quod interest adde sindentes in l. stipulationes non diuiduntur.

nec operas ei debes, nec puniri ab eo vt ingratus potes: patronum tamen tuum esse eum negari non oportet[k]. † Dat. III. Id. Septemb. Iuliano. II. & Crispino Conss.

† alias patronus tuus esse negari non potest al. non oportet.

Vxor non debet operas marito: sed ea inuito non potest diuertere. Baldus. Vel sic: Liberta vxor patroni facta non tenetur ad operas. Salycetus.

viii. *Idem A. Lictorio.*

LIbertæ tuæ, ducendo eam vxorem[l], dignitatem auxisti[m]: & ideo non est cogenda operas tibi præstare, cum possis legis beneficio contentus esse, quòd inuito te alij non possit[n] iustè nubere. Dat. X. Kalen. Mart. Fusco & Dextro Conss.

Lex ista legitur duobus modis, secundum primam lect. h. d. Qui honoratur commodo non pecuniario, non potest onere fideicommissi grauari. Legitur secundo modo sic: Tempus adiectum libertati, videtur repetitum ad limitandum præstationem in conditione libertatis adiectam. Vel sic: Tempus appositum principali deposito, intelligitur repetitum in qualibet eius cohærentia vel appendice. Baldus. Vel sic: Tempus adiectum libertatis præstationi, intelligitur onus seruo impositum limitare. Salycetus.

ix. *Idem A. Herculiano.*

TItius[*] si cū testamentum faceret, seruo suo Caio libertatem cum conditione hac dedit, *Caium seruum meum à die mortis meæ annis tribus peractis manumitti volo: ita tamen, vt præstet heredibus meis, sicut me viuo præstabat.* & cū idē seruus testatori diurnum quiddam prestaret, & post mortem eius vsque ad diē præstādæ libertatis etiā heredibus præstiterit: manifestum est, quòd adeptus libertatem, ad eandem præstationem

g ¶ *Qui autem duos.* vel vnum quinquennalem. (excipitur autē ille qui artem ludicrā exercuit: & qui operas locauit suas vt pugnet cum bestiis: *vt ff. eod. l. qui libertinus.*) Itē soluitur[c] obligatio operarum ratione infirmitatis liberti, vel dignitatis ei superuenientis: *vt ff. eod. l. libertus qui post. & l. nec audiendus. & l. interdum.* Item ratione ætatis. l. annorum: *vt ff. eod. l. liberta maior.* Itē propter præsumptam voluntatē patroni. *quod habes infra eod. l. liberta. & ff. eod. l. liberta si in concubinatu.* Item ratione vitandæ sinistræ suspicionis: *vt infra eod. l. quod ex liberta. §. is autem.*

c Operarum obligatio quandoque soluitur.

h ¶*Vel.* expone pro etiā.

SI tuis.] CASVS. Si seruum tuum pecunia tua redemero, & eum manumisero: an ei operas imponere possim, vel vt ingratū in seruitutem reuocare? Respō. quòd non quo ad alia: tamen habeo iura patronatus. Viuianus.

i ¶ *Si tuis nummis.* quod impropriè[d] dicitur: *vt ff. de manumiss. l. iiij.*

d Seruus hæc propriè quid suum habere dicitur.

k ¶*Non oportet.* quo ad alia iura patronatus: *& concor. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege.* Sed contra j. *de Lati. liber. tol. l. vnic. §. illud.* Solu. ibi accepit ab extraneo, hic à seruo: *vt j. tit. j. l. j.*

* Alciat. lib. 6. parerg. c. 9.

LIberta.] CASVS. Si libertam tuam in vxorē duxeris, tibi præstare operas cogēda nō est, etiā diuortio facto, cum alij inuito te nubere non possit: & hoc contentus esse debes.

l ¶*Vxorem.* idem si habuit eam concubinam: *vt ff. eod. l. liberta si in concubinatu.*

m ¶*Auxisti.* *vt & arg. j. de cap. & postlimi. reuer. l. si is qui te.* & impropriè ponitur hic dignitatem.

e Liberta nubens patrono ita liberatur ab operarum obligatione, vt soluto per diuortium matrimonio, non recurrat in primam operarum obligationem.

n ¶*Non possit.* *vt ff. de rit. nuptia. l. in eo iure. & de repu. l. patrono. & l. fina.* ¶Sed nunquid idem erit post[e] diuortium? Respondetur, idem: licet sit arg. contra. *ff. eod. l. plane.* ¶Sed ibi in alio casu dicit, scilicet quando concessit alij nubere. ¶Item quod dicit hic, non est cogenda præstare, verum est ex[f] obligatione qua tenebatur vt liberta: sed tenetur præstare operas vt vxor viro: sicut aliàs habetur vxorem[g] in viri seruitio debere esse: *vt ff. de donatio. inter vi. & vxo. l. sed si vir ex lana. & ff. eod. l. sunt patroni.*

f Liberta nubens patrono liberatur ab operis quas debet vt liberta, non ab his quas debet vt vxor.

h Vxor debet esse in viri seruitio.

TItius.] CASVS. Decessit paterfamilias: & seruo suo in testamento reliquit libertatem post lapsum triennij sub hac cōditione, vt quod sibi in vita præstiterit, puta diurnū obsequium,

heredibus præstaret, mortuo testatore præstitit vsque ad diē præstitę libertatis, & eam assecutus est: an vlterius ad illud teneatur, quæritur? Resp. quòd non: quia nil pecuniarū ipsi fuerat relictum.

a ¶ *Compelli*. duabus rationibus, scilicet quia iste manumisit ex necessitate: *vt* ī. *eod. l.* ij. & quia liber homo non tenetur ad operas, nec etiam libertus, ex quo non sunt impositæ: *vt ff. de liberali causa. l. fi.* O Iofre.

b ¶ *Non possit*. quia[a] nō potest ab eo relinqui fideicōmissum, cui non est relicta pecunia: *vt ff. de legatis.* ij. *l. plane.* y. *§ fi-na. & l. videndum.* 2 Vel est hoc ex vi repetitionis: [b] quia cum iussERIT eum seruire vsque ad triennium, idem & in præstatione dixisse videtur: *vt argu. ff. de condi. institu. l. cum seruus. & ff. de conditio. & demonst. l. aura. & facit ff. de manu. l. eanfam. § fi.*

a Fideicommissum ab eo relinqui non potest, cui nihil est relictum pecunia.

b Tempus adiectum principali pertinet ad libertatis; intelligitur repetitum in qualibet eius cohærentia. Quibus casibus repetitio præsumatur. v. Bald. hic.

compelli[a] non possit[b]. Datum VII. Id. Augu. Fusco & Dextro Coss.

Operæ personam principaliter concernentes, ad heredem non transmittuntur extraneum: nec marito debentur ex persona vxoris. Baldus. concord. Salycetus.

x. *Imp.* ALEXANDER A. *Cæcilio*.

Liberti † libertæq; defunctorum, operas neque extraneis[c] heredibus patronorum, neque maritis patronarū debent[d]. PP. Kalend. Nouemb. Alexandro. A. Coss.

Liberti.] CASVS. Si seruum meum manumisero, & operas imposuero, & decessero: extraneo heredi ad præstationem operarum nō tenebitur, neque libertaa marito patronæ suæ.

c ¶ *Neque extraneis*. sed filiis sic: *vt* j. *l. penult. &* j. *de obse. l. etiam*. filiis dico etiam exheredatis, non tamen mala mente: *vt ff. de bo. liber. l. si patronus.* y. *§ si quis non*.

d ¶ *Debeat*. Primo dicto est contra. ī. *de in ius vocan. l.* y. Secundo est contra. *in eo titu. l.* j. Sol.[c] primi contrarij. hic loquitur de obsequialibus quæ sunt in faciendo, ibi de obsequialibus quæ sunt in non faciendo. *vt argum. ff. e. l. fabriles.* Secundum contrarium solue vt ibi. Sed videt[d] quòd etiam illa quæ est in non faciendo, non trāseat ad heredem extraneum. nam datur in eum de dolo actio: *vt ff. de dolo. l. heredibus.* Sed respon. ibi de calculo non de infamia agitur: *vt infra eod. titu. l. Sabinus.* Posset etiam secundo intelligi quod hæc lex dicit, in operis incertis:[e] *vt ff. eod. l. si operarum iudicio.* Distinctionem autem de operis dic *vt dixi ff. de condi. inde. l. si non sortem. § libertus.*

c Obsequiales operæ in faciendo consistentes non transeunt ad extraneum heredem patroni: in non faciendo consistentes transeunt: facilius enim est non facere quàm facere: vtraque ad filios transeunt.

d Verum quæ in non faciendo operæ consistunt; transeant ad extraneum heredem.

e Incertis operæ non transeunt ad heredes extraneos. v. tamen hic Castrensem.

Filij libertorum sunt ingenui. Et potentius est matrimonium, quàm ius patronatus. Baldus. Vel sic: Natus ex liberta, est ingenuus: & consentiēs ei vt nubat operas nō exigit: iura tamē patronatus retinet. Salyc.

xi. *Imp.* GORDIANVS A. *Africano*.

Qvod ex liberta muliere nascitur, ingenuū est[e]. Is autem qui libertæ[f] suę nubendi cōmodauit adsensum: quāuis operas[g] ab ea exigere non possit[h], iura tamen patronatus non amittit. PP. III. No. Augu. Pio & Pontiano Coss.

Liberti possunt morari vbi volūt. & est arg. quod postquàm monachus est licentiatus vt transeat ad aliam religionē, non pertinet deinceps ad abbatem primi monasterij inquirere vbi moretur, nec eum ad monasterium reuocare: manumissus enim est. Bald. Vel sic: Libertus potest morari vbique, dum tamen operas præstet quas debet: nec per filios patroni potest in seruitutem reuocari, nisi probetur ingratus. Salyc.

xii. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. *Venetiæ*.

Qvi manumittuntur, liberum vbi voluerint com-

Quod ex liberta.] CASVS. Si libertæ tuæ nubendi præstitisti assensum, non operas tibi non tenebitur propter turpem suspicionem vitandam: tamen ius patronatus retines: puta quod consistit in assurgendo & in succedendo. Viuianus.

e ¶ *Ingenuum est*. *vt instit. de inge. in princ.*

f ¶ *Libertæ*. secus in liberto accipiente vxorē: quia ibi nō est suspicio, si ipse operas præstet: *vt ff. eod. l. si quis hac §. etiam*. Item secus si est patrona fœmina: quia & ei possunt præstari operæ, & filiæ & nepti patroni, cum nec ibi sit suspicio: *vt ff. eo. l. sicut patronus. §. fin.*

g ¶ *Operas*. futuri nō præteriti temporis: *vt ff. eo. l. si libertus ita. §. fi.*

h ¶ *Non possit*. causa turpi vitandæ suspicionis: quæ quia quandoque cessat, cessat & lex: *vt modo dixi. & facit huic l.* j. *de Lati. liber. tol. authen. ad hæc. & ff. eo. l. sicut patronus in princ. & ī. eo. l. liberta.* Sed contra j. *tit.* ij. *l.* y. Solu. vt ibi. Item habent locum hæc durante matrimonio: secus si finitum fit: *vt ff. eod. l. plane*. Accurs.

Qui manumittuntur.] CASVS. Serui tui manumissi vbi morari voluerint, possunt: ita tamen, vt operas præstare tibi possint: nec ab heredibus tuis in seruitutem reuocabuntur, nisi ingrati. Nec enim iura compellunt libertum stare cum patrono.

i ¶ *Arbitrium*. ita tamen morari debent, vt operas possint exhibere patronis: *vt ff. eod. l. quod nisi. §. ex prouincia. & l. hæ demum in fin. quæ sunt contra.* Accursius.

morandi arbitrium[i] habent: nec à patronorū filiis, quib' solā reuerentiā[k] debēt, ad seruiēdi necessitatem redigi possunt, nisi ingrati probentur[l]: cū neq; cum patrono habitare libertos iura compellant[m]. S. IX. Kalendas Iun. ipsis. AA. & Coss.

Qui alienum libertum occultat, tenetur loco ipsius ad operarum præstationem. Bald. concor. Salyc.

xiii. *Impp.* VALENS, VALENTINIAN. & GRAT. AAA. *ad Probum præf. præt.*

IN redhibitione[n] operarū maneat pœna[o] in eū qui libertum alienum recipiēdum esse dixerit. Dat. III. Id. Iulia. Gratiano. A. II. & Probo Coss.

k ¶ *Reuerentiam*. Quid si operas? Respon. idem: licet si velint recedere, possint agere ad cautionem: *vt ff. de iudiciis l. in omnibus. & argum. ff. de condic. causa da. l.* j. *§ pecuniam. §. item si quis.* ibi plene dicitur.

l ¶ *Probentur*. tunc sic, *vt hic*, & j. *de libe. & eor. lib. l.* ij.

m ¶ *Compelleret*. nisi manumisisset eos hac conditione: *vt argu. ff. de condit. & demon. l. Titio centum. § Titio.* y. *in fin. & ff. de alt. lega. l. libertis.* y. *in fi.*

In redhibitione.] CASVS. Si libertum meū qui ad operas mihi tenebatur, occultasti: eas operas ad quas præstandas mihi obligatus est, reddere compelleris.

n ¶ *In redhibitione*. id est redditione.

o ¶ *Pœna*. quia pro eis tenetur tantū pro quibus occultatus erat obligatus. aliud in liberto ciuitatis: *vt* ī. *de seruis fugiti. l. mancipia. § libertis.* addunt tamen hic quidam, & omnis damni cum pœna quadrupli præter redhibitionem operarum: *vt arg.* j. *de colonis Illyri. l.* j. *§.* j. *lib.* xj. Sed ibi in seruo, hic in liberto. vnde contra in eadem lege in fine. Sed de his omnibus dic vt diximus ī. *de seruis fugitiuis. l. quicumque.* Accurs. Flor.

TITVLVS IIII.

DE BONIS LIBERTORUM, & iure patronatus.

Datio pecuniæ, & pactum de manumittendo cū futuro domino, impedit contra tabulas: secus si cum præsenti. Item fiscus succedit in iure patronatus. Baldus. Vel sic: Pactum cum domino præsenti de libertate præstanda non arctat, etiam si dominus pecuniam recipiat. cum domino vero futuro secus: & iura libertorum transeunt in fiscum bonis patroni confiscatis. Salyc.

1. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Secundo.*

MVLTVM interest, verū quis suis nummis[p] emptus ac manumissus sit ab emptore, an à domino[q] suo data pecunia mereat libertatē. Priore enim casu ad bona eius cōtra tabulas admitti patronū non placet, posteriore verò omnia iura patronatus retinet[r].

DE BONIS LIbertorum, & iure patronatus.[a]

De[b] *bonis, & c. non solum operas, sed & successionem & multa alia iura vindicamus in libertos: ideo de bonis libertorum & iure patronatus ponit. & c.*

a De iure patronatus e[illegible] de Rochum de Curte [illegible]

b Cōtinuatio.

MVltum. Ista lex diuiditur[c] in duas partes. Nam primo ponit quoddam dictum cum distinctione. secundo infert ex secundo membro distinctionis. secunda ibi. Et ideo. Bald. CASVS. Si seruum meum sua pecunia redemeris, & manumiseris: an tibi ius succedendi in bonis liberti ex testamento vel ab intestato per contra tabul. competat, quæritur? Respond. quòd non. Si autem pecuniam mihi dedit, & eum manumisero: succedam. si ergo ob crimen aliquod condemnatus fuero, & mihi fiscus succedit, an in iura liberti succedere debeat, quæritur? Dicitur quòd sic.

c Diuisio.

p ¶ *Nummis*. quod improprie[d] dicitur: *vt ff. de manu. l.* iiij. *in princ.*

q ¶ *A domino*. hic coniunge, libertatem mereatur: & dic data pecunia scilicet à seruo ipso: *vt* j. *titu.* y. *l. etiam* j. secus si ab extraneo dominus pecuniam accepit: quia si tunc periclitur cum seruo tantum, est idem quod in superiori casu quando accepit à seruo. & sic intellige *ff. de obseq. l. Titius puerum, si cum extraneo*: nec[e] imponit operas, nec succedit: *vt* ī. *titu.* j. *l. qui nummis. & infra de Lati. liber. tol. l.* j. *§. illud quæ sunt contra.*

d Verum seruus proprios nummos habere posse.

e Manumittere coactus, operas imponere nō potest.

r ¶ *Retinet*. Opponitur, iste compellitur manumittere: *vt infra de liber. cau. l. cum affirmes. & ff. si lib. inge. esse di. l.* ij. *in princip. & ff. de acqur.*

de acquir. hered. l. si seruum. §. si quis. ergo operas imponere nõ pôt: vt s. tit. j. l. y. ergo non retinet omnia iura patronatus, quod hic dicit? Respõ. In prima dicit, hortabit. In secũda, spõte recepit. & est fauor præteritæ libertatis. In tertia, nõ præsenti, sed futuro domino dabat. Vel succurrit nõ vt fit liber, sed vt nõ sit necessarius heres. Sic ergo dicẽs eũ nõ cõpelli: vt s. de transactionibus l. interpositas. Alij dicũt eũ cogi. & quod hic dicit omnia, restringũt ad id de quo dicitur hic scilicet de successione tam per contra tabulas, quàm ab intestato: vt ff. eod. l. qui ex causa. & j. de bono. pos. contra tab. liber. l. j. Accurs.

a ¶ Et ideo. concludit ad secundũ casum: ideo sic cõstrue, ideo cum bona filij Sabiniani patroni, id est qui erit patronus (qui scilicet Sabinianus plenũ ius habuit) bona fisco sint vindicata fisco, vt hostis publici scilicet filij secundum ea quæ, &c.

b ¶ Filij. scilicet Sabiniani, filij dicti patroni.

c ¶ Plenum ius. post mortem patris si eos habeat ex successione patris. Vel dic quòd suo iure habebat: & semper referas te ad secundũ casum qui accepta pecunia à seruo manumisit.

k ¶*Negat*.[a] scilicet repudiando. secus si dicat, non sum heres, vel non adeo: vt *ff. ad Tertul. l. filij. §. j. & nota ǯ. de iur. & fac. igno. l. j*. Quandoque tamen ponitur negat, pro non dicit: vt ǯ. *de peti. hered. l. si patet. in fin. le.* Si ergo ponas nec filium nec nepotem in potestate aui fuisse: vel etiam nepotem tantum fuisse emancipatum: indubitanter obtinet quod hic dicit: vt *institu. de exhereda. lib. §. emancipatos*. si ponas vtrunque in potestate: & tunc non admittitur, vt suus: quia præcedit eum pater secundum Io. vt *insti. de here. quali. & diffe. §. sui*. nisi in duobus casibus: vt *ff. de condi. insti. l. f. & ff. eo. l. scripto herede. & de suis & legiti. l. j. § sciendum*, ibi est vterque casus. nec vt agnatus olim, quia inter agnatos non erat locus successorio edicto: vt *d. l. scripto*. ¶Sed cùm hodie iure institutionum successorium locum habeat in agnatis, videtur φ etiam sine bonorum possess. admittitur nepos: vt *instit. de leg. ag. suc. § placebat*. & si poneres filium emancipatū, nepotem in potestate retétum, videtur φ etiam nepos vt suus admittitur. vt *insti. de here. quali. & diffe. §. sui*. Sed in eo φ dicit negat, secundum duos primos casus: videtur nil interesse, neget vel non, nam aut accepit filius bona patris sui adeundo, sit emancipatus vel non: aut non primo casu sunt bona adeundo cōmixta, & quasi vna habenda est. vnde non potest habere nepos bona aui, nisi omnia, scilicet aui & patris habeat: nec cùm bonorum possessione vel sine. *ff. de acquirenda heredit. l. j.* in secundo non oportet φ neget: quia duæ hereditates sunt: quod hic dicit fortè necesse. sed secundum Io. respon. loquitur in emancipato filio nō apprehendente bona patris: & ideo dicit, negat: quia vbi negat, nunquam per bono. possessionem potest suscipere facultates aui. sed si cōtéderet se heredem patris, posset in vno casu: scilicet cum suus pater successisset auo. nam esset heres de iure ciuili. nā heres heredis &c. Item similiter potest loqui in filio qui erat in potestate, & repudiauit bona patris, & ideo dicit, negat: quia si contéderet nepos se heredē patris sui, aliquo casu haberet bona aui sine bonorum possessione: scilicet cum suus pater non abstinuisset. nam heredes heredis &c. vt ǯ. *de heredib. insti. l. si*. Item ideo dicit maximè: quia de existente in potestate magis dubitabatur: sed tamen idem est in eo: nam tanquam suum constat eum admitti nō posse de iure ciuili, quia successorium non habet locum in suis: vt *ff. de suis & legiti. here. l. j. § sciendū*. Item quia suus repudiare non potest de iure ciuili: vt *instit. de here. quali. & diff. §. sui*. Item alia ratione: quia alius præcedebat eum tempore mortis aui, puta pater: vt *instit. de here. quæ ab intestato. §. ita tamen*. Item nec tanquam agnatus, quia successorium similiter non habebat locum in agnatis olim: vt *insti. tu. de leg. ag. suc. §. placebat*. Item quia non erat proximior tempore mortis aui: vt *ins. titu. de leg. ag. suc. §. si plures*. Tanquam cognatus constat quòd non poterat admitti sine bonorum possessione: vt *insti. tu. de suc. cog. in principio*. sed hodie tanquam agnatus[a] potest admitti, cùm successorium habeat locum in agnatis: vt *d. §. placebat*. Item & tanquam suus, & cùm ibi detur facultas abstinendi primo, & sic deferatur proximo, & sic habeat locum successorium etiam in suis: vt *insti. tu. de here. qua. & dif. § sed his. & ff. de acquiren. hered. l. necessariis*.

Dixit de bonorum margin notes: [a] Negare variis modis interpretatur pro repudiare, pro non dicere. vt hic Gloss. — b Ista lex loquitur in successione testamentaria, hic in successione ab intestato. B. P. Sal. Alexan. & Ias.

III. Imp. Constantinus. A. ad Leontium comitem. R. P. Orientis.

QVi[h] se patris post auum intestatū[i] † defuncti negat[k] heredē: mortui aui paterni suscipere facultates[l] non potest,[m] maximè emancipatus: nisi per bonorum[n] possessionem ad huiusmodi beneficium[o] peruenerit.[p] Dat. VIII. Idus April. Limenio & Catulino Conss.

† Ioh. Intestatū sed in omnib. manusc. reperitur intestato: que rectior est lectio.

l ¶*Facultates*. id est hereditatem. ¶Hic autem quæritur, an filius filij emancipati conceptus post emācipationem, sit agnatus auo. quòd nego omnino: nam iura agnationis per emancipationem extiam inter fratres, tolluntur: vt ǯ. *de inoffi. test. l. fratres*. nisi per Anastasium: vt ǯ. *de leg. tut. l. ij.* ergo inter hunc nepotem & auum. Non obstat si dices quòd coniunctus est per masculinum sexum: ergo est agnatus. fallit enim in suis cognatis: tamen negari non potest quin ipse emancipatus nepos vocetur per vnde cognati: vt *instit. de here. quæ ab intest. § admonendi*. & lex expressim decidit quæstionem: vt *insti. de suc. cog. j. respon. & ǯ. de legi. heredit. l. meminimus §. cùm igitur*. secundum Azo. ¶Item quæritur, an vnde liberi detur patri in bonis filij emancipati intestati mortui? Resp. Pla. quòd sic, vel vnde parentes imposito nomine. quod stare non posse probo per locum[b] à partibus remotis. nam aut erat suus, aut emancipatus. si suus, aut habebat castrense, aut quasi castrense peculium: aut non. si habebat, & fecit testamentum: excluditur pater etiam exheredatus, vel præteritus[c]: vt ǯ. *de inoffic. testa. l. fin.* sed si non fecit testamentum, pater occupat iure peculij[d]: vt *ff. de castrens. pecul. l. ij. §. si autem* nec castrense, nec quasi castrense habeat, nec olim, nec hodie potest testari: cùm omnia sint patris: vt ǯ. *de bo. quæ lib. l. fin. §. si autem familias*. cum verò est emancipatus, & non contracta fiducia, nil habet tunc pater: vt *institu. de leg. ag. suc. § fina.* si contracta fiducia, aut fecit testamentum, aut non. primo casu si exheredauit patrem, habet querelam: si præteriit, habet contra tabulas: vt *ff. de inoffic. testa. lege mater. & lege nam & si lege filio. §. contra*. Si autem non fecit testamentum, cùm alius non præcedat patrem: pater habebit bonorum possessionem vnde legitimi: vt *institu. de leg. ag. succe. §. fin.* Sed certè & si habeat vnde parentes, vel vnde liberi vtilem: non est absurdum. & facit ad legem istam ǯ. *si vt ab here. se absti. lege ij. & ff. de bo. lib. lege si ex patronis. §. fin. & ǯ. de inoffi. testamento. l. si quis filium. §. j.*

m ¶*Non potest*. scilicet de iure ciuili.

n ¶*Per bonorum*. id est ius prætorium: quia non de iure ciuili.

o ¶*Beneficium*. id est huiusmodi bona.

p ¶*Peruenerit*. per vnde liberi. alij dicunt per vnde cognati. & vnde agnati.

a Et in agnatis transuersalibus, vel descendentibus repudiantibus hereditatem, secus in deliberantibus: vt in ista l. Alex. & Ias.

b Argumentū à partium remotione & sufficienti partium enumeratione valet. de quo vide Ferrar. dum in loco à partium enumeratione.

c Hodie non competit sibi querela Ias.

d Immo iure hereditario, Ias.

VNDE LEGITIMI &c.

Legitimi sunt agnati, & etiam quidam cognati, qui in loco agnatorum sunt: vt sunt filij sororis. Item vterini: vt ǯ. de leg. here. l. pen. & fi. Item quia ex Orficia. vel Tertullia. admittuntur: vt ff. eodem. l. ij. §. fi. & l. seq. Postquam ergo dixit de illa quæ datur liberis, dicit de illa quæ datur agnatis, & tertio de illa quæ datur cognatis. his enim est ordo: vt ff. si ta. te. l. j.

Consobrinorum.] CASVS. Decessit filius sororis matris meæ, & volo adipisci bona sua, quæritur, an possim? Dicitur quòd si nemo sit ei proximior, possum ei succedere per bo. possess. vnde cognati. vel sic: filij duarum sororum sunt consobrini: si ergo vnus decedat ab intestato; an alius ei possit succedere per bo. poss. vnde cognati, quæritur: Resp. quòd sic, si nullus sit proximior. sed si agnatus bo. pos. petat. dicendo se velle eff. bo. poss. petat. eam per pos. here. [...] vt ff. de possess. here. pe. l. j.

a ¶Consobrinorum. consobrini dicuntur ex duabus sororibus nati vt in insti. de grad. cogn. §. quarto gradu.

b ¶Necessitudinis. id est cognationis: vt ff. de insti. & iure l. fin.

c ¶Eorum possessionem. per vnde cognati.

d ¶Persequi. vel per bonorum possessoriam hered petit: vt ff. de bo. pos. l. j. & ij. vel vindicando res singulas, cùm sis dominus factus per agnitionem: vt hic, & ff. de bono. possess. l. j.

CVm propriorem.] CASVS. Quidam decessit de filiis consobrinæ meæ nullo condito testaméto. Dicitur quòd ego ei succedere possũ per bon. possess. & dicti sunt cõsobrini filij duarum sororum: propiores sobrini, filij consobrinorum.

e ¶Cum propiorem. id est in quinto gradu à consobrina, qui respectu sequentis dicitur sobrinis propior. sic dicitur: vt instit. de grad. §. quinto. & §. sexto.

f ¶Non posse. cùm non sit tibi agnatus.

NEpotibus.] CASVS. De prædictis nepotibus ex filia quæritur qualiter succedant auo suo materno? Respon. quòd pro virili portione, & iure prætorio, si sint ex eadem filia.

TITVLVS XV. VNDE LEGITIMI ET vnde cognati.

Cognati per lineam transuersalem, vt sunt consobrini: siue per lineam descendentium, vt sunt nepotes ex filia: succedunt cognati tam transuersalibus, quàm ascendentibus de iure prætorio per bonorum possessionem. Vnde cognati. hoc dicit cum duabus ll. sequen. Alexander.

I. Imp. ALEXAND. A. Vlpio.

CONSOBRINORVM[a] tuorum intestatorum bona si ad prioris necessitudinis[d] neminem iure pertinuerint: tu qui eorum possessionem[c] agnouisti, persequi[d] non prohiberis. Dat. III. Id. Aug. Iuliano. II. & Crispino Conss.

Ad hereditatem nati ex consobrina, non perueniuntur sine bonorum possessione de iure prætorio. Salyc.

II. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. Zenoni.

CVm propiorem[e] sobrinũ, id est natum à consobrina rebus humanis intestatum defunctum proponas: intelligis sine auxilio bonorum possessionis eius te successionem vindicare non posse[f]. Dat. VII. Kalen. Iun. Laodiceæ. AA. Conss.

Nepotes ex eadem filia nati succedunt auo in virili per vnde cognati. Salyc.

III. Iidem AA. & CC. Felici.

NEpotibus[g] aui materni pro virili portione[h] etiam iure honorario[i] successio defertur. Da. Id. Octob. Sirmij, CC. Conss.

Probatio debet esse de necessario concludentibus. ad hoc allegatur secundum Baldum & Salycetum. Vel sic: Ad probandum quem esse heredem defuncti, non sufficit probare quòd possideat bona hereditaria ipsius defuncti. Alexan.

IIII. Iidem AA. Spinto.

NOn hoc[k], an tenuerit[l] quis res hereditarias, necne, sine voluntate acquirendæ sibi hereditatis, quærendum[m] est: sed an amiserit[n] hereditatem, vel bonorum possessionem. D. XI. Kalend. Ianuar. Sirmij. CC. Conss.

Linea cognatorum non potest succedere nisi de iure prætorio per bonorum possessionem, quam nemo inuitus agnoscere compellitur. Alex. concor. Bal. & Sal.

V. Iidem AA. Platoni.

CErtum quidem est cognationis iure citra admissionem bonorum possessionis neminem posse succedere[o]: defuncti verò cognati[p] succedere nolentes, bonorum possessionem petere non vrgentur.[q] Dat. XII. Kalen. Mart. Sirmij. CC. Conss.

g ¶Nepotibus. ex vna filia. si autem ex duabus essent, succederent in stirpem: vt instit. de here. quæ ab intesta. §. cùm autem.

h ¶Portione. dic de iure honorario, scilicet per bonorum possessionem vnde cognati. nam vnde liberi eis non datur: vt j. de suis & legiti. here. l. fi. & quæ sit ratio, dic vbi no.

i ¶Honorario. non solùm constitutionibus, cum deminutione tamen tertiæ partis quandoque: vt institut. de heredib. quæ ab intesta. §. item vetustas. & j. de colla. l. illam. Sed hodie contra: vt in authent. ibi posita.

NOn hoc.] CASVS. Si mihi delata est bono. possess. ex aliquo capite, & eam tenui animo deliberandi: an eã videar agnouisse, quæritur? Respon. quòd non. Quòd si eam agnouerim tantùm sine corporali apprehensione: an mihi sufficiat, quæritur? Dicitur quòd sic.

k ¶Non hoc. si dubitetur an quis sit bonorum possessor, non inquiritur an possideat bona vel non: sed an petat decretalem. & ibi ste est casus.

l ¶An tenuerit. id est si possedit. etiam de facto.

m ¶Quærendum. ¶Not. ergo quòd[a] non probat hoc esse, quod ab hoc cõtingit abesse. quia plerunque abesse contingit, id est quem non esse heredem, licèt[b] apprehendat: ideo nonsequitur, si apprehendit, ergo est heres: vt quia est prædo. & contra adire[c] potest etiam si nihil attingat: vt ff. de acquir. heredit. l. pro herede in principio. & l. gerit pro herede & j. de iure delib. l. si aufa. & l. si forum. & ff. de rei vindi. l. si ager in fin. ¶Et sunt similia huic generali[d] multa quæ notaui s. de probat. l. neque natales.

n ¶An admiserit. id est adiuerit, vel agnouerit.

CErtum est.] CASVS. Si mihi delata fuerit bono. possess. in bonis cognati de iure prætorio, certè non possum succedere nisi ea petita & admissa, quam admittere non compellor. Vel sic: Non possum succedere alicui iure cognationis, nisi petierim bono. pos. à iudice. si autem petere nolo, non compellor.

o ¶Succedere. de iure prætorio, verum est: sed per authen. secus.

p ¶Cognati. nominatiui: sed defuncti, est genitiui casus.

q ¶Non vrgentur. vt ff. de bo. pos. l. ij. §. sancte. & j. de iure delibe. l. nec emere. ¶Et no. hic tria. Primo vsque ad quem gradum datur agnatis & cognatis bonorum possessio: Resp. vsque ad x.[a] agnatis: & vsque ad vij.[b] cognatis & quibusdam personis de septem: vt instit. de succes. cog. §. fina. & §. vnde cogn. l. j. §. hac autem. ¶Secundo quot[c] sunt bonorum possessiones. Et dic quòd hodie sunt ix ordinariæ, septima extraordinaria,[d] quæ datur quotiès ex noua lege bus datur hereditas ex testamento, vel ab intestato: ideòque dicitur extraordinaria, quia non habet certam sedem ex testamento, vel ab intestato: vt instit. de succ. §. decima. in §. §. & §. septima. Prædictarum autem sex, sunt duæ[e] ex testamento, quatuor ab intestato. Ex testamento secundum tabulas, & contra tabulas, quæ[f] dicitur ex testamento: non quia nitatur secundum tabulas, immò contra tabulas. sed ideo, quia non habet locum nisi facto testamento: vt instit. eo. §. sunt autem. Quatuor[g] ab intestato: vt Vnde liberi, & Vnde cognati, & Vnde cognati, de quibus duabus dicit hic titulus, licèt leges sub eo positæ de cognatis dicant. Item Vnde vir & vxor. sed olim aliæ plures erant interceptæ, vt habes hic, & instit. eod. § & cùm de testamentis. vsque ad §. septima. Præter has vij. sunt tres etiam hodie, quæ[h] non tribuunt ius in proprietate, sed in possessione tantùm: vt Carboniana, & quæ datur ventri: de quibus dices infra de Carbo. edic. l. j. Item quæ datur gratia agnoscendæ litis: vt ff. de inoffic. testament. l. Papinianus. §. j. & supra de inoffic. testamen. l. ij. ¶Tertio not. an sint sublatæ bonorum possessiones per nouã iura, quod quidam dicunt: sed est falsum, nisi in duabus. Dic ergo quòd eundem locum tenent hodie quàm olim. 1 Nam secũdum tabulas nec olim nec hodie est necessaria: cùm detur scripto petitio hereditatis, & possit adire de iure ciuili, nisi in tribus casibus. Primus est. ff. de iniusto testamen. l. posthumus. quando posthumus qui rumpit decessit viuo testatore. Secundus, Instit. quibus modis testa. infir. § non tamen. vbi capitis deminutione testamentum fuit infirmatum, sed tempore mortis inuenitur sui iuris. Tertius, ff. de secundum tabulas. l. v. § si sub conditione. vbi etiam pendente conditione petitur bonorum possessio. In his tribus etiam hodie est necessaria. 2 Contra tabulas autem, sicut olim fuit necessaria, sic & hodie. 3 & eidem datur personis, quas habes ff de contra tabul. l. j. 3 Vnde liberi, fuit olim necessaria emancipatis: vt supra qui admit. ad bonorum possess. possunt, l. emancipata. sed hodie non est: vt authentic. de heredi. ab intesta. §. j. collat. ix. 4 Vnde legitimi, nec hodie nec olim erat necessaria cùm ex l. xij. tabularum succederent: vt institut. de legit. agna. success. in prin. 5 Vnde cognati, fuit olim necessaria: vt supra eod. l. sed hodie non est: vt in authent. de hered. ab intest. §. nullum. 6 Vnde vir & vxor, & hodie & olim est necessaria: vt infra vnde vir & vxor. l. j. ADDITIO. Videas Ange. Are. Instu. de exhered. liberorum. in principio. qui ponit xxj. casus in quibus

a ¶Successio [...] agnatorum & [...] gradum ad decimum [...] vnde [...] cognatorum [...]

b [...] ad septimum [...]

c [...] possessiones [...] ordinariæ [...] extraordinaria [...] testamentum [...]

d Bonorum possessio [...] ordinaria est, quæ datur [...] in certis legibus [...] bonorum possessio [...] testamento [...] non quia [...] tabulas [...] causam [...] testamenti [...]

e [...] Bonorum possessio contra tabulas [...] ex testamento [...] defunctis [...]

f ¶[...] defunctis [...]

g Bonorum possessiones ab intestato quatuor. & quæ.

h Bonorum possessiones [...] non tribuunt ius in proprietate, sed in possessione tantum [...]

¶Quinque causæ [...]

¶[...] In quibusdam [...] legitimi [...] Cum pro [...] sobrino, id est [...] consobrini [...] vel consobrinæ [...] contra [...] nam. l. intestatorum. D. de gradibus.

¶ Probatio nõ concludit perfecti ille. sed debet concludere per necesse vel probabile. vide Baldum tract. de præsump. j. parte 3 quæst. 10. Id enim quod alicui abesse solet, facilè tamen & frequenter abesse, id perpetuò adesse nõ præsumitur.

b Multi apprehendunt hereditatem qui tamen non sunt heredes.

c Adire quis potest hereditatem etiamsi nihil hereditarium attingat.

d Quod loquitur de [...] multi accident [...]

quibus hodie est necessaria bonorum possessio. Et aduertas, quia multum refert, an quis de iure ciuili potest adire hereditatem: vel an de iure prætorio hoc per bonorum possessionẽ facere debeat: quia priori casu hoc licet vsque ad triginta annos: vt l. licet. cùm ibi not. ℸ. de iure delib. Posteriore verò si quidem est de liberis, ad annum tantum. si extraneus, solum ad centum dies: vt l. j. §. j. ff. quis ordo in bonorum possess. seruetur.

DE SVCCESSORIO edicto.

Quia in prædictis bonorum possessionib. locus est successorio edicto, ideo de eo dicit. ¶ *Et nota quod quandoque est de capite in caput: vt deficiente capite liberorũ, admittantur agnati: & deficientibus agnatis, tunc cognati, & vltimo vir & vxor:* vt ff. si tabulæ testa. nul. exta. l. j. *quandoque de gradu in gradum, quando plures personæ sunt in eodẽ capite. nam deficiente primo, admittitur secunda:* vt ff. e. l. j. §. quibus. ¶ *Item nota quod hic titulus propter creditores est indultus, ne longa mora eis fiat:* vt ff. e. l. j. in princ. *Sed videtur quod parum valet hoc auxilium legis creditoribus, cùm multi anni possunt currere antequam omnes liberi in infinitum habeant annum pro quolibet gradu: & agnati vsque ad decem, & cognati ad septem, & quibus habes centum dies. Respon. hoc raro contingit, quod quis tot habeat. Item dico etiam intra tempora primi interrogari sequentes à creditoribus, an admittent. argu.* ff. eodem. l. j. §. fanè. *Item sic fit & obiitve* ff. de curato. bonis dan. l. j. ¶ *Item not. quod in suis non erat locus successorio de iure ciuili de gradu in gradum:* vt ff. de suis & legitimis. l. j. §. secundum. *& ex ratio: quia primus repudiare non poterat: sed hodie potest: vnde[a] habet locum successorium edictum:* vt instit. de here. quali. & diffe. §. *sui. eadem ratione nec de capite liberorum in agnatos olim. Item nec in agnatis habebat locum de gradu in gradum per l. xij. tabularum: sed hodie fit:* vt institu. de leg. agna. succes. §. placet.

TITVLVS XVI.

DE SVCCESSORIO edicto.

Excluso primo, vel priore in ordine, admittitur sequens in gradu, vel in capite. Bal. & Saly. Vel sic: Si primus in ordine non agnouit bonorum possessionem, admittitur sequens per successorium edictum. Salyc.

I. Imp. ALEXANDER A. Iuliano[a].

SI mater tua propter furorem suum patris sui[a] bonorũ possessionem[b] non accepit[c]: tu filius eius[d] ad eorundem bonorum patrui[e] magni possessionem[f] ex edicto,[g] quo prioribus non petentibus, sequentibus permittitur, admissus es. PP. III. Idus Decembris Maximo II. & Æliano Conss.

Si primus non agnouit bonorum possessionem: vel agnouit, sed non vt debuit: sequens admittitur per successorium edictum: secus si agnouit vt debuit. Alexand. Bald. & Salycetus.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Firmo.

SI auiæ[h] eorum[i] frater[k] de quorum[l] successione agitur, velut ex testamento adiit hereditatem,[m] quos intestatos decessisse, ac falsum testamentum prolatum contendis[n], & ab intestato nõ petita bonorum possessione, vita functus[o] est: ac tu,[p] licet quinto gradu constitutus, ex successorio capite petiisti bonorum possessionem, vel necdum exclusus petas: eorum successionem potes vindicare. Nã si is[q] quem quarto gradu constitutum esse non ambigitur, ex edicto petiit,[r] nec hoc te latuit: frustra nobis supplicasti. Dat. VI. Id. April. Sirmii. CC. Conss.

S*I mater.*] CASVS. Delata fuit bonorum possessio matri meæ in bonis paternis. in furore constituta, non petit bonorum possessio. vnde agnati: & sic exclusa est. an ego, qui sunt in sequenti gradu, petere possim, quæritur? Respon. quòd sic, ex edicto successorio vnde cognati.

a ¶ *Sui.* qui sibi est agnatus.

b ¶ *Bonorum possessionem.* vnde agnati.

c ¶ *Non accepit.* idem si petiit per procuratorem, aliàs curatorem, & in furore, vel etiam post furorem decessit antequam ipsa mater ratificaret agnitionem vel petitionem curatoris: vt ℸ. *de curat. fu. l. vlti. §. penult.*

d ¶ *Eius.* matris.

e ¶ *Patrui magni.* qui est tibi cognatus. & tamẽ dicitur mihi patruus magnus. nam qui est patruus matri meæ, est mihi magnus. & qui est ei auunculus, est mihi magnus. & sic econtra ex parte patris: vt ff. *de gradib. l. iurisconsultus. §. patruus.* secundum Ioannem. Sed Pla. contra. dixit enim impropriè hic patruum dici, cùm non sit agnatus.

f ¶ *Possessionem.* aliàs successionem vnde agnati.

g ¶ *Ex edicto.* successorio. Est[b] enim edictum successorium quod prioribus non petentibus, sequentibus petentibus permittitur. & est in hac lege de capite in caput. & de gradu in gradum. vnde intellige quòd non erant alij agnati. aliàs ipsi vsque ad decimum præferentur gradum:[c] vt ff. *eodem. l. j. §. quibus. & instit. de hered. quæ ab intesta. §. admonendi.* ¶ Sed videtur quòd hic non habeat locum successorium edictum: quia furioso non fuit delata bonorum possessio: vt ff. *eodem. l. j. §. furiosi de bonorum possess. delata infan. l. j.* Sed potest dici quòd erat hic delata ante furorem. Vel melius secundum Azo. si ea facta sanæ mentis non accepit, defertur sequentibus: vt *supra de cura. furios. l. fina. §. penult. & facit supra qui admit. ad bono. possess. l. infantis. & ℸ. de impub. & ali. substit. l. antepen. & ff. de petit. hered. l. heres. in principio.*

S*I auiæ.*] CASVS. Mulier aliqua habebat filium, & ex eo nepotes duos, & duos fratres, quorũ alter habebat filium. decessit mater, & filios, & frater qui habebat filium decesserunt nepotes ad quorum successionẽ an admitti debeat filius fratris, qui est eis in quinto, an frater mulieris, qui est eis in quarto gradu, quæritur? Resp. admittitur frater. sed si non venit, vel venit & venire non debet, vt ex testamento cùm sit falsum: vel non ab intestato, cùm venire possit admittitur filius fratris. Vel pone casum aliter vt in glo. proxi.

h ¶ *Si auiæ.* Pone[a] casum Betta habuit nepotes ex filio mortuo. Item fratrem, item nepotem[b] ex alio fratre mortuo. mortua Betta decedunt nepotes ex filio, ad quorum successionem si frater Bettæ veniat, qui est in quarto gradu eis, non veniet filius alterius fratris, qui est eis in quinto. aliàs si non venit, vel venit non vt debet: filius alterius fratris venit. Dic ergo: Si auiæ, scil. cet Bettæ.

i ¶ *Eorum.* scilicet nepotum prædictæ auiæ, quia sunt ei auiæ in secundo gradu. ergo fratri in quarto. ergo filio fratris in quinto.

k ¶ *Frater.* Lucius, qui est in secundo gradu ei.

l ¶ *De quorum.* isti duo nepotes vocabantur, vnus Titius, alter Seius.

m ¶ *Hereditatem.* nepotum prædictorum.

n ¶ *Contendis.* tu filius alterius fratris.

o ¶ *Functus.* Lucius.

p ¶ *Ac tu.* filius alterius fratris auiæ, qui vocatur Sempronius, pone.

q ¶ *Si is.* id est Lucius frater auiæ, qui non potuit adire ex testamento quod erat falsum.

r ¶ *Petiit.* quod potuit. nec enim heres scriptus, scilicet frater auiæ videtur renunciasse ab intestato successioni, cùm ignorauit testamentum non valere: vt ff. *de inoffi. testa. l. mater.* nisi ignorasset iura: vt ff. *si quid in frau. pat. l. si patronus. in princip. & de bo. lib. l. Paulus. & §. patroni. & ff. de petit. hered. l. legitimam.* ¶ Item nota quod hos gradus sic computant quidam: Isti duo nepotes sunt in gradu secundo auiæ in tertio, frater auiæ in quarto, filius fratris auiæ in quinto. Sed hoc stare non potest: quia gradus qui est inter duos nepotes, hic computandus non est. Alij dixerunt quòd loquitur de nepote fratris intellige, id est de filio filij fratris. sic fortè computando, duo nepotes de quorum successione agitur, sunt auiæ in secundo fratri auiæ in tertio. filio fratris auiæ in quarto. ergo nepotibus illius fratris in quinto: quòd nil est: quia omittitur gradus proauiæ. Item quia secundum istam computationem, frater auiæ est in tertio: & litera dicit in quarto. Tu ergo[c] computa, quòd isti nepotes sunt in primo gradu matri suæ vel patri: auiæ, in secundo: proauiæ in tertio: filio proauiæ & fratri auiæ. in quarto. ergo isti nepoti in quinto: vt patet *institu. de gradibus. §. primo. & §. secundo. & §. tertio. & §. quarto. & §. quinto.* Si quæris quare proauiam numeros Respon. quia semper est eundum & recurrendum ad personam in qua vnum fuerunt: vt ff. *de gradi. l. iurisconsultus. prope principium.*

DE CARBONIANO EDICTO.

Dictum est de bonorum possessionibus quæ tribuunt ius in proprietate: nunc de his quæ in possessione tantùm: vt ff. ne vis fiat. l. pen. §. fin. & §. penult. & ff. eod. l. pen. *& dicitur Carbonianum à Carbone prætore.* arg. insti. de act. §. auiæ. in fine.

S*I tibi.*] CASVS. Decessit paterfamil. relicto filio impubere, nec instituto, nec exheredato: cui si moueatur quæstio status, scilicet quod spurius sit, vt seruus ex ancilla, ab agnatis volentibus venire ad successionem defuncti, nec à poss. bon. discedere velit impubes antequam ad xiiij. ann. veniret, an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd sic. & erit in pos. bo. ex Carbon. edicto. itaque mater satisdet de restit. bonis adueniente tempore pubertatis, si appareat filium esse seruum: qui si satisdare noluerint, agnati simul cũ ipso in pos. erunt nulla eis pendente tempore impubertatis emolumentorum spe relicta: sed ex bonis filius interim alatur: & sic

Margin notes:

a successoriũ edictum hodie locum habet in suis.

b Edictum successorium quid sit.

c Immo non sic iure, nec de iure auth. B. D. P. Alex. & Bal.

a Glos. omnino truncum, secus communi sententia, quæ debet addi. & sic casus est verus. Iaf.

b impropriè secundum Iaf. & de mente aliorum.

† al. Sirmio. Aliàs: Si auiæ frater, eorũ de quorum, &c.

c Et bene & hæc duæ computationes reprobantur, & placet Bar. ista computatio.

expone in litera quod dicit vindicat, retinendo. Vel dic quòd nõ petit a poss. bon. sed vindicat. & sic propriè ponitur vindicat, scilicet conueniendo: & dic quòd decessit relicto filio impubere: cuius hereditas ab aliquo possidetur: impubes intentat peti. hered. quia in ea necesse habet plene docere de iure suo: cõsulitur ei, vt modo dixi: ergo dicitur quòd erit in possess. vsque ad tempus pubertatis: præstita tamen satisdatione. Vel pone aliter casum vt in glos.

a ¶ *Si tibi.* loquitur imperator matri pro filio impubere supplicanti. Et dic casum secundum Azo. quòd impubes possidebat: & aduersarij ei proponebant petitionem hereditatis iste impubes dicebat se heredem: illi replicabant eũ seruum. quãtum est pro bonis, hoc non possunt: quia præmaturè. i. nimis citò petunt. nã quæstio seruitutis in tempus pubertatis differtur. sic exponitur. *ff. de colla. bo. l. j. § si impubere.* & quòd dicit vindicat, scilicet retinendo. 2 Vel secundum alios dic casum, quod mater nomine filij agebat petitione hereditatis, alijs possidẽtibus, scilicet agnatis defuncti: illi excipiebant eum seruum. Imperator ei consulunt vt petat tantum possessioné ex hoc edicto, & non maturè in petitorio: quia graue esset ei probare patrẽ filij debilitaté, & aduersariorum potentiam. ¶ Sed huic positioni est contra. *§. de ord. iud. l. j.* quia ibi agit impubes, & occasione status nõ differtur. Sed dic quòd ibi expediebat ei nõ differri. 3 Vel hic possessorio, ibi petitorio. 3 Vel solue vt ibi.

TITVLVS XVII.

DE CARBONIANO edicto.

Si filio impuberi mouetur quæstio status, & hereditatis: debet ex Carboniano edicto differri quæstio in tempus pubertatis: & impubes præstita cautione si non possidet, constituitur possessor bonorum hereditatis: vel si possidet, eius possessio confirmatur. Si verò non satisdat, erunt vnà cum eo in possessione illi qui contradicunt. Alexan. post Bald. & Salyc.

1. *Idem AA. & CC. Flora.*

SI tibi[a] ac filio[b] tuo ab his contra quos supplicas, status mouetur quæstio[c]: perspicis præmaturè rerum quas velut de patris[d] successione filius tuus vindicat[e], restitutionem postulari: cum si in pupillari permaneat ætate, secundum formam[f] edicti Carboniani data bonorum possessione, satisdatione impleta, & tunc demum in possessioné eum cõstitui conueniat: vel hac[h] nõ oblata, portionẽ[i] ab omnibus,[k] quá vindicat, possideri: seruitutis verò quæstioné in tẽpus pubertatis differri.[l] Dat. XII. Kal. Nouem. Sirmij. CC. Coss.

Ex summaria cognitione pernenitur ad Carbonianum. Bald. Vel sic: Bonorum possessio Carboniana conceditur semiplene probanti ea quæ in hac lege continentur. Alex.

1. *Impp. Theodo. Arcad. & Honor. AAA. ad Rufinum præfectum prætorio.*

CArbonianum[*][m] edictum, sub personis legitimis ex indubitato[n] matrimonio[o] custodito partu, & probata † legitima successione: defertur:[p] scilicet vt in possessione nouus[q] heres constitutus, vsque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus, vtatur interdum alienis.[r] D. III. Kal. Oct. Theodosiano. A. III. & Habundantio Coss.

TITVLVS XVIII.

VNDE VIR ET vxor.

Coniunctis deficientibus, vir & vxor ab intestato vocantur ex quarto capite edicti. Vel sic: Deficientibus coniunctis vir & vxor inuicem succedunt ex edicto, fisco excluso. Salyc. Vel sic: Deficientibus agnatis omnibus & cognatis, vir succedit vxori, & econtra: quia ex quarto capite edicti, per bonorum possessionem, quæ vnde vir & vxor appellatur. Alexand.

b ¶ *Filio.* vt quia tu ancilla, & filius tuus seruus dicitur, vel spurius. Et dic quòd filius nec fuit institutus, nec exheredatus: quia tũc cessaret Carbonianum: vt *ff. eod. l. cum fine.* & est ratio, quia institutus habet secundum tabulas: & exheredatus iustè repellitur: vt *ff. eod. l. j. §. Pomponius.*

c ¶ *Quæstio.* in modum replicationis secundum primum. 2 Vel exceptionis secundum alium.

d ¶ *Patris.* secus de matris vel alterius lineæ fœminæ, cũ illis scilicet personis tantum detur Carboniana, quibus & contra tabulas potest dari: vt *ff. eod. l. j. §. generaliter. & l. de bono.* sed in bonis matris non datur contra tabulas: cum præteritio sua habeatur pro exheredatione. ergo nec Carboniana.

e ¶ *Vindicat.* retinendo[a] secundum Ioan. 2 Vel propriè secundum Alber.

f ¶ *Secundum formam.* quæ est vt satisdatio præcedat. vt subijcit: & tunc demum detur, quando status & rerum sit quæstio. si vero status tantum, non differtur ex Carboniano: vt *ff. eod. tit. l. de bono. §. j. sed ex constitutionibus.* vt *ff. eod. l. iij. §. j.* Item si de bonis tantum, similiter non differtur: vt *ff. eod. l. j. §. si quis filium.*

g ¶ *Impleta.* de restituendis bonis, si apparuerit eum non filium: vt *ff. de col. bo. l. iij. §. emancipatum. & ff. eod. l. j. si qui. § an autem.* Sed P. dixit eum cauere[b] de vtendo arbitrio boni viri ad res illius fructuarij: vt *ff. vsufr. quemadm. ca. l. j. in princ.*

h ¶ *Hac.* scilicet satisdatione.

i ¶ *Portionem.* vt quia non habebat in bonis paternis nisi portionem cum fortè haberet fratrem.

k ¶ *Ab omnibus.* scilicet pupillo & aduersarijs, etiã si sint extranei vt *ff. eod. l. j. § j.* sed non alentur inde, sed vice satisdationis erunt simul in possessione: vt *ff. eod. l. de bonu. §. qui pupillo.* si autem sint de liberis, siue caueatur, siue nõ, erunt in possessione. vt *ff. eod. l. sed & si is. in princip.*

l ¶ *Differri.* hoc si puberi expediat. secus si expediat statim agi: vt *ff. eo. l. iij. §. duo.* Item & nunquid differtur quæstio quo ad matrem? Respon. Pla. non: vt *ff. eo. l. j. § fin.* nec tamen fiet præiudicium causæ filij, siue perdat mater. vt *j. de l. B. ea. l. fin.* siue vincat: vt *ff. eodem. l. iij. §. si mater.* Nec ob. l. 4. in fi. *ff. eod.* quia sententia contra matrem lata, non nocet filio:[a] sed contra seipsum datur. ¶ Item nunquid Carbonianum cum ordinaria bonorum possessione datur? Respon. quòd non: vt *ff. eod. l. j. si impubes. in fi.* Sed contra videtur *ff. ead. ix. § missum in fi. §.* Sed respon. ibi dicitur, oportebit ordinariè petere, qui Carbonianum petit. & non dicit oportet, vel oportebit. id eo si bonorum possessionem petere vellet. ¶ Sed nõ ne etiam qui Carbonianum habet, tantum debita exigit: vt *ff. eod. l. pen.* Respond. sic fortè à volentibus, non inuitis: vel non vt bonorum possessor iuris, sed Carboniani tantum &c. ADDITIO. Dicas sic: aut ipse non satisdedit: & tunc non potest intentare actionem aut satisdedit: & tunc aut vult intentare directam tanquam heres, & non potest: aut vult intentare tanquam bonorum possessor Carbonianus, & potest: vt *ff. eodem. l. pen. & l. iij. § missum. qui §. declarat idem materiam: vt d. l. ...*

m ¶ *Carbonianum.* i. commodum edicti Carboniani. Et capias ita constructionem, Carbonianum edictum defertur. intellige puero, & hoc dico custodito partu sub legitimis personis.

n ¶ *Indubitato.* subaudi: ex partu dico nato.

o ¶ *Matrimonio.* scil. eo noto. Vel dic, existente.

p ¶ *Defertur.* vsque ad annum, vt omnes bonorum possessiones: vt *ff. eo. l. iij. §. in sum.* ¶ Sed si hæc probentur, scilicet matrimonium indubitatum, & partum sub legitimis personis custoditum esse. de quibus dicitur. *ff. de ven. insp. l. j. §. de inspiciendo.* & quòd sit legitima successio, id est quòd sint legitimi successores, id est filij legitimi. quod sequitur ex duobus primis: non habet Carbonianam, cum possit adire & petere suo iure sicut si esset institutus: vt *ff. eo. l. cum pre in princ.* sed subaudi in omnibus, summatim, vel semiplenè: vt *ff. eod. l. iij. § causa.* vel quod dicit de partu custodiendo: dicit ideo, quia si mulier ventrem custodiri passa non fuerit: denegatur partui Carboniana: vt *ff. de vent. insp. l. j. § si cui. & l. edictum.* Azo.

p ¶ *Defertur.* s. puero & hoc dico, partu &c.

q ¶ *Nouus.* i. præsumptiuè.

r ¶ *Alienis.* si pater eum non filium, nec reperiuntur sumptus: vt *ff. si mulier ventr. nomine. l. j. § interesse. & ff. de inoff. testa. sic & ff. de petit. hered. l. heres furiosi § sed & si quid Accur.*

Carbonianum] e Azo. Celebrato dimatrimonio inter te & vxorẽ tuam, significauit tibi vxor tua, quòd ex te fuit prægnans: fecisti inspici ventrem: custodiri partum: decessisti: tibi voluit succedere impubes: mouetur sibi controuersia, quòd filius tuus non sit. nunquid si in pos. bo. mitti petat vsque ad tempus pubertatis, audiendus est? Respon. quòd sic, si partus fuerit custoditus. & hoc probetur, & non plenariè cognoscetur: alioquin si plenè probaretur, haberetur pro instituto, & adiret hereditatem: vt ff. eo. l. cum fine. & interim aletur de bonis, non obstante quòd dici possit quia nutritus fuerit alienis bonis, si postea apparuerit eum filium tuum non esse. Viuianus.

VNDE VIR ET VXOR.

Deficientibus prædictis datur hæc. vt j. eo. titu. l. j.

Maritum.

a Vindicare impropriè, id est, dici, quia hic retinere, propriè, quia hic non possidente repetit.

b Dic quòd vtrumque capitulum debet in satisdatione comprehendi. Bar. & Sal. e Vsufructuarius cauere debet de vtendo arbitrio boni viri.

a Sed non quoad sui præiudicium ... quoad plenè præiudicium vt hic ...

* C. Th. 4. 3.

† Hoc quomodo accipi potest, v. ... Azonem in summa ... Tit. hu. ...

Maritus.] CASVS. Si decedit vxor tua nec agnato nec cognato relicto, ei succedis pro bo. pos. vnde vir & vxor, fisco excluso & econuerso. Viuianus.

a ¶Et vxor. s. si matrimonium est tempore mortis: vt hic, & ff. eod. l.j.§. vt autem.

b ¶Ab intestato. vt ff. eod. l.j. in fi.

c ¶Antiquo iure. quod est ff. eo. l.j.

d ¶Naturalis. legitima ex parte patris: naturalis ex parte matris, sed hoc fallit in casu. l. in socio liberalitatis imperialis, qui vxorem excludit in illa liberalitate: vt j. si lib. imperialis socius sine here. l. j. lib. x.

e ¶Exclusu. propter vxorem: vt hic. Item propter alios quosdam fiscus excluditur, de quibus dicitur. j. de hered. decur per totum titulum. vxor autem per illos nõ excluditur. ¶Ergo non vxorem succedere aliis deficientibus. Item in alio casu vir succedit vxori suæ cum filiis eiusdẽ emancipatis in virilem vsumfructum: vt j. de bo. ma. l. iij. in princi. Item in tertio casu, de quo vide authẽ. præterea &c. quam hic lege.

f ¶Præterea.] Dote aut donationem propter nuptias: vt in auth. vt. §. quoniam verò. colla. v. vnde sumitur hæc authen. vsque illuc, tres sunt &c. Item & in fine abinde, imputabitur autẽ &c. reliqua sumitur, vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem. ij. colla. viij. Nec ob. quòd in d. authen. distinguat virum ab vxore: quia corrigitur in hoc per auth. vt fratrum fi. §. fi. colla. ix.

g ¶Locuples. Quis dicitur locuples vel inops? Resp. meta est. l. aureorum: vt ff. de accusa. l. nonnulli vel c. aureorum: vt instit. de succ. liber. §. sed nostra. Vel verius iudicatur quis locuples vel non, officio iudicis: vt arg. s. de epi. audien. l. iam demen. tis.

h ¶Vnà. siue testatus, siue intestatus decessit.

i ¶Matrimonij. qui vocabuntur ad hereditatẽ patris vnà cũ nouerca.

k ¶Non extantibus. quid si liberi non extant, sed ascendentes: Resp. idem obseruandum, secũdum H. Item quid si nullus neq; ascendentium neque descendentium? Respon. vocantur vxor & vir in totum exclusis transuersalibus secundum B. Sed P. contra. Accursius. ADDITIO. Potes dicere quòd hoc casu lucratur proprietatem quartæ portionis, quod satis videtur velle hæc authen. si bene inspiciatur quod tenet etiam Bar. hic.

Marginal notes (left): 1 Bonorum possessio vnde vir & vxor locum non habet in [illegible] ... § In qua sit casus [illegible] ... † Hanc auth. ... ¶ Quid si mulier ... ¶ Diues vel inops quis dicatur vide glo. ... ¶ Quomodo & in quo pauper ... † Pars i transfertur l. de transf. ... ffdn. ... de repud. her. l. ... de possessiõ.

1. Imp. THEODOSIVS & VALENTIN. AA. Hierio præfecto prætorio.

MARITVS & vxor[a] ab intestato[b] inuicem sibi in solidum pro antiquo[c] iure succedant, quotiens deficit omnis parentum liberorúmue seu propinquorum legitima vel naturalis[d] successio, fisco excluso.[e] D. XII. Kalen. Mar. Hierio & Ardaburio Conss.

Vbi matrimonium fuit sine dote, & coniunx præmoriens est locuples, & superstes laborat inopia: licet extent filij defunctæ personæ tam ex eodem matrimonio, quàm ex alio: coniunx superstes succedit in quarta parte, si liberi non sunt vltra tres: aliàs succedit in virili cum liberis: & legatum sibi factum à defuncto computatur in ipsam quartam. Alex.

IN AVTHENTIC.

de exhiben. & introduc. reis. §. quoniã verò. in fi. col. v. constitutio. vj. & coll. viij. consti. vlt. vt li. matri & auiæ. §. quia vero. ij.

PRæterea si † matrimonium sit absq; dote[f], coniunx autem præmoriens locuples[g] sit, superstes vero laboret inopia: † succedet vnà[h] cum liberis communibus alteriúsve matrimonij in quartam, si tres sint vel pauciores. Quòd si plures sint, in virilem portionem: vt tamẽ eiusdẽ matrimonij[i] liberis proprietatẽ seruet, si extiterint, his vero non[k] extantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.

TITVLVS XIX.
DE REPVDIANDA bonorum possessione.

In repudianda bonorum possessione non requiritur præsentia aduocati. h. d. Bald. Sal. & Alexan.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Theodosiana.

EMANCIPATVS,[a] repudiata bonorum possessione, absentiæ patroni[l] causæ velamento rursus ad eandem redire quæstionem frustra conatur. Sine die & consule. †

Pater non potest iura filij repudiare in iudicio vel extra. Bal. Vel sic: Pater non potest repudiare iura filio delata. Salyc.

11. Iidem AA. & CC. Theodoro.

FIlio delatam[m] bonorum possessionẽ, patri ad fraudem[n] filij repudiare non licet. Da. VI. Kal. Decemb. Nicomediæ. CC. Coss.

TITVLVS XX.
DE COLLATIONIBVS.

Vbi ex testamento cũ effectu succeditur, collatio cessat, Bald. Vel sic: Iure isto inter succedentes ex testamento, cessat collatio: nisi testator cauerit de contrario. Salyc. Vel sic. Cum succedit emancipatus filius patri vnà cum filiis in potestate ex testamento patris: tunc non confert emancipatus bona sua etiam quæ à patre sibi donata fuerunt. Alex.

1. Imp. ALEXAND. A. Decteria.

EMANCIPATOS[o] liberos testamento heredes scriptos,[p] & ex eo[q] successionem obtinentes,[r] à patre donata fratribus conferre non oportere,[f] si pater vt hoc fiat, supremis iudiciis non cauit, manifesti iuris est. PP. III. Id. Iul. Iuliano. II. & Crispino Conss.

Hodie ex testamẽto non cessat collatio, nisi pater vetuit: ideo dotis & aliorũ datorũ fit collatio. Sal. Vel sic: In casibus in quib. olim erat facienda collatio inter succedentes ab intestato, facienda est etiam hodie si succedatur ex testamẽto. nisi testator prohibuerit. Alex.

IN AVTHENTIC.

de trien. & semis. §. illud quoq; bene. colla. iij. constitu. vj.

EX testamento[t] & ab intestato cessat dotis & aliorũ datorum[u] collatio, ita demum si parens hoc designauit expressim: aliis quæ de collatione dicta sũt, suũ robur obtinentibus.

DE REPVDIANDA &c.

Dixit de acquirenda: nunc de repudianda. Et no. quòd edictalis repudiari potest: & sic loquitur. ff. si tab. test. nulla ex. l. vna. §. j. & j. l. j. Decretalis non. nam non ante decretum: quia non habetur. nec post. sicut nec hereditas: vt ff. de succes. edic. l. j. §. decretalis. & j. de repu. here. l. sicut.

l ¶Emancipatus patroni. vt s. de postlimi. velamento. fallit in fisco: vt ff. de iure fisci. l. fiscus. propter aduocatum tamen datur dilatio: vt ff. ex quib. cau. ma. l. vlt. prætor in fin. & l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter.

m ¶Filio delatam.] ex linea materna, & sic locũ habet hæc lex etiã apud Iustinianũ, antequã fieret. l. vlt. j. de bo. quæ libe. per l. j. de bo. ma. l. j. & j. & iij. & de bo. quę libe. l. pen. Per l. autem vlt. cõstat q; habet locũ in[a] qualibet hereditate filio delata, nisi occasione patris. vt ff. de vulg. subst. l. sed si plures. §. in arrogato. Itẽ nota secus[b] in seruo esse, quã hic dicat in filio: vt ff. de suc. edi. l. j. §. per seruum. & ff. de le. j. l. struo. & c cõtra filius non repudiat in præiudiciũ patris: vt d. l. j. & j. de bo. quæ lib. l. fi. licet tacitur-nitas[d] filij patri obsit, si eũ certiorare potuit: vt ff quis or. in bo. pos. ser. l. fin. & satis. ff. de bo pos. l. tutor. & j. de acq. he. l. si qui. §. fi.

n ¶Ad fraudẽ. i. ad dãnũ. veteres. n. fraudẽ p pœna accipiebãt: vt in l. cum anti. § excipitur. & ff. de adil. edi. & not. s. de spon. l. v.

DE COLLATIOnibus.

Quia inter bonorum possessiones hab. locum collatio. Ratione de ea dicit. ADDIT. *Illud non videtur verũ: quia præsupponitur quòd inter bo. pos. possessa fit locus collationi: quod est falsũ vt no. in l. emancipati. j. e. l. lã. De.*

EMancipatos.] CASVS. Decessit pater sã habens quosdã filios, quos in vita emãcipauit: quibus quædam cõtulit. an ea conferre debeant facto testamento, & eis heredibus institutis? Respon. quòd non. nisi hoc expressisset testator.

o ¶Emãcipatos. idẽ si essent in potestate constituti.

p ¶Scriptos. cum aliis in potestate constitutis.

q ¶Ex eo. s. testamento.

r ¶Obtinẽtes. idem esset si cũm possent ex testamento succedere, errore successerũt ab intestato: vt ff. de col. d. l. filius emancipatus. circa prin.

f ¶Non oportere. ¶Not. non fieri collationẽ de iure antiquo, si testatus quis decessit: vt hic, & j. eod. l. filiæ dotem. & l. filiã. ¶Sed contra. ff. de inoff. testa. l. si non mortis. ij. responso. vbi etiam ex testamento fit collatio. Solu. licet in primo respon. loqueretur quando testatus decederet: in secundo tamen mutat casum. s. quando intestatus. Item hoc iure veteri, sed secus per authen. ex testamento &c. quam hic lege.

EX testamento.] CASVS. Ex testamẽto & ab intestato cessat dotis & aliorũ datorũ collatio, si pater hoc dixerit: non aliter. Viu.

t ¶Ex testamẽto. subaudi & ab intestato, si non habes hic: vt in corpore huius authent.

u ¶Datorũ. nõ simpliciter, sed ob causam, puta dotis & donatio-

Marginal notes (right): § Videtur idẽ dies & consul addendus qui est in d. l. 4 de postulando. — a Repudiare bonorum possessionem delatam filio quacunque ex parte, & à quo cunque nisi ex occasione patris filio, delata sit patre in præiudiciũ filij repudiare non potest. — b Serui & filij differentia. — c Repudiare bonorũ possessionem delatam filio pater in fraudem filij non potest, & ecõtra, filius in fraudem patris, eãdem bonorum possessionem repudiare non potest. — d Filij taciturnitas obest patri, si patrẽ certiorare potuit. — Fraus pro pœna & dãno. — f Quia inuidia quam pater facit ... admittendo emancipatos. Paul. Iul. Alex. & Iaf.

' Codex.

a Donatio simplex an & quatenus collationi sit obnoxia.

nis propter nuptias,& causa militiæ. Sed donatio simplex nō cōfertur, sicut nec olim: vt ǰ. eo. l. pen. nisi in tribus casibus. 1 Primus, cum vni filio donauerit inter viuos: alteri ob causam: ne emergat inæqualitas, fit collatio: vt in d. l. ǰ. eo. l. pe. 2 Secundus, quando pater hoc expressit: vt ǯ. de inoffi. testa. l. si quando. § fin. & ff. de inoffi. testa. l. si non mortis. in principio.

¶ Tertius, quando dedit ei vt filio, siue vt habeat in peculio profectitio[b]: vt ǰ. e. l. si donatione. Si verò in emancipatum esset collata, non confertur[c] etiam iubente patre, quia tenuit a principio donatio: vt ǰ. de inoff. Si. do. l. pater. in resp. & hæc secundum B. & Azo. & P. & Lot. & Balduinum. & pro eis etiam facit q̄ nouę leges etiam determinantur per veteres: vt ff. de leg. & senatusconsul. l. non est nouum. & l. sequen. Item quia huiusmodi simplices donationes capiunt vim relicti, cùm morte confirmentur: ideóq; habet locū Falcidia: vt ǰ. ad l. Falci. l. pen.[d] ex quibus non fit collatio: vt ǰ. eo. l. à patre.[e] Sed huic respondet M. quòd non est relictū, licet habeat vim relicti. Io. autē & Pla. dicunt etiam donata simpliciter conferri, propter generaliter ba huius au. hen. & arg. ff. de aleato. l. ǰ. § .ǰ. Item non distinguit hæc lex, ergo nec nos: vt ff. de Publi. in rem act. l. de precio. Item cum dos quæ de bonis patris discessit, conferatur: vt ff. ad l. Falci. l. pater. & de colla. do. l. ǰ. multo magis etiam donatio quæ remansit in bonis, conferenda est: & secundum hoc correcta est lex antiqua quæ dicit simplicem donationem non conferri, nisi in casu: vt ǰ. eod. l. pen.

b Dic quòd Glos. inepta loquitur: quia tunc non est tractandum de collatione, sed de diuisione: quia tunc non extat patrimonium patris. c Reprobatur per text. in l. vt liberis § final. per Dy. Bar. & Pa. Alex. & Ias.

d Illa l. nihil facit, debuit enim allegare, l. in donationibus. eod. tit. Ias. e Debuit allegare. l. Si emancipa. eo. Ias.

f An pactum de hereditate amittenda valeat. vide Soc. regula 328. adde l. ǯ. de pactis. l. si quando. ǯ. de coll. An filia quæ renunciauit bonis paternis sit admonenda beneficio huius leg. v. Guid. Pape decis. 217.

Dotis promissæ & non solutæ fit collatio per modum liberandi à necessitate præstandi. hoc dicit. Vel de indemnitate cauendi, vt in glos. Sal. Vel sic: Dos promissa per patrem, & non soluta, cōfertur per filiā faciendo fratres coheredes suos liberari à marito suo pro portionib. eorum. Alex.

II. *Idem A. Primo.*

SI pater intestatus decesserit relictis duobus filiis, & filia cuius nomine dotem promiserat: portiones hereditatis æquę[a] sunt, & dos nihilominus ita cōferenda est, vt pro portionibus[b] fratres eius[c] à necessitate prętādæ eius[d] dotis liberentur.[e] Dat. III. Id. Septemb. Iuliano. II. & Crispino Conss.

Pactum quòd filia dote contenta patri ab intestato non succedat, non valet: & ideo hoc non obstante succedet, dummodo dotem conferat. h. d. Alex. & concor. Bal. & Sal.

III. *Idem A. Alexandro.*

PActum dotali instrumento comprehensum, vt†cōtēta[f] dote quæ in matrimonio collocabatur, nullum ad bona paterna regressum haberet, iuris auctoritate improbatur:[g] nec intestato patri succedere filia ea ratione prohibetur. Dotem sanè quam accepit, fratribus qui in potestate manserunt, conferre[h] debet. Dat. XIIII. Kal. Iul. Agricola & Clementino Conss.

ADDITIO. Tu dicas breuiter cum Dy. hic (quem in hoc sequuntur omnes fere scribētes) quòd aut donatio simplex fit filio emancipato, & illa confertur: vt ǰ. e. l. vt liberis. § fina. Aut fit filio in potestate: & ista non confertur regulariter. Ratio: quia ista donatio non valet in vita, sed adsumit sibi vim post mortem, & habetur vt legatū, vel fideicommissum: vt l. in donationibus. ǰ. ad legem Falci. sed & legata & fideicommissa non conferuntur: vt ǰ. eo. l. à patre. ergo nec talis donatio. fallit in tribus casibus in prin. istius gl. enumeratis.

SI pater.] CASVS. Pro filia tua dotem promisisti: & antequàm solueres, decessisti relictis duob. filiis, & filia: tibi ęqualiter ab intestato succedunt. si filia dotē conferat, fratres eius liberantur ab obligatione qua tenētur ex promissione patris, & ipsa soluet. Viu.

a ¶ *Aequæ.* id est æquales. Accursius.

b ¶ *Proportionibus.* scilicet duabus, cum duo sint fratres, & dotis obligatio inter heredes diuiditur: vt ǯ. si cer. peta. l. ǰ.

c ¶ *Eius.* sororis.

d ¶ *Eius.* dotis.

e ¶ *Liberentur.* nam cum petitur conferri dos, nec hoc fieri possit quia non habet eā, facit eos liberari: vel cauet de indēnitate, quādo soluta non est: vt hic, & ff. de colla. do. l. ǰ. § pe. & fa.ercisc. l. si filia. in prin. sed si esset soluta, tanto minus acciperet: vt ǰ. eo. l. dotis.

nõ habet necesse facere scribi, licet id dixerit S. poterit igit & alio tépore pri⁹ scribi & tũc legi & subscribi. ADDIT. Dicit hic Ang. q hic intelligit qñ erat in extremis vitæ cõstitutus & hanc gloss. sequuntur doct.

a ¶ *Memoria. vt in auth. de trien. & semisse. § illud quoque. coll. iij.*

b ¶ *Sit.* s. cæcis. Accurs.

c ¶ *Credere.* id est concedere puta prius.

d ¶ *Octauum* Ergo tabulari⁹ ᵃcõputat in numero octo testium qui hic exigunt *sic & in auth. de fide instru. §. oportet. vero. coll. vj. & ff. eo l. Domitius.* Idẽ & in aliis testamentis, vt loco vnius cõputet: & sic sufficiãt sex testes ex tabellio idẽ vbicunq; exigunt duo vel quinque. Sed Bandinus cõtra: q a nõ probat per talẽ scripturã licet per testes probetur, inter quos sit tabellio: & sic erit hoc casu speciale.

ᵃ Tabellio an cõputetur in numero testiũ in testamento.

e ¶ *Testandi.* nam & alij possunt prædicto modo testari: sed non habent necesse.

f ¶ *Oculis.* licet cæcus non viderit.

g ¶ *Spectata.* neutraliter ponũtur hæc nomina: & sunt pluralis numeri, & reguntur à verbo relinquit.

h ¶ *Sensibus.* hominib. habẽtibus sensum. ADDIT. Aduertas secũdùm Bal. & Sal. hic quòd cæcæ qui testat inter liberos, non habet necesse obseruare solẽnitatem huius l. hoc tenet etiam Ang. Are. *in §. cæcus autẽ. institut. quibus non est permissum fa. testa.*

† decipiat.

F*uriosum.*]ᵇ CASVS. An furiosus possit facere testamentũ, quæritur? Dicit quòd sic dũ est intra dilucidũ interuallũ, licet hoc antiquis in dubiũ venisset. Sed q d si inceperit cõdere testamẽtũ, & cũ furor inuadit: an valebit testamentũ, quærit⁹ & respõ. Iustinian⁹ quòd nõᶜ valeat. & est ratio q a circa indiuiduũ sola inchoatio nihil operat. Si vero in dilucidis interuallis cœperit, & pfecerit: tenet, si iuris solennitate fuerit subnixum. Viuianus.

ᵇ An & quib⁹ in casibus furiosus testari possit. v. Gressum sub sent. § testamentum. quæst. 21.

* In vet. manuscripto leg. dilucidis induciis. testa. vide. l. Diuus. de off. præs.

ᶜ Quid tamẽ si tale testamentum fecit quale vel sapiens faceret? Consetus in singulari Testamentum. putat huiusmodi testamẽtum valere.

ᵈ Nihil facere videtur qui partem iudicij duo facit.

ᵉ Indiuiduum in solidum nõ præstandum.

ᶠ Indiuidua est forma testamenti. v. Mantican 2. de coniectura vltimarum voluntat. 4.

ᵍ Testandum vno contextu. eo. § furiosi.

i ¶ *Pro nihilo esse.* nihilᵈ enim videt facere, qui partẽᵉ indiuidui ᶠ facit: *ut hic, & ff. de arbi. l. dicere. §. sed si de pluribus & l. qui tamen. circa princ.* vno ᵍenim cõtextu testari debet: *vt ff. eo. l. heredes. §. fi.*

k ¶ *Censemus. vt institut. eo. § furiosi.*

humana fragilitas mortis præcipue cogitatione pturbata, minus memoriaᵃ possit res plures cõsequi: patebit eisᵇ licẽtia, voluntatẽ suã, siue in testamẽtũ, siue in codicilli tenore cõpositã cui velint scribendã credereᶜ: vt in eodẽ loco postea cõuocatis testib⁹ & tabulario, (ve etiã) vt dictũ est) patefacta cui⁹ causa conuocati sunt, etiã chartula promat, quã susceptã testatori recitabit tabulari⁹, simul & testibus: vt vbi tenor eorũ cũctis innotuerit, elogiũ ipse suũ profiteatur agnoscere, & ex animi sui quæ lecta sunt, disposuisse sententia, & in fine subscriptio sequat testiũ, necnõ omniũ signacula tã testiũ, (prout dictũ est) quàm tabularij. Sed quia tabulariorũ copia nõ in omnibus locis dat quærentibus: iubemus vbi tabularius reperiri non possit, octauũᵈ adhiberi testẽ: vt quid tabulario p supradicto modo cõmisimus, id per octauũ testẽ effectũ capiat: libera potestate concedẽda voluntates suas in prædictũ modũ ordinãtib⁹, chartulã ita subscriptã, ita deniq; cõsignatã vt antelatæ formæ declarant, cui velint ex testibus custodiendã mãdare. Sic fieri nãq; confidimus, vt non recipiat † se tantũ in cæcis testandiᵉ licentia, sed ne locum quidem nullũ relinquat insidiis, tot oculisᶠ spectataᵍ, tot insinuata sensibusʰ, tot insuper in tuto locata manibus. D. Kal. Iun. Constantinop. Iustinia. & Valerio Coss.

Furiosus habẽs dilucida internalla, põt in illis internallis condere testamẽtũ: dummodo antequã furor superuenerit, cœperit testari, & finierit. sed si ante quam compleret, superueniat furor: quod ante factum est, pro nihilo habetur: ideo cessante furore non poterit cõplere: sed habebit necesse de nouo incipere. Alex.

IX. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Iuliano p. p.*

FVriosum in suis induciis * vltimũ cõdere elogiũ posse, licet ab antiquis dubitabat, tamen & retro principibus, & nobis placuit. Nũc autem hoc decidẽdũ est, quod simili modo antiquos animos mouit, si cœpto testamento furor eũ inuasit. Sancimus itaque tale testamentum omnis, quiã ipso actu testamẽti aduersa valetudine tentus est, pro nihilo esse. Si vero voluerit in dilucidis interuallis aliquod cõdere testamentum, vel vltimam voluntatẽ, & hoc sana mente inceperit facere, & consummauerit nullo tali morbo interueniente: stare testamẽtũ siue quancũque vltimã voluntatem censemusᵏ: si & alia omnia accesserint, quæ in huiusmodi actib. legitima obseruatio requirit. † Dat. Kal. Sept. Cõstantin. Lãpadio & Oreste VV. CC. Coss.

Surdus & mutus à natura, testari nõ põt. † Si vero ex accidẽti, põt, dũmodo scribere sciat, & manu sua scripserit voluntatẽ suã. Ille verò qui mutus nõ est, sed tantũ surdus à natura vel ex accidenti: põt indistinctè testari, etiam si nesciat scribere. si suam intentionem verbis exprimere põt. Mutus autem qui surdus non est, testari non potest, nisi scribere sciat, & manu sua scripserit. Alex.

X. *Idem A. Ioanni p. p.*

DIscretisˡ surdo & muto, quia non semper huiusmodi vitia sibi concurruntᵐ: sancimus, si quis vtroque morbo simul laboret: id est, vt neq; audire, neq; loqui possit, & hoc ex ipsa natura habeatⁿ: neq; testamentũ facere, neq; codicillos, neq; fideicõmissum relinquere, neq. mortis causa donationẽ celebrare cõcedatur, nec libertatẽᵒ siue vindicta siue alio modo imponere † eidẽ legi tã masculos quã fœminas obedire imperantes. Vbi autẽ & † huiusmodi vitij nõ naturalis, siue masculo, siue fœminę accidit calamitas, sed morb⁹ postea superueniens & vocẽ abstulitᵖ, & aures conclusit: si ponam⁹ huiusmodi psonã literas sciẽtẽ: omnia q̃ priori interdixim⁹, hęc ei sua manu scribẽti permittim⁹ᑫ. Sin autẽ infortuniũ discretũ est, quod ita raroʳ cõtingit: & surdis, licet naturaliter huiusmodi sẽsus variat⁹ est, tamen omnia facere & in testamẽtis, & in codicillis, & in mortis causa donationib., & in libertatib⁹, & in omnib. alijs † pmittim⁹. Si. n. vox articulata ei à naturaˢ concessa est: nihil prohibet eum omnia quæ voluerit facere: quia scimus quosdam iurisperitos & hoc subtilius cogitasseᵗ, & nullumᵘ esse exposuisse, qui penitusˣ non exaudiat, si quis supra cerebrum illius loquatur, secundũ quod Iubentio Celso placuit. In eo autem cui morb. postea superueniens auditum tantummodo abstulit: nec dubitari potest quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. Sin vero aures quidem apertæ sint, & vocem recipientes, lingua autem eius penitus prępedita: licet à veteribus auctoribus sæpius de hoc variatum est: attamen

D*iscretis.*] CASVS. An surdus & mutus possint cõdere testamẽtũ, distinguitur: aut sunt cõiũcta vitia, aut disiũcta. si cõiuncta, quia sit s. surdus & mutus à natura, id est à natiuitate puta, aut ex morbo superueniẽte: primo casu nec facit testamentum, nec codicillos &c. Secundo casu facere potest, si scribere sciat. Si autẽ fuerit surdus & nõ mutus, quod raro contingit: aut à natura, aut morbo superueniente: in primo casu fuit dubitatio & altercatio: in secundo nõ. Si fuerit mutus & nõ surdus, & scribere sciat: testamẽtũ facere potest, siue mutus fuit à natura, siue superueniente morbo. & ista nõ solum habẽt locũ in masculis, sed i fœminis.

l ¶ *Discretis.* i. separatis.

m ¶ *Concurrunt.* licet videatur statim velle dicere quando sunt vitia separata: præmittit tamen duos casus, quando sunt coniuncta.

n ¶ *Natura habent.* i. ab origine, vel à natiuitate. nam quilibet homo de natura habet vt audiat & loquatur.

o ¶ *Libertatem.* Contra. *ff. qui & à quib. l. j.* Sed ibiᵃ erat separatum.

p ¶ *Abstulit.* s. morbus.

q ¶ *Permittimus.* sed in superiori casu nullo tẽporeᵇ potuit dicere: Sed & per alium potest scribere, si hoc à principe impetret: *vt ff eo. l. si mutus.* loquitur autem de eo muto & surdo, qui prorsus non audiunt, nec loquuntur. alias enim omnia facere possunt: *vt institu. eo. § item surdus & mutus.*

r ¶ *Raro.* not. quod raroᶜ contingit quòd si aliquis sit surdus, quin mutus sit: & econtra.

s ¶ *A natura.* id est ab origine.

t ¶ *Cogitasse.* subaudi & exposuisse.

u ¶ *Nullum.* s. surdum.

x ¶ *Qui penitus.* s. cui vox articulata fuit cõcessa. ¶ Sed videt surdũᵈ nullo modo posse testari. *vt ff. vnde cog. l. o. Iaui. §.*

† sequitur in omnibus manuscriptis.

† An id verum intellectu ipsum casum. v. Tiraq. ... de primogen. ...

* Iuliano.

ᵃ Gl. sequitur Pau. & Ias. vel dic quòd hic impetrauit à principe. Gl. Bald. & Alex. ...

ᵇ Nisi ad ... causas. Bal. Alex. licẽt Ro. & Ias. contra. † neq. exemplaria ... Vbi quos ... Grassum sub sent. § Testamentum quæst. 50.

ᶜ Placet Alex. displicet Paulo & Ias.

ᵈ Surdus an possit testari. † puta legatum. v. Grassum sub sent. § ... quæst. ... An mutus ... ingenium.

Attamen.

Statis. Respond. illud secundum ius vetus, secundum quod non poterat [a] testari, nisi impetraret à principe: *ut ff. eod. l. mutus.* Vel loquitur ibi de surdo & muto à natiuitate vel ex accidenti: sed ignorabat literas.

a Sed ambos defectus habe ret, siue alterum tantum. Pau.
b Surdus & mutus testari possunt, si nō à natura, sed ex accidenti hæc vitia superuenerunt, dūmodo scribere sciat, & manu sua voluntatem declarauerit.
c Argumentū à contrario sensu in iure validum.
d Ut surdus & mutus tum & hodie potest facere testamentum. v. l'asquam. contra dict. c. 209. mm. 301.
e Id est qui possit literas scribere, aut pingere.
f & hoc.

a ¶ *Si hunc peritum.* non ergo aliàs, ar. sumpto à contrario [c] sensu. *arg. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. l. j. §. huiusmodi.*
b ¶ *Discrimine.* id est differentia.
c ¶ *In masculis.* nisi in militibus: [d] *ut in instit. de testa. mili. §. quinimò.* Item dic hic eos qui non possunt facere testamentum: *ut diximus supra eo. §. finali.*

si hūc peritum [a] literarum esse [*] proponam [v], nihil prohibet eū scribenté hæc † omnia facere, siue naturaliter, siue per interuentū morbi huiusmodi infortuniū ei accesserit: nullo discrimine [b] neque in masculis [c] neq; in fœminis in omni ista constitutione seruando. Dat. XV. Kalend Martij, Constantinopoli post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

Filiusfamilias non potest testar. vel codicillari in aduentitiis, sed in castrensibus vel quasi bene potest. h. d. cum l. sequent. Alexand.

xi. *Idem A. Ioanni p. p.*

Nemo ex lege quā nuper promulgauimus [d], in reb [e] quæ parentibus acquiri nō possunt, existimet aliquid esse innouandum, aut permissum esse filiisfamilias cuiuscūq; gradus vel sexus testaméta facere: siue sine patris consensu bona possideant secundum nostræ legis distinctionem, siue cum eorū volūtate. Nullo etenim modo hoc eis permittimus [e], sed antiqua lex [f] per omnia conseruet, quę filiisfamilias, nisi in certis [g] casibus, testaméta facere nullo modo concedit, & in his personis [h] quæ huiusmodi facultaté [i] habere iam cōcessæ sunt [k]. S. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

xii. *Idem A. Ioanni p. p.*

Omnes omnino, quibus quasi castrétia peculia habere ex legibus [l] [*] concessum est, habeant licentiā in ea tantummodo vltimas voluntates condere secundū nostræ constitutionis [m] tenorem, quæ ta-

N *Emo.*] CASVS. In reb. acquisitis per filiumfam. puta in profectitiis vel aduentitiis. quia proprietaté habet filiusfamil. pater vsumfruct. testandi non habeat licentiam filiusfa. nisi tantū in his casibus in quibus ei à veterib. legibus permissum est: hoc auté est in castrensibus vel quasi: nec tale testamentum querelæ inofficiosi subiacebit. & hoc dicit enim l. seq.
d ¶ *Promulgauimus.* *ut supra dixi de colla. l. fina.* vel *dic ut infra de bon. quæ lib. l. fi. §. filiis autem familias.*
e ¶ *Permittimus.* scilicet vt possit facere testamentū [*] in aduentitiis.
f ¶ *Antiqua lex.* multæ sunt leges antiquæ quæ hoc dicunt: *ut ff de don. causa mor. l. tam is. §. j. & ff. eod. l. qui in potestate in prin. & supra eod. l. seruum. in fin. & instit. eo. in princ.*
g ¶ *Certis.* in castrensi vel quasi: *ut j. l. prox. in fi.*
h ¶ *Personis.* subaudi. dis.
i ¶ *Facultaté.* capacé. s.
k ¶ *Concessæ sunt.* q. d. nō relinquant non capaci in illis casibus in quibus possunt facere testamentum. ADDITIO. An autem filiusfamilias possit testari in his aduentitiis in quibus patri non quæritur vsusfructus (quod est in casibus, aut excipitur cum iis sequen. iuncta glos. vlti. authen. infra de bon. quæ lib.) dubitari potest: sed communis opinio Barto. & aliorum in d. l. qui in potestate, ff. eod. est, quòd non, per textum istum.

[*] Etiam si in his patri non quæratur vsusfructus. Ang. Pau. Alex. & Ias.

[*] & sic in ouo. . . .

l ¶ O *Mnes.*] Ex legib. permittitur enim ex diuersis legibus: *ut supra de episc. & cler. l. sacrosanctæ. & l. cum lege. & de aduoc. diuer. iudicio. l. fin.*
m ¶ *Constitutionis.* *ut supra de inoffic. testa. l. fin.*
n ¶ *Prestitit.* in casu contra *ut supra de episco. & cleri authent. presbyteros j. supera cum lege.* Sed dic vt ibi. ADDITIO. Imò dic quòd hodie testamenta filiorum testantium de castrensibus vel quasi, possunt expugnari per querelam. Pau. Alexan. & Ias.

DE TESTAMENTIS, ET QVEMADMODVM testamenta ordinentur.

Dixit de test. aut. nunc de testamento.

T *Estes.*] CASVS. Siue testamentum in scriptis fuerit, siue non: septé testes sunt necessarij. vel dic certius quòd hic loquat de testamentis in scriptis factis. Si ergo quis fecit testamentū, & habuerit septem testes, & credebantur omnes esse liberi, cū duo essent serui: an hoc comperto postea valeat minus testamētum,

libus testamentis de inofficiosi querela immunitatem præstitit [n]. † Dat. III. Non. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

quæritur? Respon. quòd non: cum eo tempore quo adhibiti fuerunt, eis status quæstio non mouebatur. Viuia.
o ¶ *In hac causa.* id est casu primo huius legis.
p ¶ *Signabatur.* quo tempore consideratur conditio vera vel putatiua valeat testamentum: *ut hic. & ff. eo. l. ad testium. §. conditio.*

TITVLVS XXIII.

DE TESTAMENTIS, & quemadmodum testamenta ordinentur.

Conditio testis spectatur secundum tempus quo testamentum signatur. & error communis pro veritate habetur. hoc dicit. Vel sic: Sufficit habilitas vera, vel communiter putatiua testis testamentarij, secundum tempus signationis testamenti. hoc dicit. Salyc. Vel sic: Valet testamentum ad quod testis seruus communi opinione reputatus tunc liber, fuit adhibitus. Alexand.

i. *Imp.* HADRIANVS *A. Catonio Vero.* [*]

Testes, serui an liberi fuerint, non in hac causa [o] tractari oportet: cum eo tempore quo testamentum signabatur [p], omnium [q] consensu liberorum loco habiti sint; nec quisquam eis vsque adhuc [r] status controuersiam mouerit. Sine die & consule. †

Scriptura testamenti publicatæ fidem facit, etiam si originalis scriptura sit deperdita. h. d. Alexand. concord. Bald. & Salyc.

ii. *Imp.* ALEXANDER *A. Expedito.*

Publicati [s] semel testaméti fides [t], quamuis ipsa materia [u], in qua primum à testatore scriptū relictū fuit, casu qui probatur [x], intercidit: nihilominus

q ¶ *Omnium.* Error [a] ergo communis aliquid facit: *ut ff. de officio præs. l. Barbarius. & infra de Lati. lib. toll. l. j. §. sed & qui domini. & ff. ad Macedo. l. iij. & infra de senten. & interlocuto. om. iudic. §. arbiter.*
r ¶ *Usque adhuc.* scilicet quando fuit adhibitus.
¶ Et nota quòd licet valeat testamentum, non tamen in iudicio poterit hic testis produci: *ut s. de testi. l. quoniam liberi.* Et si dicas, quid ergo prodest quòd valeat testamentum? Resp. multum: quia potest [b] probari per publicam scripturā. Vel forte confiteretur aduersarius taliter conditū esse testamentum. Nā & per eos qui mortui sunt, vel infames facti, vel absentes, nō potest probari: *ut ff. de Carbon. edict. l. iij. §. causa.* & tamen valet. sic ergo & in nuncupatiuo potest hæc lex loqui, quòd vel per publicam scripturā, vel per confessionem probetur: & sic habet se cōsuetudo. *& facit ad hoc j. de dona. l. in donationibus. & j. arbit. tut. l. fina. & j. de edic. diui Hadriani tol. l. j. fina.* Alij dicunt eam loqui tantùm [c] quando fit in scriptis: & sic intelligunt quid est instit. de testa. §. testes. Et nuncupatiuum [d] dicunt non posse probari per scripturā publicam, cū illa tantùm duorum testiū vim obtineat: *ut s. de fide instru. l. exercendæ.* & sic oportet hodie viuētes esse. vij. *ut j. de fidei com. l. fin. & ibi plene de hoc dixi.*

a Erroris communis vis & potestas, quæ.
† præstatur in omnib.
b Testamentū probatur per publicam scripturam seu publicum instrumentum.
c Caroniu Verū appellat Theoph. insti. c sed cum aliquis. & ita scriptum hic reperi in duobus manuscri. Illud autē obseruandum est, hanc singularem esse Hadriani legē in toto hoc codice: cæteras verò omnes posteriorum esse principum. Cont. † Idem DD. Seuer. & Ant. diui Hadriani, posteriores pserunt, ait Iustin. eo. tit. Inst. quod recepi scriptum non extat.
c Testamentū nuncupatiuū non pōt probari per publicam scripturā duobus tantū testibus munitam. & cut. ad. in l. heredes palam. ii. ff. eod. vbi vide omnino quæ dixi.
d Imò dic quòd loquatur tam in testamento nūcupatiuo, quā in scriptis. Ias. & sic maiē Ang.

P *Vblicati.*] CASVS. Fecit quis testamentum non in scriptis, vel in scriptis, sed à priuato confectum. heres de morte testium timens, vel quia fuit corrosum, vel membrana in breui peritura, fecit illud publicari coram iudice, & testes fecit iurare omnia esse vera quæ in eo continebantur, & publica charta confecta est: an valeat publicatio, quæritur? Respond. quòd sic, licet casu amissum fuerit: quod probare debet heres: quia qui casum allegat, ipsum probare debet. Viuia.
s ¶ *Publicati.* hæc publicatio sic fieri debet, vt coram iudice ordinario: [f] *ut j. eo. l. testamenta omnia.* & testamentum aperiatur, & testes iuret, ita est verū sicut scriptū est. & postea in publica charta cōscribetur, secundū lo. vel etiā in eadē vbi prius erat scriptū. sed si scriptū non erat, publicabitur hæc voluntas, & prodesit: vt licet amodo moriatur aliquis de testibus, probet per scripturam, quę prius nō erat: vel erat priuata. Alij dicunt quòd hic sic publicatio etiam viuente testatore: quod non placet. ADDITIO. Tu dic hoc verum, nisi fieret de consensu testatoris. Cy. Fulgo. & Ias.
t ¶ *Fides.* fides quæ habetur publicato testamento.
u ¶ *Materia.* scilicet originalis.
x ¶ *Qui probatur.* id est probandus est. ¶ Nota ergo quòd qui casu

f Etiam corā iudice delegato per tex. in c. fin. de fi. instr. Cy. Alexa. Com. & Ias.

dicit, eum probat: *vt j. eod. l. consulta. & instit. quib. mo. testa. infir. §. fin. & j. quemadmodum testamen. aperi. l. codicillos. melius facit. l. sicut ī. de fide instrumen. & dixi ff. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. fin. & facit ad hanc l. j eod. l. consulta.*

a ¶*Valet.* exemplo ergo creditur: sed dic vt diximus supra *de e-dend. authen. si quis.*

EX *imperfecto.*] CASVS. Licet in minus solenni testamento: quia non fuerunt adhibiti nisi duo testes, institutus fuerit princeps: non etiam ob hoc firmum erit: quia licet legibus non subiiciatur princeps, tamen legibus viuere ciuile est. Viuianus.

b ¶*Constitutum est. vt supra titu j. l. si quis. & l. sequen. & ff. de lega. iij. l. ex imperfecto. & infra eodem. l. nolumus. & Instit. quibus mo. testa. infir. §. fin.*

c ¶*Lex imperij.* id est lex regia, * dando supremā potestatē principi: *vt instit. de iure na. § sed & quod principi.* & exemit eum à solennibus iuris, vt licet non obseruet in testamentis & in aliis solennia iuris, tamen nemo sit qui ea possit infirmare: b *vt ff. de arbitr. l. nam magistratus.*

d ¶*Viuere. vt ī. de legi. & constit. l. digna.*

SI *in nomine.*] CASVS. Testator errauit in nomine heredis dicendo: instituo Meuium heredem: cum vocaretur Titius. an ob hoc minus valeat testamentum & heredis institutio, quæritur? Respondeo quòd nō: cum certum sit de quo sensit. Viuian.

e ¶*Si in nomine.* e proprio. d secus si appellatiuo. prænomine, vt Marcus Tullius. cognomine, affinitatis. agnomine, ab euentu.

f ¶*Cognomine.* quod hic dicit de errore nominis heredis: *vt ff. de bo. possess. secundum tabul. l. si ita §. sed & cum.* idem de errore nominis legatarij: *vt instit. de leg. §. si quis in nomine.* & expone hæc verba vt ibi. ¶Idem in errore rei e legatæ: *vt infra de leg. l. si Fortidianum.* vel promissæ: *vt ff. de verb. oblig. l. si in nomine.* vel repetitæ: *vt ff. de rei vindi. l. si frumentum. §. finali.*

valet a. PP. Kalen. Iunij, Fusco. ij. & Dextro Coss.

Licet imperator legibus sit solutus, tamen viuere vult legibus: & ideo non admittitur ex imperfecto testamento. hoc dicit. Salyc. Vel sic: Si testamentum est imperfectum, nō valet: etiam si princeps in eo sit institutus. Alex.

III. *Idem A. Antigono.*

EX imperfecto testamento nec imperatorem hereditatem vindicare posse, sæpe constitutum est b. † Licet enim lex imperij c * solennibus iuris imperatorem soluerit: nihil tamen tam proprium imperij est, quàm legibus viuere d. PP. XI. Kalend. Ianua. Lupo & Maximo Coss.

Error in nomine proprio vel appellatiuo, seu designatiuo singularis rei vel personæ, non officit testamēto, nisi reddat dispositionem omnino incertam. h. d. Bald. Vel sic: Falsa demonstratio non vitiat, si de corpore constat. Alexand.

IIII. *Imp.* GORDIAN. A. *Rufino.*

SI in nomine e, vel prænomine, seu cognomine f, [seu † agnomine] testator errauerit, nec tamen de quo senserit, incertum sit: error huiusmodi nihil officit veritati. PP. XII. Kalend. Ianua. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Adseueratio alterius non facit filium eum, qui non est: & quod relinquitur alicui vt filio, non debetur si appareat illum non fuisse filium. Alex.

V. *Impp.* VALERIANVS & GALLIENVS AA. *Lucillo.*

NEque professio g, * neque adseueratio † nuncupantium filios qui non sunt, veri-

NEque *professio.*] CASVS. Si Titium filium tuum adseuerasti, nec erat, & cum tanquam filium in testamento instituisti: an valeat testamentum, quæritur? Respondeo quòd non, nec heredis institutio. Viuian.

g ¶*Neque professio.* scilicet patris.

h *Præiudicat.* vt per hoc probentur filij: *vt instit. de adop. §. fina. & supra de prob. l. non epistolis. & l. non nudis. & ff. de libe. ag. l. j. §. Iulianus.* Sed contra. *ff. de proba. l. fin.* sed præsumptionem faciunt, vt ibi diximus.

i ¶*Non deberi.* *vt infra titu. j. l. si pater. & ff. de heredi. instit. l. quotiens in princ.* ¶Sed contra. *ff. de hered. instit. l. nemo. §. qui frater non est.* Sed ibi sciens non fratrem diligens vt fratrem, instituit heredem. & *sic respon. infra titu. proxi. l. non ideo.*

VErba.] CASVS. Si mater tua donationem inter viuos fecit: & in testamento se non donasse adseuerauit, an veritati

† Vt à Pertinace, *Inst. quib. mod. testam. infirm. §. vlt.*
* Legem imperij vocat quam Vlp. legem regiam quæ de imperio principis lata est, quod ad tempora Augusti referendum puto, tametsi non desunt qui à Romulo latā primum contendant ex Liuio *lib.* j. *sed falso.*
a Lex Regia quæ fuerit.
b Quando aliquid fit à principe, secus si à priuato: licet conferat in principem. Pau. & Ias.
† Ista verba seu agnomine, in quibusdam etiam meis manu scriptis desunt in aliis autem adsunt: vt & § si in nomine. Instit. de legatis porro ea Ant. Aug. *lib.* j. *emen. c. 8* ait expungenda tanquam à nouis Grammaticis adiecta quod non temere crediderim, cum Cicero & Sosipater Charisius eo vsi sint & ceteri veteres.
e v. Alciatum 4. *dispunctionū.* 1. vbi explicat quid sit proprium nomen.
d Error in nomine proprio cognomine aut agnomine non vitiat, si de corpore constet. v. tamen excepti. apud Soc. reg. 119.
e Proprij nominis secus si appellatiui. Bal. Pau. Alex. & Ias.
f Error in nomine appellatiuo generali vitiat, etiamsi de corpore constet. v. tamen exceptiones apud Socinū regul. 120 adde l. m. ff. qui in fundo vendendo & ibi glos. de legat. j.
* de professione sa centum intellige.
† Cont. Gl. s. in ca. per tuas. extra de proba.

præiudicetur, scilicet quòd magis reuocetur donatio? Resp. quòd non. Viuianus.

k ¶*Donasse.* & in veritate donauerat, scilicet inter viuos: & tunc nullo modo veritas perstringitur. a Vel dic causa mortis. & tunc licet actio sit, vnde veritas non perstringitur, obstat tamen exceptio: quia se heredem velle liberare ostendit. *vt infra de falsa causa adiec. l. j.* secundùm Io. Sed econtra si se donasse diceret aliquid certum, vim habet relicti: *vt ff. de donation. l. ex hac scriptura.*

l ¶*Se aliter.* quia donauit. Accurs.

m ¶*Non perstringunt.* testatoribus enim obtemperatur, non etiam creditur: *vt ff. ad Silan. l. si quis in graui. § j.* Sed nónne voluntates defunctorum sunt seruandæ: *vt in auth. de nupt. § disponat. colla. iiij?* Respond. sic voluntates dispositiuæ. sed hic dixit enunciando, non disponendo. sic *supra de proba. l. rationes. & communia. vtriusque iudi. l. scriptura. & in authen. de iurdur à mo. §. j. coll. v.*

tati præiudicat h: & quæ vt filiis testamenta relinquuntur, iuxta ea quæ à principib. statuta sunt, non deberi i certi iuris est. Accepta vj. Nonas Iulij, Valeriano & Galien. AA. iij. & ij. Coss.

Verba enūciatiua testatoris nō inducūt dispositionē in præiudiciū eorū quos grauare non poterat. Alex.

VI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. *Terentiæ.*

VErba testamenti, quibus mater vestra decedēs nihil se cuiquam donasse k significauit: si res se aliter l habeat, fidem veri non perstringunt m. PP. iij. Nonas Nouembr. Diocletiā. A. * & Aristobolo Coss.

Error scribentis veritati non nocet: ideo si appareat de voluntate testatoris, licet per errorem scribentis scripta non fuerit, habetur pro scripta. Alexand.

VII. *Iidem AA. Rufinæ.*

ERrore scribentis testamētum, iuris solennitas mutilari n nequaquam potest o, quādo p minus scriptum, plus nuncupatum † videtur. & ideo recte testamento cōndito, quanquam desit, heres esto q * consequens est, existente herede legata seu fideicommissa iuxta voluntatem testatoris oportere dari. PP. xvij. Kalen. Febr. ipsis. AA. iiij. & iij. Coss.

Propter necessitatem dispositio iuris interdum suspenditur: non autem in totum tollitur: hoc dicit. Salyc. & Alexand.

VIII. *Iidem AA. Marcellino.*

CAsus maioris ac noui cōtingētis ratione, aduersus r timorem contagionis, quæ f

ERrore.] CASVS. Si in testamēto tuo præsentibus septem testibus dixisti: Titius heres esto: & talis tabellio scripsit tantum, Titius: an infirmetur testamētum, quæritur? Respon. quòd non, sed valebit institutio heredis: & ex eo testamento legata debentur, & peti possunt.

n ¶*Mutilari.* Id est non valere.

o ¶*Potest.* vt infra eod. l. ambiguitates.

p ¶*Quando.* aliàs quamuis.

q ¶*Heres esto.* nō quòd hoc totum desit: sed deest, heres: aut deest, esto. sufficit enim scribere Titius heres, vel Titius esto. Non autem sicut dixit Pla. sufficit scribere solum heredis nomen, b puta Titius, licet hoc voluerit dicere per l. istam. Sed contra eum est. *ff. de hered. institut. l. j. §. fin. autem*

a Vel dic quòd hic deerat hoc totum, sed apposita erant alia æquipollentia verba: c puta hereditatis meæ dominus esto: *vt ff. de hered. instit. l. his verbis. in princip.* vel ita continebatur: Titius hereditatis meæ. d & ita deerat, heres esto. *& pro hoc facit ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. fina. & l. cum pater. §. cum imperfecta. & infra eodem l. testamentum.* ¶Nota ergo ex hac l. plus dici quàm scribi. vel aliter: *vt ff. de hered. instit. l. quotiens. §. j.* Sed contra. *ff. de iur. codi. l. fin.* Solu. ibi fuit omissa testatoris voluntate: hic scribentis errore. Accursius.

CAsus.] CASVS. Si testamentum septem testibus præsentibus commode inchoasti, & nondum completo vnum testium inuasit morb. caducus, & eo postea restituto rediit: & coram eo vel alio eius loco supposito testator profiteatur: an non obstante illo interuallo valeat minus testamentū, quæritur? Resp. quòd nō. licet enim ob talem necessitatem remissum sit eis vt conueniāt: non tamen est eis remissum ne redeant, sed redire debent: quia necesse est vt sufficiens numerus testium adhibeatur. Viuian.

r ¶*Aduersus.* id est propter.

f ¶*Quæ.* scilicet contagio.

* al. A. III.
a Quod testibus probari possit ille testator hoc testamentum condidisse sit inter extraneos, siue inter liberos. v. Gabrielem Paponem *decis.* 304.
† D. l. *amn.* I. & *S. f. prox.*
* l. *ff. de hered. instit.*
b Ista solutio est contra istū tex. Saly. Pau. Alex. & Ias.
c Ista so. est diuinatiua ad text. est tamen vera in se. Sal. Paul. Alex. & Ias.
d Ista etiā est diu natiua. Bartol. Bal. Alex. & Ias.

Talis.

testes deterret [a], licet aliquid de iure laxatú est: nõ tamẽ prorsus [b] reliqua [c] testamentorú solẽnitas perẽpta est. Testes enim huiusmodi morbo oppressos eo tempore iungi [d] atque sociari [e] remissum est [f]: non etiá conueniendi numeri eorum obseruatio sublata est. Dat. xvj. Kalẽ. Iul. ipsis iiij. & iij. AA. Coss.

Testes adhibiti ad testamentum, debent esse in præsentia testatoris, & vno & eodem contextu fungi officio testiũ, nisi ex priuilegio patria concesso aliud permitteretur: & non valeret rescriptum propter quod rescinditur testamentum iure factum: & non vitiatur testamentum, licet per alium fuerit subtractum. hoc dicit cum duabus ll. seqq. Alexand.

IX. Iidem AA. Patrolia.*

SI non speciali priuilegio [g] patriæ tuæ iuris obseruatio relaxata est, & testes non in conspectu [h] testatoris [i] testimoniorũ officio [k] functi sunt: nullo iure [l] testamẽtum valet. PP. X. Kalẽ. Iul. ipsis iiij. & iij. AA. Coss.

Testamentum iure perfectum nõ rescinditur per rescriptum. Salyc.

X. Iidem AA. & CC. Menophelino.†

SI testamentum iure factum sit, & heres sit capax: auctoritate rescripti nostri [m] rescindi non oportet. Dat. XV. Kal. Aug. AA. Coss.

Furtum non vitiat testamentum subtractum. h. d. Vel sic: Vitium furti, vt extrinsecum, non habet vitiare testamentum. Salyc.

XI. Iidem AA. & CC. Zenoni.*

NOn idcirco minus iure factum testamentũ suas obtinet vires, quòd post mortẽ testatoris subtractũ [n] probatur. S. Dat. Prid. Id. Nouẽb. AA. Coss.

Defectus solennitatis facit totum testamentum deficere: rasura vero vel interlineatura aut cancellatio non dicitur defectus solennitatis: ideo non facit testamentum deficere. & si quæratur an deficere faciat partem illam quæ cancellata reperitur, distinguitur, an fuerit cancellata à testatore ex proposito: & tunc facit deficere: secus si per inaduertentiam, vel ab alio extraneo. h. d. cum suppletionibus opportunis. Alexand.

XII. Iidem AA. & CC. Matronæ.

SI vnus de septem testibus defuerit, vel coram † testatore omnes eodem loco testes suo vel alieno annulo [o] nõ signauerint: iure deficit testamentum. De his autem quæ interleta [q] siue suprascripta dicis, non ad iuris solennitatem, sed ad fidei [r] pertinent quæstionem: vt appareat [s] verum testatoris voluntate emendationem meruerint, vel ab altero inconsulte deleta sint, an ab aliquo falsò [t] hęc fuerint cõmissa [u]. S. Dat. Prid. Nou. Iulij. Philippop. AA. Coss.

Nemo potest facere quo minus leges in suo testamento locum habeant. Alexand.

XIII. Iidem AA. & CC. Eurybidæ.

TEstandi causa de pecunia sua [x], legib. certis [y] facultas est permissa: non autem iurisdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare cuiquá permissum est.

Qui heredes facit, videtur velle testari. Vel sic: Rei qualitas, agẽtis intentionem demonstrat. Bald. Vel sic: Qui heredem instituit, vel filium exheredat, censetur voluisse testari, & non codicillari: & ideo si talis dispositio non valet vt testamentum, non valebit etiam vt codicilli. Alexand.

XIV. Iidem AA. & CC. Achilleo.

NOn codicillũ [z], † sed testa-

a ¶ *Testes deterret.* timorem infert aliis.
b ¶ *Prorsus.* quin valeat testamentum.
c ¶ *Reliqua.* præcedens. aliis reliqua, id est facienda.
d ¶ *Iungi.* id est disiungi.
e ¶ *Sociari.* id est dissociati.
f ¶ *Remissum est.* id est concessum est eis dissociari: dum tamen statim vel ipsi iidem redeant: *vt ff. eodem. l. qui testamento. §. fina. & l. heredes. §. fina.* vel si necesse erit, alij supponantur, qui interrogabũt testatorem an habeat rata præcedentia: & sic procedetur in testamento: vt infra e. l. cum antiquitas. §. fin autem. ADDITIO. Ex hac l. no. secundum Baldum quòd sacerdos propter superuenientes excommunicatos officium missæ potest suspendere.

SI non.] CASVS. Heres Titius institutus dicebat testamentum esse validum, & producebat testes, qui tamẽ non fuerũt præsentes quãdo factũ fuit testamentum, sed tantum recitari audierunt, & ex animi sui iudicio hæc disposita esse dixerunt, recitato tamen prius testamento: an valeat tale testamentum? Dicitur quòd non. Viuianus.

g ¶ *Si non speciali priuilegio.* ab imperatore cõcesso, in quo dicatur, non obstante: [a] *l. supra de inoff. testa. si quando. in princip.*

h ¶ *In conspectu.* testes coadunati eodem tempore.

i ¶ *Testatoris.* dic de hoc vt infra eodem. *l. si vnus.* Accurs.

k ¶ *Officio.* scilicet audiendo testatorem, sigillando & signando.

l ¶ *Nullo iure.* speciali vel communi: *vt hic, & infra eodem. l. si vnus. & ff. eo. l. penult.*

SI testamẽtum.] CASVS. Fecisti testamẽtum, & in eo extraneum filio ex causa exheredato instituisti. non obstante principis rescripto valebit testamentum: nec rescinditur à filio. Viu.

m ¶ *Rescripti nostri.* etiam si eo accedamus: *vt s. de preci. impe. off. l. rescripta.*

NOn idcirco.] CASVS. Testamentum fecisti, & decessisti. subtractum est testamentum. an ob hoc vitiosum sit, quòd furtiuũ sit factum, quæritur. Resp. quòd non. ratio dubitationis erat: quia videbatur vitiosum, quia furtiuum. sed tale furtum non facit ipsum non valere: sed tantum falsitas: vel si sit minus solenne. Viuian.

n ¶ *Subtractum.* vnde videbatur vitiosum: *vt insti. de vsucap. §. furtiuæ.* sed hoc vitium non nocet quo minus valeat: *vt hic, & ff. de bon. poss. secundum tab. l. j. §. sufficit.*

SI vnus.] CASVS. Si nõ iure testaris, quia sex testes adhibuisti, vel vij. sed tñ sigillis suis vel alienis nõ signabãt: nõ valet testamentũ. Sin autẽ iure testatus es, sed aliqua litera in testamẽto cãcellata est, & etiã vel suprascriptũ vel additũ, an illi testamento adhibẽda est fides, quæritur? Dicit quòd iudex inspicere debet an aliquid per testatorem fuit emẽdatum, vel aliquid deletũ &c. quid autem iuris sit, non dicit. Tu dic quòd quando testator noluit emendare, non valet quod deletum est: in aliis valet. Viu.

o ¶ *Annulo.* id est sigillo.

p ¶ *Testamentum. vt s. eo. l. si non speciali. & j. eo. l. hac consultissima. in prin.* quod de anulo dicit, constat omnes vno posse signare: *vt insti. eo. §. possunt similiter. & vij.* Sed an duob. vel trib. dubitant aliqui. sed dico quòd possunt.

q ¶ *Interleta.* id est cancellata. aliàs intersignata. Accurs.

r ¶ *Fidei.* vt si verbũ illud est deletum, super quo erat vis quęstionis, non adhibeam ei fidẽ: *vt ff. de fide instru. l. ij.* nisi secundum quòd hic statim distinguitur: si autem alibi, valeat: *vt s. de transac. l. si ex falsis.*

s ¶ *Vt appareat.* id est inquiratur ad hoc vt pateat quid iuris sit: & hoc quãdo deletum est verbũ de quo est quæstio.

t ¶ *Falsò.* dic nominaliter, vel aduerbialiter.

u ¶ *Commissa.* an aliquo casu: *vt infra eo. l. penultim.* In primo casu quando voluit testator emendare, non valet: aliàs valet: *vt hic, & ff. de his quæ in testamen. delen. l. j. §. j. in prin. & de bono. possess. secundum tab. l. j. §. si rosa. & ff. eo. l. ad testium. §. si igitur. & ff. si tabu. test. nul. ext. l. j.*

TEstandi.] CASVS. Licet pecunia tua sit in qua testari vis, non ob hoc quocunq; modo volueris testandi habes facultatem. sed secundum formam iuris seruatam, quam mutare non potes, nec iuri publico derogare.

x ¶ *De pecunia.* videbatur quẽ posse testari de suo vt vellet: *vt ff. ad l. Falcid. l. j. in princ.* Sed est intelligendũ legitime.

y ¶ *Certis.* id est certis obseruationibus & solennitatibus à legibus inductis. non autem derogare est permissum: *vt & supra de inoffi. testa. l. si quando. in princip. & ff. de lega. j. l. nemo potest. & de admini. tut. l. quidam decedens.* Sed argu. contra. *ff. de lega. ij l. codicillis. §. fina.* ADDITIO. Dicas quod ibi erat solennitas sufficiens ad codicillos: ideo valet iure codicillorum.

z ¶ NOn codicillum.] [a] Pone. Legatarius petebat legatum: heres dicit non valere testamentum, quia tantum quinque testes fuerunt. replicat legatarius quòd fuit codicillus. duplicat heres, quòd testator voluit testari: quod patet per institutiones & exheredationes, quæ fiunt tantum in testamẽto: *vt ff. de iur. codicil. l. illud. §. tractari. & j. de codicil. l. si idem. §. fi. & insti. de codici. §. pe.* vnde non [b] valet vt codicillus: *vt ff. de iur. codi. l. j.* cum hoc ibi dictum non sit: *vt j. de codicill. l. fi.* ¶ Item no. quòd eligendo vnum, scilicet testari: videtur renunciare codicillis: qui sunt in contrarium. sic *& ff. de leg. cõ. l. post diem. & j. de repudi. hered. l. fi. §. fi.* Sed arg. contra. *ff. de seruitutib. l. si tam angusti.* ADDITIO. Ibi vnum erat sub altero: hic verò vnum erat alteri contrarium. Bal.

QVoniam.] CASVS. Ad hoc quòd testamentum valeat, non refert an verbis indicatiuis vel imperatiuis, in nominatiuo vel accusatiuo fuerit heredis institutio facta: ita tñ vt ex ea testato-

† v. l. g. s. eod.

* pacuochię.

† Menophilio, aliàs Menno Philino.

a Notandũ Glos. secundũ Lud. & Corn. quòd speciali iuri cõtrarium debet habere clarã derogatoriã.

a in testamẽto necesse est vt testes videant testatorem, vt hic. & l. si vnus. j. eo. l. adeò vt de auditu solo testimonium non admitterentur, reprobata Gl. in l. 1. ff. eadem Labeo ff. de aqua pluuia. Quia in contrarium iuris esse putant in codicillis & donatione causa mortis, vbi non ita magna solennitas requiritur. v. plenius de hac quæstione apud Cepollam cautela 130. v. De quantitate & dispositione, verũ testimonium de auditu admittatur in testamento, in matrimonio, contractibus vel quasi, maleficiis vel quasi. adde Mathesilanũ sing. 131.

* Zepho.

a Adde quędã ad hãc legem ex Socino Regul. 169. fallent. 3. 4.

† Sic singulari quoque numero dixit Iust. l. 18. j. eo. cũ Caius plurali semper numero dicat. l. non est sine liberis. de verbo. sign.

b Testamentũ non valet vt testamentũ non valet, vt codicillus, nisi sit dictum. v. plura apud Socinum. reg. 398.

ris voluntas appareat. Item nec necesse est vt eodem momento inchoetur & compleatur, quod olim forte fuit obseruatum, sed quibuscunque verbis, vel in quacunque charta ordinandi testamentum habeat facultatem.

a Imaginarius vsus.

a ¶ *Imaginarius.* quia imaginem a veritatis habent, non veritatem.

b Verba directa, pro indicatiuis. c Verba inflexa quid.

b ¶ *Directis.* id b est indicatiuis.

c ¶ *Inflexis.* inflexa c dicuntur omnia nomina in omnibus suis casibus, præterquam in nominatiuo.

d ¶ *Momenta.* scilicet obseruari: vt in quibus momentis cœperit, & compleat.

d Seminecis vel semimortui. e Solennitas verborum sublata.

e ¶ *Seminecis.* id d est semimortui: sic ergo solennitas e verborū tollitur: *vt ī de formul.l.j. & ŷ. & infra eo.l.testamentis.*

f ¶ *Materia.* membranis vel chartis: *vt hic. & institut. eod. § nihil. & ff. de bonorum possessione secundum tabul.l.j. respon.*

† Postl. in legatis ĵ. de legatis. Euseb. lib. 4. de vita Constantini meminit huius legis, qua ait Constantinū sustulisse ἀμφισβητησίαν seu diligentiā & thēdorum verborum in testamenti. *Leg. & tem elpatione familiæ. Cuia. l.t. ff. de testamentis. Hinc in fragmentis Vlpiani non refertur eius formula.

mentū auiā vestram facere voluisse, institutio & exheredatio facta probant euidenter. Subscri. Idib. Decemb. CC. Coss.

Hodie in institutione heredis non requiritur solennitas verborum: sed sufficiunt qualibet verba voluntatē testatoris exprimentia, siue imperatiui modi, siue indicatiui: aut directa, aut obliqua. Alexand.

XV. *Imp.* CONSTANTIN. † A. *ad Populum.*

QVoniā indignū est ob inanē obseruationem irritas fieri tabulas & iudicia mortuorum. placuit, ademptis his quorū a imaginarius a vsus est, institutioni heredis verborū non esse necessariā obseruantiā, vtrū imperatiuis & directis b verbis fiat, aut inflexis c. Nec enim interest si dicat, [heredē facio, vel instituo] vel volo, vel mando, vel cupio, vel esto, vel erit: sed quibuslibet confecta sententiis, vel in quolibet loquendi genere formata institutio valeat, si modo per eā liquebit voluntatis intentio. Nec necessaria sunt momenta d verborum, quę forte seminecis e & balbutiens lingua profudit. Et in postremis ergo iudiciis ordinādis amota erit solenniū verborū necessitas: vt qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunq; instrumēti materia f cōscribere, & quibuscunq; verbis vti, liberā habeant facultatē. S. Dat. Kal. Febr. Serdicæ. Cōstātio. A. II. & Constante. A. CC. Coss.

Dignitas instituti vel legatarij nō vitiat institutionem vel legatum: & approbatio heredis approbantis testamentum non solenne facit ipsum ad præstationem compelli. Alexan.

XVI. *Imppp.* GRATIANVS, VALENTIN. & THEOD. AA. A. *Eutropio P.P.*

NOn dubium. Sicut principi relinqui potest in testamento, vel heres institui: ita alijs in dignitate positis potest: videbatur quòd non: quia diuitibus relinquere non oportet. contrarium tamen videtur verum. an autem heres in minus solenni testamento institutus ex quo legata non debentur, si sciens ea soluerit, repetat, quæritur? Respond. quòd non repetet: quia tametsi essent indebita iure ciuili, erant tamen debita iure naturali.

f Voluntate testatoris agnita soluendo vel promittendo ea certa scientia, implenda est, licet legibus nō sit fabricata. V. Mantuan. de coniectura. adde etiam Mathesil. sing. 123.

g ¶ *Posse.* non f videbatur testator sanæ mentis, qui talibus vel tam diuitibus relinquebat: sed tamen valet: *vt hic, & ī titu. j l. cum heredes. & l. si quis.*

h ¶ *Voluntas.* codicillis declarata, quando intestatus decessit.

i ¶ *Agnouerit.* scilicet soluendo, sciens voluntatem non valere: *vt ĵ de fideicom. l. ij. & l. si veritas.* Vel alimenta per triennium: g *vt in eod. titu. l. j.* Vel promittendo sciens similiter non valere: *vt hic, & infra ad leg. Falcid. l. fin.* Alioquin si extra iudicium dicat, approbo quod fecit pater meus: non promittendo vel soluendo, non præiudicat sibi: *vt ī. de iur. & fac. igno. l. si post diuisionem. & l. cum testamentum.* ¶Sed nūquid si vnum in totum soluit, in aliis sibi præiudicat? Respon. nō. *arg. ī ne vxor pro ma. l. si & ī. de excu. tu. l. voluntaria.* Nec obstat auth. *sed cum testator. ĵ. ad l. Falcid.* quia loquitur ibi cum testamentum valuit, h licet nimium esset grauatus heres.

g Illi duo intellectus sunt in se veri: sed non congruūt litteræ. Accu. Bal. Pa. & Ias.

h Heres si ex solenni testamento integrum legatū quibusdam legatariis soluit, aliis integra soluere cogitur. secus si vbi es non solenni testamento soluit. adde Bartolū Nouel. l. si verbo expressim.

k ¶ *Implendi.* quando non soluit.

TEstamentum.] CASVS. An verborum geminatio infirmet testamentum, quæritur? Respon. quòd non: verbi gratia: si testator dixerit, Valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, cum superflua &c. Viuian.

l ¶ *Hoc.* scilicet testamentum.

m ¶ *Deficiens.* i. testator: vt quia dicit. Vel iure testamenti valeat, vel iure codicillorum: *vt ĵ de codicil. l. fin.*

n ¶ *Prætermissa.* quod fit, dum laboro fieri breuis: *vt ĵ. de app. l. ſīaa. §. in refutatoriis.*

o ¶ *Contractum.* i. aliquos: non autem testamentum vocat contractum: a quia de eo specialiter subiicit, & quia verba contraxerunt: &c. *vt ff. de verb sign. l. verba.*

p ¶ *Officiunt.* i. nocent.

q ¶ *Voluntati.* vt diximus. ī. eo. l. errore. in fi.

a Contractus appellatione non venit testamentum, nec contra. Bal. Pa. & Ias. adde Tiraquel. in legibus connubialibus glos. 5. num 53.

NOn dubium nec incertū est, sicut imperatoribus, ita qualibet dignitate vel potestate decoratis viris, tam hereditatē, quam legatū seu fideicommissum relinqui posse g. Illud etiā adiiciendum est, vt qui ex testamento vel ab intestato heres extiterit: etsi volūtas h defuncti circa legata seu fideicōmissa seu libertates legibus nō sit subnixa: tamē si sua spōte agnouerit i, implēdi k eā necessitatē habeat. S. Dat. Iul. Thessalonicæ, Gratiano. V. & Theodosio. AA. Coss.

Superflua non vitiant: sed omissio necessariorum omnem dispositionem vitiat. Alexan.

XVII. *Impp.* ARCA. & HONOR. AA. *Aeternali proconsuli Asiæ.*

TEstamentū † non ideo infirmari debebit, quod diuersis hoc deficiens m nominibus a appellauit, cum superflua non noceant. Nanque necessaria prætermissa n imminuunt contractus o, & testatoris officiunt p voluntati q, non abundans cautela r. Dat xij. Kalend. April. Arcadio. iiij. & Honorio. iij. AA. Coss.

Insinuatio facta corā nō cōpetenti iudice, non tenet. Bal. Vel sic: Publicatio testamenti fieri debet corā magistro census in vrbe: & si fieret corā alio iudice: tanquā corā incompetenti facta non valeret. Alexand.

XVIII. *Iidem AA. Africano præf. vrbi.*

TEstamēta omnia s, † cæteráq; quæ apud officiū censuale publicari solēt t, in eodē loco reseruēt, nec vsquā pmittat fieri vlla translatio u. Mos x nāque retinendus est fidelissimæ vetustatis: quem y si quis in hac vrbe voluerit mutare, irritam z

r ¶ *Cautela.* duas nor. regulas. ¶Prima, quòd abundans cautela vel superfluitas non vitiat contractum: *vt hic, & ff. de negotiis gest. l. si pupilli. §. j. & ff. de regu. iur. l. non solent. & de verbor. obligat. l. quæ extrinsecus.* Secunda, vt idem sit in testamento: *vt hic, & ff. de adimen. lega. l. si seruo. in fin. & infrà de institu. & substitut. l. reprehendenda. in fin. prima falsit. ff. de regul. iur. l. Aelium. & fideius. Græce. §. si quis Stichum. & l. fideiussor. obligari. §. j. & ff de seruitu. l. pro parte §. fina.* ADDITIO. Dic quòd in illis legibus est superfluitas vitiosa contra formam & naturam actus, hic vero non. Alexan. & Iason.

TEstamento.] CASVS. Si testamentum debeat publicari, coram quo iudice facienda sit publicatio? Respond. quòd coram magistro census: nec coram alio, & hoc de antiquiori consuetudine, quæ si immutetur, morientium mutabitur iudicium. Vel sic: Cum quis haberet testamentum in quo fuit scriptus heres, per quod posset docere de institutione sua, si forte timeat ne deficeret, vel quia corrosum erat, vel vetustum: & velit illico publicari ad perpetuam rei memoriam: coram quo iudice fieri debet, quæritur? Dicitur quod coram magistro census.

† Ex Cod. Th. lib. 4. tit. 4. l. 1. vbi etiam additur esse testamentum, quo testes ... a Nullum nomen tam ei proprium est q. à testamento.

† Ex Cod. Th. lib. 4. tit. 4. l. 4.

s ¶ *Testamenta omnia.* in scriptis ergo & sine scriptis: *vt ī. l. ij. dixi.*

t ¶ *Solent.* vt donationes & similia: *vt infra de dona. l. secundam diui.*

u ¶ *Translatio.* vt apud alium iudicem publicentur: a *vt hic, & d. l. secundam diui. & infra eod. l. consulta. &* b *supra de epis. & cler. l. repetita.* Sed hodie videtur coram defensore ciuitatis: *vt in authen. de defen. ciui. §. nulla. colla. iij. quæ est contra.* Solu. hæc lex cum prædictis concor. in ciuitate Romana dicit, & Constantinopolitana: illa in prouinciis & extra vrbem: *vt ĵ. de don. l. in hac.* Sed contra *ĵ l. proxi. in princ.* Sed expone vt ibi.

b Nisi magistratus censui esset absens. Alexand.

x ¶ *Mos.* id est consuetudo.

y ¶ *Quem.* scilicet morem.

z ¶ *Irritam.* non tamen erit irrita: *vt ĵ. eod. l. consulta.*

OMnium.] CASVS. Si testamentum fecisti, & illud principi insinuasti an ob id solenne dici possit, testibus non adhibitis, quos adhiberi in testamento necesse est, ac si corā quouis iudice præsentibus septem testibus conditum sit? Respond. quòd sic. An autē minus valeat, quòd super hoc rescriptū principis nō habuisti, quærit? Respō. quòd non. An autē post audientiam tibi à principe præstitam mutare possis voluntatē, quæritur? Dic quòd sic: cum iudicium

iudiciū tuū principi insinuatū, ita firmum est, si id confirmaueris, & vltimū sit. quod probabitur eo ipso quòd non probat̄ contrarium, scilicet quòd aliud nō fecisti: nec necesse est quòd successor tuus iudicē adeat causā petendi bonorū poss. quia sola voluntas sufficit illius in adeunda hereditate. poterit ergo qui testari voluerit, & potuit lege nō prohibēte, heredē principi declarare: nec timere debet heres, si ꝓbare possit voluntatem sic principi oblatā fuisse: ne aliud sibi aduersetur. s. quòd nō sit capax, vel possit testamentum per querelam inoff. irritari, vel quòd testamentum non possit facere defunctus &c.

mortuorū videri faciet volūtatē. Dat. XII. Kal. Octo. Constātinop. Cæsario & Attico Coss.

Testamentum factū corā principe, seu principi per oblatas preces insinuatum, valet tanquā solennissimū, etiam sine solennitate testiū, licet princeps ad supplicationem nihil rescripserit, dum tamen illud testamentum sit vltimum: & heres scriptus in eo potest nedum bonorū possessionē ex eo agnoscere, sed etiā hereditatē adire, & omnia facere quæ scriptis heredibus competunt: dummodo testator habuerit factionem testamenti, & nullus alius defectus interuenerit quàm numeri testium: requiritur tamen quòd per alios testes probetur quòd principi fuerit insinuatum testamentū, si de hoc dubitetur. h. d. Alex. post Bal. & Sal.

XIX. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Ioanni p. p.*

OMniū † testamētorū [a] solēnitatē superare videt̄ [*], qđ insertū mera fide precib[b] inter tot [c] nobiles, ꝓbatásq. personas, etiā cōsciētiā principis tenet̄ [*].

Sicut ergo secur [d] erit, q. actis cuiuscūq. iudicis, aut municipū, aut auribus priuatorū mētis suæ postremū publicauit [e] iudiciū: ita nec de eius vnquā successione [f] tractabitur, qui [g] nobis medijs [h], & toto iure (quod in nostris est scrinijs constitutū) teste [i] succedit.

Nec sanè illud heredibus nocere permittimus, si rescripta [k] nostra nihil de eadē voluntate responderint [l]. Voluntates etenim hominum audire volum[*], nō iubere ne post sententiā nostrā [m] inhibitū videat̄ cōmutationis arbitrium: cū hoc ipsum quod per supplicationē nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si vltimū cōprobetur [n], nec contra iudiciū suū defunctus postea venisse detegat̄. Ne quid sanè prætermisisse credamur: huiusmodi institutionis successoribus designatis, omnia quę scriptis heredib[o] cōpetūt, iubemus eos habere, nec super bonorū [o] possessionis petitione vllā cōtrouersiā nasci: cū proꝗ herede agere cūcta sufficiat, & ius omne ipsa cōplere [p] aditio videatur. Omnibus etenim præstandum esse censemus, vt libero arbitrio, cui [q] testādi facultas suppetit, successorē suū oblatis precibus possit declarare: & stabile sciat esse qđ fecerit. Nec institutus heres pertimescat, cū oblatas [r] preces secundū voluntatem defuncti idoneis testibus [s] possit approbare, si ei [t] alia nocere nō possunt [u]. Dat. XII. Kal. Mart. Rauennæ, post cōsulatū Honorij. VIII. † & Theodosij. V. AA.

Testamentum primum validum non rumpitur per aliud sequens nō solenne, licet in ipso sequenti fuerit scriptus heres princeps, vel alius vir magnæ potentiæ. hoc dicit secundum intellectum gloss. & Bart. sed secundum alium intellectum quem approbant omnes alij doctores. h. d. Testamentum in scriptis solenniter conditum, non tollitur per sequens etiam solenne sine scriptis cōditum, in quo princeps vel alius potens diceretur institutus. Alexand.

XX. *Eorundem AA. edictum ad populum vrbis Constantinopolitanæ, & omnes prouinciales.*

NOlumus cōuelli deficiētium scriptas iure ac solenniter voluntates [x], dū quoddam morientis supremum, & non scriptum [y] † processisse cōfirmatur [z] arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere.

Omnibus [*] enim priuatis & militantibus interdicimus, ne huiusmodi perhibeant [a] testimonia: & falsi criminis reos teneri præcipimus, si cū scriptę iure ac solenniter deficientiū extiterint voluntates, non scriptum aliquid sub nostrorū nominū mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus heres, vel legibus ad successionem vocatus, nostrū, vel potentium nomen horrescat: nemo ferre testimonia in hunc modum, vel suscipere [b] in gestis huiusmodi voces audeat nostro vel etiam priuatorum potentium nomine.

a ¶ *Omnium testamentorū.* Sic construe. id testamentū, quod tenet cōscientiā principis, inter tot nobiles probatásq. personas: illud dico insertum mera fide.

b ¶ *Precibus.* scilicet de quo fit mentio in libello precum porrectarum principi, vt ipse interueniat, videtur superare &c. Ego aliter cōstruo: omnium testamentorum solennitatem superare videtur, subaudi id testamentum, quod tenet etiam conscientiam principis, subaudi, existentis inter tot &c. insertum precibus: subaudi, factis mera fide, id est bona fide.

c ¶ *Inter tot.* q. d. multas: [a] quia princeps non potest esse sine multis, sicut nec episcopus: *vt in authent. quomodo opor. episcopos. §. illud. colla. j.*

d ¶ *Securus.* scilicet heres.

e ¶ *Publicauit.* id est manifestauit, [b] siue condidit: & sic non est contra ꝫ. *eo. t. proxi.* a Alij dicunt [c] loqui hic extra vrbem: ibi in vrbe, vbi est magister census.

f ¶ *Successione.* actiue. id est de successione heredis, qui succedit.

g ¶ *Qui.* scilicet heres.

h ¶ *Medijs.* id est imperatore præsente.

i ¶ *Teste.* id est testificante. sic *instit. de pub. iud. §. item lex Cornelia de sicarijs. ibi, vltore ferro.*

k ¶ *Rescripta.* id est si nostra voluntas.

l ¶ *Responderint.* id est licet non approbauerimus.

m ¶ *Nostram.* quæ per præsentiam colligitur.

n ¶ *Comprobetur.* quod [d] est eo ipso, quòd [e] non probatur contrarium: vt hic subiicit, nec &c. sic *ꝫ. t. tit. j. l. fi. se.*

o ¶ *Bonorum.* i. non est necesse [f] vt successor adeat iudicem causa petendæ bonorum possessionis: quia sufficit sola voluntas.

p ¶ *Complere.* quantū ad acquisitionem dominij, plene datur per testamentum, plenius per mortem, plenissime per aditionem.

q ¶ *Cui.* id est quibus. de plurali autem transit ad singulare. *sic ꝫ. de in ius voca. l. fina.*

r ¶ *Oblatas.* ipsū venisse & se institutū esse heredē, secundū Azo.

s ¶ *Testibus.* ex hoc videtur quòd solus [a] imperator non sufficeret: *vt hic, & ꝫ. de testi. l. iurisiurandi.* quod verum est [b] secundū Azo. & H. a Sed quidam dicunt solum eum sufficere, & quædam verba in hac l. illud velle videtur: *vt ꝫ. eod. in princip. ibi, qui nobis &c.* & quod hic dicit, non obstat: quia non exigitur iudicium defuncti testibus probari: sed preces principi porrectas, secūdum defuncti voluntatē. Quid ergo secundum primos operatur imperator? Respond. quòd testamentū habetur pro publicato: *vt ꝫ. ea. l. ibi, sicut ergo &c.* vnde licet amittatur originale, nihilominus tamen potest adiri hereditas ex eo, ac si esset publicatum [c] corā magistro census: quod non esset aliàs: *vt ꝫ. de cad. tol. l. e. §. & cum triplici.* Item quia non habet necesse petere bonorum possessionem, licet sit talis qui etiam iure nouo non admittatur sine ea: *vt habes in casu. ff. de iniust. rupt. test. l. posthumus. &* aliàs *vt no. ꝫ. vnde cog. l. fi.* item sufficiunt hic duo testes: *vt no. infra eod. l. hac consultissima.*

t ¶ *Ei.* heredi.

u ¶ *Non possunt.* nec querela inofficiosi testamēti, nec cōtra tabulas, & potuit testari defunctus, & heres est capax.

Nolumus.] CASVS. Si iure testamētum, factum sit, & heredes instituti: & si principi fuerit per alium suggestum quòd in minus solenni testamento heres sit institutus: an eo ipso quòd princeps in minus solenni institutus est [*], irritatur prius solenne per consequens non solenne? Respond. quòd non: sed suggestori faciendi testamentum facultas interdicatur, & falsarius iudicatur nec timeat heres institutus, nec iudex talium testimonium audiat: nec potentium nomina recipiat.

x ¶ *Voluntates.* per non solennes, vt subiicit.

y ¶ *Scriptum.* non solenne: aliud si esset solenne, licet non scriptum: *vt ꝫ. eod. l. ex imperfecto & instit. quib. mo. testa. infir. §. fina.*

z ¶ *Confirmatur.* ab aliquibus qui volūt nobis blandiri: & forte non erat verū, vt locū habeat quod sequitur de pœna falsi: idē tamen si esset verum, ex quo non est solenne. vel confirmatur. i. dicitur.

a ¶ *Perhibeant.* i. dicimus vt non perhibeant.

b ¶ *Suscipere.* aliquis scilicet iudex.

[Marginal notes, left:] a Ex hoc loco facilè potest colligi Glo. in §. vlt. in verbis testib. … imperatore & principe … † Nouā genus testamenti & veteribus incognitum … Theodosianum … in Nou. Theodosij … b Hæc expositio non cōgruit … c Et male A lex. & Ia. d Testamentorum pluralis … e Probat intelligitur … f Hæc Glo. … non posse agnoscere bonorum possessionem … Fulgo.

[Marginal notes, right:] a Dixi paulò antè de hac quæstione. b Imò est falsum. Bartol. Bald. Salyc. & Iaf. Imò sanè verum vt antè dixi. † Legendum VIIII. c Et benè. Bal. & Alex. d Hæc Gl. est sing. secundum Ang. … e Imò idem si esset solenne dum tamen sit nuncupatiuum. Cy. Bald. Ful. & Alex. licet Bart. Glo. sequatur. * Voluerunt impp. occurrere … * Ex Cod. Theod. lib. 4. tit. 4. l. 3. † al. adscriptū in Cod. Th. …

a v. ad hanc legem Socinū regul. 399. quæ incipit Testator.

HAc consultissima.] a CASVS. Si septem testibus adhibitis subscribentibus & signantibus testamentū fecisti, & id signatū, & ligatum ostēdisti: an ob hoc infirmari debeat, ꝙ ignorauerunt testes quæ in eo scripta sunt? Respond. quòd non, cū tu illud scripsisti, vel alius, & ei subscripsisti. Si autem literas ignorasti, & subscribere nequiuisti: adhibitis septē testibus cū scriptore, firmū maneat testamentum, etsi ea quæ in eo scripta sunt, testes ignorauerunt: nec necesse est ꝙ eodē tēpore inchoetur & cōpleatur testamentū, sed diuerso bene pōt. Ad hoc autē vt cōpleatur, & valeat, testes subscribāt & sigillent simul & semel: alioquin non valeat testamētū.] EX IMPERFECTO.] Si testamentum minus solenne condidisti, puta adhibitis duobus testibus, an valeat, refert an inter liberos factum fuerit, an admixta persona extranei. Primo casu valebit simpliciter: in secundo casu in persona extranei non valebit: in persona liberorum sic, & eis accrescit.

† Sumpta est hæc lex ex Nouell. Theodosij iuniore: quæ typis extant excusæ: vbi & integrior extat, quam vt cum hac lege conferanti ... operam danti ... con tinet enim elegantissimam præfationem, quæ totius legis ... adenda consilium & causam aperit.

* inclusam.

Dat. VII. Id. Mar. Constantino. Theod. A. vij. & Palladio Coss.

Testamentum in scriptis fieri debet secundum formam hac lege traditam. h. d. vsque ad §. ex imperfecto. Alex. concor. Bal. & Salyc.

XXI. *Impp.* THEODO. & VALENT. AA. *Florentio PP.*

HAc cōsultissima † lege sancim⁹ licere per scripturā[a] conficiētibus testamētū, si nullū scire volūt ea quæ in eo[b] scripta sūt, cōsignatā, vel ligatā, vel tantū clausam*, inuolutamq.[c] proferre scripturā, vel ipsius testatoris, vel cuiuslibet alterius manu conscriptā[d], eámq. rogatis[e] testibus septem numero, ciuibus[f] Romanis, puberibus, omnibus simul offerre signandā & subscribendā: dū tamē testibus præsentibus testator suum esse testamentū dixerit, quod offertur, eíque ipse corā testibus sua manu in reliqua parte testamēti subscripserit[g]: quo facto, & testib⁹ vno eodémq die ac tēpore subscribētibus & cōsignātibus, testamentū valere: nec ideo infirmari, ꝙ testes nesciāt quę in eo scripta sunt testamēto. Quòd si literas testator ignoret, † vel subscribere nequeat: octauo subscriptore pro coadhibito, eadē seruari decernim⁹. In oībus autē testamētis, quę pręsentib⁹ vel absentib⁹ testib⁹ dictant, superfluū est vno eodēq. tēpore exigere testatorē & testes adhibere, & dictare suū arbitriū, & finire testamētū. Sed licet alio tēpore dictatū scriptúmve pferat testamētū: sufficiet vno tēpore eodémq; die, nullo actu[h] [extraneo]* interueniēte, testes omnes, vide-

a ¶ *Per scripturam.* loquitur ergo[b] de testamento in scriptis, cuius secreta testes scire non oportet:[c] *vt subijcit* j. *ead. l. ibi, nec ideo &c. & ff. eod. l. qui testamento. §. fi.* sed aliud in nuncupatiuo: *vt* j. *ead. l. per nuncupationem.* quia testes debent scire quæ in testamento scribuntur.

b De testamento in scriptis. v. plenissimè Grassum *libro sententiarum. § Testamentū, quæst. 10. 11.*

c Si tamen sciens, non vitiatur. Fulg. P. & Ias.

Hęc legis particula corrigenda per l. 28. in eo.

b ¶ *In eo.* s. testamento.

c ¶ *Inuolutam.* s. in linteo: *vt ff. eod. l. ad testium. §. fi.* Alij dicunt inuolutam, id est valde obscuram, quasi obscuris verbis dictatam.

† i. scribere & literas pingere nesciat.

Hoc correctū per l. 28. § vlt. j. eod. in eo scilicet casu quo testator testamentum sua manu scripsit.

d ¶ *Conscriptam.* id est subscriptam. hoc quo ad nomen heredis corrigitur: quia testator debet illud manu sua scribere, si potest: *vt* j. *eod. l. iubemus. in prin.* sed & illa corrigitur per authe. ibi positam, & sic redditur ad istam.

e ¶ *Rogatis.*[d] *vt ff. eod. l. heredes. in fin. & infra de codicil. l. fin. §. fin. & in authen. de testi. § & licet. in fi. § coll. vij.* ¶ Item not. septem testes: & hoc regulariter. quandoque[e] enim octo, vt quando testator non subscripsit: vt *in fi. huius respo.* Item in testamento cæci: vt s. *titul. j. l. hac consultissima.* Item quandoque duo: vt s. *de testamen. militis. l. milites.* Item & quādo ipse princeps hoc indulsit: vt s. *eo. l. si non speciali.* Item & quando ipse princeps interfuit: vt *supra eo. l. omnium testamentorum.* Item quandoque quinque: vt *infra eo. l. fina.* j. Item quādo pater testatur inter filios, sufficiunt minus septem: vt *infra eo. §. ex imperfecto.*

* deest in vetere. & excusis anno 1542. Irrepserat autem ex glossis interlinearibus d. Pallis secundum aliquos in testatis ad pias causas. v. Tiraquell. priuileg. pia causa.

e In testamētis quot testes requirantur.

f ¶ *Ciuibus.* id est liberis hominibus. Item puberes, vt *subijcit: vt instit. eod. § testes autem.*

g ¶ *Subscripserit.* cōtra. j. e. l. *cum antiquitas. in fi.* Sol. illa corrigit istā, in casu. s. quando testator scripsit totum sua manu: in alio non.

h ¶ *Nullo actu.* scilicet alieno: *vt ff. e. l. heredes. in fi.* nisi ex necessitate: *vt infra eo. l. cum antiquitas. circa principium.*

i ¶ *Subscriptiones.* contra j. e. l. cum antiquitas. §. si tamen in quendam. vbi dicit & in media[f] parte testamenti fieri posse subscriptionem. Sed ibi est speciale. vel corrigit. a Vel dicit ibi de medio temporis, non de medio testamenti.

f Subscriptio verò in media parte actus vel instrumenti: an verò in fine vel principio esse debeat. adde Gl. Tiraq. de pace Constantia col. ... in verbo ... prosequitur.

k ¶ *Non subscriptum.* scilicet subscriptione testis: & debet contineri nomen testis & testatoris: & quilibet debet subscribere[a] pro se, non vnus pro alio: *vt ff eo. l. penul.* nisi in testamento rustici: vbi vnus pro alio subscribit: *vt infra eo. l. fi.*

l ¶ *Ex imperfecto.* scripto[b] vel non.

a Hinc colligunt iudicem non posse delegare testamentum deferendum testi nomine suo reliquis v. apud Lanfranc. 8. præs. num. 14. adde tamen l. ad egregias. ff. de iureiur.

licet simul, nec diuersis tēporibus suscribere signaréque testamentum. Finem autem testamenti subscriptiones[i] & signacula testium esse decernimus. Non subscriptum[k] autem † à testib⁹, ac nō signatū testamētū, pro infecto haberi cōuenit.

Testamentum imperfectum ratione solennitatis valet inter liberos tantum. Alexand.

Ex imperfecto[l] ante testamēto voluntatē tenere defuncti, nisi inter solos liberos[m] a parētib⁹ vtriusq; sex⁹ habeat, nō volumus. [Si vero in huiusmodi voluntate liberis alia sit extranea mixta psona: certū est eā volūtatē defūcti quātū ad illā dūtaxat pmixtā personā p nullo haberi, sed liberis accrescere.]*

Hodie testamentum in scriptis minus solenne inter liberos conditum, ita demum valet, si forma hic scripta seruatur: & tunc in eo legata & fideicommissa ac libertates quibuscunque relinqui possunt. Salyc. & Alexand. Ex No. 107.

IN AVTHENTIC. DE testa. imperfectis. §. nos igitur omnia. coll. viij. constit. iij.

QVod sine[n] subscriptione ita pcedit, si parēs literas edoct⁹, manu ppria, nō signis, sed literarū cōsequētia declaret & tēpus, † & liberorū nomina, itē & vnciarū numerū, seu signa rerum specialium: in quo & aliis legari. & fideicommitti, & libertas relinqui potest.

Testamentum factum inter liberos, non reuocatur per aliud testamentū: nisi secundum testamentum sit solenne, & testator in secundo declaret se nolle illud prius testa-

m ¶ *Liberos.* inter eos ergo tenet. ¶ Sed cōtra. *ff. de confirm. tut. l. qui à patre.* vbi innuit non tenere. Solu. dicunt quidam hanc scripturam esse codicillum, non testamentum: & arbiter familiæ erciscundæ sequitur patris volūtatem in diuidendo, licet ab intestato:[c] *vt supra familiæ erciscundæ. l. inter omnes.* Tu dic illam l. qui à patre, corrigi per l. Constantini, scilicet inter omnes. quæ in parentibus marib. tantū dicit: sed hæc Theodosij dicit etiam in fœminis: idē. enim dicit, vtriusque sexus. ¶ Item quod hic dicit quo ad extraneū[d] non valere, est argumentum. *ff. de dona. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. si socer nurui.* Sed contra. *ff. de leg. ij. l. peto. §. mater.* Sed dic quòd dixit ibi valere p codicillis. Vel dic quòd pfectū erat ibi testamētum: sed dicitur imperfectū quo ad tutoris dationē, non quo ad fideicōmissum ex eo dandū. Vel ibi de liberis erat fideicommissarius. ADDITIO Aduertas secundū Specul. *in tit. de instru. editione. § compendiose. versicu. quid si filius.* quòd iste §. non habet locum in filiis instituentibus heredes parentes suos in minus solenni voluntate. Item aduerte secundum Paulum de Castr. hic, & in l. inter omnes supra familiæ erciscun. quòd hic textus habet etiam locum in liberis naturalibus: quod tenet idem Specu. vbi supra versicu. quid si pater. argu. l. naturalib. supra de confir. tuto.

b Testamenta imperfecta inter liberos valent, siue scripta sint, siue nuncupatiua sint.

c Vide in hac locum Boerii decis. 240.

† Actū non subscriptum: namque à testibus ac signatum testa. &c. recte & sic in Nouel. Theo. & melius impressis.

d v. Gl. & quod ibidem scripsi in l. sig. 16. in verbo ab intestato. i. familiæ erciscundæ.

* Hæc inclusa pars deest in Nou. Theo. & est addita ex l. vlt. C. fa. erc. vbi idem quod in hoc § cauetur. tam indulserat Constantinus, sed solis patribus. Hic verò addunt vtriusque sexus. Contius.

† vtrum id requiratur in testam. ad pias causas v. Tiraquell. in tract. pia causa priuileg. 11.

QVod sine.] c CASVS. Ista authentica cōtinuatur ad authenticam quæ est s. famil. ercisc. auth. si modo. quia ibi dicit lex, inter omnes. ꝙ pater potest relinquere bona sua per modum institutionis etiam in testamento imperfecto inter liberos suos: tamen & auth. quæ sequitur illā l. immediate dicit illud esse verū, si pater & liberi subscripserint huic voluntati. hæc. l. dicit ꝙ parēs etiā potest liberos instituere sine scriptis in testamēto imperfecto nuncupatiuo, authētica autē ista hoc in parte corrigit. dicens ꝙ parēs si scit literas. debet subscribere propria manu nomina liberorum, & tempus, & alia quæ sequuntur in litera.

n ¶ *Quod sine.*[e] s. testamētum patris etc. & cōtinuatur hæc authe. cū ea quæ est supra familiæ erciscundæ, quæ incipit, si modo &c. & vtranque authen. intellexerunt doctores nostri, cū[f] testamentum cōdidit pater inscriptis. Si vero cōdidit sine scriptis, cur exigitur subscriptio, cū nulla præcessit scriptura? & ideo seruamus. §. ex imperfecto. & l. illā, inter omēs, supra familię erciscūdę vt minus solennis valeat, si ex duabus tamē maribus vel fœminis[g] probetur: vt ff. *de mili. testamen. l. Lucius. j. respon.* licet aliàs repellantur fœminæ: vt ff. *de testa. l. qui testamento. §. mulier.* derogatur[h] ergo prædicto. §. ex imperfecto in eo quod fit in scriptis, licet generaliter

e In piis quoque causis sola subscriptione manu testatoris sine testib. facta vim testamenti obtinet secūdum aliquos. v. Tiraquell. priuileg. pia causa ... arg. Auth. si modo l. similiter.

f De hac sententia. v. quæ scripsi in Glos. Nouell. de test. imperfectis ...

g In testamento inter liberos fœminæ testes esse possunt. vt hic. An & in testamēto ad pias causas? v. Tiraquell. j. priuileg. pia causa.

h Placet Pau. Salyc. Alex. & Ias.

neraliter loqueretur secundum Azo. M. vero putabat ei in totum derogatum, vt hodie pater minus solenniter testari nõ possit, nisi faciat quæ in hac authen. dicuntur: & exigebat numerum septem testium, si non sit ibi hæc obseruatio testium: cũ in hac voluntate possit legari extraneis. Prædictum autem testamentũ non rumpitur, nisi vt dicit sequens authen. hoc inter &c.

HOc inter.] CASVS. Hæc authẽtica est cõtraria superiori: quia tractat de destructione primi testamẽti, dicens quòd si testator velit infirmare primum testamentum, vocet septem testes, & coram eis declaret se nolle valere primũ testamentum: & tunc faciat aliud testamẽtum, vel perfectum, vel non, inter liberos. [PER NVNCVPATIONEM.] Si sine scriptis vis testari, adhibe testes septem: & coram eis voluntatem tuã declara. [SI QVIS.] Si primo testamento facto & perfecto, secundum fiat: an valeat, quæritur? Resp. quòd non: aliàs valebit, nisi iure fuerit consummatum: nisi in casu, scilicet si in primo testamento scriptus fuerit heres, qui ab intestato defunctæ succedere non poterat: in secundo minus solenni script[a] fuerit heres qui succedit ab intestato: & sic solenne primum per minus solenne subsequens tollitur. quinque tamen testes necessarij sunt ad minus: quot si adhibiti nõ fuerint, non valebit. Nec solum in Latino potest condi testamẽtum, sed etiam in Græco. Viuia.

a ¶ Valere. non igitur sufficit facere secundũ, nisi dicat non obstante primo, quod nolo valere. & sic est arg. pro rescriptis cõtra legem indultis, vt non valeant nisi dicatur, non obstãte tali lege: vt ff. de lega. iij. l. si quis in princip. & est propter præcedentem solennitatem [b]: aliàs ex eo quòd fit secundum, rumpitur primum: vt j. eo. l. penult. & ambæ istæ sunt in auth. de testam. imperfect. §. nos omnia igitur colla. viij.

Sequitur glossa textus l. C.

b ¶ Sine scriptura. vel etiã cũ scriptura: sed ad hoc tantũ, vt probaretur sic fuisse factum nuncupatiuum testamentũ.

c ¶ Audierint. [c] vt insti. e. §. fi. & argu. supra titu. j. l. hac consultissima. non autem dico quod hæc verba habeat testator necesse dicere: vt infra eo. l. in testamentis. vel si habebat necesse per l. istam. corrigitur per l. illam.

d ¶ Decernimus. scilicet per compositionem secundi: sed & aliis modis potest infirmari, per incisionem chartæ: vt j. eo. l. nostram. quæ est contra.

e ¶ Sancimus. Sic [d] ergo solennis & valida tollitur per nõ solennẽ, in qua sunt scripti coniuncti: & erat idem etiam in veteri iure: vt de iniusto testamen. l. ij. Vel dic illud ibi à compositoribus codicis statutum. Sunt & alij duo casus, vt quando secunda voluntas est militaris: vt d. l. ij. Item quando prima erat valida fauore militiæ: vt ff. de militari testamen. l. cum militis. §. fi. Est hodie quartus: vt j. eo. l. sancimus. circa fin. [a] Alibi autem serua regulam: vt non tollatur primum per secundum minus solenne: vt hic, & in institu. quibus modis testamen. infir. §. ex eo. & ff. de adimen. lega. l. ex parte. & ff. eo. l. heredes. §. si quid.

¶ Sed certè & aliàs prçterquam in prædictis quatuor casibus videtur tolli primũ per minus solenne: vt j. de his quibus vt indignis. l. hereditas. quæ est contra. Sed ibi non dicitur illa secunda voluntas, cum dicit, non mereri [b], quia in nullum est collata: & ideo fiscus habet. Item adhuc idem: vt ff. de his quibus vt indignis. l. cum quidam. quæ est contra. Sed ibi secundum testamẽtum erat perfectum, & omni solennitate vallatum: & ideo tollit [c] primum, licet scripti in eo secundo non essent capaces. Item, adhuc videtur idem: vt ff. de conditio. instit. l. penult. §. fina. vbi facto testamẽto apponit testator conditionem in codicillis, qua non complera dicit hereditatem auferri instituto. Sed dic quòd in vanum cogitauit testator. Item idem adhuc. ff. de acquiren. heredi. l. Claudius. Sed ibi primum solenne non valet: quia prius decessit heres [d] quam ex eo adiret hereditatem: non autem rumpitur per secũdum minus solenne.

mentum valere. Alex.

IN AVTHENT. DE test. imperfe. §. & si quidem. colla. viij. constit. iij.

HOc inter liberos † testamẽtũ ita infirmatur, si parens septem testib. adhibitis declaret se nolle tale testamẽtũ valere[a], & aliã disponat voluntatem vel in testamento perfecto, vel in nõ scripta perfecta volũtate.

Finit text. authen. Sequitur text. Codicis.

Testamentum nuncupatiuum fieri debet coram septem testibus ad hoc conuocatis, & testatoris voluntatem audientibus hoc dicit vsque ad §. si quis autem. Alex.

Per nuncupationẽ quoq; hoc est sine scriptura [b], testamenta non aliàs valere sancimus, quàm si septem testes (vt supra dictum est) simul vno eodemq; tẽpore collecti, testatoris voluntatem, vt testamentum sine scriptura facientis audierint[c].

Primum testamentũ perfectum & solenne, non tollitur per secundum imperfectũ, nisi tribus cõcurrentibus, scilicet quod in primo testamento solenni fuerunt instituti extranei, & quòd in secundo non solenni fuerunt instituti venientes ab intestato: & quòd saltem in secundo interfuerunt quinque testes: quib. concurrentibus adhuc secundũ testamentum non valet vt testamentum, sed vt voluntas intestati: h. d. vsque ad finem. Alex.

Si quis autem testamento iure perfecto, postea ad aliud venerit testamentũ: nõ aliàs quod antè factum est, infirmari decernimus[d], quam si id quod secundo facere testator instituit, iure fuerit consummatum. Nisi fortè in priore testamẽto scriptis his qui ab intestato ad testatoris hereditatem vel successionem venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur. eo enim casu, licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundam eius voluntatem non quasi testamentum, sed quasi voluntatem vltimã intestati valere sancimus[e]: in qua voluntate quinq; testium iuratorũ depositiones[f] sufficiunt: quo non facto[g], valebit[h] primum testamentum, licet in eo scripti videantur extranei.

Potest quis testari Græcè & Latinè. Bald. & Salyc.

Illud etiã huic legi prospeximus inserendũ, vt etiam Græcè omnibus liceat testari †. Dat. I dibus Septemb. Theodosio. A. xvij & Festo Coss.

In testamento possunt relinqui legata tam dictatoribus testamenti quàm testibus eiusdem testamenti. Alex. concor. Bald. & Salyc.

XXII. *Imp. Zeno. A. Sebastiano præfecto prætorio.*

DIctantibus[a] testamenta vel aliam quamlibet vltimam voluntatem, legatum, vel fideicommissum, vel quodcunque aliud, quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere, minimè dubitandum est[k].

Testibus etiam ad efficiendã voluntatem adhibitis pro suo libito † quod voluerit testator relinquere nõ prohibetur[l]. Dat Kal. Maij. Constantinop. Basilio Iuniore. V. C. Coss.

Prò insinuatione seu publicatione testamenti nil solui debet magistro census, si hereditas summam cẽtum aureorum non excedit: & talis insinuatio fieri debet coram magistro census: & facta coram alio iudice ecclesiastico, vel seculari, non valet ipso iure, tanquam facta coram iudice incompetenti: tamẽ per hoc non præiudicatur vltimæ voluntati, quin de nouo iudicari possit coram competenti iudice. Alex.

f ¶ Depositiones. Hic nota quòd sufficit testes iurati dicant tabellioni, ita testatus est: vt fit instrumentum & testamentum. sic & infra eodem. l. fin. § pen. Sed contra est. quod enim hic & infra dicitur, intellige vt iurent in causa coram iudice, nunquam[e] enim reperitur quòd tabelliones possent recipere talia sacramenta. appellantur[f] ergo depositiones, scripturæ quæ fiunt de his quæ factamento adseruntur: vt hic, & sic ponitur supra de episcop. audien. l. iubemus.

g ¶ Quo non facto. id est non adhibitis quinque testibus. Accur.

h ¶ Valebit. nisi quatuor casibus, quos modò notaui.

i ¶ Græcè. vt ff. eodem. l. qui testamento. §. finali. sic & ff. de verbor. obliga. l. j. §. fin. Sed argu. contra. ff. de bonorum possess. l. sed cum patrono. §. final. Sed ibi notis scripsit, non Græcis literis. Accursius.

DIctantibus.] CASVS. An dictanti testamentum, vel testi adhibito, aliquid legari vel relinqui possit? Respondeo quòd sic, (ratio dubitationis fuit quod est j. de his qui sibi adscribunt in testamento, l. ij.) sed ibi dictauit & scripsit.

k ¶ Dubitandum est. imo videtur quod non: vt j. de his qui sibi adscribunt in testamento l. ij. quæ est contra. Solu. ibi dictauit & scripsit hic tantum dictauit. Accur.

l ¶ Prohibetur. vt & ff. eodem. l. qui testamento. in princip. & instit. eo.

¶ De testamento inter liberos, v. plura apud Boerium decision. 140. Clarum. j. sent. §. Testamentum quæst. 51. Grassum in § Testamentũ quæst. 11. & an hæc authentica habeat locum inter liberos non succedentes. v. Tiraquell. de priuileg. causæ. n. 3.

b Ista ratio non est bona: ideo dic quòd istud est in instrumentum tuo et liberorum. vt hic est tex. Salyc. Alex. & Bal.

c v. quæ scripsi ad l. 9. § aud.

d Testamentũ solenne in multis casibus tollitur per secundum non solenne.

a Hoc etiam additur, Testamentum factum coram septem testibus, tolli per secundum factum ad pias causas coram duobus. Tiraquel. tract. de priuileg. piæ causæ priuileg. 3.

b Ita vt propter hoc non rumpitur primum. Bar.

c Imò rectè, dicit ibi quòd non tollitur. Alex. & las. lib. 3. Basil. 1. c. 18.

[e] Sic tutores relinquere: vt apparet ex l. vlt. j. de testa. tutel. quæ huius pars est, ha bẽtq; eundem diem & Consulem.

[a] Id est exceptutis et pronunciantibus, quod erat suæ consultorum plerunq. officium. Cuiac. tamen lib. 2. epist. vlt. vocat improbissimũ genus falsi, si quod in eo testamento caphant.

d Diuinat seruandum prædictorum scriptibus.

e Nisi fortè iudice præsente, id enim facere ipse iudex videtur: si ſ quis ca[illegible] quibus mittitur notarius testimonij causa ad domũ testis. l. ad egregias ff. de iureiur. capi vlt. ext. de test. alias iudex nõ potest delegare iuramẽtum deferendum testi nomine suo. v. Lanfrancum in præs. o. 8. num. 14. ibi Quæro decimo, adde Gl. in l. 34. §. qui iusiurandum in verbo in arbitrio ff. de iureiur.

f Depositiones quid.

dem.§.legatariis.& ff.de rebus dubiis.l.si quis ita.Accur.

CONsulta.] CASVS. Quod in pluribus ll. dictum est quòd publicatio fit coram magistro census facienda est, vt supra de episc.co.&c.l.repetita.&l.placet.& ī.eo.l.testamenta, j.de donationib.l.in hac.& j.eod.l.diui. per hanc legem confirmat. prohibet ergo quòd coram nullo fiat, nisi coram magistro census, nec fiat coram clericis, quibus opprobriū est &c. Si qui autē huius legis transgressores fuerint, pœna quinquaginta aureorū multentur. Vivianus.

XXIII. *Imp. IVSTINVS A. Archelao praefecto pretorio.*

COnsulta diualia[a] quib. cōsideratè prospectum est ne voluntates vltimæ deficiētium in hac regia vrbe cōfectæ, apud alium aperiri possint, quā apud virum clarissimum pro tempore census magistrum, monumētis[b] interuenientibus pro iuris ordine: néve inhereditate cuius summa centum aureorum precium non excedit, mercedis quicquam aut sumptuū censum administrātes, aut censualis apparitio super intimandis iisdem elogiis audeant adsequi, firma nūc quoq; dicimus: ac repetita* promulgatione, nō solū iudices quorūlibet tribunaliū †, verum etiādefensores ecclesiarū[c], quos turpissimū intimationis gen⁹ irrepserat, præmonēdos cēsemus, ne rem attingant, quæ nemini prorsus omniū secundū constitutionū præcepta, quàm census magistro cōpetit. Absurdum est namque, si promiscuis actibus rerum turbentur officia[d], & alij creditū, alius subtrahat: & præcipuè clericis[e], quibus opprobriū est si peritos se velint[f] disceptationū esse forensiū. Pœna etiam temeratoribus præsentis sanctionis feriēdis quinquaginta librarum auri[g]. Nec enim cōcedēdum est* vt suprema volūtas deficientium, euersionis† quicquam ex incōgrua insinuatione contrahant, dum res ab incongruis[h] vsurpantur audacter. Dat. XIII. Kalen. Decemb. Constantino. Iustino. A. II. & Opinione Coss.

a ¶ *Consulta diualia.* id est rescripta, quæ sunt ī. *de episc. & cler. l. repetita. & l. placet. & j. de donatio. l. in hac. & l. secūdum diui. & ī. eo. l. testamenta.*

b ¶ *Monumentis.* id est publicis scripturis.

c ¶ *Defensores ecclesiarum.* scilicet cleri.

d ¶ *Officia.* vt & ī. *de assess. l. nemo. & ī. de postu. l. quisquis. §. fi.* Accursius.

e ¶ *Clericis.* vt *d. l. ī. de episco. & cleric. l. repetita.*

f ¶ *Se velint.* scilicet ostendere.

g ¶ *Auri.* testamentum autem nō ob hoc vitiatur. & redditur ratio, & hoc subiicit, nec enim &c.

h ¶ *Incongruis.* sic ī. *eo. l. si vnus. ibi vel ab altero &c.*

Dic pro us. l. testamenta. ī. eod.

Monumenta, id est publica scripta, etc.

* hinc sumpta est l. repetita. ī. de episco. etc.

† pro tribunalium, legendū ex manuscr. Idem notat ex iuis, Cu. ad l. *ff. de pactis.*

XXIIII. & XXV. *Græca desunt: prioris mētio fit in §. ante heredis instit. de lega. posterioris in §. legatariis. instit. de testam. vt putat Ant. August.*

Verborum ambiguitas, vel ordinis peruersio, si à tabellionis errore procedant, non vitiant. Alex. & Salyc.

XXIIII. *Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto pratorio.*

AMbiguitates quæ vel imperitia[i] vel desidia testamēta cōscribētiū oriūtur, resecandas esse cēsemus: & siue institutio heredū post legatorum donationes scripta sit, vel alia prætermissa sit obseruatio, non ex mēte[k] testatoris, sed vitio tabellionis, vel alteriusq. testamētū scribit[l]: nulli licētiā concedimus per eam occasionē testatoris volūtatē subuertere, vel minuere. Dat. Kalend. Ianuar. DN. Iustiniano. A. PP. II. Coss.

AMbiguitates.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, licet ordo scripturæ in eo, vitio notarij & imperitia nō seruatus: vt quia primo scripsit legata, demū heredis institutionem, cum econuerso fieri debeat: an ob hoc minus valeat testamentum, quæritur? Respondeo quòd non, licet antiquitus hoc obseruaretur, quo nō obseruato non valuit testamentum.

i ¶ *Vel imperitia.* vel errore: vt ī. *eo. l. errore.*

k ¶ *Non ex mente.* hodie idem & si ex mente: vt *instit. de lega. §. ante heredis.* Vel dic quòd hoc refertur ad alia, non ad capitula primum, quãdoque tamen seruatur ordo[e]: vt prius[d] institutio, quàm substitutio erit: vt *ff. de vulga. substitu. l. maritus. §. prius.* quàm substitutio erit: Item non dico quòd hæc lex habeat locum si imperitia[e] tabellionis minor[f] numerus testium interueniat, vel quid de iuris ordine, id est solennitate immutetur, secundum Azo. Transpositio[g] ergo erronea non nocet: sed solennitatis[h] omissio sic.

l ¶ *Scribit.* qui tamen seruus esse non debet: vt *j. de tabe. l. generali. lib. x.*

* aliàs reprehensionis.

† hic cor. gl. posterior em clausulã. l. testamentes. ī. e.

c Ordo in institutionibus & substitutionibus seruatur, vt hac illa præcedant.

d Institutio substitutionē præcedere debet.

e Tabellionis imperitia instrumentum vitiat: in contrahentibus non prodest.

f Testium solenni numero omisso instrumentum vitiatur.

g Trãspositio non nocet.

h Solennitatis omissio in testamento nocet: ideo in mulieres & rustici in eo non excusentur, etiam eo casu quo doctorum consilia vti, cãque habere nō potuerunt. v. *Schenckium Vsu. vidar q. 29. ad de &. inde Tiraquellum de poen. causa 1. num. 19.*

PRæposteri.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, & rogasti mihi ab herede tuo decem, & reliquisti his verbis, si nauis venerit, tūc intra diem mortis meæ proximū, vel pridie q̄ moriar, illi dato decē: an ista præposteratio sermonis, cū debeat venire nauis, deinde legatū præstet, vitiet testamentū, quæritur? Resp. q̄ non: nec tantū in testamento non nocet præposteratio, sed nec etiā in contractibus: vt *instit. de inutil. stipu. §. item si quis.* Item nec in dotibus: *ī. de iure dot. l. si mulier.* & licet taliter relictum valeat: exactio tamen eius non competit nisi post diem vel conditionem existentem. Viu.

Transpositio verborum non vitiat contractum, nec vltimam voluntatem. Bald. Sal. & Alex.

XXV. *Idem A. Mennæ præfec. prat.*

PRæposteri[m] reprehēsionem quam[n] nouella constitutio[o] [diui† Leonis] in dotalibus instrumētis sustulisse noscitur: in aliis quoq. omnib. tam cōtractibus[p] quàm testamentis[q] tollimus: vt tali exceptione cessāte, & stipulatio & alij contractus, & testatoris volūtas indubitatè valeant: exactione videlicet post conditionē vel diē cōpetente[r]. S. Dat. vij. Id. Decemb. DN. Iustiniano. A. PP. II. Coss.

m ¶ *Præposteri.* id est præposterationis vitiū. præposteritas vitiabat olim contractus & vltimas voluntates.

n ¶ *Quam.* scilicet reprehensionem.

o ¶ *Constitutio.* vt ī. *de iure dot. l. si mulier*[a]. nam ibi prius continebatur de dote, & postea de testamento: ipsa verò prius testari, & postea dotem reddi volebat. Item secundum Ioann. si ita dicatur: si dabis mihi nomine dotis decē, promittis te nupturam mihi. primo enim nubere, postea dos dari debet. sed hoc exemplum non est huius legis.

p ¶ *Contractibus.* vt ecce si Titius fuerit cōsul vsque ad annum, tunc ex hac die decem dare spōdes. tēpus enim dationis præcedit, conditio sequitur: cum econtra fieri debeat: vt *instit. de inutil. stipu. § item si quis.*

q ¶ *Testamentis.* vt si dicam, si nauis venerit ex Asia quandocunq; vel intra annum: tunc intra proximum diem mortis meæ decem dato. nam primo venire, postea dari debet: vt *ff. de condi. & dem. l. qui heredi. §. fi. & de pec. lega. l. quidam.* Sic ergo generaliter nota præposterationem non nocere: sed hoc fallit: vt ī. *de here. act. l. vt debitum. & j. de execu. rei iudi. l. j. & de senten. & interloc. l. prolatā. quæ sunt argu. contra.* ADDITIO. Dic quòd ibi e retardo necessitatis, hic volūtacis, cuius peruersio actū non vitiat. Bar. *in l. j. §. prius. ff. de vulg.*

r *Competente.* vt *argu. ī. vt actio. ab herede. l. j.*

a Illa non est constitu Leonis, sed Diocletiani. Alc. hoc idem Ie quà ic gitur punjt.

† deest in plerisque melioribus libris: de quo quæ ex eruditis exscribam interpretatio e stire ... Nam & ... intelligi ... ante ... & ...

a hic petur nec Conf.

Valet testamentum nūcupatiuum, licet testator non exprimat coram testibus illa formalia verba, scilicet ipsos testes esse vocatos eo quia vult sine scriptis testari.

XXVI. *Idem A. Mennæ præfect. prat.*

IN testamētis sine scriptis faciendis omnē formalē obseruationē penitus amputamus[s]: vt postquam septē testes conuenerint, satis sit voluntatē testatoris vel testatricis simul omnibus manifestari, significātis ad quos substātiam suã peruenire velit, vel quibus legata [dare*] vel fideicōmissa, vel libertates disponere: etiam si non ante huiusmodi dispositionem prædixerit testator vel testatrix illa formalia verba[t]†, *ideo eosdem testes conuenisse, quòd sine scriptis suam voluntatem vel testamentum componere censuit.* S. Dat. iiij. Id. Decēb. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. ij. Coss.

IN testamentis.] CASVS. Non scriptis condidisti testamentum, & septem testes adhibuisti, coram quib. substātiam tuam ad quos pertinere volebas, significasti: an ideo minus valeat testamentum quòd ista verba non expresseris, vos testes vocaui, quia sine scriptis supremam voluntatem meam declarare volo, quæritur? Respon. quòd nō. licet antiquitus hoc obseruarent, & prædicta verba necessariò erant exprimenda.

s ¶ *Amputamus.* vt ī. *eo. l. quoniam indignum.*

t ¶ *Formalia verba.* quorum sensus hic est, ideo eosdem. Vel propriè hæc erant verba. ¶ Sed contra *qui testa. facere possunt. l. hac consultissima.* Solu. ibi in cæco: hic in vidente.

* al. dederit, & tunc post, pro disponere, legebatur disponere.

† quæ tamen adhuc in testamento expressa sunt: prædicenda sunt, l. hac consultissima l. ... in testamento ... scriptis ... testamentis ... scribenda, ... docet. l. j. Cod. Theo. ... interpretatione.

Sancimus.] CASVS. Si testamentum iure fecisti, & conualuisti, & decennio elapso voluntatem tuam non mutasti: firmum manet testamentum. Si autem medio tempore volūtatem tuam mutasti, & aliud testamentum condidisti: si solenne fuit, ipso iure tollitur primum. Si autem dixisti te nolle primum testamentum valere, vel aliis quibuscunque verbis apparuerit te velle contrarium: & hoc etiam coram iudice præsentibus ad minus tribus testibus declaraueris: & decennium à tempore voluntatis contrariæ (secundum quosdam) vel compositionis testamenti (secundum alios) effluxerit: vtrum maneat testamentum primum ratum? Dicitur quòd non, imò rumpitur.

a ¶*Stare.* certè pro nihilo: vt *hic*, & *infra de appel. l. præcipimus. in fin.* & *supra de testa. tut. l. y.* & *in authent. quib. mod. na. effi. sui. §. tribus collat. vij.* ¶Sed argu. contra. *ff. de adimen. lega. l. alumnæ. §. qui filias ex dispartibus.* ADDITIO. Ille. §. est sub. l. Titia. & dic quòd concum hac. l. quia ibi prima diuitio non reformatur nisi in his quæ venerunt in secunda. Cy. Ang. Salycetus & Alexand.

b ¶*Quemadmodum* id est qualiter. interrogatiuè loquitur.

c ¶*Efficitur.* certè nullo modo.

d ¶*Ipso iure.* Imò videtur op. exceptionis: vt *ff. de bonorum possessione secundum tabul. l. penultima. §. testamento. ibi, nec potuerit quisquam* &c. Solu. ibi vltimæ tabulæ non erant solennes, & in eis dixerat: quod in primis tabulis institui, non meruerunt meum iudiciū. vnde non ipso iure est irritum: vt *infra de his quib. vt indign. l. heredit.* sed per exceptionem: vt *ibi.* hoc verò vltimum testamentum solenne erat. Alij dicunt: hic quòd hic ipso iure, scilicet ope exceptionis. quòd non placet. Tu dic, quod ibi dicit de exceptione, refertur non ad proximum, sed ad primum casum, scilicet quando testator post testamentum fuit arrogatus: deinde sui iuris factus declarauerit se velle testamentum seruari. quia ergo sua voluntas non potest facere quin arrogatio tenuerit, & ipsum testamentum primum irritum sit: non ipso iure reconualescit, sed exceptione repelluntur venientes ab intestato, qui heredibus in eo institutis volunt hereditatem auferre: vnde dicitur, ambulatoria &c. vt *ff. de adimen. legat. l. iiij. in fin.* & *l. iiij.* Nec obstat quod ibi dicuntur similia: quia in aliquo, non per omnia similia sunt, vtrobique enim statur primo iudicio quod quodammodo erat expugnatum. Vel loquitur ibi cum testator incidit secundas tabulas, vt heredes in eis instituti exceptione repellantur: nō autem quòd illæ non tollant ipso iure primas: quamuis postea incidantur. & hanc approbo. Vel ibi non durauit secundum testamentum, cum tabulas inciderit: hic durauit.

e ¶*Fuerit.* aliàs fiat: id est sit emensum à tempore. s. quo monstrauit contrariam voluntatem secundum quosdam, vt colligūt hic. Tu dic à tempore compositionis testamēti: vt *patet in princ. huius l.* sed primi subaudiunt hic post. nos ante.

f ¶*Constitutionib.* id est legibus.

g ¶*Antiquandis.* id est tollendis.

Testamentum perfectum solo cursu temporis non tollitur, sed † per sequens perfectum testamentum, vel per solam contrariam voluntatem in actis vel coram tribus testibus declaratam cum transcursu decenny ex tempore facti prioris testamenti. Alexan. post Bald. & Salyc.

XXVII. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

Sancimus †, si quis legitimo modo cōdidit testamētum, & post eius confectionē decennium profluxerit: si quidē nulla innouatio vel contraria voluntas testatoris apparuerit, hoc esse firmum. Quod enim nō mutatur, quare stare[a] prohibetur*? Quemadmodū[b] enim qui testamentū fecit, & nihil voluit cōtrariū, intestatus efficitur[c] †? Sin autē in medio tempore contraria testatoris voluntas ostenditur[e]: si quidem perfectissima est secundi testamenti confectio: ipso iure[d] prius tollitur testamētum. sin autem testator tantummodo dixerit non voluisse prius stare testamētum, vel aliis verbis vtendo contrariam aperuerit voluntatē, & hoc vel per testes idoneos nō minus tribus, vel inter acta manifestauerit, & decennium fuerit[e] emensum †: tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quam ex cursu tēporali. Aliter etenim testamēta mortuorum per decennij transcursionem euanescere nullo patimur modo: priorib. constitutionibus[f]*, quę super huiusmodi testamentis euacuandis latæ fuerant, penitus antiquandis[g]. Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

Modicum interuallum, sine actus contrarius ex necessitate naturæ proueniens testatori, vel testibus non vitiat testamentum. Salyc. vel sic: In testamentis & quibuslibet vltimis voluntatibus ordinandis non debet internenire actus vllus extraneus: nisi ex necessitate testatori vel testibus imminente: & si necessitas breui tempore possit transire, expectandus est ipse testis: aliàs loco eius est alius surrogandus. Et testamentum quod testator manu propria scripserit, & in aliqua parte testamenti illud scripsisse significauit, valet: licet aliter se testator non subscripserit. Alex.

XXVIII. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

Cvm antiquitas testamenta fieri voluerit[h] nullo actu interueniente †, & huiusmodi verborum compositio non rite interpretata[i] penè[k] in perniciem & testātium & testamentorum[l] processerit*: sancimus in tempore quo testamentum conditur, vel codicillus[m] nascitur, vel vltima quædam dispositio secundū pristinam obseruationē celebratur (nihil enim[n] ex ea penitus immutandum esse censemus) ea quidem quæ minimè necessaria sunt, nullo procedere modo. quippe causa subtilissima[o] proposita, ea quæ superflua[p] sunt, minimè debēt intercedere. Si quid autem necessarium euenerit, & ipsum corpus laborantis respiciens cōtigerit, id est vel victus necessarij, vel potionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris pericliteretur, vel si quis necessarius naturæ vsus ad depositionem superflui ponderis immineat vel testatori vel testibus: non esse ex hac causa testamentum subuertendum, licet morbus comitialis[q] (quod & factum esse cōperimus) vni ex testibus contigerit: sed eo quod vrget & imminet[r], repleto[s], vel deposito[t], iterum solita per testamenti factionem adimpleri.

Et si quidē à testatore aliquid fiat[u] testibus paulisper separatis, cū coram his facere aliquid naturale testator erubescat: iterū introductis testib. consequētia † factionis testamēti procedere.

CASVS. Dicebant olim antiqui, quòd testamenta debebāt fieri vno cōtextu, nullo actu extraneo interueniēte. hoc tamē limitat imperator, dicēs quòd si fortè testator aliqua necessitate constrictus, puta vel medecinæ capiēdæ, vel causa fortè cacandi, vel alia necessitate vrgente vellet secedere modicū incepto testamēto, & postea iterū reuerti, & residuam partem testamēti perficere: hoc facere potest. similiter & testes, dum tamen testis nō diu absit. quòd si fortè opus esset ei diu abesse, & non posset reuerti, & testator periclitaretur: tunc esset alius surrogandus. Secundo dicit imperator quòd vult corrigere quandā constitutionem, quæ dicebat quòd septem testes debent adhiberi in testamentis, & subscriptio ipsius testatoris. dicit lex quòd si testator totum testamētum scripserit sua manu: nō est opus sua subscriptione. similiter de codicillis dicit. textus satis prolixus est, hoc tamen dicit in casu.

h ¶*Voluerit.* vt *ff. e. l. heredes. §. f.*

i ¶*Interpretata.* passiuè.

k ¶*Penè.* id est ferè, qui scilicet interim moriebantur.

l ¶*Et testamentorum.* quæ nihil valebant.

m ¶*Codicillus.* Not. in singulari numero: vt *de rimmo. š. de sacrosanct. eccles. l. generali.* & dic nascitur, id est incipit fieri.

n ¶*Nihil enim. interpositio est.*

o ¶*Subtilissima.* ablatiui absoluti.

p ¶*Superflua.* id est extranea facta, non superflua dicta: alioquin contra *š. eo. l. testamentum.* vel illa in verbis, hæc in actibus.

q ¶*Comitialis.* id est caducus.

r ¶*Imminet.* puta sitis.

s ¶*Repleto.* vt potu.

t ¶*Deposito.* vt onere.

u ¶*Fiat.* vt cum iam inceptum est testamentum.

† v. Gandorum Pape dec. 100. Curam j. fru. §. Testamenti quest. 96.

† Hac lege abrogatur lex Honoriani, quæ extat in Cod. Theo. lib. 4. ti. 4. l. 6. Con.

* Quia pro se tempore ab nup. ... arbitrio esse, vt antiqua deliberationis ... voluntatis ... dicitur. Gl. ... personam, ... tarde.

† si negatiuè legatur, non efficitur, & sic legendum est. Sine interrogatione.

* Cons. 3. suis Gl. super verbo, ... dicitur ...

† Aliàs, elapsum.

* Theodosij & Honorij, quæ extant in Codice Theodosiano. ... lib. l. ne quis post dict. Cons.

* Hæc est de mente illius ... in § post ... debent ... ad omnia præcedentia. Sal. & Ale.

† l. heredes. §. vlt. ff. eod.

† procederet. in omnibus.

† consequentiam. in omnibus, rectè.

a ¶ *Ab eo.surrogato*, vel surrogatis.

b ¶ *Sciscitari*.id est interrogati: quasi dicat, cum breuiter repetita erunt coram surrogatis, quæ ante eorum præsentiam facta erant: quærent surrogati à testatore & à testibus qui ibi semper fuerūt. Repetatis coram nobis omnia quæ ante nos feceratis, & disposueratis: & pro hoc j. de appella. l. ampliorem. vt vij. qu. j. nihil. 2 Alij dicūt quòd interrogabunt, an ea quæ facta fuerint, sint facta coram recedentib. nec enim est opus quòd ipsi sciant quæ illa sunt. *& pro hoc est. s. eo. l. hac consultissima. in prin.* Expone ergo corā his, id est surrogatis, secundum primam. Vel coram recedentibus, secundum aliam expositionem.

c ¶ *Tunc eos*.surrogatos, vel surrogatum.

d ¶ *Etsi*. id est quamuis.

e ¶ *In medio*. scilicet tempore postquam quidam recesserūt, & antequam alij surrogarentur: & sic non est contra s. e. l. *hac consultissima*. §. j. ¶ Item in eo quòd diuersis temporibus subscribitur, est contra s. eo. l. *hac consultissima*. §. *in omnibus*. Sed dic quòd hoc fit hic ex necessitate.

f ¶ *Cum autem constitutione*. quæ est contra. s. eo. l. *hac consultissima*. in fin. j. *respon*. quæ modo corrigitur in eo capitulo, aliàs casu.

g ¶ *Cauetur*. modo recitat aliqua quæ dicuntur in eadem l. s. hac cōsultissima. in princ. l.

h ¶ *Corrigentes*. hoc scilicet casu quādo testator scripsit sua manu: vt arg. s. eo. auth. *quod sine*.

[Iubemus.] CASVS. Ista lex & sequentes vsq; ad titulum sequentem, procedunt per textum prolixum: & satis claræ sunt. vide textum: quia casum super eis scribere esset obtundere auditores.

i ¶ *Minimè potuerit*. vel noluerit: vt j. *dicitur*. §. *oportet enim*. & c. in fi. §.

k ¶ *Committitur*. i. committeretur de facili, si permitteremus tales testari.

l ¶ *Quam*. falsitatem.

m ¶ *A republica*. vt j. *de fideicom*. l. *si*.

n ¶ *Tota*. id est omnia. ff. *de fideicom*. l. *si debitori*.

o ¶ *In eius*. valet ergo in nominatis, & non in alijs. ¶ Sed videtur in nullo valere: vt ff. *eod*. l. *si is qui quis contra*. Sol. hoc nouum, illud vetus ius. 2 Vel ibi certum erat quòd alios erat instituturus, hic non. Sed certè & hic dico certum, alioquin nulla esset quæstio. Sed tu dic quòd hic erat certum quos alios erat instituturus: quia fortè vni testium eius nomē expresserat, qui dixit aliis, vel ipsemet dixerat eis. ibi non erat certum quos alios erat instituturus: & ideo hic valet in institutis, & aliorum portio eis accrescit: ibi non valet.

p ¶ *Vos*. i. testes.

q ¶ *Ex voce*. Imò & nutu: vt ff. *de leg*. iij. l. *cum proponebatur*. & ff. *de leg*. iij. l. *nutu*. quæ *sunt contra*. Sol. hic in institutione heredis: ibi in legatis & fideicommissis. Item cōtra s. eo. l. *hac consultissima in prin*. Sol. vt ibi in glos. conceptam.

r ¶ *Quemadmodum*. ¶ not. regulam, vt quæ seruātur in vno, seruentur & in alio. vt hic. *& supra eit. s. l. hac consultissima in princip. & in authent. de hered. & Falc. §. penultim. collat.*

s ¶ Sed quid si alius exprimat, & ipse profiteatur se agnoscere verbis? Respond. sufficit: vt *supra titu. j. l. hac consultissima. §. at cum humana*. Nam & ibi in non ex eo loquitur, vt etiam ibi dicitur, sic fieri &c. *& pro hoc est authentic. signata, hic & non obseruato &c. & ff. eodem. l. heredes in princ. & §. quod vero quis*. Non tamen dicitur facere testamentum per alium. illud enim prohibitum est: vt ff. *de heredib. instit. l. illa institutio*.


COnditioni sub qua testamento matris tuæ[c] heres instituta es, si non paruisti: locum habet substitutio. Nec enim videri potest sub specie turpium nuptiarum viduitatem[d] tibi indixisse[a], cum te filio sororis suæ consobrino tuo probabili cōsilio matrimonio iungere voluerit[e]. Nec extraordinario auxilio indiges[f]: cum ex his [precibus] quas † libello cōplexa es, declaretur nō per eum stetisse quo minus supremæ voluntati matris tuæ testatricis satis fieret. PP. VIII. Id. Mart. Romæ: Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

Conditio emancipationis verificatur etiam per mortem naturalem patris, vel eius deportationem. Saly. post Bal. Vel sic: Institutio collata in vnum casum, extenditur ad alium sibi similem. hoc dicit. Vel sic: Non refert quid ex æquipollentibus fiat. Alexander.

III. Idem Augustus Maxentio & aliis.

SI mater vos sub conditione emancipationis heredes instituit, & prius quàm voluntati defunctæ pareretur, sententiam[g] deportationis pater meruit, vel aliter[h] defunctus est: morte eius vel alio modo patria potestate liberari[i], ius adeundæ hereditatis cum sua[k] causa quæsistis. S. Pridie Kalend. Maij, Sabino & Anulino Coss.

S*I mater vos.*] CASVS. Mater filium suū sub hac conditione heredē instituit, si pater eum emācīparet. conditione pendente si pater decedat, vel si deportetur: an conditio habetur pro impleta vt locum habeat institutio, quæritur? Respon. quòd sic, & ad eum hereditas transit cum onere suo. Viuianus.

g ¶*Sententiam.* scilicet deportationis. & sic filius factus est sui iuris: vt *instit. quib. mod. ius pa. po. sol. §. cum autem.*

h ¶*Vel aliter.* superiori enim fuit mors, scilicet ciuilis: hic naturalis: vt *ff. de contra tabu. l. j. §. fin. & ff. de condit. & demonst. l. intercidit.*

i ¶*Liberati.* qui modi sunt multi: vt instit. qui. mod. ius pa. po. sol. per totum.

k ¶*Sua causa.* id est cum suo onere. ¶Et sic nota ex hac leg. effectum non modum considerari. nihil enim refert quid de æquipollentibus[d] fiat: vt *hic, & ff. de condictio. & demonstr. l. Iulianus att. & de lega. iij. l. fideicommissa. §. si cui. & de condit. inde. l. struo. & infra de donatione quæ sub modo. l. si quid. & facit supra de inoffic. testament. leg. filius matrem. & ff. ad Trebellian. l. mulier prima. in princ.* ¶Sed argument. contra supra *de his qui ve. ae. im. l. fina. & de nupt. l. sancimus.* ADDITIO. Pro solutione istarum duarum legum vide Bartol. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. ver. his præmissis,* &c.

S*I pater.*] CASVS. Si filium tuum sub conditione potestatiua, puta si decem daret, quod potuit, instituisti: valet institutio. si sub casuali, puta si nauis venerit ex Asia, non valet nec institutio, nec testamentum. si tamen vltra mare fuerit, & eum instituisti si in prouinciam suam rediret: cum hoc non tam ex voluntate sua pendeat, quàm ex infidīs fortunæ, quia multi casus accidere possunt propter quos redire impeditur: non valebit institutio: sed hereditatem tuam adeat ab intestato, cum non valeat testamentum: & illud deduci possit in quæstionem, scilicet an valeat testamentum tale. Viuianus.

Marginal notes:

† Quod dicitur errorem in nomine proprio non vitiare & de corpore constet falli. nisi esse tam proprio homine dispo. nisi ex tali errore videtur sentire ... ff. Regul. † ... j. supponatur ... ¶ vel subst. fiseicō.

a Conditione mixtè potestatiua ... ex parte ... gravati ... deficiente ... legatarius ... relictum ... addc Gloss. l. liberta ... ff. de vulg. & pupil. ... ff. Turinquest.

b Hereditas vel legatum sub conditione relictum, non debetur, si conditioni nō pareatur.

* Antilli. † Al Antilli.

a Idem tenet Glossa in l. inde Neratius. §. idem Iulianus.

a Institutore sub alia conditione, quàm potestatiua liberos pater non potest.

b Nuptias turpes qui alicui indicit, viduitatem præsumitur indicere.

c Fratrū duorum liberi inter se nuptias contrahere possunt iure ciuili: vt hic. * al. indixisse. In lib. manus. Cont.

† al. quam.

d Æquipollentibus fieri aliquid sufficit. adde Gloss. l. 34. in §. ff. de usufructu. adde ... in loco ab æquipollentibus.

XX

Filius in potestate nõ potest heres institui à patre sub conditione quæ in eius potestate nõ sit, vt est casualis vel etiã mixta quæ pẽdet ex facto instituti, & à casu fortuito. & si aliter fiat, non valet testamentum: & hereditas ab intestato potest adiri, nisi filius fuerit in defectum illius conditionis exheredatus. Alex.

IIII. *Imp.* ALEXAND. A. *Aemiliano.*

SI pater filium quem in potestate habebat, sub conditione quæ in ipsius [a] potestate non erat[b], heredem scripsit, nec in defectum eius exheredauit: iure testatus non videtur [c]. Cum autem [d] trans mare & longè te[e] agentem sub hac conditione heredẽ scriptum esse dicas, si in patriam quæ in prouincia Mauritaniæ erat, regressus fuisses, nec exheredatũ te alleges si in eum locum nõ redisses: manifestum est multis casibus non voluntariis, sed fortuitis euenire potuisse vt eam[f] implere non posses: & ideo[g] adire hereditatem non prohiberis. PP. VI. Kal. Apri. Iuliano. II. & Crispino Coss.

Conditio dirimẽdi matrimonium, tãquam turpis reiicitur de institutione, & remanet restitutio pura. & si de facto fuerit impleta conditio, nõ cogitur in implemẽto persistere: imò licet ab implemento recedat, hereditatem habet sicut si non implenisset. Alex.

V. *Impp.* VALER. & GALLIEN. AA. *Maximo.*†

REprehendenda [h] tu magis es quàm mater tua. illa enim si heredem te sibi esse vellet: id quod est inutile [k], matrimonium te redimere cum viro non iuberet. tu porro voluntatem eius diuortio comprobasti[l]. Oportuerat autem, etsi conditio huiusmodi admitteretur, præferre lucro concordiam maritalem. Enimuero cum boni mores hæc[m] obseruari vetent: sine vllo damno coniunctionem retinere potuisti. Redi igitur ad maritũ, sciẽs hereditatem matris, etiam si retentura: quippe quam retineres licet prorsus ab eo nõ recessisses. PP. XII. Kal. Decẽbr. Valeriano. I.I. & Gallieno. III. AA. Coss.

* *Græca Constitutio Iustiniani.*

Disiunctiua posita inter cõditiones negatiuas, resoluitur in cõiunctiuam fauore liberorum: quod ad extraneos est extensum. Saly. Vel sic: Substitutio vel fideicommissum relictum per testatorem sub conditione si institutus seu grauatus decesserit sine liberis, vnà cum pluribus aliis conditionibus alternatiuè positis, non habent effectum nisi omnes conditiones existãt: & sic alternatiua ponitur pro copulatiua. Alexan.

VI. *Idem A. ad senatum.*

GEneraliter sancim[us], si quis ita verba sua composuerit vt edicat, Si filius vel filia intestatus vel intestata, vel sine liberis [aut sine †testamento[n]] vel sine nuptiis decesserit[o]: & ipse vel ipsa liberos sustulerit, siue nuptias contraxerit, siue testamentũ fecerit: firmiter res possideri, & non esse locum substitutioni eorum, vel† restitutioni[p]. Si enim nihil ex his fuerit subsecutum: tunc valere conditionem, & res secundum verba testamenti restitui, vt incertus[q] successionis morientis exitus videatur certo substitutionis vel restitutionis fine concludi. Cui enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidem non fecerit, posteritatem autẽ habuerit: propter huiusmodi verborum angustias liberos eius omni penè[r] fructu paterno defraudari? Viam itaq; impiam obstruentes, vt ne quis alius deuiet, huiusmodi facimus sanctionem: & hanc legem in perpetuum valituram inducimus, tam patribus quàm liberis gratam: quo exemplo etiam aliis personis, licet extraneæ sint, de quibus huiusmodi aliquid scriptũ fuerit, medemur.

a ¶*Ipsius.* scilicet filij.
b ¶*Erat.* vt statim ponet exemplum. Lista de mixta. ¶Et sic nota quòd filius sub casuali vel mixta conditione non potest institui, sed sub potestatiua[b] sic: *vt hic, & ff. de hered. instit. l. suus. in prin. & §. puto. & l. iam dubitari. & de condic. institu. l. fi. & de cond. & dem. l. iustum.* & sic exheredatio[c] purè fieri debet: *vt ff. de lib. & posth. l. & si pepererit. §.* purè. sed vtrumq; simul fieri potest, scilicet institutio conditionalis, & exheredatio sub cõtraria conditione: *vt hic, & ff. de libe. & posthu. l. filius à patre. in prin.* ¶Quid autem de nepote[e] & aliis inferioribus? Resp. non idem quod in filio: sed sub qualibet conditione possunt institui vel exheredari: *vt ff. de hered. instit. l. sed si in conditione. § nepotes.* secundum quosdam. Tu dic quòd si nemo nepotem præcedat tẽpore testamenti, & sic est suus: idem quòd in filio, aliàs non idem: *vt in fin. illius §. nepotes.* Bul. tamẽ distinxit: cum filius instituitur sub mixta conditione, vtrum per eum stet quo min[us] impleatur cõditio, an per casum. primo casu nõ admittitur, secundo sic: *vt argu. j. de necess. ser. l. fi.* Quæ distinctio nõ placet: cum statim sit nullum testamẽtum in quo sub conditione casuali vel mixta est filius institutus. Hodie vero filius & quilibet suus heres institut[us] debet habere debitum bonorum subsidium sine omni conditione & dilatione: *vt s. de inoffic. testa. l. quoniam in prioribus.* Accursius.
c ¶*Non videtur.* deficiẽte enim conditione inuenitur suus heres neq; institutus, neq; exheredatus: & sic non valet: *vt instit. de exhered. li. in princ.*
d ¶*Cum autem.* nunc in specie dicit: & s. in genere dixerat.
e ¶*Te.* filium.
f ¶*Vt eã.* s. conditionẽ si in patriam quæ &c. *vt ff. de dona. cau. mor. l. senatus. § mortis.* Alij ponunt hanc glossam super verbo, in patriam.
g ¶*Et ideo.* non aperit ex testamento, vel ab intestato. Sed Im. dixit ex testamẽto, benignè[f] interpretatus voluntatem defuncti in ambiguo, quasi voluerit eum heredem esse, si modò per eum non stetisset quo minus conditionem impleret: & sic remota conditione de medio valet testamentum. Sed dico tantum ab intestato, cum testamentum ipso iure nullum sit. ¶Sed contra hoc est valde quod dicitur *ff. de contra tabu. l. ij. §. si sub conditione.* Sed ibi in emancipato dicit. Vel dic quòd ex testamento adire potest si vult: quia suo fauore dicitur nullum: *vt ff. de iniust. rup. testa. l. fi. ff. de iure dotium. l. si res. §. j. & simile no. supra de contra tab. l. ij.* secundum Azo.

REprehendenda.] CASVS. Mater filiam suam hac conditione heredem instituit, si à viro diuerteret. filia lucrum concordiæ maritali præferens, à viro diuertit. an valeat institutio, quæritur? Respon. quòd sic, & perinde est ac si conditio apposita non fuisset, vnde redire debet: & conditione non obstante, cum fuerit turpis, hereditatem retinere. sed tamen implendo conditionem deliquit. Viuia.
h ¶*Reprehendenda.* illa quidẽ est reprehendenda: quia noluit te heredem esse liberè, vt debuit: sed tu plus.
i ¶*Vellet.* libere, vt debuit.
k ¶*Inutile.* hoc. s. matrimonium &c.
l ¶*Cõprobasti.* facto[a] dat volũtas intelligi: *vt hic, & ff. de suis. & senatusconf. l. de quibus. in fi.* Acc.
m ¶*Hæc.* i. huiusmodi turpes conditiones: *vt hic. & s. de inoffi. test. l. cum te pietatis. & j. de condic. insert. l. ij. & ff. de vsu & habi. l. sed neq; §. sed si vsus. & arg. ff. de condi. & demõ. l. abstinuit. & j. de his quæ pœnæ no. l. j.*

GEneraliter.] CASVS. Testamentum fecisti, & heredem instituisti, & adiecisti si sine liberis decederet, vel cũ viro non cõtraheret, vel intestata decederet: alij hereditatem restitueret, vel ei alium substitueret. an hæc oratio disiuncta vel coniuncta intelligatur, quæritur? Respõ. quòd coniuncta: quia si nullũ fiat horum, locũ habet substitutio: nec vnum tãtum, si non fiat, locum facit substitutioni vel restitutioni: nec illud habet locũ tãtũ in filio suo instituto, sed in extraneo. Viuia.
n ¶*Sine testamento.* hoc videtur superfluũ. nam s. dixit intestatus vel intestata. vnde quidã hoc damnant. Sed dic quòd ideo dicit, vt det intelligere quòd nõ refert an dicat per hæc verba, intestatus. vel per hæc, sine testamẽto. & per hoc dicit, aut: sed in aliis dicit vel. & sic tantũ fuerunt tres conditiones, vt hic patet: sed aliter superfluum esset.
o ¶*Decesserit.* s. ei substituo talem. vel restituat hereditatem tali.
p ¶*Restitutioni.* ponitur ergo vel pro &c. *vt ff. de ver. sig. l. sæpe.*
q ¶*Incertus.* si enim disiunctiuè, acciperetur: dubiũ esset propter quem casum non existentem admitteretur substitutus: quod esse non debet: *vt ff. quando dies leg. ced. l. huiusmodi.* nunc vero scimus quòd propter vnum casum tantum admittitur, id est quando nihil horum interuenit.
r ¶*Penè.* hoc dicit propter Falcidiam. *& facit ad hoc infra de verborum signi. l. cum quidam & ff. ad Trebe. l. ex facto. & de verbor. oblig. l. si ita quis stipulatus.* [*Cum autem.*] CASVS. Heredem filium instituisti, & rogasti vt quando decederet, hereditatem Titio restitueret:

stitueret: an illa conditio tacitè subintelligi debet. si sine liberis decedat, quæritur? Resp. quòd sic. & hoc dicit Papin. Dicit imperator quòd istud non solùm debet in filio legitimo & naturali intelligi: sed in filio naturali, si eum instituisti, & ei substituisti in ea parte, in qua parte potest, vt liberè legatum habeat locum, nó autem substitutio. & istud non solum habet locum in hereditate relicta, sed in legato & fideicommiss. Viuianus.

Substitutio facta per fideicommissum generale vel particulare liberis nedum legitimis & naturalibus, sed etiam naturalibus tantum post mortem eorum: intelligitur facta si ipsi liberi sine legitimis descendentibus decesserint. Alexan.

Cum auté[a] inuenimus excelsi ingenij Papinianum in huiusmodi casu, in quo pater filiis suis substituit[b], nulla liberorú[c] ex his procreádorum adiectione habita, optimo intellectu disposuisse, euanescere substitutioné, si is qui substitutione prægrauatus est, pater efficiatur, & liberos sustulerit: intelligenté[d]† nó esse verisimile, patré, si de nepotibus cogitauerit, talé fecisse substitutioné: humanitatis intuitu hoc & latius & pinguius interpretandú esse credidimus, [vt*] & si quis naturales[e] filios[f] habeat, & partem eis reliquerit vel dederit vsq; ad modú quem nos statuimus[g], & substitutioni eos subiugauerit, nulla liberorú corú métione facta: & hic intelligi euanescere substitutioné, liberis eá excludétibus, & intellectu optimo his qui ad substitutioné vocátur, obsistente, & non concedente ad eos eam partem venire, sed ad filios vel filias, nepotes† vel neptes, pronepotes vel proneptes morientis transmittente, & non aliter substitutione locum accipiente, nisi ipsi liberi sine iusta sobole[h] decesserint: vt quod inter iustos liberos sancitum est[i], hoc & in naturales[k] filios extendatur[l]. Quæ omnia & in legatis & fideicómissis specialibus locum habere sancimus. Dat. XI Kal. August. Cóstantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.

a ¶*Cum autem.* s. interpretatus est conditioné non existere, quæ extitit. hic econtra tacitam intelligi interpretatur. Accursius.

b ¶*Substituit.* per fideicómissum[b]. Sed an idé in matre? quòd videtur: vt *arg. j. prox. Respon.*

c ¶*Liberorum.* si enim dixit de filiis: túc id quod dixit, seruandum est, dummodo non sit contra ius. Accursius.

d ¶*Intelligentem.* scilicet Papinianum.

e *Naturales.* s. tantum, & non legitimos in his enim addit Iustinianus. Accursius.

f ¶*Filios.* idem enim in omni posteritate: vt j. *de fideicommiss. l. cum acutissimi.* in extraneis vero contra: licet in primo casu huius legis idé ius sit in extraneis quod in suis. Accursius.

g ¶*Statuimus.* j. *de natu. lib. l. humanitatis. & auth. ibi signata.* vnde apparet legem istam esse Iustiniani: licet quidam aliter habeant. Vel dic quòd de secúda lege illius tituli fit hic métio.

h ¶*Sobole.* Non[c] ergo naturalis[d] soboles excludit substitutum, nisi id voluerit testator: Vel in dignitate nó erat positus: Vel soboles erat libertina testatori forte, vel rogato: vt ff. *ad Treb. l. ex facto. §. si quis rogatus.* j. secundum Azo. Alij dicút naturalem excludere substitutum: vt *d. l. ex facto. in d. §. & l. heredibus. §. fin. & de lega. ij. l. cum pater. §. volo. & l. Lucius. ij. §. fi. quæ sunt contra.* & hic subaudies, maximè. Vel refert an princeps subintelligat: quia testator dixit in institutione, te instituo: & si decesseris, hereditatem restituas tali. quo casu lex intelligit si decesseris sine liberis. & tunc obtinet quod dicit hic. an testator expressit: & tunc naturalis excludit substitutum. Vel refert, sit naturalis de naturali: quo casu excludit substitutus. vel de legitimo: quo casu per naturalé nó excludit substitutus: vt *arg. j. de na. l. fi. & facit ad hoc quod notatur ff. de leg. ij. l. antepe. §. fi.*

i ¶*Sancitum est.* à Papiniano.

k ¶*Naturales.* scilicet tantum.

l ¶*Extendatur.* scilicet à nobis.

S*I quis heredem.*] c a s v s. Testamentum fecisti, heredem in-

stituisti sub tali conditione, si consul &c. vel filiá, si nupsisset. quádo dicitur impleta conditio, quæritur? Resp. quòd non refert impleatur testatore viuo, vel tempore mortis, vel post eius mortem, ad hoc vt valeat institutio. & illa sunt vera non solum in hereditate relicta, sed in legatis & fideicommiss. & libertatibus. sed distingue an fuerit conditio casualis, aut potestatiua. Si casualis anté mortem testatoris impleri potest. si potestatiua, aut est in dando, aut in faciendo. si in dando, mortuo testatore necesse est eam adimpleri. si in faciendo, & facile est eam adimpleri, vt dare scilicet, solú morte testatoris necesse est adimpleri. & no. quòd sufficit aliquid fieri, licet hoc factum non duret. Viuianus.

m ¶*Completam.* hic[a] dic quòd si conditio est casualis, etiam ante morté potest impleri, & etiam ignorante eo cui proficit eam impleri. si auté non est casualis, si quidé est in dando: tunc mortuo demú testatore impletur, & à sciéte. si autem in facto, si quidem tale est quod facilè fieri potest, vt ascendere capitoliú tunc idem sicut in dádo dixi. si vero non facilè, vt si Titius erit consul, vel nupserit illi: túc etiam viuo testatore, vt dixi in casuali etiá ab ignorante. *& probantur hæc hic. & ff. de condit. & demonst. l. ij. & l. hæc códitio. j. in princ. & l. si tam. & l. Publius. & l. multum interest. & l. conditionum. & de hered. instit. l. si quis instituatur.* ¶Item nota hic quòd sufficit[b] factú, licet non duret factum: vt *ff. loca. l. maritus.* Sed argu. contra. *ff. de in rem vers. l. si propatre. §. versum* Accursius.

Sufficit conditionem casualem vel potestatiuam non facilem impleri viuo testatore vt hereditas legatú vel fideicommissum postea debeatur. Sal. Vel sic: Sufficit códitionem casualem vel mixtam semel impletam fuisse etiam testatore viuente: licet implementum non durauerit. Alexander.

VII. *Idem A. Ioanni PP.*

SI quis heredé scripserit sub tali conditione, *Si ille consul factus fuerit vel prætor.* vel ita filiá suam instituerit heredem, *Si nupta fuerit.* viuo autem testatore vel ille consul processerit, vel prętor fuerit factus, vel filia eius nupta fuerit, vel adhuc viuo testatore consulatúquidé vel prętura ille deposuerit†. filia autem eius à marito diuerterit: omni veterú dubitatione explosa, sancimus, quandocunq; impleta fuerit conditio, siue viuo eo, siue mortis tépore, siue post mortem: conditioné videri esse completam[m]. Quod & in legatis & fideicommissis & libertatibus obtinendum esse censemus: ne dum nimia vtimur circa huiusmodi sensus subtilitate, iudicia testantium defraudentur. Dat. IX. Kalen. Augu. Constantinop. post cósulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

Accidentia deficientia nó vitiant testamentum. h. d. secundum Iaco. But. Vel sic: Licet testator omiserit exprimere conditiones quas pollicitus fuit dicere, non vitiatur testamétum: sed postea in quacunque parte testaméti adiecta, dispositionem reddunt conditionalem. Salycet. Vel sic: Institutio facta sub conditione, vel modo vel demonstratione inferius exprimendis à testatore, non vitiatur: licet postea non exprimantur. Si vero exprimatur conditio etiam in fine testamenti, reddit institutionem conditionalem, sicut si à principio fuisset apposita. Alex.

VIII. *Idem A. Ioanni P. P.*

SI testamentum ita scriptum inueniatur, *Ille heres esto secundum conditiones infra scriptas.* si quidem nihil est adiectum, neq; aliqua conditio in testamento posita est: superuacuam esse códitionum pollicitationem sancimus, & testamentum puram habere institutionem[n]. Et ar-

S*I testamentum.*] c a s v s. Testamentum fecisti, heredé instituisti, & adiecisti, sit ille heres secundum[c] códitiones, scilicet eodem testamento scriptas & scribendas. si nulla fuerit subscriptio: an valeat testamentum & heredis institutio, quæritur? Respon. quòd sic, & conditio reiecta & vacua est intelligenda, exéplo eius qui reipub. certos vicos reliquit, & dixit se velle alia scriptura fines declarare, & quotiens vel quomodo debeant in eis exerceri: nec fecit morte præuentus. quæritur, an valeat relictum? Respon. quòd sic. & quod sequitur, referas ad primum casum. Si autem aliqua conditio apposita fuit in aliqua parte testamenti, ad illam referenda est institutio, & erit conditionalis. Viuianus.

n ¶*Puram habere institutionem.* immo videtur non valere: vt *ff. de hered. institut. l. quotiens. §. tantundem.* Solu. ibi sententia Marcelli dicitur, & mala: vt *in eodem tit. j. d. l. ij.* Vel dic secundum Ioann. ibi.

Marginalia: IV. in hunc locum Corasium l. Miscellan. 7. numer. 2. & sequent. — b Conditio tacita si sine liberis decesserit subintelligitur in substitutione fideicommissaria. at in non vulgari, et notam Mantica 10. de coniect. vltim. vol. 4. — †in intelligentem. — *deest in quibusdam. — c Substitutum excludatur per naturalé sobolem. — d Filium grauatum restituere alicui hereditatem liberis legitimis susceptis, heredem restituere iustus non censetur, eoque casu, legitimi liberi instituti persona excludunt substitutum. Quid vero naturales tantum liberi? Quidam existimant eos non excludere substitutum nisi certus testator de quibus in hoc gl. ibi. Alij indistincte excludere putant, vt hic & in Gloss. l. ex facto 17. §. si quis rogatus in verba en sola tacita circa fideic. ff. ad Trebell. Verum prior sententia communiter magis recepta, vt notat Mantica 10. de coniectura vltimarum voluntatum tit. 8. num. 17. — † Et sic nepotes si supersunt, faciunt euanescere substitutionem. & contra gloss. post mortem d. in præsenti. extra de proba. — † Illi deposuerint, filia autem eius diuerterit: omni, &c. — a Conditio quando debeat impleri. — b Regula iuris est vt cessante causa cesset effectus. Id tamen fallit quando sufficit vt causa adsit certo aliquo tempore, nam si eo tempore adfuerit, non cessabit effectus si postea causa cesset, vt plenius apud Tiraquell. in tract. cessante causa limitat. 4. in princ. — c Heres esto secundum conditiones infra scriptas: si non scribat, an testamentum valeat.

loquitur cum testator destinauerat & in animo habuerat inserere conditionem: sed præuentus morte nō inseruit. hic autē non: licet esset pollicitus se insertutū. 3 Vel aliter hic dixit, heres esto secundum conditionem &c. ibi, heres erit secundum conditionem &c. 4 Vel ibi non est heres vt voluit testator, scilicet sub conditione, sed purè: vt hic 5 Vel dic, ibi habuit in animo perficere testamentum, & mortē præuentus est. & sic ex[a] imperfecto testamento nihil debetur: vt ff. de testa. l. ex ea scriptura. in princ. hic compleuit &c.

† Verba Papiniani in l. cum pater. 77. §. vlt. de lega. 2. Cod.

a Ex imperfecto testamento nihil debetur.

a ¶*Papinianus respondit.* sic ff. de lega. ij. l. cum pater. § fina.

b ¶*Certaminis.* alias certam in his: & aliàs, certaminis.

c ¶*Non fecit.* i. non declarauit fines vel formā certaminis.

d ¶*Copulasset.* quæ enim incontinenti[b] fiunt, videntur inesse: vt ff. si cer. pe. l. lecta. & ff. de conditio. & dem. l. non ad ea. & de verb. obli. l. si ita stipulatus. § Chrysogonus. & arg. ff. de here. insti. l. asse. & de cond. insti. l. institutio. Accur.

b Quæ in incontinenti fiunt, ea inesse videntur.

Cum quidā.] Casus. Quidam testamētum fecit: vxorem ex vna parte, & eum qui in ventre erat, ex alia heredē instituit: & adiecit. Si posthumus natus non erit, Vitalis sit heres in ea parte quę ad posthumum peruentura erat. natus est posthumus viuus, & impubes decessit. an mater ad partem suam vocetur, an substitutus, quæritur? De hoc dubitat Papinianus dicens volūtatis esse quæstionem. opinabatur autem testatorem voluisse posthumo nato & impubere mortuo, matrē vocari substituto exclu so. & pro ea allegat. Imperator distinguit, aut editus est partus, aut non. si editus, aut viua matre decessit, aut matre præmortua. Primo casu admittitur mater: nec habet locum substitutio. In secundo casu est locus substitutioni. Si autem editus non est, vel editus præmortua tamen matre: ex verbis testamenti locum habebit substitutio: & vocabitur Vitalis. Viuia.

¶ aliàs, ideò.

gumēto vtimur quod Papinianus respōdit[a] †, Vicos reipublicæ relictos qui proprios fines habebant, non ideo ex fideicōmisso minus deberi, quòd testator fines eorum, & certaminis[b] formam quod celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte præuentus nō fecit[c]. Sin autē conditiones quasdam in quauis parte testamenti posuit: tunc videri ab initio conditionalem esse institutionem, & sic omnia compleri tanquam si testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset[d] quæ infra conscriptæ sunt. Dat. VI. Kal. Aug. Cōstāti. post cōsulatū Lāpadij & Orestis. VV.CC.

Tacita pupillaris non admittitur contra matrē dum viuit: sed si mater ante mortē impuberis exiit de medio admittitur substitutus. h. d. secundum cōmunem opinionē glossatorū & doctorum. Alex. concor. Bal. & Sal.

13. *Idem A. Ioanni v. p.*

Cum quidā prægnātem habēs coniugē, scripsit heredem ipsam quidē suam vxorem ex parte, vētrē vero ex alia parte, & adiecit: si non posthumus natus fuerit, alium sibi heredem esse: posthumus autē natus impubes decessit: dubitatur quid iuris sit, tā Vlpiano quàm Papiniano viris disertissimis volūtatis esse quæstionē scribentibus, cum opinabatur[e] Papinianus eundem[f] * testatorem voluisse posthumo nato & impubere defuncto, matrem magis ad eius venire successionem, quam substitutum. Si enim suæ[g] substantiæ partē vxori dereliquit[h]: multo magis[i] & luctuosam[k] hereditatem ad matrē venire curauit. Nos itaque in hac specie Papiniani dubitationē resecantes, substitutionem quidem in huiusmodi casu, vbi posthumus natus adhuc impubes viua matre decesserit, respuendam esse censemus. Tūc autem tantummodo † substitutionem admittimus, cum posthumus minimè editus fuerit, vel post eius partum mater prior[l] decesserit. Dat. III. Kal. Augu. Constantin. post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.

e ¶*Opinabatur.* non[c] autem pro certo dicebat. vnde in fine corrigitur, in eo scilicet quòd dubitabat: quoniam dubitandum non erat. Accursius.

c Opinari qui se dicit, pcerto non asserit, sed dubitat. hoc est medius est inter asserentem & negantem.

f ¶*Ideo.* quia expressam pupillarem non fecit, sed tacitam. Item quia partem ei reliquit: vt subiicit.

g ¶*Suæ.* s. testatoris.

h ¶*Dereliquit.* s. testator.

i ¶*Multo magis.* i. non minus.

k ¶*Luctuosam.* sic insti. ad Tertull. in prin. &]. de his qui ante aper. tabul.]. in fine.

l ¶*Prior.* i. priusquā partus. ¶Sic ergo nota quòd tacita[d] substitutio contra matrem non admittitur: sed hoc dicunt esse verum, cum & ipsa sit instituta, non aliter. nos idem semper: vt]. titul. j. l. precibus. nisi in breuiloqua duobus impuberibus facta. sic & vos inuicem substituo. nam quatuor substitutiones videntur: vt ff. de vulga. subst. l. Lucius. ¶Sed nunquid tacita[a] vulgaris quæ intelligitur in expressa pupillari: vt ff. eod. l. iam hoc iure. l. quamuis. excludit matrem? Respō. sic: quia tractatur de successione viri: non hereditate filij, sed mariti: cum filius non fuerit heres: ideo ex vulgari tacita quę inerat vel expressa, admittitur substitutus: sed non tenetur &c.

d Substitutio tacita contra matrem non admittitur. ad de Gl. I. & eo verbo omnino du.] titulo prox.

a Tacita vulgaris quæ intelligitur in expressa pupillari matrē excludit.

Titulus XXVI.

De impuberum, & aliis substitutionibus*.

Portiones adsignatæ in institutione videntur repetita in substitutione reciproca. Bald. Vel sic: Portiones in institutione adiectæ intelliguntur in substitutione breuiloqua tacitè repetitæ. Sal. Vel sic: Partes adiectæ in institutione repetita censentur in substitutione. Alex.

1. *Imp. M.* † Ælius Antoninus A. *Secundo.*

Cum heredes ex disparibus partibus[m] instituti, & inuicem substituti sunt, nec in substitutione facta est vllarum[n] partium mentio: verum est non alias partes testatorem substitutioni tacitæ inseruisse, quàm manifestè in institutione expressæ sunt.[o] Dat. Claro. II. & Seuero Coss.

Substitutio breuiloqua seu reciproca facta personis imparibus, non continet pupillarem in persona impuberis: sed in persona omnium continet vulgarem tantum quæ poterit omnibus fieri. Alexand.

11. *Impp.* Seuerus & Antoninus *A. Frontiniæ* †.

Hereditatem quidem defuncti intestati tibi delatā

De impuberum, & aliis substitutionibus.

Id est dicere de pupillari substitutione, & aliis quæ nō fiunt aliis. sunt enim multæ vt dicetur.] eod. precibus.

† aliàs omnibus.

Cum heredes.] Casus. Testamentū fecisti: tres heredes ex partibus disparibus instituisti, puta vnum ex sex vnciis, aliū ex duabus, tertiū ex quatuor: & eos adinuicē substituisti, hoc modo, vos inuicem substituo. substitutus in sex partē suam repudiauit: ad illam vocabūtur coheredes alij iure substit. sed pro quibus partib. quæstio est, scilicet an pro æqualib. an pro hereditariis? Respon. quòd pro hereditariis, scilicet institutus in quatuor vncias, vocetur in quatuor: alius ad duas: presumimus enim testatorē tacitè hoc voluisse, vt eædem partes quę erāt expressæ in institutione, intelligantur repetitæ in substitutione. Viuia.

m ¶*Ex disparibus partib.* puta vnus ex sex: alius ex quatuor: alius ex duabus vnciis.

n ¶*Vllarum.* si enim facta esset mētio partium in substitutiōe, seruaretur hoc quod dictum esset.

o ¶*Expressæ sunt.* vt si nō sit heres qui fuit institutus ex sex: quatuor accrescent habēti quatuor, & duę habēti duas: vt hic, & insti. eo. § si ex disparibus & ff. e. l. qui liberis. in fin. & l. sed si plures & l. coheredi. § j. Sic ergo prima voluntas trahit ad se vltimam: vt ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. § j. licē hoc verum nominib. appellatiuis positis in substitutione. secus si propriis: vt ff. ad Trebel. l. nonnunquam. & l. quoties. Itē secus si quandam parem quantitatem iussit eos dare: vt ff. ad Trebell. l. quotiens. & de trib. dubi. l. si is qui ducenta § fi.

* Reiectaine pta substitutionum diuisione & seboete. sic ex legibus. Romana diuisio. Substitutionum alia simplex, alia duplex. J. eod. Alia vulgaris, id est, directa, siue vulgaris alio dicitur directa. l. 46. n. A. j. pupillaris, alia quasi pupillaris seu substitutio exemplaris. Alia communis tiue ut accepit, quæ diuiditur in simplicem & reciprocam factam. ... Alia mutiliaris, alia fideicommissaria, sed hæc postrema ... appellatio. Ant. Cont.

† Titius legendum: vt hic D. Pius à quo testamenti receptum quod hoc lege tantum. § & si ex disparibus. Ant. Cont.

* Id est parte cum filio, sed pertinens. l. Seuerus & Antoninus Caracalla, sue Bassianus eius filius, qui Papinianum interfecit. Ciacar ... Contius.

† Frontiniæ al. Fortunatæ.

Hereditatem.] Casus. Fecisti testamentum: duos heredes puberem & impuberem instituisti, & eos inuicem substituisti. impubes hereditatem adiit, & in pupillari ętate decessit: vult mater ad partem suam admitti ab intestato: vult & substitutus. quis eorum admitti debeat, quæritur? Resp. quòd mater: videtur tamen contra. quia si solus institutus esset impubes, & aliquis ei substitutus, in duobus casibus admittitur substitutus. s. si institutus heres non esset, vel esset, & in pupillari ætate decessisset. sed hoc non habet locū hic: quia cum pubes sibi est substitutus, & econuerso: nō potest esse substitutio, nisi in vno casu, scilicet si heres non erit: ergo econuerso si impubes non heres erit: ergo ex quo adiit, heres est: nec habet locum substitutio. Viuia.

a ¶*Tibi*.scilicet matri.
b ¶*Pubertatis*. id est à tempore pupillaris ætatis vsq; ad vltimam ætatem.
c ¶*Tempora*.scilicet futura.
d ¶*Conditionis*.vel quia puberes:vel quia non erant in potestate.
e ¶*Duntaxat*. id est tãtummodo.
f ¶*Et ratio*. scilicet æqualitatis[a].sic j.*de prox. su.sert.l.in sacris.lib.xij*.vbi dicit, æqualitatem litigatoribus volo seruari.
g ¶*Cõstituit*. vt ff.*eodem l.iam alias,nam hoc iure.§.ij.& ad idem* s.*de test.mili.l.in testamento.j.&* j.*eod.l.quamuis.in fin*.

a Æqualitas in litibus seruãda.

HEres.] CASVS. Mater testamentum fecit,& heredem filiam instituit. filia non vult succedere ex testamento, sed ab intestato per bono. pos. vnde legitimi: an locũ habeat substitutio,quæritur? Resp. quòd sic. & si substitutus heres apprehendat successionem, filia possessoriã hereditatis petitionem intendere nõ potest. si quam autem actionem habuit cõtra matrem eam cõtra substitutum exercere potest. Viuianus.

† non quidem mens, sed Cõmod.Con.

h ¶*Noluisti*.per vnde legitimi: vt ff.*vnde legi.l.ij.in fi.& l.iij*.
i ¶*Ipsum*. vt s.*de inoffic.test.l.si maritus*.
k ¶*Vindicare*. huic[b] enim locus non est: nisi prius testamentaria omnis deficiat: vt ff.*de regulu.l.quandiu.& de acq.here.l.quandiu*.

b Ab intestato successioni locus non est, nisi testamentaria omnis successio deficiat.
* al.Achilleo.

QVamuis.] CASVS. testamẽtum fecisti.vxorem & filiũ tuum impuberẽ heredes instituisti. Firmianum eis substituisti. adiit impubes hereditatem, & in pupillari ætate decessit. an ad partem suam substitutus vel aliquis veniens ab intestato debeat admitti? Respond. quòd licet aliàs vbi impubes est institutus & solus, & ei aliquis substitutus vulgariter: locum habet substitutio tacita pupillaris:hic gratia vitandæ inæqualitatis locum non habebit. Viuianus.
l ¶*Placuerit*. sapientib.
m ¶*Impuberi*.si solus fuerit institutus.
n ¶*Non erit*. ille scilicet heres sit.
o ¶*Decessit*.regulariter: vt *hic*, & ff.*eodem.l.iam hoc iure.§.ij*. Sed fallit in duobus casibus: vt *in eadem.l.iam hoc iure.§.j.in fi.& l.cum ex filio.§.finali*.

tibi[a] dubitari non oportet.substitutio enim testamento patris facta, ad pubertatis[b] tempora[c] porrigi non potest: quia ipso & aliis non eiusdem conditionis[d] heredibus institutis,& inuicem substitutis, propter eorum personã quibus in vnum casum dũtaxat[e] substitui potest,etiam in filio idem debere seruari, & ratio[f] suadet,& diuus Marcus pater†constituit[g].PP.VI.Kal.August.Chilone & Libone Conss.

Verba,si heres non erit,intelliguntur scilicet ex testamẽto: & ideo substitutio vulgaris causam intestati excludit. Bal.Vel sic:Repudiante instituto,fit locus vulgariter substituto.& contra eum adeuntem competunt actiones hereditariæ.Saly.Vel sic:Hæc verba,si heres non erit, apposita in substitutione vulgari, intelliguntur scilicet ex testamento: ideo si institutus repudiat ex testamento, facit locum substituto: nec potest institutus succedere ab intestato: si quid tamen sibi debebatur à defuncto,illud totum à substituto petere potest.Alex.

III. *Imp.* ALEXAND. A. *Achillo*[*].

HEres instituta matris testamento,si successionem ex testamento omisisti, & ab intestato bonorum possessionis ius habere voluisti[h]:substituto locũ quin feceris,in dubium non venit.Proinde si substitutus hereditatem amplexus est: actionibus quæ tibi aduersus matrem competebant,ipsum[i] conuenire,non successionem ab intestato potes vindicare[k].PP.XI.Kal.Septemb.Maximo.II.& Æliano Conss.

Natura copulæ est restringere copulata ad uniformem interpretationem iuris,nõ ad difformem. Bal.Vel sic: Verbum commune pariter relatum ad duo: debet operari pariter in vtroque.h.d.secundum Ia. But. Vel sic:Vulgaris facta filio impuberi comprehẽdit pupillarem ex interpretata mente: & facta simul duobus inæqualibus,in neutro pupillarem continet.h.d.Vel sic: Vulgaris expressa facta simul filio impuberi & alteri cui non poterat fieri pupillaris substitutio non continet tacitam pupillarem in persona impuberis ob euitandam inæqualitatem.Alex.

p ¶*In eum*.scilicet vulgarem. j.eo.*l.cum quidam.&* s.*eo.leg.ij*. ¶Sed argum.contra ff.*de cond.& demon.l.falsa.§.fi*.vbi pluralis sermo pro singulari accipitur. Sed fallit illa regula hoc casu, quando cum alio instituitur.

POst aditam.] CASVS. Si testamentum fecisti,& heredem instituisti,& vulgariter substituisti hoc modo:si ille heres non erit &c.adita hereditate ab instituto euanescit substitutio. non est sic in pupillari substitutione: quia licet impubes adeat & decedat in pupillari ætate,locum habet substitutio. Viuianus.

IIII. *Idem A. Firmiano.*

QVamuis placuerit† substitutionẽ impuberi[m] qui in potestate testatoris fuerit, a parente factã ita, *Si heres non erit*[n]: porrigi ad eũ casum quo postea quàm heres extitit,impubes decessit[o],si modo non contrariam defuncti volũtatẽ extitisse probetur: cum tamen proponas ita substitutionẽ factã esse, *Si mihi Firmianus filius & Aelia vxor mea (quod[*] abominor) heredes nõ erunt, in locum eorum Publius Firmianus heres esto:* manifestũ est in eum[p] casum factam institutionẽ, quo vtrique† heredum substitui potuit.PP.IIII.Kal.Iul. Fusco.II.& Dextro Conss.

Per aditionem hereditatis extinguitur vulgaris substitutio. Salyc. & Alexander.

V. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. *Hadriano*[*].

POst aditam[q] hereditatẽ directæ[r] substitutiones non impuberibus filiis factæ, expirare solent[s]. PP. X. Kalend.Iun. ipsis.IIII.& III.AA.Conss.

Inter institutos qui adinuicẽ sunt substituti,habet locũ etiam ius accrescendi. Alex.concor.Bald.& Salyc.

VI. *Iidem AA. & CC. Quintiano.*

TEstamento iure facto,multis institutis heredibus, & inuicem substitutis:adeuntibus suã portionẽ etiã inuitis, coheredum repudiantium accrescit[t] portio.Sine die & consule.

Per substitutionem pupillarẽ succeditur pupillo ex testamento:& venientes ab intestato repelluntur. Alex.concor.Bald.Salyc.

VII. *Iidem AA. & CC. Feliciano.*

SI testamẽto[iure]†facto,intra pupillarẽ ætatẽ & in sua[u] potestate cõstitutæ filię, si intra pubertatem decesserit, directis verbis pater substituit:heredem te factũ[x] ex testamento post euentũ conditionis,intestati successionem[y] exclusisse constat. S.Kal.Ianuar.Sirmij. AA.Cons.

q *Post aditam*. ab instituto.
r ¶*Directæ*. i. vulgares: vt *hic*, & j.*de legatis.l.si legata*.sed etiam in impuberibus idem dici debet:licet remaneat tacita pupillaris: vt s.*l.prox.in prin*.Illud tamen verũ est,quòd impuberibus[a] etiã directè potest substitui post aditam hereditatẽ:quod in aliis fieri nõ potest:vt s.*de inoff.test.l.ex tribus*.
s ¶*Solent*. Imò contra. *in auth.de heredib.& Falc.§.si verò institutio*[b]. *coll.j*. Solu.hęc corrigitur.Vel ibi ex vi legis non substitutionis admittitur. ¶Item quid si minor adiit & restitutus est? Resp. substitutio locum habet:vt ff.*de mino.l.& si fine.§.sed quod Papinianus.& ff.eod.l.ij.§.ergo*[c].

† D.l.nec to.l.tam hoc. ff.e. Con. vulg. id ertendi ad pupillarem.
a Impuberib[us] directè substitui potest post aditam hereditatem.
b Vers.est sub §.hæc omnia.
* sic in l. 41.in fine.ff.eod.

TEstamento.] CASVS. Si testamentum fecisti, & plures heredes instituisti, & adinuicem substituisti,vnus eorum portionẽ suam repudiauerat: ad eã vocabuntur substituti. Viuianus.
t ¶*Accrescit*.vt s.*quando non per partes.l.j.& de suc.edic.l.j.& ff.de suis & legit.hered.l.si ex pluribus*. & etiam inuitis: vt hic dicit,si & suam partem velint: vt & j.*de iure delibe.l.quidam.in fin.& de cad.tollend.l.j.§.his ita.& ff.de acquir.here.l.j.& ij.& l.cum hereditate*.[d] & *de lega.ij.nominatim*. ¶Sed nũquid hoc casu poterit admitti substitutus? Resp.sic: vt ff.*de acquir.hered.l.si quis heres institutus*.

† tantum.idq; tam propter verbum abominor, quàm propter heredes.
c Vers. est sub §.interdum.
* Adriano.
d Ibi solum tractatur de iure accrescendi: hic de iure accrescendi vnito cum iure substitutionis.Bar. Bald. Pau.Al. & Ias.

SI testamento.] CASVS. Testamentum fecisti filiam tuam impuberem instituisti,& ei pupillariter substituisti, hoc modo: filiam meã instituo heredem: & si heres non erit, vel erit & decesserit in pupillari ætate, Titium ei substituo. si heres sit, quia hereditatẽ adeat: intra autem tempora decesserit pupillaria,an vocetur substitut[us],an veniẽs ab intestato, quæritur? Rñ.quòd substitutus excludit venientem ab intestato. Viuianus.
u ¶*E.in sua*.s.patris.
x ¶*Factum*. s.substitutũ pupillariter.

† deest in vete.Con.

y ¶*Successionem*.id est venientes ab intestato exclusisti, cum heres sis ex testamento:vt ff.*de acquir.here.l.iij*.

PRecibus.] CASVS. Testamentum fecisti, heredem filium tuum impuberem instituisti, & ei substituisti Titium

Filium in pupillari ætate: adita tamen hereditate à filio decessit, vel mater admitti ad hereditatem vult, & substitutus: quis cui præferri debeat, quærit mulier à principe. Dicit imperator: ô mulier manifestius debueras mihi precibus tuis significasse qualiter facta fuisset substitutio: an pupillaris, an vulgaris, an compendiosa. Si vulgaris, vt quia sic dixit testator: Filium meũ heredẽ instituo, & si heres non erit, substituo Titium. quo casu si filius tuus adiuit hereditatem, euanescit substitutio, & ad eius hereditatem admitteris. Si pupillaris hoc modo, si heres non erit, vel erit, & in pupillari ætate decesserit: vocabitur substitutus, & tu excluderis. Si compendiosa, sic: filium heredem instituo: & quandocunque decesserit, siue in pupillari ætate siue post, Titium substituo. quo casu si intra pubertatem decesserit, admittitur substitutus si hereditatem adire voluerit. alioquin admitteris tu mulier. Si post tempora pubertatis decessit, admitteris ab intestato ad hereditatem. sed eam substituto ex causa fideicommissi restitues. Viuianus.

Substitutus vulgariter, per aditionem heredis instituti excluditur: nec admittitur ex tacita pupillari, si mater pupilli erat in medio. ille verò qui fuit expressè pupillariter substitutus, per aditionem hereditatis non excluditur: sed matre exclusa admittitur ad hereditatem pupilli in pupillari ætate decedentis. idem si sit compendiosè substitutus, & pupillus decessit in pupillari ætate. si verò decessit post, non admittitur substitutus ex pupillari ad hereditatem pupilli, sed ex fideicommissaria ad bona tantum testatoris sibi restituenda per matrem, quæ fuit heres ab intestato filij. Alexander.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Patronæ*[a].

Precibus † tuis[a] manifestius exprimere debueras[b], maritus quondam tuus miles defunctus, quem[c] testamento facto heredem cõmunem filium vestrum instituisse proponis[d], & secundum heredem[e] scripsisse, vtrúmne in primum[f] casum, an [in secundum †] filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore, si intra decimumquartum suæ ætatis annum[g], aut postea[h] decesserit, substituerit. Nam non est incerti iuris, quòd si quidem in patris militis positus potestate[i], primo tantum casu[k] habuit substitutum, & patri heres extitit[l]: eo defuncto[m] ad te[n] omnimodo[o] eius pertineat successio. Si verò substitutio in secundum casum[p], vel expressa[q], vel compendiosa[r *], non vsque ad certam[f] ætatem facta reperiatur: si quidem[t] intra pubertatem decesserit[u], eos habeat heredes[x] quos pater ei constituit[y], & adierint[z] hereditatem. Si verò post[a] pubertatem[b]: tunc eius te successionem obtinente, veluti ex causa fideicommissi[c] bona sunt

a ¶*Petronia* al. *Patronæ*.
† *Vt ad hanc le. Bero. Dialogo* ...

a ¶*Precibus tuis*. ô mater.
b ¶*Debueras*. benignè respondet: vt *supra de transact. l. vt responsum*. & repetit quæstionem imperator. aliàs nõ benignè. *vt ff. de testa. l. Domitius*.
c ¶*Quem*. s. maritum.
d ¶*Proponis*. s. tu ô mater.
e ¶*Heredem*. s.[a] substitutum: nec[b] aperit qualem, vulgarem, vel pupillarem, vel compendiosam. exprime ergo vtrum &c.
f ¶*Primum*. i. vulgarem fecit secundum heredem.
g ¶*Annum*. accipe, decesserit: & est pupillaris.
h ¶*Aut postea*. scilicet quandocunque. & hęc est fideicommissaria vel compendiosa. Et verè distinguendi fuerunt singuli casus, cum in vnoquoque casu propria & distincta habeatur ratio: vt ecce. nam &c.
i ¶*Potestate*. maximè scilicet.
k ¶*Primo casu*. i. in vulgarem: vt si heres non erit filius, Titius sit heres.
l ¶*Extitit*. sicque expirauit substitutio[c]: *vt s. eo. l. post aditam*. Accursius.
m ¶*Defuncto*. filio scilicet.
n ¶*Ad te*. s. matrem.
o ¶*Omnimodo*. Imò ex tacita pupillari videtur vulgariter substitutus admitti: *vt ff. eo. l. iam hoc iure. §. j. & s. eo. l. quamuis. quæ est contra*. Solu. speciale hic in matre, vt contra[d] eam tacita pupillaris non admittatur. Sed an potest admitti probatio in cõtrarium, scilicet quòd defunctus voluit per tacitam excludere matrem? Respon. sic *vt s. de testa. milit. l. in testamento. j. in fi. & ff. eo. l. iam hoc. in fine*.
p ¶*In secundum casum*. Secundum[e] casum appellat pupillarem & compendiosam[f]: quia vtraq; locum habet si pupillus sit heres, & postea decesserit. Et ideo hunc casum secũdum diuidit in expressam pupillarem[g], quæ sic fit: Si filius meus erit heres[h], & in pupillari ætate decesserit, ille sit heres. Et compendiosa[i] sic: Quoquo tempore filius meus decedat, ille sit heres. & sic directis verbis. & sic rogo vt hereditas ad Titium perueniat. & subaudi, id est non vsq; &c. quia hoc est exemplum compendiosæ.
q ¶*Expressa*. s. pupillaris.
r ¶*Compendiose*. idem in pupillo his verbis: quandocuq; decesserit, ipse sit heres. Et dic, compendiosa[k]: in qua tacita inest pupillaris & fideicommissaria.
f ¶*Certam*. maximè. nam idem si vsq; ad xxv. an. *vt l. centurio. ff. eod.* Vel dic ætatem, scilicet xiiij. annorum.
t ¶*Siquidem* ad vtranque se refert, ad pupillarem & compendiosam.
u ¶*Decesserit*. s. filius.
x ¶*Heredes*. s. directò: siue pupillaris, siue compendiosa sit.
y ¶*Constituit*. i. substituit.
z ¶*Adierint*. aliàs etiam ad matrem venirent, vt in superiori casu. quia si substitutus non adierit, institutus transmittit heredem ad suos heredes.
a ¶*Si vero post*. s. decessit filius. hoc referas ad compendiosam tãtum. nam si tantum vulgariter vel pupillariter substituisset, & fuisset heres: in et decederet pubes factus iã, vt hic decessit: mater haberet totum, & nihil redderet.
b ¶*Pubertatem*. s. si decessit filius.
c ¶*Fideicõmissi*. secus dicerem si mater nõ esset in medio: id est si nõ superesset. nam tunc facta compendiosa à milite, intelligerẽ eam substitutionem esse directam omni tempore, tam post pubertatẽ, quam ante: cum videam militẽ post pubertatem posse facere directam substitutionem: *vt supra de testa. milit. l. in testamento. j. in fin. & ff. de milit. testa. l. milites etiam in his*. Sic & aliàs fauetur matri: quia tacita pupillaris contra matrem non admittitur etiam iure fideicõmissi: licet alios venientes ab intestato repellat dicta substitutio tacita: *vt supra eo. l. j. §. sed* ibi fuit vulgaris expressa, hic compendiosa: & ideo hic non est bona similitudo. Py. tamen dixit, quòd miles pubert directè substituere non potest: sed per fideicommissum. vbi ergo puberi substituit miles compendiosè, scilicet sic: Quandocunque decesserit, ille sit heres ei: non attenditur sit mater vel non: quia semper valet iure directo. at vbi sit ita compendiosa impuberi à milite, satis habet lex quòd vsque ad pubertatem valeat iure directo, postea per fideicommissum propter matrem: *vt hic dicitur*. & hic est casus huius legis. Dicitur ergo compendiosa[a]. quia sub compendio verborum continetur pupillaris, si impubes decedat. si autem postea, verba directa trahuntur ad fideicommissum: & sic duas continet[b], & fit directis verbis[c], & pupillo tantum. Et sic pupillaris alia expressa, alia tacita. & continetur in compendiosa: vt hic dicitur. Sed in pagano dic, si paganus ita substituat, si filius meus quandocunque decesserit, Titius sit heres: substitutus capiet bona iure directo, si decedat in pupillari ætate: & mater omnino repellitur. si autem decedat postea, nihil habebit substitutus. & sic nihil differt paganus à milite: *vt ff. eodem. l. in pupillari. & l. centurio. & l. verbis*. & hic mater amittitur: & quilibet ab intestato: nec ex fideicommisso bona restituit: vt ex prædicta l. centurio, patet per contrarium sensum: quia ita dicit in milite: secus ergo in pagano. Sed si ita substituat: Si filius meus quandocunque decedat, substituo sibi illum: hanc semper reputo[d] fideicommissariam: quia verbum substituo, aptatur ad fideicommissariam: *vt supra titu. j. l. generaliter. § fin.* & est alia quàm compendiosa. & quia talis interpretatio omni tempore rem valere suadet: *vt ff. de rebus dubiis. l. quotiens*. sed superiori casu verba directa hoc interpretari non permittunt: & hic semper mater admittitur, & restituit: *vt ff. de vulgari substitutione. l. coheredi. §. cum filiæ*. si verò ita substituat: si filius quandocunque decesserit sine liberis, ille sit heres: vel illum substituo: hanc semper interpretor fideicommissariam[e]: quia talibus verbis non directa, sed fideicommissaria conuenit de iure & de facto fieri. nam si directa, non valet post pubertatem: ergo nec ante. Item vna est, sed non est directa: ergo fideicommissaria pro tempore toto. & quia illud verbum, sine[f] liberis, innuit quòd etiam in pupillari ætate substituit per fideicommissum: quia tunc liberos habere non potest. & verba directa trahuntur ad fideicommissum: *vt ff. ad Trebellianum. l. Scæuola*. hoc casu sicut superiori admittitur mater: sed restituit detracta quarta. *vt d. l. coheredi. §. cum filiæ*. Si vero sic dicat: si filius meus decesserit in pupillari ætate, vel postea sine liberis: illum substituo: duæ

sunt

Margin notes (left):
a Secundus heredes, id est substitutus.
b Dic etiam esse compendiosam quo ad te. i. matrem, & omni tempore directam secundum Christo. de ca. Bal. Al. & la.
c Et habuit a dire quis substitutum fideicommissum per aditionem institutionem vulgaris ta.
d Substitutum pupillarem tacite non admittitur contra matrem: & glo. in l. iam hoc iure. ...
e Secundus casus, id est, pupillaris substitutio, & tertium casum vocat cõpendiosam. ...
g Pupillaris expressa substitutio quemadmodum fiat.
h Hæc verba necessariò nõ requiruntur in pupillari substitutione expressa ... Calit. & Alex.
k Compendiosa substitutio quemadmodum fiat.

Margin notes (right):
† Mors in manuit. teste.
Hæc lex est obscura, & hoc intendit: Sublatis aliquibus vitiis antiquis, hodie idem statuitur in filiis maribus, quod in fœminis, & econtra, tam in successionibus ex testamento, quàm ab intestato, & in iure dicendi nullum, vel contra tabulandi, ac etiam in modo exheredãdi: quod obtinet etiam in nepotibus, & in iam natis vel nascituris. Salycetus. Vel sic: Fœminæ exæquantur masculis, & nepotes filiis, & posthumi iam natis: vt eodem modo sint instituendi omnes, & eodem modo debeant exheredari: & si prætereãtur, eadem habent remedia rumpendi: licet de media iuris prudentia masculi essent melioris conditionis quàm fœminæ in pluribus. Primo, quia licet ab intestato essent pares, si tamen fiebat testamentum, plus erat relinquendum masculo quàm fœminæ pro sua legitima. & si exheredabantur, debebant masculi exheredari nominatim: fœminæ autem poterant exheredari inter cæteros. Si vero præteribantur instituto extraneo, poterat masculus totum testamentum impugnare, & tam de iure ciuili, quàm per bonorum possessionem de iure prætorio, & totam hereditatem consequi: fœmina vero non impugnabat testamentum, nisi pro dimidia per ius accrescendi. & de illa dimidia cogi poterat etiam ad solutionem legatorũ, vsque ad dodrantem illius dimidiæ: & sic remanebat sibi tantum vncia cum dimidia totius hereditatis, quæ dicitur sescunx: & erat deterioris conditionis, quàm si fuisset exheredata: quo casu habuisset querelam in toto, nisi ei fuisset relicta quarta pars totius. & similiter nascituri erant alterius conditionis, quàm iam nati, in modo exheredationis. sed hodie idem ius seruatur in omnibus, & debent exheredari nominatim nepotes & posthumi sicut filij iam nati. Alexander.

IIII. *Idem A. Ioanni* † *p. p.*

MAximum vitium antiquæ subtilitatis præsenti lege corrigimus, quæ putauit alia esse iura obseruãda in successione parentum, si ex testamento veniant, in masculis, & alia in fœminis[g], cum ab intestato[h] simile [ius*] vtrique sexui seruauerint. Et aliis[i] verbis exheredari filium debere sanxerunt, aliis filiam: & inter nepotes[k] exheredandos alia[l] iura ciuilia, alia prætoria † introduxerunt. & si præteritus fuerat filius: vel ipso iure testamẽtum euertebat, vel contra tabulas bonorum possessionem in totum accipiebat. Filia autẽ præterita[m] ius accrescendi[n] ex iure vetere accipiebat[o], vt eodem momento & testamẽtum patris quodammodo ex parte iure accrescẽdi[p] euerteret, & ipsa[q] quasi scripta legatis[r] supponeretur: ex prætore[s] autem habebat[t] contra tabu-

† al. Iuliano.
* deest. sed subaudiatur.
† prætoria.

MAximum.] CASVS. In hac l. sex vitia recitantur, quæ ex ipsa recipiunt emendationem: quæ secundũ antiqua iura circa successionem, exheredationem, & præteritionem liberorum fieri consueuerunt. Primum, cùm filij tam masculi quàm fœminæ sine delectu ab intestato succederent, circa dispositionem testamentariam inæqualia[f] iura receperũt. sed quæ vel qualia, nec hæc lex, nec alia recitat expressè. Secũdum, quod filij nominatim exheredabantur, & filiæ inter cæteros. Tertium, quòd circa exheredationem nepotum ex filiis, iura prætoria & ciuilia variè statuerunt. Quartum, si filius in potestate constitutus foret præteritus ipso iure, de iure ciuili paternum euertebat testamentum: vel de iure prætorio per bonorum posses. filia verò præterita, per ius accrescẽdi non in solidum sed pro dimidia illud rumpebat, supposita tamen legatis præstandis ab instituto herede relictis, vsq; ad dodrantẽm sui semissis. admittebatur tamen in solidum de iure prætorio ad patris successionem per bonorum posses. hoc tamen beneficio per constitutionem diui Antonini ad ius antiquum iterum redacto, & ex hoc emergebat quintum vitium, puta quòd filia præterita, quæ paternam non meruit indignationem, magis grauabat, quàm exheredata: quod fieri consueuit ex culpa, si ponas heredem institutum legatis pluribus oneratũ, maximè cùm hodie per constitutionẽ Iustiniani aucta quarta sit, quandoque in trientẽ, quandoque in semissem. Videns igitur Iustinianus quòd introducẽtes huiusmodi differẽtias, potius naturam accusarẽt, quàm iura statuerent: sanciuit tam ex testamẽto quàm ab intestato filium & filiam pariter debere vocari. & hoc ad primum. & similibus verbis pariter exheredari. & hoc ad secundum. & hęc in vtroque casu tam ad neptes quàm ad nepotes ex filiis extenduntur. & hoc ad tertium. Item filiæ præteritæ vt filij contra tabulas habeant bonorum possessionem. si ipsæ fuerint emancipatæ, vel in sacris positæ ipso iure, vt sui, euertẽt testamentum, & hoc ad quartum, & ad quintũ. In vltima parte dicit quòd iam citra exheredationem posthumarum filiarum & amitarum differentia fuit: puta quòd si posthuma exheredaretur, aliquid ei relinquebatur: quod in iam nata non fuit necesse. & hoc totum reuocatur ad statum masculorum suorum heredum.

f Vide apud Decium in l. Fœminæ num. 86. & seqq. Casus in quibus fœminæ masculis æquantur, & in d. lege casus alios in quibus sunt vel deterioris vel melioris conditionis.

g ¶ *In fœminis.* primum vitium.

h ¶ *Ab intestato.* ratio quare sit vitium.

i ¶ *Et aliis.* Secundum vitium: quia filij nominatim, filiæ inter cæteros.

k ¶ *Nepotes.* Tertium vitium.

l ¶ *Alia.* id est alia vitia.

m ¶ *Præterita.* Quartum vitium. a Vel dic quòd exemplificat primum. Accursius.

n ¶ *Accrescendi.* id est accrescebat siue dabatur ei semis eius quod ab intestato erat habitura, & vsque ad dodrantem eius semissis poterat grauari legatis: vt infra ibi, cùm enim &c.

o ¶ *Accipiebat.* non autem poterat dicere nullum: *vt instit. de exhered. lib. in principio.*

p ¶ *Accrescendi.* accrescebat enim, id est accedebat ei, & decrescebat institutio.

q ¶ *Et ipsa.* scilicet filia præterita.

r ¶ *Legatis.* ab intestato relictis: ad instar filij, qui petit contra tabulas.

s ¶ *Ex prætore.* id est, ex iure prætorio.

t ¶ *Habebat.* scilicet filia.

Contrabat.

las bonorum possessioné in totum. Constitutio autem magni Antonini eã in tantú coarctabat[a], in quantú ius accrescédi[b] cópetebat. Qui enim tales differentias[c] inducũt[d], quasi naturæ accusatores existunt, cur nó totos[e] masculos generauit, vt vnde generentur, non fiant[f]. † Nã hoc corrigentes maiorum[g] nostrorum sequimur vestigia[h], qui eandé obseruationé colere manifestissime visi sunt. Scim[v] etenim antea[i] simili modo & filiú & filiá, & alios omnes inter cæteros[k] exheredatos scribere esse cócessum. [Tú etiã *] centumuiri[l] aliá differentiam introduxerunt[m]: & ex hac iniquitate vitiú emersit, quale ex libris Vlpiani quos ad edictú[n] prætoris fecit, inuentum à Tribuniano viro gloriosissimo nostro quæstore cæterisque viris facundissimis compositoribus iuris enucleati, ad nostras aures relatum est. Nam cú vltimú adiutoriú de inofficiosi querela positum † esset, & nemo[o] ex alio ortus[p] præsidio ad hanc[q] decurrere posset*: inuenta fuerat filia preterita minus habés, quàm filia exheredata. Cum enim per contra tabulas bonorum possessionem, vel ius accrescendi semissem[r] substantiæ filia præterita accipiebat, & omnibus legata præstare cópellebatur, scilicet vsq; ad dodrãté suæ portionis: remanebat ei sescuncia[s] tantummodo in sua successione. Quòd si fuisset exheredata: quarta pars õnimodo totius substátiæ[t] ei relinqui debebat. & quam iniuria digná pater existimabat, amplius habebat ea quá taciturnitate in institutione[u] preteriit. etsi[x] secúdú nostræ cóstitutionis[y] † definitioné, quam de supplemento quadrantis disposuimus *, repletio fuerat introducta: simili modo exheredatę[z] in quartã partem repletio accedebat. & ita[a] vitium permansit, vt nec ex nostra constitutione emédationé aliquá sentiret[b]. Sancimus itaq. quemadmodum in successionibus parentú quæ ab intestato deferũtur, æqua láce & mares & fœminæ vocátur[c]: ita & in scriptura testamétorú eas honorari[d], & similibus verbis exheredationes nominati[e] procedere[f], & contra tabulas bonorum possessionem talem haberes[g], qualem filius vel suus[h] vel emancipatus haberet: vt & ipsa[i], si fuerit præterita, ad instar filij emancipati vel sui, vel testamentum ipso iure euertat, vel per contra tabulas bonorú possessionem stare hoc non patiatur[k]. Et hęc[l] non solú in filiabus obtinerę, sed etiá in nepotibus & neptibus, & deinceps obseruari césemus, si tamen ex masculis progeniti[m] sunt. Sed quia[n] & aliud vitium fuerat sub obtentu differentiæ introductú, & alia iura exheredationis in posthumis[o], alia in iam natis obseruabantur: cú necesse fuerat posthumam[p] inter cæteros exheredatam etiam legato honorari, filiam auté iam progenitá etiam* sine datione legati: & hoc breuissimo incremento verború ad plenissimá definitionem deduximus, sancientes eadem iura obtinere & in posthumis exheredandis, siue masculini, siue fœminini sexus sint, quæ in filijs & filiabus iam statuimus: vt etiam ipsi vel ipsæ nominatim exheredentur, id est posthumi vel posthumæ facta mentione. Dat. Kalendis Sept. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV.CC.

IN AVTHENT. VT cum de ap. cog. §. aliud quoque capitulum cum sequentibus. §§. coll. viij. consti. xij.

In exheredatione requiritur expressio causæ legitimæ, quæ ab herede probari debet: aliàs exheredatio non valet. Salyc. & Alexan.

a ¶ *Coarctabat.* s. in bonorum possessione petenda, in quantum iure ciuili prius petebat, scilicet semissem petat per bonorum possessioné, & præstet legata vsque ad dodrãtem eius semissis, vt erat de iure primo ciuili: quam constitutioné Antonini nó habemus.
b ¶ *Accrescendi.* scilicet de iure ciuili.
c ¶ *Tales differentias.* ratio quare sint vitia omnia præter tertium præcedentia.
d ¶ *Inducunt.* s. inter masculos & fœminas.
e ¶ *Totos.* i. omnes. ¶ Et no. non[a] licere accusare naturam: *vt j. de leg. hered. l. lege. xij. tab. & insti. de exher. li. §. nostra.*
f ¶ *Nõ fiãt.* mulieres. Ac.
g ¶ *Maiorum.* s. ab antiquissimis temporibus: vt in l. xij. tabu. *vt j. de leg. here. l. lege.*
h ¶ *Vestigia.* quo ad æqualitatem maris & fœminæ, non quo ad exheredationem.
i ¶ *Antea.* i. antiquissimo tempore ante prædicta iura.
k ¶ *Inter cæteros.* i. non nominatim.
l ¶ *Centumuiri.* no. tria esse iura in filia. Primú q filia inter cęteros. Secundú, q aliis verbis. Item de iure accrescédi. Et dic centumuiri. i. senatores,[b] qui centum numero erant: *vt hic, & s. de peti. hered. l. fin.* & est hoc quintum vitium.
m ¶ *Introduxerunt.* introducétes petitioné hereditatis acta pri[us] querela.
n ¶ *Ad edictum.* s. exponendum.
o ¶ *Et nemo.* repete, cú vltimum &c.
p ¶ *Ortus.* i. filius. Nam nati, filij dicuntur. Vel dic id est fretus, q. d. qui habet aliud auxilium, non habet querelam: *vt hic, & insti. de inoffic. test. § iam autem.*
q ¶ *Ad hanc.* s. querelá.
r ¶ *Semissem.* i. eius partis quam ab intestata haberet.
s ¶ *Sescuncia.* i. vncia & dimidia: *vt ff. de inoffi. testam. l. Papinianus. § pro~de si sint.* & hoc facta relatione ad totum quod ab intestato erat habitura, cum primo vnus semis ei auferatur, postea dodrans remanentis semissis.
t ¶ *Totius substantiæ.* id est totius sibi debitæ portionis ab intestato. præterita vero habebat dimidiã illi[us] portionis: & in dodrante illius dimidiæ grauabat ad legata. Hæc tamen iniuria alibi reperitur: *vt ff. de cõtra tab. l. nõ putauit in §.[c]* nam & emancipatus filius si fuit præteritus, & petat contra tabulas, certis personis præstat legata: exheredatus vero nullis omnino: *vt ff. de lega. præstan. l. j. & l. Papinianus §. fi. & l. Titia. ff. de inoffic. testa.* Sed hodie iure authenticorum idem potest probari. Pone q me exheredauit pater meus, non adiecta causa: & legatum mihi reliquit: testamentum non valet quantum ad institutionem, sed quantum ad legata sic: ergo habeo legatum, & pariter succedam cum fratribus quasi ab intestato: & ita plus habeo quàm etiam ipsi instituti, vel multo magis quàm præteriti. Sed quidam dicunt non tenere hoc legatum, cum non est verisimile quòd testator voluerit me habere, si testamentum non valeret. ADDITIO. Istam opinionem tenuit. Mar. Sylle. vt refert Bartol. in authentic. ex causa. infra eo. in pe. col. versi. quæro quid si aliquid erat &c. quam sequitur ibi ipse Barto. hac potissimum ratione, quia indignus est consequi ex testaméto quod impugnauit: *vt ff. de inoffic. testa. leg. Papinianus. §. meminisse.* cum similibus, & videtur expressus casus secundum eum in *l. filium. §. omnibus. ff. de leg. præstan.*
u ¶ *Institutione.* de alio facta.
x ¶ *Etsi.* i. quamuis.
y ¶ *Cõstitutionis.* quæ est supra *de inof. testa. l. si quis filium. §. sancimus.* Vel vetius illa omnimodo.
z ¶ *Exheredatæ.* & non præteritæ.
a ¶ *Et ita.* quia præterita præstat ex sua portione legata, sed non exheredata.
b ¶ *Sentiret.* quia non dedimus supplemétum præteritæ.
c ¶ *Vocantur. vt j. eadem l. in prin.*
d ¶ *Honorari.* hoc ad primum, vt scilicet non prætereantur.
e ¶ *Nominatim.* quid[a] sit nominatim, habes. *ff. eodem. l. j. & ij. & hoc ad secundum.*
f ¶ *Procedere.* de secundo vitio.
g ¶ *Talem habere.* quartum & quintum vitiú.
h ¶ *Sum.* qui habet vtrumque: emancipatus tantum alterum. similis confusio. *s. de coll. l. illam. & insti. qui test. dari. tu pos. §. fin.*
i ¶ *Ipsa.* s. filia.
k ¶ *Non patiatur.* nam & suis præteritis datur contra tabulas: *vt hic & institu. de heredi. quæ ab intesta. § eadem.*
l ¶ *Et hæc.* hoc ad tertium.
m ¶ *Progeniti.* nam nepotes ex filia cum deminutione tertiæ partis veniunt: *vt s. de coll. l. illam.* quod tamen corrigitur per authen. ibi positam. Accurs.
n ¶ *Sed quia.* hoc erat sextum vitium.
o ¶ *In posthumis.* Hodie[b] posthumi exheredari non possunt, cum nullam causam ingratitudinis possint committere: *vt s. de inof. test. l. si quis in suo. §. legis.* & est lex Iustiniani. & post istam quæ est contra. Item per authen. est idem. Nam debet causam ingratitudinis inserere: quam ergo inseret in posthumo? & hoc dicit authenti. non licet &c. quam lege hic, & postea authen. ex causa.
p ¶ *Posthumam.* i. nondum natam.

[a] Naturam accusare non licet: quia parcendum est vitio naturali. l. sumorum. ff. de damn. infe.
† Fiat. in vet. manusc. codic. Cont.
* pro Tunc. in vet. legitur, Tametsi.
[b] Senatores hic dicuntur centumuiri.
† positum est.
* posse.
† Lamminopodo. s. de inoff. testa.
* al. impositum. al. positimus.
[c] Voluit elegans. l. firmo. §. fi. sed. tit. Cu. adic. & las.
[a] Nominatim exheredare quid sit.
* & sine datione.
[b] Posthumi exheredari hodie non possunt. & cur.

Non licet.] CASVS. Hæc authen. corrigit iura antiqua. in hoc iure antiquo liberi poterant exheredari sine causa. hodie illud est correctum: quia non licet parentibus exheredare vel præterire liberos, nisi inferatur vna ex. xiiij. causis legibus approbata: sed si vna illarum inferitur, & inuenitur vera, filius vel filia excluditur à querela. si non inuenitur vera, vocatur ad querelam i vnde si non inferitur causa exheredationis, non valet exheredatio, nec præteritio, nec testamentum.

Non licet parenti [a] aliquẽ ex liberis exheredare, vel præterire [b], nisi is probetur [c] ingratus, & ingratitudinis causas nominatim inserat testamento. Causæ vero ingratitudinis noua constitutione expressæ sunt quatuordecim [d].

a ¶ *Parenti.* mari, vel fœminæ, [a] cum de præteritione dicat: *vt instit. de exheredat. lib. §. mater.* Accurs.

a Mater non secus ac pater filios instituere tenetur. v. Gloss. ab fine §. Testamentum quæst. 36

b ¶ *Præterire.* id [b] est nec instituere, nec exheredare: *vt institut. de hered. quæ ab intestato. §. eadem.*

b Vide Gloss. Nouel. 115 c. 3 in verbo præterire

c ¶ *Probetur.* ab [c] heredibus: *vt supra de inoffic. testa. l. liberi. & l. omnimodo.* Accursius.

c Vide Gloss. 4. Nouella 115 c. 3 in verbo Nominatim.

d ¶ *Quatuordecim.* [d] quibus filij à parẽtibus exheredantur: sed septem sunt in quibus exheredantur superiores ab inferioribus: *vt in corp. authentic. vnde hæ sumuntur, in §. aliud. cum seq. §. & §. & hæc quidem.* & tres quibus exheredatur frater vel soror, etiam turpi persona instituta: *vt in authen. de nupt. §. ingratitudinis. coll. iiij.*

d Quot ex causis à parentibus liberi & econtra: item fratres à fratribus possint exheredari. Similis Gloss. Nouel. 115 c. §. in verbo hac esse decernimus

IN AVTHENT. VT cum de ap. cog. §. aliud. & §. seq. & §. siue igitur. & §. & hęc. in fin. col. viij. consti. xj.

Propter breuitatẽ non summatur, sed potest diuidi in tres partes. Primo vnum dictum ponit. Secundo illud limitat & restringit. Tertio dubium remouet, secunda ibi, quantum. tertia ibi. cætera. Alexan.

Ex causa [e] exheredationis vel præteritionis irritum est [f] testamentum quantum ad institutiones. cætera [g] namque firma permanent.

Ex causa.] CASVS. Istam authent. ita continuabitis ad l. C. & ad superiorem authent. Olim non erat necesse inseri causam exheredationis, hodie necesse est: & si non inseritur, non valet testamentum quantum ad institutionem: quantum ad alia sic. Ponetis ergo in hac authent. ita casum: Pater extraneum instituit, filium exheredauit, nulla causa inserta quæ sit l. approbata. vel mater filium præteriit, & extraneum instituit, nulla causa à l. approbata inserta: vnde non valet testamentum quantum ad institutionem. nam filius dicet testamentum ipso iure nullum, & succedet ab intestato: veruntamen legata & fideicommissa præstare tenetur: quia licet ipso iure non valet testamentum quantum ad institutionem, cætera tamen omnia firma remanent.

e ¶ *Ex causa.* omissa in testamento: & tunc ponitur irritum ipso iure. 2 Vel secundo causa fuit inserta in testamento, sed per heredem non probata: & tunc irritum, id est irritandum.

f ¶ *Irritum est.* ipso [e] iure causa inserta, & non probata: & sic non habet hodie locum querela [f] nisi inter fratres turpibus personis scriptis heredibus. Nam aut non est inserta causa, & sic non valet: *vt supra in authent. non licet.* Aut inserta & probata: & tunc inexpugnabiliter valet: *vt in authent. de hered. & Falcid. §. exheredatos colla. j.* Aut non probata: & tunc ipso iure non valet: *vt hic*, & hoc secundum M. 2 Tu dic secundum Ioan. quòd habet locum quando est inserta, & non probata: & verbum hoc, irritum, non est in corpore: sed est ibi euacuatio, in *§. si qua de prædictis. & in §. siue igitur.* Subaudi ergo, per querelam, vel per contra tabulas si fuerit præteritus emancipatus, vel suus: sed suus si vult potest etiam dicere nullum cum est præteritus. Nec obstat, [g] quod alibi dicitur non esse differentiam patriæ potestatis: *vt in authent. de hered. ab intesta. §. nullam vero. coll. ix.* Nam verum est vtrunque admitti, sed quemque suo iure. per ius autem ciuile solui sui admittebantur. Et eodem modo respond. ad illam instit. *de exhered. lib. §. nostra.* Item loquitur dicta authenti. cum nullum factum est testamentum: & secundum hoc irritum, id est irritandum. Vel si dicas ipso iure, expone ex causa scilicet omissa, vt sequitur: sed ab intestato succeduntur. Item si prædictum verbum esset in corpore authenti. tamen præcedunt verba illa, ex causa illa præteritionis, quasi sola præteritio vel exheredatio non sit causa quòd testamentum sit ipso iure nullum, sed etiam illa, scilicet si exheredatio non sit rite facta, id est si legitima causa non sit inserta quare fiat exheredatio. Si ergo continuatur, debet aliquod esse testamentum secundum omnes, sed irritandum est per querelam, vel aliis communibus modis. Vnde dic generaliter quòd omnis exheredatus, vel pro exheredato habitus, & solus habet querelam, & solam querelam inoffi. testamenti. Igitur si est in potestate exheredatur, habet querelam, & solam querelam inoffic. testa. si præteritus, ipso iure nullum dicit. Item bono. possess. contra tabulas petere [a] potest. Si sit emancipatus & exheredatus, querelam habet: & illam solam: *vt ff. de lib. & posthu. l. vlt. & de bonorum possess. contra tabu. l. j.* si præteritus, habet solam contra tabulas. si autem sit præteritus vel exheredatus ab ascendentibus per matrem, [b] & semper dic cũ causa: quia eorum præteritio pro exheredatione habetur) solam habet querelam. idem intelligo si mater vel aliquis ascendẽs per matrem prętereatur à filio: vt habeatur pro exheredata: [c] *vt supra de inoffic. testa. l. cum si nen.* & hoc cum tractatur de successione ascendentium. Si autem econtra, si quidem erat filius, & in potestate, & sit testatus super rebus non castrensibus, vel quasi, non valet testamẽtum: *vt infra de bo. quæ lib. l. fin. §. filius autem.* Si autem super castrensi vel quasi, constat quòd nulli subiacet querelæ: [d] *vt ff. de inoffi. testa. l. sed. §. fin.* Si autem est emancipatus, & patrem exheredat, habet querelam. si prætereat, habet contra tabulas pater: *vt ff. si à pa. quis fu. ma. l. j. in princip. & ff. de inoffi. testa. l. pater.* Item opponitur supra de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Sed ibi de imperfecto quoad numerum testium. & aliarum solennitatum, hic quoad præteritionem vel exheredationem. & secundum hoc facit j. prox. glo. in fin.

e Vide ad hãc Glossam Cæpegium de de separte 1. quæst. 29.

f Querela inoffi. ipsi quando fratri aduersus fratris testamentum competat.

g Hic glo. format tacitam oppositionem ad id quod incidenter supra dixerat. P. Al. & Ias.

a Et tunc non datur ad rescindendum. sed ad declarandam nullum. Ias. post Pau. in l. 1. in 2. col. ff. de contra tab.

b Filius de necessitate instituendus est vel exheredandus, etiam ab ascendentibus per matrem. vide Gloss. ib. sent. §. testamentum quæst. 36 supr.

c Sequitur ergo Pau. & sicut est nulla hodie legitima descendentium ita ascendentium: & debet relinqui iure institutionis. Ang. & Pau. sal Britanicho. al. Bertatio.

d Imò hodie. Bert. Bal. Pau. Alex. & Ias.

g ¶ *Cætera.* sic ergo petentur legata [e] actione ex testamento quasi non rescisso: *vt hic, & in cor. authen. §. siue igitur. in fin. §.* & tamen filius succedit ab intestato quoad quid: ergo est testatus quoad quid, & quoad quid non. *sic supra de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.* Vel dic agi condictione ex lege ad hæc legata. ¶ Sed pone quòd testator dixit, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel [f] alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis. An petentur legata vt ab intestato? Respond. hæc authen. videtur velle solum ex testamento, verùm videtur eo casu loqui, quo alio modo non poterant valere legata. Sed certe nec hæc alio modo valent, [g] licet hæc verba sint adiecta si non valet &c. *vt ff. de inoffic. testa. l. Titia. in fin. & de leg. ij. l. patronum. §. fin.* ¶ Item si hæc verba dixit, si non valet &c. nunquid heres scriptus poterit tanquam ab intestato relictum petere ex causa fideicommissi à filio existente herede ab intestato, vt sibi restituat hereditatem retenta quarta, quasi trahatur heredis institutio directa ad fideicommissariam, vt dicit lex in substitutione: *vt ff. ad Treb. l. Scæuola?* Respond. ita videtur. quidam tamen contra, quasi prædicta adiectio nil operetur hic: sed tunc tantum operetur, cum deficit testamentum solennitate iuris: quia ibi non est solennis numerus testium. vel vij. sigilla, vel huiusmodi: secus vbi deficit ratione præteritionis. quod est verum per l. Titia. sed vbi non potest dici inofficiosum, secus dicam: *vt d. l. Titia. & notaui ff. de testa. l. ex ea scriptura.*

e Verum legata præstantur in testamento inofficioso ratione rupta pectione institutionis. v. Afflict. dec. 125. num. 4. Belloium c. sup. putatorum vicium. vbi probat deberi. ad de Clapem c. fent. §. testamentum quæst. Ias. Menoch. de arbi. cas. 19 adde quæ de tutela & substitutione pupillari scripsi in Gl. Nou. 115 c. 4. in f.

f Opinio Gl. est vera, scilicet quòd legata petantur actione ex testamento non viso, virtute clausulæ sed eius fundamentum est falsum hodie. Bal. Ang. Pau. Al. & Ias.

g Adde Gloss. in l. 14 in verbo contractum fiduciam.

TITVLVS XXIX.

DE POSTHVMIS HEREDIBVS instituendis, vel exheredandis, vel præteritis.

Per natiuitatem posthumi præteriti testamentum rumpitur, & legata non debentur. Alexand. post Bal. & Sal.

1. *Imp.* ANTONINVS A. *Brutatio.* †

Si post testamentum, factum quo posthumorũ suorum nullam mentionẽ testator fecit, filium filiámve suscepit, intestato [h] vita functus est: cum agnatione posthumi vel posthumæ cuius non meminit, testamentum ruptum sit [i].

DE POSTHVMIS HEREDIBVS INSTItuendis, vel exheredandis, vel præteritis.

Quinque modo sit posthumus, scilicet natus post mortem patris. Item post testamentum ante mortem: vt ff. de iniust. testa. §. 1. *Item arrogato filio post testamentum. Item post mortem aui: quia incipit nepos in sua patris potestate esse, vt posthumus. Item nepos auo moriente filio.* vt ff. de libe. & posthu. l. filius à patre. §. 1. ADDITIO. *Licet hæc gloss. approbetur per Salycetum, Corneum Alexandrum, & Ias. & per Alexandrum.* in rub. ff. eod. *tamen dominus præceptor meus Jodocus Laurentius eam reprehendit in repetitione sua.* l. Gallus. ff. e. *hic in tertio modo ibi, item arrogato filio, &c. Et aliter ponit exemplum, scilicet si aliquis arrogat alium quàm filium.*

Si post.] CASVS. Si testamentum fecisti, & heredes instituisti, nec de nasciturus mẽtionem fecisti, aliquis natus est: an rumpatur testamentum, quæritur. Respon. quòd sic, nec ex eo aliquid debetur, vt peti possit.

h ¶ *Intestato.* nunc respondet.

i ¶ *Ruptum sit. vt insti. de exhered. l. §. j.*

Nihil

a ¶ *Nihil deberi.* ut *ff. de iniust. testamen. l. qui uxorem. & ff. de lega. ij. l. si quis testamento. & ff. de fideicom. libe. l. generaliter. §. ex testamento.* secus autem iure authentic. hoc casu: *ut supra titu. j. authentic. ex causa.* 2 Vel dic quòd ibi loquitur in nato præterito. hic in posthumo. Item contra. *ff. de iniust. testam. l. posthumus. & l. filio.* Solu. ut dices infra l. proxim. ADDITIO. Tu distinguas, quia aut testator sciuit se habere uxorem prægnantem, & tunc valent, & conseruantur legata & fideicommissa, per dictam authentic. ex causa. aut ignorauit, & tunc secus: quæ distinctio in filiis iam natis præteritis etiam adhiberi potest. pro qua facit. *l. sicut certi. & l. si cum vel in utero. supra de testamen. milit.* & vult Bartol. *in d. authent. ex causa. & idem in l. filio. ff. de iniust. test.*

Ex rupto autem testamento nihil deberi[a], neque peti posse, explorati iuris est. Dat. & PP. IIII. Kalend. Iulij. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Abortiuus non rumpit testamentum, sed natus viuus, licet ilico decesserit. Alexan. post Bald. & Sal.

II. *Imp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Saterio.*

VXoris abortu[b] testamentú mariti nó solui[c]: posthumo vero præterito, quamuis natus ilico decesserit[d], non restitui[e] ruptum, iuris euidentissimi est. S. XII. Kalendas Mart. Sirmij, Cæsaribus Conss.

Posthumus natus viuus, licet ilico decedat, rumpit testamentum, si ipse ad nullum declinat monstrum, vel prodigium. Salycetus & Alex.

III. *Imp.* IVSTINIANVS A. Ioanni* *præfecto prætorio.*

QVod † certatum est apud veteres, non decidimus. Cú igitur is qui in ventre portabatur, præteritus fuerat, qui si ad lucé fuisset[f] *redact*, suus heres patri existeret si nó[g] alius eum antecederet, & nascédo[h] ruptum testamentú faceret: † si posthumus in hunc quidé orbé deuolutus est, voce auté nó emissa ab hac luce subtractus est. dubitabatur si is posthum* ruptú facere testamétum posset: [&] veterum * animi turbati sunt, quid de paterno elogio[i] statuendum sit. Cúmque Sabiniani existimabát, si viuus[k] natus esset, & si vocem non emisit, rumpi testamentum: apparétque, † quòd & si mutus fuerat, hoc ipsum[l] faciebat: eorum etiam nos laudamus sententiá: & sancim*, si viuus perfectè natus est: licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decessit: nihilominus testamentú rumpi[m]: † hoc tantummodo requirendo, si vnius ad orbem totus processit, ad nullum declinans monstrum[n] vel prodigium. Da. XV. Kalend. Decembr. Constantinopol. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

In vltimis voluntatibus casus omissus habetur pro expresso si non sit diuersitatis ratio, & tractetur de fauore, non de odio. h. d. Salycetus. Vel sic: Institutio facta de posthumo nascituro post mortē, trahitur ad posthumum natum in vita si testator putabit ipsum nasciturum demum post mortem: quia verisimile est quòd si putasset eum nasci in vita, eodem modo instituisset. h. d. secundum communem intellectum doctor. Alexand.

IIII. *Idem A. Ioanni* * *præfect. prætorio.*

QVidam[o] † cum testamentú faciebat. his verbis vs* est: *Si filius vel filia intra*[p] *decem mensium*[q] *spatium post mortem meam*[r] *editi fuerint, heredes sunto.* vel ita dixerat:* *Filius vel filia* [*qui* †] *intra decē menses proximos mortis*[s] *meæ nascentur, heredes sunto.* iurgium antiquis interpretatoribus * legum exortum est, an † videatur[t] non contineri[u] testamnto, & hoc ruptum facere. Nobis itaque eorum sententiam decidentibus, cum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adiuuantes: ex neutra huiusmodi verborum compositione ruptū fieri testamentum videtur: sed siue viuo testatore, siue post mortem eius intra decem menses à morte testatoris numerandos filius vel filia fuerint progeniti: maneat testatoris voluntas immutilata, ne pœnam patiatur præteritionis, qui suos [filios *] non præteriit[x]. Dat XII. Kalen. Decemb. Constantino. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

VXoris.] CASVS. Testamentum fecisti, & heredem instituisti, nec de nasciturís mentionem fecisti: uxor tua fecit abortum. an testamentum rumpatur, quæritur. Dicitur quòd non. Si autem viuus natus est, licèt incontinenti decesserit, rumpitur testamentum. Accurs.

b ¶ *Abortu.* puta mortuum fecit.

c ¶ *Non solui.* cùm nec natus videatur: *ut ff. de verborum significat. l. qui mortui.*

d ¶ *Decesserit.* emisit tamen vocem: ut differat à l. seq.

e ¶ *Restitui.* *ut ff. de liberis & posthumis. l. quod dicitur. & instit. de exheredatione liberoru. §. j.* ¶ Sed contra. *ff. de iniusto testamento. l. posthumus.* Solu. ibi viuo testatore & natus fuit, & decessit: hic post. 2 Vel ibi de æquitate: & hic de rigore. ¶ Item contra. *ff. de iniusto testamento. leg. filio.* Solu. ibi in nato præterito, hic in posthumo. Vel ibi de æquitate, ut ibi dicit: hic de rigore. ADDITIO. Tu videas hic pulchram & breuem distinctionem Bartol. pro concordia legum in hac gloss. pro contrariis allegatarum.

QVod certatum.] CASVS. Cùm posthumus natus, voce tamen non emissa ab hac luce subtractus est: an rumpat testamentum, apud veteres erat quæstio: quam soluit Sabinus dicens, Si viuus natus est, non obstante eo quòd ante vocem emissam vita functus est, rumpet testamentum. eodem modo & si viuus natus est. in quam sententiam declinat imperator statuens quòd quisquis natus talis fuerit: licet in terram ceciderit, vel in manibus obstetricis decesserit, rumpat, si totus processerit ad nullum declinans monstrum vel prodigium.

f ¶ *Fuisse.* viuo patre.

g ¶ *Si non.* si, pro quia. cùm enim sit filius, alius[e] eum antecedere non potest: *ut instit. de hered. qua. & dif. § sui.* Secus ergo si alius præcederet, ut quia hic esset nepos qui nascitur: *ut ff. de milit. testa. l. si filiusfamilias. j. § sed si filiusfamilias.*

h ¶ *Nascendo.* scilicet viuus, & durasset viuus.

i ¶ *Elogio.* id est testamento.

k ¶ *Viuus.* & decesserit.

l ¶ *Hoc ipsum.* i. vocem non emitteret.

m ¶ *Rumpi.* *ut supra l. proxim. & ff. eodem. l. quod dicitur.*

n ¶ *Monstrum.* hi enim non sunt liberi: *ut ff. de statu. ho. l. non sunt liberi, & de verborum signif. l. ostentum.* ¶ Sed argu. contra *eodem titu. de verborum signif. l. quæret aliquis.* Sed ibi quo ad hoc ut matri proficiant, non ut sibi. Vel refert an ex bestia.

QVidam.] CASVS. Testamentum fecit his verbis: vnusquisque mihi natus infra decem menses post mortem meam, ille sit mihi heres. ille, si viuo te aliquis natus fuerit, an præteritus esse videatur, quo magis rumpatur testamentú, quæritur? Respond. quòd vtroque sermone, siue viuo te, siue post mortem tuam intra decem menses computandos à tempore mortis tuæ aliquis natus fuerit, maneat voluntas tua firma, ne pœnam præteritionis patiaris, qui filios non præteristi.

o ¶ *Quidam.* duobus modis dic casum. Primò, instituo posthumú qui mihi nascetur post mortem meam intra decem menses: sed hic natus in vita testamentum fingitur institutus, licet non sit. Secundo, instituo posthumú qui mihi nascetur vsque ad decem menses completos: qui menses computentur post mortem meam. & secundú hunc secundum casum ponitur intra, pro citra, id primo non.

p ¶ *Intra.* id est citra.

q ¶ *Decem mensium.* ex tunc currentium.

r ¶ *Post mortem meam.* computandos an cucurrerint.

s ¶ *Mortis.* id est post mortem secundum primum casum.

t ¶ *Videantur.* filij nati in vita.

u ¶ *Non contineri.* & sic præteriti.

x ¶ *Non præteriit.* ergo hæc lex interpretatur * quòd sicut testator voluit eum esse heredem si nasceretur post mortem: sic eadem ratione & si in vita: *ut hic, argu. supra de inoffic. testamen. l. iij. & ff. eod. titu. l. si ita. j. respon. & ff. de condict. cau. da. l. si extraneus.* nisi[b] appareat testatorem contra sensisse, scilicet quòd in vnum casum tantum voluit prouidere: *ut ff. eod. l. commodissimè. quæ est contra. & ff. solu. matri. l. si cum dotem. in principio. quæ est argu. contra.* 2 Vel solue: quia hoc nouum, illud autem vetus, quod est in l. commodissimè. 3 Vel dic tertio quòd hic subaudiatur, etiam, in verbis testatoris. q. d. etiam post mortem. quæ non placet: quia sic posset & ibi subaudiri. 4 Dic ergo quarto, & est secunda positio casus quòd hæc verba, editi fuerint, quæ sunt in primo edicto, [illegible]

a Testamento rupto per agnationē posthumi, an debeantur legata.

* Iuliano.

† Et sunderi omnibus. Corrigit autē sententiam Pomponij in l. cō modissimè, de lib. & posthu. Cont.

* fuerit.

* faciebat. vet. Cont.

* veterum.

b Vide in hūc locum Ferrarium in forma libelli, qua petitur hereditas ex testamento, in verbo, Ac etiam probitur, nu mero 13.

† in vet. manuscripto, rū pi testamentū apparere, quod &c. restitū. Cont.

† al. in vet. corrumpi. Contius.

c Filium alius antecedere non potest.

* Iuliano. in vet. rectè. Contius.

† Et quinquagesi. deci. corrigit autem legem 10. ff. eod. Contius.

* si filius rectè.

† deest rectè.

* ut Pomponio l. 10 ff. eod. Contius.

† videtur hic desiderari hęc verba, an filij viuo eo nati &c. ut ex sequentib. verbis liquet. Contius.

* deest tollit.

a Probillo [illegible] stadtio in vo no casu. extenditur ad aliū ex presumpta mente testatoris.

b Vide Roeland. [illegible]

scentur, quod est in secundo: non determinentur per illa verba, post mortem: sed per illa, intra x. menses connumerandos, & currentes ex nunc: & computandos. i. inuestigandos post mortem: an currant ante vel post. & non refert an cucurrerint ante mortem vel post: nam & illi menses qui præcedunt morté, sunt proximi morti, sicut & qui sequunt: & sic ponit intra[a], pro citra. ¶ Item quod in fine dicit, à morte cónumerandos: expone, id est inuestigãdos an etiã in vita cucurrerũt. Itẽ cõtra secũdũ primũ casum. *ff. de vẽ. in pos. mitten. l. j. §. sed & si qua ventrem.* vbi tantum post mortem, & tantum in tẽpus quod testator expressit, videtur cautũ. Sed ibi in exheredatione: hic in institutione: *vt ff. eo. l. cùm quidam. & facit l. Gallus. §. nunc de lege. ff. eodem.*

a Intra pro citra.

TITVLVS XXX.
DE IVRE DELIBERANDI, & de adeunda [a] vel acquirenda [b] hereditate.

Iure isto emancipatus non efficitur heres ab intestato ex sola manumissione, vel alia gestione. Saly. Vel sic: Ille qui de iure prætorio tantum potest esse heres, licet faciat extra iudicium actus qui non possunt fieri citra nomen & ius heredis: non implicatur oneribus hereditariis. secus si poterat esse heres de iure ciuili. hoc dicit cum l. sequen. Alex.

DE IVRE DEliberandi, &c.

De hoc dicit l. cum antiquioribus, & l. fin.

a ¶ *Adeunda.* ab extraneo: *sed* [b] *sui dicuntur se immiscere:* vt instit. de here. qualitate & differ. §. in extraneis.

b ¶ *Acquirenda.* à quocunque, *suo, vel extraneo.*

b Adire & se immiscere differunt.

I. Imp. ANTONINVS A. *Titiæ.*[*]

* Titiana.

SI à patre emancipata, eo defuncto bonorum possessionem non agnouisti: frustra vereris ne hereditati paternę sis obligata [c], quòd seruum eius nullo iure manumisisti, res quoque & mancipia quædam propter funeris impensas distraxisti. PP. Kal. Iul. Messala & Sabino Conss.

Filius soluens simpliciter debitũ patris defuncti, præsumitur soluere vt heres. Salycetus post Baldum.

SI à patre.] CASVS. Filiæ emancipatæ delata erat bon. pos. in bonis patris: seruum hereditariũ manumisit: res quasdam ob funeris impensam distraxit. an videatur se alligasse hereditati quo magis à creditoribus hereditariis conueniri possit, quæritur? Respon. quòd non, si bo. poss. non agnouit: quia hoc modo non videt pro herede gerere si ia emãcipata. Viuian.

c ¶ *Obligata.* subaudi, ideo quòd &c. ¶ Et sic not. quòd propter talia non [e] videtur gerere pro herede: *vt hic, & ff. de relig. l. at si quis. §. interdum.* ¶ Sed contra. *ff. eod. scilicet de acquiren. hered. l. Iulianus. & aliàs incipit, si pupillus. §. si seruum.* vbi *manumittendo fit heres.* Solu. hîc de filia emancipata: ibi de filio in potestate, qui fit heres, nisi protestetur: *vt ff. eodem titu. l. pro herede. §. j. & infra de repu. hered. l. j.* Fallit tamen in filiofamilias milite, qui manumittendo seruum patris non fit heres, quamuis sit in potestate: *vt ff. eodem. l. Iulianus. §. fin.* Vel ibi in d. §. fin. est ideo in milite,[d] quia prius se abstinuerat: vnde non videtur pœnitere de abstinentia manumittendo

† al. Florentiano.

e Hodie tamẽ filius emancipatus manumittendo, & mãcipia propter funeris impensas distrahendo pro herede gerere videtur post sublatam differentiam emancipationis iure Nouellarum.

II. Imp. ALEXANDER A. *Florentino*† *militi.*

CVm debitum paternum te exoluisse alleges: pro portione hereditaria [d] agnouisse te hereditatem defuncti, non ambigitur [e]. PP. VI. Id. Februar. Maximo. II. & Æliano Conss.

Filius in potestate, statim mortuo patre efficitur heres ipso iure: & hereditatem transmittit ad heredes, etiam si de immixtione aliter non appareat: & sic excluduntur alij venientes ab intestato à successione patris: secus si est emancipatus. Ale.

ADDITIO. Aduertas quòd cùm hodie per iura authent. sit sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis: & quilibet succedat de iure ciuili, per istum actum extraiudiciarium de quo hæc l. loquitur, induceretur aditio: vt hic dicit Barto. & tenet hîc expressè Cynus.

d Imò ibi fit manumissio de seruo non hereditario, hîc de hereditario. ideo secus. Dy. Bar. Pau. Alex. & Las.

CVm debitum.] CASVS. Si obligatus creditoribus testamentum fecisti, & heredes instituisti: an eo ipso quòd aliquis debitum paternum soluit, pro portione hereditaria videatur hereditatem defuncti agnouisse, quæritur? Respon. quòd sic.

d ¶ *Hereditaria.* id est portione quæ tangeret te, si expressè velles adire hereditatem.

e ¶ *Ambigitur.* *vt supra de inofficioso testamen. l. parentibus. vt ff. eodem, scilicet de acquiren. hered. l. pro herede. §. j.* ¶ Argu. contra infra *de re iudicat. l. ....*

SI fratris.] CASVS. Frater tuus testamentum fecit: filium suum heredem instituit, qui erat in potestate patris mortis tempore. & hoc in parte vel in toto. in hoc tamen erat differentia olim, quòd si aliquis institutus esset in parte, apertis tabulis adire potuit: si in toto, clausis: hodie tamen pariter. Si ergo filius, hereditatem eius non adiuit, licet intra paucos dies post mortem patris decesserit filius. non propter hoc ad hereditatem eius admittitur frater, sed ad posteros suos eam transmittit. Si autem sui iuris effectus, ante aditam hereditatem decesserit filius, nec aliquis alius proximior sit, tanquam legitimus heres fratri tuo succedens, vel per bono. pos. intra annum si nondum tempus petendi eam excessit: bona eius à quocunque possessa petere potes, si aliquis de descendentibus superstes non fuerit.

III. Imp. GORDIANVS A. *Florentino militi.*

SI fratris tui filius mortis tẽpore in patris sui fuit potestate: siue ex asse heres institutus est, etiã clausis tabulis heres potuit existere: siue ex parte [f], nihilominus statim suus ei heres extitit: nec ea propter quòd intra paucos dies mortis patris sui concessit in fatum [g], tu ad eiusdem fratris tui potes accedere successionẽ [h]. Quòd si cum [i] iuris sui esset, ante [k] aditam hereditatem [l] decessit, túque fratri tuo legitimus heres extitisti: siue intra tempora edicto præfinita [m], bonorum possessionem agnouisti: quæ hereditariarum facultatũ sunt, vel quæ ab alio iniuria detinẽtur, præsidis diligentia tibi restituentur [n]. PP. XV. Kalend. Septembr. Gordiano. A. II. & Pompeiano Conss.

Non refert an aliquid faciam, an voluntate mea fiat. Bald. Vel sic: Hereditatem delatam filiofamilias pater potest adire volente filio. Alexander.

f ¶ *Ex parte.* hoc speciale in filiis: vt ex parte heredes possint adire clausis tabulis: secus in aliis secundum antiqua iura: *vt ff. de iur. & facti ignorantia. l. j. §. fina.* Sed hodie etiam quilibet [a] clausis tabulis potest adire hereditatem, etiam ex parte heres: *vt infra de caducis tollen. l. j. §. cum igitur. & §. in nouissimo in principio §.*

a Hereditatẽ clausis tabulis quilibet adire potest.

g ¶ *Fatum.* antequam adiret hereditatem.

h ¶ *Successionem.* nã cum sit de suis, transmittit ad posteros etiam non aditam: quod est speciale in filiis, in aliis secus: *vt infra de his qui ante apert. tabul. l. j. & de cad. tollen. §. in nouissimo.* secundùm quosdam. Vel hîc adiuerat: quod est verum.[b]

IIII. Imp. DECIVS A. *Athenaidi.*

FIliofamilias delata hereditate, si pater pro herede voluntate filij gessit: solennitati iuris satisfactum [o] videri, sæpe rescriptum est. PP. X. Kalendas Mart. Decio. A. & Grato Conss.

Hereditatem delatam pupillo debet pupillus adire cum auctoritate tutoris & alter sine altero adire non potest. Alexander. concor. Baldus & Salycetus.

V. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS *Paulo.*[*]

i ¶ *Quòd si cũ.* dic quòd in prima parte erat in potestate, & adiuit: & tunc transmittit ad posteros: & sic non habet patruus. vel non adiuit: & tunc similiter non habet patruus, vt heres fratris, licet possit adire vt heres nepotis, si proximiores non habet, vel alios non instituat. In secunda verò erat emancipatus filius, & non adiuit. vnde frater succedit fratri ab intestato, non habenti inferiores vel superiores.

b Imò vtraq; lectura displicet Bart. Bald. Pau. Alex. & La. Et dic quod speciale in filio familias quia vigore suitatis, hereditas non adita transfertur ad quoscunque seu eosdem.

* Paulino.

k ¶ *Ante.* cum ascendentibus vel descendentibus.

l ¶ *Aditam hereditatem.* iure ciuili.

m ¶ *Præfinita.* iure prætorio.

n ¶ *Restituentur.* cùm non adiuerit.

FIliofamilias.] CASVS. Si filio delata sit hereditas: pater eo volente potest se pro herede gerere, quasi dicat, & ei acquiret hereditatem: & sic solennitati, &c. quasi dicat, heres est. Accurs.

o ¶ *Satisfactum.* & sic est heres filius: *vt hic, & j. de bon. quæ lib. l. fin. §. ubi autem in vnum. & supra de petit. heredi. l. si filius. & ff. eodem. l. at qui. §. fina.* Accursius.

POtuit.] CASVS. Si pupillo delata sit hereditas, pupilli tutor eam adire debet: *vt instit. de aucto. tuto.* tutor autem pupillo ignorante, ei hereditatem acquirere non potest: quia voluntas pupilli & actus interuenire debet.

Pupillus.

Potuit pupillus[a] pro herede tutore auctore[b] gerẽdo cõsequi successionẽ: sed ipsius actus & volũtas[c] fuit necessaria[d]. Nam si quid nesciente[e] eo tutor egit: illi hereditatem non potuit acquirere. PP. XVI. Kal. Iul. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

Qui de hereditate sibi relicta testatur, eo ipso ipsam adire videtur. Bal. Vel sic: Solo animo aditur hereditas, quam sufficit in vltima voluntate ostendere. Alex.

VI. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Philippæ.*

SI auia[f] tua patrem tuum ex duabus vnciis scripsit heredẽ: ex sola animi destinatione pater tuus heres fieri poterat[g]. Igitur si testamento suo[h] easdẽ vncias ad te pertinere † decreuit[i]: apud rectorem prouinciæ duarum vnciarum ius persequi poteris. PP. XVI. Kal. August. Sirmij, ipsis. IIII. & III. AA. Cõs.

Hereditas fratris non adita, non transmittitur. hoc dicit Bald. Sal. & Alexander.

VII. *Idem* AA. & CC. *Eusobino.*[*]

QVoniã sororem tuã prius defunctam esse proponis. quam cognosceret an à fratre sibi aliquid hereditatis fuisset relictum: manifestũ atque euidens est, antequam pro herede gereret, vel bonorum possessionem admitteret, defuncti † successionem eã nõ potuisse ad heredes suos[k] transmittere[l]. PP. kal. Maij. Thiralli. AA. Conss.

Nõ videtur qui diu tacuit, renunciasse hereditati paternæ. † Bal. Vel sic: Ius adeundi vel immiscendi se hereditati, non tollitur spacio longi temporis. h. d. Alexander post Baldum & Salycetum.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Claudio.*

LIcet incontinenti sui heredes se paternis non immiscuerint[*] bonis: tamẽ ignorantes † delatam sibi esse hereditatem: longi[m] tẽporis præscriptione, quo min[o] hãc rectè vindicent, excludi non possunt. S. XVII. Kal. Iã. Sirmij. AA. Coss.

Ille cui delata est hereditas, ad instantiã creditorũ interrogari potest, an velit esse heres, vel non: & si petat terminum ad deliberandum, debet sibi moderate statui per iudicem. Alexan. concor. Bal. & Sal.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Platoni.*

SI curatoris quõdam tui testamento iure facto, vel ab intestato legitima delata[n] est successio: hoc casu ei qui nõ repudiauit hereditatẽm, eã licet adire[o]: Rector igit͛ prouinciæ aditus, si hereditati necdũ sunt obligati, eos an heredes[p] sint, interrogare debebit: ac si tẽpus ad deliberandũ petierint, moderatum statuet[q]. S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. Conss.

Expulsus siue spoliatus non est propterea à suis creditoribus liberatus. h. d. quia violentia tertij non excusat debitorem, nec inopia. Iac. But. secundum Bald. Vel sic: Inopia defuncti, vel iniuria illata à tertio, non excusat heredem quin teneatur creditoribus. Alex.

X. *Iidem* AA. & CC. *Sabinæ.*

SI te bonis paternis maior[r] quinq; & viginti annis immiscuisti: neque inopia[s] patris te excusat, neque vis fratris[t] portionẽ tuã vel testamentũ eripientis arcere[u] de exactione creditorum, qui iure ciuili pro hereditaria portione te conueniunt, potest. S. XVI. Kalend. Ianuar. Sirmij, CC. Conss.

Pater hereditatẽ filio delatã sine filij voluntatẽ repudiare non potest. h. d. Alex. Vel seruos hereditarios manumittere. Bald. & Salyc.

XI. *Iidem* AA. & CC. *Philumenæ.*

a ¶ *Pupillus.* siue sit maior infante, siue non: *vt ff. ad Trebel. l. seruo inuito § si pupillo.* Alij exigunt quòd sit maior infante, licet non intelligat: *vt ff. eod. l. pupillus.* Sed ego subaudio ibi, maximè,[a] secundùm Azo. ¶ Item quod dicit ibi, pro herede, expone, id est pro vero domino: *vt instit. de hered. qua. & dif. § fi.* ¶ Item quòd dicit, tutore auctore, non aliàs: *vt instit. de auct. tuto. § neque. & ff. eo. l. si ad pupillū.* sic & hereditas est huic pupillo restituenda[b] cum tutoris auctoritate: *vt ff. ad Trebell. l. restituta. § fin.* Item in bonorum possess. nisi prætor sciens &c. *vt s. qui admitti ad bon. poss. l. bonorum quidem. & ff. de bono. poss. l. j. & l. seruus. § impubes.* Aliud in possessione rei singularis, quam solus quærit: *vt ff. de acquir. poss. l. quæsitũ.* Curatoris autem auctoritas secundùm Azo. in adeundo non sufficit pupillo: *vt ff. de op. l. cum in vna. § tutor.* quod verum est in pupillo. Nam in adulto secus: *vt s. de admini. tut. l. cum quidam.*

b ¶ *Auctore.* id est per tutorem.

c ¶ *Et volũtas.* licet causam ex testamento, vel ab intestato: vel vt agnatus, vel vt cognatus acquirendæ hereditatis non intelligit:[c] *vt ff. eo. l. pupillus.* & hoc si incipias ab actu. nã si à voluntate, illa sufficit etiã sine actu: *vt insti. de heredum qualitate & differentia. § fi. sic supra de inoffic. testa. l. si liqueat. & ff. de acquirend. possess. l. quemadmodum.* Alij dicunt quòd est necessarius actus ad probationem voluntatis: quod non placet: quia bene potest probari voluntas sine actu.

d ¶ *Necessaria.* i. si ipse tutor gerat pro herede.

e ¶ *Nesciente.* qui tamen iam scire poterat. aliàs secus: nam infanti bene potest quæri per tutorem etiam sine eo: *vt infra eo. l. si infanti. § j. & supra de bono. possess. cõtra tabulas. l. ij.* sed aliàs solus tutor non quærit hereditatem, *vt hic dicit*: sed bonorum possessionem quærit: *vt ff. de bonorum possessio. l. si pupillo tutor. & l. tutor.* & sic solus tutor sufficit, non autem solus pupillus. Item restitutio hereditatis soli tutori non est facienda: *vt ff. ad Trebel. l. sed nec ipsi.* nisi esset infans: *vt infra ad Trebellia. l. sancimus. in principio.* Accursius.

SI *auia tua.*] CASVS. Auia tua patrem tuum ex duabus vnciis heredem instituit: & ante apprehensionem earum sciens eas sibi relictas decessit: & in eis te heredem instituit, vel ad te pertinere decreuit. an eas persequi possis eo non obstante quòd eas non apprehendit pater tuus, quæritur? Respon. quòd sic.

f ¶ *Si auia.* scilicet paterna.

g ¶ *Poterat.* *vt insti. de here. qua. & dif. § fina.*

h ¶ *Suo.* patris tui.

i ¶ *Decreuit.* sciens sibi relictas, aliàs non transmittit: *vt j. l. proxim.* sed in legato hoc plus est: quia ab ignorante transmittitur: *vt ff. de leg. j. l. seruum filij. § si quis rem. & l. si fundum. § si Titio.*

QVoniam.] CASVS. Si sorori tuæ in bonis fratris tui vel alicuius agnati delata erat bono. possess. vel hereditas relicta: & antequam cognosceret, decessit: an ad posteros successionem eam transmittere possit, quæritur? Respon. quòd non, cùm nec se pro herede gessit, nec bonorum possessionem petijt.

k ¶ *Suos.* id est quos habet etiam filios, cùm veniat à fratre.

l ¶ *Transmittere.* *vt supra qui admit. ad bonorum possessionem possunt. l. emancipata.* Sed hoc fallit[a] in suis heredibus: *vt infra de his qui ante apertas tabulas. l. j. & facit supra l. proxi.*

LIcet.] CASVS. Si filio in sacris patris mortis eius tempore constituto, delata fuerit hereditas, & ignoret sibi delatam: si se non immiscuit, an præscriptione decem[b] vel viginti ann. excludi possit quo minus vindicet, quæritur? Resp. quòd non.

m ¶ *Longi.* longissimo autem possent[c]: quia omnis[d] actio eo tempore tollitur: *vt infra de præscript. xxx. ann. l. sicut. & l. omnes. & facit infra l. proxi.*

n ¶ SI *curatoris.*] Delata scilicet alicui. & loquitur adulto, qui vult conuenire heredem curatoris.

o ¶ *Licet adire.* intra annum, secundùm P. & secundum nos perpetuò: *vt argu supra l proxi. & dices infra eo. l. cum antiquioribus.*

p ¶ *Heredes.* necne, & hoc ad[e] petitionem tuam. Accursius.

q ¶ *Statuet.*[f] *vt ff. eod. l. j. in fin. & l. ij. & infra eo. l. fina. § si verò pa'quam. & argum. ff. ex qui. cau. in poss. ea. l. si diu. & de bo. auu. dic. poss. l. ij. & de cu. bo. dan. l. j. & ad Trebellia. l. sed & si. § planè & de interrog. ac. l. qui interrogatur. & de iureiuran. l. iusiurandum. & ad pecunias. § respon.*

SI *te.*] CASVS. Si filiofam. maiori xxv. ann. delata sit paterna hereditas. puta quia pater eum heredem instituit, & ei se immiscueris: an prætextu quòd minus soluẽdo sit, quia pater inopia laborabat: vel quia frater suus aliquid de portione sua, quæ sua credebatur esse, rumpendo testamentum eripuit: an à creditoribus hereditariis se liberare possit quo minus ab eis conueniatur pro portione sua, quæritur? Respond. quòd non.

r ¶ *Maior.* si minor esses, restitui posses.

s ¶ *Inopia.* nam etiam vltra vires hereditatis creditoribus tenetur heres, sed nõ legatariis[g] *vt ff. ad Trebel. l. j. § is qui quadringenta.*

t ¶ *Fratris.* quod est nullum.

u ¶ *Arcere.* id est liberare. & dicitur ab arce, quod est locus tutissimus, per similitudinem: *vt ff. ad leg. Iul. maie. l. iij.* ¶ Sic not. quòd licet ab aliquo patiaris iniuriam, non tamen alij per hoc iniuriosus eris: *vt ff. famil. ercisc. l. si filia. in princ.* ADDITIO. Aduertas quòd de iure canonico admittitur aliquando exceptio spoliationis factæ à tertio. de quo videas in c. *frequens. in princ. & § 1. de restit. spo. lib. vj.*

a Imò non est subaudiendũ. Pau. & Cor.

b Idem si hereditas fuerit locuples, siue non. Bald. Salyc. & Ias. in contr. Pan. contra.

[illegible] vt in [illegible] Baldum [illegible] prescr. [illegible]

c Scilicet per [illegible] Bar. Pau. & Ias.

[*] al. mihi [illegible] tiæ.

† Tempus adeundi quod habet heres hoc est 30. annorũ est cõtinuũ, curit in [illegible] in tẽpore petenda bonorum possessionis, etiã si staret per 100. annos & isto casu maxime vellet esse successio [illegible].

a Tu dic quòd hic loquitur in hereditate collaterali, sibi ascendentium. Sal.

b Præsumitur obliuio seu [illegible] post longũ tẽp. v. Vasq [illegible] nu. 6.

c Salycetus negat ius adeundæ hereditatis tolli vno tempore quantũuis longissimo [illegible] Cotta 6. Mistr [illegible] [illegible] Balbũ de præscr. 4 parte. 4. q. art. 19. vbi post communem opinionem tenet iuri adeũdi præscribi 30. annis vt post 30. annos non possit adiri hereditas. vbi etiã ex communi defendit iusi immiscendi præscribi 30. ann. vbi quædam alia ad hanc legẽ vide. sed & apud eundem ib. dũ quæ: 10. & sequentibus explicat quando tempore præscribatur ius agnoscendæ bonorũ possessionis ius dicendi nullũ, querela inoffi[illegible] ad supplementum legitimæ [illegible] ius immiscendi, de quo v. Gl. in l. [illegible] Menoch. [illegible] Cast. [illegible]

f Vide quod [illegible] ad Gin. [illegible] rescr. [illegible]

[*] Publiannæ.

g Et bene nisi hodie quãdo non confecerit inuentariũ auth. sed cum testator ad l. Falc. Bal. Pau. & Ias.

Renitente.] CASVS. Si filiofam. legitima fuerit delata hereditas: an si eo renitente & contradicente pater eam repudiauerit, sibi præiudicetur? Respond. quòd non. nec etiam si seruum hereditarium manumiserit, pater ei præiudicabit.

a ¶ Renitente. id est contradicente.

b ¶ Absumere. scilicet repudiando. sic supra de repu. bono. poss. l. filio. & infra de bo. quæ lib. l. fin. §. j. & ff. de acquir. hered. l. is qui heres §. fina.

c ¶ Seruos. vt j. de his qui à non do. ma. l. j.

Puberem.] CASVS. Si puberi delata fuerit hereditas: & de iure prætorio bo. poss. vnde agnati, vel vnde liberi, non curo, agnouerit: an pro herede gerere videatur, quæritur. Respon. quòd sic, & intellige quòd gerit pro herede de iure prætorio. Et potes ponere quãdo non habuit tutorem, & erit tunc quæstio an per se posset petere bo. pos. & sic pro herede gerere: sed prima positio verior est. Viuianus.

d ¶ Puberem agnoscentem. olim per decretum, hodie non.

e ¶ Ambigitur. mirabile est quod hic dicitur: nã secũdum hoc quod hic dicitur, quicũq; de iure ciuili adire potest: si petit bonorum posses. videtur pro herede gerere: & ita adire de iure ciuili. Quid ergo facit ei postea data bonorum possessio decretalis? Respon. pro herede gerit: scilicet de iure prætorio. & sic impropriè ponitur pro herede. nã licet vno iure repudiare, & altero amplecti: vt ff. de inoff. testa. l. filio. & de leg. præstan. l. si quis in potestate. & infra l. proxim. Sed non est hodie necesse vt à iudice decernatur: vt j. qui admit. ad bon. possess. l. penultima. & l. finali.

a Absumere rem inuenit qui cum repudiat, amittit, dilapidationis specie est repudiatio.

b Adire iure ciuili & prætorio hereditatem possumus.

Asclepidi.

c Pro herede gerimus iure prætorio quotiens bonorum possessionem petimus, atque ita. Pro herede non tantùm iure ciuili gerimus sed & prætorio.

d Impropriè etiam pro herede geri ut non tantùm propriè. Improprié bonorum possessio per petitionem petitur, adita hereditate.

e Bonorum possessionem à iudice decerni hodie non est necesse.

Renitente te pater tuus in cuius fuisti potestate, neq. spem delatæ tibi legitimæ quærendæ successionis absumere[b], neque hereditarios manumittendo seruos[c], his præstare libertatem potuit. S. VI. Id. Febr. Sirmij. CC. Conss.

Agnoscens bonorum possessionẽ de iure prætorio, consequitur in effectu illud quod consequitur ille qui adit de iure ciuili. h. d. secundum vnum intellectum. Vel sic: secundum intellectum. B. Qui agnoscit de iure prætorio, videtur adire de iure ciuili. h. d. secundum Bart. subdentem hoc esse verum, nisi primo fuisset exclusus de iure ciuili. Alexan.

XII. Iidem AA. & CC. Antonio.

Puberẽ agnoscentẽ[d] bonorũ possessionẽ, posteaquã ei fuit hereditas delata, pro herede gerere non ambigitur[e]. S. III. Kal. Decemb. CC. Conss.

Omisso prætoris beneficio, potest suus heres succedere de iure ciuili. Bald. & Salyc. Vel sic: Qui perdidit bonorum possessionẽ, non propterea à iure adeundi excluditur de iure ciuili. Alexan.

XIII. Iidem AA. & CC. Sclepolidi.

Suum heredem[f] omissa[g] bonorum possessione paternã successionẽ obtinere potuisse[h], certi iuris est. S. III. Idib. Decemb. Nicomediæ. CC. Conss.

Hereditas potest quæri, licet bona non possideantur. Bald. Vel sic: Apprehensio bonorum non est de substantia aditionis hereditatis. Salyc. Vel sic: Per aditionem hereditatis acquirit heres dominium rerum hereditariarum: etiã si possessionem non apprehendas, & eas vindicare

Suum heredem.] CASVS. Suus heres succedere potest de iure prætorio, petendo bonorum possessionem. Pone etiam de iure ciuili si repudiauit bonorum possessionem, successio ad eundem iure ciuili defertur, & eam adire potest. Viuianus.

f ¶ Suum heredem. secus in emancipato: vt j. eod. j. Item hoc intellige, nisi fit institutus, & habeat substitutum ad quem prius possessio defertur: vt j. de impu. & al. sub. l. iij.

g ¶ Omissa id est repudiata.

h ¶ Potuisse. de iure ciuili.

f Reprobatur secũdũ Barr. Sal. Fau. Alex. Cor & la.

g Omissa quæ repudiat.

Si sorori.] CASVS. Si fratri tuo in bonis sororis suæ delata est bo. pos. vnde agnati: licet ea corporaliter nõ apprehendit hereditatem: tamen eo ipso quòd voluit heres esse, contra possidẽtes pro herede vel pro possessione experiri vel consulere potest.

i ¶ Tametsi. non enim hoc &c. vt supra vnde cog. l. non. & ff. de rei vindi. l. si ager. & ad Trebell. l. falla. & de bo. possess. l. iij. §. hereditas. & §. bonorum.

k ¶ Experiri potest. petitione hereditatis contra possidentes pro herede, vel pro possessore. si autem titulo, tunc rei vindicatione: vt j. de pe. here. l. hereditatis.

Non est dubium.] CASVS. Si filiofamil. delata sit hereditas, iussu patris eam adire potest. Si ergo tempore delationis fuit in potestate: & antequam iussu patris adiret, sui iuris effectus sit: an eam suo arbitrio adire, & sibi acquirere possit, quæritur. Respon. quòd sic.

l ¶ Quæreret. idem in legato: vt ff. de regul. iuris. l. quæ legata. & ff. quando di. le. ce. l. si vsusfructus. §. fina. secus in stipulatione: vt ff. de verborum oblig. l. si filiusfam. sic & in seruo: vt & infra de heredit. insti. lu. §. seruum autem à domino.

a Scilicet conditionali lecin puro. Im. & Alex.

potest aduersus possidentes. Alexan.

XIIII. Iidem AA. & CC. Flauiæ.

Si sorori suę frater tuus ciuili vel honorario successit iure: licet res ex ei[9] bonis descẽdentes non probet tenuisse[i], heres tñ effectus, contra possidentes experiri potest[k]. S. XII. Kal. Ian. Nicomedię. CC. Cõss.

In quærendo hereditatis commodo, tempus aditionis inspicitur. Bal. Vel sic: In quærendo commodo hereditatis patri, tempus aditionis filij inspicitur. Salyc. Vel sic: Si tempore aditæ hereditatis reperiatur quis esse sui iuris, acquirit eam sibi: licet tempore quo fuit delata, esset in patria potestate. Alex.

XV. Imp. CONSTANTIVS A. ad Leontium comitem Orientis.

Non est dubium, si priusquã fili[9] iussu patris adierit hereditatem, propriæ potestatis effectus sit, arbitrio suo eundem hãc sibi potuisse quærere[l]. D. XVII. Kalen. April. Limenio & Catulino Conss.

Ad contrahendum, vel quasi, nemo inuitus cõpellitur. Bal. & Salyc.

XVI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Anuesio.

Nec emere[m], nec donatũ adsequi, nec damnosam quisquam hereditatem[n] adire compellitur. Dat. VI. Kal. Ian. Olybrio & Probino Conss.

Quolibet die potest hereditas adiri. Salyc. & Alexan.

XVII. Iidem & THEOD. AAA. Anthemio præfecto prætorio.

Cretionum[o] scrupulosam solẽnitatẽ hac lege penit[9] amputari decernim[9]. D. V. Ka. April. Constantinop. Honorio VII. & Theodosio. AA. Conss.

Nec emere.] CASVS. Si aliquis vult mihi rem suam vendere, non compellor emere. Item nec si mihi donare velit, non compellor accipere. An autem si mihi delata sit hereditas, ea adire compellendus sim, quæritur. Respon. quòd non.

m ¶ Nec emere. regulariter hoc accipe: vt supra de contrahen. empt. l. inuitum. ¶ Sed fallit vt dixi. ff. de alt. empt. le. lu. lianus. § idem Celsus. ¶ Secundum similiter regulare: vt ff. de regu. iu. l. inuito. & de dona. le. hoc iure. §. non potest. & hoc directo: sed per mediũ fallit, vt si quis meo creditori soluat: vt insti. qui. mo. toll. obligat. in princip. & ff. de neg. ge. l. soluendo. & de solu. l. solutionem.

n ¶ Hereditatem. nec bonorum possessionem: vt ff. de bon. poss. l. le. iu. § sumito & supra vnde cog. le. certum est. Sed hoc fallit in herede rogato de restituendo: vt ff. ad Trebell. ille à quo. §. tempestiuum. & l. quia poterat. & in seruo necessario herede instituto: vt instit. de hered. qua. & dif. §. j & ff. de vulg. substitu. leg. & si plures. §. filia & infra eod. l. cum aliquis. & supra de necess. ser. l. fina.

b Vide ad hãc regulam supra eod. titulo apud Socin. regula 45. de Decium reg. 322.

Benedic. C. Th. Ennoia. C. T. 11. 149. Manc ...

Cretionum.] CASVS. Olim si alicui esset delata hereditas, vel bono. possess. non licebit eam adire nisi tertia feria, vel v. vel vij. & in patrimonio: quia magis hominis natura in his confortatur: quod hodie per hanc l. amouetur. Vel sic: Cretiones dicuntur iudiciales dies, in quibus solebat adiri prætor pro hereditate adeunda. credidit enim se habiturum gratiam, propter benignitatem planetæ cui deputati erant illi dies. quod per l. istam prohibetur.

c Totus hic casus ... Quæ cretiones ... Vlpia. ... Nerpomane.

o ¶ Cretionum. crisis iudicium: crisis natura. vnde critici dies dicuntur in quibus melius confortatur natura: vt omnes impares: vt iij. v. vij. in quibus tantùm diebus olim adire licebat secũdum Azo. & H. Sed secundùm Ir. cretio est certus numerus dierum intra quem testator volebat adiri. Vel pone casum: vt ff. eodem. l. si quis heres.

d Tota hæc Glo. & interpretatio falsa est, ex recepta sententia.

Si infanti.] CASVS. Si alicui fit delata hereditas: aut est minor septem annis, aut maior. si minor, aut est in potestate patris: aut nõ. si est in potestate: aut nomine suo pater eã adire vult aut non. si vult: siue fuerit delata à matre, vel à materna linea, scilicet ascendentibus, siue à quibuscunque personis, eam adire potest. si non adiuit. quasi filio acquisitam occupare potest iure paterno, si in prædicta ætate infans decesserit. Si verò non est in potestate: aut habet tutorem, aut non. si habet: siue sit legitimus, id est à lege datus, siue datiuus, id est à iudice datus heredi infanti. siue superstes fuerit pater. siue iam concessit in fata: eam ei acquirere, vel bonorum possessionem ei delatam petere potest,

potest, si non habet tutorem. aut habet, & ipse non petierit: tunc veniet illi ad hereditatem, qui venturi essent si nunquam infanti delata fuisset. & ea quæ in principio legis dicta sunt de infante in potestate cõstituto, intelligi possunt de iam egressu potestatem. si autem egressus fuerit, & in pupillari ætate decesserit: ea obseruanda sunt in persona sua, quæ antiquis statuta sunt legibus. quæ autem illa sunt, nõ aperit. Tu dic, vt ita demũ trãsmittat pupillus hereditatem ad suos posteros, si ipse sibi vel tutor vel curator quæsiuit. si autem non decessit, adire nõ potest hereditatem sibi delatã consentiente patre si in potestate eius sit: si non sit, & tutorem habet, tutore auctore. si autem tutorem non habet, adire debet prætorẽ, & eius decreto eam sibi quærere.

a ¶ *Septem annis.* Quid si est maior infante? Respond. consentiente eo demum adit pater, & ipse filius patre consentiente: *vt infra ea l. §. fin. & argu. supra eod. l. potuit. & ff. de acquiren. hered. l. is qui heres. §. finali. & l. is potest repudiare.* ¶ Sed argum. contra. *j. de bo. quæ lib. l. fin. §. vbi autem pueriles ætas.* vbi indistinctè dicit patrem posse adire si filius est in ætate puerili. Sed ibi expone puerilis, id est infantilis. Accurs.

b ¶ *Derelicta.* scilicet ex testamento.

c ¶ *Hereditatem.* de iure ciuili.

d ¶ *Bonorum possessionem.* de iure prætorio.

e ¶ *Petere.* ex persona impuberis, non sua: *vt ff. de bono. poss. l. seruum. §. impubes. & §. fina. quæ est contra.*

f ¶ *Infanti* [a] *quæsita.* ex quo videtur quòd patri non sit necesse adire: sed vt cætera bona filij iure peculij occupet: *vt institutionib. quibus non est per. fa. te. §. j.*

Hereditatem infanti delatam, ascendens per lineam paternam (siue in eius potestate sit, siue non) solus potest adire tam viuo infante, & illius infantis nomine, quam eo mortuo, & tunc suo proprio nomine tanquam ad ipsum transmissam. Si vero talem ascendentem non habet, sed habet tutorem. tunc tutor potest adire tutoris nomine viuente infante: sed eo mortuo hereditate non adita, non transmittitur hereditas: & perinde est ac si hereditas non fuisset delata infanti. & idem si tutorem non haberet. delatam vero pupillo maiori, nec solus pater, nec solus tutor adire potest: sed ille pupillus cum illorum consensu. & si neutrum eorum habet, tunc auctoritate iudicis. Alexander.

XVIII. Imp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

SI infanti, id est minori septẽ annis [a], in potestate patris vel aui vel proaui cõstituto vel cõstitutæ, hereditas sit relicta [b], vel ab intestato delata à matre, vel linea ex qua mater descendit, vel aliis * quibuscunq; personis: licebit parẽtibus eius, sub quorum potestate est, adire eius nomine hereditatem [c], vel bonorũ possessionem [d] petere [e]. Sed si hoc parens neglexerit, & in memorata ætate infans decesserit: tunc parentẽ quidem superstitem omnia ex quacũq; successione ad eundem infantẽ deuoluta, iure patrio † quasi iam infanti quæsita [f] capere. Parente verò non subsistente, si quidem post eius obitum tutor infanti [g] sit, vel datus [h] fuerit: posse [cũ] * [i] etiã adhuc infante pupillo cõstituto, ei⁹ nomine [k] adire hereditatẽ, siue viuo parẽte, siue post mortẽ eius ad eum [l] deuolutã: vel bonorũ possessionẽ petere, & eo modo eidẽ † infanti hereditatẽ quærere [m]. Sin verò vel nõ sit tutor, cũ sit ea facere neglexerit: tũc eodẽ infante in ea ætate defuncto, omnes hereditates [n] ad eũ deuolutas, & nõ agnitas, ita intelligi, quasi ab initio nõ essent ad eũ delatæ: * & eo modo ad illas personas [o] perueniant quę vocabantur, si minimè hereditas infanti fuisset delata. Ea verò quæ de infante in potestate parentũ cõstituto statuim⁹, locũ habebũt & si quacũq; [p] causa sui iuris idẽ infans inueniatur [q]. Si autẽ septem annos ætatis pupillus excesserit, & priore parẽte mortuo [r], in pupillari ætate fati munus impleuerit: ea obtinere præcipim⁹, quæ veteribus continent [s] legibus: nulla dubietate relicta, quin pupillus post impletos septẽ annos suæ ætatis ipse adire hereditatẽ, vel bono. possessionem petere, cõsentiente parẽte, si sub eius potestate sit: vel cũ tutoris auctoritate, si sui iuris sit, possit: vel si nõ habeat tutorem, adire prætorem, & eius decreto hoc ius [t] consequi. Dat. VI. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodosio. XII. & Valentiniano II. AA. Conss.

Ius deliberandi currit solũ scien-

alij contra. Hodie tamen videtur heres filio: *vt in authentic. de hered. ab intesta. § si igitur defunctus. colla. ix.* Sed qualiter vt sibi quæsitam capiet, cùm nec infanti cesserit, dies hereditatis quærendæ, quia non potest peti, sicut nec furioso interim dum est in furore: *vt ff. de bonorum possessionib. fu. com. l. j.* ¶ Item quando dicitur cedere diem: *vt ff. de bonorum possessionib. l. seruus. § impubes. & §. finali?* Respond. dicitur cedere diem in præiudicium patris: vt post tempus non admittatur. pupillus autem non excluditur. potest planè pater sicut tutor pupillo quærere bonorum possessionem, vel hereditatem: licet secus in furioso: *vt supra de cur. fu. l. f. §. sin autem. in fine.* Sed hodie per hanc legem speciale inducitur in filio: vt & si non sit quæsita à patre filio, tamen vt quæsitam pater petere possit, si velit: si tamen filius in infantia decesserit; non aliter. ¶ Item videtur hæc regula fallere. [b] *ff. de acquirend. heredit. si pate.* quia pater ignorante filio repudiare non potest: *vt supra eodem l. renitente.* tamen vt hic dicit, ei ignoranti acquirere potest. ¶ Item quæritur cùm filius impubes existens in patria potestate, eo auctore non obligatur: *vt institut. de inuti. stip. §. pup. l. ius in fine.* quare eo auctore hereditatem acquirere potest: cùm per hereditatis acquisitionem creditoribus obligetur? Respond. [c] quia hic potius est commodum. [d] Item contra. *j. ad Orfi. l. ij.* Solu. ibi iam excessit Infantiam, qui decessit.

g ¶ *Infanti sit.* à lege.

h ¶ *Datus.* à iudice.

i ¶ *Cum.* idem & in curatore dico secundùm H. *vt j. de admi. tut. l. cùm quædam.* Sed arg. contra *ff. de ap. l. cum in vna. §. tutor.* prima in adulto: secunda in pupillo.

k ¶ *Eius nomine.* adire hereditatem. *j. eo. l. potuit.*

l ¶ *Eum.* scilicet pupillum.

m ¶ *Quærere.* *vt ff. de bonorum possess. l. tutor. & ad Trebell. l. seruo inuito. §. si pupillo. & infra ad Trebell. l. sancimus.* non ergo per se: *vt infra ad Tertul. leg. j. & facit supra qui admit. ad bonorum possessionem. l. infantis.*

n ¶ *Hereditates.* Nunquid idem erit in paterna? Videtur enim quòd illa sit sibi quæsita ipso iure: *vt ff. de acquirenda hereditate. l. necessarius.* vt dicit lex in furioso: *vt supra de cur. fu. l. fin. §. sin autem perpetuò.* & ideo eam transmittat [a] etiam ad extraneos heredes: non solùm suos. Nec obstat supra *de cu. fu. l. fina. §. tali.* quia illud videtur intelligẽdum de hereditate extranei: nõ paterna. 2 Vel dic quòd hic de omni hereditate dicit, etiam paterna. Nec obstat quòd lex dicit de furioso supra *de curat. fur. l. fina. §. sin autem perpetuò. vt ibi diximus.* ADDITIO. Bart. hic in vlt. col. versic. omissis truffis ego consului &c. tenet primam opinionem huius glo. scilicet quòd hereditas patris non adita indistinctè transmittatur per filium in potestate. quod probat multis mediis soluendo contrarium quod posset hic formari de hoc text.

o ¶ *Ad illas personas.* Sed cur non deuoluitur hîc ad heredes pupilli: *vt supra proxi. §. ad patrem?* Respond. quòd heredes pupilli possunt habere recursum contra tutorem. pater verò si hereditatem non habet, cõtra nullum habet recursum nisi contra seipsum: sed cõtra seipsum venire non potest. ¶ Item quid si nullum habuit tutorem? Respon. necesse habes idem dicere, vt non transmittat: *vt in princ.* huius §. licet cesset ratio prædicta: & sic est speciale [b] in patre, qui occupat vt pater quod alius non potest. Accur. Et dicas secundum Guil. quòd peruenit successio infanti delata, ad eos ad quos perueniret si nunquam infanti fuisset delata huiusmodi successio: vt in litera præsenti. & sibi imputent heredes pupilli quare tutorem non petierunt: *vt ff. ad Tertul. l. ij. §. si mater. & j. qui pe. tu. l. ij.* contra quem si negligens vel in culpa fuisset, possent habere recursum *j. arbitr. tut. l. quicquid.*

p ¶ *Quacunque.* Sed quomodo potest esse quòd iste sit sui iuris, cùm quando emancipatur, habeat necesse consentire: & iste non potest, cùm sit infans? Respon. auctoritate principis: *vt j. de emancip. l. iubemus.* Accursius.

q ¶ *Inueniatur.* cùm pater superest: alioquin si decesserit, diuersa sunt iura: vt ex prædictis colligitur.

r ¶ *Mortuo.* vel etiam viuo: vbi quid iuris sit, dicitur *j. de bo. quæ libe. l. fina. §. vbi autem.*

s ¶ *Continentur.* vt ita demum transmittat pupillus hereditatem, si ipse quæsiuit, vel tutor, vel curator. & hoc de hereditate extranei: secus in paterna quam transmittit ad suos: *vt j. de his qui ante aper. ta. l. in f.*

t ¶ *Hoc ius.* scilicet hereditatem: *vt supra qui admit. ad bonorum possess.*

Marginalia:

* al. illis.

a Infans an transmittat hereditatem non aditam ad extraneos. vide Tiraquel. ... declarat. 17 num. j.

† Id est patria potestate vt quicquid filius habet, patri acquirit. Contra.

b Immò non fallit cùm ibi loquatur in his qui non possunt adire nomine proprio: quod secus in his qui proprio nomine possunt. Bar. Bal. Sal. & Ias.

c Reprobatur per text. in l. potuit. j. eo. Bar. Saly. Pau. Cot. & Ias.

d Hereditas dicitur commodum adde Decium in l. quæ ... qui admittit ... num. 24.

* deest: sed subauditur & significat tutorem. al. non deest.

† eandem.

a Hereditas paterna etiam non adita transmittitur per filium ad extraneos.

* deuolutas.

b Ista est melior s. n. Bar. Sal. & Ias.

possunt l. bonorum quidem. & ff. de bo. poss. l. pen. Accur. aliàs sine pretore ipso iure non allegatur hereditati: vt s. de acquir. hered. l. in quib. in fin. & l. necessarys in fin.

a V. Menochiu. de arbitr. iu. cas. cent. 3.

C[Vm antiquioribus.a] Casvs. Ponamus: Titio delata fuit hereditas, quæritur, verum ipse transmittat eã ad posteritatẽ suã si decedat? Distinguitur: aut est suus heres, aut extraneus. Si suus, trãsmittit: siue sciuerit, siue ignorauerit sibi fuisse delatã, & sine aditione: ita tamen si eam nõ repudiarit, seu tempus de adeũdo sibi datum à iudice (vt in prima parte) vel à iure (vt in secunda) non præterierit. Si quidem extraneus. tũc aut intra tempus deliberandi petiit instrumenta, quod trãsmittere potest: aut non. & tũc distingue: aut scit sibi delatã: aut ignorat. si ignorat, quandocunque decessit ignorans, non transmittit. si scit: aut decedit intra annũ, vel post. si intra annum: tunc trasmittit, & tantum tẽporis etiã quantum ei supererat de anno illo ad deliberandũ. si vero post decedat, nõ transmittit. ipse autem si viuat, perpetuò adire poterit: licet Ro. dixerit contrarium.

ti & cũ patre superextanti regulariter. hodie à quocunque trãsmittitur in quẽcunq;: quod olim erat in filijs speciale. Sal. Vel sic: Sciẽs hereditatẽ sibi esse delatã, ius deliberãdi & adeũdi trãsmittit ad quoscunq. heredes, si decedat intra annũ à die sciẽtiæ vt possit adire intra residuum temporis: quo elapso excludentur heredes à iure adeundi. h. d. hæc lex singularis. Alex.

XIX. *Imp.* Ivstinianvs A. *Demosthen*i* P. P.*

* Ioanni.

CVm in antiquiorib[9] legibus & præcipuè in quæstionib[9] Iulij Pauli inuenimus filiosfamiliãs paternã hereditatẽ deliberãtes[a] posse & in suã posteritatẽ hãc trãsmittere[b]: & alijs[c] etiã quibusdã adiectis, quę in huiusmodi psonis pręcipua[d] sunt: eã deliberationẽ & in omnes successores, siue cognatos, siue extraneos duximus esse protelandã. Ideóq; sancim[9], si quis vel ex testamẽto, vel ab intestato vocatus, deliberationẽ[e] meruerit[f]: vel si hoc quidẽ nõ fecerit, nõ tñ successioni renũciauerit, vt ex hac causa deliberare videat: sed nec aliquid gesserit, quod aditionẽ, vel pro herede gestionẽ inducat[g]: prædictũ arbitriũ in successionem suã[h] transmittat: ita tñ, vt vnius anni spacio[i] eadem transmissio fuerit cõclusa[k]. Et si quidẽ is q sciẽs[l] hereditatẽ vel ab intestato vel ex testamento sibi esse delatã, deliberatione minime[m] petita, intra annale tempus decesserit: hoc ius ad suã successionẽ intra annale tẽpus extẽdat. Si enim ipse, postquã testamentũ fuerit insinuatũ[n], vel ab intestato[o], vel ex testamẽto, vel aliter[p] ei cognitũ sit heredẽ eũ vocatũ fuisse[q], annali tempore translapso nihil fecerit, ex quo vel adeunda vel renunciãdam hereditatem manifestauerit: is cũ successione sua ab huiusmodi beneficio[r] excludat. Sin autẽ instante annali tẽpore decesserit: reliquũ tẽpus pro adeunda hereditate suis successorib[9] sine aliqua dubietate relinquat[s]: quo cõpleto nec heredib[9] eius alius regressus in hereditatem habendam seruabitur[t]. Recitata septimo * in nouo cõsistorio palatij Iustiniani D. III. Kal. Nouembr. Decio. V. C. Cos.

* Septimillij tio legendum I. admonui.

a ¶ *Deliberantes.* an sit adeunda, vel non.

b Sui heredes transmittunt hereditatem non aditam in suos filios de quo v. plura apud Tira quel. tract. Le mort saisit in vlt. parte 2. declar. 5. num. 11.

b ¶ *Hanc transmittere.* scilicet deliberationẽ, & succedendi ius.

c ¶ *Et alys.* scilicet priuilegijs.

d ¶ *Præcipua sunt.* vt suã abdicationem reuocare intra triennium: vt j. de repu. hered. l. fina. vel vt possint hereditatẽ nondum aditã etiam ignorantes sibi delatam ad suos transmittere heredes: vt j. de his qui ante aper. ta. l. j.

e ¶ *Deliberationem.* & ius adeundi.

f ¶ *Meruerit.* à lege: & est annalis. non autem dices à iudice viuente: vt innuitur. j. eo. l. in versic. deliberatione minime petita &c. 2 Alij dicunt, à principe, vel à iudice: vt innuit statim, vel hoc quidem &c. & secundum hoc tenebis tempus quod habes. j. eod. l. fin. §. & si quidem. & §. si. Secunda verior. Accurs.

g ¶ *Inducat.* quia tunc non esset dubium quin transmittetur.

c Sui etiam ignorantes transmittunt hereditatem.

h ¶ *Suam.* de extraneis heredibus loquitur. suis[c] enim alia forma transmissionis est data, vt etiam ignorantes transmittat; vt statim dices.

i ¶ *Anni spacio.* computando à tempore quo potuit adire prædecessor.

k ¶ *Conclusa.* id est anno finito, herede postea moriente ius deliberationis ad extraneos heredes non transmittitur.

d Ad deliberandum tempus currit à die scientiæ.

l ¶ *Qui sciens.* Nota quòd currit[d] annus ad deliberandum à tempore scientiæ, & quoad hoc potest dici vtilis annus: sed continuus est ex quo incipit currere.

m ¶ *Minimè* subaudi etiam, nam idem si petita: vt s. dixi.

n ¶ *Insinuatum.* id est insinuatione cognitum.

o ¶ *Ab intestato.* sicque sine insinuatione.

p ¶ *Vel aliter.* id est de iure prætorio.

e Illud exemplum est fal sum secundum [illegible] [illegible] Pa. Alex. & Ias.

q ¶ *Fuisse.* veluti cum pater occupat[e] bona filij iure peculij. Vel[f] quãdo filio arrogato defertur quarta. 3 Vel quando quis succedit ei qui testamentum non poterat facere, qui propriè non dicitur intestatus. propriè enim dicitur intestatus, qui cùm testamentum facere posset, intestatus decessit: vt ff. de suis & leg. l. j. in princ.

r ¶ *Beneficio.* i. à iure transmissionis: sed non à iure succedendi, si ipse viuat. 2 Sed P. dixit[a] ab ipsa successione, vt nec ipse viuus vltra annum possit adire, nec ad alium transmittere. ¶ Et circa hanc materiã[b] dic quòd suus perpetuo[c] adit: vt s. eo. l. licet. & perpetuo transmittit ad suos: vt infra de his qui ante ap. ta. l. j. & de cad. tol. §. in nouissimo: hoc ita, nisi repudiauit, vel certum tempus statutum ad adeundam hereditatem non præterit: vt ff. de acquir. hered. l. quamdiu resti.tutio. & de bo. auct. iud. possid. l. si seruus. hoc tamen videtur immutatum quoad hoc: vt infra eod. l. scimus. §. sin autem hoc aliquis. Extraneus autem cum decesserit, si ignoraret sibi delatam, omnino heres eius excluditur: vt s. eod. l. quoniam. Si autem sciuit, si quidẽ cesserat dies hereditatis qua potuit adiri: aut decessit intra annum: & tunc reliquum tempus transmittit[d] ad heredẽ: vt hic. aut post: & tunc nihil habebit heres: vt hic dicitur. si autem dies non cessit, vt quia sub conditione erat relicta: vel secundũ veteres leges si erat heres ex parte: cum non erant apertæ tabulæ, nihil ad heredẽ, quandocunq. decedat, transmittit. vt j. de cadu. tol. §. sin autem aliquid sub conditione. si vẽro non decessit. perpetuo potest adire, sicut & suus, si non repudiauerit: vel certũ tempus a iudice sibi statutũ nõ fluxit. Sed P. intra[e] annũ tantum dicebat extraneum admitti. Sed contra eum fecit apertè, quod dicitur. s. de inoff. test. l. scimus. §. si. Item regula facit contra eum, quæ ita dicit indefinite: Heredi qui non repudiauit, licet adire: vt s. eo. l. curatoris. Item aditio est de iure ciuili: non ergo terminatur anno: vt insti. de perpe. & tempo. act. in prin. & facit s. de non nu. pec. l. si intra.

a Et male hoc Alex. & Ias.

b An adiri possit hereditas perpetuò vel à suis, vel ab extraneis. v. Quid notat Papa Ancu. 142. c v. quæ scripsi ad l. 3. §. vod.

d Ius [illegible].

e Ius deliberandi competens heredi non suo est annale quod ad transmissionem: ita vt si intra annũ heres decedat sciens hereditatem sibi delatam, transmittat facultatem adeundi ad heredes suos. adde Balbum q. de præst. 4. qu. 10.

s ¶ *Relinquat.* & ita facit ff. de acquir. here. l. ventre.

t ¶ *Seruabitur.* imò præter hoc debet habere quatuor menses: vt j. si pen. appel. l. si vnus. §. fin. quæ est contra. Solu. ibi quatuor menses, qui vltra tempus deliberandi dantur ad appellationis exercitium, non ad deliberandum. 2 Vel hĩc à iudice indultum est tempus. ibi à principe. 3 Prima verior est.

Institutus in diuersis partibus, non põt vnã partẽ amplecti, & alteram repudiare. hoc primò. Institutus & pupillariter substitutus non potest institutionem amplecti, & substitutionem repudiare. h. d. secundũ Oldra. Baldus. Vel sic: Institutus in diuersis portionibus eiusdem hereditatis, & ab eodem testatore: si vnam agnoscit, omnes agnoscere videtur. Item qui agnoscere pupillarem. Ale.

XX. *Idem A. Ioanni P. P.*

QVidam elogio[u] condito heredẽ scripsit in certas vncias, & post certa verba testamenti eundem in alias vncias, vel tãtas[x], vel quãtascũq.[y] & tertio vel in aliã partem hereditatis, vel in quendam vnciarum modum: ille autem vnam institutionẽ vel duas admittens, vnam vel duas, vel quantascunque respuẽdas esse censuit. quærebatur apud ve-

Q[Vidam.] Casvs. Titius in testamento suo instituit sibi heredem, pone Seium in certa re, seu in quarta parte hereditatis, scilicet in prima parte testamenti heredem instituit, quæritur vtrum quasdam institutiones possit repudiare, & alteras agnoscere? Item quæritur, si Titio filio suo impuberi sibi heredi in parte instituto, Seium sibi heredẽ in altera institutum substituat, an possit commodum institutionis agnoscere: & id quod sibi ex substitutione defertur, si locum habeat substitutio, repudiare, vel econuerso? & respon. vel omnia agnoscet, vel omnia repudiabit.

u ¶ *Quidam elogio.* i. testamento.

x ¶ *Tantas.* i. totidem.

y ¶ *Quantascunque.* i. quotcunque.

Quem.

a ¶ *Quem.* scilicet extraneum.
b ¶ *Admittantur. vt infra de caduc. tollen. §. his ita. & supra de impu. & aliis sub. l. testamento. & ff. de hered. institu. l. liber homo. §. fina. de bo. liber. l. libertus praeterito.* Sed certè imò videtur quòd licet [a] paternam acceperit: non tamen cogatur pupillarem accipere: *vt ff. de acquirend. heredit. l. si tu ex parte. §. fina. & l. quaesitum.* Solu. [b] quidam dicunt speciale in fratre instituto pro parte, & substituto fratri pupillo: *vt in ea. l. quaesitum.* 2 Alij [c] quòd haec corrigit illas. 3 Tu dic, si substitutus primo adiuit paternã, pupillarem admittere cogitur, *vt hic.* Si autem non adiuit paternam, & vult habere pupillarem, si quidem pupillus abstinuit ab hereditate paterna, recusando eã: potest substitutus habere pupillarẽ: hoc ita, si pupillus habeat coheredẽ qui adierit: aliàs non, [d] cùm pupillarem nõ habeat, non adita hereditate ex principali: *vt ff. de vulga. & pupil. substit. l. ij. versic. adeo.* Si autem non abstinuit, non potest separare paternã, si vult pupillarem, licet pupillus potuit: quod est notabile secundũ Ioan. nisi hic substitut* sit frater impuberis. hic enim etsi pupillus abstinuit, ipse tamen abstinere non potuit: *vt d. l. quaesitum. & l. Iulianus.* [e] *& de primi. tre. l. pater. & de vulga. sub. sed si plures. §. filio. & l. si filius.* Item cùm vnus ex heredibus adiit, alter postea repudiat, qui primo adiuit, etiam totam potest repudiare hereditatem, vbi creditores contenti sunt sua parte: *vt ff. de acquir. hered. l. cum hereditate.* & hoc in hereditatibus. secus in legatis. Nam quotiẽs plures res enumeratae mihi relinquuntur, vnam repudio, alteram [f] admitto, si volo. si autem non enumerantur, vtputa gregem relsquit: non possum vnam ouem admittere, & alteram repudiare: quia vnum legatum est: licet heredes mei possint: *vt ff. de lega. j. l. legatarium. & de lega. ij. l. neminem. & l. sed duobus. & l. grege.*

teres, si hoc ei facere permittatur. Similique modo dubitabatur, si impuberem quis filium suum heredẽ ex parte instituit, & quendam extraneum in aliã partem, quem [a] pupillariter substituit: & postquã testator decessit, pupillus quidem patri eius heres extitit, extranc* autẽ hereditatẽ adiit: & postea adhuc in prima aetate pupill* cõstitutus ab hac luce subtractus est, & pupillaris substitutio locũ sibi vindicauit. Cúmq; substitutus eãdem partem admittere noluit, quaesitum est, si potest iam heres ex principali testamento factus pupillarẽ substitutionem repudiare? Vtranque igitur dubitationem simul decidendã esse censemus. Placuit etenim nobis, siue in institutione, * siue in pupillari substitutione, vt vel omnia admittant [b], vel omnia repudiant, & necessitas imponatur heredi particulari facto, vel aliã aut alias partes hereditatis admittere, vel etiam substitutionẽ pupillarem. Dat. Prid. Kalend. Maij. Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

Obedientia ad vnum effectum, non extendit se ad alium. Bald. Vel sic: Obediens obeditione coacta, non perdit ius contradicendi in actibus in quibus non tenetur obedire. hoc dicit. Vel sic: Compulsio iure non facit quem teneri ad obedientiam, nisi quatenus est de iure. hoc dicit. Vel sic: Obedientia circa vnum actum in quo quis tenetur obedire, non praeiudicat in alio actu in quo quis non tenetur obedire. Vel sic: Per compulsionem legalem non acquiritur aliqua possessio in subdito: nisi ea quae debetur de iure. vel sic: Si ille qui litigat super libertate instituatur heres tanquam seruus illius cum quo litiget: compellitur per iudicem sine praeiudicio litis adire hereditatem iussu illius, & ei acquirere. Si verò tanquam liber, tunc expectatur finis litis: & si pronunciabitur seruus, idem erit: si verò liber, secus: quia poterit adire per se. Alexand.

Vt autem sit tibi certum de hereditate hominis. [g] distingue ita: Si ex testamento plurium plures deferantur hereditates: vnam adiri, alteram repudiari posse certum est. Si autem ex testamento vnius plures portiones, altera purè, altera sub cõditione: vel plures per filium, vel per filios: vel per seruum, vel per seruos: vel per me, & filium: nunquam vna admissa altera repudiatur: *vt ff. de acquir. here. l. ij. & l. si solus. & hic.* Si verò vna iure institutionis, altera iure substitutionis deferatur: vna potest admitti, altera repudiari: licet omissa iure accrescendi obueniat: *vt ff. de acquirenda hereditate l. si tu ex parte.* Vbi autem ex testamento vnius plures deferuntur hereditates, puta paterna & pupillaris: paterna admissa, nunquam repudiatur pupillaris. si autem velit pupillarem adire, & repudiare paternam: si pupillus est institutus, distinguitur, abstinuit necne: *vt supra dixi.* & hoc de eo qui in potestate erat. Alij enim sic substitui non potest. Si autem pupillus institutus non erat, cui scilicet pupillo substitutus est alius, sed solus substitutus erat institutus: si quidem is institutus & substitutus fuerit necessarius heres, licet abstinuerit à paterna; habet pupillarem, quia nihilo minus est heres: *vt ff. de fideicommiss. liber. l. cum quaes. §. sed & si quo sum.* si autem sit extraneus qui non habeat coheredem qui adeat, nec paternum nec pupillare testamentum tenet: *vt ff. de acquirend. hered. l. quaesitum. & l. filius.* proximus tamen praecedẽs casus non est omnino expeditus. [a] secundùm Azo.

a Hereditatẽ pupillarem an possit repudiare qui paternam acceperit.
b Displicet omnibus, & se ipsis contrarium. l. quaesitum.
c Displicet similiter omnibus.
d Et bene si erat coheres extraneus. al. secus. Alex.
* Institutionibus.
e Alias incipit Filius qui se.
f Placet praedi. scrib quando iam plura legata se & nomine. Bart.
g Illud est superfluum: quia hereditas viuentis nulla est. Ias.

xxi. *Idem A. Ioanni P. P.*

CVm † aliquis scripsit heredem cũ qui de sua conditione ei qui dominium [c] eius vindicabat, in iudicio aduersabatur: is autem qui dominum se esse dicebat, adire eum hereditatem imperabat, vt acquisitio hereditatis per eum celebraretur, indignatus est quasi domino ei parẽre: dubitatio veteribus exorta est, si qua poena imponatur huiusmodi insolẽtiae. Veteres in multas trahuntur * sententias sed nos eorum discordiam sic esse decidendam censemus, vt distinctio subtilis causae ei imponatur: vt si quidem ita scripta est institutio, *Illum seruum illius heredẽ instituo:* quia apertissimum est, intuitu domini institutionem esse conscriptam, necesse sit omnimodo per competentem iudicem eum compelli adire [d] quidẽ hereditatem, & eam acquirere: nulli autem ex postfacto subiici grauamini si liber pronunciet: sed omne siue lucrũ siue damnũ ad eũ redũdare, qui in seruitutẽ eum trahebat, & denegari ei & aduersus eum omnes hereditarias actiones, nullo ei ex hoc [e] praeiudicio generando. Sin autem quasi liber institutus est, nulla domini vel serui mentione in institutione habita: tunc nullo compelli modo eum adire hereditatẽ, nec denegari ei [f] liberale

CVm aliquis.] CASVS. Titius Stichum instituit sibi heredem: mota quaestione de statu suo, puta eo proclamante in libertatem, & alio reuocante eum in seruitutem, quaeritur an pendente liberali causa, petente illo, qui status quaestionem mouet, debeat compelli hereditatem adire, vt ipsi aduersario acquiratur? distinguitur: aut instituit sub hac forma, Stichum seruum Titij heredem instituo. & tunc compellitur nullo penitus ei ex hoc praeiudicio generando, & Titio acquiret. Aut sic, Stichum heredem instituo, & non compellitur: sed causae expectabitur euentus: vt qui in causa vicerit, obtineat succedendo.

c ¶ *Dominium.* i. Nota quòd ita potest vindicari seruus tãquam quidam asinus: [b] tamen dicitur praeiudicialis in rem. Accurs.

d ¶ *Adire.* si accommodet voluntatem in adeundo. potest enim nolle: *vt s. de hered. institu. l. cum proponas.* & sic haec [c] secundum illam. 2 Vel hic cõtemplatione domini, ibi ipsius serui cõtemplatione fuit institutus. 3 Vel praecepto potest resistere, vt ibi: non autem coactioni, *vt hic.* 4 Vel ibi à domino: hic à iudice. ADDITIO. Tu dicas quòd ibi loquitur quando institutus est ille quem constabat esse seruum: tunc enim sufficit potestas dominica ad compellendum eum prout potest. hic quando erat dubium an esset seruus, vel liber: quo casu de necessitate recurritur ad potestatem iudicialem, vt eum cogat. ita loquitur hic.

e ¶ *Ex hoc.* arg. quòd fines [d] plebatuum vel curiatum nõ probantur per instrumentum inter alios confectum: & est sic: *ff. de lega. ij. l. praedia. §. Titio. & ff. de ori. iur. l. ij. §. isque liber. & ff. ad Vellean. l. Seia mancipia.* Argu. contra. *J. de contra. & commit. stipu. l. optimam. &* [e] *facit ff. de fideiuss. l. sed cum. & de rebus du. l. ij. & de condi. & demon. l. fisco. in fin. & de an. lega. l. annua. §. j. & de acqui. here. l. aditio. & l. quis in aliena. & de libe. cau. l. si cui. in prin. & de acqui. re. do. liber homo.*

e ¶ *Ex hoc.* ergo creditores [f] ex hoc quod adiuit, vel ex hoc quod dixit: talem seruum illius instituo heredem. & haec verior.

f ¶ *Ei libero facto.*

SCimus.] CASVS. In principio dicit quòd duae constitu-

a Imò est expeditus per l. fili. s prox. alleg. Bar. Alex. & Ias.
† Ex quinquaginta decisionibus. Cont.
* retrahuntur.
b Seruus vindicari potest vt asinus.
c Imò ibi clarùm erat q. erat seruus: hic non: ideo recurritur ad iudicem. Bart. Bal. Alex. & Ias.
d Probari non possunt fines plebatuum p instrumentum inter alios cõfectum.
e Dic quòd ibi instrumenta probant cõfinia inter illas personas inter quas cõficitur instrumentum: sed quo ad alias nihil praeiudicat. Bart. Bald. Sal. Pau. Alex. & Ias.
f Mares confitens inuenta[?] tiũ vtitur Falcidia etiã aduersus creditores. Contrarium sensit Glo. Nouell. ... in verbo praesidium. & in verbo lucrari. vide quae ibi scripsi.

tiones à Iustiniano latæ fuerint olim: quarum altera indultũ fuit olim tempus deliberandi, scilicet annus, verum expediret magis hereditatem sibi delatam adire, vel repudiare: vt supra eodẽ titu. l. antiquioribus. Altera verò quam non habemus, consulebatur adeuntibus seu immiscentibus se graui ære alieno ex inopinato postea emergente per legẽ diui Gordiani. Tertio fuit succursum solum militibus vires patrimonij ignorantibus, ne vltra ipsas creditoribus tenerentur hereditariis: adiecta quidẽ tali ratione, arma enim &c. Ex his quidẽ tribus cõstitutionibus Iustinianus vnam constitutionẽ composuit, eius beneficiũ in omnibus non solùm militibus, sed etiã ad omnes extẽdens: ita tamen si secundum formã infra scriptã inuentarium conficerent. Et hoc est quod colligitur vsque ad §. cùm igitur. Subsequẽter distinguit. Alicui delata est hereditas. & tunc si neque deliberationẽ petierit, neque inuentariũ confecit, sed se in rebus hereditariis immiscuit: ex tunc neq; hereditatẽ repudiare, neq; onus æris alieni, neque legatorũ factorũ absque beneficio. l. Falc. recusare poterit. Si verò non adierit, sed intra tres menses à tempore scientiæ sibi delatæ hereditatis, hereditati renunciet: & emolumento & onere erit alienus. Si quidem nec expresse renunciet: nec super rebus mortis tempore defuncto existentibus, & incipiatur, quòd intra tres quoque menses cõsumetur numerandos à tempore scientiæ. & hoc si præsens fuerit heres, alioquin absenti dabitur annus. In confectione verò inuentarij, & tabellio & testes sunt necessarij in rebus hereditatis subiicere subscriptionẽ, continentẽ quantitatẽ rerum hereditariarũ. & si forte scribere nesciat, tũc tabellio specialis ad hoc adhibeatur adsumptis etiam testibus subscriptionem inspecturis. & in hoc casu duplici gaudebit remedio, puta Falcidiæ, nec vltra vires patrimonij tenebitur creditoribus. & hoc in secunda parte vsque ad §. & si præfatam obseruationem &c. Postea subiicit de effectu inuentarij, scilicet quod prædixi de beneficio legis Falcidię: nec dimittendis creditoribus supra id quod suppetunt bona hereditaria. & si forte prius satisfactum fuit legatariis, nõ in ipsum heredem, sed in ipsos legatarios hypothecaria, si res fuerint consumptæ, à creditoribus erit dirigenda. Item consulitur prioribus, si fuerint hypothecarij, per hypothecariam, si superest res hypothecaria: vel si defecerit, per condictionem ex lege herede semper immuni conseruando. & hoc vsque ad §. in computatione. Postea dicit quòd si heres vel in funus testatoris, vel in confectionem inuentarij seu eius insinuationem, seu in alias necessarias causas hereditatis impenderit: totum potest deducere. Et si forte testator eius debitor fuerit, actio non confundetur: quod est speciale. cæteris autem creditoribus in nullo præferetur, videlicet in priuilegiis personalium actionum. & si forte in inuentarium bona hereditaria, scilicet quod rei veritas expostulat, non deduxerit: licet creditoribus & legatariis quibuscunque legitimis modis voluerint voluntatem manifestare, vel per quæstionem seruorum, vel per delationem sacramenti. Heredes autem si aliquid surripuerint, vel celauerint, in duplum condemnentur. & hoc hereditatis aucta substantia: interim dum conficitur inuentarium, neque à creditoribus, neque à legatariis mouenda quæstione, neque eisdem in aliquibus per dilationem præiudicio generando. Si verò adierit heres, neque intra statutum tempus inuentarium confecerit: in solidum creditoribus tenebitur, legis Falcidiæ beneficio, ei penitus denegando. & hoc vsque ad §. sed quia quidam. Postea subiicit quòd si aliquis magis tempus deliberandi, quàm inuentarij beneficium elegerit, licet ei: dum tamen nouem menses vel annum non excedat. & hoc vsque ad §. sin autem hoc aliquis. Postea subiicit quòd si aliquis deliberationem petierit, & ipsa obtenta inuentarium confecerit, in solidum creditoribus tenetur, Falcidiæ tamen dato beneficio, siue intra tempus deliberandi adierit, siue non renunciauerit. & hoc vsque ad §. si quis autem. Si verò deliberationem petierit. & inuentarium non conscripserit: creditoribus in solidum tenetur, nec gaudet Falcidia: siue adierit, siue non recusauerit, legitimis heredibus ab intestato successuris. & hoc vsque ad §. notissimum. Vltimo verò dicit cõstitutio quòd non solum milites, sed etiam priuati si dispositionem constitutionis obseruauerint, ipsius gaudebunt priuilegio. milites etiam si sion licitate hanc solennitatem omiserint, olim legis Gordianæ retinent priuilegium. Accursius.

iudicium: sed & hereditatem per suum ius decurrere, & liberale iudicium suã expectare sententiam, siue agente eo, siue pulsato: vt si quidem seruus pronuncietur, tunc domino suo hereditatem acquirat: sin autem liber, eam adipiscatur, si adire maluerit. Dat. II. Kal. Maij, Constantinopoli post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

Ex causis in hac lege expressis est inductum quod certus de viribus hereditariis potest adire eam, vel repudiare pro libito voluntatis absque alia solennitate, prout sibi magis expedire videbitur. Dubius vero si velit caute agere vt non teneatur vltra vires hereditarias, debet conficere inuentarium † secundum formam hic traditam. hoc dicit vsque ad §. & si præfatam. Alexan.

XXII. *Idem A. ad Senatum.*

SCimus † iam duas esse promulgatas à nostra clementia constitutiones: vnam[a] *quidem de his qui deliberandum pro hereditate sibi delata existimauerint: aliam[b] autem de improuisis debitis, & incerto exitu per diuersas species eis imposito. Sed & veterem constitutionem non ignoramus, quã diuus Gordianus † ad Platonẽ scripsit, de militibus qui per ignorantiam hereditatem adierunt: quatenus pro his tantummodo rebus conueniãtur, quas in hereditate defuncti inuenerint: ipsorũ autem bona à creditoribus hereditariis non inquietent. Cuius sensus[c] ad vnam præfatarum constitutionũ à nobis redactus est. Arma[d] etenim magis quàm iura scire milites sacratissimus legislator existimauit. Ex omnibus itaque istis vnam legem colligere, nobis apparuit esse humanum: & nõ solum milites adiuuare huiusmodi beneficio, sed etiam ad omnes hoc extendere: non tantum si improuisum emerserit debitum, sed etiã si onerosam quis inueniat[e] esse quam adiit* hereditatem. ita enim nec satis necessarium deliberationis erit auxilium, nisi hominibus formidolosis[f], qui & ea timent quæ nulla digna sunt suspicione. ¶ Cum igitur hereditas ad quendam siue ex testamento siue ab intestato sit † delata, siue ex asse, siue ex parte: si quidem recta via adire maluerit hereditatem, & spe certissima hoc fecerit, vel sese immiscuerit[g], vt non postea eam repudiet: nullo indiget inuentario, † cum omnibus creditoribus[h] suppositus sit* vtpote hereditate ei ex sua voluntate infixa. Similique modo si non titubante animo respuendam vel abstinendam esse crediderit hereditatem, & apertissimè intra trium mẽsium[i] spacium

† Hæres in inuentarium non conficiens vltra vires hereditatis tenetur, & ad pœnas petitur de quibus hi, & in Nouella de heredibus & Falcidia. tamen varias ad hanc sententiam exceptiones apud Socinum Reg. 170. Guidonis Papæ decis. 5 - 1.

† Ex eo decisionibus, quarum meminit Imp. in præfatione huius codicis. Cont.

* id est. l. cum antiquioribus. §. eo.

† Et ante Gordianum Hadrianus in g. fora ... pagina ... annis idem ... fecit. Inst. de hered. qua. & d. f. Cont.

* adierit.

† fuerit.

† Moderium inuentarij ponit Guido Papæ in dec. sua quæ 3. & Ang. in auth. de here. & fal. §. si vero ex præfatam, col. 1.

* est.

a ¶ *Vnam.* illam forte quæ est supra cum antiquioribus.

b ¶ *Aliam.* hanc non habemus.

c ¶ *Cuius sensus.* quasi dicat, verba Gordianæ constitutionis non habemus, sed eius sententia est comprehensa in vna præfatarum constitutionum, scilicet illa quam non habemus: cuius Gordianæ meminit institut. *de heredum qualit. & diffe. §. sciendum.* Accursius.

d ¶ *Arma. vt supra locati. l. milites. & de iuris & facti ignorant. l. e. j. & in authentic. quibus modis natur. effi. leg. §. si quis coll. vj.* sic & in clericis ne faciant prohibita: *vt supra de episcopis & clericis. l. repetita.* Sed contra. *j. de legi. & constitu. l. leges sacratissimæ.* Solu. hîc non negatur quin debeant scire leges, sed magis arma. Vel ab illa excipe milites, & etiam quosdam alios: *vt ff. de iur. & fa. ignorantia. l. regula.*

e ¶ *Inueniat.* scilicet ab initio.

f ¶ *Formidolosis.* facit infra *ead. l. sed quia quidam. & ff. de condit. institut. l. quæ sub conditione. circa princip. & ff. quod metus cau. l. nec timorem. §. proinde.*

g ¶ *Immiscuerit,* immiscere est suorum: sed adire extraneorum: *vt instit. de heredum quali. & dif. §. extraneis autem.*

h ¶ *Omnibus creditoribus.* & legatariis sine Falcidiæ legis beneficio: *vt j. ea. l. §. si quis autem temerario.* secundum quosdam. a Vel verius ibi loquitur cum delusit legem & creditorem in dilatione petenda: *vt in §. præcedenti dicitur*: hîc autem secundum leges veteres, in quibus nil de inuentario continebatur, debet habere Falcidiam, sed hodie secus *per authent. sed cum testator. quæ est j. ad legem Falcid.*

i ¶ *Trium mensium.** Sed nonne spaciũ sex mensiũ statuitur. *j. de* ... *officio.*

a * de præscriptione, ... vide Dynum tract. de præscr. num. 11.

officio testamen. l. scimus. §. fin. quæ est contra? Solu. illud propter querelam inofficiosi testamenti quæ sperabatur moueri: hic propter creditores statuitur minus. Sed & præterea ibi non videbatur esse respuendam: hic autem credebat respuendam, vel abstinendam: non tamen respuit vel abstinet, sed se repudiaturum dicebat: a & ideo tam breue spatium ei datur: aliàs nisi propter creditores, vel nisi exheredatus esset, perpetuò adire posset: vt dixi supra eo. l. cum antiquioribus.

a ¶ *Sese immisceat.* non enim conuenietur interim donec fiat inuentarium: *vt eadem. l. §. donec.* Accurs.

b ¶ *Delatam.* supple & aditam. nam demũ post aditam currit hoc tempus: *vt infra ea. l. §. fin. verò postquam.* Item & quia dicit hic, post apertas tabulas. nam demum postea olim poterat adiri: *vt infra de cadu. tollen. §. j.* ADDITIO. Tu dicas secundum Bartol. hic quòd siquidem heres malitiose protrahit aditionem hereditatis, currat sibi tempus etiam ante aditam hereditatem. si verò in nulla mora, in nulla culpa, in nulla malitia est: tunc currit sibi tempus post aditam hereditatem: vt dicit hæc glo. licet enim text. dicat à die notitiæ: tamen subaudi, & aditæ hereditatis. text. est. ad hoc not. secundum eum in *l. statuliberos. §. si quis heredis ff. de statulib.*

c ¶ *Capiat.* secus in tutoribus & curatoribus: quia incontinentibus debent incipere: *vt supra de administra. tuto. l. tutores. y. & ff. de admini. tuto. l. tutor qui repertorium.*

d ¶ *Sexaginta* b *dies.* sic ergo tres menses sunt. Accurs.

e ¶ *Tabulariorum.* id est, tabularij. sic plurale ponitur pro singulari *supra de his qui in eccles. ma. l. j. & de episcopis & clericis. l. orphanotrophos. & ff. vi bono. rapto. l. ij. § quod ait prætor.* ¶ Sed argu. contra in authenticis, *de hered. & Falcid. §. si verò absunt. colla. j.* Sed tamen illud negari non potest, quin quandoque duo necessarij sunt: vt statim subiicit ibi, subscriptionem &c. Accursius.

ex quo ei cognitum fuerit: scriptum se esse vel vocatum heredem, ei renũciet: nullo nec inuentario faciendo, nec alio circuitu expectando, sit alienus ab huiusmodi hereditate, siue onerosa siue lucrosa sit. ¶ Sin autem dubi[9] est vtrúmne admittenda sit necne defuncti hereditas: non putet sibi esse necessariam deliberationem, sed adeat hereditatem, uel sese immisceat[a]: omni tamẽ modo inuentarium ab ipso conficiatur, vt intra triginta † dies post apertas tabulas, vel postquã † nota * fuerit ei apertura tabularum, vel delatã[b] sibi ab intestato hereditatẽ cognouerit, numerãdos, exordium capiat [c] inuẽtariũ super his rebus quas defunctus mortis tẽpore habebat & hoc inuentariũ intra alios sexaginta dies[d] modis omnibus impleatur sub præsentia tabulariorum[e] † cæterorúmque [f] qui ad huiusmodi confectionẽ tamẽ necessarij sunt. Subscriptionem tamẽ supponere heredẽ necesse est, * significãtem & quantitatẽ [g] rerũ, & quòd nulla malignitate circa eas ab eo facta vel facienda, res apud eum remaneant: vel si ignarus sit literarũ, vel scribere præpediatur, speciali[h] tabulario ad hoc solũ adhibendo, vt pro eo literas supponat, venerabili signo † antea manu heredis præposito: testibus videlicet adsumendis qui heredem cognoscãt [i], & iubẽte eo tabulariũ pro se subscribere, interfuerint. Sin autem à * locis in quibus res hereditariæ [k], vel maxima pars earum posita est, heredes abesse cõtigerit: tunc eis vnius anni spacium à morte testatoris numerandum damus ad huiusmodi inuentarij consumationẽ[l]. sufficit enim præfatum tempus, & si longissimis spaciis † distant. tamẽ[m] placuit dare eis facultatem inuentarij cõscribendi vel per se, vel per instructos procuratores in loca vbi res positæ sunt, mittendos[n].

Heres qui solenniter conficit inuentarium, vltra vires hereditatis non tenetur: & Falcidia vtitur: & satisfacere potest legatarijs & creditoribus qui prius venerint: licet alijs posteriores in tempore fuerint. reseruãtur tamen posterioribus creditoribus iura sua: & opportunis remedijs contra legatarios quibus prius satisfactum est, agere possunt & contra posteriores creditores: sed contra ipsum heredem, vel eum qui emit ab eo, regressus non datur. hoc dicit. Alexand. vsque ad §. in computatione.

Et si præfatam obseruationẽ inuẽtarij faciẽdi solidauerint[o]: hereditatẽ [p] sine periculo[q] habeãt, & legis Falcidiæ [r] † aduersus legatarios vtãtur beneficio: vt * in tantum hereditariis creditoribus teneantur, in quantũ res substantiæ ad eos deuolutæ valeant [f]: & eis satisfaciant qui primi veniant creditores: & si nihil reliquum est, posteriores venientes appellãtur [t]: & nihil ex sua substantia penitus heredes amittant: ne dum lucrũ facere sperãt [u], in damnum incidant. Sed & si legatarij interea venerint: eis satisfaciãt [x] ex hereditate defuncti, vel ex ipsis rebus, † vel ex earũ forsitan vẽditione. Sin verò creditores q. post emensum [y] patrimonium necdum completi sunt, superueniãt: neque ipsum heredem inquietare concedãtur, neque eos qui ab eo [z] comparauerint res quarum precia in legata vel fideicõmissa vel alios creditores processerunt: Licentia creditoribus nõ denegãda aduersus legatarios venire, vel hypothecis [a] vel indebiti condictione [b] vti, & hæc quæ acceperint, recuperare: cùm satis absurdum sit creditoribus qui-

larij: aliàs vnus sufficit, vnde modò dixi.

i ¶ *Cognoscant.* Not. argu. de testibus a qui apponuntur in contractibus, quòd debent cognoscere contrahentes *vt hic, & in authen. de hered. & Falcid. §. si verò absint. colla. j.* Sed speciale est in inuentario: *vt in authentic. de fide instrumen. §. oportet verò. colla. vj.* Sed ibi speciale quando ab imperitis, & in scriptis. Item & in authenticis *de testibus § j colla. vij.* Sed ibi quando per testes probaretur. & dic: *vt ff de testibus. l. testium. § ideóque.* si autem per instrumentum, tunc etiam ignoti: *vt in authentic. de testibus. §. & licet.* sic ergo tribus casibus debent cognoscere: vbi imperitus contrahit, & in scriptis. & in inuentario, & vbi nõ fit instrumentum. Accursius.

k ¶ *Hereditaria.* scilicet totæ. Accursius.

l ¶ *Consummationem.* Sed hic † quod tempus dabimus ad inchoationẽ? Respon. secundum proportionem, scilicet tertiam partem anni. vt enim supra vnum mensem de tribus dedit: sic hic. iiij. de xij. ¶ Item quod dicit a morte testatoris: supple, & eum mortuum sciuit, & adiuit: *vt infra eo. l. §. fin. verò postquam.*

m ¶ *Tamen.* nam licet etiam tam magnum habeat spaciũ, scilicet annum, vt per se possit adesse in eo loco vbi sunt res ad faciendum inuẽtarium, vel se præsentet: tamen &c.

n ¶ *Mittendos.* scilicet procuratores.

o ¶ *Solidauerint.* id b est in solidum omnia capitula c inuentarij obseruauerint.

p ¶ *Hereditatem.* nunc respondet. & dic dare, id est damus.

q ¶ *Sine periculo.* creditorum vltra vires.

r ¶ *Falcidiæ.* hoc intellige in diuersis casibus, vt vbi est soluendo hereditas, præstet legata quatenus patitur d Falcidia. si non sit soluendo, non valent legata: vnde nec heres retrahit Falcidiam: *vt ff. ad Trebell. l. j. §. pen.* Accurs.

f ¶ *Valeant.* secus si non fecerint inuentarium.

t ¶ *Repellantur.* ab herede & à creditoribus suum consecutis: quibus licuit vigilare ad suum consequendum: *vt ff. quæ in frau. cre. l. pupillus.* nisi posteriores potiores sint in pignore: *vt j. §. licentia danda.*

f ¶ *Cæterorúmque.* puta trium c testium, & legatariorum, & creditorum: *vt authentic. de hered. & Falcid. §. sancimus. & §. si verò absunt. colla j.*

g ¶ *Quantitatem rerum.* mobilium & immobilium: *vt infra de bono. præscriptio. l. si quis intra. & supra de administra. tuto. l. tutores. y. & infra de bon. vac. l. ij. lib. x.* nam sufficit quòd dicat: ego recognosco omnia mobilia & immobilia scripta à notario superius, me habere & tenere.

h ¶ *Speciali tabulario.* his duobus casib' necessarij sunt duo tabu-

u ¶ *Sperant.* heredes scilicet faciendo inuentarium.

x ¶ *Satisfaciant.* si putant eis legata deberi: alioquin tenentur alijs, quasi dolo desierint possidere: *vt ff. ad l. Falcid. l. dolo.*

y ¶ *Post emensum.* id est finitum.

z ¶ *Ab eo.* scilicet herede.

a ¶ *Hypothecis.* id est hypothecaria actione.

b ¶ *Indebiti condictione.* alius ergo soluit, & alius condicit: vt ff.

Marginalia: a Hæc Glo. reputatur singu. secundũ Bart. in l. fin. j. tit. i. — † De præscriptione 30. die rum. vide Dynum tract. de præscr. num 10. — † Hodie solis tabulariis nõ confidit, sed iubet omnes legatarios & fideicommissarios conuocari, vel his ab sentibus tres testes ciues idoneos. Nouell. 1. Hic nota. Cont. — * Adeo quod omissio subscriptionis vitiat. — † Et in omni beneficio. — b De præscriptione 60. die rum v. Dynum tract. de præscr. num. 13. & 12. — † longissimo spatio. — a Testes an & quando cognoscere debeant contrahentes. — † Inuentarij faciendi tempus, quod. — † Idem in Nouell. 1. Const. — * & in. — b Solidare quid. — Præter id de signo crucis. — † Hic text. est singu. — d Et hoc beneficium.

dem ius suum persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero qui pro lucro certant, suas partes leges * accommodare [a]. Sin verò heredes [b] res hereditarias creditoribus hereditatis pro debito dederint in solutum, vel per dationem pecuniarum satis eis fecerint: liceat aliis creditoribus qui ex anterioribus veniũt hypothecis, aduersus eos venire, & a posterioribus creditoribus secundũ leges eas abstrahere vel per hypothecariam [c] actioné, vel per condictioné [d] ex lege, nisi voluerint debitũ eis offerre. Contra ipsum tñ heredé (secundũ quod sæpius dictũ est) qui quantitatem rerũ hereditariarum expendit, nulla actio extẽdatur. Sed nec aduersus emptores [f] rerum hereditariarum, quas ipse heres pro soluẽdis debitis vel legatis vẽdidit, venire alij concedatur: cum satis anterioribus creditoribus à nobis prouisum est [g] vel ad posteriores creditores, vel ad legatarios peruenientibus, & suũ ius persequentibus.

Expensa funeris testamenti, & inuentarij, & aliarum causarum necessariarum facta per heredem qui facit inuentarium: ante omnia deducatur de hereditate. & quod heredi debetur à defuncto, consequi potest heres concurrendo cum alijs creditoribus. h.d. vsque ad §. licentia. Alexand.

In computatione auté patrimonij damus ei [licẽtiam †] excipere & retinere quidquid in funus [h] expendit, vel in testaméti insinuationé [i], vel in inuẽtarij confectionem, vel in alias necessarias causas hereditatis approbauerit [k] sese persoluisse. Si verò & ipse aliquas contra defunctum habebat actiones: non hæ confundantur [l], sed similem cum aliis creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum tamé prærogatiua inter creditores seruanda [m].

Creditores & legatarij probare possunt maiorem esse substantiam quàm in inuentario sit descripta: ad quod etiam de domo heredis probatio sumi potest: & si heredes dolũ fecerint, in duplum refundent. hoc dicit vsque ad §. donec. Alexan.

Licentia † danda creditoribus, seu legatariis, vel fideicõmissariis, si maioré putauerint esse substantiã à defuncto derelictam, quàm heres in inuentario scripsit, quibus voluerint legitimis modis quod superfluum est approbare, vel per tormenta * forsitan [n] seruorum hereditariorum secundum anteriorem nostram legem [o] quæ de quæstione seruorum loquitur, vel per sacramentũ illius [p], si aliæ probationes defecerint: vt vndique veritate exquisita, neque lucrum neq; damnum aliquod heres ex huiusmodi sentiat hereditate: illo videlicet obseruãdo, vt si ex hereditate aliquid heredes surripuerint [q]. vel celauerint, vel amouẽdum [r] curauerint postquam

de condict. indeb. l. non est nouum.

a ¶ *Accommodare.* Prius * ergo æs soluitur alienum quàm legata: *vt hic, & ff. de reg. iur. l. nõ debet aliter. §. in re obscura. & ff. de colla. bo. l. cũ emancipati. j. & de sen. l. quotiẽs. & de inoffi. testa. l. Papinianus. §. quarta. & infra de bo. auct. iu. po. l. j. & ff. quæ in fraudẽ cre. l. qui autem. § penul.* ¶ Sed argum. contra ff. de transact. *l. cum hi. §. plane. de alimen.* vbi plus fauet alimentis in testamento cõstitutis quam inter viuos. [b] Sed ibi plus fauetur quoad trãsigendũ, hic quoad excipiendum. ¶ Item contra. *s. de hered. act. l. fi.* vbi dicitur heredes [c] cõueniri à creditoribus, non legatarios. Sed ibi quãdo soluendo est hereditas: hic non. Item hic alia actione, quando non faciunt inuẽtarium, tenentur legatarij, quia defunctus tenebatur. illa enim soli heredes conueniuntur: vt ibi.

b ¶ *Sin vero heredes.* qualiter creditores aduersus legatarios veniant, dixit: nunc qualiter primi creditores veniant aduersus posteriores. *& ad hoc ff. de condic. indeb. l. tutores.*

c ¶ *Hypothecariam.* quando res datæ sunt in solutum.

d ¶ *Per condictionẽ.* quãdo vẽditæ sunt, & æstimatio data. ¶ Et intelligo quando apud emptorem esse desierunt. aliàs cum posset agi hypothecaria contra emptoré, non daretur condictio ex lege contra creditorem ad id quod est solutum, secundum Io. *vt arg. ff. de cond. ex leg. l. j.* Sed hic videtur velle, etiam si extent, non teneri emptorem & est ad hoc. *j. de quadri. præscr. l. bene à Zenone.* ¶ Item est argu. contra *ff. quæ in fraudem cred. l. pupillus. in fin.* Solut. hic pro rebus obligatis agit prior. vel ibi non exorsit: hic sic.

e ¶ *Dictum est s. prox. §. & ad idem ff. de relig. l. at si quis §. j.*

f ¶ *Emptores.* apud quos desierunt esse.

g ¶ *Prouisum est. s. prox. §.* & hic dicit ad idem. *j. qui po. in pig. ha. l. j.* Accursius.

h ¶ *In funus.* quæ expensa omne æs alienum præcedit: *vt ff. de relig. l. pen. & ad leg. Falcid. l. j. §. pen. & insti. ad leg. Falcid. §. j.*

i ¶ *Insinuationem.* in qua expenditur coram magistro census: *vt s. de testa. l. consulta.*

k ¶ *Approbauerit.* testibus, vel suo forsitan sacramento *vt ff. de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. & de leg. tut. l. legitimos. & argu. s. de fide instrumen. l. fin.*

l ¶ *Confundantur.* quantum ad effectũ, nisi sint tales quæ & morte pereant: quia non erant transituræ ad heredes: *vt ff. de heredi. vend. l. ij. in fin. & ad hoc infra ad leg. Falcid. in imponenda.* Sed quid si defunctus Titio tenebatur de euictione in duplum, & hunc Titium re euicta fecit heredem: nunquid contra creditores heres computabit duplum? Argum. quòd non: *vt ff. ad legem Falcid. l. cum emptor.* Sed forte ibi non fecerat inuentarium: vnde hic totum duplum reputabitur: vt hic dicit. ¶ Item quid si defunctus vendidit fundum filij sui? Puto filium facientem inuentarium eatenus tantũm pati exceptioné, quatenus habet ex hereditate vltra debitum bonorum subsidium: *vt ff. de fun. do. l. dotale. j. §. si herede vxore. & ff. de lega. secundo. l. imperator. §. fina. & supra de rei vindicatio. leg. tamque matre. & hic subijcit in fin. §. prox. vbi dicit, nullum damnum &c.* Sed si habet debitum bonorum subsidium tantum in nullo patiatur exceptionem: cum sine vllo grauamine illud habere debeat: *vt supra de inoffi. testamen. l. quoniam in prioribus.* ¶ Item quid si est extraneus heres? Respond. secus: vt dicas eum pati pro quarta parte exceptionem: quia licet tunc habeat quartam iure institutionis tantùm, tamen patitur exceptionem pro ea quarta. Quarta * enim debita iure institutionis, bene videtur posse dari cum onere: *vt ff. ad Trebell. l. Lucius. § maritus. & ad legem Falcidiam. l. si debitor.* Sed argum. contra. *ff. de lega. ij. leg. cum pater. § Titio.* Sed si vltra quartam quid habeat, pro toto eo quod quasi heres habeat, patitur exceptionem. vbi vero nunc fecit inuentarium: idem dico, scilicet vt in solidum repellatur, etiam si solam quartam habet. Sed si vltra patitur in re vendita exceptionem: pro ea parte pro qua heres est, vtputa est heres pro dimidia parte hereditatis: etiam si illa dimidia non valeat nisi vnum denarium: tamen in dimidia patitur exceptionem. Et hæc omnia quæ dicta sunt in filio, habent locum vbi est soluendo hereditas. tunc enim sine onere debet quartam iure naturæ habere. si vero non est soluendo hereditas, non est locus debito bonorum subsidio: *vt ff. de inofficio testamento. l. Papinianus. §. quarta. & ff. de colla. bonorum. leg. cum emancipati. § illud.* ¶ Sed argument. contra *ff. de inofficio testament. leg. Papinianus. §. si quis impubes.* ergo in eo casu si fecit inuentarium, demum totum vindicat: si non fecit, nihil petet: *vt in authentic. de hered. & Falcid. §. si vero non fecit. colla. j.* Sed quid si statutum erit in ciuitate, vt nemo veniret contra instrumentum à se factum, vel heres eius & testator obligauit fundum eius quem postea fecit heredem, qui adiens fecit inuentarium: nunquid poterit à creditore vindicare? Videtur quòd sic, *vt hic dicitur, & j. eadem. l. j. proxim.* Accurs.

m ¶ *Seruanda.* quoad hypothecariam: *vt infra qui potio. in pigno. habean. l. si fundum.* sed agentes personali, non sortiuntur prærogatiuam ex tempore: *vt ff. de priuileg. credi. l. priuilegia. & de re iudica. l. iudicati.* nisi in casibus: *vt ff. de re iud. l. inter eos. & ff. quod cum eo qui in alie. po. l. ij.*

n ¶ *Forsitan.* facti notat varietatem.

o ¶ *Legem* quæ est *s. de iuramen. calum. l. j.* Vel dic *vt s. de quæstio. l. de tormentis. & l. fin.*

p ¶ *Illius.* scilicet heredis. de sua ergo conscientia [b] satisfacere tenetur. quod est notandum: *vt infra de bon. auct. iudi. possid. l. fin. in fin. & de iure de. impe. l. fina. in fin. & ff. de edend. l. prætor. §. sed si in scie. & infra de pœna iudi. qui male iudi. authentic. nouo iure. & supra de fide instrum. l. fin. & de his qui ad eccles. confug. l. fin. § sicubi.* Item ad hoc *supra de rebus credit. & iureiuran. l. in bonæ fidei. & ff. de lega. j. l. ab omnibus.* Accurs.

q ¶ *Surripuerint.* vel celauerint.

r ¶ *Amouendum.* ad quod facit. *ff. de acquir. here. l. si seruum. § amouisse.*

Legata solummodo post solutionem æris alieni.

b Ibi in transigendo, hic in exigendo, in quo magis fauetur creditoribus. Bart. Pau. & Alex.

* legem.

c Heredes à creditoribus conueniuntur non legatarij, quando soluendo est hereditas.

† deest & re.

d Instrumento suo heres probare potest expensas necessarias. Raphael Fulgosius, Cyn. contrà quod procedit in expensis per Sal. Alex & Iaf.

e Meliùs allegasset tex. in l. fin. j. de rer. de. turpe.

f Hoc verum si res est euicta ante hereditatis aditionem. secus si post. ibid. Ang. Sal. & Alex.

a Quarta iure institutionis debita an possit dari cum onere.

† Hoc verum etiam in bonam partem vt non posse Alc. defendit aduersus Vallam 6. Parerg. 10.

* Citantur hęc verba in Nouel. 1.

b De sua conscientia quis iurare cogitur. hoc iuramentorum purgationis dicitur, quod fabricre etiam solet reus actore enim nihil probante, vt notat Ac. in d. l. cum quidam in verba iuramẽtum s. de fide instrum. ad d. l. si quis pro redemptione ... & § conditione ... j. de donationib.

fuerint conuicti, in duplum hoc restituere, vel hereditatis quātitati computare compellantur[a].

Intra tempus datum ad confectionē inuentary non potest heres à creditoribus vel legatarijs conueniri: & ideo interim tempus agendi creditoribus non currit. h. d. vsque ad §. sin vero postquam. Alex.

Donec tamen inuentariū cōscribit: vel si res præsto sint: intra tres menses: vel si absfuerint, intra annale spacium secundum anteriorem[b] distinctionem, nulla erit licentia neq; creditorib. neq; legatarijs vel fideicommissarijs eos vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hereditarias quasi ex hypothecarum auctoritate vindicare: sed sit hoc spacium ipso iure pro deliberatione heredib. concessum: nullo scilicet ex hoc interuallo creditoribus hereditarijs circa temporalem præscriptionem præiudicio generando[c].

Qui inuentarium solenniter non facit, creditoribus in solidum tenetur: & Falcidiam non detrahit† h. d. vsque ad §. & hac quidem. Alex.

Sin verò postquā adierit[d], vel sese[e] immiscuerint, præsentes vel absentes inuētarium facere distulerint, & datū iam à nobis tēpus[f] ad inuentarij confectionē effluxerit: tunc ex eo ipso q; inuentarium secundū formam præsentis cōstitutionis non fecerint, & heredes esse omnimodo[g] intelligantur, & debitis hereditarijs in solidum teneantur: nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam cōtemnendam esse censuerunt[h].

Tempus ad deliberandum, quod hodie non est necessarium volentib. solenniter conficere inuentarium, est tempus anni quando impetratur à principe: sed quando impetratur à iudice, est tempus nouem mensium: nec sæpius conceditur. Alex.

Et hæc quidem de his sancimus, qui deliberationē nullam petendam esse curauerint: quam[i] putamus quidem penitus post hāc legem esse superuacuam, & debere ei derogari. Cum enim liceat eis & adire hereditatem: & sine damno ab ea discedere ex præsentis legis auctoritate: quis locus deliberationi relinquitur? Sed quia quidam vel vana formidine[k], vel callida machinatione, pro deliberando nobis supplicandum necessarium esse existimant, quatenus eis liceat annale tēpus tergiuersari, & hereditatem inspicere, & alias cōtra eam machinationes excogitare, & eandē deliberationem flebilibus adsertionibus repetita prece sæpius accipere[l]: ne quis nos putauerit antiquitatis penitus esse contemptores[m], indulgemus quidem eis petere deliberationē vel à nobis vel à nostris iudicibus: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine vno anno, à nostris verò iudicibus nouem mensibus[n]: vt neq; ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: sed & si fuerit datum, pro nihilo habeatur. Semel enim, & non sæpius[o]† eam peti concedimus.

Qui petit tempus ad deliberandum: licet inuentarium fecerit, & hereditatem adierit, vel intra dictum tempus non repudiauerit (quod pro aditione habetur) tenetur creditoribus hereditarijs in solidum: & vtitur Falcidia sicut olim. Si vero inuētarium non confecit, sed solum tempus ad deliberandum petierit, & non repudiauerit: (quod pro aditione habetur) tenetur creditoribus in solidū, & Falcidiam perdit. sin autem repudiauerit, tunc tenetur res hereditarias restituere. h. d. vsque ad §. nouissimum. Alex.

Sin autem hoc aliquis fecerit[p], & inuentarium conscripserit, (necesse est enim[q] omnimodo deliberantem inuentarium cum omni subtilitate facere[r]) non liceat ei post tempus præstitutum[s], si non recusauerit[t] hereditatem, sed adire maluerit, nostræ legis vti beneficio[u]: sed in solidum secundum antiqua iura omnibus creditoribus teneatur. Cum enim gemini tramites inuenti sint, vnus quidem ex anterioribus, qui deliberationem dedit*: alter autem rudis & nouus à nostro numine repertus, per quem adeuntes sine damno conseruantur: electionem ei damus, vel nostram constitutionem eligere, & beneficium eius sentire: vel si eam aspernandam existimauerit, & ad deliberationis auxilium conuolauerit, eius effectum habere: & si non intra datum tempus recusauerit he-

---

bisse. vsq; ad §. hæc verba. & § prætor. & §. heredi. vsq; in fi. legis. Accur.

a ¶ *Compellantur.* Sed nunquid erit inuentarium in quo apparet nō omnes res hereditarias esse scriptas? Item pone quòd idem heres quasdam res quas credebat hereditarias, scribi fecit in inuentario: nunc comperto errore vellet eas abstrahere: vel nollet teneri amplius propter istas res, quasi non videatur locupletior.

b ¶ *Anteriorem.* quam habes. s. ea. leg. §. fin. antē dubius. & §. sequenti.

c ¶ *Generando.* sic nec in qualibet legali dilatione. vt ff. de iudic. leg. ij. in fi. & ff. vt in possessio. lega. l. si cui. §. cessatum. & de itin. actuque pr. na. l. j. §. si quis propter. & ff. de verb. oblig. l. si pupillus. ¶ Et sic not. quòd non[a] videtur negligere vel moram facere, qui petere nō potest: vt j. de anna. excep. l. j. in fi. & de verb. obli. l. si pupillus. ADDITIO. Aduertas hic quod licet heredes non possint conueniri donec inuentarium cōscribitur, vt hic: ipsi tamen heredes interea poterunt debitores hereditarios conuenire secundum Bart. & communiter doct. hic: non obstante tit. ff quod quisque iuris. quia ille titulus habet locū quando alicui cōceditur priuilegium ad sui postulationem, cuiusmodi non est priuilegium istius. §.

d ¶ *Postquam adierint*. s. extranei.

e ¶ *Sese.* s. sui.

f ¶ *A nobis tempus.* s. tres mēses, quando sunt res præsentes: vel annus, quando absentes.

g ¶ *Omnimodo.* certè non sunt ex eo heredes, immo quia adierunt. refertur ergo ad id quod sequitur, & debitis &c.

h ¶ *Censuerunt.* s. istam legem, & etiam ad solida legata tenebuntur hodie. vt in authen. de hered. & Falci. §. si vero non fecerit. colla. j. ¶ Et not. hic quod qui[c] legem spernit, non debet eius auxilio vti: vt ff. de min. l. auxilium. in fi. & j. de except. rei iudi. l. ij. & s. de episcopa. audien. l. iij. & s. de transactio. leg. si quis maior. & in authen. de rapto. mulie. §. sancimus. colla. ix. & in auth. vt liceat ma. & auie. §. quia vero ita. collat. viij.

i ¶ *Quam.* s. deliberationem.

k ¶ *Formidine.* vt dixi. s. ea. l. §. j.

l ¶ *Accipere.* vt liceat.

m ¶ *Contemptores.* sic s. de testam. l. testamenta.

n ¶ *Nouem mensibus.* Sed nunquid lex ista derogat superiori, cum antiquioribus, quę loquitur de anno, hic de nouem mensibus? Respon. vt j. ea. l. §. si dices.

o ¶ *Et non sæpius.* sufficit semel[a]. sic supra si sæpius in integrum restitu. l. fin. & infra de pœnis. l. omnes quos. & ff. de legat. iij. l. fideicommissa. §. quis decem. ¶ Sed argu. contra. ff. vt leg. vel fideicommisso. no. ca. l. j. §. si cui. ¶ Item contra. ff. eod. l. iij. vbi pluries datur ius deliberandi. Solu. hic corrigit. Vel intra annum, vel nouem menses pluries ei dantur: non autem quòd excedat.

p ¶ *Sin autem hoc aliquis fecerit.* id est petierit tempus ad deliberandum, & ei est datum.

q ¶ *Necesse enim est.* interpositio est.

r ¶ *Facere.* si velit vti beneficio legis Falcidiæ.

s ¶ *Præstitutum.* ad deliberandum.

t ¶ *Recusauerit.* hoc est nouum per legem istam, vt petens[b] tempus ad deliberandum, nisi repudiet, adijsse tacitè videatur: vt hic & in multis locis in hoc. §. Aliud olim: vt supra eodem l. cum antiquioribus. & ff de acquiren. heredi. l. quandiu institutus. in fin. quæ sunt contra. vbi dicitur quòd si non adiuit, repudiasse videtur: sed corriguntur. Nec potest dici quòd hic fecerit inuentarium, Ibi (scilicet in contrarijs) nō: quia idem est quod hic dicit, & si non fecit inuentarium: vt infra proxi. §. 3 Tertij dicunt habere locum hoc, quando fuit adiectum in concessione iuris deliberandi: vt hic dicit. 4 Sed prima verior est: vt hæc corrigat alias leges.

u ¶ *Vti beneficio.* quia perinde est ac si sponte ab initio adijsset: vt ff. ad Trebell. l. sed si alio. §. j. & infra ad legem Falcid. authentic. sed cum testator. ¶ Sed cum superius datus sit annus pro rebus absentibus ad inuentarium: nonne post nouem menses deliberationis inuentarium facere potest, & consequi beneficiū huius: scilicet videatur sibi præiudi-

---

a Moram in petendo committere non videtur qui petere non potest.

b v. Extrauagantem Gregorij. Gui. Durant. & Bonifacium Papa decis. 171. & Roland. a Valle in cons. ... An pœnis huius constitutionis subiaceant ecclesia non conficientes inuentarium.

c Legis contemptor in illam peccat.

a Ius deliberandi an possit pluries dari.

† Dictio sæpius vel, sicut & in bono actu. & de hac dictione videbis Alexan. in l. sæpe constituimus. ff. de re iudi.

b Petens tempus ad deliberandum adijsse tacitè videtur nisi repudiet.

* dedit ius.

casse, quis non repudiauit? Responderi potest illi dari annus ad inuentarium, quando non petiit tempus ad deliberandū: sed cum petiit, non videtur vltra nouem menses extendi: vt s. §. fin auth hoc. Alij dicūt post tempus deliberationis finitum integrum tempus dari ad inuentarium quod non placet.

a ¶Post petitam deliberationem. i. post eaquam tēpus datum est ad deliberandum, non autem finitum.
b ¶Recusauerit. s. hereditatem.
c ¶Vocātur vt heredes.
d ¶Sacramento. in litē, si non restituat omnes res quas constat eū habuisse: quia in hypothecaria vel petitione hereditatis iuratur in litē: cum altera arbitraria, altera bonæ fidei sit: vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus.
¶Breuiter ergo collige quia heres aut neutrum fecit, id est neque deliberauit, neq; inuentarium fecit, sed sponte adiit: & tūc seruā quod dicitur: s. ead. l. §. cum igitur. Si vero fecit inuentarium, & non deliberauit: vtroq; commodo gaudet, & Falcidia, & creditoribus vltra vires hereditarias nō tenebitur: vt s. ead. l. §. & si præfatam. Si autem petiit deliberationē, nec fecit inuentarium: neutrum cōmodum habet: vt hic. §. si quis autē temerario. Si vero petiit deliberationem & fecit inuentarium, in solidū tenetur creditoribus: sed lege Falcidia vtetur: vt s. prox. §. fin autem hoc. Sed hodie[e] omni sublato circuitu, si nō fiat inuentarium, omnibus creditorib. in solidum tenetur: & legata præstantur, licet transcendant substātiam defuncti: vt in authent. de hered. & Falci. §. hinc autem nobis. coll. j. secus per leges veteres: vt ff. ad Trebell. l. j. §. si qui quadringēta. In quarta tamen iure naturæ puto quòd non præiudicat sibi filius[b] quo ad legata, licet non faciat inuentarium.
e ¶Derogatum. scilicet duabus primis, & Gordianæ tertiæ: vt s. ead. l. j. in princip.
f ¶Anterioribus. cōstitutionibus.
g ¶Obseruauerint. tenet ergo Gordiana constitutio etiam tempore huius legis, licet per authē. videatur correcta: vt in authent. de hered. & Falci. §. fina. coll. j. ¶Sed an derogatū est per legem Iustiniani illi legi, cum antiquioribus. s. ead. l. in eo quod ibi dicit de[e] anno dando ad deliberandum, hic autem de nouem mēsibus: nam & eius fecit mentionem s. ea. l. in princip. Respon. non, cum illa loquatur cum non fuit tempus petitum ad deliberandū: hæc autem quando fuit petitum. Sed certè immo loquitur ibi quando fuit petitum: & quando non fuit petitū. Dic ergo quòd e derogatur in aliquo: non autem tota abrogatur. In eo enim quod in principio ponit de eo qui meruit deliberationem ab homine, vt intra annum transmittat, derogatur: vt minus tempus quandoque detur: vt s. ea §. sed quia quidam. in alio vero qui non petiit, sed à lege habet, nihil est innouatum: sed artatur primus magis quàm secūdus: quia primus si nō adeat, hoc ipso quòd nō recusat, videtur adire: vt s. §. fin autem hoc in secūdo cōtra, vt ibi. Item q. nō sit correcta, est arg. j. de cadu. tol. §. in nouissimo. nam ibi cōfirmat ea quæ dicta sunt de deliberantibus.

Tomo.

* & in ipsum iuramentum in litem præstatur in hypothecaria, & in petit. one hereditatis.

† Heres petēs tempus deliberandi, intra illud habet penes se res hereditarias. Repbee Fu'go.
* Deliberādū.

a Heres si in ... inuentarium nō facit, omnibus creditoribus in sol. dum tenetur: legata etiam soli ... præstat. si ... extraneus nō suus, vt mox dicetur.

b Filius inuentarium non faciens non præiudicat sibi in quarta iure naturæ debita.

c Deliberandi tempus quantū esse debet.

reditatem, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur: & non secundum modū patrimonij, sed etiam si exiguus sit censsus hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum †obligari: & sibi imputet, qui pro nouo beneficio vetus elegerit grauamē. &* ideo ad ipsam deliberationis dationem, & diuinum rescriptū super hac promulgatum, hoc adiici volumus, vt sciāt omnes, quòd omnimodo post petitam deliberationem[a] si adierint, vel pro herede gesserint, vel nō recusauerint hereditatem, omnibus in solidum hereditariis onerib. teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inuentarium autem minimè conscripserit, & vel adierit hereditatē, vel minimè eam repudiauerit: non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minimè vtatur. Quòd †si post deliberationem* recusauerit[b], inuentario minimè conscripto: tūc res hereditarias creditoribus, vel his qui ad hereditatem vocantur[c], legibus reddere compelletur: quantitate earum sacramento[d] resaccipientium manifestanda, cum taxatione tamen à iudice statuenda.

Per hanc constitutionem est derogatum tribus constitutionibus, de quibus est facta mentio in principio huius legis quarum summa ad hanc redacta est: & miles propter simplicitatem militarem nō conseruans solennitatem huius legis, nihilo minus nō tenetur creditoribus hereditariis vltra vires hereditarias. Alex.

Notissimū autē est hac cōstitutione, quæ oēs casus cōtinet, nostris cōstitutionib. iā pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatū[e], quarum altera etiam Gordianæ constitutionis sensus cōtinebatur. Cū enim ampliore tractatu habito, melior exit[e] inuentus sit, & trib. constitutionib. in vnū cōgregatis, vnus appareat & in milites & in alios omnes iuris probabilis articul[e]: ea propter ex anterioribus[f] inquietari nostro subiectos imperio nō patimur: scilicet vt milites* etsi propter simplicitatem præsentis legis subtilitatē nō obseruauerint[g], in tantū tamen teneātur, quātū in hereditate inuenerint. Quā patres conscripti in huiusmodi casib. inposterum obtinere sancimus. Dat. V. Kal. Decēb. Cōstātinop. post cōsulatū Lāpadij & Orestis. VV. CC.

TITVLVS XXXI.

DE REPVDIANDA† VEL abstinenda* hereditate.

Suus à paterna hereditate abstentus, præsumitur per actū contrarium abstentionē reuocare, & velle adire, nisi probet contrarium. Salyc. Vel sic: Filius qui abstinet ab hereditate paterna licet postea hereditaria bona teneat ex aliqua alia iusta causa: non tamen efficitur heres. Alex.

1. *Imp.* ANTONINVS *A. Mutatio.*

Si paterna hereditate te abstinuisse[h] constiterit, & non vt heredē in domo, sed vt inquilinū, vel custodē vel ex alia iusta ratione habitasse liquidò[i] fuerit, pbatū[k]: ex persona patris conueniri[l] te procurator[m] meus prohibebit. PP. Id Iul. Messala & Sabino Conss.

Suus non præsumitur abstentionē reuocare, quando reperitur ex causa noua possidere. h. d. Vel sic: Possidens vt emptor non obligatur vt heres. h. d. Salyc. Vel sic: Qui post abstensionem res paternas bona fide emit, non videtur abstentionem reuocasse: secus si mala fide emit. Alex.

II. *Idem. A. Seuero†.*

2 Si paterna hereditate abstinuisti[n]: nō ideo quòd à creditoribus[o] fundos comparasti (si modò id bona[p] fide fecisti) à posteriorib. qui sub eisdē obligatio nib. pecuniā patri crediderunt, iure cōuenīris[q]. S. PP. V. Kal. Iulij, Læto II. & Cereale Conss.

Inutilis transactio non habet in se pactum. h. d. Bald. Vel sic: Confessio erronea ex causa transactio-

* Videntur tamen reuocari ad eandē subtilitatem ad quam pagenb. per No. t.Cod

DE REPVDIANda vel abstinē. &c.

Dixit de acquirēda: nunc econtra de repudianda. & dic, repudiare est extraneorum, abstinere suorum: vt insti. de hered. quali. & diff. §. extraneis.

Si paterna.] CASVS. Pater tuus testamētum fecit, heredē te instituit: mortuo eo in domo paterna stetisti: an tibi præiudicasti quo magis heres videaris, & à creditoribus hereditariis conueniaris, quæritur: Resp. quòd non, si probes nō eo animo in ea stetisse, vt velles esse heres: sed stetisti tanquā inquilin° vel cōductor.

h ¶Abstinuisse. ergo erat suus.
i ¶Liquido. quod nō oportet probari, si primū fuit probatum, scilicet quòd abstinuerat.
k ¶Probatum. à te. Nam cū sis filius, talia faciendo videris velle esse heres, nisi contrariū probes per protestationē, vel alio modo: vt hic, & ff. eod. l. pro hered. in princ. & l. Iulianus alias, si pupillus. §. si seruum. & s. de natu. libe. l. iij. §. & quod de subeunda. secus in emancipato: vt s. tit. j. l. j. ¶Itē nota quòd si quid surripiat suus heres de hereditate, si non abstinuit, abstinere nō potest. sed si abstinuerit, non ideo obligetur: vt ff. eod. l. si seruum quis. §. prætor. in extraneo secus est: vt ff. eod. l. si quis extraneum. in pr.
l ¶Conueniri. s. à fisco: vt s. unde le. & cog. l. non hoc.
m ¶Procurator. q. est index inter fiscū & priuatū.

Si paterna.] CASVS. Testamētum fecisti, heredē instituisti. heredes abstinente creditores bona distraxerunt. heres fundum quoniam ex bonis illis emit, posteriores creditores volunt eum conuenire tanquam successorem sui patris. an sint audiendi, quæritur? Rñ. quòd non.

† ab emone.
* à fisc.
* Mutatio.
† Sabino.

n ¶Abstinuisti. dicendo, nolo esse heres.
o ¶A creditoribus. scilicet prioribus.
p ¶Bona fide secus si mala: vt ff. eod. l. si et qui bonis. & de auctor. tuto. l. pupillus. §. pupillus. Item secus si omnia bona: vt d. l. si et qui.
q ¶Conueniris. actione hypothecaria: vt j. si antiquus cred. l. j. & argum. ff. de leg.

ff. de lega. ij. l. fin. §. quatuor. ¶Sed quid si non abstinuerit, sed immiscuit, & à creditoribus emit? Videtur idem. nam tanquam heres non tenetur hypothecaria: quia ius succedendi non habuit: vt ff. de diuer. temper. præscrip. l. an vitium. §. ex facto. Item tanquam simplex possessor non, quia emit à primo creditore: vt j. de distra. pigno. l. ij. & j. si antiq. cre. l. j. & ij. in fi. nam contingit quandoq; quòd licet aliquis sit heres: si tamen non possideat tanquã heres, non conuenitur vt heres: vt ff. ad leg. Falcid. l. iij. Sed cõtradico: quia tenetur hypothecaria: & suæ[a] rei emptio non valuit: vt ff. de contrah. emp. l. suæ rei & fac. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. illud. & ff. de pigno. actio. l. debitor. Et dic vt ibi.

a Emere rem notam non possum.

S*I'us.*] CASVS. Testamẽtum fecisti heredem instituisti, filium præteriisti vel exheredasti, filius testamẽtum arguit de falso, tandem remisit istituto vt daret ei decem: quod non admisit, vel tacuit institutus: an sibi præiudicauit is qui remisit, quo minus agere possit exceptione tamen nõ obstãte, quæritur? Respon. quòd non præiudicauit: tum quia hereditatẽ semel quæsitam per agnitionẽ mouendo querelam falsi, respuere nõ potest: tum quia transactio nulla fuit, quæ nullo dato vel retento facta fuit, cum nullo procedat sine aliquo dato &c. vt s. de transact. l. transactio.

a ¶*Pacti.* i. trãsactionis.

b ¶*Adseuerans.* ideóq; immiscuisse se creditur: vt arg. ff. de bon. poss. l. cum quidam. nam agebat petitione hereditatis cum exciperet institutus se scriptum. hic filius replicabat, & dicebat, quòd erat iniustum testamentum.

c ¶*Postea.* processu tẽporis.

...nis putatiuæ, non præiudicat. h. d. Sal. Vel sic inutilis transactio facta super hereditate, quam quis petẽdo adiuit, non habet vim repudiationis, cũ fieri non possit de hereditate semel acquisita nec vim pacti gratuiti: quia non cẽsetur velle donare qui transigit, sed solum à lite recedere: ideo non obstante potest transigens litem prosequi. Alexan.

III. *Impp.* DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. & CC. *Theodorano.*

SVus[a] heres exceptione pacti[a], qui testamentum iniustum adseuerans[b], postea[c] nihil se de paterna successione petiturum nõ ex causa donationis[d], sed transigendi animo in iure professus est: cum respuere quęsitam[e] nequiret[f] hereditatem, & transactio nullo dato vel retento seu promisso minimè procedat[g], submoueri non potest[h]. Sine die, Cæs. Coss.

Semel heres per repudiationẽ non desinit esse heres: sed confessus in iudicio pro iudicato habetur. h. d. Bald. Vel sic: Semel heres repudiando non desinit, & econtra. Et confessio facta ad proprium commodum, nihil operatur, secundum Iac. But. Vel confessio in his quæ solo animo & verbo nõ possunt induci, nihil operatur. Salyc. Vel sic: Inutilis repudiatio nõ habet vim vtilis confessionis in præiudicium repudiantis qui primo adiuerat. h. d. & casum vide per Cyn. & melius per Bal. Alex.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Modesto militi.*

d ¶*Donationis.* quia cum nesciret an sibi ius agendi competeret, donare non proposuit, sed transigere: puta si dixerit, remitto tibi si mihi x. des quod admisisti, vel tacuisti. vnde mihi non præiudico. Accursius.

e ¶*Quæsitam.* s. sic per agnitionem. secus si ipso iure tantum vt quia est suus filius, & non agnouit adhuc, nam dimittere potest: vt instit. de hered. qua. & diff. §. sui autem. & §. sed his. & ff. eo. l. ei qui se. Accursius.

f ¶*Nequiret.* Tria allegabat pro se institutus, s. donationem, transactionem & repudiationem: quæ non valent.

g ¶*Procedat.* vt s. de transact. l. transactio.

h ¶*Non potest.* vi transactionis: vt quia non valuit vt transactio. Item nec vi pacti gratuiti: quia noluit, licet potuerit quo ad aduersarium, non quo ad alios, cum agnouerit: vt s. de pac. l. postquam. & de in integ. resti. mi. l. intra. 2 Vel dic, non submouetur ab aliis, sed ab eo qui fuit cõtentus, sic vt ff. de pac. l. si vnus. §. & in summa. 3 Vel verius, hic errando remisit, credens transactionem tenere. hoc non placet: vt ff. de condic. inde. l. eleganter in prin. quæ non tenebat: tum quia nihil dabatur, tum quia ab hereditate separari non poterat. 4 Vel dic non potest submoueri quin sit heres: sed à rebus hereditariis submouetur quas possidet: vt ff. de mino. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. & facit. ff. de succes. edi. l. j. §. decretalis. & ff. eo. l. impuberibus. & j. l. proxi.

S*Icut maior.*] CASVS. Maior xxv. an. delatam sibi hereditatem priusquam ad ea, repudiare potest, nec decreto eam repudiare potest. Si autẽ in iure est confessus se heredẽ non esse: an sibi præiudicet confessio, quæritur? Resp. quòd non: & quod aliàs dicitur, quòd confessus pro iudicato habetur, non habet locum in repudiatione: sed cum quis confitetur in iudicio se certam quantitatem debere.

i ¶*Non potest.* vt s. de rep. bo. pos. l. j. nisi in casu: vt. j. e. l. si. & in aliovt ff. ad Treb. l. nam quod §. j.

SIcut maior vigintiquinq; annis antequam adeat, delatam repudians successionẽ, pòst quærere non potest[i]: ita quæsitã renunciando nihil agit, sed ius quod habuit, retinet[k]: nec quòd cõfessos in iure pro iudicatis haberi placuit, ad vocẽ repudiantis[l] hereditatem, sed ad certam quantitatẽ deberi confitentem pertinet[m]. S. V. Kal. Ian. Sirmij. AA. Coss.

Pupillus hereditatẽ etiam damnosã repudiare non potest. h. d. Bal. Vel sic: Pupillus sine tutore non potest hereditatem repudiare. Sal. & Alex.

V. *Iidem* AA. & CC. *Claudianæ*[*].

PVpillorum repudiatio[n] delatæ hereditatis sine tutore auctore facta, nihil eis[o] nocet[p]. S. II. Ianua. Sirmij AA. Coss.

Suus abstentionem non reuocat, vbi res sunt alienatæ, nisi beneficio minoris ætatis. vbi autem non sunt alienatæ, reuocare potest vsque ad triennium: quòd minori currit post xxix. ann. Salyc. & Alex.

VI. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni præf. præt.*

SI quis† suus recusauerit paternã[q] hereditatem, deinde maluerit eam adire: cum fuerat indistinctè ei remissum*, donec res paternę in eodem statu permanẽt†, hoc facere, & post multũ temporis licebat ei ad candẽ hereditatẽ redire*: hoc corrigẽtes, sancimus si quidẽ res iam vẽditę sunt: vt null[9] aditus ei ad hereditatem reseruetur[r], quod

k ¶*Retinet.* vt s. eo. l. proxima.

l ¶*Repudiantis hereditatem.* sed nonne valet repudiatio in iudicio cũ aliis de hereditate aduersatur, vt remoueatur pacti exceptione? Azo respondet, sic puto: arg. s. de pac. l. postquam. Sed tamen non desinit esse heres in præiudicium aliorum creditorum.

m ¶*Pertinet.* vt ff. de confess. l. j. ¶Et not. quòd dicit certam: vt ff. de confess. l. certam in prin. Sed certè neq; ad quantitatẽ solã: vt d. l. certum. & est ratio quare repudiatio non valet in iure: quia quæ[a] valet extra ius valet in iure. & quæ[b] valet extra ius, nec in iure valet. Sed cõfessio[c] in iudicio facta, tenet: extra ius facta, non tenet. Item est alia melior: quia confessio fit cõtra se: aliàs nec illa teneret: vt ff. de interro. act. l. de ætate. §. j. Sed repudiatio pro se fit: vnde nõ debet tenere. cũ ideo fiat vt creditorib. non teneatur. Item est contra hanc l. ff. de interrog. act. l. si filius. vbi confitendo se heredem, fit heres: licet repudiauerit prius. Solu. ibi nõ fit heres: sed quantum ad aduersariũ pro herede reputatur, nõ quantum ad alios: vt in eo. tit. l. fi.

P*Vpillorum.*] CASVS. Si defertur hereditas pupillis: illã hereditatem sine auctoritate tutorum repudiare non possunt: & si repudiauerint, nihil nocet eis.

n ¶*Pupillorum repudiatio.* expressa. tacitè[d] enim potest, vt[e] impediendo conditionem: vt ff. de condi. & demon. l. cum pupillus. j. respon. & econtra non potest adire, licet lucrosa sit: vt inst. de aucto. tuto. §. neque autem. & facit. s. de aucto. præstan. l. ij.

o ¶*Eis.* pupillis.

p ¶*Nocet.* nã tutores, vel ipsi facti maiores poterunt petere hanc hereditatem, nisi essent in repudiatione.

S*I quis.*] CASVS. Si testator filiũ suum famil. heredem instituit, licebat filius hereditatem repudiare, & postea ad eam redire quandocunq; cũ res hereditarię alienatę non essent: quod in parte corrigit Imperator dicens: refert an fuerint maior, vel minor: vt si maior, & hereditas alienata sit, ad eam redire non potest. si minor, restituebatur, & creditoribus hereditariis tenebatur. si nõ est alienata, & est maior, vsque ad triennium redire potest: quo elapso non audietur. si est minor, post quadriennium: intra quod ad hereditatem quam repudiauit, redire potest: quo elapso non audietur: & ita cum erit xxix. an. currit sibi illud triennium.

q ¶*Paternam.* Quid in materna? Resp. vsque ad annum admittitur post repudiationem: vt ff. ad Tertul. l. filij. & s. de iur. & fa. igno. l. ij. ¶Item quid in emancipato? Respon. vt ff. de colla. bono. l. nonnunquam. Accursius.

r ¶*Reseruetur.* hic continua quod est in fine: nisi fortè &c. Item contra ad sequens responsum s. de iuris & fac. igno. l. ij. & iij. Solu. vt ibi. Vel hic non habebat substitutum vel coniunctum. legitimus enim intra hoc spacium obstare non videtur: vt ff. vnde leg. l. ij. & de success. edi. l. j. §. quibus. Item ad hoc ff. ad Trebell. l.

* Claudianæ.

a Repudiatio quæ valet extra ius, valet in iure.

b Fortè legendũ & quæ nõ valet extra ius.

c Confessio in iure facta tenet, non quæ extra ius.

† al. si quis filius heres recusauerit.

* venire.

d Repudiare tacitè hereditatem pupillus potest.

e Tacitè repudiat hereditatem qui impedit conditionem.

rem quod.§.j.& ī.ſi vt omiſſ.hered.l.ij. Accurſius.

a ¶*Annis.XXV.*

b ¶*Tempora.ſ.xxix.*

c ¶*Licentia.* ad idem quòd vbi res alienatæ non ſunt, quòd admittatur ff.de iu.delib.l.ſi quis.

d ¶*Conſtitutus.* tempore repudiationis. & hoc eſt mirũ, quòd poſt xxv. annos iure ipſo ſubuenitur, non per reſtitutionem: vt ī. de in integrum reſtitutio.l.ea quæ.

e ¶*Abdicationem.* id eſt repudiationem.

f ¶*Reſeruetur.* dixit rebus in ſuo ſtatu durãtibus eum admitti, & nõ aliter: niſi &c. vel continua vt modo dixi.

g ¶*Recuperare.* Immo videtur quòd non: vt ff.de de mino.l.quòd ſi minor.§. Scæuola. in ver. ſi vero. quæ eſt contra. Sol. hic corrigit. a Vel ſolue vt ibi.

&antiquitas obſeruabat. Sin autẽ res alienatæ nõ ſunt: ſi quidẽ maior annis[a] conſtitutus eſt, & tẽpora[b] reſtitutionis nulla ei ſuperſunt: intra trium annorum ſpacium tantúmodo huiuſmodi ei detur licentia[c]. Sin autem vel minor eſt, vel in vtili tẽpore conſtitutus[d]: tunc poſt impletum quadriennium (quod ſpacium pro vtili anno qui reſtitutionibus dabatur, præſtitutum eſt) aliud triennium ei indulgeri, intra quod poteſt reb. in ſuo ſtatu manentib. adire hereditatem, & ſuam abdicationẽ[e] reuocare. Quo tempore tranſacto, nullus aditus penitus ad paternã hereditatem ei reſeruetur[f]: niſi fortè adhuc eo in minore ætate cõſtituto res venditę ſint. Tunc etenim per in integrum reſtitutionem non denegatur ei adire hereditatem, & res recuperare[g], & creditoribus paternis ſatisfacere. Dat. XV. Kalen. Nouẽb. Conſtantinop. poſt cõſulatum Lampadij & Oreſtis. VV.CC. anno ſecundo.

QVEMADMOdum teſtamenta aperiantur &c.

V*T teſtamẽtum.*] CASVS. Teſtamẽtum feciſti, & heredem inſtituiſti, & teſtamentum clauſiſti & obſeraſti: heres ignorans ex quota parte ſit inſtitutus, vult vt teſtamentum proferatur, & aperiatur, & recitetur: an ſit audiẽdus, quæritur? Reſpon. quòd ſic: & hoc iubebit competens iudex. Viuianus.

h ¶*Dicis.* loquitur legatario. Accurſius.

i ¶*Iubebit.* per hoc interdictum, ſiue edictũ ſiue titulum quãdo[a] nõ negat ſe habere: aliàs locũ habet interdictum de tabulis exhibendis: vt ff eo.l.ij. §.vltim. ¶Et eſt ratio, quia non[b] aliter veritas &c. vt ff.eod. l.j. & de trãſactio.l.de his. ¶Et[c] habet locum hæc lex legatariis petẽtibus vel ſimilibus, qui volũt ſcire an poſſint petere, & quantum. heres quidem habet rei vindic. vt ff.eo.l.ipſi.

a Interdictum ſeu edictum quemadmodum teſtamẽta aperiantur inſtituitur & de tabulis exhibendis competit legatariis, & ſimilibus aduerſus heredem, qui non negat ſe teſtamentum habere de tabulis vero exhibendis aduerſus eundẽ negantem ſe habere.

b Teſtamenti veritas aliter perſpici non poteſt, quàm cognitis verbis teſtamẽti.

c Interdictum quemadmodum teſtamẽta aperiantur datur legatariis & ſimilib. volentibus ſcire an & quãtum ex teſtamento poſſint petere.

T*Eſtamẽti.*] CASVS. Paterfam. cum filio ſuo exiſtens in peregrinatione, teſtamentũ fecit adhibitis ſeptẽ teſtibus. quo ſolenniter completo, illud clauſit & conſignauit, & præcipit heredi vt perferret in patriam ſuam ſi vult heres vt teſtamentum aperiatur, & recitetur, adire debet rectorem prouinciæ. qui cõuocatis coram eo teſtibus, non præſentibus qui ſignauerunt, faciet aperiri & recitari: quo facto ab eiſdem rurſus debet obſignari.

d Libellũ hic perperam accipit Accurſ. pro delegato vel procuratore. libellus enim hic nihil aliud quã id quod pragmatici vocant ſequeſtam.

k ¶*Potes.* & debes.

l ¶*Vt teſtibus.* ſcriptis in teſtamento. a Vel dic in ipſa conditione poteſt reſolui ſine teſtibus.

m ¶*Pro tribunali.* ſedentem.

n ¶*Per libellum.* ſcilicet[d] per alium quem rector delegauit. tunc enim rector ſedet per libellum, id eſt per delegatum. a Vel dic quòd iſte poterit adire per libellum, id eſt per procuratorem.

o ¶*Honeſtos.* ſic ff.eod.l.ſi quis ex ſenatoribus. & ff.depo.l.j.§.ſi pecunia in ſacculo. & §.ſed & ſi res. ¶Item nunquid illi aderunt, qui ſigillauerunt? Reſpon. vtique, ſi fieri poteſt: vt ff.eo.l.cum ab initio. & alij quandoque. vt ff.eod.l.ſed & ſi quis. & mittatur ad teſtes teſtamenti abſentes, vt recognoſcant: vt d.l.ſed & ſi quis.

p ¶*Viros.* qui non ſunt de teſtibus teſtamenti.

q ¶*Obſignentur.* Quid ſi teſtes non adſunt, quia mortui ſunt? Reſp. non poterit aliquid probari per teſtamentum: nec enim eſt publica ſcriptura. Sed arg. cõtra. vt ff.eod.l.tabularum.in princ. ſi autem inſinuetur, poterit amodo probari ſecundum legem: vt ī. de teſta.l.conſulta. & l.teſtamenta. & l.publicati. & ad hoc l.omnium.

TITVLVS XXXII.

QVEMADMODVM téſtamenta aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur.

Teſtamentum petitur aperiri per officium iudicis. Alex.

I. *Imp.* ALEXAND. A. *Proculo.*

VT teſtamentum quod dicis[h] factum, proferatur, & publicè recitetur, competens iudex iubebit[i]. PP.II. Kalen. April. Maximo. II. & Æliano Conſs.

Teſtamenta debent aperiri ſecundum conſuetudinem loci vbi ſit apertio: & abſentibus teſtibus ſit coram viris honeſtis. Alex. concor. Bal. & Salyc.

II. *Impp.* VALERIA. & GALLIEN. *Alexandro.*

TEſtamenti tabulas ad hoc tibi à patre datas, vt in patriam perferantur, affirmans: potes[k] illuc perferre, vt ſecundum leges moreſq; locorum inſinuẽtur: ita ſcilicet, vt teſtibus[l] non præſentibus, adire prius vel pro tribunali[m] vel per libellum[n] rectorem prouinciæ procures: ac permittente eo, honeſtos[o] viros[p] adeſſe facias, quib. præſentibus aperiantur, & ab his rurſum obſignentur[q]. PP. XII. Kal. Ianuarij, Maximo. II. & Glabrione Conſs.

Qui petit aperiri teſtamentum, debet iurare de calumnia, adſerendo putare ſua intereſſe. & nõ omnes partes teſtamenti debent aperiri, vt in textu declaratur: nec datur copia diei & conſulis. & idem eſt in codicillis quod in teſtamento. h.d. cum l. ſeq. Alex.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Ariſtoteli*[a].

EIus[r] † quod ad cauſam nouiſſimi patris veſtri iudicij pertinet, de calumnia tibi iurãti, præter partem quam aperiri defunctus vetuit[s], vel ad ignominiam[t] alicuius pertinere dicitur, inſpiciendi ac deſcribendi, præter diem[u] & conſulem[a], rector prouinciæ facultatem fieri iubebit. Dat. VI. Kal. Maij. CC. Conſs.

Eodem modo publicantur & aperiuntur codicilli, quo & teſtamentum. Bal. & Salyc.

IIII. *Impp.* GRATIA. VALENTINVS & THEOD. AAA. *ad Heſperium* P.P.

COdicillos, ſeu ſcripturam[x] quolibet tenore formatã, ea oportebit obſeruatione[y] in publicum proferri, qua teſtamẽta panduntur. Dat. III. Kalend. Auguſt. Mediolani, Auſonio & Olybrio Conſs.

E*Ius.*] CASVS. Si aliquis teſtamentum fecit & illud clauſit, & cõſignauit: ſi heres vult vt illud aperiatur, & recitetur, & deſcribatur: an totum debeat aperiri, quæritur? Rñ. quòd non, ſed excepta illa parte quam teſtator vetuit aperiri, & in qua ſcriptus eſt dies & conſul. & illa quæ ad ignominiam alicuius pertinet: & ad hoc præſtito ſacramento ab herede, quòd non animo calumniandi petit illud aperiri. & hoc iubebit rector prouinciæ.

a Ariſtoteli.

† ſcilicet teſtamenti.

r ¶*Eius.* ſcripti.

s ¶*Vetuit.* vſq; ad decennium, vel expreſſè vel tacitè: vt ff eod.l.pupillares. Item nec viuo teſtatore: vt ff.eod.l.ij.§.ſi dubitetur.

t ¶*Ad ignominiam.* vt quia legauit filio quem ex monacha habebat: nec videtur legatum ſic relictũ ad ignominiam valere, cũ nec inſtitutio: vt ff. de here. inſtit. l. quotiens. §. ſi quis nomen. & de leg.j.l.turpia.

u ¶*Diem.* ne detur materia falſum fabricandi: vt ff eõ.l.j §.diem. & de eden.l.j.§.editiones. ſecus in rationibus: vt ff.eo.tit. de eden.l.j.§.rationes. Et no. quòd licet ſit dominus qui agit hoc interdicto, vel alio pro exhibẽdo teſtamẽto: exhibet tñ ſine die. nã hic agebat filius qui heres præſumit. ſecus ſi agat rei vindicatione. Sed P. dixit dño indiſtinctè exhibẽdũ cũ die. & hic dicebat filios nõ eſſe hered. ſed legatarios.

a In teſtamento ergo apponi ſolebat dies & conſul. vt etiam ex vetere formula teſtamenti L. Cuſpidij apparet: quamuis teſtamenta vires capiant ex die mortis. Sed quid ſi teſtamentũ non habeat nec diem nec conſulem? non puto quidem ex eo infirmari. Sed & ab amico quodam doctiſſimo mihi oſtenſum eſt vetus Modeſtini teſtamenti fragmentum. quod differt aliter non nõ obiit informari. Cum

TITVLVS XXXIII.

DE EDICTO DIVI HAdriani tollendo: & quemadmodum ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur.

In adipiſcenda poſſeſſione, inſtitutus præfertur ſubſtituto vulgari. h.d. Alexand. conc. Bald. & Salyc.

C*Odicillos.*] CASVS. An eadem ſolennitate debeant codicilli aperiri qua & teſtamenta, quæritur? Reſpon. quòd ſic.

x ¶*Codicillos ſeu ſcripturam* pertinentem ad teſtamentum: vt ff.eod.l.ij.§.ad cauſam.

y ¶*Obſeruatione.* vt detur & demonſtretur præter eam partẽ quam teſtator vetuit: vt ſ.l.prox.

DE EDICTO DIVI HADRIANI &c.

Ad haec edita ex testamento delata, quod fit animo: vt in Inst. de hered. quali. & diffe. §. si petis scriptus mitti in possessionem: quod olim per edictum, hodie per hunc titulum fit.

CVm.]C A S V S. Decessit paterfamil. testamentum fecit, heredē instituit, & sibi substituit: vult institutus mitti in bonorum pos. defuncti, vult & substitutus: quis præferatur: quæritur. Resp. quòd institutus. vel pone substitutus in poss. &c. & cōtradicat instituto: a ¶Moueatur. pro se habebat substitutus: quia institutus sub cōditione habet bonorum pos. secundum tabulas: vt ff. de secun. tab. l. ij. §. si sub cōditione. at substitutus est sub conditione institutus. Item facit pro eo, quia omnis substitutus est institutus: vt ff. ad leg. Fal. l. in ratione. j. §. pe. Item fortè[a] quia dicebat substitutus filium testatoris à primo gradu præteritum, & ideo illum gradum esse ruptum, & à secundo exheredatum: vt ff. de lib. & posth. l. & si peperterit. §. fin. Vel dicebat substitutus se institutum: vel aliud huiusmodi.

b ¶Oportet. idem in bonorum poss. secundum tabulas: vt ff. de bon. poss. secundum tab. l. ij. §. deseritur, idem de ipsa proprietate hereditatis: vt ff. de acqui. hered. l. iij. & l. quandiu institutum. in prin. & ff. qui satisda. cog. l. inter omnes. idem in legato: vt ff. de lega. ij. l. si quis seruum. §. certum. Quandoque tamen vterq; admittitur simul institutus & substitutus: vt Inst. de vul. substi. §. fin. & ff. de here. insti. l. si pater. & l. seq. Item quod hic dicit, est verum, nisi aliud obnuciatur ei instituto, puta aliud testamentum posterius: vel aliquid tale: vt j. eo. l. fin. §. fin autem.

Non placet Bart. ideo dic quod contradicens loquatur quando visio præteritionis erat euidens: hic quando non erat: ita Bar. & est de mente Pau.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Lucillæ*.

CVM inter institutum & substitutum controuersia moueatur[a]: eum qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet[b]. PP. XII. Kal. Decem. Dextro & Prisco Coss.

Vitium testamenti inuisibile, non impedit heredem mitti in possessionem. h. d. Alex. Sal. addit, nisi de vitio doceatur incontinenti.

II. Imp. ALEXANDER A. Eutacho †.

QVamuis[c] quis[d] se filium defuncti præteritum esse alleget, aut falsum[e] vel inofficiosum[f] testamentum, seu alio vitio[f] subiectum, vel seruus[h] defunctus esse dicatur: tamen scriptus heres in possessionem mitti solet[i]. PP. VI. Kal. Nouemb. Maximo. II. & Æliano Coss.

Edictum diui Hadriani cum sua vicesima & eius ambagibus, est sublatum: scriptus heres ex sola inspectione testamenti carentis omni vitio visibili, mittendus est in possessionem rerum quæ tempore mortis per defunctum tenebantur: si non apparet legitimus contradictor. Si autem apparet, mittitur causa cognita, si allegationes illius contradictoris non sunt legitimæ, secus autem si sunt legitimæ, vt quis ostendat se habere priora iura, vel præscripsisse bona, in quorum possessionem heres mitti se postulat: Alex.

QVamuis.]C A S V S. Paterfamil. fecit testamentum, heredem instituit, petit mitti in bo. poss. obiicit ei aduersarius se esse filium & præteritum, vel quòd testamētum sit falsum vel inofficiosum, vel quòd testator seruus fuerit: an ob hoc impediatur scriptus quo minus in possess. bon. defuncti mittatur, quæritur? Resp. quòd non.

c ¶Quamuis. Quinque dicit, ad quorum quodlibet refertur vltimus versus, tamen scriptus &c. ¶Sed circa omnes articulos quæro, quid filio in possessione constituto, an debet institutus mitti, & ille exire? videtur quòd sic: vt hic. & ff. quorum leg. l. j. §. redigantur. Econtra quòd non: quia dolo facit &c. vt ff. de doli except. l. dolo. Dic ergo distinguendum: aut causa quam filius obiicit, exigit altiorem inquisitionem, & tunc scriptus mittitur: aut statim vult probare eam filius, & tunc non: vt ff. ad exhib. l. iiij. §. ibidem. & ad Trebel. l. ille à quo. §. si de testamento. & ff. vt in poss. leg. l. si is à quo. in princ. & de Carb. ed. l. iij. §. causæ. Supple ergo, mitti solet &c. nisi incontinenti probet filius causam aliquam de his. Sic generaliter dictum restringendum est: vt ff. de pe. her. l. & non tantum. §. quòd si pro emptore. & est maximè ratio: quia & si aliud posterius proferatur testamentum: ille scriptus qui petit se mitti in possessionem, non possidebit. Idem ergo & hic, cum reus potiora iura velit ostendere statim: vt si dicat se præscripsisse. hoc enim ei permittitur allegare: vt j. eod. l. fi. in fine.

d ¶Quis. contradicens instituto.

e ¶Aut falsum. Præfertur ergo possessorium crimini falsi. Sed videtur, siue de falso excipiendo dicatur simul cum principali cognosci, siue in modum accusationis: & tunc præponi criminis cognitionem: vt C. de ordi. iudi. l pe. & si. quæ sunt contra. Solu. illud cum petitorio agitur, hic cum possessorio. Vel solue vt ibi.

f ¶Inofficiosum. Immo videtur primo de querela cognosci, in modum exceptionis, cum filius possideat: vt ff. de inof. test. l. Papinianus. §. si filius. quæ est contra. Solu. ibi heres petitorio agebat, hic possessorio. Vel solue vt ibi.

g ¶Vitio. s. inuisibili. de visibili dicea. j. l. si hic ergo vel ruptum vel irritum dicebatur.

h ¶Seruus. cum tempore mortis pro libero habebatur: vt Insti. de test. §. testes. & ff. de Carb. edict. l. j. sed & si quis non tantum. Sed contra. C. de peti. here. l. liber. Solu. ibi petitorio, s. petitione hereditatis agebatur, hic possessorio. vel ibi viuo testatore mota fuerat quæstio libertatis, hic non. Item ad idem contra. j. de ed. di. cog. l. si res. Sed ibi dicebatur seruus qui conueniebatur, hic alius, scilicet defunctus.

i ¶Mitti solet. adeo vt appellari non possit ne hoc fiat: vt j. quorum ap. non recip. l. quisquis.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præf. præt.

EDicto † diui Hadriani quod sub occasione vicesimæ[k] † partis hereditatis* introductum est, cum multis ambagibus, & difficultatibus[l], & indiscretis narrationibus penitus quiescēte[m], quia & vicesima[o] hereditatis ex nostra recessit republica[o]: antiquatis nihilo minus & aliis omnibusque circa repletionem vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt: sancimus, vt si quis ex asse vel ex parte[p] institutus, competenti[q] iudici testamentum in quo est scriptus, ostenderit neq; cancellatum neq; abolitum, neque in aliqua parte sui vitiatū, & septē testium sigillis sigillatū: mittatur in pos. omnium bonorum quæ habuit defunctus tēpore mortis suæ: non autem in illis bonis hereditatis quæ aliquis legitimo modo possidet: & hoc si nullus fuerit contradictor. & hoc in prima parte. Si aliquis extiterit contradictor qui potiora iura habuit: ille mittitur: siue fuerit petitor qui mitti desiderat, siue possessor qui detinet, & contradicit alium non esse mittendum. In tertia parte dicit quòd non solum vsq; ad annum possit petere mitti sicut olim: sed post annum quandocunq; nec illud temporis obiicietur obstaculum, nisi quod consueuit obiici pet. her. vel rei vind. scilicet triennium, vel x. vel xx. vel xxx. Et debet sic formari libellus: Peto domine iudex me mitti in pos. bonorum defuncti quæ tempore mortis suæ habuit: quia sum scriptus heres in testamento non cācellato &c. & hoc per condictionem ex lege ista.

E Dicto.]C A S V S. Olim si pateref. decessit, & heredē scripsit, dabatur heredi scripto ex edicto diui Hadriani aditus adipiscendi bon. poss. defuncti intra annū: quo elapso vlterius non admittebatur, & hoc cum deminutione vicesimæ partis applicādæ fisco quod immutat imperator per hanc constitutionem. statuit ergo, vt si scriptus heres in solidum vel ex parte competenti iudi-

k ¶Vicesimæ*. dabat enim missus in possessionem fisco vicesimam partem hereditatis. Item dabatur intra annum tātum: quod patet per id quod dicit, angustiis: vt j. §. fin autem versic. nullus.

l ¶Difficultatibus. quas non habemus.

m ¶Quiescente. in eo quod malè dicebat. Sed quid si aliquis hodie peteret possessionem ex edicto isto. Resp. potest per constitutionem istam. A D D I T I O. Istud dictum glos. reprobatur per Bart. ideo dic quòd condictio ex lege habet locum quando est contradictor, aliàs non: sed officium iudicis authoritate huius l. secūdum Iaco. But. Bar. Bald. Saly. & Alex.

d ¶Et vicesima. portio.

o ¶Republica. i. desinit esse in vsu nostro tempore.

p ¶Ex parte. scilicet quota. secus ergo si ex re certa: quia tunc locoblegatarij habetur: vt C. de her. institut. l. quotiens. nisi non sit alius: vt ff. de here. insti. l. ex facto ij. §. ij. & l. j. §. si ex fundo. & tunc idem ac si in totum sit heres. ¶Item quid dices in fideicommissario vniuersali? Resp. non habere eum huiusmodi legis beneficium. ¶Item quid de substituto pupillari vel vulgari? Respon. vt colligitur j. l. j.

q ¶Competenti. qui habet merum imperium vel mixtum, non delegatus vel magistratus municipalis: vt ff. de iurisdict. omn. iudic. l. iubere. & ad municip. l. ea quæ. ¶Item eo dicit competenti, quia iudex loci vbi sunt res, mittet, non alius: vt C. vbi de here. agatur. l. j. sed pronunciat alius de mittēdo. & destinat literas suas ad iudicem loci vbi sunt successiones: vt ff. de bon. auct. iudi. poss. l. cum vnum. §. pe. & de re iudi. l. à diuo. in princ. & C. de iudi. l. properandum. §. sin autem.

† Libellus ad sit necessarius in remedio huius legis. An pars etiā vrgeatur. Item an appellari possit à sententia, & an cas. hanc legem. Ferrari.

† De hoc edicti caphibus vide Alc.

a De hac vicesima. v. Alciat.

b Aliò adeundum Bar. & Bal.

c Institutus idem in specialiter etiam heres posse vti beneficio huius legis. v. Ferrarientem in forma libelli quæ petitor heredatem ex testamento in verbo nequaquam bene. & eadem in verbo non ad bolitum.

d Hoc intellige quando est contradictor cuius iudici qui pronunciat. aliàs non secus. Bar. Ang. & Pau.

a ¶*Vitiatum.* vitia, alia visibilia, & illa impediunt mittendum: vt *hic.* alia inuisibilia, & illa non: vt §.*l.prox.* ¶Sed quid si vitium sit in prælatione tantum visibile vel inuisibile: non[a] in illis locis in quibus consistat tota vis? certè puto non nocere: vt *extra de fide instr. c. ex literis & supra de transact. l. si ex falsis. & §. de test. l. si vnum.* Accursius.

b ¶*Prima figura.* id est prima consistentia: vt ex quo prima vice scriptum fuit, nihil fit detractum, additũ vel mutatum secundum quosdam, & benè. sed Ioan. dicit prima figura, id est prima facie, vel prima fronte. sic enim sæpe loquimur: licet prima literarũ figura sit in aliquo mutata: dum tamen benè correcta, vt aliæ literæ non sit dissimilis, sed eiusdem notarij omnino videatur.

c ¶*Depositionibus.* b sigillorum & subscriptionũ cuiuslibet testis: nõ dico sacramenti: quia in hoc possessorio iudicio non est necesse eos iurare. Sed aliter ponitur depositio. §. *de test. l. hac consultissima. §. fi. & l. fina.* Itẽ per hoc quòd dicit depositionib us, videtur quòd loquitur hæc lex tantum in testamẽto in scriptis. quòd concedo. ¶Quid ergo in nuncupatiuo? Rñ. habet interdictũ quorũ bonorum. *ff. quo. bo. l. j.* sed per officium iudicis ex hac l. fortè iuuabitur, si testamentum nuncupatiuum sit in scriptis redactum secundum B. Sed Al. dicit etiam in nuncupatiuo in scriptis redacto[c] rectè loqui l. istam, cum tanta fides illi hodie scripturæ habeatur, sicut solenni testamento cum sigillis. & idem Al. dicit, vt in non solenni testamento habeat locum hæc lex quando habetur pro solenni: vt §. *de test. l. hac consultissima. § pen. & l. fin.* ¶Sed quid si nuncupatiuum non sit in scriptis redactum? Respon.[d] poterit scriptus heres mitti in possessionem rei, ita vt solennis numerus testium ante competentem iudicem testationes deponat, & in scriptis redigatur: & secundum talem scripturam poterit scriptus mitti in possessionem. *arg. pro hu. §. de testa. l. hac consultissima. in fi. & l. fi.* ADDITIO. Modum procedendi & adipiscendæ possessionis hereditatis, poterit hic diligens lector intueri in breuiario Ioan. Fabri.

d ¶*Fuerunt.* non ergo in aliis rebus quæ apud eum erant: sed dominus non erat secundum quosdam. Sed Al. dicit etiam earũ quarum possessionem tantum habuit: quia dominus præsumitur possessor secundum eum: vt §. *de proba. l. v.* Tu dic siue possessionem siue detentationem habuerit defunctus, idem quod aliàs, sed alia ratione: quia & sic fit in peti. hered. vt *ff. de peti. her. l. & non tantum. in prin.* Sed arg. contra. j. *ad leg. Fal. l. in testamento militis.* ADDITIO. Tu dic quòd ibi loquitur quo ad detractionem Falcidiæ, hic quo ad missionem in possessionem. Salyc.

e ¶*Legitimo.* scilicet titulo quem probet instrumento vel testibus ille qui possidet: aliàs præsumitur pro possessore possidere: vt *ff. de pet. hered. l. pro herede.* & sic auocabitur ab eo possessio per hãc l. secundum Azo. Sed Al. dicit etiam si titulum habeat, auocari ab eo possessionem: vt *arg. §. l. prox.* nisi habeat titulum similem titulo petentis, vt quia aliud secundum testamentum solenne habeat. & hoc patet. j. vbi dicitur, qui potiora ex legitimis modis &c. hoc est si posterius testamẽtum sine vituperatione appareat. *& pro eo. §. l. prox.* sed secundum hoc videtur nimia iniuria affici titulo possidens, si ei sic auferatur possessio. sed non est: quia ita demum fit in eam rem missio, si tempore mortis detinebatur à defuncto. Quod ergo hic dicit, non autem &c. vt quia se heredem dicit, & secundum profert testamẽtum solenne. & hoc secundum Al. & hæc verior. Vel dic secũdum Azo. non autem &c. vt quia à defuncto vel eo viuente emit possessor ab aliquo: vel alio titulo habuit, quod & probet: vt in princ. dixi: licet tempore mortis teneretur à defuncto. si autem quia defuncto successerit, teneat, cum non proferat secundum testamẽtum solenne, auocaretur ab eo possessio. Itẽ an fideicõmissarius vniuersalis est legitimus contradictor si possidet? Quidam dicunt quòd nõ: quia nullum ius habet, nisi primo fiat ei restitutio, saltẽ verbo: vt *ff. ad Trebell. l. restituta.* Sed dic contra, non est opus restitutione, cum habeat eam: alioquin verbis non rebus lex imponeretur, quod esse non debet: vt infra *contraria de leg. l. ij. & pro hoc. ff. ad Trebell. l. pen. & ff. pro legato. l. pen. & ff. de excep. rei iudi. l. j. §. fi. & de excep. doli. l. dolo.* Item cui damus actionem, multo magis exceptionem: vt *ff. de supers. l. j. §. quod autem ait.* Sed arg. contra. *ff. ad Trebel. l. si iam fratribus*[a]. Item quæro, quare lex ista à Iustiniano fuit facta: cum sufficiat quorũ bonorum interdictum ad huiusmodi possessionem? Resp. secundum Al. Hæc lex est generalis in omni successore: at interdictum directũ tantum in eo qui de iure prætorio succedit. Item interdictum est annale, hæc perpetua. Sed certè & illud potest dici perpetuum, cum rei persecutionem contineat: vt *ff. de act. & obl. l. in honorariis.* Item illud non datur nisi aduersus eum qui possidet pro herede, vel pro possessore: vt j. *quorum bo. l. ij. & l. fi. & ff. quorum bo. l. j.* hæc autem lex datur aduersus omnes possessores etiã titulo, secundum Al. Itẽ differt: quia hac l. obtinet possessionẽ, etiam si non doceat se heredem vel bonorũ possessorẽ: dum tamen testamentũ in quo scriptus est, appareat prima facie non vitiatum. At interdictum directum non datur nisi se successorem iure prætorio probet[b], nec vtile, nisi se probet heredem iure ciuili: vt infra *quorum bo. l. j.* Item per hanc non fit possessor, sed ponitur in possessione, sed per interdictum efficitur possessor. quæ differentia non placet: immo vtraque via fit possessor. Item à petitione hereditatis differt hæc constitutio: quia in hac non veniunt nisi corporalia: vt *arg. ff. quorum bo. l. ij.* at in peti. here. omnia veniunt: vt *ff. de peti. hered. l. item videndum. §. fin. & l. sequen.* Item per illam omnis causa accipit finem: per hanc missionem, non. Triplici ergo iure munitus est heres: per missionem in possessionem ex hoc titulo: item per interdictum quorum bonorum: item per petitionem hereditatis: & nullum est superuacuum: vt dictum est. Accursius.

f ¶*Eam.* possessionem.

g ¶*Publicarum.* f. executorum & tabellionis.

h ¶*Contradictor.* qui etiam dicit se heredem. & in solidum. vel cũ legitimus sit, dicit testamentum vituperatum: non autẽ talis contradictor: vt *in l. ij. huius tituli:* nisi incontinenti possit probare.

i ¶*In possessionem.* hoc facit pro eo: vt causa sit in libello inserẽda: vt *arg. ff. ad l. Iuliam de adul. l. denunciasse. §. quid ergo. & deci. §. de eden. l. edita.* Accursius.

k ¶*Missus est.* id est mitti desiderat. Vel dic propriè: vt §. *proxi.* & quod dicit possessio, id est proprietas. Et quod subiicit, contradicendum, dic quòd post sententiam in hoc possessorio latam cõtra dicebat verbis. & dolebat de ea sententia: non tamen potest resistere re vel de iure, nec etiam appellare: vt j. *quorum ap. non reci. l. quisquis.* ¶Sed quid si[e] talia testamenta à duobus proferantur, & eodem die & tempore facta videantur: & vnum dicat Titium in solidum institutum: alterũ Sempronium in solidum: an admittetur vterque, vel neuter? Respon. quæstio est Sabbatina[d], scilicet Pilei[e]. & quòd vterq; sit admittendus, *est arg. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si ambo. & ff. de bo. pos. secundum tabul. l. qui ex liberis. in prin. & l. j. §. sed si in duobus. & de rebus dub. quod duas & j. de fidei commiss. liber. l. cum inter. & de leg. ij. l. si quis Titio. §. j.* Sed arg. contra[f] quòd neuter *ff. ad Treb. l. cum & de rei vind. l. Pomponius. §. fin. & ff. de vsuf. l. adhuc. §. si vero simul. & de fundo instr. & instr. leg. quæsitũ. §. j. quis. & de test. tut. l. duo sunt Titij.*

l ¶*Angustiis.* scilicet antiquis & solitis: scilicet anni, quod nocebat scripto secundum edictum.

m ¶*Siue præmaturè.* id est intra annum.

n ¶*Arbitrium* id est potestas huius legis.

o ¶*Vel missio.* id est missionis postulatio.

p ¶*Siue enim.* exponit quod dixerat.

q ¶*Fuerit missus.* id est postulatus mitti.

r ¶*Dominio* scilicet in vsucapione.

s ¶*Præstare.* aliàs quando est heres testamentarius.

iudici testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum[a], † sed quod in prima figura[b] sine omni vituperatione appareat, & depositionibus[c] testium legitimi numeri vallatum sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum quæ testatoris mortis tempore fuerunt[d], non autem legitimo[e] modo ab alio detinentur, & eam[f] testificatione publicarum[g] personarum accipiat. Sinautem aliquis contradictor[h] extiterit: tunc in iudicio competenti, causæ in possessionem[i] missionis, & subsecutæ contradictionis ventilentur: & ei possessio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit: siue qui missus est[k], siue qui antea detinens contradicendum putauit, nullis angustiis[l] temporum huiusmodi missione coarctanda: sed siue tardius, siue præmaturè[m] aliquis missus est: legis tantummodo arbitrium[n] requiratur & causa, vnde vel missio[o] vel contradictio exoritur. Siue enim[p] post annale tempus, siue post maioris æui curricula aliquis fuerit missus[q], si tamen ex legitimè formato testamento missio procedat, nullum ei temporis obstaculum obiiciatur: nisi tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissimè securitatem super dominio[r] præstare[s], vel ipsi qui missus est, omnem intentionem excludere. Si enim

Excludere.

a Alteratio in instrumento quo lineris in inspectio & visa videtur, vere tamen secundum singulas.

¶ Conc. gl. s. in c. cum dilec. extra de fide instr. & Glos. in c. cum ... ead. tit.

b Missio in possessionem non potest probari a. si per testes, sed ... iudicij v. Remanum sing. 4.

c Moueri per Alex. Bald. & Alex.

d Repertum valde singularis secundum Ang.

a Dic quòd fideicommissarius ... possidet ... secus secundum ... B. Bar. & Iaso.

b Licet sola maxim. Bar. & sic requiritur d. ij. ... testamento Pe.

a Duo ... menta vel instrumenta ... tempore facta ... vt ignoretur veritas ... vel potiora ... lebis ... Glossa ... in c. ... Pe. ... iam ... lebis, ... plura ... quæ ...

d Sabbatina quæstio ... Accursius ...

e Hanc ... quæstionem ... inter Pileum ... (quæ hodie ...) ... quæstiones non ... facetiæ.

f Hæc est communis & vera conclusio: ... neuter ... res ... stat.

a ¶ *Excludere.* ergo potest excludi petitor x. vel xx. annis.
b ¶ *Ex vna parte.* id est odio tantum, vt est in præscriptione xxx. annorum, quæ tantum odio nō petentium est inuenta: nec exigitur possessoris bona fides: *vt j. de anna. except. l. fi. & j. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis.* Idem in vsucapione quæ tantum fauore possidentis videtur inducta.
c ¶ *Ex vtroque.* id est fauore & odio, vt est in præscriptione x. vel xx. ann. quæ odio non petentis & fauore possidentis est inuenta: & exigit bonam fidem possessoris: *vt instit. de vsucap. in princ.*
d ¶ *Principalem.* i. petitionem hereditatis. Sic ergo x. annis tollitur petitio hereditatis. Sed cōtra j. *de petit. l. hereditatem.* vbi dicit xxx. annis durare. Solu. ibi de directa[a], hic de vtili. Immo ibi loquitur cum datur cōtra eum qui possidet pro herede vel pro possessore. Hic[b] autem contra eum qui titulo possidet. vnde[c] cum suos terminos excedat, exceditur à non suis terminis, sui termini sunt, vt contra eum qui pro herede vel pro possessore possidet, tantum detur: *vt ff. de peti. here. l. pro herede.* secundū Bald. Sed fallit. *ff. pro lega. l. iiij. & l. fi.* vbi contra eum qui non habet titulum, non durat petitio hereditatis nisi x. an. sed ibi iustus[d] error loco tituli est. Vel dic secundum Io.[e] quod loquitur hic de rei vindicatione cū dicit, principalem causam &c.

a Petitio hereditatis duplex: alia directa, alia vtilis. illa xxx. annis, hæc decennio præscribitur.
b Petitio hereditatis quæ datur contra titulo possidentem quod nō fit regulariter, non solū pote præscribi, quo ea quæ datur contra titulo possidentem. hæc posterior vtilis non annis tantum præscribitur. Illa decem vt hoc glossa v. & sic nihil obstat quod extat in l. Gloss. *Here ditatem. j. de petit. hered.*
c Quod suos terminos excedit, exceditur à non suis terminis.
d Iustus error loco tituli est.
e Reprobatur dicta sua à Iason quod non est verius, & sic eum modo ad primū cōtrarium.
f v. *Bessonem* in Prax. titulo. & ut qui prohibet aliquem testari.

vel ex vna parte[b], vel ex vtroq;[c] latere tēporis prolixitas occurrerit manifestissimum est non solum missionē, sed etiam ipsam principalem[d] causam esse sopitam. Dat. XII. Kal. April. Constantinop. post Consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

TITVLVS XXXIIII.

SI QVIS ALIQVEM TEstari prohibuerit, vel coegerit.

Cōpellens aliquem testari, punitur criminaliter: & venienti ab intestato qui defunctum testari prohibuit, hereditas aufertur velut indigno, & institutio facta à testatore qui ad hoc blando sermone inductus est, non cēsetur vitiosa. h. d. totus titulus. Alex

I. *Imp.* ALEXAND. A. *Seuero.*

IVLII[c] disceptationi crimē[f] adiungitur, si testator non sua sponte testamētum fecit, sed compulsus ab eo qui heres est institutus, vel a quolibet alio, quos noluerit[g] scripsit[h] heredes. S. XV. Kal. Ian. Alexando A. & Coss.

Priuatur successione qui impedit aliquem quo minus testetur. Salyc.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Nicagora.*

EOs[i] qui ne testamentum ordinaretur[k], impedimento fuisse monstrantur, velut indignas personas à successionis compendio remoueri[l], celeberrimi iuris est. PP. Kalen. Ianuar. Diocletiano. A. & Aristobulo Coss.

SI QVIS ALIquem testari prohibuerit &c.

Qualiter repellatur heres propter vituperationem testamenti à possessione, dixit: nunc qualiter à tota hereditate propter aliud vitium, audi.

CIuli.] CASVS. Aliquem compulisti vt te heredem institueret, & instituit: qui te non instituisset, si liberi arbitrij fuisset. petis hereditatem à possidente per hereditatis petitionem. obiicit tibi aduersarius quòd testamentum nō valuit: quia testatorem compulisti vt te heredem institueret: an sis repellendus, quæritur? Resp. quòd sic. & quod dicit noluerit, scilicet testator. aliàs est voluerit scilicet qui compulit.
e ¶ *Iuili.* i. petitioni hereditatis: quæ cum fit à senatoribus inducta: *vt ff. de peti. here. l. item veniunt. §. sum prædiximus.* ergo est ciuilis: *vt instit. de perpe. & temp. act. in princ.*
f ¶ *Crimen.* f. extraneum[g].
g ¶ *Noluerit.* alias voluerit.
h ¶ *Scripserit.* an isti sint heredes, dic vt j. l. proxi. in glos.

g Testore aliquem prohibens criminaliter punitur arbitrio iudicis. v. Clarum §. fent. i. 6. v. l. q. 63. verf. compellens.

EOs.] CASVS. Filius matri testari volenti impedimentum præstitit. quia coram testibus ei interdixit ne testamentum faceret, nec fecit: an admittendus sit ad successionem, quæritur? Resp. quòd non, quasi indignus.
i ¶ *Eos* legitimos.
k ¶ *Ordinaretur.* vel in totum vel in partem.
l ¶ *Remoueri.* *vt ff. de his qui vt indign. l. cum qui. §. fin. & ff. eodem l. j. in prin. & l. ij in prin. & supra de inoffi. testa. l. testamenti. & in authent. vt cum de appella. cogn. §. causas colla. viij.* Item tenetur Iæso in duplum, cui legandum vel relinquendum erat: *vt in authent. vt nulli iudic. §. & hoc peruenit. colla. ix.* Sed quid si quis te compulerit vt me instituas: an hereditatem habebo? quæstio Sabbatina[h] esse posset: nam in alienum lucrum conuerti alienum metum non oportet: *vt ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. Pedius.* Puto tamen non nocere heredi instituto secundum H. *vt ff. quod met. cau. l. metum autem præsentem. §. sed licet. & ff. eo. l. j. § j. in fin.* ADDITIO. Aduertas quòd glo. super rubri. ff. eo. tenet contrarium, quam tenet ibi Dynus: quia quando dolus alicuius est immediata causa acquisitionis meæ, debet mihi nocere, vt in dolo procuratoris qui nocet domino *vt leg. si procurator. ff. de doli excep. & de vi & vi arma. l. j. § si quis tamen. & §. filius.* item videtur casus expressus. j. eo. l. j. & hoc sequuntur hic Pet. & Cyn. Nec ob l. *metum. in §. sed licet ff. quod met. cau.* quia ibi metus alterius non fuit causa proxima acquisitionis, sed labor meus de quo vide latius per Bart. *in rub. ff. eod.*

Institutio facta blando sermone, non est vitiosa.

III. *Iidem* AA. & CC. *Eutychidi.*

IVdicium vxoris postremum in se prouocari maritali[m] sermone, non est criminosum.† Dat. V. Kal. Ian. CC.

† nec captatoria. Conium.

IVdicium.] CASVS. Si vxori tuæ, quo magis bona sua moriens suæ tēpore tibi relinqueret, blanditus fueris: an quasi indignus repellaris, quæritur? Resp. quod non. videtur quòd sic: quia fortè alij bona sua reliquisset, & ita videtur impedita testari. cōtrarium tamen est verum.
m ¶ *Maritali.* i. blando maritali sermone: *vt ff. eo. l. fin.* ¶ S. al. arg. contra. *ff. de l. off. testa. l. non est. & de dono. inte. virum & vxo. l. j. in fin. & l. ij. & iij. in prin. & l. de statu. & imagi. l. j. & ff. de hered. institu. l. captatorias.*

TITVLVS XXXV.

DE HIS QVIBVS vt indignis hereditates auferuntur & ad Senatusconsultum Silanianum.

Heres qui non vindicauit necem defuncti, conuictus de negligentia, tenetur restituere hereditatem fisco vna cum fructibus integris, sicut malæ fidei possessor. Et etiam tenetur à die litis motæ ad vsuras semisses pecuniarum redactarum ex venditione rerum hereditariarum. Alexander.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Celeri*[o].

HEREDES quos necem testatoris inultam[n] omisisse constiterit, fructus integros cogantur reddere[o]. Neque enim bonæ fidei possessores ante controuersiam illatā videntur fuisse, qui debitū officium[p]

DE HIS QVIBVS vt indignis &c.

Vnam causam dixit superiori titulo quare vt indigni heres repellitur: nunc generaliter.

o hanc Seueri epistolam ad Celerem vocat Vlpianus. l. item temporis. § per tam ff. de his &c.

HEredes.] CASVS. Si testator interfectus te heredem instituit nec interfectorem accusasti, quod facere debuisti: fructus quos ex hereditate percepisti, fisco tanquam indignus reddere compelleris. Si autem hereditarias distraxisti: earum precium cum vsuris, & pecunias à debitoribus hereditariis exactas inferre debes. & hoc in secunda. Si autem fructus in prædiis hereditariis inuenisti, vel inde percepisti. & eos distraxisti: vsuras dependere debes: sed quas, quæritur? Resp. quod semisses, quæ æquiparantur sorti intra duos annos, puta x. in anno.
n ¶ *Inultam.* Vlcisci[a] enim debet ab heredibus accusando homicidam: *vt j. de preci. impera. offe. l. j.* non sua auctoritate occidendo. & hæc accusatio fit coram alio iudice, non coram procuratore Cæsaris: sed lata sententia quæretur de bonis coram procuratore Cæsaris: *vt j. vbi causa fisca. l. j.*
o ¶ *Reddere.* fisco scilicet. Nam quod[b] aufertur indigno & c: *vt ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. meminisse. & ff. de his qui. vt indign. l. Claudius. in fin. & ad Sila. l. cum fisco.* Excipe[c] tamen duos casus Primus, j. *de here. insti. l. si pater. & l. nec apud.* Secundus j. *de leg. penul.* ¶ Sed per quātum tempus expectantur heredes ad vlciscendum? Resp. tempus est à iudice statuendum, vt & alias: *vt in authent. de here. & Falc. §. illud colla. j.* vel si non sit statutum, & transierit tempus intra quod facere potuit, punitur: *vt ff. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus essem abs te domum.* & intra quinquennium accusari possunt extranei heredes de his, vltra: sed extranei etiam perpetuo: *vt ff. ad S. lan. l. in cognitione.*
p ¶ *Officium.* i. vindictam sui prædecessoris. ADDITIO. Dic secundum Bald. hic quòd ille qui omittit officium, non debet fructus lucrari. Et est apertè contra clericos qui non deseruiunt in diuinis. vt tanquam indigni teneantur ad restitutionem omnium fructuum.

a Heres vel vlcisci debet mortem defuncti.
b Indigno quid aufertur, cedit fisco, exceptis duobus casibus de quibus, hic.
c Propriè non dicuntur exceptiones: sed regulæ de petit. Bar. & P.

a ¶*Scientes*. id est, scientia inducit malam fidem: vt *hic*. & *j. de agri. & cen. l. quemadmodum. in fi. li. vj.* secus ergo si sunt bonæ fidei possessores, quia tunc inquantum locupletiores sunt, tenentur: vt *ff. de pet. hered. l. item veniunt. §. cum prædictum.* & quia in facto errauerunt: vt *ff. de his qui. vt indig. l. heredem.*

b ¶*Post motam litem.* immo post quamlibet morã. sic enim fit in pet. here. vt *ff. de petitio. hered. l. item veniunt. §. petitã.* & hic agit fiscus petit. hered. Sed respondeo hic subaudiri maximè. 3 Vel dic hoc speciale. 3 Vel verius refert, an alienet res necessarias hereditati, vt tunc ex tempore moræ veniãt vsuræ precij accepti: an vtiles, & tunc ex tempore litis contestatæ tantum. iste enim est malę fidei possessor, & in malæ fidei possessore sic distinguitur: vt *ff. de pet. here. l. item veniunt. §. pen. & l. si possessor. j. §. quod si post.*

c ¶*In fructibus.* i. in precio fructuum: & sic in quolibet qui petitione hereditatis tenetur: vt *s. de pet. hered. l. j. & ad hoc. ff. de his qui. vt indig. l. cum qui. & ff. de vsu. l. cum quidam. § in tacito.*

d ¶*Semisses* id est x. de xx. solidis in anno: vt *j. de vsu. l. eos.* & tales dicũtur fiscales: vt *ff. de vsur. l. cum quidam. §. si debitores. & j. de vsur. rei. fisc. l. fi. lib. x.*

pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate autem rerum distractarum, vel a debitoribus acceptæ pecuniæ post motam litẽ bonorum, vsuras inferant. quod in fructibus quoque locum habere, quos in prædiis hereditariis inuentos, aut exinde perceptos vendiderint, procul dubio est. Vsuras autem semisses de pendere satis est. Dat. XV. Kalend. April. Chilone & Libone Conss.

Factum defuncti maioris non retractatur ex persona heredis minoris. Et si tutor in accusatione falsi testamenti succubuit, pupillum hereditatem perdere facit, & applicari fisco: & tutor in casu tenebitur ad satisfactionem damni actione tutelæ: & de calumnia punietur. Alexander.

II. Iidem AA. Veroſ.

POlla quidem liberam habuit administrãdi patrimonij sui potestatem: nec idcirco quòd pupillus ille heres extitit, ea quæ ab ipsa finita sunt, reuocari in disceptatione oportet. Sed si pupilli nomine falsum dicere vis testamentum, de quo per Pollam trãsactum est, potes experiri: dum memine-

P*Olla.*] CASVS istius l. ponitur in glo. sed clarius dic sic: Quidam testamentum fecit, puta Titius: & Pollam & fratrem suum impuberem & duos extraneos heredes instituit. Polla volẽs repellere extraneos, & succedere ab intestato cũ fratre suo, incepit accusare testamẽtũ de falso: tandẽ trãsegit aliquo dato ab extraneis, & de portione sua. decessit Polla: pupillus ei successit: vult tutor dicere falsum nomine pupilli tã pro portione Pollæ de qua erat transactũ, quãm pro portione pupilli: an pro vtraq; possit quæritur? Rñ. pro prima omnino nõ potest: pro secunda potest. sed sciat tutor si accusauerit & succubuerit quia non probauerit: aufertur à pupillo illa portio quam habiturus erat ex testamento ꝑpter calũniosam accusationẽ institutã ab eo: & dãnũ quod propter hoc pupillo cõtingit, restituet ei iudicio tutelæ. Item de calumnia dãnabitur, si condemnatus fuerit: vt *ff. eo. l. tutorem.* Viuian.

e ¶*Polla.* Polla fuit instituta cum fratre suo impubere, & cũ duobus extraneis. Polla quidem dicit testamentum falsum: quia volebat repellere extraneos: tandẽ transegit cum eis de sua portione. defuncta Polla, pupillus frater eius ei succedit. nũc vult tutor pupilli dicere falsum testamentũ tam pro parte Pollæ, quã pro parte pupilli. pro prima. s. pro parte Pollæ, non potest: pro secunda, sic: sed videat quid agat: quia si nõ probauerit, aufertur hereditas pupillo: & tenetur tutor ei reddere de bursa sua per actionẽ tutelæ.

f ¶*Potestatem.* vt & *s. mand. l. in re mandata.*

g ¶*Ille heres.* per quod volebat etiam Pollæ portionem reuocare, sed non potest. non enim ex persona heredis cõditio obligationis mutatur: vt *hic*, & *ff. de verb. oblig. l. y. circa prin.* ¶ Et est hic arg contra Abbatẽ qui volebat in ecclesia quã patronus fundator ei cõtulerat, habere tale ius, ac si ipse fundasset, & quale habebat in cæteris suis ecclesiis. Et est simile. *ff. de iure fisc. l. fiscus. & s. de non nu. pecu. l. si intra. & ff. de iudic. l. heres absens in prin. & ff. quib. ex causis in poss. eat. l. apud Iulianum.* Sed arg. contra. *j. de præscript. xxx an. l. sicut. §. sed pupillari.* ADDIT. Soluas. hic loquitur de iure iam firmato in præteritum: ibi loquitur de præscriptione firmanda in futurum ex negligentia heredis non petentis ideo inspicitur eius conditio.

h ¶*Pupilli nomine.* Immo videtur quòd tuo possis nomine, non alterius accusare: *vt infra qui accu. non pos. l. ij. quæ est contra.* Solu. hic ciuiliter: ibi criminaliter. hoc non placet, quia infra dicit de calumnia &c. Dic ergo hic nomine pupilli, id est propter pupillum, & ad eius vtilitatem: sed nomine tuo accusas. Accursius.

i ¶*Transactum est.* pro portione sua cum coheredibus scilicet, quæ transactio valet: vt *s. de transact. l. transigere.*

k ¶*Non obtinueris.* id est succubueris. nam oportet sententiã proferre: vt *j. eod. l. alia.*

ris, si in causa non obtinueris, & portionem quam ex eo testamento pupillus habet, te ei saluam facturum (quam adimi pupillo necesse erit secundum iuris formam) & de calumnia tua præsidem deliberaturum, quãuis † pupilli nomine agere videaris, cum retractas ea quæ finita sunt per coheredem. PP. VIII. Kalen. Maij, Antonino. A. III. & Geta. III. Conss.

l ¶*Saluam facturum* per actionem tutelæ: vt *s. de admi. tu. l. non est.*

m ¶*Pupillo.* vt indigno cum eiusnomine appareat calumniosam accusationem institutam: vt *j. eo. l. alia & j. ad le. Cor. de fal. l. qui falsas.* Sed sibi legata tutor non perdit: quia necessitate officij fecit: vt *ff. de his qui. vt indig. l. tutorem. in princip.* ¶ Sed certè imò videtur quòd eius ætati parcatur: vt non perdat, licet calumniosam accusationem instituit tutor: vt *ff. de his qui. vt indig. post legatum. §. ætati. quæ est contra.* Resp. duas habet vias. vel pati amissum, & agere contra tutorẽ, vt hic: vel petere restitutionem in integrum, vt sibi non noceat accusatio: vt *arg. s. si tu. vel cura. inter. l. fina.* 2 Vel aliter loquitur ibi quando tutor non est soluendo. aliàs obtinet quod hic dicit: vt *arg. j. vnde vi. l. meminerint. & s. de iud. l. properandum. in fin. l.* 3 Vel tertio potest esse quòd est soluendo, nec tamen tenetur tutelę: quia sua dene marre & agnatis pupilli accessit ad dictã accusationem: vt *ff. de his qui. vt indig. l. tutorem. in prin.* & hoc casu loquitur. §. ætati. 4 Vel quarto potest esse quòd

Si ante habitam quæstionem seruis desuper morte defuncti occisi à familia, tabula testamenti aperta & recitatæ sunt: (subaudi, & hereditas adita sit) illa aufertur heredibus vt indignis, nisi sint pupilli. hoc dicit Alex. post Bald. & Salyc.

III. Imp. ALEXANDER A. Antiocho.

SI ea quæstio infertur filiis Seius quam consobrinã tuam dicis, quòd tabulæ testamenti patris eorum qui à familia interfectus dicebatur, priusquam quæstio de seruis haberetur, apertæ & recitatæ sunt: propter amplissimi ordinis consultum hereditas à fisco vindicatur: & ideo agi causa apud pro-

perditis instrumentis, & mortuis testibus obtinere nõ potuit cõtra tutorem: vnde à principe petat restitui: vt *d. §. ætati.* ¶ Item no. quòd cautè hic dicit partem pupilli amitti tantum. ¶ An autem & partem Pollæ amittet? Resp. hic innuit eam non amitti: vt *arg. ff. de his qui. vt indig. l. post legatum. §. qui accusauit. & de vulg. substit. l. ex facto. §. Iulianus.* Et est ratio, quia pro parte Pollæ non potuit dicere ... *in prin. huius l. dicit.* Sed arg. contra. *ff. de bo. lib. l. qui in fraudem. & ff. de bu. qui vt indig. l. post legatum. §. si pater. & § si filius & § ætati. in fi. & de fide. commiss. l. b l. si filius. §. j.* ¶ Item nota quòd hic dicit falsum: secus si quis dicat non iure factum, quia non perdit, licet succumbat: vt *ff. de his qui. vt indig. l. post legatum. §. j.*

n ¶*Calumnia.* si sit euidens, non aliàs: vt *ff. de his qui. vt indign. l. tutor. & j. qui accu. non possunt l. ij.*

o ¶*Pupilli nomine.* id est ad eius commodum vel incommodum: vt *s. dixi.*

p ¶*Retractas.* id est iterum tractas. id est ponis in dubio: nec enim potes retractare pro parte Pollæ: vt *s. eod. l. in prin.*

S*I ea.*] CASVS. Aliquis interfectus à familia sua vel ab aliquo extraneo, filios consobrinæ tuæ qui dicuntur tibi propiores cõsobrini tui, heredes instituit. antequam interfectorem accusarent, vel seruos torquerent: fecerunt tabulas testamenti aperiri, recitari & publicari, & hereditatem ex eo testamento adierunt: an ab eis vt ab indignis auferẽda sit hereditas, quæritur? Resp. quòd sic, ex senatuscon. Sila. & de hoc cognoscet procur. principis.

q ¶*Filiis.* qui sunt tui propiores sobrini: vt *instit. de grad. §. quinto.*

r ¶*Haberetur.* in domo: non dico in iudicio. ADDITIO. Tu dicas immo in iudicio, cum debeat esse publica quæstio: vt *l. j. in pr. ff. ad Sila.* ita tenet Bar. hic reprobando hanc glossellam.

s ¶*Et recitatæ.* & adita est hereditas: alioqui non ei aufertur vt ab indigno: vt *ff. ad Silania l. fin. & l. si quis in grau. §. non tantum. & l. necessarios. §. nõn aliàs. & leg. propter veneni.* Sed alij dicunt aperturam sufficere: quod non placet: ob aperturam tamen solam statuitur in eum pœna. c. aureorum: vt *ff. ad Silan. l. lege Cornelia. §. fina.*

Marginalia (left): Scienda inducit malam fidem. — Bonæ fidei possessor tenetur quatenus factus est locupletior... — Fructus pro pretio succedunt. — Fructus rei petitæ cogitur qui petitione hereditatis tenetur. — Vsurarum semisses quæ... — Vsuræ fiscales quæ. — Displicet quia est contra tex. formalem in c. l. de vsu pa. in v. Pau. Saly. & Ias.

Marginalia (right): Vt glossam ... — Tutor sine calumniosam accusationem instituit ... pupillo non obest. — Hæc Glo. est valde singularis ... Bald. & est singul. ... Ias. — Quod condemnatio ... calumnia ...

a Hereditas per testamentum solum & non in codicill. directè dari & adimi potest. v. tamen socinum reg. 169.
* deest. & tectè.
† Istud textum reputant sing. quòd etiã non expressa causa ingratitudinis heres efficitur indignus, si testator dicat eum suam hereditatem nõ mereri.
b Adimi tacitè quis quæ legauit, petitè quando inimicitiæ, & aliud testamentũ inchoando.
c Adaptio da plex expressa & tacita.
d Imo est expressa saltem verbis generalib. Fulgo. & Alex.
e Nec ratio nõ est bona. Alex. ideo dicit quòd hic ademit expressè sed compotando indignum. Bart. P. Salyc. Alex & Ias.
f Hæc non est bona. B. P. Sal. & Alex.
g Trupha est. Bart. P. Sal. & Alex.
h Dic quòd ibi testator nõ reputauit heredes institutos indignos: hic vero sic. Bar. Sal. & Iã.
i Indigno cessat, cui cedat? k Indigno seu incapaci heredis propter delictum testatoris relictum cedit quibusdam cognatis non fisco. Indigno herede propter delictum sui, statim locus est fisco: exceptis quibusdam casibus, de quib. hic.
l Indigno seu incapaci herede propter delictum testatoris relictum cedit cognatis si testamentũ defecit errore testatoris: si defectu solennitatis, aut quia codicillis ademit, venit ab intestato, aut institutis solennitas mutato (vt in vno casu, de quo §. sin dixit ho nocatos indignos esse, fisco: si autem testatoris inscitia: vt moretur ei intestatus, ab intestato venit ob. ñ. vt indignis eripere (quod in du bio praesumitur.) Gloss. fisco si quis testari non potuit ob crimen, cognatis si ob delicto, fisco relictum cedet.

a ¶*Fuerunt.* tunc enim non noceret eis: vt j. eod. l. minor. ibi. ꝫ. in quibus cau. in integ. restit. l. j.

HEreditas.] CASVS. Testamentum fecisti, me heredem instituisti, postea in codicillis hereditatẽ ademisti, an sit à me auferenda hereditas, quæritur? Rñ. quòd non. Si autẽ vel per epistolam vel in codicillis dixisti te nolle me heredẽ esse, quia tibi extiterã ingratus: an sit auferenda portio mihi relicta, quæritur? Rñ. quòd sic, & est fisco applicãda. an autẽ libertates dandæ à me possint peti, quæritur? Rñ. quòd sic: sed nõ ape rit à quo: tu dic à fisco.

b ¶*Adimi.* scilicet directò, nec dari, sed per fideicommissum sic: vt j. tit. j. l. v. & instit. de codic. §. codicillis autem. Nec obst. ff. de cond. instit. l. pen. §. fi. quia ibi in vanum cogitauit.

c ¶*Ad alium.* s. quis ille indignus cui fuerat relicta, iam alienauerat. 1. Vel dic quòd testator alij nõ capaci relinquit: per quod priori videtur adimi, licet secundus non habeat: vt ff. de lega. j. l. planè. j. in prin. 2 Vel dic quòd ad nullum alium transtulerit, & quod nõ iure translata: quia nullo modo trãslata, sed simpliciter ĩstituto ablata.

d ¶*Vindicata est.* quia indignus est qui nõ habet supremam voluntatem: vt ff. de his qui. vt indig. l. cum quidam.

tum præclusisse^a: ita vt siue bonorum possessionem secundum tabulas, siue secundum nuncupationem, cæterásque similes^b postulauerit^c, aut certè † mitti se in possessionem ex more^d petierit^e: statim inter ipsa huius iuris auspicia^f propositum^g suæ intentionis explanet *. Illud quoque pari ratione seruandum est, vt testator qui decreuit facere testamentum, si id adimplere † nequiuerit^h, intestato videatur esse defunctus^i, nec transducere liceat ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis vltimam voluntatem: nisi id ille complexus sit, vt vim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere: illo electionis videlicet iure perdurante^k, vt qui ex testamento agere voluerit^l, ad fideicommissum migrare non possit^m. Si quis verò ex parentibus vtriusque sexus, ac liberisvsque ad quartum gradum agnationis^n vinculis alligatus, vel cognitionis nexu constrictus vsque ad tertium, scriptus heres fuerit, vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere: licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens^o fuerit superatus, vel certè ipse sponte^p voluerit, ad fideicommissi subsidium

conuolare^q. non enim par eadémque ratio videtur, amittere† debita^r, & lucra^s non capere *. In omni autem vltima voluntate^t, excepto^u testamento, quinque testes^x vel rogati, vel qui fortuiti venerint, in vno eodémque tempore debent adhiberi: siue in scriptis siue sine scriptis^y voluntas conficiatur: testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, subnotationem^z suam accommodantibus. Dat. XV. Kal. Mart. Constantinop. Victore. V. C. Cos.

¶ Sed quam actionem proponit, qui ex codicillis habet hereditatem, vel legatum. Resp. officium iudicis: *vt infra. de fideicommiss. heredi. §. primo.* Vel vtilem ex testamento: quasi vim capiant ex testamento, si quod est factum: vel si nullum, exhibent vim testamenti, quasi sine legitimi instituti: *vt ff. co. leg. ab intestato. & leg. conficiuntur. circa princ.*

o ¶ *Agens.* s. iure recto.

p ¶ *Sponte.* fortè nondum superatus in directo.

q ¶ *Conuolare.* alius heres præcedebat gradu.

r ¶ *Debita.* est^a enim talium cognatorum hereditas vt debita: *vt ĵ. de adopt. l. pen. §. omnia igitur. & ĵ. de impu. lucra. descripto l. j. circa princ. lib. x. & ĵ. de cur. furi. l. fin. §. ij. & ff. pro socio. l. & quia.* impropriè tamen, cum possint grauari in eo quod habent vltra debitum bonorum subsidium. Accursius.

s ¶ *Lucra non capere.* quæ ab extraneis omnino possunt adimi instituēdo alios, vnde habet diuersum statui: *vt hic, & ff. de success. edict. l. j. §. largius. & ĵ. qui pot. in pigno. habeant. l. assiduis in fin.*

t ¶ *Voluntate.* siue inter absentes, siue inter præsentes, siue de omnibus bonis, siue de parte: vel de re certa: siue relinquatur suis, vel extraneis, siue priuatis, vel collegiatis.

† Admittere legitur in vet. manusc. & C. Theod. recte. hoc enim posteriore casu capiunt debitam hereditatem.

* Sequentia verba non extant in Codice Theod.

a Heredes est cognatorum debita.

† legendum Sextæ Bibliæ, ex manusc. & Pand. Hoiol. l. j. §. Imperator. ff. de alim. leg. vbi hæc constitutio ad verbum sit cui & hoc loco tenuisse.

b Testamentū debet habere septem testes rogatos.

c Testamentū inter liberos testes fortuiti esse possunt. vt dic. addo Bart. Nouell. de testam. imperfecto. vide v. Glo. vers. in verbo derogatum. in qua dicitur imperfecto testamento inter liberos dans tibi sufficere & quid formalitas.

d Testes fortuiti non rogati sufficiunt in testamento inter liberos, vt not. & ad piis causas. v. Tiraq. j. primilegio piæ causa.

e Testes fœminæ esse possunt in dor. nicoll. mortis causa & breuiter in omni vltima voluntate, excepto testamē to, vt ex communi opinione tellus Gratia. sol. § donatio mortis causa n. 11.

f Vestiarium appellatione alimentorum continetur.

b ¶ *Similes.* vt extraordinariam septimam.

c ¶ *Postulauerit.* i. postulare proposuerit.

d ¶ *Ex more.* vt *ĵ. de edi. diui Hadria. tollen. l. fin.* ¶ Sed quomodo possessorium tollit petitorium? Respon. illud possessorium præambulum est illius petitorij tantum, quo iure directo agitur: vnde perinde præiudicatur iuri ciuili per possessoriū, sicut per petitorium directum. ¶ An ergo poterit petere mitti in possessionem, qui ex codicillis habet hereditatem? Respon. non. cum enim haberetur vt fideicommissarius, quasi legitimi videantur rogati: *vt ff. eo. l. conficiuntur.* ergo in eo locum non habet: *vt diximus ĵ. de edict. diui Hadr. tollen. l. fin. §. j.*

e ¶ *Petierit.* i. proposuerit petere.

f ¶ *Auspicia.* i. initia.

g ¶ *Propositum.* i. eligat vel illam vtilem, vel directam: non enim adhuc elegit.

h ¶ *Nequiuerit.* secundum solennitatem iuris, vel de facto.

i ¶ *Defunctus.* vt *ff. eo. l. j. & ĵ. de ma. testa. l. si iure. & ff. de vulg. subst. l. coheredi. §. cum filia. versi. qua ita.*

k ¶ *Perdurante.* quando est complexus vt valeat iure codicillorum.

l ¶ *Voluerit.* supple, & succubuit.

m ¶ *Possit.* prædicta in extraneis.

n ¶ *Agnationis.* intelligunt quidam in agnatis & cognatis parenti-

TITVLVS XXXVII.

DE LEGATIS.

Conditio mixta deficiens per casum, non facit deficere relictum alimentorum. hoc dicit secundum vnum intellectum glos. Vel sic: Alimenta relicta legatariis quousque cum Titio morati fuerint, etiam debentur pro tempore secuto post mortem Titij. Alexand.

1. *Imp.* ANTONIN. PIVS A. *libertis Sextilia †.*

QVAMVIS verbis his, quoad^a cum Claudio^b Iusto morati essetis alimenta vobis & vestiarium^c legatum sit: tamen

u ¶ *Excepto testamento.* in quo septem^b rogati interuenire debent: *vt ff. de testam. l. heredes. §. in testamentis.* præterquam^c inter liberos: *vt ĵ. famil. ercisçun. l. fin. & de testam. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.* nam ibi sufficiunt qualiacunque indicia, etiam per duos testes fortuitos^d.

x ¶ *Quinque testes.* vt *ĵ. de do. cau. mor. l. fin. & ĵ. de his qui in eccl. ma. l. fin. & institu. de fideicommiss. hered. §. fi.* & etiam fœmina^e, cum non prohibetur: *arg. ff. de testi. l. j.*

y ¶ *Scriptis.* dic vt in rubrica ĵ. eo.

z ¶ *Subnotationem.* i. subscriptionem.

DE LEGATIS.

Vidimus de testamentis & codicillis: nunc de his quæ in illis relinquuntur. Accursius.

QVamuis.] CASVS. Testamentum fecisti, heredem instituisti, & inde alimenta mihi legasti quandiu morarer cum Claudio herede tuo. decessit Claudius an mihi præstanda sint adhuc alimenta, quæritur: Respon. quòd sic. videbatur quòd non: quia non amplius moror cum Claudio. non obstat. interpretatur enim hæc lex talem fuisse voluntatem defuncti, vt etiam post mortē Claudij mihi alimenta præstarentur.

a ¶ *Quoad.* i. donec.

b ¶ *Claudio.* proprium nomen.

c ¶ *Vestiarium.* hoc superabundat, cū^f appellatione alimentorum hoc contineatur.

Post mortem

a ¶*Post mortem.* imò videtur quòd non debeantur: vt *ff. de annu. lega. l. Seio. in prin. & j. de condit. inser. l. si ea.* Sed distingue cuius contemplatione sunt relicta: an legatariorum, an eorum cum quibus morari debeant. Hic ergo contemplatione legatariorum: quasi commodius possint percipere existentes apud eum. sed in l. contraria, cõtemplatione eorum cum quibus morari debeant, vnde deficit legatum pro parte, si pro parte moritur: vel ex toto si nõ habitẽt cũ eis. & probatur hæc distinctio *in eo. tit. l. annua. in princ. & de cond. & demon. l. illis.* maximè quia simpliciter[a] alimẽta relicta, perpetuo relinqui intelliguntur: vt *ff. de alimen. leg. l. Caio. §. j.* ¶Item adhuc contra. *j. de condi. inser. l. legatum.* Sol. hoc fauore alimentorum. Vel illud fuit sub conditione relictum: hoc purũ, quod certam accepit legem fauore legatariorum. aut viuente Claudio non habet, nisi secũ moraretur.

a Alimenta simpliciter relicta, perpetuò relicta intelliguntur.

*Iuliano.

b ¶*Voluerit.* s. defuncti.

Q*Vamuis.*] CASVS. Testamentum fecisti, heredẽ instituisti, & multa alia legasti. heres hereditatem vendidit. an emptorẽ debeãt cõuenire legatarij, quæritur? Resp. quòd venditor cõueniendus est: sed quod præstitit, ab emptore venditor consequatur: quia cum suo onere transit hereditas.

c ¶*Ab eo.* s. herede instituto.

d ¶*Peti possunt.* remanet enim heres, vnde ipse conuenitur: vt *s. de hered. vend. l. ij. & fin.* & quod soluit, ab emptore recuperat: vt *dicta l. ij. ff. de hered. vend. l. ij. §. fine. & §. si quid publi. in fine.*

e ¶*Eo nomine.* s. legatorum, vel fideicommissorum.

f ¶*Venditor.* hic est heres institutus.

hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, vt & post mortem[a] Iusti Claudij eadem vobis præstari voluerit[b]. Sine die & consule.

Venditio hereditatis heredem non liberat, licet contra emptorem regressum habeat. Bald. & Alex.

II. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Sabiniano**.

QVamuis heres institutus hereditatem vendiderit, tamen legata & fideicommissa ab eo[c], peti possunt[d]: & quod eo nomine[e] datum fuerit, venditor[f] ab emptore vel fideiussoribus[g] eius[h] petere poterit[i]. PP. X. Kalend Septembr. Laterano & Rufino Conss.

Obligatio rei legatæ non extinguit legatum. Salyc. Vel sic: Testator non videtur reuocasse legatum, si post testamentum rem legatam alteri obligauit: & heres eam liberare tenetur. Alexand.

III. *Iidem AA. Victorino.*

QVi post testamentum[k] factum prædia quæ legauit, pignori vel hypothecæ dedit[l], mutasse voluntatem circa legatariorum personam non videtur[m]. Et ideo etiamsi in personam[n] actio electa est: rectè placuit ab herede prædia liberari[o]. PP. VI. Kalend. Maij, Gentiano & Basso Conss.

Legatum factum seruo sine libertate, non valet: nec conualescit si post mortem testatoris efficiatur liber. Alex. conc. Bald. & Salyc.

IIII. *Imp.* ANTONINVS A. *Sulpitio.*

SEruis testamento dominorum non data libertate, legatum seu fideicommissum relictum non valet[p]: nec conualescere potest, licet post mortem[q] testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sint. PP. V. Kal. Iul. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Legatarius subtrahens rem legatam per heredem apprehensam, perdit illam, & eius actionem. Salycet. Vel sic: Legatarius qui rem legatam occupat propria auctoritate cum vitio, cadit ab omni iure suo. Alex.

V. *Idem A. Donatio.*

NOn est dubium[r] denegari actionem legatorũ ei proportione competenti in his rebus quas subtraxisse eum de hereditate apparuerit. PP. V. Idus Septembr. Antonino. A. III. & Balbino Conss.

Substitutio vulgaris facta in legato, expirat per agnitionem primi legatarij. Bald. & Alex.

VI. *Idem A. Iuliano**.

SI legata relicta primus[s] legatarius agnouit: substitutio eorum in persona Pontianæ facta euanuit. PP. VIII. Kalend.

g ¶*Fideiussoribus.* quos venditor accepit: vt & *ff. de hered. vend. l. venditor ex hereditate.* & hoc si hereditas est soluendo, non aliàs: vt *ff. ad leg. Falc. l. ij. in princ.*

h ¶*Eius.* s. emptoris.

i ¶*Poterit.* heres institutus.

Q*Vi post.*] CASVS. Paterfam. fecit testamentum, & mihi legauit prædia: deinde ea obligauit. an videatur mihi ademisse legatum, quæritur? Rñ. quòd non, sed habeo actionem personalem ex testamento contra heredem, vt ea liberet.

k ¶*Post testamentum.* aliud si ante obligatam postea legat: quia si sciebat rem obligatam, luitur ab herede. si ignorabat, à legatario: vt *j. de fideicommiss. l. prædia. & ff. de leg. j. l. si res.*

l ¶*Dedit.* secus si alio modo alienasset: nam tũc distingue, aut ex necessitate rei familiaris, & tunc præsumitur non ademptũ, & debetur[b] legatum aut ex voluntate, & tunc non debetur: vt *ff. de adimen. le. l. rem legatam.* quæ distinctio in donatione non cadit: vt *ff. de leg. iij. l. fideicommissa. § si rem.* aliud si vsusfructus alienetur.

b Legatum an videatur ademptum testatore alienando rem legatam.

m ¶*Non videtur.* vt *instit. de leg. § si rem.* Sed videtur quòd sic: vt *ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. § si maritus & s. de don. inter virum & vxo. l. si maritus.* Sed ibi solui. Dicas quòd aliud in donatione, quæ facta est inter coniuges: quæ cum sit cõtra ius commune, facilius irritatur.

n ¶*In personam.* s. ex testamento. nam cum rem suam testator legat, tria[a] competunt legatario auxilia. s. actio ex testamento, & actio in rem, & hypothecaria: vt *ff. de leg. ij. l. cum filius. §. varia. & j. communia de leg. l. j.*

a Legatario tria habet auxilia.

o ¶*Liberari.* idem cum legauit prædium quod debebat tributum in præteritum: vt *ff. de leg. j. l. apud. §. heres. & de leg. a. iij. l. qui concubinã. §. qui hortos. & l. patronus. §. iij.* Idem autẽ est cum quis[b] rem obligatam vendidit: nam tenetur ex empto: vt *j. de euic. l. ex prædiis.*

b Vendens rem obligatam, tenetur etiam ex actione empto.

S*Eruis.*] CASVS. Seruo tuo, legatum sine libertate reliquisti: an valeat legatum, quæritur? Rñ. quòd non, nec conualescit licet post mortem tuã manumittatur.

p ¶*Non valet.* Contra *s. de necess. ser. l. quidam. §. j.* Solue, vt ibi. nec libertatem habet per hoc: vt *& j. de fideicommis. l. ex fideicõmisso.* nisi sit miles: vt *s. de test. milit. Lex hæc.* Item hoc scilicet quòd non valet legatum istis seruis, procedit, nisi seruus alij legetur: vt *ff. ad l. Falcid. l. Plautius. & de leg. j. l. seruo legato in princ.* vel nisi manumittatur: vt *ff. ad leg. Falcid. l. plaut.*

q ¶*Post mortem.* secus si eo viuo: vt *arg. ff. de iure fisci. l. non intelligitur. § diuus. & de leg. præstan. l. interuenit.* ¶Et not. quod ab[c] initio non valet, nõ confirmatur postea: vt *ff de re. Cato. l. j. & de re iu- di. l. quod ab initio.*

c Ab initio quod non valet, non confirmatur postea.

N*On est dubium.*] CASVS. Pone in legatario. rem in specie mihi legasti. eam vel totã, vel partẽm subtraxi: an amittam legatum, quæritur? Resp. quòd sic totum, si totum subtraxi: vel partem, si partem. Vel dic in herede, qui subtraxit rem legatam, nõ detrahet de ea quartam: quod non est ita probabile.

*Iuliano.

r ¶*Non est dubium[d].* potes ponere casum in herede, vt non detrahat quartã in re quam subtraxit: vt *ff. de his quibus vt indign. l. rescriptum. & ad leg. Falcid. l. Paulus respondit. & in auth. de hered. & Falcid. § hinc nobis coll. j.* & tunc dic actionem. i. retentionem. Idem in legatario, vt legatum amittat, si illud subtrahat: & *vt ff. ad l. Falcid. leg. j. §. j. ibi, eis autem, &c.* sic enim euenit fideicommissario vniuersali: vt *ff. ad Trebell. leg. Paulus respondit, si certa.* & hæc bona. ¶Sed prout in legatario intelligis, est contra *ff. quorum leg. l. j. in prin. & j. quorum legat. l. j.* Solutio hic subtraxit clam, ibi palam. *argu. ff. de admin. tuto. l. non existimo. & de ritu nupt. l. fin.* 2 Vel ibi ante aditam hereditatem: hic post, & post apprehensam possessionem. alioquin idem esset quod ante aditam hereditatem: vt *ff. de acquiren. poss. l. cum heredes. in princ. sic. ff. de crimin. expi. hered. l. ij.* 3 Vel distingue, an putauit sibi licere, an non: vt *inst. vi bo. rap. § quia.* 4 Media magis placet. ¶Item videtur contra. *j. de crim. expi. hered. l. abstentu.* Sed ibi alij non legatarij occuparunt: vnde non nocet legatariis.

d Legatarius debet capere rem legatam de mano heredis, aliàs si caro propria authoritate ac sponte accipit, rem sibi legatam amittit. Quid tamẽ si testator potestatem fecerit legatario rei propria authoritate capiendæ? Rñ capere potest, si tamen heres eam non possideat. v. Clarum § Testamentum quæst. 62. An idem, si nullus sit à quo rem possit capere, idem v. Tiraquell. tract. Le mort saisit le vif. parte 1. declarat. 1. num. 10.

S*I legata.*] CASVS. Legatum mihi reliquisti: & si aliquo casu illud non agnoscerem, in eo Titium substituisti, nunc agnoui. an euanescat substitutio, quæritur? Respon. quòd sic.

s ¶*Primus.* legaui Titio: & si non haberet, idem legaui Sempronio, vel Pontianæ: & *facit s. de impube. & aliis substit. l. post aditam.*

S*I Fortidianum.*] CASVS. Paterfamil. testamentum fecit, fratres quatuor heredes instituit, & eis fundum Fortidianum prælegauit: demum mihi eundem legauit. cui acquiratur? Respond. quòd

concursu partes ferent. habeo enim semissem, & instituti alium. Si autem in nomine rei legatæ testator errauit: puta dixit sic, lego tibi Stichum, & sensit de Erote: an ob hoc minus valeat legatum, quæritur: Respon. quòd non: cum constet de re.

a ¶*Mox tibi.* non animo adimendi illis. aliàs contra: *vt institutio. de adempt. lega. §. transferri.* & tu semissem, & illi alium semissem habebunt: *vt ff. de heredi. institu. l. Titius. & de lega. j. l. planè. j. in principio.* nam coniuncti[a] loco vnius habentur. *& ad hoc est infra de caducis tol. §. si vero. & §. sin autem. & facit. ff. de leg. j. l. si pluribus.*

a Coniuncti loco vnius habentur.

b ¶*Nominum.* propriorum[b], vel prænominũ, vel agnominum: *vt & institu. de lega. §. si quis in nomine & supra de testa. l. si in nomine.* vel finium: *vt ff. de legat. iij. l. patronus. §. j.* secus si erretur in appellatiuis nominibus: *vt ff. de lega. j. l. si.*

b Error nominum vel finium vitiat legatum.

Maij. Romæ, Læto. II. & Cereale Conss.

Coniuncti re, faciunt sibi partem per concursum: & error in nomine, non vitiat si de corpore constat. Bald. & Alex.

VII. *Idem A. Fausto.*

SI Fortidianum fundum primò pater tuus fratribus per præceptionem, ac mox tibi[a] legauit: concursu dominium eius tibi quoque quæritur. Error autem nominum[b] in scriptura factus, si modò de mancipiis vel possessionibus legatis non ambigitur, ius legati dati non minuit. PP. V. Idus Iul. Læto. II. & Cereale Conss.

Qui propter militiam mandatum testatoris exequi prohibetur, non propterea perdit legatum. Bald. Vel sic. Conditio impossibilis de iure non vitiat legatum: sed ipsa vitiatur & reiicitur. Alex.

VIII. *Idem A. Demetrio.*

AB administratione tutelæ religio[c] sacramenti Marcellum[d], quem vobis[e] à patre tutorem datum testamento proponitis, eripit[f]. Quę res, quo minus legatum consequatur, non impedit. Nec enim[g] iustè ab ea petitione repellitur: cum etiam si vellet tutelam administrare, prohibeatur[h]. PP. VIII. Id. Mar. Romæ, Sabino II. & Anulino Conss.

Heres tenetur soluere legata, licet quæstio de hereditate moueatur. debet tamen ei præstari cautio de restituendo, si ei hereditas euincatur. sed cautio, si cui plusquam per legem Falcidiam solutum sit, præstatur, etiam si quæstio heredi de hereditate nõ moueatur. Alex. post Bald. & Salyc.

IX. *Imp.* ALEXANDER A. *Antiocho.*

SI in fraudem † eorum quæ testamento relicta sunt, admissus est[i] accusator[k], qui testamentum falsum diceret: præses prouinciæ secundum iurisdictionis formam solui legata iubebit[l], interposita[m] cautione[n], si euicta fuerit hereditas, ea restituturum[o]: quanuis aliàs[p] tunc cautioni locus sit, cum sine controuersia legata soluantur. PP. VII. Id. Febr. Maximo. II. & Æliano Coss.

Legatum rei alienæ † scienter factum valet: sed ignoranter factum non valet: nisi sit factum coniunctæ personæ, vel vxori, seu alij cui est verisimile testatorem voluisse legare, etiam si sciuisset alienam rem esse. Alexan.

X. *Idem A. Ingenuæ.*

CVm[q] alienam rem quis reliquerit, si quidem sciens: tam ex legato, quàm ex fideicommisso ab eo qui legatum seu fideicommissum meruit, peti potest[r]. Quod si suam esse putauit: non aliter valet relictum, nisi † proximæ personæ, vel vxori[f], vel alij tali personæ datum sit, cui legaturus

A *B administratione.*] CASVS. Filio tuo impuberi militem in testamento tuo tutorem dedisti, & ei legatum reliquisti, si tutelam impuberis administraret: imò simpliciter. sed dubitabatur, an emolumentum sine onere posset agnoscere. Vel dic sub conditione, quæ militi fuerit impossibilis de iure, & ob hoc repellenda: an legatum petere possit non obstante eo quòd non administrauit, quia miles: Respond. quòd sic: cum per sacramentum militiæ prohibeatur esse tutor: vnde à petitione legati non excluditur: cum si administrare vellet, non posset.

c ¶*Religio.* iurabat enim miles: *vt ff. ex qui. cau. ma. l. pen.*

d ¶*Marcellum.* militem.

e ¶*Vobis.* pupillis loquitur.

f ¶*Eripit.* nisi essetis filij conueterani: *vt s. de excu. vete. l. ij.*

g ¶*Nec enim.* Not. aliquem per impotentiam excusari, etiam in lucro captando. *& facit. ff. de admin. tut. l. Nesennius.*

h ¶*Prohibeatur.* propter militiam, quam habet. ¶Et no. quòd hæc conditio[c] de iure est impossibilis in milite: & ideo remittitur: *vt institu. de hered. insti. §. impossibilis. & s. de insti. & subst. l. reprehendenda,* & speciale est in milite. secus in alio: *vt j. eo. l. pe. & ff. de test. tu. l. qui tutelam in prin. & de his qui vt indig. l. post legatum. & amittere.* ¶Sed videtur etiam solutum repeti: *vt s. de cond. ob cau. l. si militem.* So. ibi ignorauit militem, qui dedit vt esset procurator: ideóq; repetit. hic sciuit. 2 Vel ibi sub conditione dedit si esset procurator: hic purè legauit: sed post adsignauit eum tutorem. 3 Vel dic quòd hic fuit relictum sub impossibili conditione, quæ legatum non vitiat. porro si detur ob causam impossibilem: repetitur per condictionem ob causam, cum causa non possit impleri: *vt d. l. si militem. & l. dictã.* nam in eo quod ibi dicit si non impossibilem causam: subaudi maximè.

c Conditiones de iure impossibiles militi remittuntur.

S*I in fraudem.*] CASVS. Instituisti heredem: mihi legatum reliquisti. vt me defraudaret heres à legato. Titium supposuit, qui accusabat testamentum. an legatum petere possim, quæritur? Resp. quòd sic: sed cauebo de eo restituendo hereditate euicta, licet alij cautioni locus fuerit, tunc scilicet cum dubium fuit an solida legata debeantur propter Falcidiam. si hic legatarius ceperit plus quàm per l. Falcidiam capere licuerit, illud reddet.

i ¶*Admissus est.* ab herede: quia putabat legatarios huius timore ductos super legatis transigere. Accur.

k ¶*Accusator.* s. fictitiè: vt heres dicit.

l ¶*Iubebit.* s. heredi.

m ¶*Interposita.* à legatariis.

n ¶*Cautione.* sed nonne superuacua est cum cõmitti non possit, falsis accusatoribus non obtinentibus: Respon. hoc non potest probare legatarius, aliàs non præstaretur cautio: *vt ff. si cui plus quàm per legem Falc. l. hac autem.* Accursius.

o ¶*Restituturum.* s. legatarium.

p ¶*Quanuis aliàs.* i. alij. Vel dic propriè. & dic cautioni, s. illi quanto plus ceperit quàm per l. Falc. licuerit, reddit: *vt ff. si cui plus quàm per legem Falc. l. j. in prin.* ¶Sunt ergo diuersę cautiones. Vna, euicta hereditate legata reddi. Alia, quanto plus ceperit: *vt ff. qui satisd. cog. l. de die. §. item.* De prima habes tãtum. *ff. de pet. hered. leg. diuus. in fi. & l. sequen. & s. de peti. hered. §. circa prin.* & præstatur demum mota cõtrouersia: *vt ff. ad leg. Falcid. l. dolo.* Sed alia quando soluuntur sine controuersia mota nomine hereditatis: licet de legatis sit controuersia, vt hic dicitur Accur.

† Glo. sen. fol. ... dicit per istã l. quod est generale vbicũque aliquo in dubio admittitur præstari cautio.

† Vide ad hoc locum Consil. ... Rolan. ... Bard. ...

C*Vm rem alienam.*] CASVS. Rem alienam, nec tuam, nec heredis, mihi legasti: an valeat legatum, quæritur: Distinguitur: aut sciuisti alienam, aut ignorasti. primo casu valet, & petere possum. secũdo casu non, nisi coniunctæ personæ id legasti.

q ¶*Cum rem alienam.* i.[a] non suam, *nec heredis*: *vt ff. de le. j. l. vnum ex familia. §. si rem.* Item secus[b] videtur de iure canonum: *vt extra de testa. c. filius. & xij. q. v. c. si episcopus. quæ sunt contra.* ¶Sed quid si testator rem sibi cum alio communem sciens communem, vel rem alienam in qua habet aliquod ius, alicui legat? Respon. quòd tantum iuris habebit legatarius, quantum testator in ea habebat: *vt ff. de le. j. l. si serui electione. §. fi. & l. si domus. §. fi.*

a Alienum testatori dicitur quod neque suum, neq. heredis sui est.

b Legatum rei alienæ an valeat iure canonico.

r ¶*Peti potest.* vt hęs iusto pcio redimat & pstet: vel si non pot, det æstimationẽ: *vt inst. eo. §. non solũ. & ff. de le. iij. l. non dubium. §. fi.* Accur.

f ¶*Vel vxori.* vt *ff. de aur. & arg. leg. l. Quintus. j. in fi. & j. de fideicom. l. prædia obligata.* & æstimat[c] iudex quæ coniuncta sit: *vt j. de fideicom. l. voluntatis.* Sed hoc fallit in libertate relicta seruo quem testator credit suum. nam indistinctè debetur ei. *ff. ad Trebell. leg. quidam. §. si quis filium. & de fideicommissa li. l. Paulus respondit.* sed in ea est specia le. Item si vni filiorum prælegat pater rem quam credit suam, non videtur valere: licet filius sit persona coniuncta *vt ff. de lega. j. l. cum pater. §. euictis.* quæ est contra. Solu. ibi. ne crescat. inuidia inter fratres: *vt arg. j. de bo. quæ libe. l. cum oportet. j respon.* Vel verius dic, & ibi tenet legatum: sed non tenentur de euictione re euicta. nec hic dicitur quod de euictione heredes teneantur, si huiusmodi personis legata euincantur. sed certè imò videtur de euictione agi ex testamento, ac si nunquam sit data: *vt ff. de leg. j. l. non quocunque. j. respon. §. j. & l. si domus. §. j.* Sed dic, vbi certi hominis credebatur, & ab eo emit heres, vt daret: non tenetur. si incerti tunc tenetur: *vt in dicta ll.* ¶Item quid si testator rem alienam possidebat, quam suam putabat: & extraneo eam legauit: Respon. tenetur heres tradere: *vt ff. de euic. l. si is qui.*

c Proxima quæ censeatur persona vt legatũ ei alienę rei factum valeat. v. apud Menochium l. de arbitr. ... hoc certè arbitrio iudicis relinquitur. ... Ab ... Tiraq. ... de pœnis temperãdis causa ... 16.

Filia.

esset & si scisset rem alienam esse. PP. V. Kal. Febr. Albino & Maximo Coss.

Si legatum factum pro dote, detur filiæ in dotem ab ipsomet patre viuente: non potest amplius eo mortuo peti. Alex. post Bald. & Salyc.

XI. *Idem A. Albiniano.*

FIlia, legatorum non habet actionem, si ea quæ in testamento reliquit viuus[d] pater, postea in dotem dederit. PP. V. Non. Mart. Pompeiano & Peligno Coss.

Heres qui partem hereditatis in qua fuit institutus repudiauit, totum prælegatum consequitur. Alex.

XII. *Imp.* GORDIAN. A. *Mutiano.*

CVm responso[b] viri prudentissimi Papiniani, quod precib[us] insertū est, præceptionis legatū, & omissa parte hereditatis vindicari posse declaretur: intelligis desiderio tuo iuxta iuris formā esse cōsultū. Verba verò respōsi hęc sunt: Filię[*] mater prædiū ita legauit: *præcipito sumito extra partē hereditatis.* Cum hereditati matris filia renūciasset[c]: nihilo minus eā rectè legatū vindicare visum est. PP. constitutio. V. Id. Iulias, Sabino. II. & Venusto Coss.

Res propria nemini potest legari. Salyc.

XIII. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. *Seuera.*

PRoprias tuas res legari vel fideicommitti tibi nō potuisse[d], certum est. PP. XV. Kalend. Maij, Maximo. II. & Aquilino Coss.

Nō monumentū, sed ius inferendi mortuū, pōt legari. Salyc. Vel sic: Res religiosæ relinqui nō possunt, sed ius quod quis habet in eis. Alexander.

XIIII. *Iidem AA. Tatiano.*†

MOnumenta[e] quidem legari non posse, manifestum est: ius autem mortuum inferendi, legare nemo prohibetur. PP. II. Kalend. Septemb. Maximo. II. & Aquilino Coss.

Nemo relinquit quod non habet. Bald. Vel sic: Non valent legata si æs alienum absorbet totam hereditatem: sed si aliquid superest, valet vsque ad illud, salua Falcidia.

XV. *Iidem AA. Terentio & aliis.*

SI vniuersæ facultates quas pater vester reliquit, debito fiscali aut priuato absumūtur: nihil[f] ex his quæ testamento eius adscripta sunt, valere potest. Quod si deducto debito, in relictis bonis superfluū est, libertates[g] impediri iuris ratio non permittit: quin[h*] etiam legata[i] necnon fideicommissa, salua lege Falcidia, præstanda sunt. PP. III. Kalen. Octob. ipsis IIII. & III. AA. Coss.

Si debitor legat creditori rem pignoratam, non tenetur creditor restituere eam heredi etiam oblato vel soluto precio. Alexan.

XVI. *Iidem AA. & CC. Syllæ.*

CReditor si à debitore suo rem quam pignoris nomine susceperat, legatam sibi contēdit: etiam debito ab heredibus eius oblato, quo minus[k] restituat, defendi potest. S. XVIII. Kal. Februar. Sirmij. CC. Coss.

Sicut legata fieri possunt, ita & adimi. Alex. concor. Bal. & Salyc.

XVII. *Iidem AA. & CC. Eutychiano.*

DAtum legatum adimi[l] tam pure, quam sub conditione, non libertis tantum, sed etiam ingenuis placuit. Dat. III. Non. Mart. CC. Coss.

Ille cui legatur nomen debitoris, habet vtilem actionem suo nomine: nō autem directam, nisi sit mandata, vel cessa. Alexan.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Iustino.*

EX legato nominis, actionibus ab his qui successerūt nō mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non

---

FIlia.] CASVS. Filiæ tuæ centum legasti, deinde ei in dotem c. dedisti: an c. ex causa legati petere possit, quæritur? Respond. quòd non.

a ¶ *Viuus.* siue erat species, siue quantitas. in hoc tamen differt quia vbi quantitas, duplicabitur filiæ, si patrem huius fuisse voluntatis probet: quod non sic facile est in specie legata: *vt ff. de iure do. l. cum pater. & de leg. j. l. plane. j. §. j.* ¶ Sed quid econtra si primo dedit in dotem, postea legauit? Respon. idem videtur, vt duplicare voluerit: *vt argum. ff. de leg. ij. l. cum quidam vxori. & l. cum pater. §. pater filiæ. & de lega. j. l. huiusmodi. §. cum pater. & ad leg. Falcid. l. cum quo. § fin.* ¶ Sed arg. contra *ff. de iure dot. l. cum pater.* sed ibi promiserat tantùm, & non dedit. alioquin esset quòd dixi, vt vtrumque deberetur. *& facit ad l. ff. de leg. ij. l. Lucius. ij. §. impuberem.*

CVm responso.] CASVS. Materfamiliàs filiam & alium heredes instituit, & filiæ ante partem fundū legauit: vult partem hereditatis repudiare, & legatum petere: an possit, quæritur? Respon. quòd sic: & hoc per Papi. responsionem.

b ¶ *Cum responso.* cuius mentem habes. *ff. de leg. j. l. filio. & idem dicitur. l. seq. & l. qui filiabus. §. fi. & de leg. ij. l. miles. §. pro parte.*

c ¶ *Renunciasset.* per quod videbatur[a] portioni prædij, quam saltem iure habebat hereditario, renunciare. ¶ Item contra *ff. de excep. do. l. fin. §. fin.* vbi filia[b] non potest habere prælegata, si hereditatem dimittit. Solu. ibi tam hereditatem quàm legatum habet sub conditione, si debitum remittat: vnde nec legatum habet, nisi remittat: *vt ff. de lega. j. l. sed si non aliàs.*

PRoprias.] CASVS. Si res tua tibi legetur: an valeat legatum, quæritur? Respondeo quòd non.

d ¶ *Non potuisse.* Quod[c] enim tuum est, amplius tuum fieri non potest: *vt instit. eod. §. sed & si rem.* Item[d] hoc, cū pure legatur: secus[e] si sub conditione: *vt ff. de lega. j. l. cætera. §. j.* Item hoc intellige, nisi[f] testator aliquid iuris in illis rebus habuit: vt quia sibi obligatæ: *vt ff. de lega. j. leg. apud Iulianum. §. si Titius. & leg. si domus. §. fin. & leg. si sic. & leg. senatus. & leg. si tibi homo. §. fin. & de leg. ij. l. Mæuius. §. penult.* ¶ Quid autem si tempore testamenti est legatarij, & tempore mortis testatoris est alienata? Videtur valere: *vt ff. de regul. Cato. leg. j. in fin.* Vel dic secundùm Ioan. quòd ibi sub conditione fuit legata: *vt dicta l. cætera. §. j.*

MOnumenta.] CASVS. Monumentum mihi legasti: an valeat legatum, quæritur? Respond. quòd non: secus si ius inferendi mortuum legaueris.

e ¶ *Monumenta.* id est sepulchra: *vt probatur supra de relig. l. sepulchrum.* ¶ Sed nunquid si monumentum,[a] id est sepulchrum, vel legauerit, vel vendiderit, ius inferendi concedere videtur? Et videtur quòd sic: *vt argum. ff. de contrahend. empt. l. qui tabernas. & de lega. ij. l. Mæuius. §. pen. & de lega. j. l. apud Iulianum. §. si Titius. & l. si tibi homo. §. fin. & l. si domus. §. fina. & de libera. lega. l. j. & l. non solum. §. j.*

SI vniuersæ.] CASVS. Debito fiscali vel priuato obligatus, prædium mihi legasti an valeat legatum, quæritur? Respond. quòd non: si bona hereditaria & debita tantum concurrāt. sed si deducto ære alieno aliquid residui fuerit, illud cedet in legatum: nec impedientur[*] libertates relictæ, salua tamen ratione legis Falcid. alioquin præstari legata pecuniaria nō debent.

f ¶ *Nihil.* *vt ff. ad Trebellia. l. j. §. si qui. & infra ad legem Falc. l. successores.*

g ¶ *Libertates.* scilicet directæ. nam fideicommissaria ex solo euentu impediretur: *vt infra qui man. non poss. l. j:* secus si debitor contendat pignora sibi legata à creditore: *vt ff. de lega. iij. l. si mulier. §. fina.*

h ¶ *Quin.* pro sed, aliàs quando, pro quia.

i ¶ *Etiam legata.* hoc ad pecuniaria referas legata. sed libertates[b] non minuuntur per Falcidiā: *vt ff. de inoffic. test. l. Papinianus. §. quarta.*

CReditor.] CASVS. Prædiū mihi obligasti. illud idem mihi legasti. an debito soluto illud recuperare possit heres, quæritur? Respōdetur quòd non.

k ¶ *Quo minus.* id est non. hoc enim necesse est fieri, scilicet debitori offerri: *vt ff. de leg. ij. l. creditorem.* ¶ Sed quid econtra si[c] creditor debitori legat pignus? valet remissio pignoris: licet debitor per hoc grauari non possit: *vt ff. de lega. iij. l. si mulier. §. fina.* Accursius.

DAtum.] CASVS. Liberto tuo legatum reliquisti. an ei adimere possis, quæritur? Respond. quòd sic: siue purè dicēdo, nolo quòd habeat legatum: siue sub conditione, si nauis venerit ex Asia. idem in ingenuis est. Viuianus.

l ¶ *Adimi.* & si[d] quidem adimatur in eodem testamento, videtur nec fuisse datum. si quidem in alio & solenni, ipso iure adimitur. si in minus solenni voluntate, ipso iure debetur. sed obstat exceptio: *vt ff. de adi. lega. l. iij. §. si.* Si[e] autem fiat ademptio per inductionem: si quidem fiat ante consummationem testamenti. ipso iure adimitur: alioquin per exceptionem: *vt ff. de lega. j. l. si ita sit adscriptum. & de his quæ in test. delen. l. j. § sed si legi. & §. sed consulto. & l. proxi.*

EX legato.] CASVS. Actionem quam habes contra debitorem tuum, mihi legasti: an cum eam ab herede tuo habeam

---

a Similis forte refertur in l. 87 de lega. 1.

a Renuncians parti hereditariæ, prælegatis renunciasse non intelligitur.

b Hereditati renuncians, an prælegata possit petere.

† Titiano.

c Tuum amplius tuū fieri non potest.

d Legari nobis res nostra an & quemadmodum possit.

e Legari nobis res nostra potest sub conditione.

f Legare nobis potest ius testator quod in re nostra habet.

a Legans monumentum vel sepulchrū ius inferendi concedere videtur.

* quando.

b Falcidia libertates nō minuuntur.

c Pignus debitori legando, creditor pignus remisisse intelligitur.

d Legatū quemadmodum adimatur.

e Ademptio duplex: vna fit expresse, idque verbis vel scriptura: altera, tacitè, per cancellationem.

adhuc cessam, intentare possim, quæritur? Respon. quòd directam non: sed vtilem meo nomine fit.

a ¶ *Vtilibus*. aliàs vtilius. ¶ Sed quid differt vtilis à directa? Quidam dicunt quòd nihil: *vt ff. de nego. gest. l. actio.* 2 Alij quòd vtilis est datiua, [b] directa natiua. 3 Tertij quòd ex contractu ex quo fit cessio, nascitur vtilis: quod non placet: quia si cedo tibi actionem furti, ex hoc contractu nascitur actio vtilis furti: quod est falsum: *vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactum.* 4 Vel dic, directa ex verbis & ex mente legis: vtilis [c] ex mente tantum: *vt in summa de actio. & ff. de nego. gest. l. actio.* ¶ Et not. [d] hic sex casus in quibus datur vtilis actio solo contractu sine cessione: *vt hic, & supra de act. & obligat. l. nominibus. & quando fis. vel pri. l. in solutum. & de heredit. vend. l. emptor. & l. postquã. & ff. de pigno. l. cùm conuenit. & infra de donationib. l. j.* Accursius.

a Actio vtilis & directa differunt. b Actio datiua dicitur, quæ nobis competit ex iure nobis cesso. vt hic, & l. 1. §. de obligat. l. 1. in verbo figura. ff. de obligationib. alia verò vtiles quod ad edicta prætoris, datiuæ: quòd ad extensionẽ iurisconsulti, natiuæ. Verũ Basius: Responsorum. § non cat omnem actionem siue directam, siue vtilem natiuã esse. hoc est nasci ex obligatione. Tu vide eum ibidem plenius. Nam & ibi fatetur datiuas quasdam dici posse. c Eadem Glos. est in lege 17. ff. de nego. gest. d Actio vtil datur in sex casibus sine cessione. adde Glo. in l. 1. de obligat.

N*On tantum.*] CASVS. Vxorem duxisti: intra duos menses decessit, & te heredem instituit, & multa legata reliquit: an ab hoc minus teneant, quòd tam paruo tempore cum ea fuisti, quæritur? Respon. quòd non.

b ¶ *Donationes*. scilicet causa mortis.

c ¶ *Angustia*. quia modicum [e] tempus est ꝙ eam accepit. *& est argu. ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. j.*

e Tempore modico in matrimonio fuisse, coniuges dicuntur qui duobus aut paucioribus vnà vixerunt.

V*Xor.*] CASVS. Vxor patrui tui in fundo tuo habebat vsumfructum, illum mihi legauit: an valeat legatum quæritur? Respon. quòd non.

d ¶ *Res tuas*. quo ad proprietatem, vel vsumfructum.

e ¶ *Non potuit*. Sed nónne [f] potuit rem alienam legare? Respon. vtique: sed cùm non sit sua, ius quod habet, tantũ [g] legare videtur: *vt ff. de contraben. empt. l. qui tabernas. & de lega. j. l. Mauius. §. penul.* At hic post mortem nullum ius remanebit, quare legatum non tenet: *vt ff. de lega. j. l. si domus. §. fina.* Sic ergo quod [h] voluit, scilicet vsumfructum, non potuit: & quod potuit, scilicet proprietatem, nõ [i] dixit. sicque neutrum valet: *vt ff. de reb. dub. l. in ambiguo.* quod est verũ, nisi postea fit nacta proprietatem: *vt ff. de lega. j. l. quod in rerum natura. §. j.*

† pars l quoniam supra de testament.

f Heredis vel l. de test. l. quoniam. hæc enim illius legis pars est. Legari an res aliena possit. g In dubio quisque sua tantùm non aliena, donare præsumitur. † An etiã subsistunt contineatur: ita multis com pronat Bellonus. 4 supp. 16. h Quod volumus, interdũ nõ possumus: quod potiamur, interdũ nolumus, aut non dicimus. i Actus agentis perit ob defectum iuris & silentiũ: id est ꝗ voties cum a tũ quẽ agit iure implere non potest: aut certè id se agere patì non eduxit.

I*N legatis.*] CASVS. Si testamentum fecisti, & aliquid mihi legasti: non refert, per præceptionem, vel sinendi modum illud mihi reliqueris: quia valet legatum. vel dic an obliquis casibus seu verbis.

f ¶ *Nihil*. Potest intelligi vt dicat non referre inter quatuor genera legatorum, quæ sunt institu. eo. §. j. Sed hoc non placet, cum Iustinian' de nouo hoc fecit: 2 Vel ꝙ nõ refert directis, aut obliquis verbis vel casibus legetur: *vt supra de testa. l. quoniam. & qui admit. ad bo. poss. l. fi.* nisi in appellatiuis erraret: *vt ff. de leg. j. l. iij.*

g ¶ *Casus*. potest esse nominatiui & accusatiui.

I*N annalibus.*] CASVS. Aliquod annuum mihi & heredi meo reliquisti: an debeatur legatum, scilicet singulis annis: an primis heredibus tantum, vel heredum heredibus, quæritur? Respon. quòd heredibus heredum: & eadem dabitur eis petitio & exactio.

h ¶ *In annalibus*. puta x. annua.

i ¶ *Voluit*. secus si hoc non dixit: *vt ff. de verborum obligationib. l. Stichum. § j.*

k ¶ *Seruari*. etiam in infinitum: *vt ff. de iur. immu. l. iij. & de verb. signif. l. heredis.* secus in vsufructu legato tibi & heredibus. nam de [a] primis intelligitur: *vt supra de vsufruct. l. antiquitas.* ne inutilis esset proprietas: *vt ff. de condi. & demonstra. l. Titio centum. § Titio. §.*

† Et quinquaginta decisionibus.

a Primi heredes tantum in dubio appellatione heredum intelliguntur, in legato vsufructus facto alicui & eius heredibus.

potest: vtilibus [a] autem suo nomine experietur. Dat. VI. Id. Decembr. CC. Coss.

Breuitas temporis quo matrimonium durauit, non impedit ab altero coniugum alteri posse legari. Salycetus & Alexander.

XIX. *Iidem AA. & CC. Niconi.*

NOn tantùm duorum mensium, sed & minoris temporis maritus vxoris testamento scriptus succedit: nec legata vel fideicõmissa seu donationes [b] temporis huius angustia [c] capi prohibet. Dat. V. Id. Decemb. Nicomediæ. CC. Coss.

Si quis legat rem in qua vsumfructum habet: illud ius tantũ quod habet, legasse videtur, licet morte finitum sit. h. d. secundum glo. Alex.

XX. *Iidem AA. Eutychiano.*

VXor patrui tui si testata decesserit: res tuas [d], tantum vsumfructum earum habens, legare non potuit [e]. Dat. VII. Kal. Ianua. CC. Coss.

Verborum solennitas non curatur etiam in legatis. Salyc. Vel sic: Non refert per qua verba loquatur testator, dummodo eius intentio comprehendatur. Alexand.

XXI. *Imppp.* CONSTANTINVS, CONSTANTIVS & CONSTANS. AAA. *ad populum.*

IN legatis † vel fideicommissis necessaria non sit verborũ obseruantia: ita vt nihil [f] prorsus intersit, quis talem voluntatẽ verborũ casus [g] exceperit, aut quis loquendi vsus effuderit. Dat. Kal. Febr.* Constantio. II. & Constante Coss.

Appellatione heredis veniunt heredes in infinitum. † Alex. concor. Bal. & Salyc.

XXII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.*

IN annalibus [h] legatis vel fideicommissis, quæ testator non solum certæ personæ, sed & eius heredibus præstari voluit [i], eorum exactionem omnibus heredibus & eorum heredum heredibus seruari [k], pro voluntate testatoris præcipimus. Dat. III. Id. Decembr. Cõstantinopo. DN. Iustinia. AA. PP. II. Coss.

Si vni legatur totum, alteri postea pars eiusdem totius: censetur illa pars de toto adempta. h. d. vsque ad §. sed & aliam. Alexander.

XXIII. *Idem A. Iuliano. PP.*

CVm quæstio † talis de significatione verborũ animos veterũ mouit, si quis cuidã agrũ Cornelianũ puta, vel aliũ quempiã in solidũ legauerit, deinde alij partẽ [l] eius dimidiam: quantã portionẽ primus, quantã secũdus legatarius cõsequat̃: simili dubitatione & in hereditate, & in fideicõmissis habita: cúmque cõputationes multæ introducebant̃, & mulris ratiocinationib' dignæ: nos huiusmodi cõputationes quasi superfluas & cõtrarios volũtati testatoris, omnes esse sopiẽdas censemus. Cũ enim manifestũ est cũ qui ab initio duodecim vncias [m] rei cuidã reliquit, alij autẽ postea sex, recessisse quidẽ a priore voluntate, voluisse autẽ minui eam sex vnciis, cũ alij eas obtulit: & præsens casus exitũ apertissimũ inueniet. Si quis itaque vel agrũ vel hereditatẽ reliquerit, primo quidẽ in totum, secũdo autẽ in partẽ dimidiã: vtrunq; in sex vncias esse vel dominũ rei legatæ, vel heredẽ. Et si tota re primo relicta, tertiã partẽ secundo reliquerit: secundũ prædictũ modũ octo quidem vncias vel agri vel hereditatis apud primũ remanere, tertiã autẽ partem, vel quatuor vncias ad secundũ migrare [o]. Et sic in omnib' statuẽdũ est, id est in hereditatibus, vel legatis, vel fideicommissis. vestigia enim voluntatis testatoris non aliter nisi per huiusmodi viam æstimanda sunt.

Plures nominationes de eodem vniformiter facta, non faciunt ipsum ad maiorem portionem

C*Vm quæstio.*] CASVS. Testamentum fecisti, fundum Cornelianum mihi legasti, deinde Titio eius medietatem: qualiter facienda esset distributio, apud antiquos dubitabatur. Dicit imperator quòd ego in mediam, Titius in alteram vocabitur. Idem est si ego in totam hereditatem, & ex causa legati Titius percipere debuit medietatem: quia ego in sex vncias vocabor, ille in sex. Si autem testator mihi fundum reliquit, vel aliam rem legauit, & postea iterato mihi eundem fundum legauit, vel aliam rem mihi prius legatam, & sic tertio eundem fundum Titio reliquit, semel facta eius mentione: qualiter facienda esset distributio, quærebatur? Respõdetur, siue coniunctim, siue separatim esset legatus fundus: ego in dimidia vocabor, & Titius in alia: nisi testator partes specialiter expresserit: quo casu seruabitur eius voluntas.

l ¶ *Partem*. quod potest facere, & etiam totam, si vult: *vt supra eodem l. datum.*

m ¶ *Duodecim vncias*. id est totam rem.

n ¶ *Sex*. id est dimidiam.

o ¶ *Migrare*. Imò [b] videtur res transire ad dupondium in nostro casu: *vt ff. ad Trebell. l. Marcellus. in princip. & l. qui quadringenta. & de hered. institut. l. interdum. §. sed si excessit. & l. si ita scriptum. §. quidam. & de liberis & posthu. l. si ita. in princip.* Ad hoc dico, quòd hic corrigit. 2 Vel verius distingue, vtrum certum sit testatorem excedere assem voluisse: an noluisse: an dubitatur. Primo casu loquitur. d. l. interdum. noluit enim ad dupondium transire, & ex eo diuidi hereditatem suam, quod potuit: *vt institut. de hered.*

b Asse toto distributo, an sit necesse ad dupondium transire.

hered.instit.§.hereditas. Secundo, scilicet si noluit expressè excedere assem, locum habet quod hic dicitur: vt tantum videatur minuisse primo, quantum contulit secundo, si secundo contulit minus asse: *vt ff. de leg. j. l. si pluribus.* si vero contulit primo minus asse, & secundo assem: tanto plus habet secundus tacite, quantum apparet amplius ei datum: *vt dictis ll. ad Trebell.* nam in eis plus secundo dederat: & eadem distributio fiet in vacante portione: *vt institut. de hered. instit. §. videamus. & d. l. Marcellus. ad Trebell.* nam in eis plus secundo dederat. Et est ratio huiusmodi diuersitatis, quia vbi legat mihi xij. tibi vj. intelligitur tibi legasse vj. de duodecim & ita minuisse primum legatum: & non videatur diuisisse rē in xviij. vncias. at vbi mihi primo legat sex, postea tibi duodecim: nō potest dici quod legauit tibi duodecim de vj. quia est impossibile vt plus videatur ademisse primo, quàm dedisse. Ex his duobus vltimis casibus, quando expressè, & quādo tacitè voluit excedere: vt ibi primo casu, &c. & ibi, si verò, & cætera, patet defunctū voluisse excedere assem quantum ad numerum vnciarum: quia duodecim & sex non inueniūtur sub asse. sed non quo ad quantitatem. vbi autem noluit excedere assem, & mihi plures quàm tibi reliquit vel legauit vncias, tamen plus habeo, quandoque, vel ex voluntate expressa, vel ex præsumpta: vt d. l. de lib. & posthum. l. si ita. Tertio casu, scilicet cum dubitatur, voluit vel non excedere assem, præsumo quòd noluerit excedere per l. istam, *& argu. ff. de hered. instit. tut. l. qui non militabat. § fina.* Azo. Itē & vbi constitit noluisse excedere velle assem, si primo assem, secundo assem dedit per legatum: vocatur vterque in medietatem. nisi constet testatorem voluisse primo adimere: & tunc secundus haberet totū. vel nisi vtrumque eorum voluit testator solidum legatum accipere: quia tunc vnus haberet rem, alius precium: *vt ff. de lega. j. l. si pluribus.* Item quid si primo assem, secundo semissem, tertio sextantem reliquit: nunquid hic tertius deminuet de asse, vel de semisse, an de vtroque? Tu dic quòd de vtroque deminuit proportionabiliter: *vt ff. de leg. j. l. si quis testamento. §. j.* quod probabilius est.

vocari. *Alexander.*

Sed & aliam disceptationem iuris antiqui non absimilē[a] cōstitutā decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim, si quis agrum Cornelianum, vel forte aliū, vel quandā rē cuidam legauerit, & postea iterū vel, sæpius ei eādem rem per legatū vel fideicōmissum dederit, pòst talia[*] autē verba testamenti Sempronio eundē agrum vel aliam rem vt sæpius quidem fuisset Titij mentio, semel autē Sempronij: quid statuendum est? & quid iuris sit, si coniunctim[b], aut separatim eis relinquatur, siue in legato hoc cōsistat, siue in hereditate? Huiusmodi igitur decidentes antiquā controuersiā, sancimus, cuicunq; sit hereditas, vel ager in memoratis casibus, siue cōiunctim, siue soli[c], siue sæpius[d] eidē relictus[e]: æqua lāce & hereditatem, & agrum, & aliam quancunque rem diuidi, & ad dimidiam partē vnumquemq; vocari[f]: nisi specialiter expresserit & dixerit testator, tantas quidem partes velle vnum, tātas[g] autem alterum habere. In omnibus etenim testatoris voluntatem, quæ legitima est, dominari censemus. Dat. XV. Kalend. Decembr. Lampadio & Oreste VV.CC.Coss.

A substituto exheredati non potest legari, vel fideicommitti, etiam si exheredato pater aliquid legauerit. Salycetus. Vel sic: A substituto impuberis exheredati, non potest legatum vel fideicommissum relinqui: etiam si impuberi aliquid relictum sit. Alexan.

XXIIII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

CVm quidam suū filiumfamilias impuberem exheredatum fecit, aliis heredibus scriptis, eidem autem pupillo alium substitutum reliquit[h], maximam scilicet ostēdens ad filium suum adfectionem[i], cui nihil quidem emolumenti reliquit, sed post exheredationis iniuriam etiā substitutionem ei[k] addidit, & à substituto[l] legatum[m] reliquit: quærebatur si huiusmodi legatum vel fideicommissum posset valere. Sed & si legatum eidem exheredato filio pater reliquerit, & substituerit ei exheredato facto aliquem extraneum: iterum certabatur, si saltem per eundem modum fideicōmissum posset relinquere. Cum igitur antiquitas quidem hoc diuersè tractare maluerit, nobis autem huiusmodi iurgia superuacua esse videantur: sancimus nullo legatò, nullo fideicommisso huiusmodi substitutum, qui exheredato pupillo datus est, prægrauari: nec si ipsam rem quam pupillo legauit, à substituto eius vel legare vel fideicommittere voluit[n]. Dat. II. Kalend. Maij, Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV.CC.

Legatarius celans testamentum, priuatur legato, & remanet heredi scripto. Vel sic: Illud quod aufertur ab indigno propter casum cōcernentem fauorem certæ personæ, debetur illi & non fisco. Salycet. Vel sic: Legatarius qui surripit testamentum, cadit à legato tanquam indignus. Et quando indignitas alicuius respicit fauorem certæ personæ: illud quod sibi aufertur, applicatur illi personæ. Alexander.

XXV. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

SI legatarius [vel fideicōmissarius] celauerit testamētū, & postea hoc in lucēemerserit: an posset legatū sibi relictum is

a ¶*Non absimilem.* imò similem.
b ¶*Coniunctim.* s. aliis legatis non interpositis. sed coniunctim dixit, vel bis, vel ter, nullo alio legato interposito.
c ¶*Siue soli.* id est separatim.
d ¶*Sæpius* i. quater vel pluries.
e ¶*Relictus.* siue cuilibet semel.
f ¶ *Vocari. vt ff. de leg. j. l. plane. j. §. j. & de lega. ij. l. Maximo. §. cum*

f Prohibito alienare alienãte, sequentes admittuntur: sequẽte verò etiam alienãte, alij sequẽtes admittuntur, nō præcedens qui alienauit & cet.

g Vltimo prohibito alienãte alienante, nemo præcedentium admittitur.

Rogatus restituere post mortem, potest restituere prius retenta vel omissa quarta. Salyc. Vel sic: Rogatus de hereditate restituenda post eius mortem, potest illam ante mortem restituere. Salyc.

xii. *Imp. PHILIPPVS A. & Philippus C. Rufino.*[*]

f ¶ *Alienatione.* quia remittentibus[h] actionẽ nō est regressus, &c. *ff. de ædi. edict. l. quæritur.* §. *si venditor nominatim.*

g ¶ *Petitionem.* per rei vindicationẽ contra emptorem.

h ¶ *Consenserint.* dic vt *ff. de pac. l. pactum. & s. de pac. l. cum proponas. j.*

i ¶ *Conuelli.* id est annihilari.

k ¶ *Nequaquam.* vt *ff. de leg. j. l. nihil.* §. *j. & de leg. ij. l. codicillis.* §. *insulam. & arg. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solu. l. Lucius Titius. in princ. & facit supra eod. l. voluntatem.*

h Remittenti actionẽ, ad eã iterũ remitti regressus non datur.

POst mortem.] CASVS. Testamentum fecisti, heredem me instituisti, & de hereditate Titio restituenda post mortem meam rogasti: an antequam vitæ munus impleam, restituere possim, quæritur? Resp. quòd sic, quarta mihi retenta vel omissa.

l ¶ *Post mortem suam.* scilicet heredis: & sic est conditionalis[a], vt interim decedens fideicommissarius non transmittat: vt *ff. quando dile. se. l. si cum heres.*

m ¶ *Restituere.* vt *ff. quæ in frau. cre. l. patrem. & arg. ff. de solu. l. sub conditione. & ff. loca. l. sed addes.* §. *si quis cum in annum.* ¶ Sed videtur[b] ante tempus non debere restitui: vt *ff. de leg. ij. l. cum pater.* §. *hereditatem. & §. de filia.* Sol. non soluit prius, scilicet necessario, vt ibi: sponte sic: vt hic. a Vel ibi non certæ personæ, sed cuicũc volet ex liberis. vnde poterit tũc vel alium eligere, hic autem certæ personæ. ¶ Item ad idem cōtra. *ff. ad Treb. l. sed & si ante.* Sol. si purè scriptus, sub conditione casuali rogatur, nulla est restitutio ante euẽtum casualis cōditionis. si autẽ omnino est extitura, vt hic erat: pro habetur ac si esset purè rogatus: vt *ff. de noua. l. si pupillus.* §. *qui sub conditione.* Si autem sub cōditione est institutus, nulla est restitutio ante conditionem: vt *di. l. sed & si ante. & l. penult. & ff. de leg. ij. l. vxorem.* §. *Seia.* In fideicommisso autem speciali post diem restituendo, distinguitur, in cuius fauorem sit facta dilatio: vt altero casu possit fieri restitutio, altero non: vt *ff. de leg. ij. l. si ita relictum.* §. *Pegasus. & de annuu. leg. l. cum. & de vsufru. l. in fideicommiss.* §. *cum Pollidius.* Accur.

a Legatum relictum sub mortis vel eius morte heredis, cēsetur conditionale, vt hic.

b P. dei. omissum relictum ad diẽ incertã, verò possit ante diem restitui.

POst mortem suam[l] rogatã restituere hereditatem, defuncti iudicio, & antequã fati munus impleat, posse satisfacere, id est, restituere[m] hereditatem, quarta parte vel retenta, vel omissa, si voluerit, explorati iuris est. PP. Idib. Octo. Peregrino & Æmiliano Cōss.

Institutus non præstat legata à substituto relicta. Bald. Vel sic: Relicta à substituto, non debentur ab instituto adeunte. h. d. Salyc.

xiii. *Idem A. & C. Sempronio.*

QVotiens principali loco heres institutus testatori succedit: legata seu fideicommissa à substituto data posci[n] iure non possunt[o]. PP. viij. Kalend. Mart. Præsente & Albino Conss.

Habet hæc lex lecturas duas in gloss. Prima fuit antiquorum, secundùm quam hoc intendit: Vbi institutio est nulla ab initio, vel hereditas non adita: relicta ab instituto, debentur à venientibus ab intestato si sint expressè repetita, non aliàs. hoc dicit, & hanc lect. ponit gloss. prima: sed gloss. tertia reprobat istam lect. quia textus iste nihil dicit de repetitione ab intestato: imò probat contrarium. Secunda lectura fuit Azo. dicentis quòd hic nulla facta fuit repetitio ab intestato. Vel sic: Vbi institutio per errorem testantis est nulla, legata & fideicommissa intelliguntur repetita à venientibus ab intestato, secundùm Azo. hæc lectura est communis & vera secundũ Salyc. Bald. Bart. Paul. de Cast. & fermè omnes alios doctores.

QVotiens.] CASVS. Heredem me instituisti, & mihi Titiũ substituisti, & ab eo legata reliquisti. adiit hereditatẽ, euanuit substitutio. an legata substitutionis præstari debeant, quæritur? Resp. quòd non.

n ¶ *Posci.* id est, peti.

o ¶ *Non possunt.* vt *ff. si quis omiss. cau. test. l. si eadem.* ¶ Et argu. s. *de impu. & aliis substitu. l. post aditam.* Sed econtra ab instituto relicta, tacitè intelliguntur à substituto repetita: vt *ff. de leg. j. l. dicet. & de lega. ij. l. cum pater.* §. *ab instituto.*

EAm quam[c].] CASVS istius l. figuratur in glo. sed dic aliter secundũ Vi. sic: Quandam in filiam adoptasti, eam in testamento heredem instituisti, de hereditate restituenda Titio & Seio eam rogasti: & si heres nō esset, eũ qui esset futurus heres tibi ab intestato, de ea prædictis fideicōmissariis restituẽda rogasti. si tenuit adoptio, & per consequẽs institutio: & si hereditatẽ adiit ipsa, si superstes est, vel heres eius si decessit, tenetur ad fideico. præstationẽ. si non adiit, vel quia noluit, vel quia non potuit quia non tenuit adoptio: tenẽtur ad legatũ ab intestato successores. & hoc in prima. Sed videtur in hoc casu cum non adierit, quia non potuit, quia adoptio non tenuit, & per consequens institutio, quod acceptũ de hereditate restituẽda nō tenuit: per istam regulã quæ dicitur, si non aditur hereditas, quia non tenuit institutio, cætera quæ relinquũtur, inualida sunt: vt est præceptũ de hereditate restituenda. ad quod respondet imperator, quod tunc locum habet regula, cum ex testamento potest adiri hereditas: non cum sic est relicta, vt si in aliquo casu nō adeat, peti possit à succes. ab intest. & hoc in secunda. In tertia dicit in specie, quod in prima dicit in genere, scilicet quòd non adiit, quia non tenuit adoptio: vt quia

c Vide nouã intellectũ huius legis apud Alciatum 1. dispunct. 9.

erat aliena liberta:& per consequens nec institutio:succedentes ab intestato tenebuntur.Si autem erat legitima adoptio,& institutio,heredes eius tenebuntur.& hoc in tertia. Viuia.

a ¶ *Etiam quam.* aliàs est ea,& aliàs,eam. Et dic casum*: Frater tuus filiam nondum duodennem adoptauit: & eandem instituit heredem : & de fideicommisso totius hereditatis Titio & Seio restituendo, rogauit tam ipsam quàm quemcunque futurum heredem etiam ab intestato. secus ergo si hoc verbũ esset omissum , etiã ab intestato: quia tantum ex testamento heredes viderentur rogati. arg. *ff. de vulg. substit. l.qui liberis.§.hæc verba.* si ergo tenuit adoptio,& institutio:& per consequẽs ipsa & eius heredes tenentur ad fideicommissum.& hoc, si quæsiuit hereditatẽ. si autem non quæsiuit , vel quia noluit, vel quia nõ tenuit adoptio : tenentur legitimi successores defuncti & secundùm hoc habes infra , vel ab ipsius heredibus,vel ab his, &c. sic duo vel alij habent vnum vel , scilicet sic,vel ab ipsius heredibus bona intestati tenentibus.& tunc dices quòd non tenuit adoptio nec institutio.& quòd dicit,quæsita, id est adita, scilicet de facto.quæri enim nõ potuit. & ponitur vel,pro saltem,q.d. hoc remediũ tibi deficere nõ potest. Alij habent,eam:& tunc dic,nihil prohibet fideicõmissum peti eam. id est ab ea quam frater tuus instituit. sic j *ad l. Falc. l. successores.* Vel dic quòd est figura antiptosis[b].& ponitur p ea:sicut ibi, vrbem[c] quam statuo,&c. Et ibi,sermonem quem audistis,&c. Et hoc scilicet quòd ab ipsa petatur,prout habes eam.& propriè accipis vbi adiuit ipsa:& tenuit adoptio & institutio. Et quod infra dicit.vel ab ipsius heredib.&c. si habeas vnũ vel, refertur ad alium casum vbi non tenuit institutio. & ad hoc refertur.j. in fi. quod rescripsimus,&c. Vel si habeas duo vel alterũ membrũ refertur ad casum vbi tenuit substitutio, & alterum vbi nõ tenuit.

a Hic intellectus Gl.reprobatur:quia cũ iste casus per multas. ll. sit decisus:nõ est præsumendũ quòd imperator respondisset de casu per tot leges decisio secundũ Bartol. Bald. Pan. Aug. Sal. Ias.& Cor.

† Græcismus pro ea quam: vt quidã volũt:sed potest sine hac figura intelligi Cont.

* al.precatiuis.

† in vet.manusc. peti.

b Antiptosis.

c Hæ figuræ corrumpunt regulã secundũ Bal.hi:.

XIIII. *Impp.* VALENTIN. & GALLIENVS AA. *Falconi.*

EAm † quam[a] frater tuus instituerat, siue quæsita siue non quæsita hereditate decesserit : cum tamen[b] simpliciter[c] antequam duodecimum ætatis annum[d] impleuisset,verbis precariis* testamento facto nonnullos ei voluerit substitutos : nihil prohibet fideicommissum petere † vel, ab ipsius heredibus , vel ab his qui bona intestati tenent. Tunc enim locum habet quod regulariter traditur[e],ea quę in testamento relinquuntur , si ex testamento non adeatur hereditas[f],non valere: cum verbis relicta[g] directis[h] adiri potuit hereditas , nõ cum illa ipsa sic data est[i], vt esset ab intestato successoribus[k] postulanda[l]. Quod rescripsimus[m] sequentes adseuerationem tuam[n] , quasi scripta heres non fuerit iure adoptata[o]. alioquin si in familia[p] relicta[q] heres facta decesserit: & consequenter ipsius heredes petitione fideicõmissi respondere coguntur[r]. PP. xiiij. Kalend. Septembr. Valeriano, iij. & Gallieno. ij. AA. Conss.

b ¶ *Cum tamen.* non quæsita dico,cum tamen,&c.

c ¶ *Simpliciter.* hoc scilicet modo. Ipsa & quicunque heres mihi fuerit etiam ab intestato, restituat hereditatem Titio & Seio : vt infra ibi,vt esset etiam ab intestato,&c.Alij(vt Azo.)dicunt simpliciter, id est filiam rogauit, & nullum ab intestato venientem. & hoc innuit illud verbum substitutos.quod non placet.

d ¶ *Duodecimum annum.* i.non habeat xij.annos: purè tamen rogauit. Vel dic si vis eam rogatam restituere.si decedat intra xij.an.

e ¶ *Traditur.* hoc quod subiicit,ea,&c. vt & j.eo.l.ex testamento. & *ff.de his quæ in testa. de.l.proxime.* & *de leg. ij.l.j.§.j.* & *de reg.iur.l.si nemo.* opponit ergo sibi,& soluit:quia fuit hęc sic relicta vt ab intestato præstaretur:Vel quia repetiit, quod potuit : vt *ff.de inof.test.l. Titia.* Vel quia non potuit adire : quia non fuit legitimè adoptata. ¶Fallit[d] ergo hæc regula hic,cum repetiit ab intestato[e].Item secundo cum dicit,vt etiam iure[f] cuiuslibet vltimæ voluntatis valeat testamentũ: vt j.*de codi.l.j.* & *ij.* & *l.fin.§.j.* & *ff.de leg.ij. l.codicillis.§.si.* Tertio quando in fraudem omittit ex testamento, & accipit ab intestato : vt s.*si quis omis.cau. testam.l.ij.* *ff.si quis omis.cau.te. l.j.in prin.* Quarta quãdo ex causa prǫteritionis vel exheredationis est irritũ testamẽtũ: vt s.*de lib.præ.auth.ex causa.* Quinto,in quibusdã personis petita contra tabulas bonorum possessione : vt *ff. de leg. præst.l.j.in prin.* & *l.ij.* Sexto. *ff.de leg.ij.cum pater.§.filius.* vbi apud omnes heredes porrexit preces per iuramentum. Septimo , si cancellauit tantum institutiones : vt *ff. de his quæ in testa. de l.proxime. in fin.ibi,causa præsens,&c.* Octauo. *ff.de hered.institut.l.fin.* vbi relicta in vltimo testamento valent,licèt ipsum non valeat, quia fuit factum falso rumore perlato.Nono,fauore libertatis : vt *ff.de fidei com.l. Antoninus.* & propter eandem causam , *instit. de eo cui lib.cau. bo.§.j.* Decimo,propter pietatem & adfectionem : vt *ff.de fideicom. lib.l.in testamento.* Vndecimo,quando hereditas indigni applicatur fisco: vt *ff.ad Sila.l. cum fisco.* & *de iu.fis.l.non intelligitur. §.cum ex causa.* & *l.dicitur.* Est & duodecimus. *ff.si quis ali. testa.probibi. l.j.§.sed si legatum.* Est & decimus tertius,quando institutus non potuit adire propter errorem testantis[g]:vt *hic*, quia non fuit legitimè adoptatus:vt hic.

f ¶ *Hereditas.* & sponte ipsam adire heres omitteret:vt *hic,* & *ff. si quis omis.cau.testam.l.ij. §.fina.* secus si non potuit, vel delicto heredis,vel quia testator errauit,credens filium,qui non erat, quia tunc valent si non sint repetita:vt *vt hic,* & *ff.de iur. fisc.l.dicitur.* & *l. aufertur.* Item secus vbi sunt repetita ab intestato: vt hic fuit. vbi autem non adit propter defectum solennitatis , non valet : vt j. *eo.l.si veritas.* & *ff.de vulg.substitu.l.coheredi.§.cum filie.*

d Hereditate etiã non adita quibus casib. relicta in testamento valeant.

e Scilicet expresse vel tacitè : quod sit implicitè, vt hic per Ias.

f Adde Gl.in Authent. final. i.de liberis præteritis in verbo cætera. Guid. Pape decis. 187.

g Iste casus est idem cum primo & secundo. Bar & Ias.

g ¶ *Relicta.* sine repetitione ab intestato.

h ¶ *Directis.* scilicet in institutũ, & ei substitutum,at hic nõ valuit adoptio.nec institutio: & hunc casum tantum prosequitur quando nõ tenuit, & ideo à legitimis est petẽda: maxime si hoc præcepit testator: vt *supra in princip.dixi.*

i ¶ *Data est.* scilicet inutiliter propter personam heredis : vel quia sunt repetita.

k ¶ *Successorib.* s.vt legitimi ad eam restituendã teneantur.& sic postulãda legitur passiuè.

l ¶ *Postulanda.* quod est in duobus casibus, scilicet cum sint repetita ab intesta. Item quando non potuit adire propter errorem testantis qui credit legitimè adoptatam.

m ¶ *Rescripsimus.* s.quod dictũ est.s.quando non quæsita hereditate decessit,quia non potuit,vt petatur à veniẽtibus ab intestato.

n ¶ *Adseuerationem tuam.* loquitur fratri testatoris.

o ¶ *Adoptata.* vt quia erat liberta aliena: vt *ff.de adop.l.si pater.§. fin.* vel apud non competentem iudicem : vt s. *de hered. instit. l.nec apud.* vel à fœmina : vt *infra de præscript. long. temp.l.si ut.* ADDITIO. Et si errauit testator coniunctione personæ : vtputa quia filiam putauit quæ non erat. Et siue erret in coniunctione naturali, siue ciuili : non valet institutio : vt *l.si pater.* & *l.nec apud.* s. *de here. instit.* vnde in præsenti. l. non potuit adiri hereditas ex testamento propter errorem defuncti in coniunctione personæ. Secus si alio casu non fuerit adita hereditas: quia tunc non deberentur legata fideicommissa à venientibus ab intestato : vt *l.si veritas.* & *l. ex testamento infra eod.* Bart.

p ¶ *In familia.* i. in agnatitia cognatione facta per adoptionem: quia tenuit adoptio,& institutio.

q ¶ *Relicta.* loquitur hæc lex secundũ sua tempora,scilicet quando adoptatus transierat in potestatem adoptantis.

r ¶ *Cogantur.* hoc indubitabiliter si ipsa adiit : vt *ff.ad Trebel. l.si eius.§.si quis rogatus.* ¶ Sed ipsa non adierat : an heredes heredis cogantur adire,& restituere? arg. quòd sic,j. *Trebell.l.penult.§.fin.* vbi dicit nullo successore,à contrario sensu ibi sumpto.¶ Sed contra arg.quòd non. *ff.ad Trebell. l.ille à quo. §.si de testamento.in fi.§.* Sed potest distingui, transmiserit ius deliberandi ad heredẽ rogatus, vel non:vt j. *de iur.delib. l.cum antiquioribus.* vt primo casu intra id tempus cogatur heres rogari: vt *d.l.penul.* j. *ad Treb.* secundo non: vt[a] *ff.ad Treb.l.ille.§.si de testamento.* ¶ Sed dices,imò & tunc quando non transmisit,videtur cogi: quia si institutus & rogatus millesies renunciet, tamen potest cogi : vt *ff.ad Trebel. l.nam quod.§.j.* Sed respon.illud est. quia suo facto præcludit sibi viam:at hic heres nihil fecit.Item quæritur secundũ Io.si institutus, & rogatus de restituenda , sit non capax : an cogatur adire , & restituere. si enim partem capere potest, certum est : vt *ff. ad Trebell. l. cogi.§.hi qui solidum.* Sed quid si nihil? videtur idem vt possit cogi: per eundẽ.§ *hi qui.* ait enim, cum nihil,&c. Item quia sic est in singularib.relictis:vt accipiat nõ capax ex toto vel ex parte,& alij restituat cui est rogatus:vt *ff.si quis ali.testa.probi.l.j.§.sed si legatũ.* & *de excu.tu.l.legatarius.* & *de leg.ij.l.cum ei.* Tertio videtur expressum:vt *ff.ad Trebell.Marcellus.§.fin.* Econtra videtur non cogi, sicut qui capax non est : quia sibi adscripsit : vt *ff.ad leg. Corne.de fal. l.filius.§.si.* & *de his quæ pro non script.l.si.* Item quia sub conditione institutus, impeditus adire, non debet cogi propter cõditionem quæ nondum venit: vt *ff.ad Trebel.l.sed si alio.§.fin.* & *l.seq.* sic & hic vbi impeditur propter conditionem suæ personæ. Item expressum videtur quòd lex pro non scripta huiusmodi habeat voluntatem : vt s. *de here. instit.l.j.* & *ff.de his quæ pro non script. l.si in metallum.* Sol. dico[b] non cogi prædictis rationibus. nec obstat dictus. §.*hi qui.* quia ibi capax ex parte institutus , totum capit , & totum restituit, ne partem accipiendo , inueniatur testator pro parte intestatus decessisse. & pro parte testatus. Item nec quod de legatis singularibus dixit : quia valeant vel non, tamen

a Nisi heres esset iussus adire. Bar. Bal. P. & Ias.

b Dic melius quòd si heres à principio est capax, sed postea efficitur indignus cogetur adire,& restituere : vt l.Marcellus hic alleg. Si verò à principio est incapax , non cogitur adire, nec restituere:nisi in tribus casibus, quos vide per Iason hic.

men testamentum valet, sicque ex valido testamento accipit non capax, vt det capaci, at vbi institutio non tenet, quæ est caput testamenti: non debet quis accipere: vt arg. instit. de legatis. §. ante. Item nec dicta. l. Marcellus. §. fina. quia ibi ab initio fuit capax, sed ex delicto sequenti amittit: cum adut ante quæstionem de familia habitam. Alij distinguunt, aut fideicommissum generale vel speciale nihilominus valet, licet non capax non adeat: & tūc adire non cogitur: vt ff. si quis ali. test. prohib. l. ij. in fin. & ff. de bo. quæ pro non script. l. fina. an deficiat, quia non est aliquis de tredecim casibus supra exceptis, & tunc cogitur adire vel accipere vt alij det. nec enim lex eū accipere, sed capere prohibet: vt supra de hered. institut. l. j. non autem capit, quia alij restituit: vt ff. de ver bo. signif. l. aliud. Item videt hæc filia legitimè instituta: licèt crediderit testator legitimè adoptatam, quamuis nō esset: vt argumen. contra supra de hered. institut. l. cum proponas[a]. & ff. de Car. edict. l. j. in fin. Sed in aliis loquuntur. Imò & si non sit legitimè instituta: tamen ipsa videtur cogi debere adire, & restituere: vt ff. ad Trebellia. l. cogi. §. hi qui. & l. Marcellus. §. fi. & ff. si quis ali. test. probi. l. ij. §. j. Respond. nolebat hic fideicommissarius vti beneficio Trebelliani: bene enim poterat eā cogere adire, & restituere secundùm quosdam. Vel hic nulla fuit ab initio institutio: vt s. de heredi. institutio. l. si pater. Sed in dictis. ll. erat aliqua. hæc vera. vt s. dixi; Vel verius[b] licèt poterat cogi, tamē & ab intestato venientes possunt cogi: cum hoc testator expressè dixit: quæ est eadem cum prima.

† Ista lex est preg. secun. om. Bal. d. & Ias.

* commodi.

a Dic quòd hic fuit erratū in cognatione filij, ex qua inducitur causa finalis institutionis, ideo vitiatur institutio. Ibi verò fuit erratum in qualitate institutæ: ideo non vitiatur institutio. Ang. Salyc. & Ias. & Cor.

b Imò falsitas secundū scriben.

Qui vult antecedens, vult consequens quod sequitur ad illud: non solum ex ordine, sed ex sensu disponentis. Bald. Vel sic: Pater rogatus de emācipando filiū heredem a rogante institutum, videtur rogatus de restituendo hereditatem. Salyc.

XV. *Idem AA. Philostrato.*

QVamuis † simpliciter[a] te ac fratrē tuum aliquis instituerit, heredes, eiúsq. hereditatis cōmodū pater ex tua fratrisq. persona proportionib. vestris potestatis ratione quæsierit[b]: tamē quia inferiorib. verbis testamēti vos sui iuris facere testator curauit[c], intelligi potest restituēdæ hereditatis cōmodo* fideicommisso patrem obstrictum esse. PP. VI. Id. Octobr. Romæ, Maximo II. & Glabrione Coss.

Ex fideicōmisso vniuersali debētur prælegata etiam postea facta, si verba fideicommissi sint apta cōprehendere illa nisi aliud appareat de voluntate testatoris. Salyc.

XVI. *Impp.* CARVS, CARINVS & NVMERIA. AAA. *Isidoræ.*

CVm virū prudētissimū Papinianū respōdisse non ignorem[9], etiā legata[d] huiusmodi fideicōmisso cōtineri, id est, vbi heres rogat* fuerit quicq̄d ex hereditate ad eū peruenerit, post mortē restituere: animaduertimus* etiam præceptionis[c] compendium testatoris verbis comprehensum esse[f]. Sanè quoniā in fideicommissis voluntas magis[g] q̄ verba plerunq.[h] intuenda est †: si quas p rei veritate præterea probationes habes[i] ad commendandā hanc patris volūtatē, quā fuisse adseueras, apud prēsidē prouinciæ experiri non vetaris. PP. Prid. Id. Nouēb. Caro & Carino. AA. Coss.

Dispositio liberationis de futuro, inducit exceptionem de præsenti. Bald. Vel sic: Ex liberatione legata à creditore debitori, ei datur actio & exceptio. Salyc.

XVII. *Impp.* DIOCLE. & MAXIMIA. AA. *Fortunato.*

SI creditoris volūtas iure subnixa[k] liberari te debito volētis doceri potest: etiā antequā solēniter[l] tibi liberatio à successore præstetur, exceptionē tibi ex voluntate[m] defuncti † descedentem competere, manifestum est. PP. XII. Kalend. Maij, Maximo II. & Aquilino Conss.

Tutor liberandus non tenetur reddere rationē. Bal. Vel sic: Necessitas reddendæ rationis potest in testamento remitti. Salyc.

XVIII. *Iidem. AA. Aplausto.**

* animaduertis.

† tunc.

† al. deest defuncti. in omnibus manus.

* Aplausto.

QVamuis.] CASVS. Me & fratrē meum heredes Titius instituit in patris potestate constitutos. In alio capitulo testator rogauit patrē nostrū vt nos emācipare: licèt patri nostro per nos sit acquisita hereditas, tamen cōpellendus est vt nobis per fideicom. restituat. Viuia.

a ¶ *Simpliciter*. i. non expressè, cuius contemplatione vestra vel patris vos instituat. Vel dic, id est non sub conditione emancipationis: quod facere potuisset: vt s. de inoff. testa. l. filius.

b. ¶ *Quæsierit*. olim in totum, hodie quo ad vsumfructum: vt j. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & l. si. §. j.

c ¶ *Curauit*. rogando patrem vt emanciparet. ¶ An autē emancipare teneatur ex hoc rogamine, non aperit hic. vnde dicunt quidam quòd non: vt ff. de legat. j. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem. & ad Trebellian. l. vbi in princ. sed si dissiper pater etiam existente in potestate, restituat officio iudicis: vt ff. ad Trebellian. l. Imperator. Tu dic cogi[a]: vt ff. de condi. & demonstra. l. si cui legatum. in primo & secundo respon. & ex hoc tacitè videtur rogari pater de restituendo filiis hereditatem: vt hic subiicit. & d. l. si cui. §. cui res. & l. mater. nam ob quam aliam causam de emancipatione rogasset: sicut & qui legat iter ad fontem, intelligitur legare & haustum: vt ff. de ser. rust. præ. l. item si. §. fin. & facit ff. de leg. j. l. cum filio.

a Hoc verò, quando pater aliud erat in testamēto relictum, quod erat penes eum remansurum. aliàs non, secundum Saly. Fulg. Pau. Cor. & Ias.

CVm virum.] CASVS. Testamentum fecisti: filios tuos heredes instituisti: vni ante partem prædium prælegasti: eos de restituendo quicquid ad eos de hereditate perueniret, rogasti: an prælegatum prædium generali fideicommisso continetur, quæritur. Respond. quòd sic: si tamen heres velit probare hanc fuisse defuncti voluntatem, vt exciperentur à generali fideicommisso prælegata, audiatur. vel contra si fideicō. velit probare testatorē hoc voluisse, ea tamē nō expressisse audiatur. Viui.

d ¶ *Legata*. i. prælegata, vt subiicit.

e ¶ *Præceptionis*. i. ista talia prælegata.

f ¶ *Comprehensum esse*. secus in donationibus inter viuos etiam inutiliter facta, puta inter virum & vxorem: vt ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. fin. & l. sequen. ¶ Item hoc intellige, si antequā rogaretur de restitutione, prælegauit: quod & ipsum recipit distinctionē: vt ff. de lega. ij. l. vnum ex bo. §. fina. & l. j. & ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. quidam. secus si postea: vt ff. ad leg. Falcid. l. Titia. ¶ Vel dic latius[a], si quæras an prælegationes[b] sint restituendæ: & pro qua parte imputant in quartam. Distingue, an prius restituere, & postea percipere iussus est: an econtra: primo casu semper retinet præceptiones. & est ratio: quia nō videtur rogasse de eo quòd nōdum dederat. & est de hoc argu. ff. de contrahen. empt. l. in lege. Et si quæras pro[c] qua parte sibi in quartam imputet eas heres: distingue, an ex voluntate testatoris quartam retinet heres, an non. primo casu computet in quartam solam duodecimā partē rei prælegatæ, id est, quartam eius partis q̄ iure hereditario ei obuenit, quando in tertia est institut*. si verò sine voluntate, computat vncias quatuor rei prælegatæ, hoc est, hereditariam partem: vt ff. ad legem Falcid. l. Titia. Si verò primò prælegauit, postea rogauit: distinguo, aut est rogatus simpliciter restituere portionem, non faciendo mentionem hereditatis: aut hereditariam portionem, vel hereditatē. primo casu restituet omnia, secundò non[d]: vt hic, & ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. quidam & l. in fideicommissaria. §. si. & de lega. ij. l. si Titium.

a Hæc distinctio corrupta est, & reprobatur ideò de eius veritate, vide M. per Pau. Ias. & Cor.

b Prælegata an & quando restituenda vel retinenda.

c Prælegata pro qua parte imputētur in quartam heredis.

d Nisi extranei esset rogatus filio testatoris restituere. Pau. & Iason.

g ¶ *Magis*. vt ff. ad Trebellian. l. vbi. §. te rogo. & ad l. Falcidia. l. pupillus. §. finali. Plerumque autem dicit, quia quandoque sola verba spectantur: vt ff. de vsufruct. lega. l. si aliy. quandoque vtrumque si scriptum voluntati aptatur: vt ff. de legat. iij. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & de legat. ij. l. vnum. §. fina. aliàs si prorsus verba discrepent à voluntate, non valent: vt ff. de legat. j. l. iiij. §. j.

h ¶ *Plerunque*. hoc propter. l. quæ est. ff. de vsu & vsufru. leg. l. si aliy.

i ¶ *Habes*. dirigit sermonem ad fideicommissarium: & dic quòd ad hoc non cogitur: vel dirigit ad heredem, & tunc cogitur: vt ff. ad Trebell. l. Lucius. §. quibus. & ad hoc supra de lega. l. cum quæstio. in fin.

SI creditoris.] CASVS. Testamentum fecisti solenne: in eo mihi debitori tuo liberationē legasti, licèt heres me solenniter, id est, per acceptilationem non liberauit: sed priusquam me liberet, me conueniat: exceptione mihi ex voluntate defuncti cōpetente me tueri potero. Viuia.

k ¶ *Subnixa*. i. iuris solennitate vallata: vbi adsunt quæ adesse oportet, & absunt quæ abesse oportet.

l ¶ *Solenniter*. per acceptilationem.

m ¶ *Ex voluntate*. s. defuncti: & adsunt quòd liberatio potest debitori relinqui. concor. insti. de lega. §. si quis debitori & ff. de doli excep. l. apud. §. præterea. & ff. de libe. lega. l. quod mihi. & l. iij. §. sunt de effectu. & l. non solum. j. §. fina.

CVm necessitatem.] CASVS. Pupillus cuius tutelam administraueras, reliquit tibi liberationem necessitatis reddendæ

rationis: an valeat legatum, quæritur. Respond. quòd sic.

a ¶ *Rationis.* scilicet pro parte, non tutori.

b ¶ *Tibi.* tutori quondã, vel curatori, vel cui libet administratori.

c ¶ *Immutatam.* i. est nõ debet immutari. & hoc nisi dolo egerit: vel aliquid retinet penes eum, vel dolo facit quo minus sit: *vt ff. de adm. tut. l. quidam decedens. & ff. de lib. leg. l. ... §. ... & l. si quis rationes.*

CVm necessitatẽ reddendæ rationis[a] defunctus remittendã tibi[b] esse petierit, manifesti iuris est voluntatẽ defuncti immutatã[c] esse debere. PP. Id. Mar. ipsis iiij. & iij. AA. Conss.

Quod pendet ex futuro, ex vltimis sumit effectum. Bald. Vel sic: Vltima derogant primis. Salyc.

XIX. *Idem AA. Ampliato.*

CLari & aperti iuris est, in fideicõmissis posteriores voluntates esse firmiores[d]. PP. viij. Id Septembr. ipsis. AA. iiij. & iij. Conss.

CLari & aperti.] CASVS. Legatum in testamẽto tuo mihi reliquisti, postea volũtatem tuam mutasti: quæ præferenda sit voluntas, quæritur? Respõ. quòd posterior seruanda est. Viuianus.

d ¶ *Firmiores.* expressas[a]: vt & *supra de codicil. l. cum proponatis.* vel tacitas: vt *ff. de adim. lega. l. iij. in fin. & l. ex parte.* nisi per[b] priorem posteriori derogetur: vt *ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. fina. & de lega. iij. l. si quis in principio testamenti.*

Relictum à tutore, intelligitur relictum à pupillo. Salyc.

XX. *Iidem AA. Iuliano.*

ETiam à pupillorum tutoribus[e], velut ab ipsis relicta fideicommissa debentur. PP. iij No. Decemb. ipsis iiij. & iij. AA. Conss.

ETiam.] CASVS. Filium tuũ impuberem heredem instituisti: sed fideicommissum à tutore reliquisti: an valeat, quæritur? Respond. quòd sic: & perinde debebitur ac si à pupillo præstandum relinqueretur.

e ¶ *Tutorib.* si pupillum institui, tã ab eo quàm à tutore legare possũ, & à pupillo legare videor: vt *hic, & j. de reb. cre. l. cum etiam. & ff. de leg. j. l. peto. §. mater.*

Si dies fideicommissi cessit viuente fideicommissario: fideicommissum transit ad eius heredem; etiam tunc in rerum natura non existentem. Salyc.

XXI. *Idem AA. & CC. Tiberio.*

SI in personam[f] patris tui cui te successisse proponis, fideicommissi dies vtiliter cessit[g]: licet tempore quo fuerat datũ[h], necdum te natum fuisse probetur: vxorem patrui[i] tui, quẽ[k] contendis rogatum fuisse patri tuo si sine liberis decesserit, ab auo tuo relicta restituere: si ei[l] successerit[m], de fideicommisso cõuenire debes. Nã si patrui etiam hereditas tibi[n] quæsita est: non de fideicommisso quærendum, sed hereditas ab ea vindicãda est[o]. Dat. VI. Id. Febr. AA. Conss.

SI in personam.] CASVS. Bernardus Fautonem & Temerum instituit: & sic dixit: volo Temere si sine liberis decesseris, quòd partẽ tuã hereditatis Fautono restituas. decessit Temerus sine liberis, vxore relicta herede. decessit Fautonus antequam peteret fideicommiss. relicto filio suo herede. an filius Fautoni fideicommissum ab vxore patrui sui petere possit, quæritur? Respon. quòd sic. Si verò sibi patrui sui quæsita fuisset hereditas: eo casu quo non instituit vxorem heredem: fideicommiss. petere non potest. sic enim à seipso peteret. quod esset absurdum: sed ab vxore ipsam possidente pro herede, vel pro possessore, per hereditatis peti. vindicare potest. vel pone casum aliter, vt in glo.

f ¶ *Si in personam.* CASVS. Auus fecit testamentum: nepotem instituit heredem: rogauit eũ vt quando moreretur, restitueret cuidam fratri. decessit auus: nec ille restituit, & ambo decesserunt: vxorem autem ille qui possedit fideicõmissum, instituit heredẽ: alius autem filium suum instituit, filius de restituendo fideicommisso potest conuenire vxorẽ patrui. si autem hereditas patrui ad ipsum deuenit quocunque casu, fideicommissum peti non potest: sed tota hereditas ab eo peti potest.

g ¶ *Vtiliter cessit.* secus si nõ cessisset in persona eius: quia tunc nõ transmitteretur: vt *hic, & ff. de di. & ubi. leg. l. ... & infra de cad. tol. §. sin autem aliquid. ff. de leg. ... l. ... §. rogatus fin. & l. miles. §. j. & j. quando di. le. ce. l. iij. & s. si omis. causa. t. l. fin.* Alij dicunt etiam si non cessit, transmittit ad suos. vt *hic erat. & j. de his qui ante ap. te. tab. l. j. & hoc verum*[e].

h ¶ *Datum.* id est, relictum.

i ¶ *Patrui.* scilicet Titij.

k ¶ *Quem.* i. patruum tuum.

l ¶ *Ei.* scilicet patruo.

m ¶ *Successerit.* scilicet vxor patrui.

n ¶ *Tibi.* non soli patri.

o ¶ *Vindicanda est.* id est ages petitione hereditatis, si contendit se pro herede vel pro possessore possidere. de fideicõmisso autem non habes quem cõuenias, nisi teipsum.

Fideicommissum potest relinqui in qualibet vltima voluntate legitimo numero testium comprobata. Salycetus.

XXII. *Idem AA. & CC. Plautiano.*

ET in epistola[p], vel libello[q], vel sine scriptura, imò etiã nutu[r] fideicõmissum relinqui posse adhibitis testibus[s], nulla dubitatio est. Dat. Idib. April. Byzantij. AA. Conss.

ET in epistola.] CASVS. Inter absentes, vel codicillo vel scriptura, adhibitis tamen testibus, an possit fideicommiss. relinqui, quæritur? Respon. quòd sic: & relictum valet.

p ¶ *Et in epistola.* scilicet missa[a] inter absentes: vt & *s. de codicil. l. j. & ff. de lega. ij. l. miles. in princip.*

q ¶ *Libello.* vt inter præsentes codicillo puta scripto. Accur.

r ¶ *Nutu.* ¶ No. legata[b] nutu relinqui: vt *hic, & ff. de lega. ij. l. cum proponebatur. in fine. & de leg. iij. l. nutu.* sed in institutione heredis est aliud: vt *s. de testa. l. iubemus. §. si vero.*

s ¶ *Testibus.* quinque ad minus: vt *s. de codicil. l. si § fina.*

Ex minus solenni voluntate non debentur fideicommissa nisi per heredem scienter fuerint agnita. Salyc.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Stratonico.*

SI veritas[t] vel solennitas[u] iuris deest, nec amplexus parẽtis voluntatẽ relicta dedisti[x], vel transactionis causa stipulantibus[y] promisisti, negotiumq; integrum est: ad solutionẽ vrgeri non potest[z]. Dat. V. Kalẽd. Febr. AA. Conss.

SI veritas.] CASVS. Si nullum testamẽtum fecisti, vel fecisti, sed minus solenne, & in eo legata reliquisti: an compellẽdus sit heres ea præstare, quæritur? Respon. quòd non: nisi causa transactionis promisisset: vel alio modo eius voluntatem agnouisset.

t ¶ *Si veritas*[c]. quia non condidit defunctus testamentum.

u ¶ *Solennitas.* quia cõdidit minus solenne.

x ¶ *Dedisti.* vel alio modo agnouisti[d]: vt *s. de testamen. l. non dubium. § j.*

y ¶ *Stipulantibus.* i. stipulari volentibus.

z ¶ *Non potest.* nisi prius diffitearis relictum, postea vero recurras ad solennitatem iuris, dicens relictum quidem, sed in minus solenni voluntate: quo casu cogeris soluere aut iurare: vt *infra cod. l. fina. in princip. quæ est contra.* secundùm Ioan. Vel solue vt ibi. AD. DITIO. An autem heres in foro animæ teneatur ad legata vel fideicommissa in minus solenni voluntate relicta, tractat Abbas in cap. quia plerique. extra de immu. eccle. in fi. vbi concludit quòd indistinctè quando heredi innotescit, tenetur ipse heres in foro animæ. Ratio quæ mouetur, hæc est, quòd solennitates iuris ciuilis fuerunt inuentæ ad falsitates euitandas, & de rigore. si ergo constat in foro animæ quòd nulla falsitas interuenit, debet cessare dispositio iuris positiui &c.

Instrumenta emptionalia non debent remanere penes auctorem, nisi quando de euictione tenetur: vel quando pars rei remanet penes eum. h. d. secundùm vtranque lectu. positam in prima & secunda glo. in prin. vel sic: Instrumenta emptionalia rei legatæ debent remanere penes heredes, præstita cautione de illis exhibendis cum fuerit necesse. Salyc.

XXIIII. *Idem AA. & CC. Menostrato.*

INstrumenta[a] prædiorum per fideicõmissum relictorum, quę ad probationẽ originis eorum pertinent, heredes præstare necesse non habent[b]: cautio-

INstrumenta.] CASVS. Testamentũ fecisti, heredem instituisti, mihi fundum legasti, an compellendus sit mihi heres instrumẽta ipsius fundi emptionalia præstare, quæritur? Respo. quòd non: tamen mihi ea præstare debet, si mihi sint necessaria, vt copiam describendi faciat. Vel sic: fundum mihi legasti: volo conuenire heredem vt exhibeat mihi instrumenta emptionis ad probandũ de latitudine: an teneatur ea præstare, quæritur? Resp. quòd non: sed exhibere tantum ad describendum. Viuia.

a ¶ *Instrumenta* emptionalia. & dic relictorum pro parte. secus si in totum, secundũ P.

b ¶ *Non habent.* ideo quia de euictione heres tenetur: vt *ff. de lega. j.*

a Amplidio. a Posteriores voluntates expressæ, vel etiam tacitæ priores debent derogare.
b Priora posterioribus. de rogare possunt.

e Imò verò falsum. Bal. & Salyc.

a Codicilli fiunt etiã per epistolam ad absentes missam. s. Mon... s. de Cod... mi... vobis.
b Legata nutu relinqui possunt.

c Non sufficit vt veritas appareat, si sola veritas est sine solennitate à legibus requisita: quia non habentur pro veritate. v. Afflictum decis. 23. nu. 6.
d Displicet Paul. vide Ang. in l. 2. 1. eodem.

Menostrato.

leg. §. l. si à substituto. §. f. secundùm quosdam. vel ideo, quia authenticum debet esse penes heredes: vt subijcit. & ff. de act. emp. l. Titius. ¶Sed contra infra de lib. cau. l. sicut datam. Sol. speciale est in instrumento manumissionis: secus in instrumēto emptionis etiam serui manumissi: vel illud est omnino manumissi.

a ¶Proferant. id est exhibeant vt fiat describēdi facultas: vt argu. ff. de act. empt. l. creditor. & supra de eden. l. procurator. & facit secundum vnum sensum infra ad l. Fal. l. si prædiorum.

nem tamē præstare debent: quod si opus fuerit, legatario seu fideicōmissario ipsa (si habeant) proferant [a]. Dat. Kal. Decemb. Sirmij. AA. Conss.

Testator potest ita legare rem heredis sicut propriam. Salyc.

XXV. Iidem AA. & CC. Iuliano.*

Heredum [b] etiā res proprias per fideicōmissum relinqui posse, non ambigitur. Dat. II. Kal. Mar. CC. Conss.

Heredum.] CASVS. An res heredis sicut suas proprias possit testator per fideicōmi. relinquere, quæritur? Respon. quòd sic.

b ¶Heredum. q. d. non solùm testatoris, sed [a] etiam heredis res &c. vt & in l. ff. eodem. §. non solum. & etiā [b] si ignoret esse heredis: vt ff. de leg. ij. l. Rerum ex familia. § penul. secus si extranei est, vbi distinguitur vt not. de leg. l. cum alienam. parag. ...ur [a] ergo res testatoris rei heredis: vel aliàs. ff. de ma. testam. l. si quis ita sit legatus. §. j.

Repudiatio patris non nocet filio cui est legatum. Salyc.

XXVI. Iidem AA. & CC. Fortunato.†

Ex repudiatione fideicommissi, doli mali [c] exceptio iusta [d] causa intercedente tunc opponitur, quando ipse cui fideicommissum relictū est, repudiatione vsus fuerit. Vnde cum hoc nō te, sed patrem fecisse adseueres, qui tibi nocere non potuit: nihil tibi obesse potest [e]. Dat. II. Id. April. Sirmij. CC. Conss.

Ex repudiatione.] CASVS. Si mihi fideicom. relinquisti, & illud repudiaui: an mihi post repudiationem petēti obstet doli exceptio, dubiū non est: an autē patris mei repudiatio præiudicet quo minus petam, quæritur? Resp. quòd non.

c ¶Doli mali. Imò intētionis [d], siue facti: cū actio [e] sit nulla repudiato legato: vt ff. ad l. Aquil. l. nam sicut. in princ. & si cer. pet. l. proinde.

d ¶Iusta. non dolo vel metu. Vel dic, tūc [f] quādo iā peti posset: aliàs non potest repudiari: vt ff. de acquir. heredi. l. is potest. & l. qui superstite. & de lega. ij. l. si ita scriptum. §. j.

e ¶Obesse potest. vt [g] quia erat emancipatus: vel etiam in potestate: sed erat legatum in castrensibus, vel quasi: sed hodie etiam in adventitiis. z Vel dic quod erat legatum sub conditione quæ nondum extiterat. non ergo repudiat pater in præiudicium filij: vt hic, & j. de iure delibe. l. repudiata. & de repu. bono posse. l. j. & ff. de regu. iur. l. non debet alteri. Accur.

a Fideicōmissa res nō modò suas testatoris, sed & heredis sui relinquere potest.
b Ignorans etiam heredis sui per fideicommissum relinquere potest. testator: at nō extranei.
† Caiano.
c Pater qua in causa eliena... res testatoris & etiam heredis.

d Exceptio intentionis siue facti nascitur ex repudiato legato.
e Legato repudiato actio nulla ad legatū petendum competit.
f Fideicōmissum tūc demū repudiari potest cum peti potest.
* Caio.

g Pater fideicōmissum factum filio siue emancipato, siue nō emācipato, nullo modo repudiare potest, in præiudiciū filij.

Sola pœnitentia reuocat fideicommissum & legatum. Salyc.

XXVII. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

Fideicōmissum eius qui reliquerat, pœnitentia probata [f], successores nunquam præstare compelluntur. Dat. V. Kalend. Octob. Viminacij. CC. Conss.

Fideicommissum relictum seruo proprio, non tenet: quia libertatem ei non tribuit. Salyc.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Tiberio.*

Ex fideicōmisso sub conditione sine libertate seruis propriis inutiliter dato, libertas peti non potest [g]. Dat. XV. Kalend. Nouemb. Trans mare. CC. Conss.

Fideicommissum.] CASVS. Fideicōmissum mihi reliquisti, deinde pœnituisti: an heres ad præstandum fideicommis. cōpelletur? Respon. quòd non. Viuia.

f ¶Probata. per septem vel quinque testes, vel per idem testamētum, cum in eodem ademerit quod primo legauerat: vel in codicillis postea, & tunc ipso iure non debetur: vt not. supra de leg. l. datum. Ideo autem dixi in eodem testamento: quia si quid post factum testamentum voluerit mutare, vt habeatur pro non dato quantum ad se, ex integro omnia &c. vt ff. de testam. l. heredes. §. j. Sed certè & si post factum testamentum pœnituit etiam in voluntate non solenni: dicam non deberi ipso iure, sed per exceptionem: vt ff. de adi. lega. l. iij. §. fi. & de exceptione doli. l. apud. §. præterea. est enim ambulatoria &c. vnde posteriori statur: vt supra eodem. l. clari. siue fuerit expressa, siue tacita. ¶Sed quid si voluntatem non mutauit, sed tale quid fecit, legatarius,

quod si sciset testator, reuocasset, putà vxorem testatoris stuprauit? Respon. non deberi [a] ex tacita contraria voluntate: vt ff. de his qui. vt indig. l. indignum. & l. in metallum. & l. sequen.

Ex fideicommisso.] CASVS. Seruo tuo legatum sub conditione sine libertate reliquisti: an valeat, quæritur? Resp. d. quòd nō: nec libertas peti potest. Viuia.

g ¶Non potest. vt supra de necess. ser. l. quidam. §. illo. & de leg. l. seruo. Sed hoc fallit in milite: vt supra de testam. mili. l. ex his. & in eo seruo cui est relictū legatū, si heres non esset: cum primo esset institutus vel substitutus: vt ff. de ma. testa. l. diuus.

a Ipso iure, quando hoc fuit factū viuo testatore. at si eo mortuo [a] infertur legatū tanquam ab indigno. Bart. Pau. & Iaf.

Inualidum testamentum vim codicillorum non habet: & est ratio, quia non sunt eiusdem generis, forma, vel natura. Bal. Vel sic: Legata in testamento inualido non debentur, nisi fuerint repetita ab intestato. Salyc.

XXIX. Iidem AA. & CC. Achilles.

Ex testamēto quod iure nō valet, nec fideicōmissum [h] quidē, si non ab intestato quoque succedentes rogati probētur [i], peti potest. Dat. VIII. Kal. Decemb. CC. Conss.

Ex testamento.] CASVS. An legata relicta in minùs solēni testamento, putà adhibitis vj. testibus tantum, peti possunt, quæritur? Respon. quòd non: nisi de his præstandis rogauerit succedētes ab intestato. Vel sic: Si dixerit testator, si nō valeat iure testamēti volūtas mea, valeat iure codicillorū. primus tamē intellectus verior est. Viuianus.

h ¶Fideicommissum. vt j. eo. l. ad quam. & l. si verisimile. sed fallit in casu: vt j. eo. l. fina.

i ¶Probentur. vt & ff. de inoffic. test. l. Titia. quod est eo [b] ipso quod per codicillis valere voluit: vt j. de ma. testa. l. si nondum. & ff. de vulg. subst. l. ex heredi. §. cum filia.

Descendentes testatoris grauati post mortem suam restituere hereditatem, intelliguntur grauati si decesserint sine liberis.† Salyc.

XXX. Imp. IVSTINIAN. A. Demosthenei præfect. præt.

Cvm acutissimi† ingenij vir, & merito ante alios excellens Papinianus in suis statuerit responsis [k], * si quis filium suum heredem instituit, & restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc videri disposuisse, nisi cum filius eius sine sobole vitam suam [l] reliquerit: nos huius sensum merito mirati, plenissimum ei donamus euentum: vt si quis hæc disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem vel neptem [e] pronepotem vel proneptem, vel aliam deinceps [m] posteritatē, & eā restitutionis post obitū grauamini subiugauerit: non aliter hoc sensisse videatur, nisi ij qui restitutione onerati sunt, sine filiis vel filiabus, nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus fuerint defuncti [n]:

Cvm acutissimi.] CASVS. Testamētum fecisti, filium tuū heredē instituisti. de hereditate restituenda post mortē suā Titio, eū rogasti: hoc nō adiecto, si sine liberis decederet. an hoc sub intelligi debeat, quæri. Respō. quod sic: vt tūc demū post mortē restitutioni locus sit, si sine liberis decedat. & respon. Papi. quodammodo extendit Imperator, nō solū ad filium, sed ad nepotē &c. ne testator extraneos suos illis de cognatione sua præferre videatur.

† Vide excepit. ... in ... § ... ad Trebellian. adde ... regul 167. quæ ...
‡ ...
* ...
b Paria sunt rogare venientes ab intestato vel dicere, si non valeat iure testamēti valeat iure codicillorum. v. Gomezium ...

e Conditio tacita restituēdi si sine liberis decesserit, locū non habet descendente putà rogato restituere. ... quis rogatus ... & ... adde Mantica ...
d Idem tamē in amico quidā esse volūt post Bartolū. v. Tiraquell. tract. de ...

k ¶Responsis. vt ff. de condi. & demon. l. cum auus.

l ¶Vitam suam. & est ratio: quia qua ratione testator præposuit filium fideicommissario, scilicet ne quamdiu viueret fideicommissarius, haberet: eadem ratione & nepotem videtur voluisse defunctus præponere. Sed si [c] filium non præponat, putà quia præsenti die rogauit filium restituere: contrarium est omnino, secundùm Ioan.

m ¶Deinceps. secus in extraneis [d] est. nam illud quod est supra de institu. & subst. l. generaliter. j. respon. in fi. non est contra: quia ibi in alio casu, non in isto dicit idem esse in extraneis.

n ¶Defuncti. vel nisi intrauerint monasterium: vt j. ad Treb. auth. nisi rogati. & facit. ff. ad Treb. l. ex facto. §. si. & §. si quis rogatus. j. & j. de instit. & substi. l. generaliter. §. fin. & j. ad Trebel. l. unde bonum. & authen. nisi rogati.

Quidam.] CASVS. Testamentum fecisti, & extraneum instituisti. filium tuum emancipatum præteriisti, & ab eo legata reliquisti: an valeant, quæritur? Respon. quòd nō: quoniam enim non honorasti eum, onerare non potuisti.

a ¶ *Paternis*.s.vinculis patriæ potestatis.

b ¶ *Præstare*. vt & *supra de leg.l. cum quidam*. & est hoc verum etiam si filius petiit vt habeat patris bona per contra tabulas: vt *ff. de legat.ij. l.ij.* Nec obstat supra *de bono. possess. contra tabul. l.j.que est contra*: quia ibi ab[a] institutis relicta, præstantur ab eo qui habet contra tabulas: non autem relicta à præteritis.vt *hic*.2 Vel hic extraneo erat relictum, ibi coniunctis. prima vero. ADDITIO. Aduertas hic. nã videtur quòd hoc hodie corrigitur per authen. ex causa supra de lib. præteri. sed Dinus *in l.ij. ff. de lega.iij.* dicit illam authent.loqui quando legata sunt relicta simpliciter, tūc enim cõseruãtur per d. authen.quia heres potuit grauari: sed quãdo relictum est legatum à filio præterito, qui nõ potuit grauari, tūc est pro non scripto: vt d.l.ij.quod sequitur Barto. ibi & hic.

c ¶ *Personis*.puta nepotibus, & pronepotib. & similibus.& idem in iis qui extranei sunt,[b] quos non honoro,nõ onero: vt *supra eodem l. ab eo*.

a Bonorũ possessione contra tabulas, qui habet, præstat relicta ab institutis, non à præteritis.

† Præteritus ... non est institutus ... heredités.

b Bart. *Nota de* ... *l. ab eo.*

¶ *Constitutio* ... *Glo. super* ... *Verbo* ... *iura.calum.*

Q*Væstionem*.] Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit statutũ suum. Secundo rationẽ eius annectit. Tertio obiectũ tollit. Quarto simile inducit, vel probat à simili. Secunda ibi, Cum ipse. Tertia ibi, Cũm enim. Quarta ibi, Cum & in leges. CASVS. Testamentũ fecisti, heredẽ instituisti, ab eo fundũ legasti mihi: peto fundum. negat heres fundũ mihi legatum. quali ter mihi succurrat, quæritur. Respon. quòd heres aut iurabit fundum non esse legatum: aut si nõ iuret, præstabit fundum præstito prius à me iuramento calumniæ quòd non animo calumniandi peto: & hoc in prima. Si autem non negat, sed dicat testamentũ minus solenne, probabo per vij. testes illud fuisse solenne. nec est mirandum si tot testes exigãtur, cum ardua sit causa voluntatis defuncti. & hoc in secunda. Tertio dicit ad primam partem legis, scilicet quòd si recusauerit subire iuramentũ, soluet legatum: nec si vult per testes probare, audietur. qualiter enim credetur ei super aliena fide, cum de sua dubitat: cum & legib. caueatur, vt lucrum hereditatis amittant hi qui deficientium voluntatibus obedire detrectant. Viuia.

ne videatur testator alienas successiones propriis anteponere. Recitata septimò in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. III. Kalend. Nouembr. Decio. V. Coss.

Legata & fideicommissa relicta à filio præterito non debentur. Salycetus.

XXXI. *Idem A. Ioann. præfecto prætorio.*

QVidam filiũ suum à sacris paternis[a] remisit, & postea testamento condito cum præterit, nullo ei penitus relicto, aliis heredibus derelictis. ipsum autẽ, quem † neque heredem, neque exheredatũ fecit, fideicommisso prægrauauit, quærebatur si vtile esset huiusmodi fideicommissum. Tota igitur antiqua dubietate super hoc explosa, nobis in hoc casu placuit, vt emancipatus (vtpote iniuria a patre adfectus) non compellatur fideicommissum à sua persona relictum præstare[b]. Quod enim in aliis personis[c] quas exheredari necesse est, locũ habere cẽsemus. † Dat. Prid. Kalend. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

Heres negans fideicommissum fore relictum, fideicommissario volente stare eius iuramento cogitur iurare, vel soluere: nec auditur volens nunc se tueri ex minus solenni voluntate. hoc dicit secundum lect. gloss. Vel sic: Vbi testator est confisus de sola fide heredis, cogitur heres soluere legatum: & negans fideicommissum, cogitur iurare, vel soluere. hoc dicit secundum Mart. Syl. Salyc.

XXXII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

QVæstionẽ[*] ex facto emergentem resecantes, & voluntati mortuorum prospiciẽtes, sancimus, si[d] sine scriptura & præsentia testium fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit heredis[e] iuramentũ, vel forsitan legatarij[f], vel fideicommissarij[g], quotiens[h] ab eo relictum est fideicõmissum, siue vniuersitatis[i], siue speciale: necesse habere heredem vel legatarium seu fideicommissarium, prius iureiurando de calumnia præstito[k], vel sacramẽtum subire[l], & omni inquietudine sese relaxare: vel si recusandũ existimauerit sacramentum, aut certam partem vel quantitatẽ manifestare fideicõmissario derelictam[m] noluerit: si forsitan maiorem fideicommissarius expetat[n]: omnimodo[o] exactioni fideicõmissi subiacere, & eum ad satisfactionẽ compelli: cum ipse sibi iudex & testis[p] inueniatur, cuius religio & fides a fideicommissario electa est, nullis testib. nullisque aliis aduẽtitiis probationibus requisitis. Sed siue quinque sint testes, siue minores[q], vel nemo: causam per illius sacramentũ vel dandum vel recusandum suam habere tã firmitatem, quàm exactionẽ. siue pater sit qui fideicommissum dederit, siue extraneus: vt æquitatis ratio cõmuniter in omnes procedat. Cũ enim[r] res per testium solennitatẽ ostenditur[f]:

d ¶ *Si*.id est quanuis.

e ¶ *Heredis*.negantis à principio aliquid esse relictũ, secundũ Io.

i ¶ *Celebrata.* Imò videtur quòd medio tempore tenuerit alienatio rei singularis sub conditione legatæ: vt ff. *quemadmodum seruitus amitt. si is cui.§.fina. & ff. de regulis iuris. plerumque.in fin.& de fideicommiss. libert. lege generaliter. §. quotiens. & de seruitut. legat.l.si fundum.§.j.& de legat.j.l.seruo legato.§.j.& de legat.ij.l.fina.§.finali. quæ sunt contra.argum.* Solu. dic quòd verè [a] tenuit: *vt supra proxim.* dixit ibi, *melius quidem faciet.&c.* sed nunc fingitur non tenuisse, vt ita rem & fructus [b] præteriti temporis restituat: *vt in authentic. de nupt. §. quia verò. ibi, vnde sancimus. & ibi, quod in omni, &c. colla.iiij. sic instit. quibus modis ius pa.po. solu. §. si ab hostibus.* Vel dic hoc nouum ius: Sed per authenticam hic positam, hoc est expeditum, vt non teneat alienatio. Item & heres de restituendo sub conditione rogatus, videtur quòd possit alienare: quod hic prohibet. nam non transeunt actiones, nisi restituat hereditatem: *vt ff. ad Trebel. l. facta in princip. & l. si eius. §. si quis.* nisi in tribus casibus: *vt infra ad Trebel. l. pen.* imò & ea restituta non videtur quòd fideicōmissarius habeat rei vindicationem, nisi in his rebus quæ non sunt alienatæ: quare potest dici vt teneat interim, vt supra innuit, melius quidem, &c. sed per authenticam hic positam non. Vel dic hoc nouum ius. 3 Vel tertio dic quòd hoc est ius vetus, vt habeat fideicommissarius demum restituta hereditate rei vindicationem: nam hodie habet etiam prius, si est purè rogatus. vel prius habet vtilem: sed ea ei restituta etiam directam habet. 4 Vel quarto, quod est melius, pro reb. alienatis conditione existente habet rei vindicationem, [c] cū heres desinit esse dominus: & sic non potest restituere. pro nondum alienatis, non habet, nisi facta restitutione. ADDITIO. Aduertas quòd hæc lex dicens non valere alienationem rei restitutioni subiectæ, limitatur secundùm Cyn. in auth. *res quæ. infra eodem* nisi [d] heres probabiliter ignorauerit eam subiectam restitutioni: tunc enim si vendidit eam heres, rata est venditio: & debet legatari' aut fideicōmissarius percipere precium ab herede. ita loquitur. l. finalis *in §. si ff. de lega.ij.* qui casus est singularis, & multum notandus: vt dicit hic Bart.

k ¶ *Longi temporis.* vt habes generaliter infra de præscrip.xxx. an. *l.cum notissimi.§.illud.*

l ¶ *Similiter.* id est æqualiter.

m ¶ *Vindicare.* Sed qualiter daretur rei vindicatio generali fideicōmissario ante restitutā: vt *ff. ad Trebel.l.facta in principio:* Respon. vtilem [e] habet, non directam. 2 Vel dic vt modo dixi.

RES quæ.] CASVS. Hæc authen. duo dicit. Primo ponit regulam. Secundo instantiam regulæ. Regula est: Res quæ subiacent restitutioni, prohibentur alienari. Instantia regulæ: Ecce si pater tuus instituit te fratrem heredem cum sorore tua, & rogauit vos vt restituatis: si quarta non sufficiat ad donationem propter nuptias: vel ad dotem constituendam: licebit tibi

a Alienari bona restitutioni fideicommissi obnoxia non possunt. v. tamen quindecim exceptiones apud Socinum regula 38. adde eundem regula 23. quę incipit Alienari prohibita in dotem dari possunt. adde eundem regul. 324. quæ incipit. Prohibita alienari.

† al. datam. Contra Gl. in c. literas, super verb. ... de fi. presby.

† substitutioni posita.

b Seruus sub cōditione legatus, non potest interim ab herede manumitti.

Vētura sunt consideranda.

Res singularis sub conditione legata alienatio medio tempore facta, an teneat.

c Euentus facilia consideratur. adde Gl. in §. 1. ff. de singulis rebus per fideicommissum.

d Paria sunt dies incerta, & conditio.

a Alienatio rei subiectæ restitutioni ipso iure nulla non est pendente conditione facta: sed adueniente conditione restitutionis, fingitur nulla & pro non facta, vt res ita alienata possit vindicari nisi in quatuor casibus, in quib' reuocari non potest huiusmodi alienatio. hoc est fauore dotis, donationis propter nuptias, pro redēptione filij captiui & eius alimentis. v. quadam ... apud ... Papæ decis. 609. adde quæ ... in Gloss. 1. ... §. 1. ff. de legat. 1.

b An quæ alienata reuocare possumus, ea cum fructibus reuocare possimus. vide ... tratiū huic loco Gl. in l. Emptor §. in ... super ... ff. de ... vindicat.

e Fideicommissarius vniuersalis pro rebus alienatis pōt agere, rei vindicatione contra tertiū possessorē etiā non facta sibi restitutione & vel vetbo. v. Guid. Papæ decis. 602. vel. detentoribus.

† v. Socinum regula 12. 38. 324.

d v. Marsilium sing. 9.

† Contra Gloss. ante finem ver. & hoc. in c. in præsentia. extra de proba.

e Fideicommissario cui nondum facta est restitutio hereditatis rei vindicatio cōpetit vtilis, nō directa.

filio alienare vel obligare res quæ subiacent restitutioni, in eam causam vsq; ad modum legitimum: & ita apparet, quòd id[a] quod communiter prodest, præfertur commodo priuato.

a ¶*Legitima.* id[b] est debitum bonorum subsidium.

b ¶*Obligationem.* secundùm merita [c] personarum & facultates: vt *hic*[d], *& in corpore huius authentica. ff. de iure dotium. l. fine generalis.* ¶Et intellige hoc [d] in dote [e] & donatione constituenda à grauata persona. Item & in exigenda: vt si amplam dotem filius. familias ab vxore habuerat: & post sic fuit à patre rogatus. nam etiam vltra Falcidiam accipiet ad dotem suæ vxoris exoluendam: cùm interim matrimonium soluatur, vel est dos in causa restitutionis. ¶Item quid si tempore mortis patris filia quæ dederat dotem, à viro recuperauerat: an veniat in restitutionem fideicommissi? Respondetur non secundùm H. ¶Item nunquid poterunt fieri sumptus ex hoc quod est restituendum si aliunde non habet? Respond. non [f] hoc casu: sed alio cum rogatur restituere quod superfuerit. nam tunc de quadrante seruando potest pro expensis deminuere: vt *infra ad Trebell. authentic. contra cum rogatus.* sed hic tres partes debet integras reseruare fideicommissarius.

c ¶*Præponimus.* vt *& infra de caduc. tollend. §. final. & ff. pro socio. lege actione. §. Labeo. & in authentica, de non alien. §. quia verò verisimile. in fi. §. §. col. ij.*

Finit glossa authenticæ.

Sequitur glossa textus legis Codicis.

a Communiter quæ prosunt, priuatis commodis præferuntur.

b Legitima pro debito bonorum subsidio.

c Dos & donatio propter nuptias pro meritis & facultatibus personarum constitui debet.

d Siue pro se, siue pro tali persona quam dotare tenebatur. Bartol. Bald. Paul. Sal. & Ias.

e v. Socin reg. 73. quæ incipit aliena [illegible] prohibita in dote dari possunt. & regula 324. quæ incipit pro [illegible] aliena [illegible].

f Immo & pro alimentis potest fieri alienatio sicut pro dote Bart. Bal. Angel. Paul. & & Ias. licèt Sal. Glo. sequatur.

portio legitima[a] non sufficit ad dotis siue donationis propter nuptias obligationē[b]: permittitur res prædictas in eam causam alienare vel obligare pro modo honestati personarū cōgruo. Ea enim quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus[c].

Finis authenticæ.

Sequitur textus legis Codicis.

Scienter emens rem restitutioni subiectam illa euicta habet actionem ad precium tantùm, non ad duplum: etiam si fuerit promissum. h. d. vsque ad finem. Sal.

Emptor autē sciens rei grauamen, aduersus venditorem actionem habeat tātùm ad restitutionem precij, neque duplæ stipulatione[d], neq; melioratione [e] locum habente: cùm sufficiat ei saltem pro precio, quod sciēs dedit pro aliena re, sibi satisfieri: Creditori[f] nihilo minus pignoratitia cōtraria actione aduersus debitorē competente: vt ex omni parte omnique studio id quod semper properamus, ad effectum perducatur, & vltima elogia defunctorum legitimum finem sortiantur, bonæ fidei proculdubio emptoribus integra iura[g], & nullo modo ex hac constitutione deminuta, cōtra vēditores habentibus. Dat. Kalend. Septemb. Constantinop.

[*Emptor.*] CASVS. Si heres rogatus restituere sub conditione, alienat: & postmodum quia conditio extitit, à legatario res auocatur ab emptore: nunquid emptor habebit regressum contra venditorem? Respond. cum distinctione: quia aut emptor est malæ fidei, quia sciebat rem subiacere restitutioni: & etiam si duplam stipulatus erat euictionis nomine, non habet regressum duplum, vel ad interesse ratione meliorationis contra venditorem: sed ad precium tantùm. Si autem esset bonæ fidei: tunc ad duplum, vel ad interesse habebit regressum. Sed si heres obligat rem prohibitam alienari: hoc casu creditor habet pignoratitiam actionem contra suum debitorem. Viuianus.

d ¶*Duplæ stipulatione.* etiam si fuerit stipulatus: sed precium tantum habet: vt *subiicit. & sic est contra infra de euictionibus. l. si fundum. & supra communia vtri. iudic. l. si fratres. & supra de iure dotium. l. si à matre. & infra de præscriptio. xxx. annorum. l. j. & ff. de exceptio. doli. l. apud Celsum. §. item Labeo.* Prædicta quidem iura contra dicunt in duobus. Primo, quòd non proficit hic stipulari de dupla. Secundo, quia hic etiam non stipulans agit ad simplum: sed dic hoc nouum ius, & speciale in hoc casu. 2 Vel hic, hoc est, vnum pro emptore, quod agit ad precium: licèt sciens fuerit. vnde & aliud contra eum fit, vt non proficiat stipulatio duplæ. & econtra, hoc est, contra eum, quòd non prodest stipulatio duplæ: sic & aliud fit pro eo, vt agat ad precium: *vt argum. ff. de iureiurando. l. eum qui.* 3 Vel tertio, & verius, hic emptor sciebat rem vendentis, licèt sub conditione, legatam: sed in legibus cōtrariis sciebat alienam.

e ¶*Melioratione.* propter malam suam fidem: secus si bonam [a] habuisset: *vt argu. ff. loca. l. penult. j. responso.*

f ¶*Creditori.* cui dicta res legata fuit obligata. nā ea actione tenetur debitor, qui rem alienam, vel alij obligatam, vel alio modo obnoxiam alij, obligat suo creditori: *vt ff. de pig. act. l. j.*

g ¶*Integra iura.* ex stipulatu ad duplum: & ex empto ad interesse.

a Idem si malam, quando fuissent impēsæ necessariæ, siue quibus res esset peritura, aut deterioratura. Pau.

post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

TITVLVS XLIIII.

DE FALSA CAVSA adiecta legato vel fideicommisso.

Verba enunciatiua principaliter in vltima voluntate propter se emissa dispositionem inducunt: nisi probentur emissa per errorem. hoc dicit cum l. si dotem. infra eodem. Vel breuius: Causa cohærens legato. falsa probata vitiat legatum: non aliter. Salyc.

I. *Imp.* ANTONIN. A. *Septimo.*

VERBA[h] testamenti quę inseruisti, aut solutam pecuniam debitam testatori declarant, aut voluntatem eius liberare volētis debitorem manifestè ostendunt. Et ideo aut peti quod solutum est, non potest: aut ex causa fideicommissi[i], vt debitor liberetur, agendum est[k]: nisi liquidò probari possit eum[l] non liberari debitorem voluisse, sed errore [m] lapsum solutam sibi pecuniā existimasse. PP. VIII. Kalend. Martij, Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Falsa demonstratio non perimit legatum vbi certa quantitas est expressa de se, vel per relationem ad aliud: secus si omnino sit incerta. hoc dicit cum l. sequen. & cum l. fi. quia penultima est summata cum præcedenti. Salyc.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Faustina.*

DE FALSA CAVSA adiecta legato vel fideicommisso.

Adiicitur[b] *in legato quādoq; causa, scilicet per quia. & hæc non vitiat legatum, nisi conditionaliter fuerit expressa:* vt institu. de leg. §. longè. *Quandoque demonstratio: vt seruum Stichum, quem ab alio emi, tibi lego. & tunc valet legatum, licèt non ab alio fuerit emptus:* vt instit. de lega. §. huic proxima. *& de his duobus dicit hic titulus. Quandoque modus: qui fit per vt. & de hoc dicit infra titu. proxi. Quandoque conditio, quæ ponitur per si.* & de hoc infra titu. secundo de conditio. inser. *Et de his modis habes.* ff. de condi. & demonst. l. demonstratio.

b Legata causa adiicitur.

[*Verba.*] CASVS. Testamentum fecisti: heredem instituisti: reliquisti inter cætera, & dixisti: decem quæ debebat mihi Titius, peti veto: quia soluit. si reuera non soluit, an peti possint, quæritur? Respond. aut soluit, & peti non possunt: aut non, & aget Titius ex fideicommis. vt liberetur: scilicet nisi heres probauerit testatorem liberare noluisse Titiū. secus si per errorem putasset eum soluisse. Viuianus.

h ¶*Verba.* quæ fortè erant talia, Decem quæ mihi Titius debebat, quia soluit, ab eo exigi veto. vel similia: *vt infra l. iiij.*

i ¶*Fideicommissi.* quod magis præsumitur: *vt j. de dona. l. si donatio. & de lega. ij. l. Lucius. ij. §. quisquis ij.*

k ¶*Agendum est.* multò magis excipi potest: *vt supra titu. ij. l. si creditoris.*

l ¶*Eum.* s. testatorem.

m ¶*Errore, &c.* Sed videtur quòd huiusmodi confessio non statim præiudicet: sed saltem xxx. dies expectentur: *vt supra de non numer. pecun. l. in contractibus. §. super. quæ est contra.* Solu. illud in contractibus: hic in vltimis [c] voluntatibus, eorum fauore: *vt arg. ff. de regu. iu. l. in testamentis.* Item & alia ratione: quia qui confitetur inter viuos sibi solutum esse, sępe facit spem futuræ numerationis: qui[d] verò in vltima voluntate, nequaquam expectat futuram numerationem, sed ob præcedens meritum facit: *vt ff. pro socio. l. nec adiecit.* Item videtur quòd nec heres debeat probare errorem: *vt hic.* Sed legatarius defuncti voluntatem debeat probare: *vt ff. de lega. ij. l. Titia cum testamento. §. Caius Seius. quæ est contra.* Sed ibi agitur de herede obligando, hic de debitore liberando: quod facilius fit: *vt arg. ff. de actio. & obli. l. Arrianus.* Vel dic quòd res illæ non erant penes vxorem: licèt essent in prætorio eius, imò erant apud ipsum Caium fortè in scriniis eius. Item adhuc videntur hæc verba non inducere liberationem: *vt supra de testamen. mili. l. ex his. quæ est contra.* Solu [e] ibi non fuerunt verba dandæ libertatis: sed si fuisset in testamento confessus eum libertum, bene staretur huic confessioni, & sic ille consequeretur libertatem, argu. huius l.

c Exceptio non numeratæ pecuniæ obiici non potest, ab eo qui in mortis articulo confessus est pecuniā à se receptam, sed nec ab eius herede exceptio hæc peti potest. Hippolytus ad rub. de fideiuss. num. 41. Campegius de dote. parte 1. quæst. 52.

d Confessus in mortis articulo se aliquid ab aliquo habuisse vel recepisse, ipse vel eius heres non potest opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ: quia moriens non expectat futuram numerationem. Ad. de Hippolytum ad rub. de fideiussorib. nu. 41. Campegius de dote parte 1. quæst. 52.

e Nihil est, Ang. ideo dic quod ibi verba enunciatiua fuerunt emissa propter aliud: hic verò principaliter propter se. Bart. & Pau.

Etiam.

ETiã ſi veritas debiti[a] nõſubeſt, falſa tñ demõſtratio non perimit legatum: & ex* teſtamento eius quoque nomine competit actio. PP. vij. Id. Nouemb. Alexandro. A. Coss.

Licet eam ſummauerim cũ præcedenti, tamẽ ad textum dic: Si maritus legat dotem vxori certa quantitate non expreſſa, oportet vxorem probare numerationem: quod non habet neceſſe, ſi certa quantitas ſit expreſſa: quia illa debetur. Salyc. poſt Bald.

III. *Idem A. Verinæ.*

SI non deſignata certa quantitate dotẽ tibi legauit maritus, ſed quodcunque ad eum dotis nomine perueniſſet, peruenturúmve eſſet[b], & id ex teſtamento petis: neceſſaria probatio eſt numeratæ[c] pecuniæ. Quod ſi quantitatem expreſſerit, debetur[d]: & ſi in dotẽ datum non eſt: quaſi aliud legatum, non eo iure, quo dos, fungitur. PP. Non. Maij. Maximo. ij. & Æliano CC. Conss.

Hanc legem ſummaui cum prima lege. Salyc. Vel ſic: Mortua filia in matrimonio, dos debet reddi patri, vel eius heredibus: & ipſe poteſt legare liberationem. Bald.

IIII. *Imp.* GORDIANVS A. *Alexandro.*

SI dotem (vt proponis) defuncta in matrimonio vxore tua patri eius reddidiſti, vel etiam ea non reddita, teſtamẽti verbis (vt adſeueras) munit[9] es. quibus ſe recepiſſe dotẽ vniuerſam quondam ſocer tuus ſignificauit: ne hoc nomine conueniaris, ſolicitè agere non debes: cũ aut ſoluta dote, nulla ſuperſit actio[e]: aut nõ reddita, aduerſus petentẽ iuxta defuncti voluntatem parata ſit exceptio[f]. PP. xv. kal. Iun. Sabino. ij. & Venuſto. CC. Conss.

Si legatur dos: facta relatione ad inſtrumentum dotis, nihil aliud requiritur, niſi quod inſtrumentum loquitur: ſed ſi ſit relatio ad dotem: inquiritur veritas. Bald.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Seuera.*

REfert largiter[g] [an] dotẽ[h] tibi reddi maritus, an quæ inſtrumento dotali conſcripta ſunt, legati ſeu precariis verbis ſtatuit: quippe cum ſuperiore quidẽ caſu datum probandi[i] repeti tantum, poſteriore verò nihil nocente falſa demonſtratione [quod †] ſignificatum [eſt] inſtrumẽto, poſtulari poſſit[k]. Script. xiiij. kal. Decemb. CC. Conss.

ETiam.] CASVS. Teſtamentum feciſti, heredem inſtituiſti, & ita dixiſti: Decem quæ tibi debeo, tibi do, lego. non ſubfuit debitum: quia nihil debebas: an valeat legatum, quæritur? Reſpõ. quòd ſic: & actione ex teſtamento peti poſſunt.

a ¶ *Debiti.* dixit teſtator. Lego tibi decem quæ tibi debeo, & ſic prima perſona, & certum. ſecus ſi incertum: vt lego tibi quod debeo: quia non valet, cũ nihil debeam: *vt ff. de legat. j. l. ſi ſic. §. j.* Item ſecus ſi dixit in ſecunda perſona vel tertia:[a] vt lego tibi quod mihi debes. vel lego tibi quod Sempronius debet. vel etiam lego Titio quod ipſe Titius debet. nam his caſibus non valet, etiam ſi certam quantitatem ponam: ſi nihil eſt in debito. Et ratio in his: quia ſi verum eſſet debitum, teneretur heres meus ad liberationem: quando lego tibi quod nihil debes. vel ad ceſſionem: ad quam & nunc ſi tenetur, nihil poteſt cedere, vel liberare: *vt d. l. ſi ſic. & de leg. j. l. in quocunque modo. & l. ſi creditori. & inſtitut. de leg. §. poſt autem. & §. huic. & § longè. & ff. de lib. leg. l. lega. & dic plenè vt ibi.*

* ſed ex.

a Imò hoc nõ eſt propter ſecundam vel tertiam perſonam: ſed quia tunc falſa demonſtratio facit deficere ſubſtantiam ſeu legatũ, ſecundum Bart. Angel. & Pau.

SI non.] CASVS. Teſtamentum feciſti, & ſic dixiſti, quicquid nomine dotis ad me peruenit, vxori meæ do, lego. ſi nihil peruenit, an vxor peterẽ poſſit, quæritur? Dicitur quòd nõ: niſi probet dotem numeratam fuiſſe. ſecus ſi dixerit, decem quæ in dotem ſunt, do lego. & tunc ſi nihil datum ſit in dotem, petet decem non quaſi dotem, ſed quaſi legatum. Viuianus.

b ¶ *Eſſet.* quia dos non erat data, ſed promiſſa: quo caſu liberationem legaſſe videtur: *vt ff. de dote præleg. l. j. §. ſed & ſi dotem.*

c ¶ *Numeratæ.* id eſt, quòd tu mulier dotem viro dederis.[b] & ſic valebit legatum propter repræſentationem: quia cũ aliàs dos ſolueretur annua[c] bima trima die, nunc ſtatim debebitur: *vt ff. de do. præleg. l. j. §. verum eſt. & inſtitu. de lega. §. ſed ſi vxori.* Item valet: quia amodo non retinebitur dos ob res donatas vxori à viro: quòd fieret aliàs: *vt ff. de do. prælega. l. j. §. eſt & illud.* nõ autem valet vt expenſæ in dote factæ minus retineantur, cum vir legat: quia idem videtur legare quod dotis iudicio poſſet recuperare. licèt ſecus eſſet vbi extraneus legat: quia etiam expenſas videtur legare: *vt ff. de le. ij. l. Mæuio. §. à me.* Item non valet vt Falcidia detrahatur de[d] hoc legato: *vt ff. ad leg. Falcid. l. ſi vſuſfructus. §. dos.*

b Dotẽ poteſt maritus vxori legare.

c Hodie intra annũ, quando conſiſtit in rebus mobilib[9]. Bart. & Pau.

d Falcid. an nõ detrahitur ex legato dotis reſtituendæ, vt hic. Quid ſi illud legatũ cõtineat aliquod commodum repræſentationis, an deducatur ex illo commodo Falcidia: v. Gl. hoc loco negat detrahi contrarium tamen ſentit in l. dotem 37. ff. ad l. Falci. l. vbi v. quo ſcripſi & in l. 73. ad l. Falcid. adde Teraquelli tract. pœnam ſo in pr.

d ¶ *Debetur. vt ff. de verborum obligationib. l. ſi diuortio in fin. & inſtit. de lega. §. ſed ſi quam.* Sed videtur, non valere, quando dos nulla fuit: *vt ff. de do. prælega. l. ij. §. ſed & ſi dotem ibi, nam & ſi quis &c. quæ eſt contra.* vbi dicit: Si lego pro dote vxori centum quæ in arca habeo, non valere legatum, ſi nulla corpora ibi erant. Solu. diſtinguitur an quantitas exprimatur, vt corpus: *vt ff. de leg. j. l. planè. j. §. ſed hoc ita erit.* & tunc non debetur quantitas, vt ibi, ſicut nec corpus ignotum, *vt ff. de lega. ij. l. Luciũ. ij. §. quiſquis. ij.* an vt quantitas certa in genere: & tunc falſa demonſtratio non nocet. ſicut nec nocet in corpore certo: *vt hic, & ff. de lib. leg. l. legaui. & de legat. j. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. & l. ſed ſi certus. & l. ſi ſic.* ¶ Item adhuc videtur non valere etiam quantitate adiecta: *vt ff. de lega præſtan. l. viriles. §. ſi quid vxori. & l. a qui in poteſtate. §. ei qua dotem. quæ ſunt contra.* quibus legibus dicitur non deberi legatum dotis, ſed ibi petita erat contra tabulas. vnde licet vera legata debentur quibuſdam coniunctis perſonis: *vt in eodem titu. l. j.* huiuſmodi legata tamen quæ falſa demõſtratione relinquuntur, non valent, vt ibi. Alij dicunt ibi non fuiſſe quantitatem adiectam: hic ſic. ſed prima placet.

SI dotem.] CASVS. Vxor tua conſtante matrimonio deceſſit. pater illius in teſtamẽto ſuo dixit ſe recepiſſe vniuerſam dotem filiæ ſuæ, hoc modo: Dotem filiæ meæ recepi à marito ſuo, & ab ea peti veto: quia mihi ſoluit. an ab eo peti poſſit quæritur? Reſpond. aut reddidit re vera, & ipſo iure liberatus eſt maritus, aut non: & aduerſus petentem ex voluntate defuncti tuetur ſe per exceptionẽ. Viuianus

e ¶ *Actio. vt inſtit. quib. mod. toll. obligat. in principio.*

f ¶ *Exceptio.* niſi contraria defuncti voluntas probetur: *vt ſupra eodem. l.* j. quæ huic ſimilis eſt, imò idem dicit.

† Incluſa deſunt in manuſcrip.

REfert.] CASVS. Dicitur in hac l. quod differentia[a] eſt vtrum teſtator ſic dicat: Volo vt vxori meæ dos ſua reſtituatur: an ſic: quæ inſtrumento[b] dotali cõtinetur primo caſu non petitur niſi quod probatur nomine dotis fuiſſe datum. ſecundo caſu peti poteſt quod inſtrumento eſſe contentum proteſtabatur: non obſtante demonſtratione falſa. vt quia in eo confeſſus eſt ſe recepiſſe decem nomine dotis, quæ non recepit: *vt inſtit. de leg. §. ſi quis.* Viuianus.

g ¶ *Largiter.* aduerbium eſt qualitatis.

h ¶ *Dotem.* ſ. ſimpliciter, non adiiciendo quantitatem.

i ¶ *Probanti.* mulieri.

k ¶ *Poſſit. vt & ſ. e. l. ſi non deſignata. & inſtit. de lega. ſed quam. & ff. de lega. j. l. ſi ſic.*

a Aliud dos: aliud quod in inſtrumento dotali conſcriptum.

† ſeu.

b Hinc quærunt vtrum ſit ſufficienter reſpondiſſe videatur, qui dicit ſe reſpondere prout in inſtrumento aliquo continetur. Guido Papæ deciſ. 534. ita putat, quia pacta ſint exprimere aliquid nominatim vel per relationẽ ad aliud. Gl. in l. edita 3. de edendo. Idem author. ſqueſt. 459. putat heredẽ particula ſi relatione ad aliud teſtamentum facta inſtitui poſſe.

TITVLVS XLV.

DE HIS QVÆ SVB modo legata vel † fideicommiſſa relinquuntur.

Modus & conditio æquiparantur in fine, ſed non in principio deducendi rem ineſſe. hoc dicit textus cum gloſſa. Bald. Vel ſic. Modus & conditio in effectu æquiparantur: & ſi non ſtat per implere debentem, ei non imputatur. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Saturninæ.*

IN legatis quidem & fideicommiſſis etiam modus[l] adſcriptus pro conditione[m] obſeruat. Sed ſi p te nõ ſtat quo minus voluntati teſtatoris pareas, ſed p eum cui nubere iuſſa es: quo minus id

DE HIS QVÆ SVB MODO LEGATA vel fideicommiſſa relinquuntur.

IN legatis.] CASVS. Teſtamentum feciſti, heredem inſtituiſti, ab eo Seiæ vt Titio nubat. x. reliquiſti. hoc legatum ſub modo relictum, ſimile eſt legato relicto ſub conditione: vnde ſicuti ſi conditio eſſet inſerta, ita & quando modus, ſi per Seiam non ſtet quo minus nubat, ſed per Titium: habebit legatum ac ſi nupſiſſet.

l ¶ *Modus.* qui fit per vt: vt[c] lego tibi decem, vt nubas illi. Conditio per ſi: cauſa per quia: *vt hic, & ff. de condi. & demonſtr. l. demonſtratio. §. finali.*

m ¶ *Pro conditione.* quæ ponitur per ſi, & per cum: *vt ff. de verborum obligat. l. quodcunque. §. non ſolum. & ff. de conditio. indebiti. l. qui promiſit.* Et dic ſimile[d] eſt inſpecto exitu. vt enim qui non paret conditioni: ſic & omnino qui non paret modo, non habet relictum, ſed inſpecto principio[e] differunt. nam in conditione non

c Modi conditionis, cauſæ, formulæ.

d Modi & conditionis ſimilitudo eſt inſpecto exitu.

e Modi & conditionis inſpecto initio differentia.

datur actio nisi[a] extet conditio. In modo, contra. nam[b] datur actio, sed cauebit de adimplendo: *vt ff. de annuis le. l. liberto. §. Lucius. & de condit. & demonst. l. qui heredi. §. fina. & l. quibus diebus. §. fin. & l. eas. & de fideicom. lib. l. cum in testamento & de lega. iij. l. si tibi legatum.* Dic ergo obseruetur quo ad quid.

a Conditionis legatum peti non pôt, nisi extet cõditio. b Modi impletio nõ suspendit legatum, quoniam id quod sub modo legatur cõfestim peti potest, antequã modus[a] impleatur, præstita tamen cautione de eo implẽdo: vt his quæ cautio in legatis prius nõ obtinet, sed tum demũ cũ modus incontinenti a suectus est, non ex interuallo. vt in Gl. & quod ibidem scripsi l. Imperatores ff. de manumiss. testamento.

• retineas. ven. recte.

quod tibi relictũ est, obtineas[†], non oberit.[a] PP. V. Kalẽd. Ian. Gentiano & Basso Conss.

a ¶ *Non oberit. vt & ff. de regul. iur. l. in iure ciuili. & quando dies leg. ce. l. post. §. item si qua. & supra de instit. & substitu. l. j.*

Olim ex modo non oriebatur actio, quia non obijcitur propter se: hodie oritur actio. si tamen ille cui debet impleri modus, debet aliquã conditionem implere, oportet quòd primo impleat. Bald. Vel sic: Pro relicto sub modo aliquid alteri dandi, vel faciẽdi, ei competit actio & exceptio, in cuius persona aliquid debet dari vel fieri. Salyc.

Ex his verbis.] Casvs. Paterfamilias testamentum fecit, heredem Fautonem instituit Brunello decem milia, vel insulam legauit, vt v. Castellio restitueret. olim[†] legata vel fideicomm. talia non valebant. Secundo, legatario non dabatur petitio nisi in legato libertatis: putà si dicat testator: vt seruũ tuum manumittas, lego tibi decem. & hoc in prima. Hodie autem etiam in causa pecuniaria: siue fuerit legatũ relictũ sub modo tantũ, vt lego tibi xij. vt Titio des v. & hoc siue legatum consistit in dãdo, vt in supradictis exemplis, siue faciendo, vt lego tibi x. si ascẽdas, vel vt ascendas capitolium dabit secundo legatario actio, videlicet vt pro legato conditionali tunc demum actio competat, cum extiterit conditio. & hoc in secunda. Si autem testator sic dicat: lego tibi x. ab herede meo, vt v. quæ tibi debeo, non petas. aduersus te petentem vsque ad concurrẽtem quantitatem legati & debiti, obstabit tibi exceptio. & hoc in tertia.

† al. libertatẽ.

III. Imp. Gordianus A. Ammiano præfecto prætorio.

Ex his verbis, *Titio decẽ milia, vel insulam[b] relinquo, ita vt quinque milia ex his, vel eandem insulam Mæuio restituat:* licèt antea[c] neque legati neque fideicommissi petitio nascebatur, tamen in libertate[d] † à diuo Seuero hoc admissum est. Sed & in pecuniariis causis voluntatis tuendæ gratia non immerito recipiẽdum est, vt etiá ex huiusmodi verbis, siue ad conditionem[e], siue ad modum respiciant, siue ad dandum[f] vel faciendum aliquid fideicommissi actio omnifariam nascatur[g], videlicet in conditionibus post exitum earum. Sin verò legato aut fideicommisso relicto, testator legatarium seu fideicommissarium prohibuerit, vel heredẽ suum[h], vel aliũ quendam debitum exigere: habet debitor aduersus legatarium seu fideicommissarium agentem, vsque ad quantitatẽ[i] relicti, siue fideicommissi, siue legati exceptionem. PP. VI. Idus Augusti, Sabino. II. & Venusto Conss.

b ¶ *Vel insul. vn.* disiunctio est legis, non testatoris.

c ¶ *Antea.* id est ante hanc legem. Sed videtur etiam secundũ leges veteres idem fuisse: *vt ff. de lega. ij. l. imperator. in princip. & de leg. j. ciuitatibus. §. fin. & l. fideicommissum. & de le. iij. l. si legatarius.* Respond. tres[c] casus sunt vel modi, quibus legat quis à legatario. In vno habet quidem actionem secundus, scilicet cum à legatario primo lego alij secundo legatario: *vt in l. illa, si legatarius. vt in l. illa, imperator. & de leg. iij. l. fideicommissa. §. cum esset quis.* Sed quid si primus legatarius non agnouit? Respond. vtilem[d] actionem habet secundus suo nomine secundũ P. secundũ alios nullam: *vt ff. de le. ij. l. imperator. in princ.* 2 Secundus est, quando lego Titio fundum, si dederit Seio decem: quo casu Seius secundus petere non potest: *vt ff. si quis omiss. cau. testa. l. si quis sub conditione dandorum.* 3 Tertius casus est, cũ relinquo sub modo, vt lego tibi centum, vt decem illi des: & hoc casu ante Gordianum actio non dabatur secundo, nisi in libertate: sed hodie sic per l. istam. & hic intellectus est huius legis: *vt patet vsque ad §. fin. verò.*) 2 Alij dicunt dic de actione competenti primo legatario vsque ad §. fin verò. Et secundũ eos erat ratio quare non nascebatur actio ante hanc legem: quia modus[e] habetur pro conditione: *vt supra l. j.* at in conditione[f] non potest peti nisi impleta conditione: conditio autem impleri non potest, vt decem ex centum det, nisi primus legatarius habeat legatum. c. sicque propter perplexitatem[g] non valere dicebant: *vt ff. de condi. inst. l. si Titius.*

c Legatur à legatario tribus modis.

d Legatario primo legatũ non agnoscẽte, secũdus legatarius an habeat vtilem actionẽ aduersus primũ legatarium, an verò nullam an verò legatũ remanet penes heredem cũ suo onere.

e Modus habetur pro cõditione.

f Conditionalia peti non possunt, nisi impleta conditione.

g Perplexitatis ratione pereunt legata.

d ¶ *In libertate.* putà lego tibi decem vt seruum tuum manumittas, vel vt emas Stichum & manumittas, vel lego Titio Stichum vt eum manumittat.

e ¶ *Ad conditionem.* putà lego tibi decẽ, si ascenderis Capitolium: vel nauis ex Asia venerit. & sic est ista simplex conditio: & quod subiicit de modo, scilicet lego tibi decẽ, vt des illi quinque, vel vt capitolium ascendas: & sic est simplex modus, & hoc secundum quosdam. Vel dic ad conditionem, subaudi, scilicet & ad modum: vt lego tibi decem si ascenderis capitolium. vt des illi quinque. sequens articulus de modo non mutatur. Accursius.

f ¶ *Dandum.* diuidit prædicta secundùm B.

g ¶ *Nascatur* potest intelligi lex ista vsq. huc, vt loquatur de actione danda legatario primo cui aliquid relictum est sub modo: vel de eo in cuius persona modus est adimplendus. & dicimus dari actionem ad relictum. quidam tamẽ dixerunt dari actionem nomine euictionis, quãdo secũdo legatario esset euictum quod est ei datum vel relictum.

h ¶ *Heredem suum.* scilicet testantis, & dic exẽplum: lego tibi centum, vt nõ petas equum quẽ debeo tibi, vel vt non petas cc. à Titio tuo debitore.

i ¶ *Ad quantitatem.* non vltra: *vt & supra de fideicommissis l. ab eo. & de iudi doctum. l. cum patrem.*

† aliàs Trallano. rectè.

Titvlvs XLVI.

De conditionibus insertis tam legatis quàm fideicommissis & libertatib[us].

Non decedit sine liberis, qui nepotem ex filia relinquit heredem. Vel sic: Non decedit sine herede, qui nepotem ex filia relinquit heredem. Baldus. Vel sic: Conditio si quis decesserit sine liberis, deficit ex mente solum vno nepote ex filia existente. Salyc.

I. Impp. Severvs & Antoninvs AA. Claudia.*

Cvm testatorẽ fideicommissum Tralliano † ab eo quem pro parte heredem instituerat[k], ita reliquisse proponas, si sine liberis institutus • diem obiisset: isque nepotem quem ex filia susceperat, heredem instituerit: conditionem adscriptam fideicommisso defecisse[l] manifestum est: nisi alia defuncti voluntas euidẽter prohibetur. PP. Non. Decemb. Laterano & Rufino Conss.

• Claudio.

• institutus quæ lectio verior videtur.

De conditionibus insertis &c.

Dixit de causa & demonstratione & modo adiecto legatis: nunc de conditionibus.

Cvm testatorem.] Casvs. Bernardus heredem Rainerium instituit, & rogauit, vt si sine liberis decederet, Fautoni & Brunello hereditatem restitueret. decessit Rainerius neq; filio neque filia superstite, nepote tamen ex filia relicto. nunc deficit conditio, nisi probetur testatorem aliud voluisse. Videbatur quòd sic: quia vnicus erat. & dixit, sine liberis: & hoc non obstat. Item quia non erat ex filio: sed hoc non obstat: quia nomine liberorum & nepos & neptis continentur etiam ex filia: *vt hic, & vt ff. de ver. significatione l. liberorum.*

Argumentum à contrario sensu non sumitur vbi resultat prauus intellectus contra legem. Bald. Vel sic: Casus omissus relinquitur in dispositione iuris communis: nec absurdus intellectus, vel qui sit contrarius iuri, vel contra formam edicti, debet sumi. h. d. & not. Salyc.

II. Idem A. Galliano.†

Cvm patremfamilias[m] fi-

† Gallieno.

k ¶ *Instituerat.* maximè: *vt ff. de leg. j. l. si filiusfamilias. §. cum quis.*

l ¶ *Defecisse.* quæ videbatur extitisse: quia[a] vnus tantũ fuerat: sed hoc non facit eam existere: *vt hic, & ff. de verb. sign. l. non est sine liberis. & infra quando dies leg. ce. l. cum vxori.* Item & ideo, quia sui patris & non aui materni sequitur familiam: sed certè nec prodest: vt non deficiat, *vt hic, & ff. de verb. sign. l. cognoscere. §. liberorum.* ¶ Item nota hic appellatione[b] liberorum etiam nepotes contineri: *vt & ff. de verb. signif. l. liberorum & infra ad Treb. l. sub enim. §. j. & supra de instit. & substit. l. generaliter. § fin.*

a An pluralis locutio verificetur in vno, multis tradit Tiraquellus in repeti. l. si vnquam in verbo susceperit liberos, num. 226. & sequent. Cod. de reuocanda donationib. vbi tandem num. 260. tradit semper pluralem in singulari verificari.

b Liberorum appellatione nepotes continentur.

m ¶ *Cum patremfamilias fideicõ.* Ad huius legis euidentiá nota quòd cũ quid relinquitur sub conditione, vel in diẽ, debet heres legatario satisdare quòd adueniẽte die præstabit legatum: *vt ff. vt lega. seu fideicom. no. ca. l. j.* nisi testator illã conditionẽ remiserit: vt j. *vt in possessionem leg. l. fin.* Et dic casum huius legis sic: Testator reliquit fundum Sẽpronio post annum dandum, filia herede instituta: & præcepit vt caueret Sẽpronio sub hac conditione, si à viro nõ diuertisset. ipsa verò diuertit. petit ergo Sempronius sibi caueri, & econtra illa se defendit. nam cũ testator præcepit vt illa caueret, si non diuertisset: ergo à contrario sensu voluit eam esse immunem si diuertisset. sed & ea parata diuertere, conditio remittitur vt turpis.

turpis:& sic videtur quòd non teneatur cauere. Ad hoc respondetur: quia hæc conditio si diuertisset, turpis est, ergo pro non adiecta debet haberi:ergo hic nulla tacita intelligitur: cauet ergo & non diuertit.

deicommissi nomine[a], quod in diem certã reliquit, ita cauere præcepisse proponas, si à marito nõ diuertisset: iurisdictionis originem [b] perinde seruari æquum est, ac si nihil super ea re scriptũ fuisset [c]. Nec exemplũ[d] legati, vel hereditatis, in quib[e] conditio diuortij nonnunquã remitti solet, huic rei comparandũ est [e]: cũ absurdũ sit ideo perpetui edicti [f] negligi formã †, quia patris sui voluntati [g] non obtemperatur. PP. Antonino. A. II. & Geta. II. Conss.

Defectus conditionis per factum implere debentis, cum impedit habere legatum. Salycetus.

III. *Imp.* Anto. A. *Aurelio militi.*

SI ea conditione Aulazanus* legata testamento præstari voluit[h], si cũ focaria sua matréque eius[i] moraretur, & per eũ stetit quo minus voluntati testatoris pareret: cũ sua sponte scripturæ testamenti non obtemperauerit, ad petitionem non admittitur[k]. PP. VI. Id. Iul. Læto. II. & Cereale Conss.

Si conditio deficit per casum fortuitum contingentem in persona eius in cuius persona debet impleri, desinit legatum. Salyc.

IIII. *Imp.* Alexand. A. *Lidniæ.*

LEgatũ siue fideicõmissum à patruo tuo relictum tibi sub conditione, si filio[l] eius nupsisses: cũ mortuo[m] filio priusquam matrimonium cũ eo cõtraheres, cõditio defecerit nulla ratione [n] deberi tibi existimas. PP. Kalen. Decem. Alexãdro. A. II. & Marcello Conss.

Fideicommissum relictum mulieri cũ nupserit, acquiritur patri in cuius est potestate tempore nuptiarum. sed si tunc erat sui iuris, acquiritur mulieri, & heredibus eius. Bald. Vel sic: Vt legata quærantur patri vel filio, considera tempus quo eorum cedit dies vel conditio. Sal.

V. *Impp.* Dioclet. & Maximia. AA. & CC. *Faustino.*

SI vxorem tuam tẽpore nuptiarum [o] in patria potestate[p] fuisse mõstretur: fideicommissi cõmodum ei relictum cũ nupserit: nullo alio dié eius cedere prohibente, patri quæsitũ non ambigitur. Quòd si à patre ante nuptias emancipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre & marito ac liberis: actionem[q] fideicommissi sibi competentem [r] ad heredes suos trãsmisit. S. VI. Kal. Februa. Sirmij, Cæsarib[us] Cõss.

Impletio conditionis non prodest nisi implenti. Bal. Vel sic: Quando vna conditio reiterabilis additur pluribus: non sufficit vnum implere, vt prosit omnibus: sed benè sufficit vt sibi prosit. Salyc.

VI. *Imp.* Iusti. A. *Io.* P.P.

SI plures [s] personæ vnã cõditionẽ implere fuerint iussæ apud Vlpianum dubitabat[ur], vtrúmne omnes simul eandẽ facere debeãt[t] an singuli quasi soli implere eam compellantur. Videt[ur] autem nobis vnumquẽque necessitatem habere conditionem[u] implere, & pro portione sibi cõtingente accipere

a ¶*Nomine.* duo fuerunt hic fideicommissa: fundi scilicet & cautionis: *vt ff. de vsufruct. ea. re. quæ vsu. consu. l. tribus.* sed secundũ pro primo interponitur.

b ¶ *Iurisdictionis originẽ.* id est præceptum. s. testatoris, [a] quod fuit vt caueret. Vel id est perpetui edicti. quo iubet prætor caueri: *vt ff. vt le. no. l. j. in prin.*

c ¶*Fuisset.* i. ac si nõ fuisset apposita conditio. vel. i. ac si nil dixisset de cauendo. nam etiam eo non dicto debet caueri.

d ¶*Nec exemplum.* argumentabat[ur] [b] enim hic heres instituta sic: video quòd si alicui leget, vel instituatur heres hac conditione, si diuertit à marito, spreta tali conditione admittitur ad legatum, vel hereditatem: *vt s. de institu. & subs. tit. l. reprehendenda.* & hic videtur mihi relicta immunitas tacita: id est, vt non caueam si diuertã tacitè. spreta ergo tali conditione debeo consequi immunitatem.

e ¶*Comparandum est.* quasi conuersione admissa: nam in dictis argumentis fuit expressa conditio, hic non.

f ¶*Edicti.* quod est de cauendo, etiã si non dicatur à testatore: *vt ff. vt le. no. ca. l.* j. q. d. licèt ex voluntate defuncti cogi non possit ad cauendũ propter impossibilitatẽ, secundũ allegationẽ filiæ: tñ forma edicti negligi non debet, cui parere oportet, etiam si testator nil dixit: & pro hac j. *de his qui sibi adscri. l.* j. Est & alia ratio quare sit cauendum, putà quia potuit accipi si, pro quamuis. Item & tertio: quia subauditus intellectus est prauus: vnde pro non adiecto habetur: vt dixi.

g ¶*Voluntati.* scilicet tacitæ & prauæ, quæ est vt diuertat. ¶Et no. hic prauum [c] subauditum intellectum non seruandum, quo quis ad malè faciendum inuitatur: *vt ff. si quis omis. cau. testa. l. qui autem. in prin. & ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idem respondit. j. & ff. de leg. j. l. seruo alieno. §. penultim. & l. a filia. §. j. & ff. de pecu. l. eo tempore. §. respon.* ¶Item no. quòd qui apponit conditionem, vult eam existere: *vt ponit arg. ff. de min. test. a. l. si quis locuples. in fi. & de cõdic. cau. da. l. dedi. in fi.*

SI ea.] Casus. Mihi x. legasti, vt cũ concubina tua matréque eius starem. non steti. an petam legatum? Resp. quòd non.

h ¶*Voluit.* scilicet Titio.

i ¶*Eius.* testatoris, vel legatarij, vel focariæ.

k ¶*Non admittitur.* secus autem si non stetisset per eum, *vt hic, & ff. de condit. & demon. l. si quis ita legauer. & de lega. ij. l. Titia. j. §. si eam. & de ann. leg. l. Mæuia. & l. Seio. in princip. & de ali. leg. l. libertis. & l. Stichus.* Sed contra est. s. *de leg. l.* j. Solu. vt ibi.

LEgatum.] Casus. Testator filiæ sororis suæ decem legauit, si filio suo nuberet, non nupsit: quia filius decessit. an legatum petere possit, quæritur? Respon. quòd non: & est ratio: quia aliàs non esset relicturus. secus econtra.

l ¶*Si filio.* ex hoc patet quòd aliàs non erat relicturus.

m ¶*Mortuo.* post mortem patrui: sec[us] si ante, *arg. ff. de leg. j. l. turpia. §. j.* secundũ Bart. Dicebat [d] enim quòd hæc conditio si nupserit, est possibilis, si filius moritur post mortem patris: & ideò ea deficiente deficit legatũ. sed si morit[ur] viuẽte patre, est impossibilis: & sic pro nõ adiecta debet haberi. Sed hoc dicere non placet: quia non refert quando moritur: [a] nam vtraque erat possibilis: *vt s. de instit. & substi. l. si quis heredem.* Nec obstat. d. l. turpia. quia ibi est impossibilis eo mortuo cuius arbitrio debet nubere viuo testatore: & similiter eo mortuo postea esset impossibilis, quia viduitatẽ inducit: *vt ff. de condit. & demonstra. l. cũ tale. §. si arbitrio.* quæ viduitas hic nõ inducitur.

n ¶ *Ratione.* vt & *ff. de condi. & demon. l. in testamento ita erat. & de an. leg. l. Seio.* Sed contra *eo. titu. l. annua. & de condit. instit. l. quæ sub conditione. §. mortuo. & §. de instit. & substitu. l. j.* & ibi plenè solui omnia. Item contra s. *de leg. j.* Sol. vt ibi.

SI vxorem.] Casus. Vxori tuæ in paterna potestate constitutæ x. legaui si nuberet. cui acquiratur legatũ, quæritur? Resp. quòd patri suo nullo interueniẽte impedimento quod impedire possit diem legati cedere. Si autẽ pater ante nup. eam emancipauerit: mater filiis & marito superstitibus decedens, fideicommissum vel legatum transmittit ad heredes.

o ¶ *Nuptiarum.* scilicet contractarum.

p ¶*Potestate.* sic ergo tẽpore [b] matrimonij vxor est in patris potestate: *vt hic, & instit. ad Tertul. §. j. in fi. & s. de coll. l. filiæ licet.* nisi quo ad debitũ carnis, & quo ad operãdũ: *vt ff. de ope. lib. l. sicut.*

q ¶*Actionem.* modò respondet.

r ¶ *Competentem.* quia tunc cedit dies legati, cùm iam est emancipata: *vt ff. de pigno. l. si legati, & ff. quando dies leg. ce. l. si post diem. §. fina.* secus in [c] contractibus, vbi initium inspicitur: *vt ff. de verb. oblig. l. si filius. & de B. p. ser. l. fin. de reg. iur. l. quæ legata.* & est ratio, [d] quia in legatis nullus inuenitur actus filij in potestate manentis: sed in contractibus sic.

SI plures.] Casus. Decem Titio Seio Caio legasti, si domum tibi facerent: an omnes simul facere debeant, an sufficiat quòd vnus? Respon. quòd vnusquisque habet necesse implere conditionem, & pro portione sibi competente vnusquisque legatum percipiet. sed si vnus impleuerit aliis negligentibus: pro portione se contingente totum consequetur. vnde qui paruerit, ad legatum vocabitur: qui non sibi imputet. Viuianus.

s ¶*Si plures.* quidam habent hanc l. pro vltima huius tit.

s ¶ *Si plures.* lego fundum Titio & Seio, si fecerint domum heredi meo: & ita est indiuidua. vel si ascenderint capitolium, quæ est diuidua.[e]

t ¶ *Debeant.* quia sic dicunt verba testamenti: vnde vno adimplente ex toto, etiam ipse non videbatur partem suam legati habere: sed certè imò habet: quia illa pluralis oratio resoluitur in multas singularitates: *vt ff. de condi. & demon. l. falsa. §. fin.*

u ¶ *Conditionem.* scilicet soliidam. & hoc quando est indiuidua: quia est in facto, secus si diuidua. sufficit enim vt pro parte adimpleatur: *vt ff. de condi. & demon. l. si quis legata. §. fina. & l. penult. in prin. & §. de illo. & de manu. test. l. si ita fuerit. & arg. ff. de verborum obligat. l. in executionibus. & de statulib. l. si peculium. §. penult.* Et nota quòd si vni

a Iurisdictio pro præcepto testatoris: vel perpetuo edicto.

† Conc. c. si diligenti. cum Gl. extr. de fo. compet.

b Argumentũ à contrario sensu non procedit quãdo reddit intellectus absonus, contrarius rationi. vide per Bart. in loco à contrario sensu, nu. 6. 7. & seqq. vbi plenissime hoc loco exple. & adde Soci. reg. 28. quæ incipit, Argumẽtum à contrario sensu legibus & vltimis voluntatibus, quàm in statutis validũ est in sacr.

* Aulazanus. al. Aulazanus.

c Subauditus intellectus si prauus sit, non est obseruandus.

d Rem. alle. Bal. & Salyc.

a Dummodo post testamentum: secus si esset mortuus tempore testamenti. Pau.

b Vxor etiam matrimonij tempore est in potestate patris.

c Tẽpus contractus quod ad acquisitionem inspicimus in contractib. sub conditione casuali initio in legatis, tempus existentis conditionis. & cet. adde Gl. l. si filius. 38. de verb. oblig.

d Hanc rationem reprehẽdit Bart. in l. si n. nu. 48. hanc igitur adfert. quod in legatis cõditio nõ retrahitur retro, vt in contractibus.

e Est singul. in persona cuiuslibet: quia ascensus vnius non est ascensus alterius. Bart. Paul. & Salyc.

a Vnde si decem dederit in pluribus suo eadem conditione fundus legetur interest.
b Id est adcrescendi, verum suo cum sua conditione adcrescit.
c Conditio et suam comitari solet.

est a relictus fundus si decem dederit: nec partem fundi consequi potest, nisi totaliter decem det. secus si duobus est relictus si decem dent: vt ff. de condit. & demon. l. cui fundus. & d. l. si quis legata. in fine. & facit infra si plur. vna sen. per totum.

a ¶ Repellantur. & sic alteri b cum sua conditione c accrescit: vt ff. de condi. & demonstr. l. si quis legata §. fina.

Cum quidam. Primo thema & quæstio. Secundo, eius decisio. secunda ibi, itaque. Sal. CASVS. Seruo tuo libertatem reliquisti, si heredi daret x. vel seruum vel equum: & dum vt heredi à lib. agenti satisfaceret, secundū quod ei iniunctum fuit, ad ipsum iter arripuisset, incursu latronum re ablata, facultas parendi est adempta: an per hoc perderet libertas, apud antiquos erat quæstio. Decidit hāc imperator, dicēs q seruo libertas cōpetit, & cōmodum heredi vel alij non abstrahitur: vnde quocunque casu impediatur, siue per heredem qui accipere noluit secundùm quosdam quod non est verū siue per fortuitum casum, quia dare nō potuit, vel per quemcunque alium cui dare iussus est, liber fiat: nisi per seipsum steterit q a conditioni parere noluerit. obligatus tamen heredi permansit, vbi heres oblatum recipere recusauerit, vnde si extet mancipium, soluere debet. vel mācipij eius æstimationē, si non extet. & idem in alia re.

b ¶ Heredi. id est domínico: vt ff. ad l. Aquil. item Mela. §. legis.

c ¶ Casum. nota de fortuito casu.

d ¶ Per heredem. Tres casus nota. 1 Primus, q a aut stat d per heredē: & tūc est liber: dummodo postea præstet, secundū quosdā. lo. contra. arg. ff. de condit. & demon. l. pater Seuerinam. Solu. vt ibi notatur per Io. 2 Secundus, q vando per fortuitum casum: & tunc idē secundū non: vt hic, & ff. de manu. testa. l. libertate. & de re. iur. l. in iure ciuili. & est mirum quare fortuitus casus cum nō liberat: sed est ideo fortè, quia libertas d est res inæstimabilis: vt institu. quibus ex cau. ma. non licet. §. cùm ergo. 3 Tertius est, si stetit per ipsum seruum: & tunc non est liber: vt hic, & supra de necess. seru. l. finali.

d Impedimentum libertatis est vel ab herede, vel in casu fortuito, vel in ipso manumittendo.
e Libertas est res inæstimabilis.
f Paupertas nō excusat legatarium ab implemento conditionis. vt hic. Autem pedit restitutionem in integrum nō impedit. Itaque propter paupertatem impeditus in integrū. corpore seu illa ipse ex causis restitutionis poterit & hac communem opinionem esse refert O. dus Specul. 1. de in integ. rest. §. quia autem §.
g Debitor si offerat. & creditor nolit accipere: si res oblata pereat, ag. liberatur creditor.

e ¶ Conditionem. Quid autem si voluit implere conditionem, sed pecuniam f non habuit? Resp. non est liber: vt ff. de condi. & demon. l. cùm ita datur libertas. §. 1. secundum quosdam.

f ¶ Et ipse. heres, vel alius cui iussus est dare.

g ¶ Ab eo est. postea tamen, id est, post manumissionem fuit datum, & admissum, vt non obsit. ff. de statulib. l. si peculium. in principio. secundum quosdam: quod nihil est: nam ibi non heredi, sed alij erat dandum: & pecunia erat penes heredem. vnde nil facit ad legem istam.

h ¶ Minimè concedimus. aliud est in contractibus, vbi licèt offerat, non liberatur: vt ff. de solut. l. qui decem. in principio. & l. si debitor. & de except. dol. l. si opera. secundū Ioan. sed certè imò idem secundū sū alios. nam & ibi re amissa post moram creditoris, non tenetur debitor amplius soluere: vt in dictis legib. dicitur. In hoc tamen est aliud: quia hic de casu fortuito tenetur: licèt non præcesserit mora vel culpa, vel pactum: & licèt heres non fuit in mora recipiendi solutionem: at in contractibus aliud obseruatur: vt ff. de verborum obligat. continuus. §. si ex delegati causa. Item aliàs ante impletā conditionem nullius consequitur relictum: vt ff. de conditionibus. & demonstra. l. qui heredita. §. fina. & supra titu. 1. l. 4. hic sic. Item aliàs ex suo facto non tenetur liber factus: vt supra an seruus ex suo facto. l. promisisse.

i ¶ Quatenus. redit ad prædicta. dixi eum teneri, quatenus &c.

k ¶ Solidos. aliàs æstimatur aliter: vt dixi supra communia de lega. l. fin. in principio.

l ¶ Vera. id est iusta: vt institut. qui. ex cau. ma. non lib. §. semel. & ff. de lega. 3. l. si fideiu. §. fin.

a solidis impedanda.

quicquid ex hoc cōmodi est: vt hi quidē q cōpleuerint iussa, ad lucrum vocentur: qui autem neglexerint, sibi imputent si ab huiusmodi commodo repellant a. Dat. III. Kalen. Augu. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

Iussus liber esse si certum quid heredi dederit: illo pereunte casu fortuito statim liber efficitur, & pro re perempta ad æstimationem tenetur. oblatione facta; & non recepta à præstando in futurum liberatur: & si per eum staret quo minus conditionem impleret, libertatem nō consequitur. Salyc.

VII *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

b ¶ *Prudentissimis.* i. nō tantū aliis, sed etiā ipsis qui eam consequebantur displicuit.

c ¶ *Ne fieret.* i. vt non fieret.

d ¶ *Disponerent.* ipsi testatores.

e ¶ *concedimus.* s. fieri substitutiones.

f ¶ *Et cùm lex.* quinta ratio.

g ¶ *Antiquum.* scilicet bonum.

h ¶ *Parētib.* ¶ No. q̃ nedū in parentib. & filiis sit licitū adire ante apertura tabul. imò etiā extraneis conceditur.

i ¶ *Erubuit.* iubebat l. Papia, vt si decederet heres ante apturā tabularū, fieret legatū caducū, & nō posset adire quis, nisi esset de parentibus, liberis vsque ad tertium gradum.

k ¶ *Eis.* s. liberis.

l ¶ *Concedimus.* s. ius antiquum vt possit adire ante apertas tabulas.

m ¶ *Ab aditionibus.* vt non fierent ante apertas tabul.

n ¶ *Sumpsit.* vt nō possit adire ante apertas tabul.

o ¶ *Et ideò.* i. ex hoc primo vitio nascitur hoc secundum.

p ¶ *Testatoris.* hoc est secūdum dictum legis Papiæ.

q ¶ *Tabularum.* vt non possit adiri ante apertas tab. nisi in duobus casib. Prim⁹, quādo est de liberis, vt j. §. prox. Secūdus, quādo in totum erat hæres, vt ff. de iur. & fa. ign. l. j. §. finali. & supra de iur. deli. l. iij. Sed hodie semper etiā ius, vt pōst subiicit.

b Heredes non adire ante apertas tabulas possunt non tantum parētes & liberi, sed & extranei.

a Lex Papia duo continebat.

obseruationem inuidiosum[a] suum amittat vigorem, qui & ipsis prudentissimis[b] viris displicuit, multas inuenientibus vias, per quas caducum non fieret[c]. Sed & ipsis testamentorum conditoribus sic grauissima caducorum obseruatio visa est, vt & substitutiones introducerēt ne fiant caduca, & si facta sint, ad certas personas recurrere disponerent[d], vias recludentes quas lex Papia posuit in caducis: quod & nos fieri concedimus[e]. Et cùm lex[f] Papia ius antiquum[g], quod ante eam in omnib. simpliciter versabatur, suis machinationibus & angustiis circunoludens, solis parentibus[h] & liberis testatoris vsq. ad tertium gradum, si scripti fuerant hæredes, suum imponere iugum erubuit[i], ius antiquum intactum eis[k] conseruās: nos omnibus nostris subiectis sine differentia personarū hoc concedimus[l].

Hic secunda, in qua statutum nostrum incipit ponere, & hoc principium dicit in summa: Lege Papia & senatusconsultis circa eam & materiam caducorum versantibus correctis, statuitur, vt hereditas defuncti possit adiri clausis tabulis, & vt legata purè, vel in diem certam relicta cedant quoad transmissionem à morte testantis, & fisco non debeantur. Salyc.

Cùm igitur materiam & exordium caducorum lex Papia ab aditionibus[m] quæ circa defunctorum hæreditates procedebant, sumpsit[n], & ideò[o] non à morte testatoris[p], sed ab apertura tabularum[q] dies cedere legatorum senatusconsulta[r] quæ circa legem Papiam introducta sunt, censuerunt[s] [t] vt quod[t] in medio deficiat, hoc caducum fiat[u]: primum hoc corrigentes, & antiquum[x] statutum renouantes[y], sancimus omnes habere licentiam à morte testatoris adire hereditatē: similiq.[z] modo legatorum[a] vel fideicōmissorum purè vel in diē[b] [certam][*] relictorū diem à morte testatoris cedere[c].

Hic Imper. prosequitur materiam deficientium voluntatum, & assignat primò differentiam nominum, dicens quòd vltimæ voluntates quæ deficiunt ex parte honorati, quandóque sunt pro non scriptis, videlicet quando relinquuntur iam mortuo, quandóque sunt quasi caducæ, vt quando legatarius decessit post testamentum ante confirmationem post mortem testatoris. Quædam sunt caducæ, vt quæ post mortem testatoris deficiunt, vel repudiantur. h. d. vsque ad §. in t. Bal.

Et cū triplici[d] modo ea quæ in vltimis elogiis relinquuntur, contingebat deficere, consentaneum est & tempora eorum, & nomina manifestè exponere, vt quod vel tollitur vel reformatur, non sit incognitū[e]. Ea etenim vel his relinquebantur qui in rerum natura tunc temporis cùm cōdebantur vltima[*] elogia non fuerant[f], fortè hoc ignorantibus testatoribus: & ea *pro non scriptis*[*] esse leges existimabant. Vel

r ¶ *Senatusconsulta.* s. Æmilianum & Largianum, de quo fit mētio j. de Lati. lib. tollen. §. cum igitur. & instit. de success. lib. §. finali.

s ¶ *Censuerunt.* & malè.

t ¶ *Vt quod.* s. legatum.

u ¶ *Caducum fiat.* & fisco applicetur, vt ff. de pet. hered. l. item veniunt. §. cum antequàm.

x ¶ *Et antiquum.* nam & olim erat quod modo statuemus.

y ¶ *Hereditatem.* & hoc verum est. nisi aliud impediat, vt j. de bo. qui. vt ind. l. si ea quæstio. hic enim vult dicere, i. nisi impediat cum apertura tabularum.

z ¶ *Similique.* hic corrigitur secundum dictum.

a ¶ *Legatorum.* s. fideicommissorum.

b ¶ *In diem certam.* vt & ff. de vsuf. leg. l. Sempronius. secus si sub conditione vel die incerta, vt j. ea. l. § in nouissimo. & §. fin. aut si aliquid. & ff. quando di. le. ce. l. si post diem. & l. si dies. Secus etiam in quibusdam puris legatis quæ habes j. ea. l. §. in nouissimo. Si tamen incerta dies sit apposita in persona legatarij, putà cùm morieris, lego tibi x. perinde habetur[e] ac si in diem certum sit relictum: vt ff. quando di. leg. ce. l. si cum heres. & ff. de condit. & dem. l. heres meus. j. resp. Itē & cōditio[d] quandoq. non habetur pro conditione, vt si sub eadem relinquatur legatum, sub qua facta est institutio heredis: vt ff. quando di. le. ce. l. si dies. §. fin.

c ¶ *Cedere.* duob. modis dicitur cedere[e]. Primò quoad hoc vt extunc decedens legatarius transmittat ad heredes, & ita hic, & ff. quando di. le. ce. per totum. Alibi vt dicatur deberi: vt ff. de verb. signif. l. cedere. & sic non accipitur hic, nam non[a] est statim legatatio inspecta veritate, nec ei debetur, cùm[b] nulla præcessit obligatio: vt ff. de dolo l. & eleg. iater. §. item si legatum. & ff. de legat. j. l. si filio. §. cum seruus. sed fingitur[c] quæsitum[d] & debitum cùm postea venerit dies, vt ff. de fur. lu. l. à Titio. & arg. ff. si cert. peta. l. proinde. Sed in contractibus[e] inter viuos vbi præcessisset contractus vel obligatio dicit deberi, licèt[f] non possi: peti, vt ff. de verborum obligation. l. cum qui Kalendis. Item licèt dicat simili modo in legato vt in hæreditate, c tue[g] quia hereditas[h] nō relinquitur ex die, vel ad diē, sed sub cōditione sic, vt ff. de hered. insti. l. hereditas. & inst. de hered. insti. §. heres. Itē nec[i] transmittit heres hereditatem nō aditam: vt j. eod. §. in nouissimo. & hic secus est in legato. Sed est similitudo[k], q. sicut ante apertas tabul. pōt adire hereditas, ita & cedit dies legatorum quo ad transmissionē.

¶ *Et cū triplici.* In casus. Imperator dicit, quòd tripliciter fiebāt legata caduca. Prim⁹ mo-d⁹ erat quādo testator reliquit legatum illi q nunquā fuit in rerum natura: vel fuit, sed ab humanis rebus exiuit ante tēp⁹ testamēti: & tūc erat caducū, & appellabatur p non scripto. Secundus modus, erat quādo reliquit legatū alicui, & ille postea decessit viuo testatore, & illud dicebatur est in causa caduci. Tertius modus erat quando reliquit alicui legatum, & ille repudiauit, vel decessit ante aperturam tabularum & dicebatur in primo genere legati hoc legatum caducum. quod dicebatur pro non scripto, remanebat apud heredes à quibus erat relictum, nisi legatarius haberet substitutum in legato, vel coniunctum, vel suppositum sine onere, hoc est quod non dabunt, vel facient illud quod testator voluit vel dari, vel fieri à legatario, & in hoc genere legati nihil immutatur hodie. In secundo genere quod dicebatur in causa caduci, legatum similiter remanebat apud illos à quibus erat relictum, sicut in primo casu, nisi legatarius haberet coniunctum, vel substitutum, & remanebat apud istos cum onere suo, quemadmodum erat remansurum apud legatarium, siue istud onus consisteret in dando, siue in faciendo, quia non est ferendus qui lucrum sentire vult, si onus ei annexum recusat sustinere, & quod dicit, in modo, dic exemplum: Lego tibi fundum, vt decem des Titio sub conditione, vel lego tibi si nauis venerit ex Asia, & quod dicit, vel alia quacunque, dic exemplum, vt legaui tibi decem, & postea alio testamento præcepi aliquid dare vel facere. Et nota quòd in hoc genere legati aliquid mutatur, olim enim remanebat illud legatum apud eos à quibus erat relictum sine onere, hodie cum onere: vt hic dicit. Vaiianus.

d ¶ *Triplici.* s. inter cæteros modos, nam & multi alij sunt modi, sed de tribus tantùm tractat iste titulus.

e ¶ *Incognitum.* sic & inst. de testa. an prin.

f ¶ *Non fuerant.* in veritate, vel de iuris fictione, vt quia erat ab hostibus captus, & ibi decessit legatarius, vt ff. de leg. j. l. si ferme meo Stichus. §. j.

e Quia certū est quod ille dies purè, vel certo venit, cum in viua legatarij. Bar. & Bald.

d Conditio pro conditione non habetur, quoties sub eadem conditione legatū relinquitur, sub qua facta est institutio heredis.

e Dies cedere legatorum & fideicommissorum à morte testatoris dicitur. ad & ab illa die cedens legatarius transmittit ad heredem legatū, & ab illa die legatū deberi dicitur.

a Legatum in die non statim legatum debetur, non debetur veritate inspecta, seu tū demū cū venerit dies: quo facto legatum fingitur ab initio fuisse debitum.

b Deberi nihil potest sine obligatione. Ideò quę obligatio deberi præcedere debet.

c Dies legati adueniente die testatoris transmittitur quippe cius obligatio retrotrahitur per fictionē. Verùm Bartolus hanc Glossam in l. ff si quis ij. de vsuca. numero 47. reprehendit, negat enim hic villā esse fictionē.

d Actione qui in diē & debitū dici potest, quod tamē peti tale non potest.

e conceditur, reuocauit.

f Deest in vetusti. Interpretatione ex glo.

e Salycetus negat in hoc differre contractus & legata.

f Deberi aliquid potest, licet peti non possit.

g Legati & hereditatis differentia.

h Hereditas non relinquitur ex die vel ad diem, at etsi sub cōditione possit relinqui.

i Heres hereditatem non aditam non transmittit. addi Tiraquel. 14. priuilegia piæ causæ.

k Legatorum & hereditatis similitudo.

Extrema. scripto. vetteste.

a ¶ *Is qui.legatarius.*
b ¶ *Habuit.*scilicet spe.
c ¶ *Post teste.* viuo testatore.
d ¶ *Deficie.* vel quia definebat legata res in reb. esse humanis, vel quia legatarius repudiabat, vel deficiebat cōditio, vel moriebatur legatarius.
e ¶ *Expirabat.* s. legata.
f ¶ *Donasset.* i. legasset nā legatu donatio est: vt in inst. de leg. §. j. & ff. de lega. q. l. legatum. j.
g ¶ *Apud eos* imò videtur quòd non: vt ff. de cond. & dem. l. si quis cum quem. vbi legat' seruus apud legatariū remanet licèt nō manumittatur ex volūtate testatoris, sed ibi valebat legatū serui: licèt liber tas non valeat, hic autē nec legatū valet. ¶ Itē cōtra ad idē. ff. de leg. q. l. codicillis. in princ. vbi remanet penes legatariū: licèt sit nullū in p-sona ancillæ, cui legatari' debebit restitue-re. Sed ibi^a est nullū ꝓpter vtilitatē fideicōmissi, iusta cōsideratione habita heredis, & eius cui reliquit fideicōmisū s. ancillæ: nam legabat ancillę testatoris à legatario dādum, hic autē est nullum alia ratione.
h ¶ *Vacuatis.* i. defectis, vel quia mortui sunt.
i ¶ *Ad illos.* s. substitutū, vel cōiunctū. ¶ Sed certè imò quādoq. etiā ad nō cōiunctū potius vadit, quā ad eū redeat à quo est relictum, vt si Titio & postumo lego x. nā Titi' habet totū, etiā si vtriq. nō cōiunctim legaui vt ff. de leg. j. l. si duob. §. si quæ est contra. Sol. hic corrigit, qđ nō placet, quia hic dicit se nihil corrigere de antiquo iure. 2 Aliter

* Causam.

a Dic melius quòd etiā in illis codicillis legatum fuit validū: ideò onus si seichemissi deficit, debebat penes eum remanere. g. s. & Pau.

† Duo dati sunt substituti, vnus ante heredem decedit, heres moritur postea substituti premortui non hæredi, heredis, sed consubstituto alteri adcrescit. Neque differentia constituenda in hulusmodi substitutionibus, coniunctis re & verbis, an verbis tantū. vide Gnelonē Papa decif. ...

b Et non semper coniunctionem

c Legatarii portio, licèt videatur esse pro non scripta, non tamē adcrescit col legatario in certis casibus.

viuo testatore is qui^a aliquid ex testamēto habuit^b, post testamētū ab hac luce subtrahebat^c: vel ipsum relictum expirabat, fortè quadam cōditione sub qua relictum fuerat deficiente^e, quod veteres appellabant *in causa** *caduci.* Vel mortuo iam testatore, hoc quod relictū erat, deficiebat^d: quod aperta voce *caducum* nuncupabatur.

Hic exequitur Imp. membra per ordinem, & dicit quod pro non scripto primo defertur substituto, secundo coniuncto, tertio remanet apud grauatum, & onus non comitatur ipsum, quia nunquam habuit radicē fundamenti. h. d. vsque ad §. pro secundo. Bal. Vel sic: Legatum pro non scripto remanere debet penes heredē, nisi legatarius in eo habuerit substitutum vel coniunctum, quia tunc ei debetur: & regulariter sine onere quod etiam erat antiquitus. Salyc.

In primo itaq. ordine, vbi *pro non scriptis* efficiebātur^e ea quæ personis iam ante testamētum mortuis testator donasset^f: statutum fuerat vt ea omnia bona manerent apud eos^g, à quibus fuerant derelicta, nisi vacuatis^h vel substitutus † suppositus, vel coniunctus fuerat aggregatus: tunc enim non deficiebant, sed ad illos^i peruenîebāt, nullo grauamine^k (nisi perrarò^l) in hoc *pro non scripto* superueniente:

quod & nostra maiestas quasi antiquæ beneuolentiæ consentaneū, & naturali ratione subnixum, intactum atque illibatū percepit, custodiri in omne æuum valiturum.

Olim quasi caduca deuoluebantur ad fiscum, hodie deuoluuntur ad substitutum coniunctum vel grauatum cum onere suo h. d. vsque ad §. in nouissimo. Bald. Vel sic: Legatum quod efficitur quasi caducum, primò debetur substitutis, secundo coniunctis, & his non volentibus vel non extantibus, remanet apud eum à quo est relictum, & à quocunque eorum debetur onus eidem adiectum. Sal.

Pro secundo verò ordine, in quo ea vertuntur quæ *in causa caduci* fieri contingebant, vetus ius^m corrigentes, sancimus ea quæ ita euenerint, simili quidē modo manere apud eos^n à quibus sunt derelicta, heredes fortè vel legatarios, vel alios qui fideicommisso grauari possunt^o: nisi in hunc casum vel substitutus^p vel coniunctus eos antecedat. Sed omnes personas quib^o lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiā grauamen quod ab initio fuerat cōplexū, omnimodo sentire^q: siue in dando sit cōstitutum, siue in quibusdam faciendis^r, vel in modo^f, vel cōditionis implendæ gratia, vel alia quacunque via^t excogitatū.

n ¶ *Apud eos.* imò non: vt ff. de adi. le. l. pite. §. more. quæ est contra. Sed hic corrigit. 1 Vel ibi electa fuit mater vt ministra, non vt legataria: sicut & aliis, ff. de leg. q. l. seque Titio. in prin. & de alī. leg. l. petunia.

o ¶ *Possunt.* possunt autē hoc omnes qui honorantur cōmodo pecuniario, vt inst. de singu. reb. per fi. re. in pri. & etiā debitor defuncti: vt ff. de leg. j. l. si pecunia. & de alī. leg. l. debitor defuncti. Accur.

p ¶ *Substitutus* imò quādoque substitutus non admittitur: vt ff. de cap. l. quòd si filius. vbi filius q. domi remāsit patre capto, prædecessit, nā ei pupillariter substitut' non admittit sed illud in pupillari substituto, hic loquitur in vulgari & communi.

q ¶ *Sentire.* ff. de vsufr. vt leg. l. si ab eo. & ff. de legat. ij. l. si Tio & Mæuio. §. si. limus. ¶ Sed secundum hoc quomodo hic blādit Iustinianus, nā dicit corrigentes, quasi hoc ipse inueniat de nouo. Sed dic q̄ inuētū erat ꝑ iurisconsultū, nō per alium principē. 2 Vel nō erat generaliter sic cōstitutum. Sed videtur contra. s. quòd non cum onere redeat ad substitutū, nisi sit expressum: vt ff. de her. inst. l. sub conditione. vbi conditio apposita instituto nō intelligitur repetita in ꝑsona substituti, sed ibi erat conditio casualis, quæ non dicitur onus ¶ Item cōtra ff. de leg. ij. l. Celsus. §. pe. & §. seq. Sol. ille refert ius antiquum quod refertur in eod. tit. l. si Titio & Mauio. § Iulianus. ¶ Et eodem modo pōt respōderi ad id quod dicitur. ff. de leg. iij. l. j. §. si vbi relicta à legitimis proximioribus, non intelliguntur repetita à sequētibus, sunt ergo illa correcta. 2 Vel in illa l. de leg. iij. nō venit ad substitutū, nec dicitur substitut' sequēs agnatus, sed dicitur legitimus. 3 Vel pōt dari generalis solutio, vt semper intelligantur repetita, nisi pateat aliā fuisse defuncti voluntatem: vt hic, & ff. de leg. j. l. licet imperat. in f. ¶ Sed quare aliud in primo ordine, quòd non redeunt cum onere, hic sic. Rñ quia ibi nec aliquo tēpore tenuit legatū, ideoque nec onus. hic autē cœpit. ar. ff. de here. inst. l. circa. inde est q̄ hic habet ex persona legatarij, ibi non. & ad hoc ar. ff. de inu. test. l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. & ff. de ver. obl. l. in illa stipulatione. ¶ Item quid si alicui fuit relictum & onus iniunctum, onus autē adimplere non possit, verum iure possit petere legatū? Ad quod resp. sec. H. si onus tenuit à principio, potest petere, vt ff. de leg. iij. l. pater. §. Tusculanus. si verò non tenuit, non potest petere, vt ff. de leg. q. l. codicillis. in prin. ¶ Sed arg. contra videtur. ff. de condit. & dem. l. si quis cum. ADDITIO. Dicas quòd in illa l. si quis cum. testator voluit ad legatarium aliquod commodum pertinere, puta interusurium medij temporis, vnde nimirum licèt nullum sit onus, non tamen annullatur legatum, de hac quæstione vide pulchram distinctionem Bar. in d. l. codicillis ff. de leg. q.

r ¶ *Faciendis.* hic subdiuidit, vel in modo, &c.
f ¶ *In modo.* subdiuidit, & quod dicit in faciendo, intellige si potuit per alium expediri, vt j. §. ne autem.
t ¶ *Via.* vt legauit ei, c. postea alio testamento vel codicillo aliquid dare vel facere præcepit.

a Legat. si cum onere impossibili legat' rio relinqu. an peti possit.

vt si ego q̄ ibi falsē verbis est: cōiuncti: q. a dixit, Titio & postumo. Sec nec hoc placet, q. a nō semper syllabab &, facit cōiunctionē. vt ff. de her. inst. l. si ita quis heredes. Tu ergo dic, ibi postum' licèt nō erat in rerū natura, futurus tamē sperabat, hic nō erat, nec sperabat: q. a decesserat. ¶ Itē no. q. in tribus^c casib. licèt portio collegatarij mei videat esse ꝑ nō scripta, nō tamē mihi accrescit. Primus, si legas mihi & Sticho seruo tuo sine libertate, vt ff. de leg. j. l. plane j. §. si cōiunctim. 2 Secūdus, si legas mihi & Titio seruū meū Stichum, nā suā tantūm partē habet collegatarius, sed ego nil: vt ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. si Titio. 3 Tertius si legas mihi, & nō capaci: vt ff. de leg. iij. l. si Titio. § & ei. & j. de here. instit. l. j. & ff. de his quæ pro nō scri. ha. l. iij. & j. de his qui vt ind. l. hæreditas. quæ omnia videtur huic. l. contraria, sed specialia sunt.

k ¶ *Nullo grauamine* Imò semper cum onere iniūcto legato: vt j. eod. §. his ita. Sed ibi dicit in heredibus tantùm, secus in legatariis: vt ff. de iure cad. l. quidam referunt. in fin. Vel expone ibi quocunque modo, id est quòd sit caducum, vel in causam caduci, non pro nō scripto. ¶ Item contra ad idem. ff. de leg. j. l. ciuitatibus. §. Lucius. Sol. hic corrigit, vel ibi impropriè dicitur pro nō scripto, id est quod pro eodem habetur, ac si ille non fuisset scriptus, puta quia repudiauit hereditatē, sed hodie videtur corrigi quod hic dicitur: vt j. de fideicom. authent. hoc amplius. vbi dicit cum onere semper redire. Vel verius^d ibi in pœnam non obedienciis sibi aufertur, secus autem alibi: vt hic.

l ¶ *Perrarò.* nam quandoque superuenit grauamē: vt si seruus sit legatus, & manumittatur, nam tunc cum onere remanet, vt ff. de fideic. lib. l. cum vero. §. si pro non scripto. Item quando aliquis sibi adscripsit iussu testatoris, & cum onere, nam cūm non valeat, remanet, sed cum onere, vt ff. de his quæ pro non scri. l. fin. licèt ibi alia ratione dicitur pro non scripto. Idem dicunt de legato dato alicui, vt faciat impensam funeris. quod tamen non inuenitur lege expressum.

m ¶ *Vetus ius.* quod erat vt ad fiscum peruenirent: vt ff. de pet. here. l. item veniunt. §. cùm autem.

d Dic melius quòd ibi non loquitur in ꝑ non scriptis. Pa.

Contendis.

a ¶ *Contemnit.* vt & s. de fur. l. fi. §. *sed cum in secunda.* ¶ Arg. contra ff. de nego. gest. l. si negoti.

¶ *In nouissimo.*] CASVS. Genere legati quod dicebat caducum. s. quando legatarij repudiabāt, vel ante apertas tabul. decedebāt: statuit imperator, vt heres siue ex parte siue in solidū institutus, adire possit hereditatē à die mortis testatoris: & ante apertas tabulas dies legatorū vel fidei. cedat à morte defūcti: & petitionē trāsmittat ad heredes: hereditatē autē nō aditā nō transmittat ad hēdē extraneū: sed tātū ad filios, vel nepotes, de quibus lex Theodosiana facit mētionē: vt si auus decesserit nepotes habēs ex filio, & filius ante mortē patris eiusdē aui decesserit, eā transmittet ad heredē: salua cōstitutiōe pmulgata super deliberatione heredis, velit heres adire: vt s. de iure deliberā. l. cum antiquiorib. vt tūc tātū temporis trāsmittat ad heredes ad deliberandū, vel adeundū quantum ei de anno superfluit. & licèt dictum sit generaliter q dies[a] legatorū cedat à morte testatoris, nō tamē hoc intelligendū de legato libertatis q nō cedit, nisi demū adita hēditate. Itē nec legatū relicta ei qui manumittitur, nisi adita hereditate. Itē nec legata seruis legatis. Vsusfruct. verò nec ab heredibus, nec ad hēdes transmittitur. & hæc sunt vera in his quæ purè vel in diem certum sunt relicta. Si autē legatū sit relictū sub cōditione: siue fuerit mixta, siue potestatiua, siue casualis, peti nō poterit: nisi demū existēte cōditione. ea autē pēdente, si moriatur legatari[i], vel defecerit cōditio, remanebit apud eos à quib. erat relictū: & ad heredes trāsmittet, nisi habeat substitutū, vel cōiunctum: cum tā in institutionibus quàm in legatis & fideicōmissis, & in mortis causa donatis possit fieri substitutio: apud heredes autem remanebit pro portionibus hereditariis, à quib. fuisset præstandum cum onere suo, nisi testator legarū reliquerit ab vno herede: q la tūc penes grauatum de præstando legato remanebit apud eos pro virilib. portionibus: apud legatarios, vel fideicommissarios, vel mortis causa dona. honoratos, vel alias personas, quæ fideicōmisso grauari possunt, remanebit pro virili portione. Viuianus.

Neque enim ferendus est* is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit[a].

Hereditas potest adiri etiam clausis tabulis. & quo ad adeundum cedit dies à morte testatoris: sed quo ad trāsmittendum iura vetera seruantur, vt legata & fideicommissa transmittātur: sed in heredibus seruatur vt non cedat dies quo ad transmittendum, nisi ab adita hereditate. fallit in liberorum personis, item fallit quotiens ius deliberandi transmittitur. hoc dicit vsque ad §. libertatibus.

In nouissimo[b] autem articulo, vbi propriè *caduca* fiebant, secundum quod prædiximus[c], etiam clausis tabulis tā existere heredes quàm posse adire, siue ex parte sint, siue ex asse instituti, censemus, & dies legatorum & fideicōmissorum (secundum quod prædiximus) à morte defuncti cedere[d]. Hereditatē etenim, nisi fuerit adita, transmitti, nec veteres concedebāt, nec nos patimur[e]: exceptis videlicet liberorū personis, de quib. Theodosiana[f] lex super huiusmodi casibus introducta loquitur: his[g] nihilo minus quæ super his[h] qui † deliberantes ab hac luce migrant, à nobis constituta[i] sunt, in suo robore mansuris.

Legatum libertatis cedit ab adita hereditate: item legatum quod dependet ex libertate. h. d. vsq. ad §. sin autē aliquid. Bald. & clj.ic: Legata vel fideicommissa pura, vel in diem certū relicta, cedunt à morte testatoris: excepto legato libertatis, vsufructu, & quibusdam alijs quæ cedunt à tempore aditæ hereditatis. Salic.

Libertatibus[k] procul dubio & post præsentem sanctionē propter sui naturam quæ aditionem heredis[l] expectant, ab adita hereditate vnà cum aliis quæ seruis in testamento manumissis, vel alius legatis[m] relicta sunt, competētibus. Excepto etiam vsufructu, qui † sui natura ad heredes legatarij transmitti non patitur[n]: quia neq; à morte testatoris, neque ab adita hereditate, quantum ad transmissionem, dies eius cedit. Sed hæc omnia in his obseruari sancimus secundū præfatā dispositionē, quæ purè, vel in diem certum relicta fuerint.

Dies legatorum & fideicommissorum cedit à morte, si legatum & fideicommissum est purum. sed si conditionale, vel in diem incertum, non cedit, nisi adueniente conditione, vel die incerto: & si interim decedit legatarius, vel fideicommissarius, non transmittitur: sed vadit ad substitutum, vel coniunctum: vel remanet heredi testatoris idem in donatione causa mortis: in qua etiam substitui potest. hoc dicit vsque ad §. sed vt manifestetur. Bald.

Sin autem aliquid sub conditione relinquatur, vel casuali, vel potestatiua, vel mixta[o] quarum euentus ex fortuna[p], vel ex honoratæ † personæ voluntate, vel ex vtroque pendeat, vel sub incerto die: expectari oportet conditionis euentum, sub qua fuerit derelictum, vel diem: vt tunc cedat, cum vel conditio impleatur[q], vel dies incertus extiterit.

Quod si in medio is q ex testamento lucrū sortitus est, decedat, vel eo superstite[r] cōditio defecerit: hoc q ideo non præualuit, manere disponimus simili

b ¶ *In nouissimo.* i. vltimo.

c ¶ *Prædiximus.* s. eo. l. cum igitur.

d ¶ *Cedere.* hoc expone vt s. eo. §. *cum igitur. in fine.*

e ¶ *Patimur.* vt & s. de iu. de. l. *quoniā.* nisi in casu b. s. quādo retardauit heres aditionē ex necessitate, vt quæstionē de familia occisi haberet: vt ff. ad Sila. l. si quis in graui. §. *eleganter.* & l. *quā pollumes.*

f ¶ *Theodosiana.* quam habes s. ait. i. l. j. quæ dicit transmitti non aditam ad liberos.

g ¶ *His.* scilicet exceptis.

h ¶ *Super his.* heredibus.

i ¶ *Constituta sunt.* vt vsque ad annum transmittat sciens: vt s. de iure delib. l. *cum antiquioribus.*

k ¶ *Libertatibus.* s. competentibus: vt j. de manu. testa. l. si. ne si diceretur à morte testatoris eis competere, hereditate postea non adita reuocarentur. quod esset absurdum. & fit hæc exceptio ab eo quod dixerat, & diem &c.

l ¶ *Heredis.* redit ad eum versum qui est s. & dies legatorum &c.

m ¶ *Alius legatis.* seruis erāt legata relicta. & postea testator legauerat seruos aliis hominib. cū reb. eis legatis: nō ergo cedūt legata relicta[a] seruis manumissis vel legatis, nisi ab adita hereditate: vt hic, & ff. *quando di lega. ce. l. heredis. §. fi. & l. cum legato.* & ff. *ad leg. Falci. j. §. ad eos.* Et in primo casu est ratione pri[us] legatū[b] cedat q̄ libertas: vt in illa. l. heredis. In secūdo illa ratio est, q: a cū in seruo[c] legato nullū ius habeat legatari[us] ante aditā hereditatē: merito ei p eum ab eo testatore relictū legatū, nullo modo q̄ritur: vt ff. *quando di. le. ce. l. eius. §. j.* licèt (quod est mirabile) legatari[us] ab ipso tēpore mortis videatur fictione[d] iuris fuisse dominus: vt ff. *de noxa. ac. l. si seruus legatus.* sed inspecta veritate nō est: vt ff. *de leg. j. l. si tibi homo. §. cū seruus.* Alij intelligūt hūc secundū casum in seruo mihi legato, & me rogato p fideicom. manumittere. quod nō placet: quia expressim dicit lex idē in legato relicto seruo sine libertate: vt ff. *de optio. leg. l. si optio.*

n ¶ *Non patitur.* [e] vt & s. *de vsufruc. l. ambiguitatem.* & ff. *quādo. dies lega. ce. l. ij. & iij.* Item excipe vsum & habitationē[f]: vt ff. *quādo. di. lega. ce. l. j.* fortè[f] idē est in omni seruitute, etiā reali: vt ff. *de ser. leg. l. si. & ff. cōmuni. præ. l. si. & ff. quemadmo. seruit. amit. l. si partē. §. j.* ¶ Sed arg. contra ff. *de serui. lega. l. si fundum.* fin. Dic vt ibi nota. ADDITIO. Dicas quòd in seruitutibus realibus dies cedit à morte testatoris, sicut in aliis rebus legatis: cessat illa ratio quæ est in vsufructu: cum istæ seruitutes sint transmissibiles[g] ad heredes: vt ff. *de seruitu. rusti. præ. l. ad pecoris.* ita vult hic Cynus, & sequitur Bar. & communiter doctores.

o ¶ *Vel mixta.* de quibus habes exempla ff. *de hered. insti. l. si ecis quoque. §. puto generaliter.*

p ¶ *Ex fortuna.* redde singulas singulis.

q ¶ *Conditio impleatur.* Antè ergo non cedit, vt transmittatur: vt hic, & ff. *de mino. l. in causa. ij. §. Pomponius.* & s. *de fideicommis. l. si in persona.* & hoc verum, nisi talis sit conditio quæ omnino est exitura incontinenti adita hereditate: vt des decem, si heres eris: vt ff. *de leg. j. l. iij.* Vel quæ tacitè inest: vt à primo legatario lego alij: tacitè intelligitur, si suum legatum agnouit: vt ff. *de condi. & demon. l. conditiones.* Idem si est omnino extitura: vt lego tibi decem, si morieris, vel cum morieris: vt ff. *quando di. leg. ce. l. si cum heres.* & ff. *de condi. & demon. l. heres meus.*

r ¶ *Superstite.* Quid autem si ciuiliter moritur? Respon. refert an fiat seruus, vt tunc deficiat. an non, vt tunc non deficiat: vt ff. *de condi. & demon. l. intercidit.* Item etiam si decedat naturaliter, videtur transmittere pendente conditione: vt ff. *de acquir. hered. l. qui patri.* vbi institutus, idémque pupillo coheredi substitutus,

* *Cap. vt nec ecclesiast. in glo. l. si. extra de præsumpt.*

a Dies legatorum cedit à morte testatoris excepti quibusdam q cedunt ab adita tantum hereditate.

† alias quæ super his personis quæ de hac &c.

b Vide plures alios casus per glo. & Bar. in l. venire. ff. de acqui. here.

a Relicta seruis manumissis vel legatis cui nō cedūt nisi ab adita hereditate.

b Legatū seruo relictum, cedere antè nō potest, q̄ libertas cedat. † alias quem sua natura.

c Ante aditā hereditatem legatari[us] nullum ius habet in seruo legato.

d Fictione iuris legatarius ab ipso mortis tempore videtur fuisse dominus.

e Vsusfructus ad heredem non transmittitur.

† onerata sed aliter. cedit.

f Gloss. hæc nō affirmat. Dic Dīt realis seruitus cedere à morte testatoris.

g Reales seruitutes ad heredes transmittuntur.

si decedat post aditionem suam, sed ante mortem pupilli: trasmittit. sed illud, quando pupillus adiuit: non aliàs. & propter aliam partem acceptam, cui adiungitur pupillaris.

a ¶ *Simili modo.* i. cum suo onere: vt ſ. *eod. §. pro secundo. &]. eo. §. ne autem. in fine. §.*

b ¶ *Heres.* ad quẽ redit.

c ¶ *Donationibus.* no. secũdũ H. q substitutio videtur debere fieri p stipulationem? vt *ff. de don. causa mor. l. et quib. & infra de donat. cau. mor. l. v.* ¶ Sed argu. cõtra.]. *in eod. tit. l. j. & facit ſ. de leg. l. si legata. & ff. de leg. ij. l. si Titio.*

d ¶ *Cum & ab ipsis.* bona ratio: vt *ff. ad Trebell. l. quotiens* hæc vera, nisi testator propriis nominibus expressis grauauit, vel onerauit: quia tũc viriles: vt *ff. ad Trebellian. l. nõnunquam. & de leg. j. l. seruus vai. §. j. & l. si heredes.*

e ¶ *Pro virili.* id est p æquali: vt *ff. de leg. j. l. virilis.* ¶ Sed si mihi tres partes, tibi quartã huiusmodi rei legauit testator, & nos hanc rem Mæuio restituere totã iussit, Mæui' repudiat: nunquid p virili parte remanet apud nos? Rñ. quòd hic dicitur, forte locum habet in onere extrinseco iniuncto legatariis etiã sub appellatiuo nomine: quia qđ pro virilib. præstamus, & pro virilib apud nos remanet. secus si res legata cõtineat fideicõmissum. nã tunc prout legata est, ita & apud nos remanet. heredes vero dãnati sub appellatiuo nomine, soluũt pro hereditariis, & p hereditariis manet apud eos.

a Substitutio potest fieri in donationib.

b Hæc pars hodie est error: quia etiã donatio causa mortis potest hodie fieri per pactũ nudũ: vt est illeg. singularis in l. cum pater. §. Mæuio ff. de leg. 2. secundum Bald.

c Pro virili, i. dẽ ac pro æquali.

modo^a apud eos à quib. relictũ est: nisi & hic vel substitutus relictũ accipiat, vel cõiũctus, siue heres^b, siue legatarius hoc sibi acquirat: cũ certi iuris sit, & in institutionibus, & legatis, & fideicõmissis, & mortis causa donationibus^c posse substitui.

Omne quod decisum est ab aliquo: si ad sua initia reuertitur, taliter reuertitur, qualiter emanauit ab illo. h. d. vsque ad §. ne autem. Bal.

¶ Sed vt manifestetur p qua parte manere oportet hoc qđ fuerit defectũ, apud eos à quibus sit derelictum: sancimus, si quidem ad heredes lucrũ perueniat, p parte hereditaria fieri eius distributionem: cum & ab ipsis^d simili modo si valuisset præstaretur, nisi nominatim ab vno vel à certis heredibus fuerit derelictũ. tunc enim quẽadmodũ solus, vel soli præstabũt, ita & lucrum sentient. Sin autem legatarij vel fideicommissarij sint vel mortis causa donatione honorati, vel alia fortè persona quæ fideicõmisso prægrauari potest, & hoc euanescat: manere hoc apud enumeratas personas sancimus pro virili^e omnimodo portione, id est pro numero personarum.

Iste §. est valde notabilis, & hoc dicit: Onus quod potest per alium impleri, migrat de subiecto in subiectum id est ambulat de legatario: cuius est legatum caducum vel quasi, in substitutum vel coniunctum eius vel grauatum: apud quem remanet emolumentum: secus in grauamine quod ab alio impleri non potest. nam illud non migrat de subiecto in subiectum. h. d. vsque ad §. his ita definitis.

¶ Ne autẽ hoc quod nõ inelegãter summi ingenij vir Vlpian^e in hac parte cũ omni subtilitate disposuit, ptereat: sanctione nostra hoc apertius inducimus. Cũ enim iã statuimus^f hoc cũ suis onerib. ad eũ^g qui lucratur, peruenire: sancim^e, si quidẽ cõditio, vel aliud grauamẽ in dando sit cõstitutũ: hoc omnimodo lucrãtes p modo lucri agnoscere. Sin autẽ i faciẽdo aliquid impositũ est: si quidẽ hoc^h per aliũ impleri possit, simili modo & à lucrãte^i agnosci: puta si honorata † persona iubeat insulã vel monumẽtum, vel aliud tale suis sũptibus facere, vel heredi, vel legatario, vel alij fortè cui testator voluerit: vel rẽ ab herede testatoris emere, vel locutionẽ vel fideiussionẽ subire, & si qđ huiusmodi facti simile sit. nihil eni refert, siue p eũ de quo testator locutus est, siue per aliũ eiusdem lucri successorẽ adimpleatur^k. Sin verò talis est verborũ conceptio, & facti natura, vt quod relictũ est, ab alio impleri non possit: tũc etsi lucrum ad aliquẽ peruenerit, nõ tamen & grauamẽ sequi: qa hoc neque ipsa natura cõcedit neq; testator voluit. Quid eni si testator iusserit eũ in certũ locũ abire^l, vel liberalib. studiis imbui, vel domũ suis manibus † extruere, vel pingere, vel vxorẽ ducere? q omnia testatoris volũtas in ipsius solius persona intelligitur cõclusisse^m, cui & suã munificẽtiã reliquebat. Hoc videlicet in omnibus^n obtinẽte, vt p simili parte & lucrũ sentiãt: & grauamẽ, vbi hoc possit pcedere^o, subeãt. Et hoc locũ habẽte õni qdẽ modo in his q in causa caduci, vel caduca (secũdũ qđ supra dictũ est) fiebãt: in p nõ scriptis autẽ, nõ omnib. sed quibusdã^p: quia eorũ qdã etsi talia sint^q, tũ cum suo onere veniebant: quæ & nos in noui iuris^r cõpositione specialiter enumerari iussimus, ne quis veteris iuris^s plixitatẽ quasi rebus necessariã, vel pro eorum reuoluat scientia.

Iste §. tractat aliã materiã iuris accrescendi.

Ne autem.] CASVS. Quod autẽ dictũ est in secũdo ordine, sc. quòd legatũ transit cũ suo onere: hoc verũ est, si illud onus cõsistit in dãdo. si in faciẽdo, distinguit. aut factũ p alium pôt expediri, vel non. Primo casu pone exẽplũ: vt testator pcepit domũ fieri, vt tũc qcũque legatũ pcipit, sentiat & on'. Secũdo casu pone exemplũ q testator pcepit vt legatarius vxorẽ duceret. istud factũ non tenetur heres facere, sed in dãdo omnes p modo lucri onus sustinebunt. ita videlicet, quia in his generibus legatorũ pro ea portione qua quis sentit lucrum, sentiat & onus: vt ſ. *ead. l. §. sed vt manifestetur.* scilicet vt si remanere debeat apud heredes: remaneat pro portionibus hereditariis. si apud legatariũ aut fideicõmissariũ, pro æqualibus portionibus: vt in isto §. sin autem. Et hæc vera sunt quando transeunt huiusmodi legata cũ suo onere: vt si fuerint in causa caduci, vel caduca. legatum autẽ pro non scripto, cũ suo onere nõ trãsit generaliter: sed in quibusdã casib. specialib. qui in noui iuris compilatione enumerati sunt in Pandectis. in C. in authen. ne antiqui iuris fiat inuolutio. Viuianus.

f ¶ *Statuimus.* vt *supra eod. §. pro secundo. & §. sin autem aliquod.* id est quod dicit, simili modo &c.

g ¶ *Ad eũ.* substitutũ, vel cõiũctũ, vel ad eũ à quo erat derelictũ.

h ¶ *Hoc.* scilicet onus.

i ¶ *Lucrante.* immo videtur contra. nam filia^a succedẽs ab intestato præter spẽ patris, non soluit legata à filio relicta: licèt de lucro habeat: vt *ff. de tut. codicil. l. qui grani. & l. sequen. & l. quidam referunt.* quæ sunt cõtra. Solue hæc regula obtinet in his qui lucrũ capiunt ex volũtate defuncti. ¶ Sed ibi cõtra vel pter defuncti volũtatẽ filia succedit. Itẽ cõtra.]. *eod. §. sin autẽ ad deficiẽtes. & ff. de cõdit. & demonstr. l. si separatim.* Sol secũdũ quosdã differũt: quia hic loquit de his q sunt cõiuncti re & verbis, vel verbis tantũ: ibi de his qui sunt cõiũcti re tãtum. 2 Vel ibi de his q sunt cõiũcti re & verbis: hic de his qui tãtũ re, vel tantum verbis. 3 Vel tertio ibi de his q sunt cõiũcti re & verbis, vel re tantũ: hic de his quis verbis tãtum. 4 Vel quarto ibi loquit cũ onus erat iniunctũ in psona deficientis tãtũ: hic in persona omnium legatariorum secũdũ. H. prima placet.

a Filia patri ab intestato succedens, non soluit legata a filio relicta.

† onerata.

k ¶ *Adimpleatur.* vt arg.]. *de contrah. & cõp. l. veteres. & ff. de condit. instit. l. si.*

l ¶ *Eum abire.* s. & tantum eum.

m ¶ *Cõclusisse.* vt *ff. de statulibe. l. si statulibera. §. si quis non dare. & de verb. obl. l. centesimus. §. j.*

† Contra: secundum Glossam inter verbo. personaliter post primum dicitur.

n ¶ *In omnibus.* i. in omni genere legatorũ, i. siue sint caduca, siue quasi caduca.

o ¶ *Procedere.* non autẽ potest pcedere in pro nõ scripto. Itẽ nec in alus, si est factũ quod p aliũ fieri noluit testator nisi per primum.

p ¶ *Quibusdam.* s. casibus specialibus locum habent prædicta, vt redeant cum onere.

q ¶ *Talia sint.* scilicet pro non scriptis.

r ¶ *Noui iuris compositione.* Nouum^b ius hic appellat totũ corpus iuris. ideo dico, specialiter iussimus enumerari ne q s &c. & sunt positi isti casus, q sunt duo tãtum. *ff. de fideicom. lib. l. cum vero. § si pro nõ scripto. & ff. de his quæ pro nõ scrip. l. si. & dixi supra eod. §. in primo itaque.*

b Nouum ius pro toto iuris corpore.

s ¶ *Veteris iuris.* i. in voluminibus desperatis.

Huius.] CASVS. Fecit imperator mentionẽ. ſ. de coniunctis. qui hi sint videamus, & gratia cõiunctorum de disiunctis. dic ergo q heredes aut sunt cõiuncti, aut disiuncti, aut legatarij. Primo casu, aut oẽs sunt heredes cõiuncti tãtũ, aut oẽs disiuncti tãtũ, aut quidã cõiuncti, aut quidã disiuncti. Primis duob. casib. si aliqua pars deficit, trãsmittetur ad coheredes, & cũ suo onere. & si aliquis coheredũ decesserit, ad heredẽ eius transmittetur. aliis enim casib. quando quidã sunt coniuncti, quidam disiuncti: si aliqua pars de coniunctis deficit, ad coniunctum perueniet tantũ. si aliqua pars de his

de his deficiat: illa perueniat non solùm ad disiunctos, sed ad cōiūctos cum onere suo: & pro portionibus hereditariis remaneat, quia pars de coniunctis deficiens, ad coniunctos tantum perueniat: econuerso de disiunctis adsignat, quia coniuncti in vnum redacti sunt ex sermone testatoris cōtinuatio, disiuncti autē inter se separati sūt, & à cōiūctis, ideò, &c. De cōiunctis dic exemplum, vt si sic dicat testator, Brunellū, & Fauronē, & Raineriū, & Castell. heredes instituo in tali hereditate: illi dicūt cōiuncti re, quia in eadē hereditate: & verbis, putà per copulatiuā coniunctionem. De disiunctis dic exēplū: Fantonem, Brunellum, Castel. heredes instituo. hi dicunt cōiuncti re: quia in eadē hereditate, verbis autē disiūcti, & sic accipit cōiunctum & disiunctū in tota ista constitutione. Viuianus.

a ¶ *Coniunctim*. s. re & verbis, & sic intellige in tota hac lege.

b ¶ *Vel disiunctim*. verbis tātùm, & sic accipitur per totam hanc cōstitutionem.

c ¶ *Quoquo modo*. i. caducum, vel in causa caduci aliud si sit ꝓ non scripto. q. a tūc nō trāsit cū onere: vt ſ. *eod. §. in primo.* Vel aliud est in legatis, vt ibi, quàm in hereditate, vt hic: quia & cum onere redeat ꝓ nō scripto, & sic est cōtra. *ff. de leg. ij. l. Celsus. §. pe. & fi. & de leg. iij. l. j. §. fi.* Sol. Hęc corrigit, Vel solue vt diximus. *ſ. eod. §. pro secūdo.* Item & fallit[a] hoc in casibus illis tribus, in quib. quis facit partē lucri, licet nō admittatur ad partem, vt *diximus. ſ. eod. §. in primo. in glos. substitutum, vel coniunctum.*

a Quibus casibus quis faciat partem lucri, licèt nō admittatur ad partem.

d ¶ *Defuncti sunt*. s. antequàm accrescat portio vacuata: suā portionē tamē adierant ante, secus in coherede substituto, q[b] substitutionem nō transmittit, licet adierit iure institutionis: *vt hic, & ff. de cōd. & dem. l. hæc scriptura. §. cum eadem. & ff. de legit. hered. l. si ex plurib. & inst. ad Orficianum. §. fina. & ff. de vulgar. substitut. l. sed si plures. in princ.* & est ratio in substitutione: quia omnis substitutio est institutio: vt *ff. ad leg. Falcidiā. l. in ratione. j. §. penul.* vnde sicut institutio non transmittitur hereditate nō adita: vt *ſ. eod. §. in nouissimo.* sic nec substitutio, vt *ff. de acquiren. rerum domini. l. substitutio.*

b Substitutionē nō transmittit coheres substitutus, licet iure institutionis adierit.

* suo.

* nominis.

crescendi, & non decrescendi: & ideo hæc materia est subtiliter pertractanda, dicit ergo Impe. quòd non solum coniunctiuo modo quædā relinquuntur, sed etiam disiunctiuo, id est, seorsum verbis, seu orationibus separatis. Item dicit quòd in pari coniunctione, vel pari disiunctione, pariter habet locum ius accrescēdi cum suo onere. Item dicit quòd si aliqui sunt coniuncti re & verbis, & aliqui verbis disiuncti, si deficit aliquis ex coniunctis, accrescit collegæ: si ex disiūctis, accrescit omnibus. Item dicit quod ratio differentiæ quare magis accrescit coniuncto, est vnitas sermonis quæ significat coniunctos esse quasi vnum corpus: disiuncti autem nō sunt vnum corpus: & separatorum separata est ratio. Et hæc vera sunt inter coheredes, quibus inuitis accrescit. h. d. vsque ad §. vbi autem legatarij. Bald.

¶ His ita definitis, cùm in superiore parte nostræ sanctionis in plurimis locis *coniuncti* fecimus mentionem: necessarium esse duximus omnem inspectionem huius articuli latius, & cū subtiliori tractatu dirimere, vt sit omnibus, & hoc apertissimè constitutum. Non enim tātum coniunctiuo modo quędam relinquūtur, sed etiam disiunctiuo. In his itaque, si quidem cohæredes sunt omnes coniunctim[a], vel omnes disiunctim[b] vel instituti, vel substituti: hoc quod fuerit quoquo modo[c] euacuatum, si in parte hereditatis, vel partibus consistat, aliis coheredib. cum suo grauamine pro hereditaria parte, etiāsi iam defuncti sunt[d] acquiratur, & hoc nolentibus ipso iure accrescat, si suas portiones iam agnouerint: cùm sit absurdum[f], eiusdem[*] hereditatis partem quidem agnoscere, partem verò respuere, secundum quod in diuinis nostri numinis[*] decisionibus[g] statutum est. Sin verò quidam ex heredibus institutis [vel substitutis] permixti sunt, & alij coniunctim, alij disiunctim nuncupati: tunc si quidem ex coniunctis aliquis deficiat, hoc omnimodo ad solos coniunctos[h] cum suo veniat onere[i], id est pro parte hereditatis quæ ad eos peruenit. Sin autem ex his qui disiunctim scripti sunt, aliquid[*] euanescat: hoc non ad solos disiunctos[k], sed ad omnes tam coniunctos[l], quàm etiam disiunctos similiter cum suo onere proportione hereditatis perueniat. Hoc[*] ita tam variè, quia coniuncti quidem propter vnitatem sermonis quasi in vnum corpus redacti sunt, & partem coniunctorum sibi heredum quasi suam præoccupāt: disiuncti verò ab ipso testatoris sermone apertissimè sunt discreti: vt † suum quidem habeant: alienum autem non soli appetant, sed cum omnibus coheredibus suis accipiant, & hæc in heredibus tātummodo statuenda sunt.

e ¶ *Nolentibus*. qui iam suas partes adierant, secus in legatariis, quibus non accrescit inuitis: vt *j. eodem. §. vbi autem.* & est ratio, vt ibi dicam.

f ¶ *Absurdum*. vt *ff. de acquiren. heredit. l. j. & ij. & l. qui ex duabus. §. final. in fin. & ff. si pars heredit. pet. leg. ij.* Sed tamen hæc absurditas quandoque toleratur, & hoc si testator fuit miles: vt *ff. de milit. testament. l. si duobus.* Item cùm creditores consentiunt heredi suam partem tantum volenti, vt *ff. de acquiren. hered. l. cum hereditate in fin.*

g ¶ *Decisionibus*. vt *ſ. de iure delibe. l. quidam elogio. & de impu. & all. substit. l. testamento.*

h ¶ *Ad solos coniunctos*. vt *& ff. de her. inst. l. hered.* ¶ Sed videtur ad omnes: vt *j. eod. tit. l. itē quod Sabin. §. j.* vbi scilicet vno ex vndecim vnciis instituto, & aliis duobus sine partibus, & ita in vncia quæ remanebat, si vnus eorū q. sine parte erat institutus, deficit: omnibus remanentib. accrescit. Sed dic quòd ibi etiam illi duo non erant cōiūcti vel re, vel verbis: alioquin secus, vt *d. l. heredes, & hic.*

* aliquā rectā

i ¶ *Onere*. Hic contra. *j. eod. §. sin autem ad deficientiu.* Sol. vt ibi.

k ¶ *Disiunctos*. aliàs cōiunctos.

l ¶ *Tam coniunctos*. vt *& ff. de hered. instit. l. liber homo. §. cum quis.* Et distingue de his cōiunctis & disiūctis, vt diximus. *ff. de vsufr. accrescen. l. j. in fi.*

Vbi autem.] CASVS. Dicit in hoc §. quòd si plures legatarij sint cōiūcti, & vna pars legati deficiat: perueniat ad cæteros legatarios ꝓ virili portione, & cū suo onere. si autē nullus voluerit, remanebit penes eū à quo relicta est. Si autē q. dam voluerit, partes nō volētium volētib. accrescunt. Si autem legatū disiūctim fuerit relictū ad omnes si voluerint ꝑueniet, ꝓ virili portione: nec vnus rē petere poterit, alter æstimationem, nisi testator expressè dixerit vt ad alterū res, ad alterū æstimatio ꝑueniat. Si autem vnus ex legatariis quibus separatim vel disiunctim relictū est accipiant, & concursu legatum prioris deminuet: si nullus veniat q. primò accepit, habebit in solidū, nec dicet aliq.d sibi accrescere, cū totū habere videat ex volūtate defūcti. Onus autē qđ fuit in ꝑsona sua appositum, hoc subibit. Si autē in ꝑsonā alteri' legatarij fuit on' à testatore appositū, q. repudiauit, legatū ipsū nō cōsequet. Quæ autē de his quib. vt indignis auferuntur, sancita sunt, obseruentur. Viuianus.

† Nōnulli codi. habent. & suum quidem habeant, alienū autem nō soli appetāt, sed cum omnibus suis coher. accipiunt. & hęc in heredibus tantummodo &c. rectè.

Inter legatarios & fideicommissarios est locus iuri accrescendi? tamen non accrescit inuitis, volentibus autem accrescit pro virilibus portionibus cum suo onere, sed si sunt verbis disiuncti, non dicitur propriè accrescere, sed non decrescere, & ideo non sentit onus quod non est ad suam personam appositum, nec suo legato annexum. h. d. vsque ad §. quæ autem antiquis. Bald.

¶ Vbi autem legatarij vel fideicommissarij duo fortè vel plures sunt, quibus aliquid relictum sit, siquidem hoc coniunctim relinquatur, & omnes veniant ad legatum, & pro sua portione quisque hoc habeat. Si verò pars quædam ex his deficiat[m], sancimus eam omnibus, si habere maluerint, pro virili portione cnm omni suo onere accrescere[n]: vel

m ¶ *Deficiat*. scilicet morte.

n ¶ *Accrescere*. vt *& inst. de leg. §. si eadē res duo.* ¶ Sed in eo qđ dicit cū suo onere, est cōtra. *ſ. eo. §. in primo.* Sed illud in ꝓ nō scripto, hoc in caduco, & eo quod est in causa caduci. a Vel hic on' fuit iniūctū cuilibet legatariorū, ibi soli deficiēti. ¶ Itē etiā fallit hoc quod dicit accrescere, in illis casib. in[a] quib. quis facit partē, licet non admittatur ad partē, vt diximus. *ſ. e. §. in primo.* ¶ Item cōtra in eo quod dicit cum suo onere. *j. e. §. sin autē ad deficiētes.* Sed ibi solues.

a Partem quis quandoque facit quis non admittitur ad partem.

a ¶ *Noluerint.* per repudiationem.
b ¶ *Volentibus.* Sed cur secus est in heredibus: *vt ſ. ead. l. §. ibi ita?* Resp. quia legatarijs tantùm gratia, & lucri causa non oneris legata relinquuntur: heredibus vero & gratia oneris & emolumenti relinquitur hereditas. Acc. *vt in g. ff. mandat. l. ſi hereditatem.* ¶ Item in eo quod hic distinguit cōiunctos à disiunctis. vt statim subijcit: videtur contra *ff. de vsufr. accresc. l. j. in ſi.* Sed ibi in expositione literæ patet solutio Acc.
c ¶ *Sin autem disiunctim.* verbis tantùm, re tamē sunt coniuncti.
d ¶ *Pro virili.* nisi fuerit aliqui cōiuncti nominatim: quo casu loco vnius numerantur: *vt ff. de lega. j. l. planè. j. q. responſ.*
e ¶ *Accipere.* ab herede. Accur.
f ¶ *Accipiens.* fortè in legato vindicationis. Accur.
g ¶ *Imponentes.* vt & *ſ. communia de leg. l. ij.*
h ¶ *In ſolidum.* vt *ff. de leg. j. l. ſi ex pluribus. §. ſi. & facit ſ. de lega. l. cùm quæſtio.*
i ¶ *Præſtetur.* ab heredibus. Accur.
k ¶ *Separatim.* verbis tantùm. Accur.
l ¶ *Sit.* i. remanet.
m ¶ *A priore.* i. ab eo qui primò agnouit legatum. *& ad hoc ff. de vsufr. accreſ. l. j. § ij.*
n ¶ *Minuatur.* & hoc cū omnes voluerunt.
o ¶ *Accreſcit.* primò agnoscēti: quia totū habet ex volūtate defuncti. Accur.
p ¶ *Nō ſentiat.* Huic cōtra *ſ. eo. § pro ſecundo. & §. ne autem.* Solu. hic in pro non scripto, ibi in caduco, & quasi caduco, hoc nō placet. 2 Alij ꝙ ibi redit cum onere scilicet ad illos à quib. fuit relictū: hic ad collegatarium redit, nec hoc valet. 3 Vel hic fuit onus impositū tantum deficiēti, *vt dixi in §. ne autem. nec hoc valet.* ¶ Item contra *ſ. eod. §. ſin verò quidam.* Solu. ibi in coheredib. Vel hic, vt dixi, fuit onus tantùm deficienti impositū, ibi omnib. ¶ Item contra *ſ. eod. §. vbi autem.* Solu. si omnes cōiuncti sunt re & verbis, & onus omnibus est impositū: tunc obtinet quod ibi dicit, si autem deficiēti tātùm: tunc aut sunt tantū re coniuncti, qui appellātur in l. ista disiuncti: & tūc non subeunt alij onus, si verò erāt cōiuncti re & verbis, vel verbis tantùm, subire tenentur, *vt hic, & d. §. vbi autem.* & hæc est vera solutio ad omnia contraria pdicta.

a Legati & hereditatis differētia. 1 lud lucri tantùm causa: Hæc etiam oneris causa relinquitur.

* quidem.

b Coniuncti nominatim loco vnius sunt.

† Re etiam hi dicuntur qui bus singulis expressa dispositione testatoris totū res adsignatur ad l. Ne vtatur. ff. de vsuf. adcreſcēdo.

† aliàs, à deficiētis persona hoc onus &c. aliàs ad deficientis persona hoc onus fuerit relatū.

V*Bi auiarum.*] CASVS. Materfamil. decessit nepote ex filio relicto: an ad hoc vt succedere ei possit, quæri debeat, fuerit pater eius emancipatus, vel non, quæritur? Dicitur quòd non: quia hoc quærendum est de successione eius qui filium habere potest in potestate. fœmina autem habere nõ potest.

s ¶ *Vbi auiarum.* tractatur enim an filius filij emãcipati succedat auiæ paternæ, vel maternæ.

t ¶ *Deminutio.* scilicet minima: vt emancipatio.

* Cod. T. 5. 18. Pars l. materni. j. ad Tertull.

u ¶ *Tractatur.* sed mulier non potest potestatem habere familiæ: vt instit. de adop. §. fœminæ.

S*I mater.*] CASVS. Si aliquis matrem & filios habens, illis superstitibus decessit: in successione illius mater an filius præferri debeat, quæritur. Respon. quòd filius.

x ¶ *Succedant.* exclusa matre: quia prima causa est in successione filiorum: vt instit. de hered. quæ ab intest. in prin.

a ¶ *Pronepotibus.i.nepotibus defuncti, qui sunt pronepotes ad eã cui præferuntur.*

QVoties.] CASVS. Dicit quod descendentibus ex linea materna non datur bonorum possessio vnde liberi in bonis maternis: nec etiam agnati & collaterales possunt quartam partẽ hereditatis mortuæ personæ sibi vindicare: nec etiam tertiam iure nouo: licet per. l. supra eo. l. si defunctus, possent. sed soli descendentes admittentur ad successionem mortuo parẽte: quia in prima causa successionis est descẽdentium. & hoc in prima. In secunda dicit quod locũ habet in futuris negotiis, & non præteritis. & hoc dicit.

b ¶ *Nepotibus.* ex filio vel filia, cum de hereditate fœminæ agitur: vel ex filia cum de hereditate matris: nã istis non competit vnde liberi: quia vnde lib. datur illis quibus contra tabulas dati potest: *vt ff. si tabulæ testamenti nullæ extabunt.l.vnica. §.tollẽ autem. & § Labeo.* & istis competere non potest contra tabulas: *vt ff. de contra tabu. l.illud §.ad testamenta.* Accur.

c ¶ *Agnatis.* in tertio vel quarto gradu, vel deinceps: *vt instit. de hereditat. quæ ab intesta. §.finali.* Accur.

d ¶ *Quartã* sed nec tertiã habet hodie p auth. vt dixi in l.si defunctus.

† Corrigit.l.ũ defuncti C. T eo. quæ tertiã ad illam ciuilem attinet quæ agnatis quadrabat ... quæ tantum autem attinet ad tertiam quæ nepotibus ex filia ... &c. nõdũ hic corrigit. sed de nũ in Nouella. 18. Contrarium.

IN successione.] CASVS. Authentic. ista dicit idem cum. l. C. scilicet quod in successione ab intestato potior est causa descẽdentium, quàm collateralium. addit autem ista authentic. aliquid: nam dicit quòd si decedat paterfamilias siue filiusfamilias, potior est causa descendẽtium: & si plures sunt eiusdem gradus, vt sunt filij primi gradus, vocãtur æqualiter. si diuersi gradus sunt, vt sunt nepotes: vocantur in stirpes: & vocantur sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis & sexus. & sublata differentia agnationis & cognationis, sola naturali causa inspecta.

e ¶ *Primi quidem gradus* vt sunt filij.

f ¶ *Æqualiter.*i.pro virili.

g ¶ *In stirpes.* hæc etiam olim erat: *vt s. eo l.nepotes* secus in collateralibus: *vt in cor. authen. §.sin autem defuncto.* ¶ Vel dic vt not. in authen. cessante. *j. de legiti here.*

h ¶ *Sola naturali causa inspecta.* hic videtur corrigi quòd[a] de adoptiuis dicitur, quòd cum naturalibus succedant. *vt insti. de adop. §. sed hodie.* quod non placet: nam verbum sola, hic pôsitum, differentiam patriæ potestatis, sexus, & cognationis tantum tollit, *sic supra de iur. omnium iudi. l. ij.* puto tamen per hæc verba sublatum esse edictum[b] de coniungendis cum eman. lib. ¶ Itẽ vsque ad quem[c] gradum admittitur cognatus? nunquid vt olim, *vt institu. de succes. cogn. §. fina.?* Respon. non: quia sic differret agnatus à cognato. Sed permittam in omnibus successionem vsque ad gradum decimum[d]. ¶ Itẽ nũquid[e] dominus cognato serui sui succedet? Respon. non: quia nec hoc per prætorem fiebat, qui tantum naturalẽ causam intuebatur: *vt ff. vnde cog. l ij. & institu. de seruill. cog. in principio.* Et nota[a] quòd hæc verba, sola naturali, &c. nõ sunt de corpore authenti. sed Irne. posuit.

a Successio adoptiuorum hodie non est sublata. Nam vel hodie cũ naturalibus succed. ut. si militis est Glossa Nouel. 118. c. 1. in verbo potestatis.

b Edictum de coniungendis cũ eis scilicet ipso iure hodie sublatum. Glo. in d. verbo potestatis.

c Similis Gloss Nouel. 118. c. 1. in verbo cognatorum.

d Successio agnatorum & cognatorũ ad decimũ vsque gradũ tantum locum habet. ...

e Similis est Gl. Nou. 118. c. 4. in verbo cognationis.

& de pronepotibus[a] obseruandum esse cẽsemus. Dat. Idibus Nouembr. Theodosio. XV. & Valentiniano. III. AA. Conss.

Descendentes (etiam quibus non competit bonorum possessio vnde liberi) potiores sunt de iure ciuili, quã collaterales agnati. Salyc.

III. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.*

QVoties † aliquis vel aliqua intestatus vel intestata, mortuus vel mortua fuerit, nepotibus[b] vel pro nepotibus cuiuscunque sexus, vel deinceps alijs descendentibus derelictis, quibus *Vnde liberi* bonorum possessio minimè competit, & insuper ex latere quibuscunque agnatis[c]: minimè possint iidem agnati quartam[d] partem hereditatis mortuæ personæ sibi vindicare, sed descendentes soli ad mortui successionem vocentur. Quod tãtùm in futuris, non etiam præteritis negotiis seruari decernimus. Dat. Kalend. Iul. Constantinop. D. N. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

IN AVTHENTIC. de here. ab intesta. §.j colla. ix. constitu. j.

Hodie ad successionẽ defuncti primo vocãtur liberi, sublata differẽtia sexus, & patriæ potestatis. Salyc.

IN successione mortui patrisfamilias, siue filiifamilias, liberi eius, si sunt, omnibus alijs prælati succedunt. Primi quidem gradus[e] æqualiter[f] succedunt, nepotes & vlteriores in stirpes[g], non distinguendo sexum, vel iura potestatis, sed sola naturali causa inspecta[h].

AD SENATVSCONSVLtum Tertullianum.

Dictum est de his qui succedunt ascendentibus. nunc de his qui succedunt descendentibus.

a Similis est Glo. Nou. 118. c. 1. in verbo potestatis.

TITVLVS LV.

AD SENATVSCONSVLtum Tertullianum.

Mater succedit filio infanti ab intestato morienti, & econtra. Salyc.

I. *Imp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Vrsinæ.*[m]

LICET[i] liberi matribus ab intestato ita demum per se[k] heredes existant, si fari possint: tamen matres liberis etiam si infantes natura concesserint[l], posse[m] succedere, nulla dubitatio est. PP. X. Kal. April. Tiberiano & Dione Coss.

Pater præfertur matri in successione filij. h. d. hodie autem concurrunt: vt in authentic. defuncto. infra eodem. Salyc.

II. *Iidem* AA. & CC. *Rhesæ.*

IN successione filij[n] vel filiæ communis sine liberis & fratribus & sororibus morientis, pater manumissor[o], quia ei sic vetus ius seruatum*, [p] matri præfertur[q] S. VI. Id. Decembr. CC. Conss.

Exceptio tutoris non petiti non excludit matrem à successione filij postea facti adulti. Salyc.

III. *Imp.* CONSTANTIVS A. *Catulino proconsuli Africæ.*

MAtres quæ puberes[r] amiserũt filios, licèt impuberibus eis tutores non petierint, vt ff. l. ij. §. obijcitur. nisi in casu, scilicet quando est pater & auus: *vt ff. eod. l. aquissimum § finali.*

LIcet.] CASVS. An filius infans matris ab intestato mortuæ hereditatem per se adire possit, quæritur: dicitẽ quòd non: sed per tutorem. Si autẽ infans decessit: an mater ei[a] succedere possit per se, quæritur? dicitur quòd potest.

i ¶ *Licet.* per suam conditionem, quæ & annũ desiderat.

k ¶ *Per se.* sed per tutorem potest etiã infans: *vt s. de iure delib. l. si infanti. & l. potuit.*

l ¶ *Concesserint.* id est decesserint.

m ¶ *Posse.* sed q d de patribus? Respond. pater vel habebat filium in potestate: & sic iure veteri nõ habet heredem ab intestato. vel emancipauerat, & succedebat ei, si contracta fiducia, id est, seruato iure successionis, emãcipasset: quod hodie præsumitur: *vt in titu. de legiti. agna. succes. §. fina. & j. l. proxi.*

IN successione.] CASVS. Decessit quis patrem & matrem habens, nullo collateraliũ vel descendentium relicto. in successione eius, mater, an pater præferri debeat, quæritur? Respon. quòd matri pater præfertur.

n ¶ *In successione filij.* emancipati.

o ¶ *Manumissor.* id est emancipator: *vt ff. quando de pecu. ac. an. est l. j. §. j.*

p ¶ *Seruatum.* quia emancipauit contracta fiducia.

q ¶ *Præfertur.* vt & *instit. codem §. præferantur.* sed secus in auo & auia:

a tutissimo.

* esse seruatum. Mater quidoque filio successionẽ non perdit, licet illi tutorem nõ quæsierit.

MAtres.] CASVS. Si filio suo impuberi mater tutorem non petiit, & postea pubes factus decessit: an à successione illius mater excludatur, quæritur. Dicitur quòd non.

r ¶ *Matres quæ puberes.* scilicet existentes ipsæ matres, quod non placet. dic ergo ad filios referri. Secus ergo si impuberes decesserunt: *vt hic. & infra l. omnem. & institu. eo. §. si. & infra de leg. here. l. sicut.* Excusatur ergo mater si factus est pubes: *vt hic.* Item si interesse filij videatur non petere tutorem. Item si alius præuenit eam petere volentem. Item si filius haberet alium tutorem, puta legitimum. Item si mater esset minor[b]. Aliæ quoque causæ enumerantur. *ff. eodem. l. v. §. consultum. & §. si mater non petierit. & supra si aduer. delib. l. ij. & ff. quipe. tut. l. ij. in princip.* ADDITIO. Aduertas dum glo. ista dicit quòd mater excusatur si pupillus habet alium tutorem, putà legitimum, quod hoc procedit secundùm tempora huius. l. & l. ij. ff. qui petãt. secundum quæ tempora mater non poterat esse tutrix: & nõ succedebat tutela legitima: sed cum

b l. supra § ad versus delictũ. sed quid si facta mater non petiit tutorem ... in quibus casibus ... gratum.

cum mater hodie si vult, præferatur omnibus tutoribus legitimis & datiuis: vt in authent. matri & auiæ. supra quando mulier tutelæ offi. &c. non potest dici: quòd mater excusetur propter legitimum: non enim est legitimus, nisi ipsa prius declaret se nolle: vt dicit Bartol. hic tex. est secundũ eum, qui hoc dicit in l. ij. §. si mater. ff. eodem.

a ¶ *Præscriptione.* id est, exceptione.

b ¶ *Eorum.* puberum. Accursius.

c ¶ *Præscribi.* id est, excipi. Accurs.

præscriptione[a] tamen non petiti tutoris ad excludendam eorum[b] successionem minimè debere præscribi[c], certum est. D. VI. Kalend. Augu. Constantio. A. VII. & Constante Coss.

Mulier nubens intra tempora luctus, efficitur infamis, nec valet remissio infamiæ, & cæterarum pœnarum facta à principe, ubi liberos ex priore viro habuit, nisi omnium suarũ facultatum tempore secũdarum nuptiarum extantium medietatem sine aliqua conditione eis dederit, & eorum altero decedente, ad superstitem debet peruenire: & omnibus ab intestato morientibus, ad matrem debet redire. Salyc.

S*I qua.*] CASVS. Si mulier filios nõ habens, intra annum à tẽpore mortis mariti nupserit, infamis est: nisi beneficio principis remissa sibi fuerit infamia. Si verò filios habuit, similiter infamis efficitur, nisi à principe infamia remittatur, cũ aliis pœnis quæ sunt supra de secun. nup. l. j. & hoc demum si medietatem omnium bonorum filiis mater cum plena proprietate reliquit, id est donauerit. & si vnus ex filiis decesserit, aliis portio sua accrescit. Si autem omnes decesserint, tunc illa medietas reuertetur ad matrem: & illam habebit præcipuã. & hoc in secunda.

d ¶ *Festinatione.* quæ ante completum annum nupsit post mortem viri.

e ¶ *Infamis fit.* vt & supra ex quibus cau. infa. irr. l. decreto. & ff. de his qui no. tan. infa. l. j.

f ¶ *Permittimus.* hoc aliqua conditione.

g ¶ *Pœnarum.* quæ numerantur supra de sec. nup. l. j. in fi.

h ¶ *Facultatum.* ipsius mulieris.

i ¶ *Medietatem.* totius substantiæ: vt in authent. de nuptiis. §. j. in fi. §. & melius in §. si igitur. colla. iiij. Accurs.

k ¶ *Obeuntibus.* scilicet sine filiis. Item bene dicit, intestato: quia in testamento cui voluerit potest relinquere: cum donare & vendere possit: vt in authen. de nupt. §. hinc nobis. col. iiij.

l ¶ *Præsumat.* & ante alios capiat.

IIII. Imppp. GRA. VALENT. & THE. AAA. Eutropio. P.P.

SI qua * mulier nequaquam religionẽ priori viro, ex quo filios seu filias non habet, nuptiarum festinatione[d] præstiterit, ex iure quidem notissimo infamis fit[e], nisi huiusmodi maculam imperiale beneficiũ ei remittat. sin autem ei filij erũt seu filiæ, & impetrauerit indulgentiam, infamiæ abolitionem permittimus[f], & cæterarũ pœnarum[g] antiquationem, si facultatũ[h] omniũ quæ fuerũt tẽpore nuptiarũ, medietatẽ[i] filio vel filiæ, filiis seu filiabus donauerit, quos habebat ex viro priore susceptos, purè scilicet & omni donationis solennitate cõpleta, nec retento quidẽ vsufructu. Quem quidẽ semissem si duobus filiis seu filiabus pluribúsve donauerit, & forte fatali vnus vel vna, seu alius vel alia ex iisdem intestatus vel intestata obierit: semper ad superstites fratres vel sorores volumus pertinere. Sin autẽ vniuersi vel vniuersæ intestati * diẽ obierint: duræ fortunæ ad matrẽ solatia ex integro reuertantur. ita scilicet, vt hunc semissem, quẽ filiis vel filiab[us] donauerat, intestato diẽ obeuntib[us][k], rursus ipsa separatim ab vltimi filij vel filiæ hereditate præsumat[l]. PP. XV. Kal. Ian. Gratiano. V. & Theodosio. AA. Coss.

Mater quæ succedit filio, si alteri non nubat, hereditatem retinet pleno iure. si verò nupserit: in bonis à marito prouenientibus solum habet vsumfructũ: in aliis ius plenũ. Salyc.

* hoc lex ibide verbis iam po sita est in titu. de secũd. nup. Constitu.

* intestato.

M*Ater.*] CASVS. An mater bona filij decedentis, si fecit testamentum, vel ab intestato nullo descendẽte relicto, pleno iure habere possit, quæritur? Respond. quòd si ad secundum matrimonium non conuolauerit, pleno iure habebit ea, vndecunque quæsita. si verò ad secundum matrimonium migrauerit, ex paternis bonis acquisitis vsumfructum tantum. sed alia bona quæ acquisiuit filius extra bona patris, pleno iure habebit in paternis bonis: quando habebit vsumfructum, proprietatem ad fratres & sorores defuncti transmissura.

a Mater q. d. habens bona filij. si nubat ante mortem eius, vel post.

m ¶ *Omnia.* scilicet bona.

n ¶ *Coniugium.* mortuo iam filio. ¶ Et nota quòd refert, nubat mater ante mortem filij, vel post. si ante, succedit in totum: licèt filiis seruare debeat: vt supra de sec. nup. l. fœmina. §. fina. si verò postea, tunc extrinsecus quæsita filio solida h[abe]bit: paterna verò quo ad vsumfructum: vt hic, & in authentica de non eli. se. nub. §. & non solum. colla. j. quia minus delinquit postea nubens. Sed postea hoc corrigitur: quia indistinctè, nubat ante vel post, succedit in proprietatem in paternis etiam: vt in authent. de non eli. §. cum igitur. Sed & d. §. cum igitur corrigitur per authent. de nuo. §. huic nobis. col. iiij. vbi redditur ad distinctionem huius legis. Item & illam de nup. dicũt quidam corrigi in authent. de her. ab intest. §. consequens. colla. ix. quia nulla fit mentio secũdarum nuptiarum. sed hoc non placet. Sed intellige eã secundũ distinctionem prædictæ autheo. de nu. & pro hoc est infra eo. ti. l. fi. in fi.

o ¶ *Patiatur.* sed si hæc mater legatis erat grauata, an minuatur: quia sua portio minuitur? Respond. non. ff. de lega. j. l. vltim. circa fin. quia suo delicto est ei minuta. secus si alio modo esset minuta: vt ff. de condi. & demon. l. Plautius.

V. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Senatui vrbis Rom. †

MAter † quæ defuncto filio filiæve sine liberis, ex testamẽto vel ab intestato succedit: si matrimoniũ secundũ† post mortẽ filij vel filiæ nõ cõtraxerit: omnia[m] filij seu filiæ morte delata vel derelicta, pleno iure acquirat. Sin verò alterius mariti coniugium[n] elegerit: extrinsecus quidem quæsita filio filiæve, simili firmitate possideat. rerum verò paternarũ† defuncti solo vsufructu humanitatis contemplatione patiatur[o] proprietatem & sororibus & fratribus transmissura defuncti. Da. VII. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodosio XII. & Valentiniano. II. AA. Coss.

Mater † tutrix filij priuatur eius hereditate, si transiuit ad secunda vota antequam tutorem alium fecerit ei ordinari. Salyc. et.

VI. Iidem AA. Florentino præf. præt.

OMnem † matri, siue ab intestato, siue iure substitutionis[p], si filius impubes moritur denegandam volumus successionem si ea[q] legitima[r] liberorum tutela suscepta, ad secũdas contra sacramentũ[s] præstitum adspirauerit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari: eiq́; quod debetur ex ratione tutelæ gestæ[t] persoluerit.[u] Dat. VII. Id. Iul. Constantinopoli, Theodosio. A. XVI. & Festo Coss.

Fratres defuncti non excludunt eius matrem, sed cum ea succedunt pro virili: sorores verò in stirpes. & si simul concurrant cum matre fratres & sorores: tunc omnes admittuntur pro virili, patruo excluso: & hoc vbi pater defuncti non concurrit. Si verò concurrat: aliter seruatur si defunctus erat sui iuris: aliter si in potestate. hodie seruantur authentica hic posita. Salyc.

VII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto pratorio.

| Et C Theo. l. s. su. a. d. 8.

† habens ius liberorum, ad debetur in C. Th sed Iustin. hanc differentiam sustulit No. 1. §. nequaquam. Contin.

† Hæc constitutio vult matrem, quæ nupsit post mortem filij, in bonis filij paternis succedere quoad vsumfructum. verũ hodie pleno iure mater succedit. §. cũ igitur dupli. de N. ptis. Tamẽ quidã putant matrẽ siue nubat ante siue post mortem filij, succedere in solo vsufructu bonorũ filij defuncti in bonis ab eo quæsitis succedere & in vsufructu & in proprietate vnà cum aliis fratribus defuncti. vide Aflict. decis. 7 in fi.

O*Mnem.*] CASVS. Si mater quæ primò suscepit tutelam filij sui, demum matrimonium contraxit, nec tutorẽ filio suo petiit: an à successione filij repellatur, quæritur? Respond. quòd sic. Accurs.

p ¶ *Substitutionis.* quia pater substituit eam filio.

q ¶ *Si ea.* s. mater.

r ¶ *Legitima.* id est, secundùm legem: non tamen ex l. xij. tab. vt not. supra quando mu. tu. offi. fun. potest. authen. matri. Accurs.

s ¶ *Sacramentum.* iurabat enim non transire ad secundas nuptias: licèt hodie[a] non iuratur: vt §. quando mu. tu. offi. fun. po. authen. sacramentum.

t ¶ *Gestæ.* & malæ.

u ¶ *Persoluerit.* vt & infra de legi. hered. sicut. & in qui. cau. pign. ta. contrahi. l. si mater. Hæc ergo lex loquitur cũ non est testamẽto data: secus autem si testamento patris data esset, tali similitudine: quia sicut cũ mater ab intestato succedit filio si ineat secũdas nuptias, punitur etiam in successione v[e]l paternorum habeat vsumfructum tantũ. Item cũ ex testamento

† hęc lex abrogata est nominatim per No. 1. §. nequaquã. Contin.

† Hæc maior. nam ignoscitur minori. l. 2. q. vbi Gl. § aduers. delict.

† Et No Theodosij de tutoribus 1. quę extat integra. hæc patet ex l. 10. de legit. here. l. 6. Iam quib. caus. l. 1. vel togatos.

a Simile Glo. in Authen. eisdem pœna, in verbo, sacramentum l. de secun. Nup.

ei succedit, in nullo punitur licèt contrahat secunda vota: *vt in authent. de nupt. §. hinc nobis. coll. iiij.* sic & si ex lege vocetur ad tutelam: si ineat secunda vota, statim desinit esse tutrix: & si ex testamento [a] nanciscatur tutelam, non desinit esse tutrix. licèt postea transeat ad secunda vota. & hoc secundū quosdam. Sed Ioan. & Al. contra. Nam in testamento secundū hæc iura dari non potest tutrix: *vt ff de testamen. tute. l. mater.* nisi in casu: *vt ff de tut. l. fina.* & de hoc diximus *supra quando mu. tu. of. fun. poss. authen. matri.*

a Mater tutrix liberis testamento data tutrix esse desinit si postea nupserit vt hac Gl. secundū Ioh. ... Bartol. ... Nouell. de ... pro §. si mater tutela.

* Hæc l. corrigit l. 2. D. e. tit.

SI quis.] CASVS. Si aliquis vel aliqua intestata decedens, matrem & fratres reliquerit, siue fratres fuerint ex eodem patre, siue ex eadē matre: vnà cū fratribus defuncti succedit mater. Si autem filius sorores habeat, mater in virilem portionē succedet: nec occasione sororum defuncti in ampliorem partem admittitur mater. Et licèt antiquitus patruus defuncti ad aliquam particulam admitteretur, non tamen hodie admittetur: nec patris portio in aliquo deminuetur. & hoc in prima. Si verò defunctus habeat patrē & matrē, fratres & sorores pater & mater habebūt vsumfruct. in bonis defuncti pro viij. vnciis: fratres & sorores habebunt proprietatē, & tertiam partē vsusfru. Si verò defunctus erat in sacris patris constitutus, tunc pater habebit vsumfructum omnium bonorum: & mater succedet in proprietatem cū fratribus & sororib. defuncti in virilē portionem. Sequitur authē. quæ corrigit illud verbum, ita tamen & c. quæ incipit, Et cùm s. quòd mater tantum in virilem portionem admittatur, cùm defunctus tantum sorores reliquit: sicut cùm sorores & fratres relinqueret. Accursius.

* subessent.

† aliàs, vsusfructus con[...] successionis semissem competere.

a ¶ *Vel fratre.* vel, pro &. Accursius.

b ¶ *Tenore. vt instit. eo. §. soror.*

c ¶ *Constitutionibus.* quas constitutiones vel leges non habemus.

d ¶ *Videtur.* inspecto Tertulliano: *vt instit. eo. §. pater.*

e ¶ *Pro besse.* imò videtur in totum patri acquiri: *vt infra titu. ij. l. de emancipatis. quæ est contra.* Solu. vt ibi. ADDITIO. Aduertas quòd omnia quæ in hac l. dicuntur, sunt hodie correcta præter hoc vnum, scilicet quòd per mortem filij non extinguitur vsusfructus competens patri: quod hodie non est correctum vt dicit Bartol. hic.

SI quis,[*] vel si qua, matre superstite & fratre[a], vel legitimo, vel sola cognationis iura habēte, intestatus vel intestata decesserit: nō excludi à filij successione matrē, sed vnà cū fratre mortui vel mortuæ, si supstes vel fili[9] vel priuignus ipsi[9] sit, ad eam peruenire, ad similitudinē sororū mortui vel mortuæ: ita tñ, vt si quidē solę sorores agnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ supersint[*]: p veterum legū tenore[b] dimidiā quidē mater, alterā verò dimidiam partem omnes sorores habeant. Sin verò matre superstite & fratre, vel fratribus solis, vel etiā cū sororib[9] intestat[9] quis vel intestata moriat. in capita distribuatur eius hereditas: nec liceat matri occasione sororum mortui vel mortuæ ampliorē partem sibi vindicare, quam rata portio capitum exigit: patruo s. mortui vel filiæ, & eius filio vel nepote, nullū ius ad eius hereditatē (matre eius herede existente) habentibus: nec ex veteribus legibus, vel ex constitutionib[9c] patrē matris minui. Sin autem defuncta persona non solū matrē & fratres & sorores superstites habeat, sed etiā patrē: si quidē sui iuris decessit, quia patris persona interueniens, matris iura superare videtur[d]: omnibus pio animo prouidentes, sancimus fratres quidem & sorores mortuæ personæ ad successionē proprietatis solos pro virili portione vocari: patri autem & matri vsumfructum totius successionis † pro besse[e] cōpetere, æqua lance inter patrē & matrem diuidēdum, reliqua parte vsusfructus apud fratres & sorores remanente. Sin verò defuncta persona in sacris patris constituta decesserit: pater quidē vsumfructū, quē & viuēte filio habebat, teneat donec viuat incorruptum: mater autē quia hunc vsumfructum habere viuente patre nō potest, totum apud patrem cōstitutum: vnà cū fratribus defunctæ personæ ad proprietatem vocetur, scilicet cū sororibus sola in dimidiam, cū fratribus vel promiscui generis secundū supradictam distributionem in virilem portionem: Omnibus videlicet quæ de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt, in suo statu durantibus. Dat. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. II. Conss.

Sequitur authen. Et cum solis. quæ est in authen. de nupt. §. & quoniam. colla. iiij. & corrigit Il. istas in aliquo.

f ¶ *Et cum solis.* in virilem. hoc fallit in casibus: *vt supra eodem l. si qua §. quem quidem. & i. l. proxi. & in authen. de nu. §. quoniā infirmus. & §. hinc nobis. colla. iiij.*

IN AVTHENT. DE nupt. §. & quoniam mater. colla. iiij. constit. j.

Cum fratribus & sororibus defuncti filij succedit mater in virili. Salycetus.

ET cū solis fratribus, & cū solis sororibus, & cū permixtis, vocantur matres in virilem [f] portionem.

IN AVTHENTIC. vt cum de appella. cog. §. sancimus itaque. & §. si verò contigerit. coll. viij. constit. xj.

In testamento filij non debet pater hodie exheredari, nisi ex causa iusta in iure expressa. aliàs rumpitur testamentum quo ad institutionem tantum. Salycetus.

IN testamento quoq; non licet liberis parētes excludere, nisi iusta causa exheredationis inferat, quæ septenario numero noua cōstitutione distribuitur. alioquin rescinditur testamentum circa institutiones: nam in cæteris [g] perseuerat.

IN AVTHENTIC. de hered. ab intesta. venien. §. consequens. & §. sequenti. colla. ix. constitu. j.

Filio hodie sine liberis defuncto succedunt parentes, fratres, & sorores forma hic scripta. Salyc.

DEfuncto sine liberis [h] filio, parentes si soli [i] sunt succedunt salua gradus [k] sui prærogatiua. si pari gradu sunt, pariter succedunt: paternis quidem dimidia, maternis verò alia dimidia delata: licèt sit dispar [l] eorum numerus. Sed si cum parentibus fratres & sorores vtrinque defuncto coniuncti supersint: vocantur ...

IN testamento.] CASVS. Filiusfam. extraneum instituit heredem: patrē verò exheredauit: quæritur, an possit? Respon. quòd non: nisi ex causa iusta & c. aliàs rumpitur testamentum quo ad institutionem tantum. Viuianus.

g ¶ *Cæteris.* scilicet legatis & fideicommissis: *vt & supra de libe. præ. authen. ex causa.* ¶ Et not. hic quòd si [a] filiusfamilias testetur, quod non facit nisi de castrēsi, vel quasi: detrahit pater Falcidiam. sic & aliàs est in quasi castrensi: *vt supra de epi. & cleri. authen. presbyteros. qua est contra. l. veteres. vt supra de inoffi. testa. l. finali. & ff. si à parente quis ma. sue. l. j. §. est & alius.*

a Filiusfam. in quo potest testari.

DEfuncto.] CASVS. Sēpronius decessit habens patrē & matrē: succedit ei pater & mater. si autem pater viuat, & non mater, sed auus maternus, pater excludit auum maternū: quia prior in gradu, potior est in successione: & si ponam, habeat auum & auiā maternā, & tantū auum paternū: vel ecōuerso. & illi quā sint ex parte patris, habebunt dimidiam: licèt vnus sit tantū ex parte vna, & plures ex alia, & econuerso. Si verò defunctus habeat patrem & matrem: fratres & sorores vocantur cū ascēdentibus in virilē portionem. & ista sunt vera quando filius decedit intestatus. Si faciat testamentum, nec habeat filios: non debet præterire vel exheredare parentes, nisi sint ingrati: alioquin non valebit testamentum quātum ad institutionem: quantum ad alia poterit valere. Viuianus.

h ¶ *Liberis.* nā tunc seruares authenti. quā habes *supra titu. j. in successione.*

i ¶ *Soli.* sine fratribus & sororibus vtrinque coniunctis. Accurs.

k ¶ *Gradus.* pater ergo excludit auum maternum, cum mater defuncti non superfit: & materi auum maternum, cum pater non superfit: licèt [b] aliud sit in filio meo, & nepote ex alio præmortuo: *vt i. titu. j. l. vt intestato. & authen. in successione.* Accursius.

l ¶ *Dispar.* ergo si est auus maternus, & auia materna, & solus auus paternus: tantum habet hic solus, quantum illi duo.

Pater aut mater [...] aut mater materna [...] paternum excludit in successione [...]

b Nepos ex filio [...] representat & vnà cum [...] succedit. Q[...] si nepos ex filio mortuo [...] relicta matre [...] representato, & excludat aua [...] nepotis mei. [...] Proinde hoc casu cessat [...] de qua vide [...] Cotta[...]

Vocantur.

a ¶*Vocantur.* non autem eorum filij per hanc authen. *vt in cor. eo.§.si autem cum fratribus.* Sed per aliam authen. quæ corrigit hanc: *vt in authen. vt fratrum filij.§.j.col.ix.*

b ¶*Proximus.* id est cum patre & matre tantùm, secundùm quosdam: non auo, imò ipsi soli remoto auo: *vt innuit authentic. in cor.§.si igitur.j.ibi, si autem pater &c.* Item cùm admittantur cù patre, & pater repellit auum: *supra proxim. & infra de legitim. heredit. l. in successione.* ergo ipsi fratres repellunt auum: *vt ff. de diuers. tempora. præscri. l. de accessionibus.* Vel dic secundù Ioã. proxim^b est, quem nemo præcedit: & sic etiã auus & proauus, si nullus eos præcedat: *vt ff. de verb. signif. l. proximus. & ff. vnde cog. l. j. §. proximus. & de suis & legi. l. v. §. hereditas.* ¶Prædicta autem regula, ^c si vinco &c. quæ est in d. l. de accessionibus, fallit in multis casibus: qui his ll. notantur. *ff. eo. l. y. §. obijcitur. & l. aequissimum. §. j.* 2 Secundus est: *ff. qui potio. in pigno. ha. l. Claudius.* 3 Tertius in *corp. eod. §. si autẽ cù fratribus. colla. ix. & ad idem. ff. qui potio. in pigno. ha. l. si pignus. & l. interdũ. & supra de natu. libe. authen. licet. & ff. de priuileg. credi. l. quod quis.*

c ¶*Vbi nulla.* ista sunt verba Irne. & est sensus, quòd cùm nil dicatur de secundo nubentibus, omnia de his dicta corriguntur hic. 2 Vel dic secundù Ioan. quòd remanent in suo statu, quæ dicuntur in authent. *de nupt. §. hinc nos. colla. iiij. quæ est supra de secund. nupt. authent.* ex testamento. quod verius est: *arg. l. fi. huius titul. in fi.*

a Similis est Gl. Nou. 118. c. 3 in verba proximus.

b Proximus quis dicatur.

c Vinco vincentem te, ergo & quòdo vincam te &c. fallit in aliquibus casibus.

cantur ^a cũ ascendentibus gradu proximis ^b, ita vt viriles portiones fiant: exclusa prorsus omni differentia sexus & patriæ potestatis, vbi nulla ^c secundarum nuptiarum fit mentio.

TITVLVS LVI.

AD SENATVSCONsultum Orficianum.

Ad successionem matris primò vocatur filius, quàm defuncta mater, vel frater. Salycetus.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Euangelo.*

Si intestatæ mulieri cõsanguinei ^d existant, & mater & filia: ad solam filiam ex senatusconsulto Orficiano ^e hereditas pertinet. PP. XV. Kal. Febr. Fusco. II. & Dextro Conss.

Non numerus liberorum, sed hereditatis aditio designat portiones. Bald. Vel sic: Pro numero succedentium diuiditur hereditas matris, non pro numero superstitium tempore mortis: & heres non suus hereditatem non aditam non transmittit ad superiorem. Salycetus.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. & CC. *Metrodora.*

Non pro numero superstitum mortis matris tẽpore, sed succedentium, materna scindit hereditas. Quapropter si mater vestra te & vno fratre emancipatis, duobus autem aliis in patria positis potestate superstitibus diem functa est, & hi qui in potestate patris fuerant, priusquam maternam hereditatem sibi quærerent, rebus humanis exempti sunt: inter duos tantũ viriles non ambigitur factas portiones ^f. S. VII. Kalend. April. Sirmij. AA. Conss.

Ius ciuile non excluditur tempore, licèt pratorium excludatur. Bal. Vel sic: Matri intestata succedit filia citra agnitionem bonorum possessionis. Salycetus.

III. *Iidem AA. & CC. Iuliana.*

Matri intestato defunctæ secundũ Orficianum senatusconsultum citra bonorum ^g possessionem filia pro herede gerendo, succedere nõ prohibetur. S. XII. Kalen. Nouemb. AA. Conss.

AD SENATVSconsultum Orficianum.

Matri ^d succedes ò nate per Orficianum: Inuidiam portans econtra Tertullianis.

d Versus.

Si intestatæ.] CASVS. Mulier filiam habẽs & matrem, decessit ab intestato: quæ ei præferenda sit in ipsius successione, quæritur: Dicitur quòd filia.

d ¶*Consanguinei.* scilicet fratres.

e ¶*Orficiano.* & idem est secundù alia ciuilia iura: *vt supra titu. secundo. l. intestato. & l. si matre.*

Non pro numero.] CASVS. Mulier quatuor habens filios, duos emancipatos: existentes in potestate decesserũt: ipsa mater decessit ab intestato. qualiter inter eos superstites facienda fit diuisio hereditatis ipsius, quæritur: Respon. quòd in viriles.

f ¶*Portiones.* Sed quare non transmiserunt alij ad heredes suos portiones suas, licèt adhuc non esset adita hereditas: *vt s. de bo. qui ante aper. tabul. l. j. quæ est contra?* Solu. hic non erat posteritas. 2 Vel hæc illam corrigit. Sed certè imò illa ^a istam. 3 Vel ibi loquitur de hereditate adueniente ex testamento, hic ab intestato. Sed certè secundum hoc isti etsi non transmitterent hereditatem, deberent trãsmittere ius deliberandi & adeundi: *vt s. de iure deli. l. cum antiquioribus.* 4 Vel hic isti repudiauerunt hereditatẽ antequam decederent. aliàs etiam ad superiores transmitterent: *vt s. tit. ij. l. apud hostes.* & hoc placet.

Tene hoc primum.

a Transmittit heres suus hereditatem nõ aditã ad quoscunq; heredes etiam extraneos, v. tamen exceptiones apud Socin. regula 173.

Descendentes præferuntur ascendentibus. Bald.

IIII. *Impp.* GRATIANVS, VALENT. & THEOD. AAA. *ad Hilarianum. P.P.*

Quotiens de emancipati filij filięve successione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio, neque vlla defuncti defunctæve patri matrive concedatur ^h intestatæ successionis hereditas. Dat. XV. Kalen. Mart. Mediolani, Merobaude II. & Saturnino Conss.

Mulieri illustri spurius legitimis extantibus non succedit: secus si ex legitimo concubitu sit natus, & ex illustri. Bald.

V. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demostheni præfecto prætorio.*

Si qua illustris mulier filium ex iustis nuptiis procreauerit, & alterum spurium habuerit, cui pater incert^e ^i sit: quemadmodum res materne ad eos perueniant, siue tantummodo ad liberos iustos, siue etiam ad spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, vt neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter viuos habita, iustis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perueniat: cũ in mulieribus ingenuis & illustribus (quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est) nominari spurios, satis iniuriosum, satisque acerbum, & nostris temporibus indignũ esse iudicemus. Ex † hâc legem ipsi pudicitiæ, quã semper colendam ^k censemus, merito dedicamus. Sin autem concubina ^l liberæ conditionis constituta, filium vel filiam ex licita consuetudine ab homine libero habita procreauerit: eos etiam cũ legitimis ^m liberis ad materna venire bona, quæ iure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla dubitatio † est. Dat. XV. Kalen. Octobr. Chalcedone, Decio. V. C. Conss.

Nati ex ancilla manumittenda, facta iam mora libertati, nascuntur ingenui, & successibiles actiuè & passiuè. Bald. Vel sic: Post moram in præstando libertate commissam partus nascitur legitimus, & succedit matri, & econtra. Salycetus.

XI. *Idem A. Iuliano. P. P.*

Matri.] CASVS. Mulier decedens ab intestato, filiã reliquit, quæ succedet, nec habet necesse petere bo. possess. Viuia.

g ¶*Citra bonorum possessionem.* vnde cognati cõpetit ei: *vt ff. vnde cog. l. ij. §. si qua.* & vnde legitimi: *vt ibidem.* nam cùm fit vt agnata facta per Orficianum, vt legitima admittetur: *vt hic, & ff. vnde legiti. l. ij. §. fina. & l. iij.* quod non est in alia cognata, vt citra bonorum possessionem admittatur: *vt ff. vnde cog. l. j. in prin.*

Quotiens.] CASVS. Filius emancipatus, filios, patrem & matrem habens; si ab intestato decedat, filius ipsius patri & matri præfertur. Viuianus.

h ¶*Concedatur:* *vt & s. e. l. j. in prin. & s. tit. ij. l. si matre. & l. intestato.*

Si qua.] CASVS. Mulier illustris filios legitimos habens, & spurios, si ab intestato decedat, an spurij cũ legitimis succedere possint, quæritur? Dicitur quòd non. Si verò mulier aliqua tanquam concubina aliquos liberos sustulit, & decessit: an cũ legitimis succedere possint, quæritur? Respon. quod succedent. Lex quidem plana est.

i ¶*Incertus.* meretrix ergò.

k ¶*Colendam. arg. in auth. quomodo opor. episc. in prin. colla. j. & infra de dedi. lib. tol. l. j.*

l ¶*Concubina.* etiam illustris.

m ¶*Cum legitimis.* ab intestato. ¶Sed ad ^b contra testamentum agere possunt, si nõ sunt instituti naturales? Fortè non, secundùm quosdam. Sed videtur quòd sic: *vt argum. ff. de inoffi. testamen. l. si suspecta. §. j.*

† Hinc notanda est differentia eorum qui per fornicationem, & eorum qui per cõcubinatum nascuntur consunguntur vt rectè no. in Nomocanone Græcorum. tit. 13. c. 5. Contius.

† Inuidia.

b Naturales non instituti à matre, an possint contra testamentum agere.

a Spurius succedit matri sicut legitimus.

¶ Et not. filium spurium[a] succedere matri sicut legitimum: *vt inst. eo. §. vag. sinne. & de success. cognat. §. vul. go.* nisi sit illustris mater. vbi dilti agnes, sint legitimi vel non: vt hac l. dicitur. ¶ Quid de incestuoso? Quidam dicunt idē. & auth. ex complexu. 5. de inc. nupt. loquitur de hæreditate paterna, non materna. Sed verius dic, non succedere omnē illum qui de tali coitu est natus, qui potest accusari: vt adulteri, incesti, nefarij: *vt in auth. qui. mod. nat. effic. sui. §. fin. coll. vij.* Si autem non ex tali succedit, vt dictum est, matri, non patri, cùm habeat incertum: nam si habeat certum putà naturalem: non succedet nisi in duabus vnciis ab intestato non extantibus legitimis: aliàs in nihilum: *vt in authen. quib. mo. nat. effi. sui. dis. tretus. ibi, si quis igitur habens filios legitimos. colla. vij.*

a ¶ *Quidam.*] *Peperit.* adita hereditate.

b ¶ *Esse.* nunc respondet.

c ¶ *Ingenuum.* Sic ergo nota post[b] moram nasci ingenuum ex ancilla, *vt his, & 5. de his qui. vt indi. l. cum Silanianum, circa fi. ibi, partus liber, &c. & 5. de fideicom. lib. l. cum libertatem. & ff. de fideic. lib. l. si quis rogatus. & ff. de stat. homi. l. Herennius.*

b Ingenuus post moram nascitur ex ancilla.

d ¶ *Ei posse.* huius l. auctoritate. Item S.C. Orficiano, & hoc subiicit, saluo iure, &c.

e ¶ *Venientibus.* Sed nunquid aliis suis consanguinis poterunt succedere? Resp. non: *vt inst. de ser. co. §. j.* ¶ Itē quæro, q̄d in conceptis[c] post mortem auiæ maternæ? Videtur quòd nepos non possit succedere ei, nec enim fuit proximus cognatus auiæ, vel auo, in cuius vita nondum fuerit animal: *vt ff. vnde cognati. le. j. §. si quis.* Placentinus tamen eum admisit, naturali causa inspecta, *per authen. de hær. ab intest. §. j. col. ix. & pro eo. ff. de grad. & adfi. l. si filium. §. si filio.* Sed contra eum Pla. est q̄ prætor in bon. poss. vnde cog. inspiciebat naturalē causam: *vt ff. vnde cog. l. j. in prin. & §. ij.* & tamen repellebat eum, vt dictū est.

c Conceptus post mortem aui nō succedit ex persona sua, sed ex persona patris vel matris. Chassa neus in consuet. Burgund. Titu. des successions. §. 11. vers. Par. ce vers. Quarto.

* Cassiano.
* suscepti.

Quidam ancillæ suę per fideicommissum libertatē reliquit, eo autem à quo libertas relicta est, moram in libertate præstanda faciente, peperit[a] ancilla & esse [b][eum] quidē ingenuum[c] puerū, vel puellam, qui post moram nati sunt, omnes veteris iuris auctores consentiūt: dubitabatur autem inter eos, si matri morięti posset succedere. Huiusmodi itaque dubitationem eorum decidētes, vlterius eam procedere nō patimur: sed sancimus eandem matris progeniem hæredē ab intestato ei posse[d] existere, saluo iure legitimo, ex auctoritate Senatusconsulti Orficiani proli seruādo: & tam matre ex Senatusconsulto Tertulliano, quàm prole ex Orficiano Senatuscōsulto inuicē ad suas hereditates veniētibus[e]. Dat. Kal. Octob. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

TITVLVS LVII. DE LEGITIMIS hæredibus.

Titulo consanguinitatis vel cognationis ita succedit soror, etiam dotata sicut frater. Baldus.

I. Imp. ALEXANDER A. Cassio* & Hermionæ.

In successione quæ titulo cōsanguinitatis[f], vel in bonorū possessione, quæ proximitatis nomine competit, tam fratres quàm sorores pari iure esse, licèt non ex eadē matre suscepti * sunt, ius certum est. Nec huic derogatur, quòd amitas vestras[g] ab auo vestro dotatas[h] fuisse proponitis. PP. Nonis Maiis, Maximo. II. & Æliano Conss.

Postquàm filius repudiauit hæreditatem paternam, potest extraneā sibi viuente patre delatam adire, & separationem bonorum petere. Salycetus.

II. Imp. GORDIANVS A. Tatianæ * & aliis.

Si eius quæ vos heredes instituit, patri hæreditatem[i] non quæsistis, posteáque mortuo patre; ac repudiata eius hæreditate, defunctæ successionē agnouistis: ea quæ bonorum sunt defunctæ ab his separari, quæ patris vestri fuerunt, præses prouinciæ non ignorabit[k]. PP. VI. Idus Aprilis, Gordiano A. & Auiola Consulibus.

Soror fratris filio antefertur ciuili ac pretoria iure ex gradus prioritate. Bal.

III. Imp. DECIVS A. Asclepiodotæ.

Consanguinitatis[l] iure & fœminas ad intestatorum successionē admitti posse[m], explorati iuris est. Proinde cùm fratris tui intestatò mortui ad te[n] consanguinitatis iure hæreditas pertineat: nulla ratione alterius fratris tui filij ad eandem successionem adspirare desiderant: nam & cessante iure agnationis in persona omnium[o], prætorij iuris beneficio ad te potius, quæ secundū gradum obtines, hæreditas pertinet, quàm ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt[p]. PP. II. Nonis Decembr. Decio. A. & Grato Consulibus.

IN AVTHENTICA

de hære. ab intest. ve. §. reliquum. col. ix. const. j. & vt fra. fi. §. j. col. ix. const. vij.

Ibi non subsistunt descendentes, vel ascendentes, fratres & sorores vtrinque coniuncti, & eorum qui ex his præmortui sunt filij, reliquis agnatis & cognatis omnibus præferuntur: qui fratrum filij vocantur in stirpes, hoc dicit vsque ad §. & cum proximis. Ibi autem dicit quòd vocantur cum ascendētibus in gradu proximis, vsque ibi, & quidem. Ibi autem dicit quòd filius fratris vtrinque coniunctus præfertur fratribus, & sororibus coniunctis ex vno latere tantùm, vnde nō seruatur gradus, sed qualitas conditionis.

*Titiana.

DE LEGITIMIS heredibus.

Dixit[d] de his qui sunt in linea inferiori & superiori, nunc incipit de transuersali.

d Cōtinuatio.

In *successione.*] CASVS. dicit: Sunt plures fratres & sorores siue cōiuncti ex vtraque parte, siue ex altera tantùm, siue vnus de fratribus decedat, omnes scilicet sorores & fratres pariter succedūt isto iure veteri, sed iure authentic prius coniuncti vtroque parēte, postea admittentur coniuncti vno parente tantùm, & hoc in prima. Secundò dicit: Pater vnam ex filiabus maritauit, putà Bertam. Decessit frater Bertæ sine filiis, ista Berta volebat succedere fratri, nepotes alterius fratris mortui, vel ipse frater dicit, quòd conferat dotem datam marito. Quæritur vtrum teneatur? Resp. quòd non.

f ¶ *Consanguinitatis.* id est agnationis. Inter se fratres & sorores agnati sunt, & hoc cùm succedunt iure ciuili, vel per vnde agnati: quia sunt ex eodem patre, idem tamen & si ex iure prætorio per bonorum possessionē vnde cognati, quando ex eadem matre tātùm: vt subiicit. Et quòd dicit, pari iure .s. in successione mortui fratris. Et q̄ subiicit, licèt nō ex eadem, &c. hodie contra: *vt infra communia de suc. auth. itaque.*

g ¶ *Amitas vestras.* loquitur filiis alterius fratris mortui, quærentib[9] nomine patris, nō suo, cùm amitę præferantur eis hoc iure: *vt 5. l. consanguinitatis.* hodie non: *vt in auth. cessante 5. e.* Acc.

h ¶ *Dotatas.* quia ideo videntur habere tanto minus de hereditate, q̄ debeant conferre: *vt 5. de coll. aut quod locum.* Sed illud obtinet cùm agitur de hereditate patris non fratris, vel sororis: vt hic erat.

Si *eius.*] CASVS. Pone, Berta me fecit heredem sibi, quandiu fui in potestate patris mei, hereditatem eius non adiui: postea mortuo patre meo, hereditatem patris mei repudiaui, & hereditatem Bertæ agnoui: dicit, si volo bona Bertæ separari à bonis patris, quòd præses prouinciæ interponet partes suas, vt separatio fiat, & h.d.

i ¶ *Hereditatem.* quia nondum adiistis.

k ¶ *Non ignorabit.* vt & 5. si vt ab here. se absl. l. ij. & 5. vnde liberi. l. fin.

Consanguinitatis.] CASVS. Primò ponit regulam, q̄ certum est q̄ fœminæ iure agnationis admittuntur ad successionē intestatorū fratrum. Secundò, ponit casum sic: Berta habuit duos fratres: decessit vnus relictis filiis, & decessit alter sine herede. Quæritur quis debeat præferri in successione illius fratris qui decessit sine herede: vtrum Berta soror: an filij alterius fratris, qui sunt nepotes Bertæ? Respond. quòd Berta cùm sit in secundo gradu, at fratris defuncti nepotes sunt in tertio, & soror præfertur nepotibus, sed contra per auth. cessante, &c.

l ¶ *Consanguinitatis.* i. agnationis.

m ¶ *Admitti posse.* de iure ciuili.

n ¶ *Ad te.* sororem, quæ es agnata nihilominus & cognata.

o ¶ *Omnium.* quia erant hi nati ex eadem matre tantùm.

p ¶ *Constituti sunt.* hodie: & ideo lege hic aut ibi cessante. quæ est de hered. ab intest. §. reliquum. & in auth. vt fra. fi. §. j. col. ix.

Cessante.

a ¶ C*essante. Quæ sola.*] Hic versus. & eius quæ, &c. non est in corpore in §. si igitur defunctus, neque & planius legitur sine eo. Vel dic cessante: quia non habebat filios. & cessante, repete. i. repudiante linea ascendentium, quæ sit sola, id est, sine liberis defuncti. verbum ergo semel positum & iterum subaudiendum diuersos sensus habet: vt hic. *& ff. de vet. here. l.* nec vllã. §. omnibus.

b ¶ *In stirpes.* hoc, cũ succedunt cũ patruis. si autem nõ sint patrui, sed soli filij[a] duorum fratrũ, in capita succedunt secundũ Azo. vt in cor. eod. authent. §. si autem defuncto. ex eadem tamen authẽ in §. si verò neq; fratres. videtur etiã tunc vocari in stirpes: quia ita dicit, neq; filios fratrũ, &c. vnde videt quòd illi vocarent in stirpes si superessent, &c. ADDITIO. Istã secũdã opinionẽ tenet Bart. & cõmuniter docto. hic. & idem Barto. in corpore huius authẽ. & latius in lege, post cõsanguineos. §. hereditas. ff. de suis & legit: & latissimè in cõsilio suo clxxiij. incipiẽ. super hereditate dominæ Nolæ. Et intellige eã secundũ eundẽ Bartolũ in dicto. §. hereditas. quando tractatur de successione alicuius ex patruis vel auũculis: si verò tractat de successione aliorum, tunc succedunt in capita: vt §. si neq; fratres. in authentica, de heredibus ab intestato veniẽt. §. j. collat. 9.

c ¶ *Quæ personæ.* s. fratres vtrinq; cõiuncti. Vel dic id est, filij fratrum.

d ¶ *Proximis gradu.* hoc scilicet, quòd fratrũ filij succedant cũ ascendentibus, nõ est ex hoc corpore. de hered. ab intest. §. si autẽ cũ fratrib[9]. sed ex illo: *vt fra. fil.* §. j.

e ¶ P*ost fratres. Vno latere.*] Vt si vnus est cõsanguineus alter vterinus, ambo admittuntur in bonis à defuncto acquisitis. & h. d.

f ¶ *Filij eorum.* si tñ relinquat aliqs fratres quosdã consanguineos tantum, & quosdam vterinos tantum, in reb. maternis præferunt vterini: in reb. paternis, præferunt consanguinei. vt j. col. de emancipat. Si verò relinquat quosdã ex eo idẽ patre & matre, & alios ex patre tantùm, & alios ex matre tantùm (etiam in rebus paternis) præferunt fratres eiusdẽ matrimonij. i. vtrinq; cõiuncti: & idẽ in matre. Pone si quosdã ex patre & matre, & alios ex matre tantũ relinquit: & quærat de bonis matter. vt j. *commu. de suc. l. si. & auth. itaque.*

fortiorũ & duplicis: quia duæ rationes vincunt vnam. h. d. Bald.

CEssante successione lineæ descendentis, & eius, quæ sola[a] sit ascendentis, vocantur primò fratres, fratrisq; præmortui filij in stirpes[b]. ¶ Dico autẽ de fratre, eiusq; fratris filiis qui ex vtroq; parẽte cõtingunt eũ, de cuius hereditate nunc agit, quæ personæ[c] veniunt etiã sine defunctæ nunc personę parentibus, & cũ proximis[d] gradu ascendentibus. ¶ Et quidẽ prędicti fratris filij etsi tertio gradu sit, præfertur fratribus defuncti, qui ex vno tantùm parẽte cognati sunt. † In hac successione omnis differentia sexus, & emancipationis cessat.

IN AVTHENTICA de here. ab intest. §. his autem non. & §. illud col. 9. const. j.

Deficientibus ascẽdentibus & descendentibus & fratribus vtrinque coniunctis & eorum filijs, veniunt fratres ex vtroque parẽte cõiuncti, & eorum filij: qui filij excludũt patruos & auũculos defuncti. h. d. Sal.

1 POst fratres autẽ ex vtroque parente, & eorum filios admittũtur ex vno latere[e] fratres sororésve: cũ quib[9] † & filij eorũ[f], si qui ex eis iã decesserint. ¶ Hi aũt fratrũ filij (cùm pares sint defuncti fratribus) præferunt procul dubio eiusdẽ defuncti patruis, & aliis similibus[g]. Et in his successionibus omnino cessat sexus, & agnationis ratio.

IN AVTHENTICA DE her. ab intest. veni. §. si vero neque. coll. 9. const. 1.

Vltra fratres & filios fratrum vocantur gradatim proximiores in capita, & non in stirpes. h. d. Sal.

2 POst fratres fratrúmq; filios[h] vocãt quicũque gradu sunt proximiores: vt pares in gradu pariter admittant, sublata differẽtia masculorũ & fœminarũ. Sola nãq; cognatio spectatur[i] in talibus. Fiet autẽ diuisio in capita, & nõ in stirpes.

Nihil & inualidum æquiparantur. Bal. Vel sic: Citra bonorum possessionem de iure ciuili potest adiri hereditas cõsobrini. h. d. Vel sic: Hereditas agnationis iure delata, potest adiri de iure ciuili sine agnitione bonorum possessionis. h. d. Salyc.

g ¶ *Similibus.* s. auunculis, & materteris, & amitis. nisi enim pares essent fratribus defuncti, non præferrentur patruis, cum sint in eodem gradu cum eis: *vt in ea. authen. §. illud.*

h ¶ P*ost fratres. Filios.* & filiorum filios, secũdùm P. quod nihil est, secundùm Ioan.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Cecilio.*

SI aut nullũ testamentũ nepos[k] patrui tui ordinauit, aut intra quatuordecim annos cõstitutus fecit, * & agnationis iure successio eius tibi delata est: etiam citra bonorum possessionis subsidium legitimo iure subnixus es. PP. Idib. Iul. ipsis. AA. IIII. & III. Coss.

De iure isto agnati præferuntur cognatis. hoc dicit: hodie secus: vt supra eo. authen. post fratres. Salyc.

V. *Iidem* AA. & CC. *Capellæ.**

AD intestati successionem agnationis quàm proximitatis[l] iure venientes haberi potiores, certum est. Suppos. XVI. Kal. Iul. Sirmij. AA. Coss.

Filiis se abstinẽtibus, vel repudiãtibus frater defũcti admittitur. Sal.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Claudianæ.* †

DEfunctis, suis extantibus heredibus, & abstinentibus vel repudiãtibus hereditatem, frater iure consanguinitatis succedere potest. Sup. Kal. Ia. AA. Coss.

Frater patris præfertur fratri matris. hodie corrigitur. Baldus. Vel sic: Iure isto potiores sunt agnati, quàm cognati: & ideo patruus præfertur matertera. h. d. Salyc.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Amiciæ.*

PAtruo[m] ac materteræ* tertio constitutis gradu non pariter intestati[n] successio defertur, sed patris frater agnationis iure sorori matris anteponitur. S. XVII. Kal. Mart. Sirmij. CC. Coss.

Agnati vocantur ad successionem defuncti apud hostes, beneficio legis Corneliæ. Salyc.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Syllano.*

SI his de quorum successione agitur, apud hostes defunctis, secundũ legis Cornelię beneficium[o] iure agnationis adita hereditate vel petita bonorum possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohiberis. S. Nonas. Iul. Sirmij. AA. Coss.

Soror præfertur auo & auiæ maternis. hodie corrigitur. Bald.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Demagoræ.*

IN successione intestatæ, sororem quem * auiam[p] vel auum maternum, haberi potiorem, non ambigitur. S. VI. Kal. Iul. Nicomediæ. CC. Coss.

i ¶ *Spectatur.* quare hic quod diximus. j. *de suis & legiti. heredi. authen. in successione.* Accursius.

S*I autem.*] CASVS. Sobrinus est filius filij patrui mei. Pone ergo sic casum: Propior sobrinus meus decessit nullo facto testamento, vel facto antequam haberet quatuordecim annos, & sic non valuit. dicit quòd bona eius iure agnationis ad me pertinent, etiam nulla bonorum possessione petita.

k ¶ *Nepos.* qui erat tibi propior sobrinus: *vt inst. de gra. cogn. §. quinto.* & idem si patruelis esset: *vt j. qui testamen. face. poss. l. si frater.*

A*D intestati.*] CASVS. Pone, Berta ex primo marito habuit vnũ filium: postea secundũ accepit: & ex eo secũdo filios duos habuit, pone me & Titiũ. dicit quòd si Titius decedat, quod ego potior sum in successione Titij, quàm frater eius ex matre tantũ coniunctus, qui est natus ex primo marito.

l ¶ *Proximitatis.* i. cognationis: *vt & inf. l. patruo.* Sed hodie[b] contra per auth. post fratres. j. modo. lectam.

D*efunctis.*] CASVS. Pone, Frater me[9] decessit relictis plurib[9]. heredibus. s. de liberis. heredes repudiauerunt hereditatem. dicit quòd hereditas fratris mei pertinet ad me iure agnationis: quia sum frater ex eodem patre.

P*atruo.*] CASVS. Patruus est frater patris: matertera est soror matris. Pone ergo sic casũ: Decessi ab intestato relicto patruo, & matertera. dicit quòd patruus præfert materterę meæ in successione mea. & hoc de iure veteri: sed secus est per authen. defuncto supra ad Tertu.

m ¶ *Patruo.* & hæc corrigitur per authen. post fratres. j.

n ¶ *Intestati.* s. filij fratris.

o ¶ S*I his. Beneficium.* quo fingit mortuus ante horã captiuitatis, & sic in libertate: *vt ff. de test. l. lege Cornelia.*

p ¶ I*N successione. Quàm auiam.* quia auia cognata, soror agnata est: *vt l. patruo supra eodem.* lex tamen alia videtur apertè præ-

fecte fratrem etiã vterinum: vt j. de bo. quæ lib. l. quacunque. Sed resp. vt ibi dixit Ioan. Item hæc hodie corrigitur per auth. defuncto. quæ est supra ad Tertul.

Sciant.] CASVS. Dicit quod omnes illi qui succederent pupillo ab intestato si decederet, si non petant tutorem dari mortuo patre pupilli: si moriatur postea pupillus, quòd ei non succedunt. Idem est si ei pupillo substituti fuissent.

a ¶ Moritur. secus si factus pubes moritur: vt supra ad Tertullia. l. matres. Et est ratio: quia eo tempore quo deliquit, vel in tantũ in quo deliquit, debet puniri: non in alio. argum. infra de pœn. l. sancimus. sed & hoc fallit in casibus quos dixi supra ad Tertull. l. omnem. ¶ Sed contra. huic. l. qui pe. tu. l. fin. §. si verò maritus. sed fortè illud in singulari fideicommisso, quod non admittit, vel corrigitur per istam. ACCVRSIO. Tu dicas quia hic loquitur in substitutione directa, per quam pupillo succeditur: qua meritò priuatur qui tutorem ei non petit. at l. fin. in §. si verò maritus. loquitur in substitutione fideicommissaria, per quam succeditur defuncto: qua non priuatur: vt ibi.

b ¶ Denegandam. sed excluso eo admittitur, sequens fisco excluso: vt ff. ad Tertull. l. ij. §. fin.

Si ab eo.] CASVS. Olim per emancipationẽ legitima iura extinguebantur: nisi fieret emancipatio contracta fiducia: hodie succedit pater, siue fiat contracta fiducia, siue non: vt instit. de legiti. agna. succes. §. vlti. pone ergo quod pater emancipatus impetrauit rescriptum à principe, vt legitima iura per emancipationem non extinguerentur. dicit tali impetratione facta, quòd pater poterit filio succedere. & econuerso filius etiã agnatis suis iure etiam agnationis: & econuerso. & hoc dicit.

c ¶ Constitutionem. quam habes infra de emancip. lib. l. iubemus.

d ¶ Petitum. à principe.

e ¶ Intacta. hodie intacta remanent, etiam si non sit specialiter petitum: vt instit. de legi. agna. succes. § fin. & supra de legitim. l. iij. & infra eodem. l. vltim. & supra de coll. for. l. ne lucrum.

Si maior.] CASVS. Hunc casum pone in scholari qui contraxit cum quinquagenaria, post quã recessit p̃ sapiẽtia.

† Non minores tamen... enim succedit... vbi Gl. ... aduersus... ad Tiraq. in tract. ... causa demota. 4.

a Si quis propter ætatẽ aut minus aut nullo modo puniatur est maior effectus nõ potest ob illud idem delictũ puniri, vt post hanc Gloss. & Marsil. tradit Tiraq. tract. de pœnis temperan. causa 7. n. 8.

* Et Nou. Th. de tutoribus. parte l. 6. §. ad Tert. & l. 6. §. in quib. caus. pig.

b Punitur pupillus in id in quo deliquit.

† Lib. 45. tit. 2. cap. 47.

† Al. suo patri ... substitui, & heredi &c.

† Vide Menoch. ... de arbit. Centur. 1. casu 89. num. 59.

† Al. praestitutum.

Si succedere volentes † pupillo, et intra annum à morte testatoris numerandum, tutorem non petierint priuatur eius successione, si moriatur in pupillari ætate. Salycet.

X. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P.P.

Sciant* qui ad successionem vocãt pupilli mortui, si defuncto ei* patre, tutorem ei secundũ legem nõ petierint intra annum, omnem eis, siue ab intestato, siue iure substitutionis, successionẽ ei*, si impubes moritur a, denegãdam b esse. D. V. Id. Iul. Constantin. Theodosio. A. XVII. & Festo Conss.

Rescriptum principis reseruans emancipato iura agnationis, siue ius succedendi; intelligitur reseruare tam actiuè quàm passiuè. h. d. & no. Salycetus.

XI. Imp. ANASTASIVS A. Constantino præfecto pratorio.

Si ab eo qui ex sacro rescripto secundũ nostrã constitutionem c fieri postulauerit emancipationem liberorũ, petitũ d sit quatenus ei qui emãcipãdus emancipandáve est, minimè legitima iura per emãcipationẽ extinguant: eadem iura tã emancipato vel emancipatæ cõtra personas alias hoc modo sibi coniunctas, quàm aliis itidẽ contra eum vel eã in hereditatibus, vel in successionibus, & tutelis, necnõ cæteris seruẽt in tacta e: collationibus tamen ab his secundũ ea quæ super emãcipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, vtpote pacta emancipatione, faciendis. † D. XV. Kalen. Aug. Probo & Auieno Iun. Conss.

Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria est legitimus, & ideo ad successionẽ admittitur. Salyc.

XII. Imp. IVSTINIANVS A. Io. præf. præt.

Si maior quinquagenaria partum ediderit, si debet huiusmodi soboles suo patri succedere †, & hereditatem eius nancisci, à Cæsariana aduocatione interrogati sumus. Et sancimus, licèt mirabilis † huiusmodi part* inueniat, & rarò cõtingat: nihil tñ eorũ quæ pbabiliter à natura noscunt esse producta, respui: sed omne ius quod ex quacunq; lege liberis præstitum †, est hoc merũ atq;

& ex ea habuit filium. quærebatur vtrum esset legitimus filius, & possit patri succedere: Respon. quòd sic. licèt sit mirabilis partus, à natura tamen est concessus, licèt rarò eueniat: nihilominus tamen est à lege concessum tale matrimonium.

f ¶ Nostra lege. vt supra de nupt. l. sancimus. y. ¶ Et est argum contra ff. de legi. & senatuscons. l. nam ad ea.

immutilatum huiusmodi filiis vel filiabus seruari in omnibus successionibus, siue ex testamẽto, siue ab intestato: & summatim, nõ absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit, maximè cũ & anteriore nostra lege f huiusmodi nuptias permisimus, impares * eas videri minimè concedẽtes. Dat. IX. Kal. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

Si filius emancipatus per sacrum rescriptum decesserit superstitibus patre & fratribus, pater eius hereditatis habet vsumfructum, fratres verò proprietatem, exceptis bonis maternis, in quibus vterini præferuntur aliis fratribus. Salycetus.

XIII. Idem A. Ioanni. P.P.

De emancipatis filiis, qui ex sacro rescripto patrib* impertito hoc à suis genitoribus meruerunt, dubitatũ est. Cũ enim Anastasiana lex iura fratrib* legitima noscit seruare g: si quis ex his sine testamẽto & liberis decesserit, vtrúmne ad fratrem vel sororem ei* successio deuoluatur, an ad superstitem patrẽ, dubitabatur. huiusmodi dubitationẽ compẽdioso responso duximus esse finiendam. Ideóque sancimus, ad similitudinẽ maternarum rerũ aliarúmque h de quibus iã à nobis lex posita est, etiã huiusmodi hereditatẽ iure quidem dominij ad fratres vel sorores in totum i peruenire, vsumfructum autem eius patri totum siue priorem totum seruauerit, siue ad secundas migrauerit nuptias, acquiri: siue per sacrum oraculum emãcipatio procedat, siue alio legitimo modo à sacris paternis fuerint absoluti. Cũ enim & pater vtitur vsufructu, & votum k eius est ad alios filios suas res peruenire: eapropter l * cũ ex lege Anastasiana in alium articulũ fratribus m prospectũ est, nunc à nobis in hac specie plenius eis subuenitur: vt pater habeat vsumfructum, fratres autẽ vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis n maternis rebus, in quibus, si ex eadẽ matre fratres o vel sorores sint, eos

De emancipatis.] CASVS. Quatuor extant filij emancipati, & vnus decessit. dicit quòd pater habebit vsumfructum in bonis emancipati mortui, & alij tres habebunt proprieta. siue diuersi. excipiuntur res maternæ: quia illæ res venient tantum fratribus & sororibus eiusdem matris, si sunt. si autem non sunt, alij fratres in aliis rebus admittuntur.

g ¶ Seruare. scilicet inter se quo ad tutelam: vt supra de legiti. tu. leg. iij.

h ¶ Aliarúmque. putà ex maritali lucro, de quibus iam à nobis lex &c. quam habes infra communia. de successio. l. finali.

i ¶ In totum. Imò videtur in medio besse: vt supra ad Tertullian. leg. fina. §. sin autem defuncta. Solu. hic contracta fiducia emancipauit, ibi non. hoc non valet: quia hodie semper cõtracta fiducia videtur emancipare: vt dixi mus supra eod. l. si ab eo. 2 Alij dicunt quòd hic per principem emancipauit ibi coram alio iudice. hoc non valet, quia hic dicit, siue alio legitimo modo. 3 Tertij, quòd ibi supererat mater, hic non. nec hoc valet: quia magis deberet esse contrarium. Dic ergo illam corrigi per istam. nam & hæc est Iustiniani. Accursius.

k ¶ Votum. Not.* votum patris: vt ff. vnde libe. l. scripto. in fin. & de bo. damna. l. cum ratio.

l ¶ Eapropter. id est ob hanc causam.

m ¶ Fratribus. circa tutelam: vt dixi in princip. pe. l. supra de legitim. tut. l. iiij.

n ¶ Exceptis. de hoc plenè dices. j. communia de success. in authen. itaque. ¶ Ista nota quòd hæc lex corrigitur per authen. defuncto sine liberis. ff. ad Tertul.

n ¶ Exceptis. dixi vocari omnes fratres: excipe in bonis quæ habebat emancipatus à matre, in quibus præferuntur vterini.

o ¶ Fratres. scilicet tales vterini.

* Et vocatio Vlpiano eas nuptias quas maior quinquagenario & minor sexagenario contrahit. Vlpian. in frag. tit. 13. Ch. 1om. Emancipatio hodie videtur semper contracta fiducia fieri. Non est in Bo. fil.

a Voto parentis cum ipsorum hereditas ... tentum ad liberos deferatur.

Solet.

a ¶ *Solos.* quasi dicat, nõ consanguineos tantùm.
b ¶ *Supersint.* s. tales vterini.
c ¶ *Rerum.* non maternarum.

LEge duodecim tabularum] CASVS. Et cùm olim deferebatur successio agnatorum vniformiter tam masculis, quàm fœminis agnatis, nulla circa successionẽ inter masculos, & fœminas differentia introducta: vtputà si fratris tui vel patrui filia decederet: vel amita tua scilicet decederet, & ad te ipsarum hereditas, & tua ad ipsas, si tu decederes, ex lege xij. tabularũ pertinebat, media verò iuris prudẽtia hãc æqualitatem ad inæqualitatis vitium deduxit, hoc est, vt masculi tam masculis, quã fœminis agnatis, salua tamẽ graduũ prærogatiua, succedant, fœminæ verò sorores tantũ ad agnatorũ seu agnatarum successionem admitterentur. Imperator verò Iustinian' hoc corrigit, primæuũ statum legis xij. tabularum approbãs, & adiicit, vt ad legitimam successionẽ agnatorum tam consanguineæ quã vterinæ sororis filia vocetur: ita etiã vt soror tã vterina quàm consanguinea non superstit: vt tunc non in stirpes, sed in capita hereditas diuidatur. & hæc duo vltima hodie corriguntur per authen. de heredibus ab intestato ven. &c. §. reliquum est. & authen. vt fratrum filij. §. j. In fine verò dicit, vt in cæteris successionibus antiquum ius obseruetur intactum.

d ¶ *Lege duodecim tabularum.* Olim agnata vel agnatus per legem xij. tabularum vocabatur, secundo tempore non nisi filia vel soror agnata: quod duabus rationibus remouet. vna, q a si admitteretur filius fratris, ergo & ipsa filia fratris, & si patruus, ergo & amita. Secunda, cùm agnati succedunt ei, ergo & ipsa eis. Vltimò filios sororis consanguineæ & vterinæ, licet cognati sint, inter agnatos ponit.
e ¶ *In liberis.* agnatorum.
f ¶ *Et alterum.* s. corpus.

al. Romano generi. recte. Cons.

solos [a] vocari oportet. Sin autẽ non supersint [b], tũc ad similitudinem aliarum rerum in totã fraternitatem dominium earũ cedere, vt si apertissim' in omnibus tractatus, & non per differentiam personarum vel rerũ [c] vacillare noscat. Dat. Kal. Nouemb. Constantin. post cõsulatum Lampadij & Orestis, VV. CC. anno II.

Fœmina iure agnationis pariter vt masculi admittuntur, sublato quodam iure contrarium disponente post legem duodecim tabularum. Et filij sororis consanguineæ, vel vterinæ, cùm de hæreditate patrui, vel auunculi tractatur, & tunc nec frater, nec soror defuncti supersunt, iura agnationis consequuntur: & successio inter filios fratrum diuiditur in capita, hoc dicit, & primò cõmendat legem duodecim tabularum vsque ibi, Sed posteritas. ibi arguit & vituperat mediã iurisprudentiam, vsque ibi, Huiusmodi. ibi tertiò ponit statutum nouum, reducendo nos ad ius antiquum, & rationes annectit, vsque ibi, In his igitur. ibi quartò vnum gradum agnationis addit cognationi, procedendo in dispositione sui noui statuti: vsque ibi, Cæteris. ibi confirmat alias successiones in statuto nouo nõ comprehensas: vsque ibi, Si qui vbi. vltimà dicit hanc legem locum habere in futuris casibus vsque ad finem. Salycetus.

XIIII. *Idem A. Ioanni præfecto prat.*

LEge duodecim tabularũ [d] bene humano* generi prospectum est, quæ vnam consonãtiam tam in maribus, quàm in fœminis legitimis, & in eorum successionibus, nec non & in liberis [e] obseruandam esse existimauit: nullo discrimine in successionibus habito, cùm natura vtrunque corpus ediderit, vt maneat suis vicibus immortale, & alterum [f] alterius auxilio egeat, & vno semoto, & alterum corrumpatur. Sed posteritas [g] dum nimia vtitur subtilitate, non piam induxit differentiam, sicut Iulius Paulus in ipso principio libri singularis quem ad senatuscõsultum Tertullianum fecit, apertissimè docuit. Cui enim ferendum est, ab intestato successionibus [h] suas quidem filias ad similitudinem masculæ sobolis in parentis vocari successionem, & iterum germanas [i] iure consanguinitatis eandem sibi vindicare prærogatiuam [k], deinceps autem legitimas [l] fœminarum personas, si iura consanguinitatis [m] nõ possident, à successione legitima repelli, cũ maribus eadem successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filij fratris sui vna cũ masculis vocatur, sed aliud ius in amitis, aliud in patruis obseruatur? Vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem eius ab eadem successione recluditur? Huiusmodi [n] itaque legis antiquæ reuerentiam, & nos anteponi nouitati legis censemus: & sancimus omnes legitimas personas (.i. per virilem sexum descendentes) siue masculini, siue fœminini generis sint, simili modo ad iura legitimæ successionis ab intestato † vocari secundũ gradus sui prærogatiuam: non ideo excludendas, quia consanguinitatis iura secundũ germanæ obseruationẽ non habeant. Cùm enim vnius sanguinis iura remaneant per virilẽ sexum incorrupta: quare naturã offendimus, & legitimo iuri derogamus? cũ & aliã maximam iniuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Cùm enim & ad ipsarum mulierum successionẽ masculi iure agnationis vocent, quis patiatur earũ quidem hereditatem ad eos legitimo iure deferri, ipsas verò nec inuicẽ sibi, nec masculis eodẽ iure posse succedere, sed propter hoc solũ puniri, quòd fœminæ natæ sunt, & paterno vitio (si hoc vitiũ est) [o] prolẽ innocentẽ grauari? In his * igitur casib' legem duodecim tabularum sequentes, & nouum ius nouissimo iure corrigẽtes, etiã vnum gradum pietatis intuitu transferri à iure cognationis in legitimam volumus successionem: vt non solùm fratris filius & filia (secundũ quod iam definiuimus) ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis vterinæ [p] filius & filia soli, & non deinceps personæ vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant, & mortuo eo [q] qui patruus quidem est fratris sui filiis, auunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ex vtroque latere succedant, tanquam si omnes legitimo iure veniant: scilicet vbi frater soror superstites non sunt. His etenim personis præcedentibus, & hereditatem admittentibus, cæteri gradus remaneant penitus semoti. Illo proculdubio obseruãdo, vt successio nõ in stirpes, sed in capita [r] diuidatur, & is grad' in ordinẽ legitimum transferatur, cæteris omnib' successionibus secundũ ius vsque ad præsens tempus obseruatum in suo statu manentibus. Si autem casus iam euenerunt: secundũ quod pristina iura volebant, eorũ fiat distributio. Dat. V. Kal. Decemb.

g ¶ *Posteritas.* i. media iurisprudentia, & habes hæc omnia. Instit. *de leg. agna. suc. §. cæterum. vsque ad §. plures.*
h ¶ *Successionibus.* sub existentibus, aliàs ex testamento.
i ¶ *Germanas.* i. sorores ex eodem tantùm patre natas: nam hæ [a] propriè dicuntur germanæ.
k ¶ *Prærogatiuam.* in successione patris defuncti.
l ¶ *Legitimas.* id [b] est agnatas.
m ¶ *Consanguinitatis.* i. sororitatis, vt sic dicam.
n ¶ *Huiusmodi legis.* sc. duodecim tabularum.
o ¶ *Vitium est.* i. si ab aliquo vitium dicatur, *ff. de ino. test. l. si mater.* ¶ Itẽ nota [c] non esse pœnã, vbi delictum non est: *vt §. de pœnis. l. sancimus.*
p ¶ *Vterinæ.* quã cõstat vt agnatam vocari: *vt §. l. proxi. §. sed nec.*
q ¶ *Eo.* hoc potest referri ad patruum: & sic ad inferiora, vel ad nepotem, & sic ad superiora.
r ¶ *Sed in capita.* hodie in stirpes: [d] *vt §. e. aut post fratres. §. & diui institut. de leg. agna. suc. § hoc etiam.*

MEminimus.] CASVS. In principio huius l. vsq; ad §. cùm igit. repetit quod dictũ erat §. l. prox. in §. huius. & §. in his igitur. videlicet de mutua successione agnatorũ inter ses & vno gradu cognationis, deinde adiicit quòd sicut filij emancipati olim vocabantur tanquã sui ad patris successionem: ita hodie fratres & sorores, tã sui quàm emancipati, & tam cõsanguinei quàm vterini mutuo sibi succedant: adiecto etiã vnico gradu cognationis: ad

a Germanæ sorores propriè dicuntur quæ ex eodem tãtùm patre natæ sunt.
b Legitimæ pro adgnatæ.
c Pœna sibi esse non debet vbi nullũ est delictum.
† ab intestato. tum.
d In stirpes successio.
* hinc sumptus est §. hoc etiã addendum. Instit. de legit. agnat. suc.

hoc, hoc est, vt filij fratrum tam suorũ, quàm emancipatorum, & tam consanguineorũ, quàm vterinorum, patruis & auũculis, amitis & materteris, & viceuersa succedant: quod tunc erit, quãdo eos in anteriori gradu nemo præcedit: & isti quidẽ non in stirpes, sed in capita succedũt. In aliis autẽ successionibus cognationis, ius antiquũ obseruetur. & sicut ad emolumentũ vocãtur successionũ: ita oneri tutelarum mutuo videlicet masculi subiiciãtur. & hæc quidẽ cõstitutio locum habet in futuris, non autem in præteritis. Viuianus.

Non est in Graeca.

a ¶ *Constitutionem. vt* s. *l. proxim.* & breuiter commemorat eam hic.

b ¶ *Institutionibus. vt institut. de legi. agna. succ.* §. *cæterũ. vsque ad* §. *si plures.*

c ¶ *Manifestum est. vt instit. de here. quæ ab intest.* §. *emancipati.*

a Frater etiam emancipatus fratri succedit cum his qui sunt in potestate, sine deminutione, hoc est, æqualiter.

d ¶ *Hoc.* vt frater[a] fratri succedat.

e ¶ *Iusto incremento.* dixerat. n. illa tantũ de iure tutelarũ: *vt* s. *de legi. tu. l. iij.* vt saluũ sit eis. quod non placet quod de illa faciat mentionẽ hic: sed de quadam Græca, quæ dicebatur eũ succedere cũ illis qui remanserunt in potestate cũ quadam deminutione, sed eorũ filios nullo modo: *vt institu. de suc. agna.* §. j. hic autem non corrigit de filia filij emancipati, sed hoc dicit j. proximo §.

f ¶ *Secundi gradus.* nã fratres & sorores in secundo gradu sunt: *vt institu. de gra.* §. *secundo gradu.*

g ¶ *Et filiis fratru.* hi. n. in tertio gradu sunt: *vt instit. de grad.* §. *tertio gradu.*

h ¶ *Tantummodo.* nõ vltra: *vt j.* §. *cæterũ.* Accurs.

b Legitima linea agnatorũ.

i ¶ *Ex legitima.* id[b] est inter agnatos.

k ¶ *Sanximus. vt* s. *l. proxi. circa fin.*

l ¶ *Succedant.* quasi per quoddam successorium edictum.

m ¶ *In capita.* hodie in stirpes: *vt* s. *authen. post fratres.* j. secundũ Io. Sed aliàs contra: *vt & habes instit. de leg. ag. succes.* §. *hoc etiam.*

n ¶ *Successionibus.* s. aliorum cognatorũ, qui sunt vltra tertium gradum.

o ¶ *Retinẽte.* vt succedãt post agnatos cognati. A.

post consulatum Lampadij & Orestis V.V.CC.

Primo exordiẽdo ponit effectum constitutionis præcedentis vsque ibi, Cum igitur. ibi secundo statuit filium emancipatum pariter succedere cũ suis tã patri, quàm fratribus & sororibus: vsque ibi, Sed nec fratrẽ. ibi tertio statuit fratres vterinos admitti ad successionem fratris: & cũ fratribus defuncti admittuntur filij fratrum emancipatorum, & etiam filij fratris vterini, vel sororis vterinæ. vsque ibi, Quas autem. ibi quarto disponit quòd qui vocantur ad successionem, vocantur ad tutelam Salycetus.

XV. *Idem A. Ioanni præfe. P. præt.*

MEminimus antea diuinã nos promulgasse constitutionẽ[a], per quam ad vestigia legis duodecim tabularum totã progeniem, ex legitima sobole descendentẽ, siue masculinam, siue femininam, legitimo iure hereditatem adipisci sanximus: vt quemadmodũ ipsis à legitimis personis succeditur, ita & ipsæ legitimarum personarum amplectantur successionem. In qua constitutione vnũ gradum ex cognatis in ius legitimum reduximus, id est germanæ consanguineæ filios & filias, & sororis vterinæ filios ac filias. Quã constitutionem in suo robore permanere censemus, cũ & in nostris institutionibus[b] tenor eius à nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito, necessarium duximus, & si quid ex prætoria iurisdictione frugi inuentũ est. & hoc cũ perfectissima definitione disposito, nostras leges ampliari. Cũ igitur prætorẽ filiũ emancipatũ, licèt subtili iure capite fuerat deminutus, attamen in patris successionem sine vlla deminutione vocare manifestum[c] est: non eodẽ autem iure etiam ad fratrũ suorũ successiones ab eo vocabat, sed nec filij eius iure legitimo suis patruis succedebant: necessariũ duximus hoc[d] primũ corrigere, & legẽ Anastasianã iusto incremento[e] præfectam ostendere vt emancipati filius & filia, nõ solũ in paternis bonis ad suorũ similitudinẽ succedant, sed etiã in fratrũ vel sororum suarũ successione (siue omnes sui siue omnes emãcipati sint, siue mixti)[*] æquo iure inuicẽ sibi succedãt, & nõ secundũ legẽ Anastasianam parte aliqua deminuta. Et hęc quidem de filiis emãcipatis sancire bellissimum nobis visum est. Sed nec fratrẽ vel sororẽ vterinos concedimus in cognationis loco relinqui. Cũ enim tã proximo gradu sunt: meritò eos sine vlla differentia, tanquã si cõsanguinei fuerant, cũ legitimis fratrib[9] & sororibus vocãdos esse sancimus: vt secũdo gradu cõstituti, & legitima successione digni reperti, aliis omnibus qui sunt vlterioris gradus, licèt legitimi sint, præcellant. Et hæc quidẽ de secundi gradus[f] successione satis abundéque à nobis cũ summa vtilitate disposita sunt. Cũ autem tertio gradui ex trãsuersa linea fuerit locus, vbi patruis & filiis fratrũ[g] & sororum locum antiquitas dedicauit: vnà cũ illis tã emancipati fratris quàm emancipatę sororis filiũ tantũ modo[h] & filiã, siue emancipatos, siue suos patribus suis cõstitutos, & neminẽ alium vlterius: nec non fratris vterini & sororis germanæ[*], vel vterinæ filium & filiã tantummodo ex legitima[i] linea inuicem vocari cẽsemus, sicut iam sanximus[k]: vt omnes qui vel ab antiquo iure, vel à nostra liberalitate in legitimorũ quidẽ positi sunt prærogatiua, & eodẽ tertio gradu sunt, simili iure vocentur. Successionis videlicet iure & in hac parte seruando: vt si qui ex secundo gradu vocati renunciauerint hereditati, & noluerint eã adire, nullúsque ali[9] sit in secundo gradu, qui succedere potest, & vult: tũc hi quos præsenti lege enumerauimus ex tertio gradu, in locũ recusantiũ succedant[l]. Illo etiã obseruando, vt successio non stirpes, sed in capita[m] diuidatur: cæteris omnib[9] successionibus[n] secundũ ius vsq; ad præsens tẽpus obseruatũ procedentibus, & nullo ex cognatis supra memoratos gradus ad iuris agnatitij formã redigendo, sed suũ ordinẽ suáq; proximitatẽ retinẽte[o] incorruptã. Quas autẽ personas ex iure cognationis in legitimas successiones trãsueximus, eas etiã tutelę grauamini vicissim supponimus, scilicet si masculi sint, & perfectæ ætatis, secundũ nostræ constitutionis[p] tenorẽ: vt nõ solũ lucrũ sentiat, sed etiã grauamini subiugentur. Si qui autẽ casus iã euenerunt, & per iudicialẽ sententiã, vel amicabilẽ transactionẽ sopiti sunt, nullã sentiãt ex hac lege retractationem. D. Id. Octòbr. Constantinop. DN. Iustinia. A. PP. IIII. & Paulino. V.C. Cõss.

* omnes permisti.

* consanguineæ.

Omisso in Basil.

TITVLVS LVIII.

COMMVNIA DE SVCCESSIONIB.

Ad successionem fratris emancipati pariter vocatur frater emancipatus cum sorore in potestate existente. Salyc.

1. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Varaniæ.*

SCIRE debuisti, fratre emãcipato potiorem eam[q] quæ in familia mansit, in alterius emancipati bonis non haberi: sed eos pariter[r], si solenniter[s] petierint bonorum possessionem succedere. S. XV. Kal. Iun. Sirmij. CC. Cõs.

p ¶ *Nostra constitut.* quã habemus. s. *de legi. tu. l. f.* Sed ibi contra in e. tit. l. j. Sed certè imò nõ est contra, sed & illa corrigit per auth. ibi positam.

COMMVNIA DE successionib. &c.

Vtpote[a] testamentariis & legitimis successionib.: quadam omnium communia dicit. sic inst. de leg. § .ij.

a Communia.

SCire.] CASVS. Duo erant fratres emancipati sorore in sacris patris constituta, decessit vnus ex emãcipatis: soror cũ emancipato superstite defuncto succedet: nec fratri præfertur.

q ¶ *Eam.* i. sororem.

r ¶ *Pariter.* quo ad vtrũque enim desiuit esse agnatus. s. tã ad alterum emancipatum, quàm ad eam quæ in potestate remansit: sed hodie cõtra: *vt* s. *de legi. tu. l. iij.*

s ¶ *Solenniter.* hodie tamẽ non exigitur solennitas in bonorum possessione petenda: *vt* s. *qui adm. ad bo. pos. l. fi. & penult.*

SI pater.] CASVS. Nati ex duobus fratribus, dicunt patrueles:

Tutor

nati ex patruelibus, dicuntur propiores ſobrini. Nati ex propioribus ſobrinis, dicuntur ſobrini. Pone ergo caſum, quòd pater meus ſucceſſit propiori ſobrino meo, & hereditatem adiuit: tutor illius poſſidebat hęreditatem, deceſſit pater, & ei ſucceſſi: debeo cõuenire tutorem.

a ¶ *Sobrino tuo.* i. filio patruelis tui: *vt ſ. vnde legi. l. ij. & inſ. de gra. §. quinto gradu.*

b ¶ *Non interuen. ente.* ſ. iure ciuili, ſiue agnatione vt quia fuit filius ſororis patruelis eius. Itē not. quòd in princ. dicit ſobrino tuo, quia hoc pronomen tuo, poteſt venire ad determinationem præcedentium, item ſequentium, & ſic poteſt dici quòd vel suus, vel tui patris erat propior ſobrinus.

c ¶ *Hereditas.* & per conſequens illius propioris ſobrini.

d ¶ *Eius.* propioris ſobrini.

Vitrico.] CASVS. Priuignus me' deceſſit ab inteſtato: ego volo petere ſucceſſionē, an poſſim, quæritur? & reſp. quòd non.

e ¶ *Vitrico.* hic punẽta. & facit j. eo. l. adfinitatis.

f ¶ *Seruus.*] *Non poteſt.* fallit in caſibus, *vt ſ. ad Silan. l. pen. & ſ. de ſuis & legi. l. apud. & ſ. titu. j. l. ſi hu. & ſ. ad Orf. l. fin. & ff. de ſuis & leg. l. j. circa princ. & §. quæri. & ff. ad Tertul. l. j. in princ. & § interdum.* nec econtrà ſeruus poteſt eſſe hæres, vel dominus per eum cognatis ſerui, iure naturali inſpecto: *vt inſtit. de ſerui. cogna. & j. eo. l. ancilla.*

Amita.] CASVS. Habebam amitam, ei ſucceſſerunt filij ſui: vnde ei ſuccedere nõ poſſum. Si verò ab inteſtato deceſſerint, an ſuccedere poſſim eis diſtinguit: aut habent fratres ex parte patris ſui priuignos amitę meæ: tunc ego non ſuccedam, ſed ipſi: licèt maritus amitæ habuit illos ex alia vxore, & ſint ita priuigni amitæ meæ, ſed ſi amita mea habuit priuignos non ex præſenti marito. j. à patre eorum amitinorum qui deceſſerunt, ſed ex alio, tunc tales priuigni non ſuccedunt, ſed ego.

g ¶ *Amita.* ſ. tuæ.

h ¶ *Etiam.* non ſolùm amitam prius.

i ¶ *Dicit.* quia maritus amitæ habuit ex alia præcedenti vxore.

k ¶ *Conſanguinei.* putà nati ex eodem patre, ex alia tamen matre.

l ¶ *Ambigitur. vt & ſ. tit. j. l. j.* Accurſ.

m ¶ *Nam ſi* conſtrue, nam ſi priuigni matris eorum, ſ. amitinorum, nunquam ſunt. i. non attinent amitinis tuis, alio etiam patre natis, i. alio viro, quem ante vel poſt habuit: non ex eo, ex quo priuigni nati ſunt, non ſolùm ex alia matre. Accurſ.

n ¶ *Patre.* præcedente. ſ. amitæ meæ, non ex præſenti, vnde ſunt priuigni.

o ¶ *Admiſiſſe te.* quod hodie fit quocunque modo agnoſcat: *vt ſ. qui admit. ad bon. poſſeſ. l. ſi. & pen.*

p ¶ *Vindica.* per vnde cog. quanquam mater ſit agnata: *vt inſtitut. de leg. ag. tu. §. j.*

Auunculo.] CASVS. Habebā auunculum, & habuit fratrem, & ex eo conſobrinum: deceſſi ab inteſtato: auunculus ſuccedet.

q ¶ *Auunculo priori.* ſ. priori.

r ¶ *In tertio gradu.* *vt inſtit. de grad. § tertio gradu.*

ſ ¶ *Sequentem.* ſcil. quartum: *vt inſtit. de gradibus. § quarto.*

Adfinitatis.] CASVS. Frater vxoris tuæ eſt tibi adfinis: ſi moriatur, non ſuccedes.

t ¶ *Permittitur. vt & ſ. eo. l. vitrico.* Sed hoc fallit inter virum & vxorem, qui ſuccedunt inter ſe cùm alij deficiũt: *vt ſ. vnde vir & vxor. l. j.* Item in alio caſu, qui eſt ibidem in auth. præterea. Itē in tertio ſuccedit maritus vxori cũ filiis ei' emãcipatis à patre, & cũ nepotib. ex filia, vt viriles habeat partes vſusfructus: *vt j. tit. j. l. penult.* quia vir & vxor videntur eſſe adfines: *vt ſ. com. vtri. iud. l. poſſeſſionem. & ff. de condict. cau. da. l. quid ſi ſtruus.* Sed verius eſt quod non ſunt adfines: cùm adfinitas non ſit niſi aliqua perſona mediante: ſed cauſa adfinitatis: *vt ff. de gradi. l. nã facilè. § adfines.* & ſic nullo modo fallit.

Nequaquam.] CASVS. Si ſcriptus hæres nõ repudiat hęreditatē, ſuccedentes ab inteſtato non admittuntur.

u ¶ *Repudiet.* volens.

x ¶ *Quærendæ.* hereditatis.

y ¶ *Amittat.* inuitus.

z ¶ *Succedit.* quandiu ergo, &c. *vt hic & ſ. de ſe. tab. l. j. & vnde lib. l. y. & ff. de aqu. har. l. quamdiu poteſt. & de reg. iu. l. quandiu.* Sed hoc fallit in caſu: vt inſtituo te hæredem ſi legitimus me' non volueris: *vt ff. de hered. inſtit. l. ſi quis ita hæres inſtituatur.* Item in alio: *vt ff. vnde lib. l. pen. que eſt contra.* Sed ibi fuit filius inſtitutus ſub conditione emancipationis, ſi emanciparetur intra certum tempus, & iam erat elapſum cùm adiuit ab inteſtato: ſic ex teſtamento ſuccedere non poterat, &c.

Ancillæ.] CASVS. Ancilla mea habuit contubernium cũ Seio libero. ſi Seius decedat, non propter hoc ei ſuccedam.

a ¶ *Vindicare non poteſt. vt j. de lib. cauſa. l. ſi liber homo.*

Tutor propioris conſobrini poteſt conueniri ab agnato eius hærede, vt reddat rationem adminiſtrationis tutelæ. Bald. Vel ſic: Sicut hæreditas per bonorum poſſeſſionem quaſita tranſmittitur, ita addita de iure ciuili. Vel ſic. Quo ad tranſmiſsionem non refert an hæreditas ſit quæſita de iure ciuili, vel prætorio. Salyc.

II. *Iidem AA. & CC. Apollinari.*

SI pater tuus propius ſobrino tuo[a] agnato conſtituto, & inteſtato defuncto, ciuili iure adita hæreditate, vel hoc ab initio non interueniente[b], ſeu capitis deminutione perempto, ſolenniter bonorum poſſeſſione admiſſa, ſucceſſit, ac tibi patris tui quæſita hereditas[c] eſt: adire præſidem prouinciæ debes, ac tutorem eius[d] de tutela conuenire. Dat. xiiij. Kal. Iun. Veronæ. AA. Coſs.

Vitrico non defertur priuigni ſucceſſio. Salyc.

III. *Iidem AA. & CC. Vlpiana.*

VItrico[e], priuigni ſucceſſionẽ inteſtato ciuili honorario iure non deberi, certiſſimum eſt. S. XV. Kal. Mar. Sirmij. CC. Coſs.

Seruo nemo ſuccedit. h. d. Idem in monacho: vt in auth. ingreſſi. ſuprà de epiſcop. & cle. & omnia iura loquentia in ſeruo, habent locum in monacho, ſec. Inno. in c. cum olim. extra de priuilegiis. Bald.

IIII. *Iidem AA. & CC. Aſterio.*

SEruus ſucceſſores habere non poteſt[f]. Dat. Non. Apr. Cæſaribus. Coſs.

Priuignus non ſuccedit nouercæ per ſe, ſed per mediam perſonam natorum extra, qui ſunt fratres ſui ex latere patris. Bald. Vel ſic: Ad ſucceſſionem amitæ primo vocantur filij quàm nepotes, & in ſucceſſione amitinorum potiores ſunt eorũ fratres conſanguinei tantum vel vterini, quàm eorum amitini: & fratribus non extantibus amitini vocantur. Salyc.

V. *Iidem AA. & CC. Iuſtinæ.*

AMitæ[g] cui ſucceſſiſſe filios ſuos proponis, hæreditatem tuo nomine non rectè petis. Sed quoniam hos etiam[h] inteſtatos diem functos adſeueras: ſiquidem hi quos priuignos eiuſdem amitæ dicis[i], eorum conſanguinei[k] fuerint, fratres tam agnationis quàm cognationis iure ſecundo gradu conſtitutos, tibi præferri non ambigitur[l]. Nam ſi[m] amitinis tuis alio etiam patre[n] natis, nunquam eorum matris priuigni ſunt: admiſiſſe[o] te bonorũ poſſeſſionem probans, eorum vindica[p] ſucceſſionem. S. X. L. Kal. Mart. CC. Coſs.

Auunculus præfertur filiis materteræ. Sal.

VI. *Idem AA. & CC. Publiciano.*

AVunculo[q] priori qui eſt in tertio gradu[r], quàm conſobrino, qui ſequentem[ſ] occupat, deferri ſucceſſionem inteſtati, certi iuris eſt. S. Kal. Octo. CC. Coſs.

Adfines qui habentur ratione vxoris, viri non ſuccedunt. Salyc.

VII. *Idem AA. & CC. Nicolao.*

ADfinitatis iure nulla ſucceſſio permittitur[t]. S. Idi. Oct. CC. Coſs.

Quandiu ſuccedi poteſt ex teſtamento, ceſſat ſucceſsio ab inteſtato. Salyc.

VIII. *Idem AA. & CC. Iuſtæ.*

NEquaquam ſcriptus hæres cuiuſcunq; portionis capax repudiet[u] hæreditatem, vel alia ratione quærendæ[x] facultatem amittat[y]: ei qui teſtamentum reliquit, inteſtato nemo ſuccedit[z].

Igitur perſpicis quòd teſtamentariæ ſucceſſionis ſpe durante, inteſtatò bona defuncti non rectè vindicentur. S. VI. Idus Mar. Retiariæ. CC. Coſs.

Per contubernium cùm non conſtat matrimonium, ſucceſsio non defertur. Bal. Vel ſic: Dominus ancillæ non ſuccedit ei cum quo contubernium fecit. Sal.

IX. *Idem AA. & CC. Sopatro.*

ANcillæ dominus, liberi hominis cũ quo contubernium hæc habuit, per hanc coniunctionem † ſucceſſionẽ vindicare non põt[a]. S. XV. Kal. Ian. Nicomediæ. CC. Coſs.

Iure nutricationis ſucceſsio non acquiritur. Bald. Vel ſic: Alto non ſuccedit alens. Sal.

Bart. lib. 45. Baſil. tit. c. 48.

Apollinario.

Non eſt in Baſil.

a Seruus in multis caſib. ſucceſſorem habet.

lib. 45. Baſil. cap.

Non eſt in Baſil.

a Auunculus præfertur conſobrino.

Non eſt in Baſil.

b Adfinitatis ratione quib. caſibus ſit ſucceſſio. lib. 45. Baſil. tit. 1. c. 5.

c An vir & vxor ſint adfines. an potius adfinitatis cauſa. Ibidem Tit. 1. c. 51.

d Vir & vxor non ſunt adfines.

e Inteſtato.

lib. 45. Baſil. Tit. 1. c. 52.

e Teſtato vocantur quibus caſibus præferantur teſtamentariis hæredibus.

† Al. commixtione. ſed in omnib. manuſcri. reperi coniunctionem.

NVtritoribus.] CASVS. Ille qui nutriuit me, ab intestato succedere mihi non poterit.

a ¶Hereditas. siue dicas nutritorem alumnum, quem pueri Bon. patrem appellant: siue eum qui collegit expositum: vt j. de infan. expo. l. fin. & s. de epis. & cle. l. nemini. Sed iure hospitandi vel hospitationis ex consuetudine quidam vindicant sibi successionem: quod hodie corrigitur per authe. nouam Friderichi quã hic lege: Omnes peregrini.

a Hospitationis iure quis nõ potest sibi successionem vindicare. Danubio lib. 45. Basil. Tit. 1. c. 31.

b ¶Omnes peregrini.b In bonã partem accipe: vt institut. de haer. institu. §. f. non in deportatis: vel relegatis, sicut accipiuntur. s. de haered. instit. l. j. qui non hospitantur vbi volunt, sed tenere debent insulam sibi adsignatam, al. puniuntur, vt eis augeatur poena: vt ff. de poen. l. relegati.

b Peregrini qui.

Non est in Basil.

c ¶Liberè. apud eos qui volunt recipere, nam nemo c cogitur recipere: vt ff. nau. cau. l. j. §. j.

c Hospitium recipere nemo iure ciuili cogitur.

d ¶Liberam. d dũmodo secundum ius testentur commune: vt s. de inof. testa. l. si quando. in princ. Nec obstat quòd nihil videatur facere hæc cõcessio: cùm & hoc ante habebant: vt ff. de leg. j. l. si quando. quia imò ex cõsuetudine non habebant: vt hic subijcitur.

d Libertate testandi alicui concessa, non intelligitur remitti solennitates iuris cõmunis. Ne intelligas peregrinos prohibitos fuisse testamentifactione.

e ¶Consuetudine. e mali enim mores, &c. vt in authent. vt nulli iudic. §. j. collat. ix. ¶Item nota cõtra statuta terrarum. sic & s. de sacros. ecc. super l. priuilegia. authen. cassa & irrita.

e Mores mali.

f ¶In eo puniantur. Nota quem puniri f in eo in quo deliquit. sic in auth. de non alien. §. si quis autem. per donationem. collat. v.

f Puniendus in eo quisque in quo deliquit.

SAncimus.] CASVS. Filius meus in potestate constitutus contraxit matrimonium, & aliquid lucratus est ab vxore sua: cũ qua fortè fecit pactum de lucranda dote, decessit filius: an ad me quod lucratus est transmittat, quæritur? Dicitur quòd si filios habet, ad filios trãsmittat: si non, admittantur fratres qui ex vtroque parente nati sunt, his nõ existentibus, admittuntur fratres qui non sunt ex vtroq; parente coniuncti: sunt tñ consanguinei. si hi nõ fuerint, tunc demum admittantur ex linea materna: ita videlicet quòd vsusfructus in omnibus prædictis casibus penes me remaneat: succedentib. reseruata proprietate.

Non est in Basil.

x. Idem AA. & CC. Danubio.

NVtritoribus hoc nomine, nec ciuili, nec honorario iure defertur hereditas a. S. VI. Kal. Ian. CC. Coss.

IN AVTHENTICA DE statu. & consuet. §. omnes peregrini. coll. x. const. fi.

Si aduenæ peregrini decedant testati, eorum voluntas seruari debet. & si intestati, veniunt proximiores sibi: & bona quæ secum habent, episcopo loci debent tradi, successoribus defuncti seruaturo, vel in pias causas erogaturo: hospitantibus eos, ab eorum bonis sub pœna tripli' semotis. Salyc.

OMnes peregrini b & aduenæ liberè c hospitentur vbi voluerint. Et hospitati si testari voluerint, de rebus suis liberã d ordinandi habeant facultatẽ, quorũ ordinatio incõcussa seruetur. Si verò intestati decesserint: ad hospitem nihil perueniet. sed bona ipsorũ per manus episcopi loci, si fieri potest, hæredib. tradantur, vel in pias causas erogentur.

¶Hospes verò si aliquid ex taliũ bonis cõtra hãc cõstitutionẽ nostram habuerit: episcopo triplum restituat, quibus visum ei fuerit, adsignandũ: nõ obstãte statuto aliquo, aut cõsuetudine e, seu priuilegio, quæ hactenus contrariũ inducebant. Si qui autẽ contra hanc nostrã constitutionẽ venire præsumpserint: eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, vt in eo puniantur f, in quo deliquerũt: aliàs prout culpæ qualitas exegerit puniendi.

Iure isto ad successionem fratris etiam in potestate morientis, tam in lucris nuptialibus quàm in bonis maternis primò veniunt eius liberi, secundò eius fratres, tertiò pater: vsusfructus tamen debetur ei, in cuius fuit potestate. Salyc.

xi. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto prætorio.

SAncimus, quemadmodum de his rebus quæ liberis in sacris constitutis ex occasione maritali g acquisitæ sunt, certus destinatus h est ordo, vt si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars eius quã lucratus fuerat, ad † liberos eius vel nepotes concedat: quibus nõ extantibus, ad fratres suos ex eodem i matrimonio progenitos, vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos: cúmq; nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perueniat: ita & de his quæ materna k linea per quamcunq; occasionem, vel inter viuos, vel per vltimas dispositiones vel ab intestato descendunt, similis ordo seruetur: primò in filij vel filiæ successionem posteritate eius vocanda: eáque non inuenta, fraterno consortio eiusdem vel alieni matrimonij secundum prædictum ordinẽ arcessito: tunc ad vltimum locum pater à legibus cõclametur, & sui filij non gratam hæreditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat acquisitum. In omnibus videlicet casibus in superstite sobole liberorũ, & fratribus adhuc viuentibus qui ad hæreditatem defuncti patrem antecedunt, vsufructu rerum l quarum dominium ad eos m peruenit, apud parentes remansuro n. Dat. XV. Kalend. Octo. Chalcedone, Decio. V. C. Coss.

IN AVTHENTICA de consang. & vter. frat. §. j. colla. vj. constit. xij.

Fratres ex vtroque parente coniuncti, in successione fratris intestati præferuntur aliis ex altero tantùm parente coniunctis in omnibus bonis. Salyc.

ITaque o mortuo patrefamilias, si filius p decedat intestatus q sine liberis, relictis fratribus & sororibus, aliis consanguineis, aliis vterinis, & quibusdam ex vtroque parente r coniunctis: in eos solos transmittit hæreditatem, qui ex vtroque latere connexi sunt.

g ¶Maritali. vt si lucratus fuerit dotem vir ex pacto, vel donationem propter nuptias, mulier similiter ex pact. Et idem si quodlibet legatum vel donationem inter se faciunt, quæ valeat: vt j. de bo. quæ lib. l. quæcunque in princ. & arg. ff. de cast. pe. l. castrense. & l. si forte.

h Destinatus est. per Leonem: vt d. l. j. de bon. quæ lib. l. quæcunque.

i ¶Ex eodem. i. vtrinque coniunctos.

k ¶Ex materna. ideo de his dicit, quia tempore istarum legum non acquirebantur filiis in potestate constitutis ex causa aduentitia, nisi res maternæ. Hodie ergo cũ aduentitia a non acquirantur patri, vt j. de bo. quæ lib. l. cum oportet. idem in eis seruaretur quod in istis seruatur: vt in auth. de consa. & vteri. frat. §. & bis consequenter. coll. vj.

a Aduentitia patri non acquiruntur.

l ¶Vsufructu rerum. & hæc est ratio, quia defunctus erat in potestate: vt hic. & s. ad Tert. l. fin. in fin. alioquin pater viuente filio non haberet vsumfructum. sed eo mortuo haberet pro besse, vnà cũ matre: vt s. ad Tertul. l. fin. §. sin autem defuncto. sed per aliam legem. j. de legi. haer. l. de emancipatis. quæ corrigit illam ad Tertullianum, habet totum vsumfructum. Sed hodie ista lex est prorsus correcta: cùm pater b admittatur ad successionem etiam extantibus fratribus: vt s. ad Tertull. authent. defuncto. & supra titu. j. authent. cessante. Item & quia fit hic mentio de fratribus vtrinque, & ex vno latere tantùm sibi coniunctis, qualiter inter se succedant.

† v. qua seruj ad C. j. in bo. bo. ad liberos, de bon. quæ lib.

b Pater succedit filio simul cum fratribus, etiam extantibus.

m ¶Ad eos. filios vel fratres.

n ¶Remansuro. iure potestatis.

ITaque.] CASVS. Lex antiqua dicit quid iuris sit quando viuit pater. Hæc authentica dicit quid obtineat mortuo patre: quia tunc ille qui decedit, transmittit quod lucratus est: ad filios, si non sunt filij, transmittit ad illos fratres qui coniuncti sunt ex vtroque parente.

o ¶Itaque. lex enim codicis loquitur patre viuente tantum.

p ¶Filius. post mortem patris.

q ¶Intestatus. vnus de liberis.

r ¶Vtroque parente. Dic mortuo aliquo qui fratres habet, aut enim sunt vtrinque c coniuncti, & succedunt ei: aut ex vno latere tantùm, putà vterini tantùm, vel consanguinei tantùm, & tunc idem: vt s. titu. j. aut. cessante. & authe. post fratres autem ex vtroque parente. Aut d consanguinei tantùm, item & vterini tantùm, & tunc pariter nõ patitur, quia agnatio non differt à cognatione, vt d. authentic. cessante. & hoc in bonis à se quæsitis. In bonis autem quæsitis à patre, præferuntur consanguinei tantùm: in quæsitis à matre, præferuntur vterini, vt supra titul. j. de emancipatis in fin. Item & in cor. huius authenticæ, in fine dicit seruanda vetera iura. Sed P. dicit illam legem de emancipatis, in fin. corrigi, nam dicit hic indistinctè vtrinque coniunctos præferri illis

c Dō vtrinque coniunctis.

d Adde Gl. No. vbi de consanguineis. L. 10. verbo iunctis.

illis qui ex altera parte tantũ coniuncti sunt: & sic in paternis & maternis: ergo & ibi, vbi sunt vterini tantũ, & consanguinei tantũ, non debet fieri horum bonorum distinctio. Item dicta authé. cessante. & post fratres. dicit vterinos & consanguineos simul admittendos, cũ non differat agnatio à cognatione: nec distinguit paterna bona à maternis, vel ab his quæ aliunde quæsiuit. sed hoc non placet: nam & ibi aliqua habetur differẽtia inter vtrinque coniunctos, & eos qui ex vno latere tantũ. Aut sunt vtrinque coniuncti cũ consanguineis tantum, vel cũ vterinis tantùm vel cum vtrisque, id est quia sunt consanguinei tantũ, & vterini tantũ cũ vtrinque coniunctis: & tunc vtrinque coniuncti præferuntur in bonis vndecunque quæsitis: vt hic. quia duplicia iura habentes, præferuntur vnum habentibus tantũ: *vt & in aut. §. hoc amplius. & ĩ. de edi. diu. Hadri. tol. l. fi. §. j.* Acc.

TITVLVS LIX.
DE BONIS MATERNIS, & materni generis.

In rebus maternis delatis filio in potestate constituto, pater habet hodie solum vsumfructum: & pro ipsis rebus persequendis etiam in iudicio pater habet legitimam personam, ac si earum perfectum haberet dominium: non tamen potest illas alienare in præiudicium filiorum, sed sui. sic & eius fideiussoris. Salyc. Vel sic: Diuiditur. Primò ponit quod ius habet pater & filius in bonis maternis. Secundo cui competat eorum administratio. Tertio interdicit eorum alienationem. Secunda ibi, Parentes. Tertia ibi, Ita vt. Salyc.

DE BONIS MAternis, & materni generis.

Dixit sup. a de iure quod habemus in bonis mortuorum: nunc vult dicere de iure quod habemus in bonis viuentium, in hoc & sequ. tit. 2. Vel dic quia quædam specialia seruantur in successione delata filiis à linea materna, ideo de ea successione specialiter dicit: nam non quæritur patri sicut aliæ successiones ei delatæ, secundũ hæc tempora ante Iustinianum. 3 Vel hactenus de successionib. patrumfamilias dictum est tam ciuilib. quàm prætoriis: item tam testatu quàm intestatu: nũc de successione filiorum familias. Porro succedi eis non potest nisi habeant aliquid suum, in quo succedatur eis. prædicendum ergo fuerat quibus modis res eorum fiũt: & prius quidem quomodo quæratur eis aliquid à matre, vel à linea materna, & cæt.

1. Imp. CONSTANTINVS * A. Consulibus, præto. trib. pleb. Senatui s. †

Res quæ[a] ex matris successione † siue ex testamento, siue ab intestato fuerint ad filios deuolutæ, ita sint in parentum potestate, vt vtendi fruendi dumtaxat habeant in diem vitæ facultatem[b]: dominio videlicet earum ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos maternarum rerũ vtendi fruẽdíque tantũ potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam adhibere: & quod iure filiis debetur, in examine per se, vel per procuratorem poscere: & sumptus ex fructibus impigrè facere, & litẽ inferentibus resistere: atque ita omnia[d] agere, tanquam solidũ perfectúmque dominium [eis acquisitum fuisset,] * & personam gerant legitimam[e]: ita vt si quando rem alienare voluerint: emptor, vel is cui res donatur, obseruétne vnquam * partem earum rerum quas alienari prohibitum est, sciens accipiat, vel ignorans[f]. docere[g] enim pater debet, proprij iuris eam rem esse quam donat, aut distrahit: & emptori, si velit, fideiussorem licebit accipere[h]: quia nullam poterit præscriptionem[i] opponere filiis quandocunque rem suam vindicantibus[k]. Dat. XV. Kal. Augu. Aquileiæ, Sabino & Rufino Cõs. Recitata apud Vectium Rufinum. P. V. in Senatu. Non. Septemb. Constantin. A. & Licinio Conss.

IN AVTHENT. DE nup. §. si verò expectet. ver. interminatur. coll. iiij. consti. j.

Ista authentica dicit expresse quod possessor dicitur dominus completa præscriptione: quæ tamen non currit filio in potestate posito. Baldus.

Nisi tricennale tẽpus transeat quo possessor dominus[l] fit: & detentatio accipiẽtes dominos faciat vel constituat: tempore incipiente filiis currere, ex quo suæ potestatis esse apparuerint[m]. nisi tamen aliquem impuberem[n] ætas adiuuet.

Res quæ.] CASVS. Ex materna successione filiis ex testamento vel ab intestato quæsitarum rerum vsusfructus patri acquiritur: proprietate apud filios remanente. debet autem pater actiones si quæ matri competebant, nomine filiorum intentare: sumptus ex fructibus facere: actiones etiam suscipere. & si res illas distrahere voluerit, vel donare emptor vel donatarius neque sciens neque ignorans eas accipiat, nisi pater doceat eas suas proprias esse: & emptor fideiussorem de euictione accipere debet: quia nulla opponenda exceptione filij eas vindicare poterunt.

a ¶ *Res quæ.* ius antiquum omnia acquisita per filiumfamilias præter castrense, vel quasi, dabat patribus: sed hac l. statuit Constantinus nouum ius in omnibus quæ veniunt a matre. sequens lex extenditur ad omnia quæ ex materno genere veniunt. at per Iustinianum ad omnia aduentitia: *vt j. tit. j. l. cum oportet.*

b ¶ *Facultatem.* habeant.

c ¶ *Procuratorem.* ordinatum à se lite contestata: vel à filio cũ voluntate patris: *vt arg. s. de procur. l. neque.* 2 Vel dic ordinatum ad negocia: siue repetitiones extra iudicium: *vt ff. man. l. si procuratorem. §. j.* ADDITIO. Tu dicas communiter secundũ doc. hic quòd imò pater potest constituere procuratorem ante litem contestatam, sicut dicimus in episcopo: *vt no. in l. j. in princip. ff. de procur.* habet enim plus iuris pater quàm tutor, quia habet vsumfructum, vt dicit hic Barto.

d ¶ *Atque ita omnia.* subaudi, prædicta. aliàs falsum esset: quia vẽdere non potest, vt hic subiicit: quod posset, si esset dominus.

Cvm non solùm.] casvs. In princip. ponit harengam, scilicet quòd in superioribus ll. dictum est recitando, scilicet quòd pater habet vsumfruct. in rebus maternis filiofamil. quæsitis: nec solùm in his, sed & in aliis rebus. Vnde circa materiam istam plures oriebantur altercationes. Dic ergo sic: Filio tuo erat delata hereditas. aut est plenæ ætatis, puta xxv. ann. aut vltra vij. ann. tamen citra xxv. aut est vij. annorum. Primo casu dicit: te iubente vult adire hereditatem aut non. si non, tu vero volueris, poteris & ad te spectabit commodum & incommodum, & ages aduersus debitores hereditarios & actionem suscipies, nec filio tuo aliquod generatur præiudiciũ. Si tu nolueris: ille verò voluerit: eam adire poterit, & pleno iure acquiret sibi: & omne damnum & emolumentum ipsum sequetur. Si tamen agere velit vel conueniatur, requirendus est tuus consensus. & hoc in prima. Si verò maior vij. ann. minor xxv. & vult adire hereditatem sibi delatam, potest: & si illam hereditatem gubernare voluerit pater, qui nec aditioni consensit, dabitur curator illi hereditati: & siue repudiauerit, filius verò accepit: siue econuerso: & filius se deceptum dicat: in vtroque casu poterit filius restitui. Si verò filius noluerit, & tu volueris eam adire, pleno iure eam consequi poteris: sicut supra in secunda parte. l. dictum est. & hæc sunt vera in filiofamil. pagano. Si verò fuerit miles, & hereditatem sibi delatam recusaueris, poteris eam licèt ex castrensibus actionibus quæsitam, pleno iure consequi, hoc est quantum ad proprietaté, & quátum ad vsumfructum, quasi ab initio fuisses heres institutus: & ad te commodum & incómodum pertinebit, filio nullo imminente præiudicio, & hæc sunt vera quando filius tuus nó vult, aut econuerso. & hoc in tertia.

p ¶ Legem. quam habes. §. eo. l. cum oportet.

q ¶ Necesse est. subaudi, ideo &c.

r ¶ Adire. hereditatem puta. Vel dic adire generaliter a, id est, lucrum inire vel acquirere.

maiores a qui emancipationem donant, residere: exceptis & in hoc casu castrensibus & quasi castrensibus tantummodo peculiis, quibus nihil ex hac b cau sa deminuitur. Sic enim nec liberis cuiuscúque sexus aliquid dominij auferetur, & patribus amplioris b patrimonij vsusfructus adsignabitur. Hoc obtinéte & si in emancipatione sibi parétes hoc minimè seruauerint. sed nisi c specialiter vel in emancipatione huic præmio renunciauerint: vel donatione facta sese & ab huiusmodi beneficio alienauerint, & in liberos hoc transtulerint: manere apud eos etiam tacentes ius & beneficium vsusfructus retinédi: vt post obitum eorum vsusfructus in omnibus memoratis causis ad eos d perueniat, quorú dominium est scilicet, secundú quod iam diximus e: in successionibus eorum omnibus seruandis quæ de maternis & nuptialibus bonis consultissimis legibus f definita sunt.

Tacita hypotheca in rebus patris filio concessa, competit à tempore inchoatæ administrationis, non à tempore malæ gestionis. hoc dicit vsque ad fin. Salyc.

Sed cùm tacitas hypothecas tam veteres leges in quibusdá certis casibus introduxerunt g, quàm nos h in maternis cæterisque donationib. * quas seruare necesse est, & dubitabatur i ex quo tempore hypothecas cópetere oportet, vtrúmne ab initio, an ex eo tempore ex quo malè aliquid gestum est: compendiosa narratione interpretamur initium k gerendæ vel deferendæ l administrationis vel obseruationis m esse spectandum, & non tempus ex quo malè aliquid gestum fuerit. Recitata * in nouo consistorio palatij D N. Iustiniani. Dat. III. Kalend. Nouemb. Decio V.C. Coss.

Donata à principe vel ab Augusta, non quæruntur patri etiam quo ad vsumfructum, sicut nec castrensia. Salyc. post Bald.

VII. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

Cvm multa priuilegia. imperialibus donationibus iam præstita sunt n, dignum incrementum his conferre * nostra dignata est clementia. Si quis † igitur à serenissimo principe vel à piissima Augusta siue masculus siue fœmina donationes sit consecutus vel consecuta, siue mobilium, siue immobilium, siue se mouentium rerum, filiusfamilias tamé cóstitutus vel constituta, habeat huiusmodi res omni acquisitione absolutas, & nemini eas acquirat, neque earum vsumfructú pater vel auus vel proau o sibi vindicet: sed ad similitudinem castrensis peculij omnem facultatem in eas filij vel filiæfamilias habeant. Vt enim imperialis fortuna omnes supereminet alias o, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. Dat. proposita XII. Kalend. April. Cóstantinop. Lampadio & Oreste. VV.CC. Coss.

Filio in potestate maiore annis vigintiquinque hereditatem recusante adire vel quærere: id quod quæsitum quæreretur patri quo ad vsumfructum, pater solus potest sibi quærere: & ei & in eum dabuntur actiones, non in filium: similiter & econtra. cogitur tamen pater filio in iudicio agenti consentire. hoc dicit vsque ad §. Sin autem in secunda.

VIII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

Cvm non solùm in maternis reb. quæ filiisfamilias deferuntur, sed etiam de aliis omnibus quæ acquisitionem effugiunt, (& maximè post nouellam nostri numinis legem p, quæ omnia quæ extrinsecus ad filiosfamilias perueniút, & non ex paterna substantia sunt, non esse acquiréda patribus statuit, nisi tantummodo ad vsumfructú) variæ altercationes exortæ sint, & varius euentus variusque continetur tractatus *, & semper in iudiciis versantur: necesse est q vtiliter & apertissimè omnia dirimere. Sancimus itaque, in omnibus rebus quæ effugiút quidem dominij acquisitionem, sed vsusfructus tantummodo patri offertur vel aliis parentibus à filiofamilias cuiuscunque gradus vel sexus, siue pater adire r filiumfamilias integræ ætatis compellit & ille reclamandum existimat, si-

Marginal notes: * al. in hac. a Seruum enim omittens, peculium donare videtur. — b De qua plene infra. v. Nesciendum tradit. de pignoribus. 3. parte 4. numero 13. & sequen. — * vebus al. vel & quæ deest. — * seu familiaris vel, nempe vel filius vel pater familias. — * al. adiecto. † al. al. si quid igitur à serenissimo. vel à piiss. Aug. siue munifico donatio e fit consecutus &c. — l. cum oportet. l. eod. — * contentiones. — a Adeundi verbũ generaliter sumitur, pro quouis lucro, per quam is adquisitione.

...ue filiusfamilias adire cupit, & pater in cőtrarium inclinat: liberam habere licétiam, & patré ipsum sibi adire hereditaté recusante filio[a], & omne siue damnű siue lucrű in suam habere fortuná, nullo ex hoc prçiudicio filio generádo. Siue econtrario patre recusante filius adire hereditaté voluerit: nullam acquisitioné, nec vsumfructű patri offerri, sed ipsum filiű sibi imputare si q.d ex hoc cőtigerit: nulla actione neq. contra patré danda[b], vbi aduersus eius volűtatem filius hereditatem, vel legatű, vel fideicőmissum, vel aliud quicquá ex quocunque titulo siue donationis siue cőtractus[c] alterius sibi acquirere maluerit, neq. aduersus filiű simili modo[d] actione exté denda, vbi recusante eo pater sua auctoritate hæc sibi vindicet: huiusmodi aditionis tramite ex præsenti lege patri cőpetéte: sed habeat pater omné licétiá & actiones mouere, & ab aliis pulsari, vbi ad eű totű cőmodű aduenit: Et filius simili modo in agédo, & pulsádo solus habeat, & detrimétű & cőmodű: necessitate per officium iudicis patri imponenda[e] tantummodò filio consentire vel agenti, vel fugiéti, ne iudicium sine patris[*] voluntate videatur consistere. Et hoc quidem si plenæ ætatis[f] filius est, qui paternam voluntatem sequi non patitur.

Filio minore annis xxv. recusante adire, adit pater: & econtra: & vtroque casu filius potest restitui: & patre nolente bona filij administrare, debet curator ei dari. h.d. vsque ad §. similique modo Salyc.

Sin autem in secunda ætate[g] adhuc filius est, & hæreditate ei delata pater cősentire adeunti hæreditaté noluerit, vel patre volente ipse reclamauerit, siquidem recusauerit filius, licétiam damus patri simili modo hæreditaté adire, & eam pleno iure habere: his omnibus quæ superius diximus, locum habentibus. Sin auté patre recusante, filius adire maluerit: damus quidé licentiam ei hoc facere[h]. Noléte auté patre res filij gubernare propter causæ necessitatem: habeat facultaté filius adire competétem iudicem, & ab eo petere curatorem hæreditati[i] dari per quem gubernatio rerű ad eum[*] de-

a ¶ *Recusante filio.* in hoc corrigitur ius vetus: nam nő aliter poterat olim[a] talis hereditas quæri, nisi præcedente iussu patris filius adeat: vt *ff. de acq. hær. l. si quis mihi bona. §. iussum. & ff. ad Trebell. l. seruo inuito. in prin.* ¶ Item an habeat hoc locum, si filius habeat substitutum: et arg. q. sic. *j. eo. in fin.* Nam pater[b] & filius eadem persona reputantur: vt *s. de imp. & alia subst. l. fin.* ¶ Item an si vocet ab intestato[c] filius? Videtur quòd non: vt *j. ead. l. in fin.* Sed adhuc puto idem propter prædictam rationem: quia eadem persona cum filio videtur. ¶ Item an idem in seruo, vt eo non volente adire (quod potest etiam domino volente) vt sci. admittatur dominus? Resp. non[d] puto: vt *s. de hær. insti. l. cum proponas.* ¶ Item an idé in querela, si filius delatam sibi querelam[e] recusat, an deferatur patri? Respő. non: vt *ff. de ino. test. l. Papinianus. in princ.*

b ¶ *Danda.* creditori hereditario vel simili.

c ¶ *Contractus.* non ergo est hæc lex specialis in hæreditate tantum, vel in his quæ in vltima voluntate tantum relinquűtur, sed etiá in contractibus inter viuos: vt *& j. eod. §. fin.* & sic est contra. *ff. de pecu. l. si quis seruum. §. etiam.* vbi dicit patrem vel dominű teneri inuitum. Sed nő tenetur insolidű, vt hic dicit, sed peculio tenus, vt ibi.

d ¶ *Simili modo.* & hoc est nouum ius: nam olim tantum. iiij. vel. v. imò vj. actiones competebant filiofamilias: vt *ff. de ali. & ob. l. filiusfamilias. & l. in factum.* Sed hodie omnes ex aduentitia causa: vt hic, & habes *ff. de iud. l. si longius. §. j.* Accur.

e ¶ *Imponenda.*[f] captis pignoribus: vt *insti. de satisda. tutor. & curator. §. quibus constitutionibus,* vel in dicendo multam, vel aliis remediis prætoriis: vt *ff. de ventr. inspicien. l. j. §. quid ergo.* ¶ Argument. tamen contra *instit. de acquisit. per arroga. § final.* ¶ Quid ergo si pater interpellatus nő cősentit, & iudex procedit in causa, an valet iudicium? Videtur valere, quasi sufficiat patrem propter hoc interpellari: vt *argument. ff. vt in poss. legat. l. j. §. non exigitur.* Econtrà quòd non: quia cum effectu debet consentire, *argument. ff. quod quisque iuris. l. j. in fine.* quod videtur tutius. Sed si pater compulsus consentit, videtur iudicium non valere: vt *ff. de iudiciis. l. ij. circa principi. & ff. de auctorita. tutor. l. j. §. final.* Solu. illud quando quis compellitur agere vel defendere, hic autem agenti consentire. ¶ Item si procuratorio[g] nomine agat filius (quod potest: vt *ff. de procuratorio. l. filiusfamilias. §. ipse quoque filius.*) an egeat patris consensu? non videtur, cùm non agatur circa peculium, sicut hic loquitur. Econtra quòd sic, scilicet quòd egeat: quia qui non admittitur pro se, nec pro alio sine consensu patris: nam nemo admittitur pro alio: quin & pro se admittatur. Sed aliqui pro se admittuntur, qui pro alio nón: vt *ff. de postulatio. l. j. §. ij.* & est ratio, secundű P. quia videtur filius[h] non esse integer homo ad agendű, sed medius: vnde nec præscriptio ei currit: vt *j. de annal. exception. l. pen. fine.* Sed per patris consensum redintegratur: quod in[i] seruo non potest esse, cùm ipse nec medius homo sit: & ideò non agit etiam domino consentiente: vt *s. de iudicis. l. seruus.* ¶ Quid de tutore? Dic quòd potest[k] sine consensu patris: vt *ff. de in ius vocando. l. quæsitum.* ¶ Item quid in præcepto facto ei confitenti in iudicio? Videtur quòd nec hoc valeat, nisi & pater cősentiat: cùm sententia sit & ex eo actio in factum detur, & sententia dicitur præceptum, & tempora quadrimestria dantur: vt *ff. de adiudica. l. si debitori.* Econtra quod teneat etiam sine patre, nec sit sententia, cùm nullæ sint partes iudicis in confitentes, &c. vt *ff. ad legem Aquiliam. l. proinde. ij. §. finali.* Solut. potest distingui an detur in confessum extra iudicium, & sic non dicitur sententia, an post contestationem litis, & probationes, & confessiones inductas, & tunc sit sententia: vt *d. l. si debitori. & alia d. l. proinde.* ¶ Item in coram[a] arbitro filio agente debeat consentire pater? Videt q. sic: vt *ff. de arbitr. l. j.* Sed puto contra: vt *ff. de peculio. l. iij. §. sed si filius.* ¶ Item an lite cőtestata debet compelli, si fortè tunc quoquomodo fuit omissum vel an valeat, si postea consentiat? Respond. non compellitur, nec sponte consentiens proficit: quia iam stetit in iudicio sine voluntate. ¶ Nec obstat. *s. de procurationibus l. licet.* qua habet ratum cuius nomine agitur: hic filius suo nomine non patris agebat. ¶ Item opponitur de eo quod est. *s. de collatio. authentica. quod locum.* vbi admittitur etiam sine consensu in quibusdam casibus. Sed ibi speciale fauore dotis. ¶ Item opponitur. *ff. de minoribus. l. denique. §. sed vtrum. ibi, & quidem in potestate manens etiam inuito patre, &c.* Sed dic illud in actione in factű quæ datur pro executione: hic auté de causa principali, quia consenserat in prima. ¶ Ité si agat filius in causa castrensis[b] peculij, vel quasi, an exigitur patris consensus? Videtur quòd non: vt *argum. ff. ad Macedon. l. ij.* Econtra quòd sic. per legem istam, quod puto verum. ¶ Ité an in publica accusatione quam filius facit? Respond. idem ratione prædicta, & sic corrigitur. *ff. de adult. inter liberas. §. penult. & l. filium.* Vel aliud[c] in accusatione. *argum. ff. ad Trebell. l. nam quod in princ.* ¶ Item an contra ipsum patrem agendo consentiet pater, quod potest quandoque? Resp. nő puto: quia omne beneficium legis est prorogandum: vt in *aut. constitutio, quæ dignit. §. illud. collat. vj.* Quidam tamen, vt Otto, & Va. dixerunt, quòd nunquam exigitur consensus patris, nisi quando patri non quæritur vsusfructus, quia nő vult: tunc enim debet consentire in signum repudiationis vsusfructus. Si autem vsusfructus patri nő quæratur, quia nec potest, agit filius sine cősensu: vt *d. l. de minoribus l. denique. & per d. authent. s. de colla. & per aliam l. ff. de noxa. l. noxali. & l. sequent. & institu. de noxa. §. fin.* Sed ibi pater consentit secundùm nos, vel corrigitur in hoc, vt debeat hodie consentire. ADDITIO. Hanc distinctionem Ottonis dicit Barto. hic esse verissimam. consulit tamen propter euitandas opiniones, patris consensum semper adhiberi quando haberi potest.

f ¶ *Ætatis. xxv. an. vt s. de his qui ve. æta. l. fin.*

g ¶ *Sin autem in secunda ætate.* i. ante xxv. ann. sed post vij. nă de infantili ætate dicet *j. eo. §. vbi puerilis ætas.*

h ¶ *Hoc facere.* etiam sine auctoritate alicuius: nam curatoré non habet, quia nec posset habere, cùm sit in patris potestate: vt statim dices: nec pater auctorizat, quia nec eam volebat.

i ¶ *Hereditati.* ¶ Notandű filio[d], cùm sit in patris potestate, tutor vel curator dari non potest: vt *s. de curat. furi. l. fin. j. respon. & insti. de tutel. in princ.* Sed datur[e] hæreditati, hic & alias datur bonis: vt *ff. de cur. bo. dan l. j. & ij. & ff. qui. ex cau. ma. l. ab hostibus in princip. & infra de cap. l. ij.* ¶ Sed quid si est singularis res puta legata à Titio filiofamilias, & pater non vult eam intendere? Respond. & tunc datur[f] illi rei singulari: vt *arg. in aut. vt liceat ma. & auia. §. j. in prin. col. viij.*

a Hereditas et pater iussu etiam non præcedente imò & patre recusante filius adire potest
b Pater & filius eadé persona reputantur.
c Hæreditatem filio ab intestato etiá delatam pater ipso etiam filio recusante adire potest.
d Hereditaté seruo delatá, ipso seruo recusante dominus adire non potest.
e Querelam inofficiosi filio delatam, ipso filio recusante, pater proponere nő potest.
f Filiusfamilias in iudicio sine patris consensu esse nő potest. vt hic: tamé excepciones sedecim apud Socinum cognitas. quæ incipit filiusfamilias. adde Guidoné Papæ de q. 54.
g Filiusfamilias procurator esse non potest sine consensu patris contrariű sensit Dynus & Albericus in l. quæsitum. ff de in ius vocando.
h Filiusfamilias non est integer homo ad agendum, sed medius.
i Quid. sine consensu patris potést ne ex instrumento obligari? & in pos. v. Marsilium fol. 40.
i Serui & filiifamilias differentia.
k Filio agente nomine procuratorio nő requiritur consensus patris. adde. quæ notabiter. ... de procuratoribus in 6.

a Filiusfamilias agere non potest coram arbitro sine patris consensu.
* patris.
b Filius de castrési peculio agere nő potest sine consensu patris.
* in eum.
c Filiusfamilias in publico iudicio accusare nő potest sine patris consensu. contrariű tenét communiter doct. ... ff de his quibus vt ind. ... Gl. ... de his qui sunt sui. ... ut ita communiter tenetur reprobata hac Glo. sententia scribit Clarus §. fin. ... §. vlt. vers. sed quid.
d Tutor vel curator filiofamilias in potestate posito nő datur, sed hereditati illi delatæ.
e Curator dari solet hereditati ex bonis.
f Curator etiam rei singulari dari potest.

a ¶ *Casu.*

a ¶ *Casu.* quãdo repudiauit filius,& pater accepit:vel ecõtra quãdo accepit filius patre repudiante.

b ¶ *Denegando.* sed videtur non dari : vt s. quis & aduersus quos. l. fi. Sol. speciale est hic. 2 Vel dic, restituit nõ aduersus parẽtẽ,sed aduersus res ipsas. i. aduersus ipsam repudiationẽ quã fecit. 3 Vel dic, restituitur si pater adhuc non adierat : aliàs non: vt ibi.

c ¶ *Ab initio fuisset.* quid ad rem, cùm in his pater nihil haberet? quasi diceret, in aduentitia erat habiturus vsumfru. vnde non mirũ si vocatur pater filio repudiãte: sed hic nihil erat habiturus? Resp. imò poslet olim occupare iure peculij filio intestato mortuo : vt ff. de cast. pec. l. j. sed hodie secus: vt s. eod. l. iij.

Vbi autem.] CASVS. in hoc: §. vsque ad §. vbi autem pueriles, talis est: Si vterq. noster hęreditatem sibi delatam voluerit: tu habebis vsumfructũ, & ages nomine filij, & actionẽ suscipies: & de fructibus quos pcipies, sumptus facies: & si hęreditas debitis obnoxia fuerit, primò vendes mobilia, & si hæc non sufficiunt, vendes immobilia, & creditorib. satisfacies: & si hoc non facias, de ppria bursa cogeris soluere vsuras, si ille qui filium tuum hæredem instituit, legata ab eo pstanda reliquit de fructu vel reditu hæreditatis solues legata, & si nõ sufficiunt, vẽdentur primò res (non tamen inutiles) mobiles, deinde immobiles steriles, & satisfacies legatariis: mãcipiis autẽ hæreditariis victũ subministrabis: nec in aliquo deteriorabis proprietatem, à ratiociniis eris immunis, & à cautionibus quas extranei fructuarij præstare consueuerunt. Item filios & filias ales non obtentu hęreditatis, sed natura hoc suggerente : & ecõuerso filius, si ad inopiã vergas, subministrabit tibi necessaria. extra autem causas pdictas, s. ob æs alienũ, & pter legatarios nõ distrahes: sed in his sic. & si emptor inuẽtus nõ fuerit, pignori obligabis : nec vẽditionẽ retractabit filius: ita vt res mobiles distrahantur, vel immobiles quæ hæreditati sunt onerosæ: vt earum preciũ in causas hæreditatis procedat. Vltimò dicit quòd filius, nullatenus in his in quibus habes vsumfruct. ipse pro-

¶ Idem in casib. quod filius recusat patri quæsit. vt hic. & contrario quidã volẽt filio inuito in casib. profectitia cõtẽplanone patris, pãtre recusante, adquiri filio.

¶ ali. ex castrensibus adiçõnibus prouenit.

a Vbi filius volentẽ patris adit, filio proprietas quęrit : patri vsusfructus : ad plena ad ministratio, excepta tamen alienatione nisi in casibus necessariis.

latarum procedat: in vtroq. casu[d] in integrũ restitutionis auxilio minimè ei denegando[b].

Si filium miles recusset adire hereditatẽ castrensem†, pater ad adeundũ admittitur, tãquã hæres institutus. h. d. vsq. ad §. vbi autem. Salyc.

Similiq; modo & in milite filiofamilias, qui recusauerit aditionẽ hæreditatis, quæ ei ex castrẽsibus occasionibus veniat†: patri dãda licentia adire hæreditatem, vt ad ipsum perueniat pleno iure, tã per vsumfructũ, quàm per dominiũ eandẽ hæreditatẽ possessurum; quasi ipse pater ab initio fuisset[c] hæres institutus: eo videlicet subiacẽte omnib. oneribus hæreditariis, & omnia cõmoda habituro, & ad filium nullo periculo redundante. Et hæc quidem in his casibus obseruanda sunt, quibus discordia inter patrem & filium vertitur.

Vbi voluntas, patris & filij concurrit in adeundo, pater habet tantum vsumfructum, & actiones intentat cõsensu filij: & sumptus facit de suo proprio. h. d. vsque ad §. Sin autem æs alienum. Salyc.

Vbi autem[d] in vnum voluntas eorum concurrit, & pater vsumfructum, & filius habeat proprietatem: & in agentibus & fugientibus pater quidem suscipiat actiones, & moueat[e], cuiuscunque ætatis filius inueniatur. adhibeatur autẽ etiam filiorum consensus, nisi adhuc in prima ætate sunt constituti, vel lõgè absunt: sumptibus videlicet à patre propter rerum incrementa[f] faciendis, cùm enim nuda proprietas apud filiũ inueniatur, ex qua substantia possibile est eum sumptus litis dependere[g]?

Si æs alienum est in hæreditate aduentitia: vt soluatur, permittitur patri bona vendere: qui si sit in mora, cogitur de suo vsuras soluere, legata verò & fideicommissa, annalia ex reditibus, si sint sufficientes, debent solui: aliàs bona minoris & reditus, licèt sint preciosiora, debent vendi: & mancipia hereditaria per ipsum patrem debent ali: & à redditione rationum & cautione fructuaria pater releuatur. h. d. vsque ad §. ipsum autem. Salyc.

Sin autẽ æs alienũ ex defũcti psona descẽdit: cũ eprietatem, testari poterit te viuente, vel vendere vel obligare.

d ¶ *Vbi autem.* hæc est secunda pars.

e ¶ *Moueat.* hoc fallit in casu, s. quando vult filiafam. agere pro dote quam dedit pater vel alius: vt s. de colla. authe. quod locu. ¶ Sed cum hic dicit patrem actionẽ mouere: an[a] satisdabit iudicatũ solui, vel de raro? Videtur quòd non, cùm agit vt legitimus administrator: vt s. de admin. tut. l. fin. §. Ascensionem. secus si vt extraneum cum defendat: vt ff. qui satisda. cogan. l. si filius. vbi de hoc dixi.

tiã apud veteres hęc esse substãtia intelligat, quę post detractũ æs alienũ supersederit[a]: habeat pater licẽtiã ex rebus hæreditatis (primũ quidẽ mobilibus, sin autẽ nõ sufficiũt, ex immobilibus) sufficientẽ partẽ nomine filij venundare, vt illicò reddatur æs alienũ, & non vsurarũ onere prægrauetur. Quòd si pater hoc facere supersederit, ipse vsuras vel ex reditibus, vel ex substantia sua omnimodò dare compelletur[i].

Sin autẽ legata[k] vel fideicõmissa, siue annalia, siue semel relicta imminent huiusmodi personis: siquidẽ tales reditus sunt, qui sufficiũt ad annalia legata: pater ex huiusmodi reditibus hoc dependere cõpellet. Sin autẽ non habeat substantia sufficientẽ reditũ ad legatorũ vel fideicõmissorum præstationẽ, vel minimè redit[g], vel alias accessiones contineat[l], sin tamẽ res mobiles vel immobiles, steriles quidẽ, non tamẽ inutiles, veluti domus in prouinciis preciosæ, vel vbicunque posita ædificia, vel suburbana, ex quibus huiusmodi legata possint explicari: licentia dabitur patri sufficientẽ partẽ eorũ similiter filij nomine[m] vẽdere, & satisfacere legatis: hoc proculdubio obseruando, vt & mãcipia ipse vsufructuari[9] alere debeat[n], & omnia circa vsumfructũ facere, quæ nullo modo pprietatẽ possint deteriorẽ facere[o]: paterna reuerentia[p] eũ excusante & à ratiociniis, & à cautionib[9], & ab aliis omnib.[q] quæ ab vsufructuariis extraneis à legibus exigũtur secundũ nostræ cõstitutionis[r] tenorẽ, quã super huiusmodi casibus tulimus.

Pater tenetur alere filios, & ecõtrà: nec potest pater, licet habeat vsumfructum, bona filij alienare, nisi in solutione æris alieni, vel si sint onerosa hæreditati: nec econtra filius bona in quibus pater habet vsumfructum, potest alienare prater eius consensum. h. d. vsque ad §. Vbi autem pueralis. Salyc.

Ipsum autẽ filium vel filiã, filios vel filias, & deinceps, alere patri necesse est, nõ propter hæreditates, sed propter ipsam naturam & leges, quæ & à parenti-

f ¶ *Propter rerum incrementa.* i. quia fructus pcipit etiã si sumptus faciat. sic & ff. de vsufruct. l. balneum.

g ¶ *Dependere.* quasi dicat nulla.

h ¶ *Supersederit.* vt ff. de iure dot. l. mulier. in princ. & ff. de verbo. sign. l. subsignatum. §. bona. & l. hæreditatis appellatio. & ff. de colla. bono. l. cum emancipati. in princ. Sed argu. contra ff. ad Treb. l. cogi. in princ.

i ¶ *Compelletur.* Hic ergo exigit[b] filius ratiocinia à patre : quòd est cõtra. s. l. cùm oportet. §. non autem hypothecam. & j prox. §. Sed lex hoc facit non filius.

k ¶ *Sin autẽ legata.* ¶ Notabilis est iste ver. secũdùm Bal. & ad hoc alle. quòd vniuersalis[c] vsufructuarius tenetur soluere de reditibus.

l ¶ *Cõtineat.* i. substantia.

m ¶ *Filij nomine.* ¶ not. causam alienandi. sic & ff. de ven. in poss. l. j. §. diminutio. & ff. de petit. hæred. l. dinus.

n ¶ *Alere debeat.* secundũ dignitatẽ mancipiorum : vt & ff. de vsufruc. l. sed & si quid. §. mancipiorum.

o ¶ *Deteriorem facere.* sic de quolibet fructuario: vt ff. de vsufru. l. si cuius. §. fructuarius.

p ¶ *Reuerẽtia.* secus ergo in matre : vt s. de sec. nu. l. hac edictali. §. huiusmod. ¶ Et sic nota casum vbi fructuarius non[d] satisdat : sunt & alij, vt ff. vsufruct. quẽadmod. caueat. l. si vsumfructum. §. planè.

¶ Item de ratiociniis non reddendis, not. vt s. eo. tit. l. cùm oportet. §. nõ autem. & s. de secund. nuptiis. l. si quis priores. §. final.

q ¶ *Omnibus.* quia nõ finitur illis modis omnibus, vt & aliàs: & sub. ferè: quia debet morte finiri.

r ¶ *Constitutionis.* quã habes supra, eodem. l. cum oportet. §. non autem.

a Pater agens in ad ministr. an satisdare debeat iudicatum solui, vel de rato.

b Rationibus reddendis patentes etiam obnoxij in his in quibus non habet legitimam administrationem, vt hic & j. in verbo peteriũ eatenus. adde Roman. dum à Valle. r consil. 49.

c Vsusfructuarius vniuersalis tenetur ex reditibus soluere.

d Vsusfructuarius quib. casibus non satisdet.

a ¶ *Imperauerunt*. s. vtrique, vt subiicit, & j. de pa. po. l. filia. & ff. de lib. ag. l. si quis a liberis. & j. de alen. lib. l. j. & ij. & iij.

b ¶ *Ex vtraque*. disiunctiuè, id est ex hac vel ex illa, non coniunctiuè: quia si ambo essent inopes[a]: vnus aliú alere non teneretur: vt supra de alen. lib. l. ij. Similis est lectura. ff. de pact. l. rescriptum. §. si pactum. & ff. de liber. & posth. l. filia. j. respon. & ff. de contrahen. empt. l. sed Celsus. §. j. circa finem. §. & ita hæc dictio vtraque[b], ponitur disiunctiuè: vt ff. communi diui. l. pe.

c ¶ *Tantummodo*. non alias: vt supra de bo. ma. l. j. & ij.

d ¶ *Filij*. vt §. superiori libri filij nomine &c.

e ¶ *Supponere*. id[c] est obligare pignori.

f ¶ *Laqueos*.. quia non valet venditio. Accur.

g ¶ *Precium earũ*. & hic videt pater subiici ratiociniis[d], sicut & habuisti supra ea. l. §. vbi autem in vnum.

h ¶ *Duntaxat*. nam in his in quib. nec vsusfructus nec aliquid patri requiritur, (putà in castrẽsibus vel quasi,) bene possunt testari[e]: vt instit. quibus non est permis. fa. testa. circa princip. & s. qui te. fa. possunt. l. nemo. Sed de his aduentitiis[f] testari non possunt: quia testamẽti factio publici iuris est nõ priuati: & ideo etiã cõsensu patris de his testari non possunt: vt ff. de testa. l. iiij. Donare[g] enim possunt causa mortis si hoc expressim eis concedatur à patre: vt ff. de dona. cau. mor. l. tã & §. filiusfamilias.

i ¶ *Voluntatẽ*. ¶ Sed nũquid cum[h] volũtate patris, vel etiã si iuramento confirmetur? secundũ H. videtur quòd nec tunc: vt ff. de vsufruct. l. sed & si quid. §. fin. Sed respon. sic, cũ[i] actionem exerceat patre consentiente: vt s. eadem. l. §. j. & hęc sũt paria[k], actionẽ intẽdere, & rẽ alienare: vt ff. de iure delibe. l. ait prætor. §. j.

k ¶ *Dominium*. quia hoc erat filij: ideo de eo videbatur. ¶ Sed quid si pignus remittat vel precarium, cum ibi nõ habeat dominium, cessent, hæc? sed adhuc puto idem, arg. s. de rebus alie. non alie. l. fi. & hic proximè innuitur nam per hoc præiudicaret fructuario, sicut in seruitute debita fundo, quam non remittit proprietarius tantum; vt ff. de vsufr. l. sed & si quid. §. sed nec seruitutem. Sed arg. contra. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. l. j. & de his quæ in fraud. cred. l. si pignus. ADDITIO. Dicas quòd hic alienatio est prohibita propter aliud: quo casu etiam pignoris remissio est prohibita. in legibus verò pro contrariis allegatis propter seipsum erat alienatio prohibita: vt patet in d. l. si pignus. ff. quæ in fraudem cred.

l ¶ *Alienare*. nec enim in emphyteusin[l] dare: cum generale[m] verbum sit alienare: vt s. de fun. do. l. & in authen. de non alie. §. alienationis. coll. ij.

m ¶ *Melius*. scilicet quàm non coartare.

n ¶ *Dediti*. scilicet filij.

a Alere inops inopem non tenetur.

† alternatiuè.

b Vtraque, dictio disiunctiuè aliquando sumitur, non coniunctiuè. vt hic & supr. l. sed.

c Supponere pro pignori obligare.

d Ratiociniis redditis pater etiam obnoxius est.

e Testari filiifamilias in castrensibus vel quasi & iis in quib. nec vsusf. nec al. quid patri adquiritur, possunt.

f Testari filij non possunt de aduentitiis etiã v. luntate patris nisi forte ad pias causas.

g Donare causa mortis patre hoc expressim concedente filius potest.

h Alienare patre consentiente, aut etiam iuramento alienationem confirmante, filius potest.

i Actionem exercere filius potest patre consentiente. ergo & eodẽ consentiente alienare põt & cor.

k Paria sunt actionem intẽdere & rem alienare.

l Emphyteusis verbo alienationis continetur.

m Alienandi verbo generali continetur emphyteuseos datio.

bus alẽdos esse liberos imperauerũt[a], & ab ipsis liberis parentes, si inopia ex vtraq;[b] † parte vertitur. Sed pater quidẽ in prædictis tãtũmodo[c] causis habeat licentiã ritè res filiorũfamilias vẽdere filij[d] nomine: vel si emptorẽ nõ inuenerit, ritè pignori supponere[e], nullo modo licẽtia cõcedenda filiis easdẽ venditiones vel hypothecas retractare. Nõ autẽ licẽtia parentib. dãda extra memoratas causas, res quarũ dominiũ apud eorũ posteritatẽ est, alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare: sed si hoc fecerint, sciturisq; necesse est eos in legũ laqueos[f] incidere, quibus huiusmodi venditiones vel hypothecæ sunt interdictæ: exceptis videlicet rebus mobilibus vel immobilibus illis, quę onerosæ hereditati sunt, vel quocunq. modo dãnosę, quas sine periculo vẽdere patri cũ paterna pietate licet: vt preciũ earũ[g] vel in res vel in causas hereditarias ꝓcedat, vel filio seruetur. Filiis autẽ familias in his dũtaxat[h] casibus, in quib[9] vsusfructus apud parẽtes cõstitutus est, donec parentes viuũt, nec de iisdẽ rebus testari permittimus, neque citra voluntatem[i] eorum quorum in potestate sunt, vlla licentia eis cõcedẽda dominium[k] rei ad eos pertinentis alienare[l], vel hypothecæ titulo dare, vel pignori assignare. Melius[m] enim est coartare iuueniles calores, ne cupidini dediti[n] tristem exitũ sentiant[o], qui eos[p] post dispersum expectat patrimonium. Cũ enim (sicut dictũ est[q]) parentes alere eos secundũ leges & naturã cõpellãtur: quare ad venditionẽ rerũ suarũ ꝓsilire desiderãt[r]?

Pater hereditatem infanti delatam potest solus infantis nomine adire vel repudiare: aduersus tamẽ repudiationem vel aditionem filius adultus vel sui iuris effectus potest restitutionem implorare: qua concessa, amplius non auditur etiam beneficio ætatis. pater tamen qui adiuit vbi filius repudiauit, solus oneribus remanet implicatus. hoc dicit vsque ad §. in seruis. Salyc.

Vbi autẽ puerilis[f] ætas patri licentiam præstat etiã sine cõsensu filij hereditatem nomine eius adire: si hoc fecerit pater, damus quidem filio in integrũ restitutionẽ[t] postquã patria sue rit potestate liberatus, vel adoleuerit[u]: patrem autem omnibus oneribus hereditariis, licet nomine filij adiit, modis omnibus illigamus. Quare enim talem hereditatem adiit, qualem nec ipse, nec nunc filius idoneã sibi esse existimat?

Non autẽ filio[x] damus licẽtiam, si in integrũ restitutionẽ petat, respuendam credens esse hereditatem, adhuc minoribus curriculis instantibus, iterum per aliam restitutionem adire præfatam hereditatem: ne ludibrio † leges ei fiant, sæpius eandem & amplecti & respuere hereditatem cupienti[y]. Si enim quod pater fecit, filius ratum non habuit, & propter hoc restitutus est: quomodo ferendus videatur iterum iudicium amplectens, quod post patris voluntatem contraria affectione aspernandum esse existimauit[z]? Sin verò pater quidem hereditatem repudiauerit infante filio[a] constituto, ipse autẽ filius postea vel adhuc in sacris cõstitutus, vel patria potestate liberatus, adeundã esse crediderit eandẽ hereditatẽ: licentiã damus ei, vel si sui iuris efficiatur, tutorib. eius vel curatorib. hereditatẽ adire, nullo

o ¶ *Sentiant*. scilicet patres.

p ¶ *Qui eos*. scilicet patres. melius[a] est enim in tempore &c. vt s. in qui. caus. in integ. restitu. non est necess. l. fi. & s. quando lice. vnicuique sine iudi. l. liberam. Accur.

q ¶ *Dictum est*. supra. §. proxi.

r ¶ *Desiderant*. interrogatiuè, quasi diceret, non est ratio.

Vbi CASVS. Quæ dicta sunt, vera sunt in filiofamilias maiore vij. annis, minore xx. Si verò esset minor. vij. sine cõsensu suo hereditatẽ ei delatã adire poteris nomine suo: & cũ adoleuerit, vel sui iuris factus fuerit, per beneficiũ restitutionis in integrũ repudiare poterit: & nominibus, licèt eã non nomine tuo, sed filij adieris, illigaberis. Fili[o] verò si semel restitut[o] fuerit vt abstineat, nõ poterit petere restitutionẽ in integrum vt eã recipiat, ne leges sint ludibrio, etiã si adhuc fuerit intra tẽpora restitutionis: & hoc vsq. ad versicu. si verò. Si verò eã repudiasti filio infãte, poterit eã filius adire: siue sui iuris factus, siue in paterna potestate constitutus: ita vt si sui iuris factus fuit, tutores eam adeãt: nec in aliquo hæc repudiatio tua ei præiudicabit. & si restitutus fuerit ad abstinẽdum, ad restitutionẽ in integrum non admittetur ad eandẽ, propter causam suprà dictã. & quæ dicta sunt in hereditate, locum habent in legatis. & hoc vsque ad versic. in seruis. Si verò ille qui filiũ tuum instituit heredẽ suum. c. legauerit, vel alius extraneus sub ea cõditione vt manumittatur, tu manumissionem impedire non poteris petendo vsumfr. in seruo, cũ eodem momento non possit vsusfru. cõstitui, & finiri. & hoc vsque ad finem.

f ¶ *Puerilis*. id est infantilis. quod probatur per id quod sequitur, quia hæc ætas est illa quæ præstat patri licentiam etiam sine &c. vt hic subiicit, & s. de iure delibe. l. si infanti in prin. Item patet ex eo quod est infra eadem. l. ibi, sin verò pater. &c. Item & per hoc supra hucusque dixit de eo qui est in ætate secunda. l. ab illo. §. fin autem in secunda ætate.

t ¶ *Restitutionem*. ad eam repudiandam.

u ¶ *Adoleuerit*. ergo pubes factus potest habere & non habere ratum. sic & ff. de nona. l. si pupillus in prin.

x ¶ *Non autem filio*. speciale est hoc casu propter paternã reuerentiam, & ne leges sint ludibrio. nam aliàs potest[b] minor sæpius ad adeundum vel abstinendum restitui: vt ff. de mino. l. ait prætor. §. restitutus. ¶ Item no. hoc sufficere[c] semel: vt s. de iure delib. l. fi. §. ante pe. & s. de episc. au. l. iij. ¶ Item nota hic de ludibrio legum: vt ff. de iudi. l. si prætor. & ff. de adopt. l. adoptare. §. eum.

y ¶ *Cupienti*. scilicet ei.

z ¶ *Existimauit*. q. d. non est ferendus: vt ff. de neg. gest. l. Pomponius. j.

a Melius est in tẽpore occurrere, quàm post tempus.

† Leges ludibrio non debent esse, extra de verbo. sig. c. bona memoria. & ff. de proba. & ff. de iud. l. si prætor. & inf. de. s. cum.

b Minor potest sæpius ad adeundũ restitui.

c Semel aliquid factum sufficit.

a ¶ *Præiudicio*

a ¶ *Praeiudicio generando.* sic 3. qui admit. ad bon. poss. l. j. & de repu. bon. poss. l. ij. & de iure delib. l. sententiae.

b ¶ *Enumerauimus.* vt 3. e.d. §. siue eŏtrario patre &c. circa princip. legis.

c ¶ *Matrimonio.* a viro vxori filiae familias, vel econuerso: in tali casu valet donatio: vt ff. de do. inter vi. & vxo. l. quod contem. §. fi. & 3. de do. inter vi. & vxo. l. m[illegible]. Item ad hoc. 3. de do. l. cum proponas.

d ¶ *Ostenditur.* si vsusfructus dicatur.

e ¶ *Momentario.* Momentŭ[a] appellat quoddă tēpus quod magis intellectu percipi potest &c. vt ff. de sol. l. in instanti enim hoc esse non pōt. & sent. ff. de nou. l. si Stichus si quis ita. ¶ & nota quod hic est vnus de casib. quibus nō quaeritur patri vsusfru. vt no. s. e. aut. idem est in his.

[a] Momētū est pūctū ī sensu percipiēs.

DE HEREDITAtibus decurionŭ, nauiculariorum, &c.

f ¶ *Si quis.* Regulariter in successione ab intestato post vxorem admittitur fiscus in quacūq. ciuitate quis decedat: vt 3. de bo. vac. l. j. lib. x. Sed fallit in casib. huius tituli, vbi in qualibet lege habes vnŭ. Itē est & alius: vt 3. si Imperia. socius sine herede decesserit. l. j. lib. x. ¶ Et dicuntur nauicularij[c], qui habēt societatē in nauibus faciēdis & reparādis. Vel dic quod nauicularij dicūtur qui nauib. bladū ducunt: qui priuilegia habēt multa: vt ff. de iure immu. l. semper. §. negotiatores.

b Fiscus regulariter post vxorem succedit decedentibus ab intestato.

c Nauicularij qui dicantur.

[*] al. Marciano. P. P.

g ¶ *Vniuersis.* Corpora quā militum ponit, quae sibi succedunt fisco excluso, non vxore.

h ¶ *Si quis.* facit ad hāc legē & ad alias huius ti. 3. de epis. & cleri. l. si quis presbiter.

i ¶ *Si quis fabricēsis.* Fabricēses[d] erāt deputati armis faciendis, reparandis & vēdendis vt in authen. de armis. col. vj. Accur.

[*] Ex Cod. Theo. l. 5. tit. 4. l. [illegible]

d Fabricenses armis faciēdis, reparādis vēdendis deputati.

† Militum, in marg. [illegible]

k ¶ *Creditores.* aliās curatores.

DE VINDICTA libertate, & apud cōciliŭ manumissione.

Dixit superiori libro de rebus pecuniariis, nunc de libertatibus, & primo de directis, praemittens de his quae inter viuos dantur.

praeiudicio[a] ex recusatione paterna ei generādo, simili modo & in hac parte nulla ei vel tutorib. vel curatorib. eius licentia cōcedēda cōtra priorē suā voluntatē in integrŭ restitutionē petere. Quae & in legatis & in fideicōmissis tā specialibus quā per vniuersitatē relictis, & in aliis causis quas supra enumerauimus[b], similibŭ[c]q. eis, obseruāda sunt. In seruis autē qui filiis vel filiabusfamilias donāt, siue cōstante matrimonio[c], siue ab extraneis sub ea conditione, vt statim eos in libertatē perducāt: nullŭ impedimentum paterna faciat auctoritas. Qualis enim vsusfruct[d] pōt ei acquiri, qui momentarius esse ostenditur[d]? Si enim in ipso momēto[e] necesse habeat eum & possidere, & libertate donare, in talem hominem qualis vsusfructus patri potest acquiri?

Tres Graecas constitutiones hic deesse notat Ant. Augustinus.

TITVLVS LXI.

DE HEREDITATIBVS DEcurionŭ, nauiculariorŭ, cohortaliŭ militum, & fabricensium.

Haec lex cum sequentibus dicit quod collegium succedit collegiato decedenti ab intestato sine alio herede, excluso fisco. Bal. Item ecclesia succedit clerico excluso fisco: vt supra de episc. & cle. l. si quis presbyter. Vel sic: Regulariter in successionibus ab intestato post vxorem vocatur fiscus, fallit in quibusdam collegiatis in his legibus nominatis. h. d. totus iste titulus. Salyc.

I. *Imp.* CONSTANTI. A. *Messichio.* P. P.

SI quis[f] nauiculari[*] sine testamēto & liberis vel successorib. defunctus sit: hereditatē eius nō ad fiscŭ, sed ad corpus nauiculariorum ex quo fatali sorte subtractus est, deferri praecipimus. PP. XV. Kal.[*] Lastronae, Constantio A. vij. & Cōstante Cl. Caes. Conss.

II. *Idem* † *A. Bonoso magistro equitum.*

VNiuersis[g] tā legionibus, quā vexillationib. comitatēsibus seu cuneis insinuare debebis vt cognoscāt, cū eorū aliquis fuerit rebus humanis exēptus, atque intestatus, si sine legitimo herede decesserit, ad vexillationē in qua militauit, res eiusdem necessario peruenire. D. vij. Id. Maij, Hieropoli, Rufino & Eusebio Conss.

III. *Idem A. Rufino praefecto praetorio.*

SI quis[h] cohortali cōditione grauatus, sine testamēto vel quolibet successore vltimŭ diē obierit: successionē eius nō ad fiscŭ, sed ad caeteros cohortales eiusdem prouinciae pertinere iubemus. Dat. V. Kal. Ian. Limenio & Catulino Conss.

IIII. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Florentio.* P. P.

IN testatorum curialiŭ bona, si sine herede moriātur, ordinibus patriae eorum adipisci † percipimus. Dat. V. Id. Mar. Florentio & Dionysio Conss.

V. *Idem* AA. & CC. *Aureliano comiti rerum priuatarum.*

SI quis fabricēsis[i] sine liberis vel legitimo herede decesserit non condito testamento: eius bona, cuiuscunque summae sint, ad eos pertinere sancim[*], qui velut creditores[k] † decedētiŭ attinētur †: qui fisco pro intercepto respōdere coguntur. Hoc enim pacto cōtingit, vt & reipublicae ratio salua permaneat: & fabricēses collegarum suorum solatiis perfruātur, qui damnis ac detrimentis retinētur † obnoxij.

Codicis D. N. Iustiniani perpetuò Augusti repetitae praelectionis liber sextus explicit.

Codicis domini IVSTINIANI

sacratissimi principis ex repetit. praelectione Liber septimus.

TITVLVS I.

DE VINDICTA [LIBERtate,] & apud concilium manumissione.

Manumissus apud cōciliŭ, sui iuris efficitur: nec ei obiicitur causa defectus. h. d. Bald. Vel sic: Decretum ex falsa causa interpositum, fauore libertatis non rescinditur. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Tertio.*

EORVM qui apud[l] concilium[m] † manumittŭtur, post causam a iudicibus probatam, & manumissionem secutam non solet status in dubium reuocari, si[*] dicantur falsa[n] demonstratione liberati.

Rei perfecta nihil potest super addi. h. d. Bal. Vel sic: Libertas semel praestita, non reiteratur, nec augetur. Salyc.

II. *Impp* DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. & CC. *Sallustio.*

NIhil ciuitati Romanae † semel praestitae, vel addere vel detrahere secundam manumissionem potuisse, certissimum[o] est. Dat. prid. kal. Maij. AA. CC.

Simplex administratio non confert manumissionem. h. d. Bald. Vel sic: Nec per procuratorem, nec per maritum manumittitur. Salyc.

III. *Idem AA. & CC. Attonitae.*[*]

NEc mulierē per maritŭ, nec aliŭ per procuratorē[p]

l ¶ *Et apud.* & *p.* id est. *Orum.*] CASVS. An minor viginti. an. seruum suū manumittere possit, quaeritur. Dicitur quòd sic apud concilium: id est apud praesidentes in concilio: & semel libertate data & probata, de statu eius amplius non quaeretur.

m ¶ *Concilium.* id[b] est praesidentes in concilio. & differt à[c] iuditio, cum hoc inter cōsentientes: iudiciŭ non, sed in inuitum: vt ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. j.

n ¶ *Falsa.*[d] est non iusta: quia bene ei cantauerat: vt Inst. qui manumit. non poss. §. semel & ff. eo. l. iusta. sic & de leg. j. l. si fideiussor. §. j. & de in int. restit. l. ij. Alij dicunt specialē[e] fauore libertatis: vt ex falsa causa data non retractetur. secus in aliis: vt infra si ex falsis instru. per totum. Quod non placet, cum[f] falsa causa non sit causa: vt ff. de verb. sign. l. Paulus. Accursius.

NIhil.] CASVS. Si minor xx. annis seruum suum causa approbata apud praetorem manumisit, postea manumissione facta nihil operabitur manumissio secunda.

o ¶ *Certissimum.* aliās manifestissimum: vt infra. tit. de inge. §. fin. & sic in sacramento baptismatis[g]: vt supra ne sanctum baptisma iteretur. & in decre. lxviij. distin. c. sicut. & c. presbiteri. §. quod ergo.

NEc mulierem.] CASVS. An mulier per maritū vel procuratorem apud conciliū possit manumitti, quaeritur: Respon. quod non.

p ¶ *Per procuratorem.* s. simplicem. nam[h] si sit factus in[i] rem suam, bene potest.

a Et pr est.

† aliās addicitur. manumitti. lib. 41. Basil. Tit. 1. c. 52. Ex nouell. Theo. de bonis Fabricēsis parte l. 13. de fabricensibus.

b Concilium Praetoris, Proconsulis & Praesidis quid. v. meas ad hunc locum notas.

c Concilij & iudicij differentia.

d Falsa causa pro nō iusta.

† creditores. vet. manusc. redd. Cōstat.

† admittitur. lit. in nouel. ipsa Theod.

e Ex falsa causa libertas data retractari potest, vt hic inf.

† tenetur vet.

f Falsa causa causa non est.

g Baptismus iterari non debet.

h Procuratoris simplex & in rē suam differentia.

i Per procuratorem in rem suam manumittere possumus.

[*] etiamsi.

† At Latini liberis repetita manumissione fiebant ciues Romani. Vlpian. Frag. Continu.

[*] Adiecit.

& sic intelligunt iura contraria supra *de do. l. cum proponas. & ff. sol. ma. l. si vero negotiam. & ff. de do. inter vi. & vxo. l. quod autem aliàs, cum autem §. fi.* & idem in dotalibus quos manumittit vir viuente vxore: vt *ff. solu. mat. l. si constante. §. si vir.* nam viri sunt, vt *insti. quibus ali. li. vel non. in princip.*

a ¶ *Vindicta.* nec per alium modum, licet quidam alio modo concedant. sin autem multimodi: vt *instit. de liber. §. multis.*

b ¶ *Manumittere.* quia manumissio[a] non est in administratione patrimonij: vt *ff. de manu. l. seruus furiosi.* sed per filium fieri potest: vt ℑ. *commu. de ma. l. 3. in fi. & c. ff. e. l. surdi.*

A *Pud concilium.*] C A S V S. Seruum suum ubi obsequiosum potest quis apud principem vel prætorem vel præsidem manumittere: & tenebit libertas.

c ¶ *Apud concilium nostrum.* id est apud principem.

d ¶ *Ius est.* s. concessum speciali vel generali concessione: vt in defensore ciuitatis habes: vt *in authen. de defen. ciui. §. nulla. coll. iij.* & etiam apud extraordinarium iudicem: vt *ff. eo. l. eam. §. fin.*

a Manumissio non est in administratione patrimonij.

† verbū præsides, abest ab omnib. scrip. lib. tradit. Cuias. Lib. 48 Basil. tit. 1. 4. 61. q. in tit. §. subaudiens.

vindicta[a] manumittere[b] posse non est ambigui iuris.

Apud præsides & magistratus manumissio fieri potest. Salyc.

IIII. *Imp.* CONSTANTIVS. A. *Maximo præfecto prætorio.*

APud cōcilium nostrum[c], vel apud consules, prætores, [p̄sules,] † præsides, magistratúsve carū ciuitatum quib' huiusmodi ius est[d], adipisci potest patronorum iudicio sedula seruitus libertatem.

TITVLVS II.
DE TESTAMENTARIA manumissione.

Confirmatio codicillorum futurorum facta tempore inhabili, non impedit libertatem postea in eis præstari tempore congruo. Salyc.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS A A. *Primo.*

SI codicillos[e] maior viginti annis fecisset, confirmationis tempus[f] libertati nō nocere certū est. nec eni potestas iuris sed iudicij[g] consideratur.

Non adita hereditate, libertates relictæ non debentur. idem si memoria defuncti damnetur. Salyc.

II. *Iidem* A A. *Philetæ.*

EX testamento defuncti libertate præstari non possunt hereditate non adita[h], vel si rei memoria propter crimen quod morte non intercidit[i], damnata est.

Restitutio ad aditionem hereditatis non obest libertati iam competenti. Salyc.

III. *Iidem* A A. *Euphrosino.*[*]

Non est in Basil.

DE TESTAMENtaria manumissione.

Non est in Basil.

b Cōtinuatio.

Exposito[b] tractatu vindictæ libertatis, quæ iudicis munitur auctoritate: sequitur de ea videre quæ habet præcipuum fauorem, id est quæ relinquitur in vltima voluntate. Et quia directa libertas dignior est ea quæ per fideicommissum præstatur, primo de directa videamus, & sic de testamentaria manumissione. Azo.

Non est in Basil. Euphrosina.

S*I codicillos.*] C A S V S. Minor XX. ann. per legem Æliam Sentiam manumittere non potest. si ergo minor. xviij. annis. fecit testamentum, & futuros codicillos confirmauit, quod potuit, vt *supra de codicillis. l. fine.* & post xx. an. fecit codillos quibus libertatem suam reliquit: an valeant, quæritur? Respon. quòd sic, nec trahetur tempus factionis codicillorum ad testamenti.

e Minor 20. annis manumittere nequit.

e ¶ *Si codicillos.* Minor[e]. xx. an. non potest manumittere propter legem Æliam Sentiam: vt *infra titu. ij. l. minor. & instit. qui. ex cau. ma. non licet. §. eadem.* fecit autem hic testamentum agens. xviij. an. & confirmauit codicillos futuros: quod facere debuit: vt *supra de codil. l. fine.* & post xx. an. fecit codillos, in quibus libertatem reliquit: & valet quidem inspecto iudicio, id est voluntate habita in codicillis, non potestate iuris, quod trahit codicillos ad testamentum: vt *ff. de codicill. l. ab intestato. in fi. & de heredit. institut. l. esse.*

f ¶ *Tempus.* s. in quo fuit testamentum factum.

g ¶ *Iudicij.* i. voluntatis habitæ in codicillis.

E*X testamento.*] C A S V S. Testamētum fecisti, heredem instituisti, libertatem Sticho reliquisti, heres hereditatem non adiit: an libertas in testamento relicta competat, quæritur? Dicitur q̄ nō. similiter non valet legatum libertatis relictæ in testamento eius cuius memoria post mortem damnata est.

d Criminea liqua non extinguuntur morte.

h ¶ *Non adita.* nisi[d] in casibus quos no. supra *de fideicommiss. l. eam quam.*

i ¶ *Non intercidit.* quod euenit in crimine læsæ maiestatis: vt *ff. ad legem Iuliam maie. l. fi.* item repetundarum: vt *ff. de eccu. l. ex iudiciorum.* Item apostatarum & Manichæorum: vt ℑ. *de here. & Mani. l. ij. in fin. & l. apostatarum.* retro enim fingitur non habuisse factionē testamenti: vt ℑ. *ad legem Iuliam maie. l. penul. & fi. & insti. de hon. quæ ab intest. §. per contrarium.*

LIbertas testamēto [defuncti] data: adita hereditate[k] cōtingit: & licèt heres scriptus per in integrū restitutionē abstinuerit hereditate, tamen nihil ea res libertati obest[l]. S. XVII. Kal. Maij, Apro & Maximo Conss.

Sicut liber factus de antegesto nō tenetur reddere rationem, sic nec eius heres: & is cui libertas sub conditione reddendarum rationum est relicta, non consequitur libertatem, nisi rationes reddiderit, & reliqua restituerit. Salyc.

IIII. *Iidem* AA. *Arthelao.*

CVm testamento directā[m] libertatē pater tu' sit cōsecutus: quamuis ei heres extiteris, frustra tamen rationes quas tempore seruitutis gessit, vt reddas cōpelleris[n], cum non ea cōditione[o] acceperit libertatē. Is autē cui libertas, seu fideicommissaria, seu directa, si rationes reddidisset, relicta est: ante reliqua illata, & ea quæ malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest peruenire. Sin autem non debitor ex rationibus fuerit repertus: post aditam hereditatem quasi puram[p] libertatem consequitur. Proposita VII. Kal. Dec. Læto. II. & Cereale Conss.

Qualitas heredis non facit conualescere testamentum. Bald.

V. *Imperator* ALEXAND. A. *Quintiliano.*[*]

IN fraudem creditorū testamento datæ libertates, quāuis debitori heres qui soluēdo est, extiterit: per legem Æliam

L*ibertas.*] C A S V S. Libertas in testamento relicta, competit hereditate adita. si minor post aditam hereditatem restituatur in integrum, nunquid libertati nocet, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

k ¶ *Adita hereditate.* etiam ab vno heredum: & hoc si purè est relicta: vt *ff. eod. l. testamento. §. testamento.*

l ¶ *Obest.* vt & *ff. eodem. l. ssendam. & de mino. & si fine. §. antepenult. & de fideicommissariis li. l. cum quasi. §. sed & si fuus.*

Exstat in lib. 48. ...

C*Vm in testamento.*] C A S V S. In testamento tuo Sticho castaldioni tuo purè libertatem dedisti: an heres suus possit compelli reddere rationes, quæritur? Dicitur quòd nō. & hoc in prima. Si verò sub conditione reddendæ rationis sit sibi relicta libertas, siue directa, siue fideicommissaria, vt non perueniret ad libertatem antequàm omnia reddidisset quæ apud eum sunt de rationib. dominicis reddita, vel dolo malo amouisset: non erit liber nisi rationibus redditis, & reliquis illatis. & hoc in secunda. Si verò nil penes eum remansit, perinde libertatem consequitur, ac si purè relicta fuisset. & hoc in tertia.

m ¶ *Directam.* & purè.

* alias Quintiano.

n ¶ *Compelleris.* nam eius quo in seruitute fecit, non cogitur reddere rationem tempore libertatis: vt *ff. supra an seruum ex suo fa. l. final. & ff. de nego. gestis. l. cum actum.* Sed contra est supra *de petit. here. l. fina. in fine.* Sed ibi speciale: quia & aliud pro eo inducitur ibi.

o ¶ *Cum non ea conditione.* subaudi, maxime. nā & si ea cōditio apposita esset, nec esset adimpleta, & sic remansisset seruus: idē esset secundùm Azo. nam non habet túc heredē, cum esset seruus: vt ℑ. *communia de success. l. seruum.* Accur.

p ¶ *Quasi puram.* vt *ff. de condi. & demonst. l. Iulius Paulus.* ¶ Sed licet debitor in pecunia non inuenitur, nonne saltem de facto licet domino ostendere rationem? Duo enim videntur iniungi illi qui rationem reddere debet, quòd instruat dominum, & computet cum eo. Item quòd reddat reliqua: vt *ff. de condic. & demonstr. l. cum seruum. & l. quamuis. & de statulib. l. si statulibera.* Respondeo: tenetur adhuc dominum instruere secundùm quosdam antequam fit liber. quod non placet. Sed dic quòd si qua sunt reliqua, tunc verè duo insunt in ea conditione. si verò reliqua non sunt, nulla conditio est: & ideo libertas pura. simile est interdicto vnde vi. nam ibi[a] non veniunt mobilia per se, veniunt tamen cum immobilibus: vt *ff. de vi & vi armata. l. j. §. si fundus.* sic & nomina veniunt in iudicio familiæ erciscundæ cum rebus corporalibus, non per se: vt *supra familiæ erciscunda. l. ea quæ.* sic & si seruus corrumpatur corpore tantùm, non habet locum actio serui corrupti: qui

a Mobilia non veniunt in interdicto vnde vi.

nupti: qui si corrumpatur in animo, & damni corporis venit æstimatio in actione serui corrupti: vt ff. de seruo corrupt. l. in hoc. Item aliud exemplum. ff. de libe. lega. l. petitor. Item cum emptor conuenitur & vincit, nec sumptus repetit: cum autem vincitur, & sumptus repetit: vt not. j. de euic. l. j. in fi. Accur.

Sententiam non valent[a].

Si hereditas repudiatur quia nõ est soluendo: potest seruus libertate donatus petere bona sibi addici causa suæ libertatis conseruandæ; satisdationem de soluendo creditoribus præstando. Salyc.

IN fraude.] CASVS. Si in fraudem creditorũ tuorũ serui tui libertatẽ consecuti sunt: licèt heres q̃ instituisti, soluẽdo sit, non tamen valet libertas. Viuianus.

a ¶ *Non valent.* vt ff. eodem. l. si quis locuples. & exigit fraus & effectus in directis, in fideicommissaria solus euẽtus: vt j. qui manumit. non possunt. l. j. & finali.

VI. *Imp.* GORDIANVS A. *Pisistrato.*

SI hereditas eius à quo testamento dicis te esse manumissum, ob æs alienum spernitur ab heredibus: conseruandæ libertatis gratia non iniusta ratione creditoribus hereditariis satis[b] offerens[c], iudicium testatoris obseruari* tibi postulabis: maximè cum id etiam à diuo Marco consultissimo principe sit constitutum †. quod in extranei quoque persona obseruari oportet.

Contra voluntatem defuncti non debet libertas ab heredibus præstari. Salyc.

SI heredit.] CASVS. Testamentũ fecisti, heredem instituisti, Sticho libertatem reliquisti: heres propter onus æris alieni hereditatem repudiauit: an gratia libertatis consequendæ possit seruus petere vt addicatur sibi bona? Dicitur q sic, & satisdare creditoribus hereditatis debet de solido debito soluẽdo, cũ id etiã &c. scilicet vt seruaretur libertas, si extraneus aliquis satisdare vellet.

b ¶ *Satis.* i. satisdationẽ.

c ¶ *Offerẽs.* de solido soluendo creditoribus: vt insti. de eo cui lib. cau. bo. addicuntur. §. j.

VII. *Idem A. Iulia.*

COntra volũtatem[d] matris tuæ libertatẽ in eum conferre, quem illa liberum[e] fieri prohibuit, nõ debes: ne videaris[f] iura pietatis violare.

Si libertas relinquitur in tempus nuptiarum alicuius intelligitur relicta si ille vere nuptias contraxerit: non cũ ad tempus habile ad nuptias contrahendas peruenerit. Salyc.

COntra.] CASVS. Mater præcepit in testamento filio suo, ne seruus ad libertatẽ perueniret: an heres possit eũ manumittere, quæritur? Dicitur quòd non.

d ¶ *Contra voluntatem.* scilicet vltimam.

e ¶ *Liberum.* siue suum seruum, siue heredis secus in extraneo seruo: vt ff. eo. l. si quis ita. §. quod constitutum. differt & in alio seruus heredis ab extraneo: vt ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. § si rem suam. & facit infra qui non pos. ad liber. per. l. ij. & j. de vsucap. pro empt. l. ij. & ff. de manumis. l. si seruus §. fi.

f ¶ *Ne videaris.* ff. de insti. & iure. l. veluti. nam[a] patriæ & parentibus est obediendum: vt ibi.

VIII. *Imp.* PHILIPPVS A. & PHILIPPVS *Cæs. Tremellio.**

CVm testator libertatẽ tẽpore nuptiarũ filij sui vel filiæ seruo dari iussit: non tẽpus præstãdæ libertatis præstituit[g], sed potius cõditioni locum fecit, vt non insecutis nuptiis libertas iure posci non possit[h].

Alieno seruo non potest libertas relinqui directè, etiam si sit heredis. Salyc.

CVm testator.] CASVS. Aliquis in testamẽto suo libertatem reliquit tẽpore nupt. filij sui, vel filiæ. antequã nuberet, decessit: an competat libertas, quæritur? Dicitur quòd non, quia verba testamenti magis respiciunt conditionem, quàm tempus. Viuianus.

g ¶ *Præstituit.* id est statuit.

h ¶ *Non possit.* id est non dedit libertatem ad diem, sed sub cõditione: vt arg. j. de nup. l. sancimus. j. ¶ Sed contra quando dies legat. cedat. l. ex his. & ff. eodem. l. si ita scriptum fuerit, Titius. & l. qui duos. §. fi. & supra de vsufruct. l. ambiguitatem. & j. de fideicommis. lib. l. si fideicommissa. Sed hic tempus incertum adiectum fuit: ibi certum. fac. & ff. de leg. j. l. si fi. §. j.

IX. *Imp.* CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA. *Mauro.*

SEruo tuo defunctus licet te heredẽ scripsisse ꝓponitur, directam tamen libertatem nõ potuit dare: iure enim directò libertatem seruis alienis nemo potest dare[i].

SEruo.] CASVS. Aliquis instituit me heredem: seruo meo directã[a] reliquit libertatem: an teneat libertatis datio, quæritur? Respon. quòd non.

i ¶ *Nemo potest dare.* vt infra de his qui à non dominis. l. ij. & instit. de sing. re. per fideicommissum re. §. l. bertas. ¶ Sed an trahatur[b] ad fideicommissariam? Respon. non: vt ff. de lega. ij. l. si seruus legatus. §. fin. seruum. Sed argu. contra. ff. de fideicommiss. lib. l. generaliter. in fin. & §. si quis seruo pignorato. & ff. ad Trebell. l. cogn. §. sed & si seruo. Sed dicas quod illud quod dicit ille. §. si quis seruo pignorato, ex benignitate dictum interpretatur. ¶ Item videtur contra. ff. eodem. l. si fructuarium. Sed certè immo concordãtia est.

Inuestitura prima non inducit dispositionem vbi cætera desunt quæ debent adesse: Bald. Vel sic: Et per impositionem pilei, & per aditionem hereditatis seruus consequitur libertatem directè, & vocatur libertus Orcinus. Salyc.

X. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Germano.*

DIrectis verbis iure data libertate, nõ solùm* impositione pilei, †[k] sed & adita hereditate, (si nulla iuris impediat constitutio[l]) liberti constituuntur Orcini[m].*

Testamentum inualidum ad causam intestati non trahitur, nisi sit clausula intestati adiuncta, subaudi, vel æquipollens, vt iuramentum. Bald. Vel sic: Si testamentum non valet, libertates in eo relicta non debentur, nisi in eo clausula esset codicillaris. Salyc.

k ¶ DIrectis.] Pilei. nisi in casu: vt j. de Lati. lib. tol. §. sed & qui domini.

l ¶ *Si nulla iuris impediat constitutio.* prohibentur enim quandoq. manumitti: vt supra eodem. l. ij. & l. contra. & l. in fraudem.

m ¶ *Orcini.* id[c] est directò manumissi, ab orthos quod est rectum. inde orthodoxus, id est rectè glorians[d]. s Vel Orcinus qui manumittitur ab eo qui tendit ad orcum, id est mortẽ siue infernum.

XI. *Iidem AA. & CC. Laurina.**

SI iure non subsistit testamẽtum: in hoc nec libertates (cum non fuisse adiectum vt pro codicillis scriptũ valeret, proponas[n]) rectè datas constabit.

Collusio heredis non præiudicat libertati, siue hoc faciat post aditam hereditatẽ, siue ante: dummodo faciat in fraudem. Salyc.

SI iure.] CASVS. Reliquit aliquis seruo suo libertatem in testamento suo. si testamentum non valet, an teneat libertatis legatũ, quæritur? Dicitur quod non, nisi dixisset testator, quòd nisi testamentum valeret iure testamenti, valeret iure codicillorum.

n ¶ *Proponas.* nam tunc valet: vt supra de codicil. l. fin. Sed certè immo, & sic hoc non dicitur: vt ff. de fideicommiss. lib. l. in testamento. Sed speciale est ibi in quibusdam[e] personis. Vel repetiuit ibi testator ab intestato.

XII. *Iidem AA. & CC. Rhyso.*

SI heredes iure facto testamẽto soléniter[o] adierint hereditatẽ: ex testamento tibi libertas quæsita, postea colludẽtibus tam scriptis heredibus, quàm ab intestato vindicãtibus successionẽ, adimi nõ potuit[p]. Quòd si sponte repudiauerint sibi delatam[q] successionẽ: omnia quæ in testamento fuerant scripta, defecisse conuenit. Si verò vt vos defraudarẽt heredes libertate, collusisse eos prẹses animaduerterit: secundum hæc quæ diuus Pius Antoninus costituit libertatibus consuli prouidebit[r].

SI heredes.] CASVS. Testamentum fecisti. heredi competit libertas. si postea colludat heres, vt seruus libertate fraudetur, an adimẽda sit libertas, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in prima. Si verò sponte repudiauit: omnia quæ in testamento erant derelicta, & libertates, euanescunt. & hoc in secunda. Si verò scriptum & succedentes ab intestato adinuicem collusisse perspexerit præses, prouidebit per edictum si quis omissa causa testamenti &c. vt j. si quis omis. cau. l. ij. in prin. & hoc in tertia.

o ¶ *Solenniter.* hodie nuda voluntate: vt inst. de her. qua. & dif. §. fi.

p ¶ *Non potuit.* vt & j. eod. l. libertas.

q ¶ *Delatam.* timore creditorum: vt & j. si quis omis. cau. te. l. ij. in fi. & hoc antequam sit adita: vt j. de repu. here. l. iij.

r ¶ *Prouidebit.* per edictum si qui omissa causa testamenti:

---

a Directã libertatem seruo alieno relinquere non possumus, sed obliquè & per fideicommissum.

b Directo fieri non pot, quod obliquè & per fideicommissum fieri sancitum, ideòque id si directò factũ erit, non trahetur ad obliquum seu fideicommissum. Sic è contrario obliqua institutio nõ trahitur ad directã, pura vulgaris, quoniã obliqua, vt concisè loquuntur interpretes, nõ directantur, nisi fortè fauore piæ causæ. v. Tiraquel. privilegio 44. piæ causæ.

* solo, legem, vt in scriptis.

† hæc enim sunt solennitates manumissionis. Persius Satyr. 5. Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant.

c Orcini quid dicantur.

d Autpocius, rectè sentiens.

* Orchinus ab Orcho, vt scribit Probus grammaticus per ch.

* Laurina.

e Legata facta in testamento imperfecto amittis debet, hinc colligitur, quod videantur repetita ab intestato, vt l. in testamento 18. ff. de fideicom. libert.

f Patlũ sunt rogare venientes ab intestato vel dicere, si nõ valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. v. Guidon. Pape decis. 323. vt quoties, quis in bitiones in codicillis heredem rogat cipere debent à venientibus ab intestato ac si per fideicommissum esset relicta. v. plura ad hanc locum apud Tiraquellum privilegio 92. piæ causæ.

(Left margin) Sic & a. de fideicommiss. liber. — ^a dicenti. — ^p Vide. — ^q Meliu. — ^a Adde quoniam propter demeritũ vero id & præsum. prohibitio testatoris dicitur causam habere. adde l. post mortẽ ff. de testamento manumiss.

vt ṡ. *si quis omiss. cau. test. l. ij. in princ.*

S*Tatuliberu.*] CASVS. Statulibet est quem testator statuit fore liberum in alicuius conditionis euentum. Dic ergo, testamétum fecit testator, hæredem instituit: Sticho libertatem reliquit sub conditione, si nauis ex Asia veniret, si hæres pendente cõditione eum alienauit, & vsucaptus fuerit, putà alienatus à domino: an propter hoc impediatur si conditio extiterit quæritur: Dicitur quòd non.

Statuliber non potest alienari in præiudicium libertatis consequendæ conditione eueniente. Salyc.

XIII. *Iidem AA. & CC. Martiali.*

STatuliberis datã libertatem adimi ab hærede nõ posse, certú est: nec alienatio nec vsu capio statulibero [a], quo minus existente conditione libertaté consequatur, nocere potest [b].

a ¶ *Statulibero.* i. cui libertas relicta est in dié, vel sub conditione.

b ¶ *Nocere potest.* vt & *ff. de fideicommiss. lib. l. generaliter. in fin. & de statulibe. l. statuliberum. in medio, & in fine legu.* quod hodie est generale: vt ṡ. *comm. de leg. l. fina. §. pen. & authe. sed quo.*

Tam Græcis quàm Latinis verbis libertas relinqui potest. Sal.

XIIII. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Florentio præf. præt.* †

D*Irectas.*] CASVS. Non refert an Latinè, an Græcè testator seruo suo directam reliquit libertatem.

DIrectas libertátes Græcis verbis liceat in testamétis relinquere. vt ita libertates directè datæ videantur, ac si legitimis [c] verbis eas testator dari iussisset. †

c ¶ *Si legitimis.* i. Latinis. *sic inst. de verb. obl. §. j. & ḟ. de senten. & interlo. & c. l. iudices.*

Primò recitat in effectu constitutionem diui Marci. Secundò, circa illam dubitationes exortas decidit. Secũda ibi, Variæ dubitationes. Sal.

XV. *Imp.* IVSTINIAN. A. *Ioanni præfecto prætorio.*

C*Vm constitutio.*] CASVS. Recitat imp. quãdam constitutioné diui Marci, qua cauebatur, vt si q.s cõdito testamento vel codicillis & libertates seruis suis reliquisset, & hæres qui fuit ex testamento, vel ab intestato, repudiasset hereditaté propter æs alienum: poterit extraneus, vel aliquis seruorum hereditatem adire præstita satisdatione de satisfaciendo creditoribus hæreditariis, & libertatibus secundũ voluntatem testantis. Dicit Imp. quòd ex ista constitutione multæ oriebãtur ambiguitates. Prima est, testator aliquis creditoribus obnoxius decessit herede instituto: & seruis libertatem reliquit, sed hæreditatem repudiante res hæreditatis distractæ sunt: an post venditioné seruus vel alius adire possit hereditaté, & bona ab emptoribus in solidum auocare, & creditoribus satisfacere, quæritur? Respond. Imperator quidamquod non. Author huius legis dicit quòd sic, intra tamen annale tempus à tempore venditionis celebratæ præstita satisdatione de satisfaciendo creditoribus in solidum, & imponendo libertatem omnibus, & hoc in prima. Si verò petitor promittit se omnes libertates impositurum, & creditoribus non in solidum satisfacturum: si creditores consentiunt, auditur, si vult omnes seruos manumittere, & hoc in secunda. Si verò quidam ex seruis velint libertatem adipisci, quidam non: volentes admittantur, nolentes in seruitute remaneant, & quem pa. &c. & hoc in tertia. Si vero petitor hæreditatis pollicitus fuerit se quosdam ex seruis manumissurum, & non omnes: si res hæreditariæ postea sufficiũt, vt omnibus creditoribus satisfaciat præter seruos, bene faciet si omnes manumittat. Si verò non sufficiant, melius est vt saltem pauci ad libertatem perueniant, & hoc in quarta. Si verò non vnus tantùm veniat petitor, sed plures: si simul veniant omnes, audiuntur: si vnus primò, alius postea: primus admittatur; & hoc præstita satisdatione de satisfaciendo creditoribus, & hoc intra annale tempus, & hoc in quinta. Si verò vnus ꝓmisit quosdam manumittere, alter promittat omnes, vel plures, & omnibus creditorib. satisfacere: ille præfertur. Priuilegium verò istud non solùm habet seruus libertate donatus, sed & nõ donatus, & hoc in sexta. Et nõ solùm si antequàm prior hæreditarias apprehendat, vel libertatem accipiat, veniat seru⁹, plus offerens admittetur: sed si iam ab eo res apprehẽsæ sint: & quidam ex seruis libertate donati, & prior liberabitur, quãuis res ab eo auferãtur: & prædicta omnia fiant intra annale tempus a tempore illo quo prior petitor iudicem adiuit: & hoc in septima parte.

CVm cõstitutio † [d] diui Marci declaret, si quis cõdito testamento, vel sine testamentó [e] moriens, vt locus fiat ab intestato successioni, libertates [f] reliquerit, nemo autem adire velit defuncti hæreditatem, eò quòd suspecta esse videatur, & fuerint libertates forsitan, & sine scriptis fideicõmissariæ relictæ: licere vel cuilibet extraneo, vel vni ex seruis, qui & ipse libertate donatus est, & ꝓ sua † periclitatur conditione, adire hæreditaté sub hac cõditione & satisdatione, quod & creditoribus omnibus satisfaciat, & libertates imponat his quibus voluit testator [g]: variæ dubitationes [h] ex hac constitutione emerserunt. Nã si res hæreditariæ hærede minimè inuẽto venierint [i], & an & post vẽditioné earundé rerú possibile sit vel seruum, vel quẽlibet alium adire, & recuperare quidé ab emptoribus res, satisfacere auté libertatibus & creditorib. quærebatur, & licet diuus Seuerus semel rebus venditis hoc non admisit, nobis tamen Vlpiani sententia admodum [k] placuit, maximè ꝓpter libertates, ne depereãt, & post venditioné rerú annale remediú dare diui Marci cõstitutione, intra quod & creditoribus omnibus satisfiat, & emptores nihil noui patiãtur [l], q. annalé sæpè sentiebãt rescissioné †: & licere seruo qui libertate donat⁹ est vel alij cuidá extraneo, vel ante venditioné rerú, vel post venditioné, intra annale tamé tép⁹ adire hæreditaté, & res recuperare, pri⁹ satisdatione dãda, vt tã libertatibus quã creditorib. satisfiat. Sin autem libertatibus quidé omnibus satisfacere quis [m] polliceatur, creditoribus auté non in solidũ, sed in partem soluere creditum, illi auté [n] huiusmodi pactionem admiserint: sancimus & in huiusmodi casu consultissimi principis locú habere constitutionem, & eum modis omnibus admittendum [esse] censemus: maximè cum [o] ex voluntate creditorum hæc interponitur: nolentibus etenim creditoribus, admitti talem pactionem nullo modo concedimus. Sin verò † quidam ex seruis libertatem amplexi fuerint, alij autem censuerint esse respuendam: & in hunc casum extendenda est diui Marci oratio: & proculdubio † & in hac specie audiendus est petitor hereditatis: & maneat liberú arbitrium seruorú, siue ad libertatem venire volunt, siue in seruitute remanere [p]. Licèt [q] enim Romanam ciuitatem recusare nemini seruorum [r] licitum sit, tamen in

d ¶ *Cum constitutio.* cuius verba habes *insti. de eo cui liber. cau. bo. addic. §. j.* & optimè huius legis intentio exprimitur ṡ. *eo. l. si hæreditas.*

e ¶ *Sine testamento.* putà in codicillis tamé: vt *ff. de fideicommiss. lib. l. ij. & iij. & iiij. in princ.*

f ¶ *Libertates* vel etiam vnam libertatem. arg. *ff. de neg. gest. l. at prætor. §. negotia.*

g ¶ *Voluit testator.* affũme cùm hæc declaret constitutio prædicta.

h ¶ *Variæ dubitationes. &c.* q̃a quatuor ex hoc, vsq. ad. §. sed si quidem.

i ¶ *Venierint.* à creditoribus.

k ¶ *Admodum.* i. valde.

l ¶ *Nihil noui patiantur.* patiuntur quidé rescissionem, sed non de nouo, quia & olim similiter, vel per priuilegia, vel vt dicitur ḟ. *ex quib. caus. maiores. l. fina.* Vel fortè restitutione eius hæredis qui abstinuerat vel repudiauerat. Item bene dicit sæpe quia nõ semper: & ita aliud noui patiuntur, licèt non in totum.

m ¶ *Quis.* petens bona addici sibi.

n ¶ *Illi autem.* s. creditores.

o ¶ *Maximè cum.* pleonasmos, i. [a] adiectio superuacui verbi. nam statim subiicit, volétibus, &c. sic abundat [b] maximè, vt & *alias.* ḟ. *de resc. vend. l. j. & ff. si quis omiss. cau. test. l. ij. in fine.*

p ¶ *In seruitute remanere.* secus si nullus de seruis velit libertatem: nam tunc distinguo, an ille qui petit bona sibi addici, sit de seruis, an non. Primo casu admittitur, secundo non: vt *insti. de eo cui libe. cau. bon. addi. §. hac constitutio.*

q ¶ *Licèt.* i. quamuis.

r ¶ *Nemini seruorum.* i. aliàs. ¶ Et sic not. regulam, quòd serui inuiti libertatem consequuntur: vt *hic, & ff. de hered. institu. l. si verò lex. §. j. & instit. de her. inst. §. si verò. & inst. de hered. quali. & diffe. §. j.* Sed

Marginal notes:

a Statuliber dicitur is cui libertas in die vel sub conditione relicta.

† Ex Nouell. Theod. de testamentis li. v. pars legis hac constitutione ... Codice.

b Legitimis verbis, pro Latinis.

† Data pridie Id. Feb. Constantinopoli Theodo. A. xvij. & Festo VC. Coss.

† id est rescissionem ... ad Rufum relatũ in Instit. de eo cui libertatis causa bona addi. vbi & huius suæ constitutionis meminit Iustinianus.

† in manu scr. est propria.

† al. rebus.

† vel, in rem. Conceditur.

† al. & procul dubio. Ieni in hac specie.

a Pleonasmus est adiectio superuacui verbi.

b Maximè dictio quandoque ponitur superuacuè ...

§. j. Sed fallit hoc in casu quē ponit hęc lex. nā cū eius fauore sit inductum, vt sic bona petantur: potest ei fauori renunciari: *vt supra de pactis. l. si quis in conscribendo.* Item fallit in alio casu quem habes. *ff. de fideicommiss. liber. lib. l. sed si alienare.* qui est contrarius huic regulæ, vbi legatum erat domino serui, vt seruum heredi venderet, q. heres manumitteret. Sed certè potest ibi resistere domino vt non accipiat legatum: sed eo accepto non potest resistere quin manumittatur. vel ibi nō recusauit libertatē: sed nolebat vendi heredi, qui non erat soluendo, à quo relicta est fideicommissa libertas. Itē secus est in emancipatione, quæ non datur inuito: *vt in authentic. quibus mo. natur. effic. sui. §. generaliter. collatione vij.*

a ¶ *Spontaneam. sic & supra de necessariis seru. l. fina.*

b ¶ *Res hereditaria.* præter seruos.

c ¶ *Antiquis.* subaudi, super.

d ¶ *Inuenimus.* i. induximus.

e ¶ *Hoc facere.* sc. satisdationem.

f ¶ *Annale.* computādū ex quo primus petitor adiuit iudicem: *vt §. in fi. l.*

g ¶ *Totos.* id est omnes.

h ¶ *Ab eo.* scil. seruo.

DE LEGE FVSIA Caninia tollenda.

Quia lex Fusia Caninia directas impediebat libertates, de quibus dictum est & fideicommissarias, de quibus dicemus, de lege Fusia inter vtrasque libertates loquamur. Azo.

Seruorum.] CASVS. Lege Fusia cauebatur vt inter viuos quis posset omnes seruos libertate donare: in vltima voluntate non nisi duos vel tres: quod corrigit imperator, statuēs vt indistinctè tam inter viuos quàm in vltima voluntate possit quis omnes seruos manumittere, lege Fusia Caninia quiescente.

i ¶ *Exemplum.* quod ergo valet in contractibus, & in vltima volūtate, & econtra: *vt bic, & instit. eo. & ff. de pac. l. pactum.*

DE FIDEICOMmissariis libertatibus.

Codex.

In quibus, l. eod. legitur, sancimus vt si non vnus veniat hereditatis petitor. sed plures quidem vno momento vterque, vel ampliores, omnibus &c. Emancipatio non detur inuito.

Continuatio.

hoc casu, ne propter quorūdam indeuotionem alij maneant in seruitute, volētibus quidem omnibus seruis licere in libertatem peruenire, nolentibus autē quibusdam, vel recusantibus, spontaneam[a] seruitutem immінere oportet: & quem patronū habere noluerint, dominum suum & forsitan acerbum sentiāt. Sin verò non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerū seruorū ex his q. ad libertatē venire [iure] sunt iussi: melius est, si quidē res hereditariç[b] sufficiūt ad implendos creditores, etiam omnibus seruis dare libertatē, etsi hoc pollicitus non est. Sin autē deest [aliquid] in exoluendis creditoribus, humanius est vt pauci saltē perueniāt ad libertatem. Sed hoc quidē antiquis[c] dubitationibus remedium inuenimus[d]: bellissimā autem repletionē præfatæ constitutioni donantes, sancimus, vt si † non vnus veniat hereditatis petitor, sed plures quidem vno momento, vterque, vel ampliores: omnibus detur licentia cōmuniter hereditatē adire, prius satisdatione ab omnibus danda, vt creditoribus & libertatibus satisfaciant. Sin autē per interualla temporū hoc fiat: qui primus venit, habeat prærogatiuā, si etiā satisdationē præstare potest. Illo autem cessante hoc facere[e], alij gradatim secūdum tēpora petitionis succedant, & hoc intra annale[f] tēpus obseruetur. Sin autē vno pollicente quosdā liberos facere, non autē totos[g], alius emerserit satisdationē paratus idoneā præstare, q̄ omnibus creditoribus & omnibus libertatibus satisfaciat: æquissimū est cū admitti, vt omnes libertates indistinctè celebrētur. q̄ priuilegium damus nō solū seruo qui libertate donatus est, sed etiā ei cui nulla libertas relicta est: vt aliquid venustū eueniat: vt per eū cui relicta libertas non est, aliis libertas imponatur. Sed si quidē antequā prior hereditarias res & libertatē accipiat, hoc eueniat: secundo petitori, vel tertio, vel deinceps ampliores libertates pollicentibus fieri locum cēsemus. Sin autem iam rebus seruo qui primus petiit hereditatem, datis, & libertatibus ab eo[h] quibusdā seruis hereditariis impositis, quidam seruus alius hereditarius, vel liber * extraneus hoc facere maluerit: licebit quidē hoc ei impetrare, & sub maioribus pollicitationibus & satisdationibus hereditatem accipere. Sed prior in libertate petitor maneat, licèt res ab eo distrahantur: his omnibus intra annum (secundùm quod dictum est) celebrandis, ex quo prior petitor iudicem adierit.

* vel quilibet.

TITVLVS III.

DE LEGE FVSIA* Caninia tollenda †.

Statutum in contractibus, si est magis fauorabile quàm statutū in vltimis volūtatib. debet porrigi ad vltimā voluntatem. Baldus. Vel sic: Dic quòd aliquo tēpore viguit lex Fusia Caninia, quæ prohibuit libertates in testamento relictas valere: quæ hic tollitur. Salyc.

l. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.*

SERVORVM libertates in testamento relictas, tam directas quàm fideicommissarias ad exemplum[i] inter viuos libertatem indistinctè valere censemus, lege Fusia Caninia, de cætero cessante, nec impediente testātium pro suis seruis clementes dispositiones effectui mancipati. Dat. Kalend. Iun. * A A. Conss.

Expediuimus supra de libertatibus directis, nunc dicamus de fideicommissariis. Azo.

Cvm proponas.] CASVS. Testamentum fecisti, heredem instituisti, Sticho fideicommissar. libertatem reliquisti. heres hereditatem non adiit. & peruenit ab intest. ad legitimum? an cōpetat libertas, quęritur? Dicitur quòd non, nisi succedens ab intestato rogatus fuisset de manumittēdo. & hoc in prima. Si verò heres accepta pecunia hereditatē omisit, vt sic Stich? ad libertatem non perueniret: cōpetet libertas: quia institutus cogetur manumittere.

k ¶ *Legitimo.* id est agnato: *vt instit. de legi. ag. tu. in princ.*

l ¶ *Nullo iure.* imò contra: *vt ff. eod. l. in testamento.* Solu. ibi in personis illis speciale.

m ¶ *Pecunia.* vel aliis duobus modis: putà gratia agnati, vel odio serui.

n ¶ *Cogetur. vt & supra si quis omiss. cau. testam. l. j.* dum tamē prius cōueniatur possessor: *vt ff. si quis omiss. causa testam. l. licet.* secundùm quosdam.

Qvamuis.] CASVS. Mulier in codicillis auūculo suo seruū legauit, quem postea manumisit: apparuerūt codicilli falsi postea, & falsi pronunciati sunt: nūquid reuocabitur libertas? Respōdet. q̄ nō: sed manumissus heredi soluet xx. aureos.

* Fusia scribitur in plerisque manuscriptis & in manu scriptis quoque. Institutio. Fusia vt in Pand. Flo. in infert. l. 37. de cond. & demonst. l. 215. de ver. figni. Nam & Fusius Calen & Metius Fufetius scribūtur ex vet. marmoribus & Plutarcho docet Sigoni in Liuium, Contius.

† al. sublata. lib. 48. Basil. Tit. 4.

TITVLVS IIII.

DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBVS.

Hereditate non adita libertas in testamento relicta non debetur, nisi fuerit ab intestato repetita, vel heres corruptus pecunia omiserit. Salycetus.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS A A. *Primo.*

CVm proponas hereditatem eius [testatoris] aditam non esse, à quo tibi fideicōmissariam libertatem relictam dicis, & ab intestato alium quàm qui scriptus est hereditatem possedisse: si non à legitimo[k] quoque herede fideicommissaria libertas repetita est, nullo iure[l] præstare eam ab eo qui rogatus non est, desideras. Plānè si pecunia[m] accepta heredem institutum omisisse hereditatem docueris, libertatem tibi præstare cogetur[n]. PP. XIII. Kalen. Mart. Laterano & Rufino Conss.

Ex falsa causa dominiū trāsfertur, & libertas data non reuocatur. Bald. Vel sic: Si legatarius putans legatū valuisse manumittas seruū sibi traditū, tenet libertas: licèt legatum postea pronuncietur falsum: sed viginti aurei à manumisso

a ¶ *Non infirmat.* valet ergo libertas: *vt hic, & ff. de manum. teſta. l. cum ex falſis. & ff. de iure patro. l. penult. §. final.* ¶ Sed contra ſupra *de petition. hereditat. l. final. § penult.* vbi ex* falſo teſtamento non competit libertas. Solu. hic fuit præſtita, & bona fide: ibi non. vel ibi à lege dabatur libertas, hic ab homine: quæ in idem recidit.

* Libertas an competit ex teſtamento falſo.

ſunt præſtandi. Salycetus.

II. *Imp.* ANTONINVS. A. *Valerio.*

QVamuis codicilli quibus auunculo defunctæ legatus eſſe videris, falſi pronunciati ſunt: tamen ſi ante motā criminis quęſtionem iuſtam libertatem es à legatario conſecutus, poſterior euentus non infirmat[a] ita datam libertatem. Planè ſecundùm diui Hadriani conſtitutionem datur heredi viginti aureorum[b] repetitio.

Natus ex ancilla ſub conditione libera, ante conditionis euentum eſt ſeruus. Salyc.

III. *Imperator* ALEXANDER A. *Lucio.*

CVm libertatē mulieribus ſub conditione datā proponas: quid dubium eſt eos qui ex his ante impletam eam edū tur, ſeruos naſci, & pertinere ad heredes iure dominij? His enim demum ſuccurſum eſt, qui poſt moram præſtandæ libertatis ꝓgeniti ſunt, vt liberi & ingenui[c] nati videantur.

Si ancilla ab herede manumittenda, eius voluntate moretur vt libera, liberum parit: aliàs ſecus. Salycetus.

IIII. *Idem A. Adriano.*

SI voluntate domini[d] in libertate eſt morata[e], cui fideicōmiſſaria libertas relicta* fuit: ſecundùm ſenatuſconſultum & cōſtitutiones ad id pertinentes ciuis Romana facta ingenuos peperit. Sed ſi nūquam

a Vel illa corrigitur iſtā. ¶ Sed cum heres dederit hunc ſeruum quaſi legatarij credens factum eius, non videtur tranſtuliſſe dominium: *vt ff. de condict. cauſa dat. l. iij. § ſubtiliter.* quod ſi eſt, quomodo ſeruo alieno dedit libertatem? Reſpond. dic quod heredis fuerat ſeruus, vel alienus, & heres rogatus de redimendo & pręſtando: vnde tanquam ſeruum heredis, non tanquam legatarij dedit: & hoc erat verum: & ſic tranſtulit dominium. & ſecundum hoc etiam ſoluitur dictum contrarium.

b ¶ *Viginti aureorum.* quos ſoluet manumiſſus heredi: *vt ff. de inoff. teſtamen. l. Papinian. §. ſi. & ſeq.*

CVm libertatē.] CASVS. Teſtator ancillæ libertatem reliquit ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit. pendente conditione parit: an pariat liberum, an ſeruum quæritur. Dicitur quòd ſeruum. Si verò conditio extitit, & erat heres in mora dandi libertatē, & illa peperit: ingenuū erit quod edidit.

c ¶ *Et ingenui.* vt & *ſupra ad Orficia. l. quidam.* Et vt tollas contraria, ſic diſtingue: aut non eſt adita hereditas ab herede, aut eſt adita. Primo caſu ſi fiat dolo heredis mora, ſerui naſcuntur, ſed traduntur matri ad manumittendum: *vt ff. eod. l. ſi quis rogatus in fin.* & idem ſi heres deliberat de adeunda hereditate. nam etiam tunc traduntur matri ad manumittendum: *vt ff. eod. l. ſed ſi non data. j. reſpon.* ſecus ſi ideo retardabat adire, quia ſe inſtitutum ignorabat: quia tūc naſcitur ſeruus, & ipſe heres manumittit: *vt ff. eod. l. ſed ſi non data. ij. reſpon.* Secundo caſu, quando ſcilicet eſt adita hereditas, aut retardatur manumiſſio ſtudio heredis, & naſcitur partus ingenuus: *vt hic, & ff. eod. l. cum vero. §. apparet. & l. ſi quis rogatus. in princip.* aut non ſtudio heredis, & tunc naſcitur ſeruus, & matri traditur ad manumittendum: *vt ff. eod. l. ſi prægnans.* & ſi mater non accipit, vel acceptum non manumittit, compellitur, vel heres manumittit: *vt ff. eod. l. ſi mater.* & hoc niſi fiat mora ex voluntate defuncti: nam tunc interim natus ſeruus remanet heredis: *vt ſupra proxi. reſpon.*

* Ancilla ſub conditione libera. * ante conditionem pariat, an ſint filij eius ſerui vel liberi.
* debita.

SI voluntate.] CASVS. Teſtator heredem inſtituit; eum de manumittenda ancilla quidam rogauit: heres dixit ancillæ vt ſtaret tanquam libera: ſed tamen eam non manumiſit, ſed poſtea peperit partus, ſeruus an ingenuus eſſe dicetur? Reſpō. quòd illis verbis heredis teſtatoris libera effecta eſt, & partus erit liber. & hoc in prima. Si verò fuit in mora petendi libertatem, & interim peperit: ſibi imputet, quia ſeruus naſcetur. & hoc in ſecunda. Viuianus.

d ¶ *Si voluntate domini.* id eſt heredis.

e ¶ *Eſt morata.* id eſt ſterit vt libera ex volūtate domini: quia manumiſit. vel dixit, vade ſta vt libera: *vt ff. de acqui. po. l. qui abſenti. in princ.*

f ¶ *Serui ſunt.* ſed matri traduntur ad manumittendum: *vt ff. eo. l. ſed ſi prægnans. & l. cum vero §. apparet.*

g ¶ *Sunt.* contra. *ſ. de iure emphy. l. ij. & iij. & j. de contrahend. ſtipul. l. magnam* vbi ſufficit diē venire: multo magis in libertate.

ab ea* libertas petita eſt†: ſibimet imputare debet, cur* interea progeniti ex ea ſerui[f] ſunt[g].

* eo.
† Obſeruatio omnis mora eſſe neceſſariā interpellationem. l. mora. ff. de vſu. * cum.

Iure iſto minor viginti annis non poteras in teſtamento relinquere libertatem. Salyc.

V. *Idem A. Dionyſio.*

MInor annis[h] lege definitis, nec per fideicommiſſum[i] libertatem ſupremis ſuis elogiis relinquere poteſt, niſi his quorum cauſam[k] probare poteſt.

Poteſt per fideicommiſſum ſeruo alieno libertas relinqui: & licet dominus nolit vendere legatum, non abrumpitur, ſed differtur in craſtinū, donec fortè mutauerit propoſitū voluntatis. Bal. Vel ſic: Licèt dominus ancillæ nolit eam vendere, non deficit legatū libertatis ab herede quādo cunque poſtea præſtanda. Salyc.

VI. *Idem A. Maximo.*

DEberi etiam alienæ[l] ancillæ fideicommiſſariam libertatem placuit, nec deficit hoc debitum ſi interim domina (ſi modo nihil ex iudicio eius[m] qui quæve reliquit libertatem, perceperit[n]) noluit vendere: quia poſſit tempore procedente[o], vbicunque occaſio redimendæ ancillæ fuerit, præſtari libertas.

Manumiſſus ex fideicommiſſo, libertus efficitur manumittentis. Salycetus.

VII. *Idem A. Nicomedi.*

MInor annis.] CASVS. Quidam minor xx. ann. ſeruo ſuo per fideicommiſſum libertatē relinquere volebat: an poſſit, quæritur? & reſpond. quòd non, niſi cauſam coram iudice probet, ſcilicet iuſtam, propter quam velit ſeruum eſſe liberum.

h ¶ *Minor annis.* aliàs xx. aliàs lege definitis.

i ¶ *Nec per fideicommiſſum.* nedum directè: *vt hic. & ff. de manumi. teſt. l. nec miliri. & ſupra de teſtam. milit. l. ſi Rufinus.* & hoc in ſuis. ſecus in alienis. *vt ff. de manum. vind. l. ſi quis rogatus. in princip.* hodie tamē hæc lex corrigitur: *vt in authent. & ſpon. larg. § j col. ix.*

k ¶ *Cauſam.* quæ cauſæ enumerantur inſti. *qui. ex cau. ma. non licet. § eadem.*

DEberi.] CASVS. Teſtamentū feciſti. heredē inſtituiſti. eum de ancilla aliena manumittenda rogaſti. redimere debet heres ſi poteſt, & manumittere. ſi non poteſt, quia dominus vendere non vult, nec compelli poteſt ad vēdendum, cum nihil ex teſtamento percepit: an intercidat legatū libertatis: Dicitur quòd non: quia procedente tempore ſi obtulerit ſe facultas redimendi, redimere poterit & manumittere. & ita not. quod differtur, non auſertur.

l ¶ *Alienæ.* & hoſtium ſeruo, & etiam libero homini quandoque: *vt ff. eo. l. generaliter. § hoſtium ſeruo. & §. ſi homini.*

m ¶ *Eius.* ſcilicet teſtatoris.

n ¶ *Perceperit.* nam tunc cogetur ad vendendum: *vt ff. ad leg. Falc. l. ſed & ſi non ſeruus.* niſi haberet auxilium minoris ætatis: *vt ff. de mino. l. ſi minor annis ſeruum.* ¶ Et not. deberi relictum, licèt voluntati non pareatur: quia* per eum non remanet: *vt ff. de legat. iij. l. pater. §. Tuſculanus & de legat. j. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. Iulianus.*

* Paria ſunt teſtatoris voluntati obſequi, & cum obſequendi non facere.

o ¶ *Tempore procedente.* quod differtūr, non aufertur: *vt inſtitu. de ſing. re. per fideicom. re. § libertas.* ¶ Item not. quod dicit, etiam alienæ: *vt ff. eod. l. alieno.* ¶ Et diſtingue[b] quia aut rogatur heres manumittere ſeruum, aut legatarius. primo caſu aut ſeruum teſtatoris, aut heredis, aut legatarij, vel alterius extranei. ſi teſtatoris, cogitur eum manumittere. quòd ſi latitat, fit orcinus libertus per ſenatuſconſultum Rubrianum: *vt ff. eod. l. cum vero. § ſubuentum.* ſi heredis, & tunc tenetur manumittere. ſi verò latitat, eripitur ſeruus ex fideicommiſſo in libertatem, & amittit heres ius patronatus ex Iunciano ſenatuſconſulto: *vt ff. eod. l. ſi eum. §. ſi quis ſeruum. & l. non tantum. §. ſed & articuleiano.* ſi legatarij: aut is agnouit legatum, & cogitur præſtare heredi ad manumittendum. aut non agnouit, & tunc non cogitur: *vt ex hac. l. habetur.* ſi extranei, cogitur manumittere, ſi poteſt iuſto precio emere: *vt ff. eo. l. alieno.*

b Libertas à ſeruo alieno relinquitur. quid iuris.

l. alieno. §. si ita tamen. si verò legatarius est rogatus manumittere seruum, aut talis est seruus, qui non potest ad libertatem peruenire: quo casu etiam legatum est inutile, aut potest: & tunc subdiuitur, quia si legatarius agnouit legatum, cogitur manumittere etiam longè maioris precij seruum, nisi beneficio ætatis restituatur ad omittendum legatum: si non agnouit, non cogitur manumittere, & hoc si seruus sit ipsius legatarij quòd si est extranei, si potest emere pro tanto quantum est legatum, cogitur manumittere, aliàs non: vt ff. eo. l. generaliter. §. si quis alienum. & ff. de minori. l. minor. vigintiquinque ann. seruum. sed in detrahenda Falcidia est sciendum, quòd si ea deducta posset emere seruum, deducit eam hæres: aliàs non, vt ff. eod. l. si legatario.

HI quibus per fideicommissum libertas supremis iudiciis relinquitur, eorum liberti efficiuntur, a quibus manumittuntur[a]. PP. kalend. April. Fusco & Dextro Coss.

Libertas peti potest etiam si cohæres in cuius placito vel voluntate est apposita, hereditatem non adeat: dūmodo iustè non contradicat. Salyc.

VIII. *Idem A. Eutycheti.*

CVm proponas[b] fideicommissariam libertatem ita tibi datam, si vxori testatoris placuisset: licèt [ea] non adeunte hereditatem, pertinere cœperit ad filium solida hereditas: non refragante[c] tamen vxore testatoris, potes petere libertatem.

Seruus tutor datus videtur in testamento per fideicommissum liber esse iussus, si testator eius conditionē non ignorauit. Salyc.

IX. *Impp.* VALERIANVS. GALLIENVS A A. *Daphnidi.*

ET si nō adscripta libertate testator seruum suum tutorem filiis suis dederit: receptum est tamen & libertatis, & pupillorum fauore, vt per fideicommissum manumisisse eum videatur[d]. Et si non suum proprium, sed alienum seruum, conditionem eius sciens[e], tutorem adscripserit: æquè fideicommissariam libertatem datam[f] (nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat) prudentibus placuit.

Libertas non perit, licèt moriatur ille in cuius persona tempus certum præstandæ libertatis erat appositum: sed cùm tempus aduenerit, debetur. Salyc.

X. *Iidem A A. Mercuriali.*

FIdeicommissaria quidē libertas ita tibi relicta, cum testatoris filius ad annum vigesimumquintum peruenerit, nō intercidit, licèt heredem intra præstitutam ætatem decessisse proponas: tempore quippe[g] quo si viueret, præfinitam ætatem impleturus foret, spem libertatis non intercidere, vetus placitum est.

Fideicommissaria libertas est præstanda: non autem competit ipso iure, & si latitat qui præstare debet, seruo subuenitur à iure.

XI. *Impp.* DIOCLETIANVS, MAXIMIAN. A A. [& CC.] *Flauiano.*

SI seruus fuisti, ac tibi per fideicōmissum libertas relicta fuit: peruides sine manumissione[h] te ad libertatem peruenire non potuisse. Quapropter si verbis precariis constitutus seruus libertatem accepisti[i]: adire præsidem prouinciæ te oportet, vt causa cognita, si tibi deberi libertatem perspexerit, ad manumittendum eum qui debet vrgeat: vel si latitet, contra latitantem interposito[k] decreto tibi prospiciat[l].

Verbum, commendo, non inducit dispositionem, sed quandam congratulationem. Baldus. Vel sic: Per verbum, commendo, non grauatur heres de manumittendo. Salyc.

HI quibus.] CASVS. Testamētum fecisti, heredem instituisti de danda libertate Sticho, eum rogasti, manumisit, cuius erit libertus quæritur? Respond. quòd hæredis.

a ¶ *Manumittuntur.* vt instit. de singu. re. per fideicom. re. §. pen. & hoc quoad hoc, vt eos non vocet in ius. Item quo ad contra tabulas: sed non vt in seruitutem ex ingratitudine reuocet. Item nec operas poterit imponere, nisi sit filii[*] patroni qui manumittit: vt ff. de bon. li. l. qui ex causa. & ff. de contra tabulas. l. patroni. & ff. de lib. & eo. lib. l. j. Et distingue hic cuius sint liberti, vt & diximus supra in l. proxim. per l. ff. de actione emp. Titius. & de fideicom. lib. l. generaliter. §. fin.

* Dat ho. Thaleleus qui in instit. dixit directam, sed non est contrarium. neque enim hic sustulit directam libertatem, poterit ergo vtraque cōpetere. hæc Thaleleus, sed stultus est seruus, si mauult fideicommissariā quàm directam. Contius.

CVm proponas.] CASVS. Testamentū fecisti, vxorem tuam in vna dimidia, filium ex alia heredes instituisti. Sticho fideicommiss. libertatem reliquisti, si vxori tuæ placuisset, vxore partem eius repudiante, & in solidum ad filiū perueniente: an seruo debeatur libertas? Respon. quòd si vxor non contradicit, libertatem petere potest.

b ¶ *Cum proponas.* vxor fuit scripta heres cum filio.

c ¶ *Non refragante.* idem si contradiceret, nec enim potest: vt ff. eodem l. Lucius. quæ est contra. sed hic subaudi, maximè: & hoc nisi iustam causam habeat refragandi: vt ff. de manu. testa. l. seruos. & de leg. ij. l. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo.

ET si non.] CASVS. Testamentum fecisti, filio tuo impuberi seruum tuum nulla facta mentione libertatis tutorem dedisti: an per hoc fiat liber? Respon. quòd sic, & libertatis fauore & pupilli videtur per coheredem pupilli, vel si exheredauit pupillum, per heredem patris libertatem recepisse, & hoc in prima. Idem est si seruum alienum filio tutorem dedisti sciens eius conditionem, nisi te contrarium voluisse apparuerit, & hoc in secunda.

d ¶ *Videatur.* adscripta, id est non præstita libertate: vt & supra de necess. serui. l. quidam. §. j. Sed certè imò videtur directa: vt instit. qui testament. da. tuto. poss. §. j. quæ est contra. Solut. ibi in testamento, hic in codicillis. 2 Vel hæc corrigitur per illam. 3 Vel hic liber ū Codex. credidit. 4 Vel hic putauit alienum. 5 Vel hic diligebat heredem in tantum, vt sit verisimile quòd velit eius esse libertum; & magis quàm orcinum. ADDITIO. Prima solutio communiter solet approbari, vt dicit Christophorus Porcus in d. §. j. instit. qui testament. da. poss. ratio est, quia quid facilius directò disponitur in testamento, quàm in alia voluntate vltima: vt l. hereditatem. & l. non idcirco supra de codicillis †.

e ¶ *Sciens.* secus si ignorans. vt ff. eodem. l. generaliter. §. si quis tutorem.

f ¶ *Datam.* vt ff. de testament. tuto. l. si hereditas. § final. & supra de testament. tut. l. si pupillorum.

FIdeicōmissaria.] CASVS. Reliquit Sticho Titius fideicommissariam libertatem, cùm filius perueniret ad vigesimum quintū annum decessit: nunquid intercidit libertas? Dicitur quòd non: sed eo tempore perueniet ad libertatem, quo si viueret, peruenisset filius ad prædictam ætatem.

g ¶ *Tempore quippe,* &c. vt ff. de manumiss. testament. si ita scriptum. & supra de vsufruct. l. ambiguitatem. & ff. de legatis. j. si cui legetur. Sed contra supra de manumiss. testament. l. cum testator. & de nuptiis. l. sancimus, si quis. Solut. vt dixi supra quando dies legat. ced. l. ex his. Item videtur quod statim præstanda sit: vt ff. eodem. l. final. quæ est contra. Solut. ibi non intelligitur repetita conditio à substituto, quæ vitiaret: & ideò purum est ex tunc.

SI seruus.] CASVS. Seruo tuo in testamento fideicommissariam libertatem reliquisti: qualiter ad libertatem perueniet, quæritur? Respondetur quòd per beneficium manumissionis, vnde si heres tuus libertatem imponere contradicit, compellet eum præses: & si latitet, per senatusconsultum ad libertatē perueniet, decreto vel sententia prætoris interposita.

h ¶ *Manumissione.* vel eo quod pro manumissione habeatur: vt ff. eod. l. si voluntate.

i ¶ *Accepisti.* i. spe, non re.

k ¶ *Interposito.* i. denunciatione, vel lata sententia.

l ¶ *Prospiciat.* vt ff. de iudic. l. qui se dicit, & hoc per senatusconsulta quatuor. scilicet Rubrianum, & Vitrisianum, & Dasumianum, & Articuleianum: quæ quando locum habeant, habes. ff. de fideicommiss. lib. l. cùm verò. §. subuentum. & l. cùm quis. §. si plures. & l. non tantùm. §. senatus. & §. sed Articuleiano. est & Iuncianum, quod in seruo defuncti locum non habet, sed hæredis: vt in eodem titulo. l. non tantum. §. sed si non hereditarium. & in §. si quis.

EO verbo.] CASVS. Testamentum fecisti, heredem instituisti, & dixisti, heres meus, commendo tibi hunc seruum, nūquid per hæc verba videtur ei libertas fideicommissaria relicta. Respondetur quòd non.

† Hæc descriptio diuinatoria est, cæterùm autem friuola. si sit seruus, per fideicommissum, id est tacitè manumisisse videri, non autem directis verbis: sed tamen per huiusmodi manumissionem directam libertatem accepisse quicumque colono à testatore intelligitur manumissus. directam libertatem habeat necesse est, tes hoc modo componetur, quòd si hoc nimis subtilitatis esse putes, dicā Iustinianum maluisse sequi Pauli sententiam, qui directā competere in hoc casu respondit, in l. 31. Quare, §. 1. de test. tutela. quod ab interpretibus miror non animaduersum. Cum enim ab adita hereditate libertatē scilicet competere, satis demonstrat libertatem directam datā. argu. l. j. supra de test. ma. sic & in l. quidam supra de necessariis seruis hered. inst. intelligitur Iustinianus directā libertatē seruo sine libertate instituto competere velle. Nam qui ita soluit, hic minus dicit, Iustinianus autem plus. nam animaduertere debuit, se cum Accursio dicere, hæc corrigitur per illam. Cont.

XII. *Idem AA. & CC. Hyrenio.*

EX verbo, *commendo* [a], testamento vel codicillis [b] non videri [c] fideicommissariam libertaté relictam [esse,] auctoritate iuris declaratur.

Agnoscens legatum tenetur parêre iudicio defuncti. Bald. Vel sic: Aliena ancilla potest fideicommissaria libertas relinqui: & tenetur heres eam redimere, vel eam vendere; si sibi relictum agnouit. Salyc.

XIII. *Iidem AA. & CC. Pythagoridæ.*

SI te donatá ante matrimoniũ vxori suæ, postea ei [d] legato relicto, testamento manumitti, seu codicillis, seu verbis precariis à successoribus voluit [e]: tam eos [f] ad redemptionem & manumissionem, quàm eam [g] quæ in capiendis relictis defuncti consensit iudicio, teneri, tibique fideicommissariam deberi libertatem, non ambigitur [h].

In ventre existenti directò & per fideicõmissũ potest libertas relinqui: & si plures nascãtur, sunt liberti. Sal.

XIIII. *Imp. Iustinianus A. Iuliano præf. præt.*

CVm † inter veteres dubitabatur, si fideicommissariá libertatem possibile esset relinqui seruo qui adhuc in ventre portaretur [i], & homo fieri speraretur: nos vetus iurgium decidentes, libertatis fauore [k] censemus & fideicõmissariam nec non directam libertatem suam firmitatem habere siue in masculo, siue in fœmina †, qui quęve adhuc in ventre vehitur: vt cum libertate solem respiciat [l], etsi [m] mater sua adhuc in seruitute constans eum vel eam ediderit. Sin autem plures creati vel creatæ sint: siue vnius fecit mentionem, siue pluraliter nũcupauit: nihilo minus omnes [n] ad libertatem à primis veniant cunabulis: cũ in ambiguis sensibus melius sit (& maximè [o] in libertate, fauore eius) humaniorem amplecti sententiam. Dat. Kalend. Octo. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.

a Commendare pro laudare & deponere.

a ¶ *Commendo.* id est laudo: *vt hic, & supra famil. ercisc. l. quoties. in fine & quod cum eo. l. fina. & ff. manda. si verò non re. §. cum quidam. & de leg. iij. l. fideicommissa. §. si ita quis.* Aliàs dicitur commendo, id est, depono. *vt ff. de verb. signific. l. commendare. & ff. deposit. l. Lucius.*)

b ¶ *Codicillis.* vt certo vel apposito.

c ¶ *Non videri. vt ff. eod. l. Thais ancilla. §. Lucius.*

SI te donatam.] CASVS. Sponsæ tuæ ancillá dedisti: legato postea vxori tuæ relicto, heredem tuum in testaméto de ea manumittenda rogasti, percepit legatum: an compellendus sit heres eam redimere & manumittere: & hæc sit compellenda vendere, & manumissioni consentire, quæritur: Respon. quòd sic.

d ¶ *Ei.* scilicet vxori.

e ¶ *Voluit.* testator.

f ¶ *Eos.* successores.

g ¶ *Eam.* vxorem.

h ¶ *Non ambigitur.* qui enim aliquid percipit, cogitur manumittere, vel vendere, vt manumissio fiat: *vt ff. eod. l. generaliter. §. si quis alienum. & facit. ff. eodem. l. alieno. §. fi.*

CVm inter.] CASVS. Seruo meo nato iam certum est quòd relinqui potest per fideicommis. libertas an autem nascituro, inter veteres erat quæstio: quam decidit imperator, dicens quòd non solùm directa, sed fideicommis. libertas ei relinqui potest, non solùm masculo, sed fœminæ: nec obstat si tempore quo editus fuerit partus, mater fuerit ancilla, & hoc in prima. Si verò testator sic dixit: qui nascitur ex tali ancilla, fiat liber, si plures ediderit: an omnes erunt liberi, quæritur? & respon. quòd sic. in ambiguis enim &c. & hoc in secunda.

† Ex 50. decisionibus.

† Al. quæ ad huc in ventre portaretur materno, vt enim &c.

i ¶ *Portaretur.* b de infante nato non est dubium: *vt ff. de manum. l. iuris ratio.*

¶ Ventri libertas relinqui potest, vt & infanti.

k ¶ *Fauore.* alia legata posthumo alieno non relinquebantur: *vt insti. de bonorum possessionibus in prin.*

l ¶ *Solem respiciat.* sic ergo nascitur ingenuus. nam ingenuus [c] is est &c. *vt instit. de inge. in princip.* ¶ Sed videtur hoc falsum cum fideicommissaria libertas relinquitur: nam heredis libertus erit: *vt supra eod. l. ibi quibus. quæ est contra.* Sed dic quòd hic fuit relicta fideicõmissaria libertas posthumo, ibi nato. 2 Vel refertur tantum ad casum vbi directa data fuit. nam vtrumque posuit vt supra. Fit ergo differentia [d] inter fideicommissariam libertatem & directam, licèt quo ad alia non sit differentia: *vt supra communia de legat. l. penult.* ¶ Item opponitur, hic conceptus [e] habetur pro nato: sed natus manumissus esset libertus: ergo & hic. Sed dic illud verum cum de commodis eius quæritur: *vt ff. de statu. ho. l. qui in vtero. j.*

c Ingenuus est qui statim atque natus est liber est.

d Libertas directa & fideicommissaria in quibusdã differunt, & in aliis non differunt.

e Conceptus habetur pro nato.

m ¶ *Etsi.* id est quamuis.

n ¶ *Omnes. vt argumen. ff. de legat. j. l. qui filiabus. §. si quis. & de testamen. tute. l. si quis. §. j. & de reb. du. l. si ita fuerit. in fin.* Sed argumen. contra *ff. de manu. testam. l. cum ex pluribus. & ff. de libe. & posthu. l. y.*

o ¶ *Et maximè. vt & infra de communi ser. ma. l. in obscura. & l. in ambiguo. & infra de bon. cred. pos. l. fin. & de post. l. maiorem. & de reb. dub. l. quoties. ij.*

Factum iudicis supplet factum hominis ad damnum, & non ad commodum contumacis. Bald. Vel sic: Post moram in manumittendo seruus per iudicem ad libertatem est deducendus. Salyc.

XV. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

ANcillã siue seruum, cum fideicommissaria libertas ei relicta sit, sancimus, si mora libertatis à debitore [p] facta fuerit, sententia præsidis eripi in libertatem, & nullo facto, aut voluntate ab herede expectanda [q]: sed talem habere eos libertatem, quasi ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti: cum satis impium atque absurdum sit, heredes testatoris differre voluntatem, maximè cum ad libertaté respiciat.

Si libertas fideicommissaria est relicta vni ex liberis ancillæ, quem heres elegerit: illo moriente nulla facta electione, omnes ad libertatem perducuntur. Salyc.

XVI. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

SI quis in testaméto suo rogauerit suum heredé, & ex liberis ancillæ suæ quam nominauerit [r], vnum quem elegerit, ad libertaté perducere: & cum ancilla vnũ vel plures enixa est, heres neque dum superest [s], in libertatem aliquem adduxerit, vel cũ deliberat quis ad libertaté perducédus eũ, ab hac luce fuerit subtractus [t]: dubitabatur ab antiquis vtrúmne omnes, an quidam, an nemo ex his ad libertaté perueniat. sed veteris quidé iuris altercatio multa sane super huiusmodi casibus resonuit *. Nos auté heredis coercentes malignitatem, si non voluntatem testatoris adimpleuerit, & mox cum potuerit, non elegerit vnum ex liberis ancillæ, & cum libertate donauerit: sancimus compelli [u] non solùm eum, sed etiã heredes vel successores eius, omnes ancillæ liberos in libertatem

ANcillam.] CASVS. Ancillę tuę in testamento fideicommiss. libertatem reliquisti. heres erat in mora manumittendi eam, an manumissione heredis non interueniente, vel voluntate eius possit peruenire ad libertatem, quæritur? Respondetur quòd sic ex sententia præsidis, & perinde erit libera, ac si directa ei data esset libertas.

p ¶ *A debitore.* id est ab eo qui eam debet.

q ¶ *Expectanda.* ad hoc vt manumittat. erit enim liber & sine heredis manumissione: interpellari tamen debet heres: *vt ff. eod. l. cum vero. §. subuentum.*

SI quis.] CASVS. Testamentum fecisti, heredem instituisti, & eum rogasti de manumittendo vnum ex filiis Arethusæ, quem eligeret, eo dum vixit, nullum ad libertatem perducente, vel eo deliberante quem manumitteret, vita functus est: an omnes, an quidam, an nullus ad libertatem peruenire possit, apud antiquos erat quæstio. Ad quod respondet imperator, dicés quòd non solùm heres, si potuit & noluit propter contumaciã suam, si superstes est, sed heres eius compelletur omnes manumittere: nec voluntati testatoris derogabitur per hoc quòd voluisset omnes manumitti: quia seruum certum non respexit: sed ad omnes. vnde ob heredis malitiam omnes ad libertatem perducentur, & hoc in prima. In secunda, quòd hæc eadem vera sunt in legatario rogato de manumittendo vnum ex his quem eligeret: & si aliqui pati se dispendium conquesti fuerint, sibi & non huic. l. quæ prædictam pœnam imponit, imputent.

* Multa sibi super his casibus resonuit. Sic in manusc. Contum.

r ¶ *Quam nominauerit.* Arethusam puta.

s ¶ *Superest.* id est dum viuit.

t ¶ *Subtractus.* scilicet heres.

u ¶ *Compelli.* aufertur ergo sibi electio propter contumaciam: *vt ff. de*

vt ff. de solut. l. j. & infra de solut. l. j. & ff. de serui. l. si cui. & facit supra eod. l. cum inter.

a ¶ *Ex sententia.* quæ ad omnes porrecta est quodammodo.

b ¶ *Instantia.* id est contumacia.

perducere *, neque enim hoc contrarium est sententiæ testatoris. Cum enim omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit, & non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit: si non pareatur eius volũtati, sine dubio ex sententia [a] testatoris omnes ad libertatem perueniũt. Similémque esse definitionem censemus & si non ab herede, sed à legatario vel fideicõmissario testator rogauerit libertatem imponi. sic etenim iusto timore heredes & legatarij vel fideicõmissarij perterriti & voluntatem testatoris adimplere procurent, & sibi non ex omnium libertate quãdam afferri patiantur iacturam. Quod si reclamauerint: sibi tale dispendium imputent, non ex nostra lege, sed ex sua lugentes instantia [b]. Dat. XV. Kalen. Decemb. Constantinop. Lampadio & Oreste Conss.

Fatuus est ille iudex qui cum res petitur, in æstimationẽ cõdẽnat, si res præstari potest & debet. Vel sic: Sẽtẽtia debet esse conformis libello: aliàs est iniusta. & ad hoc semper allegatur. Bald. Vel sic: Vbi seruus legatur manumittendus, & heres patitur secum litem contestari, transacto spatio duorum mensium liber efficitur, iure patronatus legatario seruato. Salycetus.

XVII. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

CVm quidam seruum suum ita legauerit, vt legatarius libertatem ei imponat, & heres ad huiusmodi legatũ improbè versatus seruum dare legatario dedignatus est, vt etiã lite pulsetur, & iudex nõ in ipsum seruum, sed in æstimationem litis condemnationem proferat: veteris iuris interpretes dubitabant, ne quod obstaculum libertati ex hac causa procedat. Et si placuerit eandem deberi libertatem, à quo danda sit: vtrúmne ab herede, an à legatario. Et si heres imponat libertatem, an legatarius quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detineat, siue in totum, siue ex parte, siue etiam nihil. Talem itaque altercationem resecantes, miramur quare iudex qui præpositus est in prædicta causa, non omnimodo condẽnationem in seruum [c] sed in æstimationem eius fecerit: cum ipsius vitium [d] etiam huiusmodi pbuit altercationi occasionem. Vnde si talis quæstio emerserit: nullũ quidem iudicem ita esse stultum putamus [e], vt huiusmodi proferat condẽnationem [f]. Sed si legatarius immineat quaten' ei seruus restituatur, & post litem contestatam duorum mensium spatium effluxerit, censemus illico ad libertatem eripi seruum: & illum quidem liberum esse: heredem autẽ pro sua indeuotione in omnes expensas quas legatarius in lite fecit, in quadruplum [g] ei condemnari: iure patronatus integro legatario seruando.

* Producere.

CVm quidam.] CASVS. Titius fecit testamentum, heredem instituit, & mihi Seium legauit, & rogauit per fideicommissum, vt eum manumitteret: heres noluit eum mihi dare, sed in iudicio eum petij, & obtinui: & iudex eum non in seruum, sed in eius æstimationẽ mihi condemnauit: an intercidat libertas, vel ab herede danda, an à me legatario? & si ab herede, an æstimationem quam recepi, possim totam, vel partem, vel nihil retinere? Inter antiquos erat quæstio: & ad hanc non videtur respondere, sed sic dicit quòd miratur quòd iudex tulit talem sententiam condemnando in serui æstimationem, & non in seruum. vnde si talis quæstio de cætero emerserit, nullus iudex sit ita stultus q sic definiat, sed legatariis seru' restituatur, quòd si petitus non detur, tunc intra duos menses à tempore litis contestatę super petitione serui eripiatur in libertatem: & heres legatarius cõdemnetur in expensis quas fecit in litem, scilicet in quadruplũ, & pone, legatario integrum ius patronatus reseruatur.

c ¶ *Seruum.* in seruum enim debet facere cõdemnationem cum est manumittendus. secus si non est manumittendus quandoque: *vt ff. de legat. j. l. si domus. in §. qui confitetur. & §. sequen.*

d ¶ *Vitium.* scilicet iudicis.

e ¶ *Putamus.* ex tempore huius legis.

f ¶ *Condemnationẽ.* quid enim si proferatur? huic enim quæstioni non respondet. Sed respondeo idẽ esse quod esset cum alicui relinquitur pecunia vt alienum seruum emat, vt. s. eũ emat, & manumittat: *vt ff. eod. l. generaliter. §. si quis tutorem alienum.* 2 Vel dic quòd heres conuenitur à seruo vt manumittat: quia legatum resedit penes eum cum onere suo: *vt supra de cadu. tollen. §. pro secundo.* nec legatarius tenetur restituere pecuniam: quia heres sua contumacia sensit hoc damnum. *argum. supra. l. proxim. in fin. & ff. de ta. exhi. l. locum. §. condemnatio.* 3 Vel dic tertio quòd sic, & tũc idem videtur quod est hic, scilicet vt in libertatem eripiatur elapsis duobus mensibus à tẽpore litis cõtestatæ. ¶ Quid ergo si interim heres seruum vendat? Respond. erit in potestate serui, cuius libertus esse velit, emptoris, vel rogantis: *vt ff. eod. l. generaliter. §. fina. & de act. e empt. l. Titius.* nec restituitur precium, vt modo dixi.

g ¶ *Quadruplum.* quod est speciale: aliàs in simplum: *vt supra de iudiciis. l. properandum. §. sin autem alteratra.*

TITVLVS V.

DE DEDITITIA† LIBERTATE * tollenda.

Dedititij libertini erant qui per manumissionem minorem libertatem consequebantur: quia liberi efficiebantur: sed toto tempore vitæ suæ seruire tenebantur. Hanc conditionẽ libertinorum tollit lex ista, & vult quòd eo modo sint liberti quo simpliciter manumissi, & ab eis non differant. Salyc.

I. *Idem A. Iuliano præfecto prætorio.*

DEDITITIA† cõditio nullo modo in posterum nostrã rem publicam molestare concedatur, sed sit penitus deleta: quia nec in vsu esse reperimus, sed vanũ [h] nomen huiusmodi libertatis circumducitur. Nos enim qui veritatem [i] colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus [k], quæ re ipsa obtinent †.

DE DEDITITIA libertate tollenda.

¶ *Quia* [a] *manumissionibus (de quibus expliciuimus) serui fiunt liberti: & libertorum olim triplex fuerat conditio: Dedititia, Latina, ciuitásque Romana: ponit primo de dedititia conditione. & subiicit postea de Latina: quæ quia sublatæ sunt, ponit de eis tollendis, non seruandis. hodie enim sola ciuitas Romana sibi locum vindicat. Azo.* ¶ *Dedititij* [b] *erant qui sine conditione se reddebant Romanis: & quandiu viuebant, serui erant: post mortem vero in libertatem eripiebantur:* vt institut. de lib. §. libertinorum. & de successio. lib. §. fina. *Quare ergo non dicebantur serui? Respondetur: quia successorem habebant, & omnino libertatem sperabant. Vel verius, liberi erant, sed seruire tenebantur: sicut aliàs.* infra communia de manu. l. j. §. si autem proprietarius.

DEditītia.] CASVS. Olim erat quoddam genus hominum qui liberti dedititij dicebantur, qui viuebant serui, sed moriebantur vt liberi. Hodie dicit imperator quòd huiusmodi hominũ cõditio à Romana republi. penitus tollatur, ita quòd nec nomen remaneat.

h ¶ *Vanũ.* nil enim significat dedititia libertas, sicut nec chimæra.

i ¶ *Veritatem.* sic *supra communia de leg. l. ij. in fi. & ĩ ad Orfi. l. si qua.*

k ¶ *Legibus.* non opus est verbis, quorũ nullus sequitur effectus.

a Cõtinuatio.

b Dedititij quales erant.

† v. Alciatũ. Parergõn. 16.

* Quidã contendunt legendum hic & in sequenti titulo, libertinitate.

† Pessimam vocat dedititiorum conditionem Iustinia. Instit. de libertin. vt qui nunquam ad libertatem Romanã peruenire poterant, huius autem conditionis erãt, qui cum ad libertatem perducebantur, aperiebantur ferro publicè pro crimine cæsi, aut ferro vel igne inusti, indelebili fere ti aut igula nota: quòd lex Ælia Sentia induxerat cùm idẽ ferre Augusto tribuat Suetonius.

TITVLVS VI.

DE LATINA† LIBERTATE tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

Primo exorditur, secundo statuit secunda ibi, Sancimus.

DE LATINA libertate tollẽda, & per certos &c.

¶ *Et hæc Latina libertas tollitur. Et dicũtur Latini qui toto tempore vitæ suæ erant liberi, sed in morte eripiebantur in seruitutem, & sic non habebãt heredẽ:* vt instit. de succes. lib. §. fi. *Et nota quòd in hac lege sunt duodecim casus vel tredecim, in quibus olim fiebant Latini hodie per legem istam fiunt ciues Romani, & verè liberi. in omnibus autem, exceptis tribus, seruatur ius patronatus illæsum. Accursius.*

† Data Lampad. & Orest. Conss. lib. 48. Basil. tit. 14.

† v. Alciatum i. parergõn. 16.

CVm dedititij.] CASVS. In principio huius. l. dicit imperator quòd ex quo dedititia sublata est libertas, quare etiam non Latina libertas tollitur? Nunquid Latini liberti diceban-

tur illi qui dum viuebant erant liberi, in morte tamen eripiebātur in seruitutem, nec habebant heredem? Et not. quòd in hac l. xiij. sunt casus in quibus olim aliqui fiebāt Latini, & hodie ciues efficiuntur Romani. Primus incipit ibi. Sancimus &c. Dicit ergo quòd sicut antiqua Latinitas sublata est, quia eius remanet imago. Dicit ergo: Olim Romani subiugā. es sibi aliquam prouinciā, transmittebant homines illius prouinciæ in aliam prouinciam: & dicebantur Latini, id est Romani, & non erant simpliciter liberti, nec erant liberi. vnde sicut illa transmissio iam sublata est, quia aliquando bellum cum indigenis habebant, sic non fiunt hodie huiusmodi Latini: sed cum variis modis introducta erat Latinorum cōditio, & difficultates exortæ tam ex lege quàm ex senatuscons. dicit imperator quòd vult resecare & Latinam libertatē tollere, & certos modos eligere in quibus olim competebat Latina libertas non perfecta. quis enim eodem tempore dicit concurrere libertatem & seruitutem? & hoc in prima.

† Satyra, al. Satura est genus lancis in qua varia cibo rū genera reponuntur. Isid. lib. 5. etymo. Significat etiam sermonem per multas appendices, varios huius libertatis modos esse sa dicit.

† aliàs, in colonias.

1. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Ioanni præfecto prætorio.*

Cum dedititij liberti iā sublati sint [a]: ea ꝓpter [b] imperfecta Latinorum libertas in certis vestigiis titubat [c], & quasi per satyrā [d] † inducta adhuc remanet: & non inutilis quidem pars eius deminuitur: quod autem ex ipsa rationabile est, hoc in ius perfectum deducitur. Cum enim Latini liberti ad similitudinē antiquæ [e] Latinitatis quæ in colonus [f] † missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ nisi bellum accessit ciuile: satis absurdum est ipsa origine [g] rei sublata, eius imaginem [h] derelinqui. Cùm igitur [i] multis modis & penè innumerabilis Latinorum introducta est conditio, & leges diuersæ, & senatusconsulta [k] introducta sunt, & ex his difficultates maximæ emergebant, tam ex lege Iunia, quàm ex Largiano † senatusconsulto, necnon ex edicto diui Traiani, quorum quidē plenæ fuerant nostræ leges, nō autem in rebus eorum fuerat experimentum: studiosissimum nobis visum est hæc quidem omnia & Latinā libertatē resecare: certos autem modos eligere, ex quibus antea quidem Latina competebat libertas, in præsenti autē Romana defertur conditio: vt his præsenti lege enumeratis, & ciuibus Romanis nascentibus, cæteri omnes modi per quos Latinorū nomē inducebatur, penitus cōquiescāt, & non Latinos pariant, sed pro nullis habeātur. Quis enim patiatur talem esse libertatē, ex qua ipso tēpore mortis in eandem personam simul & libertas & seruitus concurrant [l]: & qui quasi liber moratus est, eripiatur non solùm in mortem, sed etiam in seruitutem?

Per scripturam seu epistolam à quinque testibus subscriptam, & ab ipso patrono scriptam, vel subscriptam, consequi potest seruus etiam absens libertatem à domino quasi ex vltima voluntate. hoc dicit vsque ad §. sed & si quis. Salyc.

¶ Sancimus [m] itaque, si quis per epistolam [n] seruum suum [o] in libertatem perducere maluerit: licere ei hoc facere quinque testibus adhibitis, qui post eius literas, siue in subscriptione positas, siue per totum textum effusas, suas literas supponentes, fidem perpetuam possint chartulæ præbere: & si hoc fecerit, siue per se scribendo, siue per tabularium: libertas seruo competat quasi ex imitatione codicilli delata: ita tamē [p], vt ipso patrono viuente & libertatem & ciuitatem Romanam habeat.

Etiam inter amicos seruo præsenti potest libertas in præsentia quinque testium dari, tam in iudicio apud acta quàm extra: dummodo fiat scriptura. hoc dicit vsque ad §. sed scimus. Salyc.

Sed & si quis inter amicos libertatem dare seruo [q] suo maluerit: licebit ei similiter [r] quinque testibus adhibitis † suā explanare voluntatem, & quòd liberum eum esse voluerit, dicere: & hoc siue inter acta fuerit testificatus [s], siue testium voces [t] attestationem sunt amplexæ, & literas tam publicarum personarū quàm testium

a ¶ *Sublati sint.* vt supra l. proxi.

† De his vide Vlpian. frag.

a Per satyram inducta manumissio quid.

b ¶ *Ea propter.* id est propter hoc.

c ¶ *Titubat.* id est dubitat, vel dubitabilis est propter incertas vias eius. Accur.

d ¶ *Per satyram*[a]. id est per varietatē nimiam, siue diuersitatē inductā: & in Decre. *distinct. 9. ca. satyra.* multæ enim leges & variæ de ea tractabant, *sicut & 3. dicitur.* 2 Vel dic per simile dici satyram: quia vt satyrici ludentes imponunt laruam, id est barbam, vt etiam iuuenis videatur senex qui non est, sic & hi dicebantur liberi, non tamen erant, cum moriebantur serui.

b Latinitas antiqua quæ.

e ¶ *Ad similitudinem antiqua.* olim [b] enim Romani subiugantes aliquam prouinciam homines eius ad aliam dirigebant prouinciam, & vocabantur Latini, id est Romani, non tamen erant. sic & hi liberti vocabantur liberi, non tamen erant. vnde & sicut illa missio est sublata, eo quòd quandoque vel contra indigenas, vel cōtra rempublicam insultabant, & non fit hodie hæc transmissio: sic nec sunt huiusmodi Latini. Accur.

c Colonia dicitur terra ad colēdum destinata.

d Argumentum ex legibus correctis ad lites definiendas sumi non debet, vt hic ex earum tamen ratione argumentum duci possumus . . .

e Causa cessante effect[us].

f Cessante principali cessat accessorium.

f ¶ *In coloniis.* id est in villis, vel in terris. propriè enim dicitur colonia[c] terra ad colendum destinata: *vt ff. ad munici. Latium qui. §. j.* sed hic pro tota vna prouincia ponitur.

g ¶ *Origine.* id est transmissione.

h ¶ *Imaginem.* i. Latinitatem ad eius similitudinem inductā. ¶ Et sume hic arg. quòd ex [d] ll. correctis non debeant sumi argumenta in causis, *arg. 3. de Insti. Co. confir. l. vnica.* ¶ Item arg cessante[e] causa cessat etiam effectus: cessante[f] principali cessat & accessorium, *vt ff. de re. iu. l. cum principalis.*

i ¶ *Cum igitur.* quia quod est vtile, recipimus: & quod est inutile, despicimus: ergo videamus quid sit vtile, & quid inutile.

k ¶ *Senatusconsulta.* de quibus habes institut. *de liber. §. libertinorum.*

l ¶ *Concurrant.* vt *inst. de suc. l. lib. §. §.*

¶ *Sancimus.*] CASVS. Titius vult seruo suo absenti per epistolam dare libertatem: an possit quæritur? Respon. quòd sic, adhibitis quinque testibus eidem epistolæ subscribentibus: & siue per se scribentem, siue per tabellionem data fuisset in codicillis, erit liber, non Latinus Romanus: patrono viuente ei libertate plena competente. hoc dicit vsque ad §. sed & si q.s. in quo figura casum hoc modo: Si quis inter præsentes seruo suo voluerit libertatem donare, potest adhibitis quinque testibus: & sic extra iudicium: & siue coram iudice inter acta & tabulario hoc fuerit protestatus, siue testes in iudicio, iudice tamen non authorante, sed teste audiente, protestati fuerint quòd talis seruum talem manumisit eis præsentibus, & scriptura inde facta fuerit, & subscriptio tā manumittētis quàm testium secuta: talis erit liber, non Latinus vt olim, sed ciuis Romanus.

m ¶ *Sancimus.* hic incipiunt xij. vel xiij. casus.

n ¶ *Per epistolam.* scilicet vltimæ voluntatis secūdùm Irnerium. Tu dic inter viuos habitæ: vt in fin. §. & inter absentes: consequitur tamen libertatem quasi ex vltima voluntate, vt subiicit: quod potest prodesse patrono ad hoc vt non videatur concedere peculium. *vt infra de pecu. eius qui mer. libert. l. j.* ¶ Sed quid si non cum hac solennitate, vt testium & literarum publicarum, item subscriptionis patroni, & testium, vel ipsius patroni, sed duo tantùm testes inter fuerunt? Respondetur, cōsequitur libertatem, sed non quasi ex vltima voluntate.

† Adhibita ... [illegible] ... Papinianus. Responsum ... tit 44.

o ¶ *Seruum suum.* absentem scilicet.

p ¶ *Ita tamen.* hoc subiūxit: quia qui in codicillis manumittitur, non nisi mortuo testatore libertatem consequitur: hic autem statim consequitur, vt dicit. & hic est primus modus antiquæ Latinitatis in plenam libertatem deductus.

q ¶ *Seruo.* præsenti. nam superiori casu dixit quando absenti: quod placet: quia de epistola dixit.

r ¶ *Similiter.* id est sicut in superiori casu.

s ¶ *Testificatus.* i. ꝓsente iudice & tabelliōe data libertate, & quinque testib. interuenientib. & subscriptione manumittētis & testiū.

t ¶ *Testium voces.* id est quia quinque testes in iudicio testificantur quòd talis ita seruum suum manumisit præsentib. eis, & scriptura inde facta: & subscriptio tam patroni quam testium est secuta. præsumitur enim sic factum: vt *ff. de dona. l. ex bas.* In superiori ergo §. & in isto quatuor casus collige quibus debetur libertas vt ex codicillis, vnus in primo, tres in isto. Primus quando inter

do inter absentes. Item inter præsentes extra iudicium. Itē in iudicio, & coram iudice, & alijs tanquam inter acta. Itē corā iudice, sed non in forma iudicij. Alij dicunt esse tres tantum, & sic sequitur quintus vel quartus modus. j. proxi. §.

a ¶ *Habeant.* scilicet testium voces.

Sed scimus.] CASVS. Si aliquis seruum suum ægrotātem dereliquerit, & extra domū eiecerit publicè, nec alij eum cōmēdauerit, vel ad hospitale miserit: fiet iste talis seru' ciuis Romanus, nō Latinus, vt olim: nullo modo adhuc superstite domino iure patronat' reseruato, vel ipe in bonis eius relicta succedēdi ipso moriēte. Vi.

b ¶ *Periclitantem.* idē si nō sit infirmus, secundū quosdam: *vt in authen. de nup. §. si verò abrenitia. & §. & multo potius. col. iiij.* qđ non [a] placet. & dicta authen. in languente dicit: sicut hæc, & alia infra *de infami. l. y. & facit l. de bon. lib. l. vltima. §. his vide icet.* Dic ergo: si sanus est seruus, est nulli[a]: donec vel se [b] occupet, vel ab alio occupetur: *vt ff. pro derelict. l. fina. & de stipulatio. seruo. l. quod seru'.* Nec obstat quod dicit: *ff. de publi. iudi. l. sciēdum*, quia verè non ideo ꝙ est absolutus, est liber: sed quia abiect', potest esse liber.

c ¶ *Publicè.* vt notum fit publicè.

d ¶ *Vita liberti.* quantum ad ius patronatus.

e ¶ *Cum moriatur.* quantū ad occupandū bona iure peculij.

Similique modo.] CASVS. Si aliquis ancillam suam hac conditione vendiderit, ne prostituatur, & si prostituta fuerit, in libertatē eripiatur: vel si prostituta fuerit, liceret ei manus inijcere: & emptor eam prostituerit, vel vēditor in eam manus iniiciens similiter prostituerit: fiet libera, nullo casu ꝓstituenti in ea iure patronatus seruato.

f ¶ *Tentauerit.* erit quidē libera, vt subiicit: *vt ff. qui sine ma. ad liber. perue. l. si quis obligatam. in fine. & §. si mea. ita ve. ne prosti. l. j. §. j.*

g ¶ *Iniectionē.* in hac prostitutione specialiter hoc seruat, vt si manus iniectio fuerit apposita sine cōmemoratione libertatis, teneat: alioquin potior erit libertatis cōditio, quàm man' iniectio vtroq; apposito: vno à primo vēditore, alio à secundo: *vt ff. de ser. expor. l. Titius seruum. §. pe. & §. fin.* & notant hic quidam duos casus de xiij. alij vnum dicunt. Accur.

Sed & quid.] CASVS. Si serui alicuius volūtate ipsius vel heredis eius pileati antecesse rint domini defuncti cadauer, statim fiant ciues Romani: ne populus crederet eos liberos esse, deciperetur si secus fieret, patronatus iure patronis seruato.

h ¶ *Sed & qui. l. serui.*

[a] Seruus languens derelictus à domino fit liber, non languens vero derelictus occupanti fit, & est nullius ... [marginal note partly illegible]

habeant [a]: simili modo serui ad ciuitatē Romanā perducantur, quasi ex codicillis similiter libertatem adipiscentes.

Seruus languidus à domino de domo eiectus, & nemini in curam datus, consequitur hodie libertatem, nullo iure patronatus domino reseruato. h. d. vsque ad §. similique modo. Salycetus.

Sed scimus hoc etiam esse in antiqua Latinitate ex edicto diui Claudij introductū, quòd si quis seruum suum ægritudine periclitantem [b] à sua domo publicè eiecerit, neque ipse eū procurans, neque alij eum cōmendans, cū erat ei libera facultas, si non ipse ad eius curā sufficeret, in xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eum adiuuare: huiusmodi seruus in libertate Latina antea morabatur: & quem ille morientem antea dereliquit [a], eius bona iterum cū moreretur, accipiebat. Talis itaque seruus libertate necessaria domino etiam nolente re ipsa donatus, fiat illico ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus quōdam domino reseruetur. Quē enim à sua domo suáque familia publicè [c] repulit, neque ipse eum procurans, neque alij cōmendans, neque eum in venerabilem xenonem mittens, neque consueta ei præbens salaria: maneat ab eo ciúsque substantia penitus segregatus, tam in omni tempore vitæ liberti [d], quàm cum moriatur [e], necnon postquam iam in fata sua concesserit.

Ancilla vendita sub pacto ne prostituatur, prostituta libera efficitur. & idem si vendens sibi reseruauit manus iniectionem, & ipse postea eam prostituit: nec aliquod ius patronatus ei seruatur. hoc dicit vsque ad § sed & qui domini. Salycetus.

Similíque modo si quis ancillā suā sub hac conditione alienauerit, ne prostituatur, nouus aūt domin' impia mercatione eā ꝓstituēdā esse tentauerit [f]: vel si pristinus dominus iniectionē [g] manus in tali alienatione sibi reseruauerit, & cū ad eū fuerit reuersa, [ipse] an-cillam prostituerit, illico in libertatem Romanam eripiatur: & qui eam prostituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita demum degener & impius constitutus est, vt talem exerceat mercationem: quomodo dignus est vel ancillam vel libertam eam habere?

Serui pileati cadauer domini antecedentes, vel in lecto cadaueris stantes, liberi efficiuntur. h. d. vsque ad §. illo proculdubio. Salyc.

Sed & qui [h] domini funus pileati [i] antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadauer ventilare [k] videntur: si hoc ex voluntate fiat vel testatoris, vel heredis: fiant illico [m] ciues Romani. Et ne quis [n] vana liberalitate iactare se concedatur, vt populus quidem eum quasi humanum [o] respiciat, multos pileatos in funus procedentes adspiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in pristina seruitute publico testimonio defraudati: fiant itaque & hi ciues Romani [p], iure tamen patronatus patronis integro reseruato.

Non attenditur voluntas manumittentis in ea parte qua dicit se velle illum Latinum libertum esse. h. d. vsque ad §. sed & si sub conditione. Salyc.

Illo proculdubio obseruando, vt si quis siue in testamento, siue vindicta quendam manumiserit, licèt hoc dixerit vel scripserit, quòd voluerit eum esse Latinum: superuacua adiectio Latinitatis aboleatur, & ita fiat ciuis Romanus [q]: ne modi qui ab antiqua obseruatione in ciuitatem Romanam homines perducebant per priuatorum voluntates deminui videantur.

Si heres manumittit seruum pendente conditione libertatis sibi relicta tenet libertas, sed enim sit libertus, demonstrabit conditionis euentus. h. d. vsque ad §. illud. Salycetus.

Sed & si sub cōditione quidē libertatē [r] seruo suo reliquerit, & adhuc pēdente conditione extraneus

i ¶ *Pileati.* id [a] est pileos ferentes in capite, vt liberti. nec enim serui deferebant, vt per hoc fieret honor mortuo.

[a] Pileati ferentes, qui dicantur.

k ¶ *Ventilare.* thure secundùm Ir. Vel dic funibus, quia funibus portabantur, qui trahi poterant huc & illuc.

l ¶ *Heredis.* accommodata post aditam hereditatem: *vt supra de man. testa. l. directis*, nisi postea adeat quando obstabat ei factum suum: *vt ff. de pigno. act. l. rem alienam. & j. de ser. pign. da. ma. l. creditoribus. & ff. quorū leg. l. j. §. quod ait prætor.* sed non adita non erant liberi: *vt supra de cadu. tol. §. in nouissimo. & de manu. test. l. libertas.*

m ¶ *Illico.* id est adita hereditate, vt dixi.

n ¶ *Ne quis.* testator vel heres. & dic, ne quis, id est non aliquis.

o ¶ *Humanum.* id est valde liberalem.

p ¶ *Romani.* Nota quòd tacere [d] in aliorum deceptione, est nocere: *vt, supra ad Vell. l. si fine.*

[d] Tacere dā alius decipitur, obligatur.

Illo proculdubio.] CASVS. Dicitur in hoc §. quòd si aliquis in testamento vel inter viuos seruum manumiserit, & adiecit quòd velit eum fore Latinum: talis adiectio abiiciatur, & fiat ciuis Romanus.

q ¶ *Ciuis Romanus.* Nota vtile per inutile non vitiari: *vt ff. de arbi. l. Pedius.* Sed argu. contra. *ff. de reg. iur. lege, actus.*

[e] Vtile per inutile nō vitiatur.

Sed & si.] CASVS. Si aliquis in testamēto suo herede extraneo instituto, libertatem seruo reliquerit directam sub conditione si nauis ex Asia venerit, & pendente ea heres eum manumiserit, Latinus non fiat vt olim: sed ciuis Romanus. & sic cōditio defecerit, fiat libertus manumittentis. Si verò extiterit, liberorum & agnatorum in eo reseruetur ius patronatus & dicatur libertus orcinus. Viuianus.

r ¶ *Libertatem.* directam secundùm Ioan. *vt in fi. huius. §. pe-nult.*

heres libertatē ei iposuerit: nō ut antea Latinus, sed ciuis fiat Romanus. Et si q̄dē cōditio defecerit: ipsius heredis q̄ libertatem imposuerit[a], maneat libertus: Sin autem fuerit adimpleta cōditio, ne eripiatur liberis forsitan & cognatis[b] ius patronatus, Orcinus libertus videatur: & ad eum iura patronatus perueniant, cui leges concedunt.

Si precium recipit dominus vt seruus in libertate moretur, vel eū manumittat, hodie libertus Latinus nō erit, sed simplex libertus. hoc dicit vsque ad §. sed & si quis. Salyc.

Illud etiam satis acerbū nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali iudicio superatus fuerat seru⁹ à domino, deinde serui preciū ab aliquo ei solutum est[c], in Latinitate eū remorari. quemadmodū enim rationabile est, & precio eum perfrui, & mortis liberti tēpore denuo eum in seruitutē deducere, cum non sint ambo casus sibi consentanei? Et in p̄senti igitur casu libertas Romana ei accedat, iure patronat⁹ minimè[d] ei subnixo: quia ipse quodāmodo sibi libertus inuenitur.

Si dominus iungat ancillam libero: libera efficitur, hoc dicit vsque ad §. similique modo. Salyc.

Sed & si quis homini libero suam ancillam in matrimoniū collocauerit, & dotem pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis† personis solùm p̄cedere) ancilla nō Latina, sed ciuis efficiatur Romana. Si enim hoc quod frequentissimè in ciues Romanas, & maximè in nobiles personas fieri solet, id est dotalis instrumēti conscriptio, & in hac persona adhibita est: necessarium est consentaneum effectū huius scripturæ obseruari.

IN AVTHENT. DE nupt. §. si verò ab initio. & §. adscriptitio. colla. iiij constitu. j.

Si quis recipit ancillam in matrimonium vt liberam, vel econtra mulier recipit seruum vt liberū domino sciente, & patiente: liber efficitur, & tenet matrimonium: quod non procedit in adscriptitio. Secundùm canones distinguitur, an sciatur inter coniuges, & tunc tenet matrimonium: an nesciatur, & tunc non tenet. xxix. q. ij c. si quis liber. Salyc.

AD hoc qui suā ancillā credēti[f] tradidit in matrimonium tanquā liberā: siue cōfecerit dotalia instrumenta, siue non, aut sciēs eam duci, tacuit[g] ex studio: dominū eius amittit, eāque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de seruo.

Si verò nec domini voluntas, nec taciturnitas studiosa interueniat, & quis credidit liberæ se iungi p̄sonæ, illa verò famula existere declaret: ipso iure matrimonium non tenet[h]. Adscriptitio autē alieno nubere liberam non licet ignorāte vel sciēte nec cōsentiēte domino: immo datur licentia domino per se vel per præsidem abstrahere adscriptum suum, & plagis mediocribus eum castigare.

Finis authenticæ.

Adfirmans apud acta seruū suum esse suum filium, facit eum liberum, & non Latinum: licet eum non faciat sibi filium. hoc dicit vsque ad §. ille autem. Salyc.

Similique modo si dominus inter acta quendam seruum filium suū nominauerit: voci eius quantum ad liberam cōditionem credendum est. si enim ipse tali affectione fuerit accēsus, vt etiam filium suum seruū nominare[i] non indignetur *, & hoc non secretò, neq; inter solos amicos †, sed etiam actis interueniētibus, & quasi in iudicij figura[k] nominauerit: quomodo potest eum seruum iterū saltem morientem habere? sed perducatur & ipse in ciuitatem Romanam, vera libertate, & non falso sermone domini sui sustentatus.

Si dominus instrumenta seruitutis tradat seruo, vel corrumpat in præsentia quinque testium: seruus liber efficitur, iure patronatus domino illæso seruato: hoc dicit vsque ad §. his tantummodo. Salyc.

Ille autem nouissimus antiquę Latinitatis mod⁹ in ciuitatē Romanā trāslat⁹ eligēd⁹ est, si quis instrumēta ex quib. seru⁹ ostēdebatur, vel dederit seruo, vel corruperit. Sed ne furādi occasio seruis forsitan detur[l], & sua malignitate in libertatē perueniāt. talis mod⁹ certa & indubitata p̄batione manifestetur, vt testibus p̄sentib. nō min⁹ quinque[m] dominus instrumenta vel det famulo suo, vel deleat, aut alio modo corrūpat. Et ex eo igit̄ modo ciuitatē Romanā ei cōpetere cēsemus, saluo iure patronatus tā in hac specie, quàm i cęteris: nisi vbi specialiter hoc

---

a ¶ *Imposuerit.* huic est contra *ff. ad Trebellia. l. si cui p iusiurandu*: vt dicit cōtra defuncti volūtatē interim non præstandā libertatē. Sed expone ibi, id est contra defuncti voluntatem, esset si cogeretur heres. ipōte autem potest: vt hic.

b ¶ *Cognatis.* quibus[a] & agnati continentur. Succedunt enim vsque ad quintum gradum *vt institu. de succes. liber. §. nouissi.* nec est contra. *ȝ. de in ius. vocād. l. venia.* quia ibi dicit transire ad extraneos heredes quādiu iura patronatus q̄ sunt in[b] non faciendo, vt de non vocādo in ius, vel nō testificando. Hic dicit de succedendo non transire.

Illud etiam.] CASVS. Si seruus à domino ex possessione libertatis in seruitutē petat, siue seruus in libertatem ex possessione seruitutis proclamauerit, & succubuerit, & aliquis pro seruo decē dederit, vt remaneat liber: olim erat Latinus, hodie fit ciuis Romanus, nullo iure patronatus domino seruato. Viuianus.

c ¶ *Solutum est.* sponte accipiēti. at si accepisset à seruo, non cogeretur stare pacto: *vȝ. de transactionibus interpositas.*

d ¶ *Minimè.* vt *& supra de ope. liber. l. qui nummis.* Sed contra. *ȝ. de bo. liber. l. j. ij. responso*, vbi dicit eum habere contra tabulas. Sed ibi à seruo accepit pecuniā, hic ab extraneo: vnde secus est. *vt ff. de bo. liber. l. etiam. §. si quis nummos. & de sui & legi. l. intesta. §. j.* Itē nota hoc verbum consuetum[c], Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur, Maiestas[d], & amor, sceptri grauitate relicta &c.

Sed si & quis.] CASVS. Si quis ancillam suam alicui libero credenti eam liberam collocauerit in matrimonio, & dotalia conscribat instrumenta: olim fiebant Latini, hodie ciues Romani. Viuianus.

e ¶ *Conscriptio.* Argumen. quod[e] ipso facto aliquid declaretur: *vt supra de testam. lege non codicillum. & ff. de reru. lege fina. & infra de pa. po. lege. j.*

¶ AD hoc. *Credenti.* i. ei q̄ crede-

bat domino tradēti, & volenti eam liberam: vt in corpore continetur. Accur.

g ¶ *Tacuit.* sic[a] ergo tacere in alicuius deceptionem, nocet: *vt & i. ead l⁹ cilla ea. l. fine. §. j. & i. in hac. l. §. sed & quis domini.*

h ¶ *Matrimonium non tenet.* Sed secūdùm canones distinguit, an sciatur inter coniuges, & sic tenet matrimoniū vel non, & tunc nō tenet. *vt xxix. q. ij. c. si quis liber.*

Similique modo.] CASVS. Si quis coram iudice seruum suum filium vocabat: quātum ad causam liberalem, licet non quo ad ius filiationis, olim erat Latinus, hodie ciuis Romanus. Viuianus.

i ¶ *Nominare.* & sic sola nominatio[b] facit eū liberum secundùm Azo. quod non credo, nisi adoptauit eum, vel adoptare incepit: vel fortè nisi ea voluntate vocauit, vt vellet eum liberum effici.

k ¶ *Iudicij figura.* nota, figura iudicij. Et sic nota: licet quod ago, non valet vt ago: valet tamē vt valere potest. id est licet per hoc non efficiatur filius, fit tamē liber: *vt institut. de adopt. §. fina.* Sed argu. contra. *ff. de condit. & demon. l.* ... *§. y.*

Ille autem.] CASVS. Si aliq̄s seruo suo instrumēta emptionalia quæ in emptione serui confecta erant, tradiderit, vel corruperit adhibitis quinque testib. (talia enim instrumenta seruo dari non possunt nisi testibus quinque adhibitis, ne seruo furādi detur occasio) tūc non fiat Latinus, vt olim, sed ciuis Romanus. Viuianus.

l ¶ *Forsitan detur.* Not.[d] non dari occasionē delinquendi: *vt supra de indicta vidui. lege. y. & ff. nau cau sta lege. j. §. maxima. & in proœmio. ff. §. illud.*

m ¶ *Non minus quinque.* Est ergo[e] deterior liber tatis conditio quàm alterius rei, cū aliàs duo sufficerent testes: *vt ff. de probatio. lege si chirographum.* & est ratio, cum sint familiares: & ea res est eis maxima, facilè subtraherent: *vt argument. supra de fideicommiss. lege fin.* Alij dicunt alibi præsumi debito-

---

a Cognatorū lata appellatione agnati continentur vsque ad quintum gradum.

b Iura patronatus quæ in non faciendo versantur, trāseunt ad heredē etiā extraneum.

† Dos enim cōstitui non potest nisi liberis personis & sponsalitiis ... de natiuit. extra de præsumptio.

c Ouidius in fine secund. Metamor.

d Maiestas & amor non bene inter se coniunguntur.

e Factis ipsis æquè declaratur voluntas ac verbis.

a Tacere ... alterius decepto nocet.

b ...

c ...

d Occasio delinquendi dari non debet.

e Libertatis conditio deterior quàm alterius rei.

bitorem liberatum, eo ipso quòd est apud eum instrumentum: *vt dicta lege si chirographum. & de pact. l. Labeo.* quod non placet: nisi[a] probetur redditum: *vt ff. de solut. pe. pecunia. & l. sequen.* est tamen magna præsumptio pro debitore.

a Chirographū si habeat debitor an præsumatur ob id liberat[us].

a ¶ *Denegauimus. supra eod. § sed scimus. & § similique modo. & § illud.*

· *His tantummodo.*] CASVS. His xiij. modis electis cæteri aboleantur: nec Latini dicantur, sed serui maneant, & lex Iunia Norbana & senatusconsul. conquiescat, nec de cætero locum habeat: licèt antiquitus libertorum triplex fuisset conditio. quidam enim plenam, quidam pleniorem, quidam semiplenam accipiebant libertatem, & ciues fiebant Romani. Constitutio autem ista ad futuros libertos pertineat: & si aliqua bona libertorum ante legem istā occupata sunt, eis non præiudicetur. Viuianus.

b ¶ *Conquiescant.* Non tamē tollit modos manūmittendi: *vt supra de his qui in eccles. manumitt. l. fina. & instit. de liber. §. multis.*

b Senatusconsultum Largianum.

c ¶ *Senatusconsulto.* quo[b] cautum est, vt liberi manumissoris non nominatim exheredati, extraneis heredibus eorum in bonis latinorum præponerentur: *vt instit. de success. liber. §. fin.*

c Edictū diui Traiani.

d ¶ *Traiani.* quod[c] edictum faciebat viuum ciuem Romanum: Latinum autem morientem, si inuito & ignorante patrono ad ciuitatem ire beneficio principis volebat. *vt institu. de success. lib. §. fina.*

e ¶ *Ad eam partem.* Nota scripturam[d] pro parte tenere, pro parte nō: *vt in authentic. vt cu de appella. cog. §. si autem. colla. viij. & dixi supra de transact. l. si ex falsis.*

d Pro parte scriptura tenere potest: pro parte non tenere. v. Consi. singulari Corne. Bro.

patronis denegauimus[a].

Hic cassat omnes alias leges de Latina libertate loquentes: & subiungit quòd hæc lex habeat locum in libertis futuris, non autem præsentibus, vel iam mortuis. hoc dicit vsque ad finem. Salycetus.

His tantummodo casibus ex omni iure Latinitatis antiquæ electis, cæteri omnes modi qui in libris prudentium, vel constitutionibus enumerati sunt, penitus conquiescant[b]: nec Latini ab eis procedant, sed maneant (vt dictum est) serui in sua conditione, nec tali remedio abuti concedantur. & nec in posterum aliquod ius Latinæ libertatis nostris legibus incurrat, lex Iunia taceat. Largiano senatusconsulto[c] cessante, sileat edictum diui Traiani[d], quod ex ea sequebatur. & si qua alia lex, vel senatusconsultum, vel etiam constitutio loquitur de Latinis, ea inefficax quantum ad eam partem[e] remaneat: & triplex antea via libertatis, quæ multiplices introducebat ambages, vno directo tramite discat ambulare. Quòd si aliqua lex vel constitutio libertatis faciat mentionem, non autem Latinitatis: ea pro ciuitate Romana loqui intelligatur. Sed si quidam liberti iam mortui sunt, & bona eorum quasi Latinorum his quorum intererat, aggregata sunt, vel adhuc viuunt, nihil ex hac lege innouetur, sed maneant apud eos iure antiquo firmiter detenta & vindicanda. In futuris autem libertis præsens constitutio locū sibi vindicet. Dat. Kalend. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. Conss.

Lib. 48 Basilic. tit. 24. cap. 2.

DE COMMVNI seruo manumisso.

Dixit de proprijs seruis, nunc de communibus.

Diuisio.

IN *communes seruos.*] Primo altercationes antiquorum recitat. Secundo illas decidit, & noua dubia remouet. Secunda ibi, His itaque. CASVS. Olim si aliquis habebat seruum communem cū aliquo & alter seruo volebat libertatem imponere: inter veteres erat quæstio, an non volenti manumittere, pars volentis accresceret, necne. & hoc maximè in mili-

TITVLVS VII. DE COMMVNI SERuo manumisso.

Olim si socius legabat libertatem communi seruo, si erat miles eius heres compellebatur illum emere, & libertatem dare, quod non erat in priuato. & ex aduerso socius compellebatur vendere, ne libertas deficeret: & si conueniebant de precio, iudex illud arbitrabatur. Hodie verò siue sit miles, siue priuatus, qui vel inter viuos, vel in vltima voluntate seruum communem vellet manumittere, compellitur socius siue sit vnus,

te dubitabatur. propter hoc duplex circa materiam istam fiebat constitutio. Prima, si miles seruum cum priuato haberet communem, & ei libertatem voluit imponere: heres suus compellebatur partem socij emere: alter autem generaliter compellebat socium suum partem suam vendere: licèt ex substantia socij nihil lucri ad eū peruenisset, precio arbitrio prætoris constituto, & hæc sunt quæ à plurib' iurisconsultis relata sunt nullo habito delectum priuati & militis: vt si quis cū vno vel cū pluribus seruum communem habeat, & inter viuos, & in vltima voluntate ei velit libertatem imponere, hoc ei liceat: & alius vel alij socij partem suam compellentur vendere, qualemcunque habeant siue tertiam, siue dimidiam, siue quartam, ipsi vel heredibus eius, si hoc moriens dixit, scilicet quòd vult eum esse liberum, & emi à sociis: ita videlicet vt qui aliorum partem comparauit, si adhuc superstes est, compellatur libertatem imponere, & heres eius, si iam cessit in fata. Si verò socius vel socij precium recipere noluerint, consignetur, & in æde sacra deponatur: seruus plenam consequatur libertatem: & sibi imputent socij, qui lucrari precium distulerint: ita vt peculium inter eos socios diuidatur pro ea parte pro qua quisque in eo habet dominium: & licèt libertatem seruo imponenti, seruo concedere peculium, ei iure patronatus pro suo ordine reseruato. hoc dicit vsque ad §. fin autem seruus. Viuianus.

siue plures, illum ei vel eius heredi vendere: nec pro precio ad iudicem recurritur: quia lex ista cessatur in versicu. ne autem quantitas. & si precium oblatum non recipiat, sufficit in æde sacra deponi, vt hic in versicu. sin autem socius. & peculiū serui inter socios pro rata domini debet diuidi. & si seruus ratiocinijs erat suppositus tenetur prius reddere rationes intra tempus à iudice præfixendum. hoc dicit vsque ad versicu. sin autem vno ex socijs. Salycetus.

I. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Iuliano præfecto prætorio.*

IN † communes seruos, eorúmque libertates, & quando cuidam domino pars libertatem imponentis accrescit, necne, & maximè inter milites, qui huiusmodi imponunt libertates, ambiguitas multa exorta est apud veteres iuris authores: & inuenta est constitutio apud Martianum in constitutionibus diui Seueri, per quā idem imperator disposuit necessitatem imponi heredibus militis comparare partem socij, & seruum libertate donare. Sed & alia constitutio[f] diuorum Seueri & Antonini principum reperta est, ex qua generaliter necessitas imponebatur socio partem suam socio vendere, quatenus libertas seruo imponatur: licèt nihil[g] lucri ex substantia socij morientis alij socio accedat: precio videlicet arbitrio prætoris constituendo, secundū ea quæ & Vlpianus libro sexto fideicommissorum, & Paulus libro tertio fideicommissorum refert vbi & hoc relatum est, quod & Sextus Ælius * iuris antiqui conditor definiuit, socium per prætorem compelli suam partem vendere, quatenus liber seruus efficiatur: quod & Marcellus apud Iulianum in eius Digestis notat: hocque Marcellum, cum Iulianum notaret[h], retulisse, palam est.

† Et so decis. confer cum §. vlt. Institut. de dona.

f ¶ *Sed & alia constitutio.* prima constitutio compellit heredem emere, hæc secunda socium vendere. & vtrumque speciale: sed hæc secunda generaliter quemlibet socium, sed prima tantùm militis heredem.

g ¶ *Licet nihil.* Immo contra, *argumen. supra de fideicommiss. liber. l. deberi.*

* Ceolius.

h ¶ *Notaret.* id est, reprehenderet.

i ¶ *His itaque.* scilicet relictis ambiguitatibus.

k ¶ *Serui communibus.* scilicet manumittendis.

His itaque[i] apud veteres iuris auctores inuentis, decidentes tales altercationes, generaliter sancimus, vt nulla inducatur differentia militis seu priuati in seruis communibus[k]: sed in

a Vt liceat quis inuitum cogi potest. & add. secundum regula 435.

b Maioris partis iudicio nō statur.

c Qui inter viuos seruū manumittit tacite peculium ei donare intelligitur, nisi ademerit: qui testamento non aliàs donare peculiū manumisso intelligitur, si nominatim peculium donauerit. Itaq; manumissum inter viuos peculium tacitè sequitur: testamento manumissum non sequitur.

a ¶ *Famulis*. id est seruis.

b ¶ *Necessitatem*.[a] Not. quem cogi vendere: *vt & not. supra de iure deliber. l. nec emere*. Sed an prius detur libertas, quàm precium soluatur? Respon. immò prius soluetur precium, *vt hic innuit, & ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. offerri*.

c ¶ *Vno ex his*. non ergo statur iudicio maioris[b] partis: *vt ff. de ser. rusti. praedio. l. per fundum*.

d ¶ *Et hoc moriturus*. scilicet quòd vult esse cū liberū, & emi à sociis. si enim hoc non dixit, videtur instituendo seruū communē voluisse hereditatē suis sociis per eādem personam acquiri: vt & in legato dicitur: *vt ff. pro socio. l. verum. §. seruo communi. & ff. ad l. Falcid. l. Plautius*.

e ¶ *In aedem sacram*. vel ibi vbi competens iudex disposuerit: *vt s. de vsuris. l. acceptam*.

f ¶ *Imputent* Quid si aliquis eorum erat minor vigintiquinque annis? Idem dicam, *argu. de fideicomm. lib. l. cum quasi. § si plures*. Arg. contra supra *de admini. tuto. l. lex quae tutores*. hoc secundū H. & haec eadem in adscriptitio plurium intellige: *vt argu. infra de agrico. & censi. l. ne diutius lib. xj*.

g ¶ *Pro quibus quisque*. quandoque pro virilibus: *vt ff. de stipula. seruo. l. §. si seruus*. quandoque in totum apud alterū, vt si solus concesserit: *vt ff. de pecu. l. quis ergo*.

h ¶ *Concedere*. quòd semper ei conceditur cū inter[c] viuos manumittit: *vt infra de peculio eius qui libertatem meruit. l. vnica*. Accursius.

Sin autem seruus.] CASVS. Si seruus suppositus est ratiociniis: ne rationes pereant: vel libertates impediantur praeses tempus statuet, intra quod rationes & reliqua si qua emerserint reddātur: & sic ad libertatem perueniet. Cōsequēter in versicu. ne autem. dicitur qualiter facienda est aestimatio serui. & per se patet. Si vero

omnibus communibus famulis[a], siue inter viuos, siue in vltima dispositione libertatem quis legitimam imponere cōmuni seruo voluerit, hoc faciat: necessitatem[b] habente socio vendere partem suam quantam in seruo possidet, siue dimidiam, siue tertiam, siue quantamcunque. Et si plures sint socij: vno[c] ex his libertatem imponere cupiente, alios omnes necessitatem habere partes suas quas in seruo possident, vendere ipsi qui libertatem seruo imponere desiderat, vel heredi eius: licet ipse communis seruus heres institutus sit, & hoc moriturus[d] dixerit: ita tamen, vt omnimodo ipse, qui partes alias comparauerit, vel heredes eius libertatem imponant. Sin autem socius vel socij recusauerint precium accipere: licentiam ei damus offerre hoc per publicas personas, & sigillo impresso in aedem sacram[e] deponere, & sic habere facultatem seruum libertate donare, & cum habere plenissimam libertatem, & ciuitate Romana perfrui, & nullum timere ex sociis. sibimet enim imputent[f], si cùm liceret eis lucrari precium, hoc accipere distulerunt. Sed ne circa peculium serui aliqua fiat dubitatio: peculium eius in omnes socios peruenire iubemus ex partibus pro quibus quisq;[g] dominium serui possidet: Licentia concedenda ei qui libertatem moriens imponit, eius peculium quod ei attingit, liberto concedere[h]. Iura autem patronatus proculdubio pro suo ordine ad eum venire, qui[i] libertatem donauit. Sin autem seruus ratiociniis suppositus est: ne ratiocinia pereant, vel libertas impediatur, praesidem prouinciae, vel competentem iudicem tempus statuere oportet, intra quod debeat ratiociniis antea factis, & debitis quae ex his apparuerint, redditis, ita ad libertatem venire. ne autem quantitas[i] seruilis precij sit incerta, sed manifesta: sancimus serui precium, siue ancillae, si nulla arte sunt imbuti, viginti solidis† taxari: his videlicet qui vsque ad decimum annum suae venerint aetatis, in decem tantummodo solidis* ponendis. Sin autem aliqua arte praediti sunt exceptis notariis & medicis, vsque ad triginta solidos precium eorum redigi siue in masculis, siue in foeminis. Sin autem notarius sit, vel medicus, siue masculus, siue foemina: notarius[k] quidem vsque ad quinquaginta, medicus autem vsque ad sexaginta taxetur. Sin verò eunuchi sint serui communes, maiores decem annis: si quidem sine arte sint, in quinquaginta solidos computentur: si autem artifices, vsque ad septuaginta. Minores etenim decē annis eunuchos non amplius triginta solidis aestimari volumus[l], & eorum partem competentem socij accipient, & libertatem eis per competentes iudices imponere compellentur.

† aliâs. in viginti solidos.

* solidos.

Vbi vnus ex sociis primo petiit seruum manumittere, postea alius idem postulat potior est primus. sed vbi omnes concurrunt à principio, vel ex post facto, omnes compelluntur sine precio: & tunc omnibus seruatur ius patronatus illaesum. hoc dicit vsque ad §. ius autem accrescendi. Salycetus.

Sin autem vno ex sociis libertatem siue imponere siue relinquere[m] seruo cupiente. & precium dante, alter vel alteri ex his ipsi se velle dixerint libertatem imponere, & precium dare: melior quidem causa erit eius qui primus ad hanc rationem pietatis peruenit. Si tamen sub obtentu libertatis[n] & ipsi ad hoc prosiluerint: tunc iudicem competentem omnes compellere sine precio ei libertatem imponere: peculio quidem in omnes secundùm partem dominij distribuendo. Iura autem patronatus secundùm sui naturam omnibus qui libertatem imposuerint, aequaliter habentibus.

Vbi vnus ex dominis communi seruo libertatem legabat, partem suam amittebat; & socio accrescebat: quod hodie est correctum per hanc legem, & libertas competit eo modo quo supra: vt instit. de dona. §. fina. Salyc.

Ius autem accrescendi, quod antiqua iura in cōmunibus seruis manumittendis introducebant nullius esse momenti, nec in posterum frequentari penitus concedimus. Dat. Kal. April. Lampadio & Oreste. III. Conss.

Qui legat seruo communi seipsum: videtur ei legare libertatem. Item quando verba possunt dupliciter intelligi debeat interpretari in humaniorem partē. Bald. Vel sic: Si alter ex dominis partem quam habet in seruo, ipsi legauit: contem-

rò vnus dixit in solidū se velle libertatem imponere, & precium dare: & alius postea veniat idem offerēs: prior potior erit habendus. Si verò vnus pro parte velit libertatem imponere, & alius sequens similiter, nullo hinc inde refuso precio, omnes libertatem imponere cōpellantur: & peculium pro parte dimidia inter eos distribuatur, iure patronatus aequaliter omnibus reseruato. Iure autē accrescendi, quod ab antiquis erat inductum penitus euacuato, nec in posterū frequentari concedatur. Viuian.

i ¶ *Ne autem quantitas. ad hoc supra communia de lega. l. fin. circa prin.*

k ¶ *Notarius*. i. scriptor.

l ¶ *Volumus*. quae aestimatio est supra *communia de lega. l. si duobus*.

m ¶ *Relinquere*. scil. in solidū. & in hoc differt ab vltimo casu huius legis.

n ¶ *Sub obtentu libertatis*. non mouetur ideo ad hoc, quòd alius idem vult facere. nam & si alius nollet, iste ad hoc veniret, & sic contemplatione libertatis tantùm, non astutia facit hoc. Vel dic, cū vterque vult in solidum & totum manumittere, & alteri precium offerre: tum potior est is qui primo venit. Sed si is qui secundo venit, velit suam solam partem serui manumittere: tunc vterque compelletur suam partem manumittere. *& ad hanc l. facit instit. de dona. §. finali*.

Cum apud.] CASVS. Olim inter veteres conuenit, vt seruus communis apud vnumquemque dominorum partim esset alienus, partim proprius & si vnus dominorū partem quā habebat in seruo legauerit ipsi seruo, dicēdo sic, Do lego te tibi: inter eos q̄stio erat, quē sēsū haberēt verba ista. distinguit ergo Imperator, quòd testator aut putauit posse illum fieri liberum pro parte, aut

contemplatione socij: vt sua pars socio acquireretur, quòd nolebat eum ad hæreditatem peruenire: dicit quòd sic sunt verba testamenti interpretanda, vt pro parte fiat liber necessitate imponenda socio de vendenda parte sua hæreditatis diuidendæ per legem proximam: & si precium recipere noluerit, consignetur, & periculo suo deponat: cùm in ambiguis, benignior sententia sit præferenda.

a ¶ *Et ipse legato.* Nam seruo[a] communi potest legari, & acquiritur socio tunc legatum: *vt hic, & ff. pro socio. lege veri. §. seruo communi.* sed ↄprio non: *vt supra de leg. st. lege seruus.*

a Legari potest seruo communi.

b ¶ *Ex parte seruum.* hic fatuus[b] erat error, quia non potest pro[c] parte esse liber, & pro parte seruus: *vt ff. de libera. cau. l. duobus. & de exceptione rei iudicata. l. iudicare. & de lega. j. l. cum filius.*

b Error fatuus. c Pro parte liber, pro parte seruus nemo esse potest.

c ¶ *In sua parte donare.* potest ergo sibi[d] legari ipsemet. & sic est contra. *ff. de hæredib. instituen. l. sed & si sub conditione. §. finali.* Solut. ibi erat hæres institutus seruus, vnde nec dicitur à seipso sibi legari, hic autem hæredes sunt filij, à quibus inuenitur sibi legatus.

d Legari sibi non potest quis à seipso.

d ¶ *Fiat itaque.* Futurum itaque tempus significat. i. fiat, præstito s. precio, vel oblato: *vt dixi supra lege. j. §. necessitatem.* & hic subiicit: & sic nō erit pro parte liber, sed totus simul.

e ¶ *Humaniorem. vt & supra de fideicommissar. libertatibus l. cùm inter veteres in fin.*

DE SERVO PIgnori dato manumisso.

Superiori[a] titulo videbatur communio impedire manumissionem, hic pignoratio: & ideò de hoc post illum ponit.

a Cōtinuatio.

Licet.] CASVS. Certū est quòd maritus seruum dotalem, si soluendo est, manumittere potest: sed si mulieri sit specialiter obligatus, an eum manumittere possit, quæritur? Dicitur quòd non, ea inuita. Vi- ...

a precium.

f ¶ *Dotale.* quod, datum est inæstimatum: *vt & supra de rei vxor. actio. §. & cùm lex.*

g ¶ *Manumittere. vt & supra de iure dota. l. & si dotis. & ff. de manumissionib. leg. seruum dotalem.* ex quibus collige quòd vir[f] dominus est rei dotalis. quod verum est. Sed argum. contra. *s. de iure dot. l. in rebus.* vbi de hoc dices, nam aliàs nō posset manumittere, nisi esset dominus: *vt infra*

f Dotis dominiū est penes maritum.

dicitur ex benigna interpretatione libertatem relinquere: & sic habent locum quæ dicta sunt in præcedenti. Sal.

II. *Idem A. Iuliano præfecto præt.*

CVm apud omnes iurisperitos hoc placitum est, vt seruus communis apud vnumquemque dominum partim sit proprius, partim alienus, vt ex hac causa possit & ipse legato[a] honorari, & ipse legari huiusmodi incidit quæstio: Duo vel plures domini communē seruum habebant, sed vnus ex his ipsi seruo suam partem quā in eo habebat legauit. Et semel accepta dubitationis occasione, hoc vetustas in magnū extulit certamen. Nos igitur sensum huius legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum esse opinamur. Aut enim putauit testator liberum fieri posse ex parte seruum[b] qui huiusmodi legatum ei reliquit: aut si hoc minimè cogitauit: affectu socij fecit: vt ei acquiratur: hæredes autem suos eundem seruum possidere minimè voluit: vt sit manifestum à suo patrimonio penitus esse eum alienatum. In tali itaque comparatione nos qui fautores libertatis sumus, sic ambiguam testatoris interpretamur volūtatē, tāquam si voluerit eū libertate in sua parte donare[c]. Et cùm iā de cōmunibus seruis manumittendis statuimus quid in huiusmodi casibus fieri oporteat: ex illius sanctionis tenore & huiusmodi species sit definita. Fiat itaque[d] liber ex parte quidem testatoris, secundū eius voluntatem: ex altera autē parte, ex nostra definitione, precio[a] secūdū prædictæ constitutionis tenorē, [vel socio] vel sociis ab hærede præstando, vel si accipere noluerint, tā eā offerendo, quàm cōsignando, & periculo eorū deponēdo: cū satis abundéq; imperiale est, humaniorem[e] sententiam pro durioribus sequi.

TITVLVS VIII.

DE SERVO PIGNOri dato manumisso.

tibi. v. l. si non proprietatem, nec ei pignorari res sua: vt ff. de pign. act. l. 6 rem alienam. quod hic permittitur.

h ¶ *Si te.* seruum dotalem.

i ¶ *Datum.* specialiter & expressè: *vt j. eo. l. ij.*

k ¶ *Assequi.* nisi fortè seruus pecuniam soluat: *vt ff. de hæred instit. l pignori.*

Lib. 48. Basilic. Tit. 15.

Maritus est dominus rei dotalis, ad hoc allegatur Baldus. Vel sic: Maritus dotis dominus, seruum dotalem manumittit, sed non inuita vxore cui specialiter pignori dedit. Sal.

I. *Impp.* SEVERVS, & ANTONINVS AA. *Proculo.*

LIcet dotale[f] mancipium vir qui soluendo est, possit manumittere[g]: tamē[h] si te pignori quoque datum[i] mulieri apparuerit, inuita ea non posse libertatem adsequi[k], non ambigitur.

Quod specialiter declaratur, validius operatur quàm quod in genere prædicatur. Baldus. Vel sic: Tacita bonorum obligatio, etiam fisci, non impedit libertatem serui, nisi fraus & euentus interuenerit. Sal.

II. *Iidem AA. Abascanto.*

LIbertas à debitore fisci seruo data qui pignori nō est ex cōuentione speciali, sed tantū priuilegio fisci obligatus[l], non aliter infirmatur, quam si hoc fraudis consilio effectum[m] detegatur.

Etiam expressa generalis obligatio bonorum non impedit seruum manumitti: sed specialis eiusdem serui. Sal. & Bald.

III. *Idem AA. Antonio.*

AB eo qui bona sua pignori obligauit quæ habet, quæque habiturus esset, posse seruis libertatem dari, certum est[n]. Non idem iuris est in his seruis qui pignori iure[o] specialiter traditi, vel obligati sunt.

Consentiente creditore, debitor iure manumittit seruum quē specialiter pignori dedit. Salyc. & Baldus.

IIII. *Imp.* ALEXANDER A. *Sabiniano.*

SI (vt proponis) consentiente creditore[p], cui pignoris iure cū aliis mancipiis obligatus fuisti, à debitore manumissus es: potuisti ad libertatem peruenire. PP. VI. Id. Maij, Alex. A. Coss.

Libertas.] CASVS. Si cū fisco contraxisti: omnia bona tua tacitè sunt obligata propter priuilegium suū. Si ergo seruum tuum ei specialiter non obligatum manumisisti: an reuocetur libertas, quæritur? Dicitur quòd non: nisi fraudis consilium habueris.

l ¶ *Obligatus.* nam contrahentis[a] cū fisco bona omnia tacitè obligātur: *vt j. in quibus causis pignus tacitè contra. l. ij.*

a Tacitè obligantur omnia bona eius qui cum fisco contrahit.

m ¶ *Effectum.* & cū effectu, & non currit decēnium: *vt ff. qui & à qui. l. si cū fideicommissa. §. Aristo.*

AB eo.] CASVS. Generaliter omnia bona tua mihi obligasti: an seruum tuum possis manumittere, quæritur? Respon. quòd sic. & hoc in prima, secus si seruus fuisset obligatus & hoc in secunda.

n ¶ *Certum est. vt ff. qui sine ma. ad lib. pera. l. si quis obligatum.* & hoc nisi in fraudem creditorum: *vt s. l. prox.*

o ¶ *Iure. vt ff. de manum. l. seruus. & qui & à qui. l. seruum. & s. de necess. seru. l. j.* & hoc nisi ipse seruus se luat & soluat: *vt dixi s. eod. lege. j.* similis est differentia[b] vt hic. & *ff. in quibus cau. pign. tacit. contrahi. lege est differentia. & j. de pignor. l. ij. & ff. de furt. l. si is qui rem.*

b Pignoris generalis & specialis differentia.

SI vt proponis.] CASVS. Si debitor seruum quem pignori, obligauit, consentiēte creditore manumiserit, an teneat manumissio, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

p ¶ *Creditore.* etiam minore xx. ann. *vt ff. de manu. vind. lege si pater. §. fina. & ff. qui & à qui. ma. lege qui in fraudem. §. fin.*

SI creditoribus.] CASVS. Si in fraudem creditorum seruum tuum manumisisti, & postea eis satisfecisti, si postea vis reuocare libertatē, quia dicis te in frau-

Ad rescindendum aliquod factum non potest quis suam vel quasi suam turpitudinem allegare Bal. Vel sic: Satisfactio creditorum confirmat libertates manumissorū nec fraus propria à debitore allegata, ei patrocinatur. Sal.

V. *Idem A. Patritiano.*[*]

*Patriciano.

SI creditorib[us] satisfactū fuerit: ancillæ q; pignori obligatæ à debitore manumissæ erāt, liberæ fiūt. nā ipse manumissor si fraudē se fecisse credito-

dem creditorum manumisisse: an sis audiendus, quæritur. Dicitur quòd non: quia propriam turpitudinem allegas. nec si tu in fata concessisti, audiendi erunt hæredes tui.

a ¶ *Non debet.* Nota non [a]audiri quem allegantem turpitudinem suam. Item non licet venire contra suum vel prædecessoris sui factum, licèt illud non tenuerit de iure. *&* *vt sic de transactio. l. transactione. §. & infra de reuo. donat. lege cum confitearis. & ff. qui & à quib. leg. pignori. & infra de reuo. his quæ in fraud. cred. l. ae filios. & ff. de euict. l. vindicantem. & de leg. ij. lege qui solidū. §. etiā respublica. & infra de libe. causa lege si ab eo. & ff. de lega. j. lege [†]seruus plurium.* §. j. & non potest venire contra factum suum: *vt supra de rei vindic. lege cùm à matre. & ff. de adopt. l. post mortem. & seruit. rust. præd. leg. per fundum.*

a Factum suū vel autoritatis non iure impugnare potest.

* Auctori, recte.

† Idem quidā esse cōstituūt in vicario, vt eius bona sint nomine vicarii obligata. Sed tamen in contrarium obtinuit cōmunis opinio, de qua v. Negusantiū tract. de pignor. 2. part. 4. membr. num. 135.

ribus vt reuocet libertates, audeat dicere: audiri nō debet [a], nec hæredes eius.

Serui empti à tutore de pecunia pupilli intelliguntur ei specialiter obligati: & ideo non possunt à tutore manumitti. Saly. & Bald.

VI. *Idem A. Anclioni.*[*]

SI tutor [†]tuus de pecunia tua seruos emptos manumisit: quoniā huiusmodi serui, sicut cæteræ res pupillaribus pecuniis emptæ, iure pignoris ex constitutione diuorum parentum meorum obligati sunt [b], fauore pupillorum liberi facti non sunt.

Res dotalis est in dominio & administratione mariti. Item res empta ex pecunia dotali, quia dotalis propriè est mariti, efficitur ipsius mariti iure dominij. Bald. Vel sic: Serui dotales, siue empti de pecunia dotali, possunt à marito iure manumitti. Sal.

SI tutor.] CASVS. Si tutor emit seruum de pecunia pupilli postea vult eum manumittere: an possit, quæritur? Dicitur quòd non fauore pupilli, quia huiusmodi res pecunia pupilli comparatæ, sunt pupillo obligatæ.

Idem A. Iuliana.

b ¶ *Obligati sunt.* Non ergo sunt sui, licèt sua, i. pupilli pecunia empti, sed & si velit eos etiam suos habere, ratificando emptionem benè potest: & tunc habebit vtilem in rem pupillus. *vt supra arbi. tute. leg. curator. & ff. quando ex facto tuto. leg. ij.* Item nota hic magis [b] priuilegiatum pupillum muliere & fisco: *vt hic. & supra eo. t. l. j. & l. ab eo.*

* iatis. rectè: &c in omnib.

b Pupillus est magis priuilegiatus quàm mulier & fiscus.

VII. *Imp.* GORDIANVS A. *Iuliana.*

SIue cùm nupsisses, mancipia in dotem dedisti, siue post datam dotem de pecunia dotis maritus tuus quædā cōparauit [c]: iustis [*]rationibus dominia eorum ad eum peruenerunt: ideóque frustra quæstionem super statu manumissorum conaris inferre: qui eius facti qui comparauit, vel in dotem accepit, ab eo iure potuerunt manumitti [d].

SIue cùm nupsisses.] CASVS. Mulier aliqua dedit mihi seruum in dotem, vel ex pecunia dotis seruum emit: an possit eum manumittere, quæritur? Dicitur quòd sic: vnde manumisso mulier super ista mouebat quæstionem status.

c ¶ *Comparauit. vt & supra de iur. dot. leg. ex pecunia.*

d ¶ *Manumitti. vt & supra eo. l. j.*

TITVLVS IX.

DE SERVIS REIPVBLICÆ MANUMITTENDIS.

Seruus ciuitatis potest manumitti ab ordine decreto præsidis interueniēte: nec fuga vicarij est iusta causa ipsum reuocandi in seruitutem. Sal.

I. *Imp.* GORDIANVS A. *Epigono.*

SI ita vel lege municipali, constitutionibúsque principum comprehēditur, cū seruus publicus esses, ab ordine (consentiente etiam præside prouinciæ) manumissus

DE SERVIS REIPUB. MANUMITTENDIS.

c Cōtinuatio.

De [c] seruis singulorum dictum est: nunc autem tractat de seruis vniuersitatis cuiusque, i. reipubl. Romanorum, vel cuiuslibet ciuitatis. Azo.

SI ita.] CASVS. Consiliarij ciuitatis Bonon. consentiente potestate manumiserunt seruum reip. seruus ille vicarium suum pro se dederat, qui aufugit: an ideò magis reuocabitur iste in seruitutem, quæritur? Resp. quòd non. Viuia.

e ¶ *Manumissus es.* sic ergo potest dari libertas. *vt & ff. de offi. prat. l. Barbarius, & de manu. quæ seruis ad vniuer. perti. compo. l. j.* & *v.* idem in seruis ecclesiarum, *per simile arg. j. de cur. lib. x. l. fin. & infra de decur. l. ij. eo lib.*

SI decretum.] CASVS. Si à concilio Bonon. ciuitatis auctoritate potestatis interueniente, seruus ciuitatis manumissus vxorē duxerit, & ex ea filiam susceperit: an sit libera, & in potestate patris quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

f ¶ *Comprobauit. vt & supra lege proxi.*

g ¶ *Potestate.* ex liberto etiam ingenuus est: *vt supra de sui & legiti. liberis. l. filium.*

es [e]: non ex eo quòd is quem dederas vicarium, in fugam se conuertit, iugo seruitutis quòd manumissione euasisti, iteratò cogeris succedere.

Manumissus solenniter à ciuitate, potest matrimonium contrahere, & nati ex eo sunt liberi, & in potestate patris. Sal.

II. *Idem A. Adriana.*

SI decretum ordinis auctoritas rectoris prouinciæ cōprobauit [f] quo is libertatem acceperat, cui postea fueras (vt proponis) matrimonio copulata: natam ex huiusmodi matrimonio, & ciuem Romanam esse, & in patris potestate [g], non est opinionis incertæ.

Sine causa iusta libertus etiam municipum non reuocatur in seruitutem, & non est iusta causa tabellionatus officium, licèt tabellio seruus publicus appelletur. Et natus ex matrimonio contracto cum liberto, nascitur ingenuus, & ideò ad decurionatum adspirare non prohibetur. Salicet.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Philadelpho.*

TItulis [h] non præcedentibus [*]quibus [i] dominia seruorum quæri solent, municipum libertus seruus non efficitur. Si itaque secundùm legem Vectibulici [k] [†] (cuius [l] legis potestatem senatusconsulto Iubentio Celso iterum [m] & Neratio Marcello consulibus facto, ad prouincias [n] porrectam constitit) manumissus ciuitatem Romanam consecutus es: post verò vt libertus tabulariam [o] administrando, libertatem quam fueras consecutus, non amisisti: nec actus tuus filio ex liberis [p] [†] ingenuo suscepto quo minus decurio esse possit, obfuit.

TItulis.] CASVS. Quo casu seruus priuati manumissus reuocatur in seruitutem eodem modo & seruus vniuersitatis. Si consules ciuitatis Bononien. cōsentiente potestate, dato seruo vicario, vt statutum est tam in Italia quàm in prouincia, seruum reipublicæ manumiserint, & manumissus officium tabellionis administrauit vt prius fecit: an propter hoc videatur libertas reuocari? dicitur quòd non: nec filiis nocet quo minus possint fieri decuriones.

h ¶ *Titulis.* s. venditione vel dotis donatione vel simili: vel reuocatione ex ingratitudine: *vt ff. de libe. cau. l. si vsufructu.*

i ¶ *Quibus.* i. quo: *vt supra de iniur. vocan. l. fin. & facit infra de inge. manu. l. stientu.*

k ¶ *Vectibulici.* aliàs, Vectibulici. aliàs, Vectibilici. hic Vectibulicus tulit legem de huiusmodi seruis manumit.

l ¶ *Cuius.* scilicet legis Vectibulici.

m ¶ *Iterum.* consule.

n ¶ *Ad prouincias.* vt nō solùm in Italicis seruis, sed etiā in prouincialibus locum habeat.

o ¶ *Tabulariam.* quod [a] officium omnibus seruis interdicitur: *vt infra de tabu. l. generaliter. libro decimo.* ideo autem videbatur obesse sibi, quia fuerat seruus publicus: *vt ff. de adopt. l. non aliter.* & sic ex eo natus, debe-ret censeri spurius: vt-pote sine patre, de iure ciuili: *vt ff. de regulis iur. lege seruitutem.* tamen aliud est: quia dicitur seruus, non quod sit seruus: quia tabellio seruus esse non potest. *infra de tab. generali. lib. x.* Sed quia seruit reipublicæ. Item & aliud videbatur ei obesse: quia gesserat actum publicū: scilicet tabulariā: & actū reipub. nemo libertus gerere cōpellitur: *vt infra ne quis liber inuitus l. j. & ij. lib. xj. & j. de libe. causa. l. liberos.*

a Tabulariū esse prohibetur qui serui.

* Titulo non præcedente.

† In manusc. Vectibilici. vt-Contius.

† aliàs, ex libero ingenuo suscep.

p ¶ *Ex liberis,* ideo dicit ex liberis, vt dicunt: quia [b] si seruus esset, licèt mater esset libera, & pater seruus fisci, filius sequeretur conditionem patris. & pro eis. *infra ne de stat. defuncti. lege si pater.* idémque dicunt in filio gynæciarij. Sed Ioan. contra. non enim patris cōditionem in seruitute sequitur: *vt supra de rei vindic. l. partum.* sed in curiali cōditione & in honoribus: *vt j. de decur. l. exēplo. & l. eos. & leg. nullus lib. x.* Dic ergo ideo dici ex liberis: quia si patrem habuisset seruum, esset spurius: & ideo nō vocaretur ad decurionatum, vel ad aliam dignitatē, donec esset legitimus competitor

b Filius in quibus sequatur paternam conditionem.

petitor: *ut ff. de decurionibus. l. generaliter. §. spurios. & supra de suis & legi. libe. l. ex liberis.*

DE HIS QVI A NON DOMINIS manumissi sunt.

TITVLVS X.

DE HIS QVI A NON dominis manumissi sunt.

Scienter manumittens seruum alienum ut proprium, tenetur domino hoc eligenti ad precium. Saly.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Cornelio.**

Cum qui seruos alienos ac si suos manumittit[a]: ut precium eorum dominis, si hoc elegerint, dependat, [vel] quanti[b] sua interest, sæpe rescriptum est teneri. PP. Kalend. Mart. Anto. A. & Balbi. Conss.

Si procurator emit sibi seruos, antequam tradat domino, potest manumittere illos. Salycetus.

II. *Imp.* ALEXANDER *Mercuriali.*

Felicissima, quàm mandante te seruum emisse dicis[c], si dominium serui quem manumisit, nondum ad te transtulerat[d]: frustra petis ut denegata libertate eius quem manumissum dicis, possessio tibi tradatur.

Non venditione hereditatis, sed traditione rerum, transfertur dominium. Salycetus & Baldus.

III. *Idem A. Pompeio.**

Qui tibi hereditatem vendidit antequam res hereditarias traderet, dominus earum perseuerauit: & ideo manumittendo libertatem seruo hereditario præstitit[e]. PP. Kalend. August. Agricola & Clemente Conss.

Habens precarium usum, non adipiscitur dominium: & ideo rem alienare, vel statum mutare non potest. hoc dicit notabiliter. Bald. Vel sic: Tenens seruum precario, non manumittit. Saly.

IIII. *Impp.* VALERIANVS, & GALLIEN. AA. *Zoilo.*

Si non proprietatē[f] donaueras, sed ministerium ancillæ, dederas: libertatem mancipio dando, ea quæ precarium usum habebat, dominio tuo nihil præiudicauit. Nemo enim alienum seruum quamuis ut proprium manumittat, ad libertatem perducere potest.

Donator post traditionem desinit esse dominus & administrator. Bald. Vel sic: Donatori post traditionem interdicitur manumissio. Salycetus.

V. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. *Marcellinæ.*

Si tradita[g] sunt ex donatione mancipia: ius manumittendi donatrix non habuit.

Pater non potest supplere defectum filij qui in ætate reperitur. hoc dicit notabiliter Bald. Vel sic: Filius qui per se non potest manumittere, nec patri potest consentire. Salycetus.

VI. *Iidem AA. & CC. Milio* & aliis.*

Si pater seruum vestrum, licet vobis minoribus[h] viginti annis[i] consentientibus manumisit, ei libertatem præstare non potuit[k].

Decretum obreptitium non valet: & si princeps fallitur, impetrans punitur. sed si actus gestus temporis diuturnitate firmetur: tam ciuilis quàm criminalis pœna funditus euanescit. Bald. Vel sic: Libertas præstita seruo alieno cum iudicis vel principis decreto, non præiudicat domino vero: & qui principem fefellit, punitur pœna hic statuta. & cessant ista, si seruus ille sibi libertatem præscripserit. Salyc.

VII. *Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Bassum præfectum prætorio.*

Si à non dominis † libertas detur mancipio alieno: si quidem ab his iudicibus impetrabitur, quibus dādi ius est: sine ulla trepidatione pœnæ[l] facilis dissolutio est. Si verò

Cum qui seruos.] CASVS. Si seruum tuū quasi proprium manumisi: an ad æstimationē serui tibi teneat, quæritur? Dicitur quòd sic, vel ad id qđ tua interfuit eū non manumitti.

a ¶ *Manumittit.* sciens: aliàs, cū nullum precium habeat, non teneretur.

* Corneliano.

b ¶ *Quanti.* subaudi, vel quanti, si non est in litera &c. vel in fine supple, vel ipsum seruū & secundū hoc precium & interesse est idē. Sed qua actione hæc æstimatio petitur? Respō. præscriptis verbis, vel in factum, vel utili negociorum gestorum, habendo ratum licèt non suo nomine gestum, & licèt res extet. quod est speciale fauore libertatis, scilicet quòd possit habere ratum negocium non suo nomine gestū: & re nondum perempta, vel usucapta. aliàs secus: *ut supra de rei vindicat. l. mater. & de rebus alienis non alienand. l. j.* Itē hac l. manumitto alienum: sed duabus sequētibus manumitto debitum alteri, Accursius.

Felicissimo.] CASVS. Mandaui cuidā mulieri ut seruum mihi emeret: & suo nomine emit: & antequam eum mihi traderet, manumisit. si petam eum mihi reddi libertate reuocata, an sim audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

* Pompeiano

c ¶ *Dicis.* suo nomine quia si tuo nomine emisset, in tuo dominio esset: & ideo ei libertatem dare non potuisset.

d ¶ *Transtulerat.* puta q a non ipsa hoc gessit, nec venditor. Et dic[a] plenius: aut uterque gessit, aut nullus, aut alter. si alter, vel uterque statim acquiritur domino: & *sic loquitur. ff. de acquiren. rerum domi. l. si procurator. & de dona. l. quod mihi. & de acqui. poss. l. j. §. hæc quæ de seruis. & §. sequen.* si neuter, non statim, nisi ea res tradatur domino: *ut ff. de acquiren. rerum domi. l. res ex mandato.* & hoc secundū B. R. & Ioan. nec placet distinctio M. dicentis aliud in procuratore speciali, aliud in generali. nam confundit eum. *ff. de administra. tuto. l. si duo.* Sed est pro eo. *ff. de mino. l. illud. §. si talis. & de procuratoribus l. Pomponius.*

a Procurator quibus casibus dominiū statim domino adquirat.

Qui tibi.] CASVS. Si hereditatem mihi vēdidisti: & antequam traderes, seruum hereditarium manumisisti: an teneat manumissio, quæritur? Dicitur quòd sic: quia ante traditionem eas dominus adhuc. Viuianus.

e ¶ *Præstitit. ut & ff. de manumiss. l. eum qui.* Sed actione ex empto tenetur: *ut s. de heredi. vendita. lege qui tibi. & de actio empt. lege si ancillā.*

Si non.] CASVS. Si ancillam meam ad tempus concessi tibi, non animo in te proprietatem transferendi, & eam manumiseris: an teneat manumissio, quæritur? Dicitur quòd non: nec mihi præiudicasti. nemo enim &c. Viuianus.

f ¶ *Si non proprietatem.* Not. ut supra *de usufructu. l. usufructu. & supra de manum. fideicom. l. seruo. & ff. pro donato l. fina.* Sed contra. *ff. qui & à quib. l. competit.* ubi[a] valet manumissio facta ab eo qui postea apparuit seruus. Sed dic, ibi apparuit, scilicet ex superueniēte causa: liber tamen erat tempore manumissionis.

a Manumissio facta ab eo, qui postea seruus detectus est, an valeat.

Si tradita.] CASVS. Si mulier aliqua seruū tibi dederit: an eum manumittere possit, vel si de facto manumittit, teneat manumissio quæritur? Dicitur quòd nō. Viuianus.

g ¶ *Si tradita.* secus[b] si non tradita: *ut supra eodem l. qui tibi.*

b Manumittere donator mancipiū à se donatum potest antequā tradat: at non postquam tradidit.

Si pater.] CASVS. Si pater tuus te minore viginti annis consentiēte, seruum tuum manumisit, tibi non præiudicauit: vnde non tenuit manumissio. Viuia.

h ¶ *Minoribus.* secus si esset maior. sic econtra pater per filium: *ut infra communia de manu. l. j. §. fina.* sunt[c] enim vna persona: *ut institut. de inutil. stipula. §. si verò qui.* aliàs[d] non potest quis per aliū manumittere. *ut supra de manumis. vindict. lege nec mulierem.*

c Pater & filius censentur vna persona.

d Per aliū nemo manumittere potest.

* Mido.

i ¶ *Viginti annis. ut infra tit. j. l. si minor viginti an.* lex Ælia Sentia contradicit: *ut institut. qui manumitt. non poss.* hodie autem correctum est per authen. *ut in authentica ut sponsa. largi. colla. ix. tit. ca princip.* quia dicit quòd minor. xiiij. ann. potest facere testamentum: ergo & manumittere.

k ¶ *Non potuit.* Hoc cū seruus erat minoris. si alterius, licet sibi obligatus, potest consentire manumissioni. ff. de manumis. vindi. l. si pater. §. si.

Si à non dominis.] CASVS. Si aliquis seruū alienum manumiserit: aut in præsentia iudicis simplicis, habentis tamen ius dandi libertatem: aut principis primo casu reuocabitur libertas, & sine pœna. secundo casu restituto domino suo, duo mancipia eiusdem artis dabit domino, & tria fisco. & hoc in prima & secunda parte. Si verò viginti annis tacuit, ita quòd nemo status moueat quæstionem, & ille prædicta præscriptione se tueri possit: à prædicta pœna erit immunis qui manumisit: & sibi imputet dominus quod tanto tempore tacuerit. & hoc in tertia.

Ex Co. Th. lib. iiij tit. ix l. I.

l ¶ *Pœnæ.* nominaliter ponitur. nullam enim patitur pœnam qui manumisit. nam auctoritas iudicis excusat: *ut ff. de his qui notantur infamia lege furti. §. ij.* Item libertas: valet ut hic innuit. Vel verius non valet: *ut supra eodem, lege si non proprietatem.* Alij ponunt aduerbialiter: & ideò dicit penè, quia cum opponitur præscriptio viginti annorum, non est facilis dissolutio libertatis. & secundum primum modum potest legi, infra & suprà.

a ¶ *Iubentibus*.i.consentientibus & auctorisantibus.

b ¶ *Et alia tria*. sic ergo in quintuplum:& sic est contra *inst.de act.* §.*omnes*.sed diuersis præstatur hæc pœna, fisco & domino serui.

c ¶ *Præscriptione*.s.xx.ann.*vt* ĵ.*de lon.temp.præscr.quæ pro liber.l.y*. Et no.quòd [a] qui præiudicat sibi per negligentiam in vno,in alio similiter sibi præiudicat. *sic ff. vi bon.rap.l.iij.& de admin. tut.l.5. si pupillus. & supra ad l.Fal. aut. sed cum testator. §. item si hæres.* Quædam arg. contra. *ff. de alien. iur. mut. causa facta.l.item si tes.in prin.* Sed ibi alienatio tenuit à principio:hic nō tenuit manumissio. item no. [b] simile econtra, quia si duo habeo auxilia,& in vnosum diligens,& sic in eo mihi non præiudico, imò mihi prouidi: quòd in alio videor mihi prouidere: *vt supra de inof.test.l.contra maiores.& ff.de condi.cau.da.l.si extraneus.*

a Actio quandoque datur in quintuplū.

b Negligentia nocens alicui in vno nocet ei in alio.

iubentibus [a] nobis quicquam lege actum esse doceatur, & non dominus vt alienum mancipium manumitteretur,petisse probetur:tunc eodem qui in conspectu nostro libertatem monstrabitur à non domino consecutus ei protinus ad cuius proprietatem pertinet, restituto: is qui mancipium alienum fallendo principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino eius dare,eiusdem sexus, ætatis, atque artis, cuius constiterit esse manumissum,& alia tria [b] fisco eadem ratione similia. Quæ mulcta non semper imponitur, sed potius conquiescit, si fortè manumissus inferentem sibi quæstionem status,obiecta legitima præscriptione [c] potuerit excludere: cùm sibi amissi mancipij damna debeat imputare [is *] qui in perniciem suá gesta taciturnitate firmauit. PP. Idi. Iul. Constantino. A.V. & Licinio Cæs.Coss.

QVI MANVMITtere non poss.&c.

CErtum.] CASVS. Si in testamento tuo Sticho directam libertatem reliquisti in creditorum fraudem: non aliàs reuocabitur, nisi consilium & euentus,s. quòd re ipsa sint fraudati, sequatur,& hoc in prima: Si verò te ab aliquo hærede instituto, à te fideicom.relinquatur præstandum Titio: an Titius inter creditores computetur, si tu minus idoneus seruos manumittas,quæritur? Dicitur quòd sic,& hoc in secunda.Viuian.

*decet.

d ¶ *In fraudem*.vt instit. qui man. non poss. §.in fraudem.

e ¶ *Sequatur*. Sunt ergo duo [c] necessaria in directis, scilicet consiliū, & euentus:vt hic. Sed [d] in fideicommissariis [e] sufficit solus euentus:*vt hic,& infra eod.l.fin.& ff.de fideicommissariis li. lege ergo.§.si in fraudem.* sic [f] in datis inter viuos duo exiguntur. *ff. quæ in fraudem credi, lege si quis cum haberet: & instit. qui ma. non poss.§.præualuisse.*

f ¶ *Fideicommissum*.Non quod manumittens reliquerit, sed alius ab eo, vt apparet per l. illam. *infra de bo. aucto.ind. poss.leg. j. & ff.ad l.Falc.l. in ratione. j. §.quod vulgo.* Item hoc cùm est puru: secus si conditionale: *vt ff. qui & à qui.l. qui in fraudem. & ff.de act. & obligat.l.is cui.*

c Libertates directæ in fraudē creditorū datę ita demū reuocantur si hæc duo concurrant consilium fraudandi, & euentus.

d Libertatum directarum & fideicommissariarum differentia.

e Libertates fideicommissariæ in fraudē creditorum datæ ex reuocentur,sufficit solo euētu cre ditores fuis datus esse eo quo te quidditi vi a ... frau dandi ... te adfuerit.

f Libertatum testamento & inter viuos datarum similitudo.

TITVLVS XI.

QVI MANVMITTEre non possunt: & ne in fraudem creditorum manumittatur.

Fraudis nomine continetur consilium & euentus.Baldus.Vel sic:vt libertates directæ reuocentur, tanquam in fraudem creditorum datæ, duo requiruntur, scilicet fraudis cōsilium,& euentus: & creditor intelligitur etiam cui ex vltima voluntate ad libertatem præstandam debetur.Sal.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Antiocho.*

CErtum ius est, non alias directas libertates per legem Æliam Sentiam * quæ sunt in fraudem [d] creditorum manumissorū datæ, reuocari, nisi & consilium fraudis, hoc est animus manumittentis, & euentus damni suum recipere volentium sequatur [e]. Inter creditores autē

SEruos.] CASVS. An seruus ordinarius principis vicarium suum manumittere possit, quæritur?Dicitur quòd non.

g ¶ *Seruos*.arg.contra.*ff.qui & à quibus.l.competit.* ADDITIO.Gl.solūit ibi duobus modis:dic vt in ea.

h ¶ *Nec per interpositam*. Non [g] solùm per se,sed nec per interpositam personam.

g Manumittere per alium dominus non potest.

DIuo Marco.] CASVS. Dum potestas pulsat ad harengam,& populo congregato,coram populo quis velit seruum suum scilicet actorem manumittere, vel alterius officij seruum: libertas data non tenet. & hoc senatores censuerunt diuō Marco auctore.videtur enim iste talis coactus manumisisse: quod esse non debet: *vt ff. qui & à quibus.l.si paratus.*

etiá eos numerandos esse, quibus fideicōmissum [f] debetur,olim placuit.PP.III.Id.Nouem. Max.V.& Æliano Coss.

Seruus etiam per interpositam personam seruum peculiarem non manumittit.Sal.

II. *Idem A. Nataliano.*

SEruos [g] meos nec per interpositam [h] personam ad libertatem perducere homines peculij sui posse, mádatis principum comprehenditur.

Quod fit in spectaculo, & populi tumultu, pro infecto debet haberi. Bald. Vel sic: Ad exclamationē populi facta manumissio nō tenet.Sal.

III. *Idem A. Iustina.*

DIuo Marco auctore amplissimus ordo censuit,ne qs in spectaculo [i] quod edatur, actorem suum alienúmve [k] seruum manumitteret: & si factū esset,pro infecto haberetur.

Minor ann.xx.non potest tradere seruum ad manumittendum. Salyc.Hodie hoc est correctum, quando manumittit in vltima voluntate: nam sufficit ætas legitima ad testandum:vt in auth. hic posita. Bal.

IIII. *Idem A.Felicissimo.*

SI minor annis viginti [l] ad libertatem præstandam homines [m] tradidisti:senatusconsulto, quod gestum est,irritum constituitur [n].

IN AVTHENTIC. VT sponsf. largit. §. & hoc quoque.colla.ix.const.ij.

SEd hodie ex quo testari possunt & libertates possunt relinquere [o], antiqua lege cessante.

Non dicitur fraudatus ille qui precium recipit.Bal. Vel sic:In fraudem fisci non potest libertas præstari: nec dicitur fraudari, vbi precium fuit solutum redemptori manumittenti.Sal.

V. *Idem A.Prisco.*

SI in fraudem eorú quæ fisco debebant, ꝓbari potest libertas data:non valet [p]. Sed si pecuniam is quem patrē [q] tuū

i ¶ *Spectaculo*.i. sub aspectu populi. Vel ad exclamationem populi: quia videtur coactus manumittere: *vt ff.qui & à qui.l. si priuatum. & arg. infra de pœnis. lege,decurionum.*

k ¶ *Alienum*. i. alium ab actore.

SI minor annis viginti.] CASVS. Si minor.xx. an.seruum suum ad manumittendum tradidit, non tenebit manumissio.

l ¶ *Si minor annis viginti.* concor. *supra ti. lege si pater.*

m ¶ *Homines*, scilicet vicarios.

n ¶ *Constituitur. vt ff.de minori. l. verum. §.quod si minor. & de verbor.obl. l.si minor. & de seruis export.l. iiij.* Sed contra. *ff. de manumiss. vindi. l.aliud.§.j.* Solu.ibi fuit seruus datus minori hac lege vt manumittat: hic à minore datus alij. Item contra. *ff.de manumiss.l.iiij.§.nec interest.* Solu.ibi non fuit lex à minore apposita,vt manumitteretur: sed ab ipso seruo qui hoc pepigit cum emptore vt manumittat eum.

SEd hodie.] CASVS Ista auth. extēditur tantùm ad seruos qui in testamento manumittuntur: & est clara. Viuianus.

o ¶ *Relinquere.* Hoc aptatur ad illam solam libertatem quæ in testamento datur: vt in corpore huius authenticæ dicitur: & verbum, relinquere, innuit: *vt ff.de tabu.exhib.l.j.§.fin.* Ergo [a] nec olim, nec hodie manumittit minor viginti annis inter viuos, nisi causa cognita: quia nec lex Iustiniani permittit minori. xvij. annis nisi in testamento,*vt instit. qui manumittere non poss. §. fi.& §.eadem l.*

a Minor xx. annis inter viuos nō manumittit nisi causa cognita.

SI in fraudem.] CASVS. Libertas in fraudē eorum quæ fisco debentur, data, non valet. Si verò debitori fiscali aliquis pecuniam pro seruo subministrauit, & sic manumissus est, non reuocabitur libertas: cùm nihil de bonis debitoris per hoc fuit deminutum.

p ¶ *Non valet.vt ff.de iure fisci.l.in fraudem.§. à debitore.* nisi præscriptione [b] decem annorum defendatur:*vt ff.qui & à quib.l.si cum fideicommissa.§.Aristo.*

q ¶ *Patrem.* vt cùm esset seruus,& pater tuus erat,scilicet naturalis.

b Præscriptione decem annorū defendi potest libertas in fraudem fisci data.

Empto-

a ¶ *Emptor*. s. supposito à se qui emerat à fisci debitore.
b ¶ *Defuisse*. cùm precium succedit loco rei. *vt ff. de petit. hared. l. si rem.*

Nec fideicommissariam.] CASVS. Libertatem seruo testatoris per fideicommissum relictam dandam à pupillo, an tutor pupilli præstare possit, quęritur? Dicitur quòd nó. Idem erit si rogata erat pupilla seruum suũ manumittere certo tẽpore ætatis suæ, nec fecit, sed ante tempus illum tutor manumisit: quia manebit in seruitute, nec erit liber, alij modi casum ponendi sunt, sicut dicitur in glo.

c ¶ *Præstare*. nisi[a] infans sit, tunc enim sufficit solus tutor, sicut in hæreditate: *vt s. de iur. deliberandi. l. potuit. & l. si infanti.* & hoc in seruis testatoris, si autẽ essent pupillæ, non opus forsan esset inquisitione: & sufficeret auctoritas tutoris: *vt s. quando decreto opus non est. l. fin. & l. j.* Vel dic secundò quòd non potest tutor manumittere ante certam ætatẽ quam statuerat testator, quam postea posset solus tutor, *arg. ff. de manu. l. iiij. §. nihil autem. & de minori. l. verum. §. item quari.* Vel tertiò dic quòd hic est casus qui est. *ff. de manu. l. seruum filiosi.* Sed arg. contra. *ff. de fideicom. lib. l. ex causa.*

a Tutor fideicõmissariam libertatẽ nomine sui pupilli an & quando possit præstare.

Si debitor.] CASVS. Si ex administratione tutelæ vel curæ, adulto vel pupillo factus sis debitor in x. & te non existente soluendo, fideicommiss. libertatem non fraudis consilio Sticho reliqueris: cùm in fideicommiss. libertatem solus euentus damni sufficiat: licèt fraudis consilium non intercessit, non valet legatum.

d ¶ *Inspici tantum. vt ff. de reg. iur. l. fraudis.* Sed cur est secus in directis: *vt s. eod. l. j.* Resp. directæ[b] æquiparantur illi: quæ dantur inter viuos: at illæ exigunt hæc duo. *vt s. i. tit. qui manum. non poss. § in fraudem.* 2 Vel directæ[c] competunt statim adita hæreditate, nullo hæredis beneficio fideicommissarias ipse præstat: & nihil vltra vires hæreditatis præstare tenetur: *vt s. ad l. Falcid. l. successores. & ff. ad Trebel. l. j. § penult.*

li. 48. Basil. tit. 37.

b Directarum libertatum & inter viuos datarum similitudo.

c Directarum & fideicommiss. differentia. † al. simpliciter Antoni. Libertas autem fideicommissariæ servitus. ...

appellas emptori[a] dedit: & ab eo redemptus, ad libertatem perductus est: nihil videtur bonis defuisse[b] eius qui fisci debitor dicitur.

Solus tutor non præstat libertatem à pupillo debitam. Sal.

VI. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Olympia.

NEc fideicommissariam libertatẽ à pupilla sua seruis debitam tutorẽ posse præstare[c], certi iuris est, vnde si hos quos tu rogata fueras manumittere tempore certo ætatis tuæ, ad libertatem non perduxisti, sed tutor manumisit, retranserunt in seruitute.

In fideicommissariis libertatibus fraus consideratur ex euentu tantum. Sal. Et collige hic quod fauorabilius est directum quam obliquum: quod tene menti secundùm Bald.

VII. Iidem AA. & CC. Zotico.

SI debitor ex administratione curæ dominus tuus non soluendo constitutus, fideicõmissariam tibi reliquit libertatem: cũ in fideicommissariis libertatibus euentum inspici tantùm[d] obtinuerit, nihil eius voluntas tibi prodesse potest.

Græcam constitutionem hic deesse putat Anto. Augustinus, cuius argumentum extat. § vlt. institu. quibus ex causis manumit. non licet.

TITVLVS XII.

QVI NON POSSVNT ad libertatem peruenire.

Serui damnati ad perpetua vincula, non possunt ad libertatem perduci: nec damnati ad tempus, durante tempore pœna: sed finito sit: & libertas medio tempore eis relicta, tunc eis prodest. Sal.

I. Imp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Torquato.

CVm diuus Claudius[*] pater meus constituerit, à præsidibus prouinciarum, vel qui coercendorum maleficiorum potestatem habet, in perpetua vincula damnatos ad li-

QVI NON POSSVNT ad libert. &c.

Dixit supra quando manumissio impeditur ex persona manumittentis: nunc quando ex persona manumissi.

Cum diuus.] CASVS. Si seruus ob delictum condemnatus fuerit vt in perpetuis sit vinculis: an si ei libertas fuerit relicta vel hæreditas, possit illam capere, quæritur? Dicitur quòd non: vel dic quòd debeat esse in vinculis vsque ad annum, si medio tempore fuerit ei relicta, &c. Si verò tempus pœnæ iã effluxerat, & postea aliquid ei relictum est, sine vlla quæstione pœne præteritæ, quæ ei relicta sunt, consequetur. & hoc in secunda. Viuia.

e ¶ *Hi qui*. sub. à simili, hi qui &c. & sic mutat casum.

bertatem perduci non posse: hi qui[e] intra tempora pœnæ liberi & hæredes esse iussi sunt, aut legatum fideicommissúmve acceperunt: neque libertatem[f] adipisci, neque quicquam eorum quæ his data sunt capere possunt[g]. Quod si pœnæ tempus compleuerint: iam omni vinculo exoluti, & quasi ad pristinam vel simplicem[h] seruitutis conditionem redacti[*], & libertatem, & si qua testamentis dominorum illo[i] tẽpore defunctorum acceperũt, sine vlla quæstione pœnæ præteritæ consequantur[k].

Prohibitus in pœnam à testatore manumitti, nõ potest etiam per emptorem ad libertatem perduci, prohibitus verò propter aliquod ministerium familiare, officij necessitate cessante non prohibetur venire & manumitti. Salycetus.

IX. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Theodoro.

IS quidem qui [in] testamento vetitus est manumitti, ad libertatem non potest[l] peruenire, sed in proposito interest verúmne eos quos cũ filio educatos esse testator expressit, propter familiare ministeriũ, & vsum filiorum necessarium, & venire, & manumitti vetuerit, an quasi malè meritis pœnam irrogauerit[m]. Nam priore casu, morte eius qui consulebatur, obsequi necessitate finita, libertas potest[n] peruenire: posteriore [autẽ casu] id quod pœnæ causa in seruos statutum est, necesse est vires suas obtinere: quando[o] † diuis parentibus meis † placuerit huiusmodi testamentorum leges perpetuam seruitutem malè meritis seruis irrogare, vt nec per suppositum emptorem ad libertatem perduci possint[p].

f ¶ *Neque libertatem. vt & ff. de manumiss. l. seruum hac lege. qui & à quib. l. ille. § fin.*

g ¶ *Possunt*. nisi causa victus legetur: *vt ff. de his quæ pro non scriptis haben. l. si in metallum. & de ali. leg. l. seruos.*

h ¶ *Simplicem*. nã[a] prius dupliciter erant serui. cum essent in vinculis; Dic ergo simplicem ad differentiã geminæ seruitutis.

a Simplex seruitus quæ hic dicatur.

i ¶ *Illo*. quo erant capaces, & sic contra. *ff. de lega. q. l. cum filius. § seruum.* Sol. hic eo tempore quo iam sunt capaces. 2 Vel sec. Pil. illa secundũ istã. pro prima. *ff. communia præd. l. si. in fin.*

† detractũ.

k ¶ *Consequantur. vt ff. de pœnis. l. fratres.*

Is quidem.] CASVS. Si testator in testamento suo vetuerit seruum suum manumitti: an ad libertatẽ peruenire possit, quęritur? Distinguitur, aut noluit eũ manumittere, quia voluit eum in ministerio hæredis persistere: aut in modum pœnæ, quasi malè meritum vetuit manumitti. Primo casu, mortuo hærede ad libertatem potest peruenire: secundo casu non: nec si hæres in emptorem aliqua alienauit. Vivian.

l ¶ *Non potest. vt & s. de testa. manu. l. contra voluntatem. & ff. de manumissio. l. seruus hac lege. & j. de vsucap. pro emptor. l. iiij. & s. de re. ali. non alien. lege. fin.*

m ¶ *Irrogauerit*. Quid si est dubium? Resp. fortè nõ[b] præsumam pœnam esse fauore libertatis.

b Præsumimus in dubiis potius fauorem quàm odium & pœnam.

n ¶ *Libertas potest.* impossibile est.

o ¶ *Quando*. i. quia.

p ¶ *Possint*. nisi in casu, putà si vindicauit mortem testatoris: *vt ff. ad Silen. l. si quis in graui. § vtrum.* Item & quando propter pactionem: *vt ff. de manu. lege. seruus hac lege.* Accursius.

† al. quemadmodum. † al. nostris.

lib. 48 Bas. tit. 18.

TITVLVS XIII.

PRO QVIBVS CAVsis serui pro præmio[*] libertatem accipiunt.

QVIBVS EX CAVsis serui pro præmio libertatem accipiunt.

Dixit[c] quando propter delictum non manumittuntur: nunc econtra quando propter merita libertatem consequuntur.

a al. præmium. c Continuatio.

Quoniam.] CASVS. Si seruum mortem domini in publicum detulit, & strenuus in accusando extiterit, aduersarium conuincendo: an ob hoc liber effici mereatur, quæritur? Di-

citur quòd sic: non ipso facto, i. ipso iure. sed ex præsidis sententia vel non eo ipso quòd prosiliit ad accusationem, sed conuicto aduersario. Viuianus.

a ¶ *Quoniam religiosa.* quia ad superiora etiam habent respectum.
b ¶ *Ad augendam.* in his seruis qui habent eam.

Seruus qui vindicauit necem domini, pro præmio consequitur libertatem sententia contra occisores lata, & non ante. Salyc.

I. Imp. Diocle. & Maxim. AA. Firmino.*

QVoniam religiosa [a] solicitudo ad augendam [b] prouocandámque [c] fidei obseruationem, iuris præmio adfici debet: si ad vlciscendam cædem domini, incorruptis probationibus, ac strenuo nisi constiteris: libertatem, quã his qui dominorum cædem vindicant, iampridem senatusconsultis & statutis principũ præstari sancitum est, etiam tu pro tam ingentibus meritis non ex ipso [d] facto, sed aditione & sententia præsidis reportabis. PP. VII. Id. Decembr. & Max. Coss.

c ¶ *Prouocandámque.* in[a] his vel in eis qui non habent eam, *sic & i. de bo. quæ lib. l. ij.*
d ¶ *Non ex ipso.* i. non [b] ipso iure. Vel dic, non eo ipso quòd prosiliit ad accusationem: sed demum conuicto aduersario: *vt his, & i. de precib. imp. offer. l. j. & ff. ad Sila. l. ij. §. vtrum. & de in. patronat. l. penult.* Et noc. quod est orcinus: [c] *vt ff. qui sine ma. ad lib. peruen. l. qui ob necem.* sed alia *ff. de bon. lib. l. si necẽ.* dicit quòd nullius. Sed dic scilicet nullius viuentis: & non puto hic reddi precium à fisco: cùm domini negotium gesserit, aliud in casu. *i. l. proxi.*

a Prouocandi sunt ad fidem qui eam non habent.
b Factum pro iure.
*Firmo. al. Firmino. videtur esse pars l. l. de precib. imp. off.
c Libertatem ex præmio consecutus, an sit orcinus, an vero nullius libertus.

Seruus alienus qui defert falsatorem monetæ libertatem consequitur, & domino fiscus dat precium serui. Bald. Vel sic: Deferens falsatorem monetæ, in præmium consequitur libertatem. Salyc.

II. Imp. Constantinus A. ad Ianuarium.

SEruí *qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, in publicum detulerint: ciuitate Romana donentur, vt eorum domini precium à fisco percipiant [e]. Dat. XV. Kalend. Decemb. Romæ Crispo. II. & Cõstantin. II. Cæss. Conss.

SEruí.] casvs. Si seruus cudentem adulterinam monetam in publicum detulerit, ad libertatem perueniet, soluto à fisco precio serui domino. Viuia.
e ¶ *Percipiant.* Sed an idẽ vbicunq; serui pro præmio accipiunt libertatẽ à lege? Videtur quod non. *vt ff. ad l. Falcid. l. æris.* sed illa magis innuit contrarium. Accurs.

Colligere ex hac lege quòd de raptu virginis potest transigi: tamen maleficium non remanet impunitum. Bald. Vel sic: Raptus virginis crimen detegens, consequitur libertatem. Salyc.

III. Idem A. ad Populum.

SI quis * seruus raptus [f] virginis facinus dissimulatione præteritum aut pactione transmissum [g], detulerit in publicum: libertate donetur [h]. Dat. prid. Kalend. April. Aquil. Constantino. A. VI. & Constantio. C. Conss.

SI quis.] casvs. Si aliquis virginẽ rapuit, & ita potuit accusari crimine capitali: & amici virginis cũ raptore, vel sub dissimulatione pertransierint: si seruus tales in publicum detulerit, ad libertatem perueniet. Viu.
f ¶ *Raptus.* genitiui casus. Accurs.
g ¶ *Transmissum.* ex eo quod dicit trãsmissum, præsumit Ioan. quod liceat transigi, [d] quasi dicat, finitur quantum ad transigentẽ. *vt ff. ad l. Iul. de vi publ. l. qui cœtu. §. qui vacantem.* Est tamen arg. contra. *i. de rap. virgin. §. fi.* Item contra *i. de transact. l. transigere.* Sol. vt ibi. Additio. Tu dicas cũ Bart. *in d. l. transigere. i. de transact. in 4. col. versic. his expeditis venio, &c.* quod super raptu pacisci aut transigi licet: quia d. l. transigere, solũ adulteriũ excipit: de quo dicas latius, vt ibi per eum.
h ¶ *Donetur.* precio à fisco soluendo: *vt i. l. proxima, iij habent aliter legem transpositas.*

*C. Th. 9. 21. 2.
d Transigere de raptu licet. adde glo. l. vn. in fi. i. de rapto.
*C. Th. 9. 24. 1.

SI desertorem.] casvs. Si seruus desertorẽ militiæ in publicum detulerit: an pro præmio mereatur libertatem quæritur? Respond. quod sic.
i ¶ *Prodiderit.* i. manifestauerit.
k ¶ *Donet.* Et hic dicit Io. dãdũ preciũ à fisco: nõ & his cõsuluit fisco

DE INGENVIS MANVMISSIS.

De seruorum [a] manumissione dictum est: sed quia ingenui homines de facto quandoque manumittuntur, ponit quid iuris sit de ingenuis manumissis. Azo.

a Continuatio.

Desertor militiæ potest à quolibet accusari: & ex hoc seruus consequitur libertatem. Bald.

IIII. Imp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Sysgrium præfec. præt.

SI desertorem militiæ seruus prodiderit [i], libertate donetur [k]. * Idibus. Iul. Romæ.

Titvlvs XIIII.

DE INGENVIS manumissis.

Ingenuus testamento manumissus non efficitur libertinus: & tamẽ tenetur manumittenti restituere quicquid de eius domo, vel eius cõtemplatione meruit. Bald. Vel sic, Si manumissus dicat se ingenuum, & obtineat in competenti iudicio: tenetur restituere tam habita à manumissore, quàm eius occasione. Salycetus.

I. Imp. Alexander A. Phileto.

SI ingenuum te ex testamento manumissum esse dicas †: apud suos iudices [l] causam agere debes [m], si tamen iustum contradictorem habes, id est eum qui se patronum tuum esse dicit: memor [n] senatum sensuisse, vt qui post manumissionem [o] originem [p] repetierint: * ea quæ de domo [q] manumissoris habent ibi relinquant. In qua causa etiam legata vt liberto data esse iuris prudentibus placuit.

SI ingenuum.] casvs. Si liberum hominẽ quem credebas seruum tuum esse, in testamento tuo manumiseris: & ille in ingenuitatẽ proclamauerit: an bona quæ occasione manumissionis acquisierit in domo manumissoris, apud heredem relinquere debeat quæritur? Dicitur quòd sic. Idem est si ei tanquam liberto aliquid fuerit legatũ. Viu.
l ¶ *Iudices.* s. præsides prouinciarum: *vt i. de pe. da. iud. l. ij.*
m ¶ *Agere debes.* actione in rem præiudiciali: *vt insti. de act. §. præiudiciales.*
n ¶ *Memor.* scilicet tu.
o ¶ *Manumissionem.* s. de facto.
p ¶ *Originem.* i. ingenuitatem.
q ¶ *Ea quæ de domo.* & etiam post manumissionem quæsita ex re manumissoris, non aliàs: *vt ff. de libe. causa. l. de bonis. §. fi. & facit ad hanc l. i. de dona. ante nupt. l. ea. & de testa. l. neque professio. & institut. de lega. §. longè. & ff. si liber. inge. esse dica. l. ij. & i. ad legem Iul. de adult. l. eum in fi. & ff. de lib. causa. l. si debitori. & ff. de condic. inde. l. seruo manumisso.*

† Quidam excip. habent. Si ingenuũ te ex testamento manumissũ esse dicas: apud suos iud. cons. age. debes si tamen iustũ contradic. habes, id est eum qui se patr. tuum esse dicit, memineris senatum &c.
* receperunt.

Obsequia seruitutis non faciunt ingenuum seruum. Salyc.

II. Imp. Gordianus A. Pompeio.

INgenuam natam neque nutrimentorum sumptus [r], neque seruitutis obsequium [s] faciunt ancillam [t], neque manumissio [u] libertinam. PP. V. Id. Maij Sabino. II. & venusto Conss.

INgenuam.] casvs. Si ingenua vt ancilla nutriatur, vel obsequium quod consueuit ancilla præstare, præstitit: an ob hoc quod vel vt ancilla nutriatur vel obsequiũ quod consueuit ancilla præstare præstitit, ancilla dicenda sit, quæritur? Dicitur quòd non: nec si de facto manumittatur, libertinę conditiones efficietur.
r ¶ *Sumptus.* vt *i. de infan. expo. l. j.*
s ¶ *Obsequium.* vt *i. de libe. causa. l. liberos. & i. de ser. reipub. l. finali.*
t ¶ *Ancillam.* etiam si per mille [b] annos stetit vt ancilla: si tamen parata sit probare contrarium: *vt i. de longi temp. præscrip. quæ pro lib. l. fina.* alioquin præsumam eam ancillam, si per xxx. ann. sic fuit.
u ¶ *Manumissio.* s. de facto: *vt instit. de inge. §. fin.*

b Nota quòd etiam annorũ præscriptio non nocet: adde tamen, quod dicit Gl. in d. l. de præscrip. longi temporis, in verbo ... & vt ... Gl. l. j. de ... Nam ... præscriptione, & ... Glossa ... præterea ... Conradi ... addo ... præscript. ...

Natus ex ingenua, lite pendente est ingenuus. Vel sic: Vitium litigiosi non efficit libertati. Bald. Vel sic: Si manumissa est postea ex antiqua causa pronunciata ingenua: liberi ante nati probantur ingenui. Salycetus.

SI ancillam.] casvs. Si ingenuam vt ancillam possedisti, & manumisisti: an ea ingenuitatem prouocante, & obtinente, filij post manumissionem, & ante sententiam procreati, ingenui dici debeant quæritur? Dicit quòd sic: & nepos mulieris hanc consultationem faciens, si peritiores consuluisset, quòd tales essent ingenui, facilè cognouisset. Viuia.

Solen-

a ¶*Solenniter*. per sententiam.

b ¶*Cognosceres*. Nam sententia[a] ingenuitatis præiudicat inter omnes: vt *ff. de libe. causa. l. dini. §. j. & ff. de sta. homi. l. ingenuum*. ¶Sed contra. huic. l. j. *de lib. cau. l. fi.* Solu. ibi non erat causa liberalis: sed de dominio inter duos. vel hic erat libertatis causa: ibi ingenuitatis.

a Sententia ingenuitatis præiudicat inter omnes.

¶ Item argu. contra. *infra res inter alios act.* imò hic quia ex ingenua nascitur non ex sententia matris. & sic non ob. j. *de libe. cau. l. fina.*

C*Vm cognatum*.] CASVS. Si ciuitate habente bellum cū ciuitate alia, ingenuus aliquis captus fuerit & distractus: an seruus dicendus sit, quæritur? Dicitur quòd non: quia tales non dicuntur hostes: *vt ff. de capti. l. hostes*. Vel dic: quia Palmyrena ciuitas bellum faciebat cū populo Romano & captus erat liber homo, & distractus: cū quodam iure postliminij dicatur reuersus, cū præses prouinciæ reddet ingenuitati: nec seruus esse dicetur. Viuianus.

c ¶*Ingenuum*. à natiuitate. Accurs.

d ¶*Palmyrenæ*. ciuitatis est Palmyrena quæ est in prouincia Phœnicæ prope Barbaricas gentes: *vt ff. de censib. l. j.* & faciebant bellum cum populo Ro nano, & hūc ceperunt: eum denique vendiderunt: & sic iure quodam postliminij dicitur reuersus: *vt ff. de cap. l. ij. & l. fin.* Vel verius faciebat bellum cū alia ciuitate: & sic iure non fuit factus seruus, cū non dicantur hostes: *vt ff. de capti. l. hostes*.

* factio, sic vet.

* Quæ duce Odenato Palmyrenorum decurione ex cicata est: qui vnus fuit ex triginta tyrā nis qui tēpore Valeriani occuparunt aut vexarunt imperium Romanum.

e ¶*Fallaciæ*. id est discordiæ. in mala enim parte ponitur.

D*iffamati*.] CASVS. Primo ponit regulam, deinde exemplū ad regulā quæ talis est: Status ingenuorum errore vel malignitate alicuius diffamari nō debet. Exemplum tale est: Titius persæpius imposuit Seio quòd erat seruus. præsidem & eius successorem sæpius interpellauit, vt Titium citaret, & probaret Seium seruum esse, vel desisteret. Seij allegationibus auditis pronunciauit ne Seius à Titio super statu suo de cætero inquietaretur. si igitur adhuc perseuerat in iniuria, debet Titium temperare. Viuianus.

* vide Repetitionē solennem huius l. auctore Bartholomeo Blanco.

* consistere.

* vnde Cepola consela sto.

f ¶*Periniquum*. id est, valde iniquum.

g ¶*Alterum*. successorem.

h ¶*Defensionibus*. id est, iuribus.

i ¶*Sententiam*. definitiuam, lite primo coram se contestata: *vt arg. ff. de libera. cau. l. dini. §. j.* secundū Al. 2 Vel dic quòd præses[a] statuerat certum tempus, intra quod inciperet agere: quod potest, denegando sibi postea iurisdictionem: *vt j. de remiss. pign. l. si eodem. & supra de vsu. pu. l. fin. & ff. de cur. bo. dan. l. j. §. quæritur. & ff. quibus* ex cau. maio. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum decrisp. & ff. de optione leg. l. mancipiorum. & l. si optio. §. finali. & infra ad legem Iuliam. de adulte. l. ob commissa. & ff. de bo. aucto. iud. poss. l. j. & ij. & de Carbonia. edicto. l. iij. §. duo.* Et etiam pœnalem potest indicere mulctam: *vt ff. si quis ius dicen. non obtemp. leg. j. in principio.* ¶ Item contra. supra vt nemo inuitus. sed hic speciale. ¶ Et sunt hæc omnia argumenta scholari qui vult recedere, & Bononienses differunt cum conuenire in recessu.

a Iudex potest terminū præfigere ad agēdum.

* aduersa.

III. *Imp.* PHILIPPVS A. *Felicissimo*.

S*Lauiam tuam tibi ancillam manumissam, postea ingenuam esse solenniter*[a] *constiterit, statúmque eius iustæ sententiæ tuetur auctoritas: filios eius, quamuis ante sententiam susceptos, ingenuam libertatem non immeritò flagitare, si cum peritioribus tractatum habuisses, facilè cognosceres*[b].

In hostilitate inter duas ciuitates consistente captus, non efficitur seruus. hoc dicit secundum lecturam secundam.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. *Agrippæ*.

C*Vm cognatum tuum ingenuum*[c] *natum *ex Palmyrenæ*[d] ** factionis*[e] *dominatione redemptum, velut captiuum distractum esse dicas: præses prouinciæ ingenuitati suæ reddi cum efficiet.*

Diffamatis alienum statum terminus adsignatur ad proponendum, & probandum de iure suo. quo nō probante, imponitur ei silentium ne vlterius infamet, vel inquietet. qui si non paret sententiæ, mulcta afficitur. Baldus. Vel sic: Contra diffamantem aliquem de seruitute, potest iudex ad instantiam diffamati tempus illi præfigere, intra quod debent agere: aliàs vltra tempus non audietur. Salycetus.

V. *Iidem* AA. & CC. *Crescenti*.

D*Iffamari statū ingenuorum seu errore, seu malignitate quorundam, periniquum*[f] *est: præsertim cū affirmes diu præsidem vnum atque alterum*[g] *interpellatum à te, vocitasse diuersam partem, vt contradictionem faceret, si defensionibus*[h] *suis confideret.* vnde constat meritò rectorem prouinciæ commotum allegationibus tuis sententiam*[i] *dedisse, ne de cætero inquietudinem*[k] *sustineres. Si igitur adhuc diuersa * pars perseuerat in eadem obstinatione: aditus præses prouinciæ ab iniuria temperari præcipiet. Dat. pridie Nonas.**

Famulatus liberi hominis etiam per tempus longum, non facit eum seruum. Salycetus.

VI *Iidem* AA. & CC. *Dionysio*.

S*Cientis conditionem liberum nō posse fieri seruum, euidentissimi iuris est. Cū igitur*[l] *proponas patrem pupillorum quorum precibus fecisti mentionem, velut liberum te penes se habuisse in ministerium, licèt in actu longi temporis: non præcedente verò titulo quo dominia quæri solent*[m]*, mutare tuam conditionem minimè potuit. S. VII. Kalend. Maij. AA. Conss.*

Non renunciatio causæ, sed natalium veritas probat quem ingenuum. Salycetus.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Matronæ.**

S*I te & filios tuos ingenuos esse constat: natalium veritas vos tuetur. nam qui seruitutis mouerat quæstionem, apud acta causæ renunciando, ad ingenuitatis probationem nec nocere quicquam, nec prodesse potest*[n].

Serui vel liberi, ex pacto non efficiuntur ingenui. Salycetus.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Callimorpho*.

I*Ngenui nascuntur*[o]*, libertini manumissione tantū constituuntur*[p]*. pactum autem nec seruis*[q] *nec libertinis ingenuitatem adsignat: nec his*[r] *qui transactioni*[s] *non consenserunt*[t]*, quicquam præiudicare potest.*

Ex libertina matre natus est ingenuus: nec in reuerso obest quòd in captiuitate hostium fuit. Salycetus.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Potamoni*,

L*Ibertina matre procreatā ingenuam* nasci natalib*,*

k ¶*Inquietudinem*. nam amittit causam cum de est cognitioni contumaciter: *vt ff. de re iudicata. le. contumacia. & infra de adser. tol. le. j. in fine.*

S*Cientis conditionem*.] CASVS. Si sciens vt seruum liberum possedisti: non propter hoc libero quòd fiat seruus præiudicasti, licèt ministerium quod serui consueuerunt facere, tibi præstitit longo tempore. nullo enim vero titulo intercedente, putà emptionis, vel donationis, non intelligitur sua conditio mutata. Viuianus.

l ¶*Cum igitur*. hic habes quòd absque lite contestata fuit hic lata definitiua sententia. ¶Sed dic quòd statutus fuit terminus, maximè in casu qui sequitur. aliàs cōtra quandoque: *vt ff. de libera. cau. l. liberu. §. si quis sciens.* Sed certè ibi non fit seruus sciens.

* Patronum.

m ¶*Quæri solent*. *vt ff. de libera. causa. l. si vsufructūm. in princip. §. j. & facit j. de seruis reipubl. ma. l. fin.* Accurs.

S*I te*.] CASVS. Si alicui status quæstionē mouisti, & renunciasti coram actis, an alij præiudicet volenti ei statum mouere quæstionē, quæritur? Dicitur quòd non sufficit ad probationem ingenuitatis, quòd aliquando motæ liti renunciasti. Viuianus.

n ¶*Nec*[a] *prodesse potest*. *vt arg. ff. de libe. cau. l. dini fratres.*

a Renunciatio liti non videtur fateri aduersarium habere ius. vide Roman. singul. 786. adde leg. postquam litē. *ff. de pact.*

o I*Ngenui nascuntur*. *vt & instit. de ingenuis. in prin.*

p ¶*Constituuntur*. *vt instit. de libe. in principio.* Item & per sententiam: *vt ff. de stat. ho. l. ingenuum.*

* ingenuis. & in omnibus.

q ¶*Nec seruis*. vt seruus vel libertus fit ingenuus: *vt j. de collus. detegen. l. j. & de libe. causa. l. parentes. & l. post certi.* ius autem patronatus bene remittit: *vt supra de bo. lib. & de iure patronatus l. fin.* Item beneficio principis libertus fit ingenuus: *vt ff. de nata. resti. l. quarum.*

r ¶*Nec his*. scilicet patronis vel dominis.

s ¶*Transactioni*. dedit enim aliquid seruus vel libertus domino vel patrono, vt fieret ingenuus: hoc quidem non nocet non consentientibus.

t ¶*Consenserunt*. idē si consensit, vt esse fierent ingenui, vt prædixit.

L*ibertinamatre*.] CASVS. An natus ex libertina sit ingenuus, quæritur. Dicitur quòd sic. vnde si talis ab hostibus captus fuerit, vel ex libertina natus, si non præiudicatur quo minus sit ingenuus. Viuianus.

a ¶ *Iure est. vt instit. de ingenuis in princi. & supra de oper. liber. l. an sepe.*

a Ingenuus est etiam qui ibertina matre editus est.

A*D recognoscendos.*] CASVS. In ll. plerunque hoc nomen Stichus, ponitur pro nomine serui. si aliquis ingenuo hoc nomen imposuit ad celandam ingenuitatem: nunquid ob hoc mutatur eius conditio? Dicitur quòd nõ. Viuianus.

* adire.

b Nominis mutatione conditio aut stat non mutatur.

b ¶ *Ad recognoscendos.* *vt instit. de leg. §. si quis in nomine.*

S*I vestram.*] CASVS. Si ingenuum tanquam seruum possides nullo præcedente titulo vel eius operas in x. vel xx. ann. liberi conduxisti: non ob hoc ingenuitati eius præiudicatur: & vt sibi conuentionis fides adimpleatur, agere poterit.

c ¶ *Si vestram.* id est, vestri. possidebantur enim vt serui.

† al. nocent.

d ¶ *Titulus.* ex quo liberi constituuntur seruiti: *vt ff. de libe. cau. l. si vsufruct. & facit supra eodem. leg. scientis. & cod. titul. de libertina.*

e Tituli varii sunt quib. ex libertate in seruitutē ab ripimur.

e ¶ *Prohibemini.* l. ad mercedem, id est, vt soluatur vobis merces.

* Maximo Edauio.

A*D mutandum.*] CASVS. Ingenua vendita & exportata tanquam ancilla, nunquid libertatem & ingenuitatem amittat? Dicitur quòd non: sed nati post, maneant liberi. Viuian.

f ¶ *Promouet. vt & infra ad legem Fab. de Plag. l. abduct. & facit §. eodem. l. libertina.*

I*Ngenuum.*] CASVS. Si de possessione libertinitatis in ingenuitatē prouocasti, nec probasti: an libertus sis, quæritur? Dicitur quòd sic.

d Ingenuum qui se adserit facilè se liberum non esse ait.

* Menandro.

g ¶ *Libertinitatem.* quam habebat, quòd videbatur si amiserit: quia & cū adseruit se ingenuum, videtur negasse tacitè se non esse libertū: fortè nec patietur pœnam: licet secus sit, cū dicit se suis nummis emptum. *vt ff. de manumiss. l. si quis dicat.* ¶ Item nota hic argum. quod qui primo adserebat rem aliquam de suo allodio esse: postea potest adserere se in feudum habere: *sic & supra si seruus export. vel. l. moueor. & ff. de except. rei iudica. l. si mater. §. si quis autem.* Sed argum. contra infra *qui po. in pig. ha. authentic. item possessor. & ff. de iure iur. an. at. l. ij. & supra de feud. l. j.*

e Q. item sit primò allodialem dixit, & succubuit pòst, pòst eundem feudalē dicere: vt hic. nisi forte vasallus canuincatur de mēdacio fuerit, puta quod scilicet dixerit, i proprium seu allodialē, cùm feudalē sit, tunc n. vasallum feudum amittere propter menda cium suū putat Karen in feud. tit. si vero gasal... de. n...

* libertatem.

S*Tatui ingenuæ.*] CASVS. Si ingenuam tanquam ancillam nomine sponsaliorum sponsæ tuæ dedisti: non ob hoc vt ancilla fiat ei præiudicare potuisti. Viuianus.

h ¶ *Data proponitur.* ea inuita, vel ignorante: *vt infra de libera. causa. l. ministerium. & supra eodem. l. si vestram.* alias facit sibi præiudicium: *vt argum. ff. de lib. causa. l. e. si vsusfructus. in principio & §. j.* Accursius.

euidētis ac manifesti iuris est[a]. Cū igitur te matre libertina editam, deinde ab hostibus captam, postliminio reuersam proponas, & nūc tibi seruitutis moueri quæstionem: consequens est adiri[*] præsidem prouinciæ, qui de causa liberali cognoscet, iure laturus sententiam, sciens neq; huiusmodi matris conditionem, neque captiuitatem, reuersis de statu pristino quicquam posse detrahere.

Nomina sunt inuenta ad recognoscendum, non ad faciendum quē seruum, vel ingenuum. Salycetus.

x. *Idem AA. & CC. Athenodoræ.*

AD recognoscēdos[b] singulos nomina cōparata publico cōsensu, ob celandos natales ingenuis, si mutentur, minimè nocet: † natósque (licet in ministerio seruitutis) liberæ cōditionis, non seruos possessio, sed stat[*] ingenuos edi perficit.

Locatio operarum nec facit nec probat quem seruum. Salyc.

xi. *Iidem AA. & CC. Maximo.*[*]

SI vestram[c] possessionē nullus præcessit titulus[d], sed ingenui cōstituti operas mercede placita locastis: nec statui vestro quicquā derogatum est, nec ad conuentionis implendā fidem solenniter agere ,phibemini[e]. S. Nō. Mart. CC. Conss.

Plagio abducta ingenuitatem non perdit. Salyc.

xii. *Iidem AA. & CC. Quieta.*

AD mutandum liberæ statū, commissum plagij nihil promouet[f]: sed abducta natales quibus nata est post hunc etiā casum obtinere conuenit. S. III. Kal. Decemb. AA. CC.

Absolutoria lata quia non probatum, nō propterea præsumitur quod reus adserebat esse verum. Item succumbens in causa ingenuitatis, non præiudicat sibi in causa libertinitatis quin illam postea mouere possit.

xiii. *Iidem AA. & CC. Melandro.*[*]

INgenuum se contendendo, nec probando, non amittit libertinitatem[g]. S. VII. Id. Decembris.

Etiam per titulum fauorabilem statiis non amittitur. Baldus. Vel sic: Ignoranter desponsata vt ancilla, eæ ingenuitati non præiudicat. hoc dicit. secus si scienter. Salycetus.

xiiii. *Iidem AA. & CC. Aristoboli.*

STatui[*] ingenuæ ex eo solo quòd velut ancilla sponsaliorum nomine data proponitur[h], præiudicari nulla ratione potest. S. V. I. Kalendas Ian.

TITVLVS XV.

COMMVNIA DE MAnumissionibus.

Si proprietarius & vsufructuarius simul libertatem seruo imponant, pleno iure liber efficitur. at vbi solus proprietarius hoc fecerit, ipsius libertus erit, & quasi seruus apud vsufructuarium permanebit. & interim aliundè quæsita quàm ex opera sua & re fructuary, sibi quærit: & ea ad legitimum suum successorem transmittit. Vbi verò solus fructuarius manumittit: si contemplatione serui, tunc quandiu vsusfructus durasset, proprietario seruire non tenetur: sed postea sic. & interim extra operas quæsita, domino quærit. hoc dicit vsque ad §. illud quoque. Salycetus.

i. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Iuliano præfecto prætorio.*

SANCIMVS, si proprietarius seruo cuius vsusfructus ad alium pertinebat, libertatem imposuerit: non secundū antiquam obseruationem & libertate carere,[*] & eum sine domino esse intelligi: sed nec inueniri personam cui res ad se venientes acquirat. Sed si tam proprietarius quā vsufructuarius libertatem ei consentientes imposuerint, pleno iure liberum eum effici: & si quid postea sibi acquisierit, hoc in bonis suis habere. Sin autem proprietarius solus libertatem imposuerit, vsufructuario minimè consentiente: fit quidem ille qui libertatem à proprietario accepit, inter libertos proprietarij connumeratus[i]: &

COMMVNIA DE manumissionibus.

Expofuimus in superioribus singularia de manumissionibus: nunc audiamus communia. Azo.

Continuatio.

S*Ancimus.*] CASVS. Primo refert antiquitatem quandam, scilicet quòd olim si aliquis in seruo habebat vsumfructum, alius proprietatem, & proprietarius volebat eum libertate donare: nec fiebat liber, nec dominium eius habebat aliquis: & quod acquirebat, nulli acquirebat. hodie autem aliter. nam aut proprietarius & vsusfructuarius simul manumittunt: aut proprietarius tantū: aut vsufructua. nō proprietarius. primo casu pleno iure erit liber, & sibi acquiret. in secundo casu inter libertos proprietarij computabitur: & si aliquid medio tempore inter manumissionē & perseuerātem vsumfructum acquisierit, sibi acquirit, & ad posteros suos illud transmittit, iure patronatus salua nisi fuerit remissum. tunc enim seruiat donec viuat: vel cū morte vel capitis deminutione finiatur: & finito vsufru. plenè liber fit: adeò vt quomodo velit degere possit. Si verò viuente vsufructua. decesserit: hereditatem suā ad heredem suum, si testatus moriatur, vel ad succedentē ab intestato transmittat. In tertio casu distingue: aut noluit eum libertatem consequi, quia volebat cedere vsumfructum: & maneat seruus propriè. si verò eum voluit liberum esse: viuente vsufructuario ministerium proprietario non debet, sed iudices tueri eum teneantur. & quod medio tempore acquisiuit, finito vsufructu ad dominum reuertatur. & hoc in prima. An autem pater vel mater per filium vel filiam in potestate, vel emancipatos, cuiuscunque gradus, possit manumittere seruum suum, vel in ecclesia, vel coram iudice, vel inter viuos, & in vltima voluntate, vel directè vel per fideicommissum manumittere voluerit? Dicitur quòd sic. An sit habenda distinctio ætatis illius, sit maior, vel minor, qui manumittendus est, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

* Statui.

lib. 48. Basilic. tit. 19.

* al. & de libertate cedere. al. in libertatem cedere.

i ¶ *Connumeratus.* scilicet statim: vt hic. ¶ Sed contra *ff. de heredib.*

ſi quid in medio [a] poſſidet, hoc ſibi acquirat, ſibíque habeat, & ſuæ poſteritati [b] relinquat, ſaluo patronatus iure per omnia cuſtodiendo, niſi & hoc ei legibus fuerit remiſſum. Ipſe tamen libertus quaſi ſeruus apud vſufructuariũ permaneat [c] donec vſufructuarius viuit, vel vſusfructus legitimo † modo peremptus [d] eſt. Etenim ſi finẽ vſusfructus quocunque modo accipiat: tũc facultas ei tribuatur quo maluerit degere modo. Si verò adhuc ſuperſtite vſufructuario ab hac luce fuerit libertus exemptus: hereditas ei[o] legitimũ tramitem [e] ſequat. Sin autem vſufructuarius tantummodo libertatem impoſuerit: ſi quidem hoc modo, vt cedat vſumfructum proprietario: pleniſſimum ius habeat in ſeruo proprietarius: vt omnia ei ſeruus acquirat ſecundũ ea quæ generaliter in ſeruos & dominos conſtituta ſunt. Sin verò gratias agẽdo [f] vſufructuarius cum ab vſufructu liberauerit, & libertate donauerit: tunc maneat quidem ſeruus proprietario ſuo annexus: ſed non neceſſitas ei imponatur, donec viuit vſufructuarius, vel vſusfructus conſtare poteſt, obſeruare [g] proprietarium, & quædam miniſteria ei adimplere, ſed iudices noſtri eum in quiete tueantur. Poſt vſufructuarij autem mortẽ, vel vſusfructus quocunque modo interemptionẽ: tunc ſeruiat quidem domino, & omnia quæ in medio ad eum peruenerint [h], hæc ſuo domino acquirat. Et ſit ex noſtra conſtitutione hæc ſeparatio inter ſeruos & liberos: & nõ ſecundũ ius antiquũ idem ſeruus remaneat, & nullum reſpiciat [i] dominum.

Poteſt pater & mater per filium & filiam apud iudicem vel aliter ſeruum manumittere. Bald. Vel ſic: Parentes poſſunt manumittere per filios cuiuſcunque ſexus, etiam ſi non ſint in poteſtate. Salyc.

Illud quoque huic legi adiicimus, vt exploſa antiqua † perſonarum differentia, liceat parentibus tam maſculis quàm fœminis, filiis filiabúſve ſuis in ſacris conſtitutis, ſiue emancipatis, cuiuſcunque gradus, mandatum imponere, quatenus ſeruos in libertatem perducant [k], ſiue apud iudicem, ſiue in ſacris eccleſiis, ſiue ſecundũ alium quem mandator voluerit legitimum modum. cùm enim [l] & in ſucceſſionibus & in aliis penè[m] omnibus nulla eſt inter liberos diſcretio: oportet hoc obſeruari & in præſenti caſu, * maximè pro libertate, quam & fouere & tueri Romanis legibus, & præcipuè noſtro numini peculiare eſt [n]. Dat. XV. Kal. April. Lampadio & Oreſte Cõss.

Poteſt manumitti tam in eccleſia, quàm apud iudicem, vel in teſtamento etiam infans & ignorans, vt ſit ciuis Romanus. Bald. Vel ſic: Seruus cuiuſcunque ætatis manumitti poteſt à domino. Salyc.

II. *Idem A. Iuliano præfecto præt.*

SI quis ſeruo ſuo libertatem imponat, ſiue in eccleſia, ſiue in æde ſacra, ſiue ad qualecunque tribunal, vel apud eũ [iudicem] qui libertatem imponere [o] legibus habet licentiam, ſiue in teſtamento, vel alio vltimo elogio, directam vel fideicõmiſſariam: nullo coerceatur * modo eorum qui ad libertatem veniunt, ætatem requirere [p]. neque enim eum tantummodo ciuitatem Romanam adipiſci volumus, qui maior triginta annis exiſtit †: ſed quemadmodum in eccleſiaſticis libertatibus non eſt huius ætatis differentia, ita in omnibus libertatibus quæ à dominis imponuntur, ſiue extremis diſpoſitionibus, ſiue per iudices, vel alio legitimo modo: hoc obſeruari ſancimus, vt ſint omnes ciues Romani conſtituti: amplianda [q] enim magis ciuitatem noſtram, quàm minuendam eſſe cenſemus.

Si exiſtens ſine vxore ancillam propriam in concubinam habeat: & de eius vel ſobolis libertate vel ſeruitute nihil diſpoſuerit: ad libertatem poſt eius mortem perducuntur. Salycetus.

III. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

SI † quis ſine vxore conſtitutus, ancillam ſuã ſub nomine habeat concubinæ, & in eadem vſque ad mortem ſuã conſuetudine permanſerit, & forſitan liberos ex ea ſuſtulerit: * ſancimus omnimodo non concedi heredibus defuncti eandẽ, vel liberos eius, ſi etiã liberos habuerit, in ſeruitutẽ deducere: ſed pòſt mortem domini ſub certo modo [r] eripiatur in libertatem vnà cũ ſobole ſua, ſi etiam eam forſitan habuerit. Ipſi etenim domino, dum ſupereſt, damus licentiam [ſ] quomodo voluerit vel tam ancilla ſua, quàm etiam ex ea progenita ſobole, [&] in ſuo vltimo elogio quicquid voluerit contra eos diſponere, id eſt quaſi ſeruos eos aliis legare, ſiue in ſeruitutẽ * heredũ nominatim relinquere. Sin autẽ taciturnitate [t] eos prætererit, tũc poſt mortem eius ad libertatem eripiantur: vt ſit mors domini, libertatis eorum exordium. Hominibus etenim vxores habentibus, concubinas vel liberas vel ancillas habere, nec antiqua iura [u], nec noſtra concedunt. Dat. Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. III.

redib. inſtituen. l. quoties in fin. vbi differtur donec vſusfructus finiatur. Solu. hæc illam corrigit.

a ¶ *In medio.* id eſt, poſt manumiſſionem durante vſufructu.

b ¶ *Poſteritati.* niſi ſit acquiſitum ex re fructuarij, vel ex opera ſua: *vt inſtitu. per quas perſo. no. acqui. §. de his.*

c ¶ *Permaneat.* niſi fortè ſit conſtitutus, quandiu ſeruus in ſeruitute eſſet.

d ¶ *Peremptus.* morte, vel capitis deminutione.

e ¶ *Tramitem.* inſtitutũ, vel ab inteſtato ei ſuccedentem.

f ¶ *Gratias agendo.* ipſi ſeruo.

g ¶ *Obſeruare.* i. parère.

h ¶ *Ad eum peruenerint.* non ex re fructuarij, vel ex opera ſua.

i ¶ *Et nullum reſpiciat.* hoc tamen admittitur quandoque, ſcilicet in duobus caſibus: *vt ff. de libe. cau. l. ſi vſufructuarius. & de ſtipul. ſeruoru. l. quod ſeruus ſtipulatur.*

k ¶ *Perducant. vt & ff. de manumiſſ. l. nepos. & de manumiſſ. vindi. l. ſi pater.* & eſt hic [a] ſpeciale. ſic econtra filius per patrem: *vt ſ. de his qui à non do. manu. l. pen.* Sed regulariter contra: *vt ſ. de manu. vin. l. nec mulierem.*

l ¶ *Cùm enim.* meritò hoc caſu liberorum differẽtia eſt ſublata, cùm enim &c.

m ¶ *Penè.* ideò dixit penè, quia emancipat[b] non acquirit patri. 2 Item per prætorem tantũ ſuccedit. 3 Item vocat patrem in ius, cũ venia tamen: *vt ſ. de in ius voc. l. fina.* 4 Item emancipati conferunt ſuis: ſed non ſui emancipatis: *vt i. de colla. l. ſi emancipati.* plenè diximus.

n ¶ *Peculiare eſt.* id eſt, pulcherrimum eſt.

o ¶ *SI quis ſeruo.*] *Imponere.* id eſt, manumittendi auctoritatem dare.

p ¶ *Requirere.* etiam ſi eſt infans: *vt inſtit. de lib. §. fina. & ff. de manumiſſ. l. huius ratio.*

q ¶ *Ampliandam. vt ſupra de indi. vidu. l. ij. & de lo. lib. l. ſi.*

SI quis ſine vxore.] CASVS. Si aliquis ad ancillam ſuam conſuetudinem habuit, & vſque ad mortem ita perſeuerauerit: nec ipſam nec liberos eius heredes in ſeruitutem deducant, ſed in libertatẽ eripiantur. & hoc in prima. Licentia verò domino ſuperſtiti concedenda, vt ancilla & ſobole quomodo ſibi placuerit: & in vltima voluntate de his diſponere, eos aliis vt ſeruos legando, vel vt in ſeruitute heredum remaneant relinquendo. & hoc in ſecunda. Si verò nihil de eis expreſſit: tunc pòſt mortem eius ad libertatem perducãtur. & hæc vera ſunt in omnibus non habentibus vxorem. In aliis verò ſecus erit: quia habenti vxorem, & concubinam etiam antiqua iura non permittunt. & hoc in tertia. Viuia.

r ¶ *Certo modo.* quem certum modum habes in fine l.

ſ ¶ *Licentiam. vt ſ. tit. j. l. de ancilla.*

t ¶ *Taciturnitate. ſic ſupra de ſecund. nupt. authen. nunc autem.*

u ¶ *Antiqua iura. vt & ſupra de concu. l. j.*

DE LIBERALI cauſa.

† al. alio legitimo modo. al. non legitimo.

a Manumittere per alium regulariter nõ poſſumus.

b Emancipati à ſuis adhuc in aliquibus differunt.

* al. quam expreſſit Paul. lib. 2. ſent. tit. 23. his verbis.

* cauſa.

* coerceatur. al. concedimus.

† eſt autem hoc eſſet legitima ætas Romanæ ciuitatis adipiſcendæ, & ſeru' ante hãc ætatem manumiſſus nõ fieret ciuis Romanus, ſed tãtũ Latinus, vt docet Theophil. Inſtit. de liber. & Vlpian. reg.

† vide quæ excerpſi ad tit. de bonis libertor. & iur. patro.

* ſuſceperit.

* ſeruitute.

Continuatio. *Dix'i s. de libertate dandatur: nunc de ea tuēda per liberalia iudicia. Vel sic: Qualiter contingat libertas s. dictum est: nunc autem quomodo libertas præstita petatur vel defendatur, ponit: & ita tractat de liberali causa. Azo.*

REm quidem.] CASVS. Si filios tuos tanquam seruos distraxisti: an eos vindicare in libertatē possis, quæritur? Dicitur quòd licèt rem illicitam cōmiseris, tamen eos vindicare potes: vel nomine eorum in libertatem proclamare. Viuianus.

a Illicitum ad ius refertur. a ¶ *Illicitam*. quantum [a] ad ius: nam vendi non potest, nisi in casu. *vt s. de patr. qui fi. dist. l. j. & ij.*

b Inhonestum ad mores refertur. b ¶ *Inhonestam*. quantum [b] ab bonos mores.

c ¶ *Filios tuos.*

d ¶ *Adi.* tu pater, & etiam filiis inuitis, *vt ff. eod. l. ij. & iij. & ad hoc s. de transact. l. transactione metum.* ¶ Et sic not. quòd

e Turpitudinē suā quis allegās, interdum agit. suam[e] turpitudinem allegat. Item venit [d] contra factum suum, & sic

d Factum suū quis interdum retractare & reuocare pōt. est contra. *ff. de adoptio. l. post mortem.* Solut. hic fauore libertatis: Vel non venit nomine suo, quod est verum, *sic s. de admin. tut. l. cum quidam.* Vel ideò, quia contra[e] legem

e Factū contra legem pro infecto habetur. factum est, vnde pro infecto habetur, *vt j. de agric. & cens. l. quemadmodum. lib. xj.* Vel hic fuerunt sciētes [f] vnde ipso

f Liber homo, sciente id emptore & vēditore venditus ipso iure venditus non cēsetur. iure non valuit contractus super libero homine, *vt instit. de contr. empt. §. fin.* Vnde non obstat *ff. de euict. l. vindicantem.* Sed quid si non fuit emptor sciens, & sic tenuit contractus, *vt j. de euict. l. si tibi?* non videtur sufficienter responsum ad illam vindicantem, sed dico primas responsiones sufficere.

e ¶ *Iuris.* f. per adsertores, qui tamen sublati sunt: *vt j. de adsert. toll. l. j. in princ.*

SI lib.] CASVS. Si seruos meos quoad opinionem possedisti, & eos vindicando obtinui, si postea in libertatem proclamauerint: an eis obstet res inter me & te iudicata, quæritur? Respondeo quòd non.

* domino. f ¶ *Dicis.* & sunt in possessione seruitutis.

* Aet. al. fuit. g ¶ *Dicantur.* f. à seipsis, vel ex possessione seruitutis, vel ab amico eorum.

h ¶ *More solito.* scilicet per adsertores, qui tamen sublati sunt, *vt infra de adsert. tollend. l. j. in prin.*

i ¶ *Iudicata.* quia obtinuisti contra alium: nam ibi de proprietate inter duos litigatur, hic inter seruum & dominum de libertate, & sic non nocet, vt infrà res inter ali. &c. *& ff. eodem. l. si cui. §. j.* Accursius.

SI liber.] CASVS. Si ancillæ meæ liber homo se copulauerit habendo eam vt concubinam, & ei vt abstineret denunciaui, nec abstinuit fortè, an ob hoc mutetur sua conditio, vt seruus efficiatur, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

TITVLVS XVI.

DE LIBERALI causa.

Pater potest venire contra factum suum illicitum & inhonestum, in fauorem filiorum, qui non potuerunt per patrem affici iniuria. Bald. Vel sic: Pater venit contra factum suum, quod est ipso iure nullum, vel nomine filij cui præiudicare non potuit. Salycetus.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Saturnino.*

REM quidem illicitā [a] & inhonestam [b] admisisse te confiteris, quia proponis filios [c] ingenuos à te venundatos. Sed quia factum tuum filiis obesse non debet, adi [d] competentem iudicem (si vis) vt causa agatur secundū ordinem iuris [e]. PP. V. Id. Febr.*

Sententia inter duos super proprietate seruorum lata, non præiudicat seruis in libertatem proclamantibus. Salyc.

II. *Idem A. Veroniano.*

SI hi quos seruos tuos esse dicis [f], liberi esse à diuersa parte dicantur [g]: de statu eorum more solito [h] quæri oportet: nec enim res iudicata [i], qua de proprietate eorum pronunciatum est, opponi causæ liberali potest. Datum Nonis Febr. Romæ, Messala & Sabino Conss.

Ex contubernio ancillæ alienæ liber homo non transit in alterius dominium. Salyc.

III. *Imp.* ALEXANDER A. *Quirino.*

SI liber homo alienæ ancillæ cōtubernium sequatur: licèt ei fuerit denunciatum vt se abstineret, seruus domini * mulieris non fit [k]. * PP. Non. Febr. Fusco & Dextro Conss.

Si sententia pro libertate data transit in rem iudicatam, amplius de ea non quæritur: secus si ab ea fuerit appellatum. Salyc.

IIII. *Idem A. Iocundo.*

SI is quem in seruitutem petebas, liber (quāuis absente te) causa cognita [l] pronunciatus est: secunda in seruitutem petitio eius dari tibi non debet [m]. Sed si postea quàm cognouisti [n], de sententia iudicis appellasti: an iure lata sit, in auditorio [o] quæritur.

Venditio fisci non præiudicat causæ liberali, item probationis onus incumbit non possidenti: quo non probante, possessio rei manet inconcussa. Baldus. Vel sic: Quatuor dicit. Primò, quòd fiscus non priuilegiatur, vt mulier ab eo vendita in libertatem non proclamet. Secundò, quòd exceptio maioris ætatis contra eam est inanis. Tertiò, quòd ex seruitute proclamanti in libertatem, incumbit onus probandi: & hoc operatur possessio eius quam habet conuentus. Quartò, quòd exceptio precij participati probata, nocet libero vendito. Sal.

V. *Idem A. Sabino.*

NOn ideò minus in libertatem proclamare potest ea, quam ancillam tuam esse dicis, quod eam vendente fisco comparasti [p]. Sed nec hodie * ad præscriptionem operatur, quòd venditionis tempore maior viginti annis fuerit: cùm ætatis allegatio non aliàs possit præscriptionem * aduersus ciuem Romanum accommodare, quā si participandi precij [q] gratia consensum seruituti dedisse probetur. Probationis sanè onus cū ex seruitute in libertatem adseritur, ad se recipit [r]: quæ si affirmationem suam non impleat inconcussum possessionis ius obtinebis [s].

Si spontanea confessio non valet: multo minus facta coactè, vel in tormentis. Baldus. Vel sic: etiam spontanea confessio in scripturam redacta, liberum non facit seruum. Salyc.

I. *Impp.* VALERIANVS *&* GALLIENVS AA. *&* VALER. *Nobiliss. Cæs. Versimono.*

k ¶ *Non fit. vt j. de senatuscons. Claud. l. j.* nec dominus ancillę tali homini libero succedit: *vt s. communia de succe. l. ancillæ.* sed per Longobardam de seruo qui liberam mulierem accepit, l. vlt. aliter obseruatur: nam si cooperiatur in coitu cum aliquo panno, efficitur seruus, ea tamen viuente. Lex Longobarda.

SI is quem.] CASVS. Si de possessione libertatis aliquem in seruum petiisti, & absente te per contumaciam legitimè citato, pronunciatus fuerit liber: prætextu sententiæ latæ in absentia an possis eum petere in seruitutem, quæritur. Dicitur quòd non est secunda petitio tua admittenda, & hoc in prima, si tamen postquàm sciuisti latam fuisse sententiam, intra decem dies appellasti: an iure lata fuerit sententia, inquiret iudex appell. & hoc in secunda. Viuia.

l ¶ *Causa cognita.* putà post edicta, *vt ff. de iud. l. & post. & s. de inge. ma. l. diffamari.* ¶ Et not. quòd hic * iure veteri contrahebat ante Iustinianū e remodicium in causa liberali absente actore, *vt d. l. diffamari. & l. si te. & s. eo. l. iusta.* quod aliàs nō erat, *vt ff. de iud. l. & post. §. j.* * Et remedium an possit contrahi in causa liberali.

m ¶ *Nō debet.* interdū datur, *vt ff. eod. l. duo fratres. §. quòd si ex seruitute.*

n ¶ *Cognouisti.* à [b] tempore ergo scientiæ currit tempus appellationis, *vt j. quomodo & quādo iudex. l. ab eo.* sicut in * redhibitoria. *argum. ff. de adil. edict. l. cùm sex.* b Appellationis tēpus currit à tempore scientiæ. * hoc al. lic.

o ¶ *Auditorio.* f. iudicis appellationis.

NOn ideò.] CASVS. Si fiscus ancillam tibi vendiderit: an ideò minus quòd à fisco eam comparasti, possit in libertatem proclamare, quæritur? Dicitur quòd nō, & hoc in prima. An autem ei obsit quo minus proclamet in libertatem, quòd cū vendebatur, excedebat numerū viginti ann. Resp. quòd non, quia tunc habet locum quod ei obesse possit, cū gratia participandi precij præbuit assensum, & hoc in secūda. Cui verò incumbat probatio, an ei prouocanti de possessione seruitutis in libertatem: an tibi, quæritur? Resp. quòd ei incumbit onus * probandi: quia eo non probante, ius possidendi eam vt ancillam obtinebis inconcussum, & hoc in tertia. * præscriptionem. * al. Simetrio.

p ¶ *Comparasti.* nec enim rem alienam vendidit vt suam, cùm melius erat. aliàs enim videris dominus, *vt arg. insti. de vsuca. §. fin. & j. de quad. præsc. l. bene.*

q ¶ *Precij.* item & alia sunt necessaria quæ diximus. *ff. de stat. ho. l. & in seruorum.*

r ¶ *Recipit.* itē oportet eū prius reddere rationem, *vt ff. eo. l. Imper.*

s ¶ *Obtinebis. vt s. de edend. l. qui accusare.*

Nec si

Nec si.] CASVS. Scripsisti te seruum meum esse: an tibi præiudicasti quod magis fias seruus, quæritur? Respon. quod non. multo minus fieret tibi præiudicium, si te per vim compulissem, vt scriberes te seruum meum esse.

a ¶ Seruum. eius qui sciebat te liberum: vt s. de inge. manumiss. l. ...

NEc si volens scripsisses seruum[a] te esse, non liberum præiudicium iuri tuo aliquod comparasses: quanto nunc magis, cum eam scripturam dare compulsum te esse testaris?

Contra libertatem præstitam à defuncto heres non potest venire, etiam si seruus fuerit heredis: quia adeundo hereditatem, confirmat libertatem. Salyc.

VII. Imp. AVRELIANVS * A. Secundo.

SI ab eo cuius seruus fuisti, manumissus es: frustra libertatis controuersiam sustines, maximè ab herede eius qui [te] manumisit: cum etsi iure libertas non processerit, respectu tamen aditæ hereditatis voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit[b].

Ex pacto facto cum seruo proprio de se vel filio manumittendo: & dato nummo, dominus non adstringitur, licet à iure hortetur. Salycetus.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Verinæ.*

CVm adfirmes placuisse quondam domino tuo, vt pro te & pro filia tua dato nummo[c] certæ quantitatis vos manumitteret, & te tantummodo liberauit: aditus rector prouinciæ hortabitur[d] eum[e], salua reuerentia quam patrono liberti solent exhibere, placito suo stare. Dat. prid. Maximo II. & Aquilino Conss.

Adsertum in libello habet vim confessionis, & ei statur contra proferentem: & si in diuersis libellis contraria dicit, statur ei quod nocet. Bald. Vel sic: Confessioni supplicantis statur in eius præiudicium, non fauorem. Salyc.

IX. Iidem AA. & CC. Proculo.

CVm † precum[f] tuarum[g] conceptio, licet eum contra quem supplicas, ex ancilla natum esse expresserit, tamen nomini[h] cognomen quo liberi duntaxat nuncupantur, addiderit, & non seruum esse, sed seruili macula adspersum comprehenderit, contra eum qui seruus non est, supplicasse te intelligis †.

Non valet pactum libertatem infringens: & sic nemo est dominus sui ipsius. Bald. Vel sic: Actus administratorij non faciunt ingenuum seruum. Salycetus.

X. Iidem AA. & CC. Stratonico.

LIberos priuatis pactis[i], vel actu quocunque administrationis[k],* non posse mutata conditione seruos fieri, certi iuris est.

Illicita adspiratio ad honores publicos, non facit seruum liberum. Salycetus.

XI. Iidem AA. & CC. Faustino.

NOn mutant serui statum, si ad ciuiles honores illicitè atque improbè adspirauerint[l]. vnde si status moueatur quæstio intelligere vobis licet, nihil prodesse posse quod pater vester ciuiles honores gessit. Solennibus[m] itaque ordinatis, apud præsidem prouinciæ de statu vestro cognoscetur.

Venditio non facit ingenuum seruum: nec precium à seruo emptori suo traditum, facit eum liberum. Salycetus.

XII. Iidem AA. & CC. Proculo.*

SI ex liberta[n]* te natum aliquis comparauerit: statum retines quem antea habuisti. Si verò ex ancilla editum naturalis pater idémque dominus distraxit, ac pòst emptori precium soluisti: non idcirco libertatem consecutus es[o]. PP. XVIII. Kalen. Maij.

¶ Sed certè idem si ignorans: quia huiusmodi confessiones non præiudicant quasi contra naturam: vt & j. eod. interrogatum. & l. liberos. j. & y. & ff. de inter. act. l. si ... §. fina. sed quantum ad adscriptitiam causam huiusmodi confessio posset nocere, si alia adessent quæ adesse oportet: vt j. de agri. & censi. l. cum scimus. lib. xj. Accurs.

SI ab eo.] CASVS. Si in testamento tuo seruum tuum manumisisti: an heres tu[9] possit eum in seruitutem reuocare quæritur? Dicitur quod nò: licèt de iure manumissio non procedat, ex quo enim hereditatem adiit, factum tuum debuit comprobare.

b ¶ Firmare debuit. vt s. de reb. al. non alie. l. venditrici. & ff. de cuiil. l. Scio. & de pign. act. l. rem alienam. & s. de rei vindic. l. cum à matre. ¶ Sed contra. ff. qui & à quib. l. seruo. Solu. hic dominus extitit heres manumissori: ibi contra manumissor domino, quæ non placet. quia magis debet esse econtra. 2 Vel dic q valet iure exceptionis, vt hic non ipso iure: vt ibi. 3 Vel hic fuit manumissus ab eo qui non potuit manumittere, non q non esset dominus, sed quia minor erat xx. an. sine iusta causa: vel quia in fraudem creditorum. arg. s. de pig. do. ma. l. si creditoribus. ibi quia non erat dominus. ¶ Item arg. contra. ff. de cast. pecul. l. in fi. ADDITIO Pro solutione contrariorum in hac gloss. formatorum, vide pulchram distinctionem Bart. in l. cùm vir. ff. de vsucapionibus aut esi... nem. Accurs.

CVm adfirmes.] CASVS. Si cum seruo tuo de danda sibi & filiis libertate, accepta certa pecuniæ quantitate conuenisti: si non manumisisti sicut conuenisti, non es compellendus stare conuentioni: sed hortabitur tè præses facere vt conuenisti, iure patronatus tibi manente saluo.

c ¶ Nummo. i. [b] nummis, sic multus piscis est Bononiæ, i. multi pisces: vt ff. de verb. sign. l. in vsu.

d ¶ Hortabitur. vt & s. de condict. ob caus. l. si liber. ¶ Sed an necessitatem imponat? Quidam quod sic: vt ff. si liber inge. esse di. l. ij. Sed certè ibi non fuit seruus reddito precio. Item pro eis. ff de acquir. hered. l. si seruum. § si qui. Sed ibi domino futuro dedit, non præsenti. 2 Vel ibi succurritur ei, vt non sit necessarius hæres. 3 Tu dic, quod dominus non compellitur, licèt sit hortandus: vt s. de transact. l. interpositas. & j. eo. l. post certi.

e ¶ Eum. s. dominum quondam.

* Amelius. al. Auito.

a Heres adeundo hereditatè defuncti, volùntatem eius gesta à defuncto confirmare & adprobare intelligitur.

* Veneriæ. al. Veronæ.

† Testib. sibi ipsis contrariis non est credendum: vt in Gl. super verbo, ... rudocant, in c. Licet. ext. de pro...

b Numerus singularis pro plurali ponitur.

CVm precum.] CASVS. Si in libello precum quem principi cōtra seruum tuum porrexisti, in princip. seruum natū ex ancilla adseuerasti, in fine autē ex adscriptitia: posteriori adseuerationi fauore libertatis statur coram iudice delegato, propter vltimam adsertionem in scripto contentam: nec rediens ad principem aliud obtinebit, vt potius dicendus sit adscriptitius, quàm seruus. Vel sic: Dixi imperatori, vellè vt cognosceres inter me & quendam quē dico ex ancilla mea natū, etiā ille dicit Alber. Carbō. dixit imperator: intellexi ex verbis precum tuarum, quòd dixisti ex ancilla tua natum, & dixisti vocari Albertum, quo nomine nō consueuerunt vocari serui, sed liberi: & posset esse ex ancilla natus, non tamen seruus, ideò videtur quòd tu non sis audiendus.

f ¶ Cùm precum. Not. per legē istam, quòd[a] si quis porrigit libellum, & aliquid dicit contra se in libello, statur dicto suo contra se.[b] argu. ff. fa. mil. erc. l. qui familiæ.

g ¶ Tuarum. s. factarum alia vice. ¶ Et no.[c] quem videri confiteri quod in libello ponit.

h ¶ Tamē nomini. hîc pone casum in principio positum: & dic q prius in libello precum dixerat natum ex ancilla: postea in eodem libello ex adscriptitia: posterior[d] confessio valet fauore libertatis.

LIberos.] CASVS. Licet liber homo tibi seruiat, vel pactus sit q sit seruus: nō ob hoc sibi præiudicat, quò magis fuerit seruus. Viu.

i ¶ Pactis. vt[e] & s. eo. l. nec si volens. & ff. de pact. l. si vnus. §. & in sum. Acc.

k ¶ Administrationis. vt & s. de ser. reip. l. fin. Acc.

NOn mutant.] CASVS. Si seruus tu[9] te ignorāte ad honores ciuiles adspirauerit, nō ob hoc probabit se esse ingenuum: nec per hoc quòd pater eius aliquādo ad ciuiles adspirauerit honores: sed coram competenti iudice de statu eius quæretur, s. an sit liber, vel seruus. Viu.

l ¶ Adspirauerint. domino ignorante, alioquin contra: vt s. qui nō. non pos. l. liber seruis. & l. fina. lib. xij. & ad hoc. ff. de off. præt. l. Barbarius. & j. eod. l. iubemus. & s. de prob. l. neque. vnde suus honor non prodest: multo magis nec patris.

m ¶ Solennibus. i. dato libello.

SI ex liberta.] CASVS. Si liberum vt seruum tuū distraxisti, ei non præiudicasti quominus in libertatē proclamare possit, ne fiat seruus, & hoc in prima. Si verò ex ancilla tua natum distraxisti: licèt emptori precium seruus soluerit, non ob hoc erit liber. Viu.

n ¶ Liberta. q dā libri habēt, ex libera: alij ex liberta: alij, si liberū.

o ¶ Consecutus es. nisi in casibus: vt insti. de noxa. in princ. & supra de pa. qui fi. dist. l. ij.

PRincipaliter.] CASVS. Stichus dicebatur esse seru[9] meus: decessit relictis filiis, & peculio. Venit Titi[9] ex aduerso, dicēs pecu-

† Intelligitur repete hanc l. v. de Alitia. Paradex. lib. 5 ... & Ant. Augu. lib. 3. emen. c. 8. & Viglian. lo. ... Contius.

a Cōfessio absente parte facta non præiudicat, neq. plene probat. Gl. in l. vn. ... nisi facta sit in libello, & ibi. idque post litē contestatam. quia ante litē contestatā facta confessio etiā in libello corrigi & ... tari potest. Gl. in l. ... ff. fam. ... erc. ... decidio ...

* administrationis, legitimum est ex al. Basil.

b Etiam parte absente secūdū Bald. secundum intelligentiā hic Glo. in l. ... col. ... de cōfess.

c Libello facta cōfessio an & quomodo noceat, paulo antè dixi.

d Posterior cō fessio magis attenditur fauore libertatis.

e Pacto ampli... ci seruus fieri ... ingenui ... seruus.

* Secundo.

* al. Liberta. al. Si liberum ex Gelo.

lium ad eum pertinere, & quòd filij Stichi serui sui erant quid iuris sit quæritur? Dicitur quòd non debet principaliter inquiri de Sticho, & ita de carne & ossibus eius: sed debeo probare coram præside quòd dominium Stichi spectabat ad me: quo probato, peculium eius & filij mihi assignabuntur. Vel sic: Si habui seruum, & ille habuit peculium & decessit: non potest quæstio principaliter de dominio istius assignari: sed si de peculio eius fuerit controuersia, poterit quæstio illa agitari. prior sententia verior est. Vi.

a ¶ *De statu* vt petantur caro & ossa.

b ¶ *Debet. vt j. ne de sta. defunct. l. quamuis. & l. fin. & infra si pend. appellatio. mors inter. l. quamuis.* Accursius.

Status quæstio defuncto iam principaliter non mouetur, sed potest secundario de ipsa disputari propter res & statum filiorum. Bald. Vel sic: De statu defuncti non potest principaliter quæri, sed in consequentiam, si res eius vindicetur: de statu verò filiorum sic. Sal.

XIII. *Iidem AA. & CC. Paulo.*[a]

PRincipaliter de statu[a] defuncti agi non pōt. Si verò ex peculio quondam eius quē tu bona reliquisse commemoras, res vindicentur, vel eius filiis moueat̃ status quæstio: hęc omnia solenniter præsidali notione decidi debent[b]. Dat. V. Kalend. Maij.

a De statu defuncti intra quinquennium quæri solet non propter carnē & ossa defuncti: sed propter posteros & peculium. vt Bic. adde Glos. 1 in prin. ff de statu defunctorum.

a Accursius.

LIte ordinata.] CASVS. Si aliquam de possessione libertatis in seruitutem petieris: lite contesta. in liberali causa, ea pendente interim pro libero habebitur quo ad causam liberalem exercendam. Viu.

c ¶ *Lite ordinata.* id[b] est contestata.

d ¶ *Libertatis.* id est lite contestata in liberali iudicio. aliàs aliter dicitur vt j. qui da. tuto. possi. j. & ibi notatur.

e ¶ *Constituitur.* scilicet pro libero.

f ¶ *Habetur.* quo[c] ad hanc litem exercendā: & ex euentu apparebit, fuerit vtilis an inutilis: *vt ff. eo. l. ordin. & ff. ex quibus causis ma. l. j. §. it autē. & ff. de vsucap. l. si is qui. §. si seruus.* sic ergo pro libero habetur, vt agat contra dominum. 2 Itē vt per procuratorē causam liberalē exerceat, si ex libertatis possessione in seruitutem petat: secus si econtra. 3 Item vt actiones contra cæteros debitores intentet, & cōtra se intentas excipiat: nō vt finiat: *vt infra de adsertione tollenda. l. j. in princ. & ff. de procur. l. seruum §. j. & de libera. causa l. ordinata.* 4 Item vt ei detur tutor: *vt supra qui dare tuto. vel curato. possunt l. j.* Sed quo[d] ad quædam non habetur pro libero, scilicet vt interim ad militiam eligi possit: *vt ff. de re mili. l. qui status.* nec quantum ad hoc quin acquirat cæterarum rerum possessionem domino: *vt ff. de acqui. poss. l. ij. §. si seruus. & de libe. causa l. si cui. §. licet.* Accurs.

b Lis ordinata intelligitur quæ contestata.

† Concor. Gl. sup. verbo fides ...super litera de rescript.

c Seruus pendente lite de statu in multis pro libero habetur.

d Seruus pendente lite in multis pro libero non habetur.

Pendente lite de statu, seruus habetur pro libero. Bald. Vel sic: Qui in seruitutem prouocatur, in causa illa pro libero habetur. Salyc.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Quintiano.*[b]

b Quintiano.

LIte ordinata[c], † in possessione libertatis[d], is de cuius libertate quæritur constituitur[e], & interim pro libero habetur[f]. Dat. IIII. Kal. Maij, Heracleæ. AA. Conss.

Ingenuitas probatur non tantùm per scripturam factam de natiuitate, sed etiam per testes, & alias legitimas probationes. Salyc.

XV *Iidem AA. & CC. Palladio.*[c]

c Palladio.

NEc omissa professio[g] probationē generis excludit, nec falsa simulatio[h] veritatem minuit. Cū itaque ad examinationem veri, omnis iure prodita debeat admitti probatio: aditus præses prouinciæ, solennibus ordinatis prout iuris ratio patitur, causam liberalē inter vos decidi prouidebit[i].[*]

Quæ de mea voluntate non procedant actiue, nec in mei præiudicium à lege procedunt passiuè. Bald. Vel sic: Si instrumentum dotale de libera sit scriptum vt de ancilla, non præiudicat ei ignoranti, cuiuscunque sit ætatis: nec scienti, si sit minor annis viginti. Salycetus.

XVI. *Iidem AA. & CC. Diogeniæ.*

SI ministerium tuum quasi libera exhibuisti ac te nescientem, seruus. Accursius.

i ¶ *Prouidebit. vt s. de fide instru. l. statum. & de nup. l. si vicinis. & de rei vin. l. iudicia.*

SI ministerium.] CASVS. Ministerium mulieris liberæ conduxisti: & ea nesciente eam in dotem pro filia dedisti: an ei, quòd ancilla sit dicta, præiudicetur, quæritur? Dicitur quòd nō, maximè cùm erat minor viginti annis, talis mutationē status patitur, nisi se vendiderit: & pretium participauerit: cùm etiam ante talē ætatem quis libertatem non conferre possit.

k ¶ *Nesciente.* si enim te sciente hoc factum esset, tibi præiudicaret: *vt argum. j. de Lati. liber. toll. authen. ad hoc. & ff. de libe. cau. l. si vsumfructum.* nisi minor esses: *vt hic subijcit: & s. qui manumitti non poss. l. si minor.*

l ¶ *Ne ante.* scilicet viginti annos.

m ¶ *Quam.* simplex est relatio.

n ¶ *Alij.* aliàs aliis: & tunc dic quòd non pōt minor viginti annis manumittere, nisi causa cognita. nam nec effici potest seruus suo consensu. Item si habes alij, est datiui casus: & idem est sensus: & sic est simplex relatio.

* Regiom.

sciente[k] quasi ancilla in dotem data, conscriptum instrumentum est: nihil hæc libertati tuæ nocere potuerunt: maximè cū te minorem ætate fuisse commemores, & placuerit minores viginti annis nulla ratione mutare statum posse, ac pro liberis seruos fieri: ne antè[l] libertatem inconsultè amittant, quā[m] alij[n] propter ætatis rationem sine consilio præstare nō possunt. PP. VI. Idus Maij Hadriano A. Conss.

Naturalis status mutationem recidit in delictis & criminibus: nec sequitur, ego sum ingenuus, ergo & fratres mei: quia quòd separabile est, probatiuè non infertur. h. d. not. Bald. Vel sic: Ingenuitas vnius ex fratribus non arguit ingenuitatem alterius: quia hæc stant simul, vt vnus sit liber & seruus. Salycetus.

XVII. *Iidem AA. & CC. Rufino.*[a]

MVltis rationibus natalibus ingenuis fratrib[9] natis, post delictis vel casibus[o] interuenientibus, singulorū causæ status separant̃. Nil itaq; ꝓhibet eundē & tibi non mouere quęstionē [stat[9],] & eos quos fratres tuos adseueras, in seruitutem vindicare, iure retinere. Igitur ad demonstrandam fratrum tuorum libertatem, aliæ sunt probationes necessariæ. nam quòd tibi non mouetur quæstio libertatis, eorum †non idoneam[p] constat habere probationem.

MVltis.] CASVS. Si te in seruitutem petiero de libertatis possessione, & exceperis non esse tibi status quæstionem mouendā, eo quòd fratres tui sunt ingenui: an sit admittēda talis exceptio quæritur? Dicitur quòd non est idonea ingenuitatis probatio: quia pluribus modis contingere potest vt tu seruus sis, fratres tui ingenui, & econuerso: vnde alia probatio est necessaria. Viu.

† con.

o ¶ *Casibus.* nouis, putà participando pretium. Accurs.

p ¶ *Non idoneam. vt s. de probationibus. l. matrem.*

¶ Et nota quòd[a] ex matre fit probatio: *vt s. de ingenuis manumissis. l. ij.* Sed libertas aut materni sola non sufficit: sed cum aliis indiciis: at patris, vel aut paterni, nec sola, nec cū aliis operatur aliquid: *vt infra eo. l. aui.* Accurs.

a Probari libertas ... matre ... conditione potest.

Licet seruus conducat rem à domino, per hoc non probatur libertas: nec per locationem operarum probantur seruitūtes. Bald. Vel sic: Conductio non probat cōducentem esse ingenuum contra locantem, vel eius heredem: nec econtra. Salycetus.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Zotico.*

AD ꝓbationē ingenuitatis ab eo cōtræcui[9] successores postulas, facta tibi locatio nō sufficit[q]: nec tamē[r] hoc solum ad seruitutis vinculum ar-

AD probationē.] CASVS. Si me de possessione libertatis in seruitutem petieris, & eo prætextu velim te repellere, quod mihi fundum tuum ad colendum locasti, non sum audiendus, quasi hæc ingenuitatis probatio sufficiens non sit: sicut nec etiam esset sufficiens ratio ad seruitutis probationem, quòd operas meas tibi locauerim.

q ¶ *Non sufficit. vt s. locati & conducti. l. ad probationem. & j. eo. l. licet. & arg. s. de iur. & facti igno. l. non idcirco.*

r ¶ *Nec tamen.* aduersarij ambo idem argumentū diuersis modis allegabant, scilicet alius dicebat quòd facta fuit locatio tanquam in genuo

NEc omissa professio.] CASVS. Si de possessione seruitutis in libertatem prouocasti, nō ob hoc tibi præiudicabitur, q; instrumenta natiuitatis tuæ non habueris, quo minus lis suo marte decurrat, & prout iuris ratio dictat, decidatur, aliis idoneis[e] probationibus adhibitis. Viuianus.

g ¶ *Nec omissa professio.* id[f] est scriptura illa quæ fieri solebat in natiuitate cuiuscunque ingenui. Accurs.

h ¶ *Simulatio.* id est professio: vt quia debebat scribere, ingenuus

e Etiam testibus. l. s. de te. stibus.

f Scriptura fo... lebant fieri in cuiusque ingenui natiuitate.

ingenuo, vt sestius alius tanquam seruo, vt dominus.

P *Rincipaliter.*] CASVS. Si Stichum qui à Sempronio in seruitutem petitur, manumisissem: ipse Stichus seipsum defendere debet: & ei teneris præstare patrocinium: quia cùm dico me eum manumisisse, probare debeo quòd seruus meus fuisset aliquádo, non is in quem manumisi. Si verò per collusionem dicatur quòd Stichus sit seruus Sempronij, debeo defendere Stichum, & inuitum: vt non amittam ius patronatus. Vel sic. Habebam seruum, eum manumisi, Sempronius dicit seruum suum esse: an à me, an à Titio sit causa ista agitanda, quæritur? Dic vt in litera.

a ¶ *Causam eius.* subaudi magis, propter quam: quod sequitur.

b ¶ *Causa.* vt ff. de lib. l. si libertus meus.

c ¶ *Poteris* vt ff. eod. l. ij. in fi. & de app. l. si prolusorio. in princip. de re iudi. l. sæpe. §. sententiam. Accursius.

S *Icut.*] CASVS. Sicut vera libertas reuocari non potest: sic dominus domum vel agrú locando seruo, vel aliquid cú eo contrahendo, ad libertatem eum perducere non videtur. Accurs.

d ¶ *Non manumittédi causa.* vt si per ludum, vel causa ostendendi qualiter fiat manumissio, vt ff. de act. & oblig. l. obligationum substantia. in fine. vel vt supra eod. l. ad probationem. ¶ Et nota quòd hic est similitudo[a] per contrarium: vt & ibi, Lazarus similiter mala. quasi dicat, sicut prçstitam nõ reuocat dominus, sic nõ præstitam non vindicat seruus. Accurs.

E *Am.*] CASVS. Si aliquis de possessione libertatis in seruitutem petatur: pendente liberali causa remanebit liber si autem seruus mala fide fuit in libertatis possessione, quia aufugit à domino, remanebit seruus: & de eo fiet, quod fieret si ille in seruitutis possessione fuisset. & hoc in secunda. Si verò dubium sit, in possessione libertatis, an seruitutis sit: per tormenta veritas eruetur & declarabitur. & hoc in tertia.

e ¶ *Non sine dolo.* si autem bona fide, siue iusta, siue iniusta ratione credat: commodo possessoris fungitur: vt ff. eodem. l. igitur. §. potest. Accursius.

f ¶ *Controuersia.* id est, dubium.

g ¶ *Ex seruitute.* id est, an in possessione libertatis, vel seruitutis. Accursius.

h ¶ *Conceptione.* & aliàs confessione, tormentis adhibitis. Sed contra. ff. de quæstio. l. de minore. §. fina. vbi dicit non adhiberi tormenta. Solu. hoc possessionis, ibi proprietatis erat quæstio inter seruum & dominum. 2 A[l]ij dicunt: conceptione precum: vt supra eodem. l. cum precum. 3 Tertij, id est, initio possessionis inspecto. sed prima verior. Item & cùm[a] quæstio est, sit meus, vel tuus seruus, & ita de dominio est quæstio: potest haberi quæstio per tormenta: vt infra de quæstio. l. quoties. & l. hac quod placet. & ad legem illam concordat. I. vbi causa fa. l. j. & l. si ex possessione. & supra de rei vindic. l. cum super. & supra de proba. l. vtrum. & infra de præscript. longi tempo. l. j. & ff. eod. l. liberi. §. fin. & l. j. de quæstio. l. super statu. & ff. de probatio. l. cum probatio. & l. si Ewus.

gumentum est idoneum. S. Id. Iuliis Philippo. A. Conss.

Causa dicitur principaliter pertinere ad illum cuius magis interest: secundario autem dicitur pertinere ad illum ad quem pertinet per quandam consequentiam. Bald. Vel sic: Si manumissus ab vno prouocetur in seruitutem ab alio: manumisso contradicenti datur propria defensio: aliàs si prouocanti consentit, eum inuitum manumissor defendit. Sal.

XIX. *Iidem AA. & CC. Paulo.*

2 PRincipaliter[*] causam e- i[a] de quo supplicas, esse, quàm tuam perspicimus. nam cú te eum ad libertatem perduxisse profitearis, illius interest magis, solenniter suum tueri statum: & consequenter tua etiam agetur causa[b], nam si ab eo contra quem fundis preces, seruus dicatur, eique libertas ex manumissione tua vindicetur: probatio seruitutis originis, & beneficiú manumissionis libertatem illi adsignans, tuum etiam ius patronat[*] tuetur. Si verò consentiat seruituti: tunc iure cōcesso, adito præside prouinciæ, eum inuitum etiam defendere poteris.[c]

Actus præstanda libertatis iocosus, libertatem non tribuit.

XX. *Iidem AA. & CC. Aeternali.*

SIcut semel præstitam libertatem reuocari nõ licet: sibi per ea quæ non manumittédi causa[d] domini cum seruis [propriis[*]] agunt, nihil sibi detrahunt. S. VI. Kal. Septembr. AA. Conss.

Qui dolosè possidet libertatem, in possessione libertatis esse non videtur. Item ex libelli conceptione apparet vtrum quis prouocet ex possessione seruitutis in libertatem, an prouocetur ex possessione libertatis in seruitutem: nam semper reus præsumitur esse in possessione, nisi tenor libelli dicat contrarium. Bal. Vel sic: Vbi est quæstio de possessione vel libertate inter eum qui dicit se dominum, & eum qui dicit se liberum: ad tormenta eius qui dicitur seruus, est recurrendum. Sal.

XXI. *Iidem AA. & CC. Thrasyllæ.*[*]

EAm quæ in possessione libertatis nõ sine dolo[e] malo reperitur, in seruitute constitutæ simile habere præiudicium, edicto perpetuo cautum: sed si controuersia[f] erit, vtrum ex seruitute[g] in libertatem petatur, an ex libertate in seruitutem, sui conceptione[h] manifestè probatur: nec quicquam iuris ancillæ dolus propriis dominis aufert. S. No. Octo. Sirmij. AA. Conss.

Nemo sibi potest patrem adsignare, sed natura adsignat. vnde qui se vocat ex alio parente natum, non officit veritati. Bald. Vel sic: Erronea vel simulata confessio non præiudicat libertati. Salyc.

XXII. *Iidem AA. & CC. Pardalæ.*[*]

PArentes, natales, non confessio adsignat. Quapropter si ex ancilla nata, post ad libertatem manumissa peruenisti: [*] te seruam professa velut ex ancilla altera natam, huiusmodi simulatione vel errore quæsitam manumissione libertatem amittere minimè potuisti: cú serui nascantur ratione certa, non confessione[i] constituantur. D. V. Kalen. Decemb. AA. Conss.

Ex seruitio vni ex heredibus præstito à seruo libertate donato, nõ fit præiudicium libertati. Salyc.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Mustiæ.*

SI [*] tibi testamento directa libertas à domino relicta est, & ex eo successerunt scriptæ [*] non idcirco quod secundú[k] eius voluntatem, vel contrà de filiis [*] vni præstas obsequium, cæteræ filiæ tuá rescindere possunt libertatem.

Confessio apud acta non in modum iudicij facta non officit, secus si fieret solenniter in figura iudicij, hoc dicit text. cum glo. Bald. Vel sic: Confessio apud acta præiudicat, donec contrarium probetur. Salycetus.

XXIIII. *Iidem AA. & CC. Sebastiano.*

INterrogatam †& professam apud acta[l] se esse ancillam,

P *Arentes.*] CASVS. Si nata ex libera cõfiteatur se de ancilla natam: nunquid sibi præiudicat vt habeatur pro filia ancillæ, quæritur? Dicitur quòd non: quia per natiuitatem parentes constituuntur, non per confessioné. & hoc in prima. Si verò nata ex Arethusa, postea manumissa confiteatur se natam ex ancilla, & ancillam esse: siue simulãdo se, siue errando id professa est: sibi nõ præiudicat quo magis amittat libertatem: quia ex natiuitate non ex confessione &c. & hoc in secunda. Viuia.

i ¶ *Non confessione.* facta extra iudicium. & ad hoc supra de ingenuis manumiss. l. ingenuam. & infra eodem l. am. & supra eod. l. nec si volens. & supra de proba. l. non nudis. & ff. de probatio. l. quidam quæst. Accursius.

S *I tibi.*] CASVS. Testamentum fecisti, filias tuas instituisti, directam libertatem Sticho reliquisti si Stichus liber factus magis seruiat vni quàm alij, & si alia ad iracundiam prouocata velit eum in seruitutem reuocare: an possit, quæritur? Dicitur quòd nõ. Viuianus.

k ¶ *Quod secundú.* vt quia tibi præcepit vt vni seruires. ¶ Et quod subiicit, vel contra, id est præter: vt quia nihil dixit; sed isti seruiebas sponte. Item habent quidam hinc l. supra post l. si ex libera. alij post legem parentes.

I *Nterrogatam.*] CASVS. Si in præsentia iudicis interrogauero aliquẽ, an seruus meus sit: & confiteatur se seruum meum esse: an per talem confessionem sibi præiudicetur quo minus in libertatem proclamet, quæritur? Dicitur quòd non. & intellige de confessione facta coram iudice extra iudicium: cú aliàs sibi obesset sua confessio: vel melius, nondum mota causa liberali. Viuianus.

l ¶ *Apud acta.* non in iudicio liberalis causæ: sed aliàs erat coram

Margin notes:

[*] Principaliter. sed in o- ... b. ... quoniam ... est principaliter.

a Similitudo fit quandoque per contrarium.

a Quæstio per tormenta potest haberi, si est quæstio de dominio serui.

[*] Thrasyllæ. al. Salubæ.

[*] Pardalæ. al. Pardaleæ.

[*] Te velut ex altera natam ancillã, seruã professa, quæsitã manumissione libertatem huiusmodi simulatione, vel errore amittere &c.

[*] Hæc constitutio super. oñ ... in cõd ... manuscrip. [*] scripti legentur ... [*] filiis, legens Græci libr. ... Basil. rectè, cú vulgò legatur, filiabus.

† Conc. cum hac l. Gl. ... vbi de cod. ... vbi alleg. ...

a Confessio apud acta eo tam iudice in negotio & super negotio, de quo agitur seu cōtrouersia est impeposita, confitenti præiudicat.

iudice, alioquin[a] præiudicaret: vt j. eod. l. iubemus quæ est contra.

a ¶ *Huiusmodi factum*. i. talis confessio. Accursius.

b ¶ *Non excludit*. vt 3. eod. l. nec si volens. & l. parentes. & l. liberos. & ff. eod. l. conuentio. nisi hæc fiat ad precium participandum: vt diximus supra eod. l. non ideò. Item in adscripticiis contrà si modò alia adsint quæ adesse oporret: vt infra de agr. & censi. l. cum scimus. lib. xj. Sed & hic dicunt quidam non præiudicare, si modò probet contra. nam si persistat[b] in confessione, sibi præiudicat: vt ff. de quæst. l. j. §. diuus. & §. si quis vltrò. Sed alius poterit pro eo contradicere: vt ff. eod. l. yaij. & ibi Accurs.

b Cōfessio iterata sæpius & obstinata, cōfitenti nocet.

huiusmodi factum[a] defensionem libertatis non excludit[b].

De essentia manumissionis non est scriptura: & ideò illa omissa vel deperdita, non nocet. Salyc.

xxv. *Iidem AA. & CC. Licentiano.*

Sicut instrumenta prætermissa manumissionis rectè factæ nullum adferunt præstitæ libertati præiudicium:[a] ita si seruum ad libertatem perduxisti, instrumentorum amissio nihil ei nocere potest[c]. S. V. Id. Febr. CC. Conss.

* titulum.

Sicut instrumenta.] CASVS. Sicut quis seruū suum ad libertatem sine instrumento manumissio, perducere potest: sic ecsi instrumentum factum sit, & amissum, nō propter hoc amittit manumissionem. Sicut libertatem seruo tuo à te præstitam reuocare non potes: sic nec instrumentū manumissionis, quò magis libertatem amittat denegare debes: sed ad præstitum instrumentum officio iudicantis, vel cōdictione, ex l. ista compellendus es. Vel sic: Ita non debes præstare impedimentum libertati, retinendo vel denegando ei instrumētum manumissionis. Viuianus.

Instrumenta manumissionis cogitur patronus præstare manumisso. Salycet.

xxvi. *Iidem AA. & CC. Modesto.*

Sicut datam libertatem manumissis adimere patronus non potest[d], ita manumissionis[e] instrumentum præstare cogitur[f].

Sententia pro libertate lata, obstat victo, qui vincentem in seruitutem repetit. Et coheredis cōfessio super statu defuncti, non præiudicat coheredi contrarium adserenti. Sal.

xxvii. *Iidem AA. & CC. Auterio.*[*]

Arianus[g] mota sibi quæstione à Leonide[h], liber fuit pronunciatus, in seruitutem à victo[i] iterum non rectè petitus est. Coheres etiam tibi[k] ab Ariano datus, colludens cum eo, siue heredibus ipsius[l], qui statum ei mouerat quæstionem, nihil tibi obfuit: nec ea quæ in confessione inter eos venerunt statum veritatis, vel nomē substantiæ defuncti mutare potuerunt.

a Instrumenti perterdmissio aut amissio nō nocet manumissioni rectè factæ.

* Asterio.

c ¶ *Nocere potest*. vt[c] & 3. de fide instr. l. cum instrumentis. & l. j. & de iure dot. l. cum citra.

d ¶ *Sicut datam*.] *Non potest*. vt & 3. eo. l. sicut semel. nisi ex ingratitudine.[d] ¶ Sed qualis est hæc similitudo? Rñ. bona. Nam sicut nō potest adimere libertatē, sic non debet facere vt eam perdat: quod faceret, nisi instrumentum daret, & dabit[e] exemplū non originale, secundū quosdam, ne fit contra, 3. de fideic. l. instrumenta. Vel dic vt ibi diximus.

d Ingratitudinis causa liber tas reuocari potest.

e Instrumenti exemplum facilius concedi tur quàm originale.

e ¶ *Manumissis*. manumissis adimere non debet, ita patronus.

f ¶ *Cogitur*.[f] officio iudicis, vel condictione ex hac lege.

* Aristeno. al. Automedonti. f v. Terogu. ad log. l. connubial. Gloss. 8. exat.7.

In causa liberali conditio matris non patris debet spectari: nec dignitas aui coadiuuat. Sal.

xxviii. *Iidem AA. & CC. Eurymedonti.*[*]

Aui paterni magistratu functi dignitas, ad libertatis probationem nihil nepoti prodest[m]. siquidem in liberali causa matris[n] non patris[o] inspicitur conditio. Sed nec materni aui sola[p] sufficit: cùm licèt auia quoque[q] libera probari possit, multis tamen ex causis status mutari consueuit. Sirmij IIII. Idus April. AA. Coss.

Arianus.] CASVS. Si Leonides Ariano status moueat quæstionem petendo eum de possessione libertatis in seruitutem, & succumbat, eo quòd non probat: an copia probationis se offerente, postea non obstante except. rei iudic. possit iterato eum in seruitutem petere, quæritur? Dicitur quòd non. Si verò cū vno ex coheredibus collusit, dando ei pecuniā vt confiteatur alterius seruum fuisse, & confessus est an alij coheredi confessio sua præiudicet, quæritur? Dicitur quòd non.

g ¶ *Arianus*. qui seruus dicitur.

h ¶ *Leonide*. qui dominum se dicebat.

i ¶ *A victo*. scilicet Leonide.

k ¶ *Coheres etiam tibi*. loquitur vni de coheredibus Ariani, qui quærebat an confessio coheredis sibi præiudicaret, qui dixerat non fuisse defuncti Ariani aliquam hereditatem, sed peculium, quia seruus fuerat.

l ¶ *Ipsius* scilicet Leonidis. & ad hoc ff. de re iudic. l. sæpè. & de appell. à sententia.

Aui paterni.] CASVS. Si quis de possessione seruitutis in libertatem proclamat: an ad probationem libertatis prosit, quòd auus eius paternus creatus erat magistrat[us], quæritur? Resp. quòd non: quia ad iudicandum de alicuius statu an liber sit an seruus: non patris, sed matris inspicitur conditio. Item nec dignitas aui materni sufficeret ad probationem libertatis: nec quòd auia materna fuisset libera: quoniam ex pluribus causis contingeret status hominum mutari: putà quia potuit esse quòd vēdidit se ad precium participandum. Viuian.

m ¶ *Prodest*. vt & 3. de probat. l. neque natales.

n ¶ *Matris*. vt & j. de rei vind. l. partum. & j. ne de sta. def. l. j.

o ¶ *Non patris*. nedum aui paterni.

p ¶ *Sola*. dignitas.

q ¶ *Auia quoque*. s. materna præsumitur[*] tamē interim quod sit liber, vt not. 3. eo. l. multis.

* Præsumitur liber, qui nō liberam esse potest.

Qui redimit ancillam vt eam teneat in concubinatu, nō propterea eam manumittit. Bald. Vel sic: ex sola emptione quam pater facit de filia, non efficitur ipsa libera. Salycetus.

xxix. *Iidem AA. & CC. Troilo.*

De ancilla matre natam,[*] & ab eo redemptam[*] in cuius fuit contubernio, si non manumittitur[r], in seruitute permanere non ambigitur[f].

* nata.

* redempta.

De ancilla.] CASVS. Si ancillam alienā redemeris, & eam in contubernio tibi copulaueris: an per hoc fiat libera, quæritur? Dicitur q non, nisi eam manumiseris. Viuian.

r ¶ *Non manumittitur*. à redemptore.

f ¶ *Non ambigitur*. sed post mortē eius libera erit hodie: vt 3. simil. l. j. fin.

Licèt libertus non præstet patrono operas obsequiales: non tamen propterea in seruitutem redigitur, h. d. nota. Bald.

xxx. *Iidem AA. & CC. Eutychiæ.*[*]

Solo obsequij[t] non præstiti velamento, data libertas rescindi non potest.

* Eutychio.

Solo obsequij.] CASVS. Si libertus patrono suo non adsurrexerit, vel salutauerit eum: an data libertas ob hoc reuocari possit, quæritur? Dicitur quòd non.

t ¶ *Solo obsequij*. non necessarij, aliàs sec[us] si fortè captus[*] esset patron[us] vel fame laboraret: vt ff. de li. agn. l. alimenta. §. fin. & de iure pat. l. ingratus. Nam cùm[d] non facit quod debet, videtur facere quod non debet: vt ff. de re milit. l. non omnes. §. qui captus. Sed quidam dicunt hic eum castigari: vt ff. de iure pat. l. j. quòd non[e] placet. ¶ Et sume hic argumentum[f] pro vasallo qui nō præstat obsequium & plenè dixi de hoc supra de libert. & eorum lib. lx.

b Obsequiorū alia necessaria, alia nō necessaria.

c Necessarium obsequium id intelligitur quo non præstito in liberto poena[*] capitur: ut supra laborat.

d Facere videtur qui non facit quod debet.

e Ferox ... impon... fauor ... non faciendo, quam in faciendo ...

f Argumentum à liberto ad vasallum.

g Calumnia in ciuili causa commissa, punitur criminaliter.

De calumnia mouentis improbè quæstionem seruitutis, potest criminaliter & ciuiliter agi pendente causa liberali: sed lite contestata differtur, donec pro libertate pronuncietur, qua pronunciatione facta, etiam de rebus direptis restitutio potest peti. Salyc.

xxxi. *Iidem AA. & CC. Cassiana.*[*]

Si tibi seruitutis improbè[u] moueatur quæstio: solennibus ordinatis[x] de calumnia[y] vel iniuria (prout vindictæ viā elegeris) habita cōtestatione[z], posteaquàm seru[um] nō esse fuerit pronunciatum, ...

Si tibi.] CASVS. Si tibi moueatur status quæstio ordinata liberali causa per litem contestatam protestari potes quòd aduersus mouentem, vel iniuriarum, vel de calumnia ages: & ita causa liberali finita, te pronunciato libero, ages iniuriarum: & petes restitui ea quæ tibi ablata sunt.

u ¶ *Improbè*. quia per calumniam, & sic improbè aduerbium. Vel quia seruitus est improba, cùm sit contra ius naturale: & tunc improbè, erit nomen.

x ¶ *Ordinatis*. i. ordinata liberali causa.

y ¶ *De calumnia*. i. iniuriarum ciuiliter[g] vel criminaliter, vt hic. & ff. e. l. cui necessitas. & ff. de iniu. l. qui de libertate. & j. de iniur. l. si quidem. Nam & in ciuili causa commissa calumnia, punitur criminaliter: vt ff. ad Turpil. l. & in priuatis. z Alij dicunt quòd loquitur de quadam actione quæ olim pro calumnia dabatur, quæ hodie est sublata: vt inst. de pæ te. li. §. v. & ff. de inter. act. l. j. in fin.

z ¶ *Contestatione*. statim ante peractam causam liberalē: aliàs absoluere videtur de calumnia: vt j. de calum. l. j. sed differt hæc causa tota

sa tota post sententiam latā in causa liberali: sed si de alio vellet agere, statim posset fieri contestatio & prosecutio, licet sententia differatur: vt ff. eod. l. ordinata.

a ¶ *Eam*. s. iniuriam.

b ¶ *Sententiam*. super iniuria vel calumnia. ¶ Item no. quidā dixerūt hic in iudiciis istis nō debere de calūnia iurari, nam id præstatur cùm vterque est liber, & hoc si constet quod sit liber, nō aliàs. Itē contra videt huic l. j. de cal. l. qui calum. Acc.

c ¶ *Tunc demū*. hoc ita si ex possessione seruitutis proclamet in libertatē, si autem econtra etiam ante causam finitā faciēda est direptorū restitutio: vt j. de or. to. l. fin. Vel hic fuit mota quæstio de reb. ibi nō.

ris pronunciatus, aduersus eā[a] sententiam[b] postulare potes: tunc demum[c] etiam de his quæ direpta prebaueris, restitutionem (cum pro libertate fuerit pronunciatum) petiturus. S. V. Id. Octo. CC. Coss.

Libertati nil addere vel detrahere potest subscriptio filiorum manumittentis. Bal. Vel sic: Tenet manumissio domini absque subscriptione filij. Salyc.

XXXII. *Iidem* AA. & CC. *Athenaidi.*

S*Vbscriptio.*] CASVS. Si seruum tuū manumisisti: subscriptio filij apposita manumissioni, non prodest: nec omissa detrahit.

SVbscriptio † filij domini manumittentis, nec addere secuta, nec omissa detrahere libertati quicquam potest.

† Subs. ricto non muta ea quæ certa sūt & certos fines habent.

Etiam per pecuniam potest fieri manumissio. Bald. Item emancipatio, ff. de verb. oblig. l. vtrum. item feudum. Bald.

L*Icet.*] CASVS. Si accepta pecunia seruū tuū manumisisti: an in seruitutem reuocare possis, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

d ¶ *Nō potuit*. vt insti. qui. ex cau. ma. non li. §. semel & ī. de ma. c. dā. l. j.

XXXIII. *Iidem* AA. & CC. *Attilitianæ.*[*]

LIcet accepta pecunia dominus te[*] manumiserit: tamē tributa libertas rescindi non potuit[d]. S. IIII. Idib. Nou. CC. Couss.

* Melitina.
* tius.

L*ibera.*] CASVS. Si seru[*] ad liberā cōsuetudinem habeat, an ipsa fiat ancilla, quæritur quòd non. Viuia.

e ¶ *Libera*. scilicet mulier.

f ¶ *Ratione*. i. eo q fuit concubina mei serui.

h ¶ *Ancilla*. ad hoc ī. eo. l. si liber. & j. de senatusc. Claud. l. j.

Concubina per hoc non consequitur libertatem. Baldus. Vel sic: Concubinatus quem habuit cum seruo libera, eam non facit seruam. Salyc.

XXXIIII. *Iidem* AA. & CC. *Eremonia.*[*]

LIbera[e], concubinatus ratione[f] non constituitur ancillæ[g]. Da. Id. Nou. CC. Conss.

N*On idcirco.*] CASVS. Si seru[*] velut tutor res alicuius pupilli administrauit: an ideò min[*] à pupillo ei possit status moueri quæstio, quæritur? Dicitur q nō: sed benè petet eum in seruum. Viuia.

* Hermionæ.

h ¶ *Potest*. sed econtra q vt tutor administrauit, pupillo seruitutis quæstionem facere nō potest: vt ff. eod. l. cui necessitas. §. tutoris.

Licet seruus tutoris officio fungatur de facto in persona domini sui: non tamen efficitur libertinus. Vel sic: Pupillus tutorem quondam suum potest dicere seruum: sed non econtra. hoc dicit text. cum glo. Sal.

XXXV. *Iidem* AA. & CC. *Attalo.*[*]

* Attilio. al. Attelio.

NOn idcirco minus q pupilli res velut tutor administrasse dicitur, ex eius psona seruitutis pati quæstionē pōt.[h]

P*Ost certi.*] CASVS. Si cui seruo tuo pepigisti de danda ei libertate post decennium: an stare contentioni compelli possis, quæritur? Resp. quòd non, similiter si pactus sis vt filij tui liberi alicuius serui fiant, vel quòd ministerium venderes, non compelleris stare contentioni.

i ¶ *Necessitatem*. vt & ī. de transact. l. interpositas. & dixi. ī. eod. l. cùm adfirmes.

k ¶ *Tibi*. i. vt starent serui, tradidit mater filios, quòd non potest: vt hic. & ī. de transact. l. transactione matris. Si verò non vt essent serui, sed vt seruirent, dedit: si quidem perpetuò: nec hoc valet: vt ff. de cond. & dem. l. Titia centum. §. Titio. & si ad tempus, tenetus mater ad interesse. ff. de re iud. l. si quis ab alio. §. fin.

S*I filium.*] CASVS. Tuum filium liberum genero tuo scienti vendideras: an tu eū de crimine plagij, vel ille te accusare possit, quæritur? Resp. quòd non, nec gener prætendere potest ignorantiam, quam conditionem filij, tam coniunctæ personę, non sit verisimile ignorare. Viuia

l ¶ *Liberum*. secus enim si eum seruum haberet: vt ī. tit. j. l. fin.

m ¶ *Vendidisti*. ex quo crimine prodita est accusatio l. Fabiæ: vt ff. ad legem Fabiam. de pla. l. j. & l. iij. & ī. ad legem Fabiam l. liberum.

n ¶ *Necessitudine*. i.[*] adfinitate: sed aliàs ponitur pro cognatione:

* Necessitudo pro adfinitate & cognatione.

o ¶ *Non potest*. vt & ī. de in inte. resti. mi. l. de tutela. & ff. vnde cognati. l. vlt. & arg. ī. de episc. aud. l. si legibus.

p ¶ *Vtrisque*. s. facinora perpetrantibus.

q ¶ *Deest*. quantum inter se. vt supra de her. & Mani. l. quoniam. & ff. sol. ma. l. viro. & supra de inof. test. l. in arenam. & ff. de dolo. l. si duo. & ff. ne quid in loco publ. l. ij. Sed arg. contra ī. eo. l. j. ¶ Et caue tibi qualiter[b] repellat eū: si enim dicat, socius meus est in eodē crimine, confitetur[c] de crimine, & sic pro cōdēnato debet haberi: vt infra de poenis. l. qui sententiam. Dic ergo, non commisi crimen: sed & si commisissem, iste accusare non posset: quia ipse commisit, cum socius meus esset[d]. 2 Vel dic quòd non habetur pro condemnato: nam illud obtinet quādo[e] aliquis extitit accusator: vt ff. de muner. & hon. l. rescripto. §. si quis. ¶ Itē si socius fuit criminis q nunc est iudex, & corā eo accusor, an poterit accusari? Videtur, quòd sic: q. a sæpè dicitur,[f] q aliquem accusat, eum cōdemnare videtur: vt padecti... ff. de his qui not. infa. leg. furti. §. mandati. & ff. de admin. tut. l. ij. Item propter delictū iudicis, cū ego non deliqui, ipsum recuso: vt ī. si quecunque præ. pot. l. j. §. illo. Ergo & vbi delinqui cum eo idem est: quia ipse meū mihi delictū obiicere non potest: vt in prædictis concordantiis allegatis in princ. glo. Item socius in socium nō dicit testimoniū vt ī. de testi. l. quoniam. Ergo[g] nec iudiciū, cùm vtrumq. publicum[h] sit officium.

b Receptio hæc. Tu non potes esse testis cōtra me, quia particeps es criminis, q. eadem odiū opponatur.

c Contrarium sensit Glossa in c. 1. extra eo. in 6. adde Bartolum. in l. quemadmodum. ... de restitut.

d Ista exceptio est peremptoria. Vide ...

e Cōfessio facta in lite quæ nulla est, non sufficit ad condēnatio ...

f Accusatio de ... damnatio.

g Socius in ... cio atque ... ... eff... potest.

h Testimonium ferre & sententiam publicum officium.

Pactum inter ancillam & dominam non necessitat, nec pactum liberæ, vt filij sui teneantur seruire. Salyc.

XXXVI. *Iidem* AA. & CC. *Theodoro.*[*]

* Theodoræ.

POst certi tēporis ministerium ancillæ, liberā eā esse cū ea paciscendo, conuentionis obtemperandi legi domina nullā habet necessitatem[i], vtq; hoc verum est, ita contrario si filios suos, cōstituta cum his libera, in ministerium tibi[k] tradere promisisse probetur, parere placitis non compellitur.

Inter cognatos præsumitur scientia, & participes eiusdem criminis inuicem se non accusant. h. d. notabiliter. Bald. Vel sic: Scienter emens vel vendens liberorum committit plagium. Salyc.

XXXVII. *Iidem* AA. & CC. *Olympio.*

SI filium tuum liberum[l] genero vendidisti[m], qui tam proxima necessitudine[n] coniunctus, conditionis ignorantiam simulare non potest[o]: vtriusque[p] sociis criminis accusator deest[q].

Limenarcha officium non facit seruum liberum. Salyc.

XXXVIII. *Iidem* AA. & CC. *Philosophi.*[*]

* Philosopho.

NOn idcirco[r] minus, quòd te limenarcha[f] creato[t] nemo contradixit Reipublicæ nomine[u], moueri tibi status quæstio potest. Dat. XVI. Kalen. Ianua. Nicomed. CC. Consulibus.

N*On idcirco.*] CASVS. Si limenarcha creatus fueris nemine contradicente: an ideò minus tibi possit moueri q̄stio, q̄ritur? Dicitur quòd non. Viuia.

XXXIX. *Iidem* AA. & CC. *Potestatico.*

* Eutychio. al. Eutychiæ.

LIberos velut[x] seruos se profitētes, statum eorum mu-

r ¶ *Non idcirco*. hoc est principium versus.

s ¶ *Limenarcha*. Est[i] autē limenarcha, qui militibus preest qui permanent in limine causa custodiæ, ne hostes irruant: vt hic. & ff. de fer. fugit. l. limenarcha. Idem dicitur irenarcha: vt ff. de cust. re. l. diuus. ij. Accursius.

i Limenarcha quis dicatur.

t ¶ *Creato*. nam seruus creari potest, & facit ī. eo. l. non mutant. & ī. de episc. & cler. auth. si seruus.

u ¶ *Nomine*. q. d. seruus non possit creari. Accur.

L*iberos.*] CASVS. Si liber homo se seruum profiteatur, & alius eum Stichum nominauerit, an ob hoc fiat seruus, quæritur. Dicitur quòd non. Viuia.

x ¶ *Velut*. & ad hoc. ī. eo. l. interrogatam. & l. liberos. Accur.

I*uxta.*] CASVS. In liberali causa, siue de ingenuitate quis petatur in libertinitatem, siue de libertinitate in ingenuitatem proclamauerit, absente altera parte, hoc est siue actore, siue reo, causa decidi potest, lite prius tamen contestata. Viuia.

a ¶ *Quoque.* hic innuit, quòd etiam in aliis causis secúdú hæc iura vetera contra habebatur eremodicium[a]: quod est verum reo absente, sed non actore: vt s. *de iud. l. properandum. § sin autem reus. & ff. de iud. l. & post. § si.*

b ¶ *Vna parte.* etiam actoris: vt s. *eod. l. si is. & ff. eod. l. diui.* ¶ Itē not. hic quæ dicitur [b] causa liberalis: vt *ff. de arbit. l. non distinguemus. § Iulianus. & ff. eod. l. agitur. § si opera.* vnde p similitudinem causæ adscriptitiæ[c] vel similis cōditionis potest dici liberalis: vt j. *de agricol. & censi. l. ne diutius. lib. xj.* & arg. etiā p hoc quod dicitur cognitionē de liberali causa fructuario dari: vt *ff. eod. l. cognitio.* ergo & his dabitur, & contra eos: cū etiā habeat ius[d] in re, sed & causa stat[e] dici potest: vt j. *de ord. cog. l. si status. in prin.* & hoc si agatur pro libertate iam competente secus si de cōpetitura puta si ex fideicommissaria.

tare non posse constat. S. VII. Kal. Ian. Sirmij. Coss.

In causa libertinitatis & ingenuitatis etiam altera parte absente potest procedi, & diffinitiuè pronunciari. Salyc.

XL. *Exemplum sacrarum literarum AA. & CC. ad Vrsum.*

IVxta edicti nostri continentiam, in liberalib. quoq.[a] negotiis, siue de libertinitate, siue de ingenuitate quæstio moueatur: absente nihilo minus vna parte[b] causā discuti, & pro iustitiæ ratione sententiam proferri, nihil prohibet.

Dominus potest eum qui fuit decurio, & cui scripsit vt decurioni, vindicare vt seruum: & de iure suo potest docere per testes, & illius natiuitatem vel originem, ac etiam per eius confessionem factam coram cōpetenti iudice. Salyc.

XLI. *Impp. Costanti. & Licinius AA. ad Eutychium præsidem Cappadotiæ.*

IVbemus omnes epistolas actricis, quas ad Æliū tāquam principalē[c] fecerat, inanes[d] ac vacuas esse, atque in irritum deuocari, ac de ingenuitate eiusdem Ælij requiri: nec mulieri id obesse, quòd ad eum tanquam decurionem ac principalem scripserit, vel id, quòd idem se finxerit decurionē, vel principalē[e] cum non solū testiū professione, & cognationis eius iugū seruile cognoscitur, verū etiam voce propria eiusdem Ælij apud aliud iudicium[f] patuerat quòd cōditionis seruilis videretur.

Filij nati pendente lite super statu matris, sequuntur cōditionē qua de matre iudicabitur: nati vero ante litem motam præiudiciū non patiuntur ex sententia contra matrem lata. h. d. Vel breuius: Sentētia ma-

tri præiudicat filiis, pendente lite natis, non antea. Salyc.

XLII. *Imp. Constantin. A. ad Maximum præfectum prætorio.*

PLacuit, eos qui nascuntur[g], matrum conditionibus vti, quarum mox[h] visceribus exponuntur. Ante vero litem nati, suo nomine omnes in quæstionem vocētur: quoniam hos solos qui in lite nati erunt, omnē fortunam matrum cōplecti oportet, aut iustis tradi dominis[i]*, aut libertate cum suis auctoribus frui. Dat. prid. Id. Iulij.

TITVLVS XVII. DE ADSERTIONE tollenda.†

Leges de adsertoribus adhibendis in causa liberali, tolluntur, & statuitur, vt qui de possessione libertatis in seruitutē prouocatur, per procuratorem possit respondere. qui autem de possessione seruitutis prouocat in libertatem, causam per se tantum oportet agere: & à sententiis super his latis debet prouocari & cognosci vt in aliis negotiis: aliàs sententia remanet in sua firmitate. hoc dicit prima pars vsque ad §. scientes. Salyc.

I. *Imp. Iustinianvs A. Menna præfecto prætorio.*

LItes super seruili conditione mouēdas, ad clementiorem tam examinationem[k] quàm terminum[l] transferimus: iubentes, si quis vel adhuc seruiens liberum se esse dixerit, vel in libertate cōmorans, ad seruitutē vocat[9] fuerit: adsertoris difficultatem in vtroq. casu cessare, ipsúmq. per se [&] ad intentione libertatis petitur, constituat procuratorem. Si verò proclametur, hoc ei non concedatur. causa autē liberalis semel finita, amplius non moueatur nisi beneficio appellationis fuerit suspensa. Peculium verò illius qui in libertatē proclamat, & aliæ eius res quæ ab eo qui se dominum dicit, vindicantur: pro arbitrio iudicis apud sequestrum deponantur. & hoc in secunda. Si verò quis ex libertate in seruitutem petatur: fideiussorē det iudicio sisti, si potest: si non potest, iuret quòd stabit iuri: quo præstito, si nō veniat citatus, & per annum abfuerit, remaneat seruus: & ei qui litē sibi intulit, adsignetur. & hoc in tertia. Si verò is qui aliquem in seruum petit, lit. contesta, coram vno iudice ad alium trahere præsumpserit: nisi seruus occasionem præstiterit: quamuis dominus fuerit qui status moueat quæstionem, suo iure priuabitur. & hoc in quarta. Viuianus.

Gloss:

Vbemus.] Casvs. Si mulier aliquas literas seruo suo miserit, & eū decurionē nominauerit, vel ipse se finxerit decurionē: an mulieri præiudicetur quominus ab ea status moueatur quæstio, petēdo eū ex possessione libertatis in seruitutē, quæritur? Respon: quòd nō: sed huiusmodi epistolæ cassæ sunt & vanæ, maximè cū extestiū ,pfessione & seruili eius cognatione seru[9] ostēdatur, & cū in alio iudicio confessus fuerit se seruum esse.

c ¶ *Principalē.* id est decurionem: vt j *statim dicit.*

d ¶ *Inanes.* ad[a] plenā probationem: vt s. *de proba. l. non epistolis.* sed qualemqualem: vt *ff. de probatio. l. finali. & ff. de iureiurā. l. si duo.* Accur.

e ¶ *Maxime.* tria sequētia sunt contra eum.

f ¶ *Aliud iudicium.* eū cuius locū hic iudex successit. Sed certè nō videtur quòd hic fecerit sibi præiudicium: vt s. *eod. l. interrogatam.* Item quia non[b] fatetur, qui errat: vt *ff. de confessis l. nō fatetur.* Sed dic quod non facit præiudicium, si velit probare contrarium. Vel hic loquitur in iudicio liberalis causæ, ibi cum non moueatur ei aliqua controuersia: & idem dicam in adscriptitio, si in forma iudicij confiteatur se adscriptitiū. Nec obstat infra *de agricol. & censi. l. cum scimus lib. xj.* vbi dicit solam confessionem non præiudicare: quia[i] ibi non fuit facta corā iudice, sed[k] tabellione. 2 Vel fuit facta coram iudice, sed non in figura iudicij. ¶ Item nonne præiudicat sibi patiendo eum esse in dignitate: vt *infra qui milit. non poss. l. super seruis lib. xv.* Respon. quòd non. quia hic nō possidebat eum. Vel dic quod contra dixit intra xxx. dies: vt j. *qui mili. non poss. l. fi. lib. xij.*

PLacuit.] Casvs. Si mulier status moueat aliquis quæstionem, & lite pendente peperit: pro ea lata sententia, sibi & filiō p derit: lata contra eam, sibi & filio nocebit: natis verò ante litem, suo nomine mouenda est quæstio status: & ita noua interpellatione opus est. Viuianus.

g ¶ *Nascuntur.* lite contestata in causa liberali.

h ¶ *Mox.* id est lite pendēte: vt siue pro matre, siue cōtra eam sit pronunciatum, idem & de filiis intelligatur: nec distinguitur an fuerint ante concepti, vel non, *per l. ff. de sta. ho. l. qui in vtero* vt dicit Azo: quia posset hic esse eius incommodum, si haberetur pro nato, si mater libera pronunciaretur: vt s. *de in. genuis manumis. l. si eam tuam.* Solue vt ibi.

i ¶ *Iustis tradi dominis.* si pronūcietur cōtra matrē. *& ad hoc ff. de vsur. l. partum. & s. de rei vindi. partum. & j. de agri. & censi. l. cum satis. §. cum autem. Anastasius. lib. xj.*

¶ Sed[a] videtur sententiam matris non p desse filiis etiam lite pendente conceptis & natis: vt *ff. de except. rei iud. si quis cum. § si ancilla quæ est contra.* Solut. hæc est causa liberalis, ibi dominij inter duos. & q illa nō sit liberalis, patet. j. *de ord. cogn l. ij.*

DE ADSERTIONE tollenda.

In[b] *liberali causa si de statu is cui sieb it quæstio stat*[a] *acere adsertorē, qui ei adsereret libertatem quod tollit hæc l. Et continuatur ad tit. præcedentem: De liberali causa dictum est: & quia ipsa olim per quosdā qui adsertores dicebantur, eo quòd adserebant eum liberum, qui dicebatur seruus, exercebatur: ideo ponit de adsertione. Et quia vana & friuola quoddam erat iudiciū per adsertionem illam, tractat de ea non ponenda, sed tollenda. Azo.*

LItes.] Casvs. Olim si cui stat[9] mouebatur quæstio, puta si petebatur de possess. libertatis in seruitutem, vel conuerso: ille qui proclamabat de possess. seruitutis in libertatē, faciebat adsertorē, qui ipsum esse liberum adsereret. Item & aliud erat vitium, quòd semel causa liberali examinata & finita, poterat iterum agi: quæ duo vitia tollit imperator, dicēs q siue quis in seruitutem petatur, siue de possess. seruitutis in libertatem proclamet, ipse respondeat: ita tamen, vt si ex possessio-

k ¶ *Examinationem.* remouendo adsertorem.

l ¶ *Terminum.* quod facit remouendo numerū litiū: vt in §§. illis. *Procuratorem.*

Margin notes:

a Eremodiciū quēadmodū contrahatur.
b Liberalis causa quæ dicatur.
c Adscriptitiorum causa liberalis dici potest.
* Verissim.
d Fructuarij ius in re habens.
e Causa status & liberalis pro eadem.
* Titianus.
f Epistolæ inanes quæ non plenè probāt, sed qualemqualem tantū probationem inducūt.
g Contestatio sed ...
h Fateri non videtur qui errat.
i Corā tabellione facta ... confessio ...
k Cōfessio facta corā tabellione non nocet. Guido singular. 73.
a Sētētia matris an prosit filiis ... lite pendente conceptis.
* Ne incuteretur terror cum domino litiganti ...
b Continuatio. Adsertor libertatis quis dicatur. ... Vetus glossema ... Turneb. ... Vbi. de Vindiciis ... Adserere manu est admouere ... Vnde & serta ... adsertore.
† Vt plenius intelligas quid esset adsertor, lege Gustauo leges in Codice Theodosiano sub tit. de liberali causa. li. 4. quas hic ... Iustinian Consti. ... * Callistratus.

a Procuratoris & adsertoris differentia.

a ¶ *Procuratorem.* quòd minus[a] est quàm facere adsertorem. Nam & adsertor per omnia repræsentabat personam istius cui fiebat quæstio status, & iurabat fortè de calumnia: quod in procuratore non sic est.

b ¶ *Penitus.* vt ff. de iudic. l. non idcirco. §. fina. & hoc quantum ad liberalē causam: od in aliis causis potest habere procuratorem: vt ff. de procurato. l. seruum. §. j. & l. non solum. §. si status. a Vel dic vt ibi.

c ¶ *Illis legibus.* quas nō habemus.

d ¶ *Vice.* etiam sine appellatione. Accur.

e ¶ *Præcipiebant.* quāuis esset sentētia lata super causa liberali, quæ fiebat per adsertorem: adhuc tamen poterat cognosci super lite illa etiam sine remedio appellationis.

† Se vet. sunt qui dicunt in definitiua legi tertia aut quarta, quod non probo, & [illegible] ab Hostien. [illegible] vt hic legitur.

f ¶ *Qua porrecta.* scil. prouocatione.

g ¶ *Cuius.* s. appellationis: vel cui', scilicet iudicis appellationis.

h ¶ *Deducetur.* nō ergo appellatur[b] hic nisi semel: sicut & aliās. ✠ s. de episc. audien. authentic. si quis autem. Vel dic non appellari secundùm solennitatē adsertionis. & hoc est quod dicit, occasione legum.

§ Appellatio quādoque tā tū semel conceditur.

i ¶ *Collocari.* si cauere supersederit, vel non potuerit ille qui prouocauit: vt j. tit. j. l. fina. & sic intelligitur secundū illam. Item nisi cōstet aliqua esse domini, quæ statim ei reddēda sunt: vt eod. l. fina. in princip. Item est contra suprà de probib. sequest. l. j. Solu. hoc speciale[c] sicut & in aliis casibus quos ibi notauimus.

c Nota casum ponit etiam Glos. t. in c. [illegible] extra de sequestr. pos.

k ¶ *Periclitantur.* id est, petuntur ex libertate in seruitutem.

l ¶ *Fideiussorem.* scilicet iudicio sisti.

m ¶ *Eius.* s. fideiussoris.

n ¶ *Iuratoria.*[d] quòd nō posset fideiussorem dare, & quòd stabit iuri: vt hic & s. de episc. & cle. authent. generaliter. & de restitutione rerum, si vult eas nō sequestrari, nisi in casu: vt j. de ordine cogni. l. fina.

d Sequestrum tollitur per iuratoriam cautionem. [illegible] hic facit [illegible] extra de donat. inter vi. rum. Glo. in c. ex parte extr. de verb. sig. quod quidem extenditur ad omnes casus in quibus quis cogitur fide iubere vel in id admittendum esse non videtur, nisi persona, contra quam fit questio facta est sit honesta & non suspecta; vt in simi. distinguit. Bartol. in l. si vsufruct. l. de vsufru. adde Bald. [illegible]

o ¶ *Obnoxij erunt.*[e] ita nota nouum modū adimendæ libertatis. & sic est contra. ff. de libe. cau. l. diu. Sol. hæc corrigit illam. [2] Vel ibi non fuit absens per annum. ¶ Itē not. absente parte finiri causam: vt s. ti. j. l. iuxta.

[2] aliàs satisdatio.

e v. in hūc locū nouū intellectum Alciat. j. parergon. 17.

p ¶ *Accusationem.* id est actionem.

q ¶ *Accusauerint.* id est, conuenerint super eodem persistendo: scilicet in causa. vt ff. rem ra. habe. l. amplius non peti. & de bon. liber. leg. qui cum maior. §. accusasse. & l. in seruitutem. ¶ Et not. nouum genus quærendæ libertatis: sic & s. de iurisdi. om. iudi. l. in criminali.

r ¶ *Præstiterint.* quod est si non venit ad primum iudicem, nec ei obtemperat.

nem eius qui dominū sese adserit, respōdere: & si ex possessione libertatis ad seruitutem ducitur etiam procuratorem[a] dare minimè prohibere. quod his qui ex seruitute ad libertatē prosiluerint, penitus[b] interdicimus: illis legibus[c] quæ dudum & † secūda & tertia vice[d] adsertorias lites examinari præcipiebāt[e], in posterū conquiescētib. cum sit iustum primā definitionem in suis manere viribus cū prouocatio nulla oblata fuerit: qua porrecta[f], ad similitudinem aliorum negotiorum iudex ad quem res ex prouocatione deducitur eam examinabit: cuius[g] & ipsius iudicium ad secūdam exquisitionem minimè deducetur[h] occasione legum quæ super adsertoris litibus positæ sunt.

Res prouocantis se de possessione seruitutis in libertatem, debent in tuto collocari pro dispositione iudicis. Res verò prouocati de libertate in seruitutem, non collocantur penes alium si paratus est fideiussorem de eis præstare: & vbi non potest fideiussorem dare, suæ iuratoriæ cautioni debet committi. hoc dicit notabiliter. Salyc.

Super peculio etiam eorum, vel aliis rebus aut causis veterē defensionis obseruationē tollimus: præcipientes illorum tātummodo peculia, qui ex possessione seruitutis super libera conditione litigant, aliásq; res quæ vindicantur, in tuto pro dispositione iudicis collocari[i]. Omnes verò qui pro libertate periclitantur[k], si quidē possunt fideiussorem[l] dare, cum exigi. Sin verò reuera datio[a] eius[m] impossibilis eis sit, hócque iudici manifestè ostendatur: iuratoriæ[n] cautioni committi.

Si adsertus seruus legitimè citatus, per annum contumax fuerit, dominio aduersarij subiugabitur: & si ille qui seruum suum aliquem dicit, eum conueniat coram vno iudice, & postea eum conueniat apud alium: priuandus est dominio suo, nisi seruus causam præstiterit. Salyc.

Scientes quòd si post huiusmodi expositionem abfuerint, & edictis citati, in absentia nihilo minus per vnum annum durauerint, omnimodo seruituti obnoxij erunt[o], & eius dominio qui litem eis intulit, sine vlla dubitatione adsignabuntur. Scire verò eos volumus, qui aliquem ad seruitutem vocant, quòd si post primam accusationem[p] in quocunque iudicio vel ex diuali iussione factam, & [post] admonitionem ei oblatam, qui seruus esse dicitur, in alio iudicio eum accusauerint[q]: præterquam si eius occasionē. ipse qui seruus esse dicitur, præstiterit[r]: etsi domini sint, suo iure priuabūtur. † Dat. iij. Idus Decemb. Dom.

Si is qui de seruitute proclamat in libertatem, moriatur lite pendente: finitur causa: & potest possessor qui se dominum defendit, experiri contra eum qui sibi vendidit: vt vel doceat seruum vendidisse: vel eo non docente, quasi defuncta persona libera fuerit pronunciata, euictionem soluat. Salyc.

II. Idem A. Ioanni præf. præt.

k ¶ *Iuris sit.* vt & supra *de communi seruo manumiss. l. j. § sed ne circa.* ¶ Sed quæ est ratio diuersitatis? Respond. quia testator disponit in quem velit bona transire, & sic peculium, cū sit de bonis: & sic à libertate exceptum. Sed inter viuos sibi nil excipit, nec alteri: & sic præsumitur seruo concedere eadem voluntate durante. Vel aliter secundū P. quia in vltima voluntate non potest ita cogitare: vnde lex pro eo cogitat: *vt arg. supra qui testa. ment. face. poss. l. hac consultissima. § ex imo. & in authen. de tries. & semis. §. illud quoque bene. colla. iij. ibi. aut præsumuntur mortui,* &c. & hoc placet. 3 Alij tertiam, vt Ioan. reddunt rationē: quia primo casu habebit operas manumittens: sed moriens non est habiturus, *argumen. ff. manda. l. si vero non te. §. inde Papinianus.*

LOnge diuersam causā eorum qui a superstitibus [g] manumittuntur, item illorum quibus testamento libertas relinquitur [h], esse, dissimulare non debueras: cum superiore quidem casu concessum tacitè peculium, si non adimatur [i]: posteriore verò, nisi specialiter fuerit datum, penes successores remanere, iuris sit [k] euidentissimi.

TITVLVS XXIIII.
DE SENATVSCONsulto Claudiano tollendo.

Olim mulier libera seruili amore capta, vel bacchata, si ei denunciatum esset à domino serui, ne seruo suo commisceretur, & iudex super eo eam admonuisset: qua tamen non desistebat à complexu, suā substantiam perdebat, & libertatem amittebat. fiebat enim conserua. quod quia indignum erat, sublatum est: quia nec bona perdit, nec amoris feruore libera esse desinit. Bald.

I. *Imperator* IVSTINIANVS A. *Hermogeni magistro officiorum.*

CVm in nostris temporibus, in quibus multos labores pro libertate subiectorū sustinuimus, satis esse impium credimus, quasdam mulieres libertate sua fraudari, & quod ab hostium ferocitate [l] contra naturalem [m] libertatem inductum est, hoc ad libidinem nequissimorum † hominum inferri: [Claudianū senatusconsultū. & omnē eius obseruationem circa denūciationes & iudicū sententias [n] cōquiescere in posterū volumus: ne] ea quæ libera cōstituta est, semel decepta, vel

DE SENATVSconsulto Claudiano tollendo.

Quia hoc senatusconsultum Claudianum loquebatur contra libertatem: ideo de eo tollendo dixit.

CVm in nostris.] CASVS. Duplex tempus cōsiderabatur circa hominū statum. Primo omnes erāt liberi, & nascebantur. secundo propter ferocitatē hostiū inducta est seruitus: quia capti ab hostibus fiebant serui hostium. Interea superuenit senatusconsultum Claudianū, quo cauebatur, vt si seruus consuetudinē haberet cū libera, & mulieri denūciatum esset à domino serui, ne accederet: & spreta denūciatio nihilo minus accessit: efficiebatur ancilla illius cuius erat seruus. quod senatuscōsultum collit imperator de medio. & hoc in prima. Item est in mulieribus libertinę cōditionis, quòd propter talem consuetudinem cū seruis habitā, in seruitutem non detrudantur. & hoc in secunda. Seruus verò vel adscriptitius maxime à nuptiis liberarum mulierum se abstineant: quod si non fecerint, domini liberā castigādi eos habeant facultatem, & à mulieribus abstrahendi eos. quòd si contempserint, domini damnum patiantur, scilicet quòd filij adscriptitij non erunt eius adscriptitij vel serui: quod esset, si adscriptitia vel ancilla eos suscepisset. & hoc in tertia & in vltima parte. Viuianus.

l ¶ *Ferocitate.* quia per captiuitatem fit seruitus: vt *instit. de iure personarum. §. ij.*

m ¶ *Naturalem.* i. ius naturale, cū omnes sint liberi de iure naturali: vt *habes hoc ff. de statu homi. l. libertas.*

n ¶ *Sententia.* vt & supra *de liberali causa. l. si liber homo.* nam si post denunciationem factam liberæ mulieri ne ad seruum meum accedat, & per iudicem: si amodo accedebat, efficiebatur ancilla mea: *vt hic, & instit. de successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex senatusconsulto Claudiano. §. fina.* Accursius Florentinus.

b Serui & captiuitate originem habent.

a Amoris furore nihil vehementius. de quo v. plura apud Tiraquellū de pœnis temperādis causa 4. Menochiū 2 de arbitrar. iudicū. Cēturia 4. casu 398. Sebastianū Medicē tract. de casib. fortuit. seu parte 2. qu. 5. Clarū 5. sent. §. vl. quæst 60. vers. Est & amor.

a ¶ Capta. nil enim est amoris[a] furore vehementius: vt hic, & in authent. quibus modis natura. effic. legiti. §. illud. colla. vj. & illud: Habet sua tela Cupido. & illud: Spicula figit amor. Item, Amor tra-hit superos.

b ¶ In suum damnum. vt filij eius non sint adscriptitij eius, vel serui, cum sint nati ex libero ventre: quod esset, si ex adscriptitia vel ancilla haberet: vt hic, & infra de agri. & cē. l. fina. in fi. a. lib. xj. & argu. in authent. de nupt. §. adscriptitio. coll. iiij. ¶ Sed an debeant permanere in iure vt eorum patres? Videtur quòd nō: vt j. de agrica. & cens. l. cum satis. §. j. Sed Ien. contra. & pro eo hæc lex, & in authen. cōstitutio quæ ex adscriptitio & libera nu. Itē contra huic. l. infra de mutile. l. iij. vbi post huiusmodi denūciationē nascuntur adscriptitij. Solu. ibi speciale.

infelici cupidine capta[a], vel alio quocunq; modo contra natalium suorū ingenuitatem deducatur in seruituté, & sit pessimum dedecus cognationis suæ fulgori: vt quę forsitā decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienū cadat dominiū, & dominū pertimescat forsitan cognatis suis inferiorem. Quod & in libertis † obseruari oportet. semel etenim libertate potitā, per tale dedecus in seruituté deduci, religio temporū meorum nullo patitur modo. Sed ne serui vel adscriptitij putent sibi impunitū esse tale conamé (quod maximè in adscriptitio † adserendū est, ne liberarū mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat, sancimus, si quid tale fuerit vel à seruo vel ab adscriptitio perpetratum, habere liberá potestatem dominū eius siue per se, siue per præsidē prouinciæ talem seruum vel adscriptitium castigatione competenti corrigere, & abstrahere à muliere tali. Quod si neglexerit: sciat in suum[b] damnum huiusmodi desidiam reuersuram.

† Graci libertis, sed rectius libertis.

DE NVDO IVRE Quiritium tollendo.

† adscriptitiorum conditionib. est cauēdum.

¶ Sicut in libertis[b] triplex erat olim status: vt institu. de lib. §. libertinorū. sic in seruis[c], vt in quibusdam plenum, in quibusdam semiplenum, in quibusdam nudum, idest, sine aliqua vtilitate haberent dominium: quod tollit hæc lex: & omnes sunt pleni domini: vt hic in fin. & institu. de iure perso. §. fina.

b Libertorum triplex status.
c Seruorū olim triplex status. domini enim aliquādo plenū, aliquando semiplenū vel nudum competebat.

ADDITIO. Hic titulus necessario superioribus subiāctus est, & sequentibus titulis præfixus. nō enim pertinet ad solas libertates. Olim in vniuersum omnes res quæ erāt in nostro dominio, vel erāt in[d] ciuili siue legitimo dominio, quod ex iure Quiritiū dicebatur, & de illo dominio concipiebatur ordinariæ in rem actionis formula. Vel in naturali[e], quod in bonis, siue, vt ait Theophilus, bonitariū dicebatur quod & naturale dominium dicitur. Multum autem intererat[f] quo dominij genere quis esset dominus, cuiusq. rei. 1 Nam qui seruum tantum in bonis habebat, idest naturali dominio, non poterat eū facere ciuē Romanum. Is verò qui in Quiritario dominio habebat, poterat. 2 Item is cui res aliqua per venditionem erat tradita tantùm, non etiam in iure cessa, aut mācipata, aut annū possessa, naturalis tantùm erat dominus, dominio iuris Quiritium apud venditorem interim remanente. anno vero vsucapta res, si mobilis: vel biennio, si immobilis, vel in iure cessa, vel mancipata, tam in bonis quàm ex iure Quiritium domini esse intelligebatur. Hæc ex Vlpia. frag. collegi. Iungendus est autem cum hoc & Tit. de vsucap. transfor. & sublata differ. rerum mancipi. & nec mancipi. Contius.

d Dominium ciuile siue legitimū ex iure Quiritium
e Dominium naturale, in bonis, siue bonitarium.
f Dominij Quiritarij & Bonitarij differentia.

TITVLVS XXV.

DE NVDO IVRE QVIritium † tollendo.

Nudum nomen quod quis in seruis habebat, per hanc legem tollitur, & plenum, dominium in seruis conceditur. Salyc.

1. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præf. præt.

ANTIQVÆ subtilitatis ludibriū per hanc decisionem expellentes, nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos vel nudum ex iure Quiritium[c] nomen, vel tantùm in bonis reperitur: quia nec huiusmodi volumus esse distinctionem, nec ex iure Quiritium nomé[d], quod nihil ab ænigmate discrepat, nec vnquam videtur, nec in rebus apparet, sed vacuū est & superfluū verbum, p quod animi iuuenum qui ad primā legū veniunt audientiá, perterriti, ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ dispositiones accipiunt: sed sit plenissimus & legitimus quisq. dominus, siue serui, siue aliarū rerum ad se pertinentium.

Antiquæ.] CASVS. Sicut dudum triplex erat libertinorum status, vt institu. de libertinis: sic in seruis, quòd quidā dominorum plenum habebant dominium, quidam semiplenū, quidam medium: & hoc erat introductum de iure Quiritium Roman. quod tollit hæc lex, statuēs quòd omnes domini plenum habeāt dominium, nō solùm seruorū, sed etiam aliarū rerum ad se pertinentium.

c ¶ Quiritium. id est Romanorum. nam Romani sic dicuntur: vt insti. tut. de iure natura. §. sed ius.

d ¶ Nomen. scilicet volumus esse. & a sic nec effectus: vt supra de ser. l. à nullo.

a Nomine sublato, effectus nominis tolli debet.
b V. de obligationibus.
c Vsucapione adquiritur ius defendendi Ijmo & agendi, eā vsucapione adquiratur dominium & quidem directum ex quo ius agendi competitur.
d Præscriptionis appellatione venit etiā vsucapio licet impropriè, & è contra.
e Tituli continuatio nes huius tituli ad superiores, v. lib. 4. de Ceptium.
f. Vsucapio in emptione & transactione, & similibus do.
g Transigere & qui agit & qui excipit. Gl. 1a. I. de transf.
h Vendidi quidē ius habēt, licèt non sint domini.
i Vendere et alienā possunt.
k Furtū non committitur in re immobili, nec enim potest concipi furi.
l Furtum facit qui sciens rē alienā vendit vel comparat.
m Furtū non fit sola venditione sine traditione.
n Tēpore obtractus & traditionis bona fides in cōtractu emptionis esse debet. l. 3. ff. pro socio.
o Seruari tum qui iubet ger. inde est ac si prohibuisset alienari quia eadem est natura verborū æquipollentium. v. Euerar. in loco ab æquipollentibus.
p Vsucapi nō potest quod prohibitum. de quo v. gl. 1. lib. ff. de Vsucap.
q Venditione prohibita, omnis alienatio prohibetur. adde Gl. 1. l. ff. quæ non potest.
r Peritia iusta causa est prohibēdæ alienationis serui.

DE VSVCAPIOne pro emptore, vel pro transactione.

Supra[a] dixit de iure agendi, nūc de defendendi[c] Vel aliter. Dixit de præscriptione[d] libertatis specialiter, nunc aliarum rerum[e]. Et de transactione subiicit per similitudinem[f]: quia sicut in venditione vtrique adest & abest: sic & in transactione, scilicet emptori pretium abest: & transigenti[g] actio quam remittit propter rem datam, promissam ve. vtrique autē adest res. Acc.

TITVLVS XXVI.

DE VSVCAPIONE pro emptore, vel transactione.

Qui emit rem ab eo qui non habet ius vendēdi, dominium non acquirit, nec etiam vsucapit, sed illicite emit. Bald. Vel sic: Traditio rei alienæ licet ex venditione furtum inducit, vsucapionem impedit, & dominij vindicationem non tollit. Vel sic: Res affecta vitio, furti, non potest vsucapi. Salyc.

1. Imp. ANTONINVS A. Flauiano.

MANCIPIA tua si ab eis distracta sunt qui ius vendendi non habuerunt[e], vindicare ea potes. Nec enim vsucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita[f] venditione furtum contractum sit[g]. Pridie Idus August. Anton. A. IIII. & Balbino Coss.

Mancipia.] CASVS. Si mācipiū meū non habens ius distrahendi, Titio vendidisti, illud vindicare potero: nec emptori, cum furtiuum sit, parabitur causa vsucapiendi. Vivianus.

e ¶ Non habuerunt. sunt enim quidā qui[h] habēt ius vendendi, licèt nō sunt domini: vt institu. qui. aliena. licet. §. j.

f ¶ Illicita. Imò videtur licita, cum rē alienam[i] vendere lex permittat: vt ff. de contrahend. empt. leg. rem. alienam. Sed dic quòd illa l. prout in re immobili[k] loquitur, nō obstat. in mobili autem uō loquitur nisi secundum distinctionem ibi positam per. l. eiusdem titu. ff. de contrahen. empt. l. si in emptione. §. item si emptor.

g ¶ Contractum fit. à scientibus[l]: vt institu. de vsucapion. §. furtiuæ. & infra eodem. leg. sciens. & infra titu. j. leg. ij. & supra quod cum eo. l. si liberam. in fin. & de furt. l. alienum. & l. si seruum. sed & si non fecerint furtum, quia[m] non contrectauerunt, idem est propter scientiam[n] rei alienæ.

Prohibitio alienationis per defunctum facta cum rationabili causa impedit rei sic prohibitæ vsucapionem. Salyc.

11. Imp. ALEXANDER. A. Marcellino.

SI contra defuncti voluntatem seruos quos propter perfectæ artis peritiam heredibus suis defunctus seruari[h] testamento præcepit, tutores venSi contra.] CASVS. Si tutor seruum quem testator prohibuit alienari, sed pupillo heredi seruari præcepit, putà quia artifex erat, distraxit: an vsucapi possit quæritur? Respond. quòd non.

h ¶ Seruari.[o] idem[p] si vendi prohibuisset, cum verbo[q] venditionis omnis alienatio contineatur: vt ff. de sta. lib. l. statuliberi à cæterorum. §. fin. in fin. ¶ Et nota propter peritiam[r]: secus si sine causa: vt ff. de lega.

diderunt: vſucapi non potuerunt [a]. Dat. V. Non. Mart. Iuliano II. & Criſpino Coſs.

Partus ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei emptorem conceptus & editus, eſt vſucapibilis. Salyc. & Bald.

III. *Idem A. Nepotillæ.*

SI matrem eius[b] cuius[c] nomine te quęſtionem pati dicis, bona fide emptã poſſidere cœpiſti: etiã ſi ipſa in cauſam furtiuam inciderit, tamen poſtea conceptum apud te partum vſucapere potuiſti [d].

Tria tuentur poſſeſſorem, ſcilicet dominium, conſenſus, & vſucapio. Bald. vel ſic: Conſenſus domini, vel vſucapio ementis bona fide, præiudicat ei. Salyc.

IIII. *Idem A. Achilleo.*

VEnditioni ancillæ ſi cõſẽſum dediſſe diuerſa partẽ probaueris: retractãdo contractum quem ipſa ratum habuit, nõ audietur [e]. ſed & hac probatione ceſſante, ſi bona fide[e] emptam ancillam à venditore bona fide diſtrahente, longi temporis ſpacio vſuceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non poteſt.

Malæ fidei poſſeſſor partem quã poſsidet, non præſcribit: bonæ fidei autem poſſeſſor præſcribit, niſi res eſſet vi poſſeſſa. Item præſcriptio nõdum completa, non tuetur poſſeſſorem contra dominum vindicantem. Bald. vel ſic: Mala fides poſſeſſorem ad rem & fructus profligit, & vſucapionem impedit ſicut vitium rei antequam veniat ad poteſtatem domini. Salyc.

V. *Imp.* GORDIAN. A. *Marino.*[*]

SI partem poſſeſſionis[g] malæ fidei poſſeſſor vendidit: id quidem quod ab ipſo tenetur, omnino cum fructibus recipi poteſt: portio autem quæ diſtracta eſt, ita demum rectè pe-

de leg. j. l. filiusfamiliâs. §. diui. & *ĩ. de fideicommiſ. l. voluntatis.* vbi ſimilis cauſa inſeritur.

a ¶ *Non potuerunt.* Primo quia contra defuncti voluntatem: &[b] ſic contra legem facta eſt venditio: vt & *ĩ. de manumiſ. teſtament. l. contra voluntatem.* & *ĩ. qui non poſ. ad liber. perue. l. ij.* & *in authẽt. de nupt. §. diſponat. col. iiij.* Itẽ[c] quia[d] pupilli, quorum res nõ poſſunt vſucapi: vt *ff. de acquiren. rerum domi. l. bonæ fidei.* & *ſic facit. ff. de verb. ſignific. l. alienationis.* & *de fundo do. l. ſi fundum.*

SI matrem.] CASVS. Si ancillã meam mihi ſubtractã bona fide emiſti, & apud te peperit: an partũ poſſis petere, quæritur? Dicitur ſic, licèt ipſa ancilla in cauſam furtiuam inciderit.

b ¶ *Si matrem eius.* Stichi puta.

c ¶ *Cuius.* Stichi.

d ¶ *Potuiſti.* ſi non ante editum partũ cœpiſti habere malã[e] fidẽ. tunc enim debet dominum, ſi poteſt, certiorare[f]: vt *habet. ff. pro ſuo. l. ſi ancillã.* & ſi quidẽ vſucepiſti, vindicas: ſi non, habes interim Publicianã[g]: vt *ff. de Public. l. ſi ego. §. partus.* & diſtingue circa hoc vt *dixi. ĩ. de fur. l. ancillæ.*

VEnditioni.] CASVS. Si aliquo rẽ tuam diſtrahente ratum habuiſti, & hoc probatũ fuerit: an venditionem retractare poſſis, quęritur? Reſpon. quòd nõ & hoc in prima. Si verò te habuiſſe ratũ ꝓbari non poſſit, ſed emptor bona fide emit, venditor bona fide diſtraxit: ſi emptor eã vſucepit vindicare[h] nõ poteris. & hoc in ſecunda.

e ¶ *Non audietur.* vt *j. de euict. l. exceptione*[i].

f ¶ *Bona fide.* quæ eſt ſi erret in facto, non ſic ſi in iure, ſecundũ quoſdam. Tu dic etiam ſi in iure: vt *arg. ff. de peti. hered. l. ſed & ſi lege. §. ſcire*[k]. & exigitur[l] hæc bona fides tempore contractus, &[m] tẽpore traditionis in venditione: ſed in cæteris contractibus ſufficit tẽpore traditionis: vt *ff. pro ſolu. l. iij.* & *ff. eod. l. ij. in princ.* & rationẽ diuerſitatis dic vt ibi in tit. pro ſoluto. l. iij. notaui.

SI partem.] CASVS. Si fundum alienum mala fide poſſediſti: vt differat ab vltimo caſu, & partem diſtraxiſti, & partẽ retinuiſti: retentam cum fructibus[n] reſtitues: diſtractam ſi emptor mala fide emit, vel bona, & non vſucapta eſt, dominus vindicabit. & hoc in prima. Si verò vt poſſediſti, nec bonæ fidei emptori parabitur vſucapio. & hoc in ſecunda.

g ¶ *Poſſeſſionis.* non vi poſſeſſæ: vt differat à ſequenti caſu.

h ¶ *Bona fide.* Sed hodie dic cõtra: vt *in auth. malæ fidei. j. de præſcr. long. tempo.*

i ¶ *Vſucapionem.* vt *ĩ. de rei vind. l. aduerſus.*

k ¶ *Violenter.* vi[p] expulſiua, non compulſiua: vt *ſupra quod metus cau. l. ſi vi. quæ eſt contra.* Item dic amiſſa à poſſeſſore, & accepta ab inuaſore: aliàs poſſet vſucapi: vt *ff. de vſucap. l. non ſolum. §. ſi dominum.*

a Prohibitio alienandi ſine cauſa à defũcto facta non valet.
b Volũtas teſtatoris pro lege habetur.
c Prohibitione alienationis à teſtatore facta cum legis prohibitione concurrente, augetur legis prohibitio, vt in caſu aliàs de iure permiſſo non poſſit alienatio fieri.
d Vſucapi non poſſunt res pupillorũ. adde Gl. l. vlt. in verbo quærere. l. in quib. cauſ. in integrum reſtitutio.
e Vſucapionẽ partus mala fides ſuperueniẽs impedit, niſi facta fuerit domino denunciatio.
f Vſucapionis curſum interrũpit certioratio ſeu denunciatio.
g Vſucapiẽ nondum partum cauſa bonæ fidei poſſeſſor Publiciana vti poteſt.
h Præſcriptio non abſorbere dominiũ hinc colligit Cepola.
i Conſentiens alienationib. ſuum amittit.
k Bonã fidem errore iuris induci hinc colligit Cepola.
* al. Maximo.
l Bona fides quo tempore in contractib. exigatur.
m Bona fides vberior eſſe debet in venditione & emptione quã aliis contractibus.
n Titulum ex cauſa à mala fide & fructib. percipiẽdis hinc colligunt.
o Hoc intelligẽ de præſcriptione longi non longiſſimi temporis aut vſucapione.
p adde Gloſſ. l. furtiuæ in verbo vi. Inſt. de vſuc.

titur à poſſidente, ſi ſciens alienam comparauit, vel bona fide[h] emptor nondum impleuit vſucapionem[i]. Violenter[k] enim poſſeſſione amiſſa, priuſquam in domini poteſtatem perueniat, vſucapio emptori (etſi bona fide mercatus eſt) nõ competit[l].

Vitium furti non purgatum, impedit rem vſucapi etiam ab emptore bonæ fidei. h. d. cum l. ſequen. Salycetus.

VI. *Imp.* PHILIPPVS A. *cum Calio*[*] *collocutus dixit.*

CVm ſit probatum rem pignori fuiſſe obligatã[m], & poſtea à debitore[n] diſtractam: palàm eſt non potuiſſe eã quaſi furtiuam vſucapi[o]. Sine dic & Conſule.

Vitium furtiuitatis officit poſſidenti non ratione malæ fidei, ſed ratione vitij quod non eſt purgatum. Baldus.

VII. *Idem A. & C. Compedi.*[*]

SCiens ſeruum alienum cõtra domini voluntatem[*] venundans, furtum committit[p]. quod rei vitium priuſquam ad dominum eius reuertatur poſſeſſio, non permittit vſucapionem fieri, licèt bona fide poſſideatur[q]. Dat. V. Id. Februa. CC. Coſs.

Titulus tranſactionis ex quo ſecuta eſt traditio, eſt idoneus ad præſcribendam †: ſecus ſi non continet traditionem, ſed liberationem à controuerſia mota: quia per hoc non datur titulus in ipſa re. iſte eſt textus ſingularis in l. ſi pro fundo ſupra de tranſact. Bald.

VIII. *Idem A. & C. Seuero.*

EX cauſa trãſactionis habẽtes[r] iuſtam cauſam poſſeſſionis, vſucapere poſſunt.

l ¶ *Non competit.* vt *arg. ĩ. de fur. l. ſi abducta.* & *ff. de vſuca. l. ſi rem ſurreptam.* & poteſt hic legi auth. malæ fidei &c. ſecundùm H. ſed nos ſecundùm Azo. legimus. *j. de præſcr. long. temp. l. j.*

CVm ſit.] CASVS. Si alienam[a] rem mihi obligaſti, & mihi ſurripuiſti, & vendidiſti: an emptor poſſit eam vſucapere, quęritur? Dicitur quòd nõ. Viuianus.

m ¶ *Obligatam.* & traditã[b]. & dic de facto obligatã: vel de iure. quia dominus conſenſit: vt *ff. de pign. act. l. aliena.*

n ¶ *A debitore.* qui obligauit, & ſic contrectauit.

o ¶ *Vſucapi.* niſi redeat in poteſtatem creditoris, *arg. ff. pro ſolu. l. fin.* Si[c] autẽ ſuam rẽ quis obligat, & ſurripit, fit furtũ, & datur actio furti creditori: ſed non impeditur vſucapi: vt *ff. de fur. l. cum ex. §. j.* & *ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi rem. quæ ſunt cõtra.* Sed ſi extraneus ſurripit creditori rẽ à domino obligatam, non vſucapitur, niſi in domini redeat poteſtatem: vt *ff. de vſucap. l. ſequitur. §. quod autem.*

SCiens.] CASVS. Si ſeruum meũ cõtra voluntatem meam vẽdidiſti: furtũ commiſiſti. & hoc in prima. nec à bonæ fidei poſſeſſore vſucapietur antequam in poteſtatẽ meam reuerſus[d] fuerit. & hoc in ſecunda.

p ¶ *Committit.* vt *inſtitu. de vſuca. § furtiuæ.*

q ¶ *Poſſideatur.* ab eo q emit: vt *ĩ. de furt. l. alieni.* & *l. ſi ſeruum.* & *ſupra eodem. l. j.*

EX cauſa.] CASVS. Petebas à me cẽtũ: tranſegi, & dedi tibi rẽ alienã, nomine trãſactionis: an eã vſucapere poſſis titulo tranſactionis, quæritur? Dicitur quòd ſic.

r ¶ *Habentes.* ex traditione, nõ[e] retentione: cũ & ſi res eſſet actoris, non trãsferretur in eum dominium: vt *ĩ. de tranſact. l. ſi pro fundo.* & *l. ſine apud.* & *l. ſi ſuper poſſeſſione.* ſecundùm P. & H. & M. & Azo. Sed Ioan. contra: qui illa duo nõ[f] ſemper ſunt paria: vt vbi dominij tranſlatio fit à domino, ibi demum inducatur vſucapio facta traditione à non domino: vt *ff. eodem. leg. ij. §. ſi à pupillo.* ADDITIO. Aduertas quòd prima opinio verior eſt, & eam tenent communiter docto. vt dicit Bartol. *in leg. j. ff. eodem. titu.* fatetur tamen idem Bartol. ibi, quòd ſi ille qui accepit pecuniam, diceret, concedo tibi omne ius quod mihi competit in tali re, de qua lis erat: habet nunc titulum pro emptore, etiam ex tranſactione pro tali re [illegible]enta: ſicut quando ego emo quicquid iuris habes. *de quo per eundem in leg. emptor. ff. eod. titu.* ſed ſi non diceret, concedo[g], ſed finio vel quitto omne ius &c. tunc ſecus eſſet: vt *d. l. ſi pro fundo. C. de tranſact.*

EVm qui.] CASVS. Si à pupillo ſine tutoris auctoritate, ſciens eum pupillum, rem emit: an eam vſucapere poſſit, quæritur? Reſpond. quòd non. & hoc in prima. Si verò vindicaret rem, nec precium quo factus locupletior eſt, offerret: an obſtet ſibi

a Hypotheca aliter poteſt conſtitui. Debitor rẽ creditori obligauit, eandem alteri vendidit: furtum committit reſpectu iuris hypothecæ creditori cõpetentis, idcoque quod ita alienatum eſt vſucapi non poteſt aduerſus creditorem hypothecaria agentem.
b Imò & ſi nõ tradita ſit res à debitore creditori ſi tamen contra voluntatem creditoris vẽdidit, furtum committit.
c Vſucapiam & quomodo poſſit pignus creditoris ſubtractũ ab ipſo vel debitore vel extraneo.
* legendum, cum concilio.
* Pecudio: aliàs Peculio. al. pecudi.
d furtiuæ rei vitium purgatur re in poteſtatem domini reuertente.
* citra domini mandatum.
† vide: & add. de Balbũ tractatu de præſcriptionib. j. parte j quaſ. 5.
e Ex traditione & retentione habere differunt.
f Traditione dominiũ trãsfert dominus non dominus cauſam vſucapiendi.
g Concedere & finire (vtque hic loquitur Bartolus) quittare ius omne, differunt: ſic tradere & dimittere: hoc enim non transferet dominium: etiã dimittatur cũ iuramento. vt ait per Cepolam.

doli exceptio, quæritur. Respon. quòd sic. & hoc in secunda.

a ¶ *Defendit.* vt s. de susc. prat. l. cum qui. Sed[a] certè imò videtur q̄ sic: vt ff. eo. l. y. §. si à pupillo quæ est contra. Solu. hic sciens pupillum, ibi non. hæc non[b] placet. Vel hic res erat pupilli, ibi aliena[c], quã bona fide possidebat.

b ¶ *Locupletior.* q̄d tribus[d] modis euenit. 1 Vel q̄ habet pecuniã. 2 Vel q̄ aliud emptum ex ea. 3 Vel quòd talem rem emit, quam de suo emisset necessario: sed modo periit: vt ff. de mino. l. verum. §. item si. exdum. & ff. de solu. l. in pupillo. & institu. qui. ali. licet. §. nunc autem admonendi.

c ¶ *Ad iniquum.* vindicando[e] rem non restituta pecunia.

d ¶ *Exceptione.* Not. excipiendum cõtra eum qui de præda est solicitus. vt hic, & ff. de admini. tuto. l. si mineris. & ff. de except. do. l. apud. §. si quis pupillo. & institu. qui. alie. licet §. nunc autem admonend. & s. de tuto. furio. l. v. in fi. & ff. de re. co. l. si fundat. § j.

Emens à pupillo sine tutore, non vsucapit rem: tamen non restituit nisi ei restituatur pecunia in qua locupletior factus est. Salyc.

IX. *Idem. A. & C. Caio.*

EVm q. à pupillo sine tutoris auctoritate distrahente cõparauit, nullũ temporis longi spaciũ defẽdit[a]. Sed si locupletior[b] emptoris pecunia factus, post pubertatẽ occasionẽ iuris ad iniquum[c] trahat † compendium: doli mali submouetur exceptione[d]. CC. Conss.

TITVLVS XXVII. DE VSVCAPIONE PRO donato.

Traditione & vsucapione pro donato dominium quæritur: idem in aliis titulum habentibus: vt supra de pac. l. traditionibus. Bald. vel sic: Ex donationis titulo dominiũ transfertur, vel vsucapiendi causa bona fide recipienti paratur. Salyc.

I. *Imp. Alexan. A. Macedonio.*

SI is fuerit dominus qui tibi loca de quib. supplicasti, donauit; siue a non domino bona fide donata suscepisti, eáque vsucepisti: auferri tibi quod iure quæsitum est, non potest[e] P. V. Id. Mart.

Res affecta vitio furti, non vsucapitur titulo pro donato. Salyc.

II. *Imp. Diocletianvs & Maximian. AA. Capitonio.*

DOnantem ancillã alienã nihil domino deminuere, non est ambigui iuris: furtũ etiã cõtrahere[f] citra voluntatẽ domini cõtrectantem, vt eius rei nec vsucapio possit procedere[g]. S. V. Id. April. AA. Conss.

Sicut perfecta donatio non irritatur, ita inualida ad vsucapionem nõ patrocinatur: licet possessor iuris errore putet esse validam, vel putet donationem intercessisse, quæ non intercessit. Bald. Vel sic: Ex donatione putatiua siue erronea non procedit vsucapio. Salyc.

III. *Iidem. AA. & CC. Rhodano.*[a]

IRritam facere donationem perfectam nemini licet[h]. Vtique hoc verum est, si error[i] falsæ causæ ratione bonæ fidei non defenditur[k]. quod & in dominio pro vsucapione quærendo seruatur.

DE VSVCAPIONE pro donato.

SIne.] CASVS. Rem mihi dedisti, siue dominus fuisti, siue nõ: & eã bona fide suscepi: à me non auocabatur.

e ¶ *Non potest.* priori casu iure traditionis[g], posteriori[h] iure vsucapionis: vt ff. de dona. l. Aristo. §. idem Aristo.

DOnantem.] CASVS. Si ancillã alienã Titio donasti, domino ancillæ non præiudicasti: & si sciẽs cõtra voluntatem domini contrectasti, cõtraxisti furtum: nec vsucapi potest. Viuia.

f ¶ *Contrahere.* sciente rem alienam.

g ¶ *Procedere.* scilicet vitio furti[i] impediente: vt s. de vsucapio. pro empto. l. j.

IRritam.] CASVS. Donatio perfecta retractari non debet: si vero credidisti me dedisse rem meam quam nõ dedi: error falsæ causæ non facit te dominum. Idem est si credas rem non meam: quia non vsucapies.

h ¶ *Licet.* temerè[k] vel sine causa: vt hic, & s. de condic. ob causam. l. si repetendi. & institu. de dona. § alia. sed ex causa licet, scilicet ingratitudinis: vt j. de reuoca. do. l. fina.

i ¶ *Error.* quia credebat rem sibi esse donatam à domino, cũ non esset.

k ¶ *Non defenditur.* nec[m] enim sufficit credere[n] donatum, nisi & donatum sit: vt hic, & ff. eod. l. j. & de vsucap. l. Celsus. & institu. de vsucap. §. error. nisi sit iustus[o] error, qui habetur pro[p] titulo: vt ff. pro emptore. l. quod vulgo & pro suo. l. fin. ¶ Quid si pater filio in potestate posito donauit, & filius credit donationem valere? Respon. non vsucapit filius etiam patre mortuo: quia donatio non valuit: nisi heredes ratum habeant: vt ff. eod. l. j. §. j. & l. si pater. sed quasi pro legato vsucapit, fortè si non habent ratum heredes, ex tacita donatione confirmata: vt supra de dona. inter virum & vxorem. l. donationes. j. ¶ Item quid si vir vxori, vel econuerso donauit inter viuos (quæ non valet) an potest vsucapi? Respon. si suã rem, non habet locum vsucapio: vt ff. eod. l. j. §. si inter. si alienam, habet locum: vt in eod. titu. l. si vir. nisi ante cõpletam vsucapionem fiat diuortium: vt ff. eod. l. j. §. item si vir. ¶ Itẽ videtur quòd hic titulus non habet locum: quia donari non potest nisi quod fiat eius cui donatur: vt ff. de dona. inter vir. & vxorem. l. in adibus. §. fin. quæ est contra. Sed illud quo ad propositum[a] donantis: vt a ff. de Publicia. l. quætumque. §. j.

TITVLVS XXVIII. DE VSVCAPIONE pro dote.

Res mobilis in dotem data, si vitium vsucapionem non impedit, vsucapitur. Bald. vel sic: Maritus recipiens bona fide, vsucapit titulo pro dote rem dotalem vitio non affectam. Salyc.

I. *Imp. Alexand. A. Taurino.*

REs mobiles in dotem datæ, quamuis alienæ, si sine vitio[l] tamen fuerint à bonæ fidei accipiente pro dote acceptæ †, vsucapiuntur.

TITVLVS XXIX. DE VSVCAPIONE pro herede.

Sicut suus heres non vsucapit titulo pro herede, ita nec heres heredis etiam extraneus ex persona defuncti. Bald. vel sic: Si heres heredis velit vti accessione auctorum, non potest vsucapere pro herede, quod defunctus eius non potuit. Salyc.

I. *Imp. Antoninvs A. Theophilo.*

CVm[m] pro herede vsucapio locũ non habeat intelligis, neque matrẽ tuã[n] cui heres extitisti; neque te vsu mancipia[o] ex ea causa[p] capere posse. PP. VII. Kalen. Iul. Ro. Læto & Cereale Cos.

Suus & necessarius heres non præscribit titulo pro herede, etiam si habeat coheredem extraneum. h. d. glo. Bald. vel sic: Vsucapio pro herede, non procedit in filiis in potestate. Salyc.

DE VSVCAPIONE pro dote.

REs mobiles.] CASVS. Si mulier rẽ alienam marito in dotem dedit bona fide: an maritus eam doté vsucapere possit, quæritur? Respon. quòd sic.

l ¶ *Si sine vitio.* quia nõ fuerunt furtiuæ: sed distingue hic, quia cum res aliena datur in dotem: an ante matrimonium, an eo contracto. Primo[b] casu, si quidem æstimata, non vsucapitur pro emptore, vel pro suo: si inæstimata, tunc pro suo vsucapitur. Secũdo[c] casu, si quidẽ inæstimata, pro dote: si æstimata pro emptore: vt habes hæc ff. eo. l. y. & iij.

DE VSVCAPIONE pro here. &c.

Hoc titulo accipitur pro vero hered. aliter accipitur vt ff. de petit. heredi. l. pro herede. & pro hoc. ff. eo. l. penult.

CVm pro herede.] CASVS. Auus Titij maternus possidebat aliena mancipia: decessit, & ei successit mater Titij quæ fuerat in potestate patris mortis suæ tẽpore. quæritur an ipsa, vel Titius qui matri successit, possit vsucapere illa mancipia pro herede. Respond. quòd non: quia in suo herede hoc est in filio vel filia existente in potestate patris mortis tempore, non habet locum titulus pro herede.

m ¶ *Cum.* id est quando: vt quia[d] est de suis heredibus vt j. eo. l. y. Vel[e] quia putatur mortuus qui viuit: vt j. eo. l. opinione. & ff. eo. l. j. Item si quis erret in titu. vt quòd credebat heredem, cum non sit: vt j. eo. l. fin.

n ¶ *Tuam.* quæ fuit heres auo.

o ¶ *Mancipia.* aliena quæ tenebat auus tuus vt sua bona fide, & sine titulo.

p ¶ *Ex ea causa.* quia successisses auo tuo per consequentiam: sed quia successisses matri cui es extraneus: vt insti. de here. quæ. & dif. §. cæteri. potes ex tua persona sumere initium, non sic si esses de suis: vt ff. eo. l. y. §. fin.

Vsucapere autem ex causa ... [margin notes, left:] Vsucapere & quomodo possit qui rem à pupillo sine tutoris auctoritate comparauit. hic Cepolã. Vsucapi enim quod potest à pupillo ... ignorante pupillo. Adde Glo. ... Locupletior ex re aliena ... De præda sollicitus exceptione ... Vsucapere domino ... Donatio ... Capitonio. Donatio in ... Ex donatio ne putatiua non transfertur dominiũ ... Opinio non excusat ... Vsucapio non impedit ... Error iustus habetur pro titulo. Donatio facta filio in potestate patre viuo nõ valet: mortuo, vale, si heredes ratã habent ... legato ... donatam ...

[margin notes, right:] non pro donato, sed pro legato. Rhodiano. Glo. l. j. in verbo tradita inf. ff. eod. b Doti res aliena æstimata data ante matrimonium non vsucapitur à marito neque pro emptore, neque pro suo: si inæstimata, pro suo vsucapitur. c Doti res aliena contracto iam matrimonio inæstimato data, vsucapitur titulo pro dote, æstimato pro emptore. ... d Vsucapio pro herede locũ non habet in suis heredibus. Id est vsucapere pro herede suus heres nõ potest. e Vsucapere pro herede qui non potest ...

Nihil.]

NIhil.] CASVS. An sui, scilicet qui fuerunt in potestate defuncti, possint vsucapere pro herede, quæritur? dicitur quòd non.

a ¶ *Suis heredibus.*[a] quia non habent titulum, cum viuo patre domini sunt: *vt ff. eodem l. ij. §. fina. & de libe. & posthu. l. in suis. & institut. de hered. qualita. & differ. §. sui.* sed à patre inchoatam etiam pro herede filius perficere potest. ¶ Sed an[b] pro suo vsucapiant? Videtur quòd sic: *vt ff. pro suo. l. pen. §. si pater.* Sed respondeo, nõ: quia ibi fuerunt emancipati. Vel fuit ibi à defuncto inchoata. Item hoc dicũt quidam esse verũ si est solus: si autem cũ aliis, potest: *vt arg. ff. de acquir. here. l. cum hereditate.* quod nõ placet. ¶ Sed si defunctus habuit malam fidem in re quã possidebat, vel scientiam rei alienæ: an heredes vsucapiat pro herede sicut extraneus? Quidam dicũt sic, si ex sua persona vult sumere initium: *vt infra de præscriptio. long. temp. l. j. & ff. de acqui. possess. l. Pomponius §. j.* Item alia ratione: quia titulum habet heres, & nõ est res vitiosa: & habet bonã fidẽ: ergo vsucapit. Sed Ioã. dicit cõtra. Primo, quia successor[e] est vitiorum & culpæ defuncti: *vt j. de fruct. & li. ex. l. ij. & ff. de diuer. tempora. præscrip. l. cum heres.* & sic nõ valet argumentũ eorum: quia licèt sit bonæ fidei verè[d], præsumptiuè tamen est malæ fidei. 2 Item secundo, quia pro[e] vna persona habet heres & defunctus: *vt in authent. de iureiur. à mor. præsti. in princ. colla. v.* 3 Item tertio pro hoc expressè *infra eod. l. fi. & j. tit. j l. fin.* 4 Item quarto pro hoc argumẽtũ[f] à contrario sensu, quod est *ff. de Publici. l. si ego. §. partus.* 5 Quinto pro hoc. *ff. de vsucap. l. vbi. §. j.* vbi dicit, vitium[g] rei purgatum non impedit vsucapionem: ergo[h] vitium personale etiam purgatum, impedit. Habet ergo locum hæc vsucapio quãdo habuit defunctus bonam fidem in re aliena: sed deficiebat titulus, quem habet heres.

a Filius hereditatem vsucapere vel præscribere non potest vt hic & l. 1. § fi. ibi ff. eo. quod falsu vbicunque filius venit ex capite agnatorum v. Doctorum vega la 154.
* Marino.
b An & pro donato. v. Gl. d. § firma. tal. decl. vox magis.
* Diocletiano.
e Heres est successor vitiorũ & culpæ defuncti.
d Bonus, verè, per sumptiuè malus: idẽ esse potest.
e Heres & defunctus pro vna persona habentur.
f Argumentũ à contrario sensu.
g Vitium rei purgatum nõ impedit vsucapionem.
h Vsucapio impeditur licet vitiũ personæ purgatũ sit.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Maurino.*[*]

NIhil pro herede posse vsucapi, suis heredibus[a] existentibus, magis † obtinuit.

Error non facit ius præsertim in lucro captando. Bald. Vel sic: Viuens non habet heredem: ideo vsucapio non procedit. Salyc.

III. *Idem* AA. & CC. *Diodoro.*[*]

OPinione falsa mortis pro herede possessio rerũ absentis procedere non potest[b].

Vsucapio requirit titulum præcedentem: & quædam veniunt in petitione hereditatis, quæ non veniunt in vsucapione. Baldus. Vel sic: Putatiuus heres non vsucapit pro herede: nec sine titulo procedit præscriptio. Salyc.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Serapiani.*

VSucapio[c] non præcedente[d] vero titulo procedere non potest[e]: nec prodesse neque tenenti, neque heredi[f] eius potest: nec obtentu velut ex hereditate[g] esset, quod alienum fuit, domini intentio vllo temporis longi spacio absumitur[h]. Dat. VII. Kalen. Ian. CC. Coss.

TITVLVS XXX.
COMMVNIA DE vsucapionibus.

Colonus corporaliter tenet: sed non possidet sibi, sed domino: & ideo non præscribit. Bald.

OPinione.] CASVS. Seius aberat degens vltra mare: credebam quòd esset mortuus, & quòd instituisset me heredẽ: vel fortè accepi bona sua, quia erã proximus agnatus, inter quæ erat res aliena: an ea pro herede, vel res suas viuẽtis vsucapere possim titulo pro herede, quæritur? Dicitur quòd non.

b ¶ *Non potest. vt ff. eod. l. j.*

VSucapio.] CASVS. Ad hoc quòd procedat vsucapio, necesse est vt interueniat titulus, & bona fides. si ergo aliquis possidebat rem furtiuam, & ei successi: sicut non potuit vsucapere, sic nec ego. Viuianus.

c ¶ *Vsucapio.* credebam me extraneum heredem cuiusdam, cum non eram.

d ¶ *Non præcedente.* credit se heredem, sed non est.

e ¶ *Non potest. vt & j. de rei vendic. l. nulla. & j. de præscri. long. temp. l. diutina. & ff. de vsuca. l. Celsus.* & hoc nisi sit error[i] iustus: *vt ff. pro leg. l. pro legato. & pro suo. l. fin.*

i Error iustus excusat.

f ¶ *Neque heredi.* si sit suus: vel si est extraneus, sed vult vti accessione defuncti. secus si ex persona sua velit initium sumere: vt dixi supra eodem. l. nihil.

g ¶ *Ex hereditate.* quam credebam habere, & non habebam.

h ¶ *Absumitur.* id est non tollitur.

Codex.

COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS.

Pertractatis[a] vsucapionibus specialibus supponit de communibus. Azo.

a Continuatio.

QVi ex conducto.] CASVS. Si locaui prædium colono, an possit vsucapere, quæritur? Respond. quòd non: quia non possidet. Viuianus.

I. *Imperator* ALEXANDER A. *Saturo.*

QVi ex[i] conducto possidet, quamuis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino[i] rei creditur possidere. neque enim colono vel conductori prædiorum longæ possessionis præscriptio acquiritur[*]. PP. VII. Kalend. April. Alexan. A. V. & Marcello Conss.

Mancipium fiscale non vsucapitur. Bald. Vel sic: Res fisci nequeunt vsucapi. Salyc.

II. *Idem* A. *Onesimo.*

IAmpridem quidem mancipium de quo supplicas, comparasse te dicis. sed si cogitaueris[k] rem fisci mei vsucapi non posse, respondere te actionibus fisci mei intelligis: nec aliàs posse rei proprietatem obtinere, quàm si non ex ancilla fiscali[l] natum fuisse constiterit.

Mala fides auctoris nocet successori singulari volenti vti actione singulari. Baldus. Vel sic: Vitium defuncti nocet eius vniuersali successori etiam bonam fidem habenti. Salycetus.

III. *Imp.* PHILIPPVS A. & *Cæs. Pontino.*[*]

SI mala fide seruum tuum sciens Antiochus tenuit: intentionem tuam contra successorem eius, licet bona fide

i ¶ *Domino.* Si ergo dominus per se ciuilẽ habet, per colonũ naturalem: *vt hic, & infra de præscr. xxx. an. l. male.* ergo colonus[b] nullam omnino habet possessionem: *vt ff. de vsur. l. nõ solũ. §. j. & l. fina.* Itẽ probatur per hoc, quia si dominus à colono in possessionem non admittitur, tunc quæritur interdictum domino: ergo pri[*] omnino possidebat. nã aliàs[c] interdictum non daretur: *vt ff. de vi & vi ar. l. cum fundum. & l. j. §. interdictum autem hoc. & l. ij. §. cum.* Sed arg. contra *ff. commu. diui. l. communi diuidundo. ij. §. neque.* ¶ Secundo quæro, an colonus[d] possit interuertere possessionem, & sibi possidere: & sic dominus amittat naturalẽ possessionem? Respon. non: & in hoc casu prodita est lex infra *de præscrip. xxx. anno. l. ij.* ¶ Tertio quæro, si[e] animo deserendæ possessionis exierit de fundo colonus: an dominus amittat? Quidã, vt Hugo & alij, quòd sic: *vt ff. de acquiren. possess. l. si colonus.* sũpto ibi argumẽto à cõtrario sensu. nam dominus[f] amittit etiam ignorãs: *vt ff. de acquir. possess. l. peregrè. §. qui abiit.* Sed arg. cõtra. *vt ff. de acquiren. possess. l. si de eod. §. j. & l. si id quod §. j.* nam illæ leges dicũt quòd etiã mortuo colono retinet dominus possessionem: & tamen cõstat quod tunc colonus animum retinẽdæ possessionis non habet. Item pro hoc est infra *titu. ij. l. cum nemo.* Sed primi dicunt, non mutat quantum[g] ad hoc, vt vsucapere possit. ¶ Quarto quæro, quid si colonus alij[h] tradat, vel perdat: an desinat dominus possidere? Respond. non desinit dominus possidere, secundũm quosdam: *vt infra titu. ij. l. finali.* Sed olim contra: *vt ff. de acquiren. possess. l. peragre. §. quibus.* Nos dicimus contra, quòd amittat: *vt ff. de acquiren. possess. l. iij. §. quòd si seruus.* licèt sit argumentum contra infra *eodem titul. l. quæcunque. j. §. j.* Sed recuperat dominus per condictionem ex lege. & ideo dicit d. l. ex libris. infra de acquirenda possess. nullum domino posse fieri præiudicium. ¶ Quinto quæro, quid si[i] seruus meus sibi dicat possidere? Respond. non desino, cum & ipsum possideam: *vt argument. ff. de acquirenda. possess. l. si de eod. in principio.*

b Possessio nulla est conducta est penes conductorem, vtpote naturali & ciuili remanente penes locatorem.
* quæritur.
c Interdictum recuperandæ competit ei qui possedit.
d Possessionẽ interuertere domini, hoc est sibi possidere colonus non potest.
e Possessionẽ fundi locator non amittit, conductore seu colono fundum animo deserendi relinquente, vt nec eo mortuo.
f Possessionẽ dominus etiã ignorans amittit.
* Pantheris.
g Possessionẽ locatoris colonus sibi mutare ita non potest, vt fundum conductum vsucapiat.
h Possessionẽ fundi colono fundũ alij tradente locator amittit, licèt eam recuperet, condictione ex lege.
i Possessionẽ fũdi dominus nõ amittit seruo eius dicẽte sibi possidere.

IAmpridem.] CASVS. Si comparaui mancipium fisci: an possim id vsucapere, quæritur? Respond. quòd non. & si probo quod id non fuerit mancipium fisci, nec natum ex ancilla eius, potero vsucapere. Viuianus.

k ¶ *Cogitaueris.* quod cogitare debes.

l ¶ *Fiscali.* vel[k] alia ratione fisci facta. ¶ Sed aliud in vacantibus[l]: quia vsucapiuntur omni titulo iure communi: *vt institut. eodem. §. res fisci.* Sed sine titulo tunc viginti annis computandis ab eo tempore quo cœperunt bona esse vacantia. si autem velit cõputare ex eo tempore quo fisco fuit nunciatum, tunc sufficit quadriennium: *vt infra de quadrienn. præscriptio. leg. primo. & ff. de iure fisci. leg. primo §. diuus. & §. præscriptio. & de diuer. temporalibus præscriptio. l. intra.* ¶ Quod dixi in fiscalibus, vt non

k Vsucapio nõ procedit in fiscalibus.
l Vsucapi possunt bona vacãtia iure cõmuni, si titulus adsit: sine titulo, viginti annis computandis ab eo tempore quo cœperũt esse vacantia.

usucapiantur: idem in rebus[a] ciuitatum: vt argu. ff. ex quibus cau. ma. legatis. & l. sed & si per praetorem. §. fin. sed xl. annis praescribentur: vt infra de praescript. xxx. an. l. omnes. nisi [b] sint in publico vsu: vt ff. de via publica l. viam.

Si mala fide.] CASVS. Antiochus mala fide possidebat alienum mancipiu: successi ei, & bona fide possedi: an possim vsucapere, quaeritur? Resp. quod non: quia fuit vitiosum a principio. Viuianus.

possidet[a], propter initij vitium vsucapio non absumptit.

a ¶ Possidet. successor[c] ppter vitiu, nisi ex sua persona velit incipere, secundu quosda. quod non placet: vt diximus supra titu. j. l. nihil.

DE VSVCAPIONE transformanda &c. Quantum ad tempus.

b ¶ Mancipi. i. Italicarum & prouincialiu, vt hodie aequaliter vsucapiantur. olim enim immobilia in Italia tantu biennio vsucapiebantur: mobilia vero anno vbiq. vt insti. de vsucap. in prin. & j. de ser. fugi. l. penult. & vsufr. l. corruptionem. & j. de anna. exc. l. j. in principio.

Cum nostri.] CASVS. Sicut remouit Imperator nudu ius Quiritium, ita vult auferre duo vitia: quoru vnum est in tempore, aliud in loco. Olim enim res mobiles in omni loco vsucapiebantur anno, res immobiles biennio in Italia, sed res prouincialis immobilis non poterat vsucapi. hanc diuersitatem tollit Imperator, dicens quod res mobilis[d] in omni loco trienio vsucapiatur, res immobilis decennio inter presentes, & viginti inter absentes: & hoc no solu in Italia, sed in prouincia. & in omni vsucap. exigitur bona fides a principio: nec superueniens scientia nocebit quo minus vsucapiat sciens rem alienam. & h. d. Viuianus.

c ¶ Vigilantia. id est animus vigilans.

d ¶ Quiritium. i. Romanorum.

e ¶ Sustulerit. id est abstulerit, & remouerit: vt supra de nudo iur. Quiritium tollen. l. j. Vel, id est accepit nomen & substatiam, est esse suu a populo Romano: vt instit. de iure natu. §. sed & quod principi. Accursius.

TITVLVS XXXI.

DE VSVCAPIONE TRANSformanda, & de sublata differentia reru mancipi[b] & nec mancipi.

Semotis aliorum temporum articulis, res mobilis vsucapitur trienio: res immobilis longo tempore bona fide. mala fides interrumpit praescriptione, & sublata est differentia rerum prouincialium, & Italicarum. Bald. Vel sic: Hodie res prouinciales & Italicae quantum ad vsucapionem sunt exaequatae, & immobiles praescribuntur vbique spacio longi temporis: mobiles vero spacio triennij continui, interuenientibus a principio bona fide & titulo. nec mala fides superueniens etiam in heredis persona impedit vsucapionem recte initiatam perfici. Salyc.

L. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni praefecto praetorio.

Cum nostri animi vigilantia[c] *ex iure Quiritium*[d] nomen & substantiam sustulerit[e], & comunes exceptiones in omni loco valeant: dece vel viginti vel triginta[f] annoru, vel si quae sunt aliae maioris aui cotinentes prolixitate: satis inutile† est vsucapione[g] in Italicis quide soli rebus admittere, in prouincialibus autem recludere. Sed & si quis[h] res alienas, Italicas tame, bona fide possidebat per biennium, miseri[i] reru domini excludebant: & nullus eis ad eas reseruabatur regressus. quae & nescietibus dominis pcedebat. quo nihil inhumanius erat, si homo absens & nesciens tam angusto tempore suis cadebat possessionibus. Ideo per praesentem legem & in Italicis soli rebus quae immobiles sunt, vel esse intelliguntur[k], sicut annalem[l] exceptionem, ita & vsucapione[m] transformandam esse censemus: vt tantummodo & his decem vel viginti vel triginta annorum & aliarum exceptionum tempora currant, huiusmodi angustiis penitus semotis. Cum autem antiqui & in rebus mobilibus, vel se mouentibus quae fuerant alienatae, vel quocunq. modo (bona fide tamen) detentae, vsucapionem extendebat no tantu in Italico solo nexu, sed in omni[*] orbe terraru[n], & hanc annali tempore cocludebat: & ea duximus esse corrigeda: vt si quis aliena rem mobile seu se mouente in quacunq. terra, siue in Italica, siue prouinciali bona fide per cotinuu[o] trienniu detinuerit: is firmo iure ea possideat, quasi per vsucapionem[*] eam acquisita, [hoc] tatummodo obseruado, vt in his omnib. casibus ab initio[p] eam bona fide capiat, secudum quod exigit longi teporis praescriptio: & vt continuet ei possessio etiam anterioris iusti possessoris, & connumeretur in deceniu, vel viginti annoru spacium, vel trieniu. quod & in rebus mobilibus obseruadu esse cesemus, vt in omnib. iusto titulo possessiois antecessoris iusta detentio qua in re habuit, no interrumpatur ex posteriore forsitan alienae rei scientia[q], licet ex titulo lucratiuo ea coepta est. Ita etenim ampliatur[r] quidem longi teporis materia, quae[s] ei subdita est: minuitur autem vsucapionum copendiosa dominis iactura, & eius iura nocentia†: cum etiam res diuidi mancipi[u] & nec mancipi sane antiquu est: & merito antiquari oportet, vt sit rebus & locis omnib. similis ordo, inutilibus ambiguitatibus & differentiis sublatis. Dat. XV. kal. Nouemb. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis. V V. CC.

f ¶ Vel triginta. in pignore praescribendo, xx. in quaestionibus fisci. & quod subiicit, & si quae sunt similes: vt hypothecaria contra debitorem, vel eius heredem quae in xl. ann. extenditur: vt j. de praescrip. xxx. vel xl. ann. l. cum notissimum. in princip.

g ¶ Vsucapionem. immobilium.

h ¶ Sed & si quis. non solum enim est emendandum quantum de locum, sed etiam quantum ad tempus.

i ¶ Miseri. Nota contra Italicos.

k ¶ Intelliguntur. vt mancipia rustica, & seruitutes reru[a], vel personarum.

l ¶ Annalem. quae tollitur, infra de anna. exception. leg. j. in princip.

m ¶ Vsucapionem. s. immobilium.

n ¶ Terrarum. ex differentia enim locorum, &c. vt s. de temp. in integ. restit. l. supervacuam.

o ¶ Per continuum. Nota vt ff. de vsucap. l. nunquam. §. j. & ff. pro empt. l. ij. §. si seruum.

p ¶ Ab initio. No. quod sufficit bona[b] fides ab initio: vt hic, & ff. de vsucap. l. sequitur. §. de illo. in fin. §. & de acquir. rerum dom. l. bonae fidei. §. in contrarium. & ff. pro empt. leg. ij. §. si seruus. & ff. de donat. inter virum & vxor. l. si extraneus. in fin. Sed argum. contra. ff. de pet. hered. leg. sed & si lege. §. de eod. & ff. deposit. l. ij. in fin. & supra de incest. nupt. l. cum ancillis. §. fin. Sed iure canonu debet esse continua bona fides: vt extra de praescript. c. quoniam.

q ¶ Scientia.[c] siue eiusdem qui primo habuit[*] bona fide siue heredis: vt hic, & institut. de vsucap. §. diutina. & ff. pro empt. l. ij. §. si defunctus. & ff. de vsuca. l. heres eius. in fi. j. respon. secus in singulari successore, qui si scit, non vsucapit: licet ille qui dedit sibi, bona fidem habuit: vt ff. pro empt. l. ij. §. si eam re. ¶ Sed si mobilis est, nonne ex quo scit[e], furtum fit, & sic res vitiosa, & no pcedit vsucapio? Respo. secundu Azo. non fieri furtum: quia non[f] facit dolo, cum titulum habeat: sicut & ille cui res mobilis locata est. primum enim tempus inspicitur, quo bonam fidem habuit: vt ff. de seruo corrupt. l. j. §. j. Item potest esse quod non[g] contrectet, licet possideat. Vel concedo etia furtum fieri, & rem furtiuam, non tamen interpellatur incepta vsucapio: sed incipienda sic, argu. ff. de fun. do. l. si fundum quem.

r ¶ Ampliatur. cu in omni re & loco valeat.

s ¶ Quae. scilicet materia.

t ¶ Ei. scilicet vsucapioni.

a Seruitutes prediorum immobilibus adnumerantur: quia immobilibus adhaerent: Alexander 6. consil. 111. Tiraquel'ut de retractu §. 1. Gl. 3. nu. in l. si pecunia §. simili modo. ff. de rebus creditis.

* & in his cedit.

b In vsucapione vitium sufficiat ab initio bona fides.

* omnem orbem.

c Vsucapione mala fides superueniens non interrumpit. v. Cepolam in l. 1. s. de vsucap. pro empto.

d Successoris mala fides an impediat vsucapionem.

e Vsucapi res ab initio furtiua non potest: secus si vsucapione inchoata fiat furtiua vt hic. adde Cepolam in l. 1. s. pro empt. Praesertim etiam potest Gl. l. sicut in l. j. de praescript. 30 annorum.

f Possidere dolo dici no potest qui titulu habet.

g Possidere possumus sine contrectatione.

† Confer. §. per traditionem. Instit. de a rer. domi.

u ¶ Mancipi & nec mancipi. id est Italicae & prouinciales. & ideo dicuntur prouinciales nec macipi, quia nec mancipantur, id est, supponuntur eorum dominio: nec enim erant domini, propter tributa quae praestabant: vt supra de episcop. & cleri. lege. de his. & ideo ibi locum vsucapio non habebat. alias autem dicuntur mancipes conductores salis: vt supra de vectig. l. si quis. hodie autem quantum ad acquisitionem dominij per vsucapione, item quantum ad acquirendum per traditionem, exaequatae sunt. vt hic, & instit. de rerum diui. §. per traditionem. non autem quantum ad tributa.

DE AG-

DE ACQVIRENDA ET RETInenda possessione.

Quia in vsucapionibus, de quibus dixit, & praescriptionibus, de quibus dicet, est possessio necessaria: vt ff. de vsucapio. l. fine. ideo de ea dicit. ¶ *Et nota quod hic dicit de retinenda sed in ff. dicit de amittenda.* Sed dic quod idem est, nam contrariorum b eadem est disciplina: vt ff. de verb. ob. l. inter stipulantem. §. sacram.

a Continuatio.
b Contrariorum eadem est disciplina.
c v. Bertrand. 4. consilio 8 1.

TITVLVS XXXII. DE ACQVIRENDA & retinenda possessione.

Per liberam personam ignoranti possessio acquiritur: sed solum scienti vsucapiendi conditio. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. & CC. Attico.

PEr liberam a personam b ignoranti quoque acquiri possessionem c, & postquam scientia interuenerit d, vsucapionis conditionem inchoari posse, tam ratione vtilitatis e, quàm iurisprudentia f receptum est. PP. VI. Kal. Dec. Fusco & Dextro Coss.

Qui domino sciente & patiente post contractum possedit, intelligitur per eundem in possessionem inductus. Vel sic: Quo ad acquisitionem dominij paria sunt habere causam traditam & aditam, vel sciente & patiente domino possidere. Baldus. Vel sic: Patientia obligati tradere, pro traditione habetur: licèt instrumento, quod tradita fuerit, non contineatur. Salyc.

Per liberam.] CASVS. Si procurator c meo nomine meo aliquam rem emerit, acquirit mihi ignoranti etiam possessionem & si tradens non fuit dominus, antequam sciam quod ab eo gestum est, vsucapere non potero, sed interueniente scientia incipiam vsucapere. Viuianus.

a ¶ *Per liberam.* etiam d extraneam: *vt hic, & infra per quas pers. no. acquir. l. j. & insti. per quas perso. no. acq. §. ex his. & ff. eo. l. j. §. per procuratorem.* & hoc siue habeat mandatum, siue non, dummodo nomine domini quaerat, vel saltem tradens hoc gestiat: vt *ff. de dona. l. qui mihi donatu volebat:* aliàs si neutrum, non quaerit: *vt ff. eod. l. cùmunus. §. j. & l. j. §. per procuratorem. & diximus s. de his qui à non do. ma. l. ij. & ff. e. l. j. §. per procuratorem.* ¶ Et quod in libera persona dicit, & de seruo alieno quem nullo modo possidet, vel possidet, sed mala fide intelligas idem, si bona fide, extra rem & operam. Quaerit enim, vt per extraneum, si modo eius nomine quaerit: *vt ff. de acq. possess. l. si me in vacuam. §. fi.* & sic non obstat, *ff. de acquir. pos. l. j. §. sed & per eum,* quia non nomine possidentis quaesiuit mala fide possessus.

b ¶ *Personam. vt ff. de neg. gest. l. si ego.*

c ¶ *Possessionem.* l. ciuilem e & naturalem, sec. Hu. & etiam dominium: *& j. eod. l. per procuratorem.*

d ¶ *Interuenerit.* non ante: *vt ff. eodem. l. possessio quoque. §. finali.* ¶ Sed cur vsucapio f non sic ignoranti g, sicut possessio acquiritur? Resp. quòd in vsucapione inter caetera bona fides exigitur: *vt supra titul. j. §. hoc tantummodo.* ignorans h autem, nec bonam, nec malam fidem potest habere: at in possessione non refert, iustè quis an iniustè possideat: *vt ff. eod. l. iij. §. econtrario.* Sed in casu etiam ignorans vsucapit, scilicet per seruum in re peculiari: *vt ff. pro soluto. l. ij.* Item quandoque licet habeat scientiam i rei alienae, tamen vsucapit, *vt ff. de noxal. l. & generaliter.* ¶ Et not. k quòd haec possessio quae per procuratorem acquiritur, habet multum l iuris, & modicum facti: nam quaeritur ignoranti, sed non vsucapio ignoranti, *vt hic.* 2 Et est alia, quae habet plurimum facti, quàm iuris, vt ea quae per nos acquiritur: nam oportet quòd corporalis sit ibi apprehensio, quae est facti, licet & animus sit necessarius, quod facile est: *vt ff. ex quibus caus. maior. l. denique. & ff. eod. l. iij. in princ. & l. quod meo. in princ.* haec eadem habet multum iuris in retinendo, cum solo animo retineatur: *vt j. eod. l. licet.* 3 Est & tertia quae dicitur habere plurimum iuris: vt quae acquiritur à filio vel seruo ex causa peculiari m, *vt ff. eod. l. possessio quoque. in principio.* nam possessio talis quaeritur ignoranti: *vt ff. eod. l. si in me vacuam. §. seruus.* Et vsucapio ignoranti, *vt ff. pro solut. l. ij.* Item & postliminium ibi locum habet, *vt ff. de vsucap. l. iusto. §. fin.* ¶ Sed in casibus n etiam quae per me quaeritur, habet plurimùm iuris. 1 Primus *ff. eod. l. j. § pen. & l. quod meo. §. si venditorem. & l. quarundam.* 2 Secundus *ff. de contrah. emptio. l. clauibus.* 3 Tertius, *ff. de rei vindic. l. quadam. & ff. eod. l. quod meo. in princ.* 4 Quartus *j. de donatio. l. quisquis.* 5 Quintus *j. de donatio. l. j.* quibus casibus sine corpore acquiritur possessio. Vel dic quòd in his casibus interuenit actus corporalis, vel quasi. Accursius.

e ¶ *Vtilitatis.* vt quod non potest per se, faciat per alium: *vt ff. de procuratorib. l. j. §. vsum. & l. seruum. §. publicè.* Item vt negotia absentium non deserantur: *vt instit. de obligat. io. quae ex quasi contract. §. primo.*

f ¶ *Prudentia.* aliàs, pridem: & aliàs, prudentia, & dic iurisprudentia: quia quod quis per alium, &c. *ff. de admi nistrat. tut. l. ita autem. §. gessisse.*

d Possessio quaeritur per alium nobis etiam ignorantibus.
e Vtrasque eiusdem similiter. v. Socin. Regula possidens, & ille per quem possidet de possessione eiicitur, naturalem & ciuilem perdit. 107.
f Non vt possessio ita & vsucapio regulariter quaeritur ignoranti.
g Qui titulum habet & ignorat se habere, non praescribit quia ad praescriptionem requiritur bona fides quae non cadit in ignorante. Quod iuris sit in furioso & infante v. Bal. 1. trac. de praescriptionib. 3. parte 1. quaest. 9.
h Ignorantis nec bonam nec malam fidem.
i Inter bonam & malam fidem est dare medium scilicet non bonam fidem, quae cadit in dubitantem. adde Gl. l. 1. §. generaliter. ff. de v. s.
k Seruus tamen alienus ignorantis vsucapit.
l Possessio alia multi iuris modicum facti, alia plurimum facti, minus iuris, alia plurimum iuris.
m Possessio triplex, alia à procuratore, alia à nobis, alia à persona nobis subiectis quaerit.
n Possessio quae per me quaeritur certis casib. plurimum iuris habet.

II. Imp. ALEXANDER A. Mauro.

MInus g instructus est, qui te solicitum reddidit quasi in vacuam possessionem eius quod per procuratorem emisti h, non sis inductus: cùm ipse proponas te diu i in possessione [eius] fuisse, omniáque vt dominum k gessisse. Licèt enim instrumento non sit comprehensum, quòd tibi tradita l sit possessio: ipsa tamen rei veritate m id consequutus es, si sciente n venditore in possessione fuisti.

Possessio infanti quaeritur per seipsum auctoritate tutoris, vel per procuratorem, vel per seruum. h. d. secundum communem intellectum. Bald. Vel sic: sicut per tutorem quaeritur possessio infanti, ita per traditionem ei factam. Salyc.

Minus.] CASVS. Procurator me a nomine meo emit mihi prędiũ, ante factã traditionem, ppria auctoritate ingressus sum possessionem praedij vẽditore sciente, vult vẽditor auocare praediũ eo praetextu, quòd non intercessit traditio, an possit, quaerit? Dicit stultus iudex quòd possessionem non acquisiui, & per hoc auocari potest. Dicit impe. quod ille iudex qui taliter sensit, non erat instructus: quia sufficit ad acquirendam possessionem, si diu stetit in praedio illo: & non praeiudicat quia in instrumento emptionali non erat comprehensum, quòd intercesserat traditio. Viuianus.

g ¶ *Minus.* similis reprehensio. *ff. de testament. l. Domitius. & j. de fideiuss. l. blanditus.*

h ¶ *Emisti.* non tamen ei fuit traditum, quia tùnc possessionem & dominium per eum quaesisses: *vt s. l. proxim. & instit. per quas per. no. ac. §. ex his.* ¶ Sed ad quid dicit de vacua a? Respond. quia sine ea non quaeritur dominium, secundum quosdam, *vt hic.* Nos contra. nam licet sine inductione in possessionem non possit quaeri dominium, sine possessione. scilicet vera vel vacua, tamen potest: *vt ff. de fun. do. l. si fundum. & de acquir. rer. dom. l. homo liber. §. quicquid. & de pecul. l. eo tempore. in fin.* & quod dicit hic de vacua, demonstratione b dicit: quia sic fuit de facto, vt & diximus *s. de probat. l. cum res.*

i ¶ *Diu.* c id est decem, vel viginti: *vt argum. ff. qui & à quibus. l. si cum fideicommissaria. §. Aristo. & supra de petit. heredit. l. si filius.* 2 Alij dicunt quod motu iudicis: *vt ff. de iure deliberand. l. j. in fin.* Tu dic etiam si momento stetit, idem esse. Sed hic sic fuerat de facto: quia id quod dico diu, non ius, sed factum designat: *vt ff. de Public. l. cum sponsus.*

k ¶ *Vt dominum.* quod praesumitur d, nisi contrarium probetur: *vt arg. ff. pro socio. l. merito. & j. de pignor. l. fin.* ¶ Sed nonne semper quis praesumitur e inuitus, & vetare: *vt ff. de furtis. l. qui vas. §. vetare?* Sed hic debita erat possessio, & ideò non praesumitur inuitus venditor.

l ¶ *Tradita sit.* f vel per haec verba, tradidit. vel per haec, confiteor me tuo nomine possidere, cùm cõstat me possidere, *vt ff. eo. l. quod meo. in princ.*

m ¶ *Rei veritate.* sic *ff. de leg. & senatusc. l. de quibus in fin.*

n ¶ *Si sciente.* & volente, vel saltem non contradicente, secus si ignorante: *vt j. eod. l. nec ex vero.* Vel contradicente, *vt ff. eod. l. si ex stipulatione.* ¶ Et not. hic patientiam g cõparari consensui, *vt ff. de contemp. l. nonidcirco. & s. ad Vell. si fine. §. fin. & ff. si ser. vin. l. si à te. & ff. ad mun. l. quoties. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. si seruum communem. & in auth. de nupt. §. si verò ipse. col. iiij.*

a Dominium sine vacua possessione quaeri potest, non tamen sine inductione in possessionem.
b id est per demonstrationem.
c Diu in possessione fuisse quid.
d Qui in possessione repentur praesumitur possidere ex titulo antecedente. adde quadam 77. in fi. ff. de rei vind. dicationes.
e An praesumatur quis inuitus aut vetare.
f Per instrumentum in quo continetur traditio, probatur ipsa traditio.
g Patientia comparatur consensui.

III. Imp. DECIVS A. Rufino.

DOnatarum rerum à quacunque o persona infanti p vacua possessio tradita, corpore quaeritur q. Quamuis enim sine auctorum sententiae

Donatarum.] CASVS. Aliqua res donata erat infanti, & tradita corporaliter apprehensa, an ei acquisita sit possessio? Rñ. quod sic, licèt animum acquirẽdi non habuit, quia si diceretur, quod possessio sibi non acquireretur, quia non habet animi affectum plenum, sequeretur hoc, quòd non acquireretur etiam per tutorem, cùm tunc non magis habeat affectum. Viuianus.

o ¶ *A quacunque.* siue coniuncta, siue non.

p ¶ *Infanti.* Infans h propriè dicitur minor vij. an. vt *Institu. de l. si infanti.*

h Infans pro minore septẽ annis.

p ¶ *Quaeritur.* tutore authore.

¶ *Alioquin.* i. si non quæritur infanti[a], quia non habet affectū: nec tutor ei quæreret eadem ratione. vtroque ergo modo ei quæritur fauore benignitatis magis, quàm stricti iuris ratione. It. sunt ergo hic duo, quorum altero remoto & alterū remouetur. ¶ Sed videtur non quæri per infantem: *vt ff. eodem. l. j. §. adipiscimur. in fin. §. & l. quamuis. j. §. infans.*

Solu. hęc corrigit[b] illas: Vel nomē infantis ponitur hic impropriè[c] pro eo pupillo qui habet intellectum aliquē. nā quo ad hoc potest habere iudicium animi: quo ad aliud non: *vt instit. qui. non est per. fa. testa. §. præterea.* 2 Vel hic est speciale[d] in donatione, sicut & aliud speciale secūdū nos: *vt instit. de dona. §. alia.* 3 Vel dic[e] secūdùm Io. quod hic fuit tradita cū auctoritate tutoris. ¶ quod dicit, alioquin, id est si diceres nō acquiri cum auctoritate tutoris per infantem: eadem ratione nec per ipsum tutorem. & erat ratio dubitationis, quia altercabātur quidā dicētes, sicut hereditatē acquirit tutor solus infanti, adeūdo nomine infantis, nō infans tutore auctore: *vt 5. de iure delibe. l. si infanti. §. j.* & sicut hereditas restituitur tutori, non infanti tutore auctore: & sicut tutor restituit alijs, non infans tutore auctore: *vt 3. ad Treb. l. penul. in princ. & ff. ad Trebel. l. restituta. §. fin. & l. seq.* & sicut infans nō agit in iudicio vel cōuenitur tutore auctore, sed solus tutor eius nomine: *vt ff. de admini. tuto. l. j. §. j.* ita videbatur hic quòd tutori soli nomine infantis possessio tradita acquiratur: infanti non, si infanti tradatur tutore auctore. Sed tamen aliud est. Vel secundùm Azo. hoc fuit tradita seruo infantis: *vt ff. eo. l. quāuis. j. in fin.* ¶ Item contra huic. *l. 3. de dona. l. si quis in emancipatum.* Sol. ibi de re immobili: hic de re mobili: *vt arg. ff. eod. l. si rem mobilem.* 2 Vel ibi cōtractus celebratur in scriptis, hic nō. 3 Vel vt dixi, hic seruo infantis: vt & ibi. vel secundùm casum Io. non est contra. ADDITIO. Tu distinguas sic, quædā sunt res in quibus infans habet plenam animi affectionē, vt in aliquo iocali: & tūc indistinctè acquirit possessionem: vt hic. quædam sunt in quibus infans nullam habet affectionem, vt in fundo, vel similibus: tūc sine tutoris auctoritate non potest, vt in contrariis. ita voluit Dy. vt refert Bart. hic, & *in l. quamuis j. §. infans ff. eod.*

dissentientes: tamen consultius videtur interim (licèt animi plenus non fuisset adfectus) possessionem per traditionem esse quæsitam: alioquin[a] (sicuti consultissimi viri Papiniani † responso continetur) nec quidem per tutorem possessio infanti poterit acquiri. PP. V. Kal. April. Decio A. V. & Grato Conss.

In acquisitione possessionis requiritur animus & corpus: in retentione sufficit solus animus. nec videtur possessionem deserere, qui Agriculturam metu deserit. Bald. Vel sic: Possessio retinetur animo ideo non perditur solo temporis cursu. Salyc.

IIII. *Impp.* Diocletian. & Maximian. AA. *Nepotiano.*[a]

Licèt possessio nudo animo acquiri non possit[b], tamen solo animo retineri potest. Si ergo prædiorum desertam[c] possessionem non derelinquēdi affectione transacto tempore non coluisti[d], sed metus[e] necessitate culturā eorum distulisti: præiudicium tibi ex transmissi temporis iniuria[f] generari non potest. PP. Kalend. August. Ipsis IIII. & III. AA. Conss.

Licet.] CASVS. Licet in acquirenda possessione necessarius sit actus corporeus, & animus: retinet tamen possessio solo animo. vnde si habebā prædiū, & nō poterā ad illud accedere, & colere, propter circūstantes inimicos: an propter hoc amittam possessionem quæritur? Respon. quod non, quia solo animo retineo. Viuia.

b ¶ *Nudo animo.* id est[g] sine corporis actu: *vt ff. eo. l. iij. in principio. & l. quemadmodum.* (sic & dicitur nudum pactum sine traditione: *vt supra de pac. l. traditione.*) hoc tamen fallit[h] in casibus, in quibus possessio sine actu quæritur, *vt diximus. 5. eod. l. j.* sed certè & in illis casibus aliquid interuenit pro actu. sic ergo quæsita possessio animo[i] & corpore dicitur naturalis: *vt ff. eo. l. j. in principio.* de iure gentium: *vt instit. de re. di. § per traditionem. & §. vendita.* non eo quo omnia animalia reguntur: quia irrationabilia non possident, sicut nec furiosi vel dormientes: *vt ff. eod. l. j. §. furiosus. & §. penul. ibi, idemque esse si nummos. &c.* hæc eadem naturalis potest dici ciuilis, approbatione: *vt ff. de verborum signific. l. lege. & de orig. iur. l. ij. §. postea cum Appius. ibi, isque liber &c.* & sic est vna[k] possessio, non duæ penes eundem, secundùm Azo. Alij[l], vt Al. & Io. & Hu. dicunt quod duæ[m] sunt. ciuilis, quæ prouenit ex animo: naturalis, quæ ex actu. vnde quod subiicit, retineri potest, dicit Azo scilicet naturalis, quam solam habebam, hæc eadē naturalis retenta animo, potest dici etiā ciuilis: quia retinetur auctoritate iuris ciuilis. sicut actio ciuilis dicitur prætoria auctoritate extensionis: *vt ff. de nex. l. electio. §. si is quem.* nec mirum si animo retinetur naturalis cum plurimum à iure mutuetur possessio: *vt ff. eod. l. possessio.* Item patet in fructuario, qui habet naturalem tantum: quam tamen retinet animo. nam datur ei interdictum vnde vi, si non admittatur: *vt ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi.* quod non daretur, nisi nunc possideret cum reuertitur: *vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictum autem hoc.* & hæc potest dici ciuilis: vt dixi secundùm Azo. si autem alius ingreditur hanc naturalem retentam, ingressus naturalem acquirit licet clandestinam, si sciuit, vel scire debuit se prohibendum: *vt ff. eodem. l. §. clam. qui ad nundinas. & quod vi aut clam. l. iiij. §. fin. & l. sequen.* nam habet interdictum vti possidetis: *vt ff. vti pos. l. j. in fine. & l. ij.* & sic videtur quod qui exiuerat, desinat: cū duo[a] nō possint possidere in solidū eodem iure: *vt ff. de pe. ca. l. duo.* Vel dic quod absens retinet naturalem ciuiliter, præsens naturaliter: & sic diuerso iure: nec enim perdit: *vt d. §. qui ad nundinas.* & sic rediēs habet interdictum vti possidetis: *vt ff. vti poss. l. j. in fin. & l. iij.* Sed Al. & Io. & Hu. dicunt retineri ciuilem tantum, & sic erat sola ciuilis: nā naturalis[b] nō potest retineri animo, nisi possessio sit coram oculis: *vt ff. eod. l. quod meo. §. si venditorem.* vel nisi sit fructuarius: *vt probatur dicta ll. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. & l. j. §. interdictum autem hoc.* & nisi in feudatario & emphyteuticario: quia ratione sui iuris possident, & naturaliter tātum, cū dominus ciuilem habeat: *vt ff. eo. l. naturaliter. & l. possessio.*

c ¶ *Desertam.* quo ad prædiorum culturam.

d ¶ *Coluisti.* l. in propria persona.

e ¶ *Metus.* sc. ne in persona læderetis: secus autem si repelli de possessione, vel non admitti suspicaris: quia tunc statim amittis: *vt ff. eodem l. si id quod §. fin. qua est contra.* & edicta & interdicta cōpetentia huic, dic *vt ff. quod met. cau. l. metum autem præsentem. §. denique.*

f ¶ *Temporis iniuria.* quod fuit minus x. ann. aliàs amitteres possessionem: *vt institut. de vsucap. §. quod autem ad eas. & ff. de vsucap. l. furtum. §. j.* secundùm quosdam. quod non placet: quia[c] tempus non est modus amittendæ possessionis (etiam centum annorum) sed inducit obliuionem[d], & per obliuionem amittitur possessio & sic dictæ leges intelliguntur. & sic dicitur. scientia[e] inflat, id est superbia, quæ prouenit ex scientia. ¶ Sed contra infra *de omni agro deser. l. qui agros. lib. xj.* Sed illud speciale in tributariis prædiis, vt nō diu cessetur in solutione vectigalis.

Nullus potest sibi causam possessionis mutare nulla causa extrinsecus accedente. Bald. Vel sic: A colono facta venditio non præiudicat domino. Salyc.

V. *Iidem* AA. & CC. *Mennoni.*

Cvm nemo causā sibi possessionis[g] mutare possit, proponásque colonū[h] nulla extrinsecus[i] accedente causa ex colēdi occasione ad iniquæ vēditionis vitium* esse prolapsum:

Cum nemo.] CASVS. Si colono locaui prædium ad colendum, & illud vendidit, volens sibi causam possessionis mutare, quod possideret pro suo, & non meo nomine: an mihi præiudicauit, quæritur? Respon. quod non: sed potero id vindicare. nec sibi potuit mutare causam possessionis, id est non potuit incipere possidere, cum prius nō possideret: & hoc verū est, siue sibi possidere vellet, siue alij tradere aliquo titulo interueniente, licèt sine effectu. Viuianus.

g ¶ *Causam possessionis.* dupliciter[f] dicitur: vel vt mutetur possessio, siue titulus possessionis ei qui possidebat, siue retinebat, vel incipiebat vsucapere, qui non vsucapiebat: quod ad ciuilē & ad naturalem refertur: *vt ff. eo. l. qui bo. fi. §. j. & l. iiij. §. illud. & pro herede. l. ij. §. j. & 7. locati. l. ad probationem.* ¶ Et dic quòd hic[g] mutauit secundùm hoc quòd alij scilicet emptori dare voluit, & tradidit colonus. sibi autem ideo ponitur: quia ei succedens emptor, quasi idem cum eo esse videtur. 2 Vel dic quòd sibi possidere voluit pro suo, posteaquam vendidit & tradidit. 3 Vel dic vēditionis, id est, emptionis factæ ab eo quem sciebat non dominum. sic ponitur. *ff. de act. emp. l. veteres.*

h ¶ *Colonum.* colonus in villa: sed inquilinus in ciuitate: *vt ff. eod. l. si pignoris.*

i ¶ *Extrinsecus.* hic no. sex modis mutari causam[h] possessionis, scilicet ex iusta in iniustā. 2 Item econtra ex iniusta in iustā. 3 Item ex nulla in aliquā. 4 Et econtra ex aliqua in nullam. 5 Item ex aliqua iusta in aliam iustam. 6 Itē & sextum, ex nulla in aliam nullā. Primum, scilicet ex iusta in iniustam, est prohibitum: *vt ff. eod. l. clam.* Secundum similiter: *vt ff. de vsucap. l. non solum. §. j.* Tertium similiter: *vt hic, & ff. pro hered. l. ij. §. quod vulgo.* Quartum permittitur:

---

a Possessio an quæritur infanti.
b Falsum hoc opinione Bal. in l. vitanda est [illegible] legum correctio.
c Hoc etiam falsum vt Cynus & Bald. [illegible]
d Hoc etiam falsum vt per Bald. quia nō potest [illegible]
e Hæc solutio vera est. quia defectū [illegible] tutoris authoritas, quæ pupillus supplet.
g Nudo animo non acquiri possessionem quid sit.
h Quibus casibus possessio sine corporis actu nudo animo quæritur.
i Possessio naturalis dicitur, quæ animo & corpore quæsita & quæ ex iure gentium: licet ciuilis sit approbatione.
k Vnde vna sit possessio.
l Hæc opinio & communiter approbatur per [illegible] Baldus hic.
m Possessio quotuplex sit. Bartolus ad dic. tertiam speciem. sequitur.
a Duo in solidum possidere non possunt, id est ciuiliter, duo naturaliter possidere simul non possunt: sed vnus naturaliter, alius ciuiliter.
b Naturalis possessio quemadmodum retineatur.
al. prætium.
c Possessio non tollitur tempore.
d Vult Accur. lapsu decennij obliuionem præsumi: sed contrariam Glossam sequuntur interpretes quia definitur id relinqui iudicis arbitrio Cl. in l. furtum 37. §. vlt. ff. de vsucap.
e Scientia inflat.
f Quemadmodum hic dicatur causa possessionis mutata.
g Causa possessionis quid.
h Possessio mutatur causa sex modis.

titur: *vt ff. eod. l. si quis vi §. differentia.* Quintum est prohibitum: *vt ff. eod. l. qui bona. §. quod scriptum.* Sextum prohibitum, vt de cōducto ad precarium: *vt hic in princ. & arg. ff. eod. l. si quis autem,* & hoc nulla extrinsecus causa superueniēte. aliàs enim omnes permissæ sunt, quia non ipse sibi mutare, sed sibi dicitur mutari: *vt ff. eod. l. iij. §. illud. & l. qui bona. §. j. & l. si quis autem. & ff. si pars hered. pe. l. pe. & l. fi. & ff. pro empt. l. ij. §. fin.* Accurs.

a ¶*Dominij.* dominium non amittis, sed possessionem sic: *vt ff. eod. l. iij. §. quòd si seruus. & l. peregrē. §. quibus.* Sed per cōdictionem ex lege recuperas: *vt j. eod. l. fi.* ¶Sed nunquid emptor [a] iste qui emit à colono, poterit vsucapere? Quidā dixerunt, vt Irn. quòd non, *argu. ff. de vsucap. l. cū solus:* colonus enim non potuit dare possessionē quā non habebat: licèt eam dominus amisisset traditione facta, vt dixi. Sed Ioan. contra. nam & colonus cū emat ab eo quem putat dominū causam ab [b] eo possidēdi non habet, & tamen vsucapit: *vt ff. de vsucap. l. non solu. §. quod vulgo. & l. si is qui. §. si quis bona fide. & pro empt. l. qui fundum. §. qui bona fide.* Secundo quia si specialiter prohibetur præscriptio ei qui emit à colono rei dominicæ, vel templorum: *vt infra ne rei do. vel temp. l. ij.* ergo in aliis nō prohibetur; *vt argu. ff. ad muni. l. j.* Tertio, quia si quis emit ab eo quem puberem putat, vsucapit: *vt ff. pro emp. l. ij. §. si à pupillo.* & tamen possessionem pupillus ei non dedit, quia non potuit: *vt ff. eod. l. possessionem.* vel in illo. §. si à pupillo. aliunde habebat. Quarto, in eo qui emit a furioso: qui & ipse alienare non potest: & tamen qui ab eo emit in conspectu inumbratæ quietis, vsucapit: *vt ff. pro empt. l. ij. §. si à furioso.* Hic ergo vel non erat completa vsucapio, vel volebat emptor vti accessione temporis sui aūctoris, id est coloni. quod non potest: & sic domino non fit præiudicium in dominio: *vt hic, & infra si aliena res pig. da. sit. l. fi.* hæc eadem quæstio fit secundùm Ioann. in procuratore per quem mihi ignoranti est quæsita possessio: & antequam mihi traderet, alij tradidit.

a Vsucapere an potuit qui emit à colono.

b Emptor dominij habet multis casibus ab vno, possessionem ab altero, & tamen præscribit.

* al. auctore.

† verbum concedo & ad possessionē, & ad proprietatem pertinet.

præses prouinciæ inquisita fide veri, dominij [a] tui ius conuelli non sinet.

Per ingressum vacuæ possessionis contrahitur vitium personale, non vitium reale: & ideo non impeditur vsucapio eius ad quem peruenit possessio titulo & bona fide. Bald. Vel sic: Ingressus sine causa agrum alienum, tenetur restituere illum non præscriptum, cum omni sua causa. Salycetus.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Valerio.*

SI nulla iusta ex causa ingressum agrum [b] tuum siue vineas [c], cum cuius meministi, præses repererit, nec vlla præscriptione [d] tua interpellatur petitio: restituere tibi possessionem [e] cum omni causa non dubitabit [f]. S. Id. Apr. AA. Coss.

Ius vsucapiendi non tribuit improba possessio. Bald. Vel sic: Sine titulo non procedit præscriptio, nec iusta possessio. Salyc.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Alyncrito.*

IMproba possessio [g] firmum titulum possidenti præstare [h] nullum potest. vnde ingredientem in vacuam [i] possessionem alieni fundi non consentiente domino, vel actore * qui eius rei concedendæ † potestatem

e ¶*Possessionem.* sed quis restitueret? dic vt in glo. magna.

f ¶*Dubitabit.* per vtile interdictum vnde vi primo casu: secundùm alium condictione ex hac l. vel rei vindicatione in vtroque: quia dicit petitio. *argu. ff. de act. & obl. l. actio in personam.* vel per directum interdictum vnde vi.

habuit, causam iustam possessionis adipisci non potuisse certum est [k]. PP. V. Id. Decem. AA. Coss.

Possessio & dominium quæri potest per procuratorem. Salyc.

VIII. *Iidem* AA. & CC. *Cyrillo.*

PEr procuratorem vtilitatis causa possessionem, etsi proprietas ab hac separari nō possit [l], dominium etiam quæri placuit [m]. PP. XVIII. Kalend. Mart. Sirmij. CC. Conss.

Vbi deficit titulus, non procedit vsucapio. Bald. vel sic: Ingrediens possessionem rei emptæ sine venditorum voluntate, non possidet iustè: & ideo tenetur restituere & simulatum vel fictum non plus potest quàm verum. Salyc.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Sergio.*

NEc ex vera venditione possessionem quam non fuerat emptor adeptus, improbè [n] retinere potest, ac multo minus is qui adseueratione falsa velut emptor cum sine obligatione pignoris pecuniā mutuo dedisset, fundum irrumpens alienum retinendi iustam causam [o] habet. PP. III. Non. April. Sirmij. CC. Coss.

I*Mprobo.*] CASVS. Si prædium meum nullo præcedente iusto titulo Titius ingressus fuerit me non consentiente, vel procuratore qui potestatem habuit vendendi, vel consentiendi eum ingredi in possessionem: an per talem ingressum videatur Titius acquisisse possessionem, quæritur? Respō. quòd non habet iustam causam possessionis: & sic nec præscribendi. Viuianus.

g ¶*Improba possessio.* nō præcedente [a] aliquo iusto titulo: idem si præcedat: *vt j. statim.*

h ¶*Præstare.* dic vt possessor præscribat. nam non præscribit.

i ¶*In vacuam.* [b] quæ [c] à nemine, vel solo animo retinetur. addunt quidam, etiam si alius sit in ea causa legatorum seruandorum: quòd non placet: *vt ff. de acq. empt. l. ij. §. vacua.*

k ¶*Certum est.* etiam si contractus intercessit quia emerat inuasor. Ir. *vt ff. eod. l. si ex stipulatione. & j. eo. l. nec ex vera.*

a Qui sine titulo possidet, præsumitur malæ fidei.

b Vacantem possessionem occupare nemini licet. quia ita occupatus possessio, improba, ideóque ius vsucapiendi non tribuit. verùm id fallit in ingrediente vacuā possessionē fundi tributorū, quā licèt quis ingrediatur mala fide, vsucapit biennio. *l. quo agri. j. de omni agro des.*

c Vacua possessio quid.

P*Er procuratorem.*] CASVS. Mandaui procuratori meo, vt emeret mihi prędium: emit, & sibi traditum est: an mihi sit acquisita possessio, quæritur? Respon. quòd sic, licèt proprietas ab eo separari non possit: & si tradens fuit dominus, acquiritur mihi dominium. Viuianus.

l ¶*Non possit.* quia venditor habens proprietatem & possessionem alicuius rei, tradidit eam procuratori, volens tradere proprietatem & possessionem: & sic [d] non potest separari proprietas à possessione quin ei vtrunque acquiratur. & sic soluitur contra. *ff. de acquir. pos. l. naturaliter. §. nihil.*

d Proprietas & possessio aliquando separari non possunt.

m ¶*Placuit.* scilicet per possessionem, non per procuratorem: vt dicunt. *& pro eis. j. per quas perso. nob. acqui. l. j. & instit. per quas perso. no. acqui. §. ex his.* quod non [e] placet imo etiam per procuratorem quæritur dominium: vt hic manifestè dicit. nam & per traditionem dicitur quæri dominium: & tamen intelligitur mediante consensu: *vt instit. de re. diui. §. per traditionem.* Item & instrumentum [f] facit domum, nihilo minus & faber. Item prædicta. *l. j. per quas perso. no. acqui. l. j.* est contra eos. nam dicit excepta causa, & non excepta possessione: causa [g] autem possessionis est dominium. acquiritur ergo dominium & possessio per procuratorem domino etiam ignoranti: *vt j. eod. l. j.*

e Dominium & possessio domino etiam ignoranti adquiritur per procuratorem.

f Faber & instrumentū faciunt domum.

g Causa possessionis dominium. *v. Gl. l. j. per quas perso. nob.*

N*Ec ex vera.*] CASVS. Vendidi prædium meum Titio: auctoritate sua ingressus est possessionem: an ea sibi acquirat quæritur? Respon. quòd non. Idem est in creditore cui obligaui prędium, & propria auctoritate vult illud possidere tanquam ex causa emptionis: quia possidere non potest. vel loquitur in creditore volente propria auctoritate ingredi possessionem bonorum sibi non obligatorum debitoris. Viuianus.

n ¶*Improbè.* id est improbum esset si retineret eam cum contra voluntatem venditoris intrauerit: *vt hic. & ff. eo. l. si ex stipulatione & j. l. si fundi.* similis loquendi modus est. *ff. de proba. l. si quis liberum. & j. de fideius. l. si fideiussor. & de contrahen. stipu. l. optimam.* Alias litera dicit, probè, sed improbè retines, si retines. ¶ Sed huic dicto est contra. *ff. de fur. l. eum qui. §. j.* vbi emptor [h] surripiens rem emptam, post precium solutum non tenetur furti venditori. Sed hęc non [i] sunt contraria, cum non teneri furti, & iniustè inuasisse, *vt hic*, sed potius diuersa.

h Furti actione ad quadruplū non tenetur qui rē sibi debitā subripuit, tametsi prædo sit. vt hic. adde Gl. Corbul. Rat. in l. si ex stipulatione j. ff. eod.

i Furti non teneri & iniustè inuasisse non sunt contraria.

o ¶*Causam.* *vt supra. sol. matri. l. dotis. & de pigno. act. l. pignoris. & infra cum contrahens.*

S*I nulla.*] CASVS. Si absente me possessionem meam ingressus fuèris, & me remeante suspicor posse repelli, & ita amisi possessionem, non dominium: an eam per interdictum vtile vnde vi repetere possim, quæritur? Respon. quòd sic: nisi x. vel xx. ann. exceptio obstet. Vel sic: Deiecisti me de possessione prædij mei per vim: an id vindicare possim, quæritur? Respon. quòd sic, nisi xxx. an. mihi obstet exceptio: & tanta præscriptio exigitur in hoc casu: quia res erat vitio affecta, quia vi possessa. Viuianus.

b ¶*Agrum.* scilicet vacuum domino absente qui suspicatus fuit se posse repelli, & sic amisit possessionem: *vt ff. eod. l. si id quod. §. fi.* hæc enim res poterat vsucapi iure veteri ab eo qui bona fide emerat à prædicto ingrediente: *vt instit. de vsucap. §. quod autem ad eas.* repetit ergo hic dominus ab emptore, nisi sit præscripta. Hodie non potest vsucapi: *vt infra de præscript. long. temp. authen. malæ fidei possessore.* ¶Et secundum hoc datur vtile [c] interdictum vnde vi: vel rei vindicatio contra emptorem: quod tutius est: nec est opus, vt dicit P. quòd veniat ad fundum ad videndum an admittatur: quia potest esse quòd occideretur. 2 Vel secundo dic quòd per vim fuit ingressus, & tunc non potest vsucapi res vi possessa: *vt instit. de vsuca. §. furtiua.* nisi xxx. an. *vt infra de præscrip. xxx. an. l. sicut.* & secundum hunc datur rei vindicatio vel condictio ex hac l. ante talem præscriptionem.

c ¶*Vineas.* [d] scilicet vacuas. vel per vim: vt de agro dixi.

d ¶*Præscriptione.* [e] x. vel xx. an. secundum primum casum: vel xxx. secundum alium.

a Quæ actio nobis cōpetat aduersus heredem & successorem occupatoris.

d Differentia vineæ & agri. vnde colligūt legata vinea, legato agro non intelligi. secus ad agrū cum ea possessione. dig. dixi in Gl. l. de legat. i. vnde Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 14.

e Hinc colligunt exceptionē præscriptionis impedire iudicij ingressum, sed & litis contestationē si ante ei opponatur.

...i l. si quis in tantam. & 5. de pac. l. si pacto quo pœnam in fin.

Emo.] CASVS. In acquirenda possessione duo sunt necessaria: corporalis apprehensio, & animi affectio. ea sic quæsita, est possessor triennio vsucapere vel præscribere, decennio inter præsentes, vel vicennio inter absentes: nisi aduersarius inter... llet possessorem, mo... ndo ei litem, & eam ntestando: q a licet eá rporaliter teneat, nó detur possidere, cùm m dubitat & vacillat iure suo. Viuianus.

¶ Nemo ambigit. Pone[a] sum in possessione ac... uirêda hoc modo. Ne... o ambigit, id est, ne... o debet dubitare, oin duo [b] necessaria nt in ea quærenda, sci... cet animus. & hoc di... t, iure, & corpus: vt ff. ... l. iij. in princip. & l. quem... dmodum. sic tñ quæsita imo & corpore, vna[c] ... t vt dixi 5. cod. l. licet. se... ndú Azo. Secudo dic ... cundú Ioan. & H. geti... êda: nã duplici [d] ratio... e retinetur, id est, cor... re supple & animo. ... dic quòd retinemus rpore, cùm in ea su... us. Item & iure, cùm ... ea non sumus. nã ius ... git nos possidere, cú ... smum deserendæ pos... ssionis non habemus. ... cundú hoc duæ sunt ... ssessiones: & facit ... c optimè pro Aldri. ... i dixit, dum sum in ... ndo, vel in conspe... u, habeo naturalem,[e] absens, ciuilem.

¶ Possessionis. acqui... ndæ, secundú Azo. vel ... tinendæ, secundùm ... an.

¶ Vtranque. vel acqui... tam animo & corpo... , secundum primum casum. Vel id est illam quæ corpore & ... imo. Item quæ animo solo retinetur, ita esse legitimam, id ... t legitimum habere effectum, scilicet vsucapiendi cùm nullus ... ouit litem: aliàs præscriptio interrumpitur: vt infra titu. j. l. nec ... na. & vsucapio quantum ad effectum: vt ff. de rei vind. l. si post ... ceptum. Et caue tibi: quia hæc ciuilis[f] interruptio prodest in... rrumpenti tantum: vnde posset vsucapere contra dominum, li... t alius moueat litem: vt ff. de diuer. præscript. l. intra. & ff. ne de sta. de... n. l. ij. §. præscriptio. secus in naturali interruptione quæ omnibus ... ficit: vt ff. de vsucap. l. naturaliter.

¶ Silentio. i. cùm neminem inuenio qui aduersetur mihi in ea.

¶ Progressa. etiam per executorem tantum hodie: vt infra de præ... ript. xxx. annorum l. sicut. & ad hoc j. qu. non ob. longi tempo. præscript. l. si ... ssessio.

¶ Possessorem. quo ad vsucapionem vel præscriptionem. ¶ Sic er... go nota q possessor[g] post motam controuersiam videtur non ... ossessor: vt hic. 2 Item in quibusdam habetur malæ fidei, vt sci... icet de fructibus teneatur perceptis & percipiendis, quando ha... et scientiam rei alienæ: vt 5. de rei vind. l. certum. Item quo ad quæ... am bonæ fidei vt quo ad fatalitatem: nisi habuit scientiam rei a... enæ: vt ff. de peti. hered. l. illud. & de rei vind. l. vtique. §. non enim. Item ... implet vsucapionem triennij, licèt de effectu non prosit: vt ff. de ... ri vindic. l. si post acceptam. & fructus facit suos, si remanet bonæ fi... ei: vt ff. de vsucap. l. qui scit. §. fi. & l. si hominem. in fin.

¶ Dubitet. præsumptione iuris: licèt ipse dicat se non dubitare. ... n istis casibus afficiuntur res vitio: vt hic, & 5. de fide instru. l. si plures. ... qui. ad li. procla. l. ij. in principio. ¶ Item quæro hic, an ciuilis[h] pos... ssio sine naturali, vel econtra, quæratur: Resp. sic si tradens alte... i earum tantum habet: vt ff. eo. l. naturaliter.

Vitia.] CASVS. Si pater tuus aliquam rem surripuit, vel de prædio aliquem expulit, & ei successisti: vitium patris tibi ... ocet, quia nec vsucapere, nec præscribere poteris. Viuianus.

¶ A maioribus. i. auctoribus. ¶ Et dic vitia,[l] alia Realia verè (vt res

Vsucapio legitimè inchoata procedit, nisi interrupta fuerit. Salyc. Vel sic: Duæ sunt qualitates in possidendo. vna quæ consistit in animo, & alia in corpore: & vtraque sortitur plenum effectum si sine interruptione proceditur, secundùm Iac. Butri. Sed tu tene quòd sunt possessiones duæ, prout tenuit Ioan. in litera ista dum dicit duplicem esse possessionem, seu speciem. & ideo summas hanc l. aliter: & sic: Si concurrat possessio naturalis & ciuilis ad vsucapionem: non tamen sufficit si est sola possessio ciuiliter interpellata. Bald.

x. † Imp. CONSTANTINVS A. ad Maternum.

NEmo ambigit[a] possessionis[b] duplicê esse rationê: aliam quæ iure consistit, aliam quæ corpore: vtranque[c] autem ita demum esse legitimam, cú omnium aduersariorum silentio[d] & taciturnitate firmatur: interpellatione verò & côtrouersia progessa[e]: non posse eum intelligi possessorem[f], qui licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita côtestatione, & causa in iudicium deducta, super iure possessionis vacillet ac dubitet[g].

furtiua, & vi possessa violentia[a] ablatiua: vt instit. de vsucap. §. furtiuæ. compulsiua: vt supra quod metus cau. l. si vi. & ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. penultim. Item res data præsidi contra legem Iuliam repetundarum: vt ff. ad legem Iuliam repe. l. penultim.) 2 Alia quasi realia: vt ff. de adquirend. re. do. l. bona fide commiss. & de vsucap. l. vbi. §. finali. & institu. de vsucap. §. sed aliquando. ; Alia personalia, vt dolus dans causam negotio, vel[b] incidens ex proposito. Item mala fides quando credit venditorem non habere ius vendédi: vt infra titul. j. l. j. si fraude. Item scientia[c] rei alienæ, vt commodatarij, depositarij, & creditoris. 4 Quid autem de precaria, vel clandestina? Respond. dixit vitia rei: & pro eo videtur. ff. eodem. l. Pomponius. §. cùm quis. quod non placet: nam precaria[d] est iusta: quia cú domini voluntate: vt ff. communi diui. l. communi diuidundo. ij. §. inter prædones. Item subtiliter inspiciens perpendere potest quòd licet clandestina dicatur possessio, non tamen dicitur clandestina[e] res: vt ff. de acquirend. possession. l. clam. De litigiosa[f] constat quòd non est vitiosa vitio rei: vt infra titu. j. l. j. ¶ His peroratis dic quòd vitia[g] realia durant in persona vniuersalis successoris, vt hic: & singularis, vt institu. de vsucapio. §. furtiua. & hoc quo ad vsucapionem, non quo ad fructus: vt ff. de acquirend. rer. do. l. bona fides. §. penultim. Sed

PP. XI. Kalend. Febr. Tribon. Volusiano & Anniano Conss.

Vbi possessio efficitur vitiosa, omnem possessorem comitatur vitium. Vel sic: Vitium reale in personam auctoris contractum, descendit in omnem successorem. Baldus.

xi.[*] Impp. ARCADIVS & HONOR. AA. Petronio vicario Hispaniarum.

VItia † possessionum à maioribus[b] côtracta perdurant, & successorem auctoris sui culpa comitatur. Da. V. † Kalen. Ian. † Cæsario & Attico Conss.

Dolus procuratoris, coloni vel inquilini aut alterius possessionem relinquentis dolo aut desidia: domino cuius nomine possidebat, non præiudicat. Bald. Vel sic: Si possidens alteri possessionem deserat, vel aly tradat, domino in possessione præiudicium non generat, & nihilominus omnem iacturam ex hoc contingentem et resarcire tenetur. In quærenda autem possessione potest vnusquisque negligenter se habens præiudicare ei cui quærere debuit, licet ad illius interesse teneri possit. Salycetus.

in vitiis personalibus distinguitur singularis successor ab vniuersali. nam si[h] est singularis, non impeditur præscribere iure veteri, incipiendo à se: vt ff. de diuers. tempor. præscript. l. an vitium. in principio. hodie secus: vt infra titu. primo authentic. malæ fidei. Porro quantum ad agendum, impeditur singularis successor etiam completa præscriptione: quia de dolo defuncti excipitur, si sit causa lucratiua, vt in donato & in legato: & quasi lucratiua, vt in seruo noxæ dedito: vt ff. de exceptio. do. l. apud. §. si quis autem. & §. de auctoris & de exceptio. l. si rem legatam. Aliàs si non est lucratiua, non excipitur, nisi vtatur accessione sui auctoris, & nisi sit res reuersura ad dolosum: putà si mulier dolo induxerit aliquem ad promittendam dotem viro, & maritus petat, repellitur eo quòd res ad dolosam mulierem reuerteretur: vt ff. de exceptio. do. l. apud. §. Iulianus. & l. purè. §. penultimo. & ad idem. l. apud. §. si quis autem. in fine. Si autem vniuersalis,[i] siquidem extraneus: nocet ei mala fides defuncti, nisi velit ex se incipere, secundùm Azonem. vt infra titul. primo. l. j. nos diximus indistinctè nocere: vt supra communia de vsucapio. l. finali. de diuers. tempora. præscript. l. cum heres. & supra de vsucapio. pro herede. leg. nihil. In suo constat, cùm sit eadem persona: vt ff. de liber. & posthum. l. in suis. ADDITIO. De hac materia vide pulchrè per Dynum in capite possessor. de regul. iuris. lib. vj.

EX libris. CASVS. Coloni mei vel serui mei possidebant prædium meum, & nomine meo. si prædium reliquerint negligentia, vel dolo prodiderint, vt alius ingrederetur possessionem, an mihi præiudicetur quo magis possessionem amittam, quæritur? Respond. quòd non. & hoc in prima. Si verò procuratori dederim, vt acquirat mihi possessionem rei donatæ: ipse verò acquirere noluerit, & sic alius intrauit possessionem illius rei: quæritur an amittam possessionem? Respon. quòd sic: mihi enim debeo imputare quòd talem elegi procuratorem. & quod dicit regula iuris, quòd per seruum nô possit fieri domini côditio deterior:

a Vitium violêtiæ et ipsam afficit vt præscribatur spa tio longissimo.

b Prior ille dolus, id est, dans causam côtractui bonæ fidei, contractû ipso iure nullum efficit: hic non efficit.

c hoc vitium impedit successoris vsucapionem.

* Ex C. Theod. lib. 4. tit. 10. l. 3.

† Hæc l. est pars postrema. l. 3. ff. per tum vel qui.

d Precaria possessio non est simpliciter iniusta.

† 15.

† Mediolani.

e Clandestini vitium nô est reale. adde leg. furtum & l. seq. ff. de vsucap. ad de Castr. in d. l. furtum.

f Litigiosi vitium.

g Vitia realia sequuntur vniuersalem successorê quod ad vsucapionem, nô quod ad fructus.

h Vitia personalia an & quatenus sequantur singularê successorem.

i Vitia personalia an & quo modo sequantur vniuersalê, siue sit extraneus siue suus. adde Gloss. l. Pomponius. §. cumquis. ff. eo. add e Capo. in l. sciens. 5. de vsuca. pro empt.

terior: locum habet in iam quæsitis, non quærendis, vel adipiscendis: in prædicto verò casu secundo salua erit mihi actio mandati contra procuratorem. Viuia.

a Coloni & inquilini differentia.
b Coloni qui propriè & impropriè.

a ¶ *Colonus*. In [a] villa, siue nummis colat, siue partiarius inquilinus in ciuitate: *vt ff. eo. l. re pignoris*. Sed quandoque [b] dicitur colonus terræ adscriptitius: *vt j. de agrico. & censi. l. ij. lib. xj.* & idem dicitur inquilinus, sed impropriè: *vt ff. de le. j. §. quis inquilinos. in princ.*

xii. *Imp.* Iustinianus A. *Ioanni præfecto prætorio.*

Ex libris Sabinianis quæstionem in diuinas nostri numinis aures relatam tollentes definimus vt siue seruus, siue procurator, vel colonus [a], vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem [b] cuiuscumque [c] rei dereliquerit, vel alij prodiderit, desidia [d] fortè vel dolo, vt locus aperiatur alij eandem possessionem detinere [e]: nihil penitus domino præiudicij * generetur [f], ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, sed & ipse, si liberæ conditionis est, competentibus [g] actionibus subiugetur: omni iactura ab eo restituenda domino rei, vel ei circa quem negligenter vel dolosè versatus est. Sin autem necdum sub manibus procuratoris vel coloni, vel inquilini, vel serui possessio facta est, sed ipse eam accipere desidia vel dolo super sedit: tunc & ipse qui eũ transmisit, ex mala sua electione præiudicium [h] circa eam possessionem patiatur, ex memoratarum personarum vel machinatione vel negligentia accedẽs. Hoc etenim [i] tantũ sancimus, vt dominus nullo modo aliquod * discrimen [k] sustineat ab his quos transmiserit: non vt etiam lucrum [l] sibi per eos aliquod acquirat: cũ & antiqua regula [m] [iuris] quæ definiuit deteriorẽ conditionẽ per seruum domino nullo modo fieri, tunc locum habeat, cũ dominus de damno periclitetur, non cũ sibi lucrum per seruum acquiri desiderat. Salua videlicet in hoc casu domino rei, vel ei qui ad eã detinendã [n] præfatas trãsmiserit personas, aduersus eas omni actione [o] (siqua ex legibus ei competit) seruata. *

b ¶ *Nactam possessionem*. domino, non sibi: *vt ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. ij. §. neque.*

c ¶ *Cuiuscunque rei*. mobilis vel immobilis. & sic videtur habere locũ quod hic dicit, in creditore & commodatario, & depositario tutore, & curatore. nam & supra dixit, vel quispiam alius &c.

d ¶ *Desidia*. desidia dereliquit, dolo prodidit.

* præiudicio.

e ¶ *Detinere*. id est, accipere.

f ¶ *Generetur*. Imò videtur generari, quia amittit: *vt ff. eod. l. ij. §. quod si seruus. & l. peregrè. §. quibus. & l. si de eo. §. j.* Solu. hæc corrigit [c] illas, secundùm M. 2 Vel secundũ Ia. nullum præiudicium fit in dominio, sed [d] in possessione sic: *vt ibi*. 3 Vel tertio secundũ Bul. non fit præiudicium, præsumptione iuris: quia condictionem [e] habet ad possessionem dominus quã iure veteri non habebat: nec aliã nisi ad proprietatẽ: vnde rem videtur habere hîc: *vt ff. eo. l. non videtur. & de in integr. restitu. l. momo. & de regu. iuris. l. qui actionem.* 4 Vel dic secundũ Ioan. quatuor esse casus: cùm derelinquit, cùm prodit, item cùm tradit, & cùm deiicitur. Primis duobus loquitur hæc lex, quibus nec per hanc legẽ, nec [f] iure veteri amittebatur possessio ciuilis: *vt ff. de dolo. l. cum quis.* & est ratio: quia [g] cum colonus vel similis animo non possidendi à dominio discedit: dominus naturalem possessionem quam per colonum possidebat, amittit, secundùm Hu. & Ioan. remanet ergo ciuilis possessio domino, quam nequit amittere, nisi repellatur, vel suspicetur se posse repelli: *vt ff. eodem. l. si id quod. §. fin.* In aliis duobus, id est, cum deiicitur colonus, vel tradit: dominus omnino possidere desiit, sed recuperabit per hanc legem. Accurs.

c Falsum. Videda est enim legum correctio. deinde non est verum simpliciter procuratore aut colono amittente aut derelinquente, dominũ retinere possessionem. Baldus: sed tamen Castrensis hanc Gloss. probat.
d Dolo procuratoris dominus possessione, at non dominio priuari potest.
e Condictionẽ habẽs ad rem, rem videtur habere.
* sic in meis manualis.
f Imò iure veteri dominus possessionem amittebat, procuratore eam omittente, vel relinquente. *l. § si seruus ff. eo. l. non scienti. § quæ rogauere ff. de v [illegible].*
g Possessio ciuilis qualiter amittitur.

g ¶ *Competentibus*. scilicet mandati, si per procuratorem.

h ¶ *Præiudicium*. vt ei non sit quæsita: nec aliquod possessorium habeat dominus. ¶ Et sic not. malam [h] electionem esse in culpa: *arg. ff. locati. l. cum in plures. §. seruum. & de instit. l. sed & si quis. §. si. & ff. de neg. gest. l. nam & seruus.*

h Mala electio in culpa.

i ¶ *Hoc etenim*. hoc ad primum casum refertur.

k ¶ *Discrimen*. id est [i] damnum in quæsitis, quando dereliquit vel perdidit: *vt & infra si aliena res pig. da. sit. l. nexum.* Accurs.

i Damnum accipere videtur qui quæsita amittit.

l ¶ *Lucrum*. hoc est quando non apprehenderunt: *vt argum. ff. ad Vell. l. bona. §. j. & de pact. l. si autem.*

m ¶ *Regula*. *vt supra de pactis. l. seruum.*

n ¶ *Detinendam*. id est, adipiscendam.

o ¶ *Omni actione*. putà mandati contra procuratorem: tutelę contra tutorem: negotiorum gestorum contra curatorem: commodati contra commodatarium: & depositi contra depositarium.

De præscriptione [a] longi temporis decem vel viginti annorum.

Ex [b] possessione & titulo prouenit præscriptio: ideo de ea dicit. Vel sic: De vsucapione in genere (maximè rerum mobilium) supra dictum est. Sequitur vt videamus de præscriptionibus rerum immobilium maximè & incorporalium. Sed quia in eis nedum longissima. sed etiam longa præscriptio sibi vindicat locum: de ea videamus. Azo.

a Præscriptio quid sit, & vnde dicta. vide Bald. tracta. de prescrip. 1. parte q. 1. & 2. quid differat à consuetudine. v. eundem Bald. parte 1. q. vlt.
b Continuatio.

Titulus xxxiii.

De præscriptione longi temporis * decem vel viginti annorum.

Ciuilis interruptio præscriptionis non operatur nisi contra eum contra quem interruptio facta est: & in hypotecaria non contrahitur vitium litigiosi. & ideò non interrumpitur vsucapio: nec inchoari impeditur de nouo. Baldus. Vel sic: Iure insto mala fides auctoris non impedit præscriptionem longi temporis in persona emptoris à se præscriptionem inchoantis. Salyc.

* In Q. manuscri. id est, desunt. legebantur.

i. *Impp.* Seuerus, & Antoninus AA. *Iuliano præfecto prætorio.*

Cum post motam [p] & omissam quæstionem res ad noua dominia [q] bona fide transierint & exinde noui viginti anni [r] intercesserint sine interpellatione [s]: non est inquietanda quæ nunc possidet persona [t]: quæ sicut accessione [u] prioris domini non vtitur, qui est inquietatus: ita nec impedienda est, quòd ei [x] mota controuersia sit. Quòd si prior possessor inquietatus est:

Cum post.] Casus. * Possidebas prædiũ quoddam: Titius dicebat illud ad se pertinere: & tecum est litem contestatus, sed non curauit prosequi litem: tu prædium vendidisti Seio. an possit præscribere spatio longi temporis, quæritur: Dicitur quod sic. Si verò vtatur accessione tua vendentis, præscribere non potest, cum aduersus te lis est contestata. Viuianus.

* obscurum.

p ¶ *Cũ post motam*. quod fit [c] lite [d] contestata: *vt supra sini. reg. l. ij.* Omissa [e] autem fuit triennio, vel consensu partium: non autem fuit remissa [f] res: tunc enim secus esset: *vt supra de pac. l. post quam.* & sic non est res litigiosa. [g] 2 Vel dic, etiam ea pendente, sed omiserat ad tempus. nec minus poterat vsucapere quia vitium [h] litigiosi non afficit rem: *vt diximus supra titu. j. l. vina.* 3 Vel dic actum fuisse hypothecaria. [i] Et sic non fuit res litigiosa: *vt in authen. de litig. §. ad hæc autem colla. viij.* & sic multis modis ponitur casus.

c Imò lis mota dicitur & si ante lite contestata. Glo. Nouella in pr.
d Non dicitur quæstio nisi post litem contestatam.
e Omissę quæstionis & commissę res differentia.
f Hinc colligũt transactione rei, non instantię, vitium litigiosi purgari.
g Litigiosi vitium non ducat perẽpta instantia, vt hic. Contrariũ tamen tenet Gl. & malè. in leg. properandum. §. 1. in verbo industry. 3. de iudi. vide Ang. Nou. de litigios. Paul. & Iason. Alex. & Ias. in l. 2. 3. de edend.

q ¶ *Ad noua dominia*. Sed cũ fiant domini traditione, qualiter vsucapiunt: *vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. lana?* Respon. noua [k] dominia, id est, nouos possessores, *sic ff. de verb. sign. l. interdum.* sic econtra. *ff. de rei vin. l. si in rem.* 2 Vel dic, noua dominia quo ad opinionem accipientium. 3 Vel dic, etiam dominum præscribere actioni quandoque: *vt s. quod metus cau. l. iij.* & in eo qui emit pignus; *vt j. si aduer. credi. l. j.* Accurs.

h Litigiosi vitium rem non afficit.
i Litigiosam nõ facit actio hypothecaria.
k Noua dominia quid.

r ¶ *Viginti anni*. scilicet inter absentes, & inter præsentes. x. *vt infra. eo. l. fin.* ¶ Sed nonne actio perpetuata xl. ann. durat: *vt infra de præscrip. xxx. vel xl. an. l. fin?* Sed illud est contra eum in quem facta est contestatio: non contra alium.

s ¶ *Interpellatione*. *vt infra l. proxi. & l. nec bona.*

t ¶ *Persona*. si & titulum habet: *vt ff. de vsucap. l. Celsus.* aliàs contrà: *vt infra eo. l. nec petentem.* Accurs.

u ¶ *Accessione*. quæ accessio fit inter diuersos possessores coniunctos: *vt ff. de acquirenda possessione. l. Pomponius. §. cum quis. vsque in finem legis.*

x ¶ *Ei*. scilicet priori possessori. non nocet ergo [l] mala fides venditoris emptori iure isto, si à se incipit: *vt hic.* Sed hodie contra: *vt in authentic. hic posita, mala fidei &c. quæ est vt spon. larg. §. rursus. coll. ix.* ¶ Sed & olim non poterat alienari: *vt & infra de litigi. l. lite.* ergo nec vsucapi. Sed respondetur. non valet semper illa argumentatio: *vt ff. de fun. dota. l. a. si fundum.* præterea hic

l Venditoris mala fides non nocet emptori.

non erat res litigiosa: vt dixi modo in positione casus.

a ¶ *Etsi*. i. quamuis.

b ¶ *Potest vti longi temporis*. sed longissimi. i. xl. an. sic & *infra de præscrip. xxx. ann. l. fin.*

c ¶ *In republica*. scil. quæ fuit domina, vel quæ fuit inquietata: vel etiam emit ab inquietato. ¶ Sed si [a] Ecclesiæ fisci, vel publica, quomodo potuit vsucapi: *vt instit. de vsucapio. §. res fisci*? Resp. si est talis res, quæ sit in vsu publico, non potest vsucapi vllo tempore, vt theatrum, stadium & similia: *vt ff. de leg. j. l. apud Julianum. §. fin. & ff. de vsucap. l. vsucapionem*. Sed si non sunt in vsu publico: tunc possunt: vt seruus agri: *vt arg. ff. de contra. empt. l. sed Celsus. & xl. ann. vt infra de præscript. xxx. an. l. omnes*. & sic prima non placet. Accurs.

etsi [a] postea per longum tẽpus sine aliqua interpellatione in possessione remansit, tamẽ nõ potest vti longi temporis [b] præscriptione, quod etiam in republica [c] seruari oportet.

IN AVTHENT. VT spon. lar. §. rursus. colla. ix. constitut. ij.

Hodie mala fides auctoris in præscriptione longi temporis nocet singulari successori, si dominus rei fuit ignorans. Salyc.

MAlæ fidei † possessore alienante, cessat longi tẽporis præscriptio, si verus dominus ignoret [d] suum ius, & alienationem factam, spectatur ergo xxx. annorum defensio. Si verò is qui putabat easdem res sibi competere, hoc cognoscens, intra decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes litẽ non fuerit contestatus: possessor præscriptione munitus, firmiter eas habebit.

IN AVTHENT. VT spon. lar. §. de præscriptione. colla. ix. const. vj.

Illa pars decennij in qua dominus est absens, duplicatur: vt præscriptio longi temporis cucurrisse intelligatur. Salyc.

QVòd si quis † quibusdam annis præsens sit, quibusdam absens [e]: adiiciuntur ei super decennium tot anni, quot annis ex decennio fuit absens.

Præscriptio sortitur effectum re possessa bona fide cũ titulo per longum tempus non interruptum. Baldus. Interrumpitur autem per litis contestationem. Salycetus.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

LOngi temporis præscriptio his qui bona fide acceptam possessionem, & continuatam, nec interruptam inquietudine litis [f] tenuerunt, solet patrocinari. PP. V. Kalend. Dec. Maximo. II. & Aquilino Conss.

Dominus vindicat à quocunque rem, nisi sit præscripta, aut aliud canonicum sibi obsistat. Baldus. Vel sic: Mater quæ dedit in dotem vineas filij, non præiudicat ei: sed legitima præscriptio sic. Salyc.

III. Iidem AA. & CC. Antonio.

SI vineæ quas mater tua vitrico tuo in dotem dedit, tuæ proprietatis sunt, nec vlla præscriptio ex transacti temporis prolixitate adolleuit: præses prouinciæ restitui [g] tibi eas efficiet.

Sine titulo non procedit vsucapio longi temporis. Baldus & Salycetus.

IIII. Iidem AA. & CC. Hermogeni.*

DIutina possessio tantùm iure successionis [h] sine iusto titulo obtenta, prodesse ad præscriptionem hac sola ratione non potest [i]. PP. Sirmij. IIII. Idus Apr. AA. Conss.

Error domini præstans patrocinium alteri in re propria, vel etiam affectus non tribuit possessori titulum. Baldus.

V. Idem AA. & CC. Sotetico.

NEc petentem [k] dominium [l] ab eo cui petentis solus error causam possessionis sine vero titulo præstitit, silentij longi temporis præscriptione repelli [*], iuris euidentissimi est. S. Sirmij. XI. Kal. Maij. AA. Conss.

Si dolus dat causam contractui bonæ fidei, impeditur titulus, & per consequens vsucapio. Vel sic: Dolus dans causam contractui bonæ fidei, inualidat titulum.

M *Alæ fidei.* [b] CASVS. Lex C. dicit quòd si dedi rem alicui vel vendidi, quòd ille qui accepit, præscribit auth. distinguit: quia si possideo rem alienam mala fide, & eam do alij: an verus dominus scit, an ignorat: si scit, currit præscriptio aduersus eum: si ignorat rem suam alienari, non potest præscribi nisi xxx. ann. Viuian.

d ¶ *Ignoret*. Sed nunquid sufficit eum scire quandocunque ante impletam præscriptionem? fortè non. Sed [c] si velit possessorem computare à tempore scientiæ, tempus computabit x. vel xx. ann. si verò vult cõputare sibi tempus præcedens ante scientiam cõputabit præscriptionem xxx. ann. ADDITIO. Aduertas quòd licèt in casu huius authen. non procedat præscriptio nisi secundũ modum in ea traditum: bonæ fidei tamen emptor contra quemcunque extraneũ possessorem, præterquã contra dominum, Publiciana rem vindicare potest, ita pulchrè dicit glo. in verb. dominij. circa medium sui versi. in c. abbate sanè. de re iudi. lib. vj. Item videas xij. limitationes huius authen. quas ponit Ang. Aret. in §. furtiuæ. inst. de vsucap. & in §. sed istæ. institu. de actio. in antepen. col. vers. addas tamen quod d. auth. &c.

Q *Vod si quis.*] CASVS. Si continuatur præsens authentica, ad l. C. Si rem alienam, vel alij obligatam possideo bona fide, & iusto titulo, præscribo decennio inter præsentes, vicennio inter absentes: sed quid si ergo emptor, & dominus fuimus octo annis præsentes, duobus annis absentes? Respon. hoc casu illi duo anni debent duplicari: vt si octo annis fuimus præsentes, & duobus annis absentes, elapsis duobus annis primis adhuc requiruntur duo anni quibus fuimus absentes: & ita requiruntur xij. anni, non autem viginti. Viuianus.

e ¶ *Absens*. vt duplicetur [d] tempus absentiæ, vt si præsens fuit quinquennio, & postea absens quinquennio, detur quinquenniũ tertium: & hoc cùm absens fuit ex voluntate: alioquin vel ipso iure non curreret, vel restitueretur. Vel intellige absentiam, quia alibi habet domicilium: vt j. eo. l. fin. alij vt B. de absentia personæ: & sic malè poneretur hic, vbi de absentia domicilij tractatur. Acc.

L *Ongi.*] CASVS. Ad hoc vt aliquis præscribere possit aliquam rem x. vel xx. ann. oportet quòd bona fide incœperit possidere, & continuè per totum tempus: & quod non sit interrupta præscriptio per litis cõtestationem, vel sic: Si possedi rem tuam bona fide, & continuè per spacium longi temporis: ero securus. Viuia.

f ¶ *Litis*. vel etiam facti, vt vi expulsus, non sit possessor. ¶ Et no. ꝙ [a] in casibus interrupta etiam possessione completur vsucapio. Prim', vt ff. de vsuca. l. rerum mixtura. §. fin. Secundus ff. de vsucapio. l. captam. Tertius eo. tit. l. iusto. §. cum. ¶ Item not. ꝙ interruptio [b] alia naturalis, alia ciuilis: naturalis omnibus prodest, vt à capite incipiat ad decem, vel ad viginti ann. vt ff. de vsuca. l. naturaliter. ciuilis tantùm interrumpenti: vt ff. de diu. præscript. l. vltra. in prin. & in xl. ann. extenditur: vt j. de præscr. xl. ann. l. fin.

S *I vineæ.*] CASVS. Si mater tua dedit vitrico tuo vineas tuas in dotem poteris eas repetere per præsidem prouinciæ, si longi temporis præscriptio te non submoueat. Viuia.

g ¶ *Restitui*. agente te rei vindicatione.

D *Iutina.*] CASVS. Si velit quis præscribere rem aliquam, necesse habet prætendere titulũ suæ possessionis: nec sufficit dicere quòd successit illi qui eã possedit. Vel sic: Pater tuus decessit te herede instituto: inter res hereditarias inuenisti res alienas an eas possis longo tempore præscribere, quæritur? Respon. quòd non. Viuianus.

h ¶ *Successionis*. putatiuæ, non veræ.

i ¶ *Non potest*. quia credis defunctum eum qui viuit: vel te successisse, cùm alius successit: vt supra pro herede. l. opinione. & l. final. & ff. de vsucap. l. Celsus. nisi causam habeat iusti erroris: vt ff. pro legato. le. pro legato. Vel pone casum, vt ff. pro suo. l. si ancillam. l. penultim. Accurs.

N *E petentem.*] CASVS. Titius possidebat prædium meum, Seius mouebat illi litem de prædio illo, & fui aduocatus Titij in lite illa, an Titius possit præscribere spacio longi temporis? Dicitur ꝙ non, nec mihi præiudicaui quo minus prædium vindicare possim, quòd ei præstiti patrocinium. Viuia.

k ¶ *Nec petentem*. scilicet aduocaui pro te in aliqua iusta causa, sententia lata pro te, comperi rem illam esse meam, dicitur quòd non nocet.

l ¶ *Dominium*. non solùm possessionem, vel non solùm agentem hypothecaria ex persona petẽtis. Et dic quòd præstiti causam possessionis, quia præstiti patrocinium [c] alij cuius eam esse credidi, quod quidem mihi non nocet: vt ff. de rei vindication. l. inter officium. & supra de rei vindicat. l. re tua. Vel dic quòd solui indebitam tibi possessionem credens ego esse debitam: vt ff. de condict. indebit.

d *bis l. indebiti. §. j.* Sed tu sciebas indebitam: aliàs darem tibi titulum pro suo: *vt ff. pro suo. l. hominem.*

Si fraude.] CASVS. Titius induxit me dolo, vt venderem ei rem meam, quam aliàs non eram venditurus: an eam præscribere possit, quæritur: Dicitur quòd non. Viuianus.

a ¶ *Si fraude & dolo.* & a pro miles est, & dic quòd dolus dedit causam cōtractui, sicut & fuit. *§. de restit. vend. l. si dolo.* & si credidi non tenere cōtractum, non præscribo, cū in b iure errantes nō præscribant: *vt ff. de vsucap. l. nunquam. in vsucap. in princ.* siue sciam non tenere, similiter non vsucapio: *vt §. pro empt. l. si partem.* & est ratio, quia deficit titulus: *vt ff. de dolo. l. & eleganter in princ.* Quid autem si fuit dolus incidens c tenet cōtractus per d. l. & elegāter. in princ. & vsucapit contra alium, cùm non habuit malam fidem in hoc quòd alienam crederet, sed actione ex eo contractu tenetur ad supplementum: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si venditor.* & perpetuò tenetur, *vt §. de constitut. pe. l. ij.* Accursius.

a Et p. id est.
* al. pars epistolæ.
b Præscribere nō potest qui errat in iure.
c Dolus incidens & dans causam cōtractui differentia.

Longi temporis.] CASVS. Si emi aliquam rem, & longo tempore possedi: si amisi instrumentum quo continebatur quòd emi: an noceat mihi quæritur? Dicitur quòd non. Et si aliquis mihi illud surripuit: nō ideò minus potui me tueri per præscriptionem. Viuianus.

b ¶ *Aufert. vt & §. de fide instr. l. j.* Accurs.

c ¶ *Partam.* quia aduersarius ei surripuerat instrumentum.

d ¶ *Alterius.* subtrahētis instrumenta. nam d non debet alteri per alterum, &c. *vt ff. de reg. iur. l. non debet alteri.*

d Alteri per alterū iniqua cōditio inferri non debet.

Si is.] CASVS. Mater tua adoptauit quendam in filium, quod nō potuit, nisi beneficio principis in solatium liberorum amissorum in acie principis: & tunc non coram iudice, sed sacerdote: & ita non tenuit adoptio, decessit mater: filius adoptiuus possidet mancipia ex successione matris. an possit ea vsucapere, quæritur? Dicitur quòd non, nec tibi vindicanti obstabit longi temporis præscriptio. Viuianus.

e ¶ *Quasi filius.* scilicet adoptiuus mulieris, quod esse non potest, *vt institut. de adoptionib. §. fœminæ. & supra de fideicommiss. l. cam quam.* Accurs.

f ¶ *Destinatæ.* quantum enim ad destinationem est adoptio: non quantum ad ius.

g ¶ *Initio.* erroneo, *vt ff. de vsucapio. leg. nunquam in vsucapionibus in princip.*

Emptor.] CASVS. Seius emit quandam rem, quam Titius dicebat ad se pertinere: Titius conuenit Seium rei vindicatione: Seius opponit præscriptionem longi temporis an hanc exceptionem opponere debeat, quæritur? Respon. quòd sic, & ante litem contestatam, & eam probabit post litem contestatam, cùm de intentione sua docuerit Seius. Viuianus.

h ¶ *Emptor.* idemque possessor qui conueniebatur, & exceptionē

lum ad præscriptionem temporis longi. Salyc.

VI. Pars ex epistola * eorundem AA. & CC. ad Primosum præsidem Syriæ.

Si fraude & dolo a (licet inter maiores xxv. annis) facta vēditio est, hanc confirmare non potuit consequens tempus: cū longi temporis præscriptio in malę fidei contractibus locum non habeat.

Non nocet amissio instrumentorum, si de iure possessoris aliter potest probari. Bald. Vel sic: Instrumentorum amissio, vel subtractio non præiudicat præscriptione munito. Salyc.

VII. Iidem AA. & CC. Antheæ.

Longi temporis possessione munitis, instrumentorum amissio nihil iuris aufert b: nec diuturnitate possessionis partā c securitatem, maleficium alterius d turbare potest. Dat. pri. Kal. Ian. AA. Conss.

Titulus iniustus propter errorem iuris vsucapiendi conditionem non parit. Bald. Vel sic: Adoptio inualida, vel error iuris non est sufficiens ad præscriptionem longi temporis. Salyc.

VIII. Iidem AA. & CC. Celso.

Si is contra quem supplicas, matris tuæ quondam mancipia quasi filius e ex causa tantum adoptionis defendit: affectio destinatæ f ac illicitæ adoptionis ad horum dominium ei quærendum sola non sufficit, quapropter mancipia petere non prohiberis, nullam timens temporis præscriptionē: si hoc tantùm initio g præcedēte, is contra quem supplicas, horum possessionem adeptus est.

Exceptio præscriptionis non potest opponi in initio, sed probanda venit fundata intentione actoris. Baldus.

IX. Iidem AA. & CC. Demostheni.

Emptor h bona fide contra præsentem decennij præscriptione [in *] cuius i initio k contestationem l haberi sufficit posteaquam suam impleuerit intentionem petitor, adhibita probatione m iustæ possessionis defensus, absolui rectè postulat.

Vsucapio longi temporis, litis contestatione interrumpitur. Bald.

X. Iidem AA. & CC. Rhegino.

Nec bona fide possessionē adeptis lōgi tēporis præscriptio post moram litis contestatæ completa proficit: cùm post motam controuersiam in præteritum n æstimetur o. Dat. Idus Dec. Cæsar. Conss.

Possessio continua longi temporis x. vel xx. ann. interueniente † etiam titulo lucratiuo & bona fide, sufficit ad vsucapionem inchoandam, & etiam complendam: & etiā tempus auctoris ei additur. Bald.

XI. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

Super longi temporis præscriptione, quæ ex x. vel xx. ann. introducitur p, perspicuo iure sancimus, vt siue ex donatione, siue ex alia lucratiua causa bona fide quis per x. vel xx. ann. rem detinuisse probetur q, adiecto scilicet tempore etiam prioris possessoris: memorata longi temporis exceptio sine dubio ei cōpetat r. nec occasione lucratiuæ s causæ repellatur. Dat. Kalend. Iun. DN. Iustinia. PP. A. Cons.

præscriptionis opponebat.

i ¶ *In cuius.* præscriptionis.

k ¶ *Initio.* i. in principio, & est interpositio, & dic quòd ex voluntate, non necessitate: nam cùm a sit peremptoria, opponi potest vsque ad sententiam: *vt j. sen. restit. non po. peremptorias.* Accur.

a Peremptoria exceptio opponi vsque ad sententiā potest.

l ¶ *Contestationem.* i. protestationem, eam opponendo, postea probando. Accursius.

m ¶ *Probatione.* vt *j. de except. l. si quidem.* & hoc si testificata non didicit: *vt in authen. de test. §. quia verò. col. vij.* Accur.

* In vet. deest in, et c.

Nec bona fide.] CASVS. Titius possedit rem alienam per vnum annum, dominus fecit litem cōtestatam, & in prosecutione litis lapsi sunt duo anni: an isti duo anni sibi proficiant ad vsucapionem perficiendam, quæritur? Dicitur quòd non. Viu.

n ¶ *In præteritum.* vt si tantū tempus cucurrit ante litem cōtestatam, quod ad præscriptionē sufficit: benè fit, aliàs nō completur: *vt hic, & §. de rei vind. l. mora.* ¶ Sed secus in vsucapione, nisi quoad effectum: *vt ff. de rei vin. l. si post acceptum.* Accurs.

o ¶ *Æstimetur.* præscriptio.

Super longi.] CASVS. Titius possedit rem alienam x. an. inter præsentes xx. inter absentes, potest eam præscribere, nec est distinguēdū, an ex lucratiua causa, putà ex donatione, vel titulo legati: an ex non lucratiua, putà ex venditione potest vti accessione temporis prioris possessoris. Viuia.

† Ad præscriptionē requiritur tit. verus vel putatiuus, etiā sit titulus iustus ex errore, ... legitimi temporis. vt hinc cōcludatur eo lō cursum temporis non sufficere absque titulo verō vel putatiuo. vide Bald. tract. de præscr. ij. part. ...

p ¶ *Introducitur. vt §. de vsucap. transfor. l. j.* Accursius.

q ¶ *Probetur.* b quòd c est eo ipso quòd non probatur contrarium. *j. de codicil. l. penult.* cum quilibet præsumatur ignorare rem esse alienam: *vt ff. de probationibus. leg. verius. sic & infra qui militare non possunt. leg. super seruis. lib. xij.* Accursius.

b Hinc colligunt multa fieri probari per non iudicia. ... adde Marsil. ...
c Bona fides præsumitur in possessore.

ADDITIO. Et aduertas secundùm Doctores hic, quòd possessio continuata probatur ex præsumptionibus. Nam si quis possedit iam sunt decem anni, & possidet hodie: præsumitur medio tempore possedisse: quia possessio solo animo retinetur. De quo tamen videas latiùs per Bartolum, *in l. Celsus ff. de vsucapionibus. prope finem, in versiculo, quando dicitur continuata possessio.*

r ¶ *Competat. vt & §. si quis ignorans rem. l. fin. & ff. pro emp. l. ij. § pen. & ff. de contrah. empt. l. dolia. §. fin.*

s ¶ *Lucratiuæ. vt ff. de acq. poss. l. dotus.*

Cum in longi.] CASVS. Olim erat dubium qualiter debe-ret intelligi quod dicitur, quòd præscriptio currit inter præsentes d decennio: inter absentes viceennio. Erat enim quęstio, an esset necesse, quòd actor & reus essent in eadem prouincia, an non: & res esset in eodem loco, vbi petitur. Dicit ergo, quòd præsentes debent intelligi, qui habent domicilium in eadem prouincia. De re quæ præscribitur, non distinguit sit in præsentia, vel non. Si verò non habeant domicilium in eadem prouincia, tunc intellige absentes, & dixi quòd non

d Potest vtilissima quæstio ad hāc legem referri, vtrum in dubio ... præsentes ... vel absentes. & verius est præsentiā non præsumi ... præsumuntur. v. plene apud Bal. in trac. de præs. ... part.

est curandum vbi res sit quæ præscribitur: quia ille cuius res est, habet actionem pro ea prosequenda, quæ incorporalis est: nec loco continetur, & in eadem sunt obseruanda, nisi res incorporalis petatur: putà seruitus realis, vel prædialis, vel vrbana, vel personalis: vt vsusfructus. Viuianus.

a ¶ *Vbi posita sunt.* vltra mare, vel citra: & hanc soluit non esse de hoc curandum.

b ¶ *Alterutrius.* & hic dicit quod vtriusque. Accurs.

c ¶ *In eadem prouincia.* & hanc soluit, quòd in eadem prouincia sufficiat esse personas, non autem de re est curandum vbi sit. Accursius.

d ¶ *Sancimus.* soluit secundam.

e ¶ *Id est in vna prouincia.* hic soluit tertiam. ¶ Et nota vnum locú appellari vnã prouinciã. sed hodie non videtur habere locum: sed in eadẽ ciuitate esse debent, cũ singulæ ciuitates habeãt sua regimina: vt olim singulæ prouinciæ. ADDIT. Dicas secundú Barto. hic quòd in prouinciis quæ adhuc regunẽ hodie per præsidẽ, habet locú hæc lex. vbi verò ciuitates habent sua regimina, habet locum quod dicit hæc gl. pro quo facit quod no. idem Barto. *in l. infamem. in fi. ff. de pub. iudi.*

f ¶ *Præscriptione.* legas statim illũ ver si autẽ &c.

g ¶ *Excludi.* hic adiunge infra. §. sin autem &c.

h ¶ *De rebus.* soluit primam & finem tertiæ, quod est idem.

i ¶ *Sin autem.* redit ad tertiam. Accurs.

k ¶ *Inter absentes.* ¶ No. domiciliũ dicis quis habere vbi maiorẽ partẽ fortunarum suarum habet: vnde cum recedit, peregrinari videtur: *vt infra de incol. l. ciues. li. x.* ¶ Sed quid si nullo loco habeat domicilium? Rñ. quo ad omnes pro præsente habetur secũdũ lo. ¶ Itẽ q.d si in pluribus? Resp. & tunc quo ad omnes pro præsente habetẽ. nã & in nullo loco, & in pluribus locis potest aliquis habere domicilium: *vt ff. ad municip. l. assumptio. §. pen. & l. eius. §. pen.* ¶ Item not. qualiter quis dicit præsens vel absens ratione prouinciæ. 2 Aliàs est absens, qui extra iudiciũ est: *vt ff. de dam. infect. l. iiij. §. abesse. & ff. de fideicom. lib. l. non tantum. §. abesse. & in authen. de testi. §. penult. coll. vij.* 3 Aliàs qui exaudire non potest: *vt ff. de verb. oblig. l. j. in prin.* 4 Quarto, qui est extra hortos: *vt ff. de verbor. signi. l. absentem. & de procu. l. præsens.* ¶ Item not. quod quidam legunt hic authent. quam legimus supra eo. l. j. quod si quis quibusdam.

Ista lex est Iustiniani, & est vna de quinquaginta nouis constitutionibus: & decidit tres quæstiones antiquorum: & est pulchra: & breuiter hoc intendit: Tunc dicitur perfici (aliàs perfecta) præscriptio longi temporis inter præsentes, quando præscribens, & is contra quem præscribitur, sunt eiusdẽ prouinciæ: nec requiritur præsentia rerũ, aut scientia eius contra quẽ præscribitur. h. d. tota lex. vel sic: Præsentes dicuntur, qui sunt de eadem prouincia: & debet inspici vbi eadem partes domiciliũ habent, non vbi res est sita, ad præscriptionem complendã. nec curatur an res sit corporalis, vel incorporalis: vt seruitus. nec requiritur scientia eius contrà quem præscribitur. h. d. tota lex. Baldus. vel sic: Præscriptio lõgi temporis inter præsentes completur decennio, inter absentes vicẽnio: & præsentes dicuntur quando vterque habet domicilium in eadem prouincia, licèt non in eadem ciuitate: nec curatur vbi res sint sitæ: nec an sint corporales, vel incorporales: vt vsusfructus & cæteræ seruitutes. Salycetus.

XII. *Iidem A. Ioanni præfecto prætorio.*

CVm in longi temporis præscriptione tres emergebãt veteribus ambiguitates: prima propter res, vbi positæ sunt[a], secũda propter personas, siue vtriusq; siue alterutrius[b] præsentiã exigimus: ex tertia, si in eadẽ prouincia[c], vel in eadẽ ciuitate debẽt esse personæ tã petẽtis, quàm possidentis, & res pro quib[f] certat: omnes [eas] præsentis legis amplectimur definitione, vt nihil citra eã relinquat. Sãcimus[d] itaq; debere in huiusmodi specie vtriusq; personę, tã petentis, quàm possidẽtis spectari domicilium: vt tã is qui dominij, vel hypothecæ quæstionẽ inducit, quàm is qui res possidet, domiciliũ habeat in vno loco, id est in vna prouincia[e]. hoc etenim magis nobis eligendũ videt, vt nõ in ciuitate cõcludat domiciliũ sed magis prouincia. & si vterque domicilium in eadẽ habeat prouincia causam inter præsentes esse videri, & decennij magis præscriptione[f] agentem exclu-di[g]. De rebus[h] autem de quibus dubitatio est, nulla erit differentia, siue in eadem prouincia sint, siue in vicina, vel trans mare positæ, vel longo spacio separatæ. Sin autem[i] non in eadem prouincia vterque domicilium habeat, sed alter in alia, alius in altera: tunc vt inter absentes[k] causam disceptari, & locum esse viginti annorũ exceptioni. Nihil[l] enim prohibet, siue in eadẽ prouincia res constitutæ sint, siue in alia, super his cõtrouersiã in iudicio prouinciali moueri & multo magis in hac florentissima ciuitate. Quid enim prodest in ipsa prouincia esse possessionem, an in alia, cũ ius vindicationis incorporale est[m], & vbicunque res positæ[n] sint, & dominium[o] earum & vinculũ ad dominũ vel creditorẽ[p] possit reuerti? Ideo enim nostri maiores subtilissimo animo, & diuino[q] quodã motu ad actiones & earũ iura peruenerunt, vt incorporales constitutæ possint vbicunque ius suũ & effectũ corporalẽ extẽdere. Sit igit secũdũ hãc definitionẽ causa perfectissimè composita: & nemo posthac dubitet, neque inter præsentes, neque inter absentes, quid statuendum sit: vt bono initio possessionẽ tenẽtis, & vtriusque partis domicilio requisito, sit expedita quæstio pro reb[u] vbicunque positis: nulla scientia vel ignorãtia[r] expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriat occasio. Eodẽ obseruãdo & si res nõ soli sint[f], sed incorporales, quæ in iure cõsistunt, veluti vsusfruct[us], & cæteræ seruitutes.

l ¶ *Nihil.* redit ad primam.

m ¶ *Incorporale est. vt & instit. de re. corpo. & incorpo. §. j.*

n ¶ *Posita.* nam iura personalia siue corporalia non sequuntur fundum: & *vt ff. ad Trebell. l. j. §. si heres.*

o ¶ *Et dominium.* i. possessio ratione dominij. nã dominiũ habet.

p ¶ *Vel creditorem.* præscribitur ergo x. vel xx. annis contra creditorẽ ab extraneo qui habet titulum: *vt hic, & infra si aduer. cre. l. diuturnum.* Accursius.

q ¶ *Diuino.* ¶ Nota diuinitus[a] leges factas: *vt ff. de legib. & senatusc. l. lex est. & in authen de fide instru. §. præterea. circa princ. col. vj.* sed & Decretum dicit quòd leges per ora principum sunt diuinitus promulgatæ: *vt §. de vete. iu. enucle. l. j. sed neque.*

r ¶ *Vel ignorantia.* non[b] curatur de ea quæ est in domino contra quem præscribitur: *vt hic, & §. de præscript. xxx. an. l. sicut. in fi.* sed in præscribente sic exigitur ignorantia: vt sic bonam fidem habeat: *vt §. proxi. dixi. & §. eo. l. emptor.*

f ¶ *Non soli sint.* id est, nõ corporales, sed incorporales &c. vt vsus, & vsusfructus, & seruitutes[c] rusticæ: vt subiicit: quæ omnes amittuntur x. vel xx. annis: *vt hic, & §. de serui. l. si ut. & ff. de vsucap. l. sequitur. §. fin.* non autem acquiruntur vt aliæ res: *vt ff. de serui. l. seruitutes. iij. in princ.* nisi habeant perpetuam causam, vel quasi: *vt §. de serui. d. l. ij. aliàs[d] cãto tẽpore.* cuius non extat memoria: *vt ff. de aqua coti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & de aqua plu. arcen. l. j. §. j.* ¶ Item no. quòd tota hac lege tractatur de[e] absentia domicilij, per quam restitutio in integrum nõ datur. Sed infra titu. ij. *quibus non obijcitur longi temporis præscriptio*, tractatur de absentia personæ. & §. *de in integ. restit.* &c. *l. vt perfectius. & §. de resti. mi. per totum.*

IN QVIBVS CAVsis cessat longi temporis præscriptio.

Supra[f] dixit in quibus casibus locum habet lõgi temporis præscriptio: nũc in quibus cesset. & primo propter causam & ipso iure, vt hoc titulo: deinde propter personam. & propter in integrum restitutionem: vt infra titu. proxi.

TITVLVS XXXIIII.

IN QVIBVS CAVSIS cessat lõgi tẽporis præscriptio.

Colonus subtrahẽdo instrumenta cõductionis, nõ per hoc mutat causã possidẽdi, & ideò nõ præscribit. Baldus. Vel sic: Colonus non præscribit, nec sibi mutare causam proficit: etiã si instrumũta emptionalia per se vel per alium subtraxit. Salycetus. Vel sic: Conductor non præscribit contra

SI *ii.*] CASVS. Locasti colono prædiũ tuũ: nouerca tua instrumenta per quæ poteras probare dominium prædij ad te pertinere, subtraxit: & colono tradidit: vult se tueri prescript. decem an. an possit, quæritur. Dicitur quòd non.

Margin notes (left):

a Eadem prouincia dicitur quæ sub eodẽ præside & eodem regimine est. vide plenius de hac re apud Baldum tract. de præscr. 4. part. 1. q. 4.

b Ciuitas hodie eam habet iurisdictionẽ quam olim habebat Præses prouinciæ. vi de Glo. 1 Fen. 26. in verb. ob seruetur. Quin imò quælibet ciuitas prouincia appellari potest, vt hic, & Gloss. ea. in verb. iudicante. & ibi Alberatus in fi. de duositur ainter dominũ & vasallum in creatur. Guiliel. de Monte Lauduno Zenzel. Paulus de Lazarin in cle memi pastor de re iudic. Romanus & doct. in l. 1. §. hoc autem. ff. de noui operis nunc. Cepol. con sil. 59.

Ex quinquaginta decisio.

c Domicilium vbi dicitur quis habere. d Vagabundus qui in nullo loco habet domicilium, habetur pro præsente quòd ad omnes, & sic censetur voique habere domicilium respectu fori. v. Baldum plenissime in tract. de præscrip. 4. part. 1. q. : nu. 4. id eòque vbius punitur, peteri. vide Cepolam consil. 59.

e Præsens hac constitutione dicitur quãdo is qui præscribit, & is contra quem præscribitur fouent domicilium eo tempore præscriptionis in eadem prouincia. & sic præscriptio lõgi temporis currit aduersus eno autem v. tamen Baldũ tract. de præscr. 4. part. 1. q. 1. & tract. de remiss. p. q. a. adde Ging. in l. patat. 1. 17 ff. de condi. furt. vbi differentia statuitur inter eũ qui longè ac multũ à prouincia abest, & cũ qui prope.

f Quot modis quis dicatur præsens. v. Baldum d. loco. n. 5. adde Cio. in l. p. 6. de remiss. pe.

Margin notes (right):

a Legislatio. Dei opus est. de quo v. plurima apud Tiraquel in præf. de retract. lignag. nu. 11.

b Præscriptio contra ignorantem regulariter currit. vide tamen Socinũ reg. 305.

c pignus.

c Seruitutes quãto tempore amittuntur.

qui est, vt res corporali corporalitet incõ bere possim, postquã actione viectimus. vel seruitute corporaliter vti.

d De præscriptione immemoriali & mil le annorũ. vide quæ scripsit ad Glos. 1. in verb.

e An ob absentiam domicilij vel personæ detur restitutio in integrũ.

f Cõtinuatio.

Hoc solo.

a ¶ *Hoc sola.* quia causam possessionis mutauit, immo ob hoc repellitur ab vsu: *vt ff. de vsucap. l. non solum. §. quod vulgo.* & quia colonus non possidet: *vt supra communia de vsucap. l. j.*

IN *seruorum.*] CASVS. An seruus alienus si decem annis bona fide possideatur, præscribi possit, quæritur? Dicitur quòd non: quia in seruo, cùm sit res mobilis, non habet locū pręscriptio, sed vsucapio.

b ¶ *In seruorum.* cū, causaliter & temporaliter legi potest.

c ¶ *Locum habeat.* nisi sit res vitiosa: *vt s. de ser. fugi. l. j.*

d ¶ *Peruenitur.* nisi rei immobilis pars centeatur: *vt ff. de diuer. tempor. præscri. l. longa.* Sed fallit hæc lex in rebus obligatis, quæ[a] decem vel viginti annis pręscribūtur contra creditores: *vt j. tit. y. l. j.* Sed ibi dicitur magis præscribi contra actionem.

a Pignus præscribitur decē vel viginti annis contra creditores.

VNus.] CASVS. Habebā tecū rē cōmunē: eā decē annis solus possedisti: an pręscriptione longi tēporis te tueri possis quo minus prouocē ad cōmuni diuidūdo iudiciū, quæritur? Resp. quòd non. non enim huic actioni præscribitur longo tēpore.

e ¶ *Vnus indiuiduum.* i. rem quæ remanserat indiuidua.

f ¶ *Temporis.* s. longi. s. x. annorum inter præsentes, viginti inter absentes: *vt s. tit. j. l. super.*

g ¶ *Cū neque.* facit bona ratio: quia actiones istæ mixtæ[b] sunt in rē, & in personā: *vt insti. de act. §. quadam.* vnde xxx. annis durāt, sicut & aliæ mixtæ: *vt j. de peti. heredi. l. hereditatis. & j. l. proxi.* Sed & aliam potuit reddere rationē: quia sciens alienum, & sine titulo possidet: *vt §. fami. ercis. l. seruum. & s. titu. j. l. diuina.*

b Mixtæ actiones in rem & personā xxx. annis durant. adde Gl. in l. 1. in verb. com. de ann. except. adde Bald. prescript. 4 part. ... vbi de actione ... pro rogando & prosecutione tract.

¶ Sed quid si ille qui mecum rē cōmunē habet, in solidum eā vendit: an emptor vsucapiet? Videt quòd non: quia & cōtra eum cōpetunt mihi istæ actiones mixtæ: *vt ff. de act. empt. l. Julianus. §. idē Celsus. & ff. communi diui. l. communi diuidundo. ij. §. fi.* Econtra quòd sic: *vt s. de commu. re. ali. l. j.* quod puto verū, si totum credidit esse vendentis. & si agatur communi diuidundo, post completam præscriptionem excipietur de dominio, & sic in communi diuidundo non vincet nisi se dominum probet, cùm negetur: quod cum probare non poterit, absoluetur possessor à iudicio communi diuidundo: *vt ff. famil. erci. l. j. in fin.*

HEreditatem.] CASVS. Si rem meam x. an. bona fide possedisti, certum est, quo minus agam rei vindi. ad rem, obstabit mihi longi temporis præscriptio. & si hereditatem ad me pertinentem, pro herede, vel pro possessore quis x. an. possedisti, an tutus sit longi temporis præscriptione quo minus agam petitio. hereditatis aduersus eum, quæritur: Resp. quòd non.

h ¶ *Non potest.* *vt s. de inr. delib. l. licet.* & est ratio, tum quia titulus deficit. tum quia mixta: *vt j. de peti. heredi. l. hereditatis.*

i ¶ *Alio titulo.* qui multi sunt, & enumerantur. *ff. post titulum de vsucap. vsque ad titu. de re iudi.*

k ¶ *Non possit.* per petitionem hereditatis, nisi[a] quando vēditor non cōparet, vel modico distracta est, vel à sciente emptore, vel empta est à fisco: *vt ff. de peti. hered. l. nec vllam. aliàs l. etiam. §. quod si quis hereditatem. & §. si quis sciens. & §. item si quis à fisco.* Itē & quādo titulus habet pro non titulo: *vt in eod. tit. l. nec vllam, §. omnibus.* quibus casib[9] cùm[b] excedat hæc actio suos terminos, excedit à nō suis terminis, vt longo tempore tollatur: *vt s. de edict. diui Hadria. toll. l. fi. §. fin.* In casu[c] tamen puto præscribi decennio, qñ. iusto[d] errore se credit heredē, cùm non sit, & sic possidet & vsucapit: *vt arg. ff. pro legato. l. pro legato.* ¶ Sed quare[e] hæc actio non datur contra titulo possidentem? Rñ. quia qui titulo possidet, non resistit mihi petenti hereditatem. nam potest esse verū eum emisse, & dominum rei esse, & tamen me heredē. at si possideat pro herede, vel pro possessore, resistit, cùm se adserens heredē, per consequens me neget. nam duo heredes in solidum esse non possunt, sicut nec aliàs duo domini: *vt ff. de ca. petu. l. hereditatem. §. pater.* Accurs.

a Petitio hereditatis in quaque casibus datur contra titulo possidentes.

b Similis Glo. in l. vlt. in fin. s. de edicto D. Hadriani.

c Aliàs præscribitur triennio. Glo. in l. hereditatem. j. de peti. hered.

* Malibecho. al. Libræ.

d Iustus error pro titulo habetur. Glo. in d. l. vlt.

e Petitio hereditatis cur non detur cōtra titulo possidentē similis quæstio proponitur & diuiditur in l. y. in fin. j. de peti. hered. adde Bart. in l. pro herede. ... de hered. petit.

* hereditatis.

l ¶ *Nocet.* quo minus longo tempore pręscribatur. Accurs.

SI *puerum.*] CASVS. Si seruum meū ab hostibus captum, quē credebas liberum, redemisti, & tuis sumptib[9] curasti, & longi temporis præscript. habuisti, an mihi vindicandi obstabit longi tēporis præscriptio: quæritur? Resp. quòd non: sed refuso tibi quod in eum erogasti, eum recuperare potero, cùm eum pro derelicto non habui

m ¶ *Si puerum.* id est, seruum. Accurs.

n ¶ *Pro derelicto.* aliàs autem esset occupantis: *vt ff. de stipu. ser. l. quod seruus.* vel esset liber hodie: *vt supra de Lati. lib. tol. §. sed scimus. & in authentic. de nuptiis. §. & hoc multo. colla. iiij.* Accurs.

o ¶ *Existimans.* idem puto si crediderit seruum: *vt arg. ff. de capti. l. in bello. §. si quis seruum.* & pro[e] impensis habeo negotiorum gestorum actionem ad sumptus: *vt ff. de nego. gest. l. sed & an vltro. §. j.*

e Negotiorum gestorū actio datur ad expēsas & sumptus.

locatorem, licèt instrumēta emptionalia eidem subtraxerit, & suo nomine constituerit possidere: quia nō propterea immutas causam possidēdi: nec efficitur possessor, sed est detentator sicut prius. Paulus de Castro.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Marcellinæ.*

SIis cui colendum fundum dedisti, post instrumenta quibus dominium ad te pertinere probari posse, per nouercam tuam subtraxit: hoc sola[a] pręscriptione lōgi tēporis defendi nō pōt.

Res mobilis vsucapitur triennio, nec expectatur cursus longi temporis. Bal. Vel sic: De re mobili vsucapta præscriptionis quæstio est superflua. vel sic: In rebus mobilibus cessat præscriptio longi temporis, cùm sufficiat vsucapio triennij. Paulus de Castro.

II. *Iidem* AA. & CC. *Dionysio.*

IN seruorum[b] proprietatis negotio cū vsucapio locum habeat[c], ad quæstionem longi temporis præscriptionis superfluo peruenitur[d].

Actioni mixtæ non præscribitur longo tempore. h. d. cū l. seq. Bal. vel sic: Actio familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo, non tollitur tempore. h. d. secundū Sal. vel sic: In iudiciis diuisoriis cessat præscriptio longi temporis. Paulus de Castro.

III. *Iidem* AA. & CC. *Apollinari.*

VNus indiuiduum[e] commune pro solido possidens, interuallo longi temporis[f], quo minus socius portionem vindicare, vel eum communi diuidundo iudicio prouocare possit, non defenditur: cū neq;[g] familiæ erciscundæ iudicium, neq; communi diuidundo actio excludatur longi temporis præscriptione. III. Kal. April. Sirmij. CC. Conss.

Petitioni hereditatis nō præscribitur lōgo tēpore, saluo nisi possessor cū titulo & bona fide dominiū vsuceperis. Bald. vel sic: Hereditatis petitio non tollitur tempore longo, sed possidentes titulo lōgo tempore præscribunt. Sal. Vel sic: Petitio hereditatis quæ est actio mixta, & datur contra illum qui possidet sine titulo, non tollitur præscriptione longi temporis: sed rei vindicatio quæ est actio mere realis, & datur cōtra possidentem titulo, bene potest tolli præscriptione longi temporis. h. d. secundùm Paulum de Castro.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Libræ.**

HEreditatem quidē petentibus longi temporis pręscriptio nocere non potest[h]: verum his qui nec pro herede, nec pro possessore, sed pro empto vel donato seu alio titulo[i] res quæ ex hereditate* sunt, vel fuerunt, possident, cū ab his successio vindicari nō possit[k], nihil hæc iuris definitio nocet[l]. III. Id. Septemb.

Qui non possidet ex animo vt quæratur ei dominium, non vsucapit longo tempore. Bal. Vel sic: Sine titulo non procedit longi temporis præscriptio: & pro expensis iustis datur retentio. Sal. vel sic: Res mobilis sine titulo etiā longo tempore non præscribitur. Paulus de Castro.

V. *Iidem* AA. & CC. *Hosimo.*

SI puerum[m] non pro derelicto[n] habitum, sed ab hostibus vulneratum, sumptibus tuis (sicut adseueras,) liberum existimans[o] curasti: longi temporis præscriptione quo minùs dominus eius offerens erogata rectè vindicet, defendi non potes.

TITVLVS XXXV.

QVIBVS NON OBIIcitur longi temporis præscriptio.

Si præscriptio consummatur in absentia personali iusta: impetrari potest in integrum restitutio ex clausula generali. hoc dicit cū l. seq. Bal. vel sic: Militi in expeditione existēti, in effectu non currit præscriptio, quia datur restitutio. Salyc. vel sic:

QVIBVS NON OBIICITVR longi temporis præscriptio.

Propter causam cessat præscriptio in superiori titulo, nunc dicit quando propter personam cessat.

T*imous.*] CASVS. Si in expeditione degentis possessionem præscripsisti, an ei reuerso, non obstante præscriptione, detur petitio, quæritur? Respon. quòd sic.

a ¶ *Non parit.* cum effectu, quia restituitur: *vt ¯s. de resti. mili. l. quod tempore. & l. j.*

C*Vm per absentiam.*] CASVS. Si prædium alicuius modici existentis in comitatu principis, dum erat absens, præscripsisti: an non obstante longi temp. præscript. illud recuperare possit, quæritur? Respó quòd sic: nec est necesse vt ex speciali beneficio principis petat ne sibi opponat longi tẽpo. præscript. cũ iusta absentia eum excuset. Accurs.

b ¶ *Irruisse.* emendo à non dominis.

c ¶ *Temporis.* s. ex speciali beneficio, vel rescripto: nã superfluum est &c. *vt j. de thesauris lib. x.*

d ¶ *Diuturnitate.* Not. superfluum * est precibus implorare, quod de iure competit. Accurs.

e ¶ *Defendat.* petita à te restitutione in integrũ: *vt ff. ex qui. cau. ma. l. inter eos. § fi.* secus in voluntaria absentia: *vt j. de præscript. xxx. an. l. sicut ibi, non sexus.* Accurs.

N*On est.*] CASVS. An rem minoris longi temp. pręscri. præscribere possit quis, quærit? Resp. q non: quia in minori ætate non admittitur, sed in maiore. Viu.

f ¶ *In minore.* ad hoc *¯s. de temp. in integ. resti. l. vlt.*

g ¶ *Non imputari.* s. cũ effectu: quia restituitur. sed hodie ipso iure seruatur illæsus: *vt ¯s. in qui. cau. in integ. restitut. non est ne. l. fin.* secundũ quosdã. Sed secundũ Io. dic ipso iure etiam veteri iure nõ currere præscriptionem pupillo b x. vel xx. annorum: *vt ff. de acqui. re. do. l. bonæ fidei. nec adulto.* (nam per orationem diui Seueri prohibetur rerum eius alienatio: *vt ff. de re. eo. qui sub tute. l. j. & ¯s. de præ. mino. l. j.* ergo c & præscriptio: *vt ff. de verb. sign. l. alienationis*) in vsucapione ergo tantũ rerũ mobiliũ d adultorũ, vt ipso iure non currat: addit Iustinianus ad præscriptionẽ in l. prædicta, sancim*. ¯s. in quibus causis restit. &c. secundùm opi. Io.

S*I possessio.*] CASVS. Si rem [illegible] longo tempore iusto titulo bona fide possedisti, tutus eris perpetuo: quia reipublicæ causa absenti, vel alio casu fortuito, non obstat.

h ¶ *Inconcussa.* neque de facto, neque de iure.

i ¶ *Fortuito casu.* & generaliter si de necessitate non voluntate abiuit: *vt ff. quibus ex causis ma.* *l. sed & si per prætorem. § fi. & de minoribus. l. Papinianus.*

N*Eque.*] CASVS. Mutuaui tibi x. steti per x. an. nec petij: an pręscriptione longi temporis tueri te possis, quęritur? Respondeo quòd non: quia personali actioni longi temporis præscriptio non obstat. Viuianus.

Contra absentem causa reipublicæ, & sic necessaria, & probabili, currit præscriptio longi temporis titulo, & bona fide, sed non cum effectu: quia non obstat exceptio, & potest petire restitutio. h. d. l. 1. & 2. & etiam l. 6. quæ incipit, ab hostibus. Si verò sit absentia voluntaria, benè præscribitur cũ effectu. Paulus de Cast.

I. *Imp* ALEXANDER A. *Venuleio.**

TEMPVS expeditionis aduersus petitiones si quæ competisse iustè probari possunt, præscriptionem non parit. a VI. Non. Iul. Iuliano & Crispo * Conss.

Frustra precibus impetratur, quod per restitutionem in integrum conceditur. & hoc non reperitur alibi de iure communi. Item habenti de iure communi, non dicitur fieri gratia. Baldus. Vel sic: Quando absentia est necessaria, non obstat præscriptio: & precibus non est impetrandum, quod à iure communi est concessum. Salycetus.

II. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. & CC. *Aurelio Arcbiatro.**

CVm per absentiam tuam eos de quibus quereris, in res iuris tui irruisse b adseueres, téque ob medẽdi curam à comitatu nostro discedere non posse palàm sit: præfectus prætorio noster accersitis his quos causa contingit, inter vos cognoscet. Nõ necessario autem petis ex longi temporis c diuturnitate d præscriptionem tibi non opponi, quando iustæ absentiæ ratio, & necessitatis publicæ obsequium, ab huiusmodi præiudicio te defendat e. PP. XV. Kalen. Mart. Nic. Max. V. & Aquil. Conss.

Minor vigintiquinque annis non præscribitur. h. d. Sed demum post minorem ætatem incipit. h. d. secundũ veram lecturam. vel sic: Præscriptio longi temporis non currit minori. h. d. secundùm Salycetum.

III. *Iidem* AA. & CC. *Numidio correctori Italiæ.*

NOn est incognitum, id tẽporis qđ in minore f ætate transmissum est, longi temporis præscriptioni nõ imputari g. ea enim tunc currere incipit, quando ad maiorem ætatem dominus rei peruenerit. PP. IIII. Id. Sept. ipsis IIII. & IIII. AA. Conss.

Contra absentem reipublicæ causa, vel casu fortuito, præscribitur longo tempore, si possessio apud præscribẽtem semper & diu incõcussa fuit absq; cõtrouersia. Bal. Vel sic: Absenti reipublicæ causa, vel fortuitò, nõ obstat præscriptio. hoc dicit secundùm Salyc.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Crispino.* †

SI possessio inconcussa h sine controuersia perseuerauit: firmitatẽ suam teneat objecta præscriptio, quam contra absentes vel reipublicæ causa vel maximè fortuito casu, nequaquam valere decernimus. PP. VI. Kal. Mart. Anibaliano & Asclepiodoto Conss.

Actioni personali non præscribitur longo tempore. Bal. Vel sic: Personales actiones regulariter nõ tolluntur longi temporis præscriptione. h. d. secundùm Salycetum.

V. *Iidem* AA. & CC. *Ianuario.*

NEque mutui, neque commodati, aut depositi, seu legati, vel fideicõmissi, vel tutelæ, seu alij cuilibet personali actioni k longi temporis præscriptionem obiici posse, certi iuris est. S. Kal. Feb. AA. Conss.

Aduersus præscriptionem contra captum ab hostibus, reuersus potest restitui: & restitutus intentat directam quã primo habebat: quandoque intentat vtilem, quæ appellatur rescissoria. h. d. coniuncta gloss. Baldus. Vel sic: Reuersus de captiuitate rem non præscriptam vindicat actione directa: præscriptam verò vtili rescissoria restitutione prahabita. Salycetus.

VI. *Idem* AA. & CC. *Dulcio.* †

AB hostibus capt9, ac postliminio reuersus, actione in rem directa, vel qualibet alia l dominium vindicando, temporis aduersarij possessionem frustra times: cũ aduersus eos qui restitutionis auxilio quacunque ratione iuuantur, huiusmodi factum m non opituletur n.

Præscriptio lõgi tẽporis cõtra præsentẽ finitur annis decẽ: cõtra absẽtẽ, annis viginti: de quo debet deduci omne tempus quod debet restitui beneficio restitutionis. h. d. secundũ Bal. Vel sic: Præscriptio lõgi tẽporis est decẽ annorũ inter præsentes, & viginti inter absentes: tẽpus tamen iustæ absentiæ mediante restitutione subducitur. h. d. secundùm Salyc.

VII. *Idem* AA. & CC. *Cassandro.*

PRæscriptione bo. fi. poss. aduersus pręsentes an. x. absentes autẽ viginti muniũtur quod o * si ex

k ¶ *Actioni.* simplici: *vt ¯s. de constitu. pec. l. ij. & ¯s. de nego. gest. l. aduersus. & arbi. tute. l. tutoris.* vel mixtæ: *vt ¯s. tit. j. l. hereditatem.* nisi in casu, vt diximus: *¯s. titu. j. l. vnus.* Hęc ergo præscriptio longi tẽporis in realibus tantũ locũ habet. Sed certè a & personales quædã tolluntur lõgo tẽpore, immò breuiori: vt ecce interdicta plura quę anno tolluntur: *vt ff. de interdict. l. j. in fi.* & maximè illud de glande legenda, quod triduo durat: *vt ff. de glan. legen. l. j.* Itẽ & actio quod metus causa, quandoque x. annis tantum durat: *vt ¯s. de his quæ vi &c. l. si vi.* Item redhibitoria vj. mensibus: quo minoris anno: *vt ff. de ædil. edic. l. sciendum. § fi.* Accurs.

A*B hostibus.*] CASVS. Dicit imperator in hac l. q si capti ab hostibus rem vsucapere incepisti, & eo reuerso vsucapionem cõpleuisti, dabitur vtilis. Viuia.

l ¶ *Vel qualibet alia.* directa datur cùm non est vsucapio cõpleta. 2 Vel dic qualibet alia, s. vtili rescissoria, cũ est completa: *vt j. de capti. l. ab hostibus. & ¯s. de rei vindic. l. nullo.* 3 Vel dic qualibet alia, s. vtili, siue sit completa vsucapio, siue nõ. nam fortè ante captiuitatem habebat tantũ vtilem, quia emphyteuta erat, vel superficiarius: *vt ff. de rei vindic. l. prætor.*

l ¶ *Vel qualibet alia.* i. rescissoria: cùm iam completa est præscriptio. Accursius.

m ¶ *Factum.* id est, præscriptio rei.

n ¶ *Opituletur.* possessori rei. Accursius.

P*Ræscriptione.*] CASVS. Si rem meam bona fide inter præsentes x. annis possedisti, vel xx. inter absentes, tutus eris. sed si aliquibus illorum x. annorum aberã causa reipublicæ, illi subducentur: nec computabuntur.

o ¶ *Quòd.* quòd pro b sed. & dictio tempus, omittitur. & postea ponitur cũ illa dictione, residuum.

† Crispino. ver.

a Actiones quędã personales tolluntur breui tempore.

† al. Dolio.

b Quòd pro sed.

* quod tẽpus. Ratianus est.

a ¶ *Rationis est.* vt & j. de restit. milit. l. quod tempore. & ff. ex quib. cau. maio. l. sed & si. §. quoties.

Sancimus.] CASVS. Si res militis, dum est in expeditione, vsucapiatur, vel præscribatur, illa tempora quibus erat in expeditione, subducentur de medio, quod beneficium existenti in domo, non in expeditione sibi denegabitur, sed cū est in expeditione, sibi dabitur beneficium, quod alias si aliis locis stet, non concedetur.

b ¶ *Opitulari.* vt j. de adulteriis. l. si quondam. Acc.

c ¶ *Adiuuantibus.* vt s. de restit. milit. ꝑ. [totum]

SI ADVERSVS creditorem, &c.

Supra [a] *dixit de præscriptionibus quæ competunt contra vindicationes quæ iure dominii dantur domino, nunc de his quæ contra hypothecariam dantur.*

Diuturnum.] CASVS. Mutuasti mihi x. obligaui tibi pignora, ea distraxi, vel quis extraneus ea possedit decem annis: an agentem te hypothe. pro pignore contra possessorem, possit titulo præscript. long. temp. te repellere quæritur? Respon. quòd sic. Si verò ego, aut heres meus ea possideret: non obstaret tibi longi temp. præscr. nihilominus primo casu aduersus me pro debito durabit personalis actio.

d ¶ *Diuturnum.* i. [b] decē ann. inter præsentes, xx. inter absentes: vt j. proxi. sic accipitur *institu. de vsuc. §. diutina.*

e ¶ *Inefficacem.* quoad effectum: vt ff. de diu. præscri. l. creditor. sed prima facie est efficax: vt instit. de except. §. j.

f ¶ *Successerint.* vniuersali [c] titulo, vt hic: non singulari, vt s. ti. j. super. & j. l. proxi. & s. de act. & oblig. l. ex in arbitrio.

o ¶*Seruanda sunt.* quia currit tunc contra eos hæc præscriptio, etiam si non cœperat contra defunctum: *vt s. si ma. fa. l. fi. in fine.* Si ergo cœperat contra defunctum, interim dormit, & postea excitat se, & coniúgit tépus sequés præcedenti, & sic est notabilis naturæ hæc interruptio: quasi dicat interim ruptio, aliàs interruptio ex toto rúpit, vt nó reconiungatur postea tépus: *vt s. de præscr. long. temp. l. j. & l. nec bona.* ¶An autem restituatur adultus[a] contra præscriptionem xxx. ann. Quidam dicunt quòd non: *vt argum. supra. in quibus cau. in int. restit. non est ne. l. fina.* Nos quòd sic: *vt ff. de min. l. ait prætor. in prin.* ¶Sed ad quid, cùm nó possit compleri in adulta ætate? Respon. imò potest, puta cucurrerat prædecessori suo per xxix. annos & postea cópletur in minori ætate illius. ¶Nec obst. supra *si aduersus véd. pign. l. ij.* quia prædecessor cótraxerat cum illo. & eodem modo respon. ad illam. *l. ff. de mino. le. Aemilius.* ¶Item nota. hic præscriptionem[b] xxx. annorum contra pupillum non currere: *ff. de acquir. re. do. l. bona fidei.* 2 Item nec contra filium familias: *vt j. tit. j. l. j. in fi.* (Et ratio est, quia cú effectu non habet actionem patre viuente, in cuius est potestate.) 3 Item nec ecclesiæ: *vt s. de sacrosan. eccle. l. fina. & in authent. quas actiones.* 4 Item nec creditori agenti hypothecaria contra debitorem, vel suum heredem vniuersalem, vel alium creditorem: *vt j. eod. l. cum notissimi. in principio. & §. j.* 5 Et idem potest dici vbicunque habet locum præscriptio quadraginta annorum: vel maior. 6 Item nec mulieri pro dote matrimonio durante: vel antequam maritus ad inopiá vergat, *vt s. de iure dot. l. in rebus. § omnis.* 7 Item in conditionali debito, pendente conditione, *vt j. eod. in notissimi. § illud.* in prædictis enim casibus actor agere non potest, & ideo ei non currit. ¶Sed quandoque videtur quòd etiam[c] si agere non possit, tamen curat ei præscriptio: *vt ff. de seru. vrb. præd. l. & Attilicinus.* Sol. illud speciale in rusticis seruitutibus, vt non sit opus quòd agere potuerit: *vt ff. quemad. ser. amit. l. si partem. §. si per fundum.* secus est in vrbanis: *vt ff. de ser. vrb. præd. l. hoc autem.* vel ibi potest petere per officium iudicis, vt possit redaptare foramen.

p ¶*Perpetuæ.* i.[d] sine præfinitione temporis, vel cum vita hominis: *vt insti. de perp. & temp. act. in prin.*

q ¶*Temporibus.* i. minoribus.

r ¶*Limitabantur.* puta redhibitoria, & quanto minoris: *vt ff. de redhibito. l. sciendum. §. fina.* & præscriptio longi temporis: x. vel xx. annorum: *vt supra de præscriptio. long. temp. per totum*, & aliæ similes.

s ¶*Ignorantia* Nocet[e] ergo iuris ignorantia in damnis, & sic est contra. *ff. de iur. & fact. ignorant. l. error in fine.* Sol. hoc speciale in odium negligentis: *vt infra tit. j. l. fina. in fine. sic supra de præscriptio longi tempo. l. fin. in fine.* & sic fit in l. illa. si quis in tantam. j. vnde vi. ¶Vltimò quærendum est de[f] actione communi diuidundo, & familiæ erciscundæ, & de pignoratitia, & pro socio, & de negatoria, quæ xxx. annis tolluntur. Et dices hoc plene. *j. de anna. except. l. j. §. j.* ¶Illud constat, res[g] furtiuas & vitiosas hoc tempore præscribi: *vt j. de anna. except. l. j. §. j.* ¶Item de iure[h] offerendi dices *j. e. l. cùm notissimi. §. eodem iure.*

a Præscribi possunt etiam incorporalia & actiones personales. adde Gl. l. vsucap. 9. ff. de vsucap.

b Possidentur quasi incorporalia.

c Officio iudicis regulariter non præscribitur ...

d Non est mala fides qui rem quam scit alteri obligatam ...

e Præscribit dominium qui sciens rem alteri obligatam comparat, at non hypothecariam actionem.

f Tempus ipso iure non tollit actioné, vnde colligunt, præscriptioné nó tollere actionem ipso iure, sed ope exceptionis. adde Bald. tract. de præs. ...

g Per executorem fit interruptio ...

h Contra ...

* Sic in C. Th. sed non reperiuntur hi simul consules ...

a Adultus restituitur aduersus præscriptionem xxx. annorum.

b Triginta annorú præscriptio aduersus quos non currat.

c Etiam si quis agere non possit, currit tamen ei præscriptio, vt in rusticis seruitutibus.

d Perpetuum quid, adde Gl. l. j. ff. pro socio.

e Ignorantia iuris nocet in damnis.

f Præscribuntur triginta annis actiones, pignoratitia, pro socio, negatoria.

g Præscribi res furtiuæ possunt ...

h Præscribi ius offerendi possit.

a ¶ *Omnes.* In prima parte hæc lex confirmat præcedentem: & aliàs quæ certā metā præscriptionibus imponût. Ac

b ¶ *Omnibus.* possessoribus & præscribentibus. Accurs.

c ¶ *Enumeratæ.* Tantū valet generaliter dici, quantum si singula enumerentur: *vt hîc. & ʒ. de quadrien. p. æscript. l. y. ubi, tanquam & c. & ff. de admini. tut. l. si duo.* ¶ Sed argu. n contra. *ff. de mino. l. aliud. §. si talis.* Item & fallit hoc in casibus fortuitis renunciatis: *vt ff. si quis cau. l. sed & si §. quæsitum. & s- lias, vt ff. de pigno. l. obligatione. & l. quæ vadum sunt. §. quod dicitur.*

d ¶ *Fortuita.* quia fortuito quandoque quis bene dicit.

e ¶ *Priuatum.* agēdi, nō excipiendi: *vt ff. de except. doli. l. purè. §. fin.* nec ius eundi ad ecclesiam. Sic ergo videtur ꝙ si debitor post triginta annos offerat debitū, non cogetur creditor accipere, vt cogatur dare pignus: *arg. j. eo. l. cū notissimi. §. si ∗ contra fin. §. vbi plenè dices de hoc.* si tamen accepit debitum, cogitur restituere pignus actione pignoratitia. Alij dicunt quòd postea etiam offerre potest.

f ¶ *Vel publicum.* huic est cōtra. *ff. de diuer. præscrip. l. in omnibus.* vbi viginti an. dicit. sed nec hic dicit ꝙ vsque ad xl. ann. duret: sed quòd non vltra xl. ann. ¶ Item contra. *supra de sacrosanct. eccle. l. inter vt diuinum.* vbi plenè hoc solui. ¶ Item excipe ab hac lege illas res quę enumerantur. *ff. de vsucap. l. vsucapionem. & ʒ. de præscri. longi. tempo. quæ pro lib. l. fin.* Item excipe à lege ista. j. duas proximas leges.

g ¶ *Re ipsa.* i. per executorem. Vel re ipsa, id est pro re ipsa principali.

h ¶ *Sit liber.* ab huiusmodi impetitione actoris, q. a absoluetur. ¶ Sed an seruus fit liber tanto tempore? Resp. imò minori, nisi malæ fidei sit, tunc isto: *vt ʒ. de præscri. longi tempo. quæ pro lib. l. j. & ij.* ¶ Item quid in adscripticio? Videtur nullo tempore: *vt infra de agric. & censi. l. cū satu. in principio. lib. xj.* Sed dic quadraginta annis præscribere eos libertatē: *vt hîc*, nisi per aliquem alium seruiant: *vt j. de agrico. & censi. l. cū scimus. §. fina.* non minori tempore: *vt d. l. cum satu.* nisi fuerit adscriptus seruitio curiarum: tunc triginta ann. *vt infra de fund. a ci pri. l. cum. lib. xj.* Item similiter secus in seruo principis: *vt supra titulo j. l. j. & ij.* Item contra huic, *l. infra de fundis limi. l. finali. lib. xj.* Solu. speciale in illis agris. Item fallit *infra duabus legibus sequentibus.*

nant, quæ triginta annis, vel paucioribus non tolluntur, quadraginta annis excluduntur. Salycetus.

IIII. *Imp.* ANASTASIVS A. *Matrimoniano præf. prat.*

OMnes[a] nocendi quibuslibet modis artes omnib.[b] amputantes. cunctas quidē temporales exceptiones quę ex vetere iure, vel ex principalibus decretis descendunt, tanquā si per hanc legem specialiter ac nominatim fuissent enumeratæ[c], cum suo robore durare, & suū cunctis quibus cōpetunt, vel in posterum competere valuerint, pro suo videlicet tenore præsidium in perpetuū deferre decernim[9]. Quicquid autem præteritarū præscriptionū vel verbis vel sensibus minus continetur, implētes, per hanc in perpetuum valituram legē sancimus, vt si quis contractus, si qua sit actio quæ cū non esset expressim supradictis tēporalibus præscriptionibus cōcepta, quorundam tamen vel fortuita[d] vel excogitata interpretatione sæpe dictarū exceptionū laqueos euadere posse videat huic saluberrimæ nostræ sanctioni succumbat, & quadraginta annorū curriculis procul dubio sopiatur, nullúmque ius priuatum[e] vel publicū[f] in quacunque causa, vel quacunque persona, quod prædictorū quadraginta annorum extinctū est iugi silētio, moueat †: sed quicúque sup quolibet iure quod per memoratum tempus incōcussum: & sine vlla re ipsa illata iudiciaria contentione possedit, supérque sua cònditione, qua per idē temp[9] absque vlla iudiciali sententia simili munitione potitus est, sit liber, & præsentis saluberrimę legis plenissima munitione securus. D. Kal. Cōstan.[*] Olyb. V. C. Côss.

Curialis libertatem nullo tempore præscribit, sed suæ patriæ debet reddi. & sic lex præcedens limitatur per hanc in casu isto. hoc dicit secundū Bal. vel sic: Præscriptio xl. annorum non prodest curialibus quo minus ad curiam retrahantur. Sal.

PRæscriptionem.] CASVS. Si curiæ adstrictus xl. annis extra curiam steterit: an se tueri possit præscriptione, quæritur? Dicitur quòd non sed debet curiæ reddi. superiores enim leges de adstrictis curiæ non loquuntur.

i ¶ *Vocantur.* id est reuocantur.

V. *Idem A. ad Thomam † præfectum præto. per Illyricum.*

PRæscriptionē quadraginta annorum ab his qui ad curialem conditionem vocātur[i], opponi non patimur, sed genitalem statū semper eos agnoscere cōpelli sancimus. Sacra etenim nostræ pietatis lex[k] de aliis loquit conditionibus, nec anterioribus constitutionibus per eandē nouellam legem derogat, quæ manifestissimè curiales & liberos eorum explosis temporalibus prescriptionib[9], patriis[m] suis reddi pręcipiūt.

Præstatio tributi quæ fit in recognitionem vniuersalis dominij, tēpore non tollitur. hoc dicit secundū Bartol. vel sic: Contra publicas functiones non currit præscriptio. Iaco. But. Vel sic: Prædium tributarium potest præscribi quo ad dominium, sed non quo ad canonem debitum ex eo persoluendum. Salyc.

VI. *Idem A. Leoni † præfecto pratorio.*

COmperit nostra serenitas quosdam sacratissimā nostræ pietatis cōstitutionē[m] quæ de annorū quadraginta loquit præscriptione, ad præiudicium etiā publicarū functionū solutionis trahere conari, & si quid per tāti vel amplioris temporis lapsum minimè, vel min[9] quàm oportuerat, tributorū nomine solutū est, nō posse requiri, seu profligari[o] contēdere: cùm huiusmodi conamen[p] manifestissimi sensui propositóque nostræ legis obuiare noscat: ideóque iubemus eos qui rē aliquā per continuū annorū quadraginta curriculū sine quadā legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei[q] seu dominio nequaquam remoueri[r]: functiones autem, seu ciuilem canonem, vel aliā quampiam publicam collationem eis impositam dependere compelli, nec huic parti cuiuscunque temporis præscriptionem † oppositam admitti.

Præscriptio triginta annorum cessat in hypothecaria debitore possidente, vel eius herede, vel nisi secundus creditor velit præscri-

k ¶ *Lex.* ʒ. l. proxima.

l ¶ *Quæ.* scilicet constitutiones.

m ¶ *Patriis suis.* patriarū enim suarum erant serui isti curiales quod fit seruiendo triginta annis: *vt j. de fund. rei priua. l. cum. lib. xj.* & idem in metallariis: *vt j. de metal. l. fi. lib. xj.*

COmperit.] CASVS. Si possideo prædia tributaria, & omni anno debebā soluere decē nomine tributi, & per xxx. vel xl. ann. non solui: an sim securus, quæritur? Resp. ꝙ non quantum ad tributa: sed prędia tanto tempore præscribere possum.

n ¶ *Constitutionem.* scilicet superiorem, omnes.

o ¶ *Profligari.* id est, solui. Accurs.

p ¶ *Conamen. vt ff. de publica. l. licitatio. §. earum.* Si autem impetrauit vt possideret dempto canone, quadraginta ann. non soluendo præscribit: *vt infra de fun. patrimo. l. fina. lib. xj.* Item contra huic. *l. ff. de diuers. tempo. præscript. l. in omnibus. in principio.* vbi xx. ann. præscribitur fisco. sed ibi in rebus fisco delatis quæ nondum fisci erant: hîc autem erant: *vt ff. de lega. j. l. apud Iulianum. §. finali.* ¶ Sed an idem in emphyteuta quòd hîc? Respond. sic: *vt infra eodem. l. cum notissimi. in fine.* Accursius.

q ¶ *Rei.* tributariæ ab eo possessæ.

r ¶ *Remoueri.* scilicet quadraginta annorum præscriptione.

CVm notissimi. Diuiditur principaliter in duas partes. Primo exorditur rationē annectendo. Secundo statuit distinguēdo, seu aliqua dubia remouendo. secunda ibi, quamobrem. Salyc. CASVS. Hypotheca tollitur triginta ann. spacio, si extraneus nō debitor vel eius heres possidet pignus: quia tunc tolletur quadraginta ann. & currit hæc præscriptio, si non sit interrupta: pupillo non currit actio personalis, vt certi condictio ex mutuo tollitur triginta ann. & hoc in prima. Si verò debitor primo pignus obligauerit vni, postea alij, & secundus possidet, an possit repellere primum spacio triginta annorum, distinguit. aut viuit communis debitor: aut non. si sic, non potest

repelli triginta an. spacio, sed quadraginta an. si nō potest repelli per spacium triginta an. post mortem debitoris. Si verò vult coniungere tempora quibus possedit secundus creditor, tunc exigūtur quadraginta ann. curricula. & hoc quod dictum est quādo, secundus creditor possidet, habet etiam locum quādo primus creditor possedit, quia primus creditor possidens poterit repellere secūdum spacio. xl. ann. nisi debitum ei soluatur. & hoc in secunda. In tertia dicit quòd praescriptio. xxx. an. incipit currere ab eo tempore quo peti potest debitū: quia si sub cōditione debeatur pecunia, non currit praescriptio nisi existente cōditione. vnde redhibitio dotis incipit currere à tēpore soluti matrimonij: quia ab eo tempore poterit agere pro dote. vnde si stat. xxx. ann. quòd non agat, repellitur ab hypotheca quā habet aduersus res mariti tacitè sibi obligatas. In quarta dicit, illud quod dictum est, scilicet quòd debitor potest praescribere pignus, intellige quādo post non peruenit ad creditorem: vnde si perueniat praescriptio: multo magis si per executorem, vel litē contest. interrumpatur. In quinta dicit quòd interrumpitur praescriptio, quando debitor incepit praescribere pignus, & postea secundo, putà lapsis xx. annis fecit cautionē creditori recognoscens debitum suum. & hoc in sexta parte. Si verò aliquis ex causa legati annui, vel menstrui, vel simili, teneatur mihi in decem, quando incipiat praescriptio, quaeritur? Respond. ab eo tempore, quo cessat in solutione rei debitę quā aliquibus annis vel mensibus soluit: & peti poterat. & hoc in septima. Item si aliquis accepit rem in emphyteusim, non potest eam vllo tempore praescribere: quia non sibi, sed alij possidet.

bere contra primum, ipso debitore viuente. hoc dicit Baldus. Vel sic: Haec reputatur bona lex. Actioni hypothecaria ab extraneo possessore triginta annis praescribitur: nisi fuerit interrupta à debitore, vel eius herede quadraginta annis, à secundo vero creditore viuo debitore similiter xl. an. idē eo mortuo, si eius adminiculo vtatur: aliàs xxx. ann. idem in iure offerendi. h. d. vsq. ad §. illud. Bartol.

VII. *Imp.* IVSTINVS A. *Archelao praefecto praetorio.*

CVm notissimi iuris [a] sit actionem hypothecariā in extraneos quidem suppositae rei detentatores annorum triginta finiri spacius [b], si nō interruptum erit silentium, vt lege [c] cautum est, id est etiam per solam [d] conuentionem, aut si aetas impubes excipienda [e] monstretur, in ipsos verò debitores, aut heredes eorū primos vel vlteriores nullis expirare lustrorū cursibus [f] nostrae prouisionis esse perspeximus* hoc quoque emendare, ne possessores eiusmodi propè immortali timore teneantur.

Hypothecaria quae contra extraneum possessorem tollitur annis triginta, contra debitorem vel eius heredem possidentem tollitur per quadraginta annos tantum, nisi praescriptio fuerit interrupta per missionem executoris: aut interuenerit aetas pupillaris, actionibus personalibus in suo statu manentibus. Salycetus.

Quamobrem iubemus hypothecarum* persecutionē quae rerū mouetur gratia vel apud debitores cōsistentiū vel apud debitorum heredes, non vltra quadraginta annos ex quo cōpetere [g] coepit, prorogari [h], nisi conuentio, aut aetas (sicut dictum est) intercesserit: vt diuersitas vtriusque rerū persecutionis quae in debitorem, aut heredes eius, quaeque mouetur in extraneos, in solo sit annorum numero [i]: verùm in aliis omnibus ambae similes sint: in actione scilicet personali [k] his custodiendis, quae prisca constitutionum sanxit iustitia [l].

Creditor secundus praescribit hypothecaria actioni contra primum, si debitor cuius personam secundus repraesentat, tanto tempore vixit: aliàs praescribit triginta annis, non computato tempore sui auctoris. Quod si computare velit, quadraginta anni sunt necessarij. h. d. vsq. ad §. eodem iure. Salyc.

Sed cùm illud etiam in forensibus [m] controuersiis ventilabatur, an creditor anteriora iura praetendens potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam vltra triginta annos inquietare vtpote imaginem debitoris obtinentem, eiq. possidentem: necessariū duximus & hoc dirimere. Et sancimus, donec communis debitor viuit, posse creditori anteriori triginta annorū exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorū praescriptioni: quia dum ille viuit, merito anterior creditor confidit, vtpote apud debitorem eius possessione per posteriorem creditorem constituta [n]. Ex quo autę in fata sua debitor

a ¶ *Cum notissimi iuris.* per l. sicut. circa prin. s. eodem.

b ¶ *Spacius.* Quatuor* habet tempora hypothecaria, decem ann. vel viginti, quando extraneus possidet cū titulo bona fide inter praesentes, vel absentes: *vt s. si aduer. credi. l. j. & ij.* & triginta, quando mala* fide, vel sine titulo, vt hic. At cum debitor, vel heres eius, vel alter creditor: tunc quadraginta, vt hic statim dicet, *& j. proxi §. eodem.* Accursius.

c ¶ *Lege.* scilicet illa, sicut s. eodem. Accursius.

d ¶ *Solam conuentionem.* ¶ Hoc nomen solam,* non excludit* executorem, sed litis contestationem. Sicut cū dicitur, solus consensus facit matrimonium: quia & verba sunt necessaria, sed excludit concubitum. Item solus dolus in deposito venit: quia & lata culpa, sed leuem culpam excludit. ¶ Et nota diligēter: quia* cū interrumpitur praescriptio per executoris conuentionem: extenditur vsque ad triginta annos à tempore conuentionis. nam per solam* litis contestationem extenditur ad quadraginta annos: *vt j. l. fina. & infra titu. j. l. j. § j. in fin.* secundùm Ioan. Sed alij dicunt, vt [illegible] etiam fieri hoc in xl. ann. quod non placet. Et dic per solam, id est citando eum, quia conuentione facta ad iudicem,

praeteritum* tempore pro non praeterito habetur. ¶ Per [b] minorem aetatem: quia verbi gratia si filius successit mihi, non currit ei, & tamen praescriptio non tollitur. Accurs.

e ¶ *Excipienda.* quo casu interim dormit: *vt dixi s. e. l. sicut. circa si.*

f ¶ *Cursibus.* repete, cum notissimi iuris sit nostrae &c.

g ¶ *Competere.* quandoque enim non statim competit cum fortè sub conditione fuit hypotheca contracta, vel ex die certo, & sic adueniente die vel conditione incipit currere: *vt infra. eo. l. §. illud.*

h ¶ *Prorogari.* Sed cum personalis tollatur xxx. annis, quomodo durat plus accessoria? Respon. non tollitur. xxx. an. ipso iure: *vt ff. de actio. & obligat. l. obligationum ferè. §. placet. & sic loquitur infra de luitione pigno. l. ij.* Sed argum. contra. *ff. de regu. iur. l. cū principalis. & supra de vsur. l. cūs. & ff. de admini. tu. l. si pupillus. in fine.*

i ¶ *Numero.* item & in alio, quia aliter lis aestimatur aduersus extraneum, & aliter aduersus debitorem, vel heredem: *vt ff. de pigno. l. si inter. § fin.*

k ¶ *Personali.* s. certi cōdictione ex mutuo.

l ¶ *Iustitia.* *vt supra eodem l. sicut.*

m ¶ *In forensibus.* id est, in causis quae in foro aguntur.

n ¶ *Constituta.* An* ergo possidet debitor pignus quod creditori tradidit? Respond. distingue praetorium pignus à cōuentionali. primum nō possidet creditor, licèt sit in possessione secundùm omnes: *vt ff. vt in possessione. lega. l. ij. cat. in princip. & §. si plures. & §. missus. & ff. de acquirend. possession. l. iij. in fine. & ff. de bon. auctor. iudi. poss. l. cum legati.* Si autem est conuentionale: tunc est opinio. nam & tunc dicunt quidam, vt P. quòd possidet debitor, argumen. huius literae. vnde nec vsucapit creditor: *vt ff. de vsucapio. leg. pignori.* sed nec vti possidetis agit: *vt ff. vti poss. l. si duo. §. creditores.* Item nec euitat satisdationem iudicio sisti: *vt ff. qui satisdation. cogan. leg. sciendum. §. creditor.* sed nos dicemus quòd ciuiliter & naturaliter possidet creditor: *vt ff. de acquirendo rerum domin. l. per seruum. in princ.* Item debitor per talem seruum non acquirit possessionem quam quaereret si possideret: *vt ff. de acquiren. possess. l. j. §. per seruum corporaliter.* sicut fit in fructuario qui quaerit possessionem fructuario: *vt ff. de acquirend. possess. l. possessio quoque.* Item pro hoc *ff. de acquirend. possession. l. qui pignoris. in fine. & leg. sequentib.* Nec obstat quod hic dicit. nam ideo dicit, quia debitor quandocunque vult, potest offerre debitum, & ita rem habere: & sic* erit apud eum. Item nec obstat quod vsucapit debitor: quia* quandoque procedit vsucapio sine possessione: *vt ff. de vsucapio. l. rerum. & l. nunquam in vsucapionibus. §. vacuum.* Item nec illa vti possidetis. *l. si duo. §. creditores.* quia in praetorio pignore dicit. Praeterea si esset apud debitorem possessio, & creditoris seruus surriperet: ergo dominum possessione priuaret, id est debitorem, quod non facit: *vt ff. de acquirend. poss. l. rem quae. & de vsuca. l. non solum. § fina.*

Marginalia (left): * prospexim*. * hypothecariam. a Praescribitur diuersis tēporibus hypothecaria. b Praescriptio potest 30 annis ... c Solus cōuentionem ... d Praescriptio interrupta ... e Praescriptio interrupta ... f Praescriptio interrupta li[tis] cōtestatione extenditur ad quadraginta annos.

Marginalia (right): a Praeteritum tempore, pro non praeterito quēadmodū habeatur. b Praescriptio quemadmodum aetate interrumpatur. c Debitor an possideat pignus quod creditori tradidit. d Vsucapio quādoq; procedit sine possessione.

Docuerit.

a ¶ *Decesserit.* nullo herede relicto. nam ſi haberet heredem, idẽ in herede quod in defuncto ſtatueretur. Vel aliud in herede quia heres non retinet per eum poſſeſſionem, niſi primo apprehenderit. *vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. cum heredes in prin. & l. quæ vniuerſa. §. quod per eo ſuum.*

b ¶ *Ex eo.* ſcilicet tempore.

c ¶ *Offerre debitum para.* aliter enim non poteſt cõfirmare ſibi pignus: *vt j. qui potio. in pignore habeantur. l. j.* ¶ Sed quid ecõtra ſi prior creditor offerat ſecũdo? P. dicit non memini me legiſſe priorẽ creditorẽ ius offerendi habere: ſed certe ego legi qualẽcunque poſſeſſorem poſſe offerre ſecundum Ioan. *vt ff. quibus modis pignus vel hypothe. ſoluit. l. Paulus. §. qui pignoris.* ¶ Et not. aliud in ſeruo bona fide redẽpto ab hoſtibus. nam tunc tollitur ius offerendi trienio: *vt ff. de captiuis & postlimi. reuer. l. in bello. §. ſi quo ſeruum.* Accur.

d ¶ *Opponere conatur.* ¶ Quid ergo ſi debitor triginta annis ſtetit quod neq; ſoluit, neq; obtulit, nunquid præſcribetur iuri[a] offerẽdi? Aiũt quidam quòd nõ, ſicut nec ius eundi ad eccleſiam, vel per viã publicam, vel ad ſanctum Iacobũ: *vt ff. de via publica. l. viam publicam.* Et quod dicitur. *s. eod. l. omnes.* de iure agendi dicit, non excipiẽdi, vel offerẽdi. 2 Sed Bulga.[b] dicit ius etiam offerẽdi tolli argumen. horum duorũ reſponſorũ, & maxime huius. Itẽ alia ratione quia cum poteſt facere vt poſſit, ſcilicet agere pignoraticia ſoluendo: iam ergo poſſe videt: *vt ff. de regulis iuris. l. qui poteſt.* Item pro hac ſententia eſt. *ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. poſtea autem.* Accurſius. ADDITIO. Dum quæritur, an iuri offerendi poſſit pſcribi, dicas ſecundum communiter doctores, quod eſt quoddam ius offerẽdi, quod competit per modum iuris, vt puta ſecundus creditor habet ius offerendi, & confirmandi ſibi pignus *vt l. j. infra qui po. in pign. habean.* hoc tollitur ſpatio triginta vel quadraginta annorum, *vt hic.* Quoddam eſt ius offerendi, quod competit per modum facultatis. verbi gratia: debitor poteſt quodcũque vult offerre debitum, & pignus reluere. iſta facultas nunquã poteſt præſcribi, ſicut nec facultas eundi per viam publicã. quia licet per mille annos non iueris, ſemper poteris ire: *vt ff. de via pub. l. viam publicam.*

decesserit[a], ex eo[b] quaſi ſuo nomine poſſidẽtem poſteriorem creditorem merito poſſe triginta annorum opponere præſcriptionem: & ſecundum hãc diſtinctionem computationem temporum adhibendam, vt ex perſona quidem ſua poſterior creditor triginta annos, per quos ipſe poſt mortem debitoris poſſedit, opponat. Sin autem coniungere voluerit ſuæ poſſeſſioni quam poſt mortem debitoris habuit, etiam tempus quo viuente debitore vel ipſe creditor vel cõmunis debitor detinuit, tunc quadraginta annorum exceptionis iura tractari, & quantum deeſt ad quadraginta annorum poſſeſſionem, per quam & ipſe debitor creditorem repellere poterat, hoc ſe poſſediſſe oſtendat.

In præſcriptione iuris offerendi opponenda per poſſeſſorem primum creditorem ſecundo creditori, ſeruatur tempus dictum in §. præcedenti h. h. vſque ad §. illud. Salycetus.

Eodem iure pro temporum computatione obſeruando & ſi poſterior creditor anteriori creditori offerre debitũ paratus[c] eſt, & is creditor lõgæuam poſſeſſionis præſcriptionem ei opponere conatur[d].

In obligationibus conditionalibus, vel diem, incipit currere præſcriptio in diei vel conditionis euentum tam in perſonalibus quàm in hypothecariis actionibus. h. d. vſque ad §. immo & illud. Salycetus.

Illud autem plus quàm manifeſtũ eſt, quòd in omnibus cõtractibus[e] in quibus ſub aliqua

e ¶ *Contractibus.* idem in vltima voluntate: *vt s. communia de lega. l. fi. § ſin autem aueritæ.*

f ¶ *Rhedibitio.* i. redditio.

g ¶ *Repudij.* vel[d] marito vrgente ad inopiam: *vt s. de iure dotium. l. vbi.* vel deportato viro vel muliere mutante affectionem. *vt s. de repu. l. j.* his enim quatuor caſibus repetitio eſt.

h ¶ *Diſſolutionem.* vt *& ſupra de iure dot. l. in rebus. §. fina.* & hoc intellige ſtatim ſi fuerint immobilia: alioquin annua bima trima die olim, hodie poſt annum, *argumen. ſupra de rei vxo. act.* *§ exactio.* & ideo extunc currit præſcriptio: *vt hic dicit, & infra titul. j. l. j. § finali. & ff. quando actio de peculio eſt annalis. leg. j. §. annus.*

i ¶ *Immo & illud.* reſtenatur inchoatio præſcriptionis: vt ſupra ſimiliter reſtenatur inchoata, *vt hic.*

cõditione vel ſub die certa vel incerta ſtipulationes & promiſſiones vel pacta ponuntur, poſt conditionis exitum vel poſt inſtitutæ diei certæ vel incertæ lapſum, præſcriptiones triginta vel quadraginta annorum, quæ perſonalibus vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt. Vnde euenit, vt in matrimoniis, in quibus redhibitio[f] dotis, vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis vel repudij[g] differri ſolet, poſt coniugij diſſolutionem[h] earundem curricula præſcriptionum perſonalibus itidem actionibus vel hypothecariis opponẽdarum initium accipiant.*

Per poſſeſſionem rei obligatæ, & per ſecundam cautionem, & debiti agnitionem, fit interruptio præſcriptionis. Baldus. Vel ſic: Non ſolum per executoris miſſionem, vel per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio: ſed etiam per rei oblatæ apprehenſionem, vel ipſius debiti nouam cautionem. hoc dicit vſque ad. §. in his etiam. Salycetus.

Immo[i] & illud proculdubio eſt, quod ſi quis eorum quibus aliquid debetur, res ſibi ſuppoſitas[k] ſine violentia[l] tenuerit: per hanc detentionem interruptio fit præteriti temporis, ſi minus effluxit triginta[m] vel quadraginta annis: & multo magis[n] quàm ſi eſſet interruptio per conuentionem[o] introducta: cum litis cõteſtationem imitetur[p] ea detentio. Sed & ſi quis debitorum ad agnoſcẽdum ſuum debitum ſecundam cautionem in creditorem

k ¶ *Suppoſitas.* i.[a] obligatas. ¶ Sed quid ſi non erant ſuppoſitæ? Aliud videtur. cum enim detur reſtitutio actionis amiſſæ, videtur eſſe pſcriptio nõ interrupta: *vt ff. quibus ex cauſis maiores. l. ait prætor. §. finali. & l. ſequenti.* ſecũdum Ioan. & Hug. Contrarium tamen ex eadem. l. probari poſſet, ſecundũm Azo.[c]

l ¶ *Sine violentia.* Quare dicit, ſine violentia? nõnne idem & ſi cum violentia: *vt ff. de vſucapion. l. naturaliter. quæ eſt contra?* Reſpond. hic dicit ſine violentia; id eſt cum voluntate debitoris pignus accepit: quia debitor dedit ei: & tunc interrũpitur[e] præſcriptio in perſonali & in hypothecaria. in perſonali, quia debitum agnouit: in hypothecaria, quia creditor adeptus eſt poſſeſſionem. ſecus autem ſi cum violentia: quia tunc tãtum in hypothecaria interrũpitur præſcriptio: non in perſonali: ſed econtra ſi debitũ agnoſcat debitor, tũc etiam in hypothecariam fit interruptio: *vt infra proxi. §.* & eſt ratio: quia cum in principali ſibi præiudicauit: & in acceſſorio, per conſequentiam. 2 Alij dicũt ideo dici ſine violẽtia, quia tunc fit interruptio tãtum aduerſus eum. ſed ſi cum violentia: tunc aduerſus omnes. 3 Tertij ſubaudiunt hic, maxime, dicunt ergo idẽ ſi cum violentia. & dic violentiam licitam cõmiſſam ex pacto: *vt infra de pignoribus. l. iij.* aliàs ius crediti amitteret: *vt ff. quod metus cauſa. leg. extat.* 4 Quarti dicunt, ſine violentia adhibita in offerendo, ſecundũm Otto. at adhibita in retinendo interrumpit: *vt d. l. naturaliter.* Primi placet.

m ¶ *Triginta vel quadraginta.* ſ. ante detentationem. & no. hic loqui de perſonali & hypothecaria.

n ¶ *Multo magis.* immo multo minus, cum hæc in xxx. annos, ſed conuentio in xl. annos perpetuet, ſecundum quoſdam: *vt infra eodem lege fina.* Sed ſecundũm Ioan. hic reſpicit ad factum: quia de facto tenet: quod non facit qui litem conteſtatur, vel mittit executorem. 2 Vel dic quòd hæc interruptio prodeſt omnibus: *vt ff. de vſucapionibus. l. naturaliter.* ſed illa quæ fit per litis conteſtationem, vel per conuentionem, prodeſt tantum conteſtanti, & executorem mittenti: *vt ff. ne de ſtatu defunctorum. l. v. §. finali. & ff. de diuer. temporalibus præſcription. l. intra. in principio.*

o ¶ *Per conuentionem.* executoris.

p ¶ *Imitetur.* immo & plus operatur hæc detentio: vt modo dixi in ſi. glo. immo. Accurſius.

a Ius offerẽdi. b Præſcribi iuri offerẽdi an & quomodo poſſit vide Negusantium tract. de pignoribus parte j. membro ... vbi refert opinione vltramõtanorum & Cyni. ius offerendi competens debitori non præſcribi, cõpetẽs ſecundo creditori, præſcribi. ... An ... mera facultas alterũ hypotheca aut potius hypotheca ſequela cui eo ſpatio præſcribitur. Bulgari vera opinio ... Baldi ... Angeli, Caſtren ... offerendi ... præſcribi. Hic ante quæ paulo poſt in hac Gloſſa noto. adde Balbũm tract. de præſcript. ... ratificandi: & pignoratitiæ, quæ eſt ſequela ... offerendi.

c In eadem opinione eſt Accurſius ...

a Suppõnere, pro obligare.

b Procedit opinio Azo. quando creditor rem nõ obligatã debiti contemplatione accepit: quia tũc debitor agnoſcitur: aliàs ſecus, vt in gl. ma opinione gl. Bal. Ang.

* Incipiant.

c Præſcriptio interrũpitur in perſonali & hypothecaria ſimul interdum.

a ¶ *Exposuerit.* hoc enim quandoque fit: vt *ī. ad Vellean. l. si mulier. ij. & ī. de plus pet. l. j.*

b ¶ *Interrupta.* Non dicit perpetuari actionem primā per agnitionem: sed interruptionē præscriptionis fieri. Si ergo præscribatur redhibitoriæ, licèt debitum agnoscas, nō perpetuatur redhibitoria vsq. ad xxx. ann. sed post agnitionē, sed mēsibus præscribam. Sed certè imò nec interrūpi videt per huiusmodi secundam cautionē, quia nec per acceptionem fideiussoris: vt *ff. de solu. l. cùm quis. §. si quis pro reo, quæ est cōtra.* Sol. ibi fuit acceptus pro eo quod deberi apparuerit: non autem confitebatur debitum: hic sic, vel ibi speciale in illo anno vtili: vt hodie in quadriennio, etiam contestatione non perpetuetur: vt *ī. de temp. in int. rest. l. super vacuam.*

exposuerit[a]: tempora memoratarum præscriptionum interrupta[b] esse † videbuntur, quantum ad priorem cautionē pertinet, quæ scilicet innouata[c] permansit tam in personalibus, quàm in hypothecariis actionibus. Námque improbum est, debitorem hunc contradicere, qui ne sub accusatione creditoris more debitoris fiat, secundam in eum super eodem debito † cautionem exposuit.

In obligationibus annuis, & menstruis, non initium obligationis, sed cessationis inspicitur: & tenens vt emphyteuta, aut conductor, seu quolibet alio titulo non præscribit, h. d. secundùm Bald. *Vel sic: Hæc est quinta pars, in qua tractat de tempore inchoandæ præscriptionis, & hoc intendit: In annuis debitis præscribitur ex tempore cessante solutionis, non integræ obligationis. Et res emphyteutica vel conducta non præscribitur nisi possessio domino sit reuersa. h. d. vsque ad finem. Salycetus.*

In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per singulos[d] annos, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni[e], vel mensis, vel alterius singularis tempo-

c ¶ *Innouata.* i. non nouata, seu non extincta. ¶ Et no. hic quòd interruptio[b] alia ciuilis, alia naturalis. 1 ¶ Naturalis est, quoties ipsa possessio amittit: quod multis modis fit: vt *ff. de acq. poss. l. qui vniuersas.* & hoc omnibus petere volētib. prodest: vt *ff. de vsucap. l. naturaliter.* 2 ¶ Alia ciuilis, & hęc multiplex. 1 Primò per contestationem: & hæc in xl. an. vt *ī. eod. l. fin.* 2 Itē per quasi cōtestationē, vt *ī. ubi in rem actio l. ij.* 3 Item per executorē, vt *ī. eod. l. sicut.* 4 Item per debiti agnitionem, vel solutionem partis, vel fœnoris, *vt hic.* 5 Item per solam libelli oblationem, in casibus: vt *ī. quan. lib. princip. da. l. j. & ij. & in illis quos habes. ī. j. tit. j. vt perfectius.* 6 Item per rei obligatę apprehensionem, vt *ī. prox. §.* & hæc ciuilis prodest tantùm interrumpenti, non alij: vt *ff. de diu. temp. præscr. l. intra in prin. & ff. ne de stat. defunct. l. ij. §. fin.* & hoc in præscriptionē. Sed vsucapio[e] per huiusmodi ciuiles interruptiones nō interrumpitur de rigore: sed quoad effectū sic, vt *ff. de rei vind. l. si poss.* 7 Est etiam quædam alia mirabilis interruptio, si seruus fructuarius qui ab alio possidetur, qui præscribit vsufructui meo intra tempus, aliquid meo nomine faciat: vel si aqua mihi debita, per se fluat, vt *ff. de vsufr. l. arborib. §. idem tractat, & quemadmodum ser. amit. l. qui fundum.* 8 Item & alia, scilicet ætas, vt *ī. eod. l. sicut. circa finem.* ADDITIO. Addas pulchram gloss. *in verb. interruptio. in c. illud. ext. de præscript. & aliam similem glo. in verb. interruptam. in c. placuit vt quicunque xvj. q. iij.*

d ¶ *Per singulos annos.* verbi gratia: Promisisti mihi decem singulis annis: & præstitisti per quatuor annos: postea cessasti, nō curret mihi præscriptio ab[d] exordio obligationis, sed ab eo tempore quo cessatum est, currit præscriptio omnium sequentium annorū secundùm B. Si quæras, quæ ergo erat dubitatio? Respon. magna: nam quia semel agnouerat debitum, videbatur quòd si etiā cessaret soluere, tamen creditori præiudicari non posset. ¶ Sed quare non duplicatur[e] tempus in huiusmodi annua præscriptione: vt *ff. quemadm. seru. amit. l. si sic.* hic enim innuit quòd hic non duplicetur, commemorat enim præscriptiones prędictas, nec aliquid dicit de duplicatione. Sed respondeo illud habere locum in decennali, & vicennali præscriptione. ¶ Item quid si debeo decem, & quinque solui per xxx. an. alia non: nunquid præscribo? Videtur quòd sic, vt *ff. de aqua coti. & æsti. l. j. §. Trebatius.* Sed contra[f] puto, vt *ī. de non num. pec. l. cùm fidem.*

e ¶ *Cuiusque anni.* Mar. sic exponit, vt ex quolibet anno fit vna præscriptio, vnde hodie est præscriptū tricesimo anno, & aliis præcedentibus, sed non sequentibus, & sic est contra *ī. de vsur. l. cos. in princ.* Sed soluit M.[a] illud odio vsurarum, vel illud in accessoriis. Sed neutra placet: nam etiam sorte soluta, & sic extincta principali actione, nihilominus peti potest vsura debita per stipulationem: vt *ff. de eo quod cer. to loco l. centum.* Et bene apto simile ad prædictum, quia qui[b] præscribit, similis est soluenti: vt *ff. de admi. tut. l. si pupillus in fin.* 2 Bulg. verò, & R. dicunt indistinctè in legatis & stipulationibus currere omniū annorum etiam sequentium præscriptionem à tempore quo est cessatum. & pro eis, *ī. eod. l. prox. in fin. & ī. tit. j. l. j. §. in fi. §. & ī. de fid. instru. l. plures circa princ.* Et hic exponit, ab initio cuiusque anni, scilicet ex quo cessatum est, & sic secūdū B. pscribitur annuæ præstationi, secundùm M. non. 3 Tu dic tertiò secūdùm Ioan.[e] aliud in stipulationib. & aliud in legatis seruat, in[d] stipulationibus enim seruo sententiam B. & R. quia licet pluriū annorū, tamen vna est stipulatio, sicq. vna pscriptio: vt *ff. de verb. oblig. l. si Stichū. §. stipulatio.* At[e] legata annua tot sunt, quot anni: vt *d. l. si Stichum & de donat. cau. mor. l. senatus §. vlt. & de ann. leg. l. cum in annos.* & sic quot anni, tot actiones, & tot præscriptiones, & sic in legatis seruo sententiam M. inde est etiam quòd huiusmodi annuum legatum nō amittitur non vtendo: vt *ff. qui. mod. vsusfr. amit. l. si vsusfructus alternis. & argu. ff. de oper. nou. nunc. l. de pupillo. §. fin. & l. seq.* In vna ergo stipulatione actio semel extincta, amodò frontem erigere non audet. Sed huic opinioni Ioan. videtur obstare hæc lex, quæ æquiparat legata stipulationibus. Sed dic æquiparari, vt ex quo cessatur, currat præscriptio, licet in stipulatione omniū annorū, in legatis tantùm illius anni.

ris computari manifestum est: nulla[f] scilicet danda licentia, vel ei qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, vel quoscunque alios annos detinuerit, dicendi ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quæsitum esse: cùm in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico res oporteat: vel conductori[g] seu procuratori rerum alienarum dicendi[*] ex quocunque temporum curriculo nō debere se domino volenti post completa conductionis tēpora possessionem recipere, eādem reddere. Dat. kalend. Dec. Philoxeno & Probo Coss.

Per præscriptionem longi temporis quæritur ius vindicandi: idem per præscriptionem longissimi temporis bona fide factam: sed malæ fidei possessor solam exceptionem acquirit. Item violentus inuasor non potest referre quæstionem dominij. h. d. vsque ad §. sed & si quis. Baldus. Vel sic: Præscriptione longi temporis quæritur præscriptori ius rem vindicandi à quocunque possessore. Salycetus.

VIII. *Imp.* IVSTINIAN. A. *Menæ præfecto prætorio.*

SI quis emptionis, vel donationis, vel alterius cuiuscun-

f ¶ *Nulla.* nota hic sequentia responsa.

g ¶ *Conductori.* repete, & nulla danda licentia conductori, &c. & dic hæc vera nisi interuerterint huiusmodi personæ domini possessionem, scilicet non admittendo dominū reuertentem, vel tradendo alij, vel etiam si fuerit expulsus: vt *plenè dixi ī. eod. l. malè. & ff. de acq. poss. l. cùm. §. qui ad nundinas.*

SI *quis.*] CASVS. Si aliquis iusto titulo & bona fide possedit rem aliquam per x. an. inter præsentes, xx. inter absentes, securus est si cadat à possessione illius rei quam præscripserat: & habet actionē contra dominum, & quemlibet, & contra creditores quibus fuerat res primò obligata. Sed pone quòd sine titulo possedi aliquā rem xxx. an. & à possessione cecidi, quid iuris sit quæritur? Distinguis, aut ab initio bona fide possedi, aut mala. si bona, habeo act. contra quemlibet possidentē, præterquā cōtra dominū, si mala, tūc act. nō habeo aduersus possidentē: sed verus dominus potest agere cōtra possessorē, nisi secūdus possessor spatio xxx. an possederit. Quod autē dictū est, quòd quādo possideo mala fide, nō datur mihi actio aduersus possidentē, tunc habet locū, quādo secundus possessor nō abstulit mihi rē, nec surripuit, alioquin possum rem ab eo auocare. Si verò rē aliquo modo pscripsi, & vocatus ad iudiciū ratione illius rei præscriptæ, non veni, & aduersarius meus fuit missus in possessionē eius rei quā pscripserā, possū intra annū recuperare possessionē, si satisdem iudicio sisti in illis autē cō-

trac̄tibus

tractibus, in quibus vsuræ debentur, ex illo tempore currit præscriptio, ex quo cessatum fuerit in solutione vsurarum.

a Donatio est contractus.

a ¶ *Contract. id.* permutationis ¶ Et not. quòd innuit donationē esse contractum, & sic continetur sub illa l. j. & auth. sacramenta puberum, &c. s. *si aduersus vend.*

b ¶ *Rem.* s. im mobilé.

c ¶ *Per decem.* inter præsentes, & xx. inter absentes.

que contractus [a] titulo rem [b] aliquam bona fide per decem [c] vel viginti annos possederit, & longi temporis exceptionem [d] contra dominos eius, vel creditores [e] hypothecam eius prætendentes sibi acquisierit, postéaque fortuito casu possessionem eius rei perdiderit: posse eum etiam actionem [f] ad vindicádam rem candē habere sancimus, hoc enim & veteres leges [g] (si quis eas rectè inspexerit) sanciebant.

Hæc est secunda pars principalis huius legis in qua loquitur de præscribente spacio longissimi temporis bonæ fidei & malæ possessore, hoc dicit secundùm Bald. Vel sic: Præscriptione longissimi temporis quæritur præscriptori, si malam fidem habuit ab initio, sola retinendi exceptio. Si vero ab initio bonam fidem habuit, quæritur ei ius vindicandi à quocunque præterquàm ab eo contra quem præscripsit, siue dominus fuerit, siue creditor qui hypothecariam habuerit. In eo casu quo malam fidē habuit, si cadat à possessione, tum potest prior dominus vel creditor ab iniusto possessore illam vindicare, nisi & ipse propria se tueatur præscriptione. h. d. vsq. ad versi. Sed hæc. S.

Quòd si quis [h] † eam rem desierit possidere, cuius dominus, vel is qui suppositā [i] eam habebat, exceptione xxx. vel xl. ann. expulsus est: prædictū auxiliū [k] non indiscretè, sed cū moderata diuisione ei præstari cēsem [9], vt siquidem bona fide ab initio eam rē tenuerit [l], simili possit vti [m] præsidio: sin verò mala fide

b Vsucapione directū præscriptione 30 vel 40 annorum vtile dominium quæritur. si præscribēs habet bonam fidē. v. Bald. tract. de præscript. 2. parte 3. q. 2. & 3. parte 2. qu. 6.

d ¶ *Exceptioné.* ¶ No. pro B. contra M. quòd præscriptione non quærit dominiū: *vt & s. de iure dot. l. in rebus. in fin.* cùm exceptio sit actionis exclusio. *vt ff. de except. l. j.* Sed M. dicit exceptioné intētionis dari, & hoc no. *s. de bo. ma. l. j. & auth. nisi tricennalis.*

e ¶ *Creditores.* vt s. *si aduersus credit. l. j.*

f ¶ *Actionem.* nó solùm exceptioné, & hoc facit pro M. q. dicit ei dari in rem actionem, sed tu dic vtilé, & hanc intentat indubitáter cōtra alios. ¶ Sed an & cōtra dominum? Ioan. & B. quòd sic, vt sic vtilis præferatur directæ: *vt ff. de procur. l. in causæ. in fin. & de Publ. l. cum qui. §. j.* Item & quia lex dicit mutari dominiú in præscriptione, *vt ff. de vsucap. l. cum qui. §. j.* Item patet ex eo quia & ante impletam præscriptionem habebat Publicianam: aliquid ergo plus nūc debet habere. Alij dicunt cōtra, & dicūt, quòd nunc habeat hoc plus, quia ciuilem cōtra alios, cōtra quos tātùm Publicianā habuit vsque nunc *vt ff. de leg. l. si creditori. § id quod.* Item quòd dat actioné cōtra alium: intellige, nisi & ipse nouus possessor præscripsit: sed si post præscriptioné secundi ipse secundus à possessione ceciderit, quis vindicat, prior præscriptor, vel secundus, vel dominus? Respon. secundus præscriptor: cùm prior amiserit suū vtile dominium, & dominus similiter effectū sui directi, res enim videtur esse in curriculo, siue in circulo.

¶ Tenue hoc §. [illegible] sub breuibus verbis in [illegible] in versi. [illegible] ex parte [illegible] super verbo. [illegible] extra de [illegible].

g ¶ *Veteres leges.* quæ præscriptioné longi téporis, non longissimi nouerant, *vt ff. de vsucap. l. vsucapio. & l. cum qui. §. j.*

h ¶ *Quòd si quis.* dixit de præscriptione longi temporis, nunc de longissimi, & ideo habes hic §.

i ¶ *Suppositam.* i. obligatam.

k ¶ *Auxilium.* s. vindicationis.

l ¶ *Tenuerit.* s. sine [c] titulo, aliàs haberet locum præscriptio x. vel xx. ann. *vt s. prox.* Accursius.

c In longissima præscriptione non requiritur titulus. v. Baldum malè de præscriptionib. 4. parte 4. quæst. 1.

m ¶ *Vti ergo.* ergo & hic quære vt s. si nouus possessor præscripsit, & cecidit à possessione, cui præscriptori detur in rē, & solue vt s. ¶ Itē quæro [d], an præscribenti longissimo tépore bona fide, datur contra dominum rei vindicatio? P. ita Io. contra, vt hac l. apertè dicit j. ita tamen, &c. & sic non est per omnia simile, nā aliàs non aduersaretur literæ superiori hic versus, ita tamen, &c. nisi sic referretur ad bonæ fidei & malæ fidei possessoré: nam si ad malæ fidei possessorem tantum referatur, nullo modo aduersatur: quia ille contra nullum vindicat, nisi re sibi ablata per vim, & nisi per iudicem, vt subiicit.

d Præscribens bona fide lōgissimo tépore, an contra dominum habeat rei vindicationem.

n ¶ *Indiguit eo.* s. præsidio.

o ¶ *Ita tamen.* ad vtrumque casum refero, sci. quādo bona fide, & quando mala. Sed P. refert tantùm ad malæ fidei, sicque præscribenti bona fide xxx. ann. dat actionem etiam cōtra dominum: vt modò diximus. quod non placet.

eam adeptus est, indignus [n] eo videatur; ita tamen [o], vt nouus possessor, si quidem ipse rei domin[9] ab initio fuit, vel suppositā eam habebat, & memoratæ exceptionis necessitate expulsus est, cómodum detentionis sibi acquirat [p]. Sin verò nullum ius in eadem re quocunq. tempore habuit [q]: tunc licentia sit priori domino, vel creditori q. nomine hypothecæ rē obligatam habuit, & heredibus eorú ab iniusto detentatore eā vindicare: non obstante [*] ei quòd prior possessor triginta vel quadraginta annorum exceptione eum [r] remouerat: nisi ipse iniustus possessor triginta vel quadraginta annorum ex eo tépore computandorum, ex quo prior possessor qui euicit, ea possessione cecidit, exceptione munitus [f] est.

* obstante.

Hic textus est singularis, & non est alibi in iure. Agenti petitorio nomine non obstat exceptio dominij, quando agens agit contra spoliantem: Baldus. Vel sic: Hic excipit ex eo quod dixit in versiculo si verò mala fide, & hoc dicit. Possessor violentus non potest referre quæstionem dominij. Vel sic: Præscriptor malæ fidei potest rem vindicare ab eius violento possessore. hoc dicit vsque ad §. sed & si quis. Salycetus.

Sed hæc [t] super illis detentatoribus censemus, qui sine violētia eandē rem nacti sunt. Nam si quis violenter eam abstulerit [u]; omnimodo licebit priori possessori sine vlla distinctione [x] eam vindicare.

p ¶ *Acquirat.* hoc referūt quidā etiā ad præscribentem tantùm nō longo tempore, quod non placet, vt diximus circa prin. huius l.

q ¶ *Tēpore habuit.* nouus possessor, & loquit in eodem casu cum mala fide, præscripsit prior possessor etiam lōgissimo tempore, & sic non agit, vel contra dominū, vel cōtra aliū. Sed alij dicūt eū etiam admitti cōtra aliū. In bona fide præscribēte cōstat quòd agit cōtra alium, *vt s. ead. l. §. quod si quis.*

r ¶ *Eum.* s. dominū, vel creditorem.

f ¶ *Munitus.* supple & possessioné adeptus: nā hoc est necesse ad præscribēdū. ¶ Et quod dicit ex tunc cōputari præscriptioné, ex quo cecidit à possessione, dic verum, nisi nouus possessor causam ab eo præscribente habeat, tunc enim eadē defensione vtetur, *vt j. de evi. l. emptori.* & tépora coniunget ad faciendam præscriptionem xxx. ann. Nec obst. *ff. de acq. pos. l. Pomponius. §. fin.* quia lex illa loquitur in præscriptionibus longi téporis tantùm, nondum enim hæc præscriptio fuerat inducta xxx. ann. Et pro nobis est in ea l. §. cùm q. s. ¶ Sed quæro, si vēdidi rē quā xxx. an. bona fide præscripserā, an emptor habeat vtilē sicut ego habebam, si à possessione cadat? Respond. sic, quasi omne ius meū videar vendere: & sic hic, *vt ff. de contr. empt. l. qui tabernas.* sic & Publiciana trāsit ad heredem: *vt ff. de Publicia. l. cum qui. §. hæc actio.*

t ¶ *Sed hæc.* s. præscribentem longissimo tempore mala fide non posse vti simili præsidio, i. vindicare, sunt vera, nisi in duobus casibus: primus quando inuasor, &c.

u ¶ *Eam abstulerit.* qui xxx. ann. præscripsit.

x ¶ *Distinctione.* i. siue bona fide, siue mala præscripsit, siue cū titulo, siue sine titulo, vel sine distinctione, i. non refert sit dominus, vel non, qui abstulit. ¶ Sed quomodo [a] vindicat hic præscriptor malæ fidei, cùm non sit dominus? Resp. vindicat quantum ad certam personam, sicut & aliàs. *ff. de Publi. l. cum qui. §. si petenti. sic & supra de no num. pec. l. j.* Vel dic quòd amisit dominium inuasor, si erat dominus, suo delicto: *vt infra vnde vi. l. si quis in tanta.* & ex eo quod dicit, non referre si dominus, vel nō, qui abstulit. ¶ Collige [b] arg. secundùm H. quòd si deposui rem alienam, vel commodaui, & agam rei vindicatione, quòd non potest mihi referri quæstio dominij, & pro eo est, *supra de non nume. pec. l. j. & de pign. act. l. nec creditores. & ff. de distract. pign. l. rescriptum. §. j. & supra eo. l. si quis conductionis.* quod non placet: quia datur rei vindicatio tanquam contra quemlibet: *vt ff. ad exhib. l. de eo. §. fi. & ff. si qua. pau. fecisse dicatur. l. j. §. fi. & ar. s. eo. l. ad probationē.* & hoc est speciale in odiū inuasoris.

a Præscribens mala fide quandoque vindicat.

b Deponens vel commodans an possit referri quæstio dominij.

a ¶ *Sed & si quis.* nouus possessor.

b ¶ *Possessor.* bonæ fidei, vel malæ fidei. ¶ Item per hoc quòd dicit, prior, facit pro M. & Ioan. & Azo. qui dicũt missum in possessionẽ in actione in rem, statim possidere ciuiliter & naturaliter, vt *& infra quo. & quan. iud. l. constantem. & ff. de dam. su. fec. l. à quo.* Sec.° si ex personali b, quia tunc non possidet: vt *ff. de acqui. poss. l. iij. §. fin. & quibus ex causis in poss. eat. l. cùm ex causa.* Sed tunc, cùm secundum fuerit decretum vel præceptum iudicis impositum. Sed Bul. cõtradicit in actione reali: nam demùm post annum possidere dicit: vt hic subiicere videtur, & loco secundi decreti sit annus. In personali dicit, idem quod Ioan. & M. ¶ Itẽ quid in hypothecaria c, an habeat naturã personalis: quod videtur.

c ¶ *Intra annum.* huic est contra *supra de iudi. l. properandum. §. sin autem reus. & supra vbi in rẽ act. l. ij.* Sol. vti qualibet earumd ...

d ¶ *Exceptionẽ.* talis est casus. Debes mihi aliquid annuum, soluisti, postea stetisti. xxx. ann. continuis quòd nõ soluisti, sine interpellatione præscripsisti.

e ¶ *Capere.* pro omnibus solutionibus, non pro vna tãtùm, vt *diximus supra eodem l. cùm notissimi. §. fin.* ¶ Item quæro quãdo debent solui vsuræ d, an in principio anni, an in fine? in annuis enim vel anno debitis scim° quoniã debet fieri solutio: vt *diximus supra quan. di. leg. ce. l. j.* Et eadem quæstio fieri potest in mercede, vel pensione, & de hoc habes. *ff. de vsufr. l. defuncta.* Respond. in fine anni: vt *s. de vsu. l. eos. §. interd.*

c Missus in possessionem ex actione in rem vtrũ ciuiliter & naturaliter sta tim possideat? Martinus Ioã. Azo. ita existimat. Bulgarus post annum tantùm. Id enim tẽpus secundi decreti loco esse.

b Missus in possessionem ex actione personali non statim possidet, sed post secũdum decretum tantum.

° sed senten tia.

c Actio hypothecaria naturam perso nalis habet.

d Vsuræ, mercedes, pensiones in fine anni solui debent, nisi sit annua.

† Sub. creditores. Cont.

° producebant.

SAepe.] CASVS. Olim si quis cõtestaret litem aduersus aduersarium suum, & impeditus aliquo casu litẽ prosequi non poterat: lapso xxx. an. spacio cadebat ab actione sua, hodie autem per litis contestat. perpetuatur actio vsque ad xl. an.

f ¶ *Humanæ.* vt *& supra de vsufr. l. antep. & pen.* & sic istis casib. cessantib. dicebat Aldr. non g perpetuari actionẽ litis cõtestatione vsque ad xl. an. Alij oẽs doct. contrarium dixerunt.

g Litiscõtestati ne per petuatur actio vsque ad 40. annos.

In reali ille contra quem est facta missio ex primo decreto, eam recuperat intra annum, post annum non auditur, nisi de proprietate. Bartol. Vel sic: Etiam qui mala fide præscripsit, si veniat intra annum, recuperat possessionem ab eo qui intentãs actionem in rem ex eius contumacia missus est in possessionem ante litem contest. h. d. vsque ad §. exceptionem. Salyc.

Sed & si quis a non per vim, sed per sententiam ° iudicis eã obtinuerit, ea tantum occasione quòd abséns prior possessor b ad litẽ vocatus minimè respõderit, licebit ei & ad similitudinem cæterorũ qui rei dominium habent, intra annum c se offerenti, cautionémque suscipiendæ litis danti, eandem rem recipere, supérque ea cognitionalia subire certamina.

Præscriptio in vsuris incipit currere à tempore quo incœperunt deberi, & non sunt soluta. h. d. vsque ad finem. Salyc.

Exceptionem d etiam xxx. vel xl. an. in illis cõtractibus in quibus vsuræ promissæ sunt, ex illo tempore initium capere e sancimus, ex quo debitor vsuras minimè persoluit. Dat. III. Idus Dec. Constantinop. DN. Iust.

Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in an. xl. perpetuatur. h. d. intellige per litis contestationem nec alio modo, nec per interruptionẽ ciuilem, nec naturalem. Bald. Vel sic: Per litis contestationem interrumpitur præscriptio: & per xl. ann. à tẽpore cessationis à lite inchoandos perpetuatur actio, quæ perpetuata etiam ad heredem extraneum est transitoria. Salyc.

IX. *Idem A. Demosthenis præf. præt.*

SÆpe quidã † suos obnoxios in iudiciũ vocãtes, & iudiciariis certaminibus ventilatis, non ad certum finem lites per ducebant °: sed taciturnitate in medio tempore adhibita, ꝑpter potentiam fortè fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscũque casus (cùm sortes humanæ f multæ sint) qui nec dici nec numerari possunt, deinde iure suo lapsi esse videbantur eo quòd post cognitionẽ nouissimã xxx. an. spaciũ effluxerit, & huiusmodi exceptione opposita suas fortunas ad alios translatas videntes, meritò quidẽ sine remedio ante lugebant. Quod nos corrigẽtes, eandẽ exceptionem quæ ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu opponi minimè patimur. Sed licèt pꝑsonalis actio ab initio fuerit instituta, eam tamẽ in quadragesimũ annũ extẽdimus g: cùm nõ similis sit qui penitus ab initio tacuit, ei qui & postulationẽ deposuit, & in iudiciũ venit, & subiit certamina h, litẽ autẽ implere ꝑ quosdã casus præpeditus est. Sed licèt ipse actor defecerit, tamen suæ posteritati i huius causæ cursum eũ relinquere posse definimus, vt eius heredibus vel successoribus liceat eã adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata k °. Quod tempus (id est quadraginta annorũ spacium) ex eo numerari decernimus, ex quo nouissima processit cognitio l postquam vtraque pars cessauit.

TITVLVS XL.

DE ANNALI EXCEPtione Italici contractus tollẽda, & de diuersis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus earum.

Per hãc legẽ tollitur annalis exceptio qua contra actiones natas ex Italico cõtractu erat introducta: & nõ valẽti agere propter impedimentum iuris, non currit præscriptio: & actionum personaliũ regulariter vita est triginta annorum. hoc dicit tota ista lex qua est bona, & est noua cõstitutio secundũ Bal. Vel sic: Exceptione sublata omnes personales actiones triginta annorũ tolluntur, nisi super his lis fuerit contestata: hypothecaria verò quadraginta annis. Et illi qui non potest agere, non currit præscriptio. Bar. Primò exorditur. Secundò statuit. Tertiò ampliat. Quartò dubiũ remouet. secunda ibi, Cùm itaque tertia ibi, Ad hæc. quarta ibi, Ne autẽ, Prima dua partes hoc volunt: Remota annali exceptione ex cõtractu Italico currunt, & locum habent cæteræ præscriptiones legitimæ. Salyc.

I. *Imp.* IVSTINIAN. *A. Iuliano præf. præt.*

SVPER annali exceptione quæ ex Italicis cõtractibus oritur, tantæ moles altercationum in omnibus iudiciis exortæ sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. Primùm etenim natura ei° obseruatiõis cũ omni scrupulositate, & difficultate cõposita est, cum multa cócurrere debeát m vt ea nascat. Deĩde illud spaciũ ãnale

g ¶ *Extendimus.* idem in reali. Sed fallit hæc lex in actione de dolo: vt *supra de do. l. fi.* Itẽ & in rescissoria secundùm quosdam. Sed nos dicimus rescissoriã a petitam, & datã posse perpetuari per cõtestationem: non autem petitionem vel iudicium, restitutionis in integrum: vt *supra de temp. in int. rest. l. supernacuam.* Item fallit & alibi, vt *ff. ne de stat. defun. l. j. §. sed interdum. & de calla. dete. l. ij.*

h ¶ *Certamina.* per contestationem.

i ¶ *Posteritati.* & idem si est extraneus heres.

k ¶ *Sublata.* illa causa.

l ¶ *Cognitio.* secus autẽ si per executorem: quia tunc in xxx. ann. tãtùm extenditur ex generali regula, qua dicitur omne ius illo tempore tolli: vt *supra eodem leg. sicut.* Fallit ergo hoc casu, & alio quem habes *supra eod. l. cum notissimi. in princip.* & in alio. vt *in eadem. l. §. in ãlia fi. §.* & aliis quos habes *s. eod. l. omnes.*

a Rescissoria petita & data perpetuari potest per contestationem: at non iudicium restitutionis in integrum.

° opposita al. sublatam.

DE ANNALI EXceptione Italici contractus tollenda, & de diu. &c.

Suprà de vsucap. transfor. trãstauit, & de vsucapio. Italicarum rerum, modo de vsucap. actionum personalium quæ oriuntur ex cõtractibus qui in Italia fiebant.

SVper annali.] CASVS. Olim si aliqs possidebat rẽ aliquã in Italia ꝑ annũ, vel cõtraxit, habebat exceptionem, & hic annus extendebat aliquando vsque ad quinquẽniũ, aliquando vsque ad decennium, quia in eo anno nõ cõputabantur, nisi dies in quibus aliquis poterat agere, & hoc corrigit imperator dicẽs quòd hic annalis exceptio cesset, & habet locum xx. vel xxx. nisi in hypothecaria, q̃ extẽditur vsq; ad xl. ann. Omnes aliæ actiones personales mixtæ, vt actio familiæ erciscundæ, &c. tollantur vsque ad xxx. an. & ita demum currat ꝑscriptio, si nõ præsumpatur per litis cõtestationem, & hoc in secũda. Sed an filiis in aduẽtitiis currat ꝑscriptio, hic quæritur? Dicitur q̃ non, cùm patri non acquirantur, quia cum est in potestate, etsi agere vellet, nõ posset, & hoc in tertia Viuianus.

m *Debeat.* q̃ ignoramus.

Ad decennium.

a ¶ *Ad decennium.* quia vtilis erat annus.
b ¶ *Decennio.* vt ꝭ. *de præscript. long. temp.*
c ¶ *Triginta.* vt ī *de præscrip. xxx. an. l. sicut.*
d ¶ *Minoribus spaciis.* sc. triennio vel quadriennio, vel similibus: *vt supra de vsucap. transfor. l. j. & de quadrien. præscrip. l. j. & per totum titulum.*

alij quidem ita effusè interpretabantur, vt possit vsque ad decennium [a] extendi. Alij iudicantes vsque ad quinquennium standum esse putauerunt. Et in nostris temporibus sæpius super huiusmodi calculo à iudicibus variatum est: vnde nec facile suum effectum in litigiis ostendere huiusmodi exceptio valuit. Cum itaque nobis aliæ téporales exceptiones vel præscriptiones sufficiant: huiusmodi difficultatibus illigari nostro subiectos imperio minimè patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliæ omnes legitimæ exceptiones & præscriptiones in iudiciis suum vigorem ostédant: siue quæ super decennio [b], vel viginti vel triginta [c] vel quadraginta annis introductæ sunt, siue quæ minoribus spaciis [d] concluduntur.

¹ *Annalis exceptio super Italico contractu tollitur, & aliæ præscriptiones legitimæ confirmantur. hoc dicit. Vel sic: Actiones personales & mixtæ tolluntur triginta annorum tempore, nisi præscriptio sit interrupta: hypothecaria quadraginta annis durante contra debitorem, vel eius heredem: & interruptio per litis contestationem in xl. an perpetuat actionem. hoc dicit vsque ad §. ne autem. Salycetus.*

e ¶ *Prohibet.* non solũ noua cõstituit, sed etiá constituta renouat.
f ¶ *Legitimus modus.* qui multi sunt: *vt an. supra tit. j. l. cum notissimi. §. sed & si quis.*
g ¶ *Hypothecaria.* contra debitorem competente.
h ¶ *Quadraginta annorũ.* Sunt & alij [a] casus vbi præscriptio xl. ann. locum habet: *vt ꝭ. titu. j. l. fina. & l. comperit. & infra de fun. patrimo. l. finali. lib. xj. & supra de sacrosanct. eccle. authent. quas actiones.* ¶ Sunt & [b] aliæ q̃ nullo tempore tolluntur: vt præiudicialis q̃ libero dat homini bona fide possesso: *vt ꝭ. de præscrip. long. temp. quæ pro liber. l. fin.* Item populus Romanus viã non vtendo amittere non potest: *vt ff. de via publ. leg. viam publicam.* ¶ Sed quid si cum esset bonæ fidei possessor, & præscribẽdo rem amisit possessionem per inundationem: *vt ff. de bo. authoritate iudi. possid. leg. cum vnus. §. fin.* an inundatione cessante succurrat mihi g in integrũ restitutione? quod videtur: *vt ff. de iti. actuq. priu. l. j. §. si quis propter inũdationem.* Sed argum. contra. *est ff. ex quib. cau. ma. l. sciendum.* ADDITIO. Illud est verũ, vt dicit Bart. hic. Ratio est, quia non debet quis restitui ad lucrum faciendum cum aliena iactura: *vt d. l. sciendum. in gloss. alle. & ff. de furtis. l. si is qui. j.*

a Quadraginta annorum præscriptio quibus casib locũ habeat.
b Actiones, quæ nullo tollũtur tempore.
c Si quæras quo tempore actio communi diuidundo præscribatur, dic durante communione non nasci neque currere. ideoq. si fratres vel socij steterint in communione etiã per 30. annos & vltra nõ petita diuisione, non præscribitur iuri & facultati diuidẽdi. quæ de re vide Balbum post de præscr. 4. part. 4. q. 14.
d Familiæ erciscundæ & cõmuni diuidundo, vnde nascantur & actiones quib. competant.
e Actio cõmuni diuidundo non ex voluntate, sed quasi contractu nascitur: hinc colligunt libero arbitrio non præscribi. nec his quæ ex volũtate proficiscuntur. v. Balbum tract. de præscrip. 5 par. te 4. qu. 1. nu. f.
f Actionẽ finiũ regundorum quo tempore præscribatur. dixi ad l. xxx. ꝭ. finiũ regund.
g Actio pro socio quando incipit competere.
h Societate finita nascitur actio pro socio: ideóque societate cõstante non currit præscriptio seu non præscribitur ius petendæ rationis inter socios. v. Balbum d. loco qu. 11.
i Renunciãdi ius quale, quę eius natura, & an præscribi possit.
k Præscribi non potest renunciandi societatis iure.

i ¶ *Communi diuidundo*[c]. in his prædictis duobus diuisoriis duo dixit M. primum, quòd nascantur[d] ex voluntate, scilicet tunc quando volui diuidere *& pro hoc est ff. fami. ercisc. l. j.* Secundum, quòd ei tantum qui non possidet currit præscriptio: nam & non possidẽti dantur hæc iudicia: at si póssideret, nulla currit præscriptio: cum non currat aliqua contra possidentem. *pro hoc est supra titu. j. l. male agitur.* Sed in vtroque malè dixit. primo, quia [e] non ex voluntate, sed ex quasi contractu nascuntur: *vt institu. de ob. quæ ex quasi contractu. §. item si inter aliquos.* licèt dicatur eas competere volentibus à cõmunione discedere: *vt d. l. fami. ercis. l. j.* Sed & si illud esset verum, quòd ex voluntate nascerentur, potest velle: ergo velle videtur. *vt ff. de reg. iu. l. qui potest.* Item & possidenti currit: nam non currit vt dominio præscribatur, sed diuisioni, vt non possit impetrare diuisionem. nam & aliàs est res communis, nec tamen intendi potest diuisorium iudicium: *vt ff. de alie. iud. l. fina. & de rebus eorum l. si pupillorum.*

k ¶ *Finium regundorum.*[f] sunt enim hæc tria mixta: *vt institu. de act. §. quædam.* Accursius.

l ¶ *Pro socio.* Sed quando [g] hæc incipit competere? Resp. dic eam non competere societate [h] durante: *vt supra pro socio l. tandiu. & dic. vt ibi.* ¶ An autem imputetur si non renũciet [i], vt si faciat competere ipso iure: quod videtur *per d. l. de reg. iur. qui potest.* & sic amittit ius renunciandi? Respon. non: 1 Quia [k] si renunciasset alteri intempestiuè, teneretur: vnde non videtur posse, quod commodè non potest: *vt ff. de verb. sign. l. Nepos Proculo.* 2 Item & si potuit renunciare, & non fecit: hoc profuit socio. non obiicit ergo alij culpam is qui lucrum inde fecit, iuxta illud: Vt culpent alij, &c. *vt ff. de iur. do. l. cum in fundo. §. j.* 3 Item tertia ratione: quia renunciare est ex libero arbitrio [a]: quod nõ est sic in iure [b] offerẽdi: quod ex pacti necessitate fit & recipitur. ¶ Itẽ quæro de actione personali [c] ex testamento, puta competente pro seruitute legata, si non vtatur xxx. ann. ipsam enim seruitutem vel cõfessoriam [d] tolli constat x. ann. vel xx. *vt ff. quibus mod. vsusfruct. amitt. l. j.* Sed & actionẽ personalem [e] dicã tolli xxx. ann. *vt hic*, vel ipso iure, vel (quod verius est) ope exceptionis, cũ tempus non sit modus tollendæ obligationis, &c. *vt ff. de act. & obl. leg. obligationum fere. §. placet. & plene diximus supra de vsufruct. leg. corruptionem.* Et contra de negatoria [f] dubitat. & constat quòd quandoque ipso iure tollitur, & acquiritur seruitus: vt in aqua, & aliis quæ habent perpetuã [g] causam. ¶ Sed quid de his quæ [h] non habẽt perpetuã causam, vel quasi? Potest dici quòd licèt non acquiratur, tamen elapsis xxx. ann. obstat exceptio: sicut & dominium rei tanto tempore nõ acquiritur. tamẽ exceptio vindicãti obiicitur ab eo: & sic non potest contradicere: *vt ff. de serui. rusti. præd. leg. per fundum.* Vel aliter, dicunt quidam plures esse itiones, & plures actiones negatorias, & ideo non currit nisi in illis itionibus (aliàs actionibus) quæ fieri debuerunt iam sunt xxx. ann. Sicut & in stipulationibus, & in legatis annuis: *vt supra titu. j. l. cum notissimi. §. pen.* Sed licèt sint plures actiones, tamen vna agi potest: vt & de pluribus hereditatibus datur vnũ iudiciũ fami. ercisc. *vt ff. fami. ercisc. l. heredes. §. si inter me & te. & ff. pro socio. l. cum duobus. §. si plures.* ¶ Item quæro de pignoratitia [i] actione, quando nascatur: & ex quo tempore currit præscriptio? Et dicunt quidam nasci demum soluta pecunia, vel aliter satisfacto: *vt ff. de pign. act. l si rem j. §. omnis.* Hæ sunt enim conditiones eius: *vt ff. de pign. l. grege. § pen.* & hoc secundùm Bul. 2 Alij vt P. quòd etiam prius nascitur, sed non intentatur: vt in actionibus quibusdam dicitur, *& ff. de tu. & dis. l. si tutor. §. fin. & l. sequent.* ¶ Ex [k] quo ergo tempore currit ei præscriptio? Respondeo. ex quo competit cum effectu, non prius: *vt j. eo. l. §. fin.* & hoc de iure. de effectu etiam prius tollitur. nam [l] cum tollitur ius offerendi [m]: *vt notaui. ꝭ. titu. j. l. cum notissimi. § j. in fin. §. ergo* & pignoratitia. ¶ Sed sublata pignoratitia, an possit debitor agere rei vindicatione? Respon. vtiq. nam cum debitor vsucapit possidente creditore: *vt ff. de vsucap. l. seruum.* acquirit dominium: non amittit dominium, si habet vnde intentet rei vindicationem vel pro veteri, vel pro nouo quæsito dominio. nec dicat quis verbis legem statui, quia tollitur pignoratitia, & remanet rei vindicatio: quia grauius erit debitori probare dominium, quàm esset traditionem pignoris.

Ad hæc cum nihil prohibet [e] etiam ea quæ aliquam dubitationem acceperunt clarioribus & compendiosis sanctionibus renouari: iubemus omnes personales actiones quas verbosa quorundam interpretatio extendere * extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spaciis concludi: nisi legitimus modus [f], qui & veteribus & nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit, sola hypothecaria [g] actione quadraginta annorum [h] vtente curriculis. Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ erciscundæ, neque communi diuidundo [i], neque finium regundorum [k], neque pro socio [l], neque furti, neque alterius cuiuscunque personalis actionis vitam longiorẽ esse triginta annis interpretari: sed ex quo ab initio competit, & semel nata est [m], & non iteratis fabulis sæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur [n], post memoratũ tempus finiri [o]: exceptis omnibus actionibus, licèt personales sint, quæ in iudicium deductæ sunt, & cognitionalia acceperunt certamina, & postea silentio traditæ sunt: in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos: ex quo nouissimùm litigatores tacuerũt, lex nostra

m ¶ *Nata est.* hysteron [n] proteron. i. conuersus ordo: *vt ff. de rerum diui. l. riparum. & institu. eo. titu. § riparum.*
n ¶ *Dicebatur.* quia dicebant eam renouari ex assidua contrectatione: & sic præscriptionem per nouam contrectationem interrump. sed malè, quia non ideo plus fit furtum: *vt ff. de fur. l. ei qui.*
o ¶ *Finiri.* vt ꝭ. *titu. j. l. sicut. & l. omnes. & l. cum notissimi. & de constit. pec. l. ij. & j. vnde vi. l. fin. in fine.*

a Præscribi nõ posse libero arbitrio quidam hinc colligunt de quo. v. Menochium 1. arbitr. iudicũ centur. 1. casu 44. Anton. Gabrielium. 5. concl. 12.
b Præscribi potest iure offerẽdi. & cur.
c Præscribi quo tempore possit actio personalis ex testamento cõpetens pro seruitute legata.
d Præscribi quo spacio possit confessoria seruitus.
e Præscribuntur personales actiones 30. annis, vel ipso iure, vel ope exceptionis.
f Præscribi quo spacio possit negatoria seruitus.
g Præscribi quo spacio possit seruitus perpetuam causã habens.
h Præscribuntur seruitutes non perpetuã causam habẽtes vel quasi, spacio triginta annorum.
i Actio pignoratitia quãdo nascatur.
k Præscribi an quo tempore possit actio pignoratitia.
l Pignoratitia est sequela iuris offerẽdi, ideoq. cognita præscriptione iuris offerendi, cognoscitur præscri. pignoratitia. v. Balb. trac. de præscrip. 5 parte 4. qu. 2. insf.
m Iuri offerẽdi præscribi. v. quæ scripsi ad l. 7. §. et. in verbo opponere conatur. ꝭ. de præscr. 30. ann.
n Hysteron proteron est ordo conuersus.

a ¶ *Promulgauit vt* s. *tit. j. l. fin.*
b ¶ [illegible] id est ius de præscriptionibus constitutum.
c ¶ *Minime.* vt alia aduentitia: de maternis enim erat dispositum: *vt hic, & s. de bo. ma. l. j. in fin.*
d ¶ *Temporalem* perpetuam[a] etiam hic temporalem appellat: quia tempore finitur, & hoc in acquisitis. in acquirendis autem sibi & patri nocet filius: vt s. *qui admit. ad bo. pos. l. j. & de acqui. poss. l. fin.*
e ¶ *Quis enim.* quasi[b] dicat, nemo: *vt hic, & ff. de doli. except. l. pure. §. finali. & ff. de neg. gest. l. §. pupilli. §. finali. & s. de bo. quæ lib. l. fin. & de iure do. l. in rebus. & in fin. & s. tit. j. l. cum notissimi. §. illud. & ff. de serui. rust. præ. l. & Attilicinus. & supra de bo. ma. l. j. & in authent. nisi & ff. de usur. l. cum quidã §. si pupillo. & ad Sila. l. ij. §. eleganter.* Accur.

a Perpetua exceptio etiam dicitur quæ temporalis est.

b Interrogans negare intendit soler atque ius interrogatio pro negatione habetur.

VT perfectius.] CASVS. Si aduersarius[b] absens fuerit, vel furiosus, vel infans, vel merum habeat imperium, ita vt eum conuenire non possim: auctoritate mea rem, de qua lis est, nõ possum auferre: sed debeo porrigere libellum præsidi, & interrumpere præscriptionem. si præses non est, porrigam episcopo. si episcopus præsens non est, mittam libellũ ad ædes aduersarij: & protestabor corã testibus, me velle cum cõuenire si possem: & sic sua interrumpetur præscriptio.

† Concor Glos. & in eod. vsucapi post prius. extra de rescri.

f ¶ *Vt perfectius.* quàm olim esset consultum.
g ¶ *Absentia.* vt *ff. ex quibus caus. ma. l. j. & l. item ait.*
h ¶ *Potentia.* Potens[c] est, qui habet merum imperium, vnde non cõuenitur: *vt ff. de in ius vocan. l. ij. & ad hoc ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. fina. in princip.* secus si minor magistratus: *vt ff. de iniur. l. nec magistratibus.* in casu etiam maiores: *vt infra ad le. Iul. repe. l. iubemus.*

c Potens esse dicitur, qui imperiũ merum habet.

i ¶ *Vel infantia.* subaudi, vel furore. hic enim conueniri non potest: *vt ff. de in ius vocan. l. quæque. & l. neque. & ad hoc ff. de min. l. aut prætor. §. j.*
k ¶ *Adire.* hodie prius est adeundus defensor ciuitatis: quo deficiente, tunc præses, & deinde imperator: *vt in authent. de defen. ciui. §. & iudicare. & de man. princ. §. & non permittes. collat. iij.*

* [illegible] eidem verbis posita fuit sub tit. de e [illegible]

* Consulamus [illegible]

* Aduersariis [illegible]

l ¶ *Præsidem.* scilicet per se.
m ¶ *Vel.* pro & Vel dic vel, pro id est. Vel dic. s. per procuratorem.

antea promulgauit[a].

Hodie filiofamiliàs non valenti agere non currit præscriptio. Vel sic: In rebus quæ quæruntur filiusfamiliàs, eis non currit præscriptio. h. d. vsque ad finem. Salyc.

Ne autẽ imperfecta sanctio[b] videatur, cum in maternis quidem rebus filiisfamiliàs tẽpora exceptionum currere dispositum erat, ex quo sacris paternis absoluti sunt, in aliis autem quæ minimè[c] acquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum: apertissima definitione sancimus, filiisfamiliàs in omnibus his casibus in quibus habent res minimè[c] patribus suis acquisitas, nullam temporalẽ[d] exceptionem opponi, nisi ex quo actionem mouere potuerint, id est postquam manu paterna, vel eius in cuius potestate erant constituti, fuerint liberati. † Quis enim[e] incusare eos poterit si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minimè adimplere lege obuiante valebãt? Datum XV. kal. April. Cõstant. Lampad. & Oreste CC. Conss.

Si possessor præscribens conueniri non potest propter absentiam, potentiam, infantiam, vel furorem: potest fieri interruptio præscriptionis per denunciationem factam præsidi, vel episcopo, vel defensori loci, & vltimo ad domicilium possessoris in forma hic tradita. Baldus: Vel sic: Si possessor præscribens est absens, vel furiosus, vel infans, tutore vel curatore carens, siue in potentia eminẽs: potest ei fieri interruptio præscriptionis porrigendo libellum corám præside, & successiue coram episcopo vel defensore: & vltimo per publicam & solennem protestationem factam ad eius domum. Salyc.

II. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

VT perfectius[f] * omnibus cõsulamus *, & nemini ab sentia[g] vel potentia[h] vel infantia[i] penitus aduersarij sui * noceat, sed sit aliqua inter desides & vigilãtes differẽtia: sancim', siquãdo abfuerit is qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & desiderat dominus rei vel creditor suam intentionem proponere, & non ei licentia sit absente suo aduersario qui rem detinet, vel infantia, vel furore laborante, & neminem tutorẽ vel curatorem habente, vel in magna potestate cõstituto, sua auctoritate eas res vsurpare: licentia ei detur adire[k] prædidẽ[l] prouinciæ, vel[m] libellũ ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora, & interruptionem temporis facere, & sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. Sin autem nullo potuerit modo præsidem adire, saltem ad locorum episcopum eat, vel defensorem ciuitatis, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Sin autem abfuerit vel præses, vel episcopus, vel defensor ciuitatis: liceat ei proponere publicè †vbi domicilium[n] habet possessor, seu cũ tabulariorum[o] subscriptione, vel si ciuitas tabularios non habeat, cũ trium testium subscriptione: & hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem, siue triennij[p], siue longi temporis, siue triginta vel quadraginta annorum sit. ¶ Omnibus aliis quæ de longi temporis præscriptione, vel triginta vel quadraginta annorum[q] curriculis constituta sunt siue ab antiquis legum conditoribus, siue a nostra maiestate, in suo robore duraturis †.

Citatio facta super vna summa causa non expressa, vel super obligatione causa non expressa, nec vna summa: sufficit ad interruptionem omnium quæ possunt sub tali generalitate comprehendi. Et interruptio facta in personali, perpetuatur in hypothecaria, & econtra. hoc dicit secundum Baldum. Vel sic: Generalis petitio re, quantitate, vel causa, citatione secuta sufficit ad interrumpendum præscriptionem in omnibus quæ sub illa petitione possunt includi. hoc dicit: & est hac lex singularis, ideo notanda secundum Salycetum.

n ¶ *Domicilium.* ¶ Nõ sufficere[a] denunciari ad domum, etiam si non perueniat in notitiam eius cui nũciatur: *vt ff. de dam. infe. l. sin. §. prætor. & §. totiens. & ff. quod vi aut clam. l. aut qui. §. j.* ¶ Sed arg. contra *ff. quæ sen. sine appel. l. j. §. item cum ex.* Sed dic vt ibi.
o ¶ *Tabulariorum.* id est tabularij, *ut s. de iure delib. l. §.* [illegible]
p ¶ *Triennij.* Nõ ergo vsucapionẽ[b] interrũpi litis cõtestatione. & sic est contra. *ff. pro empt. l. ij. §. finali. & ff. de rei vin. l. si post acceptũ.* Sol. secũdũm M. hic corrigit, vt idem sit in vsucapione, quod in pscriptione, scilicet q interrũpatur: *vt s. de rei vindi. l. mora.* Tu dic secudũ Ioan. q hæc lex loquitur specialiter in quatuor casib. scilicet quando aduersari' est furiosus, vel infans, vel absens, vel in potestate positus. aliàs serua quod in illis contrariis legibus cõtinetur. quod enim specialiter dicit, nõ trahitur ad cõsequentiam: *vt ff. de leg. & senatuscons. quod contra.* Itẽ quæro, an restitutio in integrũ amodo denegetur quæ datur contra absentes ex illo tit. *ff. ex q. ib. cau. ma. l. j. & l. vt prætor. §. fin. & l. sed & si per prætorem. §. alt.* Respõ. non, cum enim hæc lex inducat hoc pro priuilegio, nõ debet in eius læsionem retorqueri: *vt s. de le. & con. l. quod fauore.*
q ¶ *Vel quadraginta annorum.* immo videtur q solæ prætoriæ & annales taliter interrumpãtur: *vt s. quando l. princ. da. l. j. & x.* Sed hic speciale, vt interrũpãtur. Et cõcordat huic *l. s. de epi. audi. l. si præsens. & l. fi. & s. de non nu. pecu. l. in contractibus. §. fin.* Accu.

a Denunciari ad domum sufficit, etiamsi ad eius notitiã denũciatio nõ peruenias.

b Vsucapio an interrũpatur per litis cõtestationem.

† Concor. c. j. & [illegible] Gl. super verb. publicè extra de postu. prælat.

SI ex multis.] CASVS. Tenebatur mihi q s ad x. ex causa locationis: & ad alia x. ex causa venditionis: & ad alia x. ex causa mutui. fi x. petiero non expressa causa, an interrũpat pscriptio in omnibus x. quæritur. Respon. quòd sic, in fin. l. & hoc in prima. Item si tenearis mihi ad x. ex causa mutui, & pignora obligasti: & peto x. certi condic. ex mutuo, an hypothe. pscriptio interrũpat, qritur. Dicitur q sic. & hoc in secunda. Si verò tenearis mihi ex pluribus causis, & in libello meo certã quãtitatẽ non expressi, nec causam, sed dixi sic, cõuenio te, quia mihi es obligatus: quæritur an sint perpetuatæ omnes actiones quib. mihi tenebaris? Dicitur quòd sic: & hoc in tertia. Vivianus.

† Data Cõstantinopoli. Kal. Octob. post consulatum Lãpadij & Orestis. VV. CC. Con. Conc. ex l. in sup. de epis. & aud.

Si ex multis.

a Exceptionis proponendæ defectus, efficis validum quod aliàs esset inualidũ. tex. est bonus in l. 3. de execut. tu.

a ¶ *Si ex multis*[a]. Tres ponit quæſtiones hæc lex. Prima, cùm mihi deberentur ſimiles quantitates ex pluribus cauſis, & vnam quãtitatem ſine cauſæ mentione expreſſi: quæritur, an omnes actiones pro ſimili quantitate perpetuaſſe videar, an nullam, an vetuſtiſſimam. Secunda, ſi fiat de perſonali actione libellus tãtùm, vel de hypothecaria tãtũ, an ſuper vtraq; videatur fieri interruptio? Tertia, an ſi nec cauſa, nec quãtitas ſit expreſſa, ſed tãtùm dicat obnoxius, an omnes ſint perpetuatæ. Et omnib. reſpondet q ſic. ¶ Sed quid ſi vnam cauſam & quantitatem expreſſit, an perpetuat cæteras? Reſp. non. licet quidam dixerunt quòd ſic, per legem iſtam, ibi, vel vnius quidem, &c. & *ff. de iud. l. ſolemus*. quod Io. non placet. Nã[b] nec qui conteſtatur in actione ad exhibendum, videtur cõteſtari in rei vindicatione, cùm & poſt litis conteſtationem in actione ad exhibendũ compleatur vſucapio: & claudit viã vindicationi, *vt ff. ad exhibendum. leg. Iulianus. §. quantum. & l. ſolemus*. intellige vt ibi: & iſtam cõſtitutionem ſimiliter, vt ibi dices. ¶ Itẽ quid ſi ex vna cauſa debeãtur mihi tria, & ex alia x. & ex alia xx. & petam x. an videar omnia petere? Reſp. non, ſed ſola x. licèt videat debere eſſe in electione actoris, in quã cauſam eligat, *vt ff. de iudic. l. ſi quis intentione*. ¶ Itẽ q.d ſi generaliter dicã eum mihi obnoxium, ſed poſtea p ſacramẽtũ calumniæ cõfitear me de vna ſũma ſenſiſſe. Reſp. nõ perpetuantur omnes, ſed illa ſola: *vt ff. de excep. rei iudic. leg. ſi ex teſtamento*. ¶ Itẽ q.d ſi tenearis mihi hereditatis petitione, ppter res ſitas hic, & etiam Mutinæ: & te cõueniã hic: an etiã illic videar interrũpere? Reſp. non. quia nec actor hic de illis agere potuit: nec reus valuit reſpondere. Quidã tamẽ cõtradixerunt tali ratione, quia & corã[c] non ordinario interrumpitur præſcriptio, *vt ſupra eodem l. vt perfectius*. Sed nos dicimus in illis caſibus eſſe ſpeciale. ¶ Item quæro quomodo huiuſmodi libellus fuerit receptus, cùm non fuerint in eo ea quæ ſunt neceſſaria, ſcilicet tria[d], *vt ſupra de edendo l. edita*. Respond. ſpontè recepit reus de iuſtitia ſua confiſus, & propter timorem teſtium decedentium, vel alias moras. ADDITIO. Aduertas ſecundùm Bartol. hic pro intellectu iſtius legis, quòd ad hoc vt interrũpatur præſcriptio per citationẽ, neceſſe eſt quòd de hoc ſaltem conſtet reo, vtrum agatur actione perſonali, vel in rem, vel vtrum agatur de quantitate, vel an de ſpecie. Vnde ſi quis fecit citari quépiam generaliter, vt veniret ei reſponſurus de iure, hoc non ſufficeret ad interrumpendam præſcriptionem.

b Litem conteſtans in actione ad exhibendã, non videtur conteſtari in rei vindicatione.

c Præſcriptio interrumpitur etiam coram nõ ordinario. † Contra. cum eodem Glo. ſuper verbo, impuberes. verſ. ſed nunquid de præſcrip.

d Hoc eſt res petita, cauſa petitionis & nomen actionis. de quo v. plata in Glo. Nou. de exhibendis & tradendis ... in verbo libellum.

III. *Idem A. Ioanni præf. præt.*

SI ex multis[a] cauſis quidam obnoxium habens, & maximè ex ſimilibus quantitatibus, in vnius quidem cauſæ ſumma libellũ cõuentionis compoſuerit, cauſam tamen nõ expreſſerit, apud veteres agitabat, an videatur omnes cauſas in iudiciũ deduxiſſe, an vetuſtiſſimã catũ, aut [omnino] nihil feciſſe, cum eius ſenſus incert⁹ eſſe apparebat. Sed & in iudiciis in multis caſibus[b] tales altercationes vẽtilatas inuenimus, & maximè propter longi tẽporis interruptionem. Si enim perſonalis fortè fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat, quidam putabant perſonalem quidem eſſe temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem euaneſcere taciturnitate ſopitam. Et ſi quis generaliter dixerat obnoxiũ ſibi aliquem conſtitutum, aliæ dubitationes emergebant, ſi omnes ei competentes actiones huiuſmodi narratione contineri credantur[c], an vero quaſi ſilentio circa eas habito, tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei acquiſito. Sancimus itaque nullam in iudiciis in poſterum locum habere talem confuſionem: ſed qui obnoxium ſuum in iudiciũ clamauerit, & libellum cõuentionis ei trãſmiſerit, licet generaliter nullius cauſæ mẽtionem habentem[d], vel vnius[e] quidem ſpecialiter, tantummodò autem pſonales actiones, vel hypothecarias cõtinentem[f], nihilominus videri ius ſuum omne cum in iudiciũ deduxiſſe, & eſſe interrupta temporum curricula: cùm cõtra deſides[g] homines†, & ſui iuris cõtemptores, odioſæ exceptiones oppoſitæ ſunt.

b ¶ *Multis caſibus*. i. non ſolùm in præcedenti, & ideò ſubiicit aliũ qui incipit, ſi enim, &c.

c ¶ *Credantur*. Ecce tertia quæſtio.

d ¶ *Mentionem habentem*. vt fuit in vltimo caſu, & hoc propter incertitudinem[a], quia incertum eſt quæ magis videatur perpetuat. *argument. ff. de iur. fiſc. l. ubi fidei & ff. de ap. ſcio. §. quid ergo. & l. appellati. & de ope. no. nun. l. de pupillo. §. ſi plurium. & de auro & arg. leg. l. Plautius. & ff. de diuor. l. fin. atq. contra ff. ad l. Iul. de adul. l. denunciaſſe. §. j.*

a Libellus incert⁹ nõ perpetuat. ſi adverſus eum excipiat reum imò & in caſu criminali, etſi non excipit. v. Lanf. a... de petitionib. ... num. 13.

e ¶ *Vel vnius* ſcilicet cauſæ, id eſt quantitatis debitæ ex vna cauſa, nõ tamen expreſſit cauſã, vt fuit in primo caſu, & ſic nota q ſoluit primam quæſtionem. Alij hoc intelligunt, quòd expreſſit ſummam & cauſam, & ſic dicunt quòd ſi petij decem ex cauſa mutui, videar in omnibus aliis interruptionẽ facere, ex quibus mihi teneris. Dic ergo vni⁹ cauſæ, id eſt, quantitatis debitæ ex vna cauſa, nõ tamẽ cauſam expreſſit. Accur.

f ¶ *Continentem*. nũc ſoluit ſecundam, ſecundũ Azo. & hoc ppter incertitudinem, quia incertum eſt, &c.

g ¶ *Deſides*. Not. vt *ſupra de rei vind. l. mora. & de inof. teſta. l. contra maiores. & ſ. de rei vxo. act. l. j. in fine.*

Dat. Conſtantinop.[a] poſt conſulat. Lampa. & Oreſtis VV. CC.

TITVLVS XLI.

DE ALLVVIONIBVS, ET paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum tranſlatis.

Naturalem curſum fluminis mutare non licet, niſi muniendo ripam quis prædio ſuo conſulat ſine magno incommodo vicinorum: & patentia incrementa illorum ſunt quibus prius erant: latentia autem iure alluuionis accreſcunt illis qui ſunt domini fundi cui ſe applicant, h. d. ſecundum Bald. Vel ſic: Flumen aliò auertere eſt prohibitum, ripam autem præmunire eſt permiſſum, & mutato alueo non perditur dominiũ fundi circuiti per ipſum niſi paulatim accreuerit alteri. Salyc.

I. *Imp.* GORDIANVS A. *Marco.*

QVAMVIS fluminis naturalem curſum opere manufacto aliò non liceat auertere, tamen ripã ſuam aduerſus rapidi amnis[h] impetum munire prohibitum non eſt[i]. Et cùm fluuius priore alueo derelicto[k], alium[l] ſibi facit: ager, quem circumit prioris domini manet[m]. Quod ſi paulatim † ita auferat, vt alteri parti applicet: id alluuionis iure ei quæritur, cuius fundo accreſcit[*] [n].

DE ALLVVIONIBVS[b], & paludib. & paſcuis ad aliũ ſtatum tranſlatis.

b v. Bartolum in ſuo tractatu Tyberiadis parte I. vbi materiam alluuionis latiſſimè explicat. adde Cepolam tract. de ſeruitutib. ruſticorum c. 35.

Dixit de acquiſitione tẽporali, nunc de naturali. Vel dixit de acquiſitionibus iuris ciuilis: nunc iuris gẽtium vel naturalis.

QVamuis.] CASVS. Curſum fluminis per opus manufactum à ſuo alueo auertere nõ poſſum, & hoc in prima. Si verò flumen reſoluto alueo nouũ fecerit, ager quem circuit ad priorem dominum pertinebit, & hoc in ſecunda. In tertia dicit, quòd ſi auferatur de fundo vni⁹ aliquid, & poſtea alij applicetur, illius erit cuius eſt fundus cui coaluit.

† De hac ſpecie alluuionis facit mentionem, ex traſmiſſa, cum Glo. ſuper verbo mutatum. extra de præſcrip.

* Fundus creſcit, in omnibus manuſ.

Cui accreſcit emolumentum per alluuionem, accreſcit & onus. Bald. Vel ſic: Propter decrementum per alluuionem proueniens debent tributa minui pro rata decreſcenti: & econtra propter crementum debent augeri. Salyc.

II. *Imppp.* ARCADIVS, HONORIVS, & THEOD. AAA. *Cæſario præfecto prætorio.*

HI quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores, p

h ¶ *Amnis*. id eſt fluminis.

i ¶ *Non eſt*. ſine magno in commodo accolarum, *vt ff. ne quid in flumine publico l. j. §. ſunt qui putant. & ff. de ripa munienda. l. j. §. ut autem.*

k ¶ *Derelicto*. in totum vel in partem.

l ¶ *Alium*. ſ. alueum.

m ¶ *Manet*. vt *ff. de acquirendo rerum dominio. leg. adeò. §. inſula. ibi, quòd ſi ex vno latere, &c. & inſtitut. de rerum diuiſione. §. inſula.*

n ¶ *Accreſcit*. vt *ff. de acquir. rer. domin. l. adeò. §. præterea. & inſtitut. de rer. di. §. præterea.* Sed hoc fallit in agris limitatis: *vt ff. de acq. rer. dom. l. in agris.*

HI quos.] CASVS. In Ægypto aliquando Nilus inundat:et cuius inundatione aliquid accrescit possidēti prædia tributaria,& alij detrahitur,an cēsus vnius augeri,alius diminui debeat, quæritur: Dicitur quòd sic.

a ¶ Liberentur. ¶ Nam cui accrescit emolumentum,accrescit & onus,& econtra,vt hic, & s.fine cen. vel re. l.fin. & s.no. vect. vel tit non poss.l.j.in fi.& ff.de ser.rust. præ.l.imperatores. Sed ar. contra. s.de iur. emphy.l. j.Item contra s.l.prox.in prin.Sol.vt ibi.

b ¶ Defensi.illi quibus alluuionis iure accreuit. & sic vsq; in fi. Vel verius illi quib. est imminutum.¶ Item quod dicit,largitate,ideò dicit,q.a damus ei immunitatem. ¶ Item quod subiicit, respondeant, &c. pro tanto quantū sibi remansit:vt j.de annona,& tribut.l.y.lib.x.& ff.de censibus. l. forma. §.j. & secundo.

c ¶ Deuotioni.id est deuotè soluant.

EAqua.] CASVS. Si in Ægypto per Nilū, siue in aliis prouinciis per flumen aliquid alicui accreuerit: illud nec à fisco vendat, nec petatur, nec illi cui accreuit, separatim propter hoc census nouus imponatur, vetus tamē augebitur cùm aliquid accreuit, & hoc in prima, qui verò pro paludevel pascuis modicū præstant censum: si per eorum diligentiam ad culturam redigātur, & ad frugum fertilitatem translata sunt, illa non petātur à fisco, nec vēdātur,nec cēsus augeatur, & hoc in secunda. In tertia parte imponit pœnā temeratori huius l. scilicet vt puniatur in l.libris auri,& officialis præfecti prætorio eadem pœna puniatur,si alicui suggesserit quòd possit venire cōtra statuta huius l.vel si preces petitoris introduxerit vt liber fit ab huius. l. obseruatione. Viuianus.

terris quas possident, tributorū præstationem agnoscant.

Et qui suum deplorant patrimonium deminutum *: alieno saltem functionis onere liberētur [a],& nostræ serenitatis largitate defensi [b], locorum etiam possessione contenti pro agitādi census examine respondeant deuotioni [c].

Latentia incrementa ad fiscum nō pertinent:nec separatim de his censetur aut pro his census exigitur: nec est augendus census, licèt professio efficiatur fertilior sumptu & sollicitudine possessoris,pœna contradicentibus imminente. Bald. Vel sic: Incrementum alluuionis non debet per se censeri, sed vnum corpus cum eo cui accreuit, iudicari: & impinguatio terræ, vel melioramentum culturæ non facit tributa accrescere. Salycet.

III. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS AA. Cyro PP.

EA † quæ per alluuionē, siue in Ægypto per Nilū, siue in aliis prouinciis per diuersa flumina possessoribus acquiruntur, neque ab ærario [d] vēdi, neque à quolibet peti [e], nec separatim cēseri [f], vel functiones exigi [g],hac perpetuò valitura lege sancimus:ne vel alluuionum ignorare vitia [h], vel rem noxiā [i] possessoribus videamur inducere. Similiter † nec ea quidē quæ paludibus antea vel pascuis videbantur adscripta [k], si sumptibus possessorum nunc ad frugū fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri [l], vel functiones exigi concedimus: ne doleant [m] diligentes operam suam agri dedisse culturæ,nec diligētiam suam sibi damnosam iudicantes intelligant [n]. Cuius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coerceri decernim*:inter quos habendum est officium [o] quoque tuæ sedis excelsæ,si aliquid huiusmodi suggesserit disponēdum, vel si preces introduxerit petitoris. Dat. XI. Kal. Oct. Cōstantinop. Val. A. V. & Anath. V.C. Coss.

d ¶ Ab ærario vendi.vt propria.vendit tamen ob cessationem tributorum.Azo. 2 Vel non vendit separatim augmentum,sed totaliter:vt subiicit.

e ¶ Peti.à quolibet pro fisco.

f ¶ Separatim censeri.id est censui adscribi.

g ¶ Exigi.Huic est contrarium supra l.prox.cū ibi dicat cum grauari in plus cui accreuit. Solut. ibi separatim accreuit ita q̄ discerni potest vnum ab alio.hic non,sed per alluuionē: quia alluuio discerni non potest. Vel hic non censetur,scilicet separatim: sed totalis precij facta computatione. ¶ Sed quæritur,quid prodest non fieri separatim? Respon.si fieret separatim,& nō offerret chartam professionis: omne ius amitteret: vt s.fine cen.vel re.l.fin. hic autem non amittet:vt s.de vecti.& commis.l.iij.Accur.

h ¶ Vitia.impropriè [b],id est priuilegia & potestates quæ sunt vt vni auferant,& alij donent: vt ff.de acquir. rerum do.l.ergo. §.alluuio. Refertur ergo hæc ratio ad id quod dicit, neque ab ærario vend. neque à quolibet peti. 2 Alij, vt P. dicunt quòd respicit legem superiorem, scilicet quòd illi quorum patrimonium est minutum, releuari à tributis debent,non quasi per eorum vitium fit minuta possessio, argumentum. ff. de censi. l. vitia. & ita non videbatur minui,sed prima verior.

i ¶ Noxiam. & hæc ratio aptatur ad proximū dictum, s.quòd illi quorum patrimonium est auctum, non debent separatim censeri propter eam vtilitatem quam modo dixi.

k ¶ Adscripta.modico censu.Accursius.

l ¶ Censeri.Quid si non separatim? Respon. idē videtur.

m ¶ Ne doleant. [a] nam, Cum labor in damno est, mortalis crescit egestas: vt hic, & infra de omni agro desert. l. fin. lib. xj. & in auth.de ind. §.ne autem.coll.vj.

n ¶ Intelligant.Imò fructuolam, vt supra depositi.l.fin.& ff.ad l.Falc.l.iij. & ff.de app. l.scio. §.quid ergo. & ff.de rei vin.l.certum. & ff.lota. l.cum colonus. Sed argum. contra supra de iudic.l.properandum. §.fin autem ex gestis.

o ¶ Officium.id est officiales tui.

TITVLVS XLII.

DE SENTENTIIS præfectorum prætorio: †

Non appellatur à sententia præfecti prætorio, sed supplicatur principi, & si sententia lata sit pro republica, durat biennio hæc potētia supplicandi. Baldus. Vel sic: A sententia præfectorum prætorio nō appellatur, sed intra biennium principi supplicatur. Salyc.

I. Impp. † DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. A A. Thalassio præfect. præt. Illyrici.

LITIGANTIBVS in amplissimo prætorianæ præfecturæ iudicio [p], si contra ius [q] se læsos affirment, non prouocandi [r], sed supplicandi licentiam ministramus: licet pro † curia, vel qualibet publica vtilitate, seu alia causa dicatˢ plata sententia.nec enim publicè [f] * prodest singulis legū adminicula denegari:ita videlicet,vt intra biēniū tantùm nostro numini [t] * cōtra co-

DE SENTENTIIS præfectorum prætorio.

Qualiter per præscriptionem tes quærantur, dixit, nunc qualiter per sentētias, audi. Et primò de ea quæ datur, ab excellentiore pōst principem.

LItigātibus.] CASVS. Si præfectus prætorio inter aliquos iudicauerit, & altera pars se læsam affirmet: an à sentētia possit appellare quæritur? Respond. q̄ non, sed principi poterit supplicare, si pro re fert fuerit sententia lata in causa publica, an in priuata, & hoc in prima. Intra autē q̄ tēpora supplicare liceat, quæritur? Respond. q̄ intra biennium numerādum ab eo tempore quo princeps successit præfecto prętorio iudici p inuocationē supplicātis, & sic postquā præfecto iudici incepit posse succedi, hoc est à tēpore latæ sententiæ à præfecto.Vel dic,post successionē, id est post sententiam latā à præfecto qui alij iudici successit, & hoc in secunda.

p ¶ Iudicio.i.coram præfecto prætorio.

q ¶ Si contra ius.scilicet litigatoris,non legis,vel constitutionis, quia tunc ipso iure non valeret sententia: vt ff.quæ sen. sine app.l.j.in princ.Accursius.

r ¶ Prouocandi. vt supra de precib. imper. offe. l.si quis. & ff. de off.præfect.prætor leg.prima.§.hoc amabilis. & sic speciale [b] est in eo, sicut & in episcopo, vt supra de episcop audiend.l.episcopale. Item secundo est speciale [c], quia dat in integrum restitutionem contra suam sententiam ipsemet,& non alius: vt ff.de minor.l.in causa.y. in fine.& l. præfectis. Item facit supra. de officio præfecti prætorio Orientis. l. normam.

f ¶ Nec enim publicè. Imò nocet, expedit enim reip.&c. vt inst.de his qui sunt sui vel alie. iur. §.fin. & facit infra de emen. l.nec anni. & s.de caduc.tol.§ fin.

t ¶ Nostro numini.aliàs nomini,id est nobis.Sed hodie fieri potest ipsi præfecto,vel eius consiliariis intra x.dies, & præstita fideiussione mandat sententiam executioni,vt s.de preci.impe.offe.authent. quæ supplicatio.Sed si non supplicetur prædicto modo,nihilominus fit principi intra biennium.Accur.

Post succes-

Marginal notes:

a Omne ei adiectare debet, cui emolumentum adcrescit.

* minutum. in omnib manuf.

† Hæc lex extat integra apud Aggenū Vrbicum de limitib. agro rū,citaturque ab eo ex Cod. Theod. integrè.

† Contra.s.cum M. Ferrariensi cum Glos super verb. indemnitā contra de consti.

b Alluuionis vitia quæ dicantur.

a Cum in c. 18 alias super vetbis possessor. circa fin. extra de præs.

† ad hoc d. exemplū veteres leges Frācorū suos maiores siue præfectos palatij habuerunt. prætoriorum enim appellatur hic taberaculū principis:vt ex Ascónio scire licet.

† In omnibus manuscrip. est inferi. Theod & Valen.&c. Extat enim & hæc lex inter Nouellas Theodosij imperfectas cū breuiario Alarici.

† Tollit hic veterem legē quæ adnectitur sententiam pro curia latā appellare prohibebat.

* al.publico.

* al.nomini.

b Appellari non potest à sententia præfecti prætorio & Episcopi.

c Restituere aduersus suā sententiā potest ipse præfectus prætorio.

a ¶ *Post successionem iudicis.* i. postquam præfecto prætorio iudici successit princeps per inuocationem supplicantis, dicētis recursum ad principem, quod facere potuit quandocunque post sententiam, & sic passiuè intellige. Et hoc casu executioni mādatur sine fideiussione. 2 Vel dic postquam iudici præfecto cœpit posse succedi: hoc est à tenore latæ sententiæ à præfecto. 3 Vel dic tertiò quòd præfectus hic de appellatione cognoscebat, quod patet, quia dixerat, contra cognitionales, &c. Poterit[a] ergo intra biennium à sententia primi iudicis supplicari à præfecto, non vltra, quod non placet, quia fortè nec intra biennium iudicabit præfectus, cū multa impediant cognitionem causæ appellationis & supplicationis, vt vltra biennium extendantur, nec interim tēpus currat. *vt in auth. vt iudic. sine quoq. suffrag.* §. *hoc quoque sancimus, collat.* ix. 4 Vel quartò, i. post sententiam latam à præfecto qui alij iudici successit, cùm enim fiat post sententiam præfecti, ergo & postquam præfectus successit. ¶ De successione autē ideo dicit, quia post, sed nō statim post, imò quandoque multò post, & nūquam ante fit hæc supplicatio. ¶ Item contra ℐ. *ne liceat in vna eadémque causa* *l. j.* vbi non potest supplicari. Sol. ibi præfectus cognoscebat de secunda appellatione, postquam non est licitum supplicare, vel appellare, scilicet tertiò. ¶ Item si vsque ad biennium supplicatur, vsquequò durabit? Resp. fortè intra idem biennium debet perfici, vel non est tempus statutum, *vt ℐ. de temp. app. auth. sed licet.* 2 Vel dic intra tempus quod appellationem exercentibus datur, scilicet anni vel biennij: *vt ℐ. de temp. app. auth. ei qui appellat. & ℐ. de temp. app. l. fi. §. illud in fin.*

† In Nouel. Theo. legitur cognitionem quod nō pro bo. Contius

a Supplicatio admittitur vbi appellatio eiicitur.

† al. Titius & D. Pius) in omnibus manus.

gnitionales sedis prætorianæ præfecturæ sententias post successionem † iudicis[a] numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. Dat. III. Id. Aug. Constantinopol. The. A. XVI. & Fest. V. C. Coss.

TITVLVS XLIII.

QVOMODO ET QVANDO iudex sententiam proferre debeat præsentibus partibus, vel vna parte absente.

Quicquid iudicis potestati committitur, necessitati nō subiicitur. Vel aliter: Verbū solere, in his quæ habent rationē difformem, nō inducit necessitatem. Bald. Vel sic: Verba rescripti enūciatiua soliti, non necessitāt. Saly. Vel sic: Verba potestatiua nō inducūt necessitatem. Iac. But. Vel sic: Index potest ferre sententiam cōtra absentē seruatis seruandis, non tamē semper compellitur, h. d. secundùm Paul. de Castr.

I. *Imp.* M. ÆLIVS ANTONINVS † A. *Publicio.*

NOn semper compelleris vt aduersus absentē pronuncies[b], propter subscriptionem[c] patris mei, qua significauit etiam contra absentes sententiam[d] dari solere[e]. Id enim eò pertinet, vt etiam absentem damnare possis[f] †, non vt omnimodo necesse habeas.

e ¶ *Solere.* non ergo imponitur necessitas ex his verbis & similibus. *vt ℐ. de off. præf. l. sæpe. & l. seq. Accur.*

f ¶ *Possis.* de iure quandoque.

CEssante.[a]] CASVS. Iudices maiores, puta ordinarij, possunt aliquem vocare in ius per edictum propositum in albo prætoris, minores, vt delegati, vel pedanei, non possunt, sed per se, vel per nuncium. Si ergo in causa quam habes cum Titio, iudex minor Titium vocauerit[b], nec venire voluit, an ferre sentētiam possit, cùm non sit propositum edictum peremptorium, quæritur? Respō. quòd sic. Aliis modis potest poni casus: sed dic vt in glo.

g ¶ *Cessante.* quia antiquitus mittebatur speciaus nuncius peremptorij, pone casum in pedaneis, qui citare non possunt.

h ¶ *Edicti.* id est nō dato. & dic propter personam iudicis qui[c] non potest citare per edicta in albo posita, vbi talia edicta ponuntur, sed requirere, vt si est pedaneus iudex vel delegatus, *vt supra de iudic. l. sancimus. in fin. & in auth. de exhi. & intro. re.* §. *si verò etiam quidam. col. v. & de litig. §. omnem verò. col. vij.* Sed per nuncium potest, *vt arg. ff. de arb. l. sed interpellatur. §. j.* 2 Vel dic secundò, cessante, &c. qua non perēptorium fuit datum, sed tres denunciationes, quæ tantundem valent, *vt infra eod. l. ter. & ff. de re iud. l. contumacia § contumax.* 3 Vel dicas, cessante, &c. adest cessante forma huius edicti. Est enim eius[e] forma, vt primò vnum, & postea aliud, & postea tertiū, quartò hoc peremptorium: nam hic erat vnum pro omnibus, *vt hic, & ff. de iud. l. ad peremptorium. cum seq.* ll. 4 Vel dic cessante, quia ipsemet iudex ei præcepit, vt adesset[d] sententiæ, quo casu esset verè contumax: *vt ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. fi.*

i ¶ *Admoniti*[e]. ab ipso iudice delegato, vel semel, pro omnibus, vt dictum est. Vel dic ter, vel à iudice præsente, secundum quod variasti casum. Accursius.

Vbi est præsentia personarū, ibi nō requiritur perēptorium Bald. Vel sic: Valet sentētia, licet peremptoriū non præcedat, si tamen præcedat alia monitio tantundem importans. Bart. Vel sic: Monitio iudicis habet vim peremptoriæ citationis. Pau. de Cast. Vel sic: Præter formam peremptorij citatus legitimè potest definiri siue dānari. Salycetus.

II. *Imp.* GORDIA. A. *Seuero.*

CEssante[g] quoq. causa peremptorij edicti[h], aduersus eos qui admoniti[i] iudicio adesse noluerunt, sententiam à iudice posse proferri † certum est. IIII. Kalen. Apr. A. & Pontiano Conss.

Standum est sentētiæ à qua nō est appellatū, licèt sit lata contra absentē indefensum & ignorātem, solēniter tamē citatum. Bal. Vel sic: Nō potest infirmari sentētia qua cōgruo iure nō vtitur. Bart. Vel sic: Absens solēniter cōdēnatus, senetur acquiescere sentētiæ si reuersus sciēs nō appellauit intra tēpus legitimum. Sal. Vel sic: Nō potest impugnare sentētiā qui cōgruo tempore non appellauit, quia videtur ei acquieuisse. Paul. de Cast.

III. *Idem A. Antistio.*

AB eo iudicato[k] recedi non potest, quod vobis absētibus & ignorantibus, atq; indefensis[l] dicitis esse prolatum, si

a Vi sententia valeat citatio peremptoria requiritur saltē quando iudex admonuit partes ad iudiciū vt hic. vide alias exceptiones apud Socin. Regula 453. que incipit sententiam.

† Contumax iudex patere potest in præiudicium alterius. *Giason. de resu. ar. imp. verb. gratiam. de offi. deleg.*

b Citatio peremptoria etiā dicitur admonitio iudicis, quando edex parte: admonet. Huiusmodi admonitio dicitur peremptoria quæ habet vim peremptorij, nec alia requiritur citatio. v. *Loofrae tum in prax. c.* 1 num 8 *addo quæ scripsi ad* 3 *res denunciationes. & l. et. ad peremptorium. ff. de iudiciis.*

† al. ferri.

c Citatio per edicta, nō per nemlibet iudicem fieri potest.

d Simplex iudicis iussus habet vim peremptorij & constituit ipsum in vera contumacia. *Bar. P. & Ang.* Hinc colligunt ethiam maiorē admonitionē iudicis, quā citationem nuncij. *Loofrae in prax. c.* 3 *nu* 9. *facit ad quod notat. Cepola cautela* 45. *in fin.*

f Contumax statue regulariter auditor appellans. *v. tomo Socini Regula* 74. *qua incipit contumax. adde Cepolam ad loco.*

g *In malā fide luce.*

h *Et melius secundū perditionem.*

a Causa cognita & discussa. P.

b Quia lite cōtestata & parte citata peremptoriè: & in loco deputato. Pau.

QVOMODO[a] ET QVANDO[b] IVDEX SENtentiā proferre debeat præsentibus partib. vel vna parte absente.

De sententiis omnium iudicum dicturus, præmittit quomodo & quando detur. ADDITIO. *No. ex glo. quod iudices ordinarij, & delegati, & assessores eorum debeant semper habere præ oculis hæc duo aduerbia, scilicet quomodo & quando. sic extra de accu. c. qualiter & quando. sec. Bald. hic.*

NOn semper.] CASVS. Habebam controuersiam cum Titio, incepit abesse, institi, vt iudex ferret sententiam: an sit compellendus, quæritur? Respond. quòd non, licèt rescripto cuiusdam principis cōtineatur, quòd cōtra absentes sententia ferri debeat.

b ¶ *Pronuncies.* quandoque enim cōpelleris, vt cùm præsens iustā souet litē, absens iniquam: *vt ℐ. de iud. l. properandū.* §. *sin autem ex gestis. & §. sin autem reus. & ad hoc ff. de iud. l. de qua re.* 2 Vel secūdò dic, non compelleris semper, quia prope finem triēnij fit cōminatio, ante non, sed potest reo absente, non econtra actore absente: quia tunc tantū prope finē triennij, sec. Io. *vt ℐ. de iud. l. properandum.* §. *sin autem alterutra. & §. j. & ximus. & ad hoc ff. de iu. l. non quicquid.* Item hic in ciuilibus, sed in criminalibus non proceditur contra absentem definitiuè vllo modo, nisi sit pœna relegationis, vel minor imponēnda, *vt ff. an per aliam cau. app. & de pœ. l. absentem. in princip. & §. j. & habet ff. de pœ. l. seruum. §. publice.*

c ¶ *Subscriptionem.* sed certè non creditur subscriptioni, *vt ℐ. de leg. & con. l. j.* Respond. illud verum cùm non continetur in lege: hic autem continetur: *vt ff. quod met. cau. l. metum autem præsentem. §. sed quod prætor. in fin. ubi ex qua interlocutione, alibi constitutione.*

d ¶ *Sententiam.* ad idem *ff. de iud. l. non quicquid.*

ABeo.] CASVS. Inter actorem & reum lit. contestata reus incepit abesse. iudex eum condemnauit, post sex menses reuersus est, si intra decē dies à tempore quo sciuit se condēnatū, non appellauerit, habebit necesse parere iudicatis, quòd si appellatum fuerit, sententia lata non tenet. Viuian.

k ¶ *Ab eo iudicato.* intellige quòd lite cōtestata contra me, & iurato de calūnia, fui absens, & iudex requisiuit me, & nō fui inuētus, & sic pronuntiauit contra me definitiuè. Sic est contra *ff. quæ sent. sine ap. l. j. §. item cùm ex edicto.* Sed ibi nō interuenit peremptorium, hic sic, vel quod valuit tantundem.

l ¶ *Indefensis.* colligūt quidā: ergo loquitur in absente probabili causa, vt studiorū, & nō fuit defensus, quia nō reliquit procuratorē cū potuit: vel reliquit, & nō defendit. Si autē reliquisset, & defensus legitimè esset, nō restitueretur: *vt ff. quando app. sit. l. j. §. fin.* Vnde dicunt[g] hunc restitui ad appellandum tantùm, alioquin si necessaria causa abesset, rest tueretur in totum. Item si non potuisset relinquere procuratorem, ipso iure non curret tempus, cùm sit vtile: *vt ff. de diuer. temp. pra. l. j.* Et sic non esset necessaria restitutio. 3 Vel melius hîc nihil dicit de restitutione, vnde dic quòd non potuit: relinquere procuratorem hic absens causa studiorū, vel reliquit, & est mortuus, sicque communi iure appellat, cùm tempus sit vtile: *vt dixi.* 3 Vel dic[h] quòd absens ex volūtaria cau-

sa fuit, & non curo potuerit vel non relinquere procuratorem.

a ¶ *Illico.* intra [a] tempus appellationi præfinitū, scilicet biduum vel triduum, vel hodie [b] decem dierum: *vt in authen. de appel. in prin. col. ix. & distinguitur. vt C. de procur. l. quia absente.*

b ¶ *Querelam.* petendo restitutionem [c] ad appellandum, secundùm quosdam. Vel dic, appellando. Accur.

vbi primum cognouisti, non illico [a] de statutis querelam [b] detulistis. Ita enim firmitatem sententia quæ ita prolata est, nō habebit, si ei non sit commodatus adsensus [c]. PP. IIII. Id. Iun. Gord. A. & Auiola Conss.

Sētētia nulla, iudicis delegati iurisdictionē extinguit: & causa poterit alteri delegari. Bart. Vel sic: Nulliter cōsummatū, consumit mandatū. Bald. Vel sic: Sententia quæ nulla est quo ad litigationē, est aliqua quo ad hoc vt faciat cessare officiū delegati. Iac. But. Vel sic: Sententia lata die feriato, vel cōtra nullo modo cōtumacē, est ipso iure nulla: officium tamen delegati finitur. Salyc.

IIII. *Imp.* PHILIPPVS A. *Domitiano* †.

SI (vt ꝓponis [d]) pars diuersa die feriato [e] absēte vel ignorāte te à iudice dato ferri † sentētiā ꝑ partib. suis quasi contumaciter [f] deesses, impetrauit: nō immerito pses denuo [g] negotiū alteri [v] † iudicis notioni terminādū cōmisit [h]. PP. Id. Octob. Peregrino & Æliano Cons.

Mutatio loci excusat quē à contumacia, ex qua redditur sentētia nulla. Bart. Vel sic: Satis est mihi nō esse contumacē quo ad locū sententiæ, vt reddatur sentētia nulla. Iac. But. Vel sic: Sentētia lata alibi quā in loco ad quem pars citata fuit, non valet. Salyc. Vel sic: Sententia lata in alio loco quàm debuerit ferri, est ipso iure nulla. Paulus de Castro.

V. *Idem A. &* PHILIPPVS *Cæs. Longino.*

SI (vt proponis) † [i] præses ꝓuinciæ cum certum locum causæ cognoscendæ dedisset, alibi per obreptionem [k] aditus, sententiam aduersus te absentem protulit: quo ita gestū est,

c ¶ *Adsensus.* scilicet tacendo [d]: *vt ff. loc. l. item quæritur. §. fi.*

SI vt.] CASVS. Inter actorem & reū lite cōtestata, reus incepit abesse: actor instabat vt iudex ferret sententiā: tulit aduersus reum, & die feriato: an teneat sententia? Dic quòd non: sed retractabitur: & ea notioni alteri' iudicis terminanda committetur.

d ¶ *Si vt proponis.* scilicet tu reus.

e ¶ *Feriato.* dominico, vel simili [e], quod prohibitum est fieri: *vt C. de feriis. l. omnes. & ff. de feriis l. si feriatis.*

f ¶ *Contumaciter deesses.* quod non erat verum, pone enim quòd suasit iudici quasi dixissem me nūquā venturum ad iudicium: *vt ff. de iud. l. si prætor. §. Marcellus.* Duabus ergo rationib. hæc sententia [f] non valuit ipso iure, & quia die feriato lata, & quia absente [g] me non contumaciter: *vt ff. de re iud. l. vnoquoque.*

g ¶ *Denuo.* an ex [h] eisdē actis cognoscetur, dic *vt ff. de app. l. si express.* & notaui ibi quod sic. [i] ADDITIO. Dicas, quòd quādo causa nullitatis [k] sententiæ respicit solùm ipsam sentētiam, vt quia die feriata sint sententia lata, tunc iudicabitur ex eisdem actis: *vt hac glo. & glos. fi. in d. l. si expressim. ff. de appella.* 2 Si verò defectus ex quo sentētia est nulla, respicit vniformiter acta sicut sentētiam: vtputa litigatum est cum minore nō habente curatorem: certè tunc omnia acta debēt redintegrari. ita potest intelligi. l. cum quærebatur. iuncta sua gl. ff. de re iud. 3 Item quandoque est talis defectus, qui respicit sententiam, & partem actorum. verbi gratia: Decessit reus post litē contestatam, & processum est contra mortuum ad sententiam, certè sententia est nulla, & omnia acta à die qua mortuus est: *vt l. pe. & fi. ff. quæ sen. si ap.* & ideo acta quæ sunt nulla, debent rescribi, seu recenseri. *d. l. cum quærebatur.* Bart.

h ¶ *Commisit.* imò videtur quòd idem qui primo quia sic dicitur infra de *accu. l. iy. & infra de sent. & interlo. l. j. in fi. & infra eo l. si præses: quæ est contra.* Sed illud in ordinario, hic fuit delegatus: vt patet, quia dicit alterius, &c. & ibi à iudice dato. ¶ Secundo opponitur, quia pro eodem est ac si sententiam non tulisset, cum nulla sit. Sed respon. secundùm H. hoc verum quo ad iudicem, nō quo ad eum contra quem dedit. 2 Vel verius econtra nulla est quo ad litigantes: sed iudex bene vel malè functus est officio suo: *vt ff. de re iud. l. iudex. & ad idem. ff. de arbi. l. dicere. §. fin. in fin.* ¶ Sed contra extra *de accusa. qualiter & quando.* ADDITIO. Pro solutione istius contrarij vide ibi glo. j. & omnino Abba. pulchrè & latè distinguentem.

SI vt.] CASVS. In causa quam habebam cum Titio, iudex nobis adsignauit diem & locum in quo cōparere debebamus. suggessi quòd alium locum adsignaret: adsignauit, vel supplicaui ex parte Titij, vt alium locum Titio ignorante deputaret. Titius non venit, sed in loco prius adsignato vel in alio, non curo, expectauit. iudex sententiauit: an sit standum huic sententiæ, quæritur? Dicitur quòd non.

ad effectum iuris spectare minimè oportet.

Sententia cācellationis actorum, vel appellationis deserta, non potest ferri contra minorem indefensum. Bal. Vel sic: Sententia nulla non impedit ordinarium iterum super eodē cognoscere. Bart. Vel sic: Sententia vel alius actus contra minores indefensos factus, est ipso iure nullus: & idem iudex de nouo cognoscere potest. Salyc.

VI. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Domitio.*

SI pses quasi desertā ab adultis tuis causam appellationis, quæ ab adiutore [l] suo [m] facta [*] fuerat, circumduxit [n] eo tempore quo adulti curatores non habebant: repetitus [o] notionem suam exhibebit. Neque enim debet adultis nocere, quicquid eo tempore statutum est, quo defensione iusta, & curatoris auxilio fuerant [*] destituti.

Vbi cessat vera & ficta contumacia, ibi contra absentem non potest ferri sententia. Bald. Vel sic: Sententia lata contra absentem non solenniter citatum, est nulla. Bart. Vel sic: Statuta contra absentes non contumaces verè vel fictè, non valent ipso iure. h. d. Vel cessante contumacia vera vel ficta, contra absentem non potest ferri sententia. Salyc.

VII. *Impp.* DIOCL. & MAXIM. AA. *Marino.*

EA quæ † statuuntur aduersus [p] absentes non per contumaciam [q], scilicet denunciationibus nequaquam ex more conuentos, iudicatæ rei firmitatem non obtinere, certū est. PP. III. Kal. April. Ipsi V. & IIII. AA. Conss.

i ¶ *Si vt proponis.* scilicet tu reus.

k ¶ *Per obreptionem.* obtulit enim fortè iudici aduersarius preces ex parte tua, cum hoc ignorasses, vt alibi locum statueret, quàm prius statuerat. 2 Vel tibi ex [a] iudicis parte, quasi alibi statuerit, quo tu postea iussu [b]: *& est ad hoc. ff. de arbitr. l. arbiter. Kalendis. in fin.* Accursius.

SI præses.] CASVS. In causa quā habebat Titius cum minore vigintiquinque annorum curatorem habēte, cui curatori datus erat actor, qui adiutor appellatur, succubuit minor: & actor appellauit. appellationem non est prosecutus, quia decessit tam ipse quàm curator iudex ab eo tempore quo minor curatorem non habebat vel actorem, sententiam primam confirmauit: an huic sententiæ necesse habeat minor parēre, quæritur? Dicitur quòd non. sed idem iudex notionem suam exhibebit. Viuianus.

l ¶ *Adiutore.* [c] adiutor siue actor tutori vel curatori adiungitur: *vt insti. de curat. §. j. & ff. de tute. l. solet.* Qui actor si appellauit, & præsidi est delata: & non est prosecutus actor, quia non potuit: *vt infra de appella. l. si actor.* nec curatores habebant: quia nondum dati, vel mortui, vel remoti, vel excusati, & sic indefensi essent: & idem si haberent, & non adessent: & sic indefensi [d]: non valet ipso iure sententia cōfirmationis: secus si essent defensi: quia valeret, sed restituerentur: *vt ff. de re iud. l. a d. §. fi. & C. si aduersus rem iu. l. cum & minores.* & idem videtur in ecclesia viduata pastore [e]. Accur.

m ¶ *Suo.* scilicet adiutore.

n ¶ *Circumduxit.* i. cancellauit, quo ipso priorem sententiam confirmauit.

o ¶ *Repetitus.* idem ergo cognoscit, & sic est contra supra *eo. l. si vt proponis.* Solu. vt ibi. ADDITIO. Tu dic quòd ibi loquitur in delegato ordinario, secundùm Bartolum.

EA quæ.] CASVS. An sententia lata altero litigantium absente, & non per contumaciam, teneat, quæritur? Dicitur quòd non: nec sua absentia pro præsentia est habenda. secus si esset contumax quo casu perinde esset ac si præsens esset, & teneret sententia. Viuian.

p ¶ *Aduersus.* idem & si pro eis [f] *vt ff. de re iu. l. furioso.*

q ¶ *Per contumaciam.* scilicet veram: quia inuentus non venit: vel fictam: quia ad domum est citatus: nam tunc valeret sententia: *vt supra eod. l. ab eo.* aliàs non: *vt hic, & ff. de re iud. l. de vno quoque. & ff. quæ sententiæ sine appel. l. j. §. item cum ex.* ¶ Et absentes dico nequaquam conuentos denunciationibus siue citationibus, quæ

quidem

a Illico appellatio interponi dicitur, quæ intra tempus appellandi iure constitutum interponitur.
b Appellandum est intra decem dies.
c Restitutio ad appellandum peti & concedi potest.
d Tacite consensus vide tac.
† Domitio vel Comitio.
† In nonnullis codicibus deest hoc verbum feriato, rectè.
e Et sic omnes dies feriati in honorē Dei, sunt æquales diei dominico, secundùm Bal.
† v Capellam Tholosan. decis. 3.
f Sententia die feriato lata non valet. de quo v. plura apud Oldr. decis. & tractatu de sententia cap. 15.
g Sententia absentibus illis qui vocati ob legitimam causam non sunt contumaces, lata non valet. v. hic. v. Oldr. in sp. tract. de sententia 14.
h Sententia si nulla fuerit, vtrum ex eisdem actis, vel diuersis iudicandum sit.
i Contra tenet glos. l. 6. ff. de re iudicata.
k Sententia nullitas consistit vel in ipsa sententia tantum vel in ipsa sententia & actis, vel in ipsa sententia & parte actorum.
† Contra sic Ang. gl. 1. super verbo interrogatione. de re iudicat.
l Sententia nulla fuerit, idem iudex cognoscet, si ordinarius fuerit, si delegatus, alius.
m Sententia nulla an & quo respectu sententia: et denuo cognoscere de negotio datus possit.
a Citatio fieri debet mādato iudicis secundo Papæ singulari 85.
b Istud dictum glo. non placet quia mendacium dictum à parte parti non facit processum nullum licet partes exceperint, secundum Bar. P. & Salyc.
* hic rectè in vet.
* fuerint.
c Interpretationem huius loci v. apud Alciatum 6. Parergon. 18.
† Cāon. ca. quoniam frequenter. §. porro. cū gl. super verbo, non possit. extra vt lite nō cōte.
d Sententia appellationis desertæ, est sententia confirmatoria prioris sententiæ.
e Et rectores quod tene menti, secundùm Bal.
f Non legitimè citatis. nam si essent legitimè citati teneret sententia secundùm Barto. & Salyc.

quidem ex more proponi consueuerunt: *vt ff. de iudi. l. ad peremptorium cum sequentibus*. Quandoque tamen idem[a] etsi sunt citati, sed laborabant morbo. non enim proceditur tanquam contra cõtumacem: *vt arg. ff. de re iud. l. quæstum*. Accur.

a Intellige hāc glos. si iudex sciebat citatū ægrotare. al. secus, sed habet locū restitutio. B. Ange. & Salyc.

b Citatus si quis ad prosequendam litem solenniter fuerit, potest ferri sententia definitiua siue citatio ne peremptorio v.l.1. supra eo. v. Socinū regula 353. circa finem.

CONsentaneum b] Ista lex diuiditur in duas partes. Nam primo ponit modū cõstituẽdi reum in cõtumacia. Secũdo cõtra cõtumacē adhibet remedia. secũda ibi, à quo. h. d. Salycet. CASVS. Lite cõtestata inter actorẽ & reũ, reus incepit abesse: qualiter iudex ꝓcedere debeat, quęrit̃ Resp. ꝙ citabit eum trib. edictis, vel vno ꝓ omnibus perẽptorio: in quo continebitur ꝙ procedet in causa, & sententiam feret, nisi reus se præsentauerit quo non venięte, auditis allegationib. præsentis, mittitur actor in possessionẽ rei petitę, si fuerit actio realis, & re[e] de possessore fiet petitor. Si verò fuerit personalis actio, puta cõdictio certi ex mutuo: mittitur actor in possessionẽ bonorũ rei secũdũ mẽsurã debiti declarati. Viura.

Reus conuentus reali absens post litem cõtestatam, debet in contumacia solenniter constitui: & tunc contra eum poterit alterum de tribus remediis exerceri: vel personæ captio, vel possessionis translatio, & sententiæ definitiuæ probatio. hoc dicit secundùm Iaco. Butr. & Bart. & Paul. de Castro, & est singularis l. & famosa. Vel sic: Reus post litem contestatam se absentans debet citari trib. edictis, vel vno perẽptorio pro omnibus: & si citatus non veniat, potest inuitus duci, vel si non liquet de causa, possessio potest in petitorem transferri, aliàs si liquet de causa, debet definitiuè de causa pronunciari. hoc dicit.

VIII. *Iidem AA. Claudiæ.*

CONsentaneum[a] iuri fuit, temporibus ad præsentiam partis aduersæ præscriptis[b], præsidem prouinciæ, impleta iuris solennitate[c], & aduersario tuo ternis literis[d], vel vno pro omnibus[e] perẽptorio edicto, vt præsentiam sui faceret, commonefacto[f], si in eadẽ, cõtumacia[g] perseuerauerit[h], ꝓsentis allegationes audire. ꝙ vel successor eius facere curabit. A quo[i] ter citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum[k] vt sese repræsentet, vel * possessionem bonorum sui incumbit[l], ad te transferre[m], & aduersarium petitorem constituere: vel auditis defensionibus[n] tuis, id quod iuris ratio exegerit, iudicare. PP. III. Kalend. Octob.

a ¶ *Consentaneũ*. i. cõueniens, cũ causæ merita. &c. *vt* ĩ. *si per vim. vel alio modo. l. fi. sic* ꝫ. *si contra ius vel vti. pub. l. & si legib.* Accur.

b ¶ *Præscriptis*. id est definitis, i. decẽ dierum: *vt ff. de ind. l. per internalla. &* ꝫ. *de iudi. l. properandu* §. j. Sed hodie triginta, *vt in authen. hic posita*. sicq; loquitur hæc lex post litem contestatã, cũ minetur definitiuã sententiam, quæ ferri non potest ante litem contestatam, nisi in casu: *vt infra de temporib. appellation. l. final. § illud.* sed ante litem cõtestatam dicerem fieri eodem modo[c] citationem. Alij dicunt[d] hic loqui ante litem contestatam. & ita dicunt interlocutoriam sententiam, quæ datur in fin. huius l. tam in actione in rem, quàm in personali.

c Hæc reprobatur: quia hoc nõ reperitur lege cautum. Ia. Butr. Bar. & Salyc.

d Hæc etiam reprobatur: ideo tene prima, secundũ Bar. B. Angel. & Salyc.

c ¶ *Solennitate*. s. quæ sequitur, & sic expone & pro id est.

d ¶ *Literis*. poterat enim præses literas mittere per prouinciam, quæ magna erat: poterat etiam edictum proponere, cum esset ordinarius. alias non: *vt in auth. de litig. § omnem. coll. viij. &* ꝫ. *de iudic. l. sancimus.*

e ¶ *Pro omnibus*. quod fieri potest: vt ff. de iudi. l. nonnunquam.

f ¶ *Commonefacto*. i. commonito. Et not. quòd hic est ambasiata: *vt* ĩ. *qui accu. non poss. l. ij.*

g ¶ *Contumacia*. præsumpta[e] per tres denunciationes: *vt* ĩ. *eo. l. tres.* Expressa est autem quando expressè dicit, nolo venire: *vt ff. qui ex causa pos. ea. l. Fulcinius. § fin.*

e Contumacia alia est præsumpta, alia expressa.

h ¶ *Perseuerauerit*. ¶ Not. malum est peccare: diabolicum perseuerare.

i ¶ *A quo*. s. præside. vbi tamen à successore semel citari debet, licèt ipse miserit peremptorium, tamen compellitur, *vt ff. de iudi. l. edictum*. sed ipsemet post suum peremptorium potest, sed non compellitur. *vt ff. de iudi. l. & post. in prin.*

k ¶ *Ad cogendum eum*. ¶ Not. fieri citationes[f] re & verbo, & hoc per ordinarium tantum: *vt in auth. de exhi. § si vero etiam quidam. col. v.* Alibi verbo tantum Prima locum habet semper, nisi in matrefamilias: *vt* ꝫ. *de offi. diuer. iudi. l. j.* Vel nisi ratione loci vbi est conuentus: vt si est in domo: *vt ff. de in ius voc. l. plerique.*

f Citatio alia fit re & verbo simul, alia verbo tantum.

l ¶ *Incumbit*. animo: *vt ff. de ac. pos. l. clam. § qui ad nundinas.* Vel corpore per familiam: *vt ff. qui. ex cau. ma. l. item ait prætor. § j.* hanc autem possessionem secundùm Ir. reuersus non recuperat, etiam si satisdationem paratus fuerit præstare: *vt* ꝫ. *vbi in rem ac. l. ij.*

m ¶ *Transferre*. cum agitur in rem vel auditis &c. s. cum igitur in personam, secundũ quosdã. 2 Vel dic *transferre*, cũ non est liquidum de causa. Vel auditis &c. scilicet cum est liquidum, & sic datur definitiua[a] secundùm P. & B. Et quod dicit, defensionibus id est rationibus & intentionibus, cum actor sit iste præsens, sic & ponitur supra *de iuris & fac. igno. l. j.* 3 Tertij dicunt quòd hic mutat casum, cum dicit, vel auditis &c. scilicet vt loquatur in actore absẽte & sic bene adaptatur authen. q. semel. quæ loquitur in actore absente. ¶ Circa hoc autẽ distingue cũ reus abest: aut post litẽ contestatam, vel quasi cõtestatam, aut nec vere nec quasi. 1 Primo casu, aut liquet de causa, aut nõ. si liquet[b], potest ferre definitiuã: nec restituet postea veniens: *vt* ꝫ. *de iud. l. properandum. § cum autem in fin.* secundum quod distinguitur ꝫ. *de procu. l. quis absente.* Si verò nõ liquet, aut agitur in rẽ, aut in personam. si in rem, mittitur actor in possessionẽ rei petitæ, & statim possidet: & veniens[c] reus intra annũ, auditur de possessione. post annũ auditur de proprietate: de possessione nõ, *vt hic &* ꝫ. *vbi in rem ac. l. ij.* Si autẽ agatur in personã, mittebatur olim in possessionem omnium rerũ debitoris. Hodie ꝓ mensura debiti: nec efficitur possessor. Sed venienti reo quãdocũque restituit possessio, nisi auctoritate iudicis res fuerit distracta ab actore: q̃a iudex debet ad hoc moderatũ tempus statuere, scil. quo res distrahãtur, vel iustus possessor efficiat̃. 2 Si verò lis sit quasi cõtestata, sed non liquet iudici de causa: tunc habet locum quod dicitur supra, *vbi in rem act. l. ij.* 3 Si verò nec sit contestata, nec quasi: tunc discusso summatim negotio, mittitur actor in possessionẽ restituendam reo venienti: præstita satisdatione: *vt* ĩ. *de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. § penult.*

a Sententia appellationis dicitur definitiua. v. Bartol. Nouell. de appellationibus. § illud etiam.

* Dictio vel. abest ab omnibus libris manu scriptis. rectè quidem, & si ita legamus, corruet illa tritissima interpretatio diuisio, quæ dicit per sonæ captionẽ possessionis translationem, & sententiæ prolationẽ hic permitti in cõtumaces. quorsum enim, cũ de causa ciuili agitur, persona capiatur & prehendatur? tametsi nõ diffiteor simile quid per No. hic citatã videri indictũ: sed obliquè cogitur se repræsentare in cuius possessionẽ aduersarius mittitur.

b Sententia definitiua ferri pōt reo absente post litem contestatam, si de causa liquet: si non liquet. in reali actor mittitur in solida possessionem rei petitæ: in personali, pro mensura debiti.

c Remedia aduersus actorem missum in possessionẽ realis aut personalis actionis causa quæ competit reo post litẽ contestatam, cum non liqueret de causa, condemnato.

n ¶ *Defensionibus*. id est intentionibus.

IN AVTHENTIC. de litigiosis. § omnem. col. viij. constitu. vij.

Actore absente & reo præsente proceditur in causa post legitimas citationes etiam lite non contestata: & liquidato negotio, deuenitur ad definitiuam. & cõtumace reuerso, in expensis grauatur: & iterata contumacia pœnã exigit grauiorem. Baldus. Vel sic: Actor in actione proposita & reo cognita exigitur persistere: & non persistens debet citari tribus edictis, quolibet habente internallum triginta dierum: qui interim nõ veniens habet anni spaciũ, intra quod veniens non auditur nisi refusis expensis: quibus præstitis si iterato se absentet, cadit à iure suo: & citatio per edicta conceditur principis delegato. Salycetus.

QVi semel † actionẽ proposuit[o]. siue cõuentione iu-

QVi semel[d].] CASVS. Lex C. loquitur quando reus absentat se post lit. contest. auth. dicit quid iuris sit quando actor ante litem contest. se absentat. dic ergo, Titius volebat me conuenire coram iudice porrexit mihi libellũ, vel supplicauit principi: iudex fecit me citari: actor incipit abesse: quid iuris sit, quæritur? Dicitur quòd iudex citabit cũ tribus edictis per interualla xxx. dierũ: & ideo citabit cũ ter: quia actor forte non exaudiuit vocẽ præconis, & potest citare tã delegatus, quàm ordinarius, si ergo actor nõ veniat intra tres mẽses, dabitur ei spaciũ vnius anni. & si non venerit, iudex pronunciauit. Vel pone casum secundùm Bal. Dictum erat in l. C. de contumacia rei. ista auth. tractat de cõtumacia actoris, & loquitur tam post litem contestatã, quã ante. Et hoc dicit: Actor in actione proposita habet necesse persistere vsque ad finẽ litis: & si incipit abesse, reo postulante debet citari tribus edictis: vox enim præconia paucis innotescit, quæ citatio per edicta permittitur etiam delegatis principis: quo actore non comparente, datur ei annus à iure post dicta tria spacia: & si in contumacia perseuerat, potest reus probare de iure suo, & perquisita veritate, feretur definitiua etiam lite non contestata. sed si intra annum comparet, non auditur nisi reficiat expensas: quib. refectis, si se iterum incipit absentare, fiunt aliæ tres citationes, & alius annus datur lege: intra quæ spacia non veniens actor, cadit à causa eo ipso: licèt non sit de meritis causæ liquidatum. & specialissimum & hic quòd lite non contestata fertur definitiua. Baldus.

† Concor cum hac authent. gl. 1. c. 2. extra de libel obla.

d Quãdo hæc Authẽtica locum non habeat. v. apud Socinũ, regula 31. quæ incipit Authent.

o ¶ *Actionem proposuit*. eo modo qui sequitur. Duo enim sequentia paria sunt, vt in corpore huius authent. probatur. qui modi faciunt[e] rem litigiosam: *vt in authen. in corpore. § j.* ¶ Et dic actionem, siue personalem, siue realem, siue mixtam.

e Litigiosa res quemadmodum fiat.

diciaria [a], siue precibus principi oblatis, iudicique insinuatis, & per eum aduersario cognitis [b]: necesse habet vsque ad finem [c] litem exercere. Qui si causam persequi differat: reo postulante, tribus edictis [d] citetur per interualla [e] triginta dierum, quia vox præconia paucis [f] innotescit. Quæ citatio & per principem delegatis [g] permittitur: quod locum habet [h] & si lis cœpta non sit [i]. Quòd si vocatus litem detrectet: ei illud [k] anni spacium indulgetur, intra quod si cessat, iudex auditis allegationibus [l] præsentis, & perquisita veritate, pronunciet. Sed nec intra annum veniens auditur, nisi prius reo litis expensas quas sustinuerit, inferat [m]. His quoque præstitis, si interrupto duntaxat anno denuo litem deserit, post trium edictorum [n] & anni vnius spacij obseruationem ab omni cadat actione.

Tres denũciationes obtinent vim perẽptorij, h.d. secundũ Bar. Bald. & Saly. Vel sic: Tres denũciationes habent vim perẽptorij, etiam si non dicantur peremptoria: & sufficiunt vt valeat sententia. hoc dicit secundum Paulum de Castro.

ix. *Iidem AA. Leontio.*

TRes denũciationes ad peremptorij edicti [o] vicem aduersus contumaces conualescere, salubriter statutũ est [p]. PP. XI. Kal. Nouemb. Ipsis iiij. & iij. AA. Conss.

Sententia lata contra absentem probabili & necessaria causa legitimè citatum valet: sed restituitur. Sal. & Bald. Vel sic: Sententia lata contra absentem ex causa probabili & necessaria, non debet ei nocere. Bart.

x. *Iidem AA. Blesio.*

CVm non voluntatis tuæ arbitrio [q], sed necessitate profectus sis: quicquid contra te absentem [r] statutum fuerit, quando absentiæ causa necessaria fuit, officere tibi iuris ratio non permittit [s]. PP. iij. Id. Maij. Tiberano & Dione Conss.

Non potest venire contra sententiam, qui de procuratore legitimo tempore non conqueritur. Bart. Vel sic: Solenniter condemnatus intra tempora legitima non appellans, amplius non auditur. Salyc.

xi. *Idem AA. & CC. Valerio.*

CVm præsentibus partibus litẽ inchoatã proponas [t]:

a ¶ *Iudiciaria.* coram ordinario.

b ¶ *Cognitis.* & sic lite contestata, vel quasi contestata: alioquin nõ posset ferri sententia definitiua. sed H. & M. contra. vt iã dices.

c ¶ *Vsque[a] ad finem.* Ergo ante litem contestatam non licet actori mutare libellum quin habeat necesse in veteri querela persistere: & ita derogatur legi veteri. *supra de edẽ. l. edita.* cumulare tamen potest bene. Itẽ contra *supra vt nemo inuitus. l. j.* Sed illud ante huius porrectionẽ libelli, nõ post: *vt hic & in corpore probatur.* Fallit & aliàs illa regula: vt ibi diximus.

a Quod dicitur protestantem suæ protestationi renunciare posse c. præsentium de testibus. Fallit quando ipse protestãs ob tulit se probaturum exceptiones cõtra testes: cum ex hoc ius sit quæsitum parti. v. Sociũ Regula 92. incipiente Protestãs in f.

d ¶ *Trib edictis.*[b] vocetur vt veniat ad causã: *vt l. consentaneu.* quæ fiebant in quadã dealbatione in prætorio. Item fiebant per voces præconũ. Itẽ per nuncium: quod hodie magis est in cõsuetudine, vt hæc habes in corpore. ¶ Sed tunc quomodo toties scribebantur? Respond. vel abradebatur primo scriptum, vel scribebatur diuersis locis. fiebãt etiã alia generalia banna in eodem albo: *vt ff. de iurisdi. om. iud. l. si quis id.* aliàs dicitur album: *vt ff. de albo scri.* scilicet vbi erãt scripta nomina officialium.

b Scilicet supplicando. si.

e ¶ *Interualla triginta dierum.* inter edictũ & edictum. ¶ Sed an iudex potest minuere? Videtur ꝙ sic: *vt ff. de iudi. l. nonnunquam.* Sed cõtradico, vt in corpore [c] vbi dicit, nõ minus &c. licèt de consuetudine minuat. ¶ Item nũquid interuallũ decem dierum quod datur reo per l. consentaneum: & per l. properandum. *ĩ. de iudi. & ff. de iudic. l. per interualla.* augetur per hanc authent. Ald. dicit non: *vt argu. j. de appel. l. præcipimus. in fin.* Ioan. contra: *vt ff. de reg. iur.* non debet actori. Item illos dies dico continuos.

c Hæc glo. reputatur sing. secundũ Angel. hic.

f ¶ *Paucis innotescit.* quia audientibus tantum, & quibus hi dixerint: sed edictum sic per multos dies positum, omnibus liquet. potest tamen fieri. & per præconem, vt in corpore.

g ¶ *Delegatis.* id est, delegatis à principe. ¶ Sed videtur quòd delegati per edicta citare non possunt: sed per nuncium, vel per se: *vt supra de iudic. l. sancimus. in fin. & in authentic. de exhib. §. si vero etiam quidam. quæ sunt contra.* Solu. hæc corrigit illas. Vel hic in delegato à principe tantum: quia alia specialia habet: *vt supra de iud. l. à iudice.* aliud in aliis delegatis. Vel hæc loquitur vsque huc post litem contestatam: illæ ante, *argum. ff. de aedil. edic. l. aediles. j. §. item sciendum.*

h ¶ *Locum habet.* scilicet talis citatio, secundùm Bul. Sed M. & Azo, id est sententiæ definitiuæ prolatio: sic enim dicit in corpore, & veritate subtilius &c. & hoc si reus subeat onus probationis, & liquidum faciat: *vt ff. de probatio. l. circa.* aliàs nisi probet, absoluitur tantum ab obseruatione iudicij: *vt supra de iudi. l. properandum. §. si autem ex gestis.* ¶ Sed si reus est absens ante litem contestatam, an possit diffinitiuè damnari, si actor subeat onus probationis? Respond non, secundùm Ioan. licèt M. contra. sed fiet missio in possessionem: *vt supra de præscr. xxx. ann. l. si quis emptionis. §. penult.* Nam quicquid actori permittitur, & reo: vt dictum est in xxx. diebus. sed non econtra: *vt ff. de fer. l. fin. & supra de tempor. in integ. resti. l. petenda.* ¶ Nec obstat in authentic. *vt omnes obed. iudi. prouin. §. si vero neque ipse. colla. v.* vbi reo absente, & ante litem contestatam datur definitiua: quia ibi erat quasi contestata: *vt supra vbi in rem act. l. ij.* Vel ibi non fertur sententia in absentem, sed de eius rebus satisfit. Et idem dico si est præsens: vt non possit præcisè compelli respondere: sed fiet missio: *vt infra de bon. autho. iud. poss. l. pen.* potest etiam pro motu iudicis puniri: *vt ff. si quis in ius vocat. non ie. l. j. in fin.* nisi in casu vbi cogitur quis respondere præcisè: *vt ff. de procur. l. sed & hæc. §. præter.* sed lite contestata absens potest condemnari si est liquidum: vt supra l. consentaneum. aliter ab obseruatione iudicij absoluitur tantum, vt in l. properandum. & quod dicitur supra de edendo. l. qui accusare. vbi absoluitur definitiuè. etiam si non est liquidum, loquitur vtraque parte præsente.

i ¶ *Non sit.* quod fit per contestationem, vt in corpore. §. *si vero initium, & ff. de iurisdict. om. iudi. l. & quia in fine.*

k ¶ *Aliud.* sic loquitur quasi annum dederit, cum tãtum tres mẽses dederat, sed dic quòd nõ implicat: *vt ff. de procur. l. nõ solum. §. quæritur.* sed certè nec annus videtur dari, sed decem dies: *vt supra de dila. in authentic. quod fieri.* Sed illud [a] in odium illius qui impetrauit rescriptũ ad extraordinariũ iudicem. Item hic definitiuè, secundùm Ioan.

a Hæc non est bona: quia lite fuit hic impetratum ad iudicem ordinarium, secundũ Bar. & Salyc.

l ¶ *Auditis allegationibus.* hoc addit ei quod dicit supra *de iudic. l. properandum. §. & si quidem.* Nã ibi hoc solum dicitur, vt reus præsens liberet ab obseruatione iudicij, & actor absens condemnetur ei in expensis[b]: idem autem in reo absente dicebat M. vt auditis allegationib. actoris sentẽtietur: sed nõ erit absurdũ si plus permittatur reo quàm actori: vt dictum est secundùm Ioan.

b Intellige gl. quando reus nõ vult vt absoluatur deffinitiue. secundùm Angel. hic.

m ¶ *Inferat.* & cautionẽ iudicio sisti faciat: *vt j. de bonis author. iud. in poss. authen. ei qui iurat.*

n ¶ *Post trium edictorum.* non prædictorum[e], sed de nouo faciendorum secundùm Ioan. Si bene compures, habebis biennium & sex mẽses. Alij dicunt ꝙ de præteritis edictis, & de præteriti anni obseruatione loquitur: & sic haberet annum & tres menses. Azo. quod tamen spacium si videatur extendi, vltra triennium non procenditur: *vt ĩ. de iudi. l. properandum.*

e Hæc opinio tanquã benignior approbat per Bart. quẽ sequitur hic Bar. Odof. & Salyc.

TRes denunciationes.] CASVS. Lite contestata inter actorem & reum, reus cœpit abesse: ter citatus est: non venit. habendus est pro contumace: & perinde est ac si esset missum peremptorium Viuianus.

o ¶ *Edicti.* ficti. sed verum fit post tres [d]: vt l. ad peremptorium. *ff. de iudi.*

d Hoc de vrbanitate non de necessitate. Salyc.

p ¶ *Statutum est.* vt & *ff. de iudi. l. contumacia. §. contumax. & de pub. iudi. l. inter accusatorem.* Dabitur ergo definitiua etiam sine [e] peremptorio, cum istæ tres denunciationes tantundem valeant: & hoc quando est dubium si sit contumax vel non. ¶ Quid autem si apertè dicat, non veniam? Respond. non oportet plus citari, quia in incertis non etiam certis locus est coniecturis: *vt ff. de verborum obligationib. l. continuus. §. cum ita. & in authentic. de testi. & ea quæ pa-rit. §. final. coll. iiij. & ff. quibus ex causis in possess. ea. l. Fulcinius. §. final.* Sed arg. contra. *ĩ. de iudi. l. iudices. & in authent. iubemus.* Sol. ibi non dixit se nolle venire.

e Citatio peremptoria dicitur quãdo interuenit vna citatio per interualla nõ minus decem dierum causæ libet citationis *l. per interualla. ff. de iudiciis.* & tunc nõ est necesse vt adiiciatur verbum peremptoriè. *vt hic. ĩ. obuersa alio modo dicitur peremptoria. de quib. v. l. 2. ĩ. eod. & l. ad peremptorium. ff. de iudiciis.* adde Lanfrancum in practi. c. 1. num. 8.

CVm.] CASVS. Lite contesta. reus cœpit abesse reip. causa, & ita ex necessitate: contra eum pronunciatum est. An teneat sententia, quæritur? Dicitur quòd non.

q ¶ *Arbitrio.* vt *ff. quib. ex cau. ma. l. & qui data.*

r ¶ *Absentem.* iusta & probabili causa.

s ¶ *Ratio non permittit.* restitutione impetrita: *vt diximus ĩ. de procura. l. quia absente.*

CVm præsentibus.] CASVS. Lite contestata reus incepit abesse: iudex tulit sententiam. si intra decem dies postquam sciuit contra se pronunciatum, non appellauit: an iudicatis parere teneatur? Et respondetur quòd sic.

t ¶ *Proponas.* tu reum.

Absentem.

a Contumax verus non appellat.
b Appellare potest is qui hic côtumax est, at nô qui verè.

a ¶ *Absentem.* per contumaciam veram[a]: nam si non per contumaciam veram, restitueretur[b] ad appellandum: *vt s. eo. l. ab eo. & j. quorum appella. non reci. l. j.* secundùm quosdam. Tu dic secundùm Azonem & H. quòd fuerat absens ex causa probabili, & non necessaria, & indefensus: & sic potuit appellare. cum tamen non appellauit tẽpore opportuno, non adiuuatur: *vt s. eod. l. ab eo. & s. de libe. caus. l. si quem.* Accursius.

si postea quam contra te (licèt absentem[a]) pronunciatum est, intra præfinitum diem non appellasti: latam sententiam rescindi postulanti, multæ sacræ constitutiones refragantur.

DE SENTENTIIS ex periculo, &c.

Qualiter ad sententiam venitur, dixit: nunc qualiter ipsa ex periculo recitetur dicit: Vel sic: Dicta est supra de sententiis qualiter debeant ferri. Sed quia sententiæ sunt & medicina cum periculo dantur, & recipiuntur: ideo ponit de senten. ex peri. reci. l. 219.

ADDITIO.

b ¶ Periculo. *Pace Rebuffi dixerim, nihil est audacius aut magis temerarium, quàm vulgatam lectionem mutare, præsertim si ea vetustior sit. in omnibus autẽ libris scriptis quos legere potui, inueni scriptum periculo: existimaui tamen aliquando cum Alciato li. 1. dispũct. c. 21. legẽdũ breuiculo: vt sit breuiculũ paruum breue: quo verbo rectiores auctores vt Sex. Rufus & alij vsi sunt. Nos gallicè dicimus* dicton, aut. breuet. *Isidorus quoque li. 1. etymolog. meminit breuiculi. In breuiculis, inquit, militum nomina scribebantur. Et in hac sententia aliquandiu conquieui, donec apud Aemilium Probũ in Epaminõda hæc verba primum obseruaui. Sed vnum (inquit) ab his petiuit, vt in periculo suo inscriberent,* EPAMINONDAS A THEBANIS MORTE MVLTATVS EST. *& c. quibus lectis non dubitaui verbum Periculo, quod in omnibus manuscriptis & Co. Theodosiano cõstantissimè eodẽ semper modo scriptũ erat, retinendum esse vt optimum & perantiquum. Sunt qui & hoc verbum eadẽ sensu à Cicerone prolatum autument v. actione in Verrem. vbi ait ordini Scribarum, pericula magistratũ committi. Ant. Cont.*

TITVLVS XLIIII.

DE SENTENTIIS EX periculo[b] recitandis.

Sententia scripta, non verbo promulgata, ipso iure nõ tenet: & omissa prouocationis mora ex integro iudicatur. hoc dicit secũdùm Bald. Vel sic: Sententia debet scribi, & in scriptis recitari, & per iudicem proferri: nisi sit de maioribus, qui poterit proferre per alium. Si aliter fiat, sententia est ipso iure nulla. hoc dicit totus titu. secundùm Bart. Vel sic: Tam arbiter compromissarius, quàm iudex ordinarius vel delegatus verbo debet proferre sententiam: & aliàs non valet. hoc dicit secundùm omnes lecturas: proprius tamen in iudice delegato loquitur. Salyc. Vel sic: Non sufficit sententiam latam esse in scriptis, si non fuit recitata. hoc dicit secundùm Pau. de Cast.

1. *Impp.* VALER. & GALLIEN. AA. *Quinto.*

ARbitri[c] nulla sententia est, quá scriptá edidit[d] litigatorib. si non ipse recitauit[e]. Si igitur nihil fallis: omissa prouocationis mora[f], ex integro iudicari impetrabis à rectore prouinciæ[g].

Sententia primo scripta, & postea recitata, non potest corrigi vel mutari: & quidã propter eminentiam dignitatis possunt per alios definitiuas sententias recitare. Bald. Vel sic: Sententia prius debet deliberari, & deliberata in scripturã redigi, & redacta debet reuideri & corrigi: & correcta debet in scriptis recitari, & per iudicẽ proferri, fallit in quibusdã qui propter dignitatis eminentiã possunt per alios suam recitare sententiam: & postquam est lata, nã potest corrigi vel emendari. secundùm Bald.

II. *Impp.* VALENS, VALENT. & GRAT. AAA. *ad Probum præf. præt.*

HAc lege perpetuò credimus ordinãdũ[f], vt iudices quos cognoscendi[h] & pronunciandi[i] necessitas tenet, nõ subitas[k], sed deliberatione[l] habita post negotiũ sentẽtias põderatas sibi antè formẽt & emẽdatas[m] statim in libellũ secuta fidelitate[n] cõferant, scriptásque ex libello[o] partibus legant. Sed nec sit eis posthac copia corrigendi[p], vel mutandi: exceptis[q] tam viris eminẽtissimis præfectis prætorio, quàm aliis illustrẽ administrationẽ gerẽtibus, cæterísque illustribus[r] iudicibus, quibus licentia conceditur etiã per officiũ suũ †, & eos qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitiuas recitare[f]. Dat. xij. kal. Feb. Grat. A. ij. & Probo Coss.

Non sufficit sententiam scribi, nisi legatur, & verbis proferatur: nec sufficit verbum proferri, nisi ante scribatur. Bald. Vel sic: Sententia definitiua debet in scriptis ferri: aliàs non valet, nisi in casibus positis in authentic. nisi breues. Salyc.

III. *Iidem AAA. ad Probum Præfectum prætorio.*

STatutis generalib. iussimus, vt vniuersi iudices quibus reddẽdi iuris in prouinciis permisimus facultatem, cognitis causis, vltimas † definitiones de scripti recitatione proferant[t]. Huic adiicimus sanctioni, vt sententia quæ dicta fuerit, cum

ARbitri.] CASVS. Si iudex sentẽtiam scripserit, nec recitauerit, sed ad recitandum litigatoribus dederit clausam vel apertam, & fugerit, an tenet sententia huius, quæritur? Dicitur quòd nõ: sed citra appellationis beneficiũ ex integro iudicabit præses.

c Arbiter pro ordinario iudice, delegatõ, compromissario.
d Arbiter, vt & iudex, sententiã in scriptis ferre debet. v. Schenkiam I. vitida tit. 61. c. cum ab vno de re iudicata in 6.

c ¶ *Arbitri.* Vel[c] pro ordinario iudice pone: *vt s. de postu. l. quisquis.* Vel pro iudice delegato: *vt ff. qui satisd. cog. l. arbitro.* Vel compromissario[d]: nam & ipse imitari debet iudicium: *vt s. de iud. l. rẽ nõ nouam.* Sed secundùm hunc tertium frustra dicit de appellatione: cum & si ipse te citaret, non appellaretur: *vt s. de arbi. l. j.*

d ¶ *Edidit.* clausam vel apertã, vel proiiciendo eis & fugiendo.

e ¶ *Recitauit.* & ledendo: *vt s. de postu. l. quisquis. in fi. & in auth. vt ab illust. & qui super eis sunt §. j. colla. v. & ff. quis ordo in bonorum pos. ser. l. 1. § dies. & arg. s. de dil. l. à procedente.* Sed quidam dicunt quòd sedere debet in cognoscendo, non iudicando, cum prius plenè cognouit. quod non placet. Sed quid si in curru vel equo sedeat, cum fortè aliquam timeat patriam, & velit fugere statim? Respon. valet, vt fuit apud Genuam: *arg. ff. de acqui. pos. l. quod meo. § si venditorem.* ADDITIO. Vide tex. iuncta glos. *in ff. de re iud. li. 45.*

f ¶ *Mora.* i. appellatione in qua exercẽda fit mora anni vel biẽnij: *vt j. de temp. appel. auth. ei qui.* quia sententia ipso iure nõ valet.

g ¶ *A rectore prouinciæ.* vt & ipse iudicet vel alij iudici committat: non ei cui primo delegauerat: *vt s. tit. j. l. si vt proponis. j.*

HAc lege.] CASVS. Iudex in causa de qua cognouit, non præcipitanter sed cũ deliberatione debet pronunciare, & sententiã in scriptis redigere, & per se partibus recitare: excepto pfecto prætorio, & aliis illustribus, qui per officialem suum recitare possunt. An autem sententiam quam tulit, possit iudex corrigere vel mutare? Dicitur quòd non.

h ¶ *Cognoscendi. vt s. de aduo. diuer. iudicum. l. sancimus.*

i ¶ *Pronunciandi. vt ff. de iudi. l. de qua re.*

k ¶ *Non subitas.* Argu. contra. *ff. de dam. infect. l. j.* Sol. ibi speciale. ADDITIO. Tu dic quòd nec ibi sententia datur subitò: sed acceleratur cognitio causæ.

l ¶ *Deliberatione.* etiam cum sapientibus: *vt s. de leg. & consti. l. humanũ. & de repud. l. dubium non est.*

m ¶ *Emendatas.* quo ad sententiam, & quo ad Grammaticam.

n ¶ *Fidelitate.* i. fideliter.

o ¶ *Ex libello.* propter duo dicit ex libello[a]: & quia tabellio scribit eas in libello siue libro cõmuni, & exinde recitantur. Itẽ q; a in principio sententiæ semper scribitur libellus, & allegationes etiam repetuntur, vt fecit Salomõ cum dicit: Hæc dicit q; filius suus viuit: tu' autem mortuus est &c.

a Illud est ex stilum & nõ necessitas secundùm Ang. j. Cassiodorus in form. codicil. quæ dabatur PP. scribit præfectũ prætorio potuisse verbo sententiam dicere. Cont.

p ¶ *Corrigendi.* quia semel functus est officio suo: *vt ff. de re iudi. l. iudex. & l. cum quærebatur. & ff. de arbi. l. quis arbiter. & l. qualem. §. dicere. & infra senten. rescin. non poss. l. j. & infra de pœnu. l. pœnam.* Sed nec interpretari poterit, nisi sit præses prouinciæ, vel procurator Cæsaris: *vt ff. de appel. l. ab executore. in prin.* prædicta autem fallunt in Grammatica, quæ etiam postea potest emendari: *vt ff. de re iud. l. aliorum.* Item in multa, quæ remittitur propter inopiam ab eodem iudice: *vt s. de modo mulctarum. l. fin. in fi. & ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. fin.* Item fallit tertio in his quæ pertinent ad consequentiam statutorum, quæ possunt suppleri: non dico minui, eadem scilicet die: *vt ff. de re iud. l. Paulus.* item quarto si erat absens damnatus, sed venit iudice cedente pro tribunali: *vt ff. de in integ. restit. l. diuus.* Item fallit secundùm quosdam in principe, & in præfecto prætorio, & senatu: *vt j. proxi. respon.* Sed certè illa exceptio est in alio, scilicet in hoc q; possunt per alios ipsi suas sententias recitare: licèt secus sit in aliis *vt s. proxi. & j. l. proxi. j. respon.*

† Sententia super incidẽti possunt ferri fine scriptis, Romanus singulari. 5.

q ¶ *Exceptis.* hæc exceptio non fit à proximè dicto, sed superiori.

r ¶ *Illustribus.* dignitate, non administratione.

s ¶ *Recitare.* alij ergo non licet: *vt j. l. proxi. in princ.*

STatutis.] CASVS. In scriptis debet iudex ferre sententiam. & hoc in prima. alioquin nec valet, nec necesse erit appellare. & hoc in secunda. Viuianus.

b Iudex sententiam per alium regulariter recitare non potest. v. i. mẽ Socino regula 101. excipiunt iudex sententiam.

t ¶ *Proferant.* per se, non per[b] alium, nisi esset interlocutoria: *vt hic & supra l. proxi. in prin. & ff. de arbi. l. diem. in princi. & l. non distinguemus.*

a Potestatis officio fungentes possunt laici. b Delegati causas ciuiles possunt etiam laici iudices.

gentes §. quod si hoc modo. Et ex hoc dicunt quidam, quòd laici[a] nõ possunt esse potestates quod falsum dico non quia possunt[b] delegare causas ciuiles: tum quia criminales possunt definire dicẽdo, condemno vel absoluo, *& pro hoc in authentica de iudicibus, & vt nulla te. §. j. colla. vj. & supra de iudicus. l. penult.* tum quia fortè est de maioribus propter quod recitabit per alium: *vt supra l. proxi. si hodie serua-tur.*

a ¶ *Mereatur.* & per hoc etiam effectu carebit: *vt argum. supra de feriis. l. a. nullo.* quòd autem dicit in[c] scriptis dandam, fallit in tribus casibus: & ideo sequitur authen. nisi breues &c.

c Sententia in scriptis danda, nisi tribus casibus.

b ¶ *Requiratur. vt j. quãdo prouo. non est necesse: per totum tit.* Accur.

d Casus greecis qui sententias super incident, quae sine scriptis ferri posse... Baldũ ... Romanus singularis.

e Causae breues, minores exiguae an quae ad 50. ... auros, an quae arbitrio iudicis ... quae ad 10. ... quae ad duo, quinque, vel sex aureos. Adde Glossam Nouella ... in verbo breuiores ... in Nouella de appellationib. ... Molina ... Menochium de arbitr. iudic. Centuria ... casu 72.

c ¶ *Nisi breues.* J[d] aliâs est in textu, breuiores. ¶ Quae sunt breues[e]? 1 Resp. secundùm Azo. vsque ad L. aureos olim: *vt supra de defensionis. l. j.* hodie ad trecentos aureos: *vt in auth. de defens. ciui. §. & iudicare. col. iij.* 2 Vel secundũ H. est in arbitrio iudicis. 3 Vel vsque ad x. libras auri: *vt in auth. de appell. colla. iiij. §. illud.* 4 Vel vsque ad duos aureos: *vt ff. de dolo. l. si o'exim. §. fin. tam l. seq.* 5 Vel vsque ad quinque: *vt ff. de dolo. l. si eleum. §. si. cum l. seq.* Vel vsque ad quinque: *vt ff. de bon. damn. l. vj.* Vel vsque ad decem: *vt ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. iiij. §. quamuis.*

b ¶ *Solue.* Quid ergo si certa quantitas in actis contineat, & sic pronunciauit vt hic facit: Respond. non[a] valet: *vt ff. de arbi. l. quid tamen. §. Pomponius.* licèt hæc lex videatur velle contra: sed eam sic dicas intelligi, quòd quantitatem certam, vel speciem, vel quod tantundem valeat comprehendat, vt quia dicat, condemno in omne quod petitum est: *vt ff. de re iudi. l. ait prætor. § j. & l. in iudicio.* Accursius.

c ¶ *Actorum.* acta[b] appellantur attestationes vel cõfessiones factæ in iudicio. Accurs.

d ¶ *Comprehensa.* vel si non est possibile, vel si hoc non petitur: vt diximus supra. l. proxi.

HÆc sententia.] CASVS. Mulier soluto matrimonio propter consanguinitatem vel quia habebat alium virum, vel vir aliam vxorem. repetebat dotem à viro: iudex pronunciauit sic: condemno te maritum vt restituas quod accepisti nomine dotis. an valeat sententia, quæritur? Dicitur quòd non. vnde si alius iudex cognouit, & maritum ad certam quãtitatem cõdemnauit, valet sententia, retractata prima: nisi fuerit ab ea appellatum.

e ¶ *Solue.* Quædã mulier repetebat dotem à marito suo, cum esset incertum quantum ille accepisset: quod etiam ipse iudex interloquendo[c] dixit, non quidem valuit sententia sic prolata, solue quòd accepisti. nihil enim certum continet. ADDITIO. Aduertas quòd Barto. hic intelligit hanc l. quando sentẽtia fuit omnino incerta. Nam pronunciauit iudex, quod bona fide accepisti, solue. si enim pronunciasset hoc modo, condemno te ad restitutionem dotis, & constat eam te habuisse, licèt non declaretur quantitas, vel qualis esset dos: valeret sententia, sicut in petitione hereditatis.

f ¶ *Extra ordinem.* id est, extra antiquam solennitatem: *vt institut. de interdict. §. fina.*

g ¶ *Cum igitur.* benè infert, prima nulla: ergo ista valida. nam si prima esset valida, ergo secunda nulla: *vt supra titu. j. l. post sententiam.*

h ¶ *Iudicabat.* ex appellatione. Vel dic à capite: nam cum[d] prima nulla fuit, non fuit necesse appellari.

i ¶ *Ipsa.* scilicet tu.

k ¶ *Confirmasti.* videris[e] enim consentire, cum statuto tempore non appellasti: *vt supra de postulan. l. j.*

a Sententia incertã quantitatem continens non valet, si neq. ad instrumenta certum continentia, referatur, expressè aut certè tacitè: nõ refertur ad acta probatoria, vt sunt testimonia, instrumenta publica: aliàs incerta, si lata fuerit non valebit, tametsi ex actis adsertoris, putà cõfessione libello & similibus certitudo possit elici, vt huic glossæ cõciliat glossam l. quid tamẽ. 11. § Pomponius ff. de arbitr.

b Acta pro attestationibus vel confessionibus factis in iudicio.

c Sententiam interlocutoriã esse si quis ita pronunciet. Pronunciatio non fuisse prolatam ex hac glossa colligit Guido Papæ sing. 101.

d Appellare nõ est necesse à sententia quæ nulla fuit.

e Sententiæ cõsentit qui ab ea statuto tẽpore non appellat.

* Relicta hac negociosa & commentitia diuisione, recurrat lector sedulus ad libellum Caroli Molinæi, quo explicatione eius quod interest, priores supra veterẽ diligẽtiam cũ summa laude persecut⁹ est. Cont.

Interesse diuisio.

- 1 *Interesse.*
  - 2 *Inæstimabile.*
    - 3 *Non petibile.*
      - 5 *Publicum.*
        - 7 *In ciuilibus consistens.*
          - 9 *Vltionis.*
          - 10 *Applicationis.*
        - 8 *In criminalibus.*
      - 6 *Priuatum.*
    - 4 *Petibile.*
  - 11 *Æstimabile.*
    - 12 *Petibile.*
      - 13 *Propriè.*
        - 14 *Legale.*
        - 15 *Iudiciale.*
      - *Largè.*
        - 16 *Commune.*
          - 25 *Intra rem.*
            - 26 *Actionis amissæ.*
            - 27 *Circa dãna & expensas.*
            - 28 *Interesse iuris interitus.*
            - 29 *Mutationis personæ.*
            - 30 *Mutationis fori.*
            - 31 *Ex delicto vel quasi.*
            - 32 *Ex contractu, vel quasi.*
          - 33 *Extra rem.*
            - 34 *Honoris.*
            - 35 *Commodi.*
              - *In lucro.*
              - *In dãno.*
        - 17 *Singulare.*
          - 19 *Affectionis cum vtilitate.*
          - *Solius affectionis.*
        - 18 *Affectionis.*
        - 20 *Conuentum.*
          - 21 *Certum.*
          - 22 *Incertum.*
            - 23 *Totale.*
            - 24 *Particulare.*
    - 36 *Non petibile.*
      - 37 *Quo mediante nihil petimus.*
        - 38 *Ex causa probabili, sed non honesta.*
        - 39 *Ex causa honesta, sed non probabili.*
      - 40 *Quo mediante petimus ex causa honesta & probabili.*
        - 41 *Maioris.*
        - 42 *Pudoris.*
        - 43 *Valoris.*

SCHEMATISMI SVPER interesse, breuis Petri Rebuffi declaratio.

AD formandum typum, videndum est primò, quo iure sit interesse inuentum. Secundò, quid sit. Tertiò, quotuplex. Ad primum respondeo esse de iure diuino, vt Exod. xxij. ca. Si læserit quispiam agrum alterius, vel vineam, & dimiserit iumentum vt depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel vinea, pro damni æstimatione restituet. Et cap. si læserit de iniur. & damn. dat. & ibidem damnum reddet: sed interesse est damnum, vt hóc text. reddatur, & c. ij. de fideiussoribus ergo est de iure diuino: sed dicitur esse à gentibus postea receptum, & à iure canonico approbatum, *d. cap. ij. de fideiussoribus glos. in cap. conquestus. cum similibus, de vsur.* sed quoad formam, est iuris ciuilis, *vt hîc*, & sic princeps non potest id remittere. *lege venia. C. de in ius vocand.* fallit in tribus casibus positis in repetitione huius legis, quam nouissimè conscripsi anno 1530. vbi latius deducitur in præfat. quæst. j. & quot modis accipiatur, ibi. quæst. iij. & quid veniat appellatione interesse, ibidem.

a *l. si seruũ. ff. ad l. Aquil. § si commissa. ff. rerũ amot. hab.*

2 ¶Secundò quæro, quid sit? & glos. in verb. prout. dicit esse[a] damnum emergens, & lucrum cessans ex eo quòd aliquid fieri cessatur, & communiter approbatur per Doctores. Vel est æstimatio damni emergentis, aut lucri cessantis ratione cessationis, aut facti aliter quàm fieri debuit, legitimè proueniens. Vel consideratur interesse dupliciter. Primò, ratione eius cui debetur, & tunc definirem: Est æstimatio damni emergentis, vel lucri cessantis, culpa debitoris creditori contingens. Secundò, consideratur ratione eius à quo petitur, & est æstimatio damni dati, seu lucri cessantis, culpa debitoris prouenientis, per debitorem creditori sarcienda. Latiùs declaratur in repetitione in glos. prout. vbi pono alias definitiones & declarationes, vltra Doctor. licet videre ibi. His contentus erit scholaris pro declaratione terminorum, videat prouectus repetitionem.

3 ¶Tertiò quæro, quotuplex sit interesse: Resp. in genere vnum esse, quod pono pro stipite: & sic intelligitur opinio Petri, & aliorum tenentium interesse vnum esse, & hoc per Bartolum sic definitur: Interesse, est iusta alicuius vtilitas, infrà declarabitur, & hoc diuiditur in multas species, siue accidentia, vt quidam dicunt, & plenè declaro in mea ad hanc legem repetitione, in glos. j.

4 ¶Interesse, Bartol. insequens, quoddam est inæstimabile, aliud æstimabile. Inæstimabile, est iusta alicuius vtilitas inæstimabilis, *glos. in leg. j. ff. solut. matrimonio leg. libertas. ff. de regul. iur.* teneo tamen in dicta mea repetitione, non esse dabile interesse inæstimabile, quin saltem infinitè æstimari possit, & hoc in glossa. j. vide ibi, si lubet.

5 ¶Inæstimabile diuiditur, quia aliud est non petibile, aliud petibile, non petibile est iusta alicuius vtilitas inæstimabilis, non petibilis, vt si voluntatem explere non possim, Barba. *consi. lxxiij. col. v. in iij. vol. & j. declarabitur plenius.*

6 ¶ Petibile est, quod peti potest: vt si filius meus per te detineatur, interest mea inæstimabiliter: ob id petam filium mihi exhiberi, *l. j. & per totum. ff. de lib. homi. exhibend.* & idem in viro cuius vxor ab aliquo retinetur, interest mariti, quod non potest æstimari, si os inferius fuerit maculatum id temporis, ideò petetur vxor exhiberi, *rub. de lib. exhib. l. j in fi. & l. ij.*

7 ¶Interesse aliud est publicum, aliud priuatum. Publicum est reparatio publici status læsi propter aliquod iniustè factum, vel non factum: datum, vel non datum: quæ commodè æstimari non potest. *d. Jgneus in repetitiõe, l. quatenus. col. vj. ff. de regu. iur.* Ego verò sic definio, est læsio status publici propter cessationem, vel factum iniustum contingens, quæ æstimari commodè non potest. Primò pono læsio, quia respub. læditur, *vt infra dicetur. & leg. si quis ingenuum. §. fin. ff. de captiuis.* Alia declarantur in repetitione extensè, vbi licet videre.

8 ¶ Priuatum est omne quod non est publicum, ideò vno cognito alterum intelligetur, *arg. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu.* Doctor. *in rub. de acqu. possess.*

9 In ciuilibus quoddam publicum interesse consistit: vtpote quia publicè interest cloacas purgari, *l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. ope. nunc.* & si publica via sit destructa, publicè interest refici. *l. ædiles ff. de via publica.* multa alia licèt videre exempla in repetit. *in præf. & in gl. j.*

10 ¶Item in criminalibus, vt interest publicè crimina nõ remanere impunita. *l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam.* & publicè interest prouinciam malis purgari hominibus. *leg. congruit. ff. de offic. præsidis.*

11 ¶Vltionis est, vt si seruus cognouerit dominam suam, & postea dominus eum vendiderit ea lege, ne Parisiis habitet, & ne manumittatur, propter vltionem interest domini, *l. penultim. Cod. si mancipium ita fuerit alienatum, ne manumittatur, leg. seruus ea lege. ff. de ser. expor.* & hoc inæstimabile est, ratione affectionis quam dominus habet, & ratione timoris, ne iterum domina cognoscatur per illum seruum.

12 ¶Applicationis, est quando damnum passo applicatur, vt hoc text. not. Baldus. *in l. penult. C. de condict. ob caus. dat.* & hoc est æstimabile.

13 ¶Æstimabile, quod æstimari potest. Et hoc diuiditur, quoddam enim est æstimabile petibile, aliud non petibile. Æstimabile petibile est, quod æstimari petique potest, vt in casibus in quibus petitur, *vt habetur hic, & in l. j. ff. de act. empt.*

14 ¶Petibile, quoddam dicitur generaliter & largè, siue impropriè, quod sic per Barto. hic definitur: Est iusta alicuius vtilitas æstimabilis petibilis: non habita propter alicuius factum iniustũ, vel cessationem iniustam. Vt si peto rem mihi debitam, dicor meum interesse largè petere, id est, quod mihi vtile est: & sic stipulationes inuentæ fuere, vt quisque stipuletur quod sua interest *l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.* & an precium, & interesse, sint idem dicitur in repetitione plenè, in glos. prout. & de hoc interesse, parum hîc.

15 ¶Aliud dicitur propriè de quo hîc amplè loquimur, quod sic per Bartol. definitur: Est æstimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter factum iniustum, vel cessationem iniustam. Primò ponitur æstimatio, ad differentiam inæstimabilis, & ad differentiam præcedentis, quod rem ipsam respicit, seu factum debitũ. Postea dicitur in definitione, non habitæ, vt lucrum & damnum comprehendat. Nam dum minuitur patrimonium, quis non habet vtilitatem, ob id dicitur pati damnum. *l. si sterilis. §. cum venditorem. ff. de actio. empt.* Dico propter factum iniustum, quia si esset iustum, non ageretur ad id quod interest, *l. fluminum. §. fi. ff. de damn. infect.* dico latius in mea repet. in gl. j. Et hoc diuiditur, quoddam est legale, aliud iudiciale.

16 ¶ Legale est, quod à lege introductum seu approbatum est, *no. in l. legitima. ff. de pact.* & hoc modo interesse omne potest dici legale, quod à lege taxatur, vt in casibus certis ad duplum, vt hac leg. verb. sancimus. Et an de iure nouo taxatum sit, vide quæ dixi in repet. in iiij. no. collegæ domini Alciati opinionem reprobans, & hoc legale producit quatuor species, vt patet, & infra declarabo.

17 ¶Iudiciale est, quod per iudicem per suam subtilitatem æstimatur, ac taxatur, vt in casibus incertis, vt patet hac l. in vers. in aliis. Dico fusius in repetit. quam super hac lege conscripsi, hic tantùm trado terminos, vt iuuenes his intellectis paruo negocio materiam amplecti possint.

18 ¶Commune interesse, secundùm glossam est commune rei precium. Bartol. non admittit, sed sic definit: Interesse commune, est interesse communiter æstimatum, *l. si seruum. ff. ad l. Aquil.* at non placet, quia idem per idem definit, quod non admittitur. *arg. l. fin. ff. de offi. procuratoris Cæsa.* Ego verò sic definio: Interesse commune est æstimatio damni emergentis, aut lucri cessantis, ab omnibus rei notitiam habentibus facienda, propter factum iniustum, vel cessationem iniustam, vt debebas tradere mercatori equum tempore nundinarum, cessas: oportet quòd ipse emat cariori precio, teneris ad id quod interest, quod communiter homines æstimarent ad valorem equi quem emit. Alia exempla vide in repet. in gl. j. & hoc in totum potest exigi, etiam vltra duplum, *l. ratio. §. si per venditorem, & l. Julianus. ff. de actio. empt.* Fallit in casibus traditis in repet. in gl. dupli vbi inuenies regulam cum limitationibus. Vel commune dicitur, quod omnes communiter tangit, vt si omnium præbendæ canonicorum mutuantur, eorum communiter interest, si præbenda vnius, specialiter: *c. cum omnes. & c. cùm recessissent. de consti. Innoc. in c. cum ecclesiastica. in fi. pen. col. de except.*

19 ¶Singulare interesse est, secundũ glossam, si tua intersit propter affectum, verum enimuerò quia aliud est interesse affectionis, solius, aliud est interesse singulare, vt latè declaro in repetit. ideò Bartol. sic definit: Est singulariter æstimatum, quod non admitto, vt dico in repet. Igitur ego sic definio: Interesse singulare, est æstimatio vtilitatis singularis propter factum iniustum, vel cessationem iniustam proueniens, vt commodaui codicem meum, quem habeo & apostillis, & remissionibus, & scriptis refertum, si non reddas, non solùm ad precium commune teneris, videlicet ad tres libras Turonenses, sed etiam ad meam singularem vtilitatem. Alia exempla tradit Specul. *in titu. de interesse. §. vis.* & ego ipse, in glossa j.

20 ¶Quæret aliquis, vsque ad quam summam possit peti: & textus hîc dicit, vsque ad duplum in casibus habentibus certã quãtitatem,

tatem, aut naturã: vt hic. Fallit in casibus positis in repeti. in glos. dupli. in incertis damnum re vera datũ reddi debet: vt hic, versi. in aliis. Qui sunt illi casus certi, & incerti? Bar. hic dicit eos, qui habent certam quantitatem, vel naturam, respectũ sui vel adiuncti: vt si promittis mihi decem, respectu sui est certum. *l. certum. ff. si certum peta.* vel ratione adiuncti: vt vendis mihi domum pro cẽtum: respectu illius adiuncti precij, dicitur contractus certus, secun. Bar. Fateor tamen quod indigeret declaratione regia in hoc regno, vel parlamentorum: vt dico in repetit. Ego, salua correctione melius sentiẽtium, intelligo casus habere certam quantitatẽ, siue sit in numero, siue pondere & mensura: de quib. *in §. j. & inst. quibus modis re contrahitur obliga.* Siue sit quantitas continua: vt fundus decem arpentorum: siue discreta, vt decem: quia certum est. Naturam verò intelligo certam, in rebus animatis, quibus à Deo indita est certa natura, per quam animal dignoscitur, & nobis est certa sua natura, vt bos, mulus, &c. hoc genus animalia. Nam De' indidit boui certam naturam, per quã à iumento differt: & certa est nobis sua natura, videlicet quòd est bos, non equus, vel aliud animal: vt etiam licet videre per Aristotelem in libro de natura animalium. Ideo si promitto decem, casus incertus est quantitate: si hominem, equum, bouémve debeas: & non tradas tempore præstituto, casus certus est natura. Si promittas facere domum, casus est incertus: cum facta sint incerta. *l. vbi. §. qui id quod ff. de verb. obli.* Fusius deduco in repeti. in gl. quantitatem.

18 Interesse affectionis est, quod ex speciali affectu procedit: vt si seruum meum filium naturalem quis occiderit: ego ex affectione æstimo multo. Hæc affectio non auget condemnationem: sed quanti omnibus valet, inspicitur. *leg. si seruum. ff. ad legem Aquil. leg. si. ff. de operis serui.*

19 Notandum est quòd duplex est affectio: vna, quæ est iuncta cum vtilitate: & hęc est æstimabilis commodo pecuniario: & ista bene consideratur, & auget condemnationem. *l. videamus. §. j. ff. de in litauran.* vt in libro cui multa scripsi: si aliquis eum retineat, nolens restituere: ex illa affectione iuncta cũ vtilitate, iurabitur in litẽ. & duplum consequi potero per hanc legem: vt dixi in glo. j. An in iuramento in litem procedat hæc lex? quòd sic, licèt collega contrà, cuius fundamentis ibidem respondi. Alia est affectio sola, quæ pecunia non æstimatur: & hæc non auget condemnationem. *l. libertus qui soluendo. ff. de bonis liberto. l. cum seruus. mand. Bal. in addit. ad Specu. in titu. de fructi. & interesse. col. penult. l. j. §. sed si rem. ff. si quid in fraudem patro.* alia vide in dicta glos. j. tam in contractibus bonæ fidei, quàm stricti iuris.

20 Conuentum, est precium conuentum. secundũ glos. hic: quæ reprehenditur per doctores. vt plenè dicó in repet. in glo. j. ego igitur sic definio: Interesse conuentum, est pecunia conuentione partium promissa in defectum primę conuentionis non completæ. Vnde si vendas mihi domum centum aureis, & si non tradas, promittis decem: si tradas, non potest agi ad decem promissa: quia conuentio est completa: secus si non tradideris. l. j. sumendo ar. à contrario. *ff. de act. empt.* & hoc interesse debetur totum, etiam vltra duplum. *§. alteri. Institut. de inutili. stipula.* Bartol. & communiter doctores hic. quod fallit in octo casibus, quos pono in repetitio. in glo. dupli. vbi figo regulam cum in ampliationibus & limitationibus. Item quando interesse conuentum seu pœna adiicitur speciei, debetur. *l. Lucius ff. de act. empt.* Idem si facto. *l. ij. §. item si facto. ff. de verborum obligat.* secus si adiiciatur dationi quantitatis: quia tunc in fraudem vsurarum præsumitur apposita. *l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum peta. ca. dilecti. de arbitr.* quod ampliatur in nouem casibus: & limitatur in septem, traditis in repet. *in glos. j.* & an pœna conuentionalis possit excedere quadruplum: vide in glos. proferuntur. vbi trado regulam quòd sic, cum limitationibus, ibi licet videre.

21 Diuiditur hoc conuentum, in certum, & incertum. Certum est, quando apparet, quid, quale, quantúmve sit: vt quando promissum est, Si non tradideris rem vindictam, promittis decem *lege finali. ff. de prato. stipula. leg. certum. si certum peta.*

22 Incertum est, quod per se non est liquidum, quid, quale, quantúmve *sit. leg. vbi. ff. de verborum oblig. lege iij. §. si. de eo quod certo loco.* & quomodo possit certum fieri? respondeo, officio iudicis taxantis in casibus incertis. *Iacobi in l. finali. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* & in aliis casibus quos pono in repetitione in glo. subtilitatem. vbi fusius trado practicam probandi interesse, vltra doctores hactenus. vide si lubet.

23 Certum produxit totale, & particulare. Totale interesse est, quod in totum debetur: vt si rem venditam non tradideris, ad totum id quod interest teneris, *lege. j. ff. de actio. empt. & ibi Saly. & lege. v. §. fin. qui satisda. cogan.* vel totale debetur in casibus incertis: nam iudex in eis sine deminutione per suam subtilitatem reddi iubebit: *vt hic in versi. in aliis.*

24 Particulare interesse debetur, si quis tradiderit rem, & non cauerit de euictione. & emptor alteri velit vendere, sed non potest tanti, quanti si fuisset cautum: emptor aget non ad totum: sed ad particulare interesse quod patitur *l. ex empto. §. si. ff. de actionibus empti.* & ibi Bartolus & alij. l. si fundus loca.

25 Intra rem, seu circa rem, vel intrinsecum interesse, oritur ex communi: extra rem, seu extrinsecum, ex singulari regulariter: & sic signaui. Et intrinsecum est illud, quod ex ipsa re prouenit: vt fructus, partus, & similia. Nouiter ergo sic definio. Interesse circa rem, est æstimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem consistent. Sic ferè definit textus *in l. si sterilis. §. cum per venditorem ff. de actio. emp.* & in hoc comprehenditur valor aureorum vel augmentum, siue deminutio: *l. cum quid. & l. vinum. ff. si certum peta.* & hoc totum debetur etiam vltra duplum: vt si mutaueris mihi vinum reddendum in festo paschatis: quod non reddis: valuit in mense Iulio vel Augusto decem libras: teneris quanti plurimi valuit à tempore moræ. dicta. l. vinum. & d. §. cum per venditorem. vide in glos. dupli. vbi formó regulam cum limitationibus, insequens doctrinam Barto. & communem respondéntque fundamentis volentium singularem prosequi opinionem, & pręcipuè collegæ d. Alciati. & illud producit generationem. Nam quoddam est.

26 Actionis amissæ, quod competit quando actio est amissa: nam tunc agam contra illum, si suo facto amissa sit, ad id quod interest actionem non esse amissam. *leg. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.*

27 Aliud est circa damna & expensas: vt si damna vel expensas tua caussa passus sim contra te ad id agam. *l. sancimus. C. de iudic. Cle. prima de rescrip. Alber. in l. & si post tres. col. ij. ff. si quis cautio.*

28 Interesse iuris interitus: vt si dum iniuriarum contra te agerem, quidam me detinuit, & impediuit ne actionem illam prosequerer: & sic anno fuit amissa. *l. si non conuitij. ff. de iniur.* agam ad id quod interest ratione iuris interitus. *l. j. & ibi Bald. col. j. ff. si ex noxali caussa agatur.*

29 Mutationis personæ est, vt si alienasti in potentiorem rem quam à te petere volebam: potero contra te experiri actione in factum, quanti mea interest ob personæ mutationem. *l. j. ff. de aliena. iudi. mutan. causa plenius dico in repet. in glos. j.*

30 Mutationis fori interesse petitur, quando alienatur in clericum vel scholarem res quam petere volebam: & sic mutatur forũ: agam ad id quod interest ratione mutationis fori. *l. si fideiussor. ff. qui satisda. cogan.* & an cessiones scholaribus vel clericis factę valeant, dico in repetitione in glos. j. tam per regis ordinationes, quàm per iura. & plenissimè in scholasticorum priuileg. 177.

31 Ex delicto aliud interesse prouenit, si furto instrumenta mea, per quæ debitum poteram probare, subtraxeris: propter quod debitum probare possum: teneris ad interesse ex tuo delicto proueniens. *l. Iulia. ff. de actio. em. cap. si quis. xj. quæst. iij.* & in delictis interesse etiam non excedit duplum: & hoc text. in versicu. in omnibus. & dixi ibi in glos. licèt collega teneat contra, cui respondeo in glos. casibus communem sustinendo.

32 Ex quasi delicto interesse, dicitur damnum ex quasi delicto alterius culpa proueniens: vt si officialis seu alius sine caussa me excommunicauerit: ideò durante excommunicatione non potui agere, iure prohibente. capi. intelleximus. de iudi. quamobrẽ perdidi actionem: agam contra excommunicantem ad id quod interest, ex suo proueniens quasi delicto. *leg. ex maleficiis. ff. de act. & obligat. Cardi. in capi. sacro. col. ix. versic. quæro in alio modo. de senten. excommuni.*

33 Ex contractu, dicitur damnum emergens, seu lucrum cessans, ratione contractus proueniens. patet *in l. ff. de actio. emp. dico pleniuè in repe.*

34 Et quasi contractu: vt si quidam sit electus prælatus, tenebitur soluere expẽsas in persecutione electionis factas, ex quodam quasi contractu. *cap. vt præteritæ. de electio. Specu. in titu. de fructi. & interesse. §. fina. versi. in summa. & versi. ex præd. elu. & fusius dico in repe.* hic tantum declaro terminos obscuros, propter iuuenes.

35 Extrinsecum, siue extra rem, est, quod rei occasione prouenit: secundum Bartol. hic. Vel est æstimatio damni emergentis, seu lucri cessantis, extra rem prouenientis: vt quia non tradidisti fœnum temp. præstituto, quamobrem equi mei fame perempti sunt: extra rem est: & sic non debetur regulariter. *l. sterili. §. cum per venditorem. ff. de act. emp.* Fallit in casibus traditis in repetit. in glo. dupli. & hoc gignit.

36 Honoris interesse, quod competit quando de honore agitur: qui est lucro pecuniario præferendus. *l. Iulia. ff. si quis omis. causa test.* & potest agi non solùm iniuriarum pro honore. *Bald. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. proconsul.* sed & officium iudicis implorari. *Io. Fabr. in §. alia. c. insti. de bono. poss.* cum distinctione tamen quam feci in repeti. vbi licet plenius videre in glo. j. & intellectum nouum ad l. iniuriarum. *§. si quis de honoribus. ff. de iniur.*

37 Interesse commodi est, quando de commodo agitur: vt hic & hoc quandoque intra rem est: aliquando extra: vt potes cogitare. Commodi interesse, aut cõsistit in lucro, aut in dãno. In lucro,

quando debitor non soluit mercatori in nundinis Lugduni: ob id mercator cessauit lucrari: aget ad id interesse, quod in lucro consistit. Et regulariter hoc lucrum cessans petitur. Fallit in multis casibus *traditis in repeti. ad hanc. l. glo. ult. & à Petro de Ferra. in forma libel. in actioni. real. in glo. & in florenis.* In damno consistit, quando aliquis passus est damnum: *no. in lege, cum venditorem. C. de actio. empt.*

38 Æstimabile non petibile, est iusta alicuius vtilitas æstimabilis, non petibilis: habita, vel non habita: sine alicuius facto iniusto vel cessatione iniusta Bart. hic. Primò dicitur iusta, quia iniusta non attenditur *l. itaque. ff. de furt.* Item dicitur æstimabilis, ad differentiam inæstimabilis: non petibilis, ad differentiam petibilis: postea dicitur habita: vt omnes casus comprehendat in quibus quis habet quod sua habere interest, & tamen non agit: vt si rem meam possideam, interest mea habere: tamen illud interesse non possum petere: licèt possit æstimari valor rei. *l. nemo rem suam. ff. de verbo. obligatio. l. sua rei. de contrahen. emptio.* Non habita, vt si sartor vel alius artifex veniat ad habitandum in proxima officina similis artificis, illius interest: quia non tantum lucrabitur: tamen illud interesse non petet. *l. libertus negociatoris. ff. de ope. liberto.* vel sic potest breuius definiri. Est vtilitas, quæ æstimari, sed peti non potest. Plenius dico in repe. in glo. j.

39 Hoc non petibile diuiditur: quia quoddam est, quo mediante nil petimus, aliud quo mediante petimus. Primum est, quia mea interest non habere domum delectabilem, vel pulchram hospitam, omnibus propitiam, propter magnum numerum eam visitantium, & amicorum concursum. Id tamen interesse non peto, licèt posset æstimari. *glo. in l. j. ff. de seruitu. vrbano prædio.* Alia exempla licet videre per textum *in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil. vide alia in dicta glos. j.*

40 Et istud aliquando est ex caussa probabili, sed non honesta: vt in fure, à quo subtrahitur res furtiua. nam licèt sua intersit, qui ad restitutionem tenetur: tamen non agit: quia causa est inhonesta & iniusta: quia ex improbitate sua actioné cósequi nó debet. *l. itaque. ff. de furt. l. eum qui. §. si autem ille titu.* Limita vt in repe.

41 Ex causa honesta, sed non probabili est: vt si emi librum, & antequam sit mihi traditus, fur eum accipit: licèt mea intersit, & ex causa honesta: tamen furti non agam, quia causa non est probabilis: id est à iure approbata, vt ante traditionem dominium habeam. *l. traditionibus. Cod. de pact. glo. in l. manifestissimi. de fur. per d. l. eum qui. in princ.*

42 Quo mediante petimus, est: vt si quis agat actione populari quia sua interest: illud tamen non petit, sed eo mediante ad pœnam seu vindictam agit. glo. in rubric. *ff. de popu. actionib. per totum. l. si verò. §. hæc autem. ff. de his qui deiec. Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. de iureiuran.* Idem si appello, quia mea interest: id tamen non peto, sed eo mediante, sententiam rescindi, & malè iudicatum pronunciari. *l. eos. C. de appella. l. in ratione. in j. §. Imperator. ff. ad leg. Falc.* & istud est ex caussa honesta, & probabili: vt si res mea sit à me furata mea interest, & caussa est tum honesta, tum probabili: ideo furti agam. *l. j. & l. si is cui. ff. de fur. cuius intellectum in repe. trado notum: vide ibi.*

43 Item est interesse mœroris: quia non tradidisti fœnum tempore præstituto, equi mei mortui sunt: magnum habui mœrorem. Illud tamen non peto, sed quantum tunc valuit. *Bald. in l. cum venditorem. C. de actio. emp.*

44 Pudoris interesse est, si rusticus vel alius vendiderit mihi vinum optimum Montispessulani, vel perdices tradendas tempore conuiuij: & non tradidit: magno affectus sum pudore, cú parum valeat conuiuium sine bono vino: tamen non petam illum pudorem, sed quantum valuit vinum id temporis, videlicet conuiuij. *dicta. in l. sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp.*

45 Valoris est: vt si non tradas rem venditam, teneris ad id quod interest, id est, quantum valet: & quandoque in plus. *l. j. ff. de actio. empt.* Alia multa tetigi in repeti. quæ hic non transcribo: sed volens plenè hanc materiam attingere, perlegat eam, bonique consulat, ac Deum oret, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in secula. Amen.

Spes mea CHRISTVS

DE SENTENTIIS QVÆ PRO EO quod interest proferuntur.

Quia incerta sæpe fertur sententia circa interesse, cum non sit iudici certum in quantum possit vel debeat extendi interesse, vtpote cum etiam hodie multi dubitent, ideo competenter post titulum præcedentem de hoc dicit.

TITVLVS XLVII.

DE SENTENTIIS quæ pro eo quod interest, proferuntur.

Ista lex est de difficilioribus totius Codicis, & hoc dicit: Prolixitates antiquæ circa interesse, cessant per hanc legem: & in casibus certis venit totum quod interest, & habetur ratio lucri & damni. hoc dicit secundú Barto. Vel sic: Interesse singulare æstimandum tam in lucro, quàm in damno, in casibus certis non excedit duplum pretij conuenti, vel communis. In casibus autem incertis non excedit quantitatem ex legitimis probationibus per iudicem declarandam, cú pœnæ legales & arbitrariæ sunt limitatæ, ne vitientur infinitate. hoc dicit.

1. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni præfecto prætorio.*

CVM pro eo[a] quod interest [b], dubitationes antiquæ in infinitum productæ

Cum pro eo.] CASVS. Si Titius teneatur mihi ex aliquo contractu, aut ille consistit in dando, aut in tradendo, putà ex véditione ad tradendam rem, vel ex locatione: aut faciendo. Primo casu si non fecit quod conuenit, id est, si non dedit vel tradidit, tenebitur mihi ad interesse. verbi gratia putà interesse seu preciú conuétum fuit. xx. rei commune precium fuit. xxx. interesse meum singulare non excedet duplum communis interesse: & ita nó excedet. xl. Secundo casu, cú consistit in faciendo, putà quia debebat mihi facere domum: iste cótractus dicitur incertus, vbi factú quod est in obligatione, incertum est: vt *ff. de verb. obli. l. vt non. §. id quod.* An hoc casu si Titius non facit quod cóuenit, possum petere totum singulare interesse, etiam si excedat duplum communis interesse? Resp. quòd totú damnú quod in re habuissem, resarciet: & lucrum quod percipere potuissem si domus facta fuisset: dum tamen probem. nec enim simplici dicto meo credet. & si diceré, si domus facta fuisset, rex Franciæ hospitatus fuisset in ea, vel comitatum vel dimidiam regni sui mihi dedisset, non sum audiendus: sed debet iudex moderari interesse, non æstimádo in infinitum: quia idé dicitur in pœna, vbi pœna conuentionalis præstetur, sicut partibus cótrahentibus placuit: putà promisisti pœnam mihi c. si nó traderes Digestum. Si verò pœna legalis petat, putà conuenio te actione furti: in hoc casu conueniá te ad pœná quadrupli secundú quod lege statuitur. Et not. quòd triplex dicitur interesse: conuentionale commune, & singulare. de singulari loquitur hæc lex, conuenit & præstatur conuent. similiter & singulare, sicut hac l. comprehensum est. & est interesse singulare rei ad precium: vel est damnum emergens, & lucrú cessans eo quòd non fit quod fieri conuenit. Vel sic dic casum. Cum igitur ad interesse singulare, refert an agatur ex certo contractu, an incerto. Primo casu non debet id interesse excedere duplum interesse communis. In secundo casu debet præstari quantum id sit, ita vt non extendatur in infinitum. sicut enim pœna conuentionalis certo fine concluditur, similiter & legalis, nec vltra eas aliquid peti potest: sic & interesse singulare certo termino debet concludi. & hæc sunt obseruanda tam in lucro, quàm in damno: quia in lucro quod petitur, versatur interesse.

a ¶ *Cum pro eo.* ad euidentiam not. quòd triplex[a] est precium rerum, siue interesse, quod idem est dicere:[b] scilicet Conuentionale, de quo conuenit inter contrahentes: vt si tibi vendidi pro x. Stichum. Item precium Commune: vt si fortè idé Stichus cómune æstimatione valeat. xv. Item singulare: vt si tua interest propter affectionem. xx. quia quandoque fuerat tuus. *& habes hoc. ff. de act. emp. l. j. in princ.* Dic ergo hic quòd singulare interesse non excedit duplum interesse communis: & sic in prædicto casu vsq; ad xxx. potest ascendere, non vltra. minus verò sic. & hoc est verum in omnibus casibus qui certam quantitatem vel naturam habent. Si autem incerti sunt, túc totú singulare petitur: etiá si duplú cómunis excedat: dúmodo plenè probet nó auté simplici dicto petentis creditur quantum sit. Et cópetenter prædicta statuútur. cú & pœnæ legales & conuentionales certis metis finiant. prædicta autem considerantur non solú in damno, verumetiam in lucro.

b ¶ *Quod interest.* id est super interesse.

a Interesse triplex, conuentionale, commune, & singulare.

b Falsum est secúdum Bald. hic. potest tamen saluari si sumas interesse largè pro eo quod ad nostram vtilitatem pertinet. *Bart. & Rebuf. hic in sua repet. ad hanc l. glos. pen.*

Producta

sint[a]: melius[b] nobis visum est huiusmodi prolixitatem, prout possibile[c] est, in angustum coartare[d]. Sancimus itaque in omnibus casibus[e], qui certam habent quantitatem[f], vel naturam[g], veluti in venditionibus[h], & locationibus[i], & omnibus contractibus[k], hoc quod interest[l], dupli[m] quantitatem minimè excedere. In aliis autem casibus[n], qui incerti esse videntur, iudices qui causas dirimendas suscipiunt[o], per suam subtilitatem[p] † requirere, vt hoc quod re vera inducitur damnum[q], hoc reddatur, & non ex quibusdam[r] machinationibus, & immodicis peruersionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitū computatio reducitur, pro sua impossibilitate[t] cadat: cum

a ¶ *Producta sint.* Sed quæ? Respon. an circa rem, vel etiam extra rem, vel in damno tantùm, vel etiam in lucro, quas tamen non habemus.

b ¶ *Melius* i. bonum.

c ¶ *Possibile est.* quia plenè definiri non potest, vt ff. de regul. iur. l. omnis definitio, nec metae dari, vt ff. de reg. [illegible] quatenus. Dicere tamen potes: interesse est singulare rei precium secundum quosdam. Vel dic, interesse[a] est damnum emergens, & lucrum cessans ex eo quòd aliquid fieri cessatur.

d ¶ *Coartare.* vt antiqua prolixitas cesset, vt infra ea. l. in fin. quem fin. hic iunge.

e ¶ *In omnibus casibus.* Sed nonne melius dixisset in omnibus contractibus, vt postea dicit in emptione & locatione? Respond. non quia & in maleficiis, & quasi locum habet. Sed nec in obligationibus benè dixisset: quia etiam officio iudicis præstatur: vt in arbitrariis actionibus.

f ¶ *Quantitatem.* vt si debes mihi ex venditione x. cados olei. ADDITIO. Tu dic etiam idem in aliis rebus certis secundùm Bald. & est de mente Bart. & Sal.

g ¶ *Vel naturam.* vt si certam speciem, vt Stichum mihi debes ex venditione. Est ergo sensus, i. quoties quod debetur, certum est quantitate, vel specie: vt ff. si cer. pet. l. certum. Vel dic quantitatem comprehendere vtrumque, vt ff. de leg. iij. quæsitum. & ff. de verb. obl. lege cum stipulamur. Et naturam certam, vt si debes hominem vel equum in genere.

h ¶ *Venditionibus.* vt ff. de ac. empt. l. j.

i ¶ *Locationibus.* vt ff. lo. l. si fundus. in fine.

k ¶ *Contractibus.* similibus, alioqui contra est quod sequitur, in aliis autem, &c. Sed[b] qui sunt hi? Respon. illi, in quibus dicit lex singulare interesse venire, & certitudinem continent secundum quosdam. Sed certè imò & si lex non dicat venire singulare interesse: si modò incertitudinem continent illi casus: vt hæc lex dicit apertè: vt sunt omnes bonæ fidei, & quidam etiam stricti iuris, vt in arbitrariis, in quibus iuratur in litem, vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus. nam in his singulare interesse venit, vt ff. de in lit. iur. l. j. in fi. & l. v. & ff. man. lege cum seruus. Item in maleficiis quibusdam, & interdictis, vt & ff. de vi & vi armat. lege hoc interdicto. j. & ff. vti pos. lege si duo. in fi. & aliàs vbicunque, lege diceret certam rem debere trahi ex contractu, vel delicto, secus si diceret dari: quia tūc aliquod interesse non petitur, sed res omnino debet fieri stipulantis, vt ff. de verborum obl. lege vbi autem non apparet. §. fina. nisi in cōtractibus innominatis, vbi debet res dari, vt ff. de re perm. lege j. §. fi. & tamen interesse venit, vt supra de re perm. l. rebus.

l ¶ *Quod interest.* f. singulariter.

m ¶ *Dupli.* f. interesse, seu pretij conuenti, secundū P. sed secundū B. i. communis. Tu dic, nec vnum, nec aliud, quod plus est, excedit vltra duplum, cùm quandoque commune fit plusquàm conuentum, quandoque contra, quandoque etiam conuentum nullum, &c. quia ex pacto vel contractu non venit. Et nota triplex interesse, vt supra dixi, scil. conuentum, commune, & singulare. Primum seu conuentum semper venit, cùm dicit prætor, pacta conuenta seruabo. Item secundum seu commune semper venit in maleficiis[c], vt consideretur etiam extra rem: vt ff. ad legem Aquil. lege si seruum. & lege inde Neratius. & leg. sequen. & ff. de furt. lege infitiando. §. q. & de condict. furt. lege iij. & in contractibus, & quasi, vt ff. ad legem Falcid. lege pretia. In quo communi venit damnum, non lucrum: vt ff. de dam. infect. lege Proculus. & de act. empt. lege si sterilis. §. cum per venditorem. & de peric. & com. rei ven leg. fina. nisi in casibus, quos iam notabis. Vel dic hodie semper venire lucrum in communi interesse, cùm & in singulari veniat, vt infra §. & hoc. Singulare autem interesse venit in his casibus quæ dicuntur hac lege. Item in eo quòd dicit singulare non excedere commune, vel conuētum vltra duplum, est contra ff. de act. empt. lege ratio (aliàs datio) §. si per venditorem. Respond. B. ibi agit quanti plurimi fuit, dummodò infra duplum. Item eidem est contra ff. de act. empt. lege Iulianus. §. si vero sciens. & §. autem qui sciens. Cui respondebant B & M. quòd illa dicit de interesse extra rem. hic circa rem, quod non placet, cùm magis interesse quod est circa rem, deberet excedere duplum, quàm illud quod est extra rem. Tu dic quòd nullo modo sunt cōtra, quia duæ dictæ leges dicunt de communi interesse, quod quantumcunque est, totum petitur: hic de singulari, & dictum commune si petatur, quia res non traditur, non consideratur extra rem, vt ff. de act. empt. lege si sterilis. §. cum per venditorem. Si autem quia malè traditur, vel quia ipse venditor postea eam euincat, vel alius, vel quis postea in ea deliquit, totum petitur & extra rem: vt d. lege ff. de act. empt. lege Iul. & l. tenetur. §. sed si vas. & ff. de locat. lege sed addes. §. j. & lege si fundus. § [illegible] & §. & supra de rei vindic. lege quoties. & ff. de euict. leg. venditor. Nec obstat in eodem titulo, lege, cùm fundus vti optimus. quia secundū P. loquitur, cū emptoris minus interest, quàm esset, duplum precij conuenti. Vel verius aliud cùm agitur de euictione actione ex stipulatu, quia tunc habetur respectus ad precium conuentum, vt id debeat duplari, an actione ex empto, vt tūc consideretur quod interest tempore euictionis. Item nec obstat, ff. de actione empti. lege Titius. in fine. & lege sequenti. quia lex sequens corrigit illas. Alij distinguunt,[a] an singulare interesse promittatur ex certa scientia, & tunc quantumcunque sit, petitur: vt in contrarius. § si per venditorem. & §. si verò. an non: & tunc non vltra duplum: vt hic, argument. si quis caus. lege sed & si quis. §. finali. quod nihil ad rem, cùm hîc agamus quando sine speciali pacto debetur. Alij dicunt quòd non excedit duplum, nisi post contractum res cœperit esse pluris, vt d. l. ratio (aliàs datio) §. fin.

n ¶ *In aliis autem casibus, qui incerti.* vt si ibi contineatur factum vel non factum, qui incerti sunt, vt ff. de verborum obligat. lege vbi autem non. §. id quod. & de regul. iur. leg. qui non facit. in quibus agitur ad factum, vel interesse: vt ff. de re iudica. lege si quis ab. §. final. & ff. de verbo. oblig. leg. quoties quis alium. & est actoris electio, agat præcisè ad factum, vel ad interesse, vt ff. de oper. noui nunciatio. l. stipulatio. §. j. & §. siue autem. in fine. §. & ff. de procurat. l. sed & hæ. in fi. Sed fallit in casu procuratoris rei, vt in eodem titulo, l. non cogendum. & hoc vbi factum est in obligatione, si autem tradi, non est electio actoris, sed rei: cùm rem præstando liberetur ab interesse singulari, vel communi. Hoc tamen casu, cùm tradi est in obligatione, dicunt quidam, si agitur principaliter ad interesse, totum veniat etiam vltra duplum. Si autem ad rem, tunc vltra duplum, quod non placet. Item vbi est dandum in obligatione, tunc præcisè ad dationem agitur, nisi in contractibus innominatis, vt supra diximus.

o ¶ *Suscipiunt.* per delegationem, vel ordinariè.

p ¶ *Subtilitatem.* & benè, nam aliud consideratur in seruo, & aliud in libero.

q ¶ *Subtilitatem.* per probationes testium, vel instrumentorum, & hoc in contractibus, & etiam in delictis vt ff. de in lit. iurand l. e iij. & ff. de eden. leg. argentarius. & de reg. iur. l. qui sciens. & institut. de offi. iud. §. fin. & ff. ad leg. Aquil. l. proinde. j. & l. si seruum. Sed hoc fallit quandoque ratione delicti aduersarij mei, vt infra vnde vi. lege si quando. & ff. quod vi aut clam. lege semper. §. in hoc interdicto. Item ratione contumaciæ aduersarij mei, scilicet in casibus illis vbi iuratur in litem. Sed qualiter[b] etiam de facto probabitur singulare interesse per testes? Resp. deponent duo testes, quòd tantùm cuiuslibet regulariter interesset, si quis haberet rem notam, nō autem dicit quod tantùm sua interesset. Item nec est commune interesse, sed singulare omnium, qui haberent sic rem notam, non simpliciter omnium quia tunc esset commune interesse.

r ¶ *Damnum.* & ita sine omni deminutione hoc præstatur etiam si duplum communis dicatur excedere, sed statim dicit infra contra. Sed dic quòd allegabat vana pro interesse habendo, scilicet si habuisset equum, vicisset hostes, & si habuisset librum, fuisset factus sapiens, & rexisset, & multa lucratus fuisset, &c. quæ attendenda non sunt. Sed quare in incertis petitur totum, in certis non? Respon. quia in certis facilius potest apparere commune interesse, & sic facilius quod est eius duplum: at in istis non sic facilè. Vel ideò, quia facilius est alicui facere quod conuenit, quàm dare. cùm difficulter quis de patrimonio det: vt ff. de probat. l. cum de indebito, & ideò mitius punitur in certis, scilicet vt vltra duplum non excedat.

s ¶ *Non ex quibusdam.* hoc referunt quidam ad primum casum, tu referas ad secundum[c] & hic quòd vana dicebat, quemadmodum modò diximus.

t ¶ *Impossibilitate.* quæ enim immensa sunt, cadunt. vt in auth. vt de ter. sit nu cle. §. j. col j. & sic no. de infinitate vitanda, vt supra de sacros. eccl. l. si. Vel dic, cadat. quia cùm transiret ad infinitum, esset incertum. & sic sententia dari non posset, quæ debet certa dari, vt supra ne j. l iiij.

[a] Hæc eadē [illegible] et Bart. & vide hoc per eundem in l. [illegible] Idem B. & Saly.

[a] Nisi in casu l. Titius. ff. eo. secundùm Bar.

Interesse singulare an duplum possit excedere interesse commune vel conuentum.

† Concordat in glossa. de [illegible] verbo modera [illegible] sua [illegible] tempore.

[a] Omissis scilicet. Glossæ secundùm Saly. quod ibi plus interest propter factam emptionis, qui est meliorem fecerat sumptu suo: ideo voluit lex quod commune interesse duplū non egrediatur, ne aliene facto nimis vel dītor grauaretur, & tamen Rebuff. in 4. [illegible]

[b] Interesse singulare quibus in casibus debeatur.

[b] Probari qualiter admodū possit interesse singulare.

[c] Et benè. quia cùm [illegible] casu sit de iure taxatū nō potest dici machinatio. P. Rebuff.

a ¶ *Cum ſciamus.* poteſt hoc referri ad primum caſum, ſancimus: &c. hoc modo, meritò non permittimus vltra duplum, quia eas pœnas, i. intereſſe, &c. Vel ſic, meritò non vltra duplum permittimus: qui aliæ pœnæ legales & conuentionales mitigantur, poteſt etiam ad ſecundum caſum referri hoc modo, meritò mitigo, vendo vana inducantur: nam & pœnæ legales & conuentionales mitigantur.

b ¶ *Naturæ.* i. naturali rationi.

c ¶ *Proferuntur.* ex conuentione promittentiũ. Sed vſque ad quã ſummam poterunt peti pœnæ conuentionales vel legales? Reſpond. quidam, vſque ad duplum: *argum. huius l. & ff. de ac. em. l. Iulianus. §. idem Iulia.* Alij vſque ad quadruplum: [a] *argumen. ff. de ſpon. l. mulier in fin. & ff. de euict. l. ſi dictum & inſti. de act. §. omnes.* 3 Tertij diſtinguunt, an ſcienter promiſſa ſit pœna vltra duplum, an ignoranter: *vt ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. fin.* Quarta eſt ſententia noſtra, vt diſtinguamus [b] legalem pœnam (vt furti, quæ quadruplum non excedit) à conuentionali, quæ ſi opponatur per hæc verba quadruplũ & quintuplum & tunc idem: *vt inſtit. de act. §. omnes.* Aliàs ſi certa ſumma, valet in infinitum, *vt inſtit. de inut. ſtip. §. alteri. & ff. de verbor. obl. l. ſtipulatio iſta. §. alteri, in quib. dicitur inſpici quæ ſit quantitas.* Nam hęc dictio, quæ non quantitatis, vel qualitatis ſed ſubſtantiæ, eſt deſignatiua: & ſic eſt competens moderamen quantum placet contrahentibus.

d ¶ *A legibus.* vt furti, & ſimiles, quarum legalium nulla excedit quadruplum, vt modò dixi.

e ¶ *Et hoc.* conſtitutio hæc ſcilicet.

f ¶ *Ex eo.* ſ. lucro.

g ¶ *Veteres.* ſcil. in ſpecialibus caſibus, *vt ff. de eo quod cert. lo. l. ij. §. fin. & ff. lo. l. ſi in lege. §. colonus. & ff. rem rat. ha. l. ſi commiſſa. & ff. ne quid in lo. pub. l. ij. §. meritò. & ſupra arbitr. tut. l. quicquid.* ſed regulariter contra erat, quia lucrum non veniebat: *vt & ff. de dam. inf. l. Proculus. & ff. de peri. & commo. rei venditæ. l. penult. & ff. de act. empt. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem.* Sed etiam hæc lex vult quòd hodie [c] ſit generale, vt in intereſſe veniat etiam lucrum. Accurſ.

a Imò vltra quadruplum poteſt peti per dict. §. alteri, quod fallit in quinque caſibus hic traditis per Rebuf. verſ. ſuper hoc citat 11. opiniones.

b Pœnalis, legalis & conuentionalis differentia.

† Concor. cum legib. huius tit. c. 1. cum gloſſ. 1. extra de ſent. & re iudi.

° al. Sabino.

c Intereſſe verbo generali lucrum etiã cõtinetur hodie niſi in decem caſib. hic per Rebuf. plene deſcriptis.

ſciamus [a] eſſe naturæ [b] congruum, eas tantummodò pœnas exigi, quæ vel cũ competenti moderamine proferuntur [c], vel à legibus [d] certo fine concluſæ ſtatuuntur. Et hoc [e] non ſolùm in damno, ſed etiã in lucro noſtra amplectitur conſtitutio: quia & ex eo [f] veteres [g] id quod intereſt, ſtatuerunt. Et ſit omnibus, ſecundum quod dictum eſt, finis antiquæ prolixitatis, huius conſtitutionis recitatio. Dat. Kalend. Septemb. Conſtantinop. poſt Conſulatum. Lampad. & Oreſt. Conſs.

TITVLVS XLVIII.

SI A NON COMPETENTE † iudice iudicatum eſſe dicatur.

Sententia à non ſuo iudice lata, eſt ipſo iure nulla. Barto. Vel ſic: Delegatus ad certam rem, de alia non pronunciat quæ illi non accedat, & pronunciando nil agit. Sal.

I. *Imp.* ALEXANDER. A. *Sabiniano.* °

IVdex ad certam rem datus [h], ſi de aliis pronunciauit quàm quod ad eã rem pertinet, nihil egit [i]. IIII. Nou. Maxi. II. & Æliano Cõſs.

Sententia delegati ab incompetente delegante, non valet: etiam ſi delegatus ſit magiſter militum. Salyc. Vel ſic. magiſter militum non poteſt pronunciare cõtra non militem, ſi non habet commiſſionem ab eo ſub cuius iuriſdictione ille eſt, h. d. ſec. Paul. de Caſtro.

II. *Imp.* GORDIANVS. A. *Liciniæ*

SI militaris [k] † iudex ſuper ea cauſa de qua ciuilib. [l] actionibus diſceptandum fuit, non datus à quo dari poterat, cognouit: etiam remota appellatione, id quod ab eo ſtatutum eſt firmitatem iudicati non habet.

Delegatus ad cauſam proprietatis, non poteſt cognoſcere de cauſa poſſeſſionis ſuper qua non fuit delegatus. Bald. Vel ſic: Delegatio in petitorio non extenditur ad poſſeſſorium. Et pone caſum in fine gloſſæ tertiæ. Salyc. Vel ſic: Sententia lata ſuper poſſeſſione, non facit præiudicium in cauſa proprietatis, ideo ea non obſtante poteſt ferri contraria ſententia in cauſa proprietatis. Pau. de Caſtro.

III. † *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA. *Philetæ.*

SI de proprietate datus [m] iudex aduerſus te nihil ſuper hac ſtatuit: rector [n] prouinciæ aditus hanc cauſam cognoſcere ſuáque decidere ſententia curabit: cum & ſi quid de poſſeſſione pronunciatum probetur, hoc cauſæ proprietatis minimè noceat [o]. S. No. Nouemb. Herc. & Cæſar. Conſs.

Et in publicis & priuatis cauſis ſententia à non ſuo iudice lata non valet. Salyc.

IIII. *Impp.* GRA. VALENT. & THEOD. AA. *ad Potitum vicarium poſt alia.*

ET in priuatorum [p] † cauſis huiuſmodi forma ſeruetur, ne quemquam litigatorum ſententia non à ſuo iudice dicta conſtringat [q]. Datum X. Kalend. Octobr. Romæ, Auxonio & Olybrio Conſs.

SI A NON COMPETENTE IVDICE iudicatum eſſe dicatur.

Non ſolùm prædictis modis eſt ſententia nulla, ſed & ſi à non competente, &c. Et continua ſic ſecundum Azon. Quibus modis inefficax vel nulla dicatur ſententia à competente iudice lata, ſupra dictum eſt, ſequitur vt videamus de ea quæ nulla eſt ideò quia à non competente iudice eſt prolata.

IVdex.] CASVS. Delegatus iudex in cauſa qua petebatur fundus Sempronianus, ſi pronunciauit de Seiano: an valeat, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

h ¶ *Datus.* verbi gratia datus ad decẽ, & pronũciat ſuper viginti.

i ¶ *Nihil egit.* niſi poſt litem conteſtatam aliquid in ea re contingat, *vt ff. de ædil. edi. l. ædiles. j. §. item ſciendum.* Vel niſi incidens fuerit quæſtio, *vt ſupra de ord. iud. l. j. & ſupra vbi & apud quem. lege fin. in fine.* Vel niſi ex conſequentia, vt de expenſis, vel fructibus, *vt ſupra de re iudic. l. Paulus.* nam ea videntur delegata, ſine quibus cõmiſſum, exequi non poteſt: *vt ff. de procur. lege ad rem. & l. legatum.* 4 Vel niſi conuentus re conueniat conuenientem, *vt ſupra de ſentent. & interlocu. lege cum Papinianus. & authen. & conſequenter.* 5 Vel niſi vtriuſque partis cõſenſu prorogetur iuriſdictio de re ad rem: *vt ff. de iudiciis. l. de qua re. §. j.* 6 Vel de quantitate ad quantitatem, *vt infra de app. l. fin. §. fina.* In prædictis autem videtur cognitio ad delegatum pertinere. nam de delegato loquitur hæc lex. Accurſ.

SI militaris.] CASVS. Magiſter militũ cognouit de cauſa de qua debuit cognoſcere iudex ciuilis, putà iudicauit inter priuatos: & delegatus fuit ab eo qui non potuit eum delegare, nunquid valet ſententia? Dicitur quòd non, nec neceſſe eſt ab ea appellare.

k ¶ *Si militaris.* magiſter militum cognouit de cauſa, de qua debebat cognoſcere iudex ciuilis: & fuit delegatus ab eo, à quo non potuit, non valet ſententia, & non eſt neceſſe appellari, *ad hoc ſupra de peda. iudic. l. j.* ſed inter milites poteſt, *vt ſupra de iud. l. cunti.* Accurſ.

l ¶ *Ciuilibus.* i. ciuilis iudex recognoſcere debuit.

SI de.] CASVS. Si iudex datus vt cognoſceret de proprietate, pronunciauit ſuper poſſeſſione, non valet ſententia.

m ¶ *Si de proprietate datus.* à præſide.

n ¶ *Rector.* delegatus.

o ¶ *Noceat.* vt ſ. de ſentent. l. poſt ſententiam. Sed an lata in poſſeſſione valeat ſententia? Reſp. ſic, ſecundùm P. & Io. ſic ſupra de iudic. lege nulli. Alij contrà, Tu dic, ſi ita erat incidens, quòd de proprietate non poterat pronunciare, niſi de poſſeſſione diceretur, dicam eam tenere, vt in vti poſſidetis interdicto: vt inſt. de interd. §. commodum. alioquin non, putà ſi cùm agebatur de recuperanda, vel adipiſcenda poſſeſſione, ipſe fuit delegatus ſuper quæſtione proprietatis tantùm, vt hic fuit delegatus ſuper quæſtione proprietatis tantùm, vt hic fuit.

p ¶ *ET in priuatorum.* non ſolùm in fiſcalibus.

q ¶ *Conſtringat.* *vt ff. de iur. om. iud. lege fin. & de iudic. l. ij. & ſupra qui da. tut. poſ. l. neque. & ſupra de iuriſd. omn. iudic. l. j. & infra de excep. leg. fin.* Ergo ſi [a] quis excommunicetur, & poſtea appellet: cum ipſa prouocatione deſinat eſſe ſuus iudex ille qui iudicauit, extinguitur iudicatum, & ille non eſt excommunicatus: *vt ff. ad Turp. lege. j. in fine.* Nec obſtat quòd dicunt quidam Decretiſtæ, quod ſententia excommunicationis trahit ſecum executionem, quaſi nõ poſſit iam appellari, quia & ſententia vltimi ſupplicij trahit ſecum executionem, & ſtatim ſerui fiunt, & ciuitatem perdunt, *vt ff. de pœnis.*

† Concor. cum hac l. c. ad noſtram. de elect. & c. at ſi clerici. de iud.

† Ex Cod. Th. lib. 4. tit. 14. l. 1.

† Concor. c. ad noſtram. ext. de reſcr. & c. at ſi clericis. de iudic.

a Excõmunicatio an ſuſpẽdatur per appellationem ſequentem.

pænu l. quod ad statum. & l. id seruorum. §. qui ex causa. & l. qui vltimo. vbi de hoc: & tamen potest appellari: *vt ff. de pænis l. ij. §. finali.* ADDITIO. Aduertas quòd ista glossa loquens de excommunicato, dicit contra casum *ca. pastoralis. §. j. extra de appella.* Nec obstat secundũ Barto. hic quod glossa dicit de sententia vltimi supplicij, quæ trahit secum executionem, sicut sententia excommunicationis: quia natura earum est diuersa. nam sententia excõmunicationis non est perfecta: sed dicitur cõditionalis, seu medicinalis, donec quis purget cõtumaciam suam, vel emendet offensam: *vt in ca. cum medicinalis. de sentent. excommunica. lib. vj.* Sed sententia vltimi supplicij est perpetua & mortalis, ideo facilius permittitur appellatio. Videas latiùs de isto per Abba. *in d. c. pastoralis. §. j.*

DE POENA IVdicis qui malè &c.

Est etiam nulla sententia si iudex corrumpitur: vnde dicit quæ sit pœna corrupti iudicis, vel corrumpentis.

¶ Videtur legem Cassiam, ex l. 6. ff. de ca... illic enim Imperatorem suum Vlpian. intelligit Antoninum, non Alexandrum, vt inepte quidam hic adnotarunt.

Constitit.] CASVS. Qui iudicem, vel aduersarium, id est, procuratorem vel aduocatum aduersarij per pecuniam corrumpit, cadat ab actione: quia talis videtur de suo iure diffidere.

a ¶ *Publica.* alicuius ciuitatis: *vt §. de sacrosanct. ecc. l. fi.* Vel dic, id est criminali. Accursius Florentinus.

b ¶ *Aduersario.*[a] i. procuratori vel aduocato aduersarij, secundũ antiquos: nam principali aduersario licet dare: *vt §. de transact. l. fratres.* (nisi in casu, quando per calumniam ageret actor: *vt ff. de condict. inde. l. in summa.*) Item in criminali distinguitur: *vt §. de transactio. l. transigere.* si accusatus det accusatori, siue econtra, quod raro accidit, tunc condemnaretur reus, si in confessione persistat: *vt ff. de quæstio. l. j. §. diuus. & §. si quis vltro.* Posset etiam intelligi lex ista cum in pecuniaria causa do pecuniã aduersario principali, vt non desistat à lite, sed vt patiatur contra se ferri sententiam.

a Corrumpere enim licet procuratorem vel aduocatum aduersarij, an aut ipsum aduersarium in ciuili vel criminali causa.

c ¶ *Amittat.* scilicet actor. ¶ Sed quid in reo? Dicitur quidã non habere locum legem istam. Tu dic idẽ[b] in reo, cũ eadem[c] sit ratio æquitatis, vt scilicet amittat ius defendendi: & sic causam amittat. Dic secundũ B. ipso iure, quando est iudici data: *vt infra quando prouo. non est necess. l. venales.* (Sed per authenticam meretur veniam: *vt in authentic. nouo iure. infra eadem.*) Si autem procuratori, tunc valet nihilo minus sententia: sed reus cuius procurator est corruptus, habet doli exceptionem: *vt ff. de doli except. l. si procurator. & de iure fisci. l. eius.* Actor verò agit antiqua actione: & si excipiatur ex sententia, replicabitur de dolo: *vt ff. de dolo. l. sed & si te.* & sic verbum amittat, semel positum, diuersimodè accipitur. Datur etiam contra corrumpentem actio de dolo ad impensas, nisi reus paratus sit subire iudicium sub hac exceptione, si est collusum: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. penul.* Posset etiam dici quòd quando precium interuenit super ipso iure non teneat. aliud si preces: *vt argum. ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. cum prætor.* Punitur etiam aliter hodie corrumpens: *vt in auth. nouo iure, hic posita, quam hic lege.*

b Corrumpẽs actorem reus litem amittit. *vt hic.* quod Bart. admittit in l. 1. § sed ea. ff de calum. repudiat Glo. l. 7. § 9 ff. de dolo.

c Adde Eueraerdum in loco à simili.

TITVLVS XLIX.

DE POENA IVDICIS qui malè iudicauit, vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.

Qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit: siue priuata sit lis, siue publica, siue fiscalis. Baldus. Vel sic: Qui diffidentia iuris sui in corruptelam prorumpit, litem perdit. Salycetus. Vel sic: Actor qui per pecuniam corrumpit iudicem, vel procuratorem seu aduocatum rei, perdit actionem, & sic causam: vnde reus debet absolui, etiam si actionem vel ius habeat. Pau. de Castro.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *ad Gaudium.* †

CONSTITIT in quacumq. causa, siue priuata, siue publica, siue[a] fiscali, vt cuicunque data fuerit pecunia, vel iudici, vel aduersario[b]: amittat[c] actionem is qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negotij reposuerit. Dat. xiiij. Kal. Ian. Duobus Aspris Coss.

IN AVTHENTIC. vt litigãtes in exordio litis iurent. §. si quis autem ex litigatoribus. colla. ix. const. v.

Si corrumpens iudicem aliquo dato, vel promisso, seipsum defert, & probat, veniam meretur: & iudex in causa ciuili triplici pœna punitur: in criminali omnibus bonis confiscatis in exilium datur. Et vbi deferens non probat: si delatus iurauerit se non recepisse, liberatur: & deferens, in æstimatione litis punitur: & nihilo minus per sententiam poterit de corruptela doceri. Et si delatus per iuramentum se purgare recusauerit, punitur ac si contra eum probatum fuerit. Salycetus.

NOuo iure, qui dicit se dedisse alicui, vel promisisse & personã declarauerit, & hoc probauerit: veniam meretur. Sed qui accepit[f], vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit: dati triplum, promissi duplum à comite priuatarum rerum exigatur, dignitate seu cingulo amisso. Si verò criminalis causa fuerit: confiscatis[g] omnibus bonis, in exiliũ mittatur. Sed si datum vel promissum probare litigator nequiuerit: persona quæ dicitur suscepisse, iuret quòd neq per se, neque per aliam personã accepit, aut promissionem habuit: & sic libera sit. Sed litigator qui ostendere non potuit,[h] in causa pecuniaria æstimationẽ litis à comite rerũ priuatarum exigatur, lite sustinẽte propriũ euentum: in criminali bonis omnibus cõfiscatis: causis apud competentem iudicem legitimè terminandis. Sed si persona à litigatore manifestata prædictum iusiurandum refutauerit[i] memoratis subiaceat pœnis. Sed si quis litigantium iurauerit se non dedisse, vel promisisse: si intra decem mẽses post sententiam memoratam ostendatur, dedisse[k], vel promisisse, memoratis pœnis dãtes & accipiẽtes subiacebũt.

Iudex corruptus famam perdit, & damna resarcit. h. d. secundũ Bal. & Sal. Vel sic: Iudex qui corruptus prece vel precio dedit sententiam, efficitur infamis, & tenetur parti quam læsit, in æstimationem litis. h. d. secundùm Pau. de Castr.

II. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Felicem.*

DE eo q precio[l] deprauat[9] aut gratia[m], perperã iudicauerit, ei vindicta quẽ læserit, non solũ æstimationis[n] dispen-

d ¶ *Differentia.* sic & *supra de posiu. l. prouidendum.*

NOuo iure.] CASVS. Hæc authenti. statuit aliàs pœnas in iudicem qui accepit pecuniã. quia si sponte cõfessus fuero me dedisse pecuniam, non punior: sed iudex in triplum eius quod accepit. si aliquid ergo promissum fuerit, in duplum reddet: & priuabitur potestate iudicandi, si causa erit pecuniaria. Si criminalis, omnia bona iudicis confiscantur. & relegabitur. Si verò probatum non fuerit se accepisse, & iurauerit: liberabitur. Si[a] non iurat, punitur ac si accepisset, & ego punior: quia soluo tantum comiti priuatarum rerum, quantum erat in lite. Si verò causa est criminalis, bona mea confiscabuntur, si iuraui me non dedisse: sed non solùm ego, sed & iudex punitur, sicut §. dictum est.

a Iurarẽ interdũ quis cogitur inopia probationum. l. 3. §. de reb. cre. l 6. vers. similiter in verb. confitẽ, tit. I. de bo qui ad Ecclesiam.

e ¶ *Meretur.* Not. parcitur sponte[b] confitenti. sic *infra de his qui se def. l. j. li. x. & ff. de iure fisi. l. edicto. & ff. de ali. in. mu. confessa. l. iij. § fi.*

b Sponte confitenti ignoscitur, de quo v. plenissimè apud Tiraque. tract. de pœnis remittendis. caus. 50.

f ¶ *Accepit.* re ipsa.

g ¶ *Confiscatis.* Contra *in authen. vt nulli iudi. §. fi. col. ix.* Solu. hoc speciale: vt in crimine læsæ maiestatis: idem dicitur & in incestu: *vt §. de incest. nup. authen. incestas.*

h ¶ *Non potuit.* Nota quem calumniari[c] hoc ipso quòd non probat contrarium, *argum. supra de adno. diuer. iudic. l. j.* Sed argum. contra. *ff. ad Turpil. l. j. §. j.* Sed ibi erat persona quæ ex sola suspicione[d] poterat accusare, vt maritus: *vt infra ad leg. Iul. de adult. l. quamuis. ij.*

c Calumniari videtur qui non probat.

d Ex suspicione sola maritus accusare potest.

h ¶ *Non potuit.* etiam si est iuratum.

i ¶ *Refutauerit.* sic §. *de fide instru. l. fina.*

k ¶ *Dedisse.* Ergo hîc permittit argui[e] periurium, contra regulam supra *de re. cre. l. j.* Sed hoc, quia delatum fuit à iudice. & speciale est hîc: vt & aliàs: *vt ff. de iniuriis l. admonendi.* & hæc auth. est in authen. vt liti. §. si quis autem, colla. ix.

e Periuriũ delato à iudice iuramento argui potest.

l ¶ DE eo qui precio. Superior lex de corrumpente, hæc de iudice corrupto dicit.

m ¶ *Aut gratia.* primo non valet ipso iure: *vt §. quando pro. non est necess. l. venales.* secundo valet sed rescinditur: *vt ff. ad Trebel. l. seruo inuito §. cum prætor.* Accurs.

n ¶ *Æstimationis.* id est, non solùm debet ei condemnari in æstimationem sumptuum, vel dispendij quod ipse fecit in litem: sed & in æstimationem litis. Vel dic quòd patitur dispendium æstimationis, id eo quia efficitur infamis, sequens non mutatur. Accursius.

a ¶ *Discrimina.* ¶ id est, periculi, & hoc per[a] actionem in factum: *vt instit. de obligatio. quæ ex quasi male. nasc. in princ.* Tenetur etiam lege Iulia repetundarum: *vt ff. ad l. Iul. repet. l. 4. & iiij.* quæ extra ordinarie ponit: *vt in eod. tit. l. lex Iulia. §. hodie.* 3 Item in crimine concussionis: *vt ff. de concuss. l. fin.* 4 Item & crimine falsi quod pœnam deportationis: vel vltimi supplicij continet: *vt ff. ad legem Corne. de falsis. l. j. §. & qui iudicem.* 5 Item & edicto de calumnia: *vt ff. de calum. l. j. & iiij. §. illud.* 6 An autem ille qui dedit repetere potest: habes *ff. de condic. ob tur. cau. l. j. in fin.* & hoc cū dolo. Si autē sine dolo, hoc est, per imprudentiam: b tunc tenetur actione in factum, in quantum bono iudici videtur: *vt ff. de var. cog. l. si iudex.* siue paterfamilias, siue filiusfamilias erat iudex: *vt ff. de iudic. l. si filiusfamilias & c.* Accurs.

a Iudex qui corruptus sententiam dicit, varijs actionibus tenetur.

b Iudex imprudentia, nō dolo iudicans actione in factum tenetur in quantum bono iudici videtur.

dijs, sed etiam litis discriminis[a] præbeatur. Dat. VIII. Kal. Nouemb. Constantin. A. V. & Licinio. CC. Coss.

TITVLVS L.

SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE.

Nemo potest suam, vel antecessoris sui sententiam reuocare: & si reuocat, non est appellare necesse. Bal. Vel sic. Sententia per quam rescinditur propria, vel prædecessoris, est ipso iure nulla. Bart. Vel sic Reuocatio propriæ, vel sui prædecessoris sententiæ, est ipso iure nulla: nec appellatio est necessaria. Saly. Vel sic: Sententia definitiua valida non potest proprio motu iudicis reuocari. Paul. de Castro. Sed remedius proditis à iure sic, quæ ponuntur in glossa.

SENTENTIAM rescindi non posse.

Non secutis his quæ sunt necessaria in sententia, non valet: vt supra ea sententia valet, adeo vt retractari nō possit, nisi solitis modis.

1. *Imp.* GORDIANVS. A. *Secundo.*

NEQVE suam, neque decessoris sui sententiam quenquā[b] posse retractare † in dubium nō venit: nec necesse esse ab huiusmodi decreto[c] interponere prouocationem, explorati iuris est. PP. Kalend. Mart.

NEque.] CASVS. An iudex sententiam suam retractare possit, quæritur? Dicitur quòd nō, nec eius successor.[e] quòd si secundò feratur sententia, non tenebit nec ab ea necesse est appellare.

b ¶ *Quenquam.* ordinarium etiam, neque[d] delegatum. Sed hoc[e] fallit per in integrū restitutionem. *ff. de mi. l. in causæ cog. §. fi.* 2 Item per supplicationem: *vt supra de preci. imper. offer. l. si quis aduersus. & in authenti. quæ supplicatio.* 3 Item quando prima ipso iure est nulla: *vt infra quomodo & quando iudex. l. si præses.* Item per appellationem: *vt ff. ad Tur. l. j. §. fin.* 5 Item propter falsa instrumenta: *vt infra si ex falsis instrumentis. l. j.* 6 Item propter falsos testes, secūdū nos etiam si non sint corrupti pecunia, sed precibus. P. contra. 7 Item propter corruptos pecunia: *vt ff. de re iudic. l. diuus Hadrianus.* 8 Item & in alijs casibus, in quibus licet opponere peremptorias[f] post sententiam: vt no. *j. l. proxi.* 9 Item propter præuaricationem aduocati: *vt j. de aduoc. diuer. iudic. l. j.* Item hoc[g] in definitiuis. 10 ¶ Interlocutoria[h] potest indistinctè mutari & rescindi: *vt ff. de arb. l. diem. §. fina. & ff. de re iud. l. quod iussit. & ibi notant. & facit j. de senten. l. post sententiam.*

c ¶ *Decreto* scilicet reuocationis.

c Sententiam iudex eiusve successor retractare non potest.

† In omnibus manuscriptis legitur, reuocare. vestis[?] fa... [illegible]

d Sententiam suam definitiuā retractare iudex non potest, siue sit ordinarius, siue delegatus.

e Sententia definitiua quæ admodum & quib. ex causis mutari & retractari possit.

f Exceptiones peremptoriæ certis casibus post sententiā obijci possūt.

g Sententia appellatione in dubio definitiua intelligitur: hoc colligitur. [illegible]

h Sententia interlocutoria potest indistincte mutari & rescindi. [illegible]

† Contra e contra... [illegible]

Exceptio peremptoria si non admittitur, sententia non rescinditur: nisi restitutionis vel appellationis remedio. Barto. Vel sic: Exceptio peremptoria potest opponi ante sententiam, non postea, nisi ope restitutionis in integrum ratione ætatis. Saly. Vel sic: Exceptio peremptoria potest opponi, & probari vsque ad sententiam definitiuam, postea non: nisi lata sit contra minorem, vel alium qui mereatur restitutionem in integrum: quia tunc competit restitutio contra sententiam: qua obtenta poterit opponi. h. d. secundū Paul. de Castr.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Alexandro.*

PEremptorias exceptiones omissas in initio[d], antequam sententia feratur[e], opponi posse † perpetuum edictum[f] manifestè declarat. Quòd si aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur[g]. Nam iudicatum contra maiores annis vigintiquinque non oppositæ præscriptionis velamento citra remedium appellationis rescindi non potest. VII. Kal. Ian. Nic. CC. Coss.

PEremptoriis.] CASVS. Tenebar tibi in decem. feci tibi pactum de non petendo, cōuenisti me, nec exceptio. pacti opposui, & succubui: an post sententiam possum eam opponere? Dicitur quòd nō, nisi fuerim minor: quo casu restituar. si fuissem maior, vel absens, appello: alter enim sub prætextu exceptio. non oppo. non rescinditur sententia. Accurs.

d ¶ *In initio.* id est, ante litem contestatam.

e ¶ *Feratur.* ¶ Quādo peremptoriæ,[a] & quando dilatoriæ opponātur, dixi *j. de proba. l. exceptionem.* Vt scias tamen hic, quòd post quam sunt didicita[b] testificata id est, publicata dicta testium, opponi nō potest, nisi debeat per cōfessionē, vel instrumenta probari. Alij dicunt nullo modo. & pro eis. *ff. de ind. l. sed & si susceperit. in princip. & ad leg. Iul. de adul. l. quamuis indubitat.* Accurs.

f ¶ *Edictum.* quod non habemus.

g ¶ *Permittitur.* minoribus non maioribus. & hoc subiicit, nā &c. sed in casib. opponiē[c] peremptoria etiā post sententiam, quos no. supra *de iur. & fac. igno. l. j.* Accursius.

a Exceptiones peremptoriæ & dilatoriæ quādo opponantur.

b Didicita testificata post testium publicatione.

c Exceptio peremptoria certis casibus opponitur post sententiā.

Rescripta post sententiam impetrata, ad rescissionem sententiæ non valent. Bald. Vel sic: Non debet admitti rescriptum per quod retractatur iam decisum. Saly. Vel sic: Virtute rescripti principis non retractatur sententia legitimè lata. Paul. de Castro.

III. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Protasium.*

IMpetrata † rescripta[h] non placet admitti, si decisæ semel causæ fuerint iudiciali sententia quam prouocatio nulla suspendit: sed eos qui talia rescripta meruerunt etiam limine iudiciorū expelli. Dat. VI. Kal. Ian. Constant. & Licinio AA. Coss.

IMpetrata.] CASVS. Sententia lata inter actorem & reum, si alter impetrare noluerit vt sentētia rescindatur: an sit audiendus, quæritur? Dicitur q nō: quia nec rescriptū puta priuilegium concedetur: nec concessum habebit effectum. Accurs.

h ¶ *Impetrata rescripta.* vt sententia retractetur, nisi diceret non obstante sententia: *vt j. & ar. j. de testa. auth. hoc inter liberos. & facit j. de transac. l. causas. & j. de arn. adeo l. sententia.*

† Contra Gloss. super verbo impetrata. in verfic. item non valet. extra de rescri.

TITVLVS LI.

DE FRVCTIBVS ET litium † expensis.

Fructus dicuntur deductis sumptibus. Vel sic: Verba iudicis debent ad intellectum legum referri. vel sic: Quod iudex loquitur, ciuiliter loquatur. Bald. vel sic: Condemnatus ad fructus, deducit sumptus. Salyc. vel sic: Fructus intelliguntur deductis impensis factis gratia ipsorum quærendorum & conseruandorum. Pau. de Cast.

DE FRVCTIBVS & litium expensis.[d]

Quia in sententia fatienda est mentio fructuum & sumptuum, ideo de his dicit.

† In omnibus lib. manuscr. scriptū est, [?] in C. Th. Com. d v. Tractatum Lanfranci de expensis cap. xj. in prin.

1. *Imp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Alexandro.*†

HOc fructuum[i] nomine continetur, quod iustis[k] sumptibus deductis superest. III. Non. Apri. CC. Coss.

HOc fructuum.] CASVS. Rem meam mala fide possedisti, & fructus percepisti. & sumptus in ea fecisti: si conueniam te rei vindic. pro parte, quid nomine fructuum contineatur lite contest. quæritur? Respond quòd id quod superest deductis expensis. Viuianus.

† Alexandro vet. al. Achilio.

i ¶ *Hoc fructuum.* respondet tacitæ obiectioni, quasi dicat, malæ fidei possessor tenet de fructibus: sed intellige deductis[e] expēsis. q a nullus casus &c. *vt hic, & ff. famil. ercisun. l. sumdus qui. & sol ma. l. fructus.*

e Possessor tenetur de fructibus deductis expensis.

k ¶ *Quod iustis.* qui fiunt quærendorum, &c. *vt ff. de pe. here. l. si à patre. §. fin. & argu. supra de pe. here. l. in restituenda.* Et distingue hic: *vt j. de rei vindi. l. certum melius in l. in diuerso. ff. de rei vindic.*

Post litem contestatam possessor tenetur de fructibus perceptis & percipiendis: & idem in herede eius, Bartolus. vel sic: Fructus

LItigator.] CASVS. Egi contra te rei vindic. & est sententia lata: non vis rem restituere: ad quid mihi tenearis, quæritur? Respond. quòd non solùm ad rem, & ad fructus extantes, sed ad eos quos percipere potui ex tempore quo res fuit deducta in iudicium per litem contesta. quę dicta sunt vera etiam in herede mala fide possidente.

Litigator.

a Litigator victus qui tem non restituit, qualiter conuenitur, & ad quid tenetur.

a ¶ *Litigator*. quia iam victus [a] post conuentionem judicialem rei incumbit alienæ, non solù tenetur ad restitutionem rei, pro qua sunt quatuor auxilia: *ut suprà de rei vind. l. à possidentibus.* & ad fructus perceptos extantes, aut etiam non extantes: sed etiam ad eos quos actor percipere potuisset ex tempore quo res fuit deducta in iudicium per contestationem: *ut hic.*

1 ¶ Vnde quæritur, si lis triennio mortua fuerit, & postea adhuc actor anno vel biennio tacuerit, an illius anni vel biennij debeant fructus restitui. Et poterit dici probabiliter illos fructus lite iam mortua perceptos nequaquam restituendos.

b ¶ *Conuentionem*. id est, libellum iudicialem: nõ dicit, quod extunc teneatur ad fructus, sed ex lite contestata: *ut j. subiecit & ex eo. ttt.*

c ¶ *Redhibitione*. id est, redditione rei.

d ¶ *Fructuum*. extãtium. Accurs.

e ¶ *Potuisset*. actor: *ut ff. de rei vindi. l. si nauis. §. fin.*

f ¶ *Constat*. scilicet tantum. Accursius.

g ¶ *Accepit*. ¶ No. quòd post litem contestatam efficitur aliquis malæ fidei possessor quo ad hoc vt teneatur de fructibus perceptis, & percipiendis: *vt hic, & supra de rei vindicatione. l. certum.* (excepto tamen tempore quadrimestri quo non veniunt percipiendi, nisi ante litem inceptam fuerit in mora: *vt ff. de vsur. l. in fideicõmiss.*) Bonæ fidei tamen quo ad implendam vsucapionem permanet: *vt ff. pro empto l. j. §. fin.* Item quo ad hoc, vt non teneatur de fatalitate, aliàs facilitate: *vt ff. de peti. heredit. l. illud. & ff. de rei vindicat. l. item si verberatum. §. fin. & l. seq.* Item quo ad hoc, vt faciat fruct. suos: & vt acquirat ex operis serui: *vt ff. de vsufru. l. qui scit. §. fi.* nullo verò modo videtur possidere quo ad effectum vsucapionis: *vt ff. de rei vindi. l. si post acceptũ.* Item quantum ad præscriptionem longi temporis complendam: *vt supra de rei vindic. l. mota.* ADDITIO. Aduertas quod hoc quod ista glos. dicit de tempore quadrimestri, non habet locum in casu præsentis. l. quæ loquitur in reali actione. tunc enim habet tempus iudicis officio: *vt instit. de offic. iudic. §. j. & non j. tit. ij. l. fin.* Et ideo intelligas glo. ibi, excepto tamen tempore, id est, eo tempore quod ei datur officio iudicis post sententiam. ita declarat Barto. hic.

h ¶ *Succedentis*. interpretatiuè: [a] licèt bonam fidem habeat eo ipso quo defunctus habuit malam: *vt hic, & ff. de diuer. tempora. præscript. l. cum heres. & j. communia de vsucapio. l. fina.* Et not. *ff. de Publici. in rem act. l. si ego. §. partus.* Sed quidam dicunt, succedit, cum ipse similiter malam fidem habet. *& facit j. de acquirenda possi. l. vitia & l. nemo. & j. de peti. here. l. j. & de condic. ex lege. l. mala. & de rei vindic. l. si fundum.*

Terminato. Primo dictũ ponit. secundo excipit. tertio dictum probat. secunda ibi, Nisi iudex. tertia ibi. Post absolutum. Salycetus. CASVS. Petij à te x. & obtinui: quia iudex te condemnauit, nihil exprimendo de expensis in sententia: an eas petere possim, quæritur? Respond. quod non, etiam per principem in Codex.

[Left margin notes:] In C. Th. additur du plos fruct. restitui debere quod detractũ est hic. hæc & quadrupli fructus qui in causa appellationis soluebantur, vt indicat Paul. lib. 1. sent. duplicabantur enim fruct. in causa appellationis. Cons. [a] possessor. b Reus post litem cõtestatã in quibusdã seu quod ad quædam malæ fidei & bonæ fidei esse potest. — Successor bonam fidem habens malam fidem habere intelligitur, si is cui successit malam fidem habuit. Huiusmodi malæ fidei non vere ac proprie, sed interpretatiue vt hic dicitur.

mala fidei possessor, per litem cõtestatã tenetur de perceptis, & de percipiendis: & vitiũ eius transit in heredem. Vel sic. Possessor conuentus reali tenetur post litem contestatam de perceptis & percipiendis: quod obtinet etiam in eius herede. h. d. secundùm Salyc.

II. *Impp.* VALENS, & VALENT. AA. *Probo præfecto prætorio.*

Litigator [a] victus qui post cõuentionem [b] rei incumbit alienæ, non in sola rei redhibitione [c] teneatur, nec tantum fructuum [d] præstationem eorum quos ipse percepit, agnoscat: sed † etiam eos quos percipere potuisset [e], non quos eum redegisse constat [f], exoluat ex eo tempore ex quo re in iudicium deducta, scientiam malæ fidei possessionis [a], accepit [g]. Heredis quoq; succedẽtis [h] in vitium par habenda fortuna est. Dat. vij. Kal. Maij Treueris, Valẽti N. P. & Victore Conss.

Post sententiam definitiuam de sumptibus litis non debet tractari nisi iudex sibi sententiam reseruauerit. h. d. Vel sic: Finita causa per sententiam definitiuam, vel per transactionem, si non est facta mentio de expensis, non possunt peti: quia veniunt officio iudicis mercenario, quod nõ durat lite finita, nec possunt in iudiciũ principaliter deduci. sed si esset facta mentio, quia fuisset facta condemnatio: vel fuisset reseruatum ius agendi victori, bene possunt peti expensæ, licèt non fuerint taxatæ in sententia: quia taxabuntur in executione. h. d. text. cum gloss. secundùm Pau. de Cast.

III. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Asclepiodoto.*

dex tamen incontinenti quando sententiam dixit, scilicet toto eo die potuit te mihi in expensis condemnasse.

i ¶ *Transactióque*. scilicet per [a] definitiuam sententiam.

k ¶ *Præstetur*. *vt ff. de re iudic. l. iudex. & l. cui quærebatur. & suprà de depositi. l. iiij. & infrà quando prouocãt. non est necessaria. l. final.* officio [b] tamen petuntur: *vt ibi*, secundũ quosdam. Vel hic est terminatum quia [c] non est appellatum: Vel si est, confirmata est. Accursius.

Terminato transactóque [i] negocio, posthac nulli actio neque ex rescripto super sumptuum petitione [a] præstetur [k], nisi Iudex † qui de principali negocio sententiam promulgauit, comminus [l] partibus constitutis, iuridica pronũciatione [m] significauerit victori causæ restitui debere expẽsas, aut super his querelã iure cõpetere [n]. Post absolutum enim dimissũmq; iudicium nefas est litem alterã cõsurgere [o] ex litis primę materia. Dat. iij. Kal. April. Constantinop. Asclepiodoto &. Maximiano Coss.

Contra actorem non prosequentem, vel defendentem litem, vel perdentem, profertur sententia calumniæ, damnorum & expensarum. Bart. Vel sic: Calumnia actoris in criminali, punitur pœna simili in ciuili verò in expensis litis, & aliis dispendiis condemnatur. Salycetus.

IIII. *Imppp.* VALENTINIANI, THEODOSII & ARCADII] AAA. *edictum ad populum.*

Non ignoret is [p] cuius ex interpellatione aliquis [q] secundùm datam formam [r] in longinqua protractus fuerit examina, quòd si culpa [s] sua fuerit dilata cognitio [t]. vel minimè actioni [u] suæ adfuerit, vel delata [x] [non] probauerit: pro calumnia [y]: quidem pœnam [z] luat legibus constitutam: pro pecuniaria verò causa, post sumptus, considerata quantitate postulatorum [a], vel medij itineris interuallo, condemnabitur.

l ¶ *Comminus*. id est toto eo die: *vt ff. de re iudi. l. Paulus.*

m ¶ *Pronunciatione*. quãdo scilicet scit quot sunt reddendæ, & sic taxat. Accursius.

n ¶ *Competere*. quod est vbi non taxat quantitatem, fortè quia ignorat & ideò dicit: Ego pronuncio quod omnes sumptus quos iste iurauerit se fecisse, tu restituas. Vel similia, putà dicit: Ego pronuncio te posse repetere sumptus quos fecisti. si enim ita dixerit in sententia, etiã post plures dies poterit [a] taxare, & condemnare in expensis, *argu. ff. de solu. l. Modestinus.* Valeat hæc sententia, licèt incerta: quia iudex aliter certificare non põt, & coram [f] executore fiat certum. Accurs.

o ¶ *Consurgere*. *vt j. de re cred. l. si quis iusiurandum. & ff. de re iud. l. si se. §. ait prætor. & j. tit. j. l. j.* Sed contra. *ff. de compen. l. quod in diem. §. si rationem.* sed hic non conceditur actio prouenien ex materia primæ litis: ibi autem conceditur actio quæ definitiuæ causæ non attinet.

Non ignoret.] CASVS. Habebam litem contra Titium in ciuitate Bononien. impetrauit rescriptum quod ipse responderet mihi Cremonæ: quia ibi petij iudicem. Titius multa expendit in itinere, in aduocatis, nẽc ego causam meam prosequor. si causa est criminalis, subibo pœnam talionis: si pecuniaria, condemnabor in expensis. Viuianus.

p ¶ *Non ignoret is*. scilicet actor.

q ¶ *Aliquis*. scilicet reus.

r ¶ *Formam*. id rescriptum à principe datum, quod hodie fieri non debet. &c. *vt j. de dila. auth. quod fieri.*

s ¶ *Si culpa*. quod eo ipso quòd non procedit cum dilationem habere non debet, *vt j. de dilatio. l. sequendo.*

t ¶ *Cognitio*. fuit ergo lis contestata, sed non procedit vltra.

u ¶ *Actioni*. aliàs actioni, aliàs accusationi: & aliàs, executioni.

x ¶ *Delata*. repete, minimè.

y ¶ *Pro calumnia*. præsumpta [g] eo ipso, quòd non probat: licèt quidem contra: *vt diximus j. de aduo. diuer. iudi. l. j.*

z ¶ *Pœnam*. si talis causa sit quæ calumniæ vindictam exposcat, veluti criminalis: vbi est pœna [h] similitudo supplicij: *vt j. de accu. l. fin.* vel contra clericum: *vt j. de epi. & cler. l. omnes qui in fi.* & hæc venit ad bursam fiscalem.

a ¶ *Quantitatẽ postulatorum*. id est, eorum quæ petuntur. ¶ Et sic nõ. quod secundùm quantitatem petitam fiunt sumptus: [k] *vt instit. de actio. §. tripli.* Vel dic, postulatorum, id est, aduocatorum. [k]

[Right margin notes:] a Transactum negotium dicitur quod terminatum est per definitiuã sententiam. b Expẽsæ officio iudicis petuntur, vt hic. Imò iure actioni... c Ferra in forma lib. ... in verbo expensis. e Terminatũ non est quod appellatione suspensa... f In C. Th. pro verbo iudex, erat cognitor. d Falso: Comminus nihil aliud quàm pat... Expensarum condemnatio iudex qui definitiuam pronunciat... e In certa sententia coram executore certa fieri potest. — g Vtrum quis calumniari præsumatur eo ipso quod non probat. h Hinc colligunt, in criminalibus victi victori non cõdenari in expẽsis, nisi ... destiterit. ... i Sumptus secundùm petitã quantitatem fieri debent. k De sumptibus litis in aduocatos...

demnationem pro æstimatione iudicis sustinebit[a]. Datum quinto Idus Nouembr. Constantinopoli. Valentiniano A. VI. & Auieno Consulibus.

v. Αυτοκράτωρ Ζήνων.*
Epitoma.

Η διάταξις κελεύει,* ὥστε πάντα δικαστὴν ἐν τῇ ἀποφάσει αὐτοῦ κελεύειν τὸν ἡττηθέντα διδόναι τὰ δαπανήματα πάντα τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ γενόμενα, ἔχοντος ἐξουσίαν αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ, καὶ ὑπερβαίνειν τὴν δαπάνην ἕως τῆς δεκάτης μοίρας τῶν δαπανηθέντων, ἐὰν αὐτὸν ἡ ἀναισχυντία τοῦ ἡττηθέντος μέρους πρὸς τοῦτο παρακινήσει, ὥστε τὸ ὑπὲρ τὰ δαπανήματα τοῖς δημοσίοις λόγοις διαφέρειν, εἰ μήτι ἄρα ὁ δικαστὴς τὴν τριβὴν τοῦ νενικηκότος μέρους βουληθεὶς θεραπεῦσαι, μέρος τι ποτὲ ἐκ τούτου αὐτῷ ἀφορίσει, καταδικαζομένους μὴ μόνον τοὺς ἐνάγοντας καὶ ἐναγομένου, ὅτε πρόσφορος ἑκατέρῳ ἐστὶν ὁ δικαστὴς, ἀλλὰ κἂν τοῦ ἐνάγοντος ἀπρόσφορος ἐστὶν, ἡττηθῇ δὲ ἐξ ἀντεναγωγῆς, μὴ δυνάμενος ἐκεῖνον τὸν δικαστὴν παραιτεῖσθαι, εἴτε ἄρχοντος εἶσιν δικασταί, εἴτε θεῖοι διαιτηταί, ἔχουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐκβιβαστὰς καὶ ἐπείκτας, εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσει ὁ δικαστὴς, αὐτὸς τὴν ζημίαν ταύτην ἀναγκάζεται θεραπεῦσαι τῷ νενικηκότι μέρει. Ἐὰν δέ τις ἐναγόμενος εὐγνωμόνως ἀποδῷ, ἢ ἐνάγων ἀποστῇ τῆς δίκης, ἢ καὶ ὁ δικαστὴς εὕροι αὐτὸν τῇ ἀληθείᾳ οὐχὶ συκοφαντὴν, ἀλλ' ἐπὶ ἀμφιβόλῳ πράγματι δικαζόμενον, ὁ τοιοῦτος ἐκφεύγει τὴν τῶν δαπανημάτων καταδίκην. δῆλον δὲ ὅτι ἐπὶ τῶν χαμαιδικαστῶν ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ ὀφείλων αὐτοῖς ἀφορίσαι ταξεώτην τὸν ταῦτα μεθοδεύοντα. Dat. vij. Kalend. April. post consulatum Longini.

Latinè Ant. Contij.

CONstitutio iubet.* vt omnis iudex in sua sententia iubeat victum dare expensas omnes in iudicio factas, habente licentiam ipso iudice etiam excedere expensam vsque ad decimam partem expésarum, si ipsum impudentia victæ partis ad hoc perpulerit, ita vt id quod veras expensas transcendit publicis rationibus applicetur, nisi fortè iudex vexationem victæ partis subleuare volens, aliquantulam partem ex eo ei decerpat. condemnando non solùm actore & reo quando competens vtrique est iudex, verum etiam si actoris sit incompetens, victus autem ille fuerit ex reconuentione, nec possit ipsum iudicem recusare, siue magistratus sint iudices, siue diuini iudices [quos diætetas vocat] Habent enim & hi executores & apparitores. Si verò hoc non fecerit iudex, ipse damnum eiusmodi cogitur reficere victæ parti. Si verò quis reus bona fide restituat, aut actor desistat à lite aut etiam iudex inueniat ipsum reuera non esse calumniatorem, sed de re dubia iudicio expertum. litigator huiusmodi effugiet expensarum condemnationem. Manifestum verò est quod si iudices pedanei sint, præses debet illis ex officio suo, aliquem segregare taxeotam [offiaialem qui hæc exequatur. Datum VII. Kalen. Aprilis, post consulatum Longini.

Habet duas lecturas, & secundam primam hoc intendit: Priuilegium concessum super litis expensis in totum vel in parte non agnoscendis, extenditur ad aduersarium propter æqualitatem seruandam in iudiciis, secundum secundam lecturam hoc dicit, Victus victori condemnatur in expensis quas fecit, non in his quæ ex priuilegio remittuntur. Bartolus.

vi. *Imp.* Anastasius A. *Stephano magistro militum.*

CVm quidam[b] per leges sacrásque constitutiones[c] alij per speciales largitates[d] sibi præstita priuilegia prętendunt tam super sportulis[e] pro conuentionibus[f] vsque ad certam quantitatem præbendis, quàm super expensis litium, vel minuendis, vel penitus non agnoscendis[g] per hanc legem decernimus, vt quicunque huiusmodi priuilegio munitus est, vel postea talem prærogatiuam quolibet modo meruerit, sciat & si quos ipse, vtpote obnoxios sibi pro quacunque criminali, vel ciuili causa constitutos, in accusationem deduxerit, hos nihilominus hisdem priuilegiis potituro: quoniam non est ferendum, eos qui præfatas prærogatiuas (vt iam ante latum est) prætendunt, aliquid plus ab aduersariis suis quærere concedi[h], quàm ipsi ab aliis pulsati facere patiantur †: ita scilicet, vt hæc quidem forma modis omnibus obseruetur super priuilegiis per liberalitates[i], vel generaliter quibusdam officiis, aut scholis, seu dignitatibus, vel specialiter certis personis præstitis, vel postea prębendis, siue hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus, vel affatibus insertum[k], siue prætermissum sit, vel fuerit.

† *secunda sum. ... Quod quisque iuris. Gont.*

TITVLVS

a ¶ *Sustinebit.* in prædictis scilicet, *vt hic. & s. de iudi. l. properandum. §. & si quidem. & ff. de iudic. l. eu quem.* Sed hodie vbi viderit iudex neutrû debere subdi oneri expésarum, hoc ipsum sua sententia declaret: *vt in authen. de iudic. §. cum oportet.*

C*Vm quidam.* Primò statuit, secundò rationem reddit, tertiò statutum latiùs declarat, secunda ibi, Quoniã non est, tertia ibi, ita scilicet. CASVS. Impetrã priuilegium vt nihil, vel minus darem sportularum vel sumptuum nomine, scilicet iudici, vel executori, tantumdem dabit aduersarius meus, & non plus. Vel sic, ne aliquid obstet, Côtra te impetraui priuilegium, vt nihil vel minus nomine sportularum vel sumptus darem, si obtineam, & velim petere ab aduersario omnia quæ expendissem, ac si priuilegiû non impetrassem, non possem, sed id solùm quod expendi. Viuia.

b ¶ *Cum quidam.* Priuilegium[a] merui, vt vel nihil vel minus darem nomine sportularum iudici, vel executori, aduersarius quidẽ meus dabit tantundem, & nõ plus: & hoc propter æqualitatem[b] seruandam in iudiciis. *argumen. ff. de arbitr. l. si de meu. in fine. j. respons. & l. si cum dies. §. penulti. & l. ædilit. §. in seruum. & infra proxim. sa. tro script. l. in sacris iij. in fine. & argumen. supra de rescindend. vendit. l. rätas.* ¶ Sed secundum hoc labor iudicis non remunerabitur: sicque occurret iniquitas. Sed respõ. econtra est maior[c] æquitas, vt in iudiciis seruetur æqualitas. ¶ In secunda opponitur de eo quod est instit. *de iure natura. §. sed & quod principi.* vbi dicit non egredi[d] personam. *& idem ff. quod quisque iur. l. iij.* vbi dicit aliud quando sine postulatione indulgetur, quia túc personam non egreditur, & hic dicit, siue per speciales largitates, &c. Solu. hic fuit postulatum,[e] nihilominus tamen fuit largitas specialis. a Vel dic, non egreditur personam, nisi[f] eius contrariam. Vel non egreditur personam contra[g] illû qui habet priuilegium sed contra iudicem vel executorem sic.) Vel[h] vt tollas omnia prædicta, dic aliter casum: Merui priuilegium, vt vel nihil, vel minus præstarẽ nomine sportularum, vel expensarum: si postea vincam, & velim ab aduersario omnia repetere quæ expendissem, ac si priuilegium non habuissem, non possum: sed id solùm quod expendi: *vt s. de iudic. l. properandum §. siue autem.*

c ¶ *Constitutiones.* vt clerici: *vt supra de episc. & cler. l. omnes qui. §. exsecutoribus. & l. cum clericus. §. fin. & authentic. sed hodie.*

d ¶ *Largitates.* petitum tamen fuit.

e ¶ *Sportulæ.* huiusmodi autem sportulæ iudicibus dabantur ab vtraque parte. *vt in authent. de iudic. §. ne autem. coll. vj.* nam (vt diri) æqualitas seruanda est hincinde. sportulæ autem quæ executoribus dabantur à reo præstabantur, *vt instit. de actio. §. tripli.* Azo.

f ¶ *Pro conuentionibus.* i. citationibus.

g ¶ *Agnoscendis.* quod habemus in solo episcopo. *vt d. auth. sed hodie.* Accurs.

h ¶ *Concedi.* hoc secundum primum casum commodè stare nõ potest, sed dic quærere, s. per iudicem.

i ¶ *Per liberalitates.* i. propriam voluntatem principis, postulatione præcedente, ne obstent in aliquo prædicta contraria.

k ¶ *Insertum.* quod ita sit, vt dicit hæc lex, siue non: *vt subiicit, & ad hoc, in auth. de he. & Fal. col. §. j. col. j.*

a Priuilegium super sportulis non soluendis cõcessum vni litigatorum extenditur ad alium litigatorem.
b Æqualitas in iudiciis seruanda.
c Maior est æquitas in iudiciis seruare æqualitatem inter litigatores, quàm sportulas iudicib. cõstitui. atqui ita minus malum eligitur vt euitetur maius.
d An & quomodo priuilegia egrediãtur personam. & ... Bart.
e Falsum, hic agitur de priuilegio à lege concesso.
f Falsum, quia ... priuilegiũ ... etiam ad extraneũ.
g Hic ex mẽte Bart. procedere textus in priuilegio respiciẽte litis ordinationem quod extẽditur ad aduersariũ et serue tur æqualitas secus in priuilegiis respiciẽtibus decisionem litis & in contrariis.
h Imò contra eundem ... l. præcenda in f. de temporib. ... priuilegio cõcessa ... ordinationem & executionem leges contrariis ad ea quæ sunt concessa ad illa decisionem.

DE RE IVDICATA.

Scilicet quando dicatur res iudicata, & de eius auctoritate.

REbus. j. CASVS. Commodaui tibi equum: surreptus est: egi commodati aduersus te, & obtinui: postea equum recuperaui. si agam actione in factum ex re iudicata: repellendus sum per doli mali except.[a] alias rei iudicatæ standum esset.

a ¶ *Standum.* i. parendū: *vt ff. de arbi. l. Celsus. §. fi. & ī. vt lite pen. l. fi. & de erro. aduoc. l. sententiis.* Aliter ponitur standum. *ff. de bo. lib. l. si patronus. ij. §. si quis cum.* & hoc nisi sit appellatum: *vt ff. ad Turpil. l. j. §. fin.*

b ¶ *Sed si probare.* rē quā tibi commodaui, amisisti per furtum: egi commodati, & fuisti condēnatus. si nondum soluisti, & ad manus meas res quam videbar amisisse, redierit, doli exceptionem habes si te iudicati cōuenerim. *vt hic, & ff. de solu. l. qui decem.* Si[b] autē soluissem, agerēs cōtraria commodati, vt vel æstimationem reddam, vel rem: *vt ff. eo. l. in commodato. §. fina.* vel condictione sine causa: *vt ff. de condic. sine cau. l. ij.* ADDITIO. Tu dic quòd ibi recepit aliud pro alio, hic idem pro eodem. Bald. & Salycetus. vel hic post sententiam, ibi verò ante. Salyc.

c ¶ *Eum cui.* ad idem. *ff. de arbi. l. Celsus. § j.*

d ¶ REs iudicata. Pone. petebā decem ex causa mutui, decem ex causa legati, & decē ex alia. iudex tulit sententiam de vigintiquinq; & omisit quinque: nō debet retractari hoc verū est, nisi singulas partes expressit in sententia.

e ¶ *Litium finis.* quod esset iniquum: *vt hic, & ī. de transactio. l. fratris.* & accipe hic, nisi fuerit error expressus in sententia: *vt ff. quæ senten. sine appell. l. j. §. j. & ī. Arbi. de errore calculi. l. j.*[c] ¶ An autem[d] & tunc valeat in ea quantitate vsque ad quam non est erratum, quæritur quod videtur:[e] *vt argu. ī. de dona. l. sancimus. in princ.*

SI pecuniam.] CASVS. Pecuniam meā surripuisti: eam petij in ea & in pœna mihi condemnatus es. si à sententia non appellasti, habes necesse stare iudicatis.

f ¶ *Mala ratione.* putà vi.

g ¶ *Iussi sitis.* per[f] definitiuam sententiam.

h ¶ *Prouocaueritis.* illico: *vt & ī. quomodo & quando iud. l. ab eo. & ad hoc ī. e. l. j. in prin.*

i ¶ *Inferre.* tam pœnæ, quàm rei furtiuæ. Accur.

SVb specie.] CASVS. Debeo x. tibi, fecisti mihi pactum de non petendo, & inde factum fuit instrumentum. si post rem iudicatam ipsum proferam: an rescindatur sententia, quæritur? Dicitur quòd nón.

k ¶ *Sub specie nouorum.* id est, allegatorum nouiter, vel inuentorū vbicunque, vel apud eundem, vel alium.

l ¶ *Repertorum.* argu. ī. de transactio. l. sub prætextu j.

m ¶ *Restaurari.* contra speciale est in causa fisci. *ff. de re iudicata. imperatores.*

n ¶ *Graue est.* & ideò[a] non[b] conceditur: *vt hic, & supra de transac. l. sub prætextu. j.* Hoc tamen fallit[c] in causa publica[d], quæ reuocatur vsque ad triennium, & etiam postea si præuaricatio arguatur: *vt ff. e. l. imperatores. & infra de senten. aduersus fiscum. l. j. lib. x.* Idem potest dici in ecclesia:[e] *vt in authen. de non alie. aut permu. rebus ecclesiasticis. §. sinimus. coll. ij.* & in pupillari causa: *vt infra de iure reipu. l. rem publicam. lib. xj.* Sed videtur etiam priuata causa retractari: *vt ff. de iureiuran. l. admonendi. quæ est contra.* Solu. ibi[f] sub conditione fuit iudicatum, si iurauerit antequam impletam conditionem retractaret, vt ibi: hic autem purè. 2 Vel dic vt ibi.

a Quia à te peto quod intus habeo.

† al. Stellario

b Adde Dynū in l. pen. de reg. iur. in 6. Gl. in l. fin. ff. de cō. d. sine causa.

† Conditio sine fomitus sed l. Cont.

a Verum si error expressus est in sententia, est saltem valere in eo, in quo nō est erratum, vt vtile per inutile non vitietur.

d Dic q. ibi fuit error expressus, hic verò non. Bar. & Salyc.

e Atqui ita sententia tamen videmus res indiuiduas, potest tamen in diuersis capitibus pro parte vna valere, pro alia non valere. vt in l. Cornelius. ff. de iure patronat. quod mulier. & famil. ercisc. quod tamen Cynus nō admittit. v. plenius apud Bal. in l. vn. C. de errore calculi. vers. Quare nō quod sententia.

d Appellari à precepto iudicis æque ac à definitiua hinc colligit Matheilanus sing. 19.

a Concedi eo nō solent quæ grauia sūt seu quæ graue præiudiciū alteri adferant.

b Sententia propter instrumenta de nouo reperta non retractatur. v. tamē exceptiones apud Socinum. regul. 361. incipiēte sententia propter instrumenta.

c Restitutio datur aduersus rē iudicatā ob instrumēta de nouo reperta in causa publica, fisci, Ecclesiæ, pupilli, minoris.

d Restitutio aduersus rem iudicatam datur tēpu. prætextu instrumentorū nouiter repertorum. v. Gl. l. 95. ff. eod. v. Oldrad. a. de resti. q. 75. arti. 1. Gl. 1. ff. de minor.

e adde Gl. d. l. 15. in verbo publice negotia. Oldrad. d. loc. artic. 1.

TITVLVS LII.

DE RE IVDICATA.

Aequitas noui casus nouum inducit remedium. hoc dicit secundū Bald. Vel sic: Contra sententiam potest opponi exceptio, Quod petis intus habes. Bartol. Vel sic: Exceptio superueniens post sententiam, potest opponi post sententiam in executione. hoc dicit secundum Bar. Vel sic: Rebus iudicatis paretur, nisi petatur quod iam habetur. Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Stellatori.*†

REBVS quidem iudicatis standum[a] est. Sed si probare[b] poteris eum cui[c] condemnatus es † id quod furto amisisse videbatur, recepisse: aduersus iudicati agentem, doli exceptione, opposita tueri te poteris. xij. Kal. Mart. Ant. A. IV. & Balbino Conss.

Error calculi sententiam non vitiat. hoc dicit secundùm Bald. & Salyc. Vel sic: Propter calculum malè summatum non debet sententia rescindi quæ transiuit in rem iudicatam. hoc dicit secundùm Paulum de Castro.

II. *Idem A. Pacatiano.*

RES iudicatæ[d] si sub prætextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis[e]. PP. Prid. Non.* Romæ, Læto & Cereale Conss.

Etiam si sententia continet pœnam standum est ei, nisi appelletur. Barto. Vel sic: Potest quis ad rem & pœnam eodem libello conueniri, & valet sententia. hoc dicit Baldus. Vel sic: Sententiæ condemnatoriæ rei. & pœnæ est parendum, si non est appellatum. Salycetus.

III. *Idem A. Demetrio & aliis.*

SI pecuniam quam mala ratione[f] intercepisse vos apparuerit, iussi sitis[g] inferre cum pœna, & comperto præcepto præsidis non prouocaueritis[h]: vniuersam quantitatem debetis inferre[i].

Propter instrumenta de nouo reperta, non retractatur sententia iam lata. Baldus. Salycetus, & Paulus de Castro.

IIII. *Imp.* GORDIA. A. *Antonino.*

SVb specie nouorum[k] instrumentorum postea repertorum[l], res iudicatas restaurari[m], exemplo graue est[n]. Dat. viij. Id. Mart.

Qui petit dilationem ad soluendum, sententiæ consentire videtur: & ideò appellare non potest: & si appellauit, videtur renunciare. Baldus. Vel sic: Qui petit dilationem ad soluendum, dicitur sententiam approbare, & appellationi renunciare. hoc dicit secundùm Bartolum & Salyc.

V. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Valentino.*

AD solutionem dilationem petentem †, acquieuisse[o] sententiæ manifestè probatur: sicut eum, qui quolibet modo sententiæ acquieuerit[p]. Nec enim instaurari finita, rerum iudicatarum patitur auctoritas.

Acta publica faciunt fidem etiam mortuo iudice secundùm Bartolum. Vel sic: Mortuo iudice non pereunt acta publicam firmitatem habentia. Salycetus. vel sic: Acta iudicij semel publicata faciunt perpetuam fidem etiam mortuo vel remoto iudice qui de causa cognouit & publicauit, secundùm Paulum de Castro.

VI. *Imperatores* HONORIVS & THEODOSIVS AA. *Iuliano proconsuli Africæ.*

GEsta[q][a] quæ sunt trāslata in publica monumēta †, habere volumus perpetuā firmitatem.

AD solutionem.] CASVS. Iudex condēnauit aliquem in certa summa, nec appellauit: sed ad satisfaciendum à iudice dilationē petiit:[f] an lis suscitari possit, quæritur? Dicitur quòd non, quia videtur sententiæ acquieuisse.

o ¶ *Acquieuisse.* etiam si appellauerit: vel appellare potuerit.

p ¶ *Acquieuerit.* expressim vel taciturnitate decem dierum. ¶ & sic not. ex hac l. mirabilem præsumptionem.[h] sic *& ff. de pact. l. tale. §. qui prouocauit. & ad Maced. l. sed Iulianus. §. fina. & infra de iure de. impe. l. ij. & supra quod met. cau. l. ij.*

GEsta.] CASVS. Coram iudice dato ad causam factæ sunt confessiones: attestationes receptæ, in publicam scripturam sunt redactæ. illo iudice mortuo an possint illa gesta valere, quæritur? Dicitur quòd sic.

q ¶ *Gesta.* i.[i] acta apud delegatum. 1 Vel id est, confessiones partium, & dicta testium, translata &c. scilicet cū sunt in actis redacta à tabellione coram iudice, vt faciunt cotidie. 2 Vel gesta, id est, acta illa in scriptis translata: facta scilicet publicatione coram eo apud quem sit publicandi facultas. *argu. ī. de testamentis. l. publicati.* Et fit ita, si vna partium altera præsente vel non, cū tabellione, qui attestationes scripsit, iudicem ordinarium adeat, qui tabellionem interrogabit si ita est vt scripsit: & cū responderit, ita: iubebit eum gesta in scriptis, testibus appositis, redigere: sicque habebit perpetuam firmitatem. aliter non cogitur quis credere gestis, secundū Ioan. Immo etiam sine testibus ad hoc vocatis: cū semper ibi plures adsint: *vt infra de donatio. l. in donationibus.* 3 Vel, tertio dic, facta publicatione in eadem instantia coram eo iudice, vel successore: vt in prin. glo.

* al. Dioclet. & Maximian. vt quidam conijciūt ex inscriptione l. sub prætextu. C. de transac. sed puto diuersorū Imperatorū constitutiones esse.

e Hāc solutionem Bart. nō admittit.

f Id est, falsò hæc sententia in sententia lata prætextu iuramenti delati in defectum probationis.

† Hæc sen. reprobatur sing. secūdū Lud. de Ro. in consilio suo. cons. 9.

g Quid si eius procurator petat dilationē ad soluēdum; an intelligitur renunciatum appellationi in præiudiciū domini? Ita Marsilius post Egidiam Bellamerā putat. sing. 186.

h Præsumitur sententiæ acquiescere, qui dilationem iudicati ex ea soluendi petit.

* C. T. 16. 4. 46.

† Sic depositione testium redacta in publicum instrumentum habet perpetuā firmitatem: *vt* in *l. si scrip. aut. ad Gl. 1. ver. de te. fol.*

Poſt ſententiam definitiuam de ſumptibus litis non debet tractari niſi iudex ſibi ſententiam reſeruauerit. h. d. Vel ſic: Finita cauſa per ſententiam definitiuam , vel per tranſactionem, ſi non eſt facta mentio de expenſis , non poſſunt peti: quia veniunt officio iudicis mercenario, quod nō durat lite finita , nec poſſunt in iudiciū principaliter deduci. ſed ſi eſſet facta mentio, quia fuiſſet facta condemnatio: vel fuiſſet reſeruatum ius agendi victori, bene poſſunt peti expenſa , licèt non fuerint taxatæ in ſententia : quia taxabuntur in executione. h. d. text. cum gloſſ. ſecundùm Pau. de Caſt.

III. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Aſclepiodoto.*

TErminato tranſactóque ⁱ negocio , poſthac nulli actio neque ex reſcripto ſuper ſumptuum petitione * præſtetur ᵏ, niſi iudex † qui de principali negocio ſententiam promulgauit, comminus ˡ partibus conſtitutis, iuridica pronúciatione ᵐ ſignificauerit victori cauſæ reſtitui debere expēſas, aut ſuper his querelá iure cōpetere ⁿ. Poſt abſolutum enim dimiſſúmq; iudicium nefas eſt litem alterā cōſurgere ᵒ ex litis primæ materia. Dat. iij. Kal. April. Conſtantinop. Aſclepiodoto & Maximiano Coſs.

h ¶ *Succedentis.* interpretatiuè : ᵉ licèt bonam fidem habeat eo ipſo quo defunctus habuit malam : *vt hic, & ff. de diuer. tempora. præſcript. l. cum heres. & ī. communia de vſucapio. l. fina. Et not. ff. de Publici. in rem act. l. ſi ego. §. partus.* Sed quidam dicunt. ſuccedit, cum ipſe ſimiliter malam fidem habet. *& facit ī. de acquirenda poſſ. l. vitia & l. nemo. & ī. de peti. here. l. j. & de condic. ex lege. l. mala. & de rei vindic. l. ſi fundum.*

Succeſſor bonam fidem habens malam fidem habere cenſetur, ſi eius ſucceſſor malam fidem habuit. Huiuſmodi mala fides non vere ac propria, ſed interpretatiue hic dicitur.

TErminato. Primo dictū ponit. ſecundo excipit. tertio dictum probat. ſecunda ibi , Niſi iudex. tertia ibi. Poſt abſolutum. Salycetus. CASVS. Petij à te, x. & obtinui: quia iudex te condemnauit , nihil exprimendo de expenſis in ſententia : an eas petere poſſim, quæritur? Reſpond. quod non, etiam per principem in dex tamen incontinenti quando ſententiam dixit , ſcilicet toto eo die potuit te mihi in expenſis condemnaſſe.

i ¶ *Tranſactóque.* ſcilicet per ᵃ definitiuam ſententiam.

k ¶ *Præſtetur. vt ff. de re iudic. l. iudex. & l. cū quærebatur. & ſuprà depoſiti. l. ... & infrà quando prouocat. non eſt neceſſaria. l. final.* officio ᵇ tamen petuntur: *vt ibi*, ſecundū quoſdam. Vel hic eſt terminatum quia ᶜ non eſt appellatum : Vel ſi eſt, confirmata eſt. Accurſius.

l ¶ *Comminus.* id ᵈ eſt toto eo die : *vt ff. de re iudi. l. Paulus.*

m ¶ *Pronunciatione.* quádo ſcilicet ſcit quot ſunt reddendæ, & ſic taxat. Accurſius.

n ¶ *Competere.* quod eſt vbi non taxit quantitatem , fortè quia ignorat & ideò dicit : Ego pronuncio quod omnes ſumptus quos iſte iurauerit ſe feciſſe , tu reſtituas. Vel ſimilia, putà dicit: Ego pronuncio te poſſe repetere ſumptus quos feciſti. ſi enim ita dixerit in ſententia, etiā poſt plures dies poterit ᵉ taxare, & condemnare in expenſis, *argu. ff. de ſolu. l. Modeſtinus.* vt valeat hæc ſententia, licèt incerta : quia iudex aliter certificare non pōt, & coram ᶠ executore fiat certum. Accurſ.

o ¶ *Conſurgere. vt ī. de re cred. l. ſi quis iuſiurandum. & ff. de re iud. l. ſi ſe. §. ait prætor. & ī. tit. j. l. ij.* Sed contra. *ff. de compen. l. quod in diem. §. ſi rationem.* ſed hic non conceditur actio proueniens ex materia primæ litis: ibi autem conceditur actio quæ definitiuæ cauſæ non attinet.

a Tranſactum negotium dicitur quod terminatum eſt per definitiuā ſententiam.

b Expēſæ litis officio iudicis poſtulātur, vt hic. Imò lege actionis. Gl. in l. vnic. in verbo non ad id quod intereſt ſi quis in ... non obſeruauerit.

c Ferra in forma lib. act. ... in verbo, expreſſis.

c Terminatū lis nō eſt quæ appellatione ſuſpenſa.

* vel. repetitione.

† In C. Th. pro verbo iudex, erat cognitor.

d Falſo: Cominus nihil aliud quàm pacti⁹ præſentib.

* ſic reſtituo ex C. T. Conr.

e Expenſarum condēnationē iudex qui definitiuam pronuntiat nō poteſt ſibi reſeruare in futurum, ſed taxationem tantū. Hoc modo, cū demnamus in expenſis, taxatiōe nobis reſeruata. ... in praxi ... ſi interlocutorā ... Bald. deciſ. 95.

f Incerta ſententia coram executore certa fieri poteſt.

Contra actorem non proſequentem, vel defendentem litem , vel perdentem , profertur ſententia calumniæ , damnorum & expenſarum. Bart. Vel ſic: Calumnia actoris in criminali, punitur pœna ſimili in ciuili verò in expenſis litis , & aliis diſpendiis condemnatur. Salycetus.

IIII. *Imppp.* VALENTINIANI, THEODOSII & ARCADII] AAA. *edictum ad populum.*

NOn ignoret is ᵖ cuius ex interpellatione aliquis ᵍ ſecundùm datam formam ʳ in longinqua protractus fuerit examina , quòd ſi culpa ˢ ſua fuerit dilata cognitio ᵗ. vel minimè actioni ᵘ ſuæ adfuerit, vel delata ˣ [non] probauerit: pro calumnia ʸ : quidem pœnam ᶻ luat legibus conſtitutam: pro pecuniaria verò cauſa, poſt ſumptus , conſiderata quantitate poſtulatorum ᵃ, vel medij itineris interuallo , con-

NOn ignoret.] CASVS. Habebam litem contra Titium in ciuitate Bononien. impetrauit reſcriptum quod ipſe reſponderet mihi Cremoniæ: quia ibi petij iudicem. Titius multum expendit in itinere, in aduocatis , néc ego cauſam meam proſequor. ſi cauſa eſt criminalis , ſubibo pœnam talionis: ſi pecuniaria, condemnabor in expenſis. Viuianus.

p ¶ *Non ignoret is.* ſcilicet actor.

q ¶ *Aliquis.* ſcilicet reus.

r ¶ *Formam.* id reſcriptum à principe datum , quod hodie fieri non debet &c. *vt ī. de dila. auth. quod fieri.*

ſ ¶ *Si culpa.* quod eo ipſo quòd non procedit cum dilationem habere non debet, *vt ī. de dilatio. l. ſi quando.*

t ¶ *Cognitio.* fuit ergo lis conteſtata, ſed non procedit vltra.

u ¶ *Actioni.* aliàs actioni , & aliàs accuſationi : & aliàs, executioni.

x ¶ *Delata.* repete, minimè.

y ¶ *Pro calumnia.* præſumpta ᵍ eo ipſo, quòd non probat: licèt quidem contra: *vt diximus. ī. de aduo. diuer. iudi. l. j.*

z ¶ *Pœnam.* ſi talis cauſa ſit quæ calumniæ vindictam expoſcat, veluti criminalis: vbi eſt pœna ʰ ſimilitudo ſupplicij: *vt ī. de accu. l. fin.* vel contra clericum: *vt ī. de epi. & cler. l. omnes qui in ſi.* & hæc venit ad burſam fiſcalem.

a ¶ *Quantitate poſtulatorum.* id eſt, eorum quæ petuntur. ¶ Et ſic nō. quod ſecundùm quantitatem petitam fiunt ſumptus: ⁱ *vt inſtitut. de actio. §. tripli.* Vel dic, poſtulatorum, id eſt, aduocatorum. ᵏ

g Verum quòd calūniari præſumatur eo ipſo quod non probat.

h Hinc colligunt, in criminalibus victū victori non cōdēnari in expēſis, niſi à lite deſtiterit. tunc enim qui deſiſtit in expenſis condēnari poteſt. *l. ij. qui accuſare.* Bald. Auth. generaliter. ī. de Epiſc. l. Ikratus in praxi ca. 11. nu. 4.

i Sumptus ſecūdùm petitā quantitatem fieri debent.

k De ſumptib. litis in aduocatos, v. Gloſ. Nouell. de Iudicibus §. 9.

Codex.

a ¶ *Sustinebit.* in prædictis scilicet, *vt hic, & §. de iudi. l. properandum. §. & si quidem. & ff. de iudic. l. cum quæm.* Sed hodie vbi viderit iudex neutrũ debere subdi oneri expẽsarum, hoc ipsum sua sententia declaret: *vt in authen. de iudic. §. cum oportet.*

C*Um quidam.* Primò statuit, secundò rationem reddit, tertiò statutum latiùs declarat, secunda ibi, Quoniã non est, tertia ibi, ita scilicet. CASVS. Impetrauĩ priuilegium vt nihil, vel minus darem sportularum vel sumptuum nomine, scilicet iudici, vel executori, tantumdem dabit aduersarius meus, & non plus. Vel sic, ne aliquid obstet, Cõtra te impetraui priuilegium, vt nihil vel minus nomine sportularum vel sumptus darem, si obtineam, & velim petere ab aduersario omnia quæ expendissem, ac si priuilegiũ non impetrassem, non possem, sed id solùm quod expendi. Viuia.

b ¶ *Cum quidam.* Priuilegium[a] merui, vt vel nihil vel minus darem nomine sportularum iudici, vel executori, aduersarius quidẽ meus dabit tantundem, & nõ plus: & hoc propter æqualitatem[b] seruandam in iudiciis. *argumen. ff. de arbitr. l. si de meis in fine. §. respons. & l. si cùm dies. §. penulti. & l. ædilis. §. in fe*[?]*num. & infra de proxim. sacroscript. l. in sacra lij. in fine. & argumen. supra de restitu*[?]*end. vendit. l. ratas.* ¶ Sed secundum hoc labor iudicis non remunerabitur: sicque occurret iniquitas. Sed respõ. econtra est maior[c] æquitas, vt in iudiciis seruetur æqualitas. ¶ In secunda opponitur de eo quod est instit. *de iure natura. §. sed & quod principi.* vbi dicit non egredi[d] personam. *& idem ff. quod quisque iur. l. iij.* vbi dicit aliud quando fine postulatione indulgetur, quia tũc personam nõ egreditur, & hic dicit, siue per speciales largitates, &c. Solu. hic fuit postulatum, [e] nihilominus tamen fuit largitas specialis. 2 Vel dic, non egreditur personam, nisi[f] eius contrariam. Vel non egreditur personam contra [g] illũ qui habet priuilegium sed contra iudicem vel executorem sic. 3 Vel [h] vt tollas omnia prædi-

a Priuilegium super sportulis non soluendis concessum vni litigatorum extenditur ad alium litigatorem.
b Aequalitas in iudiciis seruãda.
c Maior est æqualitas in iudiciis seruanda æqualitatem inter litigatores, quàm sportulas iudicib. offerri. atq. ita minus malum eligitur vt eu[?]tetur maius.
d An & quomodo priuilegia egrediãtur personam. *v. Bart.*
e Fallum. hic agitur de priuilegio a lege concesso.
f Talium quæ ex d. l. iij. & quæ priuilegiũ transit etiam ad extraneũ.
g Hic ex mente Bart. procederet. In priuilegio respiciente litis ordinationem: quod extendi tur ad aduersarium: et secus a qualitate seruan priui legijs respiciẽtibus decisionem litis: & in contrariũ.
h Imò contra eundem cum fit. *l. pertinda in f. & de tempor.*
[?] Dic igitur hic leg. referri ad priuilegia concessa a lo[?] dinationem exemplum leges contra rios ad ea quæ sunt concessa ad litis decisionem.

demnationem pro æstimatione iudicis sustinebit[a]. Datum quinto Idus Nouembr. Constantinopoli. Valentiniano A. VI. & Auieno Consulibus.

V. Αὐτοκράτωρ Ζήνων.*

Epitoma.

Η δίκαιος ἡ κελεύει,* ὥστε πάντα δικαστὴν ἐν τῇ ἀποφάσει αὐτὸ κελεύειν. τὸν ἡττηθέντα διδόναι τὰ δαπανήματα πάντα τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ γενόμενα. ἔχοντος ἐξουσίαν αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ, καὶ ὑπερβαίνειν τὴν δαπάνην ἕως τῆς δεκάτης μοίρας τῶν δαπανηθέντων, ἐὰν αὐτὸν ἡ ἀναισχυντία τοῦ ἡττηθέντος μάλιστα πρὸς τοῦτο παρακινήσει, ὥστε τὸ ὑπὲρ τὰ δαπανήματα τοῖς δημοσίοις λόγοις ψηφίζειν, εἰ μήτι ἄρα ὁ δικαστὴς τῆς τριβῆς τοῦ νενικηκότος μέρους βουληθεὶς θεραπεῦσαι, μέρος τι ποτὲ ἐκ τούτων αὐτῷ ἀφορίσαι, καταδικάζομένους οὐ μόνον τοῦ ἐνάγοντος καὶ ἐναγομένου, ὅτι ἁρμόδιος ἐστὶν ὁ δικαστὴς, ἀλλὰ κἂν τοῦ ἐνάγοντος ἀναρμόδιος ἐστὶν, ἡττηθῇ δὲ ἐξ ἀντεγκλήσεως, μὴ δυνάμενος ἐκκλῖναι τὸν δικαστὴν παρ' αὐτοῦ, εἴτε ἀρχόντος εἶναι δικασταί. εἴτε θεῖοι δικασταί, ἔχουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐκβιβαστὰς καὶ ταξεώτας, εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι ὁ δικαστὴς, αὐτὸς τὴν ζημίαν ταύτην ἀναγκάζεται θεραπεύσαι τῷ νενικηκότι μέρει. Ἐὰν δέ τις ὡς ἀγνώμων ἐγνωσμένος ἀποδοθῇ, ἢ ὁ ἐνάγων ἀποστῇ τῆς δίκης, ἢ καὶ ὁ δικαστὴς εὕροι αὐτὸν τῇ ἀληθείᾳ οὐχὶ συκοφάντην, ἀλλ' ἐπὶ ἀμφιβόλῳ πράγματι δικαζόμενον, ὁ τοιοῦτος ἐκφεύγει τὴν τῶν δαπανημάτων καταδίκην. δῆλον δὲ ὅτι ἐπὶ τῶν χαμαιδικαστῶν ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ ὀφείλων αὐτοῖς ἀφορίσαι ταξεώτην τὸν ταῦτα μεθοδεύοντα. Dat. vij. Kalend. April. post consulatum Longini.

Latinè Ant. Contij.

C*Onstitutio iubet*,* vt omnis iudex in sua sententia iubeat victum dare expensas omnes in iudicio factas, habẽte licentiam ipso iudice etiam excedere expensam vsque ad decimam partem expẽsarum, si ipsum impudentia victæ partis ad hoc perpulerit, ita vt id quod veras expensas transcendit publicis rationibus applicetur, nisi fortè iudex vexationem victæ partis subleuare volens, aliquantulam partem ex eo ei decerpat. condemnando non solũ actore & reo quando competens vtique est iudex, verum etiam si actoris sit incompetens, victus autem ille fuerit ex reconuentione, nec possit ipsum iudicem recusare, siue magistratus sint iudices, siue diuini iudices [quos dixætas vocat] Habent enim & hi executores & apparitores. Si verò hoc non fecerit iudex, ipse damnum eiusmodi cogitur reficere victæ parti. Si verò quis reus bona fide restituat, aut actor desistat à lite aut etiam iudex inueniat ipsum reuera non esse calumniatorem, sed de re dubia iudicio expertum. litigator huiusmodi effugiet expensarum condemnationem. Manifestum verò est quod si iudices pedanei sint, præses debet illis ex officio suo, aliquem segregare taxeotam [offiaialem qui hæc exequatur. Datum VII. Kalen. Aprilis, post consulatum Longini.

Habet duas lecturas, & secundum primam hoc intendit: Priuilegium concessum super litis expensis in totum vel in parte non agnoscendis, extenditur ad aduersarium propter æqualitatem seruandam in iudiciis, secundum secundam lecturam hoc dicit, Victus victori condemnatur in expensis quas fecit, non in his quæ ex priuilegio remittuntur. Bartolus.

VI. *Imp.* ANASTASIVS A. *Stephano magistro militum.*

C*Vm quidam* [b] per leges sacrásque constitutiones[c] alij per speciales largitates[d] sibi præstita priuilegia prætendunt tam super sportulis[e] pro conuentionibus[f] vsque ad certam quantitatem præbendis, quàm super expensis litium, vel minuendis, vel penitus non agnoscendis[g] per hanc legem decernimus, vt quicunque huiusmodi priuilegio munitus est, vel postea talem prærogatiuam quolibet modo meruerit, sciat & si quos ipse, vtpote obnoxios sibi pro quacunque criminali, vel ciuili causa constitutos, in accusationem deduxerit, hos nihilominus hisdem priuilegiis potituro: quoniam non est ferendum, eos qui præfatas prærogatiuas (vt iam ante latum est) prætendunt, aliquid plus ab aduersariis suis quærere concedi[h], quàm ipsi ab aliis pulsati facere patiantur †: ita scilicet, vt hæc quidem forma modis omnibus obseruetur super priuilegiis per liberalitates[i], vel generaliter quibusdam officiis, aut scholis, seu dignitatibus, vel specialiter certis personis præstitis, vel postea præbendis, siue hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus, vel affatibus insertum[k], siue prætermissum sit, vel fuerit.

† secunda formam edicti. Quod quisque iuris. Conc.

ctā, dic aliter casum: Merui priuilegium, vt vel nihil, vel minus præstarẽ nomine sportularum, vel expensarum: si postea vincam, & velim ab aduersario omnia repetere quæ expendissem, ac si priuilegium non habuissem, non possum: sed id solùm quod expendi. *vt §. de iudic. l. properandam §. siue autem.*

c ¶ *Constitutiones.* vt clerici: *vt supra de episc. & cler. l. omnes qui. §. executoribus. & l. cum clericum. §. fina. & authentic. sed hodie.*

d ¶ *Largitates.* petitum tamen fuit.

e ¶ *Sportulæ.* huiusmodi autem sportulæ iudicibus dabantur ab vtraque parte. *vt in authent. de iudic. §. ne autem. coll. vj.* nam (vt dixi) æqualitas seruanda est hincinde. sportulæ autem quæ executoribus dabantur à reo præstabantur, *vt instit. de actio. §. tripli.* Azo.

f ¶ *Pro conuentionibus.* i. citationibus.

g ¶ *Agnoscendis.* quod habemus in solo episcopo. *vt d. auth. sed hodie.* Accurs.

h ¶ *Concedi* hoc secundum primum casum commodè stare nõ potest, sed dic quærere, s. per iudicem.

i ¶ *Per liberalitates.* i. propriam voluntatem principis, postulatione præcedente, ne obstent in aliquo prædicta contraria.

k ¶ *Insertum.* quod ita sit, vt dicit hæc lex, siue non: *vt subijcit, & ad hoc, in auth. de he. & Fal. col. §. j. col. j.*

TITVLVS

DE RE IVDICATA.

Scilicet quando dicatur res iudicata, & de eius auctoritate.

Rebus.] CASVS. Commodaui tibi equum: surreptus est: egi commodati aduersus te, & obtinui. postea equum recuperaui. si agam actione in factum ex re iudicata: repellendus sum per doli mali except.[a] aliàs rei iudicatæ standum esset.

a ¶*Standum*. i. parendũ: *vt ff. de arbi. l. Celsus. §. fi. & l. vt lite pen. l. fi. & de erro. aduoc. l. sententiis.* Alter ponitur standum. *ff. de bo. lib. l. si patronus. y. §. si quis cum.* & hoc nisi sit appellatum: *vt ff. ad Turpil. l. j. §. fin.*

b ¶*Sed si probare*. rẽ quã tibi commodaui, amisisti per furtum: egi commodati, & fuisti condẽnatus. si nondum soluisti, & ad manus meas res quam videbar amisisse, redierit, doli exceptionem habes si te iudicati couẽniam. *vt hic, & ff. de solu. l. qui decem.* Si[b] autẽ soluissem, agere cõtraria commodati, vt vel æstimationem reddam, vel rem: *vt ff. eo. l. in commodato. §. fina.* vel condictione sine causa: *vt ff. de condic. sine cau. l. ij.* ADDITIO. Tu dic quòd ibi recepit aliud pro alio, hic idem pro eodem. Bald. & Salycetus. vel hic post sententiam, ibi verò ante. Salyc.

c ¶*Eum cui*. ad idem *ff. de arbi. l. Celsus. §. j.*

d ¶Res iudicata. Pone, petebã decem ex causa mutui, decem ex causa legati, & decẽ ex alia. iudex tulit sententiam de viginti quinque, & omisit quinque: nõ debet retractari hoc verũ est, nisi singulas partes expressit in sententia.

e ¶*Litium finis*. quod esset iniquum: *vt hic, & s. de transactio. l. fratris.* & accipe hic, nisi fuerit error expressus in sententia: *vt ff. quæ senten. sine appell. l. j. §. j. & s. de errore calculi. l. j.* ¶An autem[d] & tunc valeat in ea quantitate vsque ad quam non est erratum, quæritur quod videtur:[e] *vt argu. s. de dona. l. sancimus. in princ.*

Si pecuniam.] CASVS. Pecuniam meã surripuisti: eam petij in ea & in pœna mihi condemnatus es. si à sententia non appellasti, habes necesse stare iudicatis.

f ¶*Mala ratione*. putà vi.

g ¶*Iussi sitis*. per[f] definitiuam sententiam.

h ¶*Prouocaueritis* illico: *vt & s. quomodo & quando iud. l. ab eo. & ad hoc ff. a. l. j. in prin.*

i ¶*Inferre*. tam pœnæ, quàm rei furtiuæ. Accur.

Sub specie.] CASVS. Debeo x. tibi, fecisti mihi pactum de non petendo, & inde factum fuit instrumentum. si post rem iudicatam ipsum protuleram: an rescindatur sententia, quæritur? Dicitur quòd non.

k ¶*Sub specie nouorum*. id est, allegatorum nouiter, vel inuentorũ vbicunque, vel apud eundem, vel alium.

l ¶*Repertorum* argu. s. *de transactio. l. sub prætextu.*

m ¶*Restaurari*. contra speciale est in causa fisci. *ff. de re iudica. Imperatores.*

n ¶*Graue est*. & ideo[a] non[b] conceditur: *vt hic, & supra de transac. l. sub prætextu. j.* Hoc tamen fallit[c] in causa publica[d], quæ reuocatur vsque ad triennium, & etiam postea si præuaricatio arguatur: *vt ff. e. l. imperatores. & infra de senten. aduersus fiscum. l. j. lib. x.* Idem potest dici in ecclesia:[e] *vt in authen. de non alie. aut permu. rebus ecclesiasticis. §. fini. mus. colla. ij.* & in pupillari causa: *vt infra de iure reipu. l. rem publicam. lib. xj.* Sed videtur etiam priuata causa retractari: *vt ff. de mino. l. admonendi.* quæ est contra. Solu. ibi[f] sub conditione fuit iudicatum, si iurauerit antequam impletam conditionem retractaret, vt ibi: hic autem purè. a Vel dic vt ibi.

TITVLVS LII.

DE RE IVDICATA.

Aequitas noui casus nouum inducit remedium. hoc dicit secundũ Bald. Vel sic: Contra sententiam potest opponi exceptio, Quod petis intus habes. Bartol. Vel sic: Exceptio superueniens post sententiam, potest opponi post sententiam in executione. hoc dicit secundum Bar. Vel sic: Rebus iudicatis paretur, nisi petatur quod iam habetur. Salyc.

I. Imp. ANTONINVS A. Stellatori.†

REBVS quidem iudicatis standum[a] est. Sed si probare[b] poteris eum cui[c] condemnatus es† id quod furto amisisse videbatur, recepisse: aduersus iudicati agentem, doli exceptione, opposita tueri te poteris. xij. Kal. Mart. Ant. A. IV. & Balbino Conss.

Error calculi sententiam non vitiat. hoc dicit secundùm Bald. & Salyc. Vel sic: Propter calculum malè summatum non debet sententia rescindi quæ transiuit in rem iudicatam. hoc dicit secundùm Paulum de Castro.

II. Idem A. Pacatiano.

RES iudicatæ[d] si sub prætextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis[e]. PP. Prid. Non.* Romæ, Læto & Cereale Conss.

Etiam si sententia continet vanam standum est ei, nisi appelletur. Barto. Vel sic: Potest quis ad rem & pœnam eodem libello conueniri, & valet sententia. hoc dicit Baldus. Vel sic: Sententiæ condemnatoriæ rei, & pœnæ est parendum, si non est appellatum. Salycetus.

III. Idem A. Demetrio & aliis.

SI pecuniam quam mala ratione[f] intercepisse vos apparuerit, iussi sitis[g] inferre cum pœna, & comperto præcepto præsidis non prouocaueritis[h]: vniuersam quantitatem debetis inferre[i].

Propter instrumenta de nouo reperta, non retractatur sententia iam lata. Baldus. Salycetus, & Paulus de Castro.

IIII. Imp. GORDIA. A. Antonino.

SVb specie nouorum[k] instrumentorum postea repertorum[l], res iudicatas restaurari[m], exemplo graue est[n]. Dat. viij. Id. Mart.

Qui petit dilationem ad soluendum, sententiæ consentire videtur: & ideò appellare non potest: & si appellauit, videtur renunciare. Baldus. Vel sic: Qui petit dilationem ad soluendum, dicitur sententiam approbare, & appellationi renunciare. hoc dicit secundùm Bartolum & Salyc.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Valentino.

AD solutionem dilationem petentem †, acquieuisse[o] sententiæ manifestè probatur: sicut eum, qui quolibet modo sententiæ acquieuerit[p]. Nec enim instaurari finita, rerum iudicatarum patitur auctoritas.

Acta publica faciunt fidem etiam mortuo iudice secundùm Bartolum. Vel sic: Mortuo iudice non pereunt acta publicam firmitatem habentia. Salycetus. vel sic: Acta iudicij semel publicata faciunt perpetuam fidem etiam mortuo vel remoto iudice qui de causa cognouit & publicauit, secundùm Paulum de Castro.

VI. Imperatores HONORIVS & THEODOSIVS AA. Iuliano proconsuli Africæ.

GEsta[q][a] quæ sunt trãslata in publica monumẽta †, habere volumus perpetuã firmitatem.

AD solutionem.] CASVS. Iudex condẽnauit aliquem in certa summa, nec appellauit: sed ad satisfaciendum à iudice dilationẽ petiit:[f] an lis suscitari possit, quæritur? Dicitur quòd non, quia videtur sententiæ acquieuisse.

o ¶*Acquieuisse*. etiam si appellauerit: vel appellare potuerit.

p ¶*Acquieuerit*. expressim vel taciturnitate decem dierum. ¶& sic not. ex hac l. mirabilem præsumptionem. & sic *& ff. de pact. l. tale. §. qui pronocauit. & ad Macedo. l. sed Iulianus. §. fina. & infra de iure de. impe. l. ij. & supra quod met. cau. l. ij.*

Gesta.] CASVS. Coram iudice dato ad causam factæ sunt confessiones: attestationes receptæ, in publicam scripturam sunt redactæ. illo iudice mortuo an possint illa gesta valere, quæritur? Dicitur quòd sic.

q ¶*Gesta*. i.[i] acta apud delegatum. 1 Vel id est, confessiones partium, & dicta testium, translata &c. scilicet cũ sunt in actis redacta à tabellione coram iudice, vt faciunt cotidie. 2 Vel gesta, id est, acta illa in scriptis translata: facta scilicet publicatione coram eo apud quem fit publicandi facultas. *argu. s. de testamentis. l. publicati.* Et fit ita, si vna partium altera præsente vel non, cũ tabellione, qui attestationes scripsit, iudicem ordinarium adeat, qui tabellionem interrogabit si ita est vt scripsit: & cũ responderit, ita: iubebit eum gesta in scriptis, testibus appositis, redigere: sicque habebit perpetuam firmitatem. aliter non cogitur quis credere gestis, secundũ Ioan. Immo etiam sine testibus ad hoc vocatis: cũ semper ibi plures adsint: *vt infra de donatio. l. in donationibus.* 3 Vel tertio dic, facta publicatione in eadem instantia coram eo iudice, vel successore: vt in prin. glo.

a ¶*Firmitatem*. etiam si illa instantia pereat. an autem inter alios? dic vt dixi ȷ. de eden. l. is apud.[a]

b ¶*Fides*. id est acta [b] publicata non pereunt morte iudicis: immo & non publicata in eadem instantia, cum successor [c] ex eis debeat pronunciare: *vt ff. de iudicio. l. mortuo. & supra de iudicio. l. properandum. §. illo.*

a *Adde §. l. vl. tit. de probat. Lanf. a. cum. in prax. c. 8. n. 11.*
b Acta publicata non pereunt morte iudicis.
c Ex actis etiā nō publicatis successor iudicare debet.

tatem[a]. neque enim morte cognitoris perire debet publica fides [b]. Dat. III. Kalendas Septembr. Romæ. Constantio & Constante Coss.

TITVLVS LIII.

DE EXECVTIONE rei iudicatæ.

Exceptio nullitatis potest opponi in executione. Bartolus. Vel sic: Executio ante sententiam non est facienda. h. d. Vel sic: Iuris ordine prætermisso non valet executio. Salycetus. Vel sic: Ab executione non est inchoandum: sed primo debet de causa cognosci, & per definitiuam sententiam terminari. Paulus de Castro.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Iustino.*

NImis propere [*] iudex pignora Marcellæ capi ac distrahi iussit ante rem iudicatam [c]. Prius est ergo, vt seruato ordine [d], actionem aduersus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias. PP. Kalen. Februarij Albino & Æmiliano Coss.

Sententia habet paratam executionem, nisi sit nouata. Bartolus. Vel sic: Exceptiones & iura post sententiam superuenientia possunt postea opponi. h. d. secundùm But. Vel sic: Stipulatio nouans sententiam, illam tollit, & eius executionem impedit: & ex stipulatione, quæ nouauit, lex agere permittit. Salycetus. Vel sic: Sententia tunc habet executionem paratam, quando non fuit per stipulationem nouata: aliàs non petitur executio sententia quæ sublata est per nouationem: sed agitur ex stipulatione nouantis ordinaria via. Paulus de Castro.

II. *Iidem AA. Agrippæ.* [*]

SI causam iudicati non nouasti [e], rem iudicatā præses prouinciæ etiam pignoribus captis ac distractis ad emolumentum [f] perduci iubebit [g]. Quòd si nouata causa est, ex stipulatu tibi actio competit: & iudice accepto † secundùm iuris formam experire [h].

DE EXECVTIONE rei iudicatæ.

Quia parum esset sententiam ferri, nisi & lata mandaretur executioni: ideo de hoc ponit.

NImis.] CASVS. Debebas mihi x. iudex lite non contestata, vel attestationibus non auditis, nullo ordine iudiciorum seruato, præcepit vt pignora tua caperentur & distraherentur: an rectè fecit, quæritur? Dicitur quòd non, sed primo intendenda erat actio, & lis super ea contestanda.

c ¶*Rem iudicatam*. ideóque reuocanda sunt: *vt ff. de re iudicata. l. si cum nulla*. Accurs.

d ¶*Ordine*. iudiciorum scilicet, vt [d] actionem dirigas, & sententiā detur: *vt hic, & infra eodem. l. fina. & supra de senten. l. prolatam. & de pact. l. si pacto quo pœnam. in fi.*

d Ordine iudiciorū actio sententiam præcedit. perperam.

SI causam.] CASVS. Petij à te decem, & obtinui: nec appellasti, vel in causa appellationis succubuisti, nec soluisti iudicatum. an executioni mandari debeat, quæritur? Dicitur quòd sic, per captionem, & distractionem pignorum: nisi id quod debebatur ex causa iudicati, in aliā obligationē esse transfusum per nouationem: Accurs.

e ¶*Nouasti*. licèt stipulatus es, & pignora acceperis: non [e] tamen nouandi animo: *vt ff. de re iudi. l. si se. §. si ex conuentione.*

e Stipulari & pignora accipere possum[*], non tamen animo nouādi.

f ¶*Ad emolumentum*. id est, ad effectum.

g ¶ *Iubebit*. *vt supra de transac. l. si ex causa. & argument. ff. de preca. l. & habet. §. cum quis. & supra de iure delib. l. scimus. §. si verò postquam.*

h ¶*Experire*. *vt ff. de mino. l. minor xxv. an. cui.*

In tribus manuscrip. scribitur, Imperat. Antonin[*] Maximo. rectè. Cont.

ORdo.] CASVS. Petij a te decem, & obtinui. pignora capta sunt: & subhastata: sed fraude tua vel potentia non est inuentus emptor. dabuntur mihi pignora in solutum, vt pro solido debito his contentus sim, licèt minus valeant.

† a præside prouinciæ fraud. Cont.

i ¶*Ordo rei*. egi ad c. & vici, & pignora capta sunt, & subhastata, sed nō inuenit emptor propter fraudē victi interuenientem, dabuntur ergo mihi in solutum, vt tamen habeam necesse pro toto debito esse contentus, licèt minus valeant: *vt hic, & ff. de re iudi. l. à diuo. §. si pignora.* secus in conuentionali: *vt infra de iure do. impe. l. fi. §. sed si quidem.* Potest tamen & aliter intelligi dictus §. *si pignora.*

k ¶ *Constantius*. quàm si per pignorum retentionem, vel vindicationem.

Creditor in subsidium admittitur ad accipiendum in solutum pignora capta pro sententia exequenda. Salyc. Vel sic: Non admittitur creditor ad emptionem pignorum quæ distrahuntur causa executionis rei iudicatæ, nisi in subsidium, cum alius non reperitur, vel minus offert. h. d. secundùm Ia. But. Vel sic: Si emptor pignorum non reperitur, creditori in solutum adiudicantur. h. d. Vel sic: Si pignora capta in causam iudicati non reperiunt emptorem, factis subhastationibus dantur creditori in solutum. Paulus de Castro.

III. *Iidem AA.* † *Agrippæ.*

ORdo rei [i] gestæ, & mora solutionis quæ intercessit, constantius [k] desiderat remedium. Si itaque præsidem prouinciæ, qui rem iudicatam exequi debet, adieris, & allegaueris res soli quæ pignori datæ sunt, diu subhastatas [l], ex compacto [m] siue ambitione diuersæ partis, emptorem non inuenire [potuisse,] † in possessionem earum [n] te mittet [o], vt vel hoc remedio res tandiu protracta ad effectum perducatur. Dat. xj. Kalend. Iul. Messala & Sabino [*] Coss.

Publica stipendia non venduntur, nec in solutum adiudicantur, nisi in subsidium. h. d. cum glo. Baldus & Salyc.

IIII. *Idem A. Marcello militi.*

STipendia [p] retineri [*] propterea, quòd condemnatus es, non patietur præses prouinciæ [q], cum [r] rem iudicatam possit aliis rationibus exequi [s]. PP. iij. Non.[*]

Nomen debitoris potest capi pignori in causam iudicati, secundùm Baldum. Vel sic: Ad nomen debitoris peruenitur in subsidium ex causa iudicati. hoc dicit cum glos. Salycetus.

V. *Imperator* [*] GORDIANVS A. *Amando.*

ETiam nomen debitoris [t] in causa iudicati capi posse, ignotum non est. PP. iij. Idus Octobr. Attico & Prætexto Coss.

l ¶ *Subhastatas*. i. præconizatas. sic & ȷ. *si aduersus fiscum. l. edicto.*

m ¶ *Ex compacto*. i. ex contractu malitiosè habito.

n ¶*Earum*. rerum: vt habes de hoc titulum specialē, si in causā iudicati pignora capta sunt.

o ¶*Mittet*. vt sint loco secundi decreti.

STipendia] CASVS. Miles mihi debet decem. ea petij, & condemnatus est, nec soluit iudicatum: an stipendia sua pignori sint capienda, quæritur? Dicitur quòd non, si aliàs habeat res in quibus possit fieri iudicati executio.

† al. Idem A. rectè.

p ¶ *Stipendia*. scilicet militum. ¶Idem[a] in præbendis clericorum [b] videtur.

a Præbendæ eiusmodi pro executione rei iudicatæ capi non possunt. Boer. decis. 116. Ranchinus ȷ Conclus. 114.
b Militū priuilegia extenduntur ad quasi milites. de quibus hic. adde Gl. in l. milites. ȷ. de locat. & in l. militi. ff. de re iudic. Capel. Tho³ los. decis. 245.

q ¶ *Prouinciæ*. similiter nec priuata pactione possunt obligari talia stipendia: *vt ȷ. quæ res pign. ob. possunt. l. spem.*

r ¶*Cum*. id est, quando.

s ¶*Exequi*. si ergo aliter non potest. & hæc capientur: *vt hic, & ff. de re iudicata. l. commodis. quæ ponitur vt contraria.*

† deest hoc verbū in manuscrip. rectè. Cont.

ETiam.] CASVS. Hoc ordine sententia mandanda est executioni, vt primo capiantur mobilia: his non inuentis, perueniatur ad immobilia: deinde ad nomina: *vt ff. de re iudi. l. à diuo.* Si ergo decem à te petuntur, & condemnatus fueris, nec sit in quod iudicati possit fieri executio, debitore excepto: in debitorem suum facienda est executio.

*recta est subscriptio & soli Antonino hāc leg. tribuas: vt in. add. 1. l. e. & id etiā exigit subscriptio loquentis legis.

t ¶*Nomen debitoris*. cōfessi demum: *vt ff. de re iudic. l. à diuo. §. sic quoque iudices.* vttamen primo ad mobilia, secundo ad immobilia, postea ad nomina accedatur: *vt ff. de re iudic. l. à diuo. §. in venditione. & ȷ. de prætorio pign. l. j. & facit ȷ. quando fisc. vel priua. debi. sui de. exi. pos. l. j. 4. & iij.*

* In Gallia hodie hic ordo sublatus est. Cont.

* al. Idem A. & tūc subscriptio est PP. III Id. Etrusco & Præsente Coss. atque ita videbitur esse Contrario quam citat Vlp. l. A. ff. Pio. §. sic quoq. D. de re iudi.

SI vt proponis.] CASVS. Sententia lata inter actorem & reum, & reo condemnato, misit iudex executorem, qui exequeretur sententiā: an executor cognoscēdo possit minuere quātitatem in sententia comprehensam, quæritur? Dicitur quòd non: nec valet eius sententia.

Executor.

a Executor. b Vilis homo vili officio iudex dari pôt. Bald. ad l. vilt. ff. de iudic. c Iudices ali qui possunt sententiam suam interpretari.

a ¶*Executor*. loquitur [a] de executore, id est nūcio, qui cognoscere non potest, nisi in causis vilibus, [b] ex necessitate sibi facta cōmissione: *vt ff. de iudi. l. fin.* 2 Vel dic, quòd loquitur in delegato ad exequendum: & tunc excipe, nisi [c] sit præses, vel procurator Cæsaris, qui possunt interpretari suam sententiam iam latam in melius: *vt ff. de appell. l. ab executore. & supra si contra ius vel vtili. publi. l. publi. l. & si non cognitio. quæ est contra.* 2 Vel solue vt ibi.

b ¶*Nequaquam potest.* cū quia contra primam: *vt infra quando prouoc. non est necess. l. j.* tū quia ad hoc datus non erat: ab ea tamen appellatur, secundùm Hugonem. *vt infra quorum appell. non re. l. ab executione.* vnde videtur tenere: alioquin quod [d] nullum esset, quomodo rumpi posset? *vt ff. de iniust. rupto testa. l. nam & si. & argumen. ff. rem ra. ha. l. iij. §. fina. & ff. de adi. lega. l. seruum.* quod nō placet. & in dicta l. ab executione excedebat modū in exequendo: hic autē super principali cognoscendo.

d Quod nullū est, aut rumpi potest.

† Quod per εκνò concedi solet.

Pronunciatio executoris non infirmat sententiam. h. d. secundùm Bartolum. Vel sic: Merus executor de viribus causæ non cognoscit, nec pronunciat, nec pronunciatum valet. h. d. & habet plures lecturas. Salycetus. Vel sic: Merus executor non potest assumere partes iudicis, & de iustitia sentētiæ cognoscere vel pronunciare. h. d. secundùm Paulum de Castro.

VI. *Imperator* PHILIPPVS A. & C. *Titiano.*

SI (vt proponis) rerum iudicatarum executor [a] datus partes sibi iudicis vindicauit†, & contra ea quæ pridem pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronunciandum putauit: sententia ab eo dicta vim rei iudicatæ obtinere nequaquam [b] potest.

SI longis.] CASVS. Petebam à te seruum, & obtinui: te existente in mora restituendi decessit seruus: an ad æstimationem eius mihi tenearis, quæritur? Dicitur quòd sic.

c ¶*Restitutio.* quā iudex post sententiam possit fieri, scilicet seruos & animalia. Accursius.

d ¶*Restituenda.* sic ergo duplicem [e] effectum trahit secum hæc mora, scilicet de interitu, & accessione: *vt hic & ff. de legat. j. l. cū res. §. fina. & ff. de peti. heredi. illud. & ff. de rei vindi. l. Iulianus j.*

e Mora duo effectus.

Interitus & naturalis accessio rei veniunt in mora iudicij. h. d. secundùm Baldum. Vel sic: Mortua specie debita, fit executio in æstimatione. Bartolus. Vel sic: Condemnatus si moram committat, tenetur de interitu & accessionibus. Salycetus. Vel sic: Condemnatus qui in soluendo moram commisit, tenetur de interitu rei, & etiam de accessionibus, id est fructibus & reditibus rei in qua est facta condemnatio. h. d. secundùm Paulum de Castro.

VII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Theodoro.*

SI longis apertisque frustrationibus partis aduersæ, restitutio [c] remorata [*] est, etiam seruis rebus humanis exemptis: à frustratore æstimatio eorum restituenda [d] est. Animalia quoque cū fœtibus tibi intercessu præsidis repræsentabuntur.

EXecutorem.] CASVS. Quis dicatur executor, quæritur? Respon. quòd ille qui lite discussa & sententia lata, ad finem perducit id quod iudicatum est.

e ¶ *Adducere.* ita hoc titulo accipitur. aliàs [f] dicitur nuncius, qui citat: *vt instit. de act. §. tripli. & supra eod. l. si vt proponis.* 2 Idem vocatur apparitor: *vt supra de iudi. l. apertissimi.* 3 Idémque dicitur causam præparans: *vt in authentic. de iudic. §. audient. colla. vj.* 4 Idémque officialis: *vt in authentic. de defen. ciuita. §. ex prouinciali. colla. iiij.* 5 Idémque dicitur catholicianus: *vt infra de bonis proscrip. l. penul.*

f Nūtij & executoris variæ appellationes. * remota.

Executor est, qui rem dispositam mandat effectui. Baldus. Vel sic: Merus executor est, qui nullo discusso solum habet exequi: vt sunt apparitores, & nuncij communes. hoc dicit secundùm Salycetum. Vel sic: Executor est ille, qui sententiam ritè latam ad effectum perducit. Paulus de Castro.

VIII. *Idem* AA. & CC. *Micomacho.* †

EXecutorem cum solú esse manifestum est, qui post sententiam inter partes audita omni & discussa lite prolatam, rei iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere [e]. Sine die & Consule.

EOs.] CASVS. Si debitor meus confiteatur vel neget se mihi teneri: & conuictus condemnetur: si intra quatuor menses non soluat quod iudicatum est, pignora capientur & distrahentur.

f ¶*Condemnati.* hoc determinat vtrumque præcedentium secundum nos, scilicet confessi, & negantes conuicti. nam [g] etiam in Codex confessum dicimus dati sententiam: *vt ff. de custo. re. l. si confessus.* Alij referunt tantum ad negantes. nam in confessum dicunt non dari sententiam: *vt dices infra de confes. l. j. & facit ff. de act. & obliga. l. negantes. & de probi. sequest. pecu. l. j.*

g Sententia an detur in cōfessum.

g ¶*Statutum spatium.* quod est quatuor mensium regulariter: *vt infra titu. j. l. iij.* quandoque [a] tamen arctat iudex prædictū spacium, quandoque prorogat pro causæ qualitate, vel quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia. sed perraro intra statutum tēpus sententiam exequuntur: veluti si alimenta constituuntur, vel minori xxv. annorum subueniatur: *vt ff. de re iudi. l. ij.* & si aliàs fieret abbreuiatio: quia non iusta causa abbreuiaret iudex: supplet lex vsque ad quadrimestre tempus: *vt ff. de re iud. l. iij. §. si quis.* Sed & de soluendo plerunque præcipit vt soluat: vt ex tempore præcepti currant vsuræ centesimæ. captio ergo fit post quatuor menses. ¶Sed venditio quādo [b] fiet? Respon. & hæc fit tunc statim, sicut & olim post duos menses: *vt ff. de re indic. l. debitoribus. §. fin.* Quod satis dici potest, cum pignus venditur ex definitiua sententia. Nam si venditur ex interlocutoria, fortè expectatur per annum: *vt supra de præscript. xxx. an. l. si quis emptionum. §. final.* 2 Vel per [c] biennium, vt in conuentionali pignore: *vt infra de iure dotium impe. l. final.* 3 Vel fortè definitum est tēpus in Græca constitutione: *vt innuitur infra de bonis aucto. iudic. possid. l. fi.* 4 Vel fortè iudex definiet: *argument. ff. de iure delib. l. j. §. fi.* & hoc in simplici actione personali. Nam [d] in reali statim fit executio, si statim restituere possit res, alioquin datur tempus ad restitutionem: & satisdatur tamē de præstanda æstimatione, si res non restituatur: *vt institut. de offic. iudic. §. & si in rem actum sit.* Nec obstat. *ff. de vsu. l. in fideicommissi.* quia ibi agebatur actione ex testamento, & sic [e] personali, non rei vindicatione. Item nec quod est. *ff. quod metus caus. l. si cum ex. §. quod si homo.* quia ibi agebatur actione quod metus cau. quæ [f] personalis est: *vt instit. de act. §. præterea quasdam.*

a Terminus quatuor mensium debitoribus condemnatis ad soluēdū regulariter ... datus est. fallit tamen hæc sententia certis casibus hic coometa ... Gl. adde alios apud Bon. reg. 196 adde Menoch. 2. de arbit. Cent. 1. casu 28. vbi hanc l. in personalib. locum habere scribit: in realibus verò tēpus arbitrio iudicis statui. Idque sententia Angel. Aretin. Fabri in § 1. Inst. de off. iudic cōfirmat.

† Agrippa, in omnibus meis exemplarib. al. Agrippinus. Cotius.

b Pignus condemnati in actione personali statim vendi potest à definitiua sententia. Quid si ex interlocutoria? vide hanc Glo. vbi refert quatuor opiniones.

c Pignus conuentionale post biennium cessationem vendi potest per creditorem.

d Executio in realib. fit ad ... 1 ipsum condemnatū, statim, si is possit restituere: & statim tempus restituere & satisdatur de præstanda æstimatione si res non restituatur.

e Actio ex testamento est personalis.

f Actio quod metus causa est personalis.

Conuicto debitore & condemnato, pignora capiuntur & distrahuntur, debito tamen tempore. Baldus. Vel sic: Post lapsum temporis quod datur iudicatis, debent capi pignora & distrahi. Bartolus. Vel sic: Contra debitorem conuictum & condemnatum fit executio, captis & distractis pignoribus intra tempora à iure statuta. Salycetus. Vel sic: Tunc est petenda executio, quando res confessus est: vel si negauit, cum est conuictus & condemnatus: & quando transactum est tempus à iure præfixum ad soluendum iudicatum. h. d. secundùm Paulum de Castro.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Glyconi.*

EOs quos debitores tuos esse contendis, apud rectorem conueni prouinciæ: qui siue debitum confessi, siue negantes & conuicti fuerint condemnati [f], nec intra statutum spacium [g] solutioni satisfecerint: cū latæ sententiæ, pignoribus etiam captis ac distractis, secundū ea quæ sæpe constituta sunt, meruerint executionem, iuris formam tibi custodiet. S. Non. Nouembr. CC. Coss.

TITVLVS LIIII.

DE VSVRIS REI iudicatæ.

Mora solutionis post sententiam & quadrimestre tempus parit effectum vsuræ centesimæ. Baldus. Vel sic: Non obtemperans sententiæ post tempus quadrimestre, tenetur ad vsuras centesimas.

DE VSVRIS REI IVDICATÆ.

Quia primo venit terminus soluendi ex sententia, quàm soluatur: ideo de pœna imponenda moroso dicit.

ISi qui.] CASVS. Petij à te decem, & obtinui: si intra quatuor menses nō soluas quod iudicatum est, elapso tempore qua-

drimestri teneberis mihi ad vsuras centesimas, & hoc præcipiet sententiæ executor.

a ¶ *Bona.* scilicet debitoris condemnati.

b ¶ *Secundum dictam.* id est, per prolatam à iudice, in personali tantum actione locum habet. Accurs.

c ¶ *Vsuram.* ȷ. *de vsur. l. vltima.*

d ¶ *Centesimam.* quæ[a] in quibusdam aliis casibus præstanda est: *vt diximus supra de vsur. l. eos. §. super.* Accurs.

a Vsuræ centesimæ quibus casibus præstandæ.

e ¶ *Fluxerit.* non interim: *vt supra de vsur. l. in bonæ fidei.* Accurs.

CASVS. Reo condemnato, nec intra quatuor menses soluente condemnationem à tempore latæ sententiæ, si non fuerit appellatum: vel si fuerit, à tempore confirmationis sententiæ primæ cōnumerādo: extunc centesimas præstabit vsuras: illis legibus cessantibus, quæ duas centesimas soluere præcipiebant: & illis quæ dimidiam, locum non habentibus.

† In maxima necess. ellipto contractib. hereditatium fit recte.

† persequitur.

f ¶ *Porrecta.* repete, vltra quatuor menses cōnumerandos ex die cōfirmationis. Azo. Posset etiam legi vt non fiat repetitio, secundùm H.

† eadem infra pæn. quæ in ag... ȷ. de vsuris.

¶ Et no. quòd per hanc l. corrigitur. *ff. de re iudi. l. debitoribus.* Item hoc habet locum si non frustratoriè[b] appelletur: *ut ff. de vsura l. tutor.* ADDITIO. Aduertas quòd Barto. *hic & in l. f. ȷ. titu. proxi.* reprehendit hanc glos. in eo quòd dicit l. debitoribus. *in si ff. de re iudi.* corrigi per hanc l. vnde dicit quoddam esse tempus, quod datur condemnatis ad soluendum. & de isto loquitur hæc l. quoddam verò est datum ad vendendum pignora capta post primam dilationem. & de illo loquitur d. l. debitoribus.

† v. Alciat. 1. parerg. 11. Menoch. 3. de arbit. centur. 1. nu. 9.

† cùm essent interpellati. hoc. v. diserte verbis exigit l. Gratiani Augusti in C. Th. † Gratiani, &c. quas hodie habemus, quæ nūquam in manus Accursij inciderūt. sunt autem in C. T. lib. 4. tit. 17. l. 1.

g ¶ *Connumerandos. ff. eodem. l. in fideicommiss.* Contra nota sed aliud[b] est lucra non capere, & damna sentire. ȷ. *tum. de codicil. l. vlti.*

b Lucrum non capere, & damnum sentire, differunt.

h ¶ *Legibus.* quas non habemus. Accurs.

Salycetus. Vel sic: Pignora capta per executorem sententiæ vendi debēt non solum pro sorte, sed etiam pro vsuris centesimis quæ cucurrerunt lapso tempore dato iudicatis. h. d. secundùm Paulum de Castro.

I. *Imperator* ANTONINVS A. *procuratoribus hereditatum* †

IS qui bona[a] secundū dictam[b] sententiam ꝑsequitur: † eas quoque rationes habiturus est, vt qui post legitimum tempus placitis nō obtemperauit, vsuram[c] centesimam[d] temporis quod postea fluxerit[e], soluat.

Non appellanti, à die sententiæ currit tempus quadrimestre: appellanti verò, à die confirmationis sententiæ: & postea currunt vsuræ centesimæ, omni alia vsura cessante. Salyc.

II. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præfecto prætorio.* †

EOs qui condemnati solutionem pecuniarum quas dependere iussi sunt, vltra quatuor † menses à die condemnationis, vel si prouocatio fuerit porrecta[f], à die confirmationis sententiæ connumerandos[g] distulerint: † centesimas vsuras exigi præcipimus: nec priscis legibus[h], † quæ duas centesimas eis inferebant, nec nostra sanctione[i], quæ dimidiam centesimæ statuit, locum in eorum personam habentibus. Dat. VII. Id. April. Constantinop. Decio Coss.

Centesima vsura currit pro sorte, non pro vsura primi contractus: etiam si fuerit in condemnatione deducta. Baldus. Vel sic: Quadrimestri tempore elapso currunt vsuræ legitimæ sortis tantum, & non vsurarum. Et dilatio quæ datur reo,

i ¶ *Sanctione.* nec hanc habemus.

SAncimus. Primo dictum ponit. secundo illud probat per quatuor rationes. tertio tollit rationē quæ in contrariū faciebat. secunda ibi, Cum enim. tertia ibi, Et ideo. CASVS. Reo condemnato, nec condemnationem intra quatuor menses soluente, ad vsuras centesimas (sicut superioribus legibus dictum est) tenebitur. Sed an ad centesimas vsuras, vel sortis, deducatur, quæritur? Respond. quòd sortis tantum. & hoc probat tribus rationibus, sicut patet in litera. & hoc in prima. Illud autem quadrimestre tēpus non solū dabitur reo condemnato, sed eius fideiussori. & nō duorum mensium spacium detur reo, sicut olim: quia in persona fideiussorum erat denegatum: quia licebat victori incontinenti exigere à fideiussoribus. & ipsi conuenire poterant reum statim, non expectato tempore quadrimestri: quod erat iniquum, quòd sic in nullo erat succurrum reo, sed fraus legi quæ tantū post quadrimestre tempus concessit, fiebat. & hoc in secunda.

k ¶ *A nobis.* vt *supra l. proxima.*

l ¶ *In condemnationem deductæ.* de[a] hoc bene poterit dubitari: quia vsuræ quæ deductæ erant in condemnatione, non sunt vsuræ, sed sicut sors, petebantur: *vt ff. pro socio. l. socium qui.*

a Vsurarum in sortem deductarum, alia ratio est quàm sortis ipsius. sors enim vsuræ parère non possunt.

m ¶ *Cum enim.* Prima ratio. Quatuor rationes ponit de hoc.

prodest fideiussori. Baldus. Vel sic: Vsura centesima debetur ex sorte tantum, & non ex priore vsura, licèt in condemnatione cum sorte sit deducta. h. d. vsque ad §. & cum antiquitas.

III. *Idem A. Ioanni PP.*

SAncimus, si quis condemnatus fuerit post datas à nobis[k] quadrimestres inducias †, centesimas quidem vsuras secundū naturam iudicati cum compelli soluere tātummodo sortis, & non vsurarum quæ ex pristino contractu in condemnationem deductæ[l] sunt. Cū enim[m] iam constituimus[n] vsurarum vsuras penitus esse delēdas: nullum casum relinquimus ex quo huiusmodi machinatio possit induci. Si enim[o] sine emendatione[p] relinquatur: aliquid absurdum atque inelegans necesse est euenire: cùm[q] [vsuræ †] vtiliter ex contractibus descendentes, plerunque minores cētesimæ[r] † ex nostra lege factæ sunt: & necesse est † minorib[us] vsuris grauiores supponi[s]. Si enim[t] ex iudicati actione centesimæ omnimodo currunt vsuræ, ex contractibus autē hoc raro contingit: in capitulis[u] lege nostra tantummodo exceptis, huiusmodi iniquitatem[x] ipsa rerū necessitas[y] introducebat †. Et ideo pio remedio causam corrigētes, sancimus sortis tātummodo[z] vsuras vsque ad centesimam currentes, ex iudicati actione profligari, non autem vsurarum quātascumque vsuras. Si enim nouatur[a] iudicati actione prior contractus: necesse est vsurarū quidem quæ anterioris con-

n ¶ *Constituimus.* vt ȷ. *de vsu. l.*[b] *vt nullo modo.* Sed contra. *ff. de vsur. l. cum quidam. §. in tacito.* Sed ibi dicitur emolumentum[c] quod est vsura: *vt ȷ. de vsur. l. vlti.*

b Vsurarum vsuræ prohibitæ, seu deberi non possunt.

c Emolumentū pro vsura.

o ¶ *Si enim.* Secunda ratio.

p ¶ *Sine emendatione.* hic innuitur quod olim in casu ista daretur vsura centesima etiā prioris vsuræ.

q ¶ *Cùm.* id est, quia.

r ¶ *Minores centesimæ.* i. minores centesima, vel quàm sit cētesima vsura: immo rectè lege.

† has inducias nunquam in libris veterum reperio. † erant, quod etiā prudenter à Carolo Molinæo adnotatū legisse aliquando memini. Cont.

s ¶ *Grauiores supponi.* q. d. cùm minores vsuræ descēdant ex contractibus, & fiāt maiores post quadrimestre tempus: absurdū esset si reus tātas vsuras daret, & de sorte. s. & de vsura.

t ¶ *Si enim.* Tertia ratio, s. ipsa necessitas.

u ¶ *In capitulis.* scilicet in traiectitia pecunia: vt habes hanc constitutionem ȷ. *de vsur. l. eos. §. super vsurarum vero quantitate.*

† deest in mss. codicib.

x ¶ *Iniquitatem.* si præstaretur vsura vsuræ.

† centesima

y ¶ *Necessitas.* qua necessitate impedit sæpe ad tempus soluere non poterant.

† al. esset.

z ¶ *Sortis tantummodo.* non ergo pœnæ deductæ in condemnationē: *vt ȷ. de vsuris fiscalibus. l. j. lib. x. & ȷ. de mag. con. l. fin.*

a ¶ *Si enim nouatur.* Quarta ratio. Sic ergo propter nouationē primæ actionis, quę fit per sententiam, non currunt vsuræ, secundū quosdā. *& pro eis ff. de nouat. l. aliā.*

† Anton. Contius notat. In actionib. autē in rem nō dātur 4. menses, sed statim facienda est restitutio: vt idē Iustin. manifestè tradit Inst. de off. iudicis.

1 Nos contra dicimus[d] enim non fieri nouationem primę actionis per sententiam: immò remanere: *vt ff. de pignora. l. grege. §. etiam. & de fideiuss. l. Græce. §. j. & §. an ergo. & ff. de iudic. l. argentarium. §. nomine.* Item dicitur sacramento[e] res nouari: & tamen durat actio prima: *vt ff. de iureiuran. l. qui iurasse. §. fin. & l. eum qui. j. respon.* Nouari ergo dicit ideo, quia cessant currere minores post sententiam: & quia maiores vsuræ præstantur post quatuor menses. Item quia lex ex humanitate dat eis prædictam dilationem in sorte: *vt ff. de compen. l. si cum militi. §. j.* Item quia quędam noua forma veteri datur actioni: perpetuatur enim in xl. annis, & fit transitoria. Item quia iniquum esset, vt ei proficeret sententia, contra quem lata est: *vt ff. de exceptione rei iu. l. euidenter.* verè tamen adhuc durat actio prima. ADDITIO. Tu dicas secundùm Dyn. *in l. aliam. ff. de donat.* quem in hoc sequitur Barto. hic, quòd nouatio assumitur tribus[f] modis. 1 Vno modo vt fit primæ actionis in secundam transfusio. de ista loquitur. *ff. de nouat. l. j.* 2 Secundo modo accipitur nouatio, hoc est nouæ qualitatis additio. & ista fit per litis contestationem: *vt d. l. aliam.* Fit enim actio prima perpetua, & transitoria in heredes, non erit nouata. 3 Tertio modo accipitur nouatio, hoc est, nouæ formæ adiectio.

d Sententia nō fit nouatio primæ actionis.

e Iuramento licèt res nouetur, remanet tamen prima actio.

f Nouatio tribus modis dicitur.

adiectio. & ista fit per sententiam. Nam adiicitur noua actio per sententiam. Item impedit primas vsuras per centesimas: nō tamen quòd prima actio tollatur. ita loquitur hic.

a ¶ *Inhiberi.* secus in fructibus perceptis intra illos quatuor menses: in percipiendis autem distinguitur: vt *ff. de vsur. l. in fideicommiss. qua est contra.*

tractus sunt, cursum post sententiā inhiberi[a]: alias autem vsuras ex iudicati actione tantummodo sortis[b] procedere: & non ideo, quod forsitan consummata[c] est quantitas sortis & vsurarum †, totius summæ vsuras postea colligi, sed sortis tantummodo.

Tempus quadrimestre quòd datur reis principalibus, datur & eorum fideiussoribus. hoc dicit vsque ad finem. Salyc. Vel sic: Quadrimestre tempus non solum datur condemnato: sed etiam fideiussori de iudicato soluendo, contra quem potest fieri executio: aliàs sequeretur quòd nec condemnato daretur, si posset fieri executio contra fideiussorem ante lapsum quadrimestris temporis nam & ipse posset quod soluit recuperare à condemnato: & sic sibi nihil proficeret legalis dilatio. Paulus de Castro.

¶ Et cū antiquitas† pessimo exemplo reis quidē condemnatis laxamentū duorum mensium præstabat, fideiussores autē eorum eodem vti beneficio non concedebat, vt liceret victoribus, relictis propter legem condemnatis personis, à fideiussoribus eorum vel mandatoribus statim pecunias vel res in condemnatione positas exigere: huiusmodi acerbitatem[d] resecantes, sancimus quadrimestres inducias, quas dedimus condemnatis, etiam ad fideiussores[e] eorum & mandatores extendi, ne legi fiat derogatum. Cum enim interuentor soluere compellebatur, & ipse reum coercebat ad inuitam solutionē[f], nullum condemnatus habebat sensum[g] nostræ humanitatis: quia per medium fideiussorem statim pecunias persoluere[h] compellebatur[i].

b ¶ *Sortis.* quod quia extinguitur minor, sufficit maior. at vsuræ extinguuntur: nec ergo sufficiatur.

c ¶ *Consummata.* i. in vnā summam coaceruata.

d ¶ *Acerbitatem.* hæc acerbitas quandoq; toleratur, vbicūque scilicet personalis est exceptio, quæ reo competit: vt *ff. de excep. l. exceptiones. & ff. pro socio. l. verum. §. i. penu. & ff. de re iudic. l. & post. & ff. de pactis. l. ait prætor. ... ff. quarum rerum actio non datur. l. j. §. exceptiones.*

e ¶ *Fideiussores.* qui[a] etiam possent appellare à sententia in principalem reum lata: vt *ff. de appel. l. a sententia.*

f ¶ *Solutionem.* vt *ff. de procu. l. antepe.*

g ¶ *Sensum.* i. nullā vtilitatem ex sensu nostræ legis superioris habebat. Accursius.

h ¶ *Persoluere.* Vel dic fideiussorē damnatū vnà cum reo. 2 Vel loquitur cū habeo ergo[b] fideiussor promptā & paratā pecuniā, reus non: vt *ff. de re iud. l. debitorib.* aliàs non videtur posse locū habere quod hic dicitur. 3 Vel melius, condemnato[c] reo fit executio in fideiussoribus, *argu. §. vbi de crimi. agi. oport. authenti. qua in prouincia, vbi.nam & de rebus &c.*

i ¶ *Compellebatur.* & per media[d] personam inquietabatur: vt *ff. de libera. legat. j. l. si quis decedens. alias est l. iij. §. nunc de effectu. ibi, aliaquin &c. & l. si quis reum. in princip.* quod esse non debet: vt *ff. de nego. gest. l. si ex duobus. & ff. si quis cautionibus. l. §. is qui.*

SI PLVRES VNA sententia condemnati sunt.

Qualiter fiat executio cōtra vnum damnatum, dixit, nunc qualiter fiat si sint plures.

SI non. Primo ponit dictū. Secundo eius effectum, vel infert ad quæsitum. Secunda ibi, Ideoque. CASVS. Duo tenebantur mihi in decem: & in solidum conueni eos, & condēnati sunt simpliciter. qui primo tenebatur in solidum, extunc tenetur viriliter, & quia iudex sic dixit, condemno vos in decē: nec dicit, vt quod ab altero seruari non posset, alter suppleret. Viuianus.

a Appellare à sententia lata contra principalē fideiussores potest.

b Legendo ergo fideiussor promptā & paratam pecuniam, reus non.

c Sententia lata contra reum, potest executioni mādari aduersus fideiussorem ...

d Mediante fieri non debet, quod simpliciter prohibetur.

† vt singuli pro viribus teneantur. Nec est in totius in solidum. Contium.

TITVLVS LV.

SI PLVRES VNA sententia cōdemnati sunt. †

Pluralis locutio diuidit condemnatos in partes viriles. Baldus. Vel sic: Plures simpliciter condemnati, intelliguntur in partes æquales, nisi aliud sit expressum.

k ¶ *Virilibus.* siue[a] viriliter, siue in solidum, siue æqualibus siue inæqualibus partibus tenebatur vt *hic, & j. l. proxi. & ff. manda. l. si mandato Titi. §. Paulus respondit. & ff. de appel. l. si quis separatim. §. quotiens. & ff. de re iudica. l. Paulus respondit. ij. & argum. ff. de legat. j. l. si pluribus in princip. & de duobus reis. l. reos. §. cum in tabulis.* Et sic videtur

hoc dicit totus iste titulus secundum Bartolum. Vel sic: Sententia condemnatoria simpliciter & absolute lata contra plures, eius effectum diuidit in viriles. hoc dicit cum. l. sequen. quod nota. Salycetus. Vel sic: Si plures condemnantur ad vnam sententiam simpliciter debitam ex vna causa, quilibet censetur condemnatus pro parte virili, vel æquali, ideo si vnus soluit partem suam, non tenetur soluere partem alterius, licet alter non sit soluendo: & licet quilibet tenetur in solidum, vnica tamen solutione liberantur. hoc dicit ista lex cum sequenti. & est notabilis secundum Paulum de Castro.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Victori.*

SI nō singuli in solidum, sed generaliter tu & collega tuus vna & certa quantitate condēnati estis, nec additum est, vt quod ab altero seruari non posset, id alter suppleret: effectus sententiæ pro virilibus[k] portionibus discretus est. Ideoque parens[l] pro tua portione sententiæ ob cessationem alterius ex causa iudicati conueniri non potes.

Summata est cum præcedenti. Vel sic: sententia contra plures tutores lata, in viriles intelligitur diuisa. Salycetus.

II. *Imp.* GORDIANVS A. *Aniano.* †

QVoties à tutoribus singulis procuratoribus datis, sequitur[*] in omnium[m] persona condemnatio: periculū sententiæ videtur esse diuisum[n]: ideoque quod ab vno[o] seruari non poterit, à cæteris exigi nō posse, explorati iuris[p] est.

TITVLVS LVI.

QVIBVS RES IVDIcata non nocet. †

Sententia lata contra coniunctam personam, non præiudicat coniunctæ personæ: nisi habeat mandatum, vel ratificet. Baldus. Vel sic: Licèt sententia sit lata contra coniunctam personam, non propterea præiudicat non mādanti, neque ratum habenti. Salycetus.

quòd cum ille qui in solidū vel in parte maiori tenebatur, nunc in virili teneatur, quòd sententia cōdemnatoria proficiat damnato. & sic est contra. *ff. de excep. rei iudicat. l. eandem.* Sol. hic in residuo videtur absolutus: & hic absolutoria est sententia proficit, non cōdemnatoria. 2 Vel dic quòd actio iudicati pro partibus datur, sed prima actio adhuc in solidū durat, vt prius: nec obiicitur exceptio rei iudicatæ: vt *not. supra titu. j. l. fin. in versic. si enim nouatur &c.*

l ¶ *Parens.* id est obediens.

QVoties.] CASVS. Tres administrauerunt tutelam alicuius pupilli, & ex mala administratione facti sunt debitores pupilli in ccc. & in solidū finita tutela pupilli, ad eū te pupillo iudicium tutelæ, & illis per procuratorem se defendētibus, condemnatus fuit procurator. licèt antē sententiam tenerentur in solidum, post sentētiā tenebūtur pro parte. & quod ab vno seruari non poterit, ab alio cōsequi non debet. Viuianus.

m ¶ *In omnium.* scilicet procuratorū, qui præsentes sunt: vt *supra de senten. l. j.*

n ¶ *Diuisum.* inter tutores, in quos fit executio, non in procuratores, nisi[b] se obtulissent: vt *ff. de procu. l. Plautius. & ff. de re iudic. l. iij. in princ.*

o ¶ *Ab vno.* s. dictorū condemnatorum.

p ¶ *Iuris est.* non nocet alteri, si alter nō est soluendo: *vt hic.* sed prodest alteri, si alter appellet, quamuis ipse nō appellet: vt *j. si vnus ex pluribus appel. l. j.*

QVIBVS RES IVdicata est.

Dixit quibus nocet: nunc quib. non nocet: licet videatur nocere.

SI neque.] CASVS. Habebam rē communem cum fratre meo: pro illa re egit Titius aduersus fratrem meum me absente: & obtinuit: an præiudicet mihi sententia, cū ei nō mandaui quòd me defenderet? Dicitur quòd non. & sic ponitur agere quasi impropriè, i. pro defendere. Vel dic quòd frater meus egit & succubuit, non præiudicat mihi sententia. Viuia.

a Sententia condemnatoria, lata aduersus plures collegas, ipso iure diuiditur in partes viriles. ... absolutoria verò ... pro portione ... non viriliter ...

† al. Manniano.

b Sententiæ executio in procuratorem non fit, nisi se obtulerit.

* insequitur.

† Iunge, de re iudicata, & subaudi hic, aut nō prodest. ex l. j. eo. titu.

a ¶ *Defensionem.*i.actionem.
b ¶ *Praescriptio.*i.exceptio.
c ¶ *Non oberit.*Imò videtur debere obesse, quia talis est persona quæ admittebatur sine mandato:vt ff. de proc.l.sed & hæ. Sed non sequitur quòd ideò obsit, vt]. de reb. credit. l.nec filium. & ff.iud. sol. l.ij.§.j.Agit ergo sine mandato quoad commodum: & facit ad.l.istã]. de except.l.pro portione. &]. res inter alios ac. l. ij. & ff. de iureiur.l. si duo. in prin. & l.si itaque.

R*Es inter alios.*] CASVS. Primò ponit regulam,deinde exemplum ad regulam, quæ talis est: Res inter alios acta, aliis non nocet, nec prodest. Si ergo neptis tua habeat cohæredē, & coheres conuentus, & condemnatus est, nepte tua absente, ei non præiudicat sententia.Accur.
d ¶*Irrogare.*hæc regula fallit vbicunque fit ius ex sententia:vt in causa inof. test. vt ff. de inoffi. test.l.Papinianus. §.fin. & ff. de stat. ho.l. ingenuum.
2 Item fallit in quatuor casibus qui sunt. ff. de re iudi. l. sæpe. §. fi.
3 Item in populari actione: vt ff.de iureiur.l. eum qui. §. in popularibus.
4 Item in publicis accusationibus: sub. reo absoluto: vt ff. de accusa. l.si cui.§ hisdem. hoc ita, nisi collusio detegatur: vt ff. de præua. l. iij. & de ap.l.si pro luserio. & de lib. ho. exhib. l.quod & lex.§. pe. & d.l.de iureiu..l.eum qui. §. in pupillaribus. ¶ Item in quibusdam fallit vt prosit, non vt noceat: vt ff.ad l.Iul. de adult. l. denunciasse. §. si absolutus. & ff. si seruitus vin. l.loci corpus. §. si fundus. & ff. de inoff. test. l. posthumus. §. si quis ex his. &]. de nat.lib.auth.si quis liberos.Accur.
e ¶ *Præiudicare non potest.*ad plenū, sed quale quale præiudiciū sit, vt ff. de iureiur. l. si duo. in prin. & ff. de app.l.à senten. &]. l.prox. & facit.]. de fid. instr. l.si veteris. &]. de transac. l. j. & de inof. test.l.cum duobus.
f ¶ *Iudicatum est.* f. contra te pro parte tua.

I*Vris.*] CASVS. Non solùm in ciuili causa res inter alios, &c. sed & in causa criminali.Si ergo aliquis in publico iudicio aliquē accusauerit, & cū eo colluserit: præiudicabitur aliis accusare volentibus, si non doceant de præuaricatione. Viuianus.
g ¶ *Accusationibus.* non tantum in ciuilib.quæstionibus, sed etiam in accusationibus.

Facit Gl.i. extra. de præscr. extra de transact.

b Res inter alios actæ quibus casibus præiudicent aliis.
Athenio te etc.
† Vebat ma terna vide in ca pe.cum glo i. extra de sen. tem. & re.iudi.

c Res inter alios acta quibus casibus aliis prosint.
iogetū.

d Res inter alios actæ aliis præiudicium nō faciūt plenum, sed qualequale.
e Præiudiciorū aliud plenum,aliud quale quale.

I. Imp. ALEXANDER A. *Masculino.*

SI neque mandasti fratri tuo defensionem[a] rei tuæ, neque quod gestum est, ratum habuisti: præscriptio[b] rei iudicatæ tibi non oberit[c]. Et ideò non prohiberis causam tuam agere sine præiudicio rerum iudicatarū. PP. Non. Maij. Alexand. A A. Coss.

Sententia super iure tertij lata nō patrocinatur neque nocet alteri. Bal. & Salyc.

II. Imp. GORDIANVS A. *Athenio.*

RES inter alios † iudicatæ, neque emolumentum afferre his qui iudicio non interfuerunt,neque præiudicium solent irrogare[d]: ideóque nepti tuæ præiudicare non potest[e] quod aduersus cohæredes eius iudicatum est[f], si nihil aduersus ipsam statutum est.

Sententia in criminali cum vno lata, non præiudicat alij. Bald. & Salyc.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS A A. & CC. *Honorato.*

IVris manifestissimi est, & in accusationibus[g], his qui congressi in iudicio non sunt, officere[h] non posse si[i] quid fortè præiudicij videatur[k] oblatum.

Non exemplis, sed legibus est iudicandum. Salyc. Vel sic: Sententia lata cum vno, non præiudicat alteri, nec eidem in simili negotio, & sic nō exemplis vel similitudinibus iudicandum est, sed legibus. hoc dicit secundùm Iacob.Butr.

IIII. Iidem AA. & CC. *Seueriano.*

NEc in simili negotio res inter alios actas[l], absenti præiudicare, sæpè constitutum est. Dat. Sirmij. VI.kal. Decēb. Cæs. Coss.

TITVLVS LVII.

COMMINATIONES, epistolas, programmata, subscriptiones,auctoritatē rei iudicatæ non habere.

Verba comminatoria obligationem non inducunt. h. d. secundùm Bald. Vel sic: Comminatio pœnalis facta à iudice, non habet vim stipulationis interpositæ à parte, nec rei iudicatæ. Salyc. Vel sic: Illa quæ requirunt causæ cognitionem, quia afferunt præiudicium,sunt expedienda per sententiam definitiuam, & causa cognita,si fuerint expedita sine causæ cognitione, non faciunt præiudicium etiam ei contra quem expedita sunt, quia dicit non sententia, sed comminatio,vel epistola vel subscriptio, vel programmata, quæ non transeunt in rem iudicatam, etiamsi non fuerit appellatum. h. d. totus titulus,sec.Paul.de Cast.

I. Imp. ANTONINVS A. *Rogatiano.*

NEc vim stipulationis[m] obtinere potest comminatio iudicis qui certas vsuras præstituros eos dixit qui intra certum diem debitum non exoluissent[n]. Pridie idus.Ianuar. Anton. A. IIII. & Balbino Conss.

Per epistolam non potest ferri sententia, etiam in fauorem reipubl. Salyc.

II. Imp. ALEXANDER A. *Maximo.*†

REi iudicatæ effectum non habet, quòd per epistolā[o] rector prouinciæ soluere vos pecuniam reipublicæ iussit. iiij. Idus Mart. Maxi. & Æliano Conss.

Sententia definitiua non reuocatur iudicis subscriptione. Bald. & Salyc.

III. Idem A. Zotico.

EA quæ† causa cognita[p] statuuntur, subscriptionibus[q] reuocari non posse, sæpè rescriptum est. PP. VI. Idus. Septembris, Albino & Maximo Consulibus.

Verbum iudicis indistinctè prolatum, necessitatem non importat, etiam scriptum in actis. Bald. Vel sic: Verba comminatoria non habent auctoritatem rei iudicatæ. Salyc.

h ¶ *Officere.* si secūdus accusator sit probaturus de præuaricatione primi:vt ff. de præua.l.præuaricationis.& dixi.]. l.prox.Accur.
i ¶ *Si.*i.quamuis.Accur.
k ¶ *Videatur.* vt si duo rei fiant adulterij, & aduersus matrem pronunciatum sit:vt ff. de adult.l.denunciasse.§.fin.

N*Ec similli.*] CASVS. Nedum in eadem causa, sed nec in simili, res inter alios acta aliis præiudicare nō debet. Viuianus.
l ¶ *Actas.* vel per sententiam,vt per totum hunc titulum, &]. de senten. l. nemo. vel quocunque modo: vt]. res inter alios acta.l.j.

COMMINATIOnes, epistolas, programmata, subscriptiones, auctoritatem,&c.
Qualiter aliis sententia nō noceat,dixit: nunc quando non nocet etiā ei cōtra quē est prolata, quia est comminatio,vt]. e.l.j. & interlocutio, vel epistola, vt]. e. l.ij.*vel programma.* de quo habes]. e. l. progrāma. *vel subscriptio.*vt]. e.l.ea. & l.iudex. *& hoc ideò, quia causa cognita & præsentib partib. cōgruo loco & tēpore magno cōsilio, & in scriptis est ferēda, & nō pūcti literis.*vt]. de sen.l.cū sētētiā.& de sent.ex pe. rec. l.ij. & quo. & quā. iu.l.ea quæ. &]. eo.l.fi.

N*Ec vim.*] CASVS. Debes mihi decē, iudex dixit tibi sic: nisi intra mēse debitū solueris pstabis vsuras cētesimas, an tenearis, quæritur?Dicitur q nō, quia comminatio vim stipulationis non obtinet,nedum sententiæ.
m ¶ *Stipulationis.*nedum sententiæ: vt & ff.de vsu. l.j.§.nec. Sed fallit hoc in illis casib. vbi potest sūmatì cognosci: quos no.]. de iud.l.iudices.
n ¶ *Exoluissent.*in vsuris tamē cōminatio operatur vt debeāt pupillis vsuræ à tutorib. vt ff. de adminis.tut. l.tutor qui repertorium. §. si deponi. Itē & alibi: vt ff. de offi.præ. vrb.l.j. §.tum patronus.& ff.de iudic.l.in peremptorio.
o ¶ R*Ei iudicatæ.*] Per epistolā nō ipse legere etiā psentibus partibus debet: vt]. de sent.ex peri rec.l.j.

E*A quæ causa cognita.*] CASVS. Iudex tulit sententiā vt debuit:sed postea subscripsit, per quod voluit reuocare sentētiam, an propter hoc reuocetur, quæritur? Dicitur quòd non.
p ¶ *Ea quæ causa cognita.* per definitiuam sentētiam.
q ¶ *Subscriptionib.* in eadem sententia vel alibi, quæ subscriptiones

† al. Maximiano. Conc.
† Concor. cum hoc. l.ca.audito.cum Gl. super verbo. intelligimus. circa fi. extra de rescr.

nes sint cōtrariæ sententiæ definitiuæ: secus in interlocutoria: vt *hic & ff. de re iudic. l. quod iussit. & de arbit. l. d em. §. j.* Sed Grammaticam & verba mutare tenore sententiæ perseuerante, bene potest: vt *ff. de re iudic. l. actor.* ¶ Sed an interpretari verbum dubium sententiæ potest idem iudex? Respond. quòd sic, secundùm H. vt *ff. de app. l. ab executore. in princ.*

[Nterlocutio.] CASVS. Præcepit iudex alicui soluere pecuniam: & si non intra certum tempus solueret, quòd daret duplum: an tale præceptum habeat vim rei iudicatæ, quæritur? Dicitur quòd non.

a ¶ *Voluntas.* condemnat aliquis in pecunia, sed summam, vel cuius monetæ sit, non interpretatus est.

b ¶ *Potius.* sic & *s. de sentent. l. ex stipulatione. &* *secud. l. j.* Accur.

[Vdex.] CASVS. Si iudex delegatus ad causam, eam examinare nec audire voluerit, sed diem partibus quo ipsi se præsentent, assignauit, & libellum alteri parti misit: & ei subscripsit, significans quod aduersarius in possessi. rei petitæ mitteretur: an huiusmodi scriptura vim rei iudicatæ habet, quæritur? Dicitur quòd non. Viuian.

c ¶ *Locum dederat.* id est secesserat: aliàs id est cessauerat. Accurs. sic enim dicim' in vulgari. vel verius, id est itauerat.

d ¶ *Debuit.* vt infra si p vim vel alio modo. l. si.

e ¶ *Datam.* ante diem fortè quo debebāt cōuenire.

f ¶ *Non ambigitur.* vt *ff. de regu. iur. l. omnia quæ.* Sed videtur contra. *ff. de acquir. possession. l. iuste.* Sed illud intellige si rite data est, etsi non iuste: quia bene fuit seruatus ordo iudiciorum.

P[Rogramma.] CASVS. Pone quòd iudex proposuit scripturā qua cōtinebatur, quòd qui ita faceret, ita puniretur. nam quid vim rei iudica. obtinet? dicitur quòd non. & hoc in prima. Idē est si alicui minatus fuerit nisi solueret: quia talis est cōminatio. Viuianus.

g ¶ *Programma.* cum idē in diuersis traditur libellis, tunc[a] dictum est programma: quasi[b] procedens gramma, id est litera quæ per diuersa dirigitur loca præcepto iudicis, secundùm Azo. Sic enim plerumque in cor. authen. ponitur. 2 Vel dic secūdùm Io. vt differat ab epistola, cum de ea hic in l. ij dicatur, quòd programma sit scriptura publicè proposita in albo.

Q[Vod magno.] CASVS. Iudex delegatus ad causam, sæpius debet interrogare an ita sit sicut dicit actor: & an velint partes plura dicere, & allegationes examinare. Cæterum si hoc non obseruauerit, sed literas miserit in quibus condemnet vel absoluat, partibus not. præsentibus: tale rescriptum non obtinet vim rei iudicatæ.

h ¶ *Quod magno conflictu.* i. præhabita partium examinatione. n causæ &c. vt *j. si per vim vel alio modo. l. fi.*

i ¶ *Sententia.* s. definitiua.

k ¶ *Temere.* i. non causa cognita: nec partib. præsentibus: vt diximus in rubri.

ad scriptis. / a Programma / ne g est. / † Nega. / gal. P. V.

III. Imp. GORDIANVS A. *Asclepiadoto.*

INterlocutio præsidis apud acta signata, vt nisi solutioni debiti is qui conuenitur, obsequium præstitisset, duplum seu quadruplum inferat: voluntas[a] potius[b] comminantis quàm sententia iudicantis est: cum placitum huiusmodi, ne rei iudicatæ auctoritatem obtineat, iuris ratio declaret.

Iudex debet audire & examinare, non fulminare. Bald. Vel sic: Fulminatio iudicis statim libellum exequentis non habet auctoritatem rei iudicatæ. Salyc.

V. Idem A. Iucundo.

IVdex qui disceptationi locū dederat[c], partium allegationes audire & examinare debuit[d]. nam subscriptionem ad libellum datam[e] talem quæ diuersam partem in possessionem fundi mitteret, vicē rei iudicatæ non obtinere. non ambigitur[f]. PP. XII. Kal. Feb. Gord. A. V. & Pompeiano Coss.

Litera præsidis in præsidali palatio posita, vel in prouinciam missa terrorem continentes, vel ipsius meram auctoritatem respicientes, non habent vim rei iudicatæ. Salycetus.

VI. Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPP. C. *Cassiano.*

PRogramma[g] si quod à præside prouinciæ propositum est, vim rei iudicatæ nequaquā obtinere potest: nec comminationem vim rei iudicatæ obtinere manifestum est.

Per sententiam altera partium confligitur: & alteri victoria datur: ideo cum paucis literis, & sine magna deliberatione ad illam non proceditur. Salyc.

VII. Imp. CONSTANTIN. A. *ad Bassum præfectum prætorio.*†

QVod magno cōflictu[h] sententia[i], decerni solet, id paucis literis temerè[k] descriptis* definiri fas non est. Dat. XV. Kalend. April. Cōstant. A. VI. & Maxi. Conss.

TITVLVS LVIII.

SI EX FALSIS INstrumétis vel testimoniis † iudicatum sit.

Sententia lata ex falsis testibus vel instrumentis, reuocatur falso probato, & quòd iudex tulit sententiam ex eo nisi de crimine falsi ante fuerit cognitum. Baldus vel sic: Sententia prætextu falsorum instrumentorum lata, rescinditur tribus concurrentibus seu conuenientibus: si falso sunt producta, & de falso non sit cognitum, & propter illa falsa sit iudicatum quod prodest ad tria, scilicet ad sententiam rescindendam, ad executionem impediendam, & ad solutum repetendum. hoc dicit totus iste titu. secundùm Bart. vel sic: Sententia lata ex falsis instrumentis vel testimoniis, reuocatur falso probato, & quòd iudex motus fuerit ex illis, etiam præter appellationem: nisi de falso primo fuisset cognitum. hoc dicunt prima tres leges huius tit. Vel si vis summmare quamlibet per se: Sententia lata ex falsis testibus vel instrumentis, reuocatur falso probato, & quòd iudex motus fuerit ex illis: nisi prius de falso cognitum fuerit. Salyc.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. *ad Bassianum.**

SI tabulas testamēti quas secutus proconsul vir clarissimus sententiam[l] dixit, falsas dicere vis[m]: præbebit notionem suam non obstante præscriptione[n] rei iudicatæ[o]: quia nondum de falso quæsitum est[p].

Appellatione non interposita subuenitur victa ex falsis instrumentis per restitutionem in integrum. Bald. & Salyc.

II. Imp. ALEXANDER A. *Optato.*

ET qui nō prouocauerunt[q], si instrumentis falsis se victos esse probare possunt: cum de crimine docuerint[r], ex integro de causa audiuntur[s]. P P. XVI. kalend. Oct. Iuliano. II. & Crispino Coss.

SI EX FALsis &c.

Deficit sententia propter omissam solēnitatē: vt supra sed & propter adiunctam falsitatem: vt hic.

S[I tabulas.] CASVS. Mota controuersia inter me & Titiū de hereditate Seiana, in qua dixit se heredē institutū, & ad probationem intentionis suæ produxit testamentum: iudex eum absoluit. volo postea arguere testa. de falso an possim, quæritur? Dicitur quòd sic: nec obstabit exceptio rei iudicatæ. Viuian.

l ¶ *Sententiā.* qua pronūciauit heredē ex eo testamento esse præferendum. Accur.

m ¶ *Vis.* ciuiliter vel criminaliter: vt *j. de falsis. l. damus.*

n ¶ *Præscriptione.* Cōtra. *s. de fide instrumentoru. l. vlti.* nō est contra: quia de falso hic non fuit quæsitum, sed ibi fuit.

o ¶ *Rei iudicatæ.* vt *ff. ne excep. l. qui agnitis. & s. de transactio. l. si ex falsis.* Accursius.

p ¶ *Quæsitum est.* secus, si fuisset in primo iudicio, quæsitum, licèt nō pnūciatum: vt *s. de fide instr. l. si. quæ est contra arg. ff. de excep. rei iudic. duob.* ¶ Itē instit. qui. ex cau. ma. non li. §. semel. cōtra. Sol. ibi dicit falsa, id est, nō iusta. & est simile ad principiū gl. quòd sufficit in iudicio hereditatis quæri de libertate, licèt nō pnunciet ur, vt *s. de ordi. iudi. l. j.* Accur.

E[T qui non prouocauerunt.] CASVS. Petebas à me decē, & ad probationē intētionis tuæ induxisti falsum instrumentū. iudex illud secutus, me condēnauit: si postea velim arguere instrumētum de falso: an possim, quæritur? Dicitur quòd sic: & probata falsitate ex integro causa ventilabitur.

q ¶ *Et qui non prouocauerunt.* Sed si prouocauerint, an videatur cōfirmare? nō puto: sed solo eo casu cōfirmatur quo falsus procurator egit. nam dominus appellādo, ratum habere videtur: vt *ff. de iudi. l. licet. & ff. rem ra. ha. l. cum minor. §. fi.*

r ¶ *Docuerint.* s. probata falsitate.

s ¶ *Audiuntur.* vt *& ff. de iudi. l. si prætor. §. Marcellus. & supra de fide*

† Sententiā prætextu falsorum testiū peronia corruptorū lata, mero iure v. tet. sed contra eum restitutio in integrū datur. v. tamē Socinū regul. 67. incipiente sententia prætextu. ad de Capellam Tholosanam decis. 182.

* Bissano. al. Vipsanio. al. Bissanio. al. Hypsanio.

a Sententia ex falsis vel testibus vel instrumentis lata contra praesentem (non minore tamen) rescinditur per in integrum restitutionem: nec est enim ipso iure nulla contra praesente & dolo aduersarij, ipso iure nulla est non dolo aduersarij, valet sed aduersus eam datur in integrum restitutio.

insti.l.si vteris. ¶ Sed qualiter sententia rescinditur probato falso? Resp. per in integrum restitutionem, vt ff. de re iud. l.diuus. nisi in casu, vbi ipso iure nō valet fauore minoris: vt 3. si ex fal. alle.l.j. & ij.

ADDITIO. Hoc quod gl. ista dicit de restitutione, verum est quando sententia propter falsa instrumenta est lata contra praesentem: sed si esset lata contra absentem, esset ipso iure nulla, vt l. si praetor. §. Marcellus. ff. de iud. & ibi not. Et istā materiā plenè examinat Bart. in d.l. diuus. ff. de re iud.

Sententia lata praetextu falsarum attestationum rescinditur, dum probabitur iudex visus fuisse illis. Bald. Vel sic: Sententia lata ex falsis testimoniis à iudice secutis, rescinditur. Salyc.

Falsam.] CASVS. Petisti decē à me, produxisti testes, iudex dicta eorum secutus, sententiā tulit, & me condemnauit: an postea arguere possim dicta testiū de falso, quaeritur? Resp. quòd sic, sed si nō probem eos falsum dixisse, & iudicem dictū eorū secutum me condemnasse, nō recedam à iudicato. Viuia.

III. *Idem A. Clementi.*

FAlsam quidem testationē[a] qua diuersa pars in iudicio aduersus te vsa est, vt proponis, solito more arguere non prohiberi, sed causa iudicati in irritum nō deuocatur[*], nisi probare poteris, eum qui iudicauerat, secutum eius instrumenti fidem[b], quod falsum esse constiterit, aduersus te pronunciasse. PP. vij. kalend. Septemb.

* deducatur.

b Testatio pro testimonio.

a ¶ Testationē. i.[b] attestationem, s. scripturam in qua dicta testium cōtinebantur, quae falsa erāt, vel quia falsum dixerunt, vel quia corruptus tabellio aliter scripsit, quàm dixerint. Et no. quòd dicit P. quod non retractatur sentētia per falsas attestationes, nisi pecuniae corruptela interuenerit, argu. ff. de re iudi. l. diuus. Tu dic idē[c] in testibus, quod in instrumētis, vt si ue interueniat pecunia, siue non retractetur sentētia, si falsò est prolata. est enim eadē[d] vis instrumentorum & testium, vt 3. de fid. instru. l. in exercendis. & testes[e] instrumenta[f] dicuntur: vt ff. de fid. instr. l. j. Item haec rubrica est generalis in testimoniis & instrumētis, & in praedicta l. diuus. sub. maximè.

Pendente causa restitutionis in integrum, in qua crimen falsi allegatur, cùm sit praeiudicialis sententia, non potest executioni mandari. Bald. Vel sic: Pendente lite super rescissione sententiae, tanquam ex falsis instrumentis latae, eius suspenditur executio, & sententia rescissa, soluti datur repetitio. Salyc.

IIII. *Imp.* GORDIANVS A. *Herennio.*

c Sententia ex falsis testibus (vt & ex falsis instrumentis) lata retractatur.

d Testium & instrumentorum eadem vis est.

e Testes instrumentorum appellatione cōtinentur.

f Instrumēti appellatio generalis testes etiam cōprehendit.

b ¶ Fidem. s. testis, vel testium: nam & ipsi instrumenta dicūtur: vt dixi: Vel dic quod mutat casum. ¶ Et no. oportere probari duo, & falsum, & quòd iudex ex eo iudicauit, inde est quòd si plura erāt instrumenta, vel plures testes, vel instrumēta & testes, licèt quaedam ex his sint falsa: si tamen alia vera sufficiunt, vt ex his possit dari sententia, non retractabitur, vt hic, & patet per omnes leges huius tituli. ¶ Item & hic signare potes econtra, & quasi ad omnes li. huius tituli, quod est. 3. de fid. inst. l. si. in fin. sed ibi soluitur super j. huius tituli.

IVdicati.] CASVS. Petis à me decem falsi instrumenti praetextu succubui: si postea velim arguere instrumentum de falso, an possim, quaeritur? Resp. quòd sic: nec mandabitur sententia executioni, si nondum solui quod iudicatū est, & si probè quòd solui, repetam. Viuia.

c ¶ Repetitio. impetrata in integrum restitutione, nisi in casu: vt dixi. 3. eo. l. ij. & ad hoc. 3. de sol. l. satis.

DE CONFESSIS.

Dixit de verè condemnatis, sequitur de quasi condemnatis, l. confessis, & differt hic titulus ab illo de interrog. actio quia hic post litem contestatam, ille ante litem contestatam locum habet. Accur.

a Hinc colligunt quod si instrumentū per aliquem producatur, is regulariter in totū & nō in parte ei stare cogatur, v. tamen Socinū regul. 186. in tip. de instrumentum.

b Confessi in iure contra se pro iudicatis quodammodò habentur opinione Ioannis.

COnfessos.][a] CASVS. Petij à te. x. tu interrogat[us] an deberes, cōfessus es: an de caetero sit litigandum? Dicitur quòd non.

d ¶ Confessos in iure. lite contestata, & in loco vbi redditur ius, & apud praesidem.

e ¶ Pro iudicatis. s. sub. quātum ad hoc, vt amplius contra ipsos non quaeratur.

f ¶ Placet. vt & 3. de repu. hare. l. fin. & de fi. inst. l. si aduersarium. & ff. eod. l. j.

h ¶ Soluere. sci. accepta, puta mutuò. ¶ Et quia haec regula confessos, &c. multas habes oppositiones, ideò dicit Ioā. sic eā formādam[b]: Cōfessus in iure cōtra se certum quid, quod ius & natura non respuit, vel factū cuius nomine cum alio possit esse actio in causa pecuniaria, pro iudicato habetur. 1 ¶ In iure ideò dicit, quia extra[a] ius non valet, vt ff. de interrog. act. l. j. in fin. & l. fin. & 3. de tar. & fact. ignor. l. cùm falsa. nisi fiat ad liberandum: vt auth. de testi. §. & licet. coll. vij. & ff. de pact. l. tale. in prin. Vel nisi [illegible] ad obligandū cum[b] causa: quo casu distinguitur causa mutui, & dotis ab aliis: vt dixi. §. de nō nu. pe. l. generaliter. Sed Ia. antiquus dicit valere etiā extra ius, & etiam sine causa ad obligandum: & sic intelligebat. 3. de tar. & fa. ign. l. cum falsa. Sed aliter ibi exponimus. Itē p se inducebat quādā falsam auth. quā hic habebat, quę sic dicit, si debitor fuerit cōfessus de debito, vel de aliis rebus coram vicinis & amicis, ac si corā iudice confessus fuisset p eo habetur, & dicebat extrahi de cor. de testib. §. & licet. col. vij. Sed vt dixi, ad liberandum ibi dicit nō ad obligandū. Item pro eo. ff. de his qui not. infa. l. quoniam. Sed ibi in iure trāsegit. Et intellige in iure, vbicunque sit iudex: vt ff. de interr. act. l. voluit. §. quod ait praetor. Vel aliter vt ibi notaui. 2 ¶ Itē cōtra se dixit quia pro[c] se nō habetur ei fides: vt ff. de interrog. act. l. de aetate. §. j. & 3. de proba. l. exemplo. & in authe. de iureiuran. à mo. §. j. col. v. 3 ¶ Certum ideò dixi quia si incertū, cogendus[d] est certificare: vt ff. eo. l. certum. vt si confiteatur haeres Stichum vel Pamphilum relictum cogitur certificare quem. 4 ¶ Item quòd ius[e] & natura nō respuit, dixit q a & si cōfiteris filiū eū, q maior est quā tu, vel hominē liberū tuum seruum, vel foeminā habere liberos in potestate, non valet: vt ff. de interr. act. l. confessionibus. & l. si is. 5 ¶ Item subiicit, vel factum cuius, &c. quia si confiteatur à se seruum occisum, qui[f] nec vulneratus est, non tenetur: vt ff. ad l. Aquil. l. Neratius. §. fi. & l. seq. & ff. eo. l. qui Stichum. 6 ¶ Item in causa pecuniaria, quia in criminali non statur statim confessioni, imò volens perire potest defendi, nec habendae sunt cōfessiones reorum pro exploratis facinoribus, vt ff. de appel. l. non tantùm. & de quaest. l. j. §. diuus. condemnatur ergo reus si perseuerat in[g] confessione, vt in eo. tit. de quaest. l. j. §. si quis vltro. 7 ¶ Itē dixit habetur pro iudicato, vt etiam non debeat damnari amodò, secundū quosdā, sed statim tempora quatuor mensium currunt confitenti, vt ff. eo. l. certum. §. fi. & ad l. Aqui. l. proinde. j. §. fin. Tu dic contra[h], vt ff. de iud. l. de qua re. & ff. eo. l. Iulianus. Et quod dicitur, nullae sunt partes. s. in cognoscendo, sed in pronunciando, sic & d. l. certum. §. fi. ante litem contestatam loquitur. De criminali autē cōstat q dānatur post confessionem: vt ff. de cust. reo. l. si confessus. & 3. de poenis l. si cum reo. Et si quaeras, quid prodest damnari confitentem post confessionem, cùm ex confessione datur in factum? Resp. posito hoc nihil obstat & aliam dari ex sententia, sicut ex iuramēto datur, & tamen sequitur sententia, vt 3. de iureiu. l. actori delato. & hoc si lis fuerit contestata, alias sufficit in confessum dari quoddam praeceptum in certum diem: vt ff. de iud. l. si debitori. 8 Item est necesse quòd sit maior xxv. ann. quia cōfessio impuberis[i] nō valet, adulti licèt valeat, restituitur: vt ff. eo. l. certum. §. fi. Tutoris tamen, vel curatoris, vel procuratoris confessio non valet: vt d. l. certum. §. sed an & ipsos. quod quidam intelligunt si probetur à domino cōtrarium, & sic est consuetudo: Vel non valet, si petet minor restitui: Vel nō valet, si fuerit absens: secus si minor fuerit praesens. Item est necesse quod spontè confiteatur, aliàs non valet, vt dixi per l. ff. de quaest. l. j. §. diuus. & §. si quis vltro. 9 Item est necesse quòd fuerit sciens, quia errans in facto, non fatetur, vt ff. eod. l. non fatetur.

IVdicati executio solet suspendi †, & soluti dari repetitio[c], si falsis instrumentis circumuentam esse religionem iudicantis, crimine postea falsi illato, manifestis probationibus fuerit ostensum. PP. V. Id. Sept.

TITVLVS LIX.

DE CONFESSIS.

Confessus pro iudicato habetur, & hinc est quod à propria confessione recedere nemo potest. Bald. Vel sic: Confessus in iure habetur pro condemnato, & contra eum potest fieri executio. h. d. secundùm Bart. Vel sic: Confessus pro condemnato habetur, ideo à propria confessione, sicut nec à sententia non receditur. Salycetus.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Iuliano.*

COnfessos[d] in iure pro iudicatis[e] haberi placet[f]: † quare sine causa desideras recedi à confessione tua, cū & soluere[h] cogeris. Accepta III. Kalendas Octob. Gētiano & Basso Consulibus.

a Confessio extra iudicium facta, valet ad liberandum.

b Confessio extra ius cum causa facta, valet ad obligandum, de iure autem valet: & refutata super eo solū ... Sed quid ad pias causas. Confessionē vel extra ius factā ad pias causas factam valere scribit Tiraquellus, priuileg. 113 pia causa.

† Sic dicit Pap. in c. venies. extra de test. quòd si dicatur sententia lata ex falsis, & probatur quae velit, suspenditur executio sententiae, sicut & in casu huius l.

† Cone. c. cum super extra de confe. Ita vide bonam Gl. de hac materia in c. fin. extra eo. tit.

c Confessus in iure sua confessione nihil sibi iuris adquirit.

d Cōfessus in iure incertū id certius cōfiteri atq. exprimere debet.

e Confessio eius quod iure vel natura fieri impossibile est, tametsi in iure facta sit, nihil tamen operatur, debet enim cōfessio cōtinere verū & possibile. Tiraq. Pōtinib. trac. de iamlis nu.

f Confessus se occidisse ad sui defensionē, ex sua cōfessione condēnatur si tamē certò cōstet eum de quo cōfitetur occisum esse, atque ita eius cōfessio diuiditur. Marsil. sing. 185.

g Cōfessus crimen non statim pro iudicato habetur, sed tum demum, cum in sua confessione perseuerat.

h Confessus vel in iure, etiam sententia iudicis dānādus est: neo aliàs habetur pro iudicato, quàm si damnatus sit. Iudex ex eo casu nō cognoscit, sed pronūciat: vt petes actionem in factum ex confessione. detur actio ex sententia iudicis. Gl. d. l. conf. ff. eod.

i Confessio impuberis nō valet.

cuius probationem potest inducere vsque ad sententiam, vt ȝ. de iur. & fa. ignor. l. error. 5 Item quòd præsente [a] aduersario: vt ff. eo. l. certum. §. si quis. & de interrog. act. l. fin. 6 Item quòd non [b] sit res fauorabilis, quæ per cõfessionem remouetur, vt matrimonium: idẽ dici potest de libertate, si quis se seruum confiteatur, vt ȝ. de libe. caus. l. interrogatam. & l. parentes & l. liberos. j. & v. Sed si in figura iudicij confiteretur, bene valeret: vt in eo. tit. l. penul. 7 Itẽ quòd non fiat in [c] fraudem fortè creditorũ, vt ff. quæ in fraudem credi. l. v. Vnde versus. Maior, sponte, sciẽs contra se, vbi ius sit & hostis. Nec natura rei, fauor, aut ius, fraus've repugnet. ¶ Illud not. qđ cõfessio [d] valet sine interrogatione, vt ff. de interrog. act. l. si sine. ¶ Itẽ quo iure compellã aduersariũ meum ad huiusmodi responsiones? Resp. per officium [e] iudicis, per hunc titu. & per auth. de his qui ingr. ad ap. §. fin. col. v. ¶ Item quærit quare [f] ille qui quærit, semp prædicit quid ipse credit. Resp. ne videatur calumniosè petere. per eandem auth.

RES INTER alios, &c.

Hic titulus loquiř de indicatis, & actis extra iudicium, sed ȝ. quibus res iudicata non nocet, loquitur de iudicatis tantum, quæ ibi dicitur, & ibi potes repetere.

INter.] CASVS. Res inter alios, &c. Sic ergo cohæres meus conuentus a creditore hæreditario succubuerit, vel soluere cœperit: an præiudicet mihi, quæritur. Resp. quòd non. Viuia.

a ¶ *Constitutum est.* vt *ȝ. supra locati. l. circa. & infra de excep. l. ij. & ff. de iud. l. si petitor. & ff. de excep. l. Modestinus. & ff. de iureiur. l. quia. & ff. qui po. in pignor. l. Claudius.* Sed fallit, vt diximus. ȝ. *qui. res iudic. non nocet. l. ij.* Item fallit etiam in actis extra ius, nã quandoque nocent: vt ȝ. *de quadri. præscr. l. bene à Zenone. & de commun. re. alie. l. ij.* Item quandoque prosunt [g] acta inter alios aliis, vt ȝ. *de diu. rescrip. l. si libellum. & ȝ. de temp. in int. rest. l. petendæ. & ff. quemadmodum ser. amit. l. si communem. j. resp. & ff. de iureiur. l. si duo. in prin. & §. si quis iurauerit. & §. Marcellus. & ȝ. ad exhib. si res.*

a Confessio præsente in iudicio aduersario fieri debet, ut valeat, & non valet [illegible].
b Confessio nec est fauorabilis remouere non potest, vt [illegible] fauore libertatis & matrimonii, & in quo sibi præiudicat, etsi in figura iudicii confiteatur.
c Sic legitur in plerisque manual. Acta autem intelligi possunt per pactum aut contractum aut delictum, iudicata vero per sententiam iudicis. Confessio debitoris in fraudem creditorum non valet.
d Confessio valet sine interrogatione.
e Confiteri quis cogitur officio iudicis.
f Acta facta cum vno iudicio, in alio inter diuersas personas non probant, neque aliis præiudicant, vt tamen hic & apud Socinum regula 6. exceptiones.
* al. Pagato. & al. Epigato. al. Epagato.
† al. Portuna. al. Fortunæ.
g Acta inter alios quandoque aliis prosunt.

TITVLVS LX.

RES INTER ALIOS acta [*] vel iudicata, alius non nocere.

Agnitio seu solutio debiti facta per vnũ ex hæredib. non præiudicat cohæredibus negantibus. Sal. Vel sic: Gesta per vnum alteri non nocent, etiam si sint gesta extra iudicium, secundùm Paul. de Castro.

I *Impp.* DIOCLETIANVS, & MAXIMIANVS AA. CC.

INTER alios res gestas, aliis non posse præiudicium facere sæpe constitutum est [a], vnde licet quosdam de hæredibus eius, quem debitorem tuum fuisse significas, soluisse commemores: tamen cæteri non aliàs ad solutionem vrgentur, nisi debitum probatum fuerit. V. Kal. April. Byzantio AA. Coss.

Transactio cum vno facta, alteri non præiudicat, & qui rẽ quam donauit, postea cum alio diuidit, in præiudicium donatarij nihil agit.

II. *Iidem AA. & CC. Epicrati.* [*]

INter alios factam transactionem absenti non posse facere præiudicium, notissimi iuris est. Quapropter adito præside prouinciæ, auiam tuam mancipium tibi donasse proba: ac si hoc iure ad te pertinere perspexerit, restitui tibi prouidebit. Neque enim si te absente diuisionem eius fecerunt [b], aliquid iuri tuo derogari potuit. [c] S. Id. Apr.

Frater non præiudicat fratri paciscendo, vel agendo sine mandato. Salyc.

III. *Iidem AA. & CC. Fortunatæ.* [*]

SI cum fratre tuo mariti successisti: frater pro portione tua cum debitoribus hereditariis, paciscendo vel agendo non ex tua voluntate, pro hæreditaria parte tibi quæsitam [d] obligationem extinguere non potuit [e]. V. Idus Octo. Retriæ. AA. Coss.

INter.] CASVS. Auia mea dedit mihi mancipium, de quo passa controuersiam cum Titio, transegit cum ea Titius, an ea præiudicare mihi poterit, quæritur? Dicitur quòd non. Idem est si habeam tecum rem communem, & eam me absente diuiseris, quia non præiudicabit mihi diuisio. si tamen successi matri meæ cum fratre meo, frater meus cum debitorib. hæreditariis fecit pactum de non petendo me irrequisito, an obligatio pro parte mea sit extincta, quæritur. Dicitur quòd non. Viuianus.

b ¶ *Fecerunt.* quasi esset commune cũ alio, cũ totum fuerat auiæ. & fuit facta animo trãsigẽdi, cùm aduersarius totũ sibi assereret.

c ¶ *Potuit.* vt ȝ. *fam. erc. l. cohæredibus. & de re. cre. l. nec filium. & ff. de pet. h. l. si petitor. & de re iud. l. de vnoquoque.*

d ¶ *SI cum fratre.*] Quæsitum. ex l. xij. tabul.

e ¶ *Non potuit.* vt j. de excep. l. ij.

DE RELATIONIBVS.

SQuia iudex quando dubitat, refert consilij causa, ideo de his dicit.

Si quis iudicum.] CASVS. Iudex qui cognouit de aliqua causa, dubitabit qualiter deberet de iure ferre sententiam: an possit referre quæstionem ad principem, vt eam determinet, quæritur? Respond. quòd potest antequàm ferat sententiã, quia si iam tulit, appellari poterit: nec potest litigatorem terrere dicendo quòd causam retulit ad principem, iudex autem cùm refert debet pri' causam examinare, & exẽplũ cõsultationis siue relationis debet dare partib'. & si litigantes viderint quòd illa relatio nõ sit benè facta, quia iudex nõ posuit plenè omnia in epistola quã mittit ad principem, poterũt appellare.

TITVLVS LXI.

DE †RELATIONIbus.

Habens referre, pronunciare non potest. Item si primò pronunciauit, relatio sua appellationem non impedit. Item debet referre factum instructũ, non instruendum. Item copia relationis partibus edi debet. Et si displiceat alicui, contradicat incontinenti. Bal. Vel sic: Qui dixit se velle referre, non debet iudicare: & si primò pronunciat, relatio sua appellare non impedit. Item negotium debet referre plenè instructum, & copia relationis debet edi partibus, vt si alicui displiceat, statim apud acta contradicat. Salyc.

I. † *Imp.* CONSTANTINVS A. *Profuturo* P. F. *Annonæ.*

SI quis iudicum duxerit esse referendum, nihil inter partes pronũciet [f], sed magis super quo hæsitãdũ [g] putauerit, nostrã consulat [h] scientiam: aut si tulerit sententiam [i], minime postea, ne à se prouocetur, relatione præmissa terreat litigantes [k]: sciens quòd si hoc fecerit, nihilominus iure appellationis res agitabitur [l].

Sed nec ad nos mittatur [m] aliquid quod plena instructione [n] indigeat. Quoties autẽ † ad nostrã scientiã iudex se polliceat relaturũ, consultationis [o] exemplũ [p] litigatorib. †ilico edi [*] apud acta iubeat: vt si cui [q] fortè relatio minus plena, vel contraria

f ¶ *Pronunciet.* hoc fallit in casu, vbi primò fert sentẽtiã, sic deide principi scribit, vt æstimet an sentẽtia sit sequẽda, putà si præses prouinciæ deportauerit aliquẽ in insulã: vt *ff. de inter. & rele. l. inter pœnas. & de testam. ...tab. test. l. si quis filio. §. quid tamen. & de leg. iij. l. j. §. hi qui.*

g ¶ *Hæsitandum.* i. dubitandum.

h ¶ *Consulat.* Imò videt vetari relatio: vt ȝ. *de pe da. iudic. l. placet. ij.* sed ibi in delegato dicit. Itẽ ibi referebat ad iudicãdũ. Aut [a] ergo fit relatio propter factum, & fieri non debet: vt *ff. de iudic. l. cum quem. §. iudicibus.* aut [b] de iure, & fieri potest, vt *hic: & in authe. de iud. §. fi. col. vj.* Aut [c] vt odium euitet, quod non permittitur, vt *in auth. vt iudic. non expect. sacras iuss. §. j. col. ix.* quam quidam habent hic, nouo iure, &c. Sed propter [d] defectum iurisdictionis refert quandoque ad iudicandum: vt *j. de fal. l. vlt. & ff. de offic. proconsl. l. solent. & l. si quid.*

i ¶ *Sententia* post relationem ante habitum respectum.

k ¶ *Terreat litigantes.* quia facta relatione dedit sententiam, & terrebat litigantem ne appellaret, sed expectaretur rescriptum.

1 Vel dic quòd post sententiam referre volebat & secũdum primam habeas, præmissa: secundùm aliam, promissa.

l ¶ *Agitabitur.* fingitur enim recepta, cùm non stat per appellantem quo minus conferat: vt ȷ. *de his qui per met. iud. non appel. per totum. & ad hoc ȷ. titu. j. l. nouum. & l. ex illo. & l. iubemus. & ȷ. de offic. vicar. l. fin.*

m ¶ *Mittatur.* p sentẽtiando à se, nisi esset cõmissa sola audiẽtia.

n ¶ *Instructione.* i. clarificatione in factum.

o ¶ *Consultationis.* i. relationis.

p ¶ *Exemplum.* i. trãscriptum, exemplificat enim quæ scripta sunt partium confessionibus, siue re dictis testium.

q ¶ *Si cui.* sub. litigantium.

† Elegantissima relationũ exempla vide apud Symmachũ l. x. lib. 1. epist. Com.

† Ex C. Th. 11. ...

a Relatio ad principẽ propter factum fieri non debet.
b Relatio de iure fit ad principem.
c Relatio ad principẽ odij causa fieri nõ debet.
† hæc posterior pars sumpta est ex l. 5. C. Th. eo. tit.
d Relatio ad principẽ defectu iurisdictionis interdum fit.
† Concor. glo. super ver. illa. ...
* olim intra decem dies. l. ... C. Theo. eo.

videatur, is refutatorias preces[a] similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione offerat. Dat. iiij. Kal. Feb. Sirmio. Constantin. A. V. & Licinio Coss.

IN AVTHENT. VT iudices non expect. sacras iussio. §. j. col. ix. constit. iiij.

NOuo iure causa perfectè examinata sententia terminetur, quæ executioni legitimæ demandatur, nisi ab ea fuerit appellatum.

Relatio dicitur plena, quando plena veritas in ea continetur, & in causa est conclusum lapsu omnium terminorum, vel partium consensu. Bald. Vel sic: In causa criminali relatio est permissa. Salyc.

II. † Impp. VALENT. & VALENS AA. *ad Florentium præfectum prætorio.*

SVper delictis prouincialiũ nunquam[b] rectores prouinciarum ad scientiam principũ putent esse referendum, nisi ediderint[c] prius consultationis exemplum, quippe tunc demũ relationibus plena veritas[a] est, cum vel allegationibus repelluntur †[d], vel probantur[e] assensu. Datum iij. Kalend. Ian. Treu. Valentinia. & Valente AA. Coss.

Pendente relatione, iudicis officium conquiescit. Bald. Vel sic: In relatione & consultatione fienda principi, debent acta publica mitti. Salycetus.

III. † Iidem AA. & GRATIANVS A. *ad Apodemium.*

SI quando ratio aut[f] necessitas est in negotiis nostra iudicia[g] requirendi, expectandique responsa: omnes omnino causas †, relationis series comprehendat: vt recitata cõsultatione, quæ ita[h] est dirigenda, propemodum[i] actorum recensione[k] non sit opus: actis etiam[l] necessariò sociandis. Dat. vj. Id. Maij Treu. Valentiniano. NB. P. † & Victore Coss.

a ¶ *Refutatorias preces*. i. appellationẽ. Appellatur[a] ergo à consultatione semplena antequam mittatur, non postea: sed à sententia quam refert iudex, sic: vt *ff. quando ap. sit. l. j. §. j. respon. & l. fina.* Alij dicunt quòd non appellatur, sed dicitur qualiter non benè stat relatio, quod si non dixerit, consentire videtur per dict. ll. quando appellandum sit, nõ autẽ appellet: vt *ff. de app. l. j. §. quantum.* Sed ibi intelligitur ex necessitate &c. Azo. pòt tamẽ sic vult, vt hic dicitur.

S[Uper.] CASVS. Prouinciales cõmiserũt delictũ: iudex cognouit de delicto, sed dubitat ferre sentẽtiam: potest referre ad principem: debet tamen dare partibus exẽplum relationis, vt eam approbent, vel reprobent.

b ¶ *Nunquam*. in casu remittit ad principem: vt *in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. interdicimus. in fi. tit. col. ij.*

c ¶ *Ediderint*. s. partib.

d ¶ *Repelluntur*. s. partes: quia fuit statuta dies ad allegãdum, & nihil dixerunt. Vel dixerunt quod noluerũt. Vel dic repelluntur, s. relationes.

e ¶ *Probantur*. relationes, quia visis eis ambæ partes cõsenserũt quod bene fuit, & hoc quando iudex dubitat. Si verò fingat, punitur si referat, vt *§. de offic. præf. præt. Orien. l. antep. n.*

S[I quando.] CASVS. Quando iudex vult referre ad principẽ, debet pri[us] examinare causam, & omnia causæ acta debet bene cõprehẽdere, & in scripturã redigere, & eã principi mittere, ita quòd nõ sit necessariũ vt acta recitẽtur, item scripturæ in quibus continentur quæ acta sunt in causa. Vivian.

f ¶ *Aut*. pro id est.

g ¶ *Iudicia*. i. consilia.

h ¶ *Quæ ita*. s. plenè, vt dixi. *j. tit. j. l. ne causa.*

i ¶ *Propemodum*. i. ferè. q. d. non est necesse vt per se scribatur exemplũ actorum, & per se consultatio, sed totũ simul cõtineat, & quod subiicit, actis, &c. s. originalibus. & facit ad hoc. *§. de prec. impe. offer. l. fin.* quod vltimum dicit H. ex voluntate fieri quod non placet.

k ¶ *Recensione*. s. separata.

a Refutatorias preces ppetã. Accursius hic interpretatur appellat onẽ Nã cum non liceat appellare à consultatione, quo modo refutatorias preces appellat appellationẽ? Sunt autẽ refutatoriæ preces, quæ & supplementa videtur apud Symmachum appellari, scripta quædam quib. iudic. iniuria in iudicando vel consultando exponuntur, quibusque relatio iudicis siue apostoli à iudice transferantur. nam relationis verbum & apostolos quoque complectitur.

† Ex C. Theod. lib. xi. ti. 29. l. j.

† C. Th. mutuas. C. Th. refutantur.

† Ex C. Th. lib. xi. tit. 29. l. 4.

† al. omnem omnino causam.

DE APPELLATIONIBVS, &c.

Quia sententia lata fiunt appellationes & consultationes, ideò de his subiungit post sententias.

P[Rius.] CASVS. Conueniebas me vti possid. ne ego inquietarẽ te, ego volo te cõuenire interdicto vnde vi, quia dico te expulisse me de possessione, iudex cùm debuit primò te audiuisse, & cognouisse de interdicto vti possideris, cognouit prius de violentia, & ideò appellatum fuit, an ritè sit appellatio interposita, quæritur: Dicitur quòd sic. Sed dic casum vt not. in gloss. & melius quatuor modis. Viuia.

l ¶ *Prius*. Pone casum quòd duo se possidere cõtendant: nec cõstabat quis possideret, primò[a] de possessione, quis possideat, postea de inquietatione, siue violentia cõmissa, etiam inquirẽdo, & quis & ad quem venerit possidẽtem, cognoscitur. Sed huic. l. est contra. *j. ad l. Iul. de vi. publ. l. si quis.* sed ibi constabat quis possideret, hic non. 2 Vel pone casum secũdò, cùm tractaretur causa possessionis, vnus alteri intulit vim, nihilominus de possessione debuit expedire, quod si nõ fecit, appellatur. 3 Tu dic tertio secũdùm Ioa. cũ tractaret causa possessionis proposito interdicto, vnde vi, vel cõdictione ex lege, si quis in tãtam, 4 cùm tractaretur causa ciuilis, proposuit & criminalẽ accusationem legis Iuliæ de vi, & iudex super accusatione pronũciauit malè fecit: vt *ff. vi bon. rap. l. ij. §. j. & ff. de public. iudi. l. iiij.* & ideò appellat. Huic positioni videtur contra *ff. de iudic. l. si de vi. & ff. ad l. Iuliam. de vi. l. qui cætu §. j.* Sed in vtraque earũ pone vim pro possessione violenta, & possessionẽ pro proprietate, & sic concordant. Item cõtra *§. de sen. & interloc. om. iud. l. prolatam.* sed aliud est ferri sententiam cõtra ordinem in eadẽ causa, quo casu ipso iure nõ valet: vt ibi, aliud quãdo in diuersis attẽditur ordo: *vt hic.* Item similiter secundum hũc casum nõ est cõtra. *j. quæ. sin. a. l. crimina. l. j.* 4 Quatuor ponunt casum, cum quidã accusaret aliũ lege Iulia de vi, dicẽs se expulsum: aduersarius dicit hunc nõ possedisse, & volebat de possessione agere, & iudex pronũciauit prius de vi, postea de possessione agi: Sed nõne ipso iure est nulla, cũ sit cõtra legẽ? Resp. imò est aliqua, quia iudex putauit causam legibus iuuari: vt *ff. de re iud. l. cum prolatam.* Sed hoc non placet, quia non super vi, vel possessione fuit pronũciatũ, sed super modo agendi, vel ordine, prima & tertia placet.

ADDITIO. Cont. Finge actum fuisse interdicto de vi & vi armata ab eo qui conquerebatur se vi à possessione sua deiectũ, atque iudicem statim vi probata ab actore, sententiã in reum dixisse non exacta prius ab actore suæ possessionis probatione, hoc ergo casu Imp. respondit de possessione prius cognoscẽdum fuisse, hac scilicet ratione, quòd non possidẽtem possumus vi repellere impune. *l. j. §. cum qui. & §. vim vi. ff. de vi & vi ar. vt latius docui in comment.*

m ¶ *Violentiæ*. s. in possessione admissæ instituta accusationis l. Iul. publicæ, vel priuatæ, cuius pœna est. *inst. de pub. §. item l. Iul. de vi.*

n ¶ *Prouocatum est*. vt à sententia contra æquitatem data, quæ hodie contra ius est: iure iam super eo constituto per l. istam secundum quosdam.

TITVLVS LXII.

DE APPELLATIONIBUS †, & consultationibus.

Quando peruertitur ordo vnius causæ ad aliam sententia tenet, licet possit per appellationem rescindi. Bart. Vel sic: Prius debet terminari quæstio possessionis, quam criminalis. Bald. Vel sic: Ista lex legitur varijs modis secundum primam lecturam, h. d. Prius de possessione si quis possessor fuerit debet cognosci, quam super turbatione pronunciari secundum secundam lecturam, h. d. Si iudex pronunciat prius super crimine violentiæ, quàm super possessorio prius intentato, iuste prouocatur secundum Salyc.

I. Sententia diui SEVERI A. data in persona Marci Prisci, Iulio Lateran. Pompeiano & Auito Coss. †

PRius[l] † de possessione pronunciare, & ita crimẽ violentiæ[m] excutere præses prouinciæ debuit: quod cum non fecerit, [iustè ab eo][*] prouocatum est[n].

Duas habet lecturas. Prima est quod loquitur in delegato principis, & sic in sententia lata ex delegatione. Secunda in lata ex consultatione, secundum primam, h. d. A delegato principis appellatur, non obstãte quòd illius auctoritate fungatur. Vel sic secundùm secundam lecturã: A sententia lata secundum responsionem principis factam relationi seu consultationi iudicantis, potest appellari. Salyc.

II. Imp. ALEXANDER A. *Plautiano.*

NOuum[o] quod postulas, nõ est, quòd etsi rescripti

o ¶ N[Ouum.] Pone casum quòd appellatur[b] à sentẽtia iudicis delegati à principe, vt & *j. l. eos.* & de rescripto delegationis hic dicit, nõ autẽ dicitur in rescripto quòd nõ possit appellari. quod solus

a Sententia lata cõtra ordinẽ iudiciorum valeat.

† Nobilis puero, sic nobilius imperatorum solebat vocari: hodie Hispani vocant Infantem, &c. Cont.

† in C. T. additur, & prouocatum. Cont.

† Conc. cum hac l. Gl. super verb. competenda (?) [illegible] de causa possess. & propriet.

† prouincia: legitur in vetere manuscr. [illegible] Cont.

b Appellari potest à sententia iudicis à principe delegati.

† Senteut. A. dixit, hoc addendum est ex manuscr. [illegible] An. Cont.

solus princeps potest dicere: quia tunc nō appellatur: vt ff. à qui. ap. non licet. l. j. §. fin. 2 Vel pone secundo quòd iudex ostēsis literis[a] consultationis partibus sicut debet, vt j. tit. l. j. consuluit principem: & habuit responsionē: appellabit non à literis consultationis, quas iam approbauerat: nec à rescripto, quia cōtra principē[b] non appellatur: sed cōtra sententiam iudicis. 3 Vel si ante relationē declarat, sententiā quā quandoque sit: vt ff. quando ap. sit. l. j. in prin. appellabit[c] ab ipsa iniquitate iudicis, quasi mēdaciis onerauerit eū apud principem: & habes hoc casum ff. eo. l. j. § quæsitum. & ad hoc. ff. quando ap. sit. l. j. in princ. & l. fin. quæ vltima videtur contraria primæ. Sed vt dixi, vltima dicit à literis non appellari post habitam iam responsionem, quasi[b] approbauerit, sed & antea potuit: vt in prima. & j. tit. l. j. Alij dicunt quòd vltima non soluit, sed quærit, & in prima datur solutio.

a ¶ *Appellare à consultatione principi facta, non potest, quo consentiente consultatio facta est à iudice.*
b *Appellari non potest à literis principis.*
c *Appellari potest à mendacio consultationis iudicis principi facto.*
d *Approbasse consultationē principi offerendā is videtur, cui ipsius consultationis formula semel communicata est.*

mei auctoritas intercesserit[a], prouocandi tamen facultas tibi non denegetur.

In præiudicium appellationis interponendæ, vel etiam interpositæ, etiam si sit reiecta, nihil debet innouari. Bald. & Salyc. Vel sic: Appellatione interposita, iudicis officium conquiescit. Bart. Vel sic: Appellatione reiecta, vel etiam pendente, nihil debet innouari pro sententia executionis. h. d. Vel sic: Post appellationem interpositam nihil est innouandum à iudice à quo, vel per partem quod sit contra appellationem: etiam si appellatio non fuerit à iudice à quo recepta: sed omnia debent remanere in eodem statu, in quo erant tempore sententiæ, secundùm Paulum de Castro.

a ¶ *Intercesserit.* vt fraudatoritatem præbui.

Appellatione.] CASVS. An appellatione interposita manere debent omnia in suo statu, quæritur? Dicitur quòd sic, ac si admissa sit appellatio.

b ¶ *A iudice.* à quo appellatum est: qui causam in scriptis debet dare litigatori quare nō recepit appellationem: vt ff. de appel. recti. l. fin. secundum.

c ¶ *Deliberationis.* s. cognitionis faciēdæ à iudice appellationis. 2 Vel dic. i. appellationis factæ cū deliberatione: quia in hoc deliberatur intra decem dies: vt in auth. de appel. §. j. col. iiij. 3 Vel dic. i. cognitionis habendæ super hoc, an sit recipiēda, vel nō, nā & etiam interim dū deliberatur de hoc, nihil noui fit: vt ff. nihil no. ap. pend. l. j. in princip. 4 Vel quarto iudex qui tulit sententiam, dicit victo, statim prosequaris appellationis causam, vel exequar sententiam. hoc dicere non debet: vt j. eod. l. si quis libellos.

III. *Imp.* GORDIANVS A. *Victori.*

Appellatione interposita, licèt a iudice[b] repudiata sit, in præiudicium deliberationis[c] nihil[d] fieri debere, & in eo statu omnia esse, quo tempore pronunciationis fuerunt, sæpissimè constitutum est.[e] PP. IIII.[e]

Nominatus ad dignitatem per quam se putat aggrauari, potest appellare: idem in quolibet publico officio auctoritate, & vtilitate. vnde si quis extrahitur de sacculo vel de pyxide ad officium scribæ, vel syndici, & sibi displicet officium, debet intra decem dies appellare: aliàs cogitur officium gerere. Bald. Vel sic: Nominatus ad dignitatem, vel officium vtroque modo publicum, si putat se grauatum, potest ab ipsa nominatione appellare. Salyc.

IIII. *Impp.* PHILIPPVS A. & *Philipp. Cæs. Probo.*

Si ad scribatum[f] nominatus[g] nō prouocasti, conuelli statuta non possunt[h].

d ¶ *Nihil.* veluti executionem, vel quid simile.

e ¶ *Constitutum est.* vt ff. nihil no. ap. pen. per. totum & de ap. reci. l. sciendum. & est tur. l. j. §. fi. & j. in integ. rest. ne. ne quid no. fi. l. j. & in auth. vt nulli iu. §. & insuper iubemus coll. ix. Sed fallit[e] in fructibus, qui quādoque deponuntur appellatione pendente: vt ff. eo. l. imperatore. §. fi. & j. quorum ap. non re. l. ab executione. Item quia testes inducit post apertūram, quos in prima causa producere non poterat: vt j. tit. j. l. per hanc. Item quia non toties appellare amodo poterit, quoties poterat primo, vel nullo modo: vt j. eo. ne liceat in vna eademque causa. l. j. Item quia nunc poterit noua petere per dictam l. per hanc: quod in prima poterat, secundum quosdam: vt insti. de act. §. si minus. ¶ Sed hoc est falsum, & illa in alio iudicio dicit sed ante litem contestatam tantum possunt addere, non post: vt ff. de iud. l. non post. Item aliud in supplicatione: vt j. de pre. imperato. off. authen. quæ supplicatio.

e *Fructus quādoque deponuntur appellatione pendente.*

Si ad scribatum.] CASVS. Aliquis electus est vt sit scribat: nō appellauit: necesse habet stare electioni de se factæ. Viuianus.

f ¶ *Scribatum.* dignitas est ad quam fuit vocatus.

g ¶ *Nominatus.* scilicet decreto iudicis, & legitimè: aliàs non est opus appellare: vt j. e. l. nominationes.

h ¶ *Non possunt.* vt j. e. l. hi qui. Sed aliud in eo munere quod[a] publicè est auctoritate, sed vtilitate priuatum: quia datus in tutela: quia datus non appellat à datione, sed à sententia qua pronunciatur suam excusationem nō recipi: vt inst. de excu. tu. § qui autē. excusare. & ff. quando ap. sit. l. j. § qui tut.

a *Tutela est munus publicè auctoritate, sed priuatum vtilitate.*

Casus fortuitus excusat à pœna illum qui mandatum iniunctum non potest adimplere propter casum. Bald. Vel sic: Si appellatio non fuit producta in termino absque culpa appellantis, appellanti succurritur. h. d. nō. secundùm Bart. Vel sic: Qui apostolos non præsentauit in tempore iniuncto propter casum fortuitum, excusatur à pœna desertionis. Salyc.

Præses.] CASVS. Qui appellat, debet afferre appellationē in scriptis, & petere apostolos intra. xxx. dies, alioquin non stabitur eius appellationi. Si verò nō stetit per eū qui appellabit, quo minus appellationis causam prosequitur, sed per iudicem, vel fortuitū casum. vt quia qui ferebat apostolos, decessit: nūquid ei succurritur? certè sic.

V. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS A A. & CC. *Valenti & aliis.*

Præses prouinciæ ad quem appellasti, si nō vitio negligētiæ vestræ tempus † quod ad reddendos apostolos[i] præscriptum est[k], exemptum esse animaduerterit, sed ex fatalis casus necessitate diem functo eo qui eos perferebat †, id accidisse cognouerit[l]: iuxta perpetui iuris formam desiderio vestro medebitur[m].

i ¶ *Apostolos.*[b] literas dimissorias, quæ sic dicunt, Notum sit vobis. R. appellasse à sententia mea: & ideo dimitto eum à iudicio meo, & ad vestrum dirigo. ff. de libel. dim. l. j.

k ¶ *Præscriptum est.* xxx. dierum, secundùm H. vt j. eo. l. iudicibus. alij sex mensium: arg. j. eo. l. si appellationem. Vel dic quod xxx. dies statuuntur, vt litiganti dentur apostoli: sed ad repræsentandum iudici qui cognoscat de appellatione, ipse à quo appellatur, statuat[d] suo arbitrio: vt hic, & ff. de iure deli. l. j. § fin.

l ¶ *Cognouerit.* qui ergo allegat casum, probare debet: vt ff. de eden. l. si quis. §. fin.

m ¶ *Medebitur.* sic nec mater perdit hereditatem filij, si procurator quem miserat ad tutorem petendum, decesserit antequam peteret: vt supra qui pet. tuto. l. cum à matribus.

b *Apostoli sunt literæ dimissoriæ.*
c *Apostoli sunt literæ dimissoriæ quæ formula concipiantur.*
† *olim qūnque dierum à die appellationis interpositæ: vt docet Paul. l. 5. tit. 35. quæ in re lapsi sunt hic omnes interpretes hodie verò sine dilatione redduntur in l. seq.*
† *hic appellatur gerulus in C. Th. eo. titul. 29 & est hoc verbo vtitur Sidonius Apollinaris ... pe.*
d *Iudex à quo est appellatū diem præstituere appellāti solet, intra quem apostolos iudici ad quem prosentasse debeat, appellatio deserta habeatur. v. Capriam ... ad hanc legem affert. adde Gothofr. Papæ decis. 336. vbi disputat an appellatio dici debeat deserta, si non introducatur in termino à iudice statuto. adde Roman. sing. 166.*

Ad eum qui grauauit, non debet remitti appellatio terminanda: sed index appellationis debet pronunciare appellationem iustam, vel iniustam. Bald. Vel sic: Iudex ad quem appellatur, debet de causa cognoscere & iudicare: non autem eum ad primum iudicem remittere. Bartolus. Vel sic: Iudex ad quem, non debet remittere appellationem terminandam iudici à quo: sed sua sententia debet pronunciare prouocationem iustam, vel iniustam fore. h. d. vsque ad. §. si quid. Salyc.

VI. *Iidem AA. & CC. dicunt.*

Eos q. de appellationibus cognoscēt ac iudicabūt[n], ita iudiciū suū præbere conueniet, vt intelligant quòd cū ap-

Eos.] CASVS. Iudex in causa quā habebam cū Titio, absoluit Titium appellaui ad præsidem. an præses debeat remittere causam ad eum à quo appellatum est, quæritur? Dicitur quòd non. Et si aliquis nostrū coram primo iudice non plene probauit, poterit postea supplere in causa appellationis. & testes producere, & eis impensas subministrare. Si verò alius fuit condemnatus de crimine capitali, & appellat, debet dare fideiussorem, si potest: si non potest, mittetur in vincula: & iudex à quo appellatum est, debet dare exemplū sententiæ suæ. Nota, qui appellant, debent sibi cauere: quia si calūniosè appellent, punientur in l. libris auri: & appellari potest intra duos dies. cōputando à tēpore quo recitata fuit sententia. Et postquā appellatū est, iudex debet dare apostolos, id est, literas dimissorias isti appellanti: & debet eum mittere ad iudicem appellationis. & appellans nō habet necesse dare cautionem de exercenda appellatione. Hodie habent decem dies appellare volentes: vt in authenti. quæ sequitur. Viuia.

n ¶ *Iudicabunt.* iudices appellationum.

Sic in vno manet.

pellatio post decisam[a] sentẽtia[b] litem interposita fuerit, non ex occasione aliqua remittere negotium ad iudicẽ suum[c] fas sit, sed omnẽ causam propria sententia determinare cõueniat[d]: cum salubritas legis[e]: cõstitutæ ad id spectare videatur, vt post sententiam ab eo qui de appellatione cognoscit, recursus fieri non possit ad iudicẽ à quo[f] fuerit prouocatum[g]. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias[h], remotam occasionem atque exclusam penitus intelligant: cum semper omni causa interpositam prouocationem vel iniustam[i] tãtùm liceat pronunciare, vel iustam.

Hic declarat quale sit iudicis officium in probationibus excipiendis, & in sumptibus testibus faciendis. & hoc dicit: Non allegatum vel non probatum in causa principali, potest allegari & probari in causa appellationis, & si testes producantur, eis impendia sunt per producentem facienda. Salyc.

¶ Si quid autẽ in agendo negotio[k] minus se allegasse litigator crediderit, quod in iudicio acto fuerit omissum[l]: apud eum qui de appellatione cognoscit, persequatur[m]: cum votum[n] gerentibus nobis aliud nihil in iudiciis, quàm iustitiam[o] locũ habere debere, necessaria[p] res[q] fortè transmissa† non excludẽda videatur. Si quis autem post interpositã appellationem necessarias sibi putauerit esse personas[r], per quas apud iudicem qui super appellatione cognoscet, veritatem possit ostendere, quam existimauit occultam[s], hócque fieri iudex perspexerit: sumptus[t] iisdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cum id ipsa iustitia persuadeat ab eo hoc recognosci, qui euocandi[*] personas sua interesse crediderit.

In causis capitalibus qui idoneos fideiussores non dat, pendente appellatione detinetur in carcere. Bart. vel sic: Hac est tertia pars, in qua ponitur quale sit iudicis officium quando appellatur in criminali. & h. d. Iudex à quo, si in causa criminali appellatur, debet transmittere reum ad iudicem ad quem, sub fida custodia cum actorum & sentententiæ copia, ac etiam cum libellis dimissoriis. h. d. Salyc. post Ia. Bu.

¶ Super his verò qui in capitalibus causis constituti appellauerint[u]: quos tamen & ipsos, vel qui pro his prouocabunt, nõ nisi audita omni causa atq. discussa, post sententiam dictã appellare conueniet[x]: id obseruandum esse sancimus, vt inopia[y] idonei fideiussoris retentis in custodia reis[z], opiniones[a] suas iudices, & exẽpla[b] appellatoribus edita, ac refutatorias[c] eorũ, an scrinia[d] quorũ interest tramittãt: quibus gestarum rerum fides manifesta relatione pãdatur, vt meritis eorum consideratis, pro fortuna singulorum sententia[e] proferatur.

Hac est quarta pars, in qua ponitur quale sit iudicis officium circa temerè appellantem. & hoc intendit: Appellator temerarius est puniendus. hoc dicit vsque ad §. sin autem. Salycetus & Baldus. Vel sic: Qui frustratoriè appellauit, extra ordinem punitur. hoc dicit secundùm Bartolum & Paulum de Castro.

¶ Ne temerè † autem ac passim prouocandi omnibus facultas præbeatur, arbitramur eum qui malam litem fuerit persecutus, mediocriter † pœnam[f] à competenti iudice sustinere.

a ¶ *Decisam.* nam ante non appellatur: vt ĩ. *quorum ap. non re. l. ante sententiam.* ¶ Sed quid si dominus papa cum ante sententiam à quadam interlocutoria fuisset appellatum à suo delegato, eidem cõmisit? Respon.[a] potest: tum quia ex certa sua sententia: tũ quia hæc lex dicit de appellatione, quæ sit à definitiua sententia.

b ¶ *Sententia.* alias punitur in. l. libris auri: vt ĩ. *de epis. audi. l. ij.*

c ¶ *Suum.* s. primum.

d ¶ *Conueniat* vel delegare aliis. Nec obstat. ĩ. *de iudi. authe. ad hæc.* quia ibi particulariter volebat committere.

e ¶ *Salubritas legis.* scilicet huius.

f ¶ *Ad iudicẽ à quo.* ¶ nota quod sententia[b] remitti non debet ad iudicem à quo.

g ¶ *Prouocatum.* aliud est de restitutione in integrum: vt *ff. de mino. l. in causa. ij. §. fina. & l. præfecti. quæ sunt contra.* Item hic quando tenuit sententia prima. aliàs redit ad eũdem iudicem: vt ĩ. *quomodo & quando iudex. l. si præfec. &* ĩ. *de accu. l. iiij. quæ sunt contra.* ¶ Item quid si[e] cœperit esse prim[us] iudex loco ei[us] q. de appellatione debet cognoscere? Resp. & tũc non ipse cognoscat: sed alij delegat, sicut[d] & ille q. ante fuerat aduocatus eius causæ: vt *ff. de iur. om. indi. l. prætor. &* ĩ. *de adses. l. fina.*

h ¶ *Ad prouincias.* s. ad eũdem iudicem primum, qui de re iudicauerat.

i ¶ *Vel iniustam.* ¶ Not. formam[e] sententiæ iudicis appellationis. Sed an habet necesse addere, & ideo[f] absoluo, vel condemno? Quidam dicunt quòd sic: vt *ff. de bo. poss. secundum tabu. l. qui ea libertus. §. testamento. & ff. de pac. l. tale. §. qui prouocauit. &* ĩ. *de sen. & interlocut. omn. iu. l. præses.* Nos contra *per l. istam. & ff. de admini. tuto. l. chirographis. §. j. & pro hoc. ff. de procu. l. Pomponius. §. sed & his.* Consultius tamẽ fecerit, si omnia ponat: licet necesse non habeat. ¶ Itẽ q.d si[g] tẽpora appellationis cucurrerũt: nunquid iudex appellationis pronunciare debet? Respon. non: sed perinde est ac si non fuisset appellatum: vt *ff. si cer. peta. l. proinde. §. j. &* ĩ. *eod. l. quoniam. & l. si contra. & in authen. de his qui in. ad appell. in princip. colla. v. & ff. de his qui not. infa. l. furti. §. j.* ¶ Item quid si actor non probauerat in prima, sed tunc probat: quomodo pronunciabit malè iudicatum? Respon. bene, habito respectu ad litigantem qui amisit, qui vincere debuisset si probasset: sed quo ad iudicem non fuit malè iudicatum. ¶ Item quando[h] pronunciatur secundùm primam sententiam, ex qua dabitur actio in factum. Respõ. ex prima, cum secundò non iudicetur, secundum quosdam. Sed alij, vt H. distinguunt an tacitè vel expresse prima sententia confirmetur: vt primo casu agatur ex prima, secundo ex secunda: vt *ff. de testa. tabu. l. qui ex liberis. § testamento. & ff. de iniusto rup. testa. l. posthumus. & l. iij. q. de hoc. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. j.*

k ¶ *Negotio.* apud priorem iudicem.

l ¶ *Fuerit omissum.* tam super nouis articulis, quàm super antiquis, secundùm Ioan. & Azo.

m ¶ *Persequatur.* etiam inducendo testes super eodem vel connexo capitulo: & excep. noua poterit opponi, quæ ad primum petitum pertineat: vt *supra proxi. §. & infra eod. l. in offerendis. in fine. & infra titu. j. l. per hanc.* & sic non sunt per omnia in eodem statu quo ad hoc. Nec puto hoc correctum *per authent. de testi. §. quoniam. colla. vij.* cum alia sit causa appellationis à prima: vt *supra de procura. l. ita demum.* Alij dicunt mutatum, sicque non posse introduci nouas allegationes in causa appellationis, quæ per testes probentur. ADDITIO. Istud est hodie decisum de iure canonico in Cle. si. extra de testi. vbi videas.

n ¶ *Votum.* cõstrue, cũ videatur nobis gerentibus votũ, &c. res necessaria nõ excludẽda.

o ¶ *Iustitiam.* sic suprà *de iudi. l. placuit.* Sed fortè secus in causa appellationis, quæ apud imperatorẽ vẽtilatur, nam ibi videtur quòd[a] noua allegatio nõ proponatur: vt ĩ. *de dilationibus. l. cum à nobis. secundùm Azonem.*

p ¶ *Necessaria.* hoc est quod videtur nobis gerentibus votum.

q ¶ *Res.* i.[b] probatio.

r ¶ *Personas.* s. testium.

s ¶ *Occultam.* hoc facere potest: vt ĩ. *proxi. §.*

t ¶ *Sumptus*[c]. vt ĩ. *de testibus. l. quoniam. & arg. ff. ad Trebellian. l. sed sciendum. & ff. commodati. l. si vt certo. §. sumptus.*

u ¶ *Appellauerint.* quod potest[d] fieri: vt *ff. eo. l. non tantum.*

x ¶ *Cõueniet.* sic quoque etiam in criminali tantũ post[e] sententiã appellat: vt *infra quo. ap. non re. l. ante sententiam. &* ĩ. *de sententiis. l. fin.*

y ¶ *Inopia.* quia[f] eum dare non potest.

z ¶ *Reis.* ¶ Nota detineri[g] reum, maximè iam damnatum, si fideiussorem dare non potest: vt *ff. de custod. re. l. ij. & infra eodem. l. minime. in fi.*

a ¶ *Opiniones.* i. sententias.

b ¶ *Et exempla.* & pro id est. nã exempla tantum debet dare iudex. non authenticum: vt *infra eodem. l. à proconsulibus. & l. quoniam.* Accursius.

c ¶ *Refutatorias.* i. literas dimissorias: vt ĩ. *e. l. quoniam.* vel id est libellos appellatorios: vt ĩ. *eo. l. à proconsulibus.*

d ¶ *Scrinia.* i. scriniarios, siue tabelliones eorũ iudicum ad quos est appellatum.

e ¶ *Sententia.* sc. secundum ius, quia contra ius litigatoris quandoque fertur sententia.

f ¶ *Pœnam.* l. librarum argenti: vt *infra quorum appe. non re. l. ab executione.* Item amittit litem: vt *infra eod. l. à proconsulibus.* Vel aliter

a Iudex primus de causa nõ cognoscit post appellationem, nisi causa ad eum remittatur.

b Sententia ad iudicem primum non est remittenda.

c Si iudex à quo fe. primus, succedit in locum eius ad quẽ appellatur, de causa iudicare seu cognoscere non potest, sed causam illam alij delegabit. vt hic. & de multis. Bart. Nouella vt clerici apud proprios. collat. 6. num. 6. cepudiata & reprobata in hoc Glos. legis Filius: transf. ff. de in offic. test.

d Simile Glos. Non. &. in verbo causa naturæ. vbi etiã v. Bartolum.

e Sentẽtiæ appellationis forma.

f Sententiæ appellationis ea verba specifica esse debent, non quidẽ eã s sol ui vel cõdẽ nari: sed primam sententiam iustam esse vel iniustam. Cur autẽ iusta sit vel iniusta necessaris non est addere. adde Gl. i. tesf. & l. in sententiis §j. & ibi Bart. ff. de re iudicata.

g Appellationis tempus si præterijt, iudex appellationis pronũciare non debet: perinde est enim ac si appellatũ nõ fuisset.

h Appellationis iudice cõfirmãte primã sententiam, actio detur nec ne ex prima sentẽtia vel secunda. adde Gl. l. furti. §. in principio in verbo bodie. ff. de his qui notãtur infamia Gl. & ibi Bart. l. j. ff. de re iudicata.

* Sic in omnibus.

a Appellatione pendente an quid innouari possit. v. apud Sociñ. regula 31. quæ incipit appellatione pendente.

b Res pro probatione.

c Qui & à quibus sumptus testibus erogetur seu productis sint pendendi.

d Appellari potest in capitali causa.

e Appellari ante sententiam non solet.

f Appellationem nõ prosequenti aut non appellanti propter paupertatẽ fatalia nõ currũt aeq. in defectu erit.

† Vide in Glo. super verb. expẽsas post med. et e fini. extra de do. & contu.

† In Senatu Parisiensi non mediocris. sed nimia pœna temere appellantib. le. regitur sexaginta librarum: eã q. cum in magnis quã minimis litibus. qua de re quodam senatores audiui conquerentes. Cont.

g Damnatus detineri potest si fideiussorem dare non potest.

aliter illam expones: Alij dicunt quod præter pœnam prædictam extra ordinem punitur per hanc legem.

a ¶ *Libellos.* Sic ergo in scriptis[a] est dandus libellus appellationis, nisi adhuc iudice sedente pro tribunali & ad alia non diuertente appellet: quia tunc sufficiet viua voce dicere, appello: *vt ff. eodem. l. ij. & infra eo. l. litigatoribus.* Et debet[b] in prædicto libello esse quis appellet, & contra quem, & à cuius sententia: *vt ff. e. l. j. in fi.* sed & si omittatur contra quem, nihilo minus tenet: *vt ff. e. l. iij. in principio.*

b ¶ *Appellatorios.* si non poterit propter publicam vtilitatem.

c ¶ *Conditione.* i. vt pœnam sustineat, si calumniosè appellauit. Et dic quod propria[c] est causa, quæ ad eius commodum & damnū pertinet: *vt ff. quando ap. sit. le. j. §. in propria.* vnde & procurator in rē suam intra biduum appellat: *vt ff. e. l. qui suspectum. §. si verò.* hodie vero indistinctè intra x. dies appellatur: *vt in authen. hic posita, hodie &c. quæ ibi.* Accur.

d ¶ HOdie. Sumit in a. thē de ap. & intra quæ tempora ap. debet. *§. j. coll. iiij. & habes h. q. vj. cap. anterioribus.*

e ¶ *Decem[d] dierum.* aliquādo plus: *vt j. tit. j. l. j.*

f ¶ *A sententiæ.* & scientiæ: vt olim in biduo: *vt ff. quando ap. sit. l. j. §. dies.* vnde absens dānatus non per contumaciam veram, à tempore scientiæ intra x. dies appellat: *vt supra quomodo & quando iu. l. ab eo. & de liber. causa. l. iiij.* Et hoc si non fuisset defensus: alias si eius procurator non appellauit, difficile est vt ipse audiatur: *vt ff quando ap. sit. l. j. §. fi.* auditur enim si procurator non est soluendo: *vt ī. de iudic. l. properandum. §. fin.* Vel si necessaria & probabili causa fuerit absens: *vt not. ī. de procur. l. qua absente.* Et not. quòd bis est in authen. de ap. est enim alia col. viij. vnde sumitur quod habes infra, *eo. j. authen. si tamen.*

Finit gloss. auth.

Sequitur glossa legis Codicis.

g ¶ *Apostolos.* i. literas dimissorias. quæ qualiter fiant, dixi supra l. proxi.

h ¶ *Oportet.* aliàs puniatur iudex: *vt j. eod. l. iudicibus.* cum instantia tamen peti debent. *vt ff. de libel. dimis. l. j.*

i ¶ *Minimè.* hoc in ciuili, secus in criminali: *vt supra ea. leg. §. super his.* vel ibi cauet de non recedendo. Item hoc hodie videtur corrigi per authen. *supra de episcop. & cler. authen. generaliter.* Vel illud in principali, hoc in causa appellationis: *& facit ad legem istam. ff. de assis. procensu. l. lege nec quicquam. §. aduocatos.*

k ¶ H*I qui ad ciuilia munera.* publica auctoritate & vtilitate, vt sequentia exempla declarant.

l ¶ *Vel.* pro id est.

m ¶ *Honores.* cum habent aliud officium.

n ¶ *Euocantur.* decreto iudicis solenniter interposito. aliàs cū nō tenet nominatio, non est opus appellare: *vt infra eod. leg. nominationes. & ff. eo. l. si constat. ar. ī. de test. tut. l. j.*

o ¶ *Vacationem.* i. priuilegium vacationis.

p ¶ *Acceperint.* i. prius. vel propter numerum liberorum, vel annorum, vel aliàs princeps indulsit vacationem, vel lex: vnde videbatur non tenere nominatio, sicque non esset opus appellare: sed tamen contra est. *vt hic, & ff. de vaca. mu. l. j. ij. & iij. respon. & infra eod. l. cunct. & de excu. l. ij. lib. x.*

Hæc est quinta pars, in qua declaratur intra quātū tēpus debet appellari. & h. d. Iure isto in causa propria appellari intra biduū, in aliena intra triduū, & in scriptis, si non illico appellauerit. Bald. & Sal. & Paulus de Castro.

Sin autem in iudicio propriā quis fuerit causam persecutus, atque superat[e] voluerit prouocare: eodem die vel altero libellos[a] appellatorios[b] offerre debet. Is verò qui negotiū tuetur alienum, supradicta conditione[c] etiam tertio die prouocabit.

IN AVTHENTICA de appel. & intra quæ tempora. §. j. coll. iiij. consti. ij.

Hæc authen. venit correctiuè ad id quod dicitur in. §. si autem in iudicio. de appellatione interponenda intra biduum vel triduum. nam tēpus illud corrigitur. & vniformiter cuilibet decem dies dantur à tempore allegati grauaminis. Salyc.

HOdie[d] autem cuilibet tribuitur spacium decē dierum[e] à sententiæ[f] reuocatione numerandum.

Finis authent. Sequitur tex. l. C.

Hæc est sexta pars, in qua ponitur quale sit iudicis officiū circa Apostolos. & h. d. Apostoli post interpositam appellationem sunt fiendi etiā nō petenti. h. d. vsque ad fi. Bald. & Salyc. Vel sic: Iudex debet dare apostolos etiam non petenti: & cautio de rato de exercenda appellatione, non interponitur. Bart.

Apostolos[g] post interpositam prouocationem, etiam non petente appellatore, sine aliqua † dilatione iudicem dare oportet[h], cautione † videlicet de exercenda prouocatione in posterum minimè[i] præbenda. Sine die & consule.

Valet sententia lata cōtrà priuilegiatū: & si appellat, tenetur de priuilegio suo docere. Bal. Vel sic: Si priuilegiatus ad munera publica decreto præsidis sit electus, debet ipse appellare, & de priuilegio suo docere: & non appellans electionē cōfirmat. Sa.

vii. *Iidem AA. & CC. Neroni.*[*]

HI qui ad ciuilia munera[k], vel[l] ad decurionatum vel honores[m] euocantur[*]:[n] licèt vacationem[o] à principibus acceperint[p], si appellationis † auxilio non vtantur[q], consensu suo nominationem confirmāt. Cum igitur ad munus vocatus appellaueris[r]: apud præsidem prouinciæ iustè te appellasse ostende[s].

Si cōstat appellationē non prosecutā: elapsis tēporibus prosequēdi, sentētia mandatur executioni: nisi interim sit trāsactū. Bal. Vel sic: Si appellatio debito modo non est prosecuta: pēdēte appellatione sentētia executioni mādatur. Bart. Vel sic: Vbi appellatio per lapsum fatalium est deserta, sententia datur executioni, nisi interim sit transactum. Salyc.

viii. *Iidem AA. & CC. Opimato.*†

SI contra maiorem[t] vigintiquinque annis sentētia prolata[*], prouocationis secutæ tēpore præfinito[u] causas non esse repræsentatas[x], nec appellatione pendente transactione finitum[y] negotium rector[*] animaduerterit: res iudicatas[z] exequi curabit[a].

q ¶ *Non vtantur.* possunt ergo vti, sed fallit in defensore ciuitatis electo, qui non appellat. *vt in authen. de defen. ciui. §. interim. col. iij.* Itē hoc in eo munere quod est publicum auctoritate & vtilitate, secus in tutela & cura, quod est auctoritate tātū publicum, à quo non appellatur: *vt dixi. ī. eo. l. si adscribatur.*

r ¶ *Appellaueris.* intra duos menses: *vt infra a. tit. j. leg. j.*

s ¶ *Ostende.* ex hoc videtur quòd ei qui appellat, incumbat onus probationis[*], licèt pri[*] incubuerit alteri parti: *vt hic, & ff. si pen. appel. mors inter. l. j. § si vero fisci. & ff. de mino. l. præfecti.* Item qui appellat, dicit iniquam esse sententiā: illius ergo negat, ergo probare debet: *vt ff. de proba. l. ab ea parte.* Sed Ioan. & nos contra. Dicimus enim quòd ille probat nunc, qui & prius: *vt supra eo. l. appellatione.* item pro nobis in authenti. *de his qui ingredi. ad appellat. §. illud quoque determinare. coll. v.* vbi ostenditur iustè appellatum eo ipso quòd non probatur cōtra, scilicet iniustè appellatum. sic & *infra qui mili. non pos. l. super serau. lib. xij. sic. ff. de iure dot. l. dotem. j.* Quod ergo hic dicitur ostende. Dic quòd ostenditur eo ipso quòd contrarium non monstratur.

SI *contra.*] CASVS. A maiore xxv. an. petij x. condemnatus fuit: appellauit: non est prosecutus appellationem intra annū hodie, olim biennium: nec pendente appellatione cum eo transegi. iudex à quo est appellatum, sententiam suam exequi poterit. Viuian.

t ¶ *Si contra maiorem.* aliàs ipso iure non valet: vel per restitutionem posset infringi: *vt & ī. si aduersus rem iudi. l. cum & minores.*

u ¶ *Præfinito.* quod est annus, vel biennium: *& infra titu. j. authentica ei qui.*

x ¶ *Repræsentatas.* apud iudicem appellationis.

y ¶ *Finitum.* ergo si esset transactione finitum, nōn mandaretur executioni. & sic est contra *ff. de pac. lege tale. §. qui prouocauit.* Sed ibi habetur pro non transacto ex forma pacti in transactione appositi. Item not. quòd valet transactio: *vt & ff. de transact. l. post rem. & ff de condict. indeb. l. eleganter. §. si quis.*

z ¶ *Iudicatas.* i. primam sententiam.

a ¶ *Curabit.* vt *j. e. l. quoniam nonnulli in fin.* Accur.

DOminum litis.] CASVS. Constitui procuratorem ad agendū: egit & succubuit, & appellauit: an causam appellationis pro me absente procuratore exercere potero, quæritur? Dicimus quòd sic.

a Appellatio vt valeat, in scriptis fieri debet. Socinus regula 19. vbi notat hāc regulam fallere in interlocutoria.

b Appellatorius libellus quid complecti debeat.

a propria causa quæ. adde glossam in l. ... [illegible]

d De præscriptione x dierum ... [illegible]

e Appellandi terminus die ... [illegible]

† quæ sic constituta. Nisi iustè appellaueris, iustum dare spōderi? quæ cautio intra diē quiorē ab apostolis impetratis eius reddenda. Paul. lib. 5 sen. tit. ... Cont.

[*] Neoni.

[*] deuocantur.

a Probandi onus incumbit non appellanti. sed ei qui antea incumbebat, vt hic in fi.

† In Cod. Theod. l. ... querelam pōsuit appellationem ... causa competente dicitur. Cont.

† al. Oppiano. Contius.

[*] al. lata.

[*] al. præses.

a Appellare absentis nomine procurato et nō modo potest, sed & debet.

a ¶ *Interposuit.* quod[a] facere potuit, & debuit: *vt s. de procu. l. imm. & infra quorum appel. non re. l. nulli etiam per alium. vt ff. eo. l. ab exe cutore. § fi.*

b ¶ *Potest.* vt *ff. de procu. l. Pau'us. & ff. an per alium cau. appel. l. fi.*

SI actor.] CASVS. Curator adulti ordinauit procuratorem ad agendum causam adulti: egit, succubuit. tam curator quàm procurator appellare potest: sed solus curator eam prosequi debet. & hoc in prima. Si verò pendente appellatione adultus *maior factus fuerit, vel veniam ætatis impetrauerit, suo nomine prosequi potest appellationem. Vi.

* Legēdū ex vet. lib. Habe Eraclida Karissime nobis. nā Habe hic idē significat quod Aue: sic enim veteres scribebant, vt aut Quintilio ... Conti.

c ¶ *A curatore.* i.[b] à procurator. side, postulāte curatore: *vt instit. de curat. § fi. sic & ff. de his qui no. infa. l. furti. §. mandati.* & eo. modo expone. *s. de procurat. l. neque.* Et dic ordinatum ad vnam causam agendam.

b Curatore ꝓ præside decernente postulante curatore.

d ¶ *Calculum.* i.[c] contrariam sententiam: aliàs aliter accipitur: *vt dixi s. de errore calculi.*

c Deterior calculus pro contraria sententia.

e ¶ *Possunt.* i.[d] debent, vt procurator.

d Posse pro debere.

f ¶ *Exercebit.* ex necessitate, actor[e] vero ex voluntate: *vt s. de procurat. l. inuitus.* sed non vt actor, sed vt quilibet alterius nomine agens: quia finitū est eius officium.

e Actoris & curatoris actorem cōstituentis differentia.

Dominus causa potest appellationē interpositā à suo procuratore tractare & exercere, tā præsente procuratore, quàm absente procuratore. h. d. nota, secundū Bald. Vel sic: Appellationē à procuratore interpositam dominus prosequi potest. Bar. & Salyc.

IX. *Iidem* AA. & CC. *Habe * rad. chariss. nobis.*

DOminus litis causa appellationis quā ꝓcurator suus litigādo interposuit[a], etiā absēte procuratore exequi potest[b].

Expletis finibus mādati, cessat mādatū. Bal. Vel sic: Appellationē interpositā ab actore curatoris, curator exequi potest. Bar. Vel sic: Actor ordinatus ad causā, desinit esse actor per appellationē, & ideo causam appellationis prosequi nō potest. h. d. Ia. Bu. Vel sic: Actor specialis ad certā causam, potest appellare à sentētia cōtra eum lata: prosequi verò potest curator, vel adultus maior. Salyc.

X. *Iidem* AA. & CC. *Vittano.*

SI actor à curatore[c] ordinat[e], deteriorē calculū[d] reportauerit tā ipse, quā curator ad ꝓuocationis auxiliū possunt[e] peruenire: curator verò solus ꝓuocationis litē exercebit[f]. Sin autē interim adolescēs veniā ætatis impetrauerit, vel ad legitimam ætatē peruenerit: potest suo nomine appellationē exercere. S. prid. kalend. Octob. Viminacij. CC. Conss.

f Ciues qui.
g Incolæ à ciuibus differunt.

g ¶ CIues. Ibi nati, dicuntur[f] ciues: sed incolæ[g], qui ibi domicilium conduxerunt. Vel ciues, perpetui: incolæ ad tempus: *vt ff. de verbo. signi. l. pupillus. § incola. & j. de incol. l. ciues. lib. x. & ff. ad muni. l. libertus. §. patro. & l. incola.*

h ¶ *Si sub iusta nominat.* aliàs non esset opus appellare: *vt j. eo. l. nominationes.* Sed videtur non esse opus appellare: *vt j. quando prouo. non est ne. l. veteranus.* Solu. vt ibi. Item contra. *j. de accusa. l. ea quidem.* Solut hic non erat notorium[h] iustū habere excusationem, sed manifestum. Et inter hæc differentia est: prima enim probatione nō indigēt: sed manifesta sic, licèt prima facie sic videretur.

h Notorium & manifestū differūt. hoc indiget probatione, illud non indiget. Guido Papæ singulari 415. † leg. Aurelio Contius Notorium & manifestum differunt.

i ¶ *Earum.* excusationum. & ad hoc *s. vt lite pend. l. fi.*

Manifesta excusatio non prodest ei qui non appellat. Et est ratio quia videtur tacite renūciare. Itē post sententiam non potest quis probare de veteri iure suo, quod per sententiam est sopitum. Bal. Vel sic: Manifesta excusatio non prodest non appellanti à munere publico. Salyc.

XI. *Iidem* AA. & CC. *Antonino* †.

CIues[g] & incolæ manifestas etiā excusationes habentes, si sub iusta nominatione[h] nō appellauerint, ad earū[i] probationem non admittuntur.

Condemnatus in ciuili, non debet in carcere detineri: secus in criminali si fideiussores non habeat. Bartol. Vel sic: Appellatori nulla debet iniuria fieri, nec sub fida custodia detineri: nisi causa sit criminalis, & idoneum non præbeat fideiussorem. Sal.

MInime.] CASVS. Petij à te x. condemnatus tuus appellaui libellos dimissorios tibi obtuli an pendente appellatione in carcerem detrudi, vel iniuriam sufferre debeam, quæritur? Dicitur quòd non. secus si esset causa criminalis, in qua post appellationē interpositam, nisi reus fideiussorem daret, in vinculis perseuerare debet. Viuian.

k ¶ *Minimè.* aut ciuilis, aut criminalis est.

l ¶ *Perferat.* id est sustineat.

m ¶ *Absque his.* s. tormentis & cruciatibus. Et nota quòd tacitè transit de ciuili ad criminalem.

n ¶ *Perseueret. vt & s. eodem. l. cer. §. super his.* personarum tamen qualitas, & delictorum quantitas in custodiendo inspicitur: *vt j. de custod. & exhibi. reorum l. j. ij. & iij.* quæ videntur contrariæ, sed nō sunt: vt dixi.

XII. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Catulinum post alia.* †

MInimè[k] fas est, vt in ciuili negotio libellis appellatoriis oblatis, aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniuriæ genus, seu tormēta, vel etiā cōtumelias ꝑferat[l] appellator absq; his[m] criminalib. cautis, in quib. etiāsi ꝓuocare possit cū tamen statū debet obtinere, vt post ꝓuocationē in custodia (si † fideiussoris idonei copiam non habeat) perseueret[n]. Dat. III. Non. Nouemb. Treu. Acc. XV. Kalē. Maij, Hadrumeti, Volusiano & Anniano Conss.

† Ex Co. Th. l. i. tit. 30. l. 2. Contius.

Consultata causa vel referri promissa, id est pronunciata referenda, vel appellatione pēdēte, nō valēt scripta in alterius partis fauorē emanata. Vel dic quòd suspensa iurisdictione, interim innouata non tenet. Bal. Vel sic: Lite pēdēte per appellationē vel consultationē, non debet aliquid innouari, etiā ex rescripto principis. Bar. Vel sic: Pendente lite principali vel appellationis, non licet alicui partium supplicare: & supplicatum non debet admitti. Salyc.

XIII. † *Idem A. Petronio Probiano suo salutem dicit.*

EX illo[o] tēpore ex † quo in ciuilib. causis, q̄ inter priuatos mouentur, cōsultaturū[p] vel relaturū[q] te esse ꝓmiseris[r], vel appellationis à te[s] interpositæ solēnia[t] cōpleta fuerint: nihil posthac tibi[u] quodlibet speciale[x] ac requisitū[y], vel quibuscūq; modis fauoris gratia ꝓferēs[z], audiēdū est[a]: sed obseruandum, vt iuxta priora statuta[b], solennitatis more expleto[c], gesta ad comitatum[d] † omnia dirigantur. &c. Dat. Idib. Augu. Arelato. PP. Idi. Octob. Thebeste, Sabino & Rufino Conss.

Si appellatio fiat, illico fieri potest viua voce sine libello. Bal. & Salyc. Vel sic: Statim lata sententia potest viua voce appellari. Bart.

XIIII. † *Idem A. ad Bassum P. V.*

EX illo.] CASVS. Si iudex velit referre causam ad principem, vt eam decidat, nō debet audire aliquem allegātem priuilegia antequam à iudice respōdeatur. Item si appellatū est à minore iudice ad maiorem, pendente appellatione nō est admittendum aliquod priuilegium, sed omnia acta causæ debent mitti ad iudicem appellationis. Viuian.

o ¶ *Ex illo.* nec etiam ante, pendente scilicet causa: *vt s. vt lit. pend. l. ij.* sed de hoc magis dubitabatur.

† hinc intergꝛ responsiū additū Tribonianus. Contius.

p ¶ *Consultaturum.* cum consuluit principem qualiter debeat iudicare: *vt in authen. de iudi. §. penult. colla. vj.*

q ¶ *Vel relaturum.* vt cū ex toto causam remittit ad iudicandū, quod hodie non fit: *vt in authen. vt iu. non ex. sa. suff. §. j. colla ix.* nisi quando non potest iudicare, quia solā habet cognitionem: *vt dixi s. de relatio. l. j.*

r ¶ *Promiseris.* id est dixeris ante sententiam.

s ¶ *A te.* id est à tua sententia.

t ¶ *Solennia.* quia apostoli dati sunt.

u ¶ *Tibi* id est à te.

x ¶ *Speciale.* rescriptū siue priuilegiū liberalitate indultū, quo cōtinetur etiam absente aduersario posse iudicari, vel nō expectata responsione ad consultationem: & vna pars ꝓferebat huiusmodi rescriptum, siue priuilegium liberalitate indultum.

† Ex C. Theodosia. e. tit. l. 5. Cont.
† deest ea. sl in manuscrip. quàm Cod. Theod. Cont.

y ¶ *Requisitum.* i. per postulationem datum.

z ¶ *Proferens.* aliàs proferens: proferens scilicet rescriptum: præferens gratiam iuri.

† inter gesta dies. Cont.

a ¶ *Audiendum est.* quia vt dixi, supplicare causa pendente non licet: *vt dicta lege prima supra de lite pendente.* Accursius.

b ¶ *Statuta.* scilicet quæ erant ante hoc rescriptum: *vt in authenti. vt in modi § j. col. viij.*

† Ex C. Th. e. t. l. 7. Cont.

c ¶ *Expleto.* quia & appellatio est facta, & apostoli dati sunt.

d ¶ *Ad comitatum.* scilicet nostrum.

LItigatoribus.] CASVS. Non solùm in ciuili causa, sed criminali poterit sine[a] scriptis appellare qui duxerit appellandum, iudice adhuc sedente pro tribunali.

a Appellatio quandoque potest interponi viua voce.

Illico.

a ¶ *Illico*. antequam ad alia diuertat facienda: *vt hic. & ff. eodem l. j. § fi. & l. à sententia. § fi.* aliàs oportet quòd in scriptis appellet: *vt s. eo. l. eos in fin.* Sed arg. cōtra *ff. de in integ. restit. l. diuus.* Alij dicunt vt H. quòd etiam hoc dum sedet pro tribunali, fieri potest. ADDITIO. Illud communiter tenetur teste Bart. hic. & hoc tenet etiam glo. *in l. y. ff. eo.*

Litigatoribus copia est etiã non scriptis libellis illico[a] appellare voce, cum res popo∫cerit iudicata[b], tam in ciuilibus quàm in criminalibus causis. Dat. VIII. Id. Iun. Sirmij, Gallicano & Basso Conss.

Vbi imperator ex plena ratione cognoscit, nulla est danda amplius dilatio appellandi. Bal. Vel sic: Quæ retractationi non subiacent, diligenter sunt agenda. Et iudex qui consultori omnia acta non miserit, infamatur. Barto. Vel sic: Vbi imperator delegat causam appellationis reseruata sibi sententia, nō est locus appellationi ab eius sententia: ideo omnia actitata coram delegato, debent sibi mitti plenè instructa: cum per eum nulla detur postea dilatio: & iudex non plenè referens notatur infamia. Salyc. Vel sic: Iudex qui causam remittit ad principem terminandam, debet omnia acta mittere: quia à sententia principis non potest appellari: ideo cautius agendum: & iudex qui non omnia misit, infamatur. Paulus de Castro.

XV. *Idem A. ad Seuerum Vicarium.* †

NE causas quę in nostrã venerint scientiam[h], rursus transferri ad iudicia[e] necesse sit: instructiones necessarias plenè actis inseri præcipimus. nam cogimur à proferenda sententia temperare[f]: quoniam veréndum est, ne lis incognito negotio[g] dirimatur: adempta copia conquerendi[h]. Quare perénibus inuretur iudex notis[i], si cũcta quæ litigatores instructionis probationisq; causa recitauerint, indicta actis vel subiecta non potuerint inueniri[k]. Dat. X. kalen. Iul. Aquileiæ, Constantino V. & Licinio C. Conss.

A delegato principis potest appellari ad principem: licèt repræsentet imaginem principis, à quo appellari non potest. Bart. Bald. Salyc. & Paul. de Cast.

XVI. *Idem A. ad Maximum, post alia.*

EOs etiam[l] qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, appellationũ adminicula necesse est accipere[m]. †

A prætoribus ad præfectum appellatur. Bart. Bald. & Salyc.

XVII. † *Idem A. ad Iulianum præfectum vrbi.*

b ¶ *Iudicata*. i. cum sententia prolata est rite. Res ergo dicitur iudicata, etiam si possit appellari, licèt quidã cōtradicant, arg. legis quæ est contra eos. *ff. de condic. indeb. l. eleganter. § si quis.*

c ¶ *In criminalibus*. vt *j. e. l. addictos. & s. de episco. au. l. addictos & s. eod. l. eos. § super his.*

NE causas.] CASVS. Si appelletur à sẽtẽtia iudicis ad principem, iudex acta rediget in scriptis: & ea destinabit ad principem. Nam si aliter faceret, grauiter esset puniendus: quia notabitur infamia. Viuia.

d ¶ *Scientiam*. appellatione facta ad principẽ q̃ fieri non debet prætermissis his qui antẽ debuerũt appellari secundum ordinem: *vt in authen. de manda. princi. § sit tibi. col. iy. consti. iiy. & ff. eo. l. imperatores.*

e ¶ *Iudicia*. i. vnde veniunt appellationes.

f ¶ *Temperare*. i. ponderatã sententiã dare *vt s. de sent. ex peric. reci. l. pe.*

g ¶ *Negotio*. cum imperator dilationem dare non debeat: *vt s. de dila. l. cum à nobis.*

h ¶ *Conquerendi*. nam appellatur à sententia principis: *vt hic. & ff. à quibus appel. non licet. l. j.*

i ¶ *Notis*. quia erit infamis.

k ¶ *Inueniri*. ad hoc facit *s. ti. j. l. j. y. & iy.* & hac. l. notabis, quia cautius agenda sunt, quę nō retractãtur. & facit quod aliàs dicimus, quòd quandoque permittitur seruum alienari, qui non permittitur manumitti: *vt not. s. de condic. ob caus. l. ea lege. & de rebus alie. non ali. l. fi.*

EOs etiam.] CASVS. Non solũ delegatus ab alio, sed à principe appellationem eius qui duxerit appellandum, recipere tenetur. Viui.

l ¶ *Eos etiam*. i. delegatos à principe[d]: *vt s. eo. l. nemini.* dicitur enim accipere imaginem, quia & vice delegantis fungitur[e] delegatus: *vt ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. j. in fi.*

m ¶ *Accipere*. recipiendo appellationem, & mittendo ad iudicem appellationis. Et dic accipere, nisi[f] remota appellatione imperator delegauerit, quod alius facere nequit: *vt ff. à quib. ap. non licet. l. j. § fi.* Accursius.

SI apud vtrumque.] CASVS. Duo sunt prætores in ciuitate Ro. Vrbanus & peregrinus. si ab eorũ sententia appelletur, præfectus vrbis appellabitur: & de causa appellationis cognoscet. Vi.

a Dynus tractat de præscriptionibus numero, videtur vnà diem præfinire, vbi tractat de præscriptione vocum.

† Ex C. Th. e. ... Const.

a Appellare non licet à sententia principis.

a Cautius agenda sunt quæ non retractari possunt.

† C. Th. e. tit. l. 2.

d Delegati à principe.

† Da. Prid. Id. Ian. Sirmio. Crispo. II. & Constantino II. Conss. Cont.

e Delegatus vice delegantis fungitur.

f Delegare ap pellatione remota princeps potest.

† Ex C. Th. e. tit. l. 4. Cont.

SI apud vtrumque[n] prætorẽ dum quæstio ventilatur, ab aliqua parte auxilium prouocationis fuerit obiectum; præfecturæ vrbis iudicium sacrũ appellator obseruet †.

Contra debitores fisci iubẽdo proceditur: & si appellent, appellatione deserta confestim fit executio contra eos. Bal. Vel sic: Si appellatio est deserta propter apostolos nō petitos, vel nō præsentatos, vel per prosecutionẽ omissam, sentẽtia executioni mãdatur. Bar. Vel sic: Omittẽs petere apostolos à iudice à quo, vel offerre iudici ad quẽ, intra tẽpus legitimũ dicitur appellationẽ deserere, & sententia mandatur executioni. Salyc.

XVIII. † *Idem A. Victori Rationali vrbis Romæ.*

QVoniam nonnulli fisci debitores cum iussi fuerint[o] debitam summã exoluere, interposito prouocationis auxilio vim executionis eludũt: nec iam opinionis[p] exemplum, nec refutatorias[q] preces curant petere[r] vel offerre: placuit, vt si intra dies[s] solennitatibus præstitutos ad facienda hæc appellatoris cura defuerit[t], deserta † ab eo prouocatio existimetur, móxque † debitum exigatur[u]. Dat. Prid. Kalen. Augu. Cõstantio & Maximo Cons.

A maiorib. & minoribus iudicibus appellatur, præterquã à præfecto prætorio: & si iudex à quo, non recipit appellationẽ: iudex ad quem, nihilo minus est adeundus. & coram eo prosecutio est facienda: & si in appellatione succũbit, notatur infamia: si autem vincit, punitur iudex qui appellationi non detulit, hoc dicit notabiliter secundùm. Salyc.

XIX. † *Idem A. ad vniuersos prouinciales.*

A Proconsulibus, & comitibus, & his qui vice præfectorum[x] cognoscũt, siue ex appellatione, siue ex delegatione, siue ex ordine iudicauerint, prouocari permittimus[y]: ita vt appellanti iudex præbeat opinio-

n ¶ *Si apud vtrumque*. id est alterum, s. vrbanum, vel peregrinum: diuisim enim accipitur: *vt ff. de contrahen. empt. l. sed Celsus. § si fundus. in fi.*

QVoniam nonnulli.] CASVS. Si fiscus conueniat debitores suos & condemnari faciat: & illi appellauerint, nec apostolos petierint intra tẽpora intra quæ peti debeant, vt sic nō tradatur executioni sẽtentia, præsumuntur nolle appellationẽ prosequi & debitũ ab eis exigetur. Viuian.

o ¶ *Iussi fuerint*. per definitiuam sententiam.

p ¶ *Opinionis*. id est sententiæ.

q ¶ *Refutatorias*. i. scripturas in quibus cōtinentur renunciationes allegationum, vel appellatio facta. Nam & ipsæ refutatoriæ preces dicũtur libellus appellationis: *vt dixi. s. de rela. l. j.* Vel appellat hic dimissorias literas. Vel tertio, id est libellus siue scriptura facta, qua continetur aliquid malè siue non rectè positum in exẽplo sententiæ: & ideo illud recusat, & petit emendari, sicut & alio modo intelleximus. *s. de rela. l. j.*

r ¶ *Petere*. reddendo singula singulis: petere sentẽtiam, offerre petitionẽ emendationis.

s ¶ *Dies*. quos habes infra eo. l. iudicibus.

t ¶ *Defuerit*. Sed videtur nō posse appellari: *vt j. quorũ ap. non re. l. abstinendum. & l. fi.* Sol. distinguitur sit manifestè conuictus, aut non: vt primo casu non possit appellari: secundo sic.

u ¶ *Exigatur*. *vt s. eo. l. si contra. & infra titu. j. l. si. § illud.*

A Proconsulibus.] CASVS. A quolibet iudice, siue delegato, siue ordinario, siue in causa appellationis cognoscẽte potest appellari: & iudex à quo appellat, dabit appellanti apostolos: & acta causæ ad eum ad quẽ appellatur, trãsmittet cũ literis suis: sed à præfecto prætorio non appellatur. & hoc in prima. Si verò iudex apostolos nō admiserit, neq; appellationem: adeat appellans præfectũ, & ex integro ille cognoscet tanquam appellatione suscepta. Si verò q̃ appellauit, videatur iniustè appellasse: causam perdat, & notetur infamia. Si verò iste iudex eum qui appellat non admisit: ad principem remittatur puniendus. & hoc in secunda. Et non solùm in maiori, sed etiam in minori causa potest appellare: nec reputare debet iniuriam sibi fieri iudex, si à sententia sua appelletur.

x ¶ *Præfectorum*. id est vicariis præfectorum.

y ¶ *Permittimus*. sic ergo à[e] sentẽtia cuiuslibet appellatur: *vt hic &*

† Dat. III. Non. Augu. Heraclea Constantino A. VII. & Constantino Cæs. III. Coss. Contius.

a Refutatorias perperam hic interpretatur. Accur. dixit ad l. 2. in fi. s. de relationibus.

b Singula singulis referendi facultas est. gl. Inst. de emp. in f. Guido Papa singul. 413.

† Ex C. Th. e. tit. l. 14. Cont.

† Appellatio deserta habetur, si neque petit apostolos, neque iudex dedit apostolos. v. Bartol. Non nulli reddi... [illegible] addo gl. ff. & quod ... [illegible] de libellis dimissoriis.

† atque is vbicunque appellatio est de certa termini quatuor mensium, qui aliàs regulariter debitorib. adsolutẽdum datur, denegatur. v. Socinum Regula 396.

† Ex C. Th. eo. tit. l. 16.

e Appellari regulariter potest à sententia cuiuslibet iudicis.

j.l.proxi.excepto[a] principe, & senatu: *vt ff. à quibus appellare non licet.l.j.* & præfecto prætorio: *vt j.l.proxi.* & arbitrio compromissario: *vt supra de arbit.l.j.* & excepto eo cui remota appellatione facta est commissio à principe. Item & quando partes ante dixerunt se nõ appellaturas: *vt d.titu.à quibus appel. non licet. l.j. & §.fin.* Accursius.

a Appellatũ à quibus non possit.

nis[a] exemplum, & acta cum refutatoriis[b] partium suisque literis ad nos dirigat[c]. A præfectis autem prætorio † prouocare non sinimus[d]. Quòd si victus oblatam, nec receptam à iudice appellationem affirmet, præfectos[e] adeat, vt apud eos deintegro litiget, tanquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniustè appellare videbitur: lite perdita[f] notatus[g] abscedet. at si vicerit[h] cõtra eum iudicem qui appellationem nõ receperit, ad nos referri necesse est, vt digno[i] supplicio puniatur. Dat.kalend. Augu.PP.Kal. Septemb. Constantinop. Basso & Ablauio Conss.

Etiam in paruis grauaminibus appellatur: nec propterea iudici infertur iniuria. Salyc.

xx. † *Idem A. Albino.*[*]

ET in maiorib. & in minoribus negotiis[k] appellandi facultas est. Nec enim iudicem oportet iniuriam sibi fieri existimare[l] eo quòd litigator ad prouocationis auxilium conuolauit. Dat. VIII. Idus April. Marcellino & Probino Conss. Dat.Kalend.Augu.PP. Kalend. Septemb.Constantinopo.Basso & Balbino Conss.

Iudex appellationem non recipiens, punitur in triginta libris auri, & in totidem eiusdem officialis, nisi pertinaciter ei contradicendo resisteret: & causas resistentiæ apud acta debet inserere. Salyc.

xxi. *Impp.* CONSTANTIVS & CONSTANS AA. *ad Lollianum* PP.

QVoniam iudices ordinarij prouocationes existimãt respuendas: placet, vt si quis appellationem suscipere recusauerit, quæ non contra executionem[m], sed aduersus sententiam intentionem iurgiúmque terminantem fuerit interposita triginta auri pondo cogatur largitionib. nostris inferre: triginta alia officio eius itidẽ soluturo[n], nisi ei[o] pertinaciter restiterit[p], atque actis contra-

a ¶ *Opinionis.* id[b] est sententiæ & hoc etiam non petente appellatore: *vt supra eodem.l.eos.§. apostolos.*

b Opinio pro sententia iudicis.

† Additur in C.T. qui soli vice sacra cognoscere vera dicendi sunt. Cont.

b ¶ *Refutatoriis.*[c] apostolis vel libellis appellatoriis. 2 Vel secundũ Azo. id est scriptura in qua continetur quòd vterque renunciet allegationibus.

c Refutatoriis quid dic vt scripsi ad l. 1. supra de relationibus *adde glo.l.47.* Laud. *in verbo refutatoriæ. l. vlt. §. in refutatorium j.eod.*

c ¶ *Ad nos dirigat.* id[d] est ad eos qui ad hoc deputati sunt: *vt j.eo.l. præcipimus. §. huic.quæ est ecõtra.*

d Principem facere id dicitur quod ab eius deputatis fit.

d ¶ *Non sinimus.* vt *s.de sen.præfec. præto. l.j. & ff. de offi. præfect. præto. lege j.§.j.*

e ¶ *Præfectos adeat.* intra tempus quod habes infra. *l. si appellationem.* hi præfecti prætores superiores sunt.

f ¶ *Perdita.* in hoc non est pœna.

g ¶ *Notatus.* hæc[e] pœna specialiter imponitur ei cuius appellatio non fuit recepta: aliàs alia imponitur pœna. *vt j.quorum appel. non recip. ab executione.in fi. & s.eo. lege eos. §.ne temere. quæ sunt contra.*

e Appellanti iniustè pœnæ variæ de quibus v.gl. illam in l.5. infr. j. quorum appellationes.

† Ex C.Th.e. l.20.

† aliàs.Imp. Constantius A.Philippo.

h ¶ *Vicerit.* cum iustè appellauerit.

i ¶ *Digno supplicio.* quod sit dignum, habes. *j.l. quoniam iudices.* Alij dicunt criminaliter, & non ciuiliter.

k ¶ ET *in maioribus. Negotiis.* putà in criminalibus & in ciuilib.[f] *vt s.de pœna iud. l.iv.in fin. & s.eo. l.litigatoribus.* Sed fallit in momentanea possessione: *vt j. si de momen.pos.fue. ap.l.j.* Azo.

f Appellari igitur in qualibet causa potest, nisi repetitur specialiter prohibitio, *vt hic, & ita glossa. Angel. ini qui vestitures ff de rei vindicat.* ouius regulæ. v. plures exceptiones apud Lanfrancũ in prax. c.10. nu.60. & sequentib. apud *Dominum regula 16. in qua inscript. Appellatio in qualibet causa permissa. adde Cremensem d. 2. Regulæ.*

l ¶ *Existimare.* vt *ff. eodem. l. illud. & de iniur.l. iniuriarum actio neque. §. si quis iure.* Sed contra. *j. quando prouoc. non est nec. l.fi.* Sed ibi superuacuo appellatur. vel solu. *vt ibi.* Item argu.contra. huic. *s. de sum. trinita. l. iv. ibi, namque iniuriam facit &c.* Item ecõtra appellans non debet iniuriam dicere iudici: *vt ff. de iniu.l.iudici.*

QVoniam.] CASVS. Iudex etsi ordinarius, si appellationẽ nõ admiserit, in triginta pondo auri multabitur: & eadem multa afficiendus erit eius officialis, si ei appellantem non admittenti non resistat.

m ¶ *Executionem.* hæc quidem non est recipienda: *vt j. quorum ap. non re. ab executione.*

n ¶ *Soluturo.* i. officiũ suũ soluet alia xxx. & sunt ablatiui absoluti.

o ¶ *Ei.* scilicet iudici.

p ¶ *Restiterit.* scilicet officialis, etiam si ius ignorauerit quia iudicis[a] & officij imperitia partibus obesse non debet. *sic & ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §.fina. & l. seque. & de offic.præsi. l.illicitas. §.sicuti.* Sed argumen.contra. *ff. de iurisdict. om.iudic. leg. si quis id. §. doli.*[b] Item nota iudicem quemlibet[c] recipere debere appellationẽ: *vt in authent. de iudi. §. nostros, colla.vj.* Item not. quòd subditi debent resistere[d] prælatis si quid iniustè agant: & instruere eos quid agere debeant: *vt supra de aduoca. diuers. iudic. lege per hanc. & infra de magi. sa.sacri. leg.j.in fine lib. xij. & infra de decur. leg. omnes iudices. lib.x. & j. de iure fisci. l.prohibitum. eo.lib. & ff. de polli. l. toties. & supra vt omnes tam ciuil. quàm milit. l.j. §.officium.* Argu. contra in authen. *de sanctiss. episcopis. §.j. colla.ix.* & totum illud generale, auctoritas[e] maioris excusat: *vt ff. de aqua plu. arcen. l. quanquam.*

a Iudicis imperitia partib. obesse nõ debet.

b Dicitur si ignorantiã excusare à dolo vt ibi: non à culpa, vt hic. Bart. Ang. Salyc. & cõmuniter omnes.

c Appellationem recipere iudices omnes tenentur.

d Resisti potest prælato iniustè agẽti.

dixerit, & quid iure sit constitutum, ostenderit. Dat. VIII. Kalend. Aug. Messadensi. PP. Capuæ Arbitione & Lolliano Conss.

Siue fiscus petat bona tanquã vacantia, siue tanquam ab indignis, licitum est à sententia appellare. h. d. secundum Bald. Vel sic: Quouis modo fiscus petit bona, licet appellare à sententia pro eo lata. Salyc.

xxii. † *Iidem AA. ad Volusianum PP. post alia.*

LAta[q] sententia quæ pertinet ad bona vacantia, & ad ea quæ vt indignis legibus cogentibus auferuntur, si quis putauerit prouocandum, vox eius debebit admitti[r]. Dat.III.Kalẽ. Augu. Arbitione & Lolliano Conss.

† Ex C.Th.e. tit. l. 26. vide Symmãc. lib. 1.epist.Cont.

e Superioris authoritas an excuset.

LAta.] CASVS. Si denuntietur fisco bona aliqua vacare, & possessor conueniatur corã procuratore Cæsaris. & appellet: an sit admittẽda eius appellatio, quæritur? Dicitur quòd sic. Idem est in causa bonorum quæ auferuntur ab aliquibus vt ab indignis: quia appellari poterit.

q ¶ *Lata.* aliàs data: & aliàs lata: & datur inter fiscũ & priuatũ à procuratore Cæsaris vnà cum præside: *vt s. si ad uer. fiscum.l.ij.*

r ¶ *Admitti.* ad hoc. *s. e.l. quoniam nonnulli.*

In prouinciis hic nominatis appellatur ad præfectum vrbi. Salyc. & secundùm Bal. nihil valet hæc lex.

xxiii. *Iidem AA. ad Senatum.*

CVm appellatio[s] interposita fuerit per Bithyniã, Paphlagoniã, Lydiã Hellespontũ, insulas etiã, ac Phrygiam salutarem, Europã, ac Rhodopem†, & Hemum montem †, præfecturæ huius vrbis iudicium sacrum appellator obseruet.

† al Rhodopam.

† vno verbo legitur in omnib manuscrib. quos vidi, Aemimontanam, vt apud plurimos auctores tametsi, & rectè, Aemus mons diuisis vocib. dicatur. Cont.

s ¶ CVm appellatio. localis est. Accursius.

† Ex C.Th.e. tit.l.31. Cont.

† Idẽ in Nou. 126. §.vlt.

Iudices debent appellationes recipere, & apostolos intra triginta dies à die latæ sententiæ numerãdos appellantibus dare. aliàs vnà cũ eorum officio multabuntur. Salyc.

xxiiii. *Impp.* VALENTINIANVS & VALENS. AA. *salutem dicunt ordini ciuitatis Carthaginensis.*

IVdicibus nõ solùm appellationis suscipiendæ necessitas videtur[t] imposita, verùm etiam triginta dierum spacia † ex die sententiæ definita sunt, intra quæ gesta[u] vnà cum relatione[x] litigatoribus conuenit præstari: iudice & officio eius, si statuta fuerint aliqua[y] parte mutilata, multæ[z] subiacentibus. Dat. Prid.Non. Feb. Mediola. Diuo Iouiano & Varroniano Conss.

IVdicibus.] CASVS. Iudex appellationem ab se interpositam admittere debet, & apostolos intra triginta dies dare appellanti: & acta causæ ad iudicem appellationis mittere. quod si non fecerit, & acta in aliquo deminuta per iudicẽ vel per eius officiũ fuerit: grauiter punietur. Viuian.

t ¶ *Videtur.* per legem superiorem, quoniam iudices.

u ¶ *Gesta.* scilicet coram se, & apostolos: *vt subiicit hic, & j.eod. l præcipimus. §. in hoc. & s.eo. l.eos. §.fi.*

x ¶ *Cum relatione.* id est cum apostolis.

y ¶ *In aliqua parte.* id est in aliquo.

z ¶ *Multæ.* scilicet dictæ. *supra eod.l.quoniam iudices.* Item ad hoc infra titu. *j. l.fin.* Sed certè immo videtur statim, non expectatis xxx. diebus: *vt in authen. vt nulli iud. §.illas. colla.ix.* sed ibi patet solutio. Accursius.

a ¶ *Et in multis. vt infra quando prouo. non est necesse l. certa.* secus in pœnis: *vt ff. de verb. sig. l. antepe.* Item & propter inopiam[a] remittitur multa: *vt s. de modo mul. leg. fi. in fi. & ff. de offi. præs. leg. illicitas § fi.*

a Paupertatis causa multa remittitur & pœnas de quo vide plenius. Tiraq. eum tract. de pœn. temperandis causa. 58.

Cum post.] Casus. Si à procuratore Cæsaris appelletur, ad præfectum prætorio appellabitur. Si verò mediocris sit causa, vel litigantes multum sint remoti: præfectus poterit causam appellationis præsidi prouinciæ delegare. Viuian.

† Ex C. Th. e. tit. l. 38. Cont.

b ¶ *Post sententiam.* id est à sententia.

c ¶ *Vel rationalis.* pro eodem est, & ponitur[b] pro procuratore Cæsaris: *vt s. de modo mulcta. leg. j.*

b Rationalis pro Cæsaris procuratore.

d ¶ *Tuam.* præfecto prætorio loquitur.

e ¶ *Quam ipse.* id est alicui quem approbes consilio præsidis eius prouinciæ. Et notan. ratione mediocritatis[c] huius negotij & loci committi. *sic & ff. de iudi. leg. fin. & supra vbi de ratiociniis. l. ij. & infra. de re mili. leg. fin. §. erit autem. lib. xij. & supra de fide instrumen. l. iudices.*

c Delegatio causæ fieri potest ob causæ mediocritatem, & loci distantiam.

Nominationes.] Casus. An nominatus ad decurionatum non interueniente concilio publico, à nominatione habeat necesse appellare, quæritur? Dicitur quòd non: quia non tenuit nominatio. Viui.

† Ex C. Th. e. tit. l. 45. & lib. 12. tit. 16. l. 29. huius legis pars est. l. 7. quorum appell. non recip. Cont.

Exemplum iudicij apud Bessum rationalem acti apud Symmach. lib. 10. epist. 41. Cot.

f ¶ *Nominationes.* scilicet electorum decurionum, vel in alia dignitate.

g ¶ *Libellis.* quia in scriptis[d] legebatur electio, vel edicto scribebatur: *vt habes. ff. de albo scrib. l. j.*

d Electiones de scriptis legebantur.

h ¶ *Publicum.* ad[e] quod sufficit maior pars. *vt ff. ad munici. l. quod maior. & ff. de regu. iur. l. aliud. § refert.* Fallit in defensore ciuitatis, vbi omnes[f] requiruntur: *vt in auth. de defen. ciui. §. interim collat. iij.*

e Concilium publicè, cum sit factum maiori parte populi præsente, interdum omnes requiruntur.

f Partem maiorem consentire aliquando non sufficit.

† C. Th. eo. tit. l. 53.

i ¶ *Non valent. vt & ff. eod. l. si consistat. & supra quando prouo. lege neque apparatu.*

k ¶ *Necesse est.* aliàs si[g] valeret, opus est appellatione: *vt i. eod. l. hi qui ad ciuilia.*

g Appellari ab actu nullo non est necesse.

l ¶ *Deest.* est ergo solennitas[h] necessaria. *sic & s. de auctor. præ. l. finali. in fi.* Sed argu. contra. *s. de formulis. l. j.*

h Solennitas electionis omissa electionem vitiat.

Si quis libellos.] Casus. Si aliquis appellat, & postea eum pœniteat qui appellationem interposuit: an possit reuocare appellationem, & libellos appellatorios recuperare, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

i Appellasse quem pœnitet habetur pro non appellasse.

m ¶ *Ingesserit.* i. dederit ei iudici à quo appellauit.

n ¶ *Commutandi.* quia pœnitet se appellasse & tunc perinde[i] habetur, ac si non appellasset: *vt j. tit. j. fin. § illud.* Vel dic quod mutat arbitrium: quia appellauit ad vnum, nunc vult ad alium: quod potest, si ad maiorem vel ad æqualem appellauit, non[a] si ad minorem: *vt ff. e. l. §. penult.* Auditio. Aduertas quòd iste appellans potest pœnitere in quantum ista appellatio facit pro se, ita loquitur hic. sed in quantum ista appellatio facit pro aduersario, ista pœnitentia non admittitur. *vt i. fin. j. quando prouo. non est necesse.* facit autem. pro aduersa parte duobus modis. quod prosequere vt per Bart. hic.

a adde quod ex Sextus regu. 33. in fi.

o ¶ *Iustæ.* iusta pœnitentia[b] admittitur: *sicut est supra de apost. l. hi qui.* sed multa non: *vt ea. l. hi qu. & ff. de ædil. edic. lege quæ iis fugitiuus. in pœn. & de fur. leg. qui ea mente.*

b Pœnitentia iusta admittitur.

† C. Th. e. tit. l. 52.

† intra quod tempus liceat renunciare appellationi. d hic est aliud interpretes quæstio, mirorque est Accursium eam hic non attigisse. Iure canonico permittitur renunciare appellationi donec superiori oblata. causa. Quoquo, de electio. lib. 6. moribus vero Francorum donec sit decisa appellatio licet renunciare interdum tamen rescripti regij adminiculo. vide Imbert. li. 2.

Ab iniusta iudicis mulcta potest appellari. Bald. & Salyc.

XXIV. † Imp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius AAA. *ad Syagrium præfectum prætorio post alia.*

ET in multis[a] à iudicibus inferendis appellationes iubemus admitti. Dat. XIIII. kalend. Iul. Gratiano. V. & Theodosio. I. AA. Conss.

Ratione mediocritatis negotij, & propter distantiam loci fit commissio ad partes. Bald. Vel sic: Breuitas causæ, & itineris longinquitas, facit vt iudex appellationis causam in patriam litigantium delegare cogatur. h. d. secundum Bart. Vel sic: A sententia procuratoris Cæsaris appellatur ad præfectum prætorio: qui si negotium sit mediocre, vel nimia sit distantia loci, debet ad partes mittere. Salyc. & Paul. de Castro.

XXVI. † *Iidem AAA. ad Pelagium Com. R. P. post alia.*

CVm post sententiam[b] discussoris vel rationalis[c] fuerit prouocatum, ad synceritatem tuam[d] negotium transferatur: vt si mediocritas negotij, aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores venire non patiantur, iudicio rectoris prouinciæ, quem ipse[e] probaueris, negotium deleges. Dat. XV. kalend. Mart. Mediol. Arcad. A. I. & Bautone Conss.

Ab electione inualida non est necesse appellare. Bart. Vel sic. Ea quæ debent fieri in concilio publico, aliter facta non valent. Salyc.

XXVII. † Impp. Arcadius & Honorius AA. *Ennoio proconsuli Aphricæ, post alia.*

NOminationes[f] libellis[g] vel edictis factæ citra concilium publicum[h] non valent[i]: de quibus nec appellare necesse est[k], si solennitas deest[l]. Dat. XVII. Kalen. Iun. Med. Olybrio & Probino Conss.

Donec durat tempus appellandi, potest appellans variare: quia decem dies dantur ad deliberandum. Item & in totum recedere ab appellatione, & suos libellos recuperare. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Appellationem interpositam licet reuocare, & ab ea in totum recedere, vel etiam ad alium iudicem appellare hoc dicit secundum vtranque lecturam Salyc.

XXVIII. *Iidem AA. Nibridio proconsuli Asiæ.*

SI quis libellos appellatorios ingesserit[m], sciat se habere licentiam arbitrium commutandi[n], † & suos libellos recuperandi, ne iustæ[o] pœnitudinis humanitas amputetur. Dat. XI. kalend. August. Const. Arcad. IIII. & Honorio. III. AA. Conss.

a Olim verò intra triduum à libellis appellatoriis ingestis hoc tantum permittebatur vt in huius legis exemplo quod est in C. Th. cognoscere licet. In Pandectis nulla huius quæstionis mentio fit. Antonius Cont.

Damnati ad supplicium non sunt vi eximendi: sed si per errorem vel gratiam cognitoris oppressa putetur esse iustitia, potest per quemlibet appellari, si tempora suffragantur: & iudex appellationis mandabit executioni sententiam confirmatam. h. d. secundum Bald. Vel sic: Damnati ad supplicium ducti, non sunt per aliquem vi eximendi: potest tamen quilibet pro eis appellare, si tempora suffragantur: nec ad principem appellatur: omisso medio. & iudex appellationis, etiam in criminalibus suam sententiam exequitur. Salyc.

XXIX. † *Iidem AA. Cæsario[c] præfecto prætorio.*

ADdictos[p] supplicio, & pro criminum immanitate dânatos, nulli per vim atque vsurpationem vindicare[q] liceat ac tenere: quibus[r] in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus: vt ibi diligentius[s] examinetur, vbi contra hominis salutem † per errorem vel gratiam cognitoris oppressa putatur esse iustitia: ea conditione, vt si proconsul, vel comes Orientis, vel præfectus Augustalis[t], vel vicarij fuerint cognitores[u]: non tam[x] ad clementiam nostram, quàm ad amplissimas potestates sciat esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium qui (si ita res est, & crimen exegerit) rectius possint punire dânatos. Dat. VI. Kal. Augu. Mni-

Addictos.] Casus. Condemnatus ad supplicium, si non appellat, sed adducatur, & monachus vel religiosus velit eripere de manibus officialium, prætendens quòd habet priuilegium vt possit tales à pœna seruare, an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. Vel pone in seruo condemnato ad supplicium quem dominus vult liberare, non est admittendus: sed talis condemnatus appellare poterit non solùm ad principem, sed ad alios magistratus ita videlicet, vt si crimen exigit puniat condemnatum. Viuian.

p ¶ *Addictos.* id est iudicatos vt debetur.

q ¶ *Vindicare.*[c] vt quia se dominum damnati dicat. nam sententia lata desiit esse dominus, si capitalem subiit pœnam: *vt j. de pæn. l. seruo. & ff. de pæn. l. aut damna. § fin.* appellabit tamen dominus: *vt ff. eo. l. serui.*

c Cepolam cautela. 1. vbi tradit cautionem aliquem liberandi à morte tametsi iustè damnati. Ibidem quoque refert quasdam cautiones quibus executio sententiæ capitalis differri possit.

r ¶ *Quibus.* dânatis & etiam aliis: *vt ff. de appel. l. non tantu.* nisi sint manifeste[c] conuicti: *vt j. quorum appel. non reci. l. j.*

s ¶ *Diligentius. sic. s. de proba. l. fi. & ff. de episcop. audien. l. addictos vbi est hæc lex de verbo ad verbum.*

† Ex C. Th. e. tit. l. 57. & lib. 9. tit. 40. l. 16. extat ad verbum supra de episco. audi. l. addictos. Cont.

t ¶ *Augustalis.* id est comes.

u ¶ *Cognitores.* de causa principali.

c In C. Th. est Eutychiano. pp. Contius.

x ¶ *Non tam.* id est non ita ad principem sicut &c. nam non debent prætermitti medij: *vt ff. e. l. imperatores.*

† An excipiatur quidam ex Ecclesiasticis vt apud Corsetum singulare Cardinalis.

Si quis.] Casus. Ille aduersus quem lata est sententia, appellare poterit: & si iudex minatus fuerit quòd sententiam mandabit executioni: si appellationem interposuit, non debet timere iudicis contumeliam: tamen etiam à tali iniuria iudicis appellari potest: à præfecto prætorio non appellabitur: & si appellatur, appellans amittet causam ab alio quidem iudice appellatur, siue in criminali, siue in ciuili causa. Viuianus.

d Appellare non potest qui manifestè conuictus est. Baldus decision. 461. adde Gloss. l. 85. quorum appel. l. tituli.

† Hæc verba aut similia potest à ante fi. in ea. certe. ...

a ¶ *Iudicis*. cuius sententiam postulabat rescindi per appellationem. Accursius.
b ¶ *Iudiciorum* id est, iudicium.
c ¶ *Iniuria*. i. contumelia dicti vel facti. vt si iudex percusserit litigantem post sententiam vel ante, poterit quidem appellare à tali iniuria secundùm P. *& pro eo ff. de minor. l. aut praetor. §. quid tamen.* Et sic not. hic à facto appellari. Sed certè remedio talis appellationis non tollitur maxillata, arg. *ff. de cap. & postlim. reuer. l. in bello. §. facti.* nisi dicas secundù eú, quod occasione talis iniuriæ à tota causa possit appellari. Sicut ergo qui prouocat, non debet conuiciari ei à quo appellari. ita ecótra appellanti iudex iniuriam inferre non debet: *vt s. eo. l. & in maioribus. & ff. e. l. illud.* Sed Ioan. intelligit hic iniuriam, i. iniuriosam executionem cum intra tempus quadrimestre præcipit sententia executioni mandari, vel comminatur quòd mádabit si appellet. sicut enim si aliter exceditur modus exequendi, appellatur: *vt j. quorum appella. non reci. l. ab executione.* ita & si citius exequatur quá fieri debet. est enim plus non solùm quantitate, sed & tempore. *vt instit. de actio. § plus.*
d ¶ *Permissum sit*. hoc permitti potius est prohiberi. simile loquendi genus est. *ff. de publica. l. cotem. in principio. & s. de sum. bapt. l. j.* Et quod dicit, dispendio, id est, amissione causæ. Azo. Vel dispendio: quia expensas amittit, secundùm H.
e ¶ *Supplicio*. in criminali causa.
f ¶ *Dispendio*. in causa ciuili.

Margin: a Appellatio potest interponi ratione contumeliæ per iudicem patratæ factæ. b Appellari à facto potest licèt eo remedio non tollatur maxillata. | Ex C. Th e. tit. l. 78. | c Appellatur ab executore ante tempus exequente. | † al. vrbanæ.

zo, Honorio. A. IIII. & Eutychiano Conss.

Ab iniusta sententia potest appellari. Item propter iniuriam facti potest appellari, & in totum iurisdictio iudicis recusari. h. d. secundùm lecturam Placent. quæ est magis notabilis secundùm Bart. & Pau. de Cast. Vel sic: in qualibet causa etiam criminali à sententia cuiuslibet iudicis (præterquàm præfecti) potest appellari, etiã ab eorum iniuriosa executione. h. d. secundùm lec. Io. & glo. Salyc.

XXX. † Iidem AA. *Theodoro præf. prat.*

Si quis prouocatione interposita suspecti iudicis [a] velit prolatam euitare sententiam: in hac voce liberá habeat potestatem, nec timeat contumeliam iudiciorum [b]: cum & ab ipsa iniuria [c] possit facilè prouocare, & maximè cùm a solo tantum præfecto prætorio non sine dispendio causæ prouocare permissum sit [d]. Sciant igitur cuncti, sibi ab iniuriis, & suspectis iudicibus, & in capitali supplicio [e], ac fortunarum dispendio [f] prouocationem esse concessam. Dat. VII. Idid. Iu. Med. Theodoro. V. C. Conss.

Si appellatio non recipitur, vel apostoli non dantur ad interponendã querimoniam, de hoc secundùm diuersitatem iudicum diuersa tempora statuuntur. hoc dicit secundùm Bart. Vel sic: Tempus querimoniæ exponendæ de iudice qui appellationem noluit recipere, vel qui apostolorum copiam denegauit, est quãdoque annus, quãdoque sex mẽses, quãdoque quatuor secundũ diuersitatẽ iudicum ad quos est appellatum. Salyc.

XXXI. *Impp.* Theod. & Honor. AA. *ad Asclepiodotum præfec. prat. post alia.*

Si appellationem [g] oblatam, sin qua vel tuæ [h] amplitudinis, vel vrbicariæ † præfecturæ sacrum auditorium postulatur, iudex non susceperit, vel suscepta appellatione apostolorum copiam denegauerit: ad deponendam super hac iniquitate querimoniam, necnon etiam conueniendum aduersarium [i] ex sententia prolata [k], iuxta antiquum ius anni metas habeat litigator: vel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum [l] iudicum sacra desideratur aud tio: ad hæc eadem facienda sex mẽses habeat litigator. Si verò arbiter [m] appellationẽ suscipere, aut relationem [n] dare contempserit: quatuor mensium tempora obseruentur: vt his quæ statuimus actitatis, pareat appellator [o] temporibus quæ de appellationibus definita noscuntur. Dat. III. Kalend. April. Constátinop. Asclepiodoto & Mariniano Conss.

Si appellationem.] Casvs. Si appellationem ad præfectũ prætorio interpositam iudex nõ admisit, vel admiserit, sed apostolos appellanti denegauerit, intra annũ poterit appellans cõuenire iudicem, vt det ei exemplũ sententiæ, & de eo querimoniam deponere. si verò ad inferiorem præfecto interposita fuerit, quod datum est licebit appellanti intra sex menses facere prædicta. Si verò iudex delegatus nec appellationem interpositã admittere, nec apostolos concedere voluit: dabitur appellanti copia conueniendi iudicem intra quatuor menses. Viuia.

g ¶ *Si appellationem*. hic nõ definiuntur tẽpora appellationis exercendæ: sed intra quæ conueniatur qui non dedit apostolos, & appellationem non recepit *& de hoc ff. de appel. l. v. § fin.*
h ¶ *Tua*. loquitur præfecto prætorio.
i ¶ *Aduersarium*. id est, iudicem.
k ¶ *Ex sententia prolata*. i. propter sententiam prolatam, vt eius exemplum det appellãti: & sic aduersariũ vocat iudicẽ qui conuenitur, vt det fisco pœnam illam quæ est. *s. eo. l. quoniam iudices.*
l ¶ *Inferiorum*. quàm tu præfectus prætorio vel vrbis sis. superior tamẽ est iudicante: *vt in authen. de appel. §. fin. colla. iiij.*
m ¶ *Arbiter*. id est, iudex delegatus.
n ¶ *Relationem*. id est, apostolos quibus refert causam, & dimittit appellãtem ad eum ad quem est appellatum, scilicet delegantem.
o ¶ *Appellator*. accipiẽdo gesta cum relatione *vt s. eo. l. iudicibus.*

Si appelletur ad principẽ à sententia spectabiliũ, cognoscit præfectus & quæstor: & si à sentẽtia clarissimorũ, præfectus tãtũ. Et à delegato appellatur ad delegãtẽ. Et si princeps delegauerit nõ illustri, & à tali delegato appelletur, cognoscit præfectus & quæstor. si verò ab illustris sententia appelletur, per cõsultationẽ principis terminabitur, in quo sententiæ tẽpus inspicitur, & idẽ si illustris non illustri adiungatur. h. d. secundùm Bart. Vel sic: Princeps pluribus intentus, appellationes ad eum deuolutas per legem istã committit quandoque vni, & quandoque pluribus, vt in hac lege disponitur: & quandoque in consistorio cognoscitur. Salyc.

XXXII. *Impp.* Theod. & Valentinia. AA. *Cyro præfecto prætorio.* †

Præcipimus ex appellationibus spectabilium [p] iudicum quæ per consultationes [q] nostri numinis disceptationem implorant [r], non nostram vlterius audientiam expectari [s]: ne nostris occupationibus, quibus pro vtilitate mundi a singulorũ nonnunqunm negociis auocamur, aliena [t] defraudari cõmoda videantur [u]. Sed si [*] à proconsulibus [x], vel Augustali [y], vel comite [z] Orientis, vel vicariis [a] fuerit appellatum: virum illustrem præfectum prætorio qui in nostro est comitatu, virum etiam illustrem quæstorẽ [b] nostri palatij, sacris iudiciis [c] præsidẽtes disceptationẽ iubemus arripere [d] eo ordine, ea obseruatione, iisdémque tẽporibus hac appellatione cognoscunt.

c ¶ *Iudiciis*. quæ aguntur incuria principis.
d ¶ *Arripere*. hoc si quantitas excedit decẽ libras auri taliter vnus solus

p ¶ Præcipimus. *Spectabilium*. i. quæ sunt à sententiis prolatis à spectabilib. iudicibus. Et nota quatuor [*] ordines magistratuum: scilicet princeps qui est primus, illustres, spectabiles, clarissimi. à quibus si appelletur, dicit hæc lex ad quos appelletur. & primo si appelletur à spectabili.
q ¶ *Quæ per consultationes*. scilicet appellationes. id est, homines appellantes & proponẽtes nobis. Azo.
r ¶ *Implorant*. petunt enim vt nos cognoscamus de appellatione.
s ¶ *Expectari*. sed aliorum iudicum quos statim dices, & hoc ne nostris &c.
t ¶ *Aliena*. appellantiũ quia malè possemus intendere.
u ¶ *Videantur*. *sic in authen de here. & Falcid. in prin. colla. j.*
x ¶ *Proconsulibus*. Omnes proconsules sunt spectabiles: *vt in auth. de non alien. §. fi. col. v. & de admi. offic. § fi. colla. iij.*
y ¶ *Augustali*. i. præfecto Ægypti: qui dicitur Augustalis, quia hi primo Augustus eũ præfecit, & est spectabilis: *vt j. de priua. car. l. j.*
z ¶ *Comite*. & ille similiter est spectabilis: *vt s. de off. com. Orien. l. j.* Accur.
a ¶ *Vicarius*. scilicet eorum.
b ¶ *Quæstorem*. hic est illustris. *vt in authen. coll. § illos col. iiij. Azo.* Et not. quòd duo sunt qui de

Margin: * Magistratus sunt quadruplices. | † Ex nouella Theodos. quæ non extat. | * Iustinianus in Nouell. 116. conquerit attigisse vt post hãc legẽ præfecti prætorio & Quæstores hic vestibus calceis & veris vterentur, ac si præsens fuisset Imperialis maiestas quod sub pœna perduellionis in posterũ vetat. Cont. Hinc putat & alios PP. in comitatu fuisse, & alios in Oriente, alios in Illyrico, alios in Gallia, alios in Italia.

· solus sufficit, & non excedat xx. quia túc in communi auditorio tractaretur: vt j. eo. l. in offerendu.

quibus cæteræ quoque lites fatali die post appellationé in sacris auditoriis terminantur: & hoc [a], licet quidam prædictorú spectabilium iudicum [b] iure cócesso [c], vt sacri iudices, appellationes [d] acceperint [e].

Quòd si à duce fuerit appellatú, si idem & præses sit [f], præfectura necessario tátum iure ordinario in sacro auditorio iudicabit. In his autem omnibus iudiciis quæ consultationum introduximus loco, vel apostolos vel ea quæ apud eum gesta sunt contra cuius sententiá dicitur appellatum, suscipere ab appellatoribus, & cognitiones inducere apud viros illustres prædictos iudices, & ea quæ geruntur, excipere, scribere, scriptáque litigatoribus edere nostros epistolares præcipimus: officiis videlicet eorum [g] cum quibus [h] vir illustris quæstor iudicat, exequentibus iudicata.

Hæc, si appellatio fuerit oblata iudici qui non ex delegatione [i] cognoscit. corú enim sententiis appellatione suspensis, qui ex delegatione cognoscút: necesse est eos æstimare, iustè nécne fuerit appellatum, qui causas delegauerint iudicandas [k].

Huic saluberrimæ legi illud etiá cósultissime credidim⁹ inserendú, vt si priuato non illustri [l] vni pluribúsve (vt assolet) nostra serenitas adita delegauerit causam, & eius eorúmve definitio fuerit appellatione suspésa: vir quidé magnificus præfectus prætorio, qui in nostro est comitatu, cú viro illustri quæstore téporali iudicet die [m]. † Nostri vero libellenses [n], quæ apud arbitros [o] gesta sunt, suscipiant, cognitiones inducát [p], & ea quæ geruntur, excipiát [q], scribát, scriptáque litigatoribus edant: qui [r] etiá apud arbitros [s] (licèt illustres sint) ex delegatione nostra cognoscétes excipiunt, si in sacratissimo nostri numinis comitatu causæ dicátur. Sanè si illustrium ac magnificorum iudicú sententiæ fuerint appellatione suspésæ, corú videlicet, quorum sentétias licet appellatione suspédi [t]: per cósultationé nostram volumus audientiá expectari, licet antea [u] priuato homini, (id est non illustri) lite à nobis delegata, is postea tempore definitionis illustri decoratus dignitate reperiatur. Eodé [x] obseruádo & si aliter ei [y] coniunctus [z] sit arbiter [a], qui nó illustré meruit dignitatem. Quicquid auté hac lege specialiter nó videtur expressum, id veterú legum cóstitutionúmque regulis omnes relictum intelligant [b].

De appellatione interposita à præsidis sententia super statu apparitoris magistri militú lata, cognoscit præfectus vnà cú magistro militú, etiam si magister ipsi præsidi delegasset. Saly. Vel sic: Quãdo appellatur à senténtia lata super statu curialiú, statuitur hic quis debeat esse iudex appellationis. h.d. secundùm Pau. de Cast.

XXXIII. *Iidem AA. Cyro præfecto prætorio.*

EO casu [c] quo apparitor magisteriæ potestatis de curia vel officio cohortali, de statu in prouincia patitur controuersiá vel vt tributa vel functiones debens in prouincia detinetur: si sentétia rectoris prouinciæ fuerit appellatione suspensa: cú tua sublimitate viro quoque magnifico magistro militum cognoscente, causæ iubem⁹ merita ponderari: licèt magister militú rectori prouinciæ causam delegauerit perorandam.*

Quãdo princeps super aliqua causa consulitur, ab eius cósiliariis partibus præsentib. vel absentib. causa examinatur: & ab eorú cósultationibus non appellatur. Bart. & Pau. de Castr. Vel sic: A rescripto principis nó appellatur: bene autem appellatur à sententia inde secuta. Iaco. But. Vel sic. Si princeps super aliqua causa cósulitur, à cósiliariis hic nominatis, partib. præsentibus vel absentibus causa vnà cum relatione examinatur: & secundùm eorum consilium princeps

a ¶ *Et hoc.* i. verú est, quasi dicat, siue de causa principali cognouerit spectabilis, siue cum ad eum esset ordinariè appellatum.

b ¶ *Iudicum.* & nunc ab eius sententia appellatur.

c ¶ *Concesso.* ordinariè.

d ¶ *Appellationes.* ad se factas, Azo.

e ¶ *Acceperunt.* vt ordinarij.

f ¶ *Et præses sit.* & sic clarissimus: vt j. vt omnes iud. tam ciui. quàm mi. l. j. potest enim esse quádoque spectabilis vel illustris: & tunc est in eo speciale, vt si appelletur ab eo cognoscente vt ordinario, vel delegato, quòd fiat cognitio appellationis à magistro officiorú & quæstore sacri palatij: vt j. eo. l. si quando. quæ est contra. & sic non imitatur ordinem aliorum spectabilium.

g ¶ *Eorum.* id est eius.

h ¶ *Cum quibus.* i. cum quo.

i ¶ *Ex delegatione.* s. alterius non principis: vt infra. §. proxi. Accursius.

k ¶ *Iudicandas.* à delegato appellatur ad delegantem. vt & ff. quibus & à quo. l. j. Sed quid si iudex desiit esse delegans? Respon. appellatur ad illum qui est eius loco, & ff. de iudi. l. proponebatur.

l ¶ *Illustri.* non clarissimo, alioquin contra, in auth. de appella. §. fina. col. iiij. Vel dic vt ibi.

m ¶ *Temporali videlicet die.* i. in die quo secundum cursum temporis erat vel veteris, vel alterius. Azo. & subaudi, cognoscét, vel iudicabunt. Et sic not. quòd duo sunt, sicut & quando appellatur à spectabili. Sed contra. j. eo. l. à proconsulibus. Sol. vt ibi. Item contra. j. de episc. audi. authen. si quis litigantium. in fin. Solu. vt ibi.

n ¶ *Nostri vero libellenses.* duo scilicet: vt in auth. de iud. §. de vnoquoque. colla. vj.

† aliàs, téporali videlicet die cognoscat.

o ¶ *Arbitros.* id est, delegatos principis.

p ¶ *Iudicant.* coram prædictis duobus.

q ¶ *Excipiant.* i. in scriptis redigant.

r ¶ *Qui.* s. libellenses. & mutat casum, s. quádo delegat illustri, vbi princeps de appellatione cognoscit: vt subiicit Accur.

s ¶ *Apud arbitros.* s. acta.

t ¶ *Suspendi.* nam quorundam non licet, vt præfecti prætorio: vt j. eo. l. à proconsulibus.

u ¶ *Licet antea.* Arg. contra ff. de minorib. l. iij. §. filio. & de condi. & demonstr. l. falsa. §. fin. & si cui sed simile ff. de arbi. l. nam magistratus.

x ¶ *Eodem.* mutat adhuc casum.

y ¶ *Ei.* illustri.

z ¶ *Coniunctus.* sic ff. quemadmodum ser. amit. l. si communem. in princ.

a ¶ *Arbiter.* priuatus.

b ¶ *Intelligant.* ita quòd nó mutatur: & ita quod nó mutatur, stat. sic in auth. de admi. off. §. si. col. iiij. & j. de test. l. sancimus & ff. de aur. & argen. leg. l. j. Sed arg. cótra. ff. de adi. lega. l. translatio. & l. alteri. & l. alumnæ. aliàs. l. Titia. §. qui si. Et breuiter prædicta collige [a] secundùm Ioan. si à spectabili iudice q. tulit sententiá vel super causa principali vel appellationis ad eum factæ ad imperatorem appelletur: nó imperator, quia alius est intentus: sed alij duo, scilicet præfectus prætorio, & quæstor sacri palatij, de causa appellationis iudicabút. Si verò à sentétia iudicis clarissimi ad imperatorem prouocetur. vnus solus. s. præfectus vrbis, vice principis iudicabit: & hoc si ab eo est prouocatum qui vt ordinarius iudicauit: alioquin si vt delegatus appellatio ad eum qui delegauit, refertur. Porrò vbi [b] imperator delegauit non illustri, & ab eo prouocatur: túc præfectus prætorio cum quæstore iudicabunt, sicut & cú à spectabili appellatur. Vbi auté illustri delegatur, vel non illustri, qui tamé postea antequá iudicaret, illustri decoratus est dignitate: de causa appellationis ab eo factæ sol⁹ princeps cognoscit. Item est si princeps illustri & non illustri delegauit. In omnib. auté casibus prædictis cognoscentium iudicium epistolares & libelléses apostolos & gesta apud iudices priores ab appellátib. suscipient, & cognoscendas apud dictos viros illustres inducent: & quæ geruntur, excipient: & scripta litigatoribus edét, & sententiam executioni tradent, temporibus fatalium & dierum in causa appellationis, seruatis. Quicquid enim hac lege specialiter non est expressum, legis veteris regulis intelligendum est relictú, secundú Ir. & hoc iure. C. Sed iure authenticorum à clarissimo ad spectabilé, à spectabili ad quæstoré & præfectum. Si verò à delegato principis illustri vel spectabili, appellatur ad antiquos Romæ iudices. Si à priuato delegato principis, ad spectabiles, vt in authent. de appella. §. penult. & §. coll. iiij. Sed quid si per errorem alius pro alio appelletur? Respond. si maior vel par, valet: aliàs non: vt ff. eo. l. j. §. sequit.

a Ex iure Codicis est enim aliud, iure Authenticorú in f. huius glossæ dicitur.

b Appellatio si à iudice spectabili interponatur ad imperatorem, quis de ea cognoscat.

* al. perorandam, non té.

c ¶ *Eo casu.* Hæc lex non legitur in scholis.

IVbemus.] CASVS. Cōtingit aliquādo quòd iudex delegatus vel ordinarius dubitat ferre sententiam,& consulit principem:& tunc siue exprimat quid ei placeat, siue nihil dixit, sed simpliciter consulit super quęstione,nō debet prius determinari quæstio à iudice: sed duo patricij vel consulares cum quęstore debent decidere quæstionem. Item si duo iudices discordes sint in ferēda sententia, & ideo consulant principem prædicti patricij cum quæstore decidēt quæstionem illam. Viuian.

a ¶ *Iudicauerit*.i.cognouerit pro iudicando.nā ante[a] sententiam fit relatio: *vt s. de rela.l.j.* nisi in casu, vt ibi dixi quo etiā casu pōt hic loqui.

b ¶ *Placeat*.iudicare.

c ¶ *Adiectum sit*. qualiter sibi placeat, est tamen manifestanda[b] relatio:aliàs non valet: *vt s. de rela.l.j.§.j.*

d ¶ *Quæstori*. sicque sunt tres qui examināt: & secundum eorum consiliū respondet imperator, & contra hāc responsionem non appellatur, *vt subiicit*: sed contra sententiam sic, *vt diximus s. eo.l. nonnun.*

e ¶ *Diuersas sententias suas*.in animo conceptas, nō autē prolatas: quia tūc si sunt delegati, delegans vnam probaret: *vt ff. de re iudica.l. duo iudices.* si ordinarij, valet pro reo:*vt in eo tit. l. inter pares.*

* nomine.
* eam.
a Relatio fit ante sententiā
b Relatio nisi manifestetur non valet.
* offerre.

IN offerendis.] CASVS. In superiori. l. iubemus. dictum est quòd duo patricij cognoscūt de causa,& ferūt sententiā indefinitè:immo refert se ad hoc quod dicitur in l. præcipimus. in prin. & §. huic saluberrimæ. Hæc lex distinguit, quòd si est q̄stio propter decem libras, vel minorē summā, vn' tantū patrici' vel quæstor iudicabit: sed vsq; ad viginti, duo patricij cognoscēt:& si isti duo dissentiant, quæstor eis adiungetur. Si verò sit quæstio q̄ excedat viginti, vel in palatio principis ventilabitur: epistolares, id est, tabelliones, omnia quę agūtur, redigere in scripturā debet. & quādo iudex cōsulit imperatorē & imperator cōmittit causam prædictis patricijs, victus & victor intra biennium debent istis patricijs consultationem offerre. & quā-

rescribit, & à tali rescripto non appellatur. Salyc.

XXXIIII. *Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni præfecto præt.*

IVbemus, si qua suggestio maioris vel minoris iudicis ad nostrā referat' clemētiā de negocio quod iudicandū ei tradidimus, vel de quo ꝑ sua iurisdictione iudicauerit[a], petentis à nostro numine* finē eidē imponi negocio, quod ab eo disceptatū est: siue additū sit eidē suggestioni, qui referenti placeat[b] (dum id partibus per sententiæ suæ recitationē manifestū non fecit) siue nihil huiusmodi adiectum sit[c], sed simpliciter nostri numinis respōsum expectat: nō prius causam* discerni, quam per sacram pragmaticam nostri numinis iussionē duo magnifici viri, vel patricij, vel consulares, vel præfectorij, quos pro tēpore nos elegerimus, iubeatur adiūgi viro illustri pro tempore quæstori[d] nostri palatij, & vna cum eo in scriptis relationē discernere (siue p̄sentibus partibus hoc prospexerint, siue absentibus) & responsum relationi dādū sua sentētia manifestare: vt tamē dispositio huiusmodi excellētissimorum iudicum omnimodo rata sit, nulli danda licentia cōtra prouocationem eorum proferre* sententiā, vel aliam quācunque dubitationē introducere. Quā obseruationē non solùm si vnus iudex suggestione vel relatione vsus fuerit, tenere censemus: sed etiam si duobus, vel amplioribus datis iudicibus, in vnā sentētiā minimè omnes conuenerint, sed diuersas[e] suas sententias* vnusquisque nostræ mansuetudini retulerit, vel omnes nos consulerint quid discernendum sit.

XXXV. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός A.*

HAλλη τῆς τριακοσῆς δευτέρας διατάξεως εἰπούσης ἐπὶ πάντων τῶν ἀρχόντων τῶν ἰλλουστρίων ἐφ' ὧν ἐστιν ἔκκλητος, τὸν βασιλέα τῆς ἐκκλήτου ἀκροᾶσθαι, ἡ παροῦσα διάταξις εὑροῦσα νόμιμον εἶναι μὲν ὅτι κατὰ τῆς ἀποφάσεως τῶν ἐπάρχων ἔκκλητος μὲν οὐκ ἔστι, ἀναψηλάφησις δὲ ἐστι, καὶ εἰ μὲν ἕτερος ἐστὶν ἔπαρχος πιθανόν ἐστιν, ὅτι ἀνατρέψει τὰ παρ' ἑτέρου κριθέντα, ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς γένηται ἔπαρχος πάλιν ὁ ἤδη ψηφισάμενος ἢ τινὸς κατὰ τῆς ψήφου, καὶ αἱ δεήσεις προσηνέχθησαν, ἐπειδὴ προσδοκᾶται ὑπὲρ τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ ἀποφάσεως λέγειν, κελεύει ἡ διάταξις ὥστε τὸν κυαίστωρα συνεξετάσαι αὐτῷ ἢ δεύτερον ἢ τρίτον γενόμενον ἔπαρχον, ὑπάρχει δὲ ἐξετάζοντι τὰς ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀρχῆς γενομένας ἀποφάσεις, διατάζουσα μηδεμίαν εἶναι κατὰ τῶν τοιούτων ἀποφάσεων ἀναψηλάφησιν.

IAm trigesima secunda cōstitutione dicente, de omnibus magistratib. illustribus à quib. est appellatio principē fore appellationis Iudicē, p̄sens constitutio inueniēs ius certū quo aduersus sentētiā p̄fectorum prætorio appellatio quidē nō est, retractatio verò est, & si alius quidē sit præfectus, credibile est, quia rescindet q̄ fuerint ab altero iudicata, si verò idem ipse fiat p̄fectus iterū, is qui iā sentētiā tulit, contra cuius calculū & supplicationes oblatæ sunt, quia p̄sumitur ꝑ vetere sua sentētia dicturus, iubet cōstitutio vt q̄stor vnà audiat cū ipso iterū aut tertium præfecto creato, & examinante suas in priore magistratu dictas sententias, statuens vt nulla sit contra huiusmodi sententias retractatio.

XXXVI. Ὁ αὐτὸς A. ** Epitoma.

XPH μετὰ πᾶσαν τὴν δίκην τότε ἔκκλητον ἐπιδοθῆναι, οὐδὲ γὰρ βλάπτεταί τις, ἐὰν ἐν τῷ μεταξὺ γένηται διαλαλία ἀπαρνουμένη αὐτῷ δίκαιον ἁρμόζον αὐτῷ τυχὸν ἢ μαρτύρων παραγωγὴν, ἢ ἀνάγνωσιν συμβολαίου. δύναται γὰρ ἐν τῇ ἐκκλήτῳ πάντα γυμνάσαι, ἵνα μὴ κατὰ τῆς μέσης διαλαλίας ἐπιδιδομένης ἐκκλήτου μῆκος δίδωται ταῖς ὑπερθέσεσι πολλάκις ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει ἐπιδιδομένης ἐκκλήτου, καὶ ἐξεταζομένης, πάλιν ἄλλο κεφάλαιον γυμναζομένης, καὶ πάλιν καὶ κατ' αὐτὸ παρεχομένης ἐκκλήτου, ἐὰν δὲ διαιτητής ἐστιν ὁ ἐν μέσῃ διαλαλίᾳ δίκαιόν τι αὐτοῖς ἀρνησάμενος, κελεύει ἐγγράφως τοῦτο ἐπισημήνασθαι, ὥστε ἐν τῇ ἐκκλήτῳ φυλάττεσθαι αὐτοὺς τὴν περὶ τούτου δικαιολογίαν ἀνεπηρέαστον, εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, μήτε δεχέσθω τὴν ἔκκλητον ὁ δικαστής, καὶ αὐτὸς ὁ ἐγκαλεσάμενος ὑπὲρ τῆς παραβάσεως πεντήκοντα λίτρας ἀργυρίου παρεχέσθω. *Lat. per Ant. Cont.*

OPortet post omnē litē finitā, tūc appellationē reddi, neq.n.læditur q̄s si interea facta fuerit interlocutio q̄ illi deneget ius competēs, id est, vel testiū ꝑductionē aut relectionē instrumēti. potest enim in appellatione omnia denudare seu exercere ne cōtra medij tēporis interlocutionē data appellatione, mora initiatur dilationibus, sæpius in eadem causa data appellatione & examinata iterū alio capitulo vētilato, & iterū cōtra etiā ipsum porrecta appellatione. Si verò diætetà est is qui in media interlocutione ius aliquod ipsis denegauit, iubet scripto istud insinuāt, vt ita in appellatione seruent sibi suam de hoc allegationē in præiudicatā, si verò contra hæc fiat, neque recipiat appellationem iudex: & ipse qui appellauit pro transgressione quinquaginta libras argenti præstet.

Iudex pedaneus Zenonianus.

In causis quæ sunt vsque ad decē libras auri, solū vnus iudex cognoscit. In causis quæ sunt vsq; ad viginti libras, principiū nō mutatur. In causis q̄ sunt vltra viginti libras, totū auditorium principis expectatur. Et ad appellationē introducēdā est biēniū cōstitutū, & nouæ probationes recipiūtur. hoc dicit secūdū Bart. Vel sic: In appellatione ad sacrū palatiū deuoluta, si sit æstimationis viginti librarum auri, & à decē supra, cognoscit præfectus prætorio, & quæstor sacri palatij. Sin autē sit decē librarū, & infra, cognoscit alter eorū tātū. si verò sit maioris æstimationis viginti librarū, cognoscit principis consistoriū causa intra biennium intimata & ab eorum sententia non appellatur. Salyc.

XXXVII. *Idem A. Menna præfecto prætorio.*

IN offerēdis ꝓuocationib.[f], ex quib. cōsultationū more negociū in sacrū nostrū palatiū introduci solebat, hoc addēdū esse cēsem*: vt si quidē nō excedat litis æstimatio decē librarū auri quātitatē, ex ipsa

do isti iudices cognoscūt de tali cōsultatiōe, noui testes possunt induci, & nouę ꝓbatiōes.

f ¶ *Prouocationib.* quæ fiūt à spectabilibus: *vt l. præcipimus. in prin.* & priuato delegato, nō illustri: *vt s. in ead.§. huic.*

l. 14. s. vl. in prin.

a ¶*Decernendam.* videbimus enim an maior quantitas contineatur in sententia in qua appellatur, necne. ¶Quid autem si de hoc dubitetur: quia talis est species de qua potest dubitari, vt si est tutelæ, vel curæ: sub quo iudice cognoscetur? Potest dici quòd ambo in dubio cognoscent, *ar. ff. de iurisd. om. iud. l. si idem. §. j. & fi. & ar. ff. de libe. agnos. l. iiij. §. quia Plautianum.*

b ¶*Terminetur.* scilicet litis æstimatio.

c ¶*Iudicibus.* s. præfecto & quæstori: *vt supra eo. l. præcipimus.*

d ¶*Excipientibus.* scilicet in scriptis.

e ¶*Dissentient.* istis duobus modis aditur quæstor, vt subiicit, *sic ff. de arbitr. l. item si vnus. §. principaliter.* ¶Sed quomodo aditur quæstor, cum erat vnus de duobus? Dic quòd plures erant quæstores: *vt patet ff. de offic. quæsto. l. j.* patet ergo quòd per hanc legem vnus non vltra decem libras auri, duo non vltra viginti iudicant. Sed contra *infra eo. l. fina. in fin.* vbi dicit, si ex postfacto apparet excedere, de toto cognoscit. Sed illa corrigit istam. ¶Item not. quòd ambo simul debẽt cognoscere. Sed aliud in pluribus tutoribus, vbi etiam vnus agit: *vt ff. de admini. stra. tute. l. decretio. §.*

f ¶*Duos.* secundùm prædictam distinctionem.

g ¶*Biennij.* Hic non ponitur tempus appellationis exercendæ: sed id, intra quod appellatio cognoscenda intimari debet iudicibus, vt de ea cognoscant. Sed authentica videtur statuere duos menses ad appellationem inchoandam quæ fit à pedaneis iudicibus à principe delegatis: *vt in authentica de iudicibus. §. audient. colla. vj. Ioan.* In aliis videtur statui medium tempus appellationis: *vt infra tit. j. l. nemo.*

h ¶*Adsertiones.* *vt primo titul. j. l. fina. §. in his. & l. per hanc. & supra eo. l. eos. §. si quis. & infra eod. l. ampliorem.*

*Decis.

† l. j. supra de temen. PP. in qua biennium datur ad supplicandũ principi. Contius.

† Hodie anni. in l. vij. §. his. infra eo. Contius.

ipsa scilicet sentẽtia iudicis decernenda[a]: nõ duob[us] (sicut antea) magnificis iudicibus, sed vni tantummodo disceptatio negocij deputetur. Sin vero memoratam excedens quantitatem, viginti libris auri terminetur[b]: duob[us] tradatur [disceptatio] * magnificis iudicibus[c], viris scilicet deuotis epistolaribus cognitionalia certamina excipientibus[d]: ita tamẽ, vt si dissentiant[e] virum illustrẽ pro tempore quæstorem adhibeant, vt eo dubietatem dirimente finiatur negocium.

His videlicet litibus, quarum æstimatio viginti librarũ auri quantitatẽ excedit, in commune auditorium florentissimorũ sacri nostri palatij procerũ introducendis: vt tamen secũdum iam statuta † liceat quidẽ non solũ victo, sed etiam victori consultationem ad vnum vel duos[f] iudices mittendam, intra biennij[g] tempus † ei vel eis intimare. Post excessũm enim memorati temporis huiusmodi licentiã amputamus. Quæ verò fuerint ab eo vel eis decreta, nulla prouocatione suspendant. Nouas etiã adsertiones[h] à partib[us] apud eundẽ vel eosdẽ iudices addi, ad exẽplũ consultationis ad sacrũ nostrũ palatium introducendæ permittimus. Dat. viii. Id. April. Constantinop. Decio Conss.

Si appellatur à duce. siue sit illustris, siue spectabilis, solum magister officiorum cognoscit: & in hoc corrigitur l. præcipimus. h. d. secundùm Bart. Vel sic: De appellatione interposita à duce spectabili vel illustri cognoscit magister officiorum, & quæstor sacri palatij. Salyc.

XXXVIII. *Idem A. Demosthenti præfecto prætorio.*

SI quando † duciano[i] iudicio appellatio fuerit oblata: siue ab ipsa qualitate iudicis, siue ex diuina delegatione viro spectabili duci destinata, siue inter spectabiles idem dux connumeretur, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiore (cum etiam magisterię

potestatis homines, necnõ cõsulares sæpe vtilitate publica poscente ad huiusmodi curam perueniant) nullo discrimine habito, non dignitatẽ, sed ducatus magistratum spectari: & appellationẽ ex quocunq; duce peruenientẽ, non vt antea erat dispositum, sed apud virum sublimissimum magistrum officiorum, necnon virum excellentissimum nostri palatij quæstorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationũ, viris deuotis epistolaribus excipientibus ventilari sancimus: nulla veteris legis in hac causa obseruatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos iudices causa trutinanda.

Appellatur à tãto, & discutitur de toto: quia appellatio est communis etiã parti quæ non appellauit. hoc dicit secundũ Bal. & non est alibi. Vel sic: appellatus potest appellationem exercere sicut appellans, & petere sententiam melius reformari in sui fauorem. hoc dicit vsque ad §. in refutatorus. Bartol. & Salycetus.

XXXIX. *Idem A. Iuliano* PP.

AMpliorem prouidentiã subiectis cõferentes, quã forsitã ipsi vigilãtes[k] inueniũt, antiquã obseruationem emendamus: cũ in appellationũ auditoriis is solus post sententiã iudicis emendationem meruerat, qui ad prouocationis conuolasset auxilium: altera parte, quæ hoc nõ fecisset, sententiam sequi (qualiscunque fuisset) compellenda. Sancimus itaque, si appellator semel in iudicium venerit, & causas appellationis suæ præposuerit: habere licentiam & aduersarium eius, si quid iudicatis[l] opponere maluerit, si præsto fuerit, hoc facere, & iudiciale mereri præsidium. Sin autem absens fuerit: nihilominus iudicem per suum vigorem eius parteis adimplere[m]. †

S*I quando.*] CASVS. In l. præcipimus. circa principium dicebatur quòd si appelletur à duce, præfectus de sententia iudicabit. hæc l. corrigit, & dicit, siue sit illustris dux, siue sit dux magister militum, semper à duce appellabitur ad magistrum officiorũ, & ad quæstorem.

† Corrigitur in No. 23. c. 5. Contius.

i ¶*Duciano.* Hic dicit quòd si à duce spectabili vel illustri appellatur, quæstor palatij & magister officiorum cognoscent. ¶Et est contra *supra eo. l. præcipimus. §. quod si à duce.* Solu. vt ibi, & non legitur in scholis. ADDITIO. Hanc l. notat Bar. hic ad quæstionem, quòd si rex habens ducatum, vel comitatum, iudicat vt dux vel comes: appellatur[a] ad superiorem sibi in ducatu, vel comitatu, non inspecta regia dignitate, hoc ipsum dicit idem Bart. *per hanc eandem. l. in l. j. §. si quis in appellatione in vlt. quæst. ff. eo.* ¶Item facit ad aliam quæstionem. Si aliquis episcopus vel clericus alius habeat iurisdictionem à principe, & iudicat vigore illi[us] iurisdictionis: quòd ab eo appellat ad principem, non ad papam: *vt hic est casus secundùm eandem Barto. hic, & in d. §. si quis in appellatione. de quo vide latius per canonistas in ca. Romana. §. debet. eo. tit. lib. vj.*

a Appellatur à rege ducat[us] sui comitatus sui nomine iudicante ad superiorem eius ducat[us] vel comitatus, non inspecta regia dignitate aliàs appellari à rege non solet.

A*Mpliorem.*] CASVS: Olim si aliquis appellabat, appellator ante habebat commodum de appellatione, non aduersarius verbi gratia: conueni Titium in xl. iudex condemnauit eum in xxx. si Titius appellabat iudex appellationis, vt ei videbat, ferebat sententiam pro appellatore, non pro me. dicit imperator quòd ego debeo reportare commodum de appellatione: quia si Titius dicat se iniustè cõdemnatum in xxx. ego possum dicere quòd debet condemnari in xl. & iudex appellationis poterit ferre sententiam pro me si videtur ei, siue fuerit præsens, siue absens. [SED EXTRA] Quando appellatur à minori ad maiorem, debet mittere iudici appellationis omnia acta: & si sit quæstio de x. libris auri, & post processum causæ appareat quòd illa quæstio contineat xv. & ita videbatur quod vnus iudex non posset cognoscere: *vt supra eod. l. in afferendis.* dicitur tamen quòd iudex appella. etiam de quindecim poterit cognoscere, & ferre sententiam. Viuianus.

*Iustinian.

k ¶*Ipsi vigilantes.* id est, ipsi viderent si in hoc cogitarent tantum quantum nos pro eis cogitamus.

l ¶*Iudicatis.* verum est super eo capitulo in quo est appellatum, vel connexo,[b] non in alio: *vt ff. de minorib. l. etiam. §. ex causa. & ff. de arbit. l. quid tamen. & supra de transact. l. si ex falsis. & ad hoc supra eod. l. in afferendis. in fin.*

m ¶*Adimplere.* supplendo de iure, & inducendo legem pro[c] absente: vel respondendo legi contra eum inductæ: quod est verum generaliter: *vt supra vt quæ desunt aduoc. par. l. vnica.* Item & de facto: vt quærendo an promissio per metum facta fuerit, vel dolum. Vel an solutio fuerit facta, vel pactum factum, quod hic est speciale: *vt infra titu. j. l. ij. in fin. & plenè diximus: vt quæ desunt aduoc. l. vnica.* Accursius. ADDITIO. Tu dic cum Bartol. hic, non esse speciale in hoc

b Appellatio facta ab vno capitulo, extẽdit se ad aliud connexum. v. Guidonem Papa singulari 1. . .

c Si dilatio data est absenti iudex potest pro absente supplere. v. Lanfrancum in prax. a. 2. no. 7.

† Contra glo. in cap. bone memoriæ super verbo cruentum in me extra de postu. præla.

casu: immò regula[a] est secundum eum quòd vbicumque contra absentem potest peruenitur ad definitiuam sententiam, iudex pro eo potest supplere de facto, *vt hic, & supra quomo. & quan. iudex aut. qui semel: in perquisita veritate, &c.*

a ¶ *In refutatorijs.* in [b] quibus refutatur audientia iudicis qui tulit sententiam. 2 Vel in literis dimissorijs. 3 Vel tertio appellat preces refutatorias illas de quibus dixi: *supra de rela. l. 3. in fin.*

b ¶ *Ea.* supple, & caueant ea &c.

c ¶ *Perorata.* id est, allegata, & alibi scripta de testibus & confessionibus quæ iudex appellationis habet sibi tradita.

d ¶ *Iterum.* & ita bis idem repetebat, non autem dicit quod acta primæ causæ non videat iudex.

e ¶ *Resuscitare.* id est, in scriptis redigere, & recitare, *ar. ad hoc supra de pre. imp. of. l. fin. & supra de rela. l. fi.* Accursius.

f ¶ *Aliquid noui continẽt.* vt putà cõfessiones nouiter factas, & testificationes, breuiter narrandum est secundùm Azo.

g ¶ *Addere.* ¶ Not. fieri[c] posse confessiones de nouo.

h ¶ *Quod sufficiant.* ideò non dicit, quòd, id est, quia sufficiant.

i ¶ *Promulgatum supra e. l. in offerendis.*

k ¶ *Excedere.* putà in vniuersali iudicio petitione hæreditatis, & familiæ erciscund.

l ¶ *Imponere.* ex eadẽ parte. Vel fortè etiam ex alia causa, nam & alteri licet[d] petere emẽdationem, *vt in princ. huius l.*

m ¶ *Rationis.* aliàs rationis, s. inductæ ex lege illa, in offerendis, & aliàs, narrationis, s. dictæ legis. ¶ Et no. quòd ex hac lege, *& inst. de act. §. si minus.* colligunt quidam, P. quòd si primò petij quinque, in eodẽ iudicio possum addere, & petere alia quinq; quod non placet. & hic dicit in petitione hæreditatis, vel simili iudicio: vt dixi in vniuersali.

[a] Iudex in supplere possit de facto vbicumque cõtra absentem potest peruenire ad definitiuã sententiam.

[b] Refutatorij libelli quid, dixi in glo. in l. 17. & 19. supra eod. & ad l. 1. in fin. sup. de rela. in n.

[*] adscriptionibus, sic in omnibus.

[c] Confessiones de nouo fieri possunt.

[d] Emendationem alteri petere licet.

Gaudent breuitate moderni, hoc dicit secũdũ Bar. Vel sic: Libelli appellatorũ nõ debent esse verbosi: nec superflua, sed necessaria tantùm cõtinere, quibus omissis puniuntur offendentes arbitrio iudicis, hoc dicit secundùm primam expositionem, quæ est magis amica litera. Salycet.

In refutatorijs[a] autem libellis qui solent maximè in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerum recitari, caueant tam litigatores, quàm libellorũ dictatores, verbosis vti adsertionibus,[*] & ea[b] quæ iã perorata[c] sunt, iterũ[d] resuscitare[e]: sed hæc sola eis inscribere, quæ cõpendiosa narratione causas prouocationis possunt explanare vel aliquid[f] noui cõtinent, vel addere[g] quod derelictum est: scituri quòd si hoc fuerit prætermissum, non deerit aduersus libellorum conditores amplissimi iudicij competens indignatio, quòd sufficiant[h] gestorum volumina introducta, & virorum spectabilium magistrorum scriniorum breues omnia apertissimè ostendere.

Sufficit quod iurisdictio in principio sit fundata ratione duby, licèt in calculo ferendæ sententiæ appareat aliquid quod à principio esset obstatiuum iurisdictioni, hoc dicit secundùm Bald. Vel sic: Si tempore sentẽtiæ summa reperiatur maior quàm prima facie videbatur, non impeditur iudex super toto pronũciare, hoc dicit notabiliss. §. iste, quẽ bene no. sec. Bart. Vel sic: Crescente lite crescit iurisdictio. Vel sic: Ratione duby cognoscitur & pronũciatur vltra iurisdictionẽ ordinariã iudicãtis. Saly.

Sed enim scimus legẽ nostrã esse promulgatã[i] per quã more consultationũ in causis quidẽ quę vsq; ad decẽ libras auri extendunt, vnũ iudicẽ sancimus supponi, viginti autẽ duos sublimissimos iudices. Sed cũ prima quidẽ facie videbat non tãtã summã excedere[k], in definitiua autem sentẽtia apparebat iudici, vel iudicibus etiam maiorem quantitatẽ debere imponere[l]: non erat eis impossibile formam qua erãt conclusi, excedere. Sed nos definimus, & omnẽ eis dam[*] facultatem, si hoc ita fuerit subsecutũ, licere eis & ampliorem summam præfata quantitate in qua dati sunt iudices, excedere: & non ad modum suæ rationis[m], sed ad veritatis indaginem ferre sententiam: ne tanti iudices quasi vinculis præpediti non possint legum veritati & iudiciali vigori per omnia satisfacere. Dat. VI. Kalen. Apr. Constant. Lampa. & Orest. Coss.

DE TEMPORIBUS, &c.

Quando & qualiter fiat appellatio d. xit: nunc intra quæ tempora exerceatur.

Si quis.] CASVS. Nominatus ad munus aliquod, si se vult excusare, debet appellare. Intra verò quod temp[us] debeat prosequi appellationem, quæritur. Respon. quòd si absens est, intra duos mẽses computãdos à tempore sententiæ, si præsens est, statim incipiunt currere sibi duo menses. Viuianus.

n ¶ *Si quis per absentiam.* omitte modo, per absentiam.

o ¶ *Munus aliquod.* præter tutelam, vel curam, *vt dixi supra ti. j. l. fi. ad scribatum & facit ad hoc l. hi qui.* Accur.

p ¶ *Interponendæ.* vel propriè, & erit speciale, vel verius, id est, interpositæ intra decẽ dies, *vt supra tit. j. auth. hodie.* & extenditur causa appellationis in duos mẽses: & in hoc est speciale, quia aliàs alia tẽpora statuuntur: *vt infra l. prox. & in auth. si qui. prima est contra. l. ff. quando appel. sit l. j. §. quod in sententia.* Accurs.

q ¶ *Computandæ sunt.* ad exercendam. ¶ Et hic accipe, per absentiam.

r ¶ *Monstrauerit.* quod est eo ipso quod cõtrarium non probatur, id est contra se monstrabitur. *vt & ff. de proba. l. verum.* & sic habebit pro singulis xx. miliarib. vnam diem *ff. de verb. sign. l. mille passus.* & sic plus habet, quàm ille qui præsens est. *& ad hoc supra quom. & quand. iudex, l. ab eo.* & est speciale in hoc casu, vt citò per officiales rei publ. consulatur, & ex hac lege potest poni casus in regula iuris, *vt ff. de regul. iur. l. nobi len.*

TITVLVS LXIIII.

DE TEMPORIBVS & reparationibus † appellationum seu consultationum.

Qui appellat à nominatione, habet decem dies ad appellandũ duos menses ad prosequendum, secundũ vnam lecturam Bald. Vel sic: Tempus exercendæ appellationis interpositæ à nominatione ad munera, est duorum mensiũ à tempore sententiæ. Bartol.

1. *Imp.* CONSTANTIN.[*] A. *ad Crispinum.*

Si quis per absentiã[n] nominatus, vel ad duumuiratus aliorúmque bonorum insulas, vel munus aliquod[o] euocatus, ad prouocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendæ[p] appellationis[*], duorum mensiũ spacia ei computanda[q] sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse mõstrauerit[r]. Nã præsenti qui factã nominationem cognouerit, & appellare voluerit statim debent duorũ mensium spacia computari. Dat. viij. Id. Iul. Constantinop. A. VI. & Constantio CC. Coss.

Tempora fatalia introducendæ appellationis in veram ipsius prosecutionem secundum qualitatem iudicum à quibus appellatur, diuersa statuuntur. Bald. Vel sic: Si appellatur ab ordinario, ad appellationis prosecutionem inchoandã primum fatale est sex mensium, & datur alia tria vnius mensis pro quolibet. Et à principe potest intra tres menses reparatio postulari: nec partis citatio requiritur, si appellatur à delegato, eadem sunt fatalia reparatione accepta. Sed si appellatur à delegato illustris vel spectabilis, primum fatale est duorum mensium.

Tempore fatalium.] CASVS. Olim statuta erant tempora in exercenda causa appellationis, & illa dicebantur fatalia, quia fatum, id est, mortem, vel terminũ imponebant causæ, quia si aliquis appellabat à sententia clarissimi vel spectabilis, sex menses dabant, & hæc tẽpora dicebantur primi fatalis dici, elapsis his temporibus videbatur terminata causa, vel mortua de rigore iuris: sed de æquitate dabatur secũdus fatalis dies, cuius secundi diei tempora erãt triginta & vnus dies & tertius & quartus, & quilibet totidem dierum: & si appellator non prosequebatur causam appellationis intra illa tẽpora, adhuc poterat petere reparationem, vel refectionem causæ à principe intra tres menses, qui computabantur à tẽpore quo quartus fatalis dies elabebatur. Si verò appellatum est à delegato à principe: tempora primi fatalis diei erunt sex mensium, & postquam est elapsus prior dies fatalis, dantur tres fatales, & tempora cuiuslibet fatalis sunt xxx. & vnus elapsis his temporibus non potest peti restitutio à principe:

† Quum necessitas publica vel ægritudo iudicis in causa fuit vt laberentur tempora ex rescripto petitur reparatio, & ea aduersario denunciada est. *C. T. eod. tit. l. 6. Aut. Cons.*

[*] C. T. eo. l. 1. dat. 19.

[*] Sic interponendum, ne quis cũ Accursio fallatur.

[*] Deest.

pe:

pe: sed sententia mandatur executioni. Si autem sit appellatum à delegato præfecti prætorio, vel alterius, primus fatalis dies erit duorum mensium, & alij tres dies fatales. & computabuntur in his diebus fatalibus dies feriati, his temporibus elapsis, si appellator non prosequatur causam appellationis, prima sententia remanet firma. Viuianus.

liter: quia cum valuerit in fato principali petere, qui reparationem petiit, debebit aduersarium vocare.

k ¶ *Quod si ab arbitro.* id[a] est, delegato principis.

l ¶ *Nonaginta tribus.* præter primum, scilicet fatalem, qui est sex mensium: *vt supra l. proxi. & j. l. fina §. j.*

a ¶ *Tempora fatalium.* fatales[a] dies dicunt, quia fatum, id est, finis causæ imponitur: *vt s. de aduo. diuer. iudic. l. aduocati. & s. de iudic. l. properandum §. sin autem. & j. eo. l. nemo… acceris.*

b ¶ *Amputantes.* quæ denegari debet, nisi vrgentissima causa vel ratio postulet: *vt s. de dilat. l. j.*

¶ Sed cur dicit hic fatalium, cum & alij dentur? Resp. ideo quia mero iure causa in fatum concessit, & finem accepit: licèt de æquitate aliæ adhuc dentur dilationes.

c ¶ *Tempora.* id est, dies fatalis.

d ¶ *Reparationem.* quia cum causa accepit fatum, petit à[b] principe vt reparet: quod fieri potest intra tres menses, tribus mensibus computandis à fine quarti fatalis, *vt subijcit:* nec in hac petitione reparationis, vel post eam petitam necesse est vocari aduersarium pro hoc, vt subiicit. Sed hodie[c] iure codicis non videtur habere locum reparatio: *vt infra l. proxim.* nisi dicas illam correctam per vltimam legem huius tituli: vltima corrigitur per authent. *de iudi. §. appellationes. colla. v j.*

e ¶ *Decernimus admoneri.* ad hoc vt sciat qualiter reparatio petita sit, nec etiam in eius petitione.

f ¶ *Temporalem.* scilicet reparationis indultum. quasi dicat, non computatur statim ex quo dat, sed demum finito quarto,[d] cum fortè intra tempora quarti petita sit reparatio, & hoc subiicit hic, *& supra qui admit. ad bo. posseß. l. finali.* Alij dicunt quòd hic dicit quòd non est aliud tempus dandum post istam reparationem: & quod infra subiicit, non mutatur.

g ¶ *Non fuerit.* ante finitum quartum, & post quintum inceptum.

h ¶ *Nec hoc.* quòd sic petitur ea absente: quia non[e] debet certiorari quiscit, vel[f] scire debet: *vt hic subiicit, & ff. de asti. emp. l. j. in fine.*

i ¶ *Fatalis.* finis quarti, & principium quinti. Item non nocebit simi-

[a] Fatales dies vnde dicti.

[b] Reparatio petitur à quo petenda.

[c] Reparatio an hodie locum habeat.

[d] Appellans qui non prosequitur appellationem, non habet quadrimenstre tempus. v. Goldonem S. aps. sin & hoc §.

[e] Certiorari non debet qui scit, vel scire debet.

[f] Pars scire … & scire debere.

cætera non mutantur. & si vltima dies cadit in feriatam, præcedens inspicitur: & fatalibus elapsis pro non appellante habetur. hoc dicit secundum Bartolum. Vel sic: Lex ista tractat de tempore intra quod debet inchoari processus appellationis. Paulus de Castro.

11. *Imppp.* THEOD. & VALENT. AA. *Cyro præfecto prætorio.*

TEmpora fatalium[a] dierum pro seculi nostri beatitudine credimus emendanda, vbique dilationum materias amputantes[b]. Et primi quidem fatalis diei tempora[c] post appellationem, siue à viro clarissimo rectore prouinciæ siue à spectabili iudice fuerit appellatum, sex mensium esse iubemus. Quòd si primo fatali die lapsus est appellator, trecesimum primum diem alterum volumus esse fatalem. Quòd si eo quoque appellator exciderit: tertium similiter totidem diebus intermissis fatalem obseruari decernimus. Quòd si tertius quoque lapsus fuerit temporalis: quartum etiam fatalem post tricesimum primum diem similiter obseruari decernimus. Quod si ita contigerit, vt quatuor fatalibus diebus, qui appellauit, exciderit: tunc intra trium aliorum mensium spacium à nostro numine reparationem[d] peti præcipimus: qua petita nec aduersarium decernimus admoneri[e], nec temporalem[f] diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spacio ex quarto fatali numerando causam induci præcipimus, licèt ante vnum diem reparatio fuerit impetrata: licèt allegata in iudicio virorum illustrium præfectorum non fuerit[g]. Nec hoc[h] parti nocebit aduersæ: cum non dubius, sed notus omnibus dies fatalis[i] appareat. Et hoc si aduersus viri clarissimi rectoris prouinciæ vel spectabilium iudicum sententias fuerit appellatum. Quod si ab arbitro[k] in prouincia ex delegatione sacra disceptante appellatio subsequatur: post priorem fatalem lapsum tres alij tantùm fatales dies similiter (vt supra dictum est) seruabuntur, nulla reparatione à nostro numine postulanda: ita, vt nonaginta tribus[l] diebus elapsis iudicata congruę executioni[m] mandentur. Sin autem ex sententia prætorianæ præfecturæ, vel magistri officiorum, vel ab alio illustri dignitate decorato arbiter in hac sacratissima ciuitate fuerit delegatus, & appellatio contra definitionem vel sententiam eius subsecuta fuerit: primus quidem fatalis dies duorum mensium, alij verò tres ad similitudinem supradictorum fatalium numerentur. Qui verò delegatum vel à spectabili iudice seu præside prouinciæ arbitrum appellauerit[n]: primum quidem fatalem diem duorum mensium, tres verò alios ad similitudinem prædictorum fatalium dierum habeat. Illud etiam circa obseruationem fatalium dierum custodiri decernimus, vt si fortè temporales in feriatos dies quoquo modo inciderint: præcedentes[o] eos dies vt temporales à litigantibus obseruentur. Quod si quis secus ac iura præcipiunt, lapsus dies fuerit temporalis, & hoc primo loco vel à præsente aduersario vel etiam à iudice † si solus litigat[p] appellator, fuerit oppositum, probatúmque: pro eo habebitur appellator, ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit. Dat. XII. Kalend. Maij Valent. A. V. & Anatolio Coss.

m ¶ *Executioni.* Sed nónne dabitur spaciũ duorum mensium vel quatuor post omnes fatales, sicut post confirmationem, quod videtur: *vt supra de vsur. rei iudic. l. ij.* Sed respondeo, non quia iudex appellationis nõ iudicauerit: quia non venerat pars ad iudicium. Perinde est ergo ac si non fuisset appellatum. vnde ex prima sententia fit executio, vt in fine huius legis, secundùm Azo.

n ¶ *Appellauerit.* id est, appellationem repulerit, secundùm H.

o ¶ *Præcedentes eos dies vt temporales.* Construe sic: temporales, id est, feriati dies obseruentur à litigantibus: *vt infra.* sicut præcedentes eos dies feriatos. q. d. feriati & non feriati computentur: *vt s. de fer. & de dilatio. l. fine pars. §. feriæ.* Alij dicunt quòd præcedentibus diebus debet expediri negotium, cum superueniũt fatales. Accurs.

p ¶ *Si solus litigat.* quia non est præsens aduersarius contra quem est appellatum, qui opponeret fatalia cucurrisse. ¶ Et not. hic quòd iudex supplet[b] de facto quod notum est ei non vt iudici: *& sic supra titu. j. l. fina. §. sin autem absens. & ff. de procura. l. filiusfamilias. §. milites. & dixi supra vt quæ desunt aduoc. part. l. j.* Vel dic quodammodo ei esse notum vt iudici.

Sequitur authentic. ei qui appellat. quæ corrigit legem istam, & est de his qui ingred. ad appel. §. j. colla. v. Accursius.

[a] Arbiter pro delegato principis.

[b] Iudex supplet de facto quod notũ est ei nõ vt iudici: aut certè quod ei quodammodo notũ est vt iudici.

† *Facit ad hoc, §. glo. in ca. bonæ memoriæ. super verbo curauimus in med. extra de postula.*

IN AVTHENT. DE his qui ingrediun. ad appel. §. j. colla. v. consti. xi.

Hac authen. dicit quòd tempus exercendæ & finiendæ appellationis est annus, & ex causa scilicet impedimenti est biennium intra quod tempus vtraque & altera pars potest causam prosequi: quo tempore transacto, iudice appellationis nihil pronunciante, sententia prima transit in rem iudicatam. Si ergo appellans vult absente aduersario pronunciari, ne sententia prima confirmetur, debet vltimo mense comparere, & facere aduersarium citari. Iudex verò sententiam infirmabit vel confirmabit prout acta dictabunt, absente semper propter absentiam condemnando in expensis. Baldus.

EI qui † appellat, impertit annus intra quem secundũ

E*I qui appellat.*] CASVS. In legibus erant plures fatales dies constituti, sicut dictum est superius. Authentic. statuit vnum tantùm fatalem diem, intra quem appellator debet prosequi appellationem, siue solus ipse sit in iudicio, siue præsente altera parte: & si iusta causa interuenerit, alius annus datur ei ad exemplum. Si appellator nolit prosequi appellationem, victor debet afferre suas allegationes: vt prima sententia confirmetur, vel rescindatur: & absens præsenti debet condemnari in expensis.

† *Concord. cum hac authẽ. cap. cum sit Romana. extra de appel.*

se [a] communitérve cũ aduersario litẽ exequatᶜ, aut si iusta causa [b] intercesserit, alius annus indulgeatᶜ quo [d] transacto lite nõ cõpleta [e], rata manet sententia [f]. Appellatore cessante, cùm vnᵍ mẽsis superest ex biẽnio: licet victori ingredi, vt reus quæratᶜ: quo siue inuẽto, siue nõ, suas afferat [h] allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatᶜ sententia, in omni casu [i] absente in expensis condemnando secundũ tempora fataliũ dierum. Neutro [k] verò occurrente, post secundum fatalem [l] permanet sententia rata.

IN AVTHENTICA DE appel. §. j. colla. viij. constitut. ij.

Ista authentic. dicit, quòd pendẽte compromisso tempus instantiæ appellationis non labitur quotcunque annis durauerit compromissum. Bal. Vel sic: Non currit tempus ei qui semper litigat etiam coram arbitro. Bar. Vel sic: Si de causa appellationis compromittatur, tempora interim non currunt. Salyc.

SI tamen in medio causæ apud iudicem appellationis, vel motę, vel nõ motæ aliq eligantᶜ arbitri, & propterea biennium transeat, intra qđ oporteat appellationẽ finiri, & perquãlibet occasionẽ ad iudicẽ appellationis causa reuertatᶜ: non lædatᶜ ex cursu tẽporis [m], sed exerceatᶜ, & terminũ legitimum suscipiat, & si decies milies plus quã biennij tẽpus transierit, nisi biennium cesserit postquàm arbitrium fuerit desertum.

IN AVTHENTIC. de appella. & intra quæ temp. §. ad hæc sancimus. collat. iiij. constitut. ij.

Si stat per principẽ, nõ currunt tẽpora appellationis donec princeps cõstituat quis cognoscat. Bal. Vel sic: In consistorio principis currit tempus intimandæ, sed non introducendæ appellationis donec constituat quis cognoscere debeat. Salycetus.

SEd & lis quę speratur in cõsistorium principis inferri, absque damno moræ maneat intacta [n], donec ipse faciat eam introduci [o], & à proceribus secundum morem dirimi.

IN AVTHENTIC. VT sponsa. larg. §. hoc quoque. colla. ix. consti. II.

Si stat per iudicem appellationis, non currunt fatalia. Bald.

SI appellatione secuta, nouissimo induciarum die [o] aut pars vtraque, aut solus qui appellatione vsus est, occurrerit, & suam pręsentiam manifestauerit iudici futuro appellationis examinanti negotium, vel eius consiliariis, aut his qui lites intromittunt. & iudex in definitis diebus eum suscipere differat: nullum præiudicium [p] partibus, aut vni earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinari appellationes huiusmodi, & legitima sententia terminari.

Ad appellationem exercendam post tempora statuta, supra eod. l. ij. non conceduntur alia. Et tempus appellationis introducendæ, est dimidietas temporis exercendæ. Salyc. Vel sic: Lex ista venit ad suppletionem præcedentis, & dicit quòd transactis temporibus de quibus ibi, deseritur appellatio: & non est licitum à principe impetrare restaurationem, nisi in primo casu legis præcedentis. Paul. de Cast.

III. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Appioni* P.P.

NEmo arbitretur in posterum licentiam futuram consultationibus [q] vltra statuti [r] temporis viuendi spacia, neque per oblationẽ precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neque sub prætextu [s] quodam altero, sed omnibus incumbendum esse vigilanti diligentia [t] quò prouocationes eorum intra statutum tempus introducantur.

---

a ¶ *Secundum se.* id est, cùm ipse solus est in causa sine aduersario: & communiter quando cũ aduersario: nam & vterque esse potest: vt j. eo. l. fi. § illud. Vel dic secundũ se quando solus: cõmuniter quando duo sunt qui communem habent causam cõtra tertium.

b ¶ *Iusta causa.* quare non possit exequi litem.

c ¶ *Indulgeatur.* à lege, & sic non est opus restitutione in integrum.

d ¶ *Quo.* scilicet secundo anno, & sic sunt duo fatalia. Sed olim plura, licèt breuiora: *vt hoc tit. l. ij. & fin.*

e ¶ *Completa.* id est, non conclusa & renunciato.

f ¶ *Manet sententia.* ac si non fuisset appellatum, *vt j. eod. l. fi. §. fi. in fin. & in hac lege, tempora in fin. & supra tit. j. l. si contra maiorem.* Et hoc casu actio in factum datur ex sententia prius lata, licèt quãdo secundò sententiaretur aliud esse secundũ quosdam, *vt no. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. j.* ¶ Sed quid si iusta causa etiam secundo anno fuerit impeditus? Resp. datur restitutio ex clausula generali. *ff. ex qui. cau. ma. l. j. in fi. & in corpore, vnde sumitur §. j. ibi, quid enim agere oportebat, &c.* & ita primus & secundus annus datur à lege: tertius & alij per restitutionem, & sic vltra biennium extenditur, sicut etiam in aliis casibus quos habes statim in auth. si tamen, &c. & in authen. sed & lis. & in authen. si appellatione.

g ¶ *Vnus mensis.* & etiam ante, [b] si vult, *vt infra eo. l. fin. §. nulli liceat.* Sed certè illa loquitur in introducenda, non in exercenda.

h ¶ *Afferat.* actor.

i ¶ *In omni casu.* siue rescindatur, siue cõfirmetur, & gratias agat Deo, quòd in principali causa seruatur ei (quanquã absenti) iustitia: *vt in corpo. §. j. insf.*

k ¶ *Neutro.* i. nec actore, neque reo veniente.

l ¶ *Secundum fatalem.* i. post biennium, & idem si tantùm datus est annus.

SI *tamen.*] CASVS. Hæc authen. dicit: Si contingat quòd fortè in medio tempore fatalium, id est, duorũ annorum qui dati sunt ad appellationem exercendam, ipsi litigatores eligant arbitros, nõ currit tempus, quia litiganti non currit tempus. Viuian.

m ¶ *Ex cursu temporũ* nec ei currit tẽpus, qui semper litigat, *vt j. de ino. testa. l. contra maiores.*

SEd & lis.] CASVS. Superiores authenticas locum habent quãdo lis ventilabatur coram aliquo iudice: hæc quando appellatio ventilatur coram principe, dicit enim quòd lis quæ mouetur coram principe, potest moueri omni tempore, donec imperator præcipiat quòd illa causa determinetur. Viuian.

n ¶ *Intacta.* hoc etiam olim erat, *vt infra eod. l. fi. §. si tamen.* & intelligunt quidam, vt Io. hanc auth. quando ille qui appellauit, notũ fecerat principi, alias non esset sine damno moræ. Alij dicunt cõtra quòd qui metuit sententiam, debet notificare, vt confirmet, vel deleget, nõ appellãs, & pro eis est in auth. *de his qui ing. ad appe. §. illud quoque. coll. v.* Sequitᶜ alia authentic. si appellatione. alias incipit, Item si appellatione, quę est in cor. *vt spon. lar. §. hoc quoque. col. ix.*

SI *appellatione.*] CASVS. Si appellator vel altera pars, aut ambo simul veniant ad iudicem appellationis, etiam vltima die fataliũ, & iudex nolit eum vel eos audire: nullum fit præiudicium partibus in hoc, quia postea etiã poterit examinari causa appellationis: cũ stet per iudicem quominus appellatio exerceatur. Viuia.

o ¶ *Nouissimo induciarum die.* id est, in vltima dilatione.

p ¶ *Nullum præiudicium.* Imò videtur lata sententia: *vt s. eod. authen. ei qui.* Sed hic stetit per iudicem: *vt ff. ex quib. caus. ma. l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. & de dam. infe. l. si finita. §. eleganter.* Sed certè auth. illa, ei qui, &c. loquitur quando stetit per iudicem, *vt in cor. de his qui ing. ad appella. circa princip. colla. v.* Sed certè nec ibi prohibet vltra biennium prorogari in eo quod dicit si steterit per iudicem. Siue [a] ergo steterit per principem, non currit tempus: *vt s. authen. sed & lis.* siue per alium iudicem, idem est vt hic, quod intellige quantum ad effectũ, nam datur restitutio: *vt ff. ex qui. cau. ma. l. si per prætorem. §. ait prætor.* In causa principali nõ datur restitutio post triennium, *vt supra de iudi. l. properandum. §. sin autem vtraque.* Sed quid si steterit per alium? Respon. nihilominus currit tempus, sed agitur contra eum de dolo, *vt ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo.* sed si ille non esset soluendo, restitueretur ad litem: *vt ff. de eo per quem fac. est l. fi. Accurs.*

NEmo.] CASVS. Hæc lex corrigit primã in hoc quòd prima dicebat, quòd elapsis primis fatalib. diebus poterat peti reparatio siue restitutio causæ, h. d. quòd reparatio nullo modo petatᶜ: sed appellatur statim cũ appellat, vel intra medietatẽ tẽporis quod datur ad appellationem prosequendam, debet appellationem exercere.

q ¶ *Cõsultationib.* i. appellatio. & sic ponitᶜ cõtẽtũ pro cõtinẽte, sec. Ot.

r ¶ *Statuti.* vt supra l. prox.

s ¶ *Sub prætextu.* nedũm per rescriptum.

t ¶ *Vigilanti diligentia.* ablatiuus. ¶ Et sic not. per hanc legem, corrigitur superior in eo quod de reparatione dicit. Sed hæc per vltimam

---

a addę gl. ssam Nouella 47 ... in verbo ... per ... Bartolum ... *decis. 478.*

b Dic certè constituta in introducendæ appellationis, potest is cui dies à iudice à quo constituta est ante ea die introducere appellationem suam, neque eo præterito appellatio dicetur deserta: *vt* ... Gl. ... *in verbo* ...

Nec pro ... Clementi ... appellationi ... in f. ... lenda dubitatione causa in dicet solent ... *decis 336.*

l *Con. Gl. in verbo* ... *de ...*

a *Similia est omnino Glo. Nouell. 119. c. 4. in verbo* ...

vltimam in primo respon. & vltima per authen. ei qui.

a ¶*Statim. vt supra l. proxi.*

b ¶*Dimidiam partem.* scilicet vltimi fatalis, & hoc est consilium secundum quosdam: nam in vltimo die potest venire: *& facit ad hoc ff. de exist. si rem quam. §. quolibet. & j. eod. l. fi. §. & cum antea.* ADDITIO. Aduertas quòd hæc glos. diceret verû, si ista l. intelligeretur de tempore constituto ad initiandum processum super appellatione: sed veritas est, vt dicit hic Barto. quòd loquitur de tempore constituto ad appellationem intimandam, seu producendam: & ideò debet produci ante medium illius termini constituti: *vt supra titu. j. l. in offerendis. & infra eod. l. fina. §. in his.* & ita secundû eum tenebat Iaco. Butrig. & etiâ Iaco. de Aret.

Ita vt etiam gesta in iudicio contra quod prouocatum est, non prope finem temporis tradâtur scrinio sacrarum epistolarum, ne præpediatur per astutias fatalis rei termin[9]: sed aut statim[a] post quam appellatum sit, aut non minus quàm ante dimidiam[b] partem temporis præbeantur scrinio, ne (quod per augustias contingit temporum) tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur.

In causa appellationis licet vtrique parti non propositum proponere, & non probatum probare, si actionem antiquam respicias: aliàs secus. Bartolus. Vel sic: Ex parte actoris vel rei non proposita vel non probata in causa principali, ex primis dependentia non separata possunt in causa appellationis proponi & probari. Salycetus. Ista lex est famosa & cotidiana, & hoc dicit. In causa appellationis potest vtraque pars non allegatum in causa principali allegare, & non probatum probare. hoc dicit, & Cy. dicit quòd ista lex stat hic sicut lilium inter spinas: quia huius tituli leges nihil valent hodie, excepta ista, & exceptis authent.

a Diuisio.

b Exceptione nouas ac li cet opponi etiam in causa appellationis.

PEr hanc. Continet[a] tres partes.[b] Primo dicit quod non allegatum in causa principali, potest allegari dummodo non sit omnino nouum, & in primo iudicio non deductum, sed sit ab illo quod erat deductum, dependens. & hoc vsque ibi, Sed & si. Secundo quòd non probatum potest probari: vsque ibi, Quo exercitatis. Tertio redditur ratio ad vtrumque. Paul. de Castr. CASVS. In causa appellationis vtraque pars inducere potest nouas probationes, vel exceptiones: dum tamen hæ probationes non pertineant ad nouum capitulum, sed ad primam causam in qua erat appellatum. Viuianus.

† Materia hu ius l. tractatur etia. fraternitatis, extra de testi.

iii. *Idem A. Tatiano magistro officiorum.*

PEr hác † diuinam sanctionem decernimus, vt licentia quidem pateat in exercendis consultationibus[c], tam appellatori, quàm aduersæ parti, nouis etiâ adsertionibus[d] vtendi, vel exceptionibus[e], quę non ad nouum capitulum[f] pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ sunt quæ apud anteriorem iudicem noscuntur propositæ.

Sed & si qua[g] dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerint tempore, verum apud sacros cognitores sine procrastinatione præberi poterunt: id quoq; eos admittere, quo exercitatis iam negociis pleniore subueniatur veritatis lumine.

Ad euidentiam dic quòd in l. ij. supra eod. pro varietate iudicum varia tempora statuuntur ad appellationem inchoandam. sed hodie per hanc legem statuuntur varia tempora pro varietate locorum ex quibus appellatur ad principis auditorium. hoc dicit vsque ad §. in his. Vel sic: Tempus appellationis intimande quod per l. ij. supra eodem erat varium ex diuersitate iudicum, hic variatur ex diuersitate locorum: & pro quinque fatalibus diebus qui per dictam l. ij. introducebantur, per istam vnus fatalis terminus decem dierum statuitur, propter labilem hominis memoriam. hoc dicit secundum Salycetum.

v. *Idem A. Triboniano † quæstori sacri palatij.*

CVm anterioribus legib. ex omni puincia ad húc nostrum sacratissimum comitatû similis cursus ad appellationes

c ¶*Consultationibus.* id est, appellationibus. & sic ponitur quod continetur, pro eo quod continet.

d ¶*Adsertionibus.* scilicet ex parte actoris: puta applicationibus.

e ¶*Exceptionibus.* scilicet ex parte rei: *& ad hoc supra titu. j. l. ampliorem. in princ. & in fin. & l. in offerendis. in fin.*

Nouum capitulum quid.

f ¶*Ad nouum capitulum.* id est,[c] nouiter acquisitum. *& pro hoc ff. de iudic. l. nô potest.* sed ante appellationem potest, secundû Iaco. quod non placet. [a] Alij dicunt nouum capitulum, id est, res nouiter petita, vt si primo petebam bouem: nunc peto equum vel asinum. Item primo excipiebam super vno, nunc super alio: & ita super diuersis. sed super eadem re potest etiam nouam exceptionem opponere: vt si primo opposita exceptione rei iudicatæ, nunc iureiurandi vel alia opponatur: & idem in intentione sic ex parte actoris: vt si primo dixeram quòd res pertinebat ad me iure dominij ex traditione facta à Seio: nunc possum dicere, facta est à Mæuio: vel per præscriptionem, vel ex legato: Vel si re[e] opposuit exceptionem pacti facti de non petendo, & probauit: possum opponere pactum factum de petendo. & hæc opinio vera. 3 Tertij dicunt nouum capitulum, quando nouam intentionem vel exceptionem propono, etiam super eadem re petenda, vel excipiêda, vt si in prima causa egi quasi per vim mihi aliquid sit ablatum, nunc dico quòd per furtum, non possum: *vt argum. ff. de tertia. l. duobus. §. exceptio.* Vel si primo egi de incisione arborum lege Aquilia, secundo quod vi aut clam ex eodem facto. Vel opposui exceptionem ex aliquo facto, putà pacti: nunc oppono doli de eodem facto, hoc non placet, cum ex primo peterat: sed secunda placet. 4 Dic ergo quòd si[d] in causa principali

e Produci & probari in causa appellatio ne possunt, nô probata deducta in causa principali. vtamen Sodi. nem Regul: iuj. incipiens produci.

exceptionem[a] non apposui, vel oppositam non probaui: postmodum in causa appellationis non oppositam opponam, & oppositam probabo. Cæterum si de alia re vellem disputare quàm prima quæ est in iudicium deducta, non audiar. Vel dic vt dixi- mus de coniunctis *ff. de mino. l. etiam. §. ex causa.* Sed Alexander Papa statuit super nouo licere, sed non super veteri capitulo: *vt in ca. fra. ternitatem. extra de testi.* Sed capitulum[b] fortè pro assertione intellexit, vt statim dices.

g ¶*Sed & si qua.* supra quando non oppositam exceptionem vel adsertionem opposui: nunc quâdo oppositam prius in causa principali, deinde in causa appellationis probat. ¶Sed vtrique dicto opponitur: Nô ne omnia debent esse in eodem statu: *vt supra de appel. l. appellatione?* Respon. fallit in hoc: *vt supra de appell. l. eos. §. si quid.* Item cum[c] aperti fuerint testes in prima, quomodo producentur alij: *vt in authen. de testib. §. quoniam verò. colla. vij. quæ est contra?* Sed hoc corrigitur secundû Albert. quia est eadem ratio suspicionis. [a] Alij dicunt quòd hic in prima probauerat tantum per instrumenta, aliàs secus: *vt ibi.* 3 Tertij[d] dicunt quòd per aperturam tam in principali causa quâ appellationis, possunt produci super nouis capitulis, dum tamen oriantur ex veteribus, & illis coniuncti sint: & etiam primi testes, dummodo iterum iurent: sed super veteribus non potest amplius etiam in causa appellationis probationes per testes inducere. 4 Tu dic quod in prima non potest post aperturam, nisi in nouo capitulo: *vt extra de testibus. cap. fraternitatem. & de fide instrumen.*

a Exceptio cô tradicit sententiæ, appellationis beneficio potest opponi, vbi sed & beneficio restitutionis. l. minor vigintiquinque annis. ff. de minorib. adde Capellam Tholosanam decis. 158.161.

b Capitulum pro assertione.

c Testibus publicatis, alij non sunt producendi.

d Hæc vera secundâ doc. hic & in c. fraternitatis extra de testi.

† Huius loci sui mentio in eadem Inno. in Nouel. 10. & ait vel Tribonianû Quæstorem fuisse scriptam. Contigo.

e Testes an possint produci in causa appellationis.

c. tû loan. nisi in casu: vt in matrimonio, vbi etiam producuntur post aperturam testium: *vt extra de testibus c. ex tenore.* Sed[e] in causa appellationis potest tam vetera probare quàm noua côiuncta: *vt hic dicit.* Nec obstat dictum authent. quia causa appellationis est alia quàm prima: *vt diximus supra de procu. l. ita demum. & facit ff. de app. l. scio. §. quid ergo.* ADDITIO. Tu dicas quòd de iure canonico sicut in prima causa non possunt publicatis attestationibus iidem vel alij testes super eisdem capitulis vel directò contrariis produci: ita nec in causa appellationis: *vt d. cap. fraternitatis. extra de testibus.* cum non minus in appellationibus quàm in causa principali subornatio sit timenda: *vt in Clem. ij. de testib.* at super nouis articulis respicientibus actionem primam, produci possunt iidem vel alij testes in causa appellationis: *vt dicto c. fraternitatis, & hic.*

CVm anterioribus. Diuiditur in tres partes. In prima loquitur de tempore appellationis inchoandæ. vsque ad §. in his autem. & ibi loquitur de tempore appellationis introducendæ, vsque ad §. si tamen. ibi de tempore appellationis exercendæ, vsque ad finem. & cum ista vltima parte iunguntur omnes authen. Iacob. Butr. & Bald. CASVS. Lex secunda statuit tempora fatalia indistinctè. hæc distinguit: quia primus dies fatalis est sex mensium, si fiat appellatio de Orientalibus partibus: si non ex Orientalibus partibus, primus fatalis dies est. iij. mensium: alij tres fatales dies dant sicut in superiori lege: & potest peti reparatio. vnde videtur corrigi lex illa, nemo. & si aliquis impeditus

exercendas impertitus est[a], necessarium nobis visum est huiusmodi spaciis iustum imponere libramentũ. Sãcimus itaque, si quidẽ ab Ægyptiaco, vel Libyco limite, vel Orientali tractu vsque ad vtrasq; Cilicias numerando, vel [Armeniis gẽtibus,] † & omni Illyrico causa fuerit more appellationũ trãsmissa: primũ semestre spacium in antiqua definitione permanere, & nihil penitus neq; deminui, neque accrescere. Sin autẽ ex aliis nostri imperij partibus, siue Asianę, siue Ponticę, siue Thraciæ diœceseos lis ꝓuocatione suspensa in hanc regiã vrbẽ pueniat: pro semestri spacio* triũ tantummodo mẽsium spaciũ eis indulgeri[b], aliis trium mensiũ spaciis, id est nonaginta & tribus diebus, simili modo sequentibus: siue semestre tẽpus, siue tres priores mẽses, secundũ locorũ definitionẽ, quã designauimus: Sed & aliis tribus mensibus qui ex reparatiõne † ab aula concedi solent, in suo robore[c] duraturis, & priorib. accedentibus: vt partim annale numeretur, partim nouẽ mensiũ spaciũ consequatᵉ. Et cũ antea[d] in fine cuiuscunq; tẽporis vnus fatalis dies ex antiquis legib. constitutus esset, & sæpe eueniebat[e], cum multæ sint occasiones mortales appellationũ[f], vel ægritudine, vel spacij prolixitate, vel per alias causas (quas nec dici, nec enumerari facile sit:) eundem diẽ fatalẽ nõ obseruari, & lites expirare, & huiusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominũ titubare: propter hoc fortunæ releuãtes insidias, sancimus non in vnũ diẽ fatalem stãdũ esse in posterũ, sed siue ante quartũ diẽ[g] fatalis luminis, & ipsum fatalem, siue post quinq; dies[h] ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator venerit, & litẽ instituendã curauerit, & eam incompetens iudicium doduxerit: legi videri satisfactũ: nec ingemiscat mortuæ causæ dispẽdio, sed nostro gaudeat beneficio: cum nobis cognitũ sit, etiã ex errore calculi dierũ quẽ officiũ[i] habuit, sæpe esse causas periclitatas: quod in posterũ nõ fieri ex remedio legis præsentis sperandũ est. Eodẽ beneficio & in omnibus fatalibus aliis qui vel à pedaneis iudicibus, vel ab aliis datur, quos leges suis sanctionibus enumerauerunt, custodiendo, vel obseruando: vt decem fatales[k] dies pro vno vbique instituantur.

Vbi olim biennium dabatur ad introducẽdũ appellationẽ in cõsistorio principis, per hãc l. datur annus tam appellatori quàm appellato, si voluerint causam introducere. Salycetus.

In his autẽ casibus: in quibus bienniũ cõstitutũ est[l], quatenᵘˢ more cõsultationũ in regia vrbe sub cõmuni audientia florentissimorum sacri nostri palatij procerũ vẽtilentur: biẽnij metas, vni* anni termino coarctamus: vt intra eũ & gesta colligere, & ea viris deuotis epistolaribus tradere, & refutatorios libellos[m] (si voluerint) offerre, & litem in sacrũ nostrum consistoriũ introducere cogãt. ¶Nulli licentia deneganda victrici parti, si voluerit, secundũ quod iã cõstitutũ est[n] etiã præmaturæ † causam inducere: neque annali spacio expectato*.

Si in consistorio principis causa appellationis est inchoata, tempora quibus ius non redditur, ipso iure non currunt. Salycetus.

Si tamen in sacro nostro cõsistorio lis exordiũ ceperit: etiã si nõ fuerit in eodẽ die cõpleta, tamen perpetuari eã cõcedimus: cũ iniquum sit propter occupationes florentissimi ordinis quas circa nostræ pietatis ministeria habere noscit, causas hominũ deperire[o].

In appellatione exercenda alibi quam in consistorio principis, datur annus: quo elapso firma manet prima sententia nisi iusta causa fuerit appellator impeditus: quo casu datur secundus annus: in quo omnem suam diligentiam debet facere appellator præstando iudici, vt prosequatur. Et in causa appellationis est speciale, vt possit absque litis contestatione ferri sententia. Item statuta in causa appellationis, habent locum in causa supplicationis interposita à præfecto pratorio. Hoc dicit vsque ad §. sin autem. Salycet. Vel sic: Hic dicitur quod exordium imponitur causa appellationis vna tantum parte præsente, dummodo interueniat citatio. hoc dicit secundùm Baldum.

Illud etiã † meritò addendũ huic legi censemus, vt si quis fatali die apud appellationis iudicẽ introductus, siue ex parte vna, siue cognitionaliter causæ appellationis imponat[q] exordium, deinde relicta ea discedat, & in desidia reliquum tempus permaneat, & annale[r] tempus post inchoatam[s] litem inchoauerit:

necessitate, non potuit venire ante fatalẽ diem, sufficit si veniat post per sex dies. Item *supra in l. offerendis.* statutum fuit biennium intra quod fieri debeat relatio ad iudicem appel. hac l. datur annus. & si appellator noluerit prosequi causam, poterat lis quæ mouebatur, in consistorio principis ꝑpetuo exerceri. Item si vna pars est absens, nõ poterit obiicere aliquid, nisi ostendat se prosequi voluisse causam, sed stetit per iudicem. si tamen partes faciant inter se pactum quod nullus earũ appellet: tale pactum valebit. Viuianus.

a ¶ *Impertitus est.* scilicet sex mensium prius: & postea separatim aliorũ sex: *vt 5. eod. l. ij. in prin.*

b ¶ *Spacium eis indulgeri.* aliàs trium mensium spacium.

c ¶ *In suo robore.* sic ergo repetitio habet locum per hanc legem & sic corrigit quod est. *5. eod. l. nemo. & hoc est per authent. ei qui.*

d ¶ *Et cum antea.* ¶No. hic quòd cum quinque* essent olim fatalia computata reparatione, in fine cuiuslibet accipiebatur vnus dies qui appellabatur fatalis:[b] & sic erant quinque dies fatales, in quibus debebat exerceri causa[c] appellationis. Accurs.

e ¶ *Eueniebat.* scilicet eundem diem &c. quod est j. & quod hic subiicit, est interpositio.

f ¶ *Appellationum.* impediendarum.

g ¶ *Ante quartum diem.* id est, intra quatuor dies ante fatalem: & in ipso fatali, vel post fatalem intra quinque dies veniẽs appellator auditur.

h ¶ *Post quinque dies.* id est, post fatalẽ per quinque &c. vt in euangelio, & mansit ibi duo dies.

i ¶ *Officium.* id est, officiales.

k ¶ *Vt decem fatales.* id est, quinque præcedentes, & alij quinque sequentes fatalem: *vt 5. dixit.* Sed contra huic. §. 5. *e. l. nemo.* vbi dicit, vt gesta aut statim post appellationem, aut ante dimidiam partem temporis præbeantur. Solu. hic corrigit. Sed hodie serua authen. ei qui appellat. in fi. supra eo.

l ¶ *Constitutum est. vt supra titu. j. l. in offerendis.* & sic hodie, & hic corrigitur, *vt ibi dixi.* Alij hic dicunt de tempore appellationis exercendæ, & sic datur annus: vt hic, nisi sit iusta causa quare datur alius annus: *vt j. §. illud. & supra eo. auth. ei qui.* Item secundũ primum intellectum est contra. *supra eo. l. nemo.* sed hoc ex specialibus causis. Accurs.

m ¶ *Libellos.* id est, preces, vel fortè id est apostolos, vel refutatorias preces, de quibus dicit *supra de vela. l. j.* Sed contra auth. ei qui. Solu. vt ibi soluitur.

n ¶ *Constitutum est. vt supra eo. l. nemo.*

o ¶ *Deponere. vt supra eo. authent. sed & lis.*

p ¶ *Si quis.* s. allator.

q ¶ *Imponat.* dicunt quidã, appellator. vel dic, iudex. ¶Et not. hic imponi exordiũ[a] vna tantũ parte præsente, & tem inchoari, *vt hic subiicit.* quod fit per citationem alterius partis: quod facit ad hoc quod diximus *ff. de iurisd. & omnium iudic. l. & quia.* Sed hoc speciale in causa appellationis, *vt hic subiicit:* & sic in aliis non est ita, sed demum lite contestata datur initium causæ: *vt in auth. de litig. §. si verò initium col. viij.*

r ¶ *Annale.* quod est cõputatis quatuor fatalibus tempore reparationis: *vt supra e. l. ij. in prin.*

s ¶ *Inchoatam.* ¶Sic nota ꝙ tẽpus[b] appellationis exercendæ, non est die sententiæ latæ, vel appellationis factæ, sed inchoatæ currat: & sic multo tempore posset durare: & sic est contra. *arg. supra eod. l. 4.* Vel dic quòd incipit currere à[c] tẽpore appellationis factæ: & quòd hic dicit, præteriit, i. præteriisse noscat an cucurrerit à tẽpore appellationis. *sic 5. de hered. instit. l. fin.* Vel dic quòd appellator debet prosequi causam à tẽpore appellationis vsque ad annũ: & si nõ fecerit, rata manet sentẽtia prima, nisi ex iusta causa detur alius annus. sed si intra annum vel biẽnium sibi datum ad iudicem appellationis eas appellator, & litem

† Pro inclu. legendum, ieit Armenis vel gentibus, &c. gentes autem & ad Armenias pertinebant: verùm quæ adhuc sub satrapis agebãt, separatim à dusb. Armeniis nominabantur: hodie autẽ inter Armenias referũtur in Nou. De quatuor Armeniis. vbi singulæ hę gẽtes numerantur. & in l. vlt. 5. de off. mag. mili. Contius.

* Spacio tantùmodo duorum mẽsium.

† Post iteratũ verò lapsum non datur secunda reparatio. l. j. Cod. Th. de secundo lapsu l. 2. C. Th. de reparatio Conti Fatalia erant olim quinque.

a Fatales quinque dies appellationis causæ exercẽdæ.

b Fatalis dies.

c Appellationis causę intra quod tempus olim exercenda.

a Hinc colligitur processum sine citatione fieri posse parte præsẽte in iudicio cum citatio sit tantùm necessaria respectu absentis. v. Lanfrac. in praxi cap. 5. num. 17.

† v. quæ scripsi l. ad auth. hic, in verb. omnem adfi.

* Annalis tẽpus expectatur.

b Appellationis exercendæ tempus à quo tempore currat. adde Bart. Nou. de his qui ingrediuntur ad appel. in 5 princip.

a Instãtia causæ appellationis de iure cõmuni à die interpositæ appellationis currit. v. tamẽ Hippolytum Marsil. singul. 22.

† Huic derogat Nouel. 126. ex qua tamen nullum fragmentum hic à compilatoribus additum est. Contius.

inchoauerit, & postea deseruerit, túc ab eo tempore incipit currere, quo litem inchoauit, & finitur anno: nisi ex causa detur alius annus, & secundũ hoc etiam vsque ad quadriennium poterit durare. ADDITIO. Tu dicas quòd hodie tempus prosequendæ appellationis currit à tempore appellationis interpositæ: vt in auth. ei qui. & ibi hoc notat Barto. *supra eod. & in Clem. fini. vbi de hoc plenè per gloss. magnam de ap.*

a ¶ *Inueniente.* l. litem inchoatam.

b ¶ *Priuilegium.* non est ergo ita in alijs, *vt diximus supra de his qui ad eccles. conf. l. fi.*

c ¶ *Ex vna parte.* & sic non lit. cont.

d ¶ *Prouocatum. vt ff. de his qui not. inf. l. furti §. respon. & supra aut. j. l. si contra maio. es. & l. quoniam nonnulli. & in authent. de appell. coll. viij. in princip. & de his qui ingr. de ap. §. si vero denter. coll. x. & supra eod. l. q. in fin.* Sed secus in excusatione tutorũ, quia etsi illam non prosequor, tamen non ex quo datus, sed ex quo fui iussus gerere, teneor, *vt ff. de excu. tuto. l. si his qui.*

e ¶ *Per iudicem. vt supra eod. authen. si appellatione.*

f ¶ *Inexorabilem.* id est, inexcusabilem, hoc est, in qua non poterat excusari.

g ¶ *Annale. vt supra eod. auth. ei qui. Actor.*

h ¶ *Rei alt.* non aliter: *vt supra de sent. praef. pr. l. j.*

i ¶ *Scriptura.* vel sine scriptura: *vt supra de pactis l. pactum quod bona.*

k ¶ *Nemini.* idem & si vnus tantùm hic conuenit: *vt ff. à qui. appel. non licet. l. j. §. si quis.*

l ¶ *Mitigari.* not. *sic & ff. de cr. l. j. & supra de pact. l. si qu. in conscribendo. & supra de donat. ante nuptias l. si constante. in princ.* Sed argu. contra ff. quorum legato. l. j. §. *quod ait prætor voluntate. & ff. iud. solui. l. cum apud. & ff. de postu. l. quos prohibet.*

præterierit: victore neque sententiam ad effectum perducere valente propter litem iam inchoatam, neque iam terminũ accipere inueniente[a], cum appellatoris absentia eam finiri non facilè concedat: huiusmodi iniquitatem amputantes, cùm aduersarius potest etiam minimè præsente appellatore litem exercere, quia hoc speciale priuilegium[b] eius est qui appellationi examinandæ præsidet, posse & ex vna parte[c] † causam dirimere: iubemus eũdem appellatorem, nisi obseruauerit iudicium, & causam vsque ad finem peregerit, sed & si per eum steterit quominus omnia litis certamina impleãtur: appellatione defraudari, & sententiam contra eum latam in suo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam si ab initio minimè fuerit prouocatum[d]: nisi ipse appellator euidẽtissimis † probationibus possit ostendere se quidem summa ope nisum voluisse litem exercere, per iudicem[e] autem stetisse, vel aliam inexorabilem[f] causam subsequutam, propter quam hoc facere minimè valuit. Tunc enim aliud ei annale[g] tempus indulgemus, quo effluente & lite minimè finem accipiente, cadere eum de appellatorio iuuamine disponimus: cũ ei sit apertissima facultas, & nostram adire maiestatem & tarditatem iudicis † in querelam deducere, & nostro beneficio perpotiri.

Statuta in causa appellationis, habent locum in causa supplicationis interpositæ à præfecto prætorio. Salycetus.

Cui consentaneum est, vt & in sententia omnium amplissimorum præfectorum prætorio ex diuino oraculo retractandis[h], eadem obseruatio quæ supra dicta est, post ingressum vnius, vel vtriusque partis, tam propter absentiam personarum, quàm propter statuta tempora teneat.

Iuri appellandi potest per pactum renunciari, ac etiam conueniri ne vllum fatale seruetur, hoc dicit notabiliter secundùm Salycetum.

Sin autẽ partes inter se scriptura[i] interueniẽte paciscẽdũ esse crediderint nemini[k] parti licere ad prouocationis auxiliũ peruenire, vel vllum fatale obseruare: eorum pactionem firmã esse censemus. Legum etenim austeritatem * in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari[l]. Dat. XV. Kal. Decem. Chalcedone. Decio V.C. Consulibus.

QVANDO PROuocare non est necesse.

Superiori titulo quando appellatione rescinditur sententia, dixit: nunc quando ipso iure est nulla.

LAtam.] CASVS. Egi rei vindica. & succubui: an teneat sententia si ostendatur[b] alia in contrarium prius lata, à qua non fuit appellatum, quæritur. Dicitur quòd non: nec ab ea necesse est appellare.

m ¶ *Lata sit.* vt quia iudicauit rem meam esse, prior nõ esse. Sed quid[c] si concordauit secunda

TITVLVS LXIIII.

QVANDO PROVOcare non est necesse.

Contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, pronunciari non potest: ideò à pronunciato appellari opus non est. Salyc. Vel sic: Sententia definitiua lata contra aliam sententiam validam, & quæ transiuit in rem iudicatam, est ipso iure nulla: nec est necesse ab ea appellare, & exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ, si offeratur parata probatio nullitatis. Paul.

1. *Imp.* ALEXANDER A. *Apollinari & aliis.*

LATAM sententiam dicitis, quã ideo vires non habere contenditis, quòd contra res prius iudicatas, à quibus prouocatum non est, lata sit[m]. Cuius rei probationem si prõptam habetis, etiam citra prouocationis adminiculũ, quod ita pronunciatum est, sententiæ auctoritatem * non obtinebit[n]. PP. VII. Kalend. April. Alexandro A. Cons.

Sententia lata contra ius constitutionis, est ipso iure nulla: secus si contra ius litigatoris, hoc dicit secundùm Bartolum. Vel sic: Sententia contra legis tenorem lata, errore expresso in ea, non valet ipso iure. Lata verò per errorem facti, seu contra ius partis, valet: sed appellari potest, hoc dicit secundùm Salycetum. Vel sic: Sententia quæ continet expressum iuris errorem, est ipso iure nulla, & sic non est necessaria appellatio: secus si non exprimitur error, licèt sit lata contra ius: quia tunc valet, sed est iniqua ideò nisi prouocetur, transit in rem iudicatam. Pau. de Cast.

II. *Idem* A. *Aequitanio.*

sententia cũ prima? Videtur valere secunda, cùm non sit prohibitum. *arg. ff. ex qui. caus. maio. l. nec non. §. quod ei.* Nam leges dicentes non posse reuocari primam per aliam nisi per appellationem, loquuntur quando secunda est contra primam: *vt supra de sentent. l. post sententiam. & supra senten. rescr. non pos. l. j. & ff. de re iudica. l. praeses. & supra de exec. rei iudic.* Sic l. si vt proponis. Sed in casu fallit quo reuocatur prima à qua appellatum non est, per secũdùm, quia dubitabatur an primo fuisset iudicatum, & in secunda iudicatur non esse iudicatum: *vt ff. quæ sent. sine appella. l. j. in princip.* ¶ Sed quæ est ratio quòd non valet? Respond. dicunt quidam quod prima transiuerat in rem iudicatam, & faciebat iam ius: *vt ff. de condi. indeb. l. elegantèr. §. si post rem.* & sic secunda non valet, quasi contra ius constitutionis lata: *vt ff. quæ sent. sine appel. l. j. §. j.* quod non placet, quia[a] in secunda non est expressus error, *vt ibi dicitur & infra l. proxim.* Dic ergo vt sit litium finis. *argument. ff. pro suo. l. fin.*

n ¶ *Non obtinebit.* sic etiam transactio non valet, *vt supra de transactionib. l. si causa.* Sed aliud si iudicatur post iuramentum: *vt ff. de iureiurand. l. nam & postea. §. si deinde.* ¶ Sed quid, ubi[b] appellatum est à sententia quæ ipso iure non valet? Respond. Iudex pronunciabit appellationem iniustam, & inferet[c] causam, quia nihil valuit sententia, & ita denuò retractabitur, cũ nec per appellationem confirmetur: *vt ff. de appella. l. si expressim.* nisi in casu: *vt ff. rem ra. hab. l. iij. §. fin.* Sed si causam non adiiciat, sed simpliciter pronunciet appellationem non tenere, confirmari[d] videtur sententia: maximè si appellator dicat in appellatione, dico[f] sententiam ipso iure nullam, vel si qua est, appello. causa enim appellationis principalis est quæstio, sed incidẽter quæritur, an ipso iure sententia sit nulla. ¶ Item pone quòd egi ad decem contra Titium, & succubui, & postea procurator meus agit contra ipsum procuratorem Titij ad eadem decem quæ sententia valet, prima, vel secunda? Respon. prima valet.

SIcam.] CASVS. Inter auiam & fratrem

defuncti de testamento quo erat auiæ instituta, erat quæstio: quia dicebat esse institutam in testamento minoris quatuordecim annorum: & dicebat hoc fieri posse: vnde pronunciauit minorem quatuordecim annorum posse facere testamẽtum, an valeat sententia, quæritur? Dicitur quòd non, quia erat lata contra l. nec ab ea erat necesse appellare. si verò de ætate esset quæstio, & iudex pronunciauerit maiorem quatuordecim annorũ esse, & ita posse testari, nec à sententia fuit appellatum, vel fuit, sed appellator destitit, valet sententia.

SI cum inter te [a] & auiam [b] defuncti [c] quæstio de successione esset, iudex datus à præside prouinciæ pronunciauit potuisse defunctum etiam minorem quatuordecim annis testamẽtum facere: ac per hoc auiam potiorem esse: sententiam eius contra tam manifesti iuris [d] formam datam, nullas habere vires palàm est [e]: & ideo in hac specie nec prouocationis auxilium necessarium fuit. Quòd si cum de ætate quæreretur, implesse defunctũ quartumdecimum annum, & per hoc iure factum testamentum pronunciauit, nec prouocasti, aut post appellationis [*] impletam causam destitisti: rem iudicatam retractare non debes.

Causa præiudicialis impedit electionem ad munera. Bartolus. Vel sic: Suspenso genere, suspenditur qualibet eius species, & indiuiduũ. Vel sic. Suspenso principali, suspenditur secundarium, hoc dicit secundùm Bald. Vel sic: Appellans à munere decurionatus, licèt interim duumuir electus non appellat, sibi non præiudicat. hoc dicit secundùm Salycet. Vel sic: Causa præiudicialis quousque pendet, impedit exerceri alias particulares: ideo si exercentur, non valent: nec est necessaria appellatio. Paulus de Castro.

III. *Imp.* GORDIANVS A. *Ingenuo.*

SI (vt proponis) [f] suspensa apud amplissimos iudices cognitione prouocationis, quã te ob id interposuisse dicis, quòd decurio nominatus esses, ad duumuiratum vocatus es: manifestum est præiudicium [g] futuræ notioni memoratorum iudicum fieri non potuisse.

Non valet sententia plurium delegatorum, nisi omnes sententient.† Bart. Vel sic: Cùm plures sunt delegati in vna causa sententia lata ab vno, vel ab aliquibus ex eis non interuenientibus aliis, est ipso iure nulla: ideo necessaria non est appellatio. Pau. de Castro.

IIII. *Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIANVS † C. *Iuliano.*

CVm magistratus datos iudices, & vnum ex his pronunciasse proponas: non videtur appellandi necessitas fuisse, cùm sententia iure non teneat [h].

Impositio multæ vltra quàm iudex possit ex sua iurisdictione, est ipso iure nulla. Bar. Vel sic. Vbi iudex excedit terminos & fines iurisdictionis, sententia est ipso iure nulla, & ideo non est opus appellare. Iacob. Butri. Vel sic. Excessus in tanto, vitiat in toto. Vel sic: Iudex qui iurisdictionem superioris assumit, reddit actum suum totaliter nullum. hoc dicit secundùm Baldum. Et est not. l. Vel sic: Citra appellationem annullatur impositio multæ vltra iurisdictionem hoc dicit secũdùm Salycet. Vel sic: Vbi iudex excedit metam suæ iurisdictionis, non valet sententia ipso iure. Pau. de Cast.

V. *Imppp.* CARVS, CARINVS, & NVMERIANVS AAA. *Domitiano.*

CErta ratione & fine multare præsides possunt [i]. Quòd si aliter & contra legis statutum modum prouinciæ præses multam vobis irrogauerit: dubium non est, id quod contra ius gestum videtur, firmitatem non tenere [k], & sine appellatione posse rescindi. PP. Id. Iã. Caro & Carino Coss.

Non valet sententia lata per iudicem delegatum extra tempus cõmissionis, & quod dicit cum non eo die: idem dicas si non eadem hora: quia tempus cum omni actu concurrit: & in naturam illius actus conuertitur, vt patet in præscriptionibus: & ad non tempus, sequitur non ens. hoc dicit secundùm Bald. Vel sic: Sententia delegati lata vltra tempora suæ delegationis, non valet: & appellatione submota vt frustratoria, delegans ex integro cognoscit. hoc dicit secundum Salycetum. Vel sic Sententia delegati lata extra tempus, vel vltra tempus appositum in sua delegatione, non valet, tanquam lata à non habente iurisdictionem, & appellatio non est necessaria. hoc dicit secundũ vnum intellectũ. secudũ aliũ dicit, quòd sentẽtia lata nõ in termino perẽptorij ad quẽ fuit citatus, non valet. Pau. de Castro.

VI. *Iidem AA. Gordiano.*

CVm non eo die quo præses prouinciæ præcepit, iudex ab eodem datus pronunciauerit, sed ductis [l] diebus alieniore [m] tempore sententiam dedisse proponatur: ne ambages frustra interpositæ prouocationis vlterius negocium pro-

a ¶ *Si cum inter te.* fratrem defuncti.

b ¶ *Et auiam.* institutam.

c ¶ *Defuncti.* minoris.

d ¶ *Iuris.* quo dicitur minorem [a] quatuordecim annorum non posse testari: *vt ff. de testa. l. qua ætate. & supra qui testa. fac. l. si frater.* Accurs.

e ¶ *Palàm est.* non valet ergo sententia lata contra ius constitutionis. addunt quidam hoc esse verum, si putabat se facere contra legem, vel constitutionem. secus si putabat causam legibus iuuari: *vt ff. de re iud. l. cum prolatis. & l. præses.* Sed dic quòd si [b] expressè contra formam iuris iudicat, vt si pronunciet minorem treidecim annis testari posse, ipso iure non tenet sententia. Vbi autem non expressè dicit contra formam iuris: (vt si pronunciet hunc hominem testari posse qui erat minor) tunc siue putet causam legibus iuuari, siue nõ, tenet sententia. Et quod dicit in illa l. cũ prolatis gratia exempli dicit & euidentiæ. nam & idem si non putaret causam legibus iuuari. Item in illa l. præses. non expressit errorem in sententia: in casu [c] tamen licèt non fuerit error expressus in sententia, tamen sententia est ipso iure nulla: *vt supra, ex qui. cau. ma. l. j.* & idem contingit interdum in decreto quod ipso iure nullum est: *vt ff. de tuto. & curatorib. da. ab his l. Seia.* Refert ergo an [d] contra ius legis vel constitutionis sit lata: an verò contra ius litigatoris, quia [e] tunc valet: *vt hîc. & ff. quæ senten. sine appel. l. j. & supra l. proxi.*

f ¶ *SI (vt proponis.)* Ab electione decurionatus appellasti: si ea pendente electus eras duumuir, non tenet electio, cũ enim duumuir eligitur ex decurionibus, non ante potest eligi duũuir, quàm te decurionem esse cõ-

stiterit: *vt ff. de decurio. l. honores. §. his qui.*

g ¶ *Præiudicium.* sic econtra *ff. de vaca. mune. l. ij. §. qui ad munera. & de iure immuni. l. semper. §. hoc circa.*

CVm magistratus.] CASVS. Delegati sunt duo vel tres ad causam: vnus tantùm pronunciauit. non valet sententia, nec ab ea necesse est appellare.

h ¶ *Non tenent. vt in authentic. vt iudi. non ex. sa. inf. §. si autem duo. colla. ix. & ff. de re iudica. l. duo ex tribus in princip.* & distinguitur in pluribus delegatis: quia plurium sententia tenet: *vt ff. de arbit. l. item si vnus. § fina. & l. fin.* dummodo omnes iudicent: [a] vel si pares sunt in pendenti est donec delegans approbauerit: *vt ff. de re iudi. l. iudices.* si verò sunt ordinarij & impares, valet sentẽtia plurium: *vt ff. de re iudica. l. Pomponius. & l. duo ex tribus.* Si autem æquales sunt, tũc valet quæ pro libertate fertur: in aliis autem illa quæ pro reo: *vt ff. de re iudica. l. inter pares & ff. de inoffic. testament. l. si pars.* ADDITIO. Videas omnino cap. si. extra de re iudic [b].

CErta ratione.] CASVS. Magistratus habent iurisdictionem inducẽdi multam, quidam maiorem, quidam minorem. Si ergo præses in dicendo multam, modum statutum excẽdit, nec valet sententia, nec ab ea necesse est appellare.

i ¶ *Possunt. vt supra de modo multar. l. fin.*

k ¶ *Non tenere.* ipso iure, sed secus [c] in pœna: vt si in quadruplum cõdemnauerit ex furto nõ manifesto, valet sententia: *vt ff. de his qui not. infam. l. quid ergo. §. pœna.* Sed in multa si modum non excessit, valet sententia, sed appellatur: *vt supra de appellat. l. & in multis.* Sunt & aliæ differentiæ inter pœnam & multam: *vt ff. de verbor. sign. l. aliud est fraus. § inter. & l. si qua pœna.*

CVm non.] CASVS. Delegata est alicui causa, vt pronunciet intra certum diem: si vlteriori die pronunciat, non tenet sententia.

l ¶ *Sed ductis.* id est, prolongatis.

m ¶ *Alieniore.* id est, longiore.

a Minor quatuordecim annis testari nõ potest.

* al. appellationis.

b Sententia contra ius expressè seu expresso errore lata ipso iure non valet, vt hic. v. tamen exceptionem apud Soc. reg. 34 incipiente sententia cõtra ius.

c Sentẽtia cõtra ius tacitè, i. non expresso errore, lata regulariter nõ valet, sed certo tantùm casu.

¶ Adde tamen huic regulæ exceptiones quæ apud Socinum reg. 335. incipi. sententia ab vno.

d Sententia contra ius legis & ius gatoris lata differentia.

e Sententia contra ius litigatoris lata valet.

† N. bibliothec. addit in ver. Cumius Duo fuit ex decurionibus eligimus.

a Sententiæ diuersæ si ferantur à pluribus, quid iuris?

a Si plures sint qui debent iudicare, omnes loqui debent & pronũciare, nec sufficit vno loquente alios esse præsentes. *Bartolo gloss. in leg. Tutor autem. 37 ff. de rep. Ubi, in contracta alia est in l. sciat. 28. in verbo simul. ff. de arbitra, vbi dicit plenius.*

b Vbicunque lex dat certũ modũ procedendi, illius omissio reddit actum nullũ.

c Pœna & multæ differentia.

a ¶ *Cognoscet. vt supra quomodo & quando iu.l. si vt proponis. j. &* hoc nisi forte partium consensu prorogata esset dies: *vt ff. de iud. l. ij. §. sed & iudex.*

VEnales.] CASVS. Litigabam cum Titio, Titius dedit pecuniam iudici, vt me iniquè condemnaret. Dicitur quòd non valet sententia, nec opus est appellare. Viuianus.

b ¶ *Venales.* quia b precio c obtētæ sunt, secus si per gratiam: *vt ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. cum prætor.* nā ibi tenet, sed datur restitutio: *vt ff. de re iud. l. diuus.* nisi in casu vbi non valet, ambitione vel gratia lata: *vt j. si ex fal. allega. l. j.* nam inimiciarum c etiam causa retractatur sententia: *vt ff. de arb. l. non d. si unguemus. §. cùm quidam.*

c ¶ *Infirmas.* locus f in sententia arbitraria, quādo potest agi ad pœnā: sed tamē obstat doli exceptio, *vt ff. de arbi. l. sita demum. & j. de arbi. l. ij.* Ipso g ergo iure non valet sententia iudicis: *vt hic.* Iudex etiam accusari potest lege Iulia repetundarum: *vt j. ad l. Iuliam repe. l. iubemus.* & litem facit suam: *vt ff. de re iud. l. si filiusfam.* & qui corrupit causam amittat: *vt j. de pæn. iud. l. j. &* v. Accursius.

SI pater.] CASVS. Aliquis filiusfam. & minor xv. ann. creatus est decurio, vtrū opus fuerit appellatione in hac creatione, si nolebat esse decurio? Respō. quòd nō, lex sequēs plana est.

d ¶ *Inhabilem.* vt h quia nō habuit aliàs honorē, & nunc vocatur ad maiorem. 2 Vel quia incenitur continuare honorem, quod fieri non potest: *vt ff. de mune. & hono. l. hono. §. gerendorum.* nam & hæc est inhabilitas: quia est minor: *vt ff. de mun. & hon. l. ad rempublicam. & infra qui æta. l. ij. lib. x. & ff. de decur. l. non tantùm.* nisi filij suppleāt: *vt ff. de mun. l. ij. §. respō.* ergo subauditur hic, maximè. Vel dic, si i, i. quia, & sic nil subaudias.

e ¶ *Quando.* pro quia.

f ¶ *Ætati.* scilicet in xv. ann. vt s. dixit.

g ¶ *Remouebit.* nec pater pro eo tenebitur: *vt supra ne pater pro filio. l. si filius.*

h ¶ VEteranis.] *Honestam.* k vt q a xx. ann. militauerat: *vt j. de excusat. vete. l. j.* Vel si intra certum tempus fuit assumptus, & illud finitum est.

i ¶ *Vel causariam.* quæ propter valetudinem soluit à laboribus militiæ: *vt ff. de his qui not. infa. leg. ij. §. ignominiæ.* sed qui ignominiose m remittitur, est infamis, & ideò priuilegia non habet, vt ibidem dicitur.

Codem

Marginal notes: a Sententia lata per iudicem pecunia corruptum ipso iure nulla est, & non est opus appellare. — Sententia lata per gratiam valet. — Sententia venalis pœna, & quæ adsunt iudicis, & iis competit. — Inhabilis ad honorem qui. — Missio honesta quibus militibus detur. — Missio causaria quibus ex causis militibus detur. — m Missionis ignominiosæ effectus in milite.

trahant: præses prouinciæ superstitiosa appellatione submota, ex integro inter vos cognoscet a.

Sententia lata precio sunt ipso iure nullæ: secus si essent latæ gratia. Bartol. Vel sic: Sententia lata à corrupto per pecuniam est ipso iure nulla, nec appellatio est necessaria. Pau. de Castro.

VII. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Nicagoræ.*†

VEnales b sententias quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpositæ prouocationis auxilium, iampridem à diuis principibus infirmas c esse decretum est.

Minor ætate vocatus ad decurionatum, est sine appellatione tutus mero iure, maximè si pater non cōsentit. Bald. Vel sic: Defectus ætatis reddit nominationem ad munera publica ipso iure nullam, & etiam priuilegium immunitatis, ideò appellatio non est necessaria. h. d. cum l. sequen. Paul. de Castr.

VIII. *Iidem AA. Constantino.* *

SI pater tu9 cū decurio crearetis, non consensit, & decimum quintum annum ętatis agis: aditus præses prouinciæ si inhabilem d te ad eundem decurionatus honorem esse perspexerit: quando e huiusmodi ætati f etiam prætermissa appellatione subueniatur, iniquā nominationem remouebit g.

Veteranus habens immunitatem vacationis, nō tenetur si contra immunitatem vocatur ad munus. h. d. & est speciale in militib. Bald. Vel sic: Si veteranus habens immunitatem, vocetur ad munera personalia, non tenetur appellare: quia vocatio, vel electio est nulla. h. d. secundùm Salyc.

IX. *Iidem AA. & CC. Rufino.*

VEteranis qui in legione vel vexillatione militantes, post vicesima stipendia honestam h, vel causariam i missionem consequuti sunt: onerum & munerum personalium k vacationem concessimus. Huiusmodi autem indulgentiæ nostræ tenore remunerantes fidam deuotionem militum nostrorum, etiam prouocandi l necessitatem remittimus.

Appellationibus superuacuis non vtimur: vt non iniuria, sed honor iudicibus inferatur, ideò vbi victus appellauit super sorte, non appellat victor ab absolutoria expensarum, siue victus prosequatur appellationem, siue non: quia iudici appellationis est data licentia appellantem in sumptibus non condemnatum condemnandi. Salycet. Vel sic: Ista lex est singularis, & hoc dicit. Superuacuis appellationibus non vtimur propter honorem iudicum, secundùm Iaco. Butr. vel sic: vbi victus appellauit super sorte, non appellat victor super expensis siue victus prosequatur causam, siue non: quia hoc totum supplet index officio suo. Butrig. vel sic: Si victus appellat & prosequitur, victor non potest appellare propter condemnationem expensarum omissam, idem si non prosequitur. hoc dicit ista lex no. secundùm Bartolum, & Paulum de Castro.

X. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna* P.P.

OMnem m honorem saluū iudicibus reseruantes†, si quando vna pars quasi læsa per definitiuam eorum sententiam, prouocatione vsa fuerit, interdicimus alteri parti quæ vicit, pro hoc tantummodò quòd nihil capere pro sumptibus litis, vel detrimentis, vel minus quàm oportuerat, iussa est, prouocationem offerre: cùm & * ipsa decisionem litis rectè factam esse confiteatur n: iudicibus scilicet siue florentissimis proceribus sacri nostri palatij, siue his quibus pro minore o litium æstimatione cōsultationes p delegantur, (si perspexerint adiuuandum esse victorem sumptuum * perceptione) etiam sine prouocatione eius q hoc statuentibus, & iustam eorundem sumptuum quantitatē definientibus r. Sed nec s occasione consultationis

k ¶ *Personalium.* Personale a munus est quod cum animi prouisione, & corporalis laboris intentione, siue aliquo detrimento perpetratur: vt tutela & cura, & similia: *vt ff. de mun. & hon. l. munerum. §. j.* A patrimonialibus b autem nec milites, nec veterani excusantur: *vt supra de vectigalib. l. ij. & ff. de priuileg. veteranor. l. ij. in fi. nec & l. pen. §. j.*

l ¶ *Prouocandi.* si fuerūt nominati ad munera, est eis lege remissa: quod non c est in aliis qui vacationem habent, *vt s. de appel. l. ciues. & l. et qui.* excusare tamen se debent: *vt j. de excusat. veteran. l. ij.* aliter d agnoscere videntur, & subire tenentur, *vt ff. de priuileg. veteranor. l. fina. in fin.* habent & alia priuilegia veterani, *vt j. de pænis. l. honor. & ff. de priuil. veter per totū. & de his qui non impl. stipen. l. j. lib. x.*

OMnem.] CASVS. Petebam fundum à Titio, condemnauit eū iudex tantùm in fundo, & non in fructibus, & litis expensis. Dicitur quòd nō datur mihi facultas appellādi nomine fructuum & expensarum, cùm cōfiteor rectè latam sententiam & hoc in prima. Ideò dicit quòd si Titius qui condemnatus fuit, appellauit: quòd si iudex appellationis perspexit me actorem iuuandum in expensis & fructibus q me iuuabit. Tertiò dicit quòd si victus Titius appellauit, & causam appellationis non fuerit prosequutus, dicit quòd ego actor per eandem appellationem victi Titij potero consequi fructus, & litis expensas in primo iudicio deductas, & hoc dicit.

m ¶ *Omnem.* sic extra de appell. c. vt debitus honor.

n ¶ *Confiteatur.* in sorte, sed e iudex tenetur qui nihil de sumptibus dixit, *vt j. de iud. l. properandum. §. sin autem alterutra.*

o ¶ *Pro minore.* qui & appellantur pedanei f iudices quoad sumptus: quia humiliora disceptant negocia, *vt s. de peda. iud. l. fin.* Accurs.

p ¶ *Consultationes.* id est, appellationes.

q ¶ *Eius.* & alterius partis quoad sumptus. Azo. Sed contra s. *de fru. & lit. exp. l. terminato.* Sol. vt ibi, quia ibi non fuit appellatum.

r ¶ *Definientibus.* s. ampliorem in sumptibus, *s. de appel. l. ampliorem.*

s ¶ *Sed nec.* duo dicit hæc lex. Primò appellat reus victus, & prosequitur in sorte: certè non appellat actor pro sumptibus, licèt iudex supplet sententiam primam. Secundò appellat reus victus: sed non prosequitur, nā actor prosequitur, vt s. ti. j. auth. qui ibi: appel-

Marginal notes: a Munus personale quid. — b Munera patrimonialia etiam milites & veterani subeunt. — c Veteranis immunitas munerū personalium data: at non aliis militibus, caeteris vacationem militum habeant. — d Agnoscere, seu approbare electionem videtur qui licet immunis, se non excusat. — †Similis in c. vt debitus honor, in Gloss. super verbo si dicat. post princip. eo de app. — e Iudex qui cōdemnationem expensarum omisit, tenetur parti. — f Pedanei iudices. * cum ipse. * super sumptuum.

latore &c. Sed H. dicit victum non appellasse, & si intelligas in sorte, qualiter de sumptibus actoris habetur ratio, s. de fructib. & lit. expen. l. terminato. si verò dicas in sumptibus rei, stultum videtur quòd appellet: cùm de eis non sit damnatus reus. nisi dicas quòd sit damnatus in minus.

a ¶ *Introducendæ*. i. quòd victus non appellat quo ad sumptus, sed quoad principale, & sic consultationem non introducit. Vel si appellat, non prosequitur.

b ¶ *Differente*. & facit s. de temp. appel. auth. cique. Accurs.

b ¶ *Differente*. appellare, vel prosequi super sumptibus: sed super sorte appellabat & prosequebatur. Vel verius dic, s. prosequi appellationē interpositam super sententia sortis, & facit supra de temp. app. authen. ei qui.

c ¶ *Iniuriam*. non talem vt agatur actione iniuriarum. vt s. de appell. & in maior. glo. quę est contra. Vel sit iniuria quando superuacua: vt hic.

introducendæ [a] victori prouocare concedimus: cùm & priscis legib[o] liceat ei, & sine prouocationis auxilio eandē consultationem differente[b] suo aduersario introducere: & nos ei nihilo minus hoc permittim[o], iniuriam [c] ex superuacua prouocatione iudicibus fieri prohibentes. datum VIII. Idus April. Constantinopol. Decio. V. C. Consule.

TITVLVS LXV.

QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIUNTUR.

Contumax in non veniendo, non auditur appellans, hoc dicit, secundum Salycet. vel sic: Verus contumax non appellat. Barto. & Pau. de Castr.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Sabino.*

EIus qui per contumaciam [d] absens, cùm ad agendam causam vocatus esset condemnatus est: negotio prius summatim [e] perscrutato appellatio recipi non potest [f]. PP. Non. Iul. Ant. A. IIII. & Balbino Coss.

Ad hoc vt quis non possit appellare, requiritur quòd si conuictus, & sponte confessus, & si quod eorum defecerit, appellatio admittitur. Bartolus. Vel sic: Propter immanitatem criminis conuictus, & confessus non appellat, hoc dicit, secundum Bald. & Salyc. Vel sic: Conuictus & sponte confessus, non appellat: † secus si sit conuictus tantū, non autem confessus, vel confessus, non tamen sponte, sed formidine tormentorum, h. d. ista bona lex. Pau. de Castr.

II. *Impp.* CONSTANTIVS & CONSTANS AA. *ad Hierocletem Cons. Syriæ* ... *codex.* †

QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIUNTUR.

Cessat appellatio quandoque, ideo quia necessaria non est. vt s. titu. j. quandoque ideo quia non meretur appellator audiri, de quibus hic dicit.

E*Ius.*] CASVS. Petijā te decem lite contestata per contumaciā cœpisti abesse: iudex te condemnauit, nunquid reuersus audieris appellans, quæritur? Dicitur quòd non.

d ¶ *Eius qui per contumaciam*. scilicet[e] veram: vt quia inuentus non venit: vt hic, & s. de indictis. l. properandum. §. cum autem. & in authen. de iudi. §. appellationibus. coll. vj. & ff. de re iudi. l. contumacia. & ff. de appel. l. ex consensu. §. eum qui. Non fictam quia tunc appellat: vt ff. de iudi. l. & post. §. fin. Item fuit contumax [e] in non veniendo: secus si in nō exhibendo, vel in non restituendo: quia tunc appellat: vt ff. de app. l. creditor. §. lucius. quæ est contra. Quid autem si quis est contumax [f] in non iurando de calumnia? Videtur quòd possit appellare, arg. d. l. creditor.

e ¶ *Summatim* Sed quomodo potuit iudicari, cùm non sit liquidum: vt s. de iudic. l. properandum. §. j. Respon. quod ad absentem fuit semiplenè cognitum: vt hic. sed quo ad præsentem debuit plenè cognosci: vt ibi. Vel dic quòd hic erat causa de qua semiplenè debuit tractari: vt in actione ad exhibendum, & similibus: vt ff. ad exhibend. l. ij. §. ibidem. Vel tertiò dic quòd hæc dictio, summatim, refertur ad id quod subiicitur, quod non placet, sed [h] debet plenè cognosci si sit recipienda appellatio, vel non. Accurs.

f ¶ *Non potest.* nisi veniat iudice sedente pro tribunali: vt ff. de in integ. rest. l. diuus. Item hoc ff. de leg. ij. l. peto. §. libertus.

O*bseruare*] CASVS: An conuictus & confessus de crimine per testes, &c. audiatur appellans, quæritur? Dicitur quòd non. Si verò probato crimine condemnatus fuerit non confessus an sit audiendus appellans, quæritur? Dicitur quòd sic, & hoc in secunda.

g ¶ *Veneficorum*. i. qui veneno occidunt aliquos.

h ¶ *Maleficorum*. i. magicorum, & incantatorum.

OBseruare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum[g], maleficorum[h], adulterorum, itémque eorum qui manifestam violentiam [i] committunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria[k] vitium scelúsque confessus audiatur appellans. Sicut enim hoc obseruari dispsuimus: ita [l] æquum est testibus productis, instrumētisque prolatis, aliisque argumentis præstitis, si sententia contra eum lata sit, & ipse qui condemnatus est [m] aut minimè voce sua cōfessus sit, aut formidine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit [n]: prouocandi licentiam ei non denegari [o]. Datum V. Idus. Decem. Leontio & Sallustio Conss.

Qui malè gessit officium, conuictus & condemnatus non appellat. Bald. Vel sic: Officialis condemnatus à proprio iudice de malè gestis in officio, nō appellat. Salycetus. Vel sic: Officialis alterius iudicis si condemnatur ab illo iudice de delicto commisso in officio, non potest appellare: quia præsumitur non iniustè condemnasse, secus si lata sit super alio quod concernit patrimonium. Pau. de Cast.

III. *Impp.* VALENTINIANVS & VALENS AA. *ad Modestum Præfect. prætor.* †

NVlli [p] officialium à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur, nisi in eo tantum negotio quòd ratione ciuili super patrimonio fortè apud proprium iudicem inchoauerit: scilicet vt in eo tantùm negotio à sententia eius, cui paret, iudicis, ...

i ¶ *Violentiam*. vt j. ad l. Iul. de vi publ. l. quoniam. Accurs.

k ¶ *Propria*. i. spontanea et non territus tormentis: vt in hac lege. ¶ Et no. duo necessaria vt nō appellet, scilicet quòd conuictus & confessus: & alterum non sufficit, nisi in casibus vbi sufficit cōuictum, propter immanitatem criminis: vt infra de fals. moneta leg. j. & infra de rapto. virgin. l. j. §. sin autem post. & ff. de appellat. l. constitutionem. & ff. de iniusto rupto. testa. l. si quis filio exheredato. §. si autem.

¶ Item nota quòd in quinque criminibus loquitur hęc lex, sed idem videtur in cæteris, & idē in pecuniariis [c] causis. ¶ Sed videtur etiam in his delictis conuictum, & confessum appellare, & alium pro eo: vt ff. de appellat. leg. non tantum. quæ est contra. & supra de episcop. audiend. l. addictos. quæ est contra. & supra de appellation. l. addictos. Solu. hic ante [d] sententiam fuit confessus, ibi post, secundū Ioannem. Vel ibi non fuit conuictus, sed [e] tantùm confessus.

l ¶ *Ita*. s. econtra.

m ¶ *Condemnatus est*. legitimè occasione suscepti officij.

n ¶ *Aliquid dixerit*. confessio: ergo in tormentis, veluti timore tormentorum facta, non nocet: vt hic, & ff. de quæstionibus. leg. j. §. diuus Seuerus, nisi perseuerauerit, scilicet extra tormenta confessus: vt in eadem lege, §. si quis vltro. Vel non nocet cōfessio, scilicet sola nisi probationibus aliquibus adiuuetur: vt hic prima seruatur.

o ¶ *Denegari*. si verò ob aliquod delictum pœna imponatur, appellare non licet, vt ff. de verb signif. l. si qua. & dic vt ibi.

N*Ulli*.] CASVS. Si iudex officialem sibi deputatum condemnauit, quia malè se habuisset circa officium suum: an audiatur appellans, quæritur? Respon. quòd non, secus est si super patrimonio officialis litigat, & condemnatus fuerit: quia appellare potest. Viuianus.

p ¶ *Nulli*. s. accusato criminaliter, eò fortè quòd se malè habuisset circa officium suū: nam si de adulterio, vel similí, tūc stabo legi superiori proximæ. ADDITIO. Item limita hanc legem, quādo officialis, putà nuntius vel notarius, &c. condemnatur ab illo iudice cuius erat officialis. Non enim est verisimile q iudex ferat contra eum sententiam, nisi clarè reperisset delictum, ita intelligit hanc l. glo. in l. si quis appellat. in §. audi quoq. q. vj. vbi hæc l. cum duabus præcedentibus & item duab. sequen. sunt canonizatæ.

Procuratorem.

a Appellati nō solet ab his de quibus iudicatum non fuit.

b Iniuriam fit iudici qui superuacuè appellat.

c Contumacia vera dicitur quoties is qui vocatus inuentus est, non venit, cui opponitur hic fa...

d Contumax verus non appellat, sed fictus.

† Idem Lanfrancus in practica. nu. 60.

e Contumacia in non veniendo, & non exhibendo vel non restituendo differunt. Hic, non ille appellat.

f Contumax in non iurando de calumnia appellat.

g Summatim scrutari negotiū, quod hac lege.

h Appellatio ne non admissa à iudice à quo appellatū est, Iudex ad quem appellatum est plenè debet cognoscere, sic quod vere hic quod vere ... plenè qui dam ita interpretantur plenè quod ad summariam non ordinariā cognitionē attinet. summariam enim hic cognitio nem sufficere v. Balbum decision. 444.

a Appellare nō pot conuictus simul & confessus. † Ex C. T. ... l. 7.

b Confessio propria, quæ spontanea.

* in obseruari.

c Appellare non pōt conuictus certis casibus tamen si non sit confessus. denegamus.

d Appellare nō pōt cōfessus & cōuictus etiā in pecuniariis & ciuilibus. v. Balbū decis. 451.

e Appellare potest is qui crimen confessus est antè sententiam.

f Confessus tantum non conuictus appellare potest.

† Ex C. T. ibid. l. 17.

g Confessio in tormentis nō nocet, nisi perseueret extra tormenta.

h Confessio in tormentis sine aliis probationibus non nocet.

quisquis velit officialis appellet: quod per procuratorem[a] etiam persequi iure tribuitur. Dat.IIII.Id.Iun.Cyzici, Valentiniano & Valente. AA. Coss.

In causa fiscali, † vel in causa principis condemnatus, non appellat. Bald. & Salycet. & Paulus de Castro.

IIII. *Imppp.* VALENTINIAN. VALENS & GRATIANVS AAA. *ad Olybrium.* P.V.†

ABstinendum prorsus ab appellatione sancimus, quoties fiscalis calculi[b] satisfactio postulatur[c], aut tributariæ functionis solenne munus exposcitur, apud publici vel etiã priuati[d] (dummodo euidentis atque conuicti[e]) redhibitio debiti flagitatur: vt necessario in contumaciem vigor iudiciarius excitetur. PP.Romæ. XV. Kal.Septemb. Valentiniano & Valente.II.AA.Coss.

Ab executione sententiæ definitiua non appellatur, nisi executor excedat modum executionis, quo casu appellatur: & si quæstio erat de re mobili, aufertur reo, non tamen traditur actori, sed deponitur reddenda ei qui obtinebit. Si verò erat immobilis, sequestrantur fructus similiter tradendi victori: & si appellatum fuerit indebitè vel calumniosè, punitur appellans pœna hic contenta. Pau. de Cast.

V. *Imppp.* VALENS GRATIAN. & VALENT. AAA. *ad Thalassium procon-sulem Africæ.*†

AB executione[f] † appellari non posse, satis & iure[g] & constitutionibus[h] cautum est, nisi fortè[i] executor sententię modum iudicationis excedat[k]. A quo si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, vt si res mobilis est, ad quam restituendam executoris opera fuerit indulta: appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur[l], & sequestro idoneo collocetur, reddenda ei parti pro qua facer cognitor[m] iudicauerit[n]. Quòd si de possessione, vel de fundis executio [cessauerit †,] & eam suspenderit prouocatio: fructus omnes qui tempore interpositæ prouocationis capti[o], vel postea nati erunt, in deposito collocentur[p], iure fundi penes eum qui appellauerit, constituto. Sciant autem prouocatores, se vel ab executione appellantes[q], vel ab articulo[r], si eos perperam[f] intentionem cognitoris suspẽdisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animaduersione multandos[t]. Dat.III.Kalen.Febru. Treu. Valente. VI. & Valentiniano.II.AA.Coss.

Ne testamentum aperiatur, vel ne scriptus heres in possessionem mittatur, non appellatur: & punitur tam appellans quàm appellationi deferens. h.d. secundùm Bart. Bald. Sal. & Pau. de Castr.

VI. *Imppp.* GRAT. VALENTINIAN. & THEODO. AAA. *ad Hypatium.* P.V.†

QVisquis ne voluntas defuncti † testamẽto scripta referetur, vel ne hi quos scriptos patuerit heredes, [in pos-

a ¶*Procuratorem.* procurator ergo appellat & prosequitur vt dominus si vult: *vt hic. & s. de appel. l. dominus litis. item facit j. de pau. l. ne diu. & facit s. de episc. aud. l. j.*

ABstinendum.] CASVS. Tenebaris fisco in decem ex contractu, vel nomine tributorum: an conuentus & condemnatus possis appellare, quæritur? Dicitur quòd non.

b ¶*Calculi.* id est, rationis. Accursius.

c ¶*Postulatur.* vt quia administrauit quis publica negocia: *& sic est ff. de appel. rec. l. fin.* Sed contra *supra de appel. l. quoniam nonnulli.* Solu. vt ibi.

d ¶*Priuati.* scilicet patrimonij imperatoris: *vt infra eod. l. fina. & s. de episcop. audien. l. j.* secus in bonis vacantibus lata sententia: *vt s. de appell. l. data.* Alij[a] intelligunt hoc etiam de priuato debito: quod defendi potest: vt statim dices.

e ¶*Conuicti.* vt qa condemnatus dicit, vtique debeo id in quo sum cõdemnatus: sed appello: & sic negocium differã.

AB executione.] CASVS. Petij à Titio x. fuit mihi condemnatus. executor modũ excessit exequendo: quia fecit me mitti in possessionem maioris quantitatis quàm erat deducta in sententia: an à tali executione possit appellari, quæritur? Dicitur quòd sic: licèt aliàs ab ea appellare non possis: ita vt si res de qua est controuersia, sit mobilis, possessio tradatur: vel apud Titium collocetur, tradenda cui iudex appel. eam adiudicauit. Si verò est res immobilis, puta fundus: fruct' percepti & percipiendi apud sequestrum deponãtur, possessione fundi remanẽte penes eum qui appellauit. Si verò appellator inueniatur frustratoriè appellasse, in quinquaginta libris argenti multatur. Viuian.

f ¶*Ab executione.* id est, ab ipsa executione facti. executio enim est, &c. *vt supra de execu. rei iud. l. executorem.* sed[b] si pronunciat exequendam, vel non exequendam, potest appellari: *vt supra de appel. l. & in maioribus.*

g ¶*Et iure. vt ff. de appellat. leg. ab executore. in princip. & ff. de verbor. signif. leg. si qua pœna.* vbi dicit, de pœna prouocationis &c. id est de executione pœnæ, secundum vnum intellectum.

h ¶*Et constitutionibus. vt s. de ap. l. quoniam iudices.*

i ¶*Forte.* hoc abundat: *vt ff. de arbi. l. si duo. vnde illud:* Sub dubio sæpe respondent fortè periti.

k ¶*Excedat.* vt[c] si factis erat in possessionẽ rei modicæ mitti, pręcipit fieri in magnam. Idem si pro maiori quãtitate quàm in sententia continetur. Idem dicas si excedat modum a te tẽpus exequendo, scilicet ante quadrimestre tempus: *vt supra de appel. l. si quis prouocatione. in fin. vbi de hoc dixi.* Item idem est si executor prætermissa cognitione exceptionis (quæ datur alicui in quibusdam casibus etiam post sententiam, & post quadrimestre tempus: *vt supra de iur. & fac. igno. l. j. & not. supra senten. rescin. non pos. l. peremptorias*) velit sententiam executioni mandare. Item appellatur ab eo qui malè interpretatur sententiam: *vt ff. de appel. l. ab executore. in princ.* Item à pronunciatione executionis faciendæ, vel non: *vt in prin. huius l. dixit.*

l ¶*Detrahatur.* id est, auferatur.

m ¶*Cognitor.* appellationis.

n ¶*Iudicauerit.* futuri temporis est.

o ¶*Prouocationis capti.* ita quòd superfint, aliter non possent sequestrari.

p ¶*In deposito collocentur.* scilicet[a] apud sequestrũ & sic est contra *s. de prohibi. sequestra. pe. l. j.* Solu. hoc speciale. Itẽ contra *s. de appel. l. appellationem.* Sol. ibi appellatum erat à sententia principalis negocij, hic ab exercutione iniusta. ¶Itẽ nonne est ergo idẽ quandocunq; quis appellet? Rñ. non: nisi depopuletur fructus appellator: *vt ff. de appel. l. imperator. §. fin.*

q ¶*Appellantes.* iniustè: *vt in prin. huius l.*

r ¶*Articulo.* i.[b] definitiua sententia: (nam ab interlocutoria[c] nõ potest appellari: *vt j. eod. l. ante.*) Vel vocat articulum certum capitulum à quo potest appellari quandoque ante sentẽtiam: *vt ff. de appel. re. l. j.* Vel post sentẽtiam fortè, vt in casibus in quibus etiam post sententiam licet exceptionem opponere. Sed si pronunciet eam iudex non posse opponi, puto quòd potest appellari: *vt s. si sæpius in integ. restit. postu. l. j.* Et si in causa appellationis succumbat, punitur: *vt hic.* Videtur tamẽ non posse appellari, quia sententia non adstringit eum ad dandũ vel faciẽdum, immo ex prima ad hoc tenetur, si pronunciatur hoc solũ eum accipere non posse. sed certè iudex appellationis idem facit, & tamen ab eo appellatur: *vt s. de appel. l. eos. circa prin.* Potest etiam dici capitulo, scilicet vno causæ: cum multa capitula in ea cõtineantur: & tunc in cęteris manet firma: *vt ff. de min. l. etiam. §. ex causa.* Item quid si in pluribus criminibus damnatus, appellet in vno? Respond. si in maiori, differt pœna: in minori non ita econtra: *vt ff. nihil no. appel. pen. l. j. §. fi.*

f ¶*Perperam.* id est, per calumniam & sine causa.

t ¶*Multandos.* adhibita distinctione, an quis calumniosè appellauerit. Si enim per[d] calumniam: si quidem criminaliter conuenitur, pœnam mediocrem sustinebit, & erit infamis: *vt supra de appell. l. eos. §. ne temerè.* & litem amittet officio iudicis: vt in eod. titul. l. à proconsulibus. Vel in illa l. à proconsulibus, est speciale. Si autem ciuiliter conuenitur, huius l. pœnam patietur: *vt hic, & supra de episco. audi. l. v. in fi.* Si verò bona[e] fide appellat, nullo modo punitur, secundùm Ioan. & Azo. nec in criminali, nec in ciuili.

QVisquis.] CASVS. Testamentum fecisti: heredem instituisti: heres adito iudice volebat quòd illud[f] aperiretur. Seius ex aduerso dicebat quòd illud non erat aperiendum: iudex pronunciauit illud esse aperiendum. Seius appellauit. an admittenda sit appellatio, quæritur? Dicitur quòd non: sed appellans, & iudex qui appellationem admisit, in viginti libris argenti punientur.

¶Idem quidã statuũt in tenuioris ... per decimis. quoniã comparari videtur huic fiscali. 1. 4. c. c. si Episcopo.

† Ex Cod. Th. ibid. l. 19.

a Al. Azo quem in summa ad hunc Tit. num. 6.

† Ex Cod. Th. ibid. l. 31.

† Cæterum hæc l. in l. 2. de episc. aud. v. Symmachum in 2. epist. 85.

b Potest appellari à sententia lata de exequẽdo vel nõ exequendo. v. Lanfra. in Pra. ns ca. 10 nu. 60. at non ab executione sententiar. v. tamẽ Socin. reg. 16. incipiente. Appellare ab executione sententiæ quis non pot. & de Cepolam cautela 44. ad de l. 4. ff. de appellat.

c Executor multis modis potest excedere: & tũc ab eo licet appellare.

a Appellatione pendente non debet res sequestrari.

† In C. Th. pro indulta. l. cõcessa erit. Cons.

b Articulus ꝑ definitiua sententia, vel capitulo.

c Appellari nõ potest ab interlocutoria.

† Ex Cod. Th. ibid. l. 26.

† In C. T. dicem functi.

d Appellantis per calumniã in causa criminali & ciuili pœnas.

e Appellantis bona fide nulla pœna, siue in ciuili, siue in criminali causa appellet.

f Non appellatur à sententia lata super apertura testamenti, vel super missione heredis in possessionem bonorum hereditariorum.

a ¶ *Mittantur.* idem in[a] quolibet possessorio: *vt j. si de momen. poss. l.* j. Accurs.

b ¶ *Is.* superior iudex.

c ¶ *Crediderit.* isti duo & alij sunt. *ff. de ap. re. l. si.*

d ¶ *Inuoluat.* s. superior iudex.

sessionē mittant[a], †] ausus fuerit, puocare, interpositámq; appellationem is [b] cuius de ea te notio erit, recipiendam esse crediderit[c], viginti librarum argenti † multa & litigatorem, qui tam importune appellauerit, & iudicem qui tam ignauam conniuentiam adhibuerit, inuoluat[d]. Dat. Non. April. Treu. Ausonio. X. & Olybrio Conss.

Ante definitiuam non appellatur. Baldus & Salycetus. Vel sic: Ab interlocutoria non appellatur. h. d. secundùm Bartolum & Paulum de Castro.

VII. *Idem AA. &* ARCAD. *ad Pelagium comitem rerum priuatarum.*

ANte † sententiæ [e] tempus, & ordinem [f] euentus, nec à discussore [g], nec à rationali appellare liceat. Dat. XV. Kalen. Mart. Med. Arcad. A. I. & Bautone Coss.

Publicus debitor manifestè conuictus non appellat. h. d. Bartolus & Paulus de Castro.

VIII. † *Impp.* ARCADIVS & HONOR. AA. *Apollodoro comiti rerum priuatarum.*

ET publicarum necessitatum, & priuati ærarij deposcit vtilitas, ne commoda quæ domui nostræ debentur, callidis debitorum artibus differantur. Quamobrem appellatione eorum reiecta [h], qui apertè manifestéque conuicti sunt: hoc obseruari præcepti huius auctoritate censemus, vt ei quem constiterit esse publicum debitorem, appellationis beneficium denegetur. Dat. III. Id. Aug. Med. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. Coss.

e ¶ ANte sententiæ. definitiuæ.

f ¶ *Et ordinem.* & pro[b]. i. Et dic, i. ordinariū euētum: vel, id est, sententiā ordine iuris prolatam.

g ¶ *Discussore.* genera iudicum sunt: & idem in quolibet alio. ¶ Et sic nota. ab [c] interlocutoria non appellari: sed demū lata definitiua sententia: *vt hic, & supra de sen. l. fina. & ff. de libe. cau. l. libertas. in fine. & supra de iudi. l. apertissimi. & supra de appella. l. eos. §. super.* Sed fallit in casu, cum iudex in criminali seu ciuili negotio quæstionem interlocutus est habendam contra leges: *vt ff. de appe. l. ij.* quod intellige de quæstione quæ fit per tormenta, non de quæstione principali, qua iudex interlocutoria sententia definiat: licèt quidam hoc intellexerunt. 2 Item in alio quando fideiussores approbantur à delegato: *vt ff. qui satisd. cogan. leg. arbitro. ff. à quibus appel. non licet. l. fin.* licèt quidā illas intelligāt quòd citra appellationē corrigat delegans sententiam talem delegati. 3 Item fallit in alio quem habes supra *de appel. leg. si quis prouocationem.* Vel illam expone vt ibi: Sed videtur semper ab interlocutoria appellari: *vt ff. de mino. l. intra vtile.* *quæ est contra.* Solu. ibi speciale. Vel ibi trahit secum executionem, & causam ferè totam determinat. Item iure canonum videtur semper posse appellari. *ij. quæst. vj. c. non ita.* Alij verò dicunt etiam secundùm leges semper posse ab interlocutoria appellari: & quod dicta l. de app. re. dicitur, gratia exempli est dictum. Item ergo vbicunque per prædictas ll. & per l. ff. de præuaric. l. præuaricationis. vbi dicit super incidenti sententiandum, & per consequens appellandum: & speciale dicunt de his iudicibus in quibus hic dicitur. vel dicunt sententiæ, scilicet definitiuæ, vel interlocutoriæ. ADDITIO. Tu dicas cum quæritur, an ab interlocutoria possit appellari, distinguendum inter ius canonicum, & ciuile. Nam de iure [d] canonico ab omni grauamine licet appellare quandocunque. *c. super eodem. ij. extra de appel.* quo casu debet appellans causam rationabilem exprimere coram iudice à quo appellat. *c. vt debitus illo titu.* De iure [e] vero ciuili sic distinguas, quia aut interlocutoria profertur post definitiuam sententiam, & potest appellari: *vt not. supra eod. l. ab executione.* Aut profertur ante: & tunc aut nulla alia definitiua speratur, & potest appellari: *vt leg. aut prætor. §. permittitur. ff. de mino.* Aut speratur alia definitiua: & tunc aut grauamen illatum ab interlocutoria non potest reparari per appellationem à definitiua, & potest appellari: *vt l. ij. ff. de appel. recipiend. & qui satisd. cogan. arbitro.* Aut potest reparari, & tunc aut est talis interlocutoria, quæ perimit totum negotium, & poterit appellari: *vt l. intra vtile. ff. de mino.* aut totum negotium non perimit, & non poterit appellari: *vt hic, & l. ij. j. de episc. audien.*

a v. quæ scripsi a tit. l. momentarie. 8. in fin. j. vnde vi.

† Et pro, id est † pro inclu. in C. Th. legitur, edicti Hadriani beneficium consequitur. quod eodem recidit.

c Appellari an ab interlocutoria possit, dic vt in additione in fi. sed. adde Lanfr. in pra. in c. 10. nu. 61 in fi. 66. 67. 68. vbi tandem concludit ab interlocutoria habente vim definitiuæ, aut quā non secuta est definitiua, aut quæ contineat grauamen quod non possit reparari, appellari posse.

† sic in manuscri. quibusdā: sed in C. T. est nuri, vt in aliis manuscri. Cō si. Appellatio non potest interponi ab interlocutoria nisi in certis casibus.

† parel. 16. t de appel. Cōti. ex C. Th. ibid. l. 22.

† Ex Cod. Th. ibid. l. 18.

d Appellare iure canonico ab omni grauamine licet: proinde & ab interlocutoria.

e Appellare ab interlocutoria an & quomodo liceat iure ciuili.

ET *publicarum.*] CASVS. Si teneris fisco in decem, & sis condemnatus: non audieris appellans.

h ¶ *Reiecta. vt & supra eod. l. ab sinendum.* Sed contra *j. de appel. l. quoniam nonnulli.* Sed ibi solui.

TITVLVS LXVI.

SI PENDENTE APpellatione mors interuenerit.

Heredes appellatoris mortui appellatione pendente, in ciuili causa coguntur appellationis causas reddere: vel stare sententiæ. Baldus & Salycetus. Vel sic: Instantia causæ appellationis transit ad heredem. Bartolus & Paulus.

I *Imp.* ALEXANDER A. *Iuliano.*

ETIAM post mortem eius qui appellauit, necesse est heredibus eius vel reddere [i] causam prouocationis, vel statutis [k] acquiescere PP. III. Non. Decemb. Alex. Conss.

Requisitus & annotatus si appellauerit, eo mortuo pendente appellatione, bona eius transeunt ad heredes, non ad fiscum. h. d. secundùm Baldum & Salycetum. vel sic: Ab annotatione bonorum potest appellari, & appellatione pēdente morte rei pæna extinguitur, & bona ad heredem transeunt. h. d. secundùm lect. magis notabilem, secundùm Barto. & Pau. de Castro.

II. *Idem A. Marcellinæ.*

EIus qui requirendus [l] annotatus [m] appellauit [n], & ante actam causam mortuus est, bona ad successorem pertinere, parentibus meis placuit. PP. III. Non. Decemb. Alex. Coss.

Extincta per mortem pœna capitali appellatione pendente, non extinguitur bonorum confiscatio expressa, sed tacita sic.

SI PENDENTE appellatione &c.

Dixit supra quando ab initio non sit admittenda appellatio: nunc quando ex post facto extinguitur.

ETiam.] CASVS. Petij à te decem, condēnatus es: appellatione pendente concessisti in fata: an heres tuus causam appellationis debeat prosequi, quæritur? Dicitur quòd sic: alioquin stabit iudicatis.

i ¶ *Reddere.* id est, prosequi.

k ¶ *Vel statutis.* hoc in ciuilibus causis: in criminalibus verò dices *j. l. ij.* ¶ Item facit hæc lex pro[a] eis qui dicunt appellantem in causa appellationis probare: *vt j. de appellat. l. ibi qui.*

EIus.] CASVS. Volebam te accusare de crimine capitali: inceperas abesse: iudex te citauit: bona tua describi fecit: intra annum te præsentasti, & litē prosecutus fuisti, & appellatione pendente decessisti: an bona tua ad heredes tuos transmisisti, quæritur? Dicitur quòd sic.

l ¶ *Eius qui requirendus.* absens de capitali crimine nō damnatur, sed bona eius describuntur, vt copiam sui præstet, vt intra annum adueniens recuperet res suas: post annum verò veniens purget innocentiam suam quandocunque, sed bona non recuperat: *vt ff de requir. reis l. j. in princip. & l. fin. & j. de requiren. reis l. j.*

m ¶ *Annotatus.* Annotatus[b] ergo est, qui reus absens est delatus, bonis eius obsignatis: & his quæ mora peritura sunt, etiam intra annum distractis, precióque deponendo: sed post annum in fiscum coguntur. Annotatio verò fit publicè, id est edicto literis ad annotatum missis, quæ dicitur requisitio: *vt ff. de requiren. reis l. j. §. prosides. & l. ij. & iij. &c.* Accurs.

n ¶ *Appellauit.* a sententia annotationis, secundùm quosdam: sed tamen idem si non appellasset, & decessisset intra annum: vel se liti obtulisset, & decessisset intra annum: *vt ff. de requir. reis l. j. in fin.* Vel dic appellatum esse à sententia lata super crimine id est, super principali causa: quia rediit ille intra annum: & causam agere cœpit. sed an heredes reddere tenentur causas appellationis? Py. dicit quòd non. Pla. dicit quòd sic, propter bona. sed si dicatur appellatum à sententia annotationis, non video quare heres teneatur eo mortuo intra annum: sed post annua tacitè fuerant confiscanda, vnde & tunc idem, vt heres non prosequatur: *vt infra l. proxim.* licèt annotatio expressè fiat. si autem à sententia principali nulla facta annotatione fuit appellatum: tunc serua quod habes infra. *leg. proxim. & facit supra de iur. & fac. ignoran. leg. errorem. & infra de iure fisci. l. eorum. lib. decimo & de accusat. l. absentem.*

a Appellās in causa appellationis probare debet.

b Annotatus quis dicatur.

SI is.] CASVS. Reus criminis in exilium damnatus cum bonis ademptis appellauit, & appellatione pendente decessit: an appellationis causa propter bona agitari possit, quæritur? Distinguitur: aut tacitè sunt adempta, quia est deportatus: aut expressè, vt relegatus. primo casu non superest quæstio, secundo sic. Vinianus.

a ¶ *Si is.* pone casum per l. infra *si re. ... acca. mor. l. fin.*

b ¶ *Ademptis.* scilicet specialiter.

c ¶ *Adimat.* tacitè: vt cum est deportatus.

d ¶ *Superesse potest.* nam si in expresso non valet, nec in tacito: *vt ff. de ser. ... babet.*

e ¶ *Ex damnatione.* scilicet tacitè: sed expressè ex speciali sententia: & hoc est quod sequitur.

f ¶ *Auferantur.* vt in relegato ad tempus: *vt testa de pœn. l. deportatorum. & facit ad l. illam ff. de interdic. & rele. l. relegatorum. §. ad tempus. & ff. de iure fis. l. Lucius. & ff. de bon. dam. l. fina. § inter. & ff. ad legem Falcidiam. l. in ratione. j. §. cum quidam & ff. ad Sela. l. Casus.*

SI pater tuus.] CASVS. Ad decurionatum vocatus fuisti, & appellasti: & appellatione pendente decessisti. an tuus heres teneaē prosequi? Dicitur quòd nō. Vinianus.

g ¶ *Finita est.* & ita heredes nō tenentur prosequi, nisi pro præterito tempore quod fluxit ante mortem nominati. Tenebatur enim heres nominati si cessauit gerere, vel appellauit per maliciam: *vt supra de excu. tut. & tempo. earum. l. quamquam. & ff. de excusa. tut. l. qui testamento. & ff. si tut. vel curat. vel magi. l. j. & l. fina. & facit ad l. illam supra ne filius pro patre. l. ne contra. & l. patris.*

QVamuis.] CASVS. Petij à te ancillā cum peculio, condemnatus mihi fuisti. appellatione pendēte decessisti: non est extincta appellatio propter peculium ancillæ. Præfinita enim sunt tempora fatalia, intra quæ debet exerceri causa appellationum. si te adhuc superstite aliquid de tempore effluxerit, residuum dabitur heredi tuo ad prosequendam appellationem, & præterea tē-

Baldus & Salycetus. Vel sic: Expressa ademptio bonorum, morte appellantis non perimitur: secus in tacita. Bartolus.

III. *Idem A. Vlpio.*

SI is[a] † qui ademptis[b] bonis in exilium datus est, appellauerit, ac pendente prouocatione defunctus est: quanuis crimen in persona eius euanuerit, tamen causam bonorū agi oportet. Nam multum interest, vtrum capitalis pœna irrogata bona reo* quoque adimat[c] (quo casu morte eius extincto crimine, nulla quæstio superesse potest[d]) an verò non ex damnatione capitis, sed speciali præsidis sententia bona auferantur[f]. tunc etenim subducto reo, sola capitis causa perimitur, bonorum remanente quæstione. PP. VI. Id. Mar. Modesto & Probo Coss.

Causa honoris, vel officij, morte soluitur. h. d. secundùm Baldum. vel sic: Causa appellationis super muneribus personalibus morte finitur. h. d. secundùm Bartolum. vel sic: Causa appellationis interposita à muneris nominatione, morte appellantis expirat. Paulus de Castro.

IIII. *Imp.* GORDIANVS A. *Alexandro.*

SI pater tuus ad decurionatum euocatus* appellationem interposuit, eáque pendente concessit in fatum: honoris eius quæstio morte finita est[g].

Licèt moriatur ancilla petita cum peculio: durat tamen causa appellationis propter peculium. Paulus de Castro.

V. *Idem A. Felici.*

QVamuis ancilla de cuius dominio disceptabatur, & à rectore prouinciæ contra te ius dictatum* fuerat, in fatum concesserit: tamen cū appellationem super ea re interpositam fuisse, & in numero[h] cognitionum pendêre proponas, ea prouocatio suo ordine[i] propter peculium ancillæ audiri debet.

Singularis est lex ista: & habet duas partes. & h. d. Vltra id tempus quod datur appellanti, heres eius habet quatuor menses. h. d. prima particula & secūda. h. d. Dicti quatuor menses elapso tempore quod heredibus datur ad deliberandum, non currunt. h. d. secundùm aliquos. Vel aliter: Heres vltra tempus datum ad deliberandum per l. cum antiquioribus: habet quatuor menses. Bartolus. vel sic: vltra tempus concessum appellanti ad prosequēdum, heres eius habet quatuor menses qui incipiunt ei currere post tempus ad deliberandum concessum. h. d. secundùm Salycetum. vel sic. vltra tēpus quod datur ad prosequendam appellationem, dantur heredi appellantis quatuor menses. Paulus de Castro.

VI. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Bassum præfectum † vrbi post alia.*

SI vnus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus sit: non residuū tantùm temporis heredes eius habeant, sed etiam alios quatuor menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis[k] certum temp⁹ indulgetur, post lapsum eius temporis quatuor mensiū numerabitur[l] spaciū: ne ignorantes negotium, vel etiam super adeunda hereditate dubitātes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. PP. XIII. Kalen. Iun. Sirmij, Crispo. II. & Constantino. II. CC. Coss.

pus quatuor mensium: & si heres petierit tempus ad deliberandum de hereditate eius qui appellauerit, & iam decessit: eo lapso incipiet currere tempus quatuor mensiū ad prosequendam appellationem, ne ignorantes negotium damnis afficiantur.

h ¶ *Et in numero.* de multis quæstionibus appellationum cognoscebat. *& facit ad l. illam supra de libe. cau. l. principaliter. j. & de asser. tol. l. fina. & ne de sta. defun. l. quamuis.*

i ¶ *Ordine.* susceperat iudex alias cognitionē quarum aliqua cognitionē istā præcedere debebat: inde est quod dicit suo ordine. Accurs.

k ¶ SI *vnus.*] *Hereditatis.* scilicet eius qui appellauit.

l ¶ *Numerabitur.* Contra supra *de iure deliber. l. cum antiquioribus.* Sol. hic habet tempus quatuor mensium ad appellationem exercendam vltrà id quod ibi datur ad deliberandum.

TITVLVS LXVII.

DE HIS QVI PER* metum iudicis non appellauerunt.

Vbi princeps, ibi securitas. & illa formido vana est, quæ formidolosó non patrocinatur, Baldus. Vel sic: In curia principis cessat præsumptio iusti timoris. h. d. Bartolus & Paulus de Castro & Salycetus.

I. *Imperatores* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Dorophano.**

SI contra te iure pronunciatum est, nec appellationis auxiliū imploratum est, intelligis acquiescere te statutis oportere. In sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti[m]. S. XV. Kalend. Iun. Philippopoli. AA. Coss.

Vana formido non prodest. h. d. primo. Sed iustus metus facit vt protestatio facta intra tempus appellandi, habeat vim appellationis. h. d. secundùm Baldum. Vel sic: Qui propter timorem vanum omittit appellare, videtur sententiæ acquiescere. si verò timor sit iustus, tunc potest omittere, tamen debet protestari intra tempus appellandi quòd per eum non stat & quòd libenter appellasset, nisi timeret: & allegare causam timoris. quo casu talis protestatio habetur pro legitima appellatione. Pau. de Castro.

DE HIS QVI PER metum iudicis non appellauerunt.

Supra dixit quando appellatio facta non examinatur: hic econtra quando non facta habetur pro facta, & examinatur.

SI contra.] CASVS. Aliquis in comitatu principis conuentus & condemnatus, non appellauit. necesse habet stare iudicatis: nec si dixit se metu iudicis non appellasse, audietur.

m ¶ *Potuisti.* vel debuisti. *& facit ff quod met. causa l. 6. in princ. & j. l. prox.*

HIs qui.] CASVS. Si condemnatus nō appellat, necesse habet parēre iudicatis: nec excusabitur si dicit se metu iudicis non appellasse. si verò ei facta fuerit vis quo minus appellet, protestari debet coram aliquibus intra decem dies, quòd non potest appellare: & tunc sufficit talis protestatio ad appellandum.

II. † *Imper.* IVLIANVS A. *Germaniano.**

HIs qui tempore competenti non appellant, redintegrandæ audientiæ facultas denegetur.

† Ex C. Th. lib. 11. tit. 30. l. 30. Contius. *ad Germanianum PP. sic in manuscrip. & C. Th. Cont.

Omnes igitur qui contra præfectos vrbi†, magistros officiorum, vel magistros militum, seu proconsules, seu comites, seu præfectos [a] Orientis *, [seu vicarios Augustales,] vel alium iudicem sub specie formidinis prouocationem non arbitrantur interponendá: à reuocanda lite † repellantur [b]. * Qui verò vim sustinuerunt [c], contestatione [d] publicè proposita, intrà dies videlicet legitimos [e] quib' appellari licet, causas appellationis euidenti adfirmatione distinguant: vt hoc facto tanquam interposita appellatione iisdem æquitatis adminicula tribuátur. Emissa. XV. Kal. Iul. Mamertino & Neuita. Coss.

TITVLVS LXVIII.

SI VNVS EX PLVRIbus appellauerit.

Vbi est defensio communis, & eadem ratio vincēdi, appellatio vnius omnibus prodest: sed restitutio minoris non suffragatur maiori. h. d. secundùm Bald. Vel sic: Causæ communitas, & defensionis paritas facit, vt sententia in causa appellationis data pro vno, aliis prosit. Barto. Vel sic: Si à sententia lata contra plures vnus appellauerit, alter non appellat: victoria per eum obtenta prodest aliis etiam non appellantibus, quando causa erat communis & vna & eadem erat omnium defensio: sed restitutio in integrum impetrata per vnum, aliis non prodest: quia datur fauore minoris ætatis. h. d. totus titu. secundùm Pau. de Cast.

1. *Imp.* ALEXANDER A. *Licinio.*

SI iudici [f] * probatú fuerit, vnam candémque condemnationem eorum quoque quorum appellatio iusta pronunciata est, fuisse, nec diuersitate [g] factorum separationem accipere: emolumétum victoriæ secundú ea quæ [sæpe] constituta sunt, ad te quoque [qui nec prouocasti,] * pertinere non ignorabit. PP. XIIII. Kalen. Septemb. 11. *

Summata est suprà in l. præcedenti.

11. *Idem A. Sereno.*

SI in vna eadémq; causa vn' appellauerit [h], ciúsque iusta appellatio pronunciata est: ei quoq; prodest, qui non appellauerit. Quòd si ætatis auxilio vnus contra sententiam restitutionem impetrauerit: maiori, qui suo iure nó appellauerit, hoc rescriptum non prodest [i].

TITVLVS LXIX.

SI DE MOMENTAnea † possessione fuerit appellatum.

Sententia lata in possessorio etiam appellatione interposita, statim sortitur effectum: ita tamen possessio reformatur, vt quæstio proprietatis integra seruetur. h. d. secundũ Bald. vel sic: A sententia lata super possessorio non potest appellari † quia non adfert perpetuum præiudicium: quia non præiudicat causæ proprietatis: & grauamen quod adfert, potest reparari per iudicium proprietatis. ideo mittitur executioni salua causa proprietatis. h. d. secundùm communem intellectum. Alij dicũt quòd bene potest appellari: tamen appellatio non suspendit executionem sententiæ: sed præcedens est communiter. Paul. de Castr.

1. *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARC. AAA. *ad Eutychium.* P. P.

CVm de possessione†, & [k] eius momento [l] causa dicit: etsi appellatio interposita

---

a ¶*Seu præfectos.* i. contra eorum sententias: & sic expone sequentes, contra quórum sententias appellari potest: *vt ṡ. de appellat. l. à proconsulibus. & l. quoniam iudices.* Accurs.

b ¶*Repellantur.* quia non fuit iustus metus: *vt ṡ. l. proxi.*

c ¶*Sustinuerunt.* s. probabilem quo minus appellent.

d ¶*Contestatione.* debet enim intra decem dies publicè protestari [a] quòd non potest appellare, vel timet: & sufficit ad naturam appellationis. *sic ff. de no. ope. nun. l. eg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. & facit ff. de regulis iuris. l. in omnibus causis pro facto. & ff. de ap. l. cum quidā & ff. de appel. re. l. si enim. & l. sciendum.* ADDITIO. Addas quòd iste metus probatur [b] probando quòd consueuit appellantes à gestis per eum, incarcerare, & eis violentias & iniurias inferre: & sic ex qualitate personæ hoc præsumitur: *vt l. si à bonæ fidei. ff. de rei vendi. & l. argentum. ff. commodati.* Vel quia minatus erat sic facere: *vt l. metum cum sua glo. supra de his quæ vi &c.* Ita dicit Barto. *in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui. ope. nuncia. versic. quinto quæro.*

e ¶*Legitimos.* s. à sententia numerandos: *vt ṡ. de appel. auth. hodie.*

SI VNVS EX pluribus appellauerit.

Dixit supra quando etiam appellanti non prodest appellatio: nunc quando etiam alij non appellanti per appellantem prodest appellatio.

SI iudici.] CASVS. Tres erant tutores diuisam habentes administrationem: duo condēnati prouocauerunt & pronunciata est prouocatio iusta: an [c] tertio, qui nó appellauit, prosit illa prouocatio, quæritur? Dicitur q sic. Idē dicitur in principio l. hoc addito, quòd si duo, maior & minor habentes causam communē, condemnati fuerint, & minor restituatur aduersus sententiam, non propter hoc restituetur maior. Vel dic casum aliter, vt in glos.

f ¶*Si iudici.*] CASVS. Tres erant tutores indiuisam administrationem habentes conueniebantur omnes, aut quia malè gessissent, aut quia nemo eorum gessisset officium. duo condemnati prouocauerunt. pronunciata est iusta prouocatio eorum hoc etiam tertio prodest, quia non prouocauit, cum vna erat omnium condemnatio: secus autem si diuisas administrationes haberent. *ad hoc. ṡ. de diuer. re. l. j.*

g ¶*Nec diuersitate.* putà [d] omnes conueniebantur, quia malè gessissent: vel omnes conueniebantur, quia nemo gesserat. si autem ideo quòd vnus malè, alter nullo modo gessisset: non proficeret appellatio vnius alteri: *vt ff. de appel. l. si quis separatim. §. fin. & facit j. eo. l. j. in princ.* Sed contra videtur, ff. in eo. titu. l. scio in ver. certè. Solu. vt ibi *& facit ff. de crim. expi. here. l. res hereditarias.*

h ¶SI in vna.] *Appellauerit.* sic *& ṡ. l. proxi. & ff. de adulte. l. denunciasse. §. fin.* Sed contra *ff. de appel. l. scio.* sed ibi patet solutio.

i ¶*Non prodest.* nisi sit causa indiuidua: vt seruitus. secus si diuidua: *vt ff. quemad. seru. amit. l. si communem. in princ. ff. de nego. gest. l. qui alienam. §. fina.* est autem quælibet seruitus diuidua, præter vsumfructum: *vt ff. ad l. Falc. l. j. §. si vsusfruct. & facit ṡ. si in communi eadémque causa. l. j.*

SI DE MOMENtanea possess. &c.

Dixit supra quando propter iudicis auctoritatem nō admittitur appellatio: nunc quando propter ipsius rei de qua lis est, vtilitatem.

CVm de possessione.] CASVS. Duplex est iudicium petitorium & possessorium. in petitorio victus appellat, in possessorio non. vnde si intentem contra te interdictum vti possidetis, quod est possessionis retinendæ: vel interdictum vnde vi, quod est recuperandæ: vel quorū legatorum, quod est adipiscendæ, & succumbas, non audieris appellans: salua tamen tibi quæstione super proprietate: non enim præiudicabitur quæstioni de proprietate. Viuian.

k ¶*Et.* & ponitur pro id est.

l ¶*Momento.* i. [b] possessione momētanea: tale est & illud Virgilij: Pateris libabat & auro. i. pateris aureis. ¶Et dicit momētanea [c] possessio quia apta est durare per momentum: & sic aptitudine: *vt hic, & instit. de lege Aquilia. §. his autē verbis.* 2 Vel ideo, quia in ea tractatur de possessorio momēto: vt quoto tēpore anni possederit olim hodie de tempore litis cōtestationis, vt in interdicto vti possidetis: *vt instit. de interdictis. § retinendæ.* 3 Vel tertio vt dixi. *ṡ. qui legiti perso. l. fi.* ¶Item hæc lex secundū omnes loquitur in possessorio retinendæ. ¶Sed an idem in possessorio recuperandæ, vel adipiscendæ. Quidam dicunt quòd non. Tu dic idem in adipiscēdæ: *vt ṡ. quorum appel. non recip. l. quisquis.* Item recuperandæ. Sed hoc hodie est correctum secū dū quosdam per l. illam infra *vnde vi. l. si quis in tantam.* ¶Item huic l. videtur contra. *ṡ. de appel. l. j.* Sol. ibi non ratione iniquitatis sententiæ appellatur, sed ratione ordinis omissi. Vel pone casum vt ibi nota. Sed si agat possessorio, vt [d] per condictionem ex dicta lege, si quis in tantam, puto posse appellari, quia p eā non est momētanea. & nō solū in possessione, sed etiā in proprietate dat ibi sententia. Sed alibi vbi est momentanea eius vtilitas semper dicas nō posse appellari per generalia verba huius legis. ¶Item oppo. ex eo quod est supra *de appell. l. & maioribus.* Solu. hoc speciale. Sed quare? Respon. quia est interlocutoria secundū quosdam, à qua non appellatur: *vt ṡ. quorum appel. non recip. l. penult.* Alij dicunt propter vtilitatem, sicut & in sententia arbitri *vt ṡ. de arbi. l. j.* Sed tu dic esse definitiuam, & non vtilem: sed ideo non appellari, quia plenius poterunt singula tractari in quæstione proprietatis: quia eadem causa plenius examinabitur in causa proprietatis, licet alia via.

---

a Protestatione ius partis conseruatur.

† antea nō licebat appellare à præfecto vrbi, qui per omnia ferè præfectis prætorio dignitate par erat, qd est ex notitia vtriusq; Imperij nō obscurè intelligitur, probantur ea quæ antè dixi, ex C. T. lib. 11 tit. 30. l. 15. Cōt.

* al. præfectos. Inclusa autem desunt in Co Tā. Contius.

† vet. & C. Th. pellātur. Cōti.

* adde in C. T. Nobis. n. regnātibus non audebit iudex villus denegare refugiū appellat. Cont.

b Metus illatus à iudice qui admodū probetur.

c Correi appellatio alteri correo prodest, vt hic & si gi separatim. in princ. eo. & vlt ff. de appell. adde Ferra. in forma libera plures debitores in verbo eandem.

* adde l. 1. ff. de diuer. resc. & de materia huius titul. habetur in c. pen. extra de appell.

d Sententia lata pro vno in causa appellationis prosit aliis.

a Hinc colligitur, testes dicti singulares vbicunque dicti testes ex diuersitate factorum separationem recipiunt idque in singulis categoriis locum habere probat Lanfra. in prax. c. 8 nu. 23.

* Inclusa desunt.

b Momentum pro possessione momentanea.

† vet. momentariis. in C. ad Theo. legitur, si de momento fuerit appellatum lib. xj. tit. xxxvij quid sit momentum, v. Iod. lib. v. c. xxv. Contius.

c Momentanea possessio cur dicatur.

† Cur ita v. L. fac impr. ax. c. [illegible] nu. 60. adde exceptiones quæ apud Soc. regul. 18. Aliud est de iure canonico, potest enim ab ea appellari siue definitiua, siue interlocutoria. Capella Tholosana decis. 500.

† Citat hanc cōstitutionem Symmachus in epistola quæ dicta premium vt si casus [illegible] letit etiam de iure cognoscat iudex. Contius.

d A sententia lata super possessorio nō appellatur, nisi tale sit possessorium, quod sapiat naturā proprietatis: quia à sententia lata super huiusmodi possessorio appellari potest. Itaq. à sententia lata si per constitutionem l. si quis in tantam potest appellari, quia ea Constitutio refert naturā proprietatis. huiusmodi. interdictū competit soli domino. v. plura apud Lanfranc. in prax. ca. 10. nu. 49.

Fuerit.

a ¶ *Fuerit.* scilicet de facto.

b ¶ *Effectum.* sic est contra. s. *de app. l. appellatione.* Sed ibi tenet appellatio, hic non.

c ¶ *Reformationem.* i. restitutionem, vel traditionem, vbi de recuperanda vel adipiscenda agitur, vel confirmationem, vbi de retinenda agitur. ¶ Et not. hic diligenter quòd quamuis ratione non potest appellari, vel quibus eadem vel eisdem non potest minor cōtra talem sententiam petere restitutionem in integrum secundum quosdam, quasi paribus passibus ambulent: *vt ff. de min. l. præses prouinciæ.* 2 Item quia non videtur damnum pati, cùm saluum sit sibi omne ius in quæstione proprietatis vel quasi modicum vel minimū damnum patiatur: & sic denegari debet restitutio: *vt ff. de in inte. restitut. l. scio.* 3 Item tertiò, quia in tali causa habet legitimam personam standi in iudicio, & admittitur vt maior: *vt s. qui leg. per. l. fi.* Alioquin non videtur legitimus defensor si debet posse restitui, & sic deciperetur per legem aduersarius, *& sic dicitur. ff. de procur. l. minor. j. respon.* 4 Itē quartò, quia facilius debet alicui adimi priuilegiū, siue beneficium in integrum restitutionis, quàm ius commune, quod est scilicet ius appellādi: *vt not. s. ad Vellei. l. antiqua. in princip. & s. si min. se ma. dixe. l. pa alterius cir. u. nuenien di causa. in fin. ff. de mil. te. stam. l. eius militis.* §. 5 Sed his spretis, dic secundū H. eum posse petere restitutionem. 1 Quia hæc paribus passibus ambulant restitutio & appellatio, *argum ff. de minor. l. præfecti. s. de sent. præfect. præto. l. vnica.* 2 Item & damnum videtur pati magnum si amittat possessionem, quia si obscura fuerint vtriusque iura in proprietatis quæstione pronunciabitur pro possessore, *vt insti. de interd. §. commodum.* 3 Nec obstat quòd admittitur in hac causa vt maior, nam idem est vbi litigat in quæstione proprietatis auctore tutore, & tamen contra sententiam restituitur, *vt s. si aduer. rem iud. l. fin.* & cùm contrahitur *s. si tut. vel cur. inter. l. etiam. & l. fin.* 4 Item adultus non habens curatorem, admittitur ad contrahendum vt maior: & tamen potest restitui, quia obligatur ciuiliter & naturaliter vt maior: *vt s. de in int. mil. si curatorem.* 5 Item quicquid gestum fuerit cum minore, si apparet eum læsum, restituitur: *vt ff. de min. l. ait prætor in princ.* ergo & hic eadem ratione. 6 Item simpliciter lex dicit *s. si aduer. rem. iud. l. fin.* posse minorem petere restitutionem contra sententiam, si apparet eum læsum, nec hic casus excipitur, ergo & contra illam sententiam poterit restitui, si apparet eum læsum, quia fortè non plenè probauit, *vt debuit, vel quia contra ius litigatoris lata est, licèt probauerit.*

fuerit[a], tamen lata sententia sortitur[*] effectum[b]. Ita tamen possessionis reformationem[c] fieri oportet, vt integra omnis proprietatis causa seruetur. Datum XIIII Kalend. Decem. Med. Hono. N. P. & Euodio Conss.

TITVLVS LXX.

NE LICEAT† IN VNA eadémque causa tertio[*] prouocare, vel post duas sententias iudicum, quas definitio præfectorum roborauerit, eas retractare.

Qui succubuit in duplici appellatione, non potest tertiò appellare super eisdem articulis, & etiam supplicare. Et recusatio iudicis non numeratur in numero appellationum. hoc dicit. Bartol. Bald. Sal. & Paul. de Cast.

I. Imp. IVSTINIANVS A. Menna P.P.

SI quis in quacunque lite iterùm †[d] prouocauerit, non liceat ei tertio in eadem lite super iisdem capitulis prouocatione[e] vti, vel sententias excellentissimorum præfectorum prætorio retractare[f], licentia danda † litigatoribus, arbitro dato[g] ipsius audientiam, qui cum dedit, ante litem † contestatam inuocare[h]: & huiusmodi petitione minimè prouocationis vim obtinente[i].

NE[b] LICEAT IN VNA EADEMQVE causa, &c.

A sententia appellatur regulariter semel, & secundò: sed tertiò non: vt hic. Et quod dicit, eadémque causa, improprie dicit, vt patet ff. de inoff. test. l. circa. & not. s. de procur. l. ita demum. sed propter identitatem litigatorum, & rei de qua quæritur, dicitur eadem esse. & quod subijcit, vel post duas sententias, &c. exponet in textu.

SI quis.] CASVS. Perij à te x. & obtinui, appellasti, & postea succubuisti, & appellasti secundò, condemnatus fuisti: an & tertiò appellare possis, quæritur? Dicitur quòd non, & si tertiò præfectus prætorio cognouerat, & duas primas sententias confirmauerit, alterutrum tamen etiam supplicare non poteris. Litigator autem ante litem contestatam poterit iudicem tertium delegatum recusare: & recurrere ad delegantem. Viuianus.

d ¶ *Iterùm.* quando primò & secundò appellauerit, vel bis: aliàs aliter accipitur, *vt ff. de eden. l. velut.* Sed hæc vox.

e ¶ *Prouocatione. vt in auth. de iud. §. de appella. col. vij.* interdum tamē semel tantùm: *vt s. de epis. aud. authen. si quis litigantium. & s. de offer. tol. l. j. & s. de appell. l. in offerendis. & l. iubemus. & in auth. de app. §. illud. col. iij.* Quandoq; nec semel propter dignitatem iudicis, vt à præfecto prætorio: vt statim dices.

f ¶ *Retractare.* hoc intellige quando bis erat iam iudicatum, & tunc tertiò, sex appellationes cognoscit præfect' prætorio: qui si confirmat primas duas, nec appellari, nec supplicari potest: cùm nec ab alio taliter iudicante posset appellari: *vt s. proxi. resp.* Et quòd sic sit intelligēda, probat rub. & si autē infirmasset primas, vel cognouisset ex causa principali, vel ex prima appellatione, posset ab eius sententia supplicari: *vt s. de prec. imp. offe. l. si quis. & ff. de off. præf. prat. l. j. & supra de sentent. præfe. præto. l. j. & supra de epis. audi. l. episcopale.* Alij intelligunt hoc responsum, quando etiam ex prima causa iudicat, & sic dicunt hic posse supplicari.

g ¶ *Arbitro dato.* i. iudice delegato.

h ¶ *Inuocare.* & ita iudicem delegatum recusare ante lit. contesta. *vt hic & s. de iudic. l. apertissimi. & s. de sentent. l. fina.* ¶ Sed quæro, quis hunc iudicem impetrauit? nā si appellator, non potest eum recusare: *vt s. de lit. cont. auth. offeratur.* si aduersarius, qui s. vicit, aut ante diem appellationi præfixum, & tunc non potuit: *vt extra de app. sa pe.* aut postea: & tunc manet rata sententia prior, quare stultus esset victor, si tunc iudicem impetraret. Sed resp. q̀ victor impetrauit, & ante diem appellationi præfixum à lege, quod potuit, *vt s. de temp. app. l. fin. §. in his. & auth. et qui appellat.* Nec obst. d. decr. quia ibi loquitur de die præfixo ab homine.

i ¶ *Obtinente.* à tertio: ergo non potest appellari post sententiam: sed ante litem contestatam potest recusari, *& ad hoc s. de sent. l. fin. & ff. a qui appell. non licet. l. j. in fin.* ADDITIO. Aduertas quòd iura dicentia non licere tertiò appellare, procedunt quādo quis vult tertiò prouocare super eodem articulo, secus in articulis diuersis: vnde si quis millies grauatur in causa super diuersis articulis, millies posset appellare, & duas appellationes successiuè facere super quolibet articulo, maximè de iure canonico, secundū quod ab omni grauamine quandocunque appellatur, *vt in c. super eod. v. extra de appell.* Item quod dicitur in eodem articulo non licere tertiò appellare, in eadem persona intellige: quia ex quo bis appellauit, & semper succubuit, est præsumptio contra eum: ideò non auditur tertiò appellans, sed alteri parti benè licet alias duas appellationes facere, & sic erunt quatuor appellationes, ita dicit *Abb. in c. directo in si. extra de appell.* Accurs.

TITVLVS LXXI.

QVI BONIS CEDERE possunt.†

Cessio bonorum non liberat debitorem, sed facit ne possit detrudi in carcerem, hoc dicit secundū Bart. Vel sic: Qui cessit bonis, non liberatur à creditoribus ipso iure: nisi quod eis debetur, in solidum fuerint consecuti, sed liberatur ope exceptionis, ideò non potest in carcerem detrudi. Pau. de Castr.

I. Imp. ALEXANDER A. Irenæo.

QVi bonis[l] † cesserint nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati[k]. In

QVI[c] BONIS CEDERE POSSVNT.[d]

Qualiter condemnato subuenitur per appellationem, s. dixit, nunc qualiter per bonorum cessionem.

QVi bonis.] CASVS. Si debitor meus conuentus, & condemnatus bonis cedat: an ipso facto liberetur, quæritur? Dicitur quòd non: sed si aliqua acquisierit, soluere tenebitur, donec solidum debitum soluerit. Sed prodest[f] ei cessio bonorum ob hoc vt reus condēnatus non trahatur ad carcerem: non vt liberet. Vi.

k ¶ *Liberati.* ipso iure, sed ope exceptionis: *vt inst. de act. § pen.* ¶ Et dic q̀ ille[g] rectè cedit bonis à creditore cōuētus, q. cōfessus debitū hoc facit, sed q. negat, vel nec asserit, nec negat, sed dicit se cedere bonis à creditore cōuētus, vt sic postea bona cū voluerit, possit recuperare: nihil agit. Et secūdū hoc pōt legi. *ff. eo. l. pe. ch. ns* *sic. Py.* literā, & sine non. ¶ An autē ille q. cedit bonis, teneat bona indicare[h]? Resp. vtiq; iudicis officio *ar. s. de iu. del. l. fi. § licentia danda*

a ¶ *In eo enim tantummodo* Item [a] & in eo quòd postmodũ nõ poterunt conueniri, nisi [b] in quantũ facere possunt, & [c] sic habita ratione ne egeant. Potest. ea conueniri nõ debẽt, nisi tantùm sit illud quod quæsiuerunt, quod meritò videantur conueniri. *vt infra eod. j. l. ex contractu. & infra eod. l. pen. & ff. eod. l. iiij. & l. qui bonis. & l. si debitoris & instit. de act. §. pen.* Item & in eo quòd post xi. dies nõ dilacerandus [d] creditoribus, vt dicebat A. Gel. contineri in l. xij. tabul. contra cuius duritiem. S. Cæcilius quẽdam philosophum defendit, pro quo j. l. pen.

b ¶ *Ne iudicati* i. condẽnati. ¶ Et sic videt innui quòd tantùm ante sententiam sit facienda cessio. *vt ff. eo. l. pen.* Sed dici potest, quòd post [e] sententiam fieri potest cessio, vt hic dicit Azo in summa, & hoc videtur contra *l. ff. eod. l. pen.*

c ¶ *In carcere.* si ergo nõ cedit bonis, videtur in carcerẽ pro debito poni: & sic videtur contra *j. de act. & obl. l. ob æs. in fi.* Sed hoc fit auctoritate [f] iudicis: Vel non fit hic seruus, sed nec seruit, sed loco carceris hodie ponitur [g] in banno: [h] *& facit j. de pign. l. j.*

[a] Cessione comperem conuenit debitor, aliàs essentiali cessio. nis vide Fel. in Glossa, & apud Beunum tract. cessionum q. 1.
[b] Cedens bonis non tenetur nisi in quantum facere potest. *finem Gl. in l. §. sit prox. l. 16. ff. de re iudicat. l. 133. ff. de reg. iu.* v. exceptiones apud Socin. reg. 17. in reg. cedens bonis.
[c] Qui in quantum facere potest conueniuntur ita conueniendus est vt ne egeat.
[d] *Adde Gloss. vlt. in fi. eod.* Aul. Gell.
[e] Cessio etiam post sententiam fieri potest. adde Beunum tract. cessionum. q. 3.
[f] Cedere bonis recusans debitor, auctoritate iudicis aut in carcerem coniicitur, aut ponitur in banno.
[g] Contumax bannitus etiam potest. adde Bessianum in *consuetudines Al uernie c. 9. arti. 13.* vbi viginti pœnas contumaciæ enumerat, & viginti remedia purganda contumaciæ.
[h] Bannum hodie est loco carceris.

eo enim tantummodo [a] hoc beneficium eis prodest, ne iudicati [b] detrahantur in carcerem [c]. PP. XI. Kalen. Dec. Maxim. II. & Æliano Conss.

Verbum temere dictum, non præiudicat. vel sic: Debitum soluenti nõ præiudicat cessio bonorum. Baldus vel sic: Qui potest soluere creditoribus, potest bonorum cessionem reuocare. Bar. vel sic: Qui cessit bonis, potest pœnitere, & ea recuperare re integra, quando non erant vendita, si offert se soluturum quod debetur creditoribus. Pau. de Cast.

II. *Imp.* PHILIPPVS A. & PHILIP. *Cæsar. Abaßanto.*

SI quantitatem [d], quam licet reipublicæ condemnatus [e] debebas, inferre paratus es: frustra vereris, ne verbum bonorum cessionis [f] temerè [g] à te prolatum, priuare te, necdum distractis [h] facultatibus, iuris rationibus possit. PP. XIII. Kalend. Febr. Philippo A. & Titiano [*] Coss.

Propter debitum contractum in ciuili officio, admittitur cessio quæ in bonis filij cedentis non præiudicat. h. d. secundùm Bart. vel sic: Filius emancipatus, per patrem damnari non debet. h. d. Iac. But. vel sic: Debitor publicus potest cedere bonis. Et si pater cedit bonis, non debent inquietari bona filij. Salyc. vel sic: Si pater cessit bonis, non nocet filiis, vt possint eius bona capi, vel molestari. Pau. de Castr.

III. *Imppp.* VALERIANVS, & GALLIENVS, & *Valerianus nobilissimus Cæsar. AA. Iuliano Leniss. al. Lentille.*

SI pater tu[*] bonis cessit propter onera ciuilia [i], ipsius facultates oportet inquiri: non patrimonium quod tibi emancipato quæsitum dicis, inquietari [k]. Quod vt fiat, implorare æquitatem præsidis debes.

Facta cessione bonorum, non possunt creditores bona propria auctoritate tenere iure dominij: secus si data fuerint in solutum. Bar. Vel sic: Si debitor cessit bonis, non debent creditores interim distribuere bona eius, sed debent ea vendere iudicis auctoritate, & precium pro rata inter eos diuidere: & si contra faciunt, possunt bona ab eis auocari, non obstante præscriptione longi temporis: secus si fuissent eis data in solutum. Paul. de Cast.

IIII. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Cibiani.*

LEgis Iuliæ de bonis cedendis beneficium constitutionibus diuorum nostrorum parentum ad prouincias [l] porrectum esse, vt cessio bonorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus sua auctoritate diuidere hæc bona, & iure dominij detinere [m], sed venditionis remedio, quatenus substantia patitur, indemnitati suæ consulere permissum est. Cùm itaque contra iuris rationem res iure dominij teneas eius qui bonis cessit, te creditorem dicens: longi tẽporis præscriptione petitorẽ submoueri non posse manifestũ est. Quòd si non bonis eum cessisse, sed res suas in solutum tibi dedisse monstretur præses prouinciæ poterit de proprietate tibi accommodare notionem.

Vt quis euitet onera, vel munus publicum, non potest cedere bonis, sed debet pro quantitate bonorum onera publica subire. Paul. de Castr.

V. *Idem AA. & CC. Myroni.*

PRopter honorem municipalem, vel munus bonis cedentium [n] inuidiosam admitti cessionem minimè conuenit: sed his obnoxios [o] pro modo substantiæ fungi.

Cessio bonorum potest fieri solo verbo, & sine aliqua solennitate. Pau. de Castr.

VI. *Imp.* THEODOS. A. [*apud acta*] *dixit.*

IN omni cessione bonorum ex qualibet causa facienda, scrupulositate [p] priorum legum explosa [q], professio [r] sola quærenda est. Idem dixit, In omni cessione sufficit voluntatis [s] sola professio. Dat. Kalen. Maij. Hono. N. P. & Euodio Coss.

Filiifam. vtriusque sexus possunt cedere bonis, siue habeant patrimonium proprium, siue non, & idem in illis qui sunt sui iuris. Pau. de Castro.

SI quantitatẽ.] CASVS. Tenebaris reipu. in c. confessus es debitum, sed cùm soluere nõ posses, cessisti bonis, si antequàm bona distrahãtur, paratus sis soluere, an possis reuocare cessionem, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.

d ¶ *Si quantitatem.* quidam cùm esset reipub. condemnatus in c. dixit se bonis cessurum, non ei præiudicat linguæ lubricum, dummodo paratus sit soluere, & facultates eius nondum distractæ sint.

e ¶ *Condemnatus.* ex administratione bonorũ. Accurs.

f ¶ *Cessionis.* quia inuito corde contraxit. Accur.

g ¶ *Temerè.* Not. verbũ temerè [i] dictũ non præiudicare: *vt ff. de reg. iur. l. quod calore. & ff. de diu. l. iij. & ff. de publ. l. licitatio. in princ. & ad l. Iul. maie. l. famosi.* Accur.

h ¶ *Distractis. vt j. de dist. pign. l. si priusquàm.* ¶ Item not. licere pœnitere. *vt ff. eo. l. quem pœnitet. & l. si qui bonis j. & j. de app. l. si quis libellus.*

[i] Temeritas à dolo excusat, vt & credulitas fatua. *Angel. in l. plagij. j. de plag. Tiraq. tract. de pœnis, semper causa 43. num. 5.*
[*] Titiano.

SI pater.] CASVS. Filiam habens quidam emancipauit, ad munera ciuilia vocatus, bonis cessit, an bona quæsita à filia inquietari debeãt, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

i ¶ *Ciuilia.* quia malè administrauit rempubl.

k *Inquietari. vt j. ne fi. pro p. l. ne contra.*

LEgis.] CASVS. An prouinciales bonis cedere possint, quæritur? Dicitur quòd sic, & hoc in prima. An autem creditor iure dominij bona cessa detinere possit, quæritur? Dicitur quòd non, sed distrahere debet, nec contra petitorem præscriptione se tueri poterit, & hoc in secunda. Si verò debitor res suas creditori in solutum dederit, dominium earum acquisiuit, & hoc in tertia.

l ¶ *Ad prouincias.* vt nõ solùm Italici, sed etiam prouinciales bonis cedere possint.

m ¶ *Detinere. vt j. tit. l. j. pro debito. & l. in possessionem.*

PRopter.] CASVS. Vocat aliquis ad munus publicum, & propter hoc bonis cessit: an teneat cessio, quærit? Dicitur quòd non, quia ex tali cessione blasmũ vel inuidiam assequetur fiscus. Vel sic: Titius in fraudem bonis cessit, vt inhabilis fieret: an teneat talis cessio, quæritur? Dicitur quòd non: quia cedenti blasmum & inuidia esse. Viuia.

n ¶ *Cedentium.* vt si vocetur quis inhabilis ad munus publicum, & cùm non possit subire, ideò bonis cedere fisco cogatur. ex [a] hac enim cessione inuidiam & blasmum consequitur fiscus: & sic non est cõtra *j. eod. l. si pater.* quia ibi idoneus administrauerat malè, hic nõ idoneus administrare non potest. Posset etiam intelligi hæc lex, quòd aliquis in fraudem munerum cedebat bonis, vt inhabilis fieret hæc quidem cessio non admittitur, & blasmum esse cedenti, & pro hac positione *supra de resc. vend. l. hi qui. & j. de epis. & cler. l. si quis curialis. & j. de excu. mu. l. illud. lib. x. & ff. de muner. & hon. l. æstimationem. in princ.*

o ¶ *Obnoxios.* i. habiles, & idoneos secùdùm vtramque expositionem.

[a] Fiscus ex bonorũ cessione quãdoq. consequitur blasmum.

Ex C. Th. E. 4. tit. 18. l. 2.

IN omni casu.] CASVS. An sine verborum solennitate, quæ olim exigebatur, possit fieri bonorum cessio, quæritur? Dicitur quòd sic: quia sola voluntas cedentis sufficit. Viuian.

p ¶ *Scrupulositate.* quæ erat in solennitate verborum.

q ¶ *Explosa.* i. amota.

r ¶ *Professio.* i. quod solum dicat, cedo bonis.

s ¶ *Voluntatis.* sine scriptura, & *ad hoc ff. eod. l. pen. & fin. & quod dixi j. eod. l. j.*

CVm & filiusfamilias.] CASVS. An filiusfamilias bonis cedere possit, quæritur. Dicitur quòd sic in castrensibus vel quasi, & si postea aliqua acquirat, ad exemplum patrisfamilias creditori satisfa-

satisfacere debet. Viuianus.

a ¶ *Patre volente.* vt castrense, quod domi filio donatur: vt *habes* ṡ. *fam. ercisc. l. si filius.* Castrense verò, de quo subiicit, appellat quod in castris quæritur, & sic non peculij, sed rerum peculiariū fit differentia. Vel[a] dicit de profectitio, vel aduētitio: cùm enim admittatur cessio, cum nihil habet, vt subiicit, multò magis cùm habet peculiū profectitium, vel aduentitium. Non tamē intelligas, quòd profectitiū[b] possit dari creditoribus, sed & video profectitiū quandoque separari à bonis patris, cum eius bonis ꝑ debito à fisco occupātur, & ita patet tale peculium ad filiū spectare, vt *ff. de minorib. leg. denique. §. sed vtrum. in fin.*

b ¶ *Etsi nihil.* corporale. habet tamen incorporalia, vel secundùm P. & si nihil corporale vel incorporale habeat. Sed videtur nugatio, vt cedat[c] bonis, qui nulla bona habet, sed propter quærenda dicit. sic & Petrus omne dimisit, qui nihil ꝓter nauiculā habebat, & actione[d] de peculio tenetur, etsi nihil sit in peculio, vt *ff. de pecul. l. quæsitum.*

c ¶ *Iniuriarum.* scilicet carceris.

d ¶ *Pinguius.* vt *institut. de act. §. pe. & ff. e. l. ne qui. & l. bonn. ij. & l. si debitoris. & infra tit. j. l. ex contractu.*

a Cedere bonis debitor potest ne in iuriā patiatur, nō modò paterfamilias, sed & filiusfamilias siue habeat certum castrēse vel quasi, vel aduētitiū vel profectitium imò & si nihil habeat in peculio vt quadmodū si qui peculiū non habet peculium legari potest, propter spem quærendi l. et. *ff. de peculio legato.* v. Brunū tract. de cess. bonorum q. 4.

b Peculiū profectitium filij nō cedit fisco vindicāti bona patris.

c Cedere bonis potest etiā is qui nulla habet bona præsentia, futura tamen quædā habere poterit. Atque ita debitor qui nihil in bonis habet ratione spei bonis cedere potest, cùm bona possit adquirere. v. Brunū tract. de cess. bonor. q. 4.

d Actione de peculio tenetur quis potest, etsi nihil sit in peculio. vt ibi: sic peculium ei legari potest qui nihil habet in peculio propter spē quærendi peculij. *l. et. ff. de peculio legato.* v. Brunum d. loco.

VII. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Iuliano P.P.*

CVm & filiifamiliàs possint habere substātias, quæ patribus acquiri vetitæ sunt, necnon peculium vel castrense, vel quod patre volente[a] possident: quare cessio bonorū eis denega nda sit? cùm & si nihil[b] in suo censu, hi qui in potestate parētum sunt, habeant: tamē ne patiantur iniuriā, debet bonorum cessio admitti. Si enim & pater fam. admittēdus est propter iniuriarū[c] timorē ad cessionis flebile veniēs adiutoriū: quare filiusfam. vtriusque sexus hoc ius denegamus? cùm apertissimi iuris est, & inter patresfam. & inter alieno iuri subiectos, si quid postea eis pinguius[d] accesserit, hoc iterum vsque ad modū debiti posse à creditoribus legitimo modo auelli. Dat. X. kalen. Mart. Constant. post consulat. Lampad. & Orest. VV. CC.

An detur dilatio vel admittatur cessio, statur maiori parti creditorum inspecto cumulo debiti, vel numero personarū, quòd si vtriusque est paritas, sententia benignior admittitur. Bart. Vel sic: Si debitor vult cedere bonis, nisi sibi detur dilatio ad soluēdū, est in electione creditorum dare dilationē, & tunc non poterit cedere, vel pati quòd cedat, & si sunt discordes, præfertur maior pars, quæ cōsideratur primo respectu cumuli debiti, vel si par sit cumulus respectu numeri personarum: etsi ambo sunt paria, benignior sententia eligatur, vt habeat dilationē quinquennalē, & non cedat: qua dilatione pendente non currit contra eos præscriptio, nec vnus de creditoribus præfertur alteri ratione priuilegij, vel hypotheca quam habeat. Pau. de Cast.

CVm solito.] CASVS. Tenebaris mihi & Titio & Seio in decē, vis cedere bonis, ego & Titius volumus expectare in quinquēnium: noluit Seius, qui sint audiēdi quæꝛ Resp. distinguēdo, aut in maiori quantitate est obligatus Seio, aut Caio, aut in æquali. primo casu audiēdi sunt, secūdo casu non. Si verò tres consentiāt in dilatione danda, quartus dissentiat, maior numerus ꝑferatur. Si verò ex omni parte æqualitas fit tam creditorū, quàm debitorum, illi admittātur, qui inducias, & cætera nulla habita differentia inter creditores habentes hypothecam, & nō habentes, in rebus pertinentibus inter creditores æqualitate iudicis officio seruata, nulla temporis præscriptione creditoribus inducias quinquēnales cōcedentibus opponēda. Viuianus.

e ¶ *Maiestate.* vel ab aliquo iudice.

f ¶ *Detur.* à debitore. Accursius.

VIII. *Idem A. Ioanni P.P.*

CVm solito more à nostra maiestate[e] petit, vt ad miserabile cessionis bonorū homines veniant auxilium, & electio detur[f] creditorib. vel quinquēnale spaciū eis indulgere, vel bonorū accipere cessionem, salua eorū videlicet existimatione[g], & omni corporali cruciatu semoto: quotidie dubitabat, si quidā ex creditorib. voluerit quinquēnales dare inducias[h], alij autē iā nūc cessionē accipere velint, qui audiēdi sint. In tali itaq. dubitatione nemini putamus esse ambiguum quod sentimus, & quòd humaniorē sententiā ꝓ duriore eligimus, & sancimus, vt vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorū causa iudicetur. Et si quidē vnus creditor alijs omnibus grauior in summa debiti inueniatur, vt omnibus in vnum coadunatis, & debitis eorū cōputatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, siue indulgere tēpus, siue cessionem † accipere desiderat. Si verò plures quidē sint creditores, ex diuersis autē quantitatibus: etiam nunc amplior debiti cumulus minori summæ ꝓferatur, siue par, siue discrepās numerus est creditorū, cùm nō ex frequētissimo ordine fœneratorū, sed ex quātitate debiti causa trutinetur. Pari autē quantitate debiti inuēta, dispari verò creditorū numero: tūc amplior pars creditorū obtineat: ita vt quod pluribus placeat, hoc statuatur. Sin verò vndiq. æqualitas emergat tā debiti quàm numeri creditorū: tunc eos anteponi, qui ad humaniorē declināt sententiā nō cessionē exigētes, sed inducias: nulla q. dē differentia inter hypothecarios & alios creditores quātū ad hāc electionē[i] obseruāda. In reb. autē officio iudicis partiēdis, suā vim singulis creditorib. habentibus[k], quā eis legū præstabit regula, nullo præiudicio creditorum cuiquā ex quinquēnij dilatione circa tēporalē præscriptionē generando[l].

g ¶ *Existimatione.* quia non efficit infamis, & *ad hoc* ṡ. *ex qui. cau. infa. debitores.* Accur.

e Nō priuilegiatis simul concurrētib. melior est cōditio occupātis.
* al. Impp. Dioclet. & Maxim. AA. Magnetiæ.
* al. Heres.
* sic leg. in omnibus manuscr. quos inspexi. sunt tamen qui dicant legi in vetustioribus sicut negotiū gestum fuerit. remota parenthesi.

Kalendis Maiis, Pompeiano & Auito Conss.

TITVLVS LXXV.

DE REVOCANDIS his quæ in fraudem creditorum alienata sunt.

Alienatis bonis à debitore in fraudem creditorum, superest postea creditori actio personalis contra debitorem, & reuocatoria contra eum in quem facta est alienatio. Baldus. Vel sic: Ad eum in quem res in fraudem sunt alienatæ, peruenitur demum bonis principalis excussis. Bart. vel sic: Non potest agi reuocatoria contra emptores, vel illos quibus facta est alienatio, nisi primo excussis bonis principalis debitoris: & reperto quòd non sit soluendo. Paul. de Castr.

I. *Imp. * Antoninus Augustus Cassia.*

HERES * qui post aditam hereditatem ad eum[a] cui res cessit[b], corpore hereditaria transtulit[c]: creditoribus[d] permansit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis eius[e] excussis, vsitatis actionibus[f] (si tibi[g] * negotium gestum fuerit) ea quæ in fraudē[h] alienata probabuntur, reuocabis. PP. II. Id. Octo. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

Pater non potest dotare filiam in præiudicium creditorum: non tamen actio personalis sequitur fundum, sed reuocatorio sic: Baldus. vel sic. Bona in dotem data, quæ creditoribus non erant obligata, non reuocantur nisi probentur in fraudem data. Bartolus & Paul. de Castro.

II. *Imp. ALEXAND. A. Symphoriana.**

DE REVOCANDIS his quæ in in fraudem creditorum alienata sunt.

Non[f] solum per missionem in bona, consulitur creditoribus: vt supra dixi: verū etiam per reuocationem eorum quæ in fraudem sunt alienata.

f Cōmunicatio.
* al. Symphoro nautæ.

SI successione patris abstenta fuisti[i]: ob ea quæ in dotem data sunt[k], conuenire te creditores nequeunt[l], quibus pignora in dotem data non docentur[m]: nisi bonis defuncti non sufficientibus[n], in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur[o]. X. PP. Kalend. Iulij, Probo Maximo Conss.

Filius qui nihil possidet de bonis paternis, nec titulo donationis, nec alio, non potest à creditoribus paternis conueniri. Bald. Vel sic: Filius qui abstinuit ab hereditate paterna, non potest conueniri pro debito patris, nisi possideat aliqua paterna bona, quæ sibi fuerunt alienata in fraudem creditoris. Pau. de Cast.

III. *Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Antiocho.*

SI paterna hereditate abstinuisti, nec quicquā in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis iure transcriptum est: à priuatis[p] creditoribus præses prouinciæ conuenire te nec patietur. PP. X. kalend. Iul. ipsis IIII. & III. AA. Conss.

Non licet filio allegare turpitudinem patris cuius est heres. Baldus. Vel sic: Heres non auditur allegans turpitudinem defuncti: sicut nec allegans turpitudinē suam. Paulus de Castro. Vel sic: Heres non reuocat alienata in fraudem à defuncto. Salyc.

IIII. *Iidem AA. & CC. Epagatho.*

FIlios debitoris ei succedentes, veluti in creditorū fraudem alienatorum[q] facultatem reuocandi non habere, notissimi iuris est. Subscripta. X. kal. Maij. AA. Conss.

HEres.] CASVS. Debitor meus in decem, decessit herede instituto Titio, qui habebat creditorem: dedit ei in solutum quasdam res hereditarias: an si in fraudem meam eas in solutum dedit, possum eas reuocare, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

a ¶ *Ad eum.* creditorem suum proprium.
b ¶ *Cessit.* dando ei in solutum.
c ¶ *Transtulit.* de facto.
d ¶ *Creditoribus.* s. hereditariis: vt *j. de here. ven. l. ij.* sic ergo debitor cuiusdam successit meo debitori: & hæc bona hereditaria in solutum dedit suo primo creditori.
e ¶ *Eius.* scilicet heredis, & hoc ex voluntate. nā & cōtra bona tenentem posset primo agi: sed & quandoque ex necessitate, cū creditores dicuntur fraudari re ipsa, secundùm Azo. Sed hodie semper ex necessitate: vt *infra de pign. auth. hoc si debitor.* licet illa de hypothecaria dicat, hæc verò de reuocatoria. Accur.
f ¶ *Actionibus.* s. Pauliana, Caluisiana, & in factum: de quibus dic vt diximus supra, *j. in fraud. patro. l. ij.*
g ¶ *Si tibi.* s. ad tuam lætionem *sic j. de testi. l. nimis.*
h ¶ *In fraudem.* interueniente fraude vel vtriusque, vel vnius, secūdum distinctionem. *j. eo. l. pen.* Vel nullius, si omnia donasset. *vt ff. quæ in fraud. credi. l. Lucius. § omnes.*

SI successione.] CASVS. Paterfamilias creditores habens, filiæ suæ centum dedit in dotē, & decessit filia herede instituta, quæ ab hereditate paterna se abstinuit: an ratione dotis à creditorib. paternis cōueniri debeat, quæritur? Dicitur q nō, nisi probetur fuisse oblata pignora: vel nisi in fraudē creditorum filiæ fuisset dos constituta à defuncto: & hoc doceatur. Viuianus.

i ¶ *Abstenta fuisti.* i. te abstinuisti.
k ¶ *Data sunt.* à patre.
l ¶ *Nequeunt.* vt & *supra de dona. ante nup. l. de rebus. & infra l. proxi. & supra arbi. tu. l. eum qui. & ff. quib. mo. pign. vel hyp. solui. l. Lucius.*
m ¶ *Non docentur.* vt & *j. tit. ij. l. cum patrem.* sed hoc fallit[a] in causa primipili. *vt j. de primipil. l. fin. lib. xij.*
n ¶ *Non sufficientibus.* in tribus[b] ergo casib. poterit hæc filia conueniri, scilicet cū successit patri. Itē cum non successit, sed res dotales fuerūt specialiter obligatæ. Vel cum in fraudem creditorum dos constituta fuit. secus si in fraudem patroni: vt *ff. si quid in fraudem pa. l. j. § sed si rem.*
o ¶ *Probabitur.* vt *ff. eod. l. ait prætor. §. si cum mulier. & l finali. §. j.*

a Liberi etsi non heredes patris ex causa primipili paterni conueniri possunt.
b Dos filiæ constituta an possit per creditores paternos reuocari.

SI paterna.] CASVS. Paterfamilias creditores habens, decessit filio herede instituto, qui ab hereditate se abstinuit. an à creditoribus hereditariis conueniri possit, quæritur? Dicitur quòd non, nisi in fraudem creditorū aliquid in filium fuisset translatum.

p ¶ *A priuatis.* nam à fisco secus in casu, *vt diximus supra. l. proxi.* Accursius.

FIlios.] CASVS. An filius patri succedens possit reuocare alienata in fraudem creditorum? Dicitur quòd non: quasi allegans turpitudinem eius cui successit, quòd esse non debet.

q ¶ *Alienatorum.* à defuncto. ¶ Et sic nota non[c] audiri aliquē allegantem turpitudinem eius cui successit: *vt hic, & supra de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus.* nec suam propriam: *vt supra de transact. l. transactione finita. & j. de reuo. do. l. cum profitearis. & j. de rebus alie. non alie. l. venditrici.*

c Turpitudinem sui auctoris allegās non auditur.

IGnoti.] CASVS. Debitor meus conuentus & condemnatus, nisi intra quatuor menses mihi soluerit, capientur bona sua: & si mihi satisfieri non possit. & aliqua inueniantur alienata. sed titulo non lucratiuo: aduersum emptorem, qui sciuit fraudem, reuocatoria agam. si verò lucratiuo, putà quia in alium aliquid

donationis titulo transtulit, si sciuit fraudẽ, reuocatoria agam. Si verò ignorauit donatarius fraudem admissam, non reuocabitur quod sic donatum est.

a ¶ *Statutum tempus.* olim duorum mensium: vt *ff. de re iudic. l. debitoribus.* Hodie quatuor[a]. vt *3. de vsur. rei iud. l. ij.*

a Tempus iudicati faciendi est quatuor mensium.

b ¶ *Bonis possessis.* patris, quæ non alienauerat, & dic possessis à creditoribus.

c ¶ *Distractis.* s. non ab eis, sed à debitore, vt statim innuit.

d ¶ *Mentione.* i. non distinguẽdo sciuerit, vel ignorauerit: quia[b] vtroque casu tenetur.

b Dic plenius vt sequitur Gl.

e ¶ *Detracta.* q. d. in titulo non lucratiuo exigitur scientia in eo cui alienatur, in[c] titulo verò lucratiuo[d] nõ: vt *hic, & ff. eo. l. qui autem. §. hoc edictum. & §. simili modo.* cùm ergo dos[e] non sit titulus lucratiuus: vt *ff. de act. & oblig. l. ex promissione.* exigitur scientia accipientis: vt *s. eod. l. ij.* & eodem modo distinguitur in re alienata in fraudem patroni: vt *ff. si quid in fraud. patr. l. j. §. dolum. & §. si quis in fraudem.*

c Lucratiui & non lucratiui tituli differentia.

d Donatio titulus est lucratiuus. Donata verò an & quatenus reuocentur, 3 donatario, summa quæstio est. Et scienti & ignoranti ... in fraudem creditoris alienata, reuocari ... hic arbitratu ... existimat in l. 6. in verbo præcipere. ff. eod. putat enim non reuocari, nisi ab eo qui particeps fraudis donationẽ accepit.

° Crescẽtino.

e Dos non est titulus lucratiuus.

Si actu.] CASVS. Tenet mihi Titius in decem & ego Sempronio in aliis decem. in fraudem Sempronij liberaui Titium per accept. poterit Sempronius intra annum conueniri, & in quãtum facere potest, liberatus enim per accept. tenetur in quantum facere potest. Vel sic: Liberaui debitorem meum in fraudem creditorem, postea cessi bonis, debeo conueniri in quantum facere possum.

f ¶ *Si actu solenni.* s. stipulatione & acceptilatione, & loquitur hæc lex de debitore, qui & creditor erat.

In titulo oneroso requiritur fraudantis & accipientis: sed in lucratiuo sòlius dantis sufficit consilium cum fraudis euentu. Bald. Vel sic: Cùm agitur actione reuocatoria contra habentem titulum onerosum, necesse est probare quòd participauerit fraudem, id est quòd sciuerit creditorem fraudari, aliàs non obtinet actor, sed contra habentem causam lucratiuam hoc non requiritur, sed sufficit quod creditores sint fraudati. Paulus de Castr.

V. *Iidem* AVGVSTI & CC. *Crescentio.*

IGnoti iuris non est, aduersus eum qui sentẽtia cõdemnatus, intra statutum[a] tempus satis non fecit, nec defenditur, bonis[b] possessis itémque distractis[c], per actionem in factum, contra emptorem, qui sciens fraudem comparauit, & eum qui ex lucratiuo titulo possidet, scientiæ mentione[d] detracta[e] creditoribus suis esse consultum. S. X. kalend. Neuembr. AA. Conss.

Fraudator re non consilio, tenetur in quantum facere posset, vel dolo fecit quominus facere potest, intra annum vtilem. Si autem in principio fuisset in consilio fraudandi, tũc de eo quod ad eum peruenit, tenetur perpetuò: sed occasione doli tenetur intra annum vtilem. h. d. secundum gloss. & Bald. Vel sic: Si debitor fraudis consilio liberat debitorem suum fraudem ignorantem, liberatus, vt fraudator re ipsa conuenitur intra annum, quatenus facere potest, vel dolo malo fecit quominus posset. Salyc. Vel sic: Contra debitorem liberatum in fraudem creditorum datur reuocatoria illius natura & vita cuius erat actio qua primò tenebatur. Bart. & Pau. de Castr.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Menandro.*

SI actu solenni[f] præcedentem[g] obligationem peremisti: perspicis aduersus fraudatorem[h] intra annum[i] in quantum facere potest, vel dolo malo fecit quominus possit[k], edicto perpetuo tãntùm actionem permitti.

g ¶ *Præcedentem.* præcedentem dixit quoad eam qua postea idem fraudator liberatus, teneri cœpit creditoribus. i. creditoribus sui creditoris.

h ¶ *Fraudatorem.* pessimè videtur cantare hæc lex, ideò dic quòd hæc lex eum vocet fraudatorẽ[a], qui liberatus est ex causa donationis, cùm non ipse, sed debitor ageret in fraudem creditorum. Sicut enim quis reipsa dicitur fraudatus: ita & ille ad quẽ res peruenit, potest dici fraudator reipsa, licèt bona fide acceperit. Et ideò dicit cõdemnandum intra annum, & in quantũ facere potest. Si autem malam fidem haberet, tunc in solidum secundùm Ir. vt *ff. eod. l. j. j. respon.* 2 Vel dicas apertius, loquitur cum tu liberasti eum per acceptilationem, qui ex causa donationis tibi tenebat. Tenetur quidem liberatus Paulia. in quãtũ facere potest: quia tibi in tantũ damnaretur. *ff. de re iudi. l. inter eos. §. j.* 3 Vel dic tertio quòd vocet fraudatorẽ eum, qui in fraudem creditorũ liberauit, qui & ipse tenetur hoc edicto actione in factum: vt *ff. eo. l. j. §. j. in fine. j. respon. & l. fina. in f.* & poterit in quantum facere potest, teneri, quando postea cessisset bonis: vt *ff. de cessio. bono. l. iij. & instit. de actionib. §. finali.*

a Fraudator quis.

i ¶ *Annum.* à tempore alienationis. vel liberationis: vt *ff. eodem. l. ait prætor §. annum.* sed postea in id quod peruenit: vt *in eadem l. §. actio.*

k ¶ *Possit.* hoc casu in solidum tenetur, cùm pro eo habeatur, ac si posset in solidum facere: vt *ff. de reg. iur. l. parem.*

l ¶ *Permitti.* scilicet creditori tuo.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

Interdictum.
- *Ecclesiasticum.*
  - *Personale.*
    - *Uniuersale.*
    - *Particulare.*
  - *Reale.*
    - *Non procedens à claue.*
      - *Horror.*
      - *Honor.*
    - *Procedens à claue.*
      - *Hominis.*
      - *Iuris.*
      - *Mixtum.*
- *Seculare.*
  - *Publicum.*
  - *Priuatum.*

Vtrumque scilicet publicum & priuatum subdiuiditur.
- *Vniuersale.*
- *Singulare.*
- *Duplex.*
- *Simplex.*
- *Annale.*
- *Perpetuum.*
- *Prohibitorium.*
- *Exhibitorium.*
- *Restitutorium.*

Definitiones & declarationes typi interdictorum.

Ad typi interdictorum habendam notitiam, ne paralogisentur iuuenes ignoratis terminis, iuxta doctrinam Philosophi primo Elenchorum, qui virtutis vocabulorum sunt ignari, de facili paralogisantur, & daturum iuri operam, prius nosse oportet vnde nomen iuris descendat, *l. j. ff. de iust. & iure.* Idcirco quorumdam terminorum, qui in iure vtroque maximè frequentantur, necessarium fore duxi descriptiones & significationes breuius exponere, propter iuuenes maximè vtriusque iuris alumnos. Sed ne illotis manibus protinus materiam aggrediar. *l. ij. de origi. iur. & glo. in rubr. ff. de test.* Interdictorum definitionem præmittam, antequàm eorum diuisionem assignem, vt *faciendum censuit gloss. in d. l. j. ff. de iustitia & iure.* Sunt igitur interdicta formæ atque conceptiones verborum, quib. prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat, *instit. eod. in princip. & ibi per glo. & Doctor.* In hac igitur materia per quæstiones procedendo luculenter diuisiones ac differentias (vt lector inter legendum videbit) quàm optimè explicare curabo.

1. Interdictum, quid.

11. Vt differat ab actione.

Primo quæritur, quæ differentia olim erat inter actionem & interdictum Glo. *instit. eod. in princip. & in rubr. ff. eod.* ponit duas differentias. Sed illæ differentiæ sunt reprobatæ, per Iac. Ioan. Fabr. & Aret. *in d. prin.* & Nic. de Neapol. *instit. de action. in princip.* Possumus tamen dicere secundùm prædictos Doctores, quòd olim non erat differentia regulariter inter actiones & interdicta, sed modus lucrandi alius fuerat in interdictis, & alius in actionibus secundùm Ioannem Fab. tamen in allegato princ. instit. eod. olim ista erat differentia, quia prætores quando proposuerunt interdicta, nullam actionem dederunt: sed voluerunt quòd interdicta obtinerent locum actionum, dum tamen solenniter & certo ordine intentarentur, sed hodie legum latores introduxerunt, vt per actiones sine illa solennitate agatur. *§. fi. instit. eod.* Hodie tamen glossæ *in d. rubr. ff. eod. & in prin. de act. & in prin. eo. tit.* tenent quòd nulla est differentia inter actionem in factum, & interdictum, sed illæ glossæ reprobantur per Dy. & Bar. *in rub. ff. eo.* per Ioa Fab. *in d. prin. inst. eo. per rub. ff. eo ibi de interdict. seu extraordinariis actionibus, cùm ibi ponatur dictio seu, quæ est ampliatiua, l. si quis ita. ff. de aut. & arg. leg. facit leg. j. § restituendæ. ff. vti possid. Alex. in cons. xciij. ij. par. Fel. in c. inter cæteras de rescri.* & dicit Bald. in d. rub. ff. eo. quòd differentia est inter actionem & interdictum, sicut inter matrem & filiam, cùm ex interdicto oriatur actio. *§ fina. & ibi gl. melior de iure pro actione in factum, institu. eod. secundùm Iac. in repetit. l. quominus. ff. de flum. & Aret. in rub. inst. eo.*

2. ab Edicto.

Secondò quæritur, quæ differentia sit inter edictum & interdictum, Gl. *in l. ait præt. §. j. ff. de noui ope. nunc.* ponit tres opiniones, de qua differentia tangit Bart. *in l. j. ff. de non. oper. nunc.* narrando opinionem Roffre. quæ iudicio Ioan. de Imola *in d. l. j.* reincidit cum tertia opinione posita in glossa prædicta. potest tamen sic dici, quòd illud nomen Edictum, sumitur tribus modis: vno modo latissimè pro qualibet lege in generali, siue sit ciuilis, siue prætoria, vt *tangit glossa allegata in j. sol. facit quod habetur per tex. iuncta gloss. in c. vt circa. de elect. & elect. pot. in vj. ibi edicto perpetuo, i. generali, in Clem. ibi, perpetuo prohibemus edicto; l. generali. de reb. eccles. non alien. in l. ij. C. de legibus in. l. in eum qui. C. de furt. & ser. corrup.* Secundò modo potest sumi latè, vt comprehendat omnem legem prætoriam, & non ciuilem, & *ita loquitur imperator in. §. constat. inst. de iur. nat. gen. & ciui.* & hoc modo comprehendit etiam interdictum, vt *probatur in. l. j. iuncta l. prætor. §. j. ij. & fin. ff. ne vis fiat ei.* Tertio modo sumitur strictè pro l. prætoria differente ab interdicto: & tunc edictum est species distincta ab interdicto, facit quod habetur in simili de adoptione. *in l. j. & ij. ff. de adopt.* Qualiter autem cognoscatur hæc species edicti ab interdicto, nota quòd interdictum dicitur altero de duobus modis. Vno modo, quia interdicit seu prohibet, & hoc modo dicitur propriè interdictum. *§. j. vers. sunt tamen.* Secundo modo dicitur interdictum quasi inter duos redditum, vt cùm prætor statuendo loquitur inter duos, vt *notat. in l. j. cum similibus. ff. de vi & vi armat. in d. §. j. & Gl. in rubr ff.* vbicunque igitur appareret quòd prætor loquitur interdicendo, siue hoc appareat ex verbis nigri, vt *in. d. l. prætor. § deinde. & ff de noui oper. nunc. & in l. j. cum similibus. ff. ne quid in loco publi. fi.* siue appareat ex verbis tituli, qui titulus censetur etiam de textu *tex. iuncta glos. in proœmio. vj. in versic. tituli.* tunc censetur interdictum. de quo per Iason. & Apost. *in rub. de actio. instit.* Et ideo statutum prætoris, de quo *ff. ne vis fiat ei* iudicatur interdictum, quia & si per verba nigri expresse nō prohibeat, tamen prohibet per verba rubr. Ex hoc infert Ioan. de Imol. *in lege j. de non. oper. nunciat. ff.* quòd si ille titulus esset extra librum interdictorum, nihilominus illud statutum deberet appellari interdictum, licèt in dicta lege prima Bartolus teneat contrarium. Si autem non expresse prohibet per verba rubri, vel nigri, tunc si prætor statuendo loquatur duobus, adhuc erit interdictum per supradicta, aliàs appellandum erit edictum, & ex eo oritur actio in factum: vt *no. in l. ait. aliàs incipit, de facto. §. j. ff. nau. caupon. sta.* Hodie autem etiam loco interdictorum datur actio in factum. *§. fin. institut. eod.*

3. Ab excommunicatione & suspensione.

Tertiò quæritur in quo differunt excommunicatio, suspensio & interdictum, dic quòd differunt, quia excommunicatio fertur in personam, non in locum. cap. *Romana. §. in vniuersitatem de sententia excommun. in vj. xj. q. j. capite. ex parte de verb. significationibus in capite nemo. &c. nullus. ea causa. & q. Albericus. in dictio. in verbo, interdictum.* & ratio potest esse, quia concernit animam, vt *nota in cap. si cui de senten. excommu. in vj. cap. quærenti. de verborum significatione, & est gloss. in c. fina. & de constitutio. in vj. & Panor. in c. P. & G. de officio. delegat.* sed interdictum potest ferri nedum in personam, sed etiam in locum c. *non est. de sponsal. & matrimon. c. fin. de sentent. excom. in vj. & in d. c. ex parte.* Item quòd excommunicatio non potest suspendi per inferiorem à Papa quin tollatur ex toto, *Anto. & Pa. cap. ad hæc. de appell.* & est ratio, quia communicare non debemus excommunicato ante absolutionem factam in forma ecclesiæ. *cap. cùm desideres. de sentent. excommu. c. ad audientiam. de rescript.* Interdictum tamen potest suspendi ad tempus per episcopum, quando est latum ab eo. *Ioan. And. in d. cap. ad hæc.* & est ratio ex *l. iudicium soluitur. ff. de iudic.* vbi potest in totum tollere, ergo à fortiori suspendere, quod est minus. *argu. authentica multò magis. de sacrosanct. eccles. Cap. & ibi Iacob. Cyn. Rayn. & Baldus in c. cum in cunctis. de electio. & electi potest.* ¶ Conueniunt tamen interdictum & excommunicatio in multis. Primò quia sicut appellatio non suspendit excommunicationem iam latam. c. *pastoralis. de appel.* ita nec interdictum suspenditur per appellationem sequentem, intelligendo de interdicto à spiritualibus, quia secus in interdicto ratione temporalium. *argumen. in l. non tantum. ff. de appell.* Secundò, quia vtraque censura requirit monitionem. cap. *reprehensibilis. & ibi Panor. de appell. cap. sacrosanct. de sentent. excommu. cap. statuimus. & ibi gloss. not. eodem titu. in vj. & cap. illicita. xxiiij. quæstione iij.* Tertiò, quia constitutus in aliqua illarum sententiarum incurrit cantando irregularitatem: vt *in d. cap. si qui.* Quartò, quia absolutio in vtraque sententia fit recepto iuramento de parendo mādatis ecclesiæ, cap. *venerabili de senten. excommu.* Quintò, quia vtraque sententia potest relaxari ad cautelā, vt *not. in d. c. venerabili.* Sextò, quia vtraque ligat quamuis iniusta. cap. *sententia. c. episcopus. xj. quæstione iij.* suspenditur quandoque persona à beneficio, quandoque ab officio aliquando ab vtroque. *ij. quæstione iij. presbyter. c. inter. solicitudines de purg. Cano.*

1111. Species interdictorum.

¶ Quartò visa definitione ipsius interdicti, quæro quotuplex sit interdictum in genere? Respo. quòd est duplex, scilicet seculare, & ecclesiasticum, de seculari habetur *per totum titulum de interdictis. ff. C. & inst. & in c. pastoralis. de causa pos. & pro. vbi glos magistra. & in c. cùm ad sedem de restit. spol. de ecclesiast. interd. in c. non est. & de sponsa. & matr. & in tit. de interdict. indiffe. non po. in prag. sanct. & in concor.*

Seculare interdictum quotuplex.

¶ Quintò quæritur, quotuplex est seculare interdictum? Respond. quòd est duplex, scilicet priuatum & publicum, ad quorum notitiam præsuppono quòd persona est duplex, priuata & publica. Persona priuata respectu alicuius loci dicitur, quæ non est illius domina, rectrix, vel officialis, ad hoc lege præses. ij. *ff. de offic. præsidis.* vbi dicitur quòd ille est priuatus, qui est sine dignitate, & ille qui est sine iurisdictione, *lege priuatorum. C. de iurisdictione. omn. iudic. c. significasti. de for. competent. l. final. de officio eius cui mandat. est iurisdictio.* aliqua tamen interdum dicitur priuata, quæ non est illustris persona, *l. præcipimus. C. de appella.* & econtrà qui est in dignitate vel officio constitutus, præsertim si habeat iurisdictionem, dicitur publica persona, *c. quamquam de vsur. in vj. gl. pragm. eodem titu. de nouem publicis interdictis, & xxix. priuatis, vide Spec. in titu. de actio. & pet. §. v. in princi. in iij. col. libri secundi, particula prima, & Alberic. in dictio. suo, in versic. adde quot sunt, & qualia, in verb. interdictum. l.*

Publicum Interdictum.

¶ Sextò quæritur, quid sit interdictum publicum? Respond. quòd publicum dicitur quando loci publici vel religiosi causa competit, de quo in titu. ne quid in loco public. fiat: vt *ff. vsque ad titu. de vi & vi armata. & ff. de interdic. in princip.* locus autem quis dicatur religiosus, iura ciuilia & canonica discordant: nam de iure ciuili locus efficitur religiosus, quando in eo loco mortuus infertur. *§. religiosum. institut. de rerum diu. & l. cum in diuersis. ff. de relig.* & vtrum necessariæ totius corporis, aut

partis maioris, vel cuius, vide gloss. Aret. Io. Fabr. Ioan. de Pla. & alios in *d. §. religiosum.* & per talem illationem desinit esse in commercio nostro. *ff. de relig. per totum.* de iure autem canonico, quod præualet in hoc casu, omnes. ll. dicentes quòd per illationem cadaueris loc' efficitur religiosus, sunt correctæ: quia locus non potest effici religiosus de iure canonico sine auctoritate pōtificis: vt *in c. ad hæc. de relig. do. no. gl. in c. in ecclesiast. xiij. q. iij. Innoc. in c. abolendæ. de sepul. & Math. Mate. no. suo no. lxxvj. incipiente, nota quòd omnes.*

Priuatum interdictum.

¶ Septimo quæritur, quid sit priuatum: Resp. per contrariã definitionem à publici definitione, quòd est quando non competit ratione loci publici vel religiosi: & est duplex, vniuersale, & singulare.

Vniuersale interdictum.

¶ Vniuersale non est nisi vnicum solum, putà quorum bonorum. *gloss. in rubric. quorum bono. ff. & in l. ij. ff. de interdict. in verbo, quorum bono.* quod datur pro bonorum vniuersitate: vt *l. j ff. quorum bo.* quid interdictum, quorum bonorum, item adipiscendæ, vel condictio ex l. fina. de edict. diui Hadr. toll. non dares heredi qui semel possedit res hereditarias ad quas agit. versic. *adipiscendæ. sublit. §. sequens instit. de interdic. no. gloss. in cap. j. de confessis. in. vj. quam singularem & solennissimam reputat l. ij. in §. actionum. institut. de act.* quod debet intelligi quando possedit postquam adiuit hereditatem: secus si possederat ante, & desierat possidere tempore quo adiuit hereditatem, tunc enim ipse non possidens vt heres, sed vt alius, hoc sibi non debet nocere. arg. *l. in delictis. §. si extraneus ff de noxa. Math. mate. no. l. lxix.* de illo interdicto quorum bono. & directum cui detur. contra quos quando competat, & qualiter in eo oppositiones & libelli formantur, Specul. *in titul. de testa. §. ij.* per istud interdictum vniuersale quorum bonor. interdum res petitur singularis. *eo. tit. & §. in versi. sed nunquid.*

Singulare interdictum.

¶ Octauo quæritur, quid sit interdictum singulare, id est speciale *l. singularia. ff. si cer. pe. & l. peregre. §. quæsitum. ff. de acquir. possess.* Et respondetur quòd est illud, quod competit pro singularibus rebus. & hæc sunt regulariter omnia interdicta excepto dicto interdicto quorum bonorum. *illud voluit gloss. in l. j. ff. de interdict. in verb. quorum bo. vbi de multis speciebus interdictorum in d. l. j.* & omnia talia interdicta singularia remanent hodie illæsa: ita quòd etiam hodie non sunt sublata. *doctrina est Ange. l. si quis missus. §. cum prætor. ff. ne vis fiat ei. sentit gloss. & ibi notat Aret. in principio institut. eodem.*

Exhibitorium interdictum. & quid exhibere.

¶ Nono quæro, vtrum priuatum & publicum subdiuidantur: & respondetur quòd sic: nam vtrum est triplex: exhibitorium, prohibitorium, & restitutorium. Exhibitorium est quo agitur ad aliquid exhibendum, vt in libero homine exhibendo. *l. j. & si. ff. de libe. ho. exhib. §. summa. versi. exhibitoria. institu. eod.* & vtrum tali interdicto petatur vxor exhiberi, an per interdictum de vxore exhibẽda, vide gloss. *expressam in c. nõ est. de sponsa. & matri.* ¶ Exhibere verbum iure vario modo accipitur. 1 Aliquando idem est quod secretum habere: & tunc propriè capitur. *Albe. in dictionar. suo in verbo exhibere.* 2 Aliquando idem est quod facere in publico potestatem, vt ei qui agit, experiundi sit copia. *l. ij. ff. ad exhi. l. §. ait prætor. ff. de libe. ho. exhi. & l. locum. §. quid sit. ff. de tabu. exhiben. & facit text. in l. meres. §. Iulianus. & l. si quis. ff. ad exhibend.* 3 Nonnunquam exhibere idem est quod reducere. *l. creditor. §. si inter maritum. ff. mand.* 4 Item exhibere, id est postulare exhiberi *in authen. de exhiben. re. col. v.* 5 Item exhibentur literæ, vel probationes. *c. ij de foro compet. lib. vj.* Quando & quibus & à quibus debeant exhiberi instrumenta & qualiter, Spec. *in titu. de instru. §. v. & vj.* & Bartol. *in l. j §. si tabulis. ff. de tab. exhib.* Est etiam exhibere idem quod probare. *gloss. in l. j. C. de edic. diui Hadria. tollen.* & Azo. *in summa eo titulo. §. item repellitur emptor si seruum ad annua sit.* finaliter exhibere est procurare. *c. cum amplius. de testibus cap. cum nunc in fin. xxviij. quæstione iiij. in c. j. xxj. quæst. j.* & istud dicitur mixtum, partim restitutorium, & partim exhibitorium: *in alleg. l. ij. ff. de interdic. xxj. q.*

Prohibitoriũ interdictũ & quid prohibere.

¶ Decimo quæritur, quid sit prohibitorium interdictum? Respond. quòd est illud quo prætor vetat aliquid fieri. *§. summa instit. eo. quod & no. in l. j ff eod.* exemplũ etiam poni potest in interdicto retinendæ possessionis, *l. j. ff. vti possid. & l. j. ff. vtrubi.* ¶ Quid autem significet verbum, prohibere, vide tex. *in ca. paratus. in fi. xxij. q. j.* impropriè est manere. *ca. iam nunc. xxviij. q. j.* propriè tamen prohibere est futurorum. *l. fi. C. de pac. pignorum. & vide. l. prætor. §. item ab eo. ff. quod vi aut clam.* 2 Item prohibere & remouere idem sunt. *l. iiij. §. si prætor. & ibi Bartol. ff. de suspect. tut.* prohibitio perpetua seruanda est. *c. inde de eo qui du. in ma. quam pol. per adul.* & cum quid generaliter prohibetur, omnia intelliguntur prohibita, quæ non reperiuntur expresse cõcessa. *no. expresse in Cle. exiui de paradiso. §. cum Deus. de verb. sign.* & vno probito, prohibita sunt quæ sequuntur ex illo, *regula, cum quid & ibi per D. Ioan. Car. in vj. & cap. translato. &c. nam concupiscentiam. de constitutione.* Quot modis dicatur aliquid fieri contra prohibitionem iuris latè per Dy. *in re. qui contra de regul. iuri. in vj. Bartolus in l. non dubium. Cod. de legibus.*

Restitutoriũ interdictũ, & quid restituere.

¶ Vndecimo quæro, quid sit restitutorium? Est quo prætor aliquid restitui iubet: veluti cum bonorum possessor possessionem eorum quæ quis pro herede aut pro possessore possidet. *§. summa. versiculo restitutoria institutione eod. & ibi vide Gloss. in verbo, bonorum,* vbi dicitur quòd impropriè dicitur restitutorium, & adsignatur ibi ratio circa finem. & eo modo impropriè ponitur *in l. diuortio. §. si fundus. ff. sol. ma. & vide. l. ij. C. de repud. hered. l. iij. de iure delib. l. iiij. C. depor. l. captum. ff. de capti. & postli. reuer.* Restituere quid importat. *vide l. restituere. & l. plus est in restitution. de verbo. sign. & ij. quæst. j. §. notam. l. cum prætor. & l. final. ff. de regul. iuris. & l. in condemnatione. §. j. ff. quod metus caus. l. illud. §. fina. & l. sed & partus. ff. de rei vindic. l. qui restituere. & l. præterea. ff. si cer. pe.* & restitutio est in pristinum statum repositio: & quod abstulit læsio, restitutio reddit. *l. final. C. de sentent. pas. l. quod si minore. §. restitutionem. ff. de minoribus cap. nos. xv. quæstio. vj. & cap. iurato de electio. qua diligentia. & pulchrè per sanctum Thom. secunda secundæ, de restitut. per totum. per Dyn. in re peccatum. de regu. iuris. in vj. & Panormit. in cap. querelam. de elec. no. in cap. quamuis. de rescript. in vj.* Obligatus ad restitutionem, non superstitibus illis quibus restitutio debet fieri, liberatur, restituendo pauperibus, adeo quod restitutio non spectat ad episcopum, nec distributio malè ablatorum. *textus elegans, qui facit in argu. optimum in capit. sicut dignum. de homi. & ibi Panorm. & Feli. Pa. in cap. cum sit. de Iudæ. & in dicto cap. sicut. & est glossa singularis.* quòd si quis luat in corpore, quia non habet in ære, si postmodum veniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur soluere, secundùm Feli. *ibi, & sequitur in cap. ad liberandum. de Iudæ. & Saracen. habes tamen similem in regul. peccatum. & ibi Pe. de Anch. de regul. iuris. & est tex. singul. pro istis. gloss. in l. sed si vnius. §. prætor ait. versic. si ante. ff. de iniur. secundum Lud. Rom. singulari xxiiij. & Feli. dicto cap. ad liberandum.*

Annale interdictum.

¶ Duodecimo quæro, seculare siue publicum, siue priuatum quotuplex est? Respond. quòd quadruplex, scilicet annale, perpetuum, simplex, duplex. Annale, quando est pœnale, & non est rei persecutiuum. *l. j. ff. de vi & vi ar.* & quia vltra nõ in totum, cum annus sit duplex, scilicet continuus, & vtilis. de quo anno quòd annus sit duplex, dic *vt per Ia. post alios. & post gloss. in § rursus, institutione de actio. per Bartolum in rub. ff. de diuer. & temp. præscrip. adde text. in l. ita vulneratus. §. æstimationem. ff. ad l. Aquil. vbi etiam Bartol. & gloss. in verbo, bissexto. l. iij. §. minorem. ff. de minor. & ibi Baldus. gloss. in Cle. §. j. excellentissimus. vel tertiam. de reli. & vene.* ad quæstionem tamen respondetur quod de anno vtili intelligitur dum est, qui constat ex. ccclxv. diebus & vj. horis: vt *d. §. æstimatio.* & quòd intelligitur de anno vtili, est gloss. *in dicta leg. ff. de vi & vi armata.* regulariter tamen & in dubio currit omne tempus de momento, in momentum, & sic omne est continuum. *Gloss. sing. in d. Ia. rub. de diuer. & temp. præscript. ff. secundum Phil. Franc. in c. eos qui. de temp. ordi. in vj. & in c. vnico de vita & hone. cle. eo. lib. & secundum Bart. de proba. & est no. secundum Pa. in c. quoniam frequenter. vt lite non contesta.*

Perpetuum interdictum.

¶ Tredecimo, quæro, quid sit perpetuum? Est quando agitur de rei persecutione, & de eo quod peruenit ad violentum possessorem. *l. in honorariis. ff. de act. & l. vi pulsos. C. vnde vi. cap. quia V. de iudi. & ibi per cano.* De hoc verbo, perpetuum, quot modis capiatur vide glo. *in l. j ff. pro soc.* Simplex interdictum dicitur regulariter omne interdictum. *l. ij. ff. eod.* Duplex autem appellatur quando quilibet est actor, & quilibet reus: vt est solum interdictum retinendæ. *l. j. §. fi. ff. eo. & §. retinendæ. instit. eo.* est adhuc vnum aliud distinctum à prædictis, quod appellatur fraudatorium interdictum, competens ad reuocandum alienata in fraudem creditorum, de quo non reperi nisi in duobus locis. *in l. si postulante. ff. ad Trebel. & l. pupilli. ff. de solu.* & quomodo habeat locum interdictum fraudatorium, dic vt per Bart. *in allegat. l. pupilli.* Et hęc quantum ad interdicta iuris ciuilis in genere: de quibus & quæ habeant considerare volentes agere aliquo interdicto vtili, vel directo, licèt interdictorum solennitas sit sublata, & loco cuiuslibet interdicti actio in factum sit subrogata, effectus tamen interdictorum ponit Specul. *eod. titulo. §. ij. ver. rursus.* & Albe. *eodem titulo in dictionario. Sequitur nunc dicendum de interdictis ecclesiasticis.*

Reale interdictum.

¶ Quarto decimo quæro, quotuplex sit interdictũ ecclesiasticũ? Respon. quòd est duplex, scilicet reale, & personale. Reale enim est quando res interdicitur, locus, vel prouincia, aut aliqua alia res. *ca. cum in partibus, de verborum significatione. cap. sane. versic. bene. & per Innoc. in c. tanta. de excess. præla.* Personale dicitur quando persona aliqua interdicitur. de isto interdicto quomodo sit duplex, est glo. *eodem titulo in prag. san. & de personali per totum titul. de sententia excommunic. in anti. vi. & Cle. & prag. sanct.* Et tale interdictum in personam, quandoque fit in personam certam, & nominatam, vt interdicatur talis à diuinis, vel ab ingressu ecclesiæ. *cap. si sententia. de sententia excommunic. in vj.* interdum autem interdicitur persona in genere, sicut si interdicatur clerus, aut populus collegium,

gium, vel vniuersitas, attamen singulares eorum personæ sunt interdictæ. oseq. de sen. excom. eo. lib. & est glo. in tit. de excom. non vi. in prag.

Particulare interdictum.

¶ Quintodecimo quæro, personale quotuplex est? Respond. quod duplex, scilicet particulare, & vniuersale. Particulare dic quando singulariter & nominatim certa & nominata persona interdicitur à diuinis, vel ab ingressu ecclesiæ prohibetur. c. si qui. de sen. excom. in vj. & est no. quòd pro delicto vnius publicæ personæ puniuntur subditi inculpabiles pœna interdicti loci. c. non est de sponsa. & matri. legitur. & no. in c. j. de po. præla. c. fame. c. P. & G. de offic. deleg. c. j. de vsur. in vj. c. si sententia. de sen. excom. eo. lib. extrauag. Ioan. xxij. si fratrum. sed pœna excommunicationis nunquam punitur vnus pro alio. c. si habes. xxiij. q. iij. c. Romana. §. fina. de sen. excom. in. vj. quia non est Dei, qui iudicat omnem terram, condemnare iustum cum impio. Gen. xviij. & de hoc quando vnus pro alio puniatur, no. j. q. iij. in summa. & xxiiij. q. iij. in summa. Hentiens in c. in quibusdam. de pœ. & persona ex contemptu existens in tali interdicto seu excommunicatione per annum, est hæretica c. si. iuncta glos. de pœn. Idem tenet Feli. in c. firm. ssime. de hæreti. Nam qui non recipit corpus Christi semel in anno, ipse hæreticus est. text. expressus in authen. de priui. do. hære. mu. non præstan. col. viij. & talis etiam est infamis ex tunc ipso iure. text. est expressus in l. fin. de statu. & consue. in vs. feu. & vassalli si quos habeat, non tenentur eum iuuare durante excommunicatione, vel interdicto: nec propter hoc sunt periuri si iurauerint eos defendere. text. singu. in princip. hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines. in vs. feu. secundum Feli. in c. inter alia. in fi. de sen. excom. conuenientia. vide in tit. de hæreti. in c. excommunicamus. eo. tit. & est tex. in c. cum contumacia eo. tit. in vj.

Vniuersale interdictum.

¶ Decimosexto quæro, quid sit vniuersale interdictum? Respond: quòd est illud quo in genere interdicitur clerus, populus, collegium, vel vniuersitas: & tunc etiam singulares eorum personæ censentur interdictæ. c. si sententia. de sen. excom. in vj. & si vniuersitas interdici possit, vt s. dixi. non tamen excommunicari. c. Romana. §. vniuersitatem. de sen. excom. in vj. quia vniuersitas est nomen iuris, non personarum, & non habet animam. Inno. in c. grauem. de sen. excom. Bal. in mar. ver. vniuersitas. Spec. in tit. de sen. excomm. ver. item nota. multi tamen voluerunt dicere quòd si excommunicetur, quòd teneat excommunicatio. no. Ioan. And. & doct. in d. c. Romana. sentit Flo. in l. vsufructuarium. ff. de vsufr. vbi dicit tunc tamendum esse. potest vniuersitas puniri pœna pecuniaria, non corporali. no. Inn. & Pa. vbi supra in l. bella. C. de his quib. vt indi. sed solum puniantur corporaliter qui deliquerunt, iuxta notata in c. fane. vbi doct. de temp. ordi. Oldra. consil. clxiiij. & sequitur gloss. eod. titul. in prag.

Reale interdictum.

¶ Decimoseptimo quæro, quid sit reale? Respond. vt s. vel dic quòd est illud quod fertur in locum. refert glo. eo. titu. in prag. & si locus ille sit ecclesia quæ interdicatur, nec in ipsa, nec in cius capella potest celebrari, nec in eius cœmeterio sepeliri si sit eidem ecclesiæ cœmeterium connexum. aliàs secus: vt in c. si ciuitas. de sen. excom. lib. vj. Quid si aliquis celebret scienter in ecclesia interdicta vel loco? dic quòd nisi sit priuilegiatus, vel in casibus à iure concessis, sit irregularis: & à solo papa potest absolui: nec potest eligere nec elegi. c. is qui. de sen. excom. in vj. & qualiter agatur contra illum qui celebrauit interdictus. vide Spec. in titu. de cleri. excom. mini. de multis prohibitis & permissis tempore interdicti, vide Alber. in dictio. in verbo, interdictum cui tex. & ibi cano. de sponsa. & matri. c. non est.

Procedens & non procedens à claue interdictum.

¶ Decimooctauo quotuplex est tale interdictū reale? Et respon. quòd est duplex, scilicet procedens à claue, non procedens à claue. gl. eo. tit. in prag. fin. illa verba quæ non procedunt à claue, adhuc sunt duplicia: quia interdum datur interdictū propter horrorem, seu loci infectionem, interdum propter honorem. Propter horrorem seu loci infectionem: vt si sepultus sit excommunicatus in cœmeterio, vel ecclesi. ca. consuluisti. de conse. eccles. vel alta. Idem si polluatur sanguine vel semine. de sen. excom. in vij. Aduertant igitur qui vadunt ad ecclesiam vt videant mulieres: nam illi tales licet demereantur, & noceat ipsis, per gloss. sing. in c. odi. xxxiij. q. j. secundum Bart. in tracta. de præstan. Card. q. j. gloss. est similis in titu. quomo. di. offic. sit cele. in prag. tamen si eas cognoscant, & fiat emissio seminis in eadem ecclesia, polluta erit ipsa ecclesia, vt in istis supradictis iuribus: & celebrans in istis locis interdictis non est irregularis, vt ibi: nec habet locum. c. alma. de sen. excom. in vj. facit quod notatur in c. tuarum. vbi Panor. de priuile. propterea autem non incurritur irregularitas: quia tale interdictum nō prouenit à claue seu censura, sed est quædam dispensio organorum, arg. eorum quæ no. in c. irrefragabili. de offi. or. & in c. si canonici eo. tit. in vj.

Honoris seu propter honorem interdictum.

¶ Decimonono quæritur, quid sit interdictum honoris seu propter honorem? Dic quòd est, quando episcopus aliquis celebrauit in aliquo altari, de tota illa die non debet alius celebrare ca. si. de conse. di. ij. hoc tamen casu celebrans non incurret irregularitatem, cum non inueniatur iure expressum: vt in d. c. is qui sæpius alleg. vbi quis ex aliquo actu nunquam incurrit irregularitatem, nisi inueniatur iure cautum, cum irregularitas sit de iure positiuo secundum Inno. in c. nisi cum pridem. de renun. Specu. ti. ij. §. iuxta. ver. sumetur. & ver. generaliter. quis autem possit super irregularitate dispensare. vide Specu. eo. tit. per totum.

Procedens à claue interdictum & quotuplex.

¶ Vicesimo venio ad aliud membrum interdictorum procedentium à claue. Et dicitur procedens à claue, quod profertur in locis propter culpam hominum. glo. eo. tit. in prag. non est intelligendum de locis tantùm. nam interdictum locorum debet exponi, id est habitantium in locis. cum enim interdicitur ciuitas, castrum, aut alius locus, non est interdicere muros, lapides, vel ligna, quæ sunt res inanimatæ, & quæ non deliquerunt, nec sunt capacia sacramentorum: sed inhibetur propter delictum habitātium dominorum, vel rectorum ipsorum locorum, ne diuina ibidem celebrentur. c. si ciuitas. de senten. excom. in vj. & interdicto loco poterit populus audire diuina extra illa loca in ecclesiis non interdictis. no. Inno. in ca. vt priuilegia. de priuile. & c. tanta. de exces. præla. secus vbi populus vel ciuitas interdiceretur, quia hoc casu nullus de populo extra loca interdicta admitteretur ad diuina. in allega. c. si ciuitas. vtrum locus sit interdictus confugienti ad ecclesiam cum armis, respon. vt per Ioan. Fab. Ioan. de Pla. & Aret. in §. fina. institut. de his qui sunt sui vel alieni iur.

¶ Vicesimoprimo quæro, quotuplex est tale interdictum procedens à claue? Dic quòd est triplex, scilicet hominis, iuris, & mixtum iuris & hominis. de interdicto hominis habetur in c. nouit. de offic. leg. de interdicto iuris habetur in c. felicis. de pœ. in vj. c. vbi fundamenta de elec. eo. lib. de interdicto. mixto: vt ciuitas est interdicta ab homine, suburbia interdicta esse intelliguntur. c. si ciuitas. de sen. excom. in vj. & in his habet locum. c. alma mater. supra alleg. & qui tale interdictum violat, est irregularis, & aliàs grauiter puniendus. c. tanta superius alleg. & dicto c. is qui.

De clauibus ecclesiæ, quæ & quot sunt, vide Panor. in c. j. de sum. tri. & fid. cath. in §. vna vero. & hæc de interdictorum tam ecclesiasticorum quàm secularium materia dicta sufficiant. Vide Anto. Corse. in verb. clauis. in repertorio suo.

DE INTERDICTIS.

Quia possessiones de quibus est dictum, per interdicta defenduntur: ideo de his ponit. & erant interdicta, formæ & conceptiones verborum à prætore introductæ, quæ verba hodie non sunt in vsu: sed vim & auctoritatem retinemus: vt insti. eo in prin. & infra e. l. incerti. in fi. & dicuntur quasi inter duos[a] reddita: vt in Insti. eo. §. ij. ver. sic: In superiorib. libris explicuimus qualiter de iure ciuili agatur: nunc doceamus quemadmodū de iure prætorio condemnatur. Arg.

a Interdicta inter duos reddita dicitur, non quòd inter duos pro numero personarum: sed quòd inter duos, scilicet inter agentē & reū. Bal.

Codicis domini IVSTINIANI Sacratissimi principis. PP. A. repetitæ prælectionis Liber octauus.

TITVLVS I.

DE INTERDICTIS.

Statutum prætoris per rationis identitatem interpretationem recipit extensiuam. Bald. Vel sic: Interdicta ne rami arborum noceant, per identitatem rationis extenduntur ne earum radices officiant. Bart. Vel sic: Nobilissima est hæc lex. & h. d. Ex mente extendimus interdicta. Bu. Vel sic: Ex mente tantum deficientibus verbis competit vtile interdictum: concurrentibus vero directum. Salyc.

Cum proponas. Leges positæ in verbis edicti in ff. de arboribus cædendis, de arboribus impendentibus in alienas ædes, & in alienum agrū, loquuntur, non de arboribus extendentibus suas radices sub domo alterius, vnde per verba illius edicti tibi datur directum interdictum hoc modo: Dominus domus in quam impendet arbor aliena, debet denunciare domino arboris vt illam incidat à stipite: si in agrum, per xv. pedes. Si non vult: datur domino ædium directum[a] interdictum ne fiat ei vis quo minus incidat, & lignum habeat. Vbi autem verba non sunt. vt in hac l. non datur directum, sed vtile ad exemplum. & quòd vbi verba sunt, detur directum: vbi mens tantùm, vtile: probatur. ff. de iurisdic. om. iu. in l. quod perpetua. ff. si quadru. paupe. fe. di. l. si. in fi. ¶ Et pone casum in hac. l. vt in glo. proxi.

a Directum & vtile interdictum quibus detur.

l. Imp. ALEXANDER A. Euticeto.

a Casum ponit.

a ¶ *In vicina.* in* Agathágeli area arbores erant positæ, quarũ radices exercuerant sub fundaméto domus tuæ: dissolutisque ideo fundamentis, domus tua minabatur ruinam. nullũ auxilium tibi competere videbatur: quia nec interdictum de arboribus cædẽdis, de quo plus videretur. nam illud interdictum duo capita habet. vnum, si arbor ædibus alienis impendeat, & tunc succidi arborẽ, à stipite præcipitur. aliud cum agro impendet: & tũc xv. pedibus à terra coercet: sed neutrum istorum prima facie habet locũ: sed tamen de æquitate ad instar illorũ interdictorum deficiẽtibus directis verbis, dabitur vtile interdictũ: vel actio in factum. & hoc dicit hæc lex.

* Agathangeli sic interpunge post crescentibus, non post positis.

* perperam hoc verbum irrepsit. Cont.

Cvm proponas, radicibus arborum in vicina* Agathangeli* area positis crescentibus*, fundamentis domus tuæ periculum afferri: præses, ad exemplum interdictorum quæ in albo[b] proposita habet[c] [prætor*] *Si arbor in alienas ædes impendebit:* item, *Si in alienum agrum impendebit:* quibus ostenditur[d], nec per arboris[e] quidem occasionem vicino nocere oportere: rem ad suam æquitatem rediget[f]. PP. vj. Kal. April. Iuliano. ij. & Crispino Conss.

Præses prouinciæ inter sibi nõ subditos ius non reddit. Bald. Vel sic: Etiam per interdictum iudex non cognoscit in non subditum. Sal.

II. *Impp.* Valerianvs & Gallienvs AA. *Messiæ.*†

PRæses prouinciæ in eum[g] qui eiusdem prouinciæ nõ est, nec ex interdicto[h] potest cognoscere. PP. vij. Kalend. Mai, Seculare & Donat. Conss.

Si petitorium & possessorium simul intententur, debet causa possessionis prius terminari, vt petitorij quæstio ordinetur. Bart. Vel sic: Primo ponit quoddam dictum de ordine seruando inter petitorium & possessorium. Secundo ponit rationem dicti. Tertio remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Vt ex hoc. Tertia ibi, Interdicta autem. Et est ratio: quia per hunc ordinem apparet quis onere probationis fungatur in petitorio. Et subdit quod interdicta hodie non proponuntur in vulgari formula, sed iura interdictorum aguntur extra ordinem per actionem in factum hoc dicit secundùm Baldum. Vel sic: Possessorium præfertur petitorio cum de vtroque simul est quæstio. Et succumbens in eo, debet probare in petitorio: & agitur interdictorum exemplo. Salycetus.

b Albũ Prætoris & Præsidis quid.

c Similis est error Gl. in l. ij. §. cum quoque ff. de edendo in quo quid esset album non intellexit.

d Idem error in Accursio in l. 7. ff. de rei sistend. vbi putat album esse quiddam in muro descriptum. de albo v. quæ scripsi ad l. i. ff. de edendo.

b ¶ *In albo.* b id[c] est in libro prætoris: vel id est in aliqua materia alba alia, vt charta, vel ebore, vel marmore[d]: vt & *ff. de iuris. om. iu. l. si quis id.* Accur.

c ¶ *Proposita habet.* duo sunt interdicta hæc, de quib. facit mentionẽ, quorum principia hic supponit, sicut si aliquis allegans legum capita proferret, & sunt hæc ambo *ff. de arbo. caden. l. j. in prin. §. deinde ait prætor.*

e Mens potius quàm verba inspicitur.

d ¶ *Quibus ostenditur.* i. ex mente quorũ colligitur. ¶ Et sic no. magis mentẽ[e] siue causã legis inspiciendã quàm verba: vt & *s. de lib. præte. l. iij.* ¶ Item quòd de similibus[f] ad similia procedatur: vt & *ff. de le. & senatuscon. l. non possunt.* quod quamuis circa arbores cædendas notemus, habet tamen generalem inspectionem, vt vndecunque sit redditum interdictum, ad similia procedere possimus, secundùm M. vt & *ff. arb. fur. cæs. si plures. §. j. & ff. ad exhiben. l. thesaurus.* ¶ Itẽ & not. vbi est similis[g] æquitas, & simile ius statui debere: vt *ff. ad leg. Aquil. l. illud.* Accursius.

f De similibus ad similia proceditur.

g Vbi similis est æquitas ibi eadẽ dispositio iuris esse debet. adde Egueradum in loco a simili.

e ¶ *Nec per arboris.* non solum per aliquam personam, vel alienã pecudem.

h Immo directa, vt colligitur ex not. per Bart. & Bald. & Salyc. in l. curatores. s. de nego. gest. & tenet ibi expresse Alexan. contra hanc Glo. Sal.

f ¶ *Rediget.* Sed qua actione proposita? Respon. vtili[h] interdicto de arboribus cædendis, cũ directũ in duobus casib. locũ habeat. 1 Vel actione in factum, quòd in idem recidit: vt *inst. de inter. §. f.* 2 Vel subsidiaria[i] vt *s. de sacrosanct. eccl. l. sancimus.* Vel offic. iudicis. Sed[k] oppone, aut hic Agathágelus plantauit arborem secundùm formam legis quæ est. *ff. finium regun. l. fin.* & tunc nullam pœnam meretur: vt *j. ad l. Iul. de adul. l. Gracchus. & ff. de aqua plu. arcen. l. vicinus.* Aut contra: & tunc constat prorsus euellendam. Sed respond. non esse attendẽdum qualiter plantauerit: quia etsi secundũ formam l. plantauerit, tamen puto habere[l] locum l. istam.

i Nihil est.

k Hæc reprobatur, quia præexistens materia est sufficiens ad actionẽ producendã. Sal.

l v. Cepolam de seruit. vrban. c. de arboribus nu. 2. & 4.

PRæses.] Casvs. Si competit mihi interdictum aduersus aliquem: coram eo cuius iurisdictioni est subiectus, debeo id proponere.

g ¶ *In eum.* s. inuitum.

t ¶*Apud.* id est penes: *vt ff. de verbo. significat. l. penes. & l. id apud.* sed si apud neminem sit possessio, adhuc habet locum hæc lex: non per verba sua, sed per prorogationem eius, quæ est infra eo. l. fin. secundum vnum intellectum illius. Accurs.

u ¶*Ante aduentum.* id est, sine permissione iudicis quandocunque vel ante litem contestatam, vel post; vel etiam post definitiuam sententiam.

x ¶*Amittat.* per sententiam, non ipso iure.

y ¶*Earundem rerum.* etiam ratione proprietatis: & sic in [a] plus punitur, quàm deliquerit. & sic est contra. *ff. vti possid. l. penult. §. fin. & ff. quod met. causa. l. si mulier §. qui possessionem.* sed hic magis deliquit. ¶Super quinque autem partibus huius l. fac. quæstiones per ordinem. ¶ Primo de personis [b] Quæro ergo. 1. de fœmina & hermaphrodito? Respond. teneri, licèt dicat, si quis: *vt ff. de verborum signific. l. j.* 2 Secundo de milite, & de rustico: & dic teneri, cum inuadere sit contra ius naturale. *vt supra de in ius vocan. l. venia.* 3 Tertio de pupillo & adulto & quidem si est proximus infantiæ, non tenetur, quia &c. *vt infra de fal. mone. l. j. in fin. & instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. §. in summa.* postea sic: *vt ff. de furt. l. impuberem.* ergo & adultus, habeat vel non habeat curatorem, nec restituitur: *vt ff. de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum.* 4 Quarto, an pater filio, patronus liberto teneatur: quod videtur, cum non infamet: *vt ff. de ac. & obligat. l. cessat.* sed certè nec interdictum aliquod infamat: *vt ff. eo l. neque.* & tamen non datur, sed agitur in factum. Sic ergo dicas hic & in factum agi. *vt ff. eodem. l. j. §. interdictum hoc quia.* sed secus est econtra. quia filius patri, & libertus patrono tenetur: *vt ff. de fur. l. si quis vxori. §. sed si filius. & eod. titu. l. serui. & filij. & institut. de obligat. quæ ex delic. §. hi.* 5 Quinto, an dominus ex facto serui, vel pater ex facto filij teneatur? Respond. dominus tenetur noxaliter: *vt ff. eod. l. j. §. quod ergo adiicitur. & de min. l. quòd si minor. §. si seruus, vel filius.* pater de peculio post condemnationem filij, non prius: *vt institut. de noxa. §. fin. ff. de pecu. l. licet. §. fin.* nisi in id quod ad vtrunque eorum peruenisset: *vt ff. de ac. & oblig. l. si à furioso. & ff. eo. l. j. §. quod ergo adiicitur.* 6 Sexto, de furioso & mente capto. & dic non teneri. *ff. de sica. l. infans. & de parrici. l. pe. & de admi. tut. l. si.* Tu idem [c] dic in prodigo, cum nec ipse possit de suo alienare: *vt ff. de verbor. obligat. l. is cui bonis.* 7 Septimo, de abbate, prælato, & monacho, & tutore, & similibus. & dic non teneri ecclesiam, vel pupillum: *vt s. l. proxi.* nisi communicato consilio faciat: *vt supra de sac. eccle. l. iubemus nullam.* 8 Octauo, quid si credens me possidere, cum alius possideat, sic inuasi? Vel quid si vacantem credidi, cum non esset? Respõ. non teneor, cũ neminem sua possessione priuare volui: *vt ff. de sica. l. diuus.* Nec obstat institu. *vi bo. rap. §. sed ne dum.* quia aliud est credere sibi licere auferre, aliud se credere possidere. Præterea & hoc accipe quando [d] iustam causam habeo credendi me possidere: vel quia per filium vel seruum credo possessionem quæsitam. 9 Nono, an habeat locum tunc tãtum quando credidit sibi licere, quod P. dicit quasi in subsidium, & non quãdo dolo: sed tunc vel interdictum vnde vi, vel actio vi bo. rap. habeat locum: *vt insti. vi bo. rap. §. j.* Sed Al. & Io. dicunt contra: nam non debet melioris esse conditionis dolosus, vel stultus, quàm non dolosus: *vt ff. noxa. l. non solùm. & ff. quod vi aut clã. l. seruus.* Præterea secundũ P. si agerem contra dolosum, exciperet quòd dolo fecissẽt: & sic allegatio suæ turpitudinis sibi proficeret, quod esse non debet: *vt hic, & supra de transact. l. transactione finita.* 10 Decimo, si possidentem non admisi, dic teneri me: *vt ff. de acquir. posse. l. clã. §. fin.* Idem si inuaserim & suspicatus fuerit possessor se posse repelli: *vt ff. eo l. j. §. siue autem. & de acquir. poss. l. sed & si nolit.* 11 Vndecimo, quid de magistratu? Dic nõ teneri, nisi vltra officium fecerit:

a Præsumitur dominus esse is qui possidet, seq. ita dominiũ ex possessione probatur: nõ quidẽ plenè, sed saltẽ præsumptione.

† al. II. Prid. Id. Octo. Syagrio & Eucherio Coss. Cons.

b Damnõ nemo sentire debet ex alterius culpa.

a Tutoris & prælati Ecclesiastici similitudo.

d Argumentũ à pupillo ad Ecclesiam valet, vt hic. ad de Gl. in l. 4. s. quib. ex causis maiores: & in l. 2. de excus. tut. & alib. & de rei vindi. & in l. 3. quando in fisc. tut. l. 7. l. arbit. tut. ad de Cuerar. an à pupillo ad Ecclesiam.

a Pœna debitum excedere an & quando possit: hoc est, an quis puniri possit in plus quàm deliquerit.

b Pœna huius legis si quis in tantã, quæ personæ teneantur. Hic autẽ vndecim quæstiones proponũtur: de quibus v. hanc Gl.

† ex C. Th. lib. 4 tit. 20. l. 3.

† v. ad hanc l. Arg. dec. 11 nu. 22. & 24. & Socin. reg. 34 vbi aliquot exceptiones affert ad hanc reg. in qua autem de regula authoritate propria aliena sibi ius dicere, vim suam vindicare non licet. adde eiidem reg. 291. incip. Pœna vbi quærit. An pœna huius habeat locum in locis, causis sine rebus Ecclesiarum.

† Conc. cum hac l. 16. q. 6. placuit.

c Imò aliud dicendũ est. Nã d. l. is cui bonis, quæ vtitur hic Accurs. emanauit in fauorem prodigi ne dissipet, sed delinquendo prodigus non meretur fauorem. Præstat igitur dici, prodigum ex delictis in faciendo consistentibus obligari vt qui comparetur pupillo doli capaci. arg. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. adde Mingenium in consult. Anderson. consil. artiocul. 273. nu. 10.

d Si quis coepit rem praesumens ius se habere in ea, non solùm in proprietate, sed etiam in ciuili possessione, excusatur à dolo & lata culpa & per consequens à pœna huius legis.

Violentia commissa contra possessorem, non semper punitur accusatus. l. Iulia de vi publica, vel priuata: sed quandoque ciuiliter agitur per interdictum, in quo proceditur summariè, & sine inscriptione: spoliatus ante omnia est restituendus. Bartolus. Vel sic: Pro momentanea possessione recuperanda proponens interdictum, se inscribere non tenetur. Vel sic: In nullo interdicto quod proponitur, inscriptio requiritur. Baldus. Vel sic: Quando per violentiam illata agitur ciuiliter pro interdictum, inscriptio non est necessaria. Salyc.

VIII. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Pasiphilo praesidi alicuius prouinciae.*

vt *ff. quod met. cau. l. ij. §. j. & de iniur. l. iniuriarum. §. j. & l. nec magistratibus.* Dic ergo, si quis, scilicet priuatus. II ¶ Super rebus[a] fiunt octo quaestiones. Quaero igitur primo, an in immobilibus habeat locum? Dic quòd sic: licèt pro mobilibus maximè sit inuenta: *vt instit. vi. bon. ra. §. penult.* 2 Secundo, an in iuribus praediorum vrbanorum rusticorum, & praebenda alicuius clerici? Videtur quòd non: *vt ff. de acquir. re. do. l. seruus. §. incorporales. & ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam.* & hoc dicit Ioan. quod potest dici esse verum mero iure: sed vtilis habeat locum. argum. *ff. de seru. l. quoties. ij. & si ser. vind. l. ij. in fin.* sed in personalibus seruitutibus contra est: vt si fructuarius expellatur à domino, vel extraneo, vel expellatur quilibet qui habeat personalem seruitutem: *vt ff. eodem. l. ij. §. vnde vj. & §. j.* Item si non vsusfructus. *& ff. de donat. l. Attilius. in fin.* Idem in superficiario, feudatario, emphyteuta, cum habeant vtile dominium: *vt ff. de superficie. l. j. in princip. & si ag. vec. l. j. & ij. & de rei vindic. l. superficiario.* econtrario si hi tres inuadant: puto sufficere suo iure priuati. secus puto in aliis, sed tanquam pro aliena re puniantur: *vt in fin. huius l.* nisi in eo iure tantum habuerint animum expellendi. 3 Tertio, si inuado rem quam commodaui, vel locaui, vel deposui? Respond. non teneor, cum neminem possessione priuare voluerim: *vt ff. commo. l. rei.* nisi constituerint se possidere: & sic interuerterint possessionem: quo casu ipsi mihi tenentur. & si postea ego inuadam, & ego teneor illis secundùm Ioan. sed si extraneus eos expellat, qui solam habent detentationem, videtur teneri eum mihi: *vt ff. eod. l. j. §. quod seruus.* Nec ob. *ff. eo. l. colonus. & l. cum fundum.* vbi colono datur: quia iam inuerterat. Sed si ante interuersionem deiiciatur, datur mihi condictio: *vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. quod seruus.* 4 Quarto, quid si furi exportanti rem meam abstulero? Respond. non teneor: *vt supra quando li. sine iu. l. liberam.* nisi iam ad locum destinatum peruenerit, secundùm Io. *vt ff. de furt. l. fine igitur.* 5 Quinto, quid si equum tuum soliuagum in pascuis acceperit, putans esse suum? si quidem sciebat non esse suum, tenetur furti: aliter si suum credidit, habet fortè locum condictio sine causa: vel vtilis condictio ex hac l. imò rei vindicatio. 6 Sexto, quid si vnus habeat possessionem, alter detentationem, tertius proprietatem: an inuasor tenetur omnibus, vel cui? Videtur quòd omnibus: *vt ff. ad exhi. l. Celsus. §. Iulianus.* quod non puto, cum tantum possidenti datur: *vt hic dicit.* 7 Septimo, quid si erat inuasori debita, vel sibi obligata? Dicit P. quòd non habet locum haec lex, sed edictum diui Marci. Tu dic contra, & perdam per hanc constitutionem ius quod habeo in re, vel pignus: vt si amodo agam, exceptione repellar. si ergo agam ex edicto diui Marci condictione sine causa, non agam hac l. & econtra: *vt ff. de act. & obli. l. quoties. §. j.* & hoc nisi in eo quod excedit: *vt eod. §. j. & ff. vi bon. rap. l. j.* Idem dico si inuasit vt habeam pro pignore, vel in solutum: vt scilicet habeat locum haec lex, nisi ex pacto, vel iudicis auctoritate id faciam: *vt infra de pig. l. iiij.* & nisi aufugeret[b] debitor: *vt ff. quae in frau. cre. l. ait praetor. §. si debitorem.* Nec obstat *ff. de furt. l. qui vas. §. j.* quia ibi ponitur abstulit, id est, accepit vt iudici ostenderet, non vt sibi haberet. 8 Octauo, quid si debitor creditorem super pignore occupando inuadat? Respond. secundùm Py. non habet locum. Vel dic contra, cum possideat creditor: *vt ff. de acquir. re. do. l. per seruum. & ff. de vsuca. l. seruus nomine.* III ¶ Super tempore[c] quaero quo tempore facta inuasione locum habeat haec l.? Respond. quidam quòd ante litem contestatam. Item post, ante sententiam: nisi in casu vno, in quo loquitur supra finium regun. l. si constiterit. post sententiam non. sed habet locum illa, l. meminerint. & pro eis est quod hic dicit, ante euentũ, &c. Tu dic hanc esse generalem, & ante litem contesta. & post sententiam & illam, si constiterit tantùm post litem & ante sententiam, nec obstat quod hic dicit, ante euentum: quia subauditur, maximè. Vel dic, id est, ante praeceptum vel iussionem iudicis, & haec bona. Vel, id est, ante executionem, quae fit per iudicẽ, & sic non punitur: *vt ff. de acqui. poss. l. iuste. & ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus.* quod enim legitimè, &c. *vt j. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus.* aut ergo nullum est decretum interpositum: & tunc habet locum haec l. aut perperam: & tunc illa, meminerint aut rectè, & tunc nulla: *vt in l. iuste.* 2 Secundo, quid si clàm inuasi? Respon. adhuc habet locum haec l. vt *ff. de acqui. pos. l. rem quae nobis. & ff. eo. l. clam possid.* quod locum habet si habuit animum vt etiam vim inferret, si me inuenisset: *vt ff. de fur. l. si quis ex domo.* IIII. ¶ Super quarto quaero: Nunquid ipso iure dominium amittit. & ipso iure quaeratur spoliato? Videtur quòd sic: vt in crimine laesae maiesta. *vt j. ad l. Iul. maie. l. fina.* & in commissione vectigalium: *vt ff. de publi. l. commiss.* & in muliere quae suo raptori nubit, quae amittit ipso iure dominium rerum quas lucrata est ab eo: *vt in authent. de rap. mulie. quae rap. nu. coll. ix. & ad idem est. j. locati. l. fin. & in auth. de litig. §. fin. col. viij. & supra de ac. & oblig. authen.* imò nos dicimus contra: quia haec litera dicit, amittat non amittit, vel amisit: & sic per sententiam aliàs amittit: *vt j. de haeret. l. quicunque. §. quod si fecerit. & de apo sta. l. j. & ff. ad Sil. l. necessarios. §. non aliàs. & de iure fisc. l. eius qui. & in authent. vt li. in. §. illo. coll. ix. & ff. de rescind. vend. l. fundus.* V ¶ Super vltimo quaero, an possessio tantum, vel proprietas etiam aestimetur? quod solui in litera, hoc est in capite istius glossae. 2 Secundo, si fructuarius est expulsus, vel proprietarius: an competit vtrique altero expulso? Respond. si eo animo vnum deiicio. quia credo eum solum habere ius in re, vtrique teneor. quia vno deiecto, alter deiici videtur. Si verò eius solũm vsumfructum velim auferre, vel solam proprietatem: ei soli teneor, vt id quod abstuli & tantundem reddam: *vt ff. de furt. l. inter omnes. §. si seruus. & ff. eodem. l. si de fundo.* licèt de fundo quidam aliter dixerint, scilicet vno expulso non videri alium deiici. contra quos est lex. *ff. eod. l. si de fundo.* 3 Tertio, quid si rem communem totam inuado socio meo possidente? Respond. pro parte socij teneor: *vt argum. ff. de furt. l. si socius.* etiam pro mea teneor, diuersimodè tamen. 4 Quarto, si alius possidet vsumfructum meum non proprietarius, & eum deiiciam: & sic amitto ius meum: cui applicabitur, proprietario, vel expulso? Respond. proprietario, sed aestimato fructuario: *vt ff. eodem. l. si de fundo.* Item si Iudaeus possideat mãcipium Christianum meum, & illud inuadam: an applicabitur Iudaeo? Respond. non: *vt supra vt nemo Iudaeus, &c. l. j.* 5 Quinto, quae actio detur? Respond. condictio ex hac l. quae dabitur simul pro possessione & proprietate: quod est mirabile. 6 Sexto, an dabitur heredibus? Respond. sic. Item an contra heredes? Respond. non, cùm sit poenalis nisi in quantum peruenit ad eos: *vt instit. de perpet. & temp. act. §. non autem. & ff. eodem. l. j. §. hoc interdictum. & §. finali.* 7 Septimo, an restituendo rem inuasor ante litem contestatam, vel ante sententiam liberetur à poena. Respond. non: *vt ff. de fur. l. qui ea mente.* etiam si sponte expulsus acceperit. cum non succedit haec poena loco rei: *vt ff. de arbitra. l. si quis rem.* 8 Octauo, quid si egi tantum ad rem an supersit actio ad poenam? Respond. sic, cum actione non officio debeatur: *vt ff. de condic. furt. l. si pro fure. §. furt.* 9 Nono, an possit appellari? Respond. sic, quod dic *vt supra si de moment. possess. l. j.* 10 Decimo, quid si[a] seruum quem possideo, cum se liberum contendat, mea auctoritate acceperim? Respond. non amitto ius meum: quia neminem possessione priuaui, etiam si esset in possessione libertatis quia se ipsum non possidet, licèt in possessione libertatis esse dicatur. & hoc secundùm Ioan. & nos qui dicimus inuasorem non cadere à dominio ipso iure. cum enim detur condictio ex l. ista, si alicui daretur, à domino daretur, seruo enim dari, non potest. ac domino contra seipsum dari non potest: námque obligari non potest: *vt ff. de fideiuss. l. si eum hominem.* Fortè secundùm alios aliter dici potest, qui dicunt inuasorem ipso iure amittere dominium solum ergo punitur dominus ex tali violentia: quia dolo videtur eum possidere: & sic incumbit ei onus probandi: *vt supra de probatio. l. vt eius.*[b] Vltimo quaero, quid[c] differt haec constitutio ab aliis? primo ab illa supra de Paganis. l. Christianis? Respond. illa specialiter in Iudaeis & Paganis loquitur. Quid ab illa supra finium regun. l. si constiterit? Respond. quia illa post litem contestatam, & tantum in illo iudicio. Quid ab illa, non abs re, infra eodem, & supra locat. l. conductores? Respond. quia haec incontinenti facit cadere in poenam: illa expectat definitiuam sententiam, sed & illa non distinguit, fuerit dominus, vel non: quòd haec facit. Quid ab illa, cum quaerebatur? Respond. ibi dices statim. Item quid ab interdicto vnde vi? Respond. illud annale, & in simplum, & dolum exigit: haec perpetua & poenalis, & non exigit dolum. Quid ab edicto diui Marci? Respond. illud speciale in re, in quae actor habet ius. Item quid ab illa supra de suffragiis. Respond. illa specialis est. Accursius.

a Poena huius legis locum habet ... quibus in rebus, nam de personis superius seu paulo antè dictũ est locum habeat.

b Hâc reputat valdè singularem Saly. hic.

c Poena huius legis si quis in statim, quo tempore locũ habere possit.

a Seruũ quem possideo se liberum contendente, si accipio ius meum non perdo.

b Adde alliam Glo. in l. Extat. quod metus causa, in verbis non habebit.

Momentariæ.] CASVS. Deiectus per vim de possessione aliqua momentanea audietur interdictum proponens, & siue in scriptis, siue non. Viuia.

a ¶ *Momentariæ.* potest dici quòd tacitè soluit tres quæstiones. ¶ Prima est, vtrum interdictum vnde vi sit momentariæ possessionis, sicut & illa interdicta quæ pro possessione competût, quia si sit momentariæ possessionis, non licebit in eo appellare: si autem non sit, licebit appellare? Respon. quòd est momentariæ possessionis. ¶ Secunda est, vtrum interdictum vnde vi, quod est momentariæ possessionis, ex vi nascatur, & vtrum ex publica tantùm, vel ex priuata tantû competat? Et dicitur quòd non semper ex hac vel ex illa nascitur: sed interdû ex hac, interdum ex illa. ¶ Tertia, vtrum necesse habeat inscribere, qui hoc interdicto vtitur: & dicitur quòd non. Potest & addi quarta quæstio, vtrum scilicet iudicium possessionis primò expediatur quàm iudiciû proprietatis: & ista innuitur per dictioné illam, mox. Ad primam quæstionem facit ṡ. *si de momentaria possessione, &c. l.j.* ¶ Sed quæro, quã[a] vtilitatem hodie habet hoc interdictum, vnde vi: cùm per constitutionem, si quis in tantam, violentia puniatur? Respond. quia vtilius est ipsum proponere quo ad quid, quàm constitutionem: quippe cùm à sententia lata super interdicto non appelletur, sed à sententia super constitutione lata liceat appellare: cùm non sit possessorium, sed petitorium constitutionum iudicium, etsi enim per illud restituatur possessio, non tamen propter hoc possessorium dicendum erit: quia sic rei vindicatio possessorium diceret. Item constitutio non prosequitur nisi duplum, secus autem esse potest interdicto, cum omnes accessiones, & lucra, & damna in id veniant: *vt ff. eod. l.j. §. rectissimè. & §. non solùm.* ¶ Quarta quæstio est, vtrum si iudicium petitorium, & possessorium moueatur, audiri debeat primò qui possessorium, quàm qui petitorium intentat? Respon. primò eum audiendum per illa verba, mox audiri, &c. ad quod ṡ. *de rei vindi. l. ordinarij.*

† Ex C. T. a. l. 8. est autem hæc lex pars l. 16. j. de ac. & l. j. j. de abigeis. Cont. Et ideo ab inferiore iudice quam sic præses iudicare debet, addebatur in C. Th.

† quod momento tabor mationé vocat Sym. l. 1. ep. 27. Contius.

† Legendum viij. Id. Iun.

a v. ad hanc l. Bossium prædic. sermo Tit. de raptu num. 30.

† Conc. cum hac l. c. si. extra de his quæ vi, metusq. causa, &c. vbi simile iuramentum côceditur vim passis compulsiuam.

Momentariæ † [a] possessionis interdictum †, [b] quod non semper ad vim publicam pertinet, vel priuatam: mox [c] audiri, interdictum etiam sine inscriptione, meretur. Dat. vj. Idus. Iun. † Mediolani, Olybrio & Probino Coss.

Difficultas probationis, & odium delinquentis, facit, vt admittatur probatio per iuramentum, actoris. Vel sic: Contra violentum constituto de violentia, damna & interesse probantur per actoris iuramentum, iudicis taxatione præmissa. Bald. Vel sic: Si damnum illatum tempore inuasionis non potest liquidò probari, iudex inspecta persona, & negotij qualitate debet illud taxare, & postea iuramentum actori deferre, & eius iuramento vsque ad quantitatem taxatam stabitur. Sal.

IX. *Imp.* ZENO *A. Sebastiano præfecto prætorio.*

Si quando vis in iudicio fuerit patefacta [d], deinde super rebus abreptis [e], vel inuasis, vel damno dato tempore impetus [f] quæstio proponatur: si non potuerit qui vim sustinuit, quæ perdidit singula comprobare [g] taxatione à iudice facta pro personarum atque negotij qualitate [h], sacramento † æstimationem rerum quas perdidit manifestet [i]: nec liceat ei vltra taxationem à iudice factam iurare, & quod huiusmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condemnare [k] oportet. Dat. Idib. Decemb. Constantinop. post consulatum Basilij ij. & Armatij. V.C.

Alieno nomine tenens, ad restitutionem conuenitur vsque ad sententiam, sine causa non restituens, damnatur ad restitutionem, & insuper ad rei æstimationem, h. d. & est singularis lex contra colonos & inquilinos precario tenentes, & quoslibet alieno nomine possidêtes. Bal. Vel sic: Colonus vel inquilinus, seu precario tenens ab alio, si vsque ad sententiam in restitutione moratur sine causa, condemnandus est vltra rei restitutionem in ipsius rei æstimationem. Sal.

X. *Idem A. Sebastiano. P. P.*

Non ab re [l] est, quemadmodû possessionis alienæ inuasores, tam vetus [m] quàm præsens [n] sacra constitutio censuit esse puniendos: ita nec côductoribus [o], & possessionis alienæ detentoribus impunè procedere [p], † si locatoribus [q] fortè vel possessionem rerum suarum, quam apud alios precario modo esse concesserant, recuperare secundû leges volétibus, cùm nulla sibimet cognita legib' allegatio [r] competeret, duxerint resistendum: & non protinus, id est, non expe-

b ¶ *Interdictum.* sc. vnde vi, quod est momentarium sua origine: nam qui vincebat interdicto, poterat statim succumbere in petitorio: quod hodie non est si agatur per l. si quis in tantam. quòd sit momentaria, nisi quando filius vel mercenarius inuaserint: ipsi quidem tenentur: sed pater vel dominus ad vindicandum admittuntur, *vt ff. eod. l. j. §. si filius.* hoc quidem interdictum vnde vi, non semper pertinet ad vim publicam, quia quandoque ad priuatam, vt quando sine armis. Item non semper ad priuatam, quia quandoque ad publicam, vt quando cum armis.

c ¶ *Mox.*[b] i. ante causam proprietatis. Vel mox, i. sine solénitate. Vel i. sine dilatione aliqua debeat audiri ille qui proponit, *vt j. ad l. Iuliam de vi. l. si quis.* & etiam sine inscriptione, quádo s. agitur ciuiliter: secus si criminaliter, sci. l. Iul. de vi. *vt ff. de accusa. l. libellorum.* & hic dicit interdum etiam sine inscriptione, i. sine libello scripto: *vt ff. de edendo. l. j. §. edere*, nisi in casu, s. illustrium personarum, *vt j. de dignitat. l. quoties. lib. xij.* hodie indistinctè datur per authent. offeratur. *supra de libel. oblat.* & erat fortè dubitatio legis, quia poterat agi criminaliter, & sic non posset agi ciuiliter. Sed contra est, *vt hic, & j. quando ciuil. actio. l. j.* ¶ Vel dic à capite interdictum scilicet quodlibet: vel vnde vi, vel quorum bonorum, vel vti possidetis, vel quodcunque aliud, sic generaliter dicitur interdictum momentariæ possessionis, *vt ṡ. qui legi. per. l. fi.* quod non pertinet semper ad vim publicam, vel priuatam: nam vnde vi pertinet. aliàs non debet dico audiri, [b] & cætera verba expone vt ṡ. ¶ Sed quam vtilitatem habet hodie hoc interdictû cùm sufficiat côstitutio si quis in tantã? Resp. quia [c] in ea appellatur, hic non. Item citius expeditur in interdicto, quàm in constitutione, fortè nec vult actor pœnam.

b Mox audiri interdictum momentariæ possessionis quo sensu dicatur. An quod datur ante causã proprietatis. An quod sine dilatione & etiam sine inscriptione & libello.

a Interdicta omnia an sint momentariæ possessionis.

b Hanc repu tat valde singularem Saly. hic.

c Legis momentariæ & l. si quis in tantam hoc titulo differentia.

d Appellari potest à sententia lata in causa possessionis in qua tractatur etiam de amissione proprietatis aut de pœna. l. 7 sup. At non appellari potest in his quæ ad ipsam possessionis causam pertinent. Gloss. in l. quisquis 6 in fi. ṡ. quor. appellat. adde Bald. decis. 477.

Si quando.] CASVS. Expulisti me de possessione prædij mei in quo erant multæ res: si propono interdictum vnde vi, & probem te vim mihi intulisse: si probare nô possum singulas res esse abreptas, qualiter mihi succurratur, quæritur? Respond. quòd iudex deferet iuramentum mihi, vt iure de æstimatione illarum rerum quas amisi, ipse determinabit quantitatem, vltra quam non debeam iurare: & sacramento interposito, in id quod iurauero, iudex te mihi condemnabit. Viuia.

d ¶ *Patefacta.* i. liquidò probata.

e ¶ *Abreptis.* i. exportatis, & per vim detentis.

† cedere.

f ¶ *Tempore impetus.* scil. dato.

g ¶ *Comprobare.* difficile enim est probare singula vtensilia.

h ¶ *Qualitate.* inspecto diligenter an hæc persona expulsa diues fuerit vel non, & an eo loco sit verisimile quòd tot res tenuerit.

i ¶ *Manifestet.* ratione ergo difficultatis, & in odium violenti statmus iuramento, [e] *vt ṡ. de iudicijs. l. properandum. §. j. & l. sancimus. & ff. de furtis. l. in actione. §. de veste. & ff. depositi. l. j. §. si quis argentum. & ff. eodem l. j. §. non solùm. & extra de testibus. cogend. c. peruenit. ij.* regulariter autem contra, nisi semiplena fuerit probatio, *vt ṡ. de re. cre. l. in bonæ fidei.*

e Interesse per solû iuramentû probatur si aliter probari non potest. v. tamé duas exceptiones apud Soc. regul. 190 quæ incipit, Interesse.

k ¶ *Condemnare.* nec postea taxat, sicut hodie in sacramento expensarum: *vt in auth. de iud. §. oportet. col. vj.*

Non ab re.] CASVS. Sicut superiores constitutiones meminerint, & si quis, puniunt inuasores, sic & hæc punit colonos qui tempore conductionis finito detinent fundos domino inuito, dicit igitur quòd si colonus non restituat fundum domino conductione finita, si agat dominus contra colonum, & conuincatur colonus, restituet prædij possessionem, & eius æstimationem.

l ¶ *Non ab re.* i. non est sine causa, si non impunè procedatur, sed cum pœna.

m ¶ *Tam vetus.* ṡ. eo. l. inuasor. & l. illa, meminerint.

n ¶ *Præsens.* s. si quis in tantam.

o ¶ *Conductoribus.* subaudi, nec &c.

p ¶ *Procedere.* i. si non est sine causa, si non impunè procedatur, sed cum pœna.

q ¶ *Si locatoribus.* s. duxerint resistendum, &c. quod est j.

r ¶ *Allegatio.* Sed quæ allegatio potest ei competere vt resistat? Dicunt quidam quòd probet conductor rem esse suam, quod non placet: *vt ṡ. locati. l. si quis conductionis.* Dic ergo quòd tempus conductionis non erat finitum, & merces erat integrè soluta: vel

fecit expensas vtiles vel necessarias in re: *vt ff. locati. l. pen. in prin.*

a Actiones duas sub conditione in eodem libello proponi posse hic colligitur. de quo scripsi ad Gl. *l. qui de in-officioso.*

a ¶*Ordine.* i. definitiua sententia[a] secundū Io. ? Vel secundū alios, id est lite contestata, quod non placet: *vt subijcit. & ℥. locati. l. conductores.* ¶Sed secundū Io. qualiter petetur hoc duplum, cū ante sententiam non debeatur secundū eum? Respond. hoc facit iudex ex officio suo: ar. *ff. de ædili. edic. l. ædiles. j. §. item sciendum.* Vel dic conditione ex hac l. proposita sub hac conditione[b], si fuerit contumax vsque ad sententiam.

b Libellus conditionalis admittitur vbi commissio pœnæ dependet à processu causæ.

b ¶*Recuperantib.* per actionem locati, vel per interdictū de precario: vt modo dixi secundum leges &c.

c ¶*Cedere.* i. ipsi nō cedāt: vel cum conductores per seruos & filios teneant, non patiantur eos cedere. sed hęc sunt vera quādo locator possidebat. quia dicit litera, possessionē alienam. Sed quid si conductor rem suam conduxit: vnde non tenuit locatio, & possidet conductor: *vt ff. de vsucap. l. et à quo?* Respond. idem[c] per d. l. ℥. *locat. l. si quis conductionis.* & secundum hoc dicitur hic alienā, scilicet locatoris opinione, vel præsumptione: vel tunc quando locauit.

c Hoc verum si agatur actione ex contractu actionis: secus si condictione ex ista l. secundùm Barto. Ex sa decis. tulit.

d ¶*Compelli.* ¶Quid ergo differt hæc ab illa, si quis in tantam? Respon. hæc mitius agit in eo quòd vsque ad sententiam expectat. Item & in alio durius: quia hæc non distinguit sit dominus vel non, inuasor vel resistens: illa sic. Item hæc specialis in colonis & inquilinis, & precario possidentibus, illa generalis. & facit ad hanc l. *ff. eod. l. colonus. & l. cùm fundum. & ff. de acqui. pos. l. si quis rem.* Item ad hoc vt possit vsque ad sententiam pœnitere, facit ℥. *de plus peti. l. j.* ADDITIO. Addas quòd condictio ex ista. l. datur etiā contra conductoris heredes. text. est *in l. conductores. ℥. loca.* quod intelligas verum, si heredes sciuerint rem conductam. si enim ignorauerint, non tenentur condictione ex hac lege, quia istam habent causam ignorantiæ: *vt l. qui in alterius. ff. de regul. iur.* quod satis probatur in hac l. ibi, cum nulla sibimet &c.

† v. ad hanc l. Ang. in summa hoc tit. num. 15. & 16.

ctato iudiciorum ordine[a], alienam possessionem rectè eam recuperantibus[b] cedere[c] patiátur. Eos nanque iubemus pro tanta suæ iniquitatis impudētia, si cognitionis iudiciariæ euentu fuerint condemnati: rei cuius possessionem sponte restituere vsque ad definitiuam sententiam minimè passi sunt, æstimationem victrici parti vnà cum ipsa re præbere compelli[d]. Dat. V. Kal. April. Constantinop. Theodorico & Venantio Coss.

Occupans possessionem vacantē, tenetur eam restituere domino, quē-admodum tenetur inuasor, vel fur. hoc dicit not. & est vna de quinquaginta decisionibus Iustiniani. Bald. Vel sic: Occupans possessionem rei alienæ vacantem, tenetur condictione ex hac lege illam restituere, qua finitur annis triginta. Bartol. & Salyc.

XI. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni præfecto prætorio.*

CVm † quærebatur inter Illyricianam aduocationem[e], quid fieri[f] oporteret propter eos qui vacuam[g] possessionem absentium sine iudiciali sententia detinuerunt, quia veteres leges nec *vnde vi*[h] interdictum, nec *quod vi*[i] *aut clàm*, vel aliam quandam actionem ad recipiendam talem possessionem definiebant violentia in ablatam possessionem minimè[k] præcedente nisi domino* tantummodo in rem actionem exercere permittentes: nos non concedentes aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem vsurpare, sancimus talem possessorem vt prædonem[l] intelligi, & generali iurisdictione[m] ea teneri[n] quæ pro restituenda possessione contra huiusmodi personas veteribus declarata sunt legib[o]. Ridiculum etenim est dicere vel audire quod per ignorantiam[o] alienam rem aliquis quasi propriam occupauerit.

Omnes autem scire debent, quod suú non est[p], hoc ad alios modis omnibus pertinere: cū talis depositio in furti actione

* nec domino nisi tantummodo.

CVm quærebatur.} CASVS. Constitutiones superiores, inuasores prædiorum quæ ab illis possidentur, puniunt: de illis qui inuadunt prædia quæ à nullis possidentur, sed à possessore vacua sunt, nulla facta mentione: super quo articulo loquitur hæc præsens constitutio. dic ergo sic: Non curabam, vel negligebam quędam prædia ad me pertinentia: vnde nec animo nec corpore ea possidebam. vacuam possessionem prædiorum occupasti. qualiter sis puniendus, quæritur? Respond. quòd veteres. ll. non dabant interdictum vnde vi, vel quod vi aut clàm: sed rei vind. & certè punieris in hoc quod possessionem & eius æstimationem restitues. & non excusaberis prætendens quia à nemine possidebātur prædia: quia qualibet scire tenetur quòd ea quæ sua non sunt, aliena sunt, ad exemplum furti: quia si rem meam me inuito contrectaueris: teneberis furti, licèt dicas te ignorasse rem meam fuisse: sicut ad restitutionem possessionis teneberis per constitu. l. si quis in tantam. nisi spacio. xxx. anno. extiteris munitus.

e ¶*Illyricianam aduocationem.* id est, inter aduocatos de Illyrico.

f ¶*Quod fieri.* id est, quod ius constitui.

g ¶*Vacuam.* quæritur quæ dicitur vacans[d] siue vacua? Hugo de porta Rauennata, tunc cum alio ingresso possessionem quam animo retinebam, me absente suspicatus sum me posse repelli: *vt ff. de acqui. poss. l. sed & si nolit.* tunc enim interdictum locum non habet, quia veniens non sum prohibitus, vel expulsus: & sine corpore vis fieri non potest: *vt ff. eodem l. j. §. idem Labeo ait cum, & argum. ff. quod me. cau. l. metum autem præsentem. §. denique.* & pro eo est quod hic dicitur, violentia &c. & cum ad locum, item timet, iam pro derelicto habet: vnde vacans ab eo dici potest. Io. hanc positionem casus reprobat: hæc enim possessio non potest dici vacua ante suspicionem suam, nec postea: quia iam alij est quæsita, licèt iniustè. Item habet locum interdictum vnde vi: *vt ff. eod. l. j. §. deijcitur enim. & §. sine autem. & l. iij. §. si quis autem.* nam & qui occasionem &c. *vt ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. penult.* nam propter eum amissa est possessio. P. verò cùm Hug. cōsentiens, vt competeret interdictū, necessariū esse dicebat vt ad fundū iret: & si tunc non admitteretur, competeret interdictū. sed certè tunc nasci nō poterat: quia tunc cū non admittitur, non possidet: & sic cessat interdictum: *vt ff. eod. l. j. §. interdictum autem hoc.* sed ipse respondebat tunc demum videri amittere: & præteritam amissionem ad præsens tempus trahi. ¶Sed quo iure: Tu dic vacantem[a] siue vacuam dici, quæ à nemine possidetur, neque animo, neque corpore: quod euenit propter longum tempus, vt dicunt: vel propter obliuionem, quæ ex longo tempore euenit: vt nos dicimus: *vt ff. de vsucap. l. furtum.* Vel propter absentiam vel negligentiam domini: *vt institu. de vsucap. §. quod autem ad eas.* Vel propter inundationem eo priuato: *vt ff. de acquirend. poss. l. Pomponius.* Vel quia alius eum deiecit: nec tamen ille intrauit: nec iste postea est reuersus: *vt ff. de vsucap. l. non solū. §. si dominus.* ¶Nec[b] placet distinctio aliorum qui dicebant aliam esse vacuam aliam vacantem. vacua quæ animo tenetur, nō corpore: vt dominus H. hanc l. intelligebat. vacans, quæ neque animo neque corpore tenetur. nulla enim lege confirmatur talis distinctio, sed infirmatur: *vt ℥. de omni agro deser. l. quia agros. libr. vj.* & quæ hic dicitur vacua, institu. *de vsuc. §. quod autem.* dicitur vacans: vnde idem est.

d Possessio quādo dicitur vacans aut vacua. adde l. 2. §. 1. ff. de all. tmp.

a Vacans siue vacua possessio quæ dicatur.

b Vacua possessio non est alia à vacante.

h ¶*Nec vnde vi.* hoc non: quia exigit violentiam personæ factam: *vt hic subijcit, & ff. eo. l. j. §. ij. & §. interdictum autem hoc.*

i ¶*Quod vi aut clàm.* quia nihil fecit vi aut clàm, sed inuasit. nec si quis in tantam: quia & illa exigit vim factam personæ: *vt ℥. eo. l. si quis in tantam.* nec vi bo. rap. eadem ratione: & quia[c] non est res mobilis. Sed immo videtur cum iste clàm possidet, debere competere interdictum ratione partis vltimæ, scilicet clàm: cum non solum clàm faciat qui id existimat, sed & qui existimare debet se prohibitum iri si dominus sciret: *vt ff. quod vi aut clam l. prohibere. §. fin.* contra hoc dicit allegando.

c Hæc ratio non est bona: quia dispositio istius l. procedit etiam in rebus mobilibus. Bartol. & Salyc.

k ¶*Minimè.* cum nemo possidebat.

l ¶*Vt prædonem.* & hoc videtur quòd res sit vitiosa: sed hoc est ad pœnam inuasoris, non rei vitium: *vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. si tu vi me. & instit. de vsucap. §. quod autem ad eas.*

m ¶*Et generali iurisdictione.* id est pœna statuta. ℥. *eod. l. si quis.* vel illa statuta. ℥. *eod. l. inuasor.* secundùm B. vel statuta hac l. secundùm P. vt de fructibus teneatur, de quibus non tenebatur per l. illam, inuasor. & sic non corrigit illam, sed addit ad illam, quæ statuebatur per interdictum vnde vi.

d Ignorantia non excusat.

e Si crederem ductus iustis rationib. aliàs secus secundū Bart.

n ¶*Ea teneri.* id est, obseruari.

o ¶*Per ignorantiam.* Ignorantia[f] ergo non excusat quod intellige non q̄ crederet esse suam, quia tunc non teneretur: sed sciēbat non esse suam, & ignorabat cuius esset: & sic erit bona similitudo de furto: vt subiicit. ¶Item per hoc quod dicit, alienam, patet quòd non loquitur de re hereditaria vacante: quia illa nullius est: *vt ff. de re. di. l. j. §. j.* Item quid si erat sua: sed vacans ab alio? Respond. non habet locum, nisi sit aliena: vt hîc secundùm P. Sed dici potest habere locum, nisi incontinenti probet dominus suam: *vt ff. ut in poss. leg. l. si is à quo.*

f Dominij exceptione obijcere pōt vacātem possessionem qui occupauit, si possessorio recuperandæ agat. v. Zas. in l. Naturaliter. §. nihil commune in fin. ff. de acq. p. ff.

p ¶*Quod suum non est.*[g] & nō est res sacra, vel religiosa, vel quæ in nullius bonis sit: subaudi ergo & quòd alicuius sit. *ff. de dam. infect.*

g Malā fidem habere dicitur qui scit rē ad se non pertinere. v. Bald. tract. de præscr. 3 part. 2. q. 2.

infe. l. l. si finita. §. cùm verb. & ff. de manu. l. iiij. in princip. ¶ Item quid si ab eo qui vacantem intrauit, cœperit vacare possessio, núquid restitueretur ei à quo primo cœpit vacare, an ei à quo secundo cœpit vacare? Ioan. secundo: *vt ff. eo. l. cùm à te. & l. j. §. qui à me vi.* Itē si vacantem occupaui, & postea deiiciar. an teneat? Vel si desij sine dolo possidere? Primo casu videtur me teneri, cū habeam interdictum: *vt d. §. qui à me vi.* ¶ Item nunquid exigitur hic dolus? Respon. sic vt hic, omnes enim, &c. & quod subiicit de furto, licèt secus sit in illa *l. j. quis in tantam.*

a ¶ *Voluntatem.* quoniam ignorat dominū.

b ¶ *Teneatur.* si sciebat alienam, licèt ignoraret cuius: secus si crediderat suam: *vt ff. de fur. l. vulgaris. §. si is qui. xx. & §. idem Iulianus.*

c ¶ *Disposita sunt.* scilicet hac nostra lege.

d ¶ *Triginta annorum.* quo[a] spacio tollitur omne ius: *vt ĩ. de præscript. xxx. an.* sicut etiam si inuasor possidet si autem alij vendat, habet locū præscrip. x. vel xx. ann. olim, hodie xxx. *vt ĩ. de præscript. longi temp. x. vel xx. annorum. l. j. & authen. malæ fidei.*

a Præscribitur omne ius spacio 30. annorū.

iam dudum veteribus legibus definita est, dicentibus, si quis alienam rem aduersus domini voluntatem[a] attigerit furti actione teneatur[b]: his videlicet quæ super recipienda possessione à nobis disposita sunt, locū habentibus si non ex die ex quo possessio detenta est, triginta annorum[d] excesserint curricula. Dat. xiij. Kal. Nouēb. Constantino. post. Consulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

TITVLVS V.

SI PER VIM VEL alio modo absentis perturbata sit possessio.

Dicit Butr. Mirabilia ponit hæc lex. Quòd ad recuperandam possessionem absentis admittuntur carentes mandato, supple, cauentes de rato: & serui qui aliàs in iudicio esse non possunt. sed licèt admittantur ad causam possessionis, non tamen admittuntur ad causam proprietatis. h. d. & non est alibi. Bald. Vel sic. Pro recuperāda possessione qua quis in absentia est spoliatus, quilibet sibi coniunctus, vel etiam amicus, aut eius seruus admittitur, etiam post annum: nulla declinatoria exceptione obstante. Et dominus reuersus auditur perpetuo, & prædict. admittuntur in possessorio, & non in petitorio. Sal.

SI PER VIM, vel alio modo ab. &c.

Dictum est supra de turbata possessione præsentis, nunc dicamus de turbata possessione absentis.

e ¶ Alio modo. *veluti si ab imperatore. vel ab aliquo iudice sit impetrata: nam & hoc quodammodo turbatur: quo casu loquitur lex ij. huius tit.) Et not quod in hūc quoque casum locus erat interdicto uti possidetis, quod est infra tit. proxim. sed quia noui aliquid super hoc constitutio præses disponit, ideo hunc titulum. huic casui proprium ponit.*

1. *Imp.* CONSTANTINVS A. *Seuero.*

IVDICES, absentium qui cuiuslibet rei possessione priuati sunt[f], suscipiant in iure personas[g], & auctoritatis suæ formidabile[h] ministerium obiiciāt: atque ita tueantur absentes, vt id solum diligenter inquirant, an eius qui quolibet modo[i] peregrinatur, possessio ablata sit, quàm propinquus vel parens vel proximus vel amicus †, vel colonus vel libertus seu seruus quolibet titulo retinebat[k]: nec eos qui deiecti sunt absentium nomine possidentes, quia minimè ipsis decisio † causæ[m] mandata sit, ab experiunda re secludant: nec si serui[n] sint, eorum reiiciant in iure personas, quas huiusmodi conditionis hominibus causas perorare[o] fas non sit[p]. Sed post elapsa quoque spacia[q] recuperādæ possessionis legibus præstituta, litigium eis[r] inferentibus largiri conuenit: vt eos[s] momētariæ perinde possessioni sine vlla cunctatione restituant[t], ac si reuersus dominus litigasset. Cui tamen domino quolibet tempore reuerso, actionem possessionis recuperandæ indulgemus: quia fieri potest, vt restitutio propter seruos infideles, vel negligētes propinquos, vel parentes, vel proximos, vel amicos, vel colonos, vel libertos interea differatur[u]. Absentibus enim officere non debet tēpus emensum[x], quod recuperandæ possessioni legibus præstitutum est: sed reformato statu[y] qui[z] per iniuriā sublatus est, omnia quæ superfuerunt[a] ad disceptionem litigij[b], immutilata permaneant: iudicio seruato iustis legitimisque absentibus personis:[d] cū valde sufficiat possessionē tenentibus absentium nomine cōtra præsentium violentiā subueniri[e]. Dat. X. Kal. Nouem. Constantinop. † Constantio. vij. A. & Constante Cæs. iij. Coss.

Ius omne per 30. ann. tollitur. Co. Th 4. an. 2.

Iudices.] CASVS. Habebam possessionem, & in ea colonos vel seruos: cœpi abesse, & me absente expulisti illos qui erant nomine meo in possessione: an expulsi agere possint ad recuperandam possessionē, & iudex eos audire debeat, quæritur: Respon. quòd sic: nec obstat exceptio quòd non habeant manda. de experiundo, vel quòd seruus nō habeat legitimam personam standi in iudicio, nullo tempore domino excludendo. quin reuersus agere possit, si colonus vel serui agere per negligentiam supersederint: & licèt isti possessorium intenderunt iudicium, quæstio super proprietate domino reseruabitur.

f ¶ *Priuati sunt.* per vim. Azo. Loquitur ergo hæc cōstitutio in casu quo absens p colonū suū vel huiusmodi personas possidebat.

g ¶ *Personas.* id est, personas nomine absentium agentes. Azo.

h ¶ *Formidabile.* quantum ad violentum. Azo.

i ¶ *Quolibet modo.* non ergo distinguitur absentia sit necessaria, vel probabilis, vel non.

k ¶ *Retinebat.* hoc est planum: cū hic qui agit, fuit expulsus ¶ Sed an alius seruus non expulsus nomine absentis agere posit. Videtur quòd non: *vt hic.* Econtra quod sic: vt in principio legis. quæ generaliter dicit. & si tota videtur generaliter loqui. argum. *ff. de iure & facti ignor. l. pe. §.* & licèt creditori quoque datur actio, si à possessione cadat: *vt infra de prætor. pignor. l. fina.*

l ¶ *Quis.* ratio remotiua. hac enim ratione videbantur secludi: quod non est verum.

m ¶ *Decisio causæ.* speciale[a] est, vt aliquis alieno iure sine mandato agat sic & in aliis coniunctis[b] personis: *vt ff. de procu. l. sed & hæ & l. Pomponius. in fine.* sed regulariter contra: *vt ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. si. & l. si autem is. & ff. de reg. iur. l. nemo alieno.* Acc.

a Agere pro alio sine mandato regulariter nemo pōt.

b Amicus etiā sine mandato admittitur ad recuperādam possessionem, quæ qui absēte ablata est. ... plura apud ... in tract. de pœnis temper. caus. 11 nu. 72.

n ¶ *Serui.* ¶ Not. ergo speciale, seruum agere: *sic ff. de iudic. l. ix. & ĩ. vbi causæ fisc. l. penult.* regulariter contra. *vt ĩ. de iudic. l. seruum.* & his casib' puto seruum iurare de calūnia. de defendēdo verò non satisdat, propter id quod ĩ. dicit seruato iudicio, &c. sed de rato sic, secundū Hug. eadem omnia in pupillo dicas: *vt ĩ. qui le. per. ha. l. finali.*

o ¶ *Perorare.* aliàs curare.

p ¶ *Fas non sit.* regulariter, nisi in casibus.

q ¶ *Elapsa quoque spacia.* s. anni vtilis, qui in interdicto vnde vi ad recuperādam possessionē ei[c] rei quæ nō peruenit ad violentū, statut' est, *vt ĩ. titu. j. l. ij.* Ioan. & hoc ideo, quia ad violentum hic peruenit: *vt ff. eod. l. j. in princ.* Alij dicūt spacia. s. triginta annorū, nō tñ vltra quadraginta annos per l. Anastasij: *vt ĩ. de præscrip. xxx. ann. l. omnes.*

r ¶ *Eis.* seruis.

s ¶ *Vt eos.* scilicet colonos, vel seruos.

t ¶ *Restituant.* cōdictione ex hac lege, vel per interdictum vnde vi. ¶ Sic nota deiectum[c] vel spoliatū sine mora restitui. *vt & ĩ. ad legem Iuliam de vi pu. l. si quis.*

c Spoliatus sine mora restituendus est.

u ¶ *Differatur.* Sed quid si egerint, & amiserint? Resp. non nocet dominis: sed fideiussores dati de rato tenentur.

x ¶ *Tempus emensum.* aliàs emersum. s. anni: vtilis enim est: *vt ff. eod. l. j. §. annus.* & sic non nocet ei qui absens: *vt ff. de diuer. temporum præscrip. l. j.* Azo.

† Mediolanij

y ¶ *Reformato statu.* reuertitur ad primum casum. Accursius.

z ¶ *Qui.* scilicet status.

a ¶ *Quæ superfuerunt.* scilicet quæstio proprietatis. Item & de fructibus, & similibus accessionibus.

b ¶ *Litigij.* de proprietate. Accurs.

c ¶ *Iudicio.* s. de prædictis proprietate & aliis accessoriis.

d ¶ *Personis.* dominis scilicet, & eis quorum nomine possidebāt. hodie si ageretur per l. si quis in tantam, non seruaretur hæc lex, cum ibi de dominio non quæratur: *vt ĩ. titu. j. l. si quis.*

e ¶ *Subueniri.* q. d. satis est si possessionis recuperandæ dimus potestatem.

Nec imperiale.] CASVS. Aliquis impetrauit priuilegium vt liceat ei possidere prædium meum: vel iudex interloquendo me absente pronunciauit aduersarium meum in possessionē prædij mei fore mittendum: an desinam possidere per hoc? Dicit quod non: nec mutatur possessionis status quia iudici me absente non potuit plenè liquere de causa: qui per allegationes partium non partis scitur an causa sit certa, vel non. Viuianus.

a ¶ *Nec imperiale.* ad petitionem meam respondet imperator, vel alius iudex, quòd bonam causam habebam in quæstione possessionis, non ª ideò tamen mea auctoritate inuadā, sed vocato aduersario coram iudice inquiretur veritas: *vt s. titu. j. l. meminerint.* Vel sic: Impetraui rescriptum ad aliquē iudicem, vt me tueretur in possessione. non igitur mea auctoritate intrabo, sed vocato aduersario, de veritate precum inquiri oportet: *vt j. si contra ius vel util. pub. l. & si non cognitio.* Vel sic: Iudex dixit interloquendo parti præsenti: Nisi aduersarius tuus venerit cras vsque ad tertiā, mittam te in possessionem rei de qua mota est controuersia, non debeo intrare, vel iudex me mittere, vel iubere vt intrem, sed adhuc expectatur: nāc negotiorum merita, &c. & hoc quando non per contumaciam, aliàs benè sum mittendus: vt in auth. de exhi. & intro. §. si verò etiam quidam colla. v. Sed nunquid licebit iudici pro absente respondere, & supplere? Respōn. non: vt dixi mus s. *de temp. app. l. ij. in fin.*

a Nemo priuatus est possessione sua, nisi primo citetur, & interueniat causæ cognitio, cu ius sententia ampl atione & exceptionē v. apud Matsil. fo. 193.

† Et C. T. lib. 4. tit. 20. l. 5.

ª rescriptum.

Nec auctoritate rescripti, nec auctoritate interlocutoria iudicis potest. non citatus de possessione repelli. Bald. Vel sic: Possessor non conuentus, nec citatus non debet in sua possessione turbari, etiam ex rescripto principis, vel interlocutione iudicis. Salycetus.

II. † *Impp.* ARCADIVS & HONOR. AA. *Petronio vicario Hispaniarum.*

NEc imperiale ª responsum * quod supplicatio litigatoris obtinuit, nec interloquutio cognitoris ex quacunque parte ᵇ innouare possessionis statum, eo qui rem tenet absente, permittit: quia negotiorum merita, partium assertione panduntur. ᶜ * † Dat. XV. Kalend. Ian. Mediolani, Cæsario & Attico Coss.

ª reliqua pars huius l. extat l. de adq. poss. l. vltia. Cod.

† Concor. c. cum contingat. cum Glo. extr. de re script. & c. cum ea intern. de re iud. rest.

b ¶ *Ex quacunque parte.* vel reus, vel actor.

b Lis contestanda est in omnib. interdictis possessoriis tam recuperandæ, vt hîc, ad pisc. enda. Glo. ſan l. vlt. §. quær. ſaqat retinendæ §. hodie. Lyſle. de interd. adde Zaſ. in l. Naturaliter. §. nihil commune. ff. de adq. poss.

c ¶ *Panduntur.* non ergo ante litem contestatam fertur sententia: nā si hic esset lis cōtestata, vna ᶜ etiam parte absente contraheretur e remodicium, *vt s. de iudic. l. properandum. §. & si quidem. & §. cùm autem.* secundùm vltimam positionem. ¶ Et not. quòd hæc lex facit ad secundam partem rubricæ: *& facit s. de prec. imp. off. l. j.* Sed arg. contra. *ff. de acq. pos. l. iuste.* ᵈ Azo. ¶ Et dic panduntur per ᵉ litis contestatæ iuramentum de calumnia, testibus receptis.

c Die ibi iudicem recisse le gitimè, & parte citata, cognitio j. de negotio: sic verò nō est ambiguitas. d Ex remedio dicitur vna etiā parte absente contrahitur. e Pandi merita negotiorū dicuntur per litis contestatæ iuramentū de calumnia testibus receptis.

TITVLVS VI.

VTI POSSIDETIS.

Interdicto vti possidetis, ille est in possessione tuendus, qui possidet non vi, non clàm, non precario ab aduersario. hoc primo. Item intentato petitorio. si non satisdatur, possessio in agentem transfertur. hoc vltimo. Baldus. Vel sic: Compossessores prohibentur inuicem se turbare in possessione sua, nisi alter possideat ab altero vi, clàm vel precario. Et si non satisdat in petitorio, patitur translationem possessionis. hoc dicit secundùm primam lecturam. Vel sic secundùm aliam: Per interdictum vti possidetis, prohibetur quis turbari in possessione sua, nisi à turbante possideat vi, clàm, vel precario: reseruata quæstione proprietatis in alio iudicio cum remedio satisdationis, vel transferenda possessionis. Salycetus.

I. *Imperatores* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Cyrillo.* †

† al. Quinctilio. al. Quintilio.

VTI possidetis ᵈ fundum ᵉ de quo agitur, cùm ab altero ᶠ nec vi ᵍ, nec clàm ʰ,

VTI POSSIDETIS.

De interdicto adipiscendæ & recuperandæ possessionis dixit, nunc de retinendæ.

Ἔτι δὲ θεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σολάρια, μετὰ τὸν παρόντα νόμον, μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων ῥωμανισίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι, δέκα δὲ ποδῶν εἶναι διάστημα μεταξὺ δύο σολαρίων ἀντικρυόντων ἀλλήλοις, εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατὸν εἴη, διὰ στενοχωρίαν τοῦ τόπου ἐκ παραλλαγῆς γίνεσθαι τὰ σολάρια, εἰ δὲ αὐτὸς ὁ στενωπὸς μὴ πλατυτέρως δέκα ποδῶν εἴη, μηδ᾽ ἐπιχειρεῖν ἐκ μηδ᾽ ἑτέρου μέρους σολάρια, ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν, τὰ γινόμενα δὲ ὃν τρόπον εἴρηται, κελεύομεν ἀφεστάναι τῶν ἐδάφους εἰς ὕψος ποδῶν δεκαπέντε διάστημα, καὶ μηδαμῶς κατὰ κάθετον αὐτῶν κίονας λιθίνους, ἢ ξυλίνους ἐπὶ τῷ ἐδάφει ἵστασθαι, ἢ τοίχους κατασκευάζεσθαι, ὥστε μήτε τὸν ἀέρα τὸν ὑπὸ τοῖς ἐν τῷ ὕψει γενομένοις, ὡς εἴρηται, σολαρίοις ἀποφράττεσθαι, μήτε ἐκ τούτων στενότερον γίνεσθαι τὸν στενωπὸν, καὶ τὴν δημοσίαν πάροδον. Κωλύομεν δὲ καὶ κλίμακας ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀρχομένας, τοῦ στενωποῦ γίνεσθαι, ἀναγούσας ἐπὶ τὰ σολάρια, ὥστε ἐκ τῆς ἀσφαλεστέρας κατασκευῆς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ σφόδρα πλησιάζειν ἀλλήλοις τὰ σολάρια, κουφοτέροις ἢ σπανιωτέροις συμβαίνῃ ποτὲ καὶ εὐκολώτερον δὲ παύεσθαι τοὺς ἐκ τοῦ πυρὸς κινδύνους τῇ πόλει, καὶ τοῖς ἔχουσι τὰς οἰκίας. Εἰ δὲ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον γένηται σολάριον, ἢ κλίμαξ, οὐ τὸ γεγονὸς ἐκπεσεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς οἰκίας κύριος δέκα χρυσίου λιτρῶν ζημίαν ὑπομένει, καὶ ὁ δὲ τοῦτο ποιήσας ἀρχιτέκτων, ἢ ἐργολάβος, ἑτέρας δέκα χρυσίου λίτρας καταθήσει, καὶ ὁ ἐργασάμενος τεχνίτης οὐχ οἷός τε ὢν διὰ πενίαν ζημιοῦσθαι, τὸ σῶμα αἰκισθεὶς τῆς πόλεως ἐξελαθήσεται. Πρὸς τούτοις παρακελευόμεθα μηδενὶ ἐξεῖναι πολλοὺς ἐφεξῆς κίονας ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς, ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου ἄχρι τοῦ καλουμένου καπετωλίου, ἢ φράττειν οἰκήμασιν ἐκ σανίδων μόνων, ἢ καὶ ἄλλοις ἐν μέσῳ τῶν κιόνων κατασκευαζομένοις. ἀλλὰ μὲν τὰ τοιαῦτα οἰκήματα μὴ ὑπερβαίνειν, πλάτους μὲν ποδῶν ἓξ σὺν τοῖς τοίχοις, ἐπὶ τὴν πλατεῖαν, ὕψους δὲ ποδῶν ζ. ἐκ παντὸς δὲ τρόπου διὰ τεσσάρων κιόνων τὰς παρόδους ἐλευθέρας καταλείπεσθαι, τὰς ἀπὸ τῶν στοῶν ἐπὶ τὰς πλατείας, καλλωπίζεσθαι δὲ τὰ τοιαῦτα οἰκήματα, ἤτοι ἐργαστήρια, μαρμάρωσις ἔξωθεν, ὥστε κάλλος μὲν διδόναι τῇ πόλει, ψυχαγωγίαν δὲ τοῖς βαδίζουσι. Τὰ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς πόλεως, ἐν τοῖς μέσοις τῶν κιόνων τόποις κατασκευαζόμενα ἐργαστήρια καθάπερ ἂν δοκιμάσειεν τῇ πόλει συμφέρειν ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, καὶ τοῦ μέτρου ἕνεκα, καὶ τοῦ τρόπου, κατασκευάζεσθαι θεσπίζομεν, τῆς ἰσότητος δηλαδὴ πάσης φυλαττομένης, ὥστε μὴ τοῦτο ἐπί τινων ἐπιτραπὲν, ἐφ᾽ ἑτέρων κωλύεσθαι. Κἀκεῖνο δὲ νομοθετοῦμεν, ὥστε μὴ ταῖς τῶν συκοφαντῶν κακοτεχνίαις τοὺς ἐπιεικέσι λυμαίνεσθαι, πολλοὶ γὰρ φθάνουσι δίκας οὐκ ἀδικήματος πρὸς τοὺς οἰκοδομεῖν βουλομένους ὑφαίνοντες, ἀναβολῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται, ὥστε τὸν οἰκοδομεῖν ἀρξάμενον, εἶτα κωλυθέντα, καὶ τὸ ἔργον ἀτελὲς καταλιπεῖν ἠναγκασμένον, καὶ πρὸς τὸ δικαστήριον ἀφελκόμενον, τὸ χρῆμα ἐξ οὗ τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἤλπισεν, ἀναλίσκειν περὶ τὴν δίκην, καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, μετὰ τὸ ψήφου νικώσης ἐπιτυχεῖν, ἔτι καθάπερ ἀλύτοις τισὶ συμπεπλέχθαι δεσμοῖς, τοῦ κωλύσαντος τὸ ἔργον, προσχήματι μὲν ἐφέσεως τὰς κυρίας ἀναμένοντος, τῷ δὲ ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ οἰκοδομίᾳ ἐπὶ ταῖς τοῦ γείτονος συμφοραῖς ἐντρυφωμένου.
Προσάττομεν τοίνυν ἐπὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, εἰ ἔφεσις ἐπιδοθείη κατὰ τῶν τυπωθέντων παρὰ τῶν διαγνωμάτων, ἅμα τῷ δοθῆναι παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀποφορὰν ἤτοι τύπον ἔγγραφον, καὶ μὴ παραφυλαχθείσης κυρίας, ἐξεῖναι τῷ νενικηκότι, καὶ τῷ ἡττηθέντι ἅμα ἢ κατὰ μέρος εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς εἰσιέναι μεγαλοπρεπείας, καὶ τοῦ ἀντιδίκου κληθέντος, μετὰ τὸ σύνηθες, εἰ ἄπεστι, τὸν ὅρον τοῦ διαιτητοῦ στερεὸν ποιεῖν, ἵνα πάσης ἀναβολῆς ἐκκοπείσης, ταχεῖαν ἐπιτεθείη πέρας τῇ ὑποθέσει, καὶ μὴ χειμῶνας, εἰ τύχοι παρόντος, ἢ πλησιάζοντος, ἕως παραμένουσι ταῖς μακραῖς τῶν

ἐμπροθέσμοις χρόνοις, τὸ οἰκοδομεῖν βουληθέντα, καὶ μὴ δικαίως κωλυθέντα, ζημίαις ἀφορήτοις ὑπομένειν. Παραπλήσιον δὲ εἰ καί τις ὑποθέσει τοιαύτῃ ἐφεστάναι βουληθείη, μεμφόμενος τοῖς παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας ἐψηφισμένοις, παραχρῆμα τὴν καλουμένην κονσουλτατιῶνα γίνεσθαι, καὶ δίδοσθαι, καὶ αὐτῷ, καὶ τῷ νενικηκότι σκοπεῖσθαι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὴν ψῆφον, ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ μηδεμιᾶς ἀναβολῆς γινομένης. Γινωσκέτωσαν δὲ πάντες ὅσοι κωλύειν ἐπιχειροῦσι τοὺς οἰκοδομοῦντας, ὡς ἡττηθέντες, καὶ τὰς ζημίας αὐτοῖς πάσας τὰς συμβάσας καταθήσουσι, καὶ τὴν τῶν ὑλῶν τιμὴν, ἃς εἰκὸς διαφθαρῆναι, ἢ χείρους γίνεσθαι ἐν τῷ τῆς δίκης χρόνῳ, καὶ τῶν οὐ δικαίως ἐπιχειρησάντων οἰκοδομεῖν ἡττηθέντων, καὶ τὰς ζημίας τῷ κεκωλυκότι τὸ οἰκοδόμημα καὶ δίκην εἰπεῖν περὶ τούτου ἀναγκασθέντι, καταπιθέντων. Πᾶσαν μέντοι τοιαύτην δίκην ἐξ ἀποφάσεως μόνου τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ μεγέθους κρίνεσθαι κελεύομεν, καὶ μήτε ἄλλον τινὰ τῶν ἐνδόξων ἀρχόντων ἀκροάσασθαι τοιαύτης ὑποθέσεως, μήτε τινὰς τῶν ἀγωνιζομένων τοιαύτην ὑπόθεσιν, στρατείας ἢ φόρου χρῆσθαι παραγραφῇ, ἕνεκα τοῦ μὴ δικάσασθαι, ἢ μὴ καταθεῖναι τὰς ζημίας ὅσας δοκιμάσει τῇ ψήφῳ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῆς πόλεως, τοῦ παρ' αὐτοῦ δοθέντος διαιτητοῦ προσταχθεῖσιν, ἀλλὰ τὴν ἀπαίτησιν ὑπομένειν τὸν ἡττηθέντα, διὰ τῆς τάξεως τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας, μηδενὸς ἐπὶ τούτῳ χρωμένου φόρου παραγραφῇ. Προνοείτω δὲ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, τοῦ μὴ τινὰς τῶν ἐργολάβων, τεχνιτῶν, ἀρξαμένοις ἔργου, τοῦτο καταλιμπάνειν ἀτελές. ἀλλ' αὐτὸν μὲν τὸν ἀρξάμενον λαμβάνοντα τὸν μισθὸν, ἀναγκάζεσθαι πληροῦν τὸ ἔργον, ἢ διδόναι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν τῷ οἰκοδομοῦντι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ τοῦ μὴ τὸ ἔργον * γινομένην βλάβην, εἰ δὲ πένης τις εἴη τυχὸν ὁ τοῦτο ἁμαρτὼν, πληγάς τε λαμβανέτω, καὶ ἐκβαλλέσθω τῆς πόλεως, μὴ κωλυέσθω δὲ ἕτερος τῆς αὐτῆς τέχνης τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληροῦν. ὅπερ ἔγνωμεν τολμᾶσθαι κατὰ τῶν οἰκοδομούντων οἰκίας παρὰ τῶν ἐργολάβων τεχνιτῶν, ὅτι αὐτῶν τὸ τέλειον ἐπιθέντων οἷς ἤρξαντο ἐργάζεσθαι, οὐδὲ ἑτέροις τὰ αὐτὰ ἔργα ἀναπληροῦν συγχωροῦντων, ἀλλὰ ἐπαγαγεῖν ἀφόρητον ζημίαν ἐντεῦθεν τοῖς τὰς οἰκίας κατασκευάζουσι μηχανωμένων. Ὁ δὲ παραιτούμενος τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληρῶσαι δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἕτερος ἤρξατο, καὶ αὐτὸς παραπλησίαν τῷ καταλιπόντι τὸ ἔργον ὑπεχέτω δίκην.

Sequitur eadẽ Zenonis constitutio è Græco in Latinũ sermonem conuersa, quatenus per Græcas editiones (quæ deprauatissimæ sunt) licuit, per Antonium Contium.

XII. Imperator Cæsar Zeno pius, victor, triumphator, Maximus, semper A. Adamantio præfecto vrbis.

ET* pace frui à litibus & externis bellis populos nostros eximere studentes, variis legibus condendis animũ applicuimus: inter quas & hanc quoq; referri volumus, dilucidè demonstrantẽ, & quæ tua magnificentia suggessit, & cautissimè omne ambiguũ definientẽ. Non multũ autẽ à ciuilib⁹ verbis recessimus, sed vulgò notioribus vti maluimus: vt ita quicunq; in eã inciderint, alterius interpretis nõ egeãt auxilio ad propriũ eius vsum. ¶Ex relatione igit᷑ magnitudinis tuę cognouimus diuinã legẽ immortalis memoriæ patris nostri Leonis, quam sup his posuit q̃ in hac gloriosa ciuitate ædificare voluerint, quibusdã sui partibus ꝓpter prauas interpretantiũ opiniones ambiguam esse. ¶Et nos itaq; præcipimus, vt qui proprias domos renouare cupiunt, non solùm veterẽ formã non excedant (sicut nec hi qui nouas ædificant,) aut lumen vel prospectum vicinis auferant, aduersus ea quæ pridem constituta sunt: verùm nõ addemus idem ius seruari debere, si is qui ædificat, habere debeat, cùm facultatẽ habet ex pacto vel stipulatione mutandæ, si velit, veteris formæ. Tũc enim sancimus, vt si pactum vel stipulatio ędificanti suffragetur, liceat ipsi secundũ vim pacti & stipulationis ædificare, etiamsi officere vicinis quibus pactum aduersatur, ita ædificando videatur. Sed cùm nostra constitutio dicat duodecim pedes oportere relinqui ab eo qui ædificaturus est, inter propriam & vicini domum, & PLVS VEL MINVS adiiciat, quod magnam sanè ædificantibus securitatẽ præstat (nihil autem anceps & varians aptum est ad tollendam ambiguitatem) disertè ac perspicuè iubemus duodecim pedes * relinqui intermedios inter vtramque domum incipientes à superposita fundamentis ædificij parte, eadémque obseruatione perseuerante ad summum vsq; altitudinis culmen, & ei qui hoc in posterum obseruauerit, licere domum in quantam voluerit altitudinem excitare & attollere, & fenestras fabricare, tã quæ prospectiuæ dicuntur, quã quæ luciferæ, secundũ diuinã constitutionẽ, siue nouã domũ velit extruere, siue veterẽ instaurare, siue ex incendio collapsam exædificare: Nulla licentia ex hoc spacio concessa tollẽdi vicino directum, & omni latere domus inuiolatum in mare prospectum, quem domi stans, vel sedens habet, nõ autẽ detorquendi hinc ipsum prospectum, ita vt cogatur vicinus ex obliquo mare aspicere. Quod autẽ ad hortos † atque arbores attinet: nec aliquid in superioribus constitutionibus comprehensum est, nec de his hic aliquid addit, neq; enim conuenit. Nulli autẽ liceat ædificãti domum iuxta compitum fortè, aut angiportum, vel plateam, duodecim pedibus latiorem* auferre partẽ plateæ, vel compiti, & proprio superaddere ædificio. Non enim quæ ad rempublicã pertinent, minuere, & ædificantibus diuidere volentes, duodecim pedum interuallum in medio domorũ definiuimus, sed ne angustiora sint domorum interualla. Si autem maius sit spacium, maneat vetus distantia: non enim eam minui concedimus, sed seruari vrbi propria iura. Si autẽ vetus ædificiũ secundũ veterẽ formam tale erat, vt minus esset domorũ abs se inuicem spacio duodecim pedum interuallũ, ne liceat præter veterem formã in altitudinem ædificium erigere, vel fenestras facere, nisi decẽ pedes in medio intercedant: tunc enim prospectiuas * is qui ædificabit, non poterit facere, nisi antea quoque fuerint, vt dictum est. Luciferas verò faciet vtiq; sex pedum seruato ab imo pauimento in altũ interuallo: eo tamen non audente vllo modo facere id quod vocatur pseudopatum, (id est falsum aut fictitium tabulatum aut pauimentũ in ipso ędificio) & ita ab hoc pseudopato ad sex pedũ altitudinẽ luciferas fenestras excitare, & sophisticę legẽ interpretari & cauillari. Si enim hoc liceat, eueniet iterum vt luciferę æquent prospectiuarum vtilitatem, & nihil distent à prospectiuis, & vicino noceant. Quod quidem fieri prohibemus, nullatenus cõpetens ædificantibus, vel ex pacto, vel ex stipulatione ius tollentes, si quod tale prorsus cõpetat. Insuper cũ priore lege cautũ sit, centum pedes altas domos combustas instaurare licere, etiã si alteri prospectũ in mare prohibeant: hanc etiã tollẽtes ambiguitatẽ, cõstituimus hoc obtinere tam in his quæ post conflagrationem renouatæ sunt, quã quæ nunquã antea fuerunt, & nunc primũ extruũtur. Sed & in his quę nullam ignis iniutiã senserũt,

vetusta-

* Conferant studiosi cum hac l. Nou. su. [illegible] 63. & Harmen. l. b. 2. tit. 4. de nouis o peribus, vbi magnam huius l. partẽ recitat.

* Lege 12. tab. sufficiebat inter vicinorum domos spaciũ duorum pedũ & dimidij intercedere, vt ait Festus, & Isidor. lib. 15. etymolog. vulg.

† apud Harmen. permittitur hortorum prospectum impedire, interpositis 15 pedib. &c.

* Harmenopu. libro.

* conspicilia vocat Harmenopuli interpres.

vetustate autē aut aliā quacunq; causa defecerunt, & in omnibus omnino domib⁹ quæ ædificantur, si centū pedū spaciū relinquat̃ inter circumiacentia loca, omni impedimento cessante fiant ædificia, etiā si aliis domibus prospectū in mare adimāt. Prospectū autem hunc liceat auferre à solis culinis vel latrinis, vel secessibus, vel scalis, vel traiectibus ad sola diuerticula vicorum pertinentibus, vel basterniis, quāuis & intra centū pedes velit quis ædificare, si modò tamē duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autē obseruari volum⁹ q̄ñ nullū adest pactū quod ædificare volentē adiuuet. Qui autem ex pacto vicini ædificant, intra definitū ab eis modū ædificēt. tunc. n. & eo nō custodito spacio permittimus attollere ædificia, etiā si ꝓspectū adimat iis qui cōsenserūt & pacti sunt, aut qui in eorū domos successerunt: quandoquidē cōpetentia iā quibusdā ex conuentione iura, ꝑ generalē auferri legē nō oportet. Itē illud etiā statuimus, ne ea quæ vocant̃ solaria, post hanc legē ex solis lignis & tabulis construantur, sed ad eorum quæ Romanensia dicunt̃ modū & figurā ædificent̃, & inter duo solaria ex aduerso sese spectātia, decē pedes relinquāt̃. sin hoc præ loci angustia fieri nō possit, tūc solaria fiāt ἐκ παραλλαγῆς, h. e. vt se inuicē nō ex aduerso vel ἐκ παραλλήλου respiciant, sed alternis, & ex obliquo atq; trāsuerso. Si verò spaciū mediū decē pedes nō excedat, tunc nulla ex parte nec aduersa nec trāsuersa liceat solaria aut meniana † fabricare. Quæ verò secundū suprascriptā formā ædificabunt̃, iubemus alta esse ab imò solo pedes quindecim, & eorū quidē columnas lapideas aut ligneas ita solo imponi iubemus, vt nō ad cathetum siue perpēdiculū stent, sicuti nec muros, vt nec aër qui est sub illis in superiore parte, vt dictū est, constitutis solariis, obturet̃, nec ex hoc angustior fiat angiportus, & publicū iter. Prohibemus autem & scalas à solo angiportus, inchoare, & ad solaria ducere, ita vt tā ex impensa & preparatione firmiore, quā quod nō ita proxima sint inter se solaria, breuiora & rariora & extinctu faciliora ex igne pericula ciuitati, & his qui domos habent, immineant. Si autē contra nostrā hanc legē fiat solarium vel scala, nō id solū quod factum fuerit detruncabitur, sed etiā ædificij dominus decē auri librarū pœnā expectabit: & qui designauit architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras persoluet: & qui fabricauerit artifex, si per inopiam non potuerit pœnam soluere, corpore luens à ciuitate fiat extorris. Præterea iubemus nemini licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus & stationibus ab eo quod vocatur Milium,* vsque ad Capitoliū obstruere ædificiis, vel solis etiā tabulis, vel aliis quibusuis rebus in medio columnarum exstructis: sed ipsa quidē ædificia non excedāt in latitudine pedes sex, comprehensis etiā parietibus plateam versus: in altitudine verò pedes septē. Omnimodo autē volumus per quatuor columnarū ordines relinqui à porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque huiusmodi tabernacula siue officinas exterius saltē marmore, vt & ciuitati sint decori, & transeuntibus voluptati. In reliquis autē ciuitatis regionibus extructas in mediis columnis officinas, pro vt vrbi esse vtile, & quatenus & quomodo existimaueris, extrui sancimus, omni æqualitate seruata, ne quod vni permittitur, cęteris prohibeatur.

† μηνιανα: vernumeniana. sic enim appellari scribit Nonnius [illegible] Meniana. C. e. [illegible] & in hoc [illegible] docet [illegible] lib. 2. c. 4 Com.

* Videtur legendum esse, Miliarium, vt intelligatur hic illa columna aurata, quæ in capite fori Romani ad ędem Saturni sita erat, in qua incisæ omnes viæ Italiæ terminabantur, vt ex Plin. li. 3. ca. 5. Suetonio in Othone, Tacito lib. 15. [illegible] Com.

Et hoc quidē cōstituim⁹, vt ne calūniantiū dolis & machinationibus, æquis & bonis viris periculum struat̃. Multi enim ædificaturis, lites, nō ex iniuria aliqua accepta, sed ꝑ inuidiā substruētes, intermissionū illis causam præbēt: vt eū qui iā cœperat ędificare, ꝓhibitū, & op⁹ imperfectū relinquere coactū, & in ius tractū, pecuniā ad ædificationē repositā, litigando cōsumere cogat: & (quod omniū incōmodissimū est) postquā victricē sentētia retulit, adhuc quasi indissolubilibus vinculis obligari cōtingit, dū appellationis prætextu fatales dies expectare cogit̃, & ex hac frustratione, & ædificationis interruptione voluptatē capit ei⁹ aduersari⁹. Adiicimus itaq; in eiusmodi casibus, vt si appellatio ab his quę ab arbitro definita sunt, intercesserit, simul atque missa fuerit ad iudicē relatio vel forma scriptis redacta, licere victori & victo, non obseruato legitimo appellationis introducēdæ tēpore, vnà cū aduersario vel soli ad tuæ magnificentiæ tribunal accedere, & aduersario ex more vocato, si absit, terminū rei cōtrouersiæ facere: vt omni mora abscissa, legitimus liti finis imponat̃, ne hyeme, si ita acciderit, præsente vel imminēte, dū lōgos appellationū dies statos expectare cogit̃ is qui iniustè ab incepto ædificio prohibitus est, dāna intolerabilia sustineat. Quod autē est ꝓximū, si etiā quis in huiusmodi cōtrouersiis appellare* voluerit, cōquerēs de magnitudinis tuæ sentētia, illico eā quā dicunt consultationē fieri iubemus: & dari tā victo quàm victori, vt de more sententiā ipsam accuratius expēdant in sacro nostro palatio, omni mora cessante. Nouerint autē quicunq; ædificant eis impedire præsumpserint, q̄ si victi fuerint, & omne quodcūque cōtigerit damnū resarcient, & materiæ precia quàm probabile erit corruptā aut deterioratā esse inter litiū moras, rependent. Quod autē ad eos qui iniustè ædificare tentauerint, attinet: & hi si victi fuerint, dāna ei qui ædificiū prohibuerit, & causæ ideò adesse coactus fuerit, refundēt. Omnē autem huiusmodi controuersiā in solo magnitudinis tuæ iudicio decidi præcipimus: & neque vlli cuiquam illustriū magistratuū audire huiusmodi causas, neque ex hac causa litigātes, militiæ vel fori præscriptione ad detrectandū iudiciū vel sumptuū & dānorū quæ sententia gloriosissimi pręfecti vrbis, aut ab ipso dati cognitoris cōtinebunt̃, solutionē detrectandā ꝑmittimus: sed exactioni eos subiici volumus, qui ex decreto magnificentiæ victi fuerint, nemine ad hoc fori præscriptione vtente. Prouideat autē magnificentia tua, ne quis redēptorū aut fabrorū aut artificū opus à se inchoatū relinquat imperfectū: sed vt accepta mercede opus quod incepit ꝑficere cogat̃: vel omne damnū quod inde ædificare volens acceperit, & quicquid omnino dispēdij sensit ex eo quòd opus perfectum nō fuerit, sarciat. Si autē penuria laboret qui ita deliquerit, fustibus cæsus ciuitate eiiciatur. Nullus autē id perficere prohibeatur quod ab altero cœptū opus fuerit: quod præsumi cognouimus à quibusdā artificibus vel redemptoribus, nec iis quæ ipsi cœperint, finē imponentibus, nec alios id perficere sinētibus, atque inde damnū intolerabile inferentibus iis qui domos suas fabricari cupiunt. Qui itaque hoc solo recusat opus perficere, quòd ab alio ante inchoatum sit, is eandem pœnam excipiat, quàm is excepit qui opus reliquit.

* Hinc clarè liquet licuisse à præfecto vrbi appellare: quod tamen aliquando prohibitum fuit: sed postea iterū permissum: C. T. de appell. lib. 15. l. 2. C. de his qui ꝓpter metū iudicis non appellauer. In eo ergo minor fuit præfecti vrbis auctoritas, quā P. P. præetorio. Idē significat hermeneuti⁹ & ipsē pręf. vrb. &. eph 41. Cassiod.

a ¶ *CVm dubitabatur.*] *Zenonis*. sed vbi est?

b ¶ *Manentibus.*] not. sic ĩ. *de testa. l. sancimus: & de appel. l. præcipimus in fi. facit ad l. istam* ĩ. *de aquaducta. l. hac lege. lib. xj.*

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

Quidam habent hîc rubricam de noui operis nunciatione, sed non est necessaria. satis enim pertinet hæc lex ad superiorem materiam. Et not. quod hæc nũciatio fit tribus modis, vt ff. de ope. noui nunc. l. de pupillo. §. meminisse.

XIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni* P.P.

CVm dubitabatur verum cõstitutio Zenonis † [a] diuæ memoriæ ad Amantium † præfectum vrbi scripta, quę de seruitutibus loquitur, localis esset, & huic florentissimæ vrbi dedicata, & deberent * illius quidem iura in hac obseruari, antiqua verò, quæ contraria sunt, locum habere in prouinciis: indignum esse nostro tempore putantes aliud ius in hac regia ciuitate de huiusmodi obseruari, aliud apud nostros esse prouinciales: sancimus eandẽ constitutionẽ in omnibus vrbibus Romani imperij obtinere, & secundũ eius definitionem omnia procedere: & si quod ius ex ea lege innouatum est à vetere dispositione, hoc & in prouinciis à præsidibus earũ obseruari: cæteris videlicet omnibus, quæ non per Zenonianam legem innouata sunt, sed veteribus legibus cõprehensa, in sua firmitate in omni loco manentib⁹ [b]. Da. Kal. Sept. Cõstantino. post cõsulat. Lampadij & Orestis. VV. CC

TITVLVS XI.

DE † NOVI OPERIS nunciatione.

Si nunciator noui operis sit paratus statim de iure suo docere, debet audiri, & de causa cognosci: & intra tres menses terminari: quibus perfectis auditur ædificator, si offert satisdationẽ de opere demoliẽdo. Sal.

I. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni* P.P.

DE operis noui nũciatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem, nostra cognouit tranquillitas, dicentibus si quis denunciationem ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum ex quo denunciatio missa est, iterum ædificationẽ prohibere [a]. Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur, siue etenim non rectè opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri, siue rectè denunciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denunciationem emiserit, in hac quidem regia vrbe præfectum vrbi festinare [d]: in prouincia verò rectorem eius intra trium mensium spacium causam dirimere [e]. Sin verò aliquod fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum [f], licentiam habere eum qui ædificationẽ deproperat, opus de quo agitur efficere, prius fideiussore ab eo dato officio vrbicariæ præfecturæ, vel prouinciali, vt si non rectè ædificauerit, omne opus quod post denunciationem fecerit, suis sumptibus destruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denunciantibus consuletur. Dat. XII. Kal. Nouemb. Constantin. post cõsulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. ann. secund.

TITVLVS XII.

DE OPERIBVS publicis †.

Iudex non potest immunitatem concedere ab opere publico. Salyc.

I. *Impp.* CONSTANTINVS & CONSTANS AA. *ad Catulinum.* *

PLVRIMI immunitates operum publicorum concessione iudicum adepti sunt [g], & ideò iubemus in posterum elicitas immunitates nullius esse momenti [h]. D. VI. Kal. Aug. Sirmij, Vrso [Lupulo] & Polemio Conss.

Impensa de qua constabat, à commentariensi est approbanda. Sal.

II. *Iidem* AA. *ad Marcellianum com. Orientis.* †

QVę operib. publicis impẽsa cõstiterit, accepto ferri oportere cognoscas [i]. Dat. V. Non. Octob. Constantinop. Limenio & Catulino Conss. †

Prætoria & domus publicæ non debent in vsus priuatos conuerti. Salyc.

III. *Iidem* AA. *Ecdicio præfecto Ægypti.* †

PRætoria [k] iudicum & domus publicas oportet publico iuri atque vsui semper vindicari PP. IIII. Non. Decemb. Antiochiæ Mamertino & Neuita Conss.

Sumptu publico non potest iudex nouum opus inchoare sine principis licentia, sed antiqua restaurare sic. Salyc.

IIII. VALENTINIAN. & VALENS AA. *ad Symmachum præfect. vrb.* †

INtra vrbẽ [l] Romã veterẽ & nouã nullus iudicum nouum

c ¶ *DE operis noui.*] *Prohibere* Per nouam denunciationẽ. Vel verius dic per veterem. Accursius.

d ¶ *Festinare.* si super hoc adeatur.

e ¶ *Causam dirimere.* ¶ nota speciale contra regulam generalem. ĩ. *de iudic. l. properandum.* Vel certè hîc non dicit causam debere finiri intra tres menses: sed debere expectari vt probet si velit.

f ¶ *Impedimentum.* intra [a] tres menses, sic ergo si ante tres menses, etiam si millies satisdet, nõ tñ permittitẽ ædificare: nã & hic deproperabat facere opus, & satisdare volebat: nõ tñ permittitẽ nisi post tres menses, & sic contra dicũt plures leges, *ff. de oper. no. nuncia. l. prætor. §. si quis paratus. & §. hoc autem interdictum. & l. de pupillo. §. si is cui.* quibus & aliis pluribus dicitur quòd si ille cui nunciatum est nouum opus, paratus [b] est satisdare, pro satisdato habetur, si nunciator non recipit. Solu. dicũt hîc quidam loqui cùm denunciatio facta est per prætorem: ibi per se. 2 Secundi dicunt esse in arbitrio actoris siue nunciatoris velit recipere satisdationem, vel non: vt si reciperet, [c] statim sit facta remissio, & possit ille ædificare: vt in contrariis. Si [d] verò nolit recipere satisdationem: sed dicat se incontinenti paratum probare: est audiendus & expectandus per tres menses: & postea si non probauerit, poterit ille ædificare: oblata tamen satisdatione. *& sic loquitur hîc. & ad hoc est argu. ff. vt in possess. lega. l. si is à quo. in principio. & ff. ad Trebell. l. ille à quo. §. j. & ff. ad exhib. l. iij. §. ibidem.* 3 Tertij dicunt esse in arbitrio volentis ædificare, an velit statim satisdare & sic postea ædificare: an non. *argumen. ff. de iur. dot. leg. plerumque. §. fina. & arg. contrariarum legum.* 4 Quarti distinguunt, possideat ædificator locum in quo ædificat, an non. primo casu admittitur statim cũ satisdatione, vt in contrariis. in secũdo nõ, & hîc. 5 Quinti distinguunt, aut ædificat in publico vel priuato, hîc in publico, in contrariis in priuato: vt statim satisdando possit ædificare: *vt argum. d. l. prætor. §. hoc autem interdict.* Mediam Ioan. & Hugo probant, secundam probat Azo. ADDITIO. Dynus (vt refert Bart. in l. prætor ait. §. si quis paratus.) coniungit secundam solutionem istius glossæ cũ tertia, & bona est secũdũ eundem Barto. Aut ille qui nunciat dicit, ego sum paratus ostendere de iure meo, vt hodie constat, hodie agamus, tunc licèt sit paratus satisdare, debet ædificans expectare per tres menses, vt hac l. & c. vlt. extra eod. Si verò dominus nũciat, & statim oblata satisdatione nil dicit, tunc statim fit remissio, & est in electione satisdantis differre vel satisdare, vt in contrariis.

DE OPERIBVS publicis.

De priuatis dixit operibus licèt & de publicis miscuerit, nunc principaliter de publicis.

g ¶ *PLurimi immunitates.*] *Adepti sunt.* quod est contra publicam vtilitatem. Accurs.

h ¶ *Momenti.* illicita [a] ergo concessa nõ valent. *sic & ĩ. de prec. imp. offer. nec damnosa. & ĩ. de immu. ni. conce. l. j. lib. x.* ¶ Et no. quòd leges huius tituli non leguntur: quia inutiles sunt.

i ¶ *QVæ operibus.*] *Cognoscas.* scil. commentariensis, vt ex suprascriptione huius legis apparet, *& facit ĩ. de mo. mul. l. pen.*

k ¶ *PRætoria.* loca [b] vbi resident iudices in cognoscẽdo, *vt & ĩ. de episco. & cleri. l. omnes qui & ibi, adduxerunt Iesum in prætorium. & facit ĩ. de offi. rect. pro. l. nulli.*

l ¶ *INtra vrbem.* *facit ad l. 9. in. ff. eo. l. fi. §. j. & l. pen. & l. opus.*

† Quæ superius & infra est. Cõt.

† Legem Ademãtium. Cont.

* debent bis quidem.

a Opus nouũ nunciatum ... [illegible] satisdare.

b Paratus satisdare an habeatur pro satisdato, si oblata satisdatio non recipitur.

† Hic Titulus deest in omnibus manuscr. vt his notauit, & à libraris omissum est. Cont.

c Remittere nõ ... videtur, qui satisdationem operis noui causa recepit.

d vide Kalb. decis. 496.

† C. T. li. 15. tit. 1. l. 3.

* In C. T. legitur, Hanc Catulino, Karissime nobis. Cõt.

a Illicita concessa non valent.

† Deest in Co. T. teste. Cont.

b Prætorium quid sit.

† C. T. ibi. l. 6.

† Græca.

† Ex C. T. ibi. l. 8.

† Ex C. T. ibi. l. 11.

a ¶ Præscriptio temporis] Obsistere. Cōtra ĩ. de præscriptione xxx. annorum. l. omnes. sed hic loquitur de locis publicis.[a] sic ff. de via publica. l. pen. & ff. de vsuca. l. fi. Accursius.

a Hic ergo ratione publicæ vtilitatis cedat præscriptio: & v. bonam Glos. in c. cum non liceat. ex. de præscript.

b ¶ Sed nec rescripta. concordat ĩ. de precib. imperat. offe. l. iii. in fi. & ĩ. eod. l. j. ĩ. si contra ius vel vti. pu. l. fina.

c ¶ Faciem. si verò non noceat, non destruitur, sed salariū imponitur: vt ff. ne qui. in loco publico. l. ij. §. si quis nemine.

d ¶ Ad portus.] Certatim. Ista litera plena est: quia [b] certas operas debet quilibet subiectorum conferre ad prædicta facienda. alibi sic habetur, certatim, id est, seperatim vel singulariter.

b Certatim operas conferre quid.

† Ex C. T. ibid. l. 22. vbi legitur, Hanc Procule karis. nobis erat aut li Proculus Præf. vrbis Constantinopolitanæ: vt C. T. 15. tit. ... liq. Conn.

e ¶ Priuilegiis. imò contra: vt ĩ. de professio & medi. l. medicos. lib. x. Solu. illi non excusantur ratione dignitatis, sed officij & publicæ vtilitatis. Vel speciale est q̃d hic dicit, in portubus & aquæductu & muris: vt & ĩ. de sacrosanct. eccle. l. ad instructionem. & ĩ. de aquæductu. lib. xj. l. ad rem. & infra qui um. ex. i. fin. lib. x. & ĩ. de colla. fun. pa. l. fina. lib. xj.

† Con. h. ibid. l. 25.

f ¶ Omnes. contra Gabrielē de Organo. Accurs.

g ¶ Annos quindecim. nota speciale. aliàs xl. anniscurrit præscriptio contra rempublicam: vt ĩ. de præscript. xxx. ann. l. omnes. Item not. intra quantum tempus firmetur opus.

h ¶ Si quando.] Auctoritas. facit ĩ. de appel. l. si offerendu.

i ¶ Si qui.] Obnoxij facit ff. eod. l. opus. in fi. & l. nec præsides.

k ¶ Ne splendidissima. Tertiam partem. vt & ĩ. de vectigal. l. fina. sic faciunt clerici in decimis.

† C. T. ibi. l. 34.

l ¶ Et thermarum. loca[c] publica ad balneandū. & facit in authen. de coll. §. iubemus. col. ix.

c Thermæ quę dicantur.

m ¶ Omnes.] Renouare. principis vel præsidis auctoritate: vt ff. de re. diui. l. ante penult.

† Al. decreta. Cont.

n ¶ Pacto. i. modo.

o ¶ Imperauerit. sic in authen. de man. prin. §. deinde competenti. colla. iij. & facit ĩ. de vecti. & com. l. j.

nouum opus informet, quoties serenitatis nostræ arbitria cessabunt: nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus cōstruere voluerit. Ea tamē instaurandi, quę iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, vniuersis licentiam damus. Dat. VIII. Kal. Iun. Philippis, diuo Iouiano & Varroniano Conss.

Etiam per principis rescriptum non licet occupare locum publicum ædificando contra decoram faciem ciuitatis, nec allegari potest præscriptio. h. d. Salycetus.

v. Impp. Gratia. Valen. & Theod. AAA. ad Proculum.†

Præscriptio temporis iuri publico non debet obsistere[a], sed nec rescripta[b] quidem atque ideo diruenda sunt omnia quæ per diuersas vrbes, vel in foro vel in publico quocunque loco contra ornatum & commodum ac decoram faciem[c] ciuitatis extructa noscūtur. Dat. iij. Id. Iun. Constantino. Merobaude. ij. & Saturnino Conss.

Ad constructionem aquæductus vel portus, seu murorum refectionem quilibet conferre tenetur: non obstante dignitatis priuilegio. Salyc.

vi. Iidem AAA. Cynegio. P. P. †

Ad portus & aquæductus & murorum instaurationem siue extructionem, omnes certatim[d] facta operarum collatione instare debent, nec aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis priuilegiis[e] excusari. Dat. XV. Kalen. Februa. Constantinop. Richomere & Clearcho Conss.

Ille qui præest operi publico construendo, tenetur de operis vitio intra quindecim annos in futurum apparituro. Salycetus.

vii. Iidem AAA. Cynegio præfecto prætorio. †

1 Omnes[f] quibus vel cura mādata fuerit operum publicorū, vel pecunia ad extructionem solito more credita †, vsque ad annos quindecim[g] ab opere perfecto cū suis heredibus teneantur obnoxij: ita vt si quid vitij in ędificatione intra præstitutum tempus peruenerit, de eorū patrimonio (exceptis tamen his casibus qui sunt fortuiti) reformetur. Dat. III. Non. Febr. Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone Conss.

Licentia diruendi domos alienas pro fabricatione operis publici, non extenditur ad domos excedentes quinquaginta libras argenti: ideò tunc princeps est consulēdus. Sal.

viii. Impp. Theod. Arcad. & Honor. AA. Aureliano præfecto vrbi. †

1 Si quando concessa à nobis licentia fuerit extruēdi: id sublimis magnificentia tua sciat esse seruandū, vt nulla domus inchoandæ publicæ fabricæ gratia diruatur: nisi vsque ad L. libras argenti precij æstimatione taxabitur. De ædificiis verò maioris precij† ad nostram scientiam referatur: vt vbi amplior poscitur quantitas, imperialis extet auctoritas[h]. Dat. III. Kalend. Mart. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundantio Conss.

† C. Theo. tit.

Maiestatem principis lædit qui nomen suum in opere publico inscribi facit. Salycetus.

ix. Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio. †

† Ex C. T. ib. l. 31.

Si qui iudices perfecto publicis pecuniis operi suū nomen sine nostri numinis mētione inscripserint, maiestatis teneant̃ obnoxij[i]. Dat. III. Non. Iul. Cōstanti. Arcadio. III & Honorio. II. AA. Cōss.

Ad refectionem publicorum mœnium & thermarum, princeps deputat tertiam partem redituum feudorum reipublicæ illius ciuitatis. Salycetus.

x. Impp. Arcadius & Honorius AA. Eusebio comiti sacrarum largitionum.

† Ex C. T. ib. l. 34.

Ne splendidissime† vrbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris reipublicę tertiā partē[k] reparationi publicorū mœniū, & thermarum[l] substitutioni † deputam⁹. Dat. XI. Kalend. Iul. Mediolani, Olybrio & Probino Cōss.

† al. illa refectioni.

Incolæ ciuitatis debent pro rata sui æstimi conferre ad constructionem operis publici. Salycetus.

xi. Iidem AA. Cæsario præfecto prætorio. †

† Ex Cod. Th. ibid. l. 34.

2 Omnes prouinciarū rectores literis moneant̃, vt sciāt ordines atq; incolas vrbiū singularū muros vel nouos debere facere, vel veteres firmi⁹ renouare[m], sic hoc pacto[n] impēdiis ordinādis, vt adscriptio currat pro virib⁹ singulorū, deinde adscribant̃ pro ęstimatione operis futuri territoria ciuiū: ne pl⁹ poscat̃ aliquid quā necessitas imperauerit[o]; néve min⁹: ne instās impediatur effectus. Oportet nāq; per singula nō sterilia iuga† certa quoq. distribui, vt par cūctis præbēdorum sumptuū necessitas imponat̃: nemini excusatione vel alia præsumptione ab huiusmodi immunitate[p] præbēda. Dat. viiij. Kal. April. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. Cōss.

† refectione, non iugera. quæque in manuscr. & C. Theo.

Iudices non possunt sua auctoritate opus nouum inchoare: nec ornamenta ædium de suo loco transferre sub pœna hic posita. Salyc.

xii. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio. †

† Ex C. Theo. ibid. l. 37.

Nemo[q] iudicum in id temeritatis erumpat, vt inconsulta pietate nostra, noui aliquid operis existimet inchoādum: vel ex diuersis operibus ornamenta, aut marmora, vel quamlibet speciem quæ fuisse in vsu & ornatu probabitur ciuitatis, eripere, vel aliò transferre sine iussu sublimitatis tuę audeat. Etenim si quis contra fecerit, sex libris auri multabitur. Similis etiā cōdemnatio ordines ciuitatum manebit[r], nisi ornamentum genitalis patrię decreti huiusmodi auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorum fabricas, arbitratu proprio prouinciarum: iudices studio laudandæ deuotionis arripiant. Dat. II. Kalen. Ian. Mediolani, Honorio. IIII. & Eutychiano Conss.

Aedificia coherentia operibus publicis propter quæ formidari possunt incendia vel insidiæ, vel per quæ angustentur spacia platearum, debent prosterni & dirui. Salyc.

p ¶ Immunitate. fic ĩ. eo. l. ad portus.

q ¶ Nemo. & facit ff. eo. l. opus. & l. pe. & de leg. j. l. cætera. §. item quæritur. Accursius.

r ¶ Manebit. id est, detinebit.

† Ex C. T. ib. l. 30.

supra de pign. act. l. penult. in fin. & ff. de fur. l. cum creditor. & supra de ind. l. cum debitoris tui. & si citra conuentionem ingrederentur, tenerentur de vi: *vt infra ad l. Iul. de vi. l. in possessionem, & j. vi bon. rap. l. ij. & supra solu. matri. l. dotis. & ff. quod met. caus. l. extat.* ¶ Sed quid si debitor creditori resistit, qui ex conuentione vult ingredi? Adhuc dixit Azo vim videri fieri. quod Ioã. nõ placet, cũ semel hoc placuit debitori: *vt in ijs que alie. licet vel nõ. §. j. & ff. de aqua plu. arcen. l. in diem. & ff. de diuer. tempor. praescrip. l. de accessionibus. in fi. & j. de euic. l. sine in libertatem. ff. de pign. act. l. qui tutiorio.* Item quid si debitor alienauit, vel alio modo est possessio penes alium? Respond. creditorẽ posse ingredi, sicut & qui seruũ accepit in quẽ habet iniectionem manuum: *vt ff. de ser. expor. l. si Titius. & ff. de contrahen. empt. l. si sub hoc pacto.* Itẽ quia illud est pactum in rem: ius autem ingrediendi, est ius executiuum: *vt j. eo. l. pignoris. & argu. ff. vt in possess. l. si cuius. §. qui in possessionem.* Econtra videtur quòd nõ: quia illud pactum emptorem vel alium possessorem non afficit, quod M. dixit. *arg. j. de act. & obl. l. eum.*

a ¶ *Debent.* i. possunt. nam & sine eo possunt: vt dixi. & sic debet[a], i. potest. *ff. de offic. procon. & leg. l. obseruare. §. fin.* Sic ecõtra ponitur potest[b] pro debet: *vt supra fine cen. vel re. authent. sed & periculum.* Vel debet ex vrbanitate[c]. *sic & j. de fur. ciuile. & argu. ff. de re. eorũ qui sub tu. vel cur. l. si pupillorum. §. si pupillus.* si tamẽ & suo iure volũt facere, possunt.[d] Sic ergo inciuiliter[e] factum non punitur: quod est not. *sic & ff. de sepulchr. & l. et si quis. §. idem Labeo. & quod met. cau. l. fin. in fine.*

praesidis possessionem adipisci debent[a]. P P. Kalendas Maij. Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

Vbi obligatio principalis est spontanea, praesumitur quòd qualibet accessoria sit sponte contracta. Baldus. Vel sic: Necessitas rei familiaris non est iusta causa rescindendi pignoris contractum. Bartolus. Vel sic: Qui pignus dedit creditori aliter mutuare nolenti, non dicitur vim pati. Salyc.

IIII. *Iidem AA. Bellio.*

Cvm † te pecuniam accepisse, & agros tuos obligasse fatearis: non habet rationem quòd quereris vi[b] te coactum pignori dare. Si igitur recipere vis rẽ tuam, solue creditori tuo pecuniam debitam[c]. Dat. III. Kalend. Iun. Antonino. A. III. Geta. III. Coss.

Sententia lata contra debitorem sciente creditore, in duobus casibus non praeiudicat creditori, scilicet quando debitor collusit: & quando succumbit ex causa quae non praeiudicat creditori. Baldus. Vel sic: Sententia lata contra debitorem, praeiudicat creditori scienti: nisi fuerit lata per collusionem, vel propter praescriptionem. hoc dicit secundùm Salycet.

V. *Imp.* ANTONINVS. A. *Domitio.*

Praeses prouinciae vir clarissimus ius pignoris tui exequentem te[d] audiet, nec tibi oberit sententia aduersus debitorem[e] tuum dicta, si eum

Cvm.] CASVS. Si propter alimentũ familiae meae, & sic quasi coactus à te x. accepero mutuo, & praedium meũ tibi obligauero: an possim conqueri quasi tibi sim compulsus praedium obligare, quaeritur? Respond. quòd non: sed debeo pecuniam reddere, & praedium recuperare.

b ¶ *Vi.* quia aliter non dabat pecuniam, vel necessitate rei familiaris: *vt j. de rescin. ven. l. non idcirco.* Accur.

c ¶ *Debitam.* vt & ff. de pign. ac. l. si rem alienam. §. omnis.

Praeses.] CASVS. Mutuaui tibi x. & praedium mihi obligasti. Titius praedium emit: conuenit te in iudicio super isto fundo tu accepta pecunia ab eo, passus es te superari, vt sic pignore me defraudares an sententia lata aduersus te mihi praeiudicet in hypothecaria? Dicitur quòd non: cum passus tẽ vinci fueris per collusionem cum aduersario tuo. Viuianus.

d ¶ *Exequentem te.* per hypothecariam.

e ¶ *Debitorem.* agentem vel conuentum.

f ¶ *Tuo.* contra quem modo agis per hypothecariam.

g ¶ *Praescriptione.* vt quia non stetit iuri: *vt ff. de exill. l. si ideo.* Vel secũdo, quia dimisit labi triennium intra quod debebat causa finiri. vnde integrum ius mansit creditori & etiam debitori. 3 Vel tertio, quia cum creditor esset absens, debitor praesens. & possessor haberet titulum, & praescripsit x. an. cõtra debitorem praesentem: quod creditori absenti non nocuit: *vt j. si aduer. cred. l. j. & ij.* Videtur ergo ex hac l. quòd nocet creditori aliàs, nisi in his duobus casibus. & sic est contra. *ff. de pign. l. si superatus. in princ. & de exec. rei iud. l. iudicata: quae sunt contra:* quibus dicitur indistinctè nõ nocere. Dic ergo: aut debitor prius fuit superatus & pòstea obligauit & tũc obstat exceptio creditori sicut & debitori: *vt ff. eod. l. si superatus. §. per iniuriã.* Si verò prius obligauit, & postea est superat[a]: si quidem creditore ignorãte, non fit praeiudicium creditori: *vt in contra. & ff. de except. rei iud. l. si mater. §. fina.* Si verò sciente creditore, tunc praeiudicat sibi: nisi in duobus istis casibus: *vt hic, & ff. de re iud. l. saepe cõstitutum. §. sed sciente. & ff. de app. l. ab executore. §. alio. in fine.*

collusisse cũ aduersario tuo[f], aut (vt dicis) non causa cognita, sed praescriptione[g] superatum esse constiterit. P P. Idus Maiis Romae, Duobus & Aspris Coss.

Illud quod creditor praestat pro re obligata, auget debitum. Baldus. Vel sic: Creditor potest pignus retinere non tantum pro debito, sed etiam pro eo quod soluit pignoris occasione. h. d. Sal.

VI. *Iidem A. Quinto.*

In summa debiti computabitur etiam id quod propter possessiones pignori datas ad collationem viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium[h] obsequium praestitisse creditorem constiterit. PP. III. kalend. August. Antonino. A. IIII. & Balbino. Coss.

Ista lex duos habet intellectus: vnus quando praescribitur contra debitorem. & iste est verus intellectus. alius quando ipse debitor praescribit: & iste licet in se sit bonus, tamen quantum ad legem est impertinens. secundum primum. hoc dicit. Vsucapio dominij non resoluit hypothecam. sed secundùm aliam lecturam hoc dicit. Vsucapio dominij confirmat ius hypotheca. Est autem prima vera. Bald.

VII. *Imp.* GORDIANVS. A. *Martiano.*

Vsucapio[i] pignoris cõuen-

In summa.] CASVS. Obligasti mihi praedium pro x. ex quo cõsueueras soluere aliq d in refectionem: si illud solui, quia tale onus sequitur praediũ quocũque vadat, an in summã computari debeat, quaeritur? Dicitur quòd sic. Viuian.

h ¶ *Necessarium.* necesse ergo habet creditori tributorum onera subire, cum sit possessor[a]: *vt ff. de pa. interdum. & l. epistola. §. j.* sicut fructuarius: *vt ff. de vsufru. l. habitet*[c]. quod tamẽ soluit, repetit à debitore: *vt hic, & j. de pignor. ac. l. creditor qui in fi. & ff. de pign. ac. l. si necessarias. in princ. & l. si ser.*

Vsucapio.] CASVS. Obligasti mihi rẽ tuã: peruenit ad Titiũ: Titius eã vẽdidit Sempronio bona fide emẽti, & eã vsucepit: an extinguatur ius pignoris per hoc quod desisti esse dominus, quaeritur? Et dicitur quòd nõ. Vel dic casum aliter vt in glo. Viuianus.

i ¶ *Vsucapio.* Pone casum in quatuor personis. Titius mihi Sempronio rem suam mobilem obligauit: hic Titius negligentia desiit possidere, vel quia sine herede decessit: vt instit. de vsucap. §. quod autem. & possessio peruenit ad Cornelium qui alienauit Caio, qui Caius triennio vsucepit. Sunt ergo hic duo iura, scilicet dominiũ quod est debitoris, & hoc per vsucapionem perditur. Item ius pignoris: & hoc non perditur per l. istam. ¶ Nota ergo quòd alienatione[b] legali, scilicet[c] vsucapione, non[d] tollitur ius pignoris, sicut nec alienatione hominis: *vt infra eodem leg. debitorem.* Est autem vsucapio legalis alienatio: *vt ff. de verbor. signific. l. alienationis.* ¶ Item[e] nota hanc legem habere locum in vsucapione triennij: secus in praescriptione x. vel xx. annorum: *vt supra si aduers. cred. l. j. & ij.* Sed quae est ratio quòd ius pignoris tollitur praescriptione & non vsucapione? Respon. ibi est maius tempus: sicque maior negligentia. Est & alia ratio: quia dominium nihil habet commune cum causa pignoris. licet enim dominium vsucapiatur triennio, non tamen actio in rem: nisi per quandam consequentiam: non tamen hypothecariẽ neque principaliter: quia sic nulla actio triennio tollitur, nec per consequentiam: vt in rei vindicatione dixi: quia haec hypothecaria nulla societate dominio iungitur, sicut in rem: *vt dicto titulo si aduer. cred. leg. j. nota.* ¶ Item quid si rem hanc mobilem

a Tributorum onera possessori incumbunt, ea tamẽ repetere potest à debitore.

b Alienatio legalis dicitur quae à lege essicitur alienatio.

c Vsucapio est alienatio, & quidem legalis, vt hic. adde Cepol. in l. 2. C. pro emptore in prin. & nu. 38. quod maximè valet ad quaestionem, an alienatione prohibita intelligatur vsucapio prohiberi. de quo dixi in Glos. l. vlt. in verbo quaerere. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.

d Pignoris ius non tollitur alienatione legali, nec alienatione hominis.

e Pignus tollitur praescriptione, sed non vsucapione & cur.

mobilem tenuit non solùm triennio, sed etiam decennio hic vsucaptor, an tuetur se quia tenuit decennio? R. non cùm in rebus mobilibus non habet locum præscriptio: vt ff. de diuer. & tempor. præscri. l. longæ. & supra in quibus cau. ces. longi tempo. præscript. l. in seruorum. Sed certè non rei, sed actioni dicimus præscribi, sic & 3. quod me. cau. l. ij. ideóque prodest ei, vt notatur in d. l. supra si aduer. cre. l. j.

tionem[a] non extinguit. PP. Nonas Septemb. Pio & Pontiano Coss.

Per sententiam latam in personali, non intelligitur creditori satisfactum, & ideo potest agere hypothecaria. Bald. Vel sic: Licet debitor sit condemnatus, si non soluit, non tollitur ius pignoris. Bart.

VIII. *Idem A. Festo.*

2 QVamuis personali actione expertus aduersus reum[b] vel fideiussores, seu mandatores eius feceris[c] condemnationem, pignoris tamen adhuc habes persecutionem[d]. PP. Idi. Mart. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Emptor agens rei vindicatione contra creditorem, facit quòd creditor compensat in debito fructus perceptos ex re. Baldus. Vel sic: Creditor computatis fructibus in debito, & soluto residuo, tenetur pignus restituere ei in quem debitor transtulit. Salyc.

IX. *Idem A. Attico.*

SI dominium eius possessionis quæ[e] pignori data[f] esset, à debitrice domina ad te[g] trâslatum est[h], eámque[i] postea creditor[k], vel eius heredes detinere cœperunt, vindicâ[l] eam rem* præside prouinciæ curâte, vt fructuum deducta ratione[m], † residuóque à te[n] oblato, si fuerit[o] satisfactum[p], ea possessio tibi[q] reddatur. PP. III. kalen. Oct. Gordiano A. & Auiola Coss.

De vrbanitate ante ingressum iudicij debet conueniendus requiri extra iudicium. Bald. & Sal. Vel sic:

Item nonne* qui agit debet probare dominiū debitorē; quòd hic facere non potest? Resp. sic, tempore obligationis non nunc: vt ff. eodem l. si superatus. & l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. Sed si creditor ab vsucaptore per hypothecariam auocat, tu debitor luere potes, vt ff. de distract. pignor. l. rescriptum. §. j. ibi, & cùm per iniuriam. &c. nec potest creditor te repellere illa ratione, quia nō posset agere debitor côtra vsucaptorē, ergo nec contra creditorē, quia illud haberet locū si ageres rei vindicatione, sed hic agit debitor pigneratitia actione ex côtractu, vbi agit etiā si res nō fuerit sua, vel desierit esse sua, sicut & cômodator, & depositor: vt ff. commodat. l. is vt si fur. & ff. deposi. l. j. §. si prædo. & de pigne. actio. l. si rem alienam. §. is quoque. ¶ Sed nonne vsucaptor à debitore recuperat per actionem in rem? Resp. sic: & est similis circuitus, vt ff. de condict. indebi. l. indebiti. §. fin. & ff. qui po. in pigno. ha. l. Claudius. Est ergo consilium debitori vt faciat sibi cedi † à creditore ius hypothecariæ quod habebat aduersus vsucaptorē: vt ff. qui pot. in pig. hab. leg. mulier. & de euict. l. in creditorem. & hoc incontinenti cùm soluit vel hoc acto, tunc etiam postea: vt ff. de solu. leg. Modestinus vel in solutum ei pignus dimittat. Alij dicunt cedi debitori per creditorem ius retentionis quod habet creditor ex sententia lata contra vsucaptorem, sic ergo vsucapione proprietatis non extinguitur pignus: vt hic, & ff. pro herede. l. ij in princip. & ff. de vsucapionib. l. sequitur. §. si rem. & pro emptor l. si rem quam. nec vsusfructus. vt ff. de vsufructu l. locum. §. penultim. sed operam in seruo relictam sic: vt ff. de vsufructu legat. l. ij. in fine. Alij ponunt casum: Quidam obligauit mihi rem mobilem alienam quam vsucapiebat: non valuit tunc obligatio, sed si post perficit vsucapionem, conuentio pignoris valet, vt hic, vt ff. de pignor. actio. l. rem alienam j. respons. & secundum hoc facit ff. de rei vindicatione l. si à Titio. & ff. eodem. l. j. in principio. Sed certè melius diceret confirmatur quàm dicat, non extinguitur. Si tamen teneas hunc casum: dicas debitorem bonæ fidei possessorē, aliàs cùm fuerit furtiua non vsucaperetur vt 3. pro emptor. l. cùm sic. Alij vt Placent. dixerunt, hanc legem non posse intelligi. Accursius.

a ¶ *Pignoris conuentionem.* i. hypothecariam quæ oritur ex conuentione pignoris. Accur.

QVamuis.] CASVS. Si debitorem meum vel fideiussorem conuenero, & condemnari fecero in actione personali: an nihilominus hypothecæ pignora mihi obligata persequi possim, quæritur dicitur quòd sic.

b ¶ *Reum.* s. debitorem.

c ¶ *Feceris.* i. fieri feceris. sic ff. de his qui not. infam. l. furti. §. mandat. ¶ Et not. condemnationem, secus si fuissent absoluti à personali, quia tunc tollitur pignus. vt ff. quibus mod. pignus vel hy. otheca. solui. l. si differente.

d ¶ *Persecutionem.* habet enim hypothecaria* suas côditiones, vt non aliter tollatur nisi fuerit satisfactum: vt & ff. eodem. grege. §. etiā. & de pigno. actio. leg. solutum in princip. & ff. de distr. pig. l. quæsitum. & supra de act. & oblig. l. est in arbitrio. & infra etiam ob chirogra. pec. l. vnica.

Creditor potest prosequi ius pignoris, licet debitori non sit denunciatum vt soluat. Bart.

X. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. *Alexandro.*

DEbitores præsentes prius denunciationibus conueniendi[r] sunt. Igitur si conuenti debito satis non fecerint, persequeris tibi pignora, seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, competentibus actionibus[s], rector prouinciæ auctoritatis suæ auxilium impartiri* non dubitabit. Datum XIIII. kalend. Feb. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Ad euidentiam nominator tenetur pro nominato, si nominatus non est idoneus, & licet nominator pro nominato conueniatur, tamen sua auctoritate res nominati capere non potest. Bald. Vel sic: Non licet eligentibus, ad munera, pignora inobedientis capere sine præsidis auctoritate. Salyc.

XI. *Iidem AA. & CC. Euphrosino.*

NOminatori[t] pignori capere sine p̄sidis[u] auctoritate res nominati non licet. S. III. Id. Mart. AA. & Coss.

Vir succedens vxori, res quas vxor obligauerat, soluto debito recuperat. Baldus. Vel sic: Licet de pignore instrumentum non sit confectum, nihilominus creditor habet plenum ius. Bar. Vel sic: Successori debitoris debent pignora reddi, licet non caueatur in instrumento debiti. Salyc.

SI dominium.] CASVS. Mulier quædā obligauit prædium suum, postea illud mihi donauit, si creditor illud possidet, potero illud vindicare, si tātum percepi de fructibus quòd sufficiat ad debitum, vel si nō sufficiat illud: quod deest, soluam ei.

e ¶ *Quæ.* hic nō potest esse quæ, & cū, vt quidam textus habent, alterū enim superfluum est, nisi bis ponātur illa verba, pignori, &c. ita scilicet, si dominiū eius possessionis q̄ pignori data esset, ad te translatum est, cùm pignori data esset. Azo.

f ¶ *Data.* Titio.

g ¶ *Ad te.* Seium.

h ¶ *Translatum est.* per venditionem vel legatum.

i ¶ *Eámque.* s. possessionem.

k ¶ *Creditor.* Titius.

l ¶ *Vindica.* actione in rem.

m ¶ *Ratione.* vt & j. de distract. pig. l. j.

Quidam habent hic rubricam de noui operis nunciatione, sed non est necessaria. satis enim pertinet hæc lex ad superiorem materiam.Et not.quod hæc nũciatio fit tribus modis, vt ff. de ope. noui nunc. l. de pupillo.§.meminisse.

c ¶ *De operis noui.*] *Prohibere.* Per nouam denunciationẽ. Vel verius dic per veterem.Accursius.

d ¶ *Festinare.* & super hoc adeatur.

e ¶ *Causam dirimere.* ¶ nota speciale contra regulam generalem.3. *de iudic. l. properandum.* Vel certè hic non dicit causam debere finiri intra tres menses: sed debere expectari vt probet si velit.

f ¶ *Impedimentum.*intra tres menses, sic ergo si ante tres menses, etiam si millies satisdet, nõ tñ permittit ædificare: nã & hic deproperabat facere opus, & satisdare volebat: nõ tñ permitit nisi post tres menses, & sic contra dicũt plures leges, *ff. de oper. no. nunci. l. prætor.* §. *si quis paratus.& §.hoc autem interdictum.& l.de pupillo.§. si is cui.* quibus & aliis pluribus dicitur quòd si ille cui nunciatum est nouum opus, paratus est satisdare, pro satisdato habetur, si nunciator non recipit. Solu. dicũt hîc quidam loqui cùm denunciatio facta est per prætorem: ibi per se. 2 Secundi dicunt esse in arbitrio actoris siue nunciatoris velit recipere satisdationem, vel non: vt si reciperet, statim fit facta remissio, & possit ille ædificare: vt in contrariis. Si vero nolit recipere satisdationem: sed dicat se incontinenti paratum probare: est audiendus & expectandus per tres menses.& postea si non probauerit, poterit ille ædificare: oblata tamen satisdatione. *& sic loquitur hic.& ad hoc est argu.ff. vti in possess.lega.l.si is à quo. in principio. & ff. ad Trebell. l. ille à quo. §. j.& ff.ad exhib.l.iy.§.ibidem.* 3 Tertij dicunt esse in arbitrio volentis ædificare, an velit statim satisdare & sic postea ædificare: an non. *argumen.ff.de iur. dot. leg. plerumque. §. fina. & arg.contrariarum legum.* 4 Quarti distinguunt, possideat ædificator locum in quo ædificat, an non. primo casu admittitur statim cũ satisdatione, vt in contrariis. in secũdo nõ, & hîc. 5 Quinti distinguunt, aut ædificat in publico vel priuato, hic in publico, in contrariis in priuato: vt statim satisdando possit ædificare: *vt argum.d.l.prætor. §. hoc autem interdictu.* Mediam Ioa., & Hugo probant, secundam probat Azo. ADDITIO. Dynus (vt refert Bart.in l.prætor ait. §.si quis paratus.) coniungit secundam solutionem istius glossæ cũ tertia, & bona est secũdũ eundem Barto. Aut ille qui nunciat dicit, ego sum paratus ostendere de iure meo, hodie constat, hodie agamus, tunc licèt sit paratus satisdare, debet ædificans expectare per tres menses, vt hac l. & c.vlt.extra eod. Si verò dominus nũciat, & statim oblata satisdatione nil dicit, tunc statim fit remissio, & est in electione satisdantis differre vel satisdare, vt in contrariis.

XIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. Ioanni P.P.

Cum dubitabatur vtrum cõstitutio Zenonis † [a] diuæ memoriæ ad Amantium† præfectum vrbi scripta, quę de seruitutibus loquitur, localis esset, & huic florentissimæ vrbi dedicata, & deberent * illius quidem iura in hac obseruari, antiqua verò, quæ contraria sunt, locum habere in prouinciis: indignum esse nostro tempore putantes aliud ius in hac regia ciuitate de huiusmodi obseruari, aliud apud nostros esse prouinciales: sancimus eandẽ constitutionẽ in omnibus vrbibus Romani imperij obtinere, & secundũ eius definitionem omnia procedere: & si quod ius ex ea lege innouatum est à vetere dispositione, hoc & in prouinciis à præsidibus earũ obseruari: cæteris videlicet omnibus, quæ non per Zenonianam legem innouata sunt, sed veteribus legibus cõprehensa, in sua firmitate in omni loco manentib[9] [b]. Da. Kal. Sept. Cõstantino. post cõsulat. Lampadij & Orestis. VV. CC.

TITVLVS XI.

DE† NOVI OPERIS nunciatione.

Si nunciator noui operis sit paratus statim de iure suo docere, debet audiri, & de causa cognosci: & intra tres menses terminari: quibus peractis auditur ædificator, si offert satisdationẽ de opere demoliẽdo. Sal.

I. *Imp.* IVSTINIANVS A. Ioanni P.P.

De operis noui nũciatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem, nostra cognouit tranquillitas, dicentibus si quis denunciationem ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum ex quo denunciatio missa est, iterum ædificationẽ prohibere [c]. Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur, siue etenim non rectè opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri, siue rectè denunciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denunciationem emiserit, in hac quidem regia vrbe præfectum vrbi festinare [d]: in prouincia verò rectorem eius intra trium mensium spacium causam dirimere [e]. Sin verò aliquod fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum [f], licentiam habere eum qui ædificationẽ deproperat, opus de quo agitur efficere, prius fideiussore ab eo dato officio vrbicariæ præfecturæ, vel prouinciali, vt si non rectè ædificauerit, omne opus quod post denunciationem fecerit, suis sumptibus destruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denunciantibus consuletur. Dat. XII. Kal. Nouemb. Constantin. post cõsulatum Lampadij & Orestis. VV.CC. ann. secund.

DE OPERIBVS publicis.

De priuatis dixit operibus licèt & de publicis miscuerit, nunc principaliter de publicis.

g ¶ *Plurimi immunitates.*] *Adepti sunt.* quod est contra publicam vtilitatem. Accurs.

h ¶ *Momenti.* illicita ergo concessa nõ valent. *sic & 3. de prec. imp. offer. nec damnosa. & 3. de immu. ni.conce.l.j.lib.x.* ¶Et no. quòd leges huius tituli non leguntur: quia inutiles sunt.

i ¶ *Quæ operibus.*] *Cognoscas.* scil. commentariensis, vt ex suprascriptione huius legis apparet, *& facit 3. de mo.mul.l.pen.*

k ¶ *Prætoria.* loca vbi resident iudices in cognoscẽdo, *vt & 3. de episco. & cleri.l.omnes qui & ibi, Iadduxerunt Iesum in prætorium. & facit 3. de offi.rect.pro.l.nulli.*

l ¶ *Intra vrbem.* facit *ad l.istam. ff. eo.l.si.* §.j.& *l.pen.& l.opus.*

TITVLVS XII.

DE OPERIBVS publicis†.

Iudex non potest immunitatem concedere ab opere publico. Salyc.

I. *Impp.* CONSTANTINVS & CONSTANS AA. ad Catulinum.*

Plurimi immũnitates operum publicorum concessione iudicum adepti sunt [g], & ideò iubemus in posterum elicitas immunitates nullius esse momenti [h]. D. VI. Kal. Aug. Sirmij, Vrso [Lupulo] & Polemio Conss.

Impensa de qua constabat, è commentariensi est approbanda. Sal.

II. Iidem AA. ad Marcellianum com. Orientis.†

Quæ operib. publicis impẽsa cõstiterit, accepto ferri oportere cognoscas [i]. Dat. V. Non. Octob. Constantinop. Limenio & Catulino Conss.†

Prætoria & domus publicæ non debent in vsus priuatos conuerti. Salyc.

III. Iidem AA. Ecdicio præfecto Ægypti.†

Prætoria [k] iudicum & domus publicas oportet publico iuri atque vsui semper vindicari PP. IIII. Non. Decemb. Antiochiæ Mamertino & Neuita Conss.

Sumptu publico non potest iudex nouum opus inchoare sine principis licentia, sed antiqua restaurare sic. Salyc.

IIII. VALENTINIAN. & VALENS AA. ad Symmachum præfect. vrb.†

Intra vrbẽ [l] Romã veterẽ & nouã nullus iudicum nouum

† In C.T. legitur, Hanc Catuline, Katissime nobis. Cõs.
a Illicita concessa non valent.
† Deest in Co. T. rectè. Com.
b Prætorium quid sit.
† C.T. ibi. l. 6.
† Græca.
† Ex C.T. ibi. l. 8.
† Ex C.T. ibi. l. 10.
† C.T. li. 15. tit. l.6.

a ¶ *Præscriptio temporis*]*Obsistere*. Cōtra *ĩ. de præscriptione xxx. annorum. l. omnes*. sed hic loquitur de locis publicis.[a] sic *ff. de via publica. l. pen. & ff. de vsuca. l. fi.* Accursius.

a Hic ergo ratione publicæ vtilitatis cessat præscriptio, & v. bonam Glos. in c. cum non liceat. ex. de præscript.

b ¶ *Sed nec rescripta. concordat ĩ. de precib. impera. offe. l. iij. in fi. & ĩ. eod. l. j. ĩ. si contra ius vel vti. pu. l. fina.*

c ¶ *Faciem*. si verò non noceat, non destruitur, sed salariũ inponitur: vt *ff. ne qui. in loco publico. l. ij. §. si quis nemine.*

d ¶ *AD portus.*]*Certatim.* Ista litera plena est. quia[b] certas operas debet quilibet subiectorum conferre ad prædicta facienda. alibi sic habetur, certatim, id est, seperatim vel singulariter.

b Certatim operas conferre quid.

† Ex C. T. ibid. l. 22. vbi legitur, Hanc Proculo Præf. nobis etiam aut si Proculus Præf. vrbis Constantinopolitanæ; vt C. T. 15. t. 1. 15. lib. Cont.

e ¶ *Priuilegiis*. imò contra: vt *j. de professio & medi. l. medicos. lib. x.* Soln. illi non excusantur ratione dignitatis, sed officij & publicæ vtilitatis. Vel speciale est q̃d hic dicit, in portubus & aquæductu & muris: vt *& ĩ. de sacrosanct. eccle. l. ad instructionem. & j. de aquæductu. lib. xj. l. ad rem. & infra qui mu. ex. l. fin. lib. x. & j. de colla. fun. pa. l. fina. lib. xj.*

† Cod. Th. ibid. l. 23.

f ¶ *OMnes.* contra Gabrielē de Organo. Accurs.

g ¶ *Annos quindecim.* nota speciale. aliàs xl. annis currit præscriptio contra rempublicam: vt *ĩ. de præscript. xxx. ann. l. omnes.* Item not. intra quantum tempus firmetur opus.

h ¶ *SI quando.*] *Auctoritas.* facit *ĩ. de appel. l. si offerendæ.*

i ¶ *SI quis.*] *Obnoxij* facit *ff. eod. l. opus. in fi. & l. nec præsidis.*

k ¶ *NE splendidissimæ. Tertiam partem.* vt *& ĩ. de vectigal. l. fina.* sic faciunt clerici in decimis.

§ C. T. ibid. l. 34.

l ¶ *Et thermarum.* loca[c] publica ad balneandũ. & facit *in authen. de coll. §. iubemus. col. ix.*

c Thermæ quæ dicantur.

† Al. decreta. Cont.

m ¶ *OMnes.*] *Renouare.* principis vel præsidis auctoritate: vt *ff. de re. diui. l. antepenult.*

n ¶ *Pacto.* i. modo.

o ¶ *Imperauerit.* sic *in authen. de man. prin. §. deinde competens. colla. iij.* & facit *ĩ. de vecti. & com. l. j.*

nouum opus informet, quoties serenitatis nostræ arbitria cessabunt: nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus cōstruere voluerit. Ea tamē instaurandi, quę iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, vniuersis licentiam damus. Dat. VIII. Kal. Iun. Philippis, diuo Iouiano & Varroniano Conss.

Etiam per principis rescriptum non licet occupare locum publicum ædificando contra decoram faciem ciuitatis, nec allegari potest præscriptio. h. d. Salycetus.

v. Impp. GRATIA. VALEN. & THEOD. AAA. *ad Proculum.* †

PRæscriptio temporis iuri publico non debet obsistere[a], sed nec rescripta[b] quidem atque ideo diruenda sunt omnia quæ per diuersas vrbes, vel in foro vel in publico quocunque loco contra ornatum & commodum ac decoram faciem[c] ciuitatis extructa noscũtur. Dat. iij. Id. Iun. Constantino. Merobaude. ij. & Saturnino Conss.

Ad constructionem aquæductus vel portus, seu murorum refectionem quilibet conferre tenetur: non obstante dignitatis priuilegio. Salyc.

vi. Iidem AAA. *Cynegio P. P.* †

AD portus & aquæductus & murorum instaurationem siue extructionem, omnes certatim[d] facta operarum collatione instare debent, ne aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis priuilegiis[e] excusari. Dat. XV. Kalen. Februa. Constantinop. Richomere & Clearcho Conss.

Ille qui præest operi publico construendo, tenetur de operis vitio intra quindecim annos in futurum apparituro. Salycetus.

vii. Iidem AAA. *Cynegio præfecto prætorio.* †

1 OMnes[f] quibus vel cura mādata fuerit operum publicorũ, vel pecunia ad extructionem solito more credita †, vsque ad annos quindecim[g] ab opere perfecto cũ suis heredibus teneantur obnoxij: ita vt si quid vitij in ędificatione intra præstitutum tempus peruenerit, de eorũ patrimonio (exceptis tamen his casibus qui sunt fortuiti) reformetur. Dat. III. Non. Febr. Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone Conss.

Licentia diruendi domos alienas pro fabricatione operis publici, non extenditur ad domos excedentes quinquaginta libras argenti: ideò tunc princeps est consulēdus. Sal.

viii. Impp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AA. *Aureliano præfecto vrbi.* †

1 SI quando concessa à nobis licentia fuerit extruēdi: id sublimis magnificentia tua sciat esse seruandũ, vt nulla domus inchoandæ publicæ fabricæ gratia diruatur: nisi vsque ad L. libras argenti precij æstimatione taxabitur. De ædificiis verò maioris precij † ad nostram scientiam referatur: vt vbi amplior poscitur quantitas, imperialis extet auctoritas[h]. Dat. III. Kalend. Mart. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundantio Conss.

† Ex C. T. ib. l. 30.

† C. Th. al. tijii.

p ¶ *Immunitate.* sic *ĩ. eo. l. ad portus.*

q ¶ *NEmo.* & facit *ff. eo. l. opus. & l. pe. & de leg. j. l. cætera. §. item quæritur.* Accursius.

r ¶ *Manebit.* id est, detinebit.

Maiestatem principis lædit qui nomen suum in opere publico inscribi facit. Salycetus.

ix. Iidem AAA. *Rufino præfecto prætorio.* †

† Ex C. T. ib. l. 31.

SI qui iudices perfecto publicis pecuniis operi suũ nomen sine nostri numinis mētione inscripserint, maiestatis teneant obnoxij[i]. Dat. III. Non. Iul. Cōstanti. Arcadio. III & Honorio. II. AA. Cōss.

Ad refectionem publicorum mœnium & thermarum, princeps deputat tertiam partem redituum fundorum reipublicæ illius ciuitatis. Salycetus.

x. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. *Eusebio comiti sacrarum largitionum.*

NE splendidissimę † vrbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris reipublicę tertiā partē[k] reparationi publicorũ mœniũ, & thermarum[l] substitutioni † deputam⁹. Dat. XI. Kalend. Iul. Mediolani, Olybrio & Probino Cōss.

† Ex C. T. ib. l. 32.

† aliàs refectioni.

Incolæ ciuitatum debent pro rata sui æstimi conferre ad constrution em operis publici. Salycetus.

xi. Iidem AA. *Cæsario præfecto prætorio.* †

† Ex Cod. Th. ibid. l. 34.

2 OMnes prouinciarũ rectores literis moneant, vt sciāt ordines atq; incolas vrbiũ singularũ muros vel nouos debere facere, vel veteres firmi⁹ renouare[m], sc. hoc pacto[n] impēdiis ordinādis, vt adscriptio currat p viribus singulorũ, deinde adscribant pro ęstimatione operis futuri territoria ciuiũ: ne pl⁹ poscant aliquid quā necessitas imperauerit[o], néve min⁹: ne instās impediatur effectus. Oportet nāq; p singula nō sterilia iuga † certa quoq.* distribui, vt par cũctis præbēdorum sumptuũ necessitas imponat: nemini excusatione vel alia præsumptione ab huiusmodi immunitate[p] præbēda. Dat. viiij. Kal. April. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. Cōss.

† sectā iuga, non legerā.

* quæque in manuscr. & C. Theo.

Iudices non possunt sua auctoritate opus nouum inchoare: nec ornamenta aliunm de suo loco transferre sub pœna hic posita. Salyc.

xii. Iidem AA. *Theodoro præfecto prætorio.* †

† Ex C. Theo. ibid. l. 37.

NEmo[q] iudicum in id temeritatis erumpat, vt inconsulta pietate nostra, noui aliquid operis existimet inchoādum: vel ex diuersis operibus ornamenta, aut marmora, vel quamlibet speciem quæ fuisse in vsu & ornatu probabitur ciuitatis, eripere, vel aliò transferre sine iussu sublimitatis tuę audeat. Etenim si quis contra fecerit, sex libris auri multabitur. Similis etiā cōdemnatio ordines ciuitatum manebit[r], nisi ornamentum genitalis patrię decreti huiusmodi auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorum fabricas, arbitratu proprio prouinciarum iudices studio laudandæ deuotionis arripiant. Dat. III. Kalen. Ian. Mediolani, Honorio. IIII. & Eutychiano Conss.

Aedificia coherentia operibus publicis propter quæ formidari possunt incendia vel insidiæ, vel per quæ angustentur spacia platearum, debent prosterni & dirui. Salyc.

a ¶ Edificia. ¶ Not. ad multa. Acc.
b ¶ Parapetas'a. Græcũ.
c ¶ Dirui. id est, non debent in illis operibus collocare alia corpora quæ sunt reipublicæ, id est materiã vel lapides vel huiusmodi, nisi &c.
d ¶ Si aliquando. facit §. eodem l. fina. in princip.
e ¶ Si quando. facit ff. eod. l. opus. & l. fina. §. j.
f ¶ Senio. id est, vetustate. Accurs.
g ¶ Quicunque. Plana est, & bona.
h ¶ Turres. ¶ Nota ex hac lege quòd turres & portæ Sarraliorum, * siue turres ciuitatis eorum debẽt vsui deseruire, quorum interrulis sunt ædificatæ. hoc dicit.
i ¶ Quia plurimæ. Localis est hæc lex.
k ¶ Zeuxippi. nomen ciuitatis.
l ¶ Qui sine. Plana est. & facit §. eod. l. nemo.
m ¶ Basilicam.] Stationes. Not. contra illos qui in territorio ecclesiæ iuxta b ecclesiã fabricant stationes. ¶ Item no. quod sequitur, ne in eam equos &c. H.
n ¶ Nemini. Concordat. ff. eod. l. opus. & l. pen. & fi. in prin. & §. eod. l. intra. & l. nemo. & l. si quando. j.
o ¶ Perfecta. quid enim interest &c. vt §. de natu. lib. l. si quis fine li. in fine.

xiii. Iidem AA. Seuero. P.V.†

Aedificia[a] quæ vulgò parapetasia[b] †nuncupantur, vel si qua alia opera mœnibus vel publicis operibus ita sociata cohærent, vt ex his incendiũ vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spacia platearum, vel minuatur porticibus latitudo: dirui[c] ac prosterni præcipimus. Dat. VI. Id. Octobr. Constantinop. Honorio. A. IIII. & Eutychiano Conss.

Concessio generalis facta à principe de opere publico, intelligitur de destructo & diruto, quod tamen non sit in vsu publico. Salycet.

xiiii. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.†

SI aliquando[d] homines emergant qui à nostra clementia opus publicũ sibi præberi postulauerint: non nisi diruta penitúsque destructa, & quæ parum sunt in vsu ciuitatum, percipiant: intimandis huiusmodi rescriptis iudicio amplissimę tuę sedis. Dat. Idib. Decemb. Honorio. A. IIII. & Eutychiano Conss.

Quando opus publicum indiget reparatione, licitum est imaginem principis eo inconsulto deponere: debet tamen postea in suum locum reponi. Salycet.

xv. Iidem AA. Æmiliano præfecto* prætorio.

SI quãdo[e] †vsus exegerit vel portic⁹ vel quaslibet ædes ætatis senio[f] seu fortuitis concussas casib⁹ reparari: liceat etiã incõsulta clementia nostra cum reuerentia sui, imaginẽ deponere vel nostrã, vel retro principum: reportatámque post refecta ędificia loco proprio denuo collocare. Dat. V. Kal. Iul. Constantin. Arcadio. A. VI. & Probo Conss.

Locus ad vsum priuatorum in palatio publico fabricatus, dirui mandatur: & in posterum fieri prohibetur. Salyc.

xvi. Impp. Honor. & Theodos. AA. Monaxio. P.P.†

QVicunque[g] loc⁹ in palatio hui⁹ vrbis priuatis ædificiis incõmodè occupatus est: is quã primũ subrutis omnib⁹ quæ in eo sunt ædificiis, palatio reformet: quod priuatorũ nõ est parietib⁹ coarctãdũ. Nã imperio magna ab vniuersis secreta debent: vt hi tãtùm locũ habeãt habitãdi, quos legitim⁹ maiestatis nostræ vsus, & reipublicæ disciplina delegit: in futurũ etiã vniuersis ab huiusmodi vsurpatione prohibendis. Dat. VII. Kalen. Mart. Cõstantin. Honorio VIII. & Theodosio. III. AA. Cõss.

Turres & muri pro munitione ciuitatum in terris priuatorum fabricati, illorum vsui debent deseruire: & eorum cura & sumptu debent reparari. Salycetus.

xvii. Iidem AA. Anthemio præfecto prætorio.†

TVrres[h] noui muri qui ad munitionẽ splendidissimæ vrbis extructus est, completo opere præcipimus eorum vsui deputari, per quorum terras idem murus studio ac prouisione tuæ magnitudinis ex nostræ serenitatis arbitrio celebratur: eadem lege in perpetuum & conditione seruanda vt annis singulis hi ad quorum iura terrulæ demigrauerint, proprio sumptu eorum instaurationem sibimet intelligant procuranda, corúmque vsu publico beneficio potientes, curam reparationis ac solicitudinem ad se non ambigant pertinere. Ita enim & splendor operis, & ciuitatis munitio, cum priuatorum vsu & vtilitate seruabitur. Dat. II. Prid. Non. Apr. Lucio. V.C. Coss.

Per hanc legem reditus certarum domorum in publica porticu constructarum, deputantur ad lumina præstanda, seu ædificia reparanda. Salyc.

†Ex C.T. ibid. l. 51. †P.V.

xviii. Iidem AA. †Seuerino præfecto prætorio.

QVia plurimę dom⁹ cũ officinis suis in porticibus Zauxippi[k] esse memorantur: redit⁹ memoratorũ locorũ pro quantitate quæ placuit ad præbenda luminaria, & ędificia ac tecta reparanda, regiæ huius vrbis lauacro sine aliquã iubem⁹ excusatione conferri. Dat. VI. Id. Ian. Victore. V. C. Coss.

Quis non potest sibi vsurpare portum vel porticum publicam sine principis licentia, sub pœna infra scripta. Salyc.

†Ex Nou. Th. P.P.

xix. Theodosivs & Valentinianvs AA.† Cyro præf. vrb.*

QVi sine[l] auctoritate diuini rescripti ad iudicium tuæ celsitudinis destinandi, angiportus integros, vel partes suis domibus incluserunt, seu porticus vsurparunt proculdubio iura pristina sacratissimæ reddere ciuitati iubemus: mulcta auri quinquaginta librarum non defutura, si quis posthac in similem audaciam prodire tentauerit. Dat. Kal. Nouemb. Theodosio. A. XVII. & Festo Conss.

In domo regia vel in sacra ecclesia non possunt alicuius imagines pingi, nec stationes fieri, nec equi introduci, nec conuiuia nuptiarum fieri. Salyc.

* al. Cyrino P.P.

xx. Iidem AA. Cyro.* P.V.

BAsilicam[m] inauratam, & marmoribus decoratam, liberam in perpetuam manere, neque alicuius imaginis, aut pictarum cuiuslibet honoris tabularum obumbratione * fuscari iubemus, neque in aliqua parte eiusdẽ basilicæ tabulato quicquam opere stationes [m] *ergasteriáve constitui sancim⁹. Illud quoq. decernim⁹, ne in eã equos liceat intromitti, vel nuptias celebrari. Dat. XI. Kal. Februar. Constantino. Val. A. V. & Anatolio. Cõss.

* adumbratione.

* Sic in l. Falcini⁹. D. ex quib. cau. in pol. eat.

Iudex non debet prius opera noua inchoare, quàm inchoata perficere. Salyc.

xxi. Imperator Leo A. Erythrio.

NEmini[n] iudicũ liceat in hac inclyta vrbe, vel in prouinciis noua opera inchoare priusquã ea quæ incepta inuenerit à decessore, vel prædecessorib⁹ suis, vętustate diruta, aut desidia derelicta diligẽti studio instãtiáq. cõpleuerit: cũ ex hoc plurimũ laudis acquirat, si ea culta & perfecta[o] reddiderit, quę vetusta sunt, & instaurationẽ requirũt, quæq. ab aliis initiata & imperfecta resederant. D. II. Kalend. Martij. Constantino Martiano & Zenone Coss.

Titvlvs XIII.
DE RATIOCINIIS OPERVM PVblicorum, & de patribus ciuitatum.

Prouinciarum rectores & cæteri viri spectabiles prohibentur discussores esse operum publicorum: & etiam siliquam pro solido recipere, vt olim faciebant: huius rei cura defensoribus ciuitatum imminente, & debitor operis publici etiam ex sola pollicitatione compellitur illud soluere vel implere, nec super erogatione sumptuum operis facti examinari debet ipse: & rectores prouinciarum & cæteri contrafacientes puniuntur pœna hic scripta. Salycetus.

DE

DE RATIOCINIIS OPERUM PUblicorum, & de patribus ciuitatum.

a ¶ *Iubemus.*] Siliquam. etiam subaudi. id[a] est nec etiam vnã siliquam quæ quid sit, dixi. *de epis. & cler. authen. sed hodie.*

b ¶ *Patribus ciuitatum.* i. defensoribus, scilicet supradictis commemoratis personis, scilicet iudicibus & magistratibus.

c ¶ *Deputatis.* s. discussionibus prædictorum.

d ¶ *Teneri.* vt *ff. de pollicit. l. ex pollicitatione. & l. pacta. §. & supra ad Velleianum l. generaliter. & de do. promis. l. ad exactionem.* Accur.

a Siliqua quid notat.
b Hinc colliguntur puniti pœnas patriciis, qui eis eisdem inter fecerit. adde hanc Glossam a. ...
[illegible]

DE PIGNORIbus & hypothecis.

Mentionem[c] habuimus supra de Saluiano interdicto, quod pro pignoribus introductum: vnde occasione sumpta de pignorib. loquamur. Sed quia pignora alia sunt conuentionalia, alia iudicialia: & conuentionalia sæpius celebrantur, à conuentionalibus ordiamur. Azo.

c Continuatio.

Debitor.] CASUS. Obligaui tibi codicem pro x. & sub vsuris. cessaui in solutione: ita quod plus est debitũ, quàm sit codex. an cedendo tibi codicem, liberor? quæritur? Dicitur quòd non.

e ¶ *Profitetur.* Nam & d vẽdito pignore personalis actio nõ tollitur: sed eo quod de precio seruari potest, in debitum computato, de residuo permanet integra petitio: *vt supra de ac. & oblig. l. aduersus.* licet Veneti. e cõtrarium seruent.

d Pignore vendito non tollitur personalis actio.

e Id est, apud Venetos receptum vt sue creditor pignori accepit non idoneum pignus sue minus credito vendiderit, id sibi suæque im prudentiæ imputet. de Venetis idem testatur Accursius in Gl. l. creditore. ff. ...

f ¶ *Nihilo magis.* id est, non ideo magis: *vt ff. si cer. pet. l. creditor. & supra si cer. pet. l. si pro mutuo. & ff. de pign. act. l. si quis in pignore. & facit §. de iure do. impe. l. j. & §. qui bo. ce. l. j.* Accur.

g ¶ *Liberabitur.* id est, remanet obligatus in residuo.

Quamuis.] CASUS. Obligasti mihi digestum pro decẽ, & conuenit si non sufficeret pignus, quod omnia bona tua essent mihi obligata: postea aliquid ex reb. tuis Titio specialiter obligasti: an ea auocare possim, quæritur? Distinguitur, si sufficit digestũ ad debitum, nõ potero auocare. Vel dic casum aliter vt in glos.

h ¶ *Quamuis.* Mutuasti mihi c. pro quib. c. ego

I. Imp. ZENO. A. Arcadio præf. præt.

Iubemus prouinciarum quidem rectores, & singulæ diœceseos viros spectabiles iudices, id est, præfectum Augustalem, & comitem Oriẽtis, & vtrosque proconsules, & vicarios, vnà cum suis apparitoribus pro tenore generalium magnificæ tuæ sedis dispositionum, discutientis publicis operibus vel aquæductibus qui ex ciuilibus reditibus, vel à quolibet spõtanea munificẽtia facti sunt vel fuerint, modis omnibus abstinere: nec aliquid quolibet modo vel quolibet tẽpore in discutiẽdo ciuiles reditus, vel facta opera, vel quæ fieri adsolent, vnà siliquam[a] sibi ex singulis erogãdis solidis vindicãdo, aut quodcunq. lucrum captando, cũ huiusmodi rebus habere cõmune, vtpote patribus[b] ciuitatum, & curæ eorũm deputatis[c]. Qui verò opus aliquod pro sua liberalitate se facturos promiserint, licèt certũ sit eos ex sola pollicitatione vel pactione ad implendũ suæ munificentiæ opus necessitate iuris teneri[d]: nullũ tamen eos vel heredes eorũ super facto opere ratiocinium, vel discussionẽ aliquam, vtpote non integram promissam quãtitatem ad id opus erogatam, vel inutiliter facto opere, aut alia quacunq. ratione, quocunque modo, quocunque tempore inquietudinem sustinere concedimus. Quòd si vir clarissimus prouinciæ moderator, vel eius officium, reditus publicos vel opera publica contra vetitum discutiendo, vel vnam siliquam, aut quodlibet ex iisdem reditibus operibus vindicãdo, sacratissimæ nostræ legis præcepta transierit: quinq. quidem officij primates exilio damnati perpetuo, bona sua ciuitati quam læserint, non dubitent vindicãda: rector verò prouinciæ quinquaginta librarũ auri ferietur dispendio: hac eadẽ pœna spectabilib. quoq. iudicibus (licèt illustri dignitate fuerint decorati) & eorum officiis, sicut superius dictum est, iminente. Dat.[*]

obligaui vineam quandam specialiter quę bene valebat illa c. Secundò bona mea omnia pro eisdem c. tib: obligaui generaliter. procedente tempore aliquem rem illorum bonorum alij obligaui. veniebat primus creditor, & dicebat illã rem sibi obligatam primò, an omnino secundum repellat?

TITULUS XIIII.
DE PIGNORIBUS ET hypothecis.

Debitor non liberatur licèt velit creditori pignus dimittere pro soluto. Bald. vel sic: Per solam pignoris cessionem debitor non liberatur. Salycetus.

I. Impp. SEVERUS & ANTONINUS A A. T. mo. bro.

Debitor qui pignoribus profitetur[e] se creditoribus cedere, nihilo magis[f] liberabitur[g]. PP. V. Kalend. Mar. Seuero A. II. & Albino Coss.

Non est alibi. Primus creditor habens specialem hypothecam in quibusdam, & in aliis generalem: si ad debitum sufficiunt bona specialiter obligata, contra secundum creditorem habentem in aliis specialem hypothecam non agit. Baldus. Vel sic: Specialis hypotheca secundi creditoris præfertur generali prioris se habentis: ex qua potest sibi satisfieri. Salyc.

II. Iidem AA. Lucio.

Quamuis[h] constet specialiter quædam, & vniuersa bona generaliter aduersarium tuũ pignori accepisse, & æquale ius in omnibus habere[i]: iurisdictio tamen temperanda[k] est. Ideóque si certũ est posse eum ex his quæ nominatim ei pignori obligata sunt, vniuersum redigere[l] debitum: ea quæ postea ex iisdem bonis[m] pignori accepisti[n], interim[o] tibi non auferri præses prouinciæ iubebit[p]. PP. II. Kalen. Iun. Chilone & Libone Coss.

Ex pacto concedi potest quod creditor sua auctoritate rei obligatæ possessionem accipiat: vrbanius tamen facit, si auctoritate prætoris hoc faciat. hoc dicit, secundùm Baldum. vel sic: Per pactum simplex de ingrediendo, datur duntaxat licentia ingrediendi: per quam ingrediẽs excusatur à vi, sed non dat potestatem acquirendi possessionem sine iudice. hoc dicit secundum Salyc.

III. Iidem AA. Maximo.

Creditores qui non reddita sibi pecunia, conuentionis legem [ingressi possessionem] exercent, vim quidẽ facere nõ videtur[q]: attamen auctoritate

i ¶ *Habere.* rigore iuris inspecto.

k ¶ *Temperanda est.* de æquitate[a] quæ præualet: *vt §. de iudic. l. placuit.*

l ¶ *Redigere.* quod semper præsumitur[b], nisi contra probetur à creditore: *arg. §. de distrac. pign. l. quæ specialiter.*

m ¶ *Bonis.* generaliter obligatis.

n ¶ *Accepisti.* scilicet specialiter tu secundus creditor.

o ¶ *Interim.*[c] Immo videtur quòd possit eligere an ex speciali vel ex generali velit hypotheca: *vt ff. de distrac. pignor. l. creditoris. & ff. qui po. in pign. ha. l. qui generaliter. & supra. qua sunt contra.* Solutio de rigore: hæc de æquitate: *vt hic innuit.* vel in illa de distractione pignorũ vnus erat creditor tantũ. in alia qui po. in pig. hab. habebat primus tantũ generalem: vnde generaliter præfertur secundum lo. *vt & infra qui po. in pigno. hab. l. si generaliter.* hic autẽ etiam specialem in quibusdam reb. habebat. Item nec obstat in ea. *l. si qui generaliter. l. j.* vbi dicit quòd secũdus est solus: quia ibi primus quarundam rerum purè, quarundam sub cõditione acceperat obligationẽ, scilicet si ex primis satisfieri non possint: quòd cũ possit, soli secundo tenetur.

p ¶ *Iubebit.* accipe hanc legem possidẽte debitore. ¶ Sed si quis aliųs extraneus possidet, vel creditor primus? Respon. idem.[d] Item facit ad *l. §. de act. & oblig. l. aduersus. & ff. de pigno. act. l. si quis in pignore. & §. de in pig. de om. l. aq.*

Creditores.] CASUS. Obligasti[e] mihi prædium tuũ pro x. & conuenit si sua die nõ soluerctur pecunia, quòd propria[f] auctoritate liceret mihi ingredi possessionem prædij. nos soluisti sicut conuenit, an ingredi possim, quæritur? Dicitur quòd licet consultius tamẽ faciã, si auctoritate iudicis ingrediar.

q ¶ *Non videatur.* vt &

a Æquitas stricto iuri præualet.

b Generalis hypotheca idonea præsumitur, nisi probetur non idonea.

c Obligationẽ [illegible] & subsidiariam hinc colligit Cremonensis sing. [illegible] si quis obligetur dominum aliquã specialiter, de inde omnia alia bona specialia & futura: vnde etiam infert hujusmodi obligationem minorem vtilitatem continere, quàm si fuisset generalis per text. in l. qui generaliter. ff. qui po. tiores.

d Quidam tamẽ vt Socinus cons. 118 [illegible] ... negant in iure posse reperiri, vt qui bona habeat generaliter & specialiter obligata, non possit agere aduersus tertiũ possessorẽ qui non sit creditor & hanc Glossam restringunt & intelligunt de extraneo possessore qui sit ... & ita assentur Neguzantius de pignorib. ... membro. ... num. ...

f Pignus an possit creditor propria auctoritate occupare?

supra de pign. act. l. penult. in fin. & ff. de fur. l. cum creditor. & supra de iud. l. cum debitoris tui. Et si citra conuentionem ingrederentur, tenerentur de vi: vt *infra ad l. Iul. de vi. l. in possessionem, & j. vi bon. rap. l. ij. & supra solu. matri. l. dotis. & ff. quod met. caus. l. extat.* ¶ Sed quid si debitor creditori resistit, qui ex conuentione vult ingredi? Adhuc dixit Azo vim videri fieri. quod Ioã. nõ placet, cũ semel hoc placuit debitori: vt *institut. qui. alie. licet vel nõ. §. j. & ff. de aqua plu. arcen. l. in diem. & ff. de diuer. tẽpor. præscrip. l. de accessionibus. in fi. & j. de exic. l. sine in libertatem. ff. de pign. act. l. quirataria.* Item quid si debitor alienauit, vel alio modo est possessio penes alium? Respond. creditorẽ posse ingredi, sicut & qui seruũ accepit in quẽ habet iniectionem manuum: vt *ff. de ser. export. l. si Titius. & ff. de contrahen. empt. si sub hoc pacto.* Itẽ quia illud est pactum in rem: ius autem ingrediendi, est ius executiuum: *vt j. eo. l. pignoris. & argu. ff. vt in possess. l. is cuius. §. qui in possessionem.* Econtra videtur quòd nõ: quia illud pactum emptorem vel alium possessorem non afficit, quod M. dixit. *arg. j. de act. & obl. l. eum.*

præsidis possessionem adipisci debent [a]. PP. Kalendas Maij. Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

Vbi obligatio principalis est spontanea, præsumitur quòd qualibet accessoria sit sponte contracta. Baldus. Vel sic: Necessitas rei familiaris non est iusta causa rescindendi pignoris contractum. Bartolus. Vel sic: Qui pignus dedit creditori aliter mutuare nolenti, non dicitur vim pati. Salyc.

IIII. *Iidem AA. Bellio.*

CVm † te pecuniam accepisse, & agros tuos obligasse fatearis: non habet rationem quòd quereris vi [b] te coactum pignori dare. Si igitur recipere vis rẽ tuam, solue creditori tuo pecuniam debitam [c]. Dat. III. Kalend. Iun. Antonino. A. III. Geta. III. Coss.

Sententia lata contra debitorem sciente creditore, in duobus casibus non præiudicat creditori, scilicet quando debitor collusit: & quando succumbit ex causa quæ non præiudicat creditori. Baldus. Vel sic: Sententia lata contra debitorem, præiudicat creditori scienti: nisi fuerit lata per collusionem, vel propter præscriptionem: hoc dicit secundùm Salycet.

V. *Imp.* ANTONINVS A. *Domitio.*

PRæses prouinciæ vir clarissimus ius pignoris tui exequentem te [d] audiet, nec tibi oberit sententia aduersus debitorem [e] tuum dicta, si eum

a ¶ *Debent.* i. possunt. nam & sine eo possunt: vt dixi. & sic debet [a], p potest. *ff. de offic. procon. & leg. l. obseruare. §. fin.* Sic ecõtra ponitur potest [b] pro debet: *vt supra sine cen. vel re. authent. sed & periculum.* Vel debet ex vrbanitate [c]. *sic & j. de fur. ciuile. & argu. ff. de re. eorũ qui sub tu. vel cur. l. si pupillorum. §. si pupillus.* si tamẽ & suo iure volũt facere, possunt. [d] Sic ergo inciuiliter [e] factum non punitur: quod est not. *sic & ff. de sepulchr. & l. at si quis. §. idem Labeo. & quod met. cau. l. fin. in fine.*

C*Vm.*] CASVS. Si propter alimentũ familiæ meç, & sic quasi coactus à te x. accepero mutuo, & prædium meũ tibi obligauero: an possim conqueri quasi tibi sim compulsus prædium obligare, quæritur? Respond. quòd non: sed debeo pecuniam reddere, & prædium recuperare.

b ¶ *Vi.* quia aliter non dabat pecuniam, vel necessitate rei familiaris: vt *j. de rescin. ven. l. non idcirco.* Accur.

c ¶ *Debitam.* vt & ff. de pign. ac. si rem alienam. §. omnis.

P*Ræses.*] CASVS. Mutuaui tibi x. & prædium mihi obligasti. Titius prædium emit: conuenit te in iudicio super isto fundo tu accepta pecunia ab eo, passus es te superari, vt sic pignore me defraudares an sententia lata aduersus te mihi præiudicet in hypothecaria? Dicitur quòd non: cum passus te vinci fueris per collusionem cum aduersario tuo. Viuianus.

d ¶ *Exequentem te.* per hypothecariam.

e ¶ *Debitorem.* agentem vel conuentum.

f ¶ *Tuo.* contra quem modo agis per hypothecariam.

g ¶ *Præscriptione.* vt quia non stetit iuri: vt *ff. de euict. l. si ideo.* Vel secũdo, quia dimisit labi triennium intra quod debebat causa finiri. vnde integrum ius mansit creditori & etiam debitori. 3 Vel tertio, quia cum creditor esset absens, debitor præsens. & possessor haberet titulum, & præscripsit x. an. cõtra debitorem præsentem: quod creditori absenti non nocuit: vt *j. si aduer. cred. l. j. & ij.* Videtur ergo ex hac l. quòd nocet creditori aliàs, nisi in his duobus casibus. & sic est contra. *ff. de pign. l. si superatus. in princ. & de exec. rei iud. l. iudicatæ. quæ sunt contra:* quibus dicitur indistinctè nõ nocere. Dic ergo: aut debitor prius fuit superatus & pòstea obligauit & tũc obstat exceptio creditori sicut & debitori: vt *ff eod. l. si superatus. §. per iniuriã.* Si verò prius obligauit, & postea est superat[us]: si quidem creditore ignorãte, non fit præiudicium creditori: vt *in contra. & ff. de except. rei iud. l. si mater. §. fina.* Si verò sciente creditore, tunc præiudicat sibi: nisi in duobus istis casibus: *vt hic, & ff. de re iud. l. sæpe cõstitutum. §. sed scientibus. & ff. de app. l. ab executore. § alio. in fine.*

collusisse cũ aduersario tuo [f], aut (vt dicis) non causa cognita, sed præscriptione [g] superatum esse constiterit. PP. Idus Maiis Romæ, Duobus & Aspris Coss.

Illud quod creditor præstat pro re obligata, auget debitum. Baldus. Vel sic: Creditor potest pignus retinere non tantum pro debito, sed etiam pro eo quod soluit pignoris occasione. h. d. Sal.

VI. *Iidem A. Quinto.*

IN summa debiti computabitur etiam id quod propter possessiones pignori datas ad collationem viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium [h] obsequium præstitisse creditorem constiterit. PP. III. kalend. August. Antonino. A. IIII. & Balbino. Coss.

Ista lex duos habet intellectus: vnus quando præscribitur contra debitorem. & iste est verus intellectus. alius quando ipse debitor præscribit: & iste licet in se sit bonus, tamen quantum ad legem est impertinens. secundum primum. hoc dicit. Vsucapio dominij non resoluit hypothecam. sed secundùm aliam lecturam hoc dicit. Vsucapio dominij confirmat ius hypothecæ. Est autem prima vera. Bald.

I*N summa.*] CASVS. Obligasti mihi prædium pro x. ex quo cõsueueras soluere aliq[ui]d in refectionem: si illud solui, quia tale onus sequitur prædiũ quocũque vadat, an in summã computari debeat, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuian.

h ¶ *Necessariam.* necesse ergo habet creditori tributorum onera subire, cum sit possessor [a]: vt *ff. de pa. interdum. & l. epistola. §. j.* sicut fructuarius: vt *ff. de vsufru. l. hactenus* [b]. quod tamẽ soluit, repetit à debitore: *vt hic, & j. de pignor. ac. l. creditor qui. in fi. & ff. de pign. ac. l. si necessarias. in princ. & l. si ser.*

a Tributorum onera possessori incumbunt, ea tamẽ repetere potest à debitore.

V*sucapio.*] CASVS. Obligasti mihi rẽ tuã: peruenit ad Titiũ: Titius eã vẽdidit Sempronio bona fide emẽti, & eã vsucepit: an extinguatur ius pignoris per hoc quod desiisti esse dominus, quæritur? Et dicitur quòd nõ. Vel dic casum aliter vt in glo. Viuianus.

VII. *Imp.* GORDIANVS A. *Martiano.*

VSucapio [i] pignoris cõuen-

i ¶ *Vsucapio.* Pone casum in quatuor personis. Titius mihi Sempronio rem suam mobilem obligauit: hic Titius negligentia desiit possidere, vel quia sine herede decessit; vt *instit. de vsucap. §. quod autem.* & possessio peruenit ad Cornelium qui alienauit Caio, qui Caius triennio vsucepit. Sunt ergo hic duo iura, scilicet dominiũ quod est debitoris, & hoc per vsucapionem perditur. Item ius pignoris: & hoc non perditur per l. istam. ¶ Nota ergo quòd alienatione [b] legali, scilicet [c] vsucapione, non [d] tollitur ius pignoris, sicut nec alienatione hominis: *vt infra eodem leg. debitorem.* Est autem vsucapio legalis alienatio: vt *ff. de verbor. signific. l. alienationis.* ¶ Item [e] nota hanc legem habere locum in vsucapione triennij: secus in præscriptione, x. vel xx. annorum: vt *supra si aduers. cred. l. j. & ij.* Sed quæ est ratio quòd ius pignoris tollitur præscriptione & non vsucapione? Respon. ibi est maius tempus: sicque maior negligentia. Est & alia ratio: quia dominium nihil habet commune cum causa pignoris. licet enim dominium vsucapiatur triennio, non tamen actio in rem: nisi per quandam consequentiam: non tamen hypothecariè neque principaliter: quia sic nulla actio triennio tollitur, nec per consequentiam: vt in rei vindicatione dixi: quia hæc hypothecaria nulla societate dominio iungitur, sicut in rem: vt *dicto titulo si aduer. cred. leg. j. nota.* ¶ Item quid si rem hanc mobilem

b Alienatio legalis dicitur quæ à lege efficitur alienatio.

c Vsucapio est alienatio, & quidem legalis, vt hic. adde Cepolam l. 2. 3. pro emptore in prin. & nu. 38. quod maximè valet ad quæstionem, an alienatione prohibita intelligatur vsucapio prohiberi. *de quo dixi in Glos. l. vlt. in verbo quærere. j. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.*

d Pignoris ius non tollitur alienatione legali, nec alienatione hominis.

e Pignus tollitur præscriptione. Sed non vsucapione & cet.

mobilem tenuit non solùm triennio, sed etiam decẽnio hic vsucaptor, an tuetur se quia tenuit decennio? P. non cùm in rebus mobilibus non habet locum præscriptio: *vt ff. de diuer. & tempor. præscrip. l. longa. & supra in quibus cau. cess. longi tempo. præscript. l. in seruorum.* Sed certè non rei, sed actioni dicimus præscribi, *sic & j. quod me. caus. l. iij.* ideóque prodest ei, *vt notant in d. l. supra si aduer. cre. l. j.* Item nonne[a] qui agit debet probare dominũ debitorẽ, quòd hic facere non potest? Resp. sic, tempore obligationis non nunc: *vt ff. eodem l. si superatus. & l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur.* Sed si creditor ab vsucaptore per hypothecariam auocat, tu debitor luere potes, *vt ff. de distract. pignor. l. rescriptum. §. j. ibi, & cùm per iniuriam.* &c. nec potest creditor te repellere illa ratione, q. nõ posset agere debitor cõtra vsucaptorẽ, ergo nec contra creditorẽ, quia illud haberet locũ si ageret rei vindicatione, sed hic agit debitor pignoratitia actione ex cõtractu, vbi agit etiã si res nõ fuerit sua, vel desierit esse sua, sicut & cõmodator, & depositor: *vt ff. commodat. l. Ita vt si fur. & ff. depositi. l. j. §. si prædo. & de pigno. actio. l. si rem alienam. §. si quoque.* ¶ Sed nonne vsucaptor à debitore recuperat per actionem in rem? Resp. sic: & est similis circuitus, *vt ff. de condict. indebi. l. indebiti. §. fin. & ff. qui po. in pigno. ha. l. Claudius.* Est ergo consilium debitori vt faciat sibi cedi[*] à creditore ius hypothecariæ quod habebat aduersus vsucaptorẽ: *vt ff. qui pot. in pig. hab. leg. mulier. & de euict. l. in creditorem.* & hoc incontinenti cùm soluit, vel hoc acto, tunc etiam postea: *vt ff. de solu. leg. Modestinus* vel in solutum ei pignus dimittat. Alij dicunt cedi debitori per creditorem ius retentionis quod habet creditor ex sententia lata contra vsucaptorem, sic ergo vsucapione proprietatis non extinguitur pignus: *vt hic, & ff. pro herede. l. ij. in princip. & ff. de vsucapionib. l. sequitur. §. si rem. & pro emptor. l. Item quam.* nec vsusfructus. *vt ff. de vsufructu. l. eum. §. penultim.* sed operam in seruo relictam sic: *vt ff. de vsufructu legat. l. ij. in fine.* Alij ponunt casum: Quidam obligauit mihi rem mobilem alienam quam vsucapiebat: non valuit tunc obligatio, sed si post perficit vsucapionem, conuentio pignoris valet, *vt hic, vt ff. de pignor. actio. l. rem alienam j. respons. & secundum hoc facit. ff. de rei vindicatione. l. si à Titio. & ff. eodem l. j. in principio.* Sed certè melius diceret confirmatur quàm dicat, non extinguitur. Si tamen teneas hunc casum: dicas debitorem bonæ fidei possessorẽ, aliàs cùm fuerit furtiua non vsucaperetur: *vt j. pro emptore l. cùm fur.* Alij vt Placent. dixerunt, hanc legem non posse intelligi. Accursius.

a ¶ *Pignoris conuentionem.* i. hypothecariam quæ oritur ex conuentione pignoris. Accur.

[a] Creditor pignus petens an debeat probare debitorem esse dominum.

[*] Vindicare eam potest.

† Fructus ex tenuati debito computantur. Bar. & in l. vnde. Bar. parte consil. 19. versic. circa tertium principaliter ... in fine consilij.

tionem[a] non extinguit. PP. Nonas Septemb. Pio & Pontiano Coss.

Per sententiam latam in personali, non intelligitur creditori satisfactum, & ideo potest agere hypothecaria. Bald. Vel sic: Licet debitor sit condemnatus, sic non soluit, non tollitur ius pignoris. Bart.

viii. *Idem A. Festo.*

2 Quamuis personali actione expertus aduersus reum[b] vel fideiussores, seu mandatores eius feceris[c] condemnationem, pignoris tamen adhuc habes persecutionem[d]. PP. Idi. Mart. Gordiano. A. & Auiola Coss.

Emptor agens rei vindicatione contra creditorem, facit quòd creditor compensat in debito fructus perceptos ex re. Baldus. Vel sic: Creditor computatis fructibus in debito, & soluto residuo, tenetur pignus restituere ei in quem debitor transtulit. Salyc.

ix. *Idem A. Attico.*

Si dominium eius possessionis quæ[e] pignori data[f] esset, à debitrice domina ad te[g] trãslatum est[h], eámque[i] postea creditor[k], vel eius heredes detinere cœperunt, vindica[l] eam rem[*] præside prouinciæ curante, vt fructuum deducta ratione[m], † residuóque à te[n] oblato, si fuerit[o] satisfactum[p], ea possessio tibi[q] reddatur. PP. III. kalen. Oct. Gordiano A. & Auiola Coss.

De vrbanitate ante ingressum iudicij debet conueniendus requiri extra iudicium. Bald. & Sal. Vel sic: Creditor potest prosequi ius pignoris, licet debitori non sit denunciatum vt soluat. Bart.

x. *Impp.* Diocletianus & Maximianus AA. & CC. *Alexandro.*

Debitores præsentes prius denunciationibus conueniendi[r] sunt. Igitur si conuenti debito satis non fecerint, persequenti tibi pignora, seu hypothecas, quas instrumento specialiter comprehensas esse dicis, competentibus actionibus[f], rector prouinciæ auctoritatis suæ auxilium impartiri[*] non dubitabit. Datum XIIII. kalend. Feb. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

Ad euidentiam nominator tenetur pro nominato, si nominatus non est idoneus, & licet nominator pro nominato conueniatur, tamen sua auctoritate res nominati capere non potest. Bald. Vel sic: Non licet eligentibus, ad munera, pignora inobedientis capere sine præsidis auctoritate. Salyc.

xi. *Idem AA. & CC. Euphrosino.*

Nominatori[t] pignori capere sine p̃sidis[u] auctoritate res nominati non licet. S. III. Id. Mart. AA. & Coss.

Vir succedens vxori, res quas vxor obligauerat, soluto debito recuperat. Baldus. Vel sic: Licet de pignore instrumentum non sit confectum, nihilominus creditor habet plenum jus. Bar. Vel sic: Successori debitoris debent pignora reddi, licet non caueatur in instrumento debiti. Salyc.

nihilominus hypothecæ pignora mihi obligata persequi possim, quæritur dicitur quòd sic.

b ¶ *Reum.* s. debitorem.

c ¶ *Feceris.* i. fieri feceris. *sic ff. de his qui not. infam. l. furti. §. mandati.* ¶ Et not. condemnationem, secus si fuissent absoluti à personali, quia tunc tollitur pignus. *vt ff. quibus mod. pignus vel hypotheca. solui. l. si differentis.*

d ¶ *Persecutionem.* habet enim hypothecaria[a] suas cõditiones, vt non aliter tollatur nisi fuerit satisfactum: *vt & ff. eodem. grege. §. etiã. & de pigno. actio. leg. solutum in princip. & ff. de distr. pig. l. quæsitum. & supra de act. & oblig. l. est in arbitrio. & infra etiam ob chirogra. pec. l. vnica.*

[a] Hypothecaria eas conditiones habet vt non aliter tollatur nisi fuerit satisfactum.

Si dominium.] casvs. Mulier quædã obligauit prædium suum, postea illud mihi donauit, si creditor illud possidet, potero illud vindicare, si tãtum percepi de fructibus quòd sufficiat ad debitum, vel si nõ sufficiat illud: quod deest, soluam ei.

[*] Impertire.

e ¶ *Quæ.* hic nõ potest esse quæ, & cũ, vt quidam textus habent, alterũ enim superfluum est, nisi bis ponãtur illa verba, pignori, &c. ita scilicet, si dominiũ eius possessionis q̃ pignori data esset, ad te translatum est, cùm pignori data esset. Azo.

f ¶ *Data.* Titio.

g ¶ *Ad te.* Seium.

h ¶ *Translatum est.* per venditionem vel legatum.

i ¶ *Eámque.* s. possessionem.

k ¶ *Creditor.* Titius.

l ¶ *Vindica.* actione in rem.

m ¶ *Ratione.* vt & j. de distract. pig. l. j.

n ¶ *A te.* Seio Accur.

o ¶ *Si fuerit.* postquam redditur, fructibus in solutionem cedẽtibus.

p ¶ *Satisfactum.* Titio.

q ¶ *Tibi.* Seio.

Debitores.] casvs. Ex curialitate debeo denunciare debitori meo, vt soluat: si non soluat, agam ad pignora.

r ¶ *Conueniendi sunt.* ex vrbanitate. *& sic ff. de seruit. vrban. prædio. l. quidam Hyberus.* secus autem vbi vult vendere pignora, quia tunc ex necessitate denunciatur: *vt j. de distra. pig. l. creditor. & j. de iure dot. impe. l. fin.* Item potest dici quod ex necessitate denuncietur eis si non fuerat dies statuta ad soluendum, aliàs non: *vt j. de contrah. & commit. stipul. l. magnam.*

f ¶ *Actionibus.* hypothecaria, *vt & supra de precario. leg. prima.* Accursius.

Nominatori] casvs. Iudex potestatis nominauit me vt essem decurio, contradixi: non debet accipere à me pignus sine auctoritate præsidis.

t ¶ *Nominatori.* i. nominanti ad munus.

u ¶ *Sine præsidis.* sed cum præsidis auctoritate sic: *vt ff. de muner. & hono. l. si ad magistratum. & j. de suspect. tut. l. præses. & facit supr. de cessio. bon. l. iij.*

Quamuis.] casvs. Si debitorem meum vel fideiussorem conuenero, & condemnari fecero in actione personali: an

Si iure.] casvs. Vxor mea quoddam prædium Titio obligauit, & heredem me instituit, si soluero Titio, potero prædium

(licet non interuenit instrumentum super eo vxori vel heredi suo restituendo) vindicare. Viuianus.

a ¶ *Eius facti.* i. licèt non sit dictum quòd restituantur obliganti, vel heredi, tamen intelligitur, cùm re cõtrahatur obligatio, vt *instit. quib. modis re contrah. oblig. §. fin.* Vel dic, licèt non intercesserit instrumentũ super his, vt *C. s. de pact. l. pactum quod bona.* Accur.

CVm.] CASVS. Si maior annis mulier debitrix tua in solutum prædia tibi dederit, an talis contract' valeat quæritur? Et dicitur quòd sic.

b ¶ *Tibi.* hæc dictio legitur cũ præcedẽti vel sequenti libera.

c ¶ *Ad firmitatem.* rei quæ geritur: vt *& j. de sol. l. successores. & facit j. si antiqui. cred. l. j. & ij. & ff. eod. l. si fundus. in fi.*

DIstractis.] CASVS. Si debitor meus mihi pignora obligata vendit, habeo electionem, vel eum personali actione conuenire, vel possessores pignorum hypothecaria, nisi debitor meus ex illa pecunia mihi satisfecerit, nam tunc habet potestatem pignus vendendi, hoc dicit eum auth. seq.

d ¶ *In rem.* id est hypothecaria. Sed[a] hoc iure[b] veteri videt sic distinguẽdum: quia aut tacitè obligata sũt pignora, aut expressè: priori casu prius est agendum personali: vt *ff. de iur. fisc. l. Mosehis. & supra de donat. inter vir. & vxo. l. si nõ verum.* Secundò habet electionem, *vt hic, & s. de act. & ob. l. fin.* Sed hodie indistinctè prius agi videtur debere personali, per authent. de fideius. vt *j. eo. auth. hoc si debitor.* quæ similiter est *s. de act. & obl. auth. sed hodie.* licet per alia verba. Sed & hæc de fideiussorib.[c] videt tolli per aliã de litigiosis, & redire ad primum ius, vt eligat creditor, quod dices *j. in d. authẽ. hoc si debitor,* &c. Accur.

a ¶ *Inutiliter.* [a] fortè dolo [b] seu metu, quo casu non tenet remissio de iure communi. secus si de iure speciali non teneret: vt inter virum & vxorem: vt in contrario: *vt ff. quib. mo. pign. vel hyp. sol. l. j. §. j.* Vel dic apertius, hic neutrum poterat per se sic remitti scilicet per dolum. ibi autem per se poterat remitti inter coniuges, vt *ʒ. ad Velle. l. etiam.* vel aliter vt ibi. Accurs.

a ¶ *Inutiliter.* a furioso vel pupillo sine tutoris auctoritate: vel à maiore & sanæ mentis, dolo vel metu.

b ¶ *Vindicare. vt ff. quod metus cau. l. illud* & dic hic vt supra *de pign. l. maior.*

Si eo.] casus. Obligasti mihi primo fundum, postea alij: & conuenit vt distraherē. petij pecu. sua die, & nō soluta feci præconizari, vt si aliquis haberet ius in eo, veniret. secundus creditor certioratus non venit: an videatur pignoris obligationem remisisse, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

c ¶ *Distrahebatur.* à quodam de creditoribus posterioribus: & sic erat pignus conuentionale. Vel à iudice, eorum instantia. Accursius.

d ¶ *Programmate.* i. [c] scriptura publicè proposita. a Vel per prouincias directa, cum essent absentes.

e ¶ *Præsentes.* sic [d] quòd edictum potuerit ad eos peruenire. a Quidam tamen dicunt præsentes in diœcesi [e] vel prouincia: *vt extra. qui ma. accu. non poss. cap. fina. & supra de bon. auctorit. iudic. poss. l. final.* 3 Vel dic hoc dimitti iudicis arbitrio. ¶ Et an liget [f] non subditos, vide hic Io. Fabrum in suo breuiario.

f ¶ *Amisisse.* videretur ergo cogi [g] agere: & sic est contra. *ʒ. vt nemo inuitus agere. l. j.* Sed dic, non cogitur: sed si non agat, amittit ius suum: & prætor postea denegat ei ius. sic *& supra de inge. ma. l. diffamari. & ff. qui ex cau. ma. l. j. sed & si per prætorem. §. ait prætor. & infra qui accu. non poss. l. si ea. & ff. de bo. aucto. iud. pos. l. si ferans.*

Creditorem.] casus. Debebas mihi decem sub pignore: confectum est instrumentum super pignore: reddidi tibi cautionem: an videar debitum remisisse, quæritur: Et dicitur quòd sic.

g ¶ *Manifestum est. vt ff. de pact. l. Labeo. & infra de solutio. l. pecunia. & ff. de donat. cau. mor. l. mortis causa capimus. §. Titia. & facit infra de don. l. j.* non sic econtra, vt [h] reddito pignore videatur remitti debitum: *vt notat. in l. postquam verò. ff. de pactis.* Accursius. Additio. Et est ratio diuersitatis inter chirographum sine instrumentum, & pignus: quia in redditione chirographi, siue instrumēti, nulla potest esse alia commoditas, nisi remissionis, & quòd liberet eum: sed in redditione pignoris secus. Et quod dicit Bartolus in dicta l. Labeo. §. sed etiam tacitè. quòd si redditio instrumenti contineret aliam vtilitatem, non induceretur remissio debiti. Exemplum: Cum litigares de re empta, dedi tibi instrumentum venditionis factæ per me, in quo continebatur quòd mihi promiseras precium: certè non sequitur liberatio à debito: habuit enim aliam commoditatem redditio, scilicet vt illo instrumento vtereris in causa. & hoc innuit secundū eum tex. cū glo. *in l. postquam. in fin. ff. de pact.*

Si hypothecas.] casus. Debebas mihi x. & hoc: obligasti mihi: & eidem fisco fundum: fiscus me sciente & non contradicente fundum distraxit: an videar actionem hypoth. remisisse, quæritur? Dicitur quòd sic.

h ¶ *Creditores.* qui erant priores fisco.

i ¶ *Silentio.* hoc [a] silentiū inducit consensum fauore fisci: vt in libertate: *vt & supra eodem. l. j.* aliàs contra videtur. *vt ff. qui mo. pignus vel hypothec. sol. l. sicut. §. non videtur.*

k ¶ *Fides.* scilicet ex quo est contractus factus, non debet retractari: [b] *vt ʒ. de quadri. præscript. l. benè à Zenone. & argu. habet. ff. communi di. l. Sabinus. & ff. ad municip. l. ij. & ff. de mort. infer. l. si prius.* Accurs.

Cum.] casus. Mandasti mihi vt creditori tuo soluerem, & mācipia creditori obligata liberarē: solui: neque hoc egi vt mihi essent pignorata, sed tibi tradidi: an videar remisisse pignus, quæritur: Et dicitur quòd sic, & agam mandati tam pro sorte, quàm pro vsuris.

l ¶ *Mandati.* vel quia tibi mandauit tantum vt solueres. Vel quia fideiussisti pro eo.

m ¶ *In vsuris. vt & ff. mandat. l. si verò. §. si tibi mandauero.*

n ¶ *Hac mente.* idem si quacunque mente: si tamen haberet, posset retinere: *vt ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. j.*

o ¶ *Non potest.* Nota regulam: [c] *vt ff. de solut. l. qui res. §. aream. & de verbor. obligat. l. inter stipulantem. §. sacram.* quæ fallit. *supra de non num. pecun. authentic. contra qui propriam. & supra si aduersus transact. l. j. & ij. & ff. si ex noxa. cau. aga. l. ij. in f.*

p ¶ Res pignoris.] *Obligationem. vt & supra de pig. l. qui debitoribus. & ʒ. ita. ij. l. si debitor. & ʒ. de don. inter vi. & vxo. l. si quidem. & supra de preca. l. j. & ff. de ali. iudi. mu. causa fac. l. j.*

Solita.] casus. Si consentiente creditore pignus distrahatur, & postea idem legati causa vel simili peruenerit ad debitorem: an in pristinam recidet obligationem, quæritur: dicunt quidam quòd sic: quia debitor obligauit mihi bona sua tam præsentia quàm futura: vnde cum hæc res erat futura &c. imperator dicit contra quòd non recidat, cum creditor videatur remisisse. Viuianus.

---

a v. quæ notantur ad Gloss. in 4. in verbo, impediat ff. qui. mod. pign. vel hypoth. solu. b v. Gloss. in l. si tibi 17 in verbo, alias. ff. de pact. vbi quæ scripserunt ad hunc locum intelligendum.

* Remisisse.

a Programmata quid.

* Paulo.

† Concor. casui cum Gloss. super verb. reddit. de verum. & ca. et olesse. facit a Marco. ... Gloss. extra de libe. pendon.

d Præsentes in auctione publica qui dicantur.

e Facit Gl. in vlt. in verb. eo ter absentes l. ʒ. de longi tempo præscript.

f Vtrum publicum programma obliget non subditos.

g Agere inuitū cogimur.

* remisisse.

h Pignore reddito nō videtur remitti debitum.

a Silentiū inducit consensum.

b Contractus fiscalis, in quo fides est, alicto inuito retractari non potest.

c Obligatio semel extincta non potest renouari, ... Glo. ... extra de testib.

a ¶ *Futurarum.* quia obligauit omnia bona præsentia & futura: *vt & supra quæ res pig. obli. pos. l. fin.*

b ¶ *Indignum esse.* Immo videtur dignum vt in obligationem recidat: *vt ff. quibus mod. pignus vel hypoth. sol. l. cum. §. superius cum, qua est contra.* Solu. hic de stricto iure: ibi de æquitate. Vel non est contra: quia tam hic quàm ibi dicit debitori dari exceptionem. Sed ibi dicit plus. scilicet dari creditori replicationẽ: quod hic non negat. Vel ibi dubitabatur de consensu creditoris: hic certum erat debitorẽ vendidisse, & postea emisse: ibi verò non, immo præsumebatur non vẽdidisse: quia possidebat: *vt in principio illius §. & §. si voluntate.* Et est etiam ad hanc solutionem inf. tit. 3. l. qui sub imagi ne. Vel refert an[b] ex eadẽ vel simili causa redeat res ad debitorem, putà quia redemit: vel est ei redhibita vel ex pacto addictionis in diem, vel legis commissoriæ: vt tunc videatur obligata: *vt ibi. & in eod. titu. l. voluntate. in princi. & §. final.* An verò ex alia causa, vt legato, donatione, dote, & tunc non: *vt hic.* Vel ibi fuit actum quòd de precio satisfieret creditori, & satisfactum non fuit.

Verum res venatæ à debitore cõsensu creditoris, de tori postea adquisitæ, te vantur in utique con- tinonem & ypothecam.

Quod dicitur rem semel alienatam cõsensu creditoris à debitore postea adquisitam, non te- ...

tractui præbente, & quodam legitimo postea modo res ad priorem dominum reuertuntur. In hoc etenim casu diuersæ sententiæ à legum prudentibus habitæ sunt, quibusdam dicentibus ius pignoris creditori renouari propter verbum *futurarum*[a] *rerum*, quod in generalibus hypothecis poni solitum est, aliis penitus extingui. Nobis autem visum est, eum qui semel consensit alienationi hypothecæ, & hoc modo suum ius respuit: indignum[b] esse eandem rem, vtpote ab initio ei suppositam, vindicare, vel tenẽtem inquietare. Dat.* Constantinopol. post consulat. Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

TITVLVS XXVII.

ETIAM OB CHIROgrapharia m pecuniam pignus teneri posse.

ETIAM OB CHIrographariam[e] pecuniam pignus teneri posse.

Id est[d] *quæ sine pignore debetur per chirographum: vt supra qui po. in pig. ha. l. cũ tibi. Sed quid si debetur sine*[e] *chirographo? Respon. idem: cum enim hæc lex. in §. pen. loquatur generaliter, tota*[f] *erit generaliter intelligẽda, sicut*[g] *& si principi. vt, arg. ff. de iu. & fac. igno. l. penu. §. & licet.*

Pignus obligationis nouata, non transfertur in nouatione nisi ex pacto, quo casu non solùm potest retineri pro ea pecunia, sed pro chirographaria quoad excludendum debitorẽ à pignoratitia: sed non quoad excludendum secundũ creditorem offerentem. Bald. Vel sic: Per nouationem voluntariam debiti principalis, pignus extinguitur: nisi fuerit repetitum: per nouationem verò necessariam, quæ ex condemnatione principalis debiti inducitur, pignus non extinguitur, & pignus datum ob vnum debitum, potest etiam pro alio chirographario tantùm retineri, præter quàm contra creditorem secundum agentem, vel sic defendentem. h. d. no. Salyc.

1. *Imp.* GORDIANVS A. *Felio.*

PIGNVS intercidit[c], si nouatione[d] facta, in alium ius obligationis transtulisti[e], nec vt ea res pignoris nomine teneretur, tibi cautum est. Quòd si pactum inter te eúmque[f] qui postea dominus fundi constitutus nouam obligationem susceperat, intercessit, vt idem fundus tibi pignoris nomine teneretur[g]: quanuis personali actione[h] expertus feceris condemnationem, pignoris tamen habes persecutionem[k]. At si in possessione* fueris constitutus: nisi ea [quoque]* pecunia tibi à debitore[l] reddatur, vel offeratur, quæ sine pignore debetur: eam[m] restituere propter exceptionem doli mali non cogeris[n]. Iure enim contendis. debitores eam solam pecuniã cuius nomine ea pignora obligauerunt, offerentes, audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quàm mutuam[o] simpliciter[p] acceperunt: quod in secundo creditore[q] locum non habet. Nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. PP. Idib. Mart. Gordiano. A. & Auiola Conss.

P*ignus intercidit.*] CASVS. Soluto eo quod debetur, vel nouato, vel accepto lato, tollitur omnis obligatio: an autẽ pignorũ obligatio per nouationem, vel actio personalis tollitur? dicit hæc lex quòd sic. dic ergo sic. Obligaui tibi rem meam pro decem. delegaui tibi Titium, qui erat debitor meus in decem, & tuus in aliis decem. si pignore & animo nouandi stipulatus es illa decem tibi reddi à Titio, qui rem illam obligatam à me comparauit. an pignus sit liberatum, neque tibi obligatum, quæritur? Et dicitur quod sic, nisi inter te & Titium & me hoc conuenisset: quia tunc si tu possidebas, haberes retentionem tam pro pecunia pro qua erat pignus obligatum, quàm pro qua non erat obligatum: putà quia in alia manu tenebatur mihi Titius in x. sed hoc non est in secundo creditore: quia secundus creditor non cogitur offerre pecuniam primo, nisi eam pro qua pignora erant obligata. Vel dic casum aliter vt in glos.

c ¶ *Intercidit.* id est, extinguitur.[h] Et dic quod Titius debet mihi centum sub pignore: Seius quinquaginta sine pignore. cũ Seius emeret pignus à Titio pro c. animo nouandi & liberandi Titiũ, illa c. mihi promisit. si non est actum vt pignus remaneat, tollitur: aliter remanet, & habeo retentionem contra Seium etiam pro l. quæ ipse mihi sine pignore debebat.

d ¶ *Si nouatione.* voluntaria[i] secus in necessaria: *vt ff. de noua. l. nouatione. & l. aliam. & ff. de pign. act. l. solutum. 3. responso. & §. 3. & infra de solut. l. nouatione.*

e ¶ *Transtulisti.* stipulãdo ab alio, scilicet Seio animo nouãdi, olim præsumpta[a] nouatione interuentu nouæ personæ, hodie hoc expresso: *vt instit. quibus mod. toll. ob. §. præterea.* Item videtur quòd licèt extinguatur[b] principale, adhuc agi possit: *vt ff. de pact. l. si vnus. §. si cum reo.* Sed ibi non fuit prorsus extincta obligatio, sed[c] ope exceptionis, & ad tempus elisa. hic sic. Item opponitur ex *l. 1. titu. 3. l. debitum. & ff. quod metus causa. l. illud.* Sed & ibi non sunt sublata ipso iure obligationes: *vt hic sunt.* Item ibi per in integrum restitutionem datam iure actionis vel replicationis repeqnuntur singula in pristinum statum.

f ¶ *Eumque.* scil. Seium emptorem & nouum expromissorem, qui & ipse quinquaginta debet.

g ¶ *Teneretur.* ppter cẽtum, quæ prior debebat debitor, quæ ipse Seius animo nouandi promis.

h ¶ *Personali actione.* id est, condictione certi ex stipulatu: *vt ff. si cert. pe. l. si quis certum.*

i ¶ *Feceris condemnationem.* id est, feceris fieri. sic. *ff. de his qui no. infam. l. furti. §. mandati.*

k ¶ *Persecutionem.* cũ nõ sit soluta pecunia condemnationis, quæ erat centum. habet enim suas conditiones hypothecaria, quibus cessantibus tenet: *vt & ff. de pignor. l. grege. §. etiam. & §. sequens. & 3. de pign. l. quamuis. 3.* Sed quid si ipsa est soluta, vel offeratur: an possit agi adhuc hypothecaria contra possidentem, vt sic habeat retentionem pro quinquaginta? Respon. non puto, nam nulla lex dicit quod pi. teneatur, id sic obligatum pro tali pecunia: sed quod retineatur. & sic intelligitur etiam in rubrica, teneri. i. retineri. & *pro hoc est. ff. de verbor. signific. l. non potest videri.* vnum videtur facere pro creditore, quia sic habebat retentionem. sed hoc non remouet, quia & naturalis debiti nobis soluti habemus retentionem, nec tamen non soluti habemus petitionem.

l ¶ *Debitore.* nouo. s. Seio, quæ erant quinquaginta.

m ¶ *Eam.* s. possessionem.

n ¶ *Non cogeris.* Imò videtur quòd sic: *vt 3. de vsuris. l. per retentionem. & ff. de pignor. act. l. solutum. §. si in sortem quæ sunt contra.* Sed illud est odio[d] vsuratum, vt[e] pro eis non sit locus retentioni: sicut & aliud est speciale earum odio, vt citra vinculum stipulationis non debeantur vsuræ: *vt supra de vsur. l. quamuis. 3.* Vel ibi naturaliter tantùm debebantur vsuræ, hic vtroque iure est debitum, pro quo competit retentio. Vel in illa l. solutum. in sortem tantum fuit obligatum pignus, hoc expressè acto, vt pro vsuris non teneatur.

o ¶ *Mutuam.* Sed quid si hæc quinquaginta ex alia causa quàm mutui debeantur? Resp. idem, & gratia exempli de mutuo dicit, *vt hic subijcit, & 3. in princip. huius l.* Item quid si alia res est quæ debetur, vel ex mutuo, vel aliter? Resp. idem, cùm omnes res appellatione pecuniæ contineantur, *vt ff. de verb. signif. l. pecuniæ nomen. & l. pecuniæ verbum. & l. seq.*

p ¶ *Simpliciter.* i. sine pignore. ¶ Et sic not. quòd lex generalior est quàm rubrica, *vt 3. modò dixi.*

q ¶ *Quod in secundo creditore.* conueniente primũ creditorem, vel conuento à primo, quando vult sibi conseruari pignus, nec ergo debitum

a Olim præsumebatur noua tio ex interuentu nouæ personæ. Hodie non intelligitur nisi expressè dictum & consensum nem factum esse.

b Principali extincto vnà possit. electisus extinctum non intelligitur quod vel ope tantũ exceptionis vel ad tempus est extinctum.

* ad possessionem.

* deest.

d Vsuræ sunt odiosæ, nec debentur sine stipulatione.

e In odiosis non est locus retentioni.

Pignus retinetur potest ob pecuniam chirographariam & non chirographariam. Generalia generaliter intelligenda. Rubrica generalior est ... Nouatione pignus & hypotheca tollitur ...

debitum chirographarium à se, vel à debitore compellitur soluere. ¶ Sed quid in emptore pignoris, qui sine voluntate creditoris emit? Respon. idem eadem æquitate. *argum. C. de his qui in priorum credit. loc. succe. [illegible] & ff. de rei vendicat. l. emptor. in prin.* ¶ Item quid si extraneus sit rei dominus, non debitor: quia consensit obligationi. Videtur idem: *vt hic & ff. de condic. indebit. l. si non sortem. § precatum.* quod non puto secundum Pla. *ff. locati & conduct. l. item quæritur. § qui impleto.* ¶ Item quid de quolibet extraneo possidente? Resp. tam[a] ipse quam alij si possideant, offerentes debitum pro quo est obligatum, absoluentur, *vt ff. quibus mod. pignus vel hypotheca soluit. l. Paulus respondit. § qui pignora.* ¶ Item si est prætorium pignus, an competat retentio, vel si est iudiciale? Videtur idem cùm similia sint quoad hypothecam, *argu. supra de prætor. pign. l. fin.* ¶ Item an pro vsura centesima, sed in hac dico vt in alijs vsura dixi. *& facit ff. in quib. caus. pignus tacit. contra. l. si.* ¶ Item an possit vendi pro tali pecunia pignus? Respõ. non: cùm tantùm habeat retentionem creditor. ¶ Item an etiam in hypotheca, non solùm in pignore? *Resp. sic puto.*

a Pignus possidens si offert debitum, absoluetur.

° Maximo. al. Maximiano.

DE DISTRACTIONE pignorum.

Non celebrata solutione, nec eo interueniente, quod habeatur pro solutione, pignora possunt distrahere. Videamus ergo quis possit distrahere, & quando, & qualiter, & quis sit effectus. Azo.

FVndum.] CASVS. Obligasti mihi fundum, & fructus percepisti[b] valentes debitum, ipso iure liberatur pignus, neque illud distrahere possum. Viuia.

a ¶ *Ipso iure.* opposita tamen compensatione ab homine. Vel speciale, vt fiat ipso iure compensatio sicut vsurarũ, quo ad concurrentes quantitates, *vt C. de compen. l. si constat.*

b ¶ *Minimè potest. vt C. de pign. l. si dominium. & de pig. act. l. j. & ij. & de part. pig. l. ij.* nisi[c] pactum intercesserit de lucrandis[d] fructibus pro vsuris, *vt C. de vsur. l. si ea lege. & l. ex prædiis.*

CReditor.] CASVS. Obligasti[e] mihi librum, concessi eum tibi in precarium, te non soluente pecuniam sua die, librum distraxi. an eo ipso quòd precario possedisti, videas rem litigiosam vendidisse? quæritur. Et resp. quòd non. Viuian.

c ¶ *Rem.* apud debitorem constitutam.

d ¶ *Vendere. vt arg. C. eo. l. si in hoc. & C. de litig. l. j. & facit ad illam C. tit. j. l. j. & l. v.*

e ¶ *Precario.* licèt debitor, &c. & sic rem suam ratione possessionis habet precario debitor, *vt ff. de preca. l. cert. § fin.*

b Fructus cõsumpti ipso iure imputantur in debitum, opposita tamen compensatione ab homine, vt proxima Glo. [illegible]

d Hic colligitur pactum valere [illegible]

TITVLVS XXVIII.

DE DISTRACTIONE pignorum.

Fructus rei pignoratæ extenuant sortem ipso iure. Bald. Vel sic: Si fructus pignoris à creditore percepti coæquentur vsuris & sorti, pignus non potest distrahi. Sal.

I. Imp. ALEXANDER A. Pacato.

FVNDVM † pignori obligatũ si creditor ex fructibus debitum consecutus[a] est cum ipso iure[a] pignus ab obligatione liberatum sit, distrahere minimè potest[b]. PP. Idib. Ian. Maximo. ij. & Æliano Coss.

Creditor qui pignus precario concedit debitori, non amittit ius pignoris vendendi. Bald. Vel sic: Precarium non afficit rem vitio litigiosi. Sal.

II. Idem AA. Maximo.*

CReditor qui hypothecæ seu pignori rem[c] sibi nexam vendidit, litigiosam rem non videtur vẽdere[d], quia precario[e] debitor possidet. PP. xij. Kalen. Octobr. Maximo ij. & Æliano Coss.

Per venditionem pignoris non sufficientis ad debitum, non tollitur actio personalis contra eum, vel fideiussores eius. Baldus. Vel sic: Venditio pignoris non idonei residui petitionem non adimit creditori. Salycet.

III. Idem A. Luciano.

HYpothecis vel pignoribus à creditoribus venũdatis, in id quod deest, aduersus reum vel fideiussorem eius actio competit[f]. PP. iij. Non. Nou. Maximo ij. & Æliano Coss.

Cum creditor exponit rem venalem, debet hoc notificare debitori, & etiam cùm postea licitanti, id est, plus promittenti venditur. Etsi per fraudem minus iusto precio venditur, actio pigneratitia competit debitori. Bald. Vel sic: Creditor venditionem pignoris quam facere intendit, debitori debet denunciare, & omnia bona fide gerere. Salyc.

IIII. Idem A. Crescenti.

CReditor hypothecas siue pignus cum proscribit[g], notum debitori[h] facere, & sibi bona fide[i] rem gerere, & quando licet, testato[k] dicere debet. Si quid itaque per fraudem[l] in pignore villæ[m] venditæ commissum probare[n] potes: vt inferatur actio[o] quæ eo nomine competit, adi eum cuius de ea re notio est. PP. Kalend. Iun. Fusco & Dextro Coss.

Si debitor est paratus soluere residuum debiti, pignus vendi non potest. Bald. Vel sic: Implorari potest arbiter ad calculandam rationem inter debitorem & creditorem. Bartol. Vel sic: Quantum sit debiti residuum, per iudicem est declarandum, & eius oblatio impedit pignoris venditionem. Salycetus.

V. Idem A. Sossiano.

SI residuum[p] debiti paratus es soluere, præses prouinciæ dabit [tibi] arbitrium[q] apud quem quantum sit quod superest ex debito examinabitur, & siue ad iudicem venire aduersa[*] pars cessauerit, siue oblato superfluo[r] ad venditionem prosilierit, improba alienatio proprietatis tuæ ius non aufert[f]. PP. xij.[*] Kalend. August. Pompeiano & Peligno Coss.

Particularis solutio debiti, pignus non dissoluit. Sal. Vel sic: Etiam pro residua promissa quantitatis potest totum ius pignoris vendi, quia ius pignoris est indiuiduum. h. d. secundùm Bar.

VI. Imp. GORDIANVS A. Rogato.

QVamdiu non est integra pecunia creditori numerata, etiamsi pro parte maiore eam cõsequutus sit, distrahẽdi

HYpothecis.] CASVS. In lista dicitur, Si creditor vẽdit pignus, cui ex precio non satisfecit tibi integraliter, de residuo habet regressum contra debitorem, vel eius fideiussorem. Viuian.

f ¶ *Competit. vt C. si pro cer. pe. l. si pro mutua. in fi. & de act. & obl. l. aduersus. fi. & ff. eo. l. quæsitum. & l. & si n. & insti. eod. l. quæ specialiter. & ff. si cert. pe. l. creditor. & de pig. act. l. si necessariò.*

CReditor.] CASVS. Si creditor velit pignus publicè venale proponere: debitori denunciare debet, & si fraudẽ committat, putà nõ subhastando, aut nõ denunciando debitori, opportuno loco & tempore, neq; dando plus offerenti: aget debitor aduersus eum directa pignoratitia ad suum interesse. Viuian.

g ¶ *Proscribit.* i. venales proponit publicè. Acc.

h ¶ *Debitori. sic C. de pig. l. debitores.*

i ¶ *Bona fide.* quæ est adhibenda tam in subhastãdo, quàm cõgruo loco & tẽpore denũciando. & plus offerẽti dãdo, *vt C. de iure do. impe. l. fin.*

k ¶ *Testato.* i.[b] corã testibus, quando habet, vt dicit litera. ¶ Et not. q vbi est actum vt possit vendere, sine[c] denũciatione vendet, si autem nihil est actum, tunc semel est denunciandum, si verò vt[d] non venderetur, tunc denũnciabit ter. *vt C. de iure do. imp. l. fi. & ff. de pign. act. l. iij. & C. de contr. stip. l. magnam.*

l ¶ *Per fraudem.* vel culpam latam secundùm B. Vel etiam leuem, de qua tenetur, *vt ff. de pig. act. l. si fenus.*

m ¶ *Villæ.* i. domus.

n ¶ *Probare potes.* tu debitor.

o ¶ *Actio.* sc. pigneratitia directa, *vt C. si vend. pig. aga. l. j.* Accurs.

SI residuum.] CASVS. Debebas xxv. confessus es de x. & es mihi obtulisti dato. computatore. Si ad iudicẽ venire nolui, vel si oblatis mihi x. ad venditionem pignoris prosiluero, nõ tibi præiudicabo. Viu.

p ¶ *Si residuum.* parte s. soluta. Accurs.

q ¶ *Arbitr.* i. calculatorẽ.

r ¶ *Oblato superfluo.* Si autem pecuniã non obtulerit, sed[e] confiteatur se paratum soluere pecuniam, videtur posse fieri alienatio. Sed rescindetur postea pecunia soluta, *vt ff. de res. vend. l. pe.*

f ¶ *Non aufert.* cùm enim sis paratus soluere residuum, dum constet quantum illud sit, non es improbus, *vt ff. de reg. iu. l. non videtur improbus. & ff. de vsur. l. si quis solutioni.*

QVamdiu.] CASVS. Debebas mihi c. sub pignore, lxxx. & xix. mihi soluisti: neque restabat nisi vna libra, si eam non soluas, an pignora distrahere possum? & dicitur quòd sic. Viuia.

a De venditione pignoris in executione sententiæ, [illegible] Vapedorf. [illegible]

b Testato. pro coram testib.

c Pignus vendi potest sine denunciatione, si hoc actum est inter debitorem & creditorem, vt creditori pignus vendere liceret. [illegible]

d Pignus non [illegible] vt venderetur, [illegible]

* diuersitas omn. vet.

e Oblatio verbalis [illegible] vt venditio pignoris possit fieri per creditorem [illegible]

Pio & Pontiano Coss.

Licet creditor vendat mala fide, si emptor non participat fraudem, venditio rescindi non potest, quia non participat de fraude. h. d. secundum Baldum.

VII. *Idem A. Caro.*

SI cessante solutione, creditor non reluctante lege contractus [b], ea quæ sibi pignori nexa erant, distraxit: reuocari venditionem iniquum est [c]: cùm si quid in ea re fraudulenter fecerit: non emptor [d] à te, sed creditor [e] conueniendus sit. PP. V. Kal. Nouem. Pio & Pontiano Coss.

Oblatio debiti venditionem præcedens, impedit venditionem pignoris futuram: sed sequens oblatio non resoluit iam factam. h. d. secundùm Bald.

VIII. *Idem A. Maximo.*

SI priusquam [f] distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoque non accipiente, facta contestatione eam deposuisti [g], & hodie quoque in eadem causa permanet, pignoris distractio non valet. Quòd si prius quàm offerres, legem venditionis exercuit, quod iure substitit, reuocari non debet [h]. PP. iij. Nonas April. Gordiano A. & Auiola Coss.

Venditio pignoris debet fieri solenniter & bona fide: & si precium non sufficit, residui petitio competit. Bald. Vel sic: Pignora specialiter obligata prius vendi debent, & si quid deest, ad venditionem hypothecæ generalis perueniri potest. Salycetus.

IX. *Imperatores* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Cillo.*

QVæ specialiter vobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide [i] debetis, & solenniter [k] vendere. Ita enim apparebit, an ex precio pignoris debito satisfieri possit. Quod si quid deerit: non prohibemini cætera [l] etiam bona iure conuentionis consequi. PP. xiij. Kalen. Iun. Diocletiano iij. & Maxi-

Creditor non põt vendere pignus sibiipsi, nec interposita à se persona simulata, quæ simulatio præsumitur si creditor semper possidere probetur, & ideò oblato debito, debitor eum conuenit pigneratitia, non obstante simulato contractu, & reiecta simulati emptoris allegatione. h. d. secundùm Bal. Vel sic: Non licet creditori per se vel subiectã personam pignus quod ipse vendit, emere, secus si debitor ipse vendit. Salycetus.

X. *Idem* AA. & CC. *Rufino.*

ET qui † sub imagine alterius personæ, quã [m] supposuerat [n] iugiter tenet: cum sibi negotiũ gerat, alienasse nõ videt [o]. Iure enim pignoris obligatũ prædiũ, neq; si per subiectã personã creditor cõparauerit [p], neq; si sibi addixerit [q], debitori affert præiudicium: sed in eadẽ causa permanet, in qua fuit ante huiusmodi collusionẽ. Sanè si debitore distrahẽte cõparauerit, consensu emptionẽ perfectã (si neq; dol[r] aduersarij, neq; metus causa gesta arguent) reuocari exẽplo graue[s] est. Si igit[t] poteris euidentibus probationibus monstrare[u] creditorem per suppositã imaginarij emptoris personã semper possessionẽ tenuisse, nec vẽdita bona fide postea sinceriter cõparasse: potes oblata pecunia cũ vsuris, ad restitutionẽ creditorẽ compellere. PP. iij. No. Octo. ipsis iiij. & iij. AA. Coss.

Dolus facit cessare beneficium legis. Bald. Vel sic: Mulier propria bona obligans pro marito, vel quocunque alio, sibi non præiudicat. secus si alios obliget ea vt propria, & ipsa in fraudem tacet. Salycetus.

XI. *Idem* AA. & CC. *Rufina.*

MVlier licèt specialiter res pignori dederit pro alio, creditor eas distrahendi non habet facultatem [x]: nisi dissimulatione, marito obligante velut proprias, creditoris ignorantiam circunscripserit [y]. PP. V. Kal. Maij, Heracliæ AA. Coss.

... cet bona hac veniri, arg. ff. de rebus cre. l. magn. §. item præter. & de aqua pluuia a. l. j. §. denique. licet sit arg. contra ff. e. l. creditoris & ff. de pign. l. qui pignori.

SI cessante.] CASVS. Cessante debitore in solutione, si creditor lege vel pacto pignus vẽdidit, rata manet venditio, & si creditor fraudẽ cõmiserit, non emptor sed ipse à debitore erit conueniendus. Viuian.

b ¶ *Contractus.* quia cõuenerat de distrahendo: vt ff. de pign. act. l. si conuenerit. j. in princ. & j. de pig. act. l. pignoris in fin.

c ¶ *Iniquum est* s. auferendo emptori: vt & j. de resc. vend. l. dolus.

d ¶ *Non emptor à te.* nisi & ipse participauerit fraudẽ, & vẽditor nõ sit soluendo: vt j. si vend. pign. aga. l. j. & ij. Accursius.

e ¶ *Creditor.* arg. j. de procur. l. si procurator.

SI priusquàm distraheretur.] CASVS. Debitore offerente pecuniam, si creditor noluerit eam accipere, cõsignet eam, & deponat: & si creditor pignus distrahat, non valebit venditio, si autem ante oblationem lege vel pacto distraxit, quod rectè factum est, non retractabitur. Viuianus.

f ¶ *Si priusquàm distraheretur* à creditore.

g ¶ *Deposuisti.* hoc exigitur ad hoc vt liberetur ab obligatione. Sed sola oblatio videtur sufficere ad inhibendam venditionem pignoris: ... iuxta eod. l. si residuum, ... ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. item liberatur. §. qui paratus. Sed argum. contra j. tit. j. l. j. & ij. Vnde potest dici illud esse verum, quòd sola oblatio sufficiat, quando in [a] iudicio fit oblatio, nam tunc sufficit sola oblatio ad dandam pign. act. vt ff. de pigno. act. l. si rem. j. §. fina. & sic vendi non potest, vt hic. & j. qui pot. in pign. l. j. & j. de lui. pig. l. fina. & j. de vsur. l. acceptam.

h ¶ *Non debet.* vt j. eod. l. j. & l. qui sub imagine. & suprà de admin. tut. l. sancimus. j.

QVæ.] CASVS. Meliùs pone vt in libro secundũ Iac. Creditor debet solenniter vendere pignus, & bona fide, vt sit ...

... pignus reddere, ... emptorem supposuerit, debitori non præiudicat: sed in ea causa manet quæ erat ante collusionem, & hoc in prima. Si verò debitore vendẽte comparauit, neque dolus eius intercessit, tenet venditio, & hoc in secũda. Si verò vt in casu. l. creditor imaginarium supposuit emptorem, non valebit quod actũ est, sed oblato debito pignus recuperabit, & hoc in tertia. Vi.

m ¶ *Quam.* i. personam.

n ¶ *Supposuerat.* i. loco sui pósuerat.

o ¶ *Non videtur.* vt ff. de contr. emptio. l. nuda. & ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. l. sicut. §. supervacuum est. & supra de pign. act. l. si nulla.

p ¶ *Comparauerit.* creditor. Accurs.

q ¶ *Addixerit.* pro tanto quantum alius dare volebat.

r ¶ *Arguuntur.* vt & j. de transact. l. interposita. & suprà de resc. vend. l. ... l. si voluntate. & quod met. ca. l. si per impressionem. & l. si per vim.

s ¶ *Graue est.* vt j. eod. l. si prius in fin.

t ¶ *Si igitur.* quod dixit in genere, nunc dicit in specie.

u ¶ *Monstrare.* qui [a] enim dolũ dicit, probet, vt hic. & j. de dolo. l. dolum.

¶ Sed quare hic in creditore non sic præsumitur dolus, vt in debitore præsumitur: vt supra tit. n. l. fina. Respond. illud speciale: & sic [b] nõ trahitur ad consequentiã: vt ff. de legi. & sena. con. l. quod contra rationem.

MVlier.] CASVS. Si mulier pro marito res suas obligauit, creditor eas vendere non potest, nisi volens creditorem decipere, simul & maritum obligasse, tanquam res suas. Viuianus.

x ¶ *Habet facultatem.* propter Velleianum, vt ff. ad Velleia. l. ... §. fina. & j. ad Velleia. senatusc.

y ¶ *Circumscripserit.* nam tunc tenet obligatio. vt supra ad Velleia. l. si vxor. & supra si alie. res pign. da. l. ij. & facit ad l. idem supra de rei vind. l. si mater. & ff. de ... l. quidam Accurs.

SI debitor.] CASVS. Debitore non requisito consensu creditoris pignus vendente, dominium cum sua causa transtulit. Viu.

Causa

Oblatio sola an sufficiat ad inhibenda pignoris venditionem.

Modici debiti causa creditor ... rem mobilem vel immobilem debitoris ... pignori ... distrahere non debet ...

Quis dolũ dicit, dolũ probare debet.

Speciale ad consequentiam non trahitur.

§ Emtor ad ... l. ...

a Causa pro obligatione. b Dominium cum sua causa ad emptorem transfertur.

a ¶ *Causa*. id est, obligatio.
b ¶ *Emptorem. vt ff. de pign. act. l. si conuenerit. §. si fundum. & supra de pign. l. debitorem. & supra tit. j. l. res pignoris. & supra de don. inter vi. & vx. l. si quidam. & infra de euict. l. si prædium. & ff. de contr. empt. l. alienatio.*

QVi prædium.] CASVS. Si obligatum mihi fundum, & te cessante in solutione vendidi, neque emptorem in vacuam possessionem induxi, nulla in rem actio emptori acquiritur. Viuianus.

c ¶ *In vacuam*. Quid sit induci in vacuam possessionem probatur, ff. de act. empt. & vend. l. ij. §. j. Accurs.

c In vacuam possessionem induci quid.

d ¶ *Actionem*. neque directam, neque vtilem, vt C. de rei vind. l. seruū. & de pactis. l. traditionibus. & argum. ff. eod. l. pen.
¶ Et not. quòd hæc lex est contra opinionē nostram, qui dicimus sec. Ioan. dominium sine possessione quæri. vt ff. de fund. dot. l. si fundum. Sed dic quòd non causatiuè ponit, quòd hoc sit necesse, sed demonstratiuè: proponebatur enim esse vacuam apud creditorem, sic & exponimus C. de prob. l. cùm res. & ff. de don. l. eam. §. penul. Vel dic quòd quādo est apud tradentem vacua, sic tradere debet, alioquin sufficit induci in possessionem, & nō vacuam: vt d. l. cum res. vbi plenè de hoc dixi. Item est arg. contra nos. ff. de contrah. emp. l. si sublata. §. j. Sed dic vt dixi, quòd vacua erat apud tradērem, vel ibi non dicitur quicquam de vacua.

d Dominium an sine possessione possit adquiri.

SI in hoc.] CASVS. Debitore nō soluente, & pign. tenente, an creditor possit illud distrahere quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuia.

e ¶ *Facultatem. vt C. eod. l. iij. & C. de admin. tut. l. debitoribus. & de pign. act. l. qui pignoris. in fine.*

OBligatis.] CASVS. Si creditor mācipium sibi obligatū distrahat & trahat & tradat, & postea debitor illud solicitauit vt ad se rediret nō creditori eidémque venditori, sed emptori contra debitorem possidētem in rem competit actio. Viuian.

f ¶ *Hæc*. scilicet mancipia.

g ¶ *Solicitauerit*. & possessionē rehabuerit, vel ad alium fecerit peruenire.

† al. creditori.

VNus.] CASVS. Si vnᵉ ex heredibus debitoris partem suam soluerit: an aliis cessantibus in solutione, creditor possit pignus distrahere quæritur? Et dicitur quòd sic, neque per illius solutionem adempta est sibi distrahendi facultas. Viuianus.

† al. pignus.

h ¶ *Non adimit. vt & ff. de pign. act. l. si necessarias. §. si vnus. & l. solutum. §. si creditori. & infra si vnus ex pluribus hered. & c. l. j. & ij. infra de lui. pignor. l. j. & ff. fam. erc. l. heredes. §. an ea. & ff. de pign. l. qui pignori.*

Debitor inuito creditore vendere potest saluo iure creditoris. Bal. Vel sic: Venditio à debitore facta, non præiudicat creditori in sua hypotheca. Salyc.

XII. *Iidem AA. & CC. Zotico.*

SI debitor rem tibi iure pignoris obligatam, te non consentiente distraxit: dominium cū sua causa [a] transtulit ad emptorem [b]. S. Prid. Kalen. Maij, Heracliæ. AA. Coss.

Qui non est inductus in possessionem, rei dominium non habet. Bal. Vel sic: Ex sola venditione sine traditione dominium non transfertur. Salyc.

XIII. *Iidem AA. & CC. Theodota.*

QVi prædium obligatum à creditore comparauit, si in vacuam [c] possessionem inductus non est, nullam in rem actionem [d] habet.

Creditor potest vendere pignus apud debitorem constitutum. Bald. Vel sic: Debitor non soluens tenetur facultatem pignorum distrahendi causa facere creditoris. Salyc.

XIIII. *Idem AA. & CC. Modesto.*

SI in hoc quod iure tibi debetur, satisfactum non fuerit, debitoribus res obligatas tenentibus, aditus præses prouinciæ, tibi distrahendi facultatem [e] iubebit fieri. PP. XVI. Kalend. Decemb. Sirmij. AA. Coss.

Postquam creditor vendidit & tradidit, jus rei emptori & non creditori competit. hoc dicit, secundùm Baldum. Vel sic: Si creditor pignus quod iure vendidit, emptori tradidit: ipsi emptori etiam contra debitorem rei vindicatio competit. Salycetus.

XV. *Iidem AA. & CC. Auiana.*

OBligatis pignori mancipiis à creditore distractis ac traditis, si post debitor quódam hæc [f] solicitauerit [g], non venditori † sed emptori contra possidentem in rem competit actio. Datum Kal. Mart. Sirmij. CC. Coss.

Licet vnus ex heredibus debitoris totam partem suam ipsius debiti soluat, venditionem pignoris etiam pro parte sua non impedit. Bald.

XVI. *Iidem AA. & CC. Syluano.*

VNus ex multis debitoris qui pignora tradiderat, heredibus, quod ab eo personali actione peti potuit, soluendo: res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit [h]. S. III. Nonas April. CC. Coss.

Creditor non amittit potestatem vendendi propter iniustè vendentem, hoc dicit, secundùm Bald. Vel sic: Chirographarius debitor non potest vendere res debitoris in præiudicium hypothecarij creditoris. Salycetus.

XVII. *Iidem AA. & CC.*
Agapæ.

REi creditor [i] obligatæ generali siue speciali conuentione, per creditorem alium, cui non fuerat nexa, venundatæ, non amittit persecutionem. Datum Pridie Nonas April. CC. Consulibus.

Creditor proprietatem transfert in emptorem. Bald. Vel sic: Qui iure emit à creditore, non habet euictionem timere. Salyc.

XVIII. *Iidem AA. & CC.*
Caiano.

QVi à creditore pignori obligatum prædium * iure emit, de proprietate vinci non potest [k]. Subscripta VI. Kalend. Maij. CC. Coss.

Licet pecunia mutuata sit vxoris, tamen nomen debitoris non est vxoris. Bald.

XIX. *Iidem AA. & CC.*
Lybiæ.

SI maritus [l] tuus mutuam (licet tuam) dedit pecuniam: eorum quæ pignoris titulo accepit, si ei non successisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem [m]. S. VI. Id. Nou. Heracliæ. AA. Coss.

Res empta ex superfluo pignore vendito, efficitur emptoris. h. d. no. secundùm Bald. Vel sic: Res empta ex superfluo precij pignoris à creditore venditi, non quæritur debitori: sed ad residuum habet pignoratitiam actionem. Salyc.

XX. *Iidem AA. & CC.*
Sabino.

SEcundum placiti fidem, si nihil conuenit [n] specialiter, pignoribus à creditore maiore quam ei debebatur precio distractis, licèt ex eo fundus comparatus sit, non super hoc in rem [o], sed in personam, id est pignoratitia de superfluo competit actio [p]. S. VI. Idus Nouembris. Byzantij. CC. Conss.

REi creditor.] CASVS. Si rem specialiter, vel generaliter mihi obligatā alius creditor qui eam hypothecariā non habet, vendit, mihi non præiudicat. Viu.

i ¶ *Rei creditor.* nec etiā debitor, vt j. tit. ij. l. seruos, videtur quòd hic creditor prius debitorem quàm extraneum possessorem conuenire debet: vt & supra de pign. authen. hoc si debitor.

k ¶ QVi à creditore.] Nō potest. Quāuis creditor non fuerit dominus, vt instit. quib. alie. lic. §. j. & facit C. qui po. in pign. ha. l. si generaliter, & C. si anti. cred. l. obligata. & C. de euic. l. si ob causam. Ac.

SI maritus.] CASVS. Maritus dans mutuo pecuniam vxoris, & pignus accipiens, non acquirit sibi obligationē pignoris: neque pignus si non ei successerit, distrahere potest. Viuian.

l ¶ *Si maritus.* loquitur hæc lex vxori cuius maritus decesserat, & pecuniam mulieris mutuo dederat.

m ¶ *Facultatem. vt C. si cer. pet. l. quamuis. & si quis alteri vel sibi. l. qui ex aliena. & de rei vind. l. si ex ea pecunia.*

* fundum.

SEcundum.] CASVS. Obligaui tibi rem pro c. quæ valebat cc. pacto vel lege, distraxisti pro cc. & ex precio fundum comparasti, an actione in rē agere possim, quæritur? Et dicitur quòd non, sed act. pignoris ad id quod plus est in precio, quàm in debito. Viu.

Actio hypothecaria est realis.

n ¶ *Conuenit.* scilicet quod res ex residuo empta esset sua, scilicet debitoris. Vel dic quòd esset ei obligata, nam altero eorum actio rei vendicationis, vel hypothecaria daretur, quarum vtraque est in rem.

o ¶ *In rem.* id est, rei vindicatio vel hypothecaria. Accurs.

p ¶ *Actio. vt ff. de pign. actio. l. quamuis. §. fi. & l. sequ. & eadem l. creditor. ij. & infra de iure do. imp. l. fi. §. si verò creditor.* Accurs.

DEBITOREM VENDITIONEM PIGNOris impedire non posse.

Si sunt.] CASVS. Obligasti mihi fundum, te non soluente sua die pecuniam, volebam pignus vendere, denunciasti mihi ne venderem, ostendens testamentum quo comprehensum erat, ne a illud distraheretur, & si aliter fieret, quòd publicaretur, an non obstante tali denunciatione vel scriptura testamenti, possim fundú vendere, quæritur? Et dicitur q sic, quia non impedit talis p.ohibitio testatoris.

a ¶A se. sc. à creditore.
b ¶Prædia. s. obligata, nolle vendi à creditore aliqua prædia quæ obligauerat. Accursius.
c ¶Manifestum est. quia nudum fuit preceptum, secundùm P. vt ff. de leg. j. filiusfamilias. §. diuidun. quod non placet: quia heredibus voluit prouidere. Sed ideò est, quia creditori b præiudicari non potest: vt ff. de legat. ij. qui solidum. §. fi. & j. de litig. l. j.

Debitoris.] CASVS. Si creditor debitore cessante in solutione vult pignus védere, potest, licèt à debitore fuerit denunciatum ei ne vendat, nisi debitum offerat: totam pecuniá deponat, & consignet, si hæc non fiant, creditor poterit pignus distrahere, etiamsi modica pecunia restet ad soluendum, & quamuis emptor sciat debitorem denunciasse, non ideò efficitur malæ fidei possessor. Viuianus.

d ¶Vsurarum. pro quibus fuit pignus obligatum, vt s. de vsur. l. perretentionem. Accursius.
e ¶Depositum. sic s. tit. j. l. si prius. & l. residuum. & j. de lui. pig. l. fi. Accursius.
f ¶Non potest. vt & s. tit. j. l. quandiu. & l. vnus.
g ¶Malæ fidei. vt j. de lit. l. j. ¶Et sic not. denunciationem? contemni, vt s. de resc. ven. si maior. Sed contra. s. de rei vin. l. si fundum. Sed hic non est iusta causa denunciandi, ibi sic. Item argu. contra. ff. quæ in frau. cred. ait prætor. §. si particeps. Sed & ibi fuit iusta causa propter creditorem. Item arg. contra ff. de no. ope. nun. l. j. Sed ibi prætoris edictum contemnebatur, vt in eo. tit. l. prætor.

TITVLVS XXIX.
DEBITOREM VENDITIONEM PIGNORIS IMPEDIRE NON POSSE.

Testamentum debitoris non infringit ius creditoris. Bal. vel sic: Debitor in sua voluntate nō pōt impedire quominus creditor iure possit vendere prædia sibi obligata. Sal.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. *Marcello.*

SI sunt qui emere prædia tibi obligata velint, non impediuntur scriptura testamenti, qua complexus est debitor nulla à se a prædia b venundari, & pœnam addidit, vt fisci fierent. Nec enim potuisse eum huiusmodi lege ius creditoris facere deterius, manifestum est c. Dat. VI. Kal. Maij, Apro & Maximo Conss.

Protestatio debitoris non infringit ius creditoris. Bald. Vel sic nisi debitor vniuersum debitū offerat, non habet potestatem denunciandi creditori ne pignora vendat, nec emptori ne emat, & creditore nolente recipere, debet debitor illud deponere. Salyc.

II. Imp. GORDIANVS A. *Nepoti.*

DEbitoris denúciatio, qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligatá distrahat, vel his qui ab eo volunt cóparare, denúciat: ita demú efficax est, si vniuersum, tá sortis quàm vsurarú d offerat debitú creditori, eóq; nō accipiéte, idonea fide probationis (ita vt oportet) depositú e ostédat. Ná si vel modicú de sorte vel vsuris in debito perseueret, distractio rei obligatæ nō pōt f impediri: neque ea ratione emptor, tametsi sciat interpositá à debitore creditori denunciationem, malæ fidei g fit possessor. PP. III. Nonas August. Gordiano A. & Auiola Coss.

SI VENDITO PIGNORE AGATVR.

Præses.] CASVS. Si creditor lege vel pacto assecutus ius vendédi pignus, in venditione dolum vel fraudem commiserit, dádo pro minori precio quam pignus valuit, tenebitur debitori ad interesse, & si creditor non soluendo inueniatur & emptor fraudem participauit, refuso precio cum vsuris, fundum obligatum cum fructibus restituet, idem dicit iij. l.

h ¶Pignora fuit. ex pacto, vel ex lege, vt inst. qui. alie. licet. §. j.
i ¶Dolo malo. in eo quòd minori precio vendidit.
k ¶Interest. condictione ex lege vel actione in factum.
l ¶Iubebit. actione pignoratitia.
m ¶Mala fide. adhibita in vili precio, vel etiam per gratiam: vt j. eo. l. iij. creditor tamen ius distrahendi habebat.
n ¶Iubebit. ¶Sed a qua actione? Respondent quidam, interdicto fraudatorio, sed actione in factum loco eius surrogata: vt ff. de solut. l. pupilli. vel vtili rei vin. auctoritate huius legis, cùm dicas fundú restitui, vel dic impetrata in integrum restitutione ad rei vindic. sicut & aliàs s. ex quibus. cau. ma. l. in contractibus. Interdictum tamé prædictum locum habebat: contra eum qui in fraudem creditoris emit, loco cuius hodie est actio Pauliana. Sed ad id qd dicit offerente b te pecuniam, est contra. s. de præscrips. xxx. ann. l. j. & j. de euict. l. si prædium. vbi dicit precium non reddi mala fide emptori. Sol. hic habuit ius vendendi creditor, ibi non: Vel ibi dedit dolus causam contractui, hic fuit incidens. Vel verius, ibi nihil debebat ille cuius prædia vendita sunt, hic autem debebat, & sic precium in suam vtilitatem est conuersum: vt ff. de rei vin. l. emptor. sic & aliàs supra communia de leg. l. fin. §. fin. In quantum ergo erat debitum, in tantum reddetur emptori, non plus. Sed hoc fallit in casu, vbi etiam in eo quòd est conuersum in suum commodum non tenetur, vt ecclesia. Sed tenetur œconomus: vt supra de sacrosanct. eccle. l. iubemus. ij. §. sané si hæc. & authenti. qui res. aut ergo nullus dolum commisit, & creditor potuit vendere, & c est emptor securus: vt j. si anti. cred. obligata. Aut creditor tantùm, & tunc ipse solus tenetur aut emptor: & tunc ipse in subsidiú tenetur: vt hac l. & s. de præd. mi. l. non est. & supra titul. ij. l. creditor. aut non potuit vendere de iure, & túc tenetur emptor: vt j. l. prox. Accurs.

a Pignore mala fide vendito à creditore, emptor tenetur interdicto fraudatorio, vel actione in factum eius loco subrogata, vel vtili ex hac lege.

b Emptori non bonæ fidei an precium restituendum sit domino rem suam vindicante.

c V. Negusantiâ de pign. parte 7. membro 4.

TITVLVS XXX.
SI VENDITO PIGNORE AGATVR.

Si creditor vendit pignus mala fide, ipse creditor tenetur pignoratitia, non emptor: nisi duo concurrant, scilicet quòd creditor non sit soluendo: & quòd emptor participauerit fraudem, nam tunc debitor oblato precio cum vsuris, recuperabit rem suā. Bald. Vel sic: Si creditor per fraudē minori precio pignus vendidit: ad interesse debitoris tenetur: & eo non existente soluendo, contra emptorem fraudis participem ad restitutionem pignoris agitur. Salyc.

I. Imp. ALEXANDER *Agrippæ.*

PRæses prouinciæ aditus si fuerit probatum, tuum creditorem cuius distrahendi pignora h fuit dolo malo i fundum vendidisse, quanti tua interest k, restituere tibi eundem creditorem iubebit l. Quod si de bonis creditoris condemnati solui pecunia non potuerit, & probatum fuerit emptorem mala fide m emisse: offerente te pecuniam cú vsuris quanti fundus venit, restituere tibi fundum cú fructibus malę fidei emptorem iubebit n. PP. Kal. Sept. Alex. A. Coss.

Vbi creditor non habuit ius vendendi, debitor vel eius heres non vsucaptum vindicat. h. d. sed ea vsucapta agit ad precium. Bal. Vel sic: Debitor vel eius heres pignus non iure distractum potest vindicare, nisi sit vsucaptum, & tunc solum agit contra creditorem ad precium. Sal.

II. Iidem A. *Aemilio.* †

SEruos quos nullo iure o à creditore venissedicis, pater tu o vel tu p, si hereditas eius ad te pertinet, à possessorib o petere q potes. Quòd si vsucapti r sunt,

† Aemiliano.

Seruos.] CASVS. Si creditor seruos sibi obligatos, non habens ius distrahendi lege, vel pacto distraxit: si nondú vsucapti sunt, à possessore debitor petere potest. Si verò vsucapti sunt, quod esse poterat, quia creditor credębat se posse distrahere, tunc à debitore precium petet, sed qua actione non aperit, tu dic non habendo ratam venditionem, & intellige quòd creditor teneatur debitori ad precium saluo eo quod sibi debebatur. Viuianus.

o ¶Nullo iure. quia non venerat dies.
p ¶Tu. sc. filius.
q ¶Petere. vt tamen doli habeat exceptionem, nisi precium soluat, habita compensatione fructuum & vsurarum, vt ff. de rei vind. l. emptor. Accurs.
r ¶Vsucapti. cùm creditor ius distrahendi se habere putabat, aliter furtum faceret, vt ff. de distra. pig. l. j.

Petat

a ¶Petat pater tuus. per actionem negotiorum gestorum habendo ratum in subsidium: vt & alibi. j. de rei vind. l. mater. & de rebus alij non ali. l. j. & de communi. rerū ali. l. j. & ff. si cert. pet. l. si cum seruum. Imo[a] fortè hoc casu & ante vsucapionem completam poterat agi ad precium. nam & coheres, qui rem communem vendidit velut propriam, tenetur statim petitione hereditatis: vt supra fam. erc. l. in familia. & socius qui rē cōmunem vendidit, à principio tenetur. Idē ergo in creditore, qui ius vendendi non habuit, vt à principio teneatur: at extraneus demum in subsidium, vt in contrariis. Accurs.

a Creditor nō habent ius vēdendi pignus, si vēdat, an illa tim tenetur ad pretium.

*eos seruos.

petat pater tuus[a] precium eorū a creditore, qui non iure eos* vendidit. PP. III. Kalen. Ianua. Alexand. A. Coss.

Emptor qui participat fraudem, tenetur in subsidium, si creditor nō est soluendo. Salyc.

III. Idem A. Claudio.

SI vxor tua prēsidi prouinciē probauerit, cum aureos triginta deberet, seruos suos amplioris precij per gratiam aureis viginti creditorem vendidisse [b], eúmque soluendo non fuisse: iubebit emptores[c] recepto precio restituere seruos. PP. XVI. Kalend. Octobr. Maximo. II. & Æliano Coss.

SI uxor.] CASVS. Vxor mea seruos suos pro xxx. aureis quibusdam creditoribus obligauit: illi creditores ex pacto vel ex lege illos seruos vendiderunt: sed dolo vel gratia minori precio vendiderunt, modo creditores non sunt soluendo. quæritur, qualiter vxori meę sit subueniendum, vel quid debeat agere? Respond. quod vxor tua poterit agere contra emptorem qui fraudem participauit, & illos seruos auocare, & oblato precio præses prouinciæ iubebit emptores seruos restituere vxori tuæ. Viuianus.

b ¶Vendidisse. cum ius vendendi haberet: vt j. eod. l. j. in princ.

c ¶Emptores. fraudis participes: vt pleniꝰ habes j. eod. l. j. & fa. ff. de primileg. cred. l. imperatores.

Venditio minus legitimè facta non tenet, & res à possessore potest vindicari. & hoc, secundū vnam lecturam, quæ cauetur quod venditio non tenuerit, & secundū aliam quæ cauetur quod venditio tenuerit. h. d. secundū Bald. vel sic: Si venditio pignoris tenuit, non reuocatur, nisi emptor fraudem participauerit. Bal. vel sic: Debitor pignus iure non distractum potest à possessoribus vindicare, vel pignoratitia cum creditore agere. Salyc.

IIII. Imp. GORDIANVS A. Eudemo.

CVm contra bonam fidem venditionē obligatæ possessionis a creditore factam alleges, non obseruatis quę in distrahendis pignoribus celebrari consueuerunt[c], adito præside prouinciæ experire actione competenti non tantùm aduersus creditorem[d], verumetiā aduersus possessorem[e], si fraudē eū participasse cū creditore docere* potueris: vt reuocatis quæ mala fide gesta constiterit, & fructuum ratio, & damni quod irrogatum apparuerit, haberi possit. PP. Kal. April. Sabino. II. & Venusto. Conss.

CVm contra.] CASVS. Si creditor prædiū sibi obligatum non interueniente legis solennitate, putà subhastatione, & quòd plus offerenti detur, distraxit: non solum debitor creditorem conuenire poterit pignoratitia, sed possessorem ad restitutionem prædij & fructuum, si fraudem participauerit cum creditore.

c ¶Consueuerunt. vt dicitur j. de iur. do. impe. l. fi. & sic non teneat venditio, secundùm Ir.

*adocere.

d ¶Creditorem. scilicet actione pignoratitia. Accurs.

e ¶Possessorem. etiam nō conuento creditore: licèt sit secus quando tenuisset venditio: vt j. eo. l. j. vel si vis, potes hanc secundùm illam intelligere. ¶Sed quid si hic malæ fidei possessor velit supplere[b] iustum precium? Videtur audiri, argum. ff. man. l. diligenter. Sed dico contra: quia hic non erat dominus, qui vendebat. Item qui emebat, mala fide emebat. & hoc idem quære supra eodem. l. j. Accur.

Iustus emptor non debet pati controuersiam: sed debet conueniri creditor, vel eius heres. Bald.

b Non supplēdi pretij non cōpetit malæ fidei emptori, aut si res vendita est à non domino, nec facto alteriꝰ verus dominus ne sua spolietur, adde Gl. in l. j. in fi. de ...

SI creditore.] CASVS. Creditore vendente pignus lege vel pacto pluris quàm fuerit debitum, putà debitum erat quinque, & pignus valebat decem: ad residuum debitor conueniet creditorem: neque ad restitutionem rei habebit regressum aduersus emptorem. Viuianus.

f ¶Superfluo. vt & j. tit. ij. l. fin. & l. si cessante.

DE LVITIONE PIGNORIS.

Pignoris distractio impeditur per eius luitionem, vel liberationem: & ideo ponit de ea. Arg.

QVi pro parte.] CASVS. Debitor in xx. mihi tenebatur: decessit quatuor heredibus relictis. an vno soluente pro parte sua, liberatur pignus pro ea parte, quæritur? & resp. quòd non. Viuianus.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Noniæ.*

SI creditore pignus priusquam ei satisfieret distrahente nō per collusionem emptor comparauerit: successor eius de superfluo[f], non emptoris heres, qui rem possidet, cōueniendus est. S. XVI. Kalend. Ian. Nicomediæ. CC. Conss.

*Nonnæ.

g ¶Non potest. vt & supra tit. iij. l. vnus. & j. tit. j. l. j. & l. ij. & ff. de pignor. act. l. si necessarias. §. si num. nec[a] enim ex persona heredum &c. vt ff. de verb. ob. lig. l. ij. §. ex his.

a Heredū personæ ius defūcti mutari nō debet.

INtelligere.] CASVS. Tenebaris mihi actione personali, & præscripta est xxx. ann. spacio: an adhuc remaneat hypoth. quæritur? Et dicitur quòd sic: quia durat vsque ad xl. ann. Viuianus.

h ¶Durare. i. posse agere hypothecaria.

i ¶Actione submota. per præscriptionē xxx. ann. ¶Ponunt[b] quidam casum quando erant duo rei debendi, quorū quilibet obligauit suam rē. vno eorū defuncto, & altero ei succedēte, tollitur obligatio personalis: & remanet hypothecaria etiam in rē suam. sed etiam hoc non placet: quia nō tollitur personalis: vt ff. de fideiussor. l. generaliter. 2 Alij ponunt quando creditor successit debitori, & alij ex aliqua causa hereditatem restituitꝰ ff. ad Trebellianum. l. debitor. in princip. & ff de exceptio. rei iudic. l. ex sentantia in fin. 3 Tu dic personalem[c] sublatam xxx. annorum, durare hypoth. xl. ann. vt supra de præscript. xxx. ann. l. cum notissimi. secus autem si tollatur personalis pacto, vel solutione, vel re iudicata, vel iureiurando, vel alio modo: quia & hypothecaria tunc tollitur: vt ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluit. l. soluitur. §. penult. & l sequen. & l. antepenul. & ff. de nau. fæn. l. fœnerator. & de pactis. l. Labeo. & secundum hoc etiam potest intelligi regula iuris, cum principalis. nam & ibi est plerunque propter casum huius legis. ¶Item nota ex hac l. sublato principali[d] remanet accessorium. sic & ff. de constit. pecunia. l. item illa. §. proinde. Sed contra. j. de vsur. l. eos. in prin. Solue vt ibi. Accursius.

b Hypotheca tia qualiter potest durare sublata personali obligatione.

c Hypotheca tia 40. annorꝰ durat, si sublata sit personalis actio 30. annis: non durat autē, si personalis pacto, solutione, re iudicata, iureiurando vel alio modo sit sublata.

d Principali sublato vtrum remaneat accessorium.

TITVLVS XXXI.

DE LVITIONE PIGNORIS.

Nisi debitum integraliter soluatur, pignus non recuperatur. h. d. Vel sic: Pignoris obligatio est indiuidua. Vel sic: In personis heredū obligationis conditio non mutatur. h. d. But. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Antiochia.

QVi pro parte heres extitit: nisi totum debitum exoluat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest[g]. PP. III. Kalend. April. Albino & Æmiliano Conss.

Inuenitur hypothecaria per se stās sine personali, siue sublata personali. Bald. Vel sic: Actione personali sublata tempore, potest durare hypothecaria. Salyc.

II. Imp. GORDIA. A. Domitio.

INtelligere debes vincula pignoris durare[h] personali actione submota[i]. PP. XII Kal. Iun. Sabino & Venusto Conss.

Soluto debito, vel aliter satisfacto, potest creditor pignoratitia conueniri. Bald. Vel sic: Sicut per solutionem debiti, ita per oblationem & depositionem eiusdem pignora liberantur. Salyc.

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. Floro.

SI reddita debita quantitate, vel rebus[k] in solutum datis siue distractis, & compensato[l] precio, satis ei contra quem supplicas, factum esse adito præside prouinciæ[m]

SI reddita.] CASVS. Si debitor pecuniam soluat, vel aliquas res dederit in solutum, vel debiti quo ad inuicem tenebantur, fiat compensatio: petere poterit rem obligatam sibi restitui. vel si offeratur debitum, nec illi velit recipere, depo. consig. &c.

k ¶Rebus. aliis non obligatis.

l ¶Compensatio. vt & j. de compensat. l. inuicem.

m ¶Prouincia. qui dabit calculatorem si occurrat dubium: vt j. de distract. pign. l. si residuum.

a ¶ *Consignatum.* sic ʒ. *de distrac. pig. l. j. & l. si prius. & de usur. l. acce.*

b ¶ *Edicto.* non solum iure ciuili.

c ¶ *Proposita.* pignoratitia. Accursius.

SI VNVS EX pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti soluerit.

M*Anifesti.*] CASVS. Si decedat creditor pluribus heredibus relictis, actio quę ei competebat, cuilibet heredi competit pro parte: sed pignus cuilibet remanet in solidum obligatum. vnde si vni soluatur pro parte sua, non liberatur pignus. Viuia.

d ¶ *Diuidi. vt ʒ. de pact. l. pacto. & ʒ. fami. ercisc. l. ea. & ʒ. proxi. & ʒ. de exce. l. j.*

e ¶ *In solidum. vt ff. de pigno. act. l. solutum. §. si creditor. & facit ad l. istam. ʒ. de distrac. pign. l. vnus.*

A*ctio.*] CASVS. Si Titius creditorem habens Sempronium, decedat pluribus relictis heredibus personalis actio qua tenebatur Titius diuiditur inter heredes. vnde quolibet pro parte sua conuenitur. sed si vnus pignus possideat, ipse solus in solidum pignorat. actio. conuenitur. Viuianus.

f ¶ *Inter heredes.* creditoris vel debitoris: *vt ʒ. l. proxima.*

g ¶ *Vindicatio.* nam in rē est hypothecaria: *vt ʒ. de pigno. l. pignoris.* ¶ Et dic diuersi heredes. nā quidam heredes debitoris possidebant aliqua de bonis obligatis, & alij alia.

h ¶ *Conueniuntur.* i. non pro portione hereditaria quam habent in singulis rebus: sed in solidum &c. *vt ʒ. famil. ercisc. l. heredes. §. an ea. & ʒ. de hered. actio. l. ij. & ff. de pig. actio. l. si necessarius. §. si vnus.*

SI PIGNORIS conuentionem numeratio pecuniæ secuta non fuerit.

S*I pecuniam.*] CASVS. Spe numerationis futuræ scripsisti pecuniā recepisse: & pignus obligasti. si numeratio secuta non est qualiter tibi consulitur vt reuoces pignus, quæritur: Et dicitur quòd per in rem actionem: & teneberis probare datum pignus. Eodem modo pignore nondum tradito, si creditor aduersus te agat hypothecaria, tenebiē probare se numerasse pecuniam: nec sat erit si

probaueritis: vel si quod residuū debetur, obtuleris, ac, si nō acceperit, deposueris cōsignatū:[a] restitui tibi res pacto pignoris obligatas si prouidebit: cū etiā edicto[b] perpetuo actione ꝓposita[c], pecunia soluta creditori, vult si ꝑ eum factū sit quo minus solueretur: ad reddenda ea quæ pignori acceperat iure eū satis euidēter vrgeri, manifestū est. S. vi. Id. Oct. A A. Coss.

TITVLVS XXXII.

SI VNVS EX PLVRIBVS heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti soluerit, vel acceperit.

Pignus nec actiuè nec passiuè recipit diuisionem inter heredes. h. d. totus titulus. Bal. Vel sic: Inter heredes creditoris personalis actio diuiditur pro rata, non realis hypothecaria. Salyc.

1. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Tauro.

MANIFESTI & indubitati iuris est defuncto creditore multis relictis heredibus actionem quidem personalem inter eos ex lege xij. tabularum diuidi;[d] pignus verò in solidum[e] vnicuique teneri. Dat. XII.* Kal. Maij, ipsis. AA. II. & III. Coss.

Actio personalis cōtra obligatum tantum dirigitur, realis contra possessorem Baldus. vel sic: Licet actio personalis diuidatur pro rata inter heredes debitoris, non tamen hypothecaria, sed vnusquisque conuenitur pro rebus à se possessis. Salyc.

11. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Claudia.

ACtio quidem personalis inter heredes[f] pro singulis portionibus quæsita, scinditur: pignoris autem iure multis obligatis rebus, quas diuersi possident: cū eius vindicatio[g] nō personam obliget, sed rem sequatur: qui possident, tenentes non pro modo singularum rerum substantiæ conueniuntur[h], sed in solidum: vt vel totū debitum reddant, vel eo quod detinent, cedant. * Subscrip. V. Non.* Antiochiæ.

TITVLVS XXXIII.

SI PIGNORIS CONuentionem numeratio pecuniæ secuta non fuerit.

Qui non numerauerit: & in hypothecaria & in personali succumbit. h. d. iste titulus. Vel sic: Etiam si debitor quæritur incidenter, creditor debet probare pecuniam numeratā. Bald. Vel sic: Debitor potest creditorem qui pecuniam non numerauit, ad restitutionem pignoris conuenire: nec ille potest exceptione dati pignoris se tueri, nisi probet se pecuniā numerasse: quod obtinet etiam debitore possidente. Salyc.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Ilaro.

SI pecuniam[i] tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam adseris, & pignus[k] datum probaturus es, in rem experiri potes. Nam intentio[l] dati pignoris, neque redditæ pecuniæ. nō aliter tenebitur, quá si de fide debiti constiterit. Eadémque ratione veritas seruetur, si te possidente pignus, aduersarius tuus agere cœperit. PP. Kalen. Septemb. Laterano & Rufino Conss.

Hypotheca & cautio est inanis, si pecunia numerata non fuit. h. d. secundùm Salyc.

11. Imperator ALEXANDER A. Peregrino.

SI (vt nunc adseueras) nihil, creditor numerauit vxori tuæ quæ pignus dedit, sed inanem extorsit cautionem: mendaci scriptura[m] contra fidem veritatis obligari eius res non potest. Sine die & consule.

TITVLVS XXXIIII.

DE IVRE DOMINII impetrando.

Impetrans possidere pignus iure dominij, debet exprimere nomina debitorū cessantium, & solēnia peregisse: nec potest de omnibus generaliter impetrari. Bald. Vel sic: Creditor potest impetrare à principe pignora singularia sibi adiici iure dominij non vniuersa bona debitoris, licèt sint hypothecata. Salyc.

1. Imp. ALEXANDER A. Nicolæ.

DOMINII iure pignora[n] possidere desiderans, nomina debitorum, quos in solutione cessare dicis, exprimere, & an solennia[o] peregisti, significare debuisti: dummodo scias omnia bona[p] debitoris, quæ pignori dedit, vt vniuersa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non posse. PP. XIIII. Kal. Decemb. Alexandro A. III. & Dione Coss.

Per vnum actum contrarium receditur à priuilegio. Bartolus. Qui facit contra ius quod impetrauit, ius perdit. hoc dicit. Vel sic: A beneficio rescripti: receditur per actum oppositum. Baldus. Vel sic: Si creditor post dominium

dicat se accepisse pignus, neque pecuniam sibi redditam. Viuian.

i ¶ *Si pecuniam.* hæc lex de verbo ad verbū ponitur supra *de non num. pec. l. j.* & expone hanc vt illam.

k ¶ *Pignus.* s. destinatione. Vel dic datum esse pignus etiam nunc, & sic accedit ciuili obligationi: *vt ʒ. de nō num. pec. l. si cui. & facit ff. de pignor. action. l. solutum. §. si quasi.*

l ¶ *Intentio.* hic duo dicebat creditor: datum sibi pignus, & pecuniā non redditam: & secundū volebat probare per primum: quæ probatio non valet: *vt hic dicit.* Accursius.

S*I vt nunc.*] CASVS. Si vxor tua cauit se accepisse pecuniam quam non accepit, & pignus dedit illud persequi poterit, cū per talē falsam cautionem res suas obligare nō potuerit. Viu.

m ¶ *Scriptura.* publica vel priuata, licèt quidā dicant secus fide publica, *argum. ʒ. arb. tu. l. fin. & facit ʒ. l. proxi.*

DE IVRE DOMInij impetrando.

Quia quandoque non inuenit emptorem creditor, idéoque opus est vt sibi adiicatur: ideo de hoc ponit.

D*Ominij.*] CASVS. Obligasti mihi fūdum & generaliter. omnia bona: an te cessante in solutione possum impetrare vt liceat mihi omina bona tua iure dominij possidere, quę ritur. Et dicitur quòd nō: & loquitur mihi creditori imperator dicens quod libello meo supplicatorio debui expressisse nomen debitoris mei: & an peregi solennia, quę sunt. *ʒ. eod. l. fin.* Viuianus.

n ¶ *Pignora.* aliqua certa.

o ¶ *Solennia.* quæ sunt infra eo. l. fina.

p ¶ *Omnia bona.* est, si omnia bona obligasset, tunc non posset omnia iure dominij petere. sed quando certas res, tunc sic: *vt hic dicit. & argumen. supra de bon. auctori.*

indi-

iud.poss.l.pro debito.& supra ut pro do.ma.bo.quondam ma. addi.l.j.& supra de pact.l.si pacto.& instit.de succ.sub.quae si. per bo.uen. ex sena. consul. Clau.per totum.

SI creditor.] CASVS. Creditor postulabat à principe vt liceret sibi possidere pignus iure dominij: & princeps concessit. postea exegit à debitoribus vsuras: an videatur renunciasse beneficio impetrato & obtento, quæritur? Et dicit quòd sic Viuianus.

pignoris impetratum vsuras à debitore receperit, iuri impetrato renunciasse videtur. Salyc.

a ¶ *Recessisse.* sic & *ff. de lege commiss. l. iiij. §. eleganter. & l. de lege. §. fina. & l. post diem. & supra de pact. inter empt. & vendi. l. commissoria. & supra quod metus causa. l. cum te. & ff. depositi. l. si hominem. §. quotiens. & de vsuris. l. qui stipulatus. in princip. & l. cum quidam. §. diuus. & supra de vsuris l. quamuis. & ff. de iure aure. annu. l. ij.* ADDITIO. De hac materia, an scilicet & quando per actum contrarium quis perdat priuilegium, [a] vide pulchrè per Abba. in ca. cum accessissent in vltima colum. extra de constitutionibus. & per docto. in *l. voluntaria. supra de excusat. tuto.*

† Quia obstantium fecit sui suo. & contr. ... Ol. super verbo, ... de off. deleg.

a v. grad de La Guidone Papa decis. 187. vbi negat nobilem teneri contribuere in subsidiis, licèt semel atq; iterum contribuerit.

b ¶ *Videtur.* vt *ff. de lege commiss. circa princ.*

II. Imp. GORDIANVS A. *Iustæ.*

SI creditor pignus iure dominij à nostra serenitate possidere petijt, & post formá rescripti alio anno vsuras à vobis accepit, à beneficio impetrato recessisse [a] videtur [b]. † PP. Prid. Non. Decembr. Pio & Pontiano Conss.

Antiqua obseruatione sublata, debitor moneatur vt certo tempore soluat: quo elapso, à principe dominium impetratur: post quam impetrationem debitor intra biennium auditur: & res legitimè æstimatur: vt si quid vltra habet, id restituat: & quod minus acceperit, consequatur Bartolus. Vel sic: Intentio huius legis est triplex, scilicet circa pignoris venditionem, & circa pignoris dominij impetrationem seu adiudicationem. Tertio circa post ipsius adiudicationem permissam luitionem. Secunda ibi, sin vero nemo. Tertia ibi, sin autem nullatenus. & ista lex non seruatur secundum statuta & consuetudines locorum. & hoc dicit: Qui vult iure pignoris possidere, debet seruare huius l. solennia, secundùm Bal. & Bald.

VEtustissimam.] CASVS. Olim creditor publicæ præscribebat pignus: & si post annum debitor illud non recolligebat, creditor id poterat vendere. hodie sic non erit: sed aut cõuenit vt creditor pignus vendat, & hoc fiet an non, & tunc debet denunciari debitori vt pignus recolligat: & si intra biennium nõ redimit, poterit creditor pignus distrahere: & si nõ inueniatur emptor, adeat creditor iudicem, & denunciet debitori vt veniat. si non veniat, statuetur certũ tempus à iudice, intra quod si non veniat, poterit petere à principe vt dominium pignoris ei detur: & adhuc si intra aliud biennium debitor veniat, & pecuniam offerat, poterit pignus recuperare. si verò non veniat, extunc elapso biennio consequetur creditor plenissimum dominium: & si creditor pignus vẽdat, neque tunc cõsequatur debitum suum: de eo quod deest, aduersus debitorem manebit integra petitio: & si pluris sit pignus venditum quàm sit debitũ, debitor, vel eius creditores superfluum petere potuerunt: & si dubitetur quantum debuerit vendi pignus, index debet æstimare, & creditor debet iurare se non potuisse plus vendidisse: ita videlicet vt hoc quod iudex æstimauerit, obseruetur. Viuianus.

a Pacta in pignoribus sunt licita, nisi expressa lege prohibeantur. v. ad hoc Bal. in l. ... de ... [illegible]

III. IVSTINIANVS A. *Demosthenis præfecto prætorio.*

VEtustissimam obseruationem, quæ nullatenus in ipsis rerum claruit documentis penitus esse duximus amputandam, immò magis clarioribus remediis corrigendam. Igitur in pignoribus quæ iure dominij possidere aliquis cupiebat, proscriptio publica, & annus luitionis antiquitus introducti sunt: pignus autem publicè proscriptum neque vidimus, neque (nisi tantummodo ex librorum recitatione) audiuimus. Sancimus itaque, si quis rẽ creditori suo pignerauerit, si quidem in pactione † cautum est quemadmodum debet pignus distrahi, siue in tempore, siue in aliis conuentionibus, ea obseruari, de quibus inter creditorem & debitorem conuentum est [c]. Sin autẽ nulla pactio intercesserit, licentia dabitur fœneratori ex denunciatione [d] vel ex sententia iudiciali post biennium † ex quo attestatio missa, [a] vel sententia [e] prolata est, numerandum, eam vendere. Sin verò nemo est qui comparare eam maluerit, & necessariũ fiat creditori saltẽ sibi eã iure dominij [f] possidere: in huiusmodi casib' hác causam esse obseruandam censemus, vt siue præsens [g] sit debitor, denũciatio ei scilicet post biennium mittatur: siue absfuerit, prouinciale tribunal creditor petat, & iudicem certiorare festinet, quatenus ille eum requisierit, certo tempore [h] super hoc ab eo statuendo: vt fiat debitori manifestũ per apparitioné iudicis, quod à creditore petitum est: & certum tempus statuatur: intra quod si fuerit inuentus debitor, debet is qui pecunias creditas accepit, debitum offerre, & pignus recuperare. Sin autem nullatenus fuerit inuentus, iudex certũ tempus [i] definiat, intra quod ei licentia dabitur sese manifestare, & offerre pecuniam, & pignus à pignoratione liberare. Sin autem tempore statuto vel minimè fuerit inuentus, vel creditam pecuniam totam offerre noluerit: tunc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis, iure dominij à nostra serenitate habere eandem rem expetat [k], habeátque ex diuino [l] oraculo eam in suo dominio. Et postquá hoc fuerit subsecutũ, pietatis intuitu habeat debitor intra biennij tẽpus in suá rẽ humanum regressum, ex die sacri oraculi numerandũ: & liceat ei [m] creditori q iam dominus factus est, offerre debitũ cũ vsuris & dánis vitio [n] ei' creditori illatis: quorũ quátitaté creditor debet suo iuraméto [o] manifestare, & suũ pign' recuperare [p]. Sin autem biennium fuerit elapsum, plenissimè habeat rem creditor idémque dominus iam irreuocabilem factam. Sed si quidem minus in pignore, plus in debito inueniatur: in hoc quod noscit' abũdare, sit creditori omnis ratio integra [q]. Sin auté ex vtraq; parte quantitas æqua inueniat': sine omni dubitatione totá rẽ antea pignoratá retineat. Sin auté minus quidé in debito, amplius auté in pignore fiat: túc in hoc quod debitũ excedit [r],

c ¶ *Conuentum est.* hoc dictum fallit in casibus: vt *j. tit. j per totum. & ff. de pign. actione. l. si conuenerit. j. & ff. de distractio. pignor. l. si creditor. §. si. & facit instit. quib. alien. licet. §. j.*

d ¶ *Ex denunciatione.* scilicet vna: vbi verò conuenit ne venderet, ter est denũciandum: vt *ff. de pign. actione. l. si conuenerit. j. in fin.*

† v. Menoch. de arbit. contr. 3. casu 6. nu. 7. [a] al. omissa, sed perperam.

e ¶ *Sententia.* interlocutoria de soluendo sibi eam.

f ¶ *Dominij.* vt *j. si in cau. iud. l. fin.* Accursius.

g ¶ *Præsens.* sic *ff. de eddictio. l. si ideo. §. fin.*

h ¶ *Certo tempore.* Nota certum [a] tempus dari ad requirendum, & aliud certum tempus ad soluendum: vt statim subiicit. Accurs.

a Dilatio temporis datur fideiussori ad requirendũ principalem debitorem, & alia ad soluendum.

i ¶ *Certum tempus.* quo tempore non inuentus redire possit. Ir. & *facit ad hunc. §. ff. de pign. actione. l. eleganter. in princ.*

k ¶ *Expetat.* i. petat.

l ¶ *Ex diuino.* pro eo quod valet, si minus valet. Vel econtra quantum sufficiat ad debitum, si plus valet: vt *j. patet.* Accurs.

m ¶ *Liceat ei.* s. debitori.

n ¶ *Vitio.* i. cõtumacia, & negligentia.

o ¶ *Iuramento.* Nota iuramentum [b] dari scienti, & vbi singula non possunt probari. *sic j. de iud. l. sancimus.* Accursius.

b Iuramentum datur scienti & vbi singula probari non possunt.

p ¶ *Recuperare.* sic ergo intra quadriennium recuperabit pignus debitor. Sed secus in damno infecto, vbi post secundum decretum non auditur: vt *ff. de damno infecto. l. si finita. §. postea autem.* Sed hæc quæ hac lege dicuntur, aliter [c] consuetudine, & aliter ciuitatum statutis obseruantur, & per Lombardam: vt in tit. de debitis & gaudimonijs ciuitatum, ob. & quando licet pignorare, vel non, & si quis fideiussorem.

c Pignoris venditiones & adiudicationes sunt seruandæ secundùm statuta & cõsuetudines locorum.

q ¶ *Integra.* vt & *supra de distractio. pignor. l. hypothecæ. & supra si certum peta. l. si pro mutua.* Sed secus in pignore quod in causa iudicati capitur: vt *ff. de re iudica. l. à diuo. §. si pignora.* Accur.

r ¶ *Excedit.* scilicet res pignorata. Accurs.

l. non rectè. & ff. pro socio l. sed si adijcia tur. Argum. contra ff. de usur. l. si stipulatus. & ff. de lega. i. l. si quando. in princip. & totum generale, res[a] sic debet accipi, vt non pereat: vt ff. de re. du. l. quoties in actionibus. & l. vbi est. & ff. ad municip. l. j. Re contra est huic. l. 3. de pact. l. si quis in conscribēdo. Sed hoc speciale, ne creditores nimiam suam exerceant auaritiam.

a Res sic debet accipi, vt non pereat.

Vt pactus est nisi intra certū tempus pecuniā quā mutuam accepit, solueret cessurum se creditoribus[g], hypothecæ venditionem nō cōtraxit[h]: sed id cōprehendit, quod iure suo creditor in adipiscendo [i]pignore habiturus erat. Communi itaq; [k]iure creditor hypothecam vendere debet. PP. Idib. Octobr. Alexandro A. Coss.

Pactum quòd si res vendita non euincatur, alia res pro ea obligata debitori reddatur: est validum & seruandum. Bald. Vel sic: Cessante causa propter quam pignus est datum, pignus debet reddi. h. d. secundùm Salycetum.

II. Impp. Diocl. et. & Maxim. AA. & CC. Dionysio.

Si fundi nomine quē vendideras, emptori ab alio mota proprietatis quæstione, alterum fundum pro eius euictione pignoris hypothécæve titulo emptionis instrumentis ea lege dedisti [l], vt quem secundò tradideras, si is quem vendideras, euictus non fuerit, obtineas[m]: de hoc contra eum qui mouerat quæstionē lata sententia: emptori parata securitate[n] circa eū quē obligaueras, restituendū: conuentionis fidē impleri (si negocium [o] integrum est[p]) præses iubebit[q]. S. Kalen. Decemb. Sirmij AA. Coss.

Pactum legis commissoriæ est reprobatum in pignoribus: & habet locum hæc lex in præteritis & futuris. But. Bart. & Salyc.

III. Imp. Constantin. A. ad populum.†

Quoniā inter alias captiones præcipuè cōmissoriæ pignorū * legis crescit asperitas, placet infirmari eā, & in posterū omnem eius memoriam aboleri [r]. Si quis [s] igitur tali cōtractu laborat, hac sanctione respiret, quæ cū præteritis [t] præsentia quoq; repellit, & futura

tem contra. ff. de contrah. em. emptio leg. fin. in princ. Sed ibi non creditori, sed fideiussori remanebat pignus: & ideo non est ibi pactum legis commissoriæ, vel ei simile.

Si fundi.] Casus. Vēdidi tibi fundum, & pro euictione aliū fundum obligaui hoc pacto, vt si non euinceretur, restitueretur fundus obligatus. si aliquis egerit & succubuerit, quia nō euincit: an fundum recuperare possis, quæritur? Et dicitur q sic. sed per quam actionem, non aperit. tu dic quòd præscript. verbis, vel actio. pignoratitia. Viuianus.

l ¶ Dedisti. loco pignoris.

m ¶ Obtineas. i. restituatur tibi secundùm Azo. & si amittat, loco pignoris retineat: quod valet: vt j. de euic. l. si non iniuria. ¶ Sed quid si est actum vt hic loco illius habeatur? Respon. puto valere, & sic etiam potest intelligi innuere lex ista.

n ¶ Securitate. i. exceptione rei iudicatæ, cū sit absolutus.

o ¶ Negotium. quia iureiurādo, & pacto de non petendo, & sententia.

p ¶ Integrum est. quia sibi hunc vēdidisti, nec pro expensis litis ei dedisti, nec pacto, nec sententia, vel alio modo amisisti.

q ¶ Iubebit. præscriptis verbis actione proposita, vel pignoratitia actione.

Quoniam.] Casus. Inter alias deceptiones quib⁹ creditor intendit debitorē decipere, est hęc. s. quòd creditor conuenit cū debitore, vt si sua die non soluatur pecunia, quòd pignus penes eū remaneat. statuit imperator quòd huiusmodi conuentione nullius sint momenti, sed creditor debitum recipiat, & pignus debitori restituat. Viuianus.

† Sumpta ex C. Th. li. 3. ti. 2. Cont.

* Iustinianus addidit verbū pignorum, vt ostendat se legem cōmissoriam adhuc in venditionibus retinere, quā tamē generaliter Constantinus abrogauerat et in pignorib. quam in emptionib. & aliis contractibus: id etiā indicat titulus C. Th. de commissoria rescindēda, interemptionum titulus collatus. Anton. Cont.

r ¶ Memoriam aboleri. quo ad ipsa pignora: non quo ad venditionem. Accursius. Additio. An autem & quando pactum legis cōmissoriæ reprobetur in pignoribus, item quare admittatur in cōtractu emptionis, & reprobetur in contractu pignoris, videas pulchrè per Abbatem in c. significante. super glos. in verbo, commissoriæ. extra de pigno.

s ¶ Si quis. debitor.

t ¶ Præteritis. nisi hoc diceretur, non traheretur ad præterita: vt s. de leg. & consti. l. leges & constitutiones.

a Amissum improprie dicitur, cuius dominium in alterum non est translatum.

a ¶ *Amissa.* Impropriè[a] quia dominium non fuit in eos translatũ: *vt* ꝫ. *de leg. & constit. l. non dubium.* Huiusmodi tamen pacta valent in arris sponsalitiis, *vt* ꝫ. *si rec. pro. vel ad eum per l. j.* Item in sponsionibus honestis: *vt ff. de præscript. verb. l. si rem. §. fin.* ¶ Sed quid si paciscat vt non liceat soluere? Resp. nõ valet, & omnia similia. ¶ Sed quid si cõuenerit vt nõ liceat soluere hinc ad mensem? adhuc dixit Paul. idem & eadem ratione de anno, & sic in infinitum, quod Ioann. non placet: sed dicit valere, si modò sit tempus minus xxx. annorum, aliter[b] videret perpetua alienatio: *vt arg. in authen. de alien. & emphyt. §. locationis colla. ix. & facit de feudis. quib. mod. feud. conslit. potest. §. si quis obligauerit.* Argu. contra. *ff. de contr. empt. l. fi.* Sed solue, vt ꝫ. *eod. tit. l. j.*

b Alienatio perpetua videtur quæ facta est ad tempus 30. annorum.

prohibet. Creditores enim re amissa[a] iubemus recuperare quod dederunt. Dat. II. Kalen. Februa. Serdicæ, Constantinop. A. VII. & Constantio Cæsare Consulibus.

DE EXCEPTIONIBUS, seu præscriptionibus.

Dixit ꝫ. *de iure agendi: nunc de iure defendendi. Et quod dicit præscriptionibus: largè † ponitur, licèt alias pro tẽporali tãtum ponatur.*

† Quid exceptio & præscrip. differãt v. Alcia. super l. quoniam pedam. C. sin. tegun.

TITVLVS XXXVI.

DE EXCEPTIONIBUS SEU PRÆSCRIPTIONIBUS.

Soluens habenti vtilem actionẽ, alio habente directam, ab vtili liberatur ipso iure: sed à directa exceptionis ope: & obligatio diuiditur inter heredes actiue & passiue pro portionibus hereditarijs. Bald. Vel sic: Licèt obligatio diuidatur ipso iure inter heredes, tamen si debitor soluit vni ex heredibus cui creditor nomen prælegauit, aduersus alios tenetur exceptione doli. Salyc.

D *Ebitores.*] CASVS. Si debitor vel creditor in fata concessit, pluribus heredibus relictis, inter heredes pro portionibus hereditariis diuiditur actio, & pro portionib[9] hereditariis condictio competit. Si verò creditor nomẽ debitoris sui vni heredũ plegauit & ille egerit, & exegerit, alij volentes agere, doli mali exceptione repellentur.

b ¶ *Antiqua.* scilicèt l. duodecim tabularũ, vt[c] ꝫ. *de pactis. l. pacto. & si cer. pet. l. j. &* ꝫ. *si vnus ex pluribus heredibus, &c. l. j. &* ꝫ. *fam. ercisc. l. ea quæ.*

c Hereditarij debitores vnicuique heredũ pro portione hereditaris obligati sunt.

c ¶ *Patris tui.* i. patrem tuum debitorem, quia specialiter quibusdam voluit ita debitũ reddi.

d ¶ *Testator.* idémque creditor.

e ¶ *Adscripserat.* prælegando, sicut econtra onus vni adscribere potest, *vt ff. fam. erc. l. filia. §. Papinianus.*

f ¶ *Exceptione.* Imò videtur quòd ipso iure sit tutus. 1 Primò quia illi[d] quibus est nomen prælegatum, habent vtilem actionem ad solidum: *vt* ꝫ. *de legat. l. ex legato nominis,* ergo qui eis soluit, liberatur ab actione, & sic ab obligatione in solidum. 2 Secundò, quia qui voluntate creditoris aliis soluit, ipsi creditori soluisse videtur, & sic ipso iure liberatur, *vt ff. de solu. l. solutam. & l. vero procuratori. & l. dispensatori.* Sed certè non est ita: nam licet ab vtili libereris ipso iure, non tamen à directa, quia teneris aliis. Item illa lex solutam, est intelligenda quando voluntate creditoris viuentis. ¶ Item videtur quòd non posse vni heredum prouidere in his quæ sunt in dando: *vt ff. de verbor obl. l. continuus. §. fi.* Sed ibi loquitur stipulando, hic prælegando, vel illud de rigore, hoc de æquitate.

d Legatarij quibus nomen est prælegatum, vtilem actionẽ habent ad solidum.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Claudio.*

DEBITORES quidem hereditarij vnicuique heredum pro portione hereditaria antiqua lege obligati sunt.

Sed si eis heredibus omnem pecuniam exoluisti, quibus nomen patris tui testator[d] in diuisione adscripserat[e], doli mali exceptione[f] aduersus alios agẽtes tueri te potes. PP. X. Kalen. August. Duobus & Aspris Cõsulibus.

Licèt vnus ex fratribus succumbat in iudicio, non præiudicat alteri fratri. Bald. Vel sic. Exceptio rei iudicata non obstat ei contra quem non est pronunciatum.

II. *Idem A. Iulio.*

PRo portione[g] tua qua domum ad te pertinere dicis, si iudicatum non est, actionem dirigere potes. Nam exceptio rei iudicatæ ei demùm obstat, vel successoribus eius, inter quos cognitum † super ea re, & pronunciatum est[h]. PP. XV. Kalend. Martij, Antonino A. IIII. & Balbino Coss.

P *Ro portione.*] CASVS. Duo habebant domum communem: contra vnum ilorũ pronunciatur, si alius velit pro parte sua agere à re iudicata contra alium, sibi noceat, quæritur? Respond. quòd non.

g ¶ *Pro portione.* duo fortè erant fratres.

h ¶ *Pronunciatum est.* Imò tria necessaria sunt: *vt ff. de except. rei iud. l. cum quæritur. & l. sequent.* Item fallit[a] hęc regula in popularibus actionibus, & publicis iudiciis, vbi res inter alios acta aliis nocet, nisi collusio detegatur. Item in aliis casibus quos notat ꝫ. *quib. res iudicat. non nocet. l. y. & facit ad legem istam, ff. de re iudicat. l. sæpe & supra res inter alios actas. l. si cum fratre. & ff. qui po. in pignorib. habe. l. Claudius.*

a Acta inter alios, quib. casibus aliis nocent.

† Con. c. cum in te. post med. cum Glo. super verb. ad litigãtes. extra de sen. & re iu.

Dolus commissus in liberatione administrationis vel in ipsa administratione, secundum secundam lecturam reddit pactum liberatorium ope exceptionis inutile: Vel sic: Exceptio pacti dolo quæsiti, eliditur replicatione doli. Vel sic: Generalis inquietatio ab ignorante facta, non porrigitur ad gesta per dolum. Baldus. Vel sic: Aduersus exceptionem pacti potest agens dolo inductus vti replicatione doli. hoc dicit secundùm primam lecturam quæ verior est. Salycetus.

III. *Idem A. Vitali.*

ADuersus † fratrem tuum quondam tutorem legitimum[i] tutelę iudicio si expertus non es, proposita actione consiste, nec timueris exceptionem pacti[k], si in ea[l] fraudem, dolúmque admissum probare potes[m], nam replicatio doli opposita bonæ fidei iudicium facit[n], & commentum fraudis repellit[o].

Diuturnus iudicij tractus peremptorias non excludit, sed exceptio rei finitæ sic. hoc dicit: Vel sic: defensio peremptorij obijci potest vsque additis contestationem. hoc dicit cum glossa, Baldus. Vel sic: Causa nondum finita potest opponi exceptio peremptoria: Salycetus.

IIII. *Imp.* ALEXANDER A. *Iuliano, & alijs.*

CVm nondum[p] finitã sentẽtia causã, sed dilatã allegetis, nõ est dubiũ omnes ĩtegras

A *Duersus.*] CASVS. Frater administrauit tutelam legitimam fratris tui, & ex mala administratione tenebatur ei in centum, dolo induxit eum, vt ei dimittas: si agat frater, alius excipiat de remissione, replicabit de dolo, i. quòd dolo induxit eum ad remittendum, vel dic quòd commiserat dolum in tutela, licet frater generaliter remittat ei administrationem tutelæ. non tamen videtur remisisse dolum, prima positio verior est.

i ¶ *Legitimum.* Imò fiduciarium, *vt institut. de fiduc. tut. per totum.* Sed omnis[b] fiduciarius est legitimus, sed non conuertitur.

† Con. Gloss. in ante med. in c. 2. extra de pact.

b Tutor fiduciarius omnis, est legitimus at nõ econtra.

k ¶ *Pacti.* tutor ille te induxit dolo ad remissionem faciendam, non potes ideò minus agere contra eũ: & si excipiat de pacto, replicabis de dolo. 2 Vel dic quòd dolum cõmiserat in tutela, qui[c] dolus non videtur generali remissione remitti: *vt arg. ff. de liber. legat. Aurelio. §. Caius. & ff. de pact. l. tres fratres.* Nam & seruus quicquid quærit, domino quærit, non tamen dolo: *vt ff. de acquirend. possessione. l. quod seruus.* Sed huic expositioni est argument. contra. *ff. de pactis. l. si vnus. §. illud.* Sed prima placet.

c Generali remissione non censetur remissus dolus.

l ¶ *Si in ea.* al. in eo, scilicet pacto. al. in ea, scilicet remissione: vel in ea, scilicet tutela.

m ¶ *Probare potes.* qui enim dolum dicit, &c. *vt ff. de prob. l. quotiens. § qui dolo.*

n ¶ *Facit.* id est, conuenit iudicio tutelæ, quod est bonæ fidei, opponi replicationem doli, ex quo est dolus commissus, & commentum fraudis repellit. vnde Ouidius, Non faciunt molles ad sęra bella manus: faciunt, id est, conueniunt.

o ¶ *Repellit.* quia metu, vel dolo, vel minor erat.

p ¶ C *Vm nondum.* Pone sic casum. Cœpi conuenire aliquem, & steti per aliquod tempus, in causa supersedi per tres annos & dicitur quòd iterum possum agere, & loquitur generaliter in reo & actore.

a ¶ *Defensiones.* peremptorias subaudi, nisi in casibus sed dilatorias[a] ante litem contestatam: *vt hic, & j. senten. resc. non possessio. l. peremptorias. & j. de probatio. l. exceptionem.*

b ¶ **L**icet *vnde vi interdictum.* Vnde[b] vi interdictum intra annum datur quando possessio ad violentum non peruenit: *vt ff. de vi & vi arma. l. j. in princ. & j. vnde vi. l. ij.* Sed non est ita in exceptione quæ cōpetit vim passo. 1 Dic ergo casum quòd deiectus recuperauit in continenti possessionem. licet habeat interdictum vnde[c] vi intra annum pro damnis pro possessione tamen habet exceptionem perpetuam, etiamsi rei vindicatione conueniatur: *vt not. j. vnde vi. l. si quis in tantum.* sic quòd huic expulso licuit incontinenti recuperare, non sit illius delicti impunitas. Hæc positio non placet Ioan. quia cum nullum detur tibi interdictum pro possessione: ergo nec mihi vlla exceptio. 2 Pone ergo sic: Expulisti Titium qui mihi cessit interdictum, & omne ius suum. inde vi te deieci, possessionem nō apprehendi. ago aduersus te interdicto mihi cesso: excipis post annū, & perpetuo, cū alio possessorio possis à me, si tenerem, recuperare scilicet ex secunda deiectione: licèt si ex secūda expulsione ageres, tantum intra annum audieris. 3 Tertij, vt B. dicunt, expuli te de fundo violenter: deinde ex interuallo tu expulisti me, sed possessionem non intrasti, ego verò eam retinui. agis contra me interdicto de priori expulsione. ego excipio de violentia quam ex interuallo intulisti mihi. Et alij sic ponunt, inuasorem post annum, possessionis æstimationem & cæteradamna restituisse. certè non habet condictionem indebiti: licet si possideret, conueniri nō posset. Vel dic quòd deiectus quoquo modo, etiam clàm possessionem recuperauit, & conuenitur à deiectore interdicto vti possidetis, & perpetuo excipit: quia si agens possideret, interdicto vnde vi teneretur: nisi annus esset elapsus: multo magis per exceptionem potest se tueri: *vt ff. de superfi. l. j. §. quod autem ait prætor.* ¶ Ex lege ergo ista no. quæ[d] annua sunt ad agendum, perpetua[e] sunt ad excipiendum. P. Idem in doli exceptione: nam licèt actio de dolo sit biennalis: *vt j. de dolo. l. pen.* tamen exceptio est perpetua: *vt ff. de except. do. l. pure. §. fin.* secus in replicatione: *vt ff. de pecu. l. quæsitum. §. fin. cui. l. quæsitum.* Est contra. *j. l. proxi.* Sed ibi solues.

c ¶ *Intra annum.* nota perpetua iura sunt ad excipiendum, & temporalia ad agendum.

d ¶ **S**i *pactum.* de non petendo.

e ¶ *Intercessit.* tribus modis pone casum. Primo, debebas mihi decem. dolo extorsisti à me pactū de nō petendo. si excipias ex eo pacto perpetuo, replicabo etiam sine præfinitione temporis, sicut & olim actio sine præfinitione temporis cōpetebat. Sed hodie dices perpetuo, id est ad triginta annos. Nam tātum durat actio, ergo & tantundem replicatio: vt institu. de perpe. & temp. actio. in princ. Secundo secundùm B. sic, feceram tibi pactum de non petendo: dolo extorsisti de petēdo. si replico ex eo, tu perpetuo replicabis, id est duplicabis, & sic fuit pactum factum dolosè in exceptionē, id est contra exceptionem. Sed huic est contra. *ff. de petu. l. quæsitum. §. fin. vbi replicatio est annua.* sed ibi est in litera, fortassis, secundùm B. vnde perpetuo replicatur. & hoc secundùm vtramque expositionem. Vel ibi est replicatio, hic duplicatio: quæ est eiusdem naturæ, cuius est exceptio, quæ perpetuo datur reo: *vt ff. de except. do. l. purè. §. fin.* nam hæc duplicatio vt exceptio datur reo: vt institut. de repli. in princ. Tertio sic secundū Lo. feci tibi pactū de non petēdo: tu mihi postea de petendo, si excipias ex eo, replicabo de dolo. nam vbi alia quæcunque exceptio locum habet, & doli: *vt ff. de exceptio. doli. lege. ij. §. & generaliter.* nisi reuerentia personarum aliud suadeat: *vt ff. de exceptio. doli. l. apud. §. aduersus.*

defensiones[a] vobis esse. PP. II. Non. Octob. Maximo. II. & Æliano Coss.

Quæ annua sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Bar. Bald. & Salycetus.

v. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Basilio.*

LIcet *Vnde vi* interdictum[b] intra annum[c] locum habeat tamen exceptione perpetua succurri ei qui per vim expulsus post retinuit possessionem, auctoritate iuris manifestatur. S. Kalend. Maiis, Trallis, AA. Coss.

Replicatio & duplicatio non expirant tempore. Baldus. Vel sic: Exceptio vel replicatio doli potest perpetuo contra pactum opponi. Salycetus.

vi. *Iidem* AA. & CC. *Helenæ.**

SI pactum intercessit[d], in exceptione[e] sine temporis præfinitione[f]* de dolo replicare potes[g]. S. Kalen. Septemb. Viminacij. AA. Coss.

Refutatio generalis per specialem satisfactionem restringitur. Bal. Vel sic: pactum de non petendo simpliciter factum, restringitur ad quantitatem iam solutam. h. d. & notabiliter. Salyc.

vii. *Iidem* AA. & CC. *Menandro.*

SI ex maiore[h] debiti quātitate minor tibi soluta est, nec liberationem debitori tuo præstitisti[i]: petere quod non probatur redditum, contra exceptionem pacti replicatione tuā adiuuans intentionem, minimè prohiberis. S. 11. kal. Mart. CC. COSS.

Exceptio peremptoria potest opponi quandocunque, priusquam feratur sententia definitiua. Bald.

viii. *Iidem* A A. & C C. *Aurelio.*

PRæscriptionē[k] peremptoriam, † quam ante contestari sufficit[l], omissam, priusquam sententia feratur, obijcere quandoque[m] licet. S. XV. kal. Nouemb. CC. COSS.

Ista est difficilis lex, & quasi difficilior in materia, nec reperitur vtilior ista. Si reus est certus quòd actor non potest probare, debet denegare, non excipere: sed si dubitatur, potest vtrumque cumulare, scilicet negando, & si probatur, excipiendo hoc dicit. secundùm Baldum. Vel sic: Reo non expedit exceptionē opponere, si credit actorem non probare: aliàs debet exceptionem sub conditione opponere, & post probatam intentionem actoris illam probare. Salyc.

ix. *Iidem* AA. & CC. *Mutiano.*

SI quidem[n] intentionem actoris probatione deficere

e ¶ *In exceptione.* scilicet quærenda, secundum primum. vel id est contra exceptionem, secundum vtrumque casum dolosè. vel, id est contra exceptionem, & nō dolosè fuit factum pactum secundum tertiū.

f ¶ *Præfinitione.* bene dicitur quòd actio de dolo tēporalis est ad agendum, perpetua ad excipiendum.

† Quando dilatoria sit opponenda. v. l. l. 19. & ibi Acc. *curs. de prob.* de peremptoria adde Socinum regula 197.

g ¶ *Replicare potes.* propriè, secundum primū & tertium: impropriè id est duplicare secundum medium. Acc.

h ¶ **S**I *ex maiore.* Cum decē deberes, soluisti quinque. licet generale pactum de non petendo fecerim, credens nil plus mihi deberi, tamen agam: & si excipias, replicabo: *vt infra de solu. l. si inter. & supra de transact. l. si quidem. & supra de furt. l. post decisionem. & ff. de condict. indebi. l. fina. §. idem quæsit.* Sed certè immò videtur in residuo non agi: *vt ff. de re indica. l. à diuo. §. si pignora. quæ est contra.* sed ibi lex præsumit remissionem residui.

i ¶ *Præstitisti.* ex certa scientia: liberasti tamen quo ad verba.

Præscriptionem.] CASVS. Exceptio peremptoria, siue ante siue post protestatus fuerit quis se eam velle opponere: ante sententiam opponi debet, non potest. Viuianus.

k ¶ *Præscriptionem.* i. exceptionem: vt pacti, vel rei indicatæ, vel similis.

l ¶ *Sufficit.* ex voluntate, non ex necessitate: *vt subijcit, & supra de præscrip. longi tempo. l. emptor. & dixi supra senten. rescin. non pos. l. peremptorias.*

m ¶ *Quandoque.* i. quandocunque.

Si *quidem.*] CASVS. Aut reus certus est in nullo actori teneri, & actor deficiet in probatione: aut certus quòd teneat, aut dubius. primo casu nulla exceptio reo est necessaria. secundo de ea cogitet proponenda, si quam habet. tertio casu, si est peremptoria, ab initio proponere potest: si vltra, fundata intentione actoris eam probet. & benè dixi, si vltra: quia nō compellitur post litem contestatam proponere. Viuianus.

n ¶ *Si quidem.* Quid si lite contestata ponat actor in causa φ reus promisit ei. x. reus respōdet se promisisse, sed sub cōditione,[a] adiiciens nō alio modo, vel nō adiiciēs: quæritur an reus videatur confessus purè, nisi probet conditionē. an econtra videatur negasse, nisi actor probet puritatem, vel conditionem extitisse? Et videtur φ reus sit confessus, nisi[b] probet conditionem: nam duo[c] videtur dixisse, scilicet se promisisse, & sub cōditione promisisse. vt & dicitur in arbitri præcepto qui præcipit pecuniā dari intra kalendas: nam duo sunt arbitri præcepta &c. *vt ff. de arbi. l. Celsus. §. j.* Vnum ergo de istis est contra se, & ei habetur fides: *vt ff. de interrog. act. l. de ætate.* aliud pro se reo, scilicet conditio, & illi non habetur

a Probare conditionem hic debeat qui sub conditione se promisisse ait, adi Nemo ex his 43. ff. de reg. iur.

b Cōditionalis cōfessio duos effectus habere videtur. cōfessionē enim facti & conditionis adsertionem continet.

habetur fides: vt *I. de prob. l. exemplo. & in authen. de iureiuran. à mo. præst. §. j. col. v.* Secundò, quia sic diximus in exceptione pacti, & similibus, q̃ si quis confiteatur se debere, sed[a] dicit factum pactū de non petendo: quòd nisi probet pactum, cōdemnatur, nisi[b] præmittat[c] negationē: vt nego me debere. sed si apparuerit, dico pactum factum: vt *not. in hac l. si quidem. & sic intelligimus. ff. de exceptio. l. non vtique.* Tertio, quia si actor ponat de Sticho sibi debito, & reus fateatur, sed dicat de alio Sticho se sensisse, stamus dicto actoris: vt *ff. de verbo. obligat. l. inter stipulantem. §. j.* ¶ Sed econtra videtur negasse puritatē, nisi actor probet puritatem, vel conditionem extitisse. sicut enim actor non[d] videtur in iudiciū deduxisse quod nō sensit, sic nec[e] reus videtur cōfiteri quod nō sensit: vt *ff. de except. rei iudica. l. si ex testamento. in fin.* quia non debent deterioris esse conditionis rei: vt *ff. de reg. iur. l. fauorabiliores.* 2 Item in iudicio si[f] quis loquatur ambiguè, stamus eius dicto: vt *ff. de iud. l. si quis intentione.* sic ergo & hic. Sed si dubitetur cui sit standum: electioni rei standum est. 3 Tertio, si intelligat separata cōditio & promissio, eadē ratione & locus. ergo hæc stipulatio, promittis date decem hodie Romæ, cùm simus Bononiæ: valeret ratione promissionis, quod est falsum: quia stipulatio talis non valet: vt *institu. de verborum obligat. §. loca.* non ergo intelliguntur separata. 4 Quarto, qui conditionem apponit, in ipsa actionis natiuitate apponit, quasi nec sit nata actio. vnde nec cessit nec venit dies ante conditionis euentum: vt *ff. de verbo. signif. l. cedere diem.* & sic aliud est quàm in exceptione pacti, vel simili, quæ nascitur post natiuitatem primæ actionis. Cùm ergo dicit, conditionaliter promisi, vel sub conditione: tale est ac si diceret, non confiteor actionē natam. Eodem modo si dicat, promisit, sed sub conditione: idem est: quia quæ[g] incontinēti dicuntur, videntur inesse: vt *ff. si cer. pet. l. lecta.* & maximè si adiiciat, & non alio modo. Item expressum videtur, quia si decem stipulor purè, & tu respondes sub conditione, nulla est stipulatio: quia non videris respondere ad interrogata: vt *ff. de verb. oblig. l. j. § si quis simpliciter. & institu. de inuti. stipu. §. præterea.* De nouo ergo debet respondere, an purè promiserit, cùm non videatur promisisse. Item si diceremus esse duo, scilicet puram & conditionalem: hoc non potest esse nisi alternatiuè, nam coniuncta scriptura, scilicet promisi, sed sub conditione, faceret tantum ac si diceret, hoc aut illo modo promisi: vt *ff. de condit. & demonstra. l. non ad ea. §. j.* Solu. videtur distingui, an incontinenti, aut post modicum tempus adiiciatur conditio: vt primo casu videatur inesse, & secundo non: vt *infra de dona. quæ sub modo. l. perfecta.*

cōfidis[a], nulla tibi defensio[b] necessaria est[c]. Si verò de hac cōfitendo[d], exceptione † te munitum asseueras, de hac tantum agi[e] conuenit. Nam si etiam de intentione dubitas[f], habita exceptionis contestatione[g], tunc demum[h] cum intentionem suā secundum asseuerationem suā petitor probauerit[i], huic esse locum monstrari conuenit. S. III. Non. Nouembr. Burtadizi. CC. Conss.

Sicut reus iuuatur exceptionibus, ita actor replicationibus. Bald.

x. *Iidem AA. & CC. Aquilinæ.*

NOn exceptionibus actores, quibus reis auxiliū tribuitur certis ex causis, sed replicationibus suam intentionem, si quam habeant, muniant[k]. S. kalen. Dec. Nicomediæ. CC. Conss.

Defensio rei competit fideiussori, nisi reus redimatur ab obligatione per mutationem status. Bald.

xi. *Iidem AA. & CC. Nicom.*

DEfensiones[l] siue exceptiones ad intercessores[m] extendi[n], quibus reus principalis integro manente[o] statu[p] muni-[tur].

a ¶ *Confidis.* quia dicit te sibi teneri in decem, quod scis non esse verum.
b. ¶ *Defensio.* i. exceptio, dummodo non confitearis.
c ¶ *Necessaria est.* nisi vt neges.
d ¶ *Confitendo.* i. scis te ei teneri, vel credis.
e ¶ *Agi.* id est cogitari, quia fortè fecit pactum, vel soluisti.
f ¶ *Dubitas.* id est, non est certus sit ita vel non: cùm fortè contractus descendat à[h] persona patris. Collige ergo interrogatum[i] non semper cogi dicere, credo[k]: vel, nō credo: quia potest dicere, dubito[l]: vt & *supra de condic. indeb. l. fin. & dixi supra de iura. calum. l. ij. §. j.* ¶ Item & collige q̃ semper debeat interrogari & respondere[a]: vt *ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. nihil.* quod tamen ex causa fieri debet: vt *ff. de interrog. actio. l. pen.* Nam si quæras à me, & ego dico quòd calumniosè quæris, & tu dicas quòd calumniosè dico: sic in infinitum[b] posset procedi: quod esse non debet.
g ¶ *Contestatione.* ab initio scilicet ex voluntate, non ex necessitate si est peremptoria: aliàs ex necessitate: vt j. *l. proxi. & s. de probat. exceptione.* ¶ Sed nónne excipiendo[c] confitetur? Respon. nō: vt *ff. de except. l. nō vtique.* quod est verum, quādo[d] primo nego: sed si appareat me debere, tunc oppono exceptionem. & sic hîc intellige l. prædictam, non vtique. ADDITIO. De isto videas per Bart. *in l. non vtique. ff. de except.* & Dynum *in cap. exceptionem. de reg. iur. lib. vj.* & plenissimè Abbatem *in cap. cùm venerabilis. in v. colum. extra de exceptionibus.*
h ¶ *Demum.* sed quia testes contra testes induci nō possunt, cùm iam didicit testificata: securius est opponere eam, & probare.
i ¶ *Probauerit.* post dicita[e]. Ergo demum † post testificata probat reus exceptionē. & sic est contra *s. de proba. authentic. at qui semel.* Sed dic vt ibi in l. exceptionem. & facit ad *l. supra de actio. & obligatio. l. negantes. & de eden. l. qui accusare.*
k ¶ NOn exceptionibus. *Muniant.* vt & *institu. de replica. & ff. eod. l. ij. § illud.*

DEfensiones.] CASVS. Debitori factum pactū de non petendo, fideiussori parat exceptionē, nisi reus tūc mutauerit statum suum: quia fortè fuit deportatus. & intellige responsionem istam de except. cohærente rei, vt est de non petendo. de re iudi. & non de illa, quæ cohæret personæ: vt est restitutio in integrum. Viuianus.
l ¶ *Defensiones.* rei cohærentes, secus in personali: vt *ff. eod. l. exceptiones quæ personæ.*
m ¶ *Ad intercessores.* si habeant contra reum regressum, non aliter: vt *ff. de pact. l. quod dictum.*
n ¶ *Extendi.* etiam inuito reo: vt *ff. de fideius. l. si stipulatus. & ff. eo. l. omnes. & facit ad l. istam. ff. de fideiuss. l. ex persona. & insti. de replica. §. fin. & ff. de re iudica. l. & si fideiussor.*
o ¶ *Manente.* quia si fisco condemnatus esset in medietate bonorum, haberet exceptionem contra creditores.
p ¶ *Statu.* sed mutato statu nō cōpetunt circa contractus: vt *hîc, & j. de fideius. l. j.* sed circa iudicia sic: vt *in eo. tit. l. si ipsum. & ff. qui satisda. cog. l. si decesserit. & l. seq. & si quis cautio. l. sed & si quis.*

tus est, constat.

Punitur temerarius aduocatus qui patrocinium præstat de exceptione præpostera. Bald. Vel sic: Dilatoria debet opponi ante litem contestatam, non postea: aliter opponens punitur. Salyc.

xii. *Imp.* IVLIANVS *A. ad Iulianum comitem Orientis.*

SI quis aduocatus inter exordia litis † prætermissam dilatoriam[q] præscriptionem postea voluerit exercere, & ab huiusmodi opitulatione submotus, nihilominus perseueret, atque præposteræ defensioni institerit: vnius libræ auri condemnatione multetur. Dat. VII. Idib. Mart. Antiochiæ, Iuliano. A. IIII. & Sallustio Conss.

Exceptio iudicis incompetentis, ante litem contestatam debet opponi. Vel sic: Declinatoria iurisdictionis debet ante litem contestatam opponi & terminari. Bald.

xiii. † *Impp.* HONORIVS & THEODOSIVS AA. *Symmacho proconsuli Africæ.*

PRæscriptiones † fori in principio[r] litis à litigatorib. opponendas esse, legum decreuit

SI quis.] CASVS. Aduocatus in initio litis dilatoriam non proponens exceptionem, si postea velit eam proponere, non audietur: & si institerit vt audiatur, in vna libra auri condemnabitur. Viuianus.
q ¶ *Dilatoriam.* quæ in[g] initio erat opponenda: vt j. *l. proxi. & s. de probs. l. exceptionem. & s. de procurat. l. ita demum &c.*

PRæscriptiones.] CASVS. Qui vult recusare iudicem, hoc faciat ante litem contestatam, postea non audietur. Viuianus.
r ¶ *In principio.* vel[h] ante[i] dationem libelli, vel etiam post: vt *ff. de iudi. l. non videtur.* dummodo ante litem contestatam: vt *hîc, & s. de iurisd. omnium iudi. l. nemò. ff. de iudi. c. l. sed & si susceperit in prin.* Item hæc vera, quando sciunt iudicem non competentem. aliàs si ignorāt, quandocunque possunt opponere: vt *supra si à non competen. iudi. l. fin.* ADDITIO. Tu dicas q̃ quando pars scit iudicem non competentem, debet illam exceptionem opponere in principio, id est antequam sit factus aliquis actus per quē videatur in iudicem

e Negationis præmissæ in excipiendo effectus.
† De distinctione exceptionum vide bonā Glo. in c. exceptionem. extra eo. titu.
d In iudicium nemo deduxisse id videtur de quo nō sensit.
e Cōfiteri nemo videtur id de quo non sensit.
f Ambiguè loquēs in iudicio in hoc sibi nocet, vt cōtra eum fiat interpretatio.
g In continēti quæ dicūtur ea inesse videntur.
i Interrogatus nō semper cogitur dicere credo, vel nō credo.
k Testis respondere potest per verbum credo vel non credo.
l Testis se dubitare respondere potest.
a Respondere quis cogitur.
b Infinitum in iure non admittitur.
e An post cōgnita testimonia reus probare possit exceptionē suā.
g Exceptio dilatoria initio litis id est ante litē contestatam adduci debent.
h Iudex recusari quo tempore debeat.

consentire: vt extra de re indi.c.inter monasterium. & ibi de hoc per canonistas. vnde si quis opponeret prius exceptionē contra personam actoris, vel contra libellum, vel procuratorem, non posset postea opponere exceptionem iudicis incompetentis: quia videtur eum dicere iudicem competentem ad cognoscendum & pronunciandum super dictis exceptionibus: & ideo ista exceptio de incōpetenti iudice debet præmitti. ita dicit Bar. hic, & in l. quidam cōsulebat ff. de re iu. versi. quæro quando debet &c.

auctoritas. Dat. V. Kalen. Sept. Rauennæ, Honorio. X. & The. VI. AA. Conss.

TITVLVS XXXVII.

DE LITIGIOSIS.

Simplex denunciatio extra iudicium, non tenet vel quæ fit in iudicio, rem litigiósam non facit. Bald. Vel sic: Venditio pignoris facta per creditorem, etiam si debitor contradicat, non facit rem litigiósam. Salycetus.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Paulinæ.*

CVM creditor pignus vendit, non potest videri litigiosæ rei emptio contrahi, & si debitor[a] interdicat ne venditio perficiatur. PP. Kalend. Maiis Apro. & Maximo Conss.

IN AVTHENT. DE

litigiosis. §. j. coll. viij. const. viij.

Hæc authentica definit quæ res est litigiosa. & res litigiosa est de cuius dominio quæstio mouetur, iudiciaria conuentione coram ordinario vel delegato facta super ea petitione. Bald.

Litigiosa res[b] est de cuius dominio[c] causa mouetur inter possessorem & petitorē, iudiciaria conuentione[d], vel precibus principi oblatis †, & iudici[e] insinuatis, & pereum futuro reo cognitis.

Actio mota in iudicio lite pendente, in alium non potest transferri: & per istam cessionem inutilem non videtur cedens renunciare liti motæ. Bald. Vel sic: Pendente lite rei vel actionis non potest fieri alienatio, quasi sit facta litigiosa. Salycetus.

II. † *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad prouinciales.*

LIte pendente[f] actiones quæ in iudicium deductæ sunt[g], vel res pro quibus actor à reo detentis intendit, in coniunctam personam vel extraneam, donationibus, vel emptionib[9], vel quibuslibet aliis contractibus[i] minimè transferri ab eodē actore liceat[k]: tanquam si nihil factū sit, lite nihilominus peragenda[l]. Dat. Kal. Martij, Basso & Ablabio Coss.

DE LITIgiosis.[a]

Quia genus exceptionis res litigiosas inducit, ideò de ea dicit: vt ff. eo. l. j. Et potes legere authen. super ipsa rubric. secundùm B. vel secundùm Azo. super l. j.

CVm creditor.] CASVS. Dicit imperator in hac. l. quod creditor pignus vendens, non videtur rem litigiosam vendere: licèt debitor denūciet ei ne vendat vel emptori ne emat.

a ¶ *Debitor.* vt & ī. *de debito. vend. pign. impe. non pos. l. j. & ij. & de distr. pigno. l. creditor. j.* vel secūdus creditor, vt s. *si anti. credi. l. fin.* vel quilibet alius: quia sola denunciatio non facit rem litigiosam: vt *ff. eo. l. j.* Et quia fit mentio litigiosæ rei, accipe authē. litigiosæ &c. quæ est ex corp. *de litig.* §. j. *coll. viij.*

LItigiosa res.] CASVS. Lex C. facit mētionem de litigiosis. Ista authē. dicit quæ sit res litigiosa. dic ergo sic: Petij à te fundū: actionem meam in aliū nō debeo transferre, siue conueniam te corā iudice ordinario, siue impetraui rescriptū quod aliquis iudex cognoscat inter me & te, & illud rescriptū obtuli iudici delegato, & ipse tibi.

b ¶ *Litigiosa res.* mobilis, vel immobilis: vt *in cor.* §. j.

c ¶ *Dominio.* vel[b] quasi dominio: vt per Publicianam, vel per aliquā vtilem rei vindicationem, quæ multæ sunt. vel cōfessoriam pro vsufructu, cū habeat instar proprietatis. fortè secus quando de seruitute rustica agitur. Item secus si agatur hypothecaria, vel actione personali[c] secundùm quosdam: vt *in eodē corpore probatur.* §. *ad hæc autem.* licet lex ij. huius tituli videatur dicere contra de personali: vti ibi dices.

d ¶ *Conuentione.* quando est ordinarius.

e ¶ *Et iudici.* quando est delegatus.

LIte pendente.] CASVS. Actor siue reali siue personali actione aliquem conueniat: res petitas à reo, & detentas, & actio. non solum in coniunctum nō potest transferre, sed neque in extraneos aliquo titulo vel donationis vel venditionis: quod si fecerit, reuocabitur, perinde ac si factum non fuisset, licèt scilicet suo marte currente. Viuianus.

f ¶ *Lite pēdēte.* lite cōtestata, vel nō dūmodo causa sit mota in reali.

g ¶ *Deducta sunt.* iure dominij, vel quasi. nam actio in rem potest cedi[a]: vt s. *de here. vendi. l. fi.* vel res: vt subiicit. si inducā in possessionem: licèt alius scilicet cōuētus possideat: vt *dixi.* s. *de distractio. pigno. l. qui pradium.* & sic non loquitur de personali actione hæc lex, cū illa nō possit fieri litigiosa: vt videtur dicere authen. litigiosa. Vel dic actiones s. personales, vel res quando agitur in rem: vt *ff de actio. & obli. l. actio in personā.* nam hæc lex & sequēs de personali dicunt.

h ¶ *In cōiunctam.* de quā magis videbātur: vt *ar.* s. *de contrahen. emptione. l. dudum.*

i ¶ *Cōtractibus.* nisi in casibus: vt j. *l. proxi. & l. fi.*

k ¶ *Actore liceat.* nec à reo: vt j. *eo. l. fi. & ff. de ali. iudi. mu. l. fi. & ff. famil. ercisc. l. alienationes. & ff. de iur. fisc. l. res quæ.* Sed cōtra s. *de peti. hered. l. fi.* §. j. & ij. & iij. sed illa fiunt ex necessitate. Itē contra s. *de præscript. lōg. tempo. l. j.* Solu. vt ibi in prin. dixi.

l ¶ *Peragenda.* redhibetur enim res alienāti hodie: vt j. *eod. l. fi. & sic est contra* s. *ne lite. po. l. j.* Sed ibi nō erat litigiosa, & cedebatur in potētiorē ratione officij: sed titu. de ali. iudi. ratione alterius potentiæ. Accur.

a *Et breuiter omnis actio cedi potest. de quo vide Tiraquell. de retract. §. 26. Gl. 1 num. 2. & sequent.*

Vbi legatur res quæ alienari non potest propter iudicium præcedens, debetur æstimatio. h. d. Ista lex corrigitur per seq. & l. sequens corrigitur per authen. nunc si heres. Bald.

III. *Imppp.* GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS AAA. *Tatiano præfecto prætorio.*

QVicunque rem litigiosam, vel ambiguum[m] chirographum †, quolibet denique mobile vel immobile fisco nostro, vel potentiori, seu aliis personis in testamento siue codicillo legauerit, fideive commiserit, aut per hereditatē[n] reliquerit: nullam fiscus noster vel alia persona licentiam habeat iurgiorū, nec iudicium subeat: sed æstimatio eius litis ineatur, præstāda[o] his quibus actiones vel res litigiosæ relictæ sunt. Eandem litem ipsi heredes peragāt, suarum actionum periculo ea quæ litigiosa fuerant relicta, vindicātes. Quod & de chirographis placet, vt heredes relictorū fisco vel aliis personis præsentem pecuniam numerent, & iudicio eos quos obnoxios existimant, persequantur. Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonicæ. Item rursus Cōstantinop. XIII. Kalend. Ianua. Gratiano V. & Theodo. AA. Conss.

Ista lex imponit pœnam rem litigiosam scienter recipienti. & hoc dicit: Alienam rem litigiosam vel actionem punitur in simplum, & eadem pœna punitur accipiens scienter fallit. in casibus in hac l. positis. Bald. Vel sic: Emens scienter rem litigiosam, tenetur illam restituere, nec pretium repetit, sed illud & tantundem venditor fisco soluit: emens vèro ignoranter, pretium repetit, & vltra illud tertiam partem alienatione irrita remanente. Salyc.

† *Concor. cum hac l. ca. 2. cum Gl. super verbo actiones extra de alie. iudi. mutan. causa fac.*

QVicunque.] CASVS. Si rem vel quātitatē quam in litē quis deduxerit, mihi legauerit, vel fisco, vel potentiori, vel act. aliquā, heres æstimationē dabit mihi illius rei. in secundo casu act. suo periculo manebit, & pec. mihi reddet, quam essem habitur[a] si eā mouissem & obtinuissem.

m ¶ *Ambiguum.* id est litigiosum.

n ¶ *Per hereditatē.* s. per fideicōmissum relictā nō directo: quia tūc nō posset habere locū exceptio. vel dic ex certa re: vt dixi s. *de here. insti. l. quoties.*

o ¶ *Præstanda* ab heredibus. Sed contra *infra eo. l. ij.* Solu. hæc per illā, & illa per authen. nunc si heres corrigitur.

CEnsemus[b].] CASVS. Si rem de qua inter me & te est controuersia, tu conuentus alij dones, vel vendas: aut emptor scit eam litigiosam, & tibi restituet, & precium fisco refundet: & tu eandem quantitatem dabis fisco: neque precium quod dedit tibi, retinebis, ne in lucro propter dolum suum inueniaris. si ignoret, rem restituet, & precium recuperabit, & tertiam partē æstimationis rei, vt si valeat triginta, habebit decem, & duas partes æstimationis dabit fisco secundùm quosdam, licèt hoc non dicat. Alij quod in solidū precium præter tertiam, quā dabit emptori: quia ipsum

b *Vide ad hanc legem Guidonem Papa decis. 197.*

ipsum non certificauit. sed non apetit qua actione aget emptor hoc casu: tu dic in factum, vel dic ex hac lege. & hoc in prima & secunda. Si verò dones, rehabebis rem: & si donatarius sciuit, sic punietur vt emptor qui sciuit. s. vt habeat tertiam partẽ æstimationis. & hoc in tertia. Si qua autem instrumenta super hoc fiant, nullã obtineant firmitatẽ. & hoc in quarta. Hæc quę dicta sunt, fallunt in ante donatione propter nuptias, vel dotis, vel transact. vel donationis factæ per commun. diuidũ. siue famil. erciscundæ, vel transac. vel legati. & hoc in quinta.

a ¶ *Vel actiones.* vt actor.

b ¶ *Vel res,* vt reus.

c ¶ *Vitio.* vt obijciatur exceptio ementi si petat, vel creditori cui esset obligata, cum esset res litigiosa: vt *ff. eod. l. j. & ff. quæ res pign. obligari possunt. l. j. §. finali.* Item & alia pœna est, quam dicit hæc lex.

d ¶ *Si quis.* emptor.

e ¶ *Ad venditiones.* scilicet emendo: sic enim emptor ad venditionẽ, donatari ad donationem dicitur accedere. Hæc enim scientiæ distinctio & ignorantiæ, in emptore & in quolibet acceptore fit: vt *in coll. §. j. coll. viij.* non in donatore: illũ enim certũ est scire, secundùm Azo. *argum. s. de rescind. vend. l. quisquis.* emptorem tamen in dubio præsumo ignorare: vt *ff. de prob. l. verum.*

f ¶ *Redhibere.* id est reddere: vt *& s. eod. l. ij.* eius enim cõditio, cùm quo acceptum est iudiciũ, deterior fieri non debet: vt *ff. eod. l. fina.*

g ¶ *Priuari.* vt *supra de præscript. xxx. ann. l. j. in fine.*

h ¶ *Vel per aliam speciẽ.* vt permutationis: nam de donationibus postea dicit.

i ¶ *Recipiat.* scilicet emptor bonæ fidei. ¶ Sed an punitur venditor in plus? Quidam quòd non, cum hoc lex non dicat: *argum. ff. de pænis. l. interpretatione.* 2 Alij in alias duas partes, & eas dicunt dari fisco. 3 Tertij dicunt in solido precio fisco damnandũ præter hanc tertiam, quia emptorem bonę fidei decepit. Sed videtur etiam duplũ emptori dari: vt *ff. eodem. l. finali. quæ est contra.* Solue. ibi speciale: quia dedicando etiam potentiorem opposuit aduersarium. ¶ Sed quibus actionibus aget emptor ad hoc, vel venditor ad rem? Respond. condictione ex hac l. vel actione in factũ. Quod autem fisco erit dandum, quilibet poterit deferre: vt *ff. de iure fisci. l. j.*

k ¶ *Transferens multetur.* scilicet donator, & rehabeat rem. In donatario non distinguitur sciat vel ignoret: vt sic tertiam æstimationis habeat, quando ignorauit. Et not. quòd hæc lex tantum de reo alienante videtur dicere, cum de possidente, & rem tradente, & retinente dicat. Sed idem dicas de actore: quia & ipse rem vel actionem potest alienare, dando, vel vendendo. Nam si vendidit, punitur: vt dixi in reo. si donauit, æstimabitur reo actio: & procedit postea sicut diximus habita distinctione transtulerit in ignorantem, vel scientem.

l ¶ *Transactionis.* cum transigo cum eo inter quẽ & me res posita est in litigio, secundùm Ioan. Alij dicunt etiam si cum alio, cũ quo etiam de eadem re habeo controuersiam. Accur.

m ¶ *Diuisionis.* cum duo coheredes diuiderent hereditatem. nam licèt de omnibus sit lis, poterit tamen cedi ab vno in alium.

n ¶ *Per legati.* Potest ergo legari res litigiosa. Nec obstat quod non est eius commercium: id est, non potest duci in contractum: vt *ff. quæ pign. oblig. possunt. leg. j. §. finali. & supra eodem. leg. ij. quæ facit contra.* quod verum est, nisi in casibus exceptis: vt hic. Alij dicunt quòd illa *supra eadem l. ij.* loquitur in actore: hæc in reo. & quod dicit hic in principio, vel actiones, dicunt de duplicibus dici iudiciis, vbi vterq. est actor & reus quod nõ placet. ¶ Item videtur quod ipsa actio litigiosa detur legatario per hanc legem. & sic est contra *supra eodem leg. quicunque.* Solue hæc secundùm illã: vt & hic heres æstimationem præstet. & sic vtraque per authenticã nunc si. corrigatur. 2 Alij quòd non erat litigiosa apud testatorẽ, sed cœpit esse apud heredem. 3 Alij quòd hęc de reo, illa de actore. 4 Tu dic quòd hæc illã corrigat, & hæc per authent. statim corrigitur. & sic est triplex ius circa legata.

¶ *Sequitur authẽti.* Nũc si heres. quæ est in corpore, eodem. §. & hoc authen. presenti. collat. viij. & legunt quidam eam super leg. quicunque.

¶ Tituli lemma. *l. penult. Gl. in vers. ecclesiæ sanctæ Mariæ ... pendere.*

¶ Lis pendere dicitur per libelli oblationem, per appellationem, per relationẽ seu consultationem factã principi per iudicem, per in integrum restitutionis postulationẽ, per iudicis recusationẽ. v. Guidoni Papa decis. 337. in fin.

a Litigiosi vitium contractus effectus adnectitur emptores & creditores.

b Ignorantia & scientia emẽtis differentia.

c derit.

e Præsumimus emptorem litigiosam rem ignorantia emere.

d Litigiosam rem vendenti quæ pœna fit.

Litigiosa re legari potest.

IIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni præfecto prætorio.*

Censemus †, vt si quis lite pẽdente † vel actiones[a] vel res[b] quas possidet, ad aliũ quẽdã trãstulerit, siue sciẽtẽ, siue ignorãtẽ, vitio[c] litigiosi cõtract[o] subiacere: distinctione quadam inter contrahentes obseruãda, vt si quis[d] sciens vel ad vẽditiones[e], vel ad donationes, seu ad alios contractus accesserit, cognoscat se compellendum non tantũ rem redhibere[f], sed etiã precio eius priuari[g], nõ vt lucro cedat ei q. rem alienauit, sed vt etiam alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus inferatur. Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, vel per aliam speciem[h] contractus eam acceperit: tunc irrita rei alienatione facta, preciũ cũ alia tertia parte recipiat[i]. Iustum est enim propter dolosam mentem, & absconditam machinationem, cum nõ emptori manifestauerit rem in iudiciũ deductã fuisse, [in] tertia parte precij (sicut iam etiam disposuimus) eum puniri: Tali videlicet pœna non solùm in aliis contractibus, verumetiam in donationibus porrigenda: vt vera æstimatione facta, cum precij datio non est, rem ad alium transferens, multetur[k]: omnibus instrumentis quæ super hoc conficiuntur, nullam vim obtinentibus: exceptis videlicet huius sanctionis dispositione his, qui vel dotis nomine, vel ante nuptias donationis vel transactionis[l], aut diuisionis[m] rerum hereditariarum factæ, vel per legati[n], vel per fideicommissi causam tales res vel actiones dederint, vel acceperint. Dat. XV. Kal. Nouemb. Constãtinopoli post cõsulat. Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

IN AVTHENT. DE litigiosis. §. & hoc autẽ præsenti. colla. viij. constitu. viij.

Hodie re litigiosa legata, solùm debetur litis euentus: ideo heres casum prosequitur, & secundum euentum aut res debebitur, aut nihil. Salycet.

Nunc si heres[o] in lite victor extiterit, rem ipsam cuius dominus esse apparet[p], legatario præstet: qui nihil consequitur, si victus fuerit heres, cum litis euentus ei videatur relictus. Igitur liti adesse potest, ne colludatur.

Nunc si heres.] CASVS. Authentica corrigit legem illam, quicũque: quia lex illa dicit quòd heres debet soluere pecuniã legatariis, & agere suo periculo. authentic. dicit quòd aget heres: si vincat, rem restituet legatariis: si nihil consequitur per illas actiones, nihil tenetur dare legatariis. Viuianus.

o ¶ *Nunc si heres.* olim dabatur æstimatio per leg. quicunque, postea cedebatur ei actio cum suo periculo per l. fina. sed hodie agit heres periculo legatarij. vt hic.

p ¶ *Dominus esse apparet.* Sed quomodo, cum recta via transeat ad legatarium: vt *ff. de furt. l. à Titio?* Respond. dic esse, id est fuisse, scilicet testatoris. 2 Vel dic rem illam debitã testatori actione personali. vnde si nũc vincat heres, fiet dominus, & legatario dabit. ¶ Sed cuius sumptibus litigabit heres? Respon. potest distingui, an cum legabatur, causa iam erat litigiosa, & tunc sumptibus heredis: vt *ff. de legatis primo. l. cum seruus.* aut postea cœpit viuo vel mortuo testatore, & tunc sumptibus legatarij: vt *ff. de legatis primo. l. seruus legatus.* nisi postquam cœpit heres esse in mora. *argumento ff. de lega. j. l. cum res.* & potes hic distinguere vt supra *ne lic. poten. l. j. distinxi.*

a Litigiosa res certis casibus in contractũ deduci potest.

b Litigiosa actio an detur legatario, re litigiosa relicta.

c Litigiosa legata. cuius sumptibus heres pro illa litigabit.

TITVLVS XXXVIII.

DE CONTRAHENDA ET committenda stipulatione.

Per epistolam probatur actus qui in ea commemoratur, qui etiam præsumitur solenniter celebratus. Baldus.

1. *Imp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Secundo.*

DE CONTRAHENDA ET COMmittenda stipulatione.

Expediuimus de exceptionibus quæ adiuuant reos: restat vt loquamur de solutionibus, quæ prorsus liberant. Et quia soluitur duobus modis: naturaliter, scilicet per numerationem: & non naturaliter, vt per nouationẽ: dicamus de nouationibus. Et quia nouatio & delegatio fiunt per stipulationem, ponamus de contrahendis stipulationibus. Et quia stipulatio quandoque simul contrahitur & committitur: quandoque contrahitur tantum, sed committitur deinde postea, & quandoque etiam nunquam committitur, quia deficiente conditione: videamus de contrahenda & committenda stipulatione. Azo.

d Cõmissio quid.

Licet.] CASVS. Tibi misi epistolam in hunc modũ: Scias me redditurum tibi centum, quæ tibi promisi cum essemus præsentes Bogoniæ. an præsumatur per hãc epistolã me tibi præsenti promisisse centum, & stipulationem interuenisse, vt ex ea agere possis, quæritur? & dicitur quòd sic. Vel dic casum aliter vt in gl.

a ¶ *Licet epistola.* hic cùm absens esset, ita suo amico scripsit: Scias me tibi redditurum centum, quæ tibi promisi cùm[a] præsentes essemus Bononiæ: præsumitur enim quòd stipulatio legitima intercesserit Bononiæ. Additio. Materiam istius legis plenè examinat Bar. *in l. j. §. de vsuris. & in l. sciendum. ff. de verb. obl.*

LICET epistolæ[a] quam libello[b] inseruisti, additum nō sit stipulatum[c] esse eū cui cauebatur, tamen si res[d] inter præsentes[e] gesta est, credendum est præcedentem stipulationem[f] vocem spondentis subsequutam[g] esse. Accepta XVII. kal. Maij, Seuero III. & Victorino Conss.

Pater stipulando filio, videtur stipulari sibiipsi. Bald.

II. Iidem AA. *Petronio.*

SI filiæ tuæ, quam in potestate habebas, pecuniam[h] dari stipulatus es: paratam[i] obligationem exercere non prohiberis. P P. Non. Nou. Faustino & Rufino Conss.

Stipulatio directa in personam absentis, nihil valet, sed quæritur obligatio stipulanti: & si talis absens exigit, stipulanti restituit. h. d. Vel sic: Vbi stipulatio est inutilis, agitur ex numeratione. Iaco. But. Vel sic: Cùm duo contractus vniuntur, vnus vtilis, alter inutilis: agitur ex vtili. Bal. Vel sic: Alteri stipulari nemo potest, & qui pecuniam alterius exigit, negotiorum gestorum actione tenetur. Bart.

III. Imp. ANTONINVS A. *Restituto.*

SI cùm pecuniam tuam crederes[k] accōmodato nomine Iuliani, stipulatio in personā[*] eius absentis directa est[l]: cū nihil sit actum ea verborū conceptione[m], intelligis superfuisse tibi rei cōtractæ[*] obligationem[n]: ac propterea si pecuniā à debitore tuo Iulianus exegerit[o], eámque solutionem ratā[p] habuisti: habes aduersus eū negotiorum[q] gestorum actionem. PP. VI. kalen. Mar. Præsente & Extricato. Conss.

Qui stipulatur cùm morietur ei cui velit dari sibi & hæredi suo intelligitur stipulari. h. d. & non est alibi secundùm Bald. vel sic: Si mulier stipuletur restitui dotem suam cui relinquet, nihil disponendo, videtur sibi seu hæredi suo stipulari, sec. Salyces.

IIII. Imp. ALEXANDER A. *Sabina.*

SEcundū respōsum[r] Domitij Vlpiani præfecti annonæ iurisconsulti amici mei, ea quæ stipulata est cùm moreretur, partem dimidiā dotis cui velit relinquere, reddi sibi cùm moreretur, eam partē dotis stipulata videtur[f]. PP. II. Kal. April. Alexandro A. Conss.

Ista est solennis lex, & habet duas lecturas, & vnaquaque est vera. Pœnalis stipulatio si nudo pacto subiicitur, per litis contestationem eius consistit conditio, & sequitur cōdemnatio. h. d. vel sic secundùm vnam lecturam: Vel stipulatio incipit à præcedenti facto pactionis nuda, conuincitur litis contestatione super pactione nuda, vel secundùm aliam lecturam, super conditionali, vel per interpellationem factam super pactione. Baldus. Vel sic: Ex nuda conuentione non datur actio, sed lite super ea mota, licèt de facto committitur sequens pœnalis stipulatio. Salycetus.

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. *Isidora.*

NVda pollicitatione[t], secundùm ea quæ sæpe[u] constituta sunt, ad præstanda ea quæ promiserat, vrgeri quemquam non semper[x] iura permittunt. Verùm quoniam præterea[y] si contra pactum fecerit, quanti ea res[z] est dari tibi stipulanti aduersarium tum promisisse proponas huiusmodi etiam obligatio-

---

b ¶ *Libello.* precum porrectarum principi.

c ¶ *Stipulatum.* i. interrogasse promittis.

d ¶ *Tamen si res.* i. stipulatio, non dico epistolæ missio, qs[b] enim cū coram est, epistolam mittit?

e ¶ *Inter præsentes.*[e] quod præsumitur, vt *j. eod. l. pen. & instit. de fideiussor. §. fin. & de inut. stip. §. si scriptum. & ff. de verb. obligatio. l. sciendum. & l. Titia. §. pen.* nisi contra probetur: vt *ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod fere.*

f ¶ *Stipulationem.* i. interrogationem quæ præsumitur[d] intercessisse: vt dixi.

g ¶ *Subsecutam.* i. vox promittētis est secuta vocē interrogantis, quod est necesse: vt *inst. de verbo. obl. in prin.* ¶ Et facit, vt fides[e] epistolæ habeatur, vt *ff. de pos. l. Publia.*

SI filiæ.] CASVS. Si pater filiæ in potestate cōstitutæ aliquid stipulatus fuerit, an illud petere possit sibi obligatione q̄sita, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuia.

h ¶ *Pecuniam.* secus si in facto[f], quia tunc non valet, vt *ff. eod. l. quod dicitur.*

i ¶ *Paratam.* tibi patri, vt hic, & *inst. de inut. stip. §. si verò qui. & ff. eod. l. eum qui. §. qui sibi. & l. dominus seruo. & ff. de pactis. l. & hæredi. §. nos autem.* & hoc in profectitiis, vel aliis q̄ ei quæruntur, aliàs ipsi filiæ per patrem vtilis quæritur actio: vt *ff. de ver. oblig. l. quodcunque. §. si quis ita.*

SI cùm pecuniam tuam.] CASVS. Mutuaui tibi pecuniā, & stipulatus sum eā reddi Titio, non valet stipulatio, & si Titius de facto agat, & exegerit act. negotiorū gestorū habendo ratam solutionem pecuniæ, à Titio recuperabo Viu.

k ¶ *Crederes.* tuo nomine, non Iuliani, aliàs quæritur ei actio, vt *ff. si cer. pe. l. certi condict. §. si nummos. & j. si cer. pet. l. si absenti.*

l ¶ *Directa est.* ¶ Not. quòd hic tenuit obligatio contracta re, non verbis, & præterea aut consistit in dando, aut in faciendo: si in dando valet, si in faciendo, non valet.

m ¶ *Conceptione.* quia alteri[g] stipulari nemo potest, vt *ff. eo. l. stipulatio ista. §. alteri. & j. tit. j. l. iiij. & fin.*

n ¶ *Obligationem.* bona est ratio, nā quia defecit ex stipulatu, remanet ex numeratione, vt sic duo contractus interueniant, vnus vtilis, alter inutilis: vt *ff. si cer. pet. l. certi condictio. §. quoniam.* si autem stipulatio teneret, quia sibi esset stipulatus, non posset agi ex numeratione, vt *ff. de nouat. l. si ita. in fin. & l. seq.*

o ¶ *Exegerit.* s. de facto, de iure non potuit.

p ¶ *Ratam habuisti.* sed ad quid exigitur in ea ratihabitio, cùm ei fuerim stipulatus: vt *arg. ff. de sol. l. verò.* Resp. ideò, quia persona Iuliani non ad solutionem, sed ad obligationē fuit apposita, quod fieri non potuit, quare secus esset in adiecto: vt *ff. de verb. obligatio. l. eum qui. §. sibi. & l. si ita stipulatus fuero, si Titio. §. Chrysogonus.* Sed contra quomodo habeo ratum non meo nomine gestum? Resp. dic quòd Iulianus nomine meo exegit: aliàs non, nisi debitor non esset soluendo. Vel dic haberi ratum factum debitoris soluentis qui ad vtilitatē creditoris soluebat, non Iuliani recipientis, quo facto debitor liberatur: sicque in subsidium cōtra Iulianum agitur, non ergo habeo ratū in subsidium, sed ex ratihabitione deficit actio, & sic contra Iulianum in subsidium datur.

q ¶ *Negotiorum gestorum.* vt & *j. de neg. gest. l. si pecunia.* Sed certè imò mandati: vt *ff. de regu. iur. l. semper qui non.* Sed solue, ibi fuerat prius mādatum, & mandatū recusatum, & postea acceptum, & ratū habitum, at[a] vbi nullū fuit mandatum, non potest dari mandati: vt *ff. mād. l. ex mandato. in fin.* sed negotiorum gestorū, vt hic, & *ff. de neg. gest. l. Pomponius. j. in fine.* Item not. hanc legem quod volui non potui, & quod potui, nolui, scilicet eum facere adiectū: sic *j. si quis al. vel sibi. l. multum interest.*

a Mandati actio non datur vbi nullū fuit mandatū.

r ¶ SEcundū responsum Domitij. Stipulata fuit mulier à marito dimidiā dotis reddi cū morietur, cui voluerit relinquere: valet. & sibi stipulata videtur, & sic heres aget, vt & *supra de iu. do. l. si mulier. facit ad l. illam. l. etiam in eo. tit.*

f ¶ *Videtur.* & sic tenet stipulatio.

t ¶ NVda pollicitatione. al. stipulatione, id est[b], nudo pacto, quod multis vestitur † modis: vt dixi *j. de pact. l. legem.* Accur.

b Nuda pollicitatio pro nudo pacto. † al. noscitur.

u ¶ *Sæpe.* vt *d. l. legem. & j. loca. l. si tibi. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimo.* & dic casum quod conuenimus de permutando, & si nō dares quod ex permutatione dare debes, per stipulationem promisisti, quanti mea interesset, non das, ago ad pœnam, & lite cōtestata in ea, committetur pœna, vel sec. Io. ago de facto ex naturali obligatione vt des, quia de iure non possum litem in ea de facto contestari, statim committitur & petitur pœna. Accur.

x ¶ *Non semper.* quia quandoque sic, vt not. d. l. legem.

y ¶ *Præterea.* i. præter id quod nudo pacto promisi.

z ¶ *Res.* id est[c] verum & commune interesse: vt & *ff. de verb. sign. l. hæc verba.*

c Quanti res, pro vero & communi interesse.

Obligationis.

a ¶ *Obligationis*.ſcilicet ortæ ex ſtipulatione.Azo.quaſi dicat,non ſolùm ſi contineret hæc ſecunda pactio certum, ſed etiam nunc cùm continet incertum. Vel, id eſt non ſolùm cùm præcederet veſtita, ſed etiá nunc cùm præceſſit nuda, cómittitur hæc ſecunda litis conteſtatio,ſecundum vtrunque intellectum. Vel, id eſt non ſolùm ſi incepiſſet à conditione, & deſiiſſet iam poſſe dari vel fieri,ſed etiam nunc cũ præceſſit pactio nuda. hæc tamen non ſic placet. media placet. Et quod ſubiicit, etiã eius ſummæ & cæt.quaſi dicat, non tantum quando eſſet certa, ſed etiã tunc quando incerta. Accur.

nis[a] poſt motam litem[b] extitiſſe[c] conditionem,& eius[d] ſummæ[e] quæ in hac quoque ſtipulatione continetur, petitioni locum factum eſſe conuenit. S.V. Kal.Decemb.AA.Conss.

Promiſſum ſolenniter ex cauſa tranſactionis, ſi eſt certum, petitur per certi condictionem: ſed incertum petitur per actionem ex ſtipulatu. Bald.

VI. *Iidem* AA. & CC.
Erotio.

SCire debuiſti,quę ſub tranſactione dari placita ſunt, certi[f] vel incerti[g] ſtipulatione ſubſecuta peti poſſe[h]. S.XVI. kal.Ian.Sirmij AA.Conss.

Abſentia tutoris commodum pupilli non impedit.Bald.vel ſic: Minor poteſt ſibi quærere ſine tutoris vel curatoris auctoritate.Bald.

VII. *Iidem* AA.& CC.*Antonio.*

NEque tutoris neque curatis abſentia quicquã ſtipulationi nocet: cum & fœminam minorem vigintiquinque annis abſente curatore ſtipulari poſſe nõ ambigatur[i]. S.XVI. kal.Febr.CC.Conss.

b ¶*Poſt motam litem*.Sed quomodo lis ſuper eo cuius nomine non eſt actio, conteſtari potuit vt *argu. ff.de negotiis.geſt. l.ſi pupilli. §.ſin.* ſiue dicas ſuper nuda obligatione, ſiue ſup veſtita, cum nondum extiterit conditio?Reſpon.ſecũdùm Ioan. ſuper nuda fiat petitio & cõteſtatio de facto,quæ[a] licèt nullum habeat effectũ quantum ad hoc vt ex ea fiat condemnatio imò abſolutio quaſi ex inepta actione: valet tamen quantũ ad committendum pœnam. *ſic & ff.de verbo.oblig.l.ſi Titius.* ac ſi ita promiſiſſet, dabo cum petieris à me:& ſi non, promitto decem. nam & hæc petitio operabitur cõmiſſionem pœnæ: vt *ff. de verbo. obligat. l. ſi decem cum petiero.* ¶ Et ſi quæras, qualiter de calumnia iurat actor? Reſpond.non iurat:quia non procedit actio. Vel iurat quòd non facit animo calumniandi, & verum iurat. *ſic & ff.de negotiis geſtis. l.at qui natura §. cum me.* Nec[b] mireris agi ex naturali obligatione: quoniam ſecundùm B.ex ea datur actio,licèt non habeat effectũ: vt *ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor obligari. § fideiuſſor.* & ſecundùm hæc non obſtat oppoſitio,nulla eſt mora, vbi nulla petitio & ſic non cõmittitur pœna: vt *ff.de regul. iuris. l. nulla. & ff.eo. l.ſi pupillus.* quia hîc fuit petitio, vt dixi. Vel reſpond.quòd non agitur ad pœnam propter moram: ſed quia extitit conditio ſtipulationis pœnalis quam vult lex extare cum de facto ſit conteſtatio litis. Alij dicũt moueri litem ſuper pœna, & ante exordium non eſt commiſſa: ſed in ipſius exordio committitur. *ſic & ff. eo. l. ſi Titius.* ſic etiam cum quis litem cõteſtatur in actione pro ſocio,ſoluitur ſocietas, & incipit illa actio competere: vt *ff.pro ſocio. l. actione. in principio. & C. pro ſocio. l. tandiu.* Vel pone tertio quòd conueniſti dare librum: quòd ſi non dares, promiſiſti mihi decem nomine pœnæ vel intereſſe. mihi dare teneris ſtatim cum fuero contra te litem conteſtatus de libro. Vel quarto poſt pactum nudum promiſiſti intereſſe ſi nauis ex Aſia venerit, & cœpi ſtatim agere ad librũ, & ſtatim venit nauis:dimittam illam litem, & agam ad intereſſe cũ nauis venit. ad quas duas vltimas poſitiones multum cõuenit hæc litera. *& facit ad l.iſtam.ff.pro ſocio.l.duo.* ¶Quando[c] autem quælibet ſtipulatio pœnalis committitur? Dicunt quidam, demum poſt litem conteſtatam, vt hic. quæcunque pactio præceſſerit: ſed ſi nulla,tunc demum cum poſſe dare vel facere deſiiſſet: vt *ff.eod. l.ſi ita ſtipulatus.* alij ex qualibet mora dicunt eam committi. nos idem dicimus, ſi præceſſit pactio obligatoria: alioquin dicimus quòd primi ſecundùm Azo. hoc tamen plenius diximus ſupra *de pac.l.ſi pacto.*

c ¶ *Extitiſſe*.ſ.proponas.nam extitit, vel declaratum eſt eam extitiſſe cum lis eſt conteſtata, vel cum potuit facere & non fecit: *ſic ff.de uſufr.l.ſed & ſi quis.§.interdum.*

d ¶ *Et eius*.& hæc eſt reſponſio.

e ¶ *Summæ*.& incertæ,quæ per ſententiam certa fiet:vt *inſtitu.de actio.§.curare.*Accurſius.

a Lis conteſtatur ſuper eo cuius nomine non eſt actio non poteſt, vt ex ea fiat cõdemnatio,ſed vt committatur pœna.

b Obligatio naturalis quãdoque parit actionem.

Stipulatio pœnalis quãdo committitur.

SCire.] CASVS. Petij à te centum,cùm nihil mihi deberes: tranſegi, & nomine tranſactionis aliquid promiſiſti mihi. ſi fuit certum,agam condic. certi.ſi incertum, agam actio.ex ſtipulatu. Viuianus.

Impoſſibile ſecundùm naturam non poteſt promitti: ſed æſtimatio hominis mortui poteſt promitti. h. d. ſecundùm Bald.

VIII. *Iidem* AA. & CC.
Poſidonio.

NOn moriturum[k] præſtari ſeruum impoſſibilis[l] promiſſio eſt. Poſt mortem autem eius[m] ſtipulatus[n],rectè ſolutionem[o] poſtulat. S.XII. Kalend. Mart.CC.Conss.

Metus mortis vel cruciatus corporis ſtipulationem vitiat: non metus motæ vel mouendæ litis. Bartolus.

IX. *Iidem* AA. & CC.
Capitoni.

SI quidem Zenoni ſtipulanti, mortis vel cruciatus corporis territus timore ſpopõdiſti[p]: aduerſus experientem exceptione propoſita defendi poteſt[q].Sin verò nihil tale[r] probetur, accuſationis inſtitutæ vel futuræ prætextu[ſ], non ob turpem, ſed probabilem cauſam habita ſtipulatione, promiſſio non infirmatur. Sin autem ob non inſtituendam accuſationẽ criminis pecunia promiſſa ſit,

f ¶ *Certi*.vt decem.

g ¶ *Incerti*.vt in facto.

h ¶ *Peti poſſe*. licèt prius nihil debebatur: vt & *C. de tranſact. l. nec intentio.* & agitur condictione certi, vbi eſt certũ: vel actione ex ſtipulatu,vbi eſt incertum: vt *inſtitu. de verbo. oblig. in principio.*

NEque.] CASVS. Pupill⁹ vel adultus ſtipulatus eſt aliqd ſibi dari: quæritur an noceat ſtipulationi, qa nõ expectauit præſentiam tutoris vel curatoris? & reſpondetur quòd non.

i ¶ *Non ambigatur*.vt *inſtitut. de inuti. ſtipulat. §. pupillus. & ſupra de auctoritate præſt.l.j. & inſtitu.de auctor.tutor. in principio.*

k ¶ Non *moriturum*. Pone[a] caſum ſecũdùm Ioan.Tenebaris mihi ad Stichũ: te exiſtente in mora deceſſit: nunc mihi eundẽ promittis: teneris ad æſtimationem, licèt deceſſerit: vt *ff. de verb. obliga. l. inter ſtipulantem. §. penult. & de iureiuran. leg. cum qui. §. ſi iurauero.* & ſic hoc dictum poſt mortem,determinat ſtipulatus, participium.& dices non moriturum, ſ.mortuũ, qui iam mori plus non poteſt: quia mors illi vltra nõ dominabitur. & nõ erat mora in primo caſu legis. Alij dicunt ſic: Promiſiſti mihi ſeruũ Stichũ viuũ non moriturum: & cum eſſes in mora,deceſſit: quæritur,vtrum poſſum agere contra te? Reſp.duo promiſiſſe videris,ſ.ſeruũ,& nõ moriturum.ex eo quòd ſeruum teneris.ex eo quòd non moriturum, eſt impoſſibilis, & non teneris. *ſic ff.de arbi. l.Celſus. §.idem ait.* nec vitiat pars inutilis vtilem:vt *ff.eo.l.ſi mihi & Titio.& l.j.§.penu.& ff. ſi certum petatur.l.certi condictio. §.quoniam.* Nec poteſt poni caſus quòd in genere promiſeris ſeruum:quia tunc fruſtra diceret,poſt mortem autem &c.cum[b] genus perire non poteſt: vt *ff.ad leg.Falcidiã. l.in ratione.ij.§.diligenter.& eo.l.inter.§.ſacram.* Et ſecũdũ prædictum caſum hæc dictio, poſt mortem autem &c. determinat verbum, poſtulat. ; Vel tertio dic,promiſiſti Stichum nõ moriturum: & ſi morietur antequam dares, promiſiſti centum. ſi decedat, petam centum.& ſecundum hoc dicas ſtipulatus, ſcilicet centum. & ſic prima promiſſio fuit inutilis,ſecunda vtilis: nec vitiat inutilis vtilem.ſecus ſi vitioſum non fieri:quia valet: vt *C.de ædilitio edicto l. ſi apud.& facit.ff.de confeſſ.l.ij.* Accur.

l ¶ *Impoſſibilis*.quo ad ſeruum.Accur.

m ¶ *Eius*.ſcilicet ſerui.

n ¶ *Stipulatus*.ſimpliciter.

o ¶ *Solutionem*.æſtimationis.Accur.

SI quidem.] CASVS. Promiſi tibi pecuniam inductus per metum:non valet promiſſio.

p ¶ *Spopondiſti*.ex cauſa donationis.

q ¶ *Poteſt*.vt *infra titu.j.l.dolo.*

r ¶ *Nihil tale*.quod dictum eſt ſupra.

ſ ¶ *Prætextu* Promiſiſti enim ei vt nõ accuſaret, vel in accuſatione non procederet.nõ tamen hoc expreſſo: vt *& C.quod metus cauſa.l.accuſationis.* at in ſequenti caſu fuit expreſſum: & ideo ibi non valet. Vel hoc caſu loquitur, quãdo[c] poteſt trãſigi: in ſequẽti, quãdo non. Quando poſſit, vel non, habes *C.de tranſac.l.transigere.* ſi tamen & quãdo poteſt trãſigi, per calumniã accuſabat, non teneris & ſi ſoluiſti, repetes[d] ex edicto de calũn. vt *ff.de cal.l.j. & l.ſi ab eo.*

a Caſum põit.

b Genus perire non poteſt.

c v. Boſſium in Praxi.titul.de pluribus volẽtibus.nu.113.

d vide Gandinum de maleficiis. titul. de transact.

e minimè hæc perfecta fuerint, certam pœnam dabit: sciat minimè se posse debitor ad euitandam pœnã adiicere, quòd nullus eum admonuit [h]: sed etiam citra vllam admonitioné eidem pœnæ pro stipulationis tenore fiet obnoxius: cũ ea quæ promisit, ipse in memoria sua seruare, non ab aliis sibi manifestari debeat poscere. Dat. IX. Id. April. Constantinopol. Decio. V.C. Cons.

Stipulationes faciendi transeunt de heredibus in heredes. Bald. Vel sic: Stipulationes, siue in dando, siue in faciendo, siue mixtæ, ad heredes & in heredes sunt transitoriæ, & factum potest impleri per alium. Salycetus.

XIII. *Idem Augustus Iuliano præfecto prætorio.*

Veteris iuris altercationes decidétes, generaliter sancimus omnem stipulationẽ, siue in dando, siue in faciendo, siue mixta ex dando & faciendo inueniat[i], & ad hæredes & cótra heredes transmitti, siue specialis heredum fiat mentio, siue nõ [k]. Cur enim quod in principalibus personis iustum est, non ad heredes & aduersus eos trãsmittatur? Et sic existimentur huiusmodi stipulationes, quasi tantummodo in dando fuerint conceptæ, cum nihilominus & heredes factum possint adimplere [l]: illa subtili & superuacua scrupulositate explosa, per quã putabant [m] non esse possibile factum ab alio compleri, quod alij impositum est. Et quare, cum penè similis omnium hominum natura est, non etiam facta omnes, vel plus, vel paulo minus adimplere possint: ne ex huiusmodi subtilitate cadát hominum voluntates? Datum Kal. August. Constanti. Lampadio & Oreste. VV.CC. Conss.

Verba enunciatiua in contractibus apposita, probant inter contrahentes donec contrarium probetur. Salycetus. Vel sic: Statur scripturæ in qua seruus est stipulatus, vt non possit negari eum seruum, & per consequens acquiri domino idem in monacho, si scripsi me promisisse tali monacho talis monasterij, non possum postea negare eũ nõ esse monachum. Item creditur instrumento in die, & in loco, nisi per testes fide dignos probetur cõtrarium. hoc dicit. Vel sic: Statur instrumento donec contrarium probetur per scripturam, vel per testes bonæ opinionis & famæ. hoc dicit secundum But.

& si post ret. Sed illa specialia in iudiciis. sic etiam in arbitriis, *vt in alio contra. ff. de arbit. l. Celsus.* ¶ Item contra. *ff. de verbo. oblig. l. si insulã.* Sed ibi non fuit pœna. Item eodem modo sol. *ff. de constitu. pecu. l. si duo. §. fin. & l. sequenti.* Item contra. *ff. de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. Flauius.* Sed ibi fauore libertatis, ne pereat. Vel non erat ibi commissa. & quod dicit liberetur, id est in eam non incidat. & de his dixi. *s. de pact. l. si pacto.*

Veteris.] CASVS. Omnis stipulatio siue in dãdo, siue in faciendo, siue mixta: ad heredes & contra heredes transmitti potest: siue qui stipulatur, de herede facit mentionẽ, siue non: nec credatur quòd illa quæ in faciẽdo consistit, cõtra heredes nõ transeat: quasi factũ vni impositum, nõ possit ab alio compleri: quia bene potest transmitti.

i ¶ *Mixta.* vt [a] scilicet illa quæ est de rationibus reddendis. cõtinet enim dationẽ reliquorum, & instructionem in ipsis rationibus: vt *ff. de conditio. & demonstr. l. cum seruus. §. j.* Accursius.

a Stipulatio rationũ reddendarũ mixta est ex dando & faciendo

k ¶ *Siue non. argumen. ff. de pactis. l. iurisgentium. §. pactorum. & ff. de probationib. l. si pactum.* Sed contra. *ff. eod. l. centesimis. §. id quod* Solue hæc corrigit illam. 2 Vel refert, an factum conferatur in tẽpus mortis, *vt hic, & infra eodem. l. fin.* si modò per alium possit impleri. an non: & tunc serua quod ibi dicitur. Vel verius refert an sit tale factum quod possit per alium expediri: *vt hic.* an non: vt *ibi. argumen. supra de cadu. tollen. §. fin autem. in faciendo.*

l ¶ *Adimplere.* pro eis erat: *ff. de condic. indeb. l. si non sortem. §. libertus. & ff. de soluti. l. inter artifices. quæ sunt argu. contra.* pro Iustiniano est. *ff. de duobus reis. l. nemo.*

m ¶ *Putabant.* scilicet antiqui.

Optimam.] CASVS. Si seruus tuus stipuletur à Titio cẽtum tibi dari, & de hoc est factum instrumentum

in quo

in quo contineatur quòd seruus tuus die tali centum stipulatus fuerit, & te agête ex illa stipulatione obiiciatur tibi à Titio quòd seruus tuus non fuerit, neque quòd fuisset eo die præsens, qui instrumento continetur: vel si tibi promisit aliquid, & inde fiat instrumentum quo contineatur dies factæ stipulationis: an non obstante tali exceptione agere possis, & credatur scripturæ? Et respó. quòd sic: & in secundo casu præsumitur inter præsentes facta stipulatio, nisi Titius ꝓbauerit te vel se non fuisse in ciuitate tota die de qua facta est mentio in instrumẽto scilicet, vel per scriptũ, vel per testes omni exceptione maiores.

a ¶ *Optimã.* ex eo quòd inter optimos tractabatur. aliàs nec est optima nec bona.

b ¶ *Protestabatur.* repete, contendebant antiqui.

c ¶ *Debere ostendi.* id est, an debeat dici debere ostendi.

d ¶ *Personas.* stipulantis, & promittentis.

e ¶ *Excelsas.* quæ non patiuntur nomina sua apponi in instrumẽtis: *vt ff. de auctoritate tutorum. l. pupillus. §. pupillus.*

° deest.

f ¶ *Non omnibus perperam.* id est, perperam esset si hoc esset. sic *ff. de probationibus l. si quis liberum.*

g ¶ *Concedit.* vt *& supra de procuratoribus. l. maritus.*

h ¶ *Si seruus.* id est, an seruus fuerit præsens, an non fuerit: vel an fuerit eius domini: q̃a sic præsumitur quo ad acquisitionem, nó quo ad liberalem causam: vt *supra de iure deliberand. l. cum aliquis.* ¶ Et ita est argumẽt. quòd plebatus[a] & curiæ per talia probẽtur, si inueniantur instrumẽta quæ dicant actũ in tali curia, vel similia.

† v. Afflictum ad hanc legem decisione 231.

a Plebatus & curiæ quibus probentur.

i ¶ *Credendũ.* sic *s. eod. l. j. & de donat. inter virum & vxorem. l. si filij.* Acc.

k ¶ *In eo die.* scilicet toto: vt *adiicitur instit. de inutil. stipul. §. item verborum.* quod præsumitur: vt *hic subiicit.* ¶ Et nota secũdum hoc, diem[b] & locum[c] apponi debere in instrumentis: vt *& supra de diuer. rescr. l. si qua beneficia. & in authentic. vt præpo. no. impe. in prin. col. vj.*

° cõmoretur.

b Dies & locus sunt de natura & substantia instrumẽti publici. v. Gloss. in l. 3. Cod. de tabulariis: v. Capellã. Tholosan. decis. 491.

l ¶ *Et melius.* Not. maioris[d] auctoritatis scripturam, quàm testes.

c Locus in instrumẽtis adponendus est. adde d. Gloss. l. 3. & Bart. No. vt præponatur nomen imperatoris.

d Scriptura an maioris sit auctoritatis quã testes.

XIIII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

OPtimam[a] quæstionem, & frequenter in iudiciis versatam, satis humanum est saltem in præsenti dirimere, ne diutius nostram rempublicam molestare concedatur. In multis etenim contractibus, & maximè in fœneratitiis cautionibus, solitum est adscribi, stipulationes per certos seruos celebrari: sed quidam in deuotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt: & alij quidem non esse seruum adhibitum contendebant: alij verò non eius seruum esse, ad quem pertinere scriptura protestabatur[b]. Et si non per seruum, sed inter præsentes celebratam esse [rem] ° fuerat scriptum, & hoc iterum dubitabatur debere ostendi[c] partes esse præsentes. Cum itaque satis vtile est in contractibus & seruos adhiberi, & præsentes esse personas[d] adscribi, fortè propter personas dignitate excelsas[e], vel mulieres (quas naturalis pudor non omnibus[f] perperam sese manifestare cõcedit[g]) sancimus tales scripturas omnifariam esse credendas: & siue adscriptus fuerit seruus, & ad quandam personam dicitur pertinere, credi † omnimodo & seruum adfuisse, & fecisse stipulationem, & eam esse scripto domino acquisitam: & non dubitari si seruus[h] ipse præsto fuerit, vel eius dominus pro quo scriptus est fecisse stipulationem. Et si inter præsentes partes res acta esse dicitur, & hoc esse credendum[i]: si tamen in eadem ciuitate vtraque persona in eo die[k] commanet ° in quo huiusmodi instrumentum conscriptum est: nisi is qui dicit sese vel aduersarium absuisse, liquidis ac manifestissimis probationibus, & melius[l] quidem si per scripturam, vel saltem per testes[m] vndique idoneos, & omni exceptione maiores ostenderit[n] sese vel aduersarium suum eo die ciuitate absuisse: sed huiusmodi scripturas propter vtilitatem contrahentium esse credendas. Datum Kalendas Nouemb. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

Verba contractuum debent trahi ad possibilem & non impossibilem intellectum. hoc dicit. vel sic: Stipulatio faciendi collata in tempus mortis promissoris, non redditur inutilis, sed transmittitur in heredes. Idem in legatis & fideicommissis. hoc dicit secundùm Baldum. vel sic: Sicut promissio dandi facta cum promittens morietur valet, ita promissio facti. & sensum magis spectamus quàm verba. Salyc.

XV. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

SI quis spoponderit insulam[o] cum moriebatur[p] ædificare stipulatori, impossibilis veteribus videbatur huiusmodi stipulatio: sed nobis sensum contrahentium[q] discutiẽtibus, verisimile esse videtur hoc inter eos actum vt incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem heredibus eius donec ad effectum perducatur[r]. Nemo enim ita stultus inuenitur, vt tali animo faceret stipulationẽ, vt putaret posse tãtũ ædificiũ in vno momẽto[s] horę extollere: vel eum qui moritur, talem habere sensum, quòd ipse sufficeret ad huius operis completionem. Sancimus itaq. si quid tale euenerit, heredes eius teneri, vt factũ quod mortis tẽpore facere promisit, hoc heredes eius adimpleant, quasi speciali heredis mẽtione habita, licèt hoc minime fuerit expressum. Quemadmodum enim si in dando cõcepta fuerit stipulatio, & contra heredes transmittebatur: ita & si in faciendo est, licèt in mortis ° tẽpore colligatur, attamen ad similitudinem in dando concepte stipulationis & heredes obligari: vt non discrepet factum à datione[t], sed sit lex nostra per omnia sibi consentanea. Quod & in legatis[u] simili modo relictis obseruari censemus. Datum XV. Kalend. Nouembris, Constantinopoli, post consulatum Lampadij & Orestis. V V. C C. anno secundo.

quod admitto, cum[a] dubium est de numero annorum, vel temporis lapsu: *vt & supra si mi. se ma. di. l. iij.* Aliàs contra: *vt supra de fide instrument. leg. in exercendu.* ¶ Sed quid si duæ[b] appareant scripturæ, vna quæ dicit stipulatorem fuisse Bononiæ, alia Romæ eadem die: Respond. bonus iudex videbit cui potius credendum sit. quod si non viderit, neutri credet: *vt s. de fide instrum. leg. scripturæ.* Accur.

a Scriptura requiritur, ubi ꝗ maioris fidei in his in quibus difficile est habere memoriã anno &c. v. Gl. l. 3. in verbis per instrum. si mutat se maiorem dixerit.

b Duarũ scripturarum quæ maioris sit auctoritatis, & quæ magis sequenda.

m ¶ *Per testes.* tres[c] vel plures. nam per duos non videretur *argumen. supra de fide instrumen. l. in exercendu.* Vel hic in priuata[d]. vnde duo sufficiũt. Vel hic nõ directo contra instrumentũ, sed[e] per obliquum probetur.

c Testes quot requirãtur ad reprobandam scripturã publicam. v. Glo. Nou. 73 c. 3.

d Testib. duobus reprobari potest scriptura priuata. v. Gl. l. 15 s. de fide instr.

e Similis Gloss. Nou. 73 c. 3.

n ¶ *Ostenderit.* Sed quomodo, cũ dies[f] instrumenti edi non debeat: *vt ff. de eden. l. j. §. editiones?* Respond. illud habet locum, quando inuitus edit instrumẽtum: hic autem volens. Vel verius: quia hic vult dicere falsum in die, & ideo est edendus: *vt supra de fide instrumen l. fina.* ¶ Et caue, quia hæc lex in[g] priuato instrumẽto videtur loqui. Accursius.

f Dies instrumenti an debeat edi.

g Dies & consul requirãtur in priuata scriptura v. Gl. quæ scripti. ad ... in verbo Notarij supra. quæ putauerit.

SI quis.] CASVS. Si promisisti mihi facere domum cum morieris, an valeat stipulatio? Dicitur quòd sic, licèt olim non valeret: & heredes tui tenebũtur ædificare domum. Viuianus.

o ¶ *Insulam.* id est, domum.

p ¶ *Moriebatur.* promissor.

q ¶ *Contrahentium.* quẽ latè[h] attendimus: *vt s. vt act. ab here. l. j.*

h Sensum cõtrahentiũ latè attendimus.

r ¶ *Perducatur.* scilicet promissio.

s ¶ *Momento.*[i] hoc enim fieri non posset: *vt ff. eodem. leg. continuus. §. illud.* licèt Christus dixerit: possum dissoluere templum hoc &c. sed de tẽplo corporis sui dixit.

i Quædã natura ita comparata sunt vt momẽto perfici nequeant.

t ¶ *A datione.* quantum ad transitum: *vt hic, & supra eodem. leg. veteris.* & contrarium ibi positum, & hic posset poni: sed quantum ad alia differunt: *vt ff. de verborum obligationibus. leg. continuus. §. fina.* Accursius.

° mortis tempus.

u ¶ *In legatis.* puta, dãnas esto heres meus cũ morieris facere illi domum.

DE INVTILIBVS stipulationibus.

Dixit de vtili, sequitur de inutili stipulatione.

E*X stipulatione.*] CASVS. Pupillus si tutorem habeat, sine eius auctoritate obligari non potest, idem si non habet tutorem, quia si quis dolo stipuletur ab eo, non valet stipulatio. Viuianus.

a ¶ *Impubes.* scilicet tu.

b ¶ *Non es obligatus.* Dic quòd pupillus si habeat tutorē, obligare se non potest sine eo alicui extraneo ciuiliter, *vt bis nisi*[a] in quantum locupletior est: vt *ff. de auct. tut. l. impuberes. & ff. commo. l. ij. in princi.* Si verò nō sit locupletior, tunc naturaliter tantùm: *vt ff. de nouatio. l. j. in fine.* & hoc cùm est proximus pubertati, aliàs[b] nec naturaliter: vt *ff. de condict. indeb. l. quod pupillus.* Tutori[c] autem nec ciuiliter nec naturaliter: *vt ff. de auctor. tuto. l. v.* cum[d] tutoris auctoritate potest se obligare ciuiliter & naturaliter: *vt supra si tutor vel curator. l. etiam.* Idem intelligendum est in adulto[e], si habeat curatorē: *vt supra de in integr. resti. mi. l. si curatorem.* si autem non habeat tutorem. nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur: *vt ff. de actio. & obliga. l. pupillus.* & sic potest intelligi quod hic dicit. Vel illa in infante. 2 Vel dic quod non refert tutori vel extraneo promittat, sed an sit infans, vel maior infante, vt primo[f] casu nec naturaliter teneatur, aliàs[g] sic. Econtra si sibi stipuletur[h], potest etiam sine tutore: *vt instit. de auctor. tut. in prin.* nisi sit infans: *vt ff. de verbo. oblig. l. mulier.* excepto casu vno: *vt ff. rē pup. sal. fore. l. ij. & l. seruit.* ADDITIO. De materia huius legis, an scilicet & quando pupillus obligetur, vide pulchrè per Bart. *in l. j. ff. de nouat. vers. venio ad versiculum &c.*

L*ibera.*] CASVS. Si mulier promisit decem nomine pœnæ si tibi non nuberet, vel si à te diuerteret, non valet pmissio, nec ea obstante minus diuertet, quia libera debent esse matrimonia. Viuianus.

c ¶ *Matrimonia.* tam cōtracta, quàm contrahēda: *vt s. de nupt. l. neque ab initio.*

d ¶ *Non valere.* placuit.

e ¶ *Constat.* *vt & ff. de verb. obl. l. si ita stipulatio facta fuerit. & l. Titia. & s. de sponsa. l. mulier.* Sed contra *ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. ea qua.* Sed ibi à donatione pœna, vel pactio pœnæ incipit.

TITVLVS XXXIX.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

Ista lex tractat de materia pupillari, & est quadam materia per. h. d. Pupillus sine tutoris auctoritate promittens, non obligatur. Bald. Bart. & Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Paulino.*

EX stipulatione in qua impubes[a] sine tutore auctore spopondisti, non es obligatus[b]. PP. kalen. Iul. Romæ. Læto II. & Cereale Coss.

Stipulatio pœnalis non valet in matrimoniis. Bartol. Vel sic: In matrimonio nemo detinetur inuitus. hoc dicit. Vel sic: Matrimonia debent esse libera à metu pœnarum. Butri. Sed secundum est contra legem diuinam, quia quos Deus coniunxit, homo non separet: vnde est correctum in c. gaudemus. de diuortiis. Bald.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Menophilo.*

LIbera † matrimonia[c] esse antiquitus placuit: ideóque pacta ne liceret diuertere, non valere[d] & stipulationes quibus pœnæ irrogarentur ei qui [que-ve] diuortium fecisset, ratas nō haberi cōstat[e]. PP. III. Non. Feb. Maximo II. & Æliano Conss.

Primò ponit quandam generalem doctrinam. Secundò refert ad speciē, secunda ibi, cùm igitur. & hoc dicit, Inter absentes stipulatio non contrahitur, & alter alteri stipulari non potest. Bart. vel sic: Inter absentes non potest contrahi stipulatio, nec alteri stipulari. Item quando petitur interesse: admittitur petitio incerta certificanda per sententiam. Bart.

III. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. & CC. *Isidora.*

VT inter absentes[f] verborum obligatio contrahi non potest[g], ita alteri cuius iuri subiectus non est, aliquid dari vel restitui (nisi sua intersit[h]) nemo stipulari potest. Cùm igitur defuncta in matrimonio filia tua, superstitis filij nomine partem dimidiam dotis à marito detineri, alteram verò partem nepoti tuo[i], vel si is in rebus humanis non esset, Iuliano restitui per pactum conuenisse proponas: præuentóque morte nepote, etiam stipulationem ad Iulianum factam, ob absentiam[k] eius non valuisse significes: ac propterea ex persona ac stipulatione tua qua restitui cuncta iuxta pactorum tenorem prouideras[l], reddi tibi desideres: super stipulatu tuo[m] adi præsidem prouinciæ, vt examinatis partium allegationibus, quanti constiterit interesse tua iuxta placiti fidem dotis portionem Iuliano fuisse restitutam, ob incertæ actionis effectum concludat condemnationem taxatæ quantitatis[n]. PP. Id. Decemb. ipsis IIII. & III. AA. Conss.

Non valet instrumentum contra bonos mores factum, vt cùm quis se obligat ad aliquem hæredem instituendum. Vel sic: Pactum factum de futura successione, est nullum. Baldus & Salyc.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Domina.*

EX eo instrumēto nullā vos habere actionē, in quo cōtra bonos mores † de successione[o] futura interposita fuit stipulatio manifestum est: cùm officio, ...

V*T inter absentes.*] CASVS. Præmittit duas regulas, s. quòd inter absentes non potest cōfici stipulatio, & quòd alteri nemo stipulari potest, nisi sua intersit, si ergo pater pro filia sua dotem dederit, & pactus fuerit quòd dimidia dotis erit penes virū aliam dimidiam stipulatus est nepoti suo ex filio reddi, vel si ille tempore soluti matrimonij in rerum natura non esset, quòd redderetur Iuliano absenti, & si ei non redderetur, stipulatus est interesse, scilicet quanti sua interesset Iuliano reddi: an Iulianus agere possit præmortuo nepote, quæritur? Et dicitur quòd nō, quia sibi non fuit quæsita obligatio, quia alteri, &c. quia adscripserat: sed aget pater ad interesse, scilicet quanti sua interesset dotē fuisse Iuliano redditam.

f ¶ *Vt inter absentes.* *vt instit. de inutil. stipul. §. item verborum. & ff. de verbo. oblig. l. j. in princi.* Sed contra. *ff. de donat. inter virum & vxorem. l. ea qua.* Sed ibi inter præsentes fuit.

g ¶ *Non potest.* *vt & ff. de verbo. obliga. l. stipulatio ista. §. alteri. & instit. eod. §. alteri. & infra de dona. l. cùm. & supra per quas perso. no. acq. l. j.* & non est absurda hæc parificatio: quia vtrúque impedimētum interuenit in casu istius l. & ideò bona est comparatio.

h ¶ *Sua intersit.* potest sic esse quod debeat centum Titio, & tantumdem eidem dari stipuletur, & refert quomodo dicat: quia si sic dicat, promittis tu Seio dare cētum quæ ei debeo? vel simpliciter, an promittis Seio dare centum? prima valet, secunda non.

i ¶ *Nepoti tuo.* ex ea nato, vel melius ex filio nato: *vt & s. de pact. conuen. l. pater. & l. pactū.* Et dic quòd fuisti stipulatus nepoti in potestate cōstituto, vel Iuliano: vnde in persona nepotis consistit stipulatio, in persona Iuliani non. Sed potuit ei solui tanquam adiecto, ergo ex eo quod fuit soluendū nepoti, agis condictione certi, ex eo quod Iuliano, ad interesse: *vt ff. de verbo. obliga. l. liber homo. ij. §. fina. secundum Hu.* Vel sec. Azo. dic quod fuit stipulatus vtriq; principaliter & in nepote fuit vtilis: sed per mortem facta est inutilis, in Iuliano ab initio fuit inutilis: interposuisti tamen post illas aliam vtilem, sic: si Iuliano nō dederis, promittis quāti mea interest te daturum? & de hac stipulatione dicit hic. Accursius.

k ¶ *Absentiam.* nedum quia erat alius: sed si eo præsente stipularetur ei, valeret stipulatio, quia ipse stipulationem fecisse videretur: *vt ff. de verb. oblig. l. si procuratori.*

l ¶ *Prouideras.* stipulando nepoti suo Iuliano dari. Vel dic stipulando post primas inutiles omne tuum interesse.

m ¶ *Tuo.* facto Iuliano secundum primum.

n ¶ *Quantitatis.* i. certæ, licèt petatur incertum, i. interesse: vt *instit. de act. §. curare.*

E*X eo.*] CASVS. Promisisti per stipulationem quòd faceres me hæredem, & inde confectum fuit instrumentum: inutilis est stipulatio, & cōtra bonos mores, putà de successione futura & ideò ex ea agi non potest. Viu.

o ¶ *De successione.* quod est vel cùm paciscor vt succedam: vel vt non succedam, vel certo modo succedam, vt *s. de pact. l. pactū quod dotali.*

Isidora. † Contra. Ol. c. ea. l. este. de pact.

dotali, & l.licet. & fin.de colla.l.pactum. & de inoffic. testamen. l. si quando.§.illud. Sed contra. ff. de action. empti. l.si quis seruum. Sed ibi ratione præcedentis contractus, scilicet venditionis serui venditor cauet emptori de hereditate liberti restituenda. sed & aliter ibi solui.

a ¶ *Omnia quæ contra.* vt supra de condictio. ob turpem causam. l. j. & l. mercalem.& ff. de verbor. obligat. l.generaliter. & l. veluti.& l.si plagy. etiam si poena sit promissa: vt ff. de fideiussoribus. l. si à reo.§.fin. & de verbor. obligat. l. stipulatio hoc modo.

* Pacto vel in stipulatione.

[Om]nia quæ contra [a] bonos mores vel in pactum * vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint. P P. iij. Kalend. Maij AA.Conss.

Dolus vel metus non reddit contractum ipso iure nullum, sed annullandum. Bald. Vel sic: Stipulatio facta dolo vel metu, rescinditur. Salyc.

v. Iidem AA. & CC. Aquilinæ.

DOlo vel metu [b] adhibito, actio quidem nascitur [c], si subdita stipulatio sit: per doli mali tamen vel metus exceptionem summoueri petitio debet. S. xiij. kalend. Octobr. AA.Conss.

Non potest quis alteri stipulari falsis in posito in eius potestate. Salycet. Vel sic: Stipulatio inter se & extraneum valet duntaxat pro parte sua, hoc dicit. Vel sic: Vbi inutilis est stipulatio, & vtilis numeratio agitur ex numeratione. & hoc in toto & in parte verum est. h. d. secundum Bal.

vi. Iidem AA. & CC. Septimio.

SI auia vestra tibi & * Eustolio, quam mutuam dederat pecuniam, dari fuerit stipulata: nihil ei cuius subiecta iuri non fuerit, quærere potuit [d]. Sanè si ipse quod ei solui placuerat, in stipulationem suo nomine deduxerit, obligationem in eius etiam personam cõstitisse non ambigitur. S.V.kalend. Octobr. CC.Conss.

Dolo.] CASVS. Si dolo vel metu induxisti me ad promittendum aliquid: tenet quidem stipulatio, & ex ea agere poteris: sed obstabit tibi doli vel metus exceptio.

b ¶ *Dolo vel metu.* etiã legali: vt ff. de constituta pecunia. l. illud. §. si iniurando. licet ibi non habeat locum exceptio. Accursius Florentinus.

a Stipulatio ex animi semper stricti iuris.

c ¶ *Nascitur.* qa [a] stricti iuris est stipulatio: vt hic. & ff. quod metus causa l. metum autem præsentem.§.sed quod prætor.& ff. de verborum obligationibus. l.si quis cum aliter. nisi in promissione dotis: vt ff. quod metus causa. l.si mulier. §. si dos. at in bonæ fidei ipso iure non valet, etiam si fiat per metum: vt ff. de dolo. l. & eleganter. in princip. secundum H. Vel refert inter [b] dolum apertum, vt ibi: & velatum, vt hic, & etiam in contractu bonæ fidei: vt supra de rescind. vendi. l.j. & quod metus causa. l. fin. Accur.

* aliás vestra Septimio & Eustolio &c.

b Dolus apertus & velatus.

SI auia.] CASVS. Mutuaui tibi decẽ, & ea stipulat[a] sum mihi Titio extraneo reddi. Dicitur quòd solui sibi extraneo non potest: sed tãtum sibi numeranti. Et sic habes quòd extraneo non acquiritur actio ex stipulatu, sed remanet penes numerantem. sed qui sibi & alij stipulatur, valet tantum pro parte dimidia, & sic est differentia cum numeratio præcedit stipulationem, vel non præcedit.

d ¶ *Potuit.* vt & supra eod. l. vt inter. & de pact. con. l. pactum. & ita ex numeratione actio remansit: vt ff. si cer. peta. l. certi condictio. §. quoniam. & supra de contrahenda & committenda stipulatione l. iij. Porrò cum quis simpliciter stipulatur sibi & alij decem, nulla præcedẽte numeratione quinque sibi debentur, alij nihil: vt ff. de verborũ obligation. l. si mihi & Titio decem, & l. cum quis ita. & insti. de inuti. stipula. §. quòd si quis sibi. secus [c] in contractus bonæ fidei, vt in emptione, quæ si sic fiat, fundus ille sit emptus mihi & Titio persona Titij pro superuacua habetur: & totius fundi potior ad me pertinet: vt ff. de contrahen. empt. l. sicut. Et est ratio: quia bonæ fidei est contractus. Vel dic vt ibi.

c Alius locum non habet in contractibus stipulatorijs: secus in contractib. bonæ fidei.

TITVLVS XL.

DE DVOBVS REIS stipulandi, & promittendi.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI, & promittendi.

Quia quandoque plures accedunt rei vel stipulandi [d], vel debendi: ideo de hoc dicit. & à reatu dicitur: & dicuntur rei debendi, qui debent, stipulandi qui stipulantur. vt ff. eo. l. j. Accur.

d Rei debendi, & Rei stipulandi.

Codex.

CReditor.] CASVS. Si creditor habeat duos reos promittendi, scilicet qui sibi promittant eandem pecuniam: electionem habet quem eorum velit conuenire, & in solidum: & si cõtra vnum egerit in solidum, habet ille regressum contra eum pro parte sua sed non aperit qua actione. Tu dic mandati secundùm M. secundùm Ioannem, pro socio, si erant socij: vel mãda. si hoc actum erat, vt si vnus pro altero fideiuberet. si nec erant socij, nec hoc actum erat, actione negotiorum gestorum.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Paulinæ.

SI duo pluresve rei cuiusdam traditione cõuentionem in solidum inierint: cuicumque eorum, quandiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit, actio in solidum competit. P P. iiij. Non. Decemb. Maximo. ij. & Aquilino Conss.

Duobus in solidum constituentibus obligationem: creditor potest alterum in solidum conuenire, & soluenti datur regressio contra correum. Bald.

II. Iidem AA. Drogeni.

CReditor prohiberi nõ potest exigere debitum, cum sint duo rei promittendi eiusdem pecuniæ, à quo velit [e]. Et ideo si probaueris te conuentum [f] in solidum exoluisse, rector prouinciæ iuuare [g] te aduersus eum cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur. S. V. kalend. Mart. Mioclectiano. iij. & Maximiano. AA. Conss.

IN AVTHENT. DE duobus reis in principio. & §. sequen. colla. vij. constitu. ix.

Duo rei tunc tenentur in solidum, cum actum est vt quilibet eorum possit in solidum conueniri vbi casu alter est inops: aut talis, qui de facili exigi non potest. hoc dicit. Vel sic: Duo rei constituuntur, si agatur vt quilibet in solidum teneatur: quo non acto, quilibet pro parte tenetur, & eo acto, ita demum ab vno in solidum fit exactio, si alter sit absens, vel non soluendo. Salyc.

e ¶ *A quo velit.* pro solido vel pro parte: vt hic. & ff. eo. l. cum tabula rebit. & de fideiussor. l. inter eos. §. quod. Sed hodie contra: vt in authen. hic posita hoc ita &c.

f ¶ *Conuentum.* ad totũ debitum. Accur.

g ¶ *Iuuare* actione mandati, quia [a] vterque pro altero videtur fideiussisse secundùm Ir. & Azo. argum ff. ad Velleianum. l. vir vxori. §. fina. Sed ibi fuit color quæsitus. Vel ibi non dicit quòd intercesserit, sed iuuari ac si intercessisset: vt in eod. titu. l. si debitor. ij. respon. Vel ibi erant socij. Item & pro eis. ff. eod. l. reos. & in authentic. eod. titu. in princip. col. vij. Sed vtrobique fuit actum. Item pro eis quod dicitur de adiecto contra quem agitur mandati: vt instit. de inuti. stipul. §. si quis alij. Sed ibi fuit mandatum, aliás contra: vt ibi diximus. Nos [b] secundùm Ioan. diximus quòd nõ videtur fideiubere: vt ff. ad Velleianum. l. vir vxori. Et ideo damus hic actionem pro socio, si sint socij: vel cessam, si fuerit cessa à creditore: vel mandati: si hoc actum fuerit in eos, quòd vnus pro altero fideiuberet. ¶ Sed [c] an sit in solidum cedenda actio soluenti, vel pro parte quidam in solidum: arg. ff. de leg. j. l. si res obliga. in fin. Sed ibi non aperit in solidum. Item quia sic est in causa noxali, quòd ab initio melior est quandoque conditio primò agentis, qui cum aliis teneatur, postea erit deterior: vt ff. de noxa. l. si quis à multis. & ff. si ex noxali causa agatur. l. ij. Nos dicimus quòd pro parte: vt ff. de tute. & ratio. distr. l. cum pupillus. & ff. de adminis. tute. l. si plures. & ff. de petit. l. quæsitum. ¶ Sed quid si nec fuit cessa, quia hoc non fuit petitum: nec habet locum pro socio, quia non fuerunt socij: nec mandati, quia non fuit actum: quæ actio locum habet? Quidam dicunt nullam: vt in fideiussore ff. de fideiussoribus. l. vt fideiussor. Alij mandati, cum semper dicant eos videri pro inuicem fideiubere. Tu dicas negociorum gestorum. Nam licet suam obligationem dissoluerit, tamen & alium liberauit: vt dixi supra si certum petatur. l. si in rem. Item dixerunt quidam etiam pro parte non fieri cessionem, nisi sint socij & eo casu quando sunt socij: vel quando est actum vt fideiussores sint. Alij intelligunt legem istam (quod est falsum) vt cessio fiat tantum quando sunt socij: argu. infra titu. l. cum alio. ¶ Item pone quòd tres erant rei debendi in triginta. vnus in solidum fuit exactus: an in solidum in viginti cõtra vtrumque, an in decem contra quemlibet sit facienda cessio? Et videtur in solidum in viginti: sicut habet authẽ. hoc ita, quæ est in cod. eo.

a Rei debendi an videntur pro se inuicem fideiubere.

b Salyc. hic sequitur distinctionem Bart. positam in l. reos ff. eo.

c Soluenti pro correo cedenda est actio à creditore non in solidũ, sed pro parte.

HOc ita.] C A S V S. Hæc authentic. determinat.l. quòd creditor non potest conuenire quemlibet debitorem in solidũ, nisi alter sit non soluendo, vel absens. Si verò vterque esset præsens, & soluendo: vterque est conueniendus. Si verò non est actum expresse vt quilibet possit in solidum conueniri, tunc quilibet conuenitur pro parte.

HOc ita[a], si pactum fuerit speciale[b], vnumquemque teneri in solidum: & si alter inops sit in solidum, vel in partem, vt id saltem ab altero petatur: vel si absens sit[c]. Cum enim ambo adsunt, per iudicem producuntur, negotiúmque communiter examinatur, & sententia communiter infertur. quòd fiet[d] per administrationem, si iudex sit delegatus. Sin autem non conuenerint specialiter, ex æquo sustinebunt onus. Sed & si conuenerint vt vterque eorum sit obligatus: si ambo præsentes sint, & idonei simul cogendi sunt ad solutionem[e].

Rescriptum principis quo cauetur vt vnus ex correis in solidum obligatus conueniatur tantum pro parte, non est seruãdum. Vel sic: Vnusquisque tenetur exprimere quæ est causa & fundamentum suæ intentionis: & per rescriptum non intelligitur princeps derogare contractui ex quo nata est naturalis & ciuilis obligatio. hoc dicit. Vel sic: obligatio solidi non contrahitur contra plures, si hoc agatur. Butrig.

III. Iidem AA. & CC. Fabiano.

EXprimere debueras tuis precibus, vtrúmne in partẽ, an in solidũ[f] singuli vos obligaueritis, ac duo rei promittẽdi extiteritis: cum si quidem ab initio vnusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit[g]. Si verò in solidum, electio[h] rescripto[i] adimi nõ debeat. S. Id. Apr. Byzãt. AA. Coss.

Quando plures sunt obligati, sufficit quod causa obligationis finalis reperiatur in vno: nam suas radices extendit in omnes. Bald. Vel sic: Licet pecunia vni numeratur, tamen alij possunt simul in solidum obligari. Salyc.

IIII. Idem AA. & CC. Andronico.

PRopter mutuam vni datã pecuniam aliis reis promittendi factis, ob nõ numeratam

a ¶ *Hoc ita.* sc. quòd vnusquisque teneatur in solidum cum effectu.

b ¶ *Speciale.* s. quòd solidum: et subiicit: vnũquéque &c. ¶ Sed quid si ita[a] dixeris: Promittis mihi decem: & tu alius promittis eadem decem? Respond. duo sunt rei in solidũ: quia satis videt hoc exprimi: *vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. cum.* secus si dicam, simul promittis: *vt in eo. tit. l. si mihi & Titio. & de lega. j. l. si quis testamento.*

c ¶ *Absens sit.* scilicet alter ergo præsens conuenitur in solidum altero absente &c. & cũ alter est inops. secus vero in intercessore præsente, & reo absente: *vt in authen. infra titu. j. præsente &c.* vbi datur dilatio[b] ad repræsentandum. olim autẽ in nostro casu sufficiebat pactũ, licèt alter non est inops, vel absens: *vt ff. eod. l. reos. §. fi.* ¶ Sed quid si[c] vnus promisit purè, alter sub cõditione, quod fieri potest: *vt ff. eod. l. ex duobus. j.* nũquid qui purè pmisit poterit in solidum conueniri, sicut cum alter est absens vel inops? Dic quòd sic: *vt dicta l. ex duobus j. ad quod insti. eo. §. fina.*

d ¶ *Quod fiet.* i. quæ productio, nec enim per delegatum, sed ordinarium producentur. re ipsa, *vt hic dicit: & innuit: vt in authen. de exhi. & intro. re. §. si verò quidam. col. v.* Accur.

e ¶ *Ad solutionem.* nisi renunciauerit[d] beneficio[e] diuidendarum actionũ. nam prætor ait pacta seruabo: *vt supra de pactis. l. penult. & l. pa. cta nouissima.* In tutoribus idem & cõtutoribus & fideiussorib. ex epistola diui Hadriani, vt vtiliter cõueniantur. Sed non idem in fideiussoribus vnius tutoris, qui non possunt diuidendarũ actionum habere beneficium: *vt ff. de tutelis & ratio. distrahen. l. j. §. nunc tractemus. & supra de constitu. pecunia. l. fin. & ff. rem pupil. saluam fore l. fin.* ¶ Item an hæc authentic. habeat locum etiam in fideiussoribus? Dic vt infra *tit. j. l. non rectè. diximus.* Hic ponunt & habent quidam talem legem, quæ non est in Codice, scilicet, Si duo pluréſve pro rei cuiusdam traditione conuentionẽ in solidum inierint: cuicumque eorum quandiu res in eadem causa remanserint, si casus obtulerit, in solidum actio competit.

EXpãmtre.] C A S V S. Refert cum duo obligant se pro eadem pecunia: an ab initio obligentur in solidũ, an quilibet pro parte sua. Primo casu creditoris erit electio quem velit conuenire, & in solidum. Secundo casu fiet quod conuenit, scilicet vt quilibet pro parte sua conueniatur.

sibi pecuniã obligationẽ remitti desiderio postulantiũ iura refraguntur[k]. S. V. Idus. Februar. Sirm. j. CC. Conss.

Interruptio facta per vnũ correorum, vel contra vnum ipsorum, aliis prodest & nocet. Bald. Vel sic: Interpellatio facta ab vno de correis credendi, interrumpit præscriptionem etiam quo ad cæteros. & econuerso agnitio facta per vnum ex reis debendi, nocet alteri. Salyc.

V. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam rei stipulandi certos habebant reos promittendi, vel vnus fortè creditor duos vel plures debitores habebat, vel econtrario multi creditores vnũ debitorẽ, & alij ex reis promittẽdi ad certos creditores debitũ agnouerunt, vel per solutionem, vel per alios modos, quos in anteriorib. sanctionibus interruptionis inuenimus positos: & non ampliauimus[l], vel fortè ad vnum creditorem quidam ex debitoribus deuotionem[m] suam ostenderũt: vel cũ plures essent creditores, debitor qui solus existeret, ad vnum ex his vel quosdã debitum agnouit: & quærebatur, si eis vel ei[n] daretur licentia aduersus alios[o] in deuotionem suam exercere, & quasi tempore emenso[p] exactionem recusare, vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus, vel in iudicio pulsatis, deberent & alij ab omni cõtradictione repelli: nobis pietate suggerẽte videtur esse humanum, semel in vno eodémque contractu qualicumque interruptione vel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad persoluendum debitum, siue plures sint rei, siue vnus: siue plures sint creditores, siue nõ amplius quàm vnus. sancimúsque in omnibus casib. quos noster sermo complexus est, aliorum deuotionem vel agnitionem, vel ex libello[q] admonitionem aliis debitoribus obest, & aliis creditoribus prodest. Viuianus.

f ¶ *In solidum.* Et facit *ad legem istam s. loca. & conclu. l. si diuisa. & supra si certum petat. l. si in rem.* Sed hodie plus est opus, scilicet quod alter sit absens vel inops: *vt in authentic. hoc ita.* Acc.

g ¶ *Non possit.* scilicet creditor.

h ¶ *Electi.o.* quam habet creditor, vt possit quemlibet in solidum conuenire. Accur.

i ¶ *Rescripto.* cum alterius ius per hoc tolleretur: *vt s. de preci. imperat. offerend. l. quoties.* Accur.

PRopter.] C A S V S. Mutuaui Titio x. & accepi pro eo duos reos, puta Caium & Seium, dicunt se non esse cõueniẽdos, quòd sibi pecunia numerata non erat, opponitur excep. non numeratæ pecuniæ, an sint audiendi, quæritur? Et dicitur quòd nõ. Vel dic quòd mutuaui omnibus: sed Titio de volũtate omnium mutuaui, & procedit sicut dixi.

k ¶ *Refragantur.* cum non propter numerationem eis faciendam fuerint confessi, sed alij facienda erat: *vt & supra de non num. pe. l. aduersus. & l. frustra.* Vel si erat omnibus numeranda, fuit tamen data vni aliorum voluntate: & ad hoc facit s. si certum petatur. l. si non singuli, secus si non eorum voluntate: sed fortè[a] pœnituerant, quod possunt: *vt ff. si certum pet. l. qui pecuniam.* Accursius.

a Finé huius Glos. ibi: sed fortè) declara procedere, & denũciãt creditori ante numerationẽ per l. *ff. de solut. ... in l. Titius. ff. de procurat.*

CVm quid.] C A S V S. Si plures creditores habẽt vnum debitorem vel vnus creditor plures debitores, vel plures creditores habent plures debitores & aliquis ex debitoribus soluat alicui ex creditoribus: talis agnitio debiti sufficit ad interrumpendam præscriptionem, qua se volunt alij debitores tueri, qui non cognouerunt: quia talis agnitio debiti ab vno debitore facta vni creditori, aliis

l ¶ *Ampliauimus.* vt & s. de præscriptione xxx. vel xl. ann. l. in cotissimi.

m ¶ *Deuotionem.* scilicet soluendo.

n ¶ *Eis vel ei.* debitoribus vel debitori.

o ¶ *Alios* s. creditores: & hoc si non habes in litera.

p ¶ *Emenso.* scilicet triginta annorum.

q ¶ *Ex libello.* executore interueniente: *vt supra de præscriptio. triginta annorum. l. si in rem.* Vel loquitur in prætoriis & annalibus

vt supra

vt supra quando libellus prin. datus. l. j. & ij.

a ¶ *Nemini.* qui agnouit. Accur.

b ¶ *Alienam.* scilicet eius qui agnouit. ¶ Et sic nota factum [a] vnius alij prodesse & nocere: *vt ff. eo. l. ex duobus vltimis.* ¶ Et sic est argum. contra. *ff. de solu. l. cum quis. §. si quis pro reo. & ff. manda. l. si fideiussor.* & j. §. fina. & *ff. de neg. gest. l. si ex duobus.* *in fin.* ¶ Item contra. est huic legi. *ff. codem. l. ij. & l. ex duobus. ij.* Sed solues infra *titu. j. l. fina.* ¶ Item contra. videtur. *ff. de vsuris. l. mora. §. fina.* Solu. potest dici quòd huic erant socij: ibi non. Vel ibi mora, hic agnitio, quæ est opposita.

c ¶ *Fonte.* quantum ad idem debitum & vnã obligationem: licèt diuersi sint: *vt ff. eo. l. iij. §. fin.* Accur.

a Factum vnius alteri prodest & nocet.
b Præscriptio non interrupta facta contra debitorem principalem nocet fideiussori: sicut in simili facta contra vnum ex correis debendi potest agitur ad aliū. v. Ferrariensem in forma contra plures reos in verbis solutio. non fuerit restituerint.

debitoribus præiudicare, & alijs prodesse creditoribus. Sit itaque generalis deuotio, & nemini [a] liceat alienam [b] indeuotionem sequi, cum ex vna stirpe vnoque fonte [c] vnus effluxit contractus, vel debiti causa ex eadem actione apparuit. Dat. kalendis Septemb. Constantinopo. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE FIDEIVSSORIBUS & mandatoribus.

Diximus supra de his qui per stipulationem principaliter obligantur: nunc videamus de fideiussoribus & mandatoribus, qui principalibus obligationibus applicantur. Azo.

d ¶ De fideiussoribus & mãdatoribus. *Cuique contractui potest fideiussor accedere, potest & mandator:* vt ff. mãdati. l. si hereditatẽ. §. & in sũma. *Est tamẽ differentia [e]: quia fideiussor præcedit & sequitur obligationem:* vt insti. eo. §. fideiussor & præcedere. *at mandator tantum præcedit, nisi in casu:* vt ff. mandati. l. si verò nõ re. §. si post traditã. *et constitutor tantum sequitur:* vt ff. de constit. pecu. l. j. §. j. & §. debitũ.

e Fideiussor & mandator differunt.

TITVLVS XLI.

DE FIDEIVSSORIBUS & mandatoribus.[d]

Exceptio reo competens, statu mutato non porrigitur ad fideiussorem. hoc dicit secundùm glos. Vel sic secũdum Butrig. si solum reus ab obligatione eximitur, & in alium successorem transfertur: ista exceptio fideiussori non datur. Bald. Vel sic: Publicatio bonorum debitoris fideiussorem non liberat. Bart.

I. *Impp.* SEVERVS & ANTONINVS AA. *Lysiæ.*

SI Lysias [e] adempta parte bonorum exulare iussus est: non nisi pro parte quam retinuit, creditoribus [f] obligatus est. Verum qui pro eo fidem suam adstrinxerunt, iure pristino conueniri possunt [g]. PP. Idib. Octobr. Seuero. A. iij. & Victorino Conss.

Licitum est creditori habenti pignora, agere contra fideiussorem: tamen debet et pignora cedere, nisi in aliud debitum possit retinere. Bald. & Salyc. Vel sic: Fideiussori solventi tenetur creditor cedere actionem

SI Lysias] CASVS. Mutuaui Lysiæ decem, & fideiussorẽ accepi, & Lysias cõdemnatus est. l. Iul. de vi, & ita tertia pars omnium bonorum delata est fisco. Licet non possum conuenire Lysiam nisi pro duabus partibus quæ apud eum remanserunt, & fiscum pro tertia: fideiussorem tamen quem in solidum habeo obligatum, & in solidum conuenire potero.

e ¶ *Si Lysias.* pone exemplum in l. Iulia de vi priuata: *vt instit. de publi. iudi. §. item lex Iulia de vi.* Nam fiscus quasi successor pro tertia quæ ad se pertinet, conuenitur: *vt j. ad l. Iuliã de vi. l. tutoris. & ff. de capi. de l. y. & solu. matrimo. l. si marito. in princip.* & in ea tertia damnatus habet exceptionem: *vt ff. si quis cau. l. sed & si quis. in princ.*

f ¶ *Creditoribus.* pro duabus partibus.

g ¶ *Possunt.* videtur quòd non: *vt supra de exceptio. l. defensiones.* Sed ibi fuit integer status, hic non. Item adhuc contra. *ff. de iure fisc. l. in fraudem. §. si principalis.* sed ibi non ex successione, sed ex alia causa bona deuenerunt ad fiscum, vt quia debitor non soluebat, *argum. j. de senten. pa. l. iij. in fin.* Sed dic non est contra: quia ibi apud fiscũ fideiusserat: hic apud alios.

CReditori.] CASVS. Mutuaui tibi decem, fideiussorem & pignus accepi. Electio mea est quem velim conuenire, vel reum, vel fideiussorem. Soluenti tamen fideiussori cedam ius pignoris. si verò aliàs essent obligata mihi eadem pignora, & si pro alia pecunia non in quantum fideiussi: nisi totam pecuniam soluat, non cedam ei ius pignoris.

h ¶ *Licet.* id est licitum est: *vt ff. eod. l. inter eos. §. creditor.* nisi aliud

conuenerit: *vt arg. ff. man. l. qui mutuam. in princip. & infra eo. l. omissis.*

i ¶ *Obligauerit.* scilicet fideiussor.

k ¶ *Ius pignorum* [a] *vt ff. de distract. pigno. l. ij. & supra de senten. & interlo. l. cum eorum.* sed & personales non solum contra reum: *vt ff. de solu. l. Stichum. §. pen.* sed etiam contra fideiussores: *vt ff. eo. l. si fideiussores. §. idem respondit. & l. fideiussorib. & supra loca. l. si diuisa. & supra arbi. tu. l. cum interdictæ.* si ergo fecit ne cedere possit, nec poterit agere: *vt ff. de admi. tu. l. si pupillus. & d. l. Stichum. §. penult.* Sed contra *ff. eo. l. si stipulatus. §. fin.* Sed illud de rigore secundũ R. hoc de æquitate, vel aliter, vt ibi notatur.

personalem & hypothecariam. Bart.

II. *Iidem AA. Plocio.*

CReditori qui pro eodem debito & pignora & fideiussorem accepit: licet [h], si malit, fideiussorem conuenire in eam pecuniã in qua se obligauerit [i]. quod cum facit, debet ius pignorum [k] in eum transferre. Sed cũ in alia * quoque causa eadem pignora vel hypothecas habet obligatas [l], non prius compellendus est trãsferre pignora, quàm omne debitum exoluatur. Dat. V. Kalend. Februa. Apro. ij. & Maximo. Cõss.

Expressio eorũ quæ tacitè insunt, nihil operatur. Et quoties plures singuli fideiubent, quilibet in solidum videtur fideiubere. Bald.

III. *Iidem AA. Maximo.*

NOn rectè † procuratores [m] nostri, si allegationi tuæ fides adesset, audire te [n] noluerunt ex bonis fideiussoris quæ ad fiscum peruenerunt, pecuniam repetentem, sed reum principalem conuenire iusserunt: cum electioni potestas permittatur [o] creditori. Sed cum duos fideiussores accepisse te proponas: si alter idoneus est, intelligis te diuisa quantitate partem competentem à procuratore [p] [nostro] petere debere, & aduersus alium fideiussorẽ [eius] experiri [q]. Nam licet significes adiectũ [r] esse in obligatione, vt singuli in solidum tenerentur: tamen nihil hæc

l ¶ *Obligatas.* secus si nõ habet obligatas: nec [b] enim ob chirographariã pecuniã potest retinere cõtra fideiussoris voluntatẽ, sed cõtra voluntatem debitoris tantũ: *vt j. etiam ob chirographariam pecuniam. l. j. in fin.* Item intelligunt quidam quòd hic obligatio fuit facta ante fideiussionẽ. secus si post *vt supra etiã ob chirographariam pecuniam. l. j. in fin. & ff. qui pot. in pigno. hab. l. si prior. §. tertius.* Alij dicunt quandocumque *per dictam l. etiam ob chirographa. pecuniam. l. j. circa medium.* Sed si debet credere contra fideiussores, *vt supra dixi.* quomodo potest facere personale pactum vni fideiussorum, ita quòd alter in solidũ remaneat obligatus? Dic quòd volente altero. Accur.

a Ius offerendi competit fideiussori debitoris, qui offerendo vel soluendo creditori potest ab eodẽ obtinere cessionẽ iuris personalis & hypothecariæ: quæ sententia ampliat tribus modis, duobus limitat, & plenissimè tradit Neguzantius tract. de pignoribus parte 5. membro 3 numero 31 cum sequẽtib.

b Pignus contra fideiussoris voluntatẽ non potest retineri ob chirographariam pecuniam.

Alias quod quo ... † De materia huius l. & l. nostri infra ... vide s. l. cum Gl. ... tra eod. tam.

NOn rectè.] CASVS. Electionẽ habet creditor, quẽ velit primo conuenire, scilicet fideiussorẽ, vel reum, si ergo mutuaui tibi pecuniam, & fideiussorẽ accepi, & fideiussoribus ob debitũ aliquid succedat fiscus, & conueniam fiscum: procuratorautẽ Cæsaris, qui cognoscit inter fiscum & priuatũ, interlocutus fuerit me debere cõuenire prius reum principalem: an rectè pnũciauerit, quæritur? Et dicitur quòd non. Si verò accepi duos fideiussores, & alteri fiscus succedat, conueniã fiscũ pro parte, & aliũ pro parte si soluendo sit: nec etiam si ab initio non cognouisset, vt quilibet fideiussor in solidũ teneretur, ob hoc minus, in solidũ tenebũtur, sed & si omnes idonei fuerint, pro parte erit quilibet conueniendus: sed Authentica dicit quòd si vterque sit præsens, secũ fideiussor quàm reus principalis debet primo cõueniri principalis, etiã si sit nõ soluẽdo in totum vel in partem. si reus sit absens, poterit fideiussor cõueniri, & si petat tẽpus intra quod redit cat reũ: ei à iudice cõcedendũ est: intra quod si nõ venerit, cõuenietur fideiussor: creditor tamen cedet fideiussori actiones suas.

m ¶ *Procuratores.* s. Cæsaris, qui iudices sunt inter fiscum & priuatum: *vt hic, & j. si aduersus fiscum l. ij. §. j.*

n ¶ *Audire te.* s. creditorem conuenientem fiscum heredem vnius fideiussorum.

o ¶ *Permittatur.* iure veteris: *vt hic & j. eo. Iiure nostro.* Sed hodie contra: *vt in authen. præsente. hic posita.*

p ¶ *A procuratore.* s. fisci, qui successit alteri fideiussori: *vt j. dixi.*

q ¶ *Experiri.* vt & *ff. eodem. l. inter eos. in prin. & §. j. & institu. eodem. §. si plures.*

r ¶ *Adiectũ.* id est dictum.

Codex.

res mutat conditionem[a] iuris & constitutionem. Nam & cum hoc non adiiciatur, singuli tamen in solidum tenentur[b]: sed vbi sunt omnes idonei, in portionem obligatio diuiditur[c]. PP. xvij. Kalendas Septemb. Antonino. A.iij. & Geta.iij. Conss.

IN AVTHENT. DE fideiussor. & mandat. §. si quis igitur. & §. non solum. colla.j. constitu. iiij.

Iure nouo prius conuenitur principalis, si est præsens: demum eo discusso fideiussor. Bald.

PRæsente tamen vtroque nō permittitur intercessorem cōueniri prius quàm reus inuentus est minus idoneus, siue in totum, siue in partē. Absente † autem reo, præsens intercessor iure quidem conuenitur: ipso tamen desiderante iudex definiet tempus, intra quod deducat reum primo cōueniendum[d], ipso in subsidium reseruando. Nam transacto tēpore compellitur † intercessor satisfacere, cessis sibi à creditore actionibus[e], absque distinctione[f] contractus[g] siue intercessionis[h].

Obligatione nouata fideiussores non sunt obligati: nisi ipsi se de nouo obligauerint. Bald.

IIII. *Imp.* ANTONINVS A. *Rufo.*

NOuatione legitimè perfecta debiti in aliū translati, prioris contractus fideiussores vel mandatores liberatos esse non ambigitur[i]: si modò in sequenti se non obligauerūt. PP. xv. kalen. Octob. Antonino. A. iiij. & Balbino Conss.

Potestas à iure concessa, per pactū potest modificari. Bald. *Vel sic: Per pactum contrarium tollitur potestas eligendi fideiussorem.* Salyc.

V. *Idem A. Potamoni.*

IVre nostro est potestas[k] creditori, relicto reo, eligendi fideiussores, nisi inter cōtrahentes aliquid placitum doceatur. PP. vj. Non. Maij, Messala & Sabino Conss.

Notarius qui conficit instrumentū vel testes instrumenti non obligantur ex instrumēto: Bald. *Vel sic: Subscribens se vt testis, non dicitur fideiubere.* Salyc.

VI. *Idem A. Pollæ.*

SI pater tuus pro Cornelio, cum pecuniam mutuam acciperet[l] se, non obligauit: frustra ex eo quòd tabulas obligationis vt testis signauit, conueniris[m]. PP. xj. Kalend. Iul. Messala & Sabino Conss.

Mandator non obligatur ex forma statuti, vel omissa forma mandati. Bald. *Vel sic: Mandans vt alicui mutuet pignoribus datis, non potest ab illo conueniri sine pignoribus mutuante.* Salyc.

VII. *Idem A. Eroti.*

SI creditor cōditioni mādato[n] adscriptæ cum pecuniā mutuam daret in accipiendis hypothecis, non paruit: frustra te iudicio mandati conuenit, quando non aliter * te obligasse intelligaris, quàm si pignoribus contraheretur obligatio. PP. kalend. Iul. Læto.ij. & Cereale Conss.

Filiusfamilias potest pro patre fideiubere. Butrig. & Salyc.

VIII. *Imp.* ALEXANDER A. *Longo.*

FIliusfamilias qui pro patre, quamuis in venditione fundi, fideiussit: tenetur[o]. PP. ij. Id. Octob. Max. ij. & Æliano Cōss.

Licet actum sit hypothecaria, non liberatur fideiussor. Baldus. *Vel sic: Persecutio pignoris non liberat fideiussores.* Salyc.

IX. *Idem A. Aristocrati.*

ETiam si de iure obligationis[p] pignorum actum fue-

---

a ¶ *Conditionem.* conditio iuris est, vt vterque pro parte conueniatur, quando ambo soluendo sunt. Item constitutio dicit actionem diuidendam. fide ergo dictum sit vt vterque teneatur in solidum, siue non: vterque tenetur in solidum, sed * pro parte conuenitur, si vterque sit soluendo, *& sic est. ff. de leg. j. l. iij.*

b ¶ *In solidum tenentur.* hodie contra, nisi hoc dicatur: *vt supra titu. j. authent. hoc ita.* Vel aliud in reis debēdi, qui pro parte pecuniam accipiunt: vnde pro parte nouo iure tenentur & conueniuntur: & aliud in fideiussorib. qui cū intercedant pro eo qui in solidum tenentur, merito & ipsi in solidum tenentur: *vt instit. eo. §. si plures.*

c ¶ *Diuiditur.* ex epistola diui Hadria. *vt instit. eo. §. si plures.* nisi inficiētur: *vt ff. eod. l. si dubitet.*

PRæsente.] Diuiditur in duas partes. Primo quando ambo sunt præsentes. Secūdo quādo principalis est absens, & fideiussor præsens. secūda ibi, absente. Et illa subdiuiditur in partes, q̄ per se patēt. Salycetus. CASVS. Præsens auth. sic continuatur ad legē C. In iure. ff. & C. erat in electione creditoris, vellet primo cōuenire reū vel fideiussorē: sed hodie istud est correctum cum distinctione, si vterque est præsens & soluendo. Nam primo agendum est cum reo: sed si reus est absens, vel non soluēdo in totum vel in partem, in subsidium potest agi cum fideiussoribus, sed si reus est absens, & agitur cū fideiussore, & fideiussor petit tempus vt præsentet reū: in iudicio vt primo conueniat, dat ei tēpus à iudice, intra quod dicat eum: postea in subsidiū agitur cum fideiussore, & cogitur satisfacere elapso prædicto tēpore, & cedūtur ei actiones absque distinctione contractus. Viuian.

d ¶ *Primo conueniendum.* secus in hoc seruat in duobus reis: *vt supra tit. j. auth. hoc ita.*

e ¶ *Actionibus.* si b verò non cedantur, non dātur fideiussori actiones quæ dabantur creditori: *vt ff. eod. l. vt fideiussor. & l. fideiussoribus.* secus vero in tutoribus: *vt ff. de tutelis & ra. distra. l. j. §. nunc tractemus.*

f ¶ *Absque distinctione.* quod hic subiicit, sumitur ex cor. §. non solum vsque ad §. quod autem sed præcedentia ex §. si quis igitur.

g ¶ *Contractus.* siue mutuum, siue vēditio sit in quo intercesserit.

h ¶ *Intercessionis.* intercessit mandando, vel fideiubendo, vel constituendo, non tamen nouando. Accur.

NOuatione.] CASVS. Habebam debitorem in decem, & fideiuss. animo nouādi stipulatus sum decem ei à Titio: an fideiussores sint liberati, quæritur? & dicitur quòd sic, nisi in consequenti contractu obligauerint se. Viuian.

i ¶ *Ambigitur.* vt & j. etiam ob chirographa. pecu. l. j. *& ff. de noua. l. nouatione. & de solu. l. solutionem.*

IVre.] CASVS. Dicit Imperator in hac lege, quòd electio datur creditori, velit primo conuenire reum, vel fideiussorem relicto reo: nisi aliud fuerit actum.

k ¶ *Est potestas.* *vt supra eodem l. non recte.* sed hodie contra: *vt in authentic. præsente.* ¶ Item contra huic legi: *ff. de verbor. obliga. l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. postum.* Sed ibi actum videtur contra. *ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. curatores §. fina.* sed ibi soluitur. ¶ Item contra *infra de decur. l. j. lib. x.* sed ibi solue. Accur.

SI pater.] CASVS. Mutuaui decem Titio. confectum est instrumētum, pater tuus interfuit tanquam testis, & instrumento signum apposuit: non propter hoc erit cōueniendus, nisi se obligasset. Viuianus.

l ¶ *Acciperet.* scilicet Cornelius.

m ¶ *Conueniris.* vt & *supra de administratione tutorum l. si non. & si certum petatur. l. mutuo. & de actio. & oblig. l. nimia. & de rebus eccles. alien. vel non alien. l. ij.*

SI creditor.] CASVS. Mādaui tibi vt Titio mutuares decē, & pign. acciperes: sed pignus non accepisti: an me conuenire possis actione mandati, quæritur? Et dicitur quòd nō: aliter videor me obligasse, nisi pignus accepisses.

n ¶ *Mandato.* id est, quia non potest cedere actionem in pignore: *vt ff. manda. l. si mandato Titij. §. si.* Accur.

FIliusfamilias.] CASVS. Pater fundū vēdidit filius in sua potestate constitutus pro euictione fideiussit: an teneatur, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

o ¶ *Tenetur.* Potest[a] ergo fideiubere pro patre: *vt hic, & supra de filiofamil. minore. l. j. quod cum eo. l. si ex alio. & ad Vellcianum. l. si paternam. & ff. qui satisda. cogan. l. ij. §. & fisum & ff. eodem l. si dubites. §. filiusfamilias.* & pro extraneo: *vt ff. de pecu. l. iij. §. si filius. & supra quod cum eo qui in ali. potesta. l. nulla.* Dubitatio fortè hic erat: quia quasi dominus videtur etiam viuente patre: *vt ff. de liberis & posthumis l. in suis. & instit. de heredum qualita. & different. §. sui.*

a Filiusfamilias pro patre potest fideiubere.

ETiam.] CASVS. A debitore fideiussorem & pignus accepi. egi hypothecaria, an nihilo minus possum conuenire fideiussorem per hanc actionem, quæritur? Et dicitur quod sic: non enim ob hoc quòd egi hypothecaria, liberatus est fideiussor. Viuianus.

p ¶ *De iure obligationis.* scilicet hypothecaria, non solùm personali contra debitorem vel fideiussorem: nec enim fit nouatio: *vt ff. de*

ff.de pign.l.grege.§.etiam.& §.si cum defensore.& i.de pignor.l.quamuis.ij. Accursius.

a ¶ Fuerit.à creditore.ad pignora enim agit.

Fideiussor.] CASVS. Si pro te tam in sortem quàm in vsuras fideiussi: eas quin soluā, nō potero recusare, & hoc in prima. Si verò cum alio fideiussi: an possim impetrare vt diuidatur inter nos obligatio? Respon. quòd sic, si vterque nostrum est soluendo, & hoc in secunda.

b ¶ Obligatus est. vel[a] quia expresse se obligauit, vel quia in omnē causam fideiussit[b]: vt ff. eo. l. quaro. circa princip. & ff.de administra. rerum ad ciuita. perti. l.j. in fin. At vbi simpliciter[c] intercessit. dicit Ioann. idem. argumen. ff. eodem l. si quis pro eo. §. si nummos.& l.amissi. §. fideiussores. & ff. rem pupil. sal. fore.l.si postea.& ff.ad municipa. l. Lucius. §. Paulus. a Pla. tamen respond. his legibus quia in omnem causam videtur fideiubere, quæ ex numeratione nata nunc, vel postea nascitura est: vt dicto §. si nummos. At vsura[d] non nascitur ex numeratione. Item ad l. amissi. dicit ideo teneri, quia & prædiorum dos fuerat locata expresse vel tacite, argumen. ff.loca. l.sed addes. §.illud. Vel expone dotis prædiorum, id est dotalium prædiorum. argum. supra de iure dot. l.ij. Tenentur ergo fideiussores marito mercedis nomine dotalium prædiorum, etiā secuto diuortio. Item in l. si postea. in omnē causam fideiusserat. Item ad l.Lucius. dicit non[d] semper valere argum. à contrario sensu. Et ipse distinguit an debeatur ex[e] officio, quo casu cum nec sunt in obligatione, & non tenetur fideiussor: vt ff. de eo quod cer. lo. l. centum. Aut ex stipulatione[f], & tunc sic: & pro eo, quia frustra diceret lex in omnem causam aliquando, si semper in omnem causam teneretur: vt d.l. ff.loc.l.quaro. & supra de pac.interemp. l.in initio. Item quia in pœnis, quæ crescunt contra reum, non tenetur: vt ff.eo.l.fin. & d.l.centum. Item qui simpliciter promittit, ea tātum quæ in obligatione iam sunt, promittere videtur: vt ff.de verb.oblig. l. si stipulatus fuerim illud. §.cum stipulamur.& l.si à colono. Item pro eo ff.eo. l. fideiussores magistratuum. Sed ibi pro sorte tantum intercessit. Sed tu serua primam distinctionem: vt no.ff.loc.quaro.

a Fideiussor in vsuras obligatus intelligitur si ex presse in eas se obligauit.
b Fideiussor in omnē causam obligatus, an in vsuras quoque obligatus in eis. & cum Ioannes & Lecturus negat. In omnē enim causam fideiubens in eam causam intelligi fideiussisse quæ ex numeratione nata sit aut nascitura. Vsuras autē ex numeratione non nasci. Ac cursius lenis sentētia separata distinguit cum Placentino, de quo. vide Gl. l. Quaro §. fi. locati.
c Fideiubens simpliciter pro aliquo an se tenetur, vel obligetur ad vsuras. v. Glo. l. quaro.54.ff. locati.
d Vsura non nascitur ex numeratione.
d Argumentum à contrario sensu non semper valet.
e Fideiussor in dubio non censetur obligatus pro vsuris debitis ex officio iudicis à principali debitore.
f Fideiussor obligatus pro debitore principali obligato ex stipulatione, ad vsuras obligatus intelligitur.

rit[a], fideiussoribus liberatio non contingit. PP. V. Kalend. Decembr. Maximo. ij. & Æliano Conss.

Si fideiussor intercessit in sortem & in vsuras, tenetur in totum, & habet beneficium hoc diuisionis. Bald. Vel sic: Si fideiussor se obligauit pro vsuris, ad illas tenetur. Et beneficium diuisionis quod habent fideiussores, debet opponi ante sententiam. Salyc.

X. Idem A. Vitali.

Fideiussor seu mandator si in vsuras quoque obligatus est[b], istam causam recusandi eas soluere non habet. Vt autem is qui cum altero fideiussit, non solus conueniatur, sed diuidatur[c] actio inter eos qui soluendo sunt: ante condemnationem[d] ex ordine postulari solet. PP.*

Fideiussor soluens solidum, non agit contra fideiussores nisi actiones sint cessæ: & vt cedantur potest petere tam à fisco creditore, quàm à priuato. Bald.

XI. Idem A. Salustio.

Cum alter ex fideiussoribus in solidum debito satisfaciat actio ei aduersus eum qui vna fideiussit, non competit[e]. Potuisti sanè cum fisco[f] solueres, desiderare vt ius pignoris[g] quod fiscus habuit, in te transferretur: & si hoc ita factum est, cessis actionibus vti poteris. Quod & in priuatis debitis obseruandum est. PP. vij. kalend. Nouemb. Alexandro. A. iij. & Dione Cons.

Diuersitas idiomatis fideiussores non vitiat. hoc dicit. Vel sic: Fideiussor obligatur verbis tantùm non re, non consensu, non literis, apud intelligentem tamen. Bald. Vel sic: Fideiussor obligatur per stipulationem, etiam si verba sint Græca. Salycetus.

XII. Idem A. Theodoto.

Blanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quòd cum pro alio interuenires dixisti[h]:* cum & his verbis obligationem verborum posse cōtrahi pridem receptum est. PP. vj. Kalend. Septembris Agricola & Clemente Conss.

Qui promittit latronem inueniri, videtur promittere in iudicio sisti: & si non sistit, punitur. hoc dicit. Vel sic: Ille dicitur inuentus, qui est inuentus & captus, & repræsentatus curiæ. Vel sic: Qui promittit antecedens, videtur promittere consequens. hoc dicit secundùm secundam lecturam. Butrig.

XIII. Pars ex epistola GORDIANI A. ad Auxilium.

Si Barsatoram[i]* latronem Lysanias decurio inuenturum se spopondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad præfectum prætorio[k], vel ad præsidem prouinciæ.

c ¶ Diuidatur. si non inficientur: vt ff.eo.l.si debitetur.§.j.

d ¶ Ante condemnationem. quia dilatoria est, vt dicunt: vt supra de proba.l.exceptionem. quod non placet: quia etiam ante litem contestatam deberet tūc opponi. Dic ergo magis anomalam[g] quia nec est dilatoria, neque peremptoria. ¶ Et quod dicit, ante condemnationem: subaudi, maximè: nam[h] & post potest proponi: vt ff.eo l.fideiussores. §.idem. & l. inter eos. §. fina. quia & exceptio Velleiani & Macedoniani postea proponuntur: vt ff.ad Macedon. l. sed & si. § fina. & l. sequen. Vel dic vsque ad sententiam, & non vltra. Et aliud est in beneficio cedendarum actionum: vt dicta l. si fideiussores. Item in dicta l. inter eos. est intelligendum quando est appellatum, vt tunc opponatur exceptio in causa appellationis. Accursius.

g Exceptio epistolæ Diui Hadriani anomala, i. neque dilatoria neque peremptoria.
h Exceptio epistolæ D. Hadriani, Velleiani, Macedoniani, quo tempore obiici possit.

Cum alter.] CASVS. Si creditor plures habens fideiussores contra vnum egit, & solidum exegerit: an ille contra fideiusso. agere possit, quæritur? Et dicitur quòd non: nisi à creditore fuerit ei cessa actio. & hoc in prima. Idem est in fisco creditor, vt fideiussor soluens intra annum aduersus fideiussores pignor. action. habeat, si ius pignoris vel actionis sibi fuerit cessum. Vivianus.

e ¶ Non competit. vt & ff. eod.l. vt fideiussor. secus in tutore, qui contra contutores habet vtilem actionem: vt ff. de tu. & ra. dist. l.j. §. nunc tractemus. ¶ Et sic tutor triplex[a] habet auxiliū: beneficiū scilicet epistolæ. Item ceduntur actiones. Item habet vtilem, & sine cessione: vt d. §. nunc tractemus. & ff.de neg. gest. l. si ex facto. sed fideiussor habet tātum prima duo. ¶ Item not. quòd[b] fideiussor soluendo pro reo, non liberat reū ipso iure: vt ff. manda. l. Papinian. quia nec est propriè solutio sed preciū cedēdarum actionum: vt ff. de solu. l. Modestinus. & ff. eo. l. cum his. & de cens. l. cum pos. exceptio tamen cōpetit debitori: & quo ad hoc dicitur solutio: vt ff. de iudi. l. de quare. §. si. & ff. de peti. here. l. si quid possessor. §. sed & si. Sed licet sit inutilis actio creditori futura per exceptionem, tamē cessa, valet: sicut alias inanis actio vel obligatio aditione hereditatis cōfirmatur: vt ff. de sol. l. Stichum. §. aliquando.

f ¶ Fisco. s. creditori.

g ¶ Iuu pignoris. item personalis obligationis: vt eod. l. fideiussoribus. & ff. de solu. l. Stichū. §. pen.

Blanditus.] CASVS. Si Abassa In Latino stipulāti à te decem, in Græco respondisti, & intellexisti an sis obligat[o], quæritur? Et dicitur q sic, & si aliquis cōtra illud persuaserit, magis videtur blanditus, quàm verum dixisse. Intellige, quòd tantum fideiubeat pro aliquo apud me, & illa si ipse nō solueret, stipulatus sum à te. Accur.

h ¶ Dixisti. respondendo Græcè, vel alio verbo quàm fuerisi nterrogatus: vt & supra de contrahenda stipulatione. l. omnes. Mens[c] enim magis quàm verba spectatur: vt supra de fideicommiss. l. cum virum. Accur.

a Tutor contra cōtutores triplex habet auxilium.
b Fideiussor soluendo pro reo, ipsum nō liberat ipso iure.
* Sic reperi in vno manuscripto quomodo & Græcos legisse ait Cuia. li. 14 obs. c. 40. Alciatus l. Paregōn 5. ita legit dixisti. Alij alii ita ut & Sicam ...
* Si Abassa coram al Barsatoram,
c Mens magis quàm verba spectanda.

i ¶ Si Barsatoram. Duobus modis intelligi hæc lex. Primo quòd hic Lysanias promisit hunc latronē iudicio sisti, & sic quasi fideiussor fuit: non verè, cum nulli obligationi accessit. Vel ergo exhibebit, vel secundum consuetudinem vel motum iudicis punietur: vt ff. de custo. re. l. si quis reum. & infra ad Turpill. l. ij. Vel aliter, promisit se inuenturum latronem, & super hoc etiam fideiussorem dedit. Licèt ergo inuenerit, non tamen est liberatus, nisi[d] exhibeat: vt ff. de in ius vocand. l. cum pro quo. Nam verba cum effectu &c. vt ff. quod quisque iuris. l. j. §. hac autem verba. sicut & qui haustum aquæ promisit: nam & iter promisisse videtur: vt ff. de seruitu. rustico. prædio. l. iter. §. fina. ADDITIO. Aduertas quòd hanc legem notant doctores ad quæstionem, pone statutum dicit, si quis de nocte fuerit inuentus cum armis, punietur tali pœna. Visus est aliquis cum armis de nocte, an incideritin pœnam? & dicunt doctores communiter quòd non. sed requiritur quòd fuerit corporaliter apprehensus, per Listam ita vult Bartol. hic, & in l. prima in princip. ff. de acquirend. possessione & Cyn. in l. licet supra de acquirenda possessione, de qua quæstione videas latius per Angel. & Ioann. de Imol. in l. tertia. §. inde Neratius ff. de acquirend. possessione.

d Inuentus cum armis pœnam non incurrit, nisi fuerit apprehensus: vide Augustinum de maleficiis verbis, dictis Andreæ.

k ¶ Prætorio. scilicet Romæ.

Mandati.] CASVS. Mandaui tibi vt pro me fideiuberes, & fideiussisti, non solùm me, sed heredem meum habes obligatum mandati, si creditori solueris pignora quæ obligaui, ad te non transeunt, nisi[a] à creditore ius pignoris tibi fuerit cessum, & mandati actio, quibus secutis aduersus pignorum possessores vtilis hypotheca tibi competit, non autem directa datur.

a ¶ *Nomine fideiussoris.* id est ipsi fideiussori, vel eius hæredi. ¶ Et not.[b] fideiussori dari mandati, quandoque negotiorum gestorum: vt si pro absente fideiussit, *vt ff. manda. l. qui fideiussorem. & l. ex mandato.* quãdoque nulla[c], *vt ff. manda. l. si remunerandi. §. si passus.* Accur.

b ¶ *Competit.* ad sortem à fideiussore solutam, & vsuras, si sub vsuris accepit, vt solueret: licet ipse debitor sine vsura inuenisset, non tamen plus repetit quàm soluerit verè vel interpretatiuè: *vt ff. manda. l. inter causas. §. si is. & l. si verò non remunerandi. §. simili modo.*

c ¶ *Celebrata est.* cùm vel incontinenti facta est cessio, vel hoc acto etiam postea, aliàs nõ: *vt ff. de solut. l. Modestinus. & ff. eodem l. cùm is.* ¶ Et notatur quòd sola solutio non acquirit fideiussori hypothecariam vel personalem, quæ creditori dabatur[d], licet personalem mãdati sic: sed demùm facta cessione, vt hic dicit. ¶ Et differentiam[e] inter cedere & mandare dixi, *supra de actio. & oblig. l. j.* ¶ Item an sit eadem hæc vtilis, quæ directa primo creditori competens vel vnde nascatur hæc vtilis, dixi *supra de lega. l. ex legato.* ¶ Item qualiter ceditur vtilis, cùm nec vtilis nec directa remaneat apud creditorem facta sibi solutione? Respond. cedit ante solutionem, vel tunc. ¶ Sed quid si postea soluit, & hæc actio prius fuit cessa? Respõ. adhuc erat sibi vtilis, licet non pro se, tamen pro cedendo: & ita ad opus alterius: & quia non soluit fideiussor vt debitorem liberet, sed vt sibi actionem cedat: *vt ff. eod. l. cum is.* Accur.

d ¶ *Extraordinariam.* i. sine solennitate quæ olim desiderabatur: *vt instit. de interdict. §. fina. & supra de formulis.* 2 Vel dic extraordinariam, id est vtilem hypothecariam, directa verò ipsi numeranti daretur. Accur.

Sola solutio non acquirit fideiussori hypothecariam, vel personalem, nisi cedantur. Bald. Vel sic: Actio mandati competit fideiussori soluenti, non hypothecaria competens creditori, nisi cedatur: quæ cessa potest intentari contra possessores bonorum. Salyc.

XIIII. *Idem A. Salino.*

Mandati actio personalis est, quæ si nomine fideiussoris[a], vel aduersus debitorem, seu hæredes eius competit[b]: præses prouinciæ, quæ deberi compererit, reddi iubebit. Pignora etenim quæ reo stipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt, si facta nominis redemptione, solutio celebrata est[c], vobísque mandatæ sunt actiones. Quod si factum est, ea quoque vobis persequentibus aduersus [pignorum]* possessores extraordinariam[d] iurisdictionem idem vir clarissimus impertietur. PP. iij. Non. Iulij. Gordiano. A. & Auiola Consulibus.

Fideiussor soluens indebitum, agit condictione indebiti. Item si fiscus succedit reo debendi, & soluit, liberat fideiussores. Bald.

XV. *Idem A. Claudiano.*

Si indebitã pecuniam quasi ex causa fideiussionis obstrictus in cautionem per errorem[e] deduxisti, tam doli mali exceptione vti, quàm condicere vt obligatio tibi accepto feratur, potes. Non est autem dubium, fideiussorem rei promittendi, bonis ad fiscum deuolutis, si idem fiscus ob debitum restituendum fuerit[f] conuentus, & soluerit, liberari. PP. kal. Decemb. Gordiano. A. & Auiola Conss.

Actio per litis contestationem diuisa, integrari non potest. Bal. Vel sic: Electio non nocet creditori quominus aduersus alium confideiussorem habeat regressum, sed diuisio facta pro cuiuslibet rata sic. hoc dicit secundùm Gloss. Salyc.

XVI. *Idem A. Maximo.*

Liberum fuit antequam lis aduersus omnes fideiussores contestaretur: vnum eorum eligere creditori[g], si modò cæteros minus idoneos existimaret[h]. At nunc post litis contestationem, petitionẽ diuisam redintegrari, iuris ratio non patitur[i]. PP. ij. Idus Iun. Gordiano. A. ij. & Pompeiano Conss.

Omisso pignore potest conueniri fideiussor, nisi contrarium sit actum, h. d. hoc est correctum: quia consque potest ad bona debitoris sine controuersia haberi recursus, & non potest fideiussor inquietari, supra eod. authentic. præsente. Bal. Vel sic: Creditor qui accepit fideiussores & pignora, potest fideiussores eligere, nisi in subsidium pignorum sint accepti. Sal.

XVII. *Idem A. Brasida.*

Missis quoque pignoribus fideiussorem à creditoribus vtiliter conueniri[k], nisi in tantum quod ex his[l] refici non poterit, acceptus sit[m]: explorati iuris est. PP. vj. idus Mar. Attico & Prætextato Conss.

Creditor qui vẽdit rẽ obligatã minus iusto precio, totũ iustum sibi computare tenetur. Bal. Vel sic: Si creditor minori precio vendit fundũ debitoris, residuum iusti precij à fideiussore non iure petit. Salyc.

XVIII. *Imp. PHILIPPVS A. Smyrnæ.*

Si (vt proponis) fundum ob debitum obligatum non iusto precio vẽdidisti[n]: residuam quantitatem, quam ex precio eiusdẽ seruare potuisses, refundi tibi à fideiussore non iure [postulas].

Si indebitum.] CASVS. Habebam debitorem & fideiussorem, soluit mihi debitor fideiussore ignorante, post solutionẽ factam extorsi cautionem ab eo de pecunia reddenda, si soluit, repetet per condictionem indebiti: si non soluit, & agam, excipiet de dolo, & cautionem per condictionem sine causa, vt accepto feratur, condicet, & hoc in prima. Si bona debitoris sunt à fisco occupata, & creditor agat aduersus fiscum, & exigat: non est dubium quin liberetur fideiussor. Viuianus.

e ¶ *Per errorem.* Vt quia nec reus, nec ipse tenebatur, vel licet reus tenebatur, ipse tamen falso putabat se intercessisse, vel putabat in plus obligatum se, quàm esset. 2 Vel putabat se non munitum exceptione, cùm tamen ea sibi competeret. 3 Vel putabat debitorem non soluisse, cùm tamen soluisset, *& est ad hoc supra de non numer. pecun. l. si quasi. & de condi. indeb. l. cum ex solut. & supra de condi. ex leg. l. si non est.*

f ¶ *Fuerit conuentus.* à creditore. Accur.

Liberum.] CASVS. Creditor habet electionem conueniendi, vel primò fideiussorem, vel principalem, vel vtrumque, vel in solidum vnum qui sit soluendo, & si idoneum in solidum: an possit postea actionem in alium transferre, quæritur? Et dicitur quòd non: quia hanc potestatem habuit antequàm lis esset contestata.

g ¶ *Eligere creditori.* vt *ff. manda. l. si mandato Titij. §. Iulianus respondit.*

h ¶ *Existimare.* vt *ff. eo. l. inter eos. §. j. & iusti. eod. §. si plures.*

i ¶ *Iuris ratio non patitur.* opposita exceptione taciti pacti: *vt & ff. eodem l. omissi. §. primo & ff. de euiction. l. si per imprudentiam. §. fina. & supra de pactis. l. si creditores.* Sed contra *infra eodem l. reos. & l. fina.* Sed hic diuisit[a] ab vtroque partem petendo, ibi autem ab vno tantum petiit. Vel solue vt ibi. Item contra: *ff. de legatis primo. l. si ex toto. §. primo.* Solue vt *in dicta l. supra de pactis. si creditores.* ¶ Et nota secundùm Irn. quòd non in electione, sed diuisione sibi præiudicauit: *argum. ff. quod fal. tut. aucto. l. nouissime. §. fin.* Accursius.

a Actio per litis contestationem diuisa non redintegratur.

* Brasideo.

Missis.] CASVS. Electionẽ habet creditor in residuum debitum, quòd nõ potest redigi ex pignoris venditione, conuenire fideiussorem: quo casu primo aget hypothec. Viuianus.

* Saturæ.

k ¶ *Conueniri.* vt *& supra eodem l. creditori. & ff. eodem l. inter eos. §. creditor.*

l ¶ *Ex his.* s. pignoribus.

m ¶ *Acceptus sit.* vt *& ff. mand. l. qui mutuam. sic & ff. eod. l. si fideiussores. in princip.*

Si (vt proponis.) CASVS. Si creditor in centum habeat pignus quod valeat cẽtum, & fideiussor lege vel pacto distrahat pro l. an pro residuis l. quæ sibi debẽtur adhuc, habeat regressum aduersus fideiussorem, quæritur? Et dicitur quòd non. Accur.

n ¶ *Vendidisti.* & ita teneris debitori pignoratitia actione ad interesse: quod est puta decem: *vt supra si vend. pig. agat. l. j.* sicque in eo factus es debitor tui debitoris, vnde fideiussor potest cõpensationem obiicere, *vt ff. de compens. l. si quid à fideiussore.* cùm[b] exceptio reo competens, & fideiussori detur: *vt supra de excep. l. defensiones.* Accursius.

b Fideiussori datur exceptio quæ reo competit.

Si alienam.] CASVS. Si pro Titio fideiubere mandasti, vel te pro eo soluturũ constituisti, nõ compellitur creditor eũ primò

mò conuenire: sed electionem habet an velit te primo conuenire, vel eum, nisi ab initio aliter conuenisset. Accur.

a ¶ *Suscepisti.* non transferendo in te: sed ita quòd reus principalis remansit obligatus: quod fit constituendo, fideiubẽdo, ac mãdando: quia mandatum[a] in casu sequitur principalem obligationem: *vt ff. manda. l. si vero non remanserandi. §. si post creditum.*

a Mandatum certo casu sequitur principalem obligationem.

b ¶ *Vel fideiussorio.* diuidit quod in genere dixerat.

c ¶ *Quocunque alio.* putà constituendo: sed hodie corrigitur hæc lex per authentic. præsente. supra cod. positam. Accur.

SEntentia.] CASVS. Pone quòd omnia bona debitoris fuerunt confiscata: quomodo subueniẽdum erit creditori, quæritur? Et Respond. quòd habebit electionem an velit conuenire fiscum, vel heredem* debitoris, vel successorem aut fideiussorem.

* Sabiano.

d ¶ *Bonorum omnium.* scilicet debitoris.

e ¶ *Continente.* sicque fiscus vt heres tenetur: *vt j. eo. l. j.*

* Deest in omnibus.

f ¶ *Intercessores.* scilicet quosdam, cũ multi essent: sed hoc videtur falsum: *vt supra cod. l. non recte. in fine.* Sed dic quòd illud est ex beneficio epistolæ. Vel dic quòd dat hic electionem conueniendi fiscum vel fideiussores. quod & hodie[b] est immutatum: *vt supra eodem authentic. præsente.* Accur.

b Fideiussor fisci beneficiũ excussionis habet, vt notat Romanus singulari 617. Cremẽsis singulari. 43.

SIcut.] CASVS. Sicut electio datur creditori quem velit conuenire, scilicet fideiussorem aut principalem ita non compellit creditor fideiussorem ad solutionem nisi cedat actionem hypothec. id est ius quod aduersus debitorẽ habet. Viuianus.

g ¶ *Sicut eligendi.* contingit eundem eidem sæpius debere decem.

h ¶ *Creditor.* secus in patre fideiussore pro filio: *vt j. de decurio. l. q. lib. x.* Accur.

i ¶ *Vrgeri.* *vt & supra eodem l. ij. & l. mandati. in fin. & ff. de sol. l. Stichum. §. penultim.* & etiam post condemnationem: *vt ff. eod. l. si fideiussores. § idem respondit.*

SI vltra.] CASVS. Mandaui de quinque mutuandis, accepisti decem. Non nisi in quinque tenebor. vel dic aliter vt in glo.

k ¶ *Mandatorio.* mandaui de decem tibi mutuandis: & me redditurũ scripsisti quinque tantum accepisti. non teneor ex eo quod est mandatum, si vltra est numeratum. Et legitur planè tota, nisi in fine: quod ita verte, ex hoc quod mãdatum tuum est vltra numeratum, vel econtra pone: & finis legitur planè, & principium ita, si vltra hoc quod scripsisti te daturũ, accepit &c.

l ¶ *Daturum.* id est redditurum.

m ¶ *Numeratum est.* diligenter ergo &c. *vt ff. manda. l. diligenter. & l. rogatus. & instit. eodem §. is qui exequitur.* Accur.

poscis. PP. V. Kal. Aug. Peregrino & Æmiliano Coss.

Suscipiens obligationem pro alio, potest conueniri omisso reo principali, qui accepit pecuniam mutuo. Bald. Vel sic: Constitutor & fideiussor vel mandator non potest compellere creditorem vt prius exigat reum principalem, nisi aliter conuentum fuerit, hoc dicit. & est hæc lex correcta per authent. præsente, supra eo. Salyc.

XIX. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabino.*

SI alienam reo principaliter constituto obligationem suscepisti[a], vel fideiussorio[b], siue mandatorio, vel quocunque alio[c] nomine pro debitore intercessisti: non posse creditorem vrgeri, cum qui mutuam accepit pecuniam, [magis]* quàm te conuenire, scire debueras: cum si hoc in initio cõtractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. S. ij. kalend. Maij. AA. Conss.

Licet principalis sit confiscatus, potest conueniri fideiussor. Bald.

XX. Iidem AVGVST. & CC. Aureliano.

SEntentia bonorũ omnium[d] ademptionem continente[e], rei damnati principalis intercessores[f] eligendi creditori potestas non adimitur.

Conueniens fideiussorem, debet ei cedere iura pignorum & hypothecæ: nec potest fideiussorem ad soluendũ cogere nisi primo actionibus ei cessis. hoc dicit. Vel sic: Sicut subuenitur creditori vt eligere possit fideiussores: ita subuenitur fideiussori vt fiat pignorum cessio. Bald.

XXI. Iidem AVGVST. & CC. Iuliano.

SIcut eligendi[g] fideiussores creditor[h] habet potestatem, ita intercessorem postulantem cedi sibi hypothecæ siue pignoris obligata iure, non prius ad solutionem (nisi mandata super hac re fuerit persecutio) conuenit vrgeri[i]. S. xj. kalend. Nouẽb. AA. Conss.

Non potest teneri mandator vltra quàm principalis teneatur. Bald. Vel sic: Mandator non tenetur de numeratis vltra mandatum, nec etiam nisi de acceptis intra mandatum. Salyc.

XXII. Iidem AVGVST. & CAESARES Hermiano.

SI vltra hoc quod accepit ea pro qua te mandatorio[k] nomine intercessisse commemoras, daturum[l] te scripsisti: præses prouinciæ ex hoc quod vltra mandatum tuum numeratum est[m], à te nihil exigi patietur. S. xij. Kalend. Maij. CC. Cõs.

Electio creditori non nocet, siue in totum, siue pro parte fiat. Bald. Vel sic: Electio vnius de pluribus principaliter vel accessoriè obligatis, non præiudicat quo minus contra alios agat creditor: nec vt illis non existentibus soluendo, reuertatur ad primũ. hoc dicis visis glos. Vel sic: Vt hæc litera sonat: Siue eligatur principalis, siue accessorius, non prohibetur creditor ad alium eorum accedere, nec ad electum reuerti. hoc dicit, & iste casus videtur mihi magis applaudere literæ. Etiam multa contraria cessabunt. Salyc.

XXIII. Iidem AA. & CC. Antipatro.

REos principales[n], vel mandatores simpliciter acceptos eligere[o], vel pro parte cõuenire, vel satis non faciente[p] contra quem egeras primo[q]: post [illum]* ad alium[r] reuerti[s] (cum nullus de his* electione liberetur) licet[t]. S. Non. Decemb. Nicomediæ. CC. Conss.

Fideiussoris allegatio trãsit ad heredem: sed si fideiussor debitori succedit, obligatio fideiussoris confunditur, & non potest amodo vt fideiussor, sed vt principalis conueniri. Bald.

XXIIII. Iidem AA. & CC. Pergamio.

FIdeiussoris quidem heres exẽplo rei principalis tenetur[u]. Sed si idem[x] verisque[y] succedat, intercessionis obligatione finita[z], velut principalis tantum debitoris heres conueniri potest. S. vj. Kalend. Ianuar. CC. Conss.

Fideiussor interuallo longi temporis non liberatur ab eo quod restat soluendum. hoc dicit. Vel sic: Si pignora distracta sint vsucapta, fideiussor non prohibetur conueniri. Salycet.

REos.[a]] CASVS. Creditor habet electionem quem velit conuenire, an princi. an fideiussores: omnes an vnum in solidum, vel omnes pro parte. si tamen vnum conuenerit, neque exegerit, quia idoneus non est: nihilominus ad alium habebit regressum: cũ electione nullus eorum liberetur.

a Adde Alciat. lib. 1. Parado. cap. 9. cum 4 seq.

n ¶ *Reos principales.* scilicet debendi.

o ¶ *Eligere.* in solidum.

p ¶ *Non faciente.* propter inopiam.

q ¶ *Egeras primo.* scilicet in solidum.

r ¶ *Ad alium.* scilicet primum.

s ¶ *Reuerti.* aliis nihil habentibus.

t ¶ *Licet.* *vt ff. de legatis primo. l. si ex toto. & argumen. ff. de separatio. l. debitor. & ff. de pecu. l. & ancillarum. §. illud. & l. quoties. §. si creditor. & infra eod. l. fina.* Sed cõtra supra de pactis. *l. si creditores.* Sol. vt ibi. Item contra *supra eodem l. liberum.* Solu. ibi post litem contestatam: ipsa lite pendente ante sententiam non potest* redintegrare petitionem diuisam: sed post sententiam sic, si conuentus non potest satisfacere: *vt hic.* Vel ibi egit pro parte contra omnes animo diuidendi: hic autem contra vnum, & in solidum. Vel hic fuit deceptus conueniendo eum de cuius facultatibus amplius sperabat, quàm in his esset: ibi non errauit. *argum. instit. quibus mo. non licet §. in fraudem.* Accur.

* deest.
* Hæc verba desunt reste ad eos qui in solidũ fuerunt cõuenti. Hoc enim significat electionis verbũ *l. pupillus. D. de admonis.tu.* alioqui enim sola partis petitio diuidit actionem. I. Mercat supra c.

u FIdeiussoris.] *Tenetur. vt instit. eodem. §. ij.* Accur.

x ¶ *Si idem.* contingit eundem idem sæpius debere. Accur.

y ¶ *Vtrisque.* s. fideiussori & reo.

z ¶ *Finita.* ne sit idẽ pro se obligatus, & ne duplex[b] ciuilis sit in eodẽ, altera principalis[c], & altera accessoria: *vt ff. solu. l. heres. §. ij. & plene dixi de hoc supra de pact. l. debitori. & facit ff. de separa. l. debitor. in princip.* Accur.

b In vno & eodẽ duplex ciuilis obligatio esse non potest.
c Obligatio alia principalis, alia accessoria.

PIgnoribus.] CASVS. Creditor si vendat pignus lege vel pacto, nec solidum consequatur: non obstante quòd pignus fuerat

vsucapum, si tamen erat res mobilis: vel præscriptum, si immobilis: conueniet fideiussorem in residuum debiti.

a ¶ *Distractis.* à creditore, & explana. v. l. d. c. à debitore creditore ignorante: aliàs teneretur creditor interpellare vsucapionem. *vt argum. ff. de fun. do. l. si fundus. & ff. de nego. gest. l. at qui. §. cum me.* Accur.

Sancimus.] CASVS. Promisi aliquem sistere in iudicio, qui deliquit: & si non sisterem, promisi centum nomine pœnæ, quando committatur stipulatio pœnalis, distingue: aut fuit adiectum tempus sex mensium, aut maius, intra quod debui reum repræsentare. Primo casu, si intra sex menses non venerit, incido in pœnam: sed statim peti nō poterit, sed dabitur mihi spacium adhuc sex mensium, intra quod si reum repræsentauero, liberor à pœna: quo elapso nec reo veniente soluam pœnam. Si verò post spacium sex mensium ab initio cōstitutum vellem reum defendere, possem: nisi esset adiectum pactum de reo non defendendo, vt si inciperem eum defendere, oporteret, vt perseuerarē vsque in finem, nec pendente lite reum repræsentabo, essem à pœna liberatus. post secundum autē tempus mihi concessum omnino non à pœna essem liberatus, quod dictum est, locum habet in fideiussore, & eius herede.

b ¶ *Sancimus.* loquitur hæc lex quando fideiussio fuit facta in scriptis: inferior lex, scilicet, si fideiussor, quando non interuenit scriptura. 2 Vel hæc loquitur quando quis principaliter promisit se exhibiturum alium, sequens quando ipse reus, & alium fideiussorem dedit. 3 Vel secundùm Io. vtraque lex loquitur quando quis promisit aliquem iudicio sisti. In quo ergo differunt? Potest dici quòd hæc in criminali, illa in ciuili. 4 Vel verius hic appositum est certum tempus ibi nō. Præterea hic fuit certa pœna apposita: ibi nō.

c ¶ *Tradat.* id est exhibeat, & hoc tempus arbitrio partium vel iudicis statuitur: *vt ff. qui satisdare cogan. l. de die.* Accur.

XXV. *Iidem AA. & CC Philippo.*

PIgnoribus datis à reo principali distractis a, nec post longi temporis interuallum residuum à fideiussore creditor petere prohibetur. S. vj. Kalend. Ianuar. CC. Conss.

Qui promittit aliquem iudicio sisti, apposito termino cū pœna, potest purgare moram sistendo, vel reum principalem defendēdo vsque ad tempus semestre; nisi contrarium actum sit & si reus principalis decedit intra primum terminum, fideiussor liberatur, & non incidit in pœnam. sed si reus principalis decedit intra secundū terminum statutum ad purgandam moram, fideiussor non liberatur à pœna: immo exigitur cū effectu, & ius purgandi moram, quod competiit fideiussori, transmittitur ad heredem fideiussoris. Vel breuius: In iudicio stipulatio pœnalis habens diem, pœna committitur, & purgatur: quod locum habet in præparatoriis, non in decisoriis. Bald.

XXVI. IVSTINIANVS A. *Iuliano præfecto prætorio.*

SAncimus b, si quis pro alio spoponderit, quatenus eum intra certum tempus tradat c, vel certam quantitatem pecuniarū pro eo inferat d, & tēpore statutō iā effluente non poterit eū repræsentare, non statim pecunias pro eo stipulatas inferre, sed cōpetere e quidē post tēporis lapsum omnimodo pœnalē actionē: non autem statim summam pro qua fideiussor admissus est, profligari f. Sed si quidē vsque ad sex mensium spacium tempus statutum sit, aliud tantū ei indulgeri [sancimus,] * intra quod si possit g personam exhibere, & eam tradere, pœna sit liberatus. Sin autem amplius quàm sex mensium tempus ab initio constitutum est h: tunc quantacunque temporis curricula data sunt, tamen post lapsum eorum semestres tantùm habere eū inducias intra quas sit ei licentia personam & non

d ¶ *Pro eo inferat.* nomine pœnæ.

e ¶ *Sed competere.* non tamen efficaciter.

f ¶ *Profligari.* id est exigi. Sed contra: *supra de contrahenda & committenda stipulatione. l. magnam & ff. de actionibus & obligationibus. l. traiectitiæ.* Solu. speciale in iudiciis. Sic & aliud *supra de iudi. l. properandum in fine, & supra si tutor vel curator. l. etiam.* Item aliud. Nam a minor obligatur aliàs: *vt supra de in integ. restitutio. mino. l. si curatorem.* in iudicio non: *vt ff. de re iudicata. l. a. §. contra.* Sic etiam in arbitris est speciale, nisi dies ab arbitro sit statuta: *vt ff. de arbi. l. si cum dies. § fina. & l. sequen. & Celsus.* Accur.

Minor an possit & extra iudiciū & in iudicio obligari.

g ¶ *Possit.* commodè. secus si casu fortuito fuit impeditus: quia tunc non tenetur ad pœnam: *infra eadem. §. sin autem & secundum & facit supra eodem. authent. præsente.*

pecunias i reddere k. Sin autem & secunda adiectio temporis excedat: tunc omnimodo pœnam pecuniariam persoluat. Sed si quidem post statutum ab initio tempus completum maluerit reum pro quo conuenitur, defendere: licere ei hoc facere l, nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit, si forsitan sine defensione m facienda pro eo fideiussit. Sed si defensionem subierit, eam vsque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio personam tradere, & pecuniarum dationem effugere. Sin autem & secundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur nec ad defensionis venire præsidium, sed omnimodo pœnam conferat *, nisi intra n primum tempus quod statutum est, reus principalis ab hac luce fuerit † subtractus o: tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberum eum custodiri oportet. Quòd si secundo tempore instante mortuus fuerit, nihilo minus pœna iam cōmissa p à fideiussore exigatur: omnibus quæ in fideiussores, quando tali pœnæ fuerint illigati, statuimus, & in heredes pro vtilitate q eorum obtinentibus. Dat. vj. Kalen. April. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.

h ¶ *Constitutum est.* quid si minus? Respon. id solum duplicari: *vt supra proxim.* innuere videtur.

i ¶ *Et non pecunias.* id est pœnam, quæ tamen soluta non potest repeti: *vt ff. de condict. indeb. l. pœnæ.* ¶ Sed videtur non tam magnum tempus dari debere, sed paucos dies: *vt ff. si quis cautionibus. l. & si post tres quæ est contra.* Solu. hæc corrigit. vel hæc in fideiussore dicit: illa in principali.

k ¶ *Reddere.* propriè & impropriè. ¶ Et not. verbum b semel positum &c. *vt ff. si certum petatur. l. certi condictio. in principio.* Accur. Florentinus.

b Verbum vnum & idem diuerso sensu accipi potest: propriè & impropriè.

* Sic in omnibus quidam perperam habent inferat:

† Difficultas excusat à pœna. *de quo per Bart. & doct. l. continuus. §. illud ff. de verb. oblig.* al. abstractus.

l ¶ *Hoc facere.* dum sex menses secundi tituli durant: quibus elapsis statim videtur exigi pœna: vt hic dicit: sed & tunc dantur pauci dies, intra quos potest mora purgari secundùm Azo. *vt ff. si quis cau. l. & si post tres.* vel ibi fuit certum tempus: hic non. Accur.

m ¶ *Defensione.* id est sic dixit, soluam pœnam si non exhibeam, nec volo posse eum defendere.

n ¶ *Nisi intra.* quæ dicta sunt de pœna, vera sunt: nisi &c.

o ¶ *Subtractus.* vt & *argumen. ff. ad Turpill. l. in senatusc. §. si propter mortem. & §. sequen. & ff. de confli. pec. l. qui autem. §. sed & si quis. & ff. qui satisdare cogan. l. si decesserit. & ff quod vi aut clam. l. si alius. § est autem.* sed argumen. contra. *ff. de fur. l. inter omnes. in principio.*

p ¶ *Commissa.* cum effectu. Accur.

q ¶ *Pro vtilitate.* scilicet hominum.

Fideiussor de iudicio sisti, si non est inde confecta scriptura fideiussionis, licèt postea appareat confessio in scriptis, non tenetur. nisi intra duos mēses lis initietur: & hoc est in causa priuata, sed in causa publica perpetuo tenetur. Bald. Vel sic: Promittens alium exhibere vel sistere in iudicio sine scriptis, liberatur per lapsum duorum mensium quibus actor negligēs fuit. Et in causa publica promissio intelligitur in dubio facta in scriptis, secus in causa priuata. Salyc.

XXVII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

SI fideiussor r nullam quidem

SI fideiussor.] CASVS. In ciuili causa promisi aliquem exhibere in iudicio. fideiul. dedi pro eo quòd staret, aut fideiussio facta est in scriptis, aut non. Primo casu in perpetuum teneor: secundo casu, elapsis duobus mēsibus liberor. Si verò corā tabellariis promisi, an promisi in scriptis distinguitur, aut erat publica persona quæ conuenitur, aut priuata. Primo casu in perpetuum teneor, perinde ac si scriptura interuenisset. Secundo casu, non nisi ad duos menses.

Promisso a iudicio sisti perpetuo obligatus esse debet, si scripto promiserit: sin minus intra duos menses.

r ¶ *Si fideiussor.* qui c reū exhibere promisit iudicio sisti, qui vtiq; non

non debet perpetuò teneri, & esse in suspenso: sed si quidem promisit sine scriptis, elapsis duobus mensibus liberatur, siue in causa publica, siue priuata: nisi in causa publica coram tabulariis hoc confessus est: tunc enim perpetuò tenetur, sicut & si scriptura interuenisset. Accur.

a ¶ *Cautionem.* in scriptis.

b ¶ *Confessus est.* scilicet se fideiussisse. quae confessio pro cautione habita in scriptis putabatur valere propter tabellionum praesentiam. Et not. hic argu. quòd si quis deprehenditur cum aliqua, & iurat se eam vitiasse: pro[a] veritate accipitur: *sic s. de arbit. & in arbitru. §. j. & q. & tij. & ff. de dona. l. ex hac scriptura.*

c ¶ *Fideiussione.* nam tunc elapsis duobus mensibus liberatur. Accursius.

d ¶ *Liberari.* hoc ideo, quia qui agit, promittit se litem contestaturum intra duos menses: vt s. de lit. contesta. authen. libellum. secundùm Azo. & Ho. quod non placet cum tempore huius legis illa autheati. non esset. Sed illa potest esse ratio, quia non[c] debet esse diu in suspenso promissor: *vt ff. de diuer. tempor. praescript. l. si ser*uus. nec[d] alterius negligentia debet esse damnosa. & ratio authenticae ex hac leg. colligitur non haec ex illa. Obtinet autem hoc nisi fideiusserit in scriptis, vel in publica causa in praesentia tabulariorū. tunc enim perpetuo tenetur, vel saltem vsque ad triennium, quod durat instantia iudicij. *vt supra de iudi. l. properandum. §. j.* Item lex superior videtur contra: quia vltra tenetur. sed ibi in scriptis, hic sine scriptis. Vel aliter differt, vt in eius princip. not. Vel ibi certum tempus appositum fuit in fideiubendo: hic non. & haec est bona.

e ¶ *Pro scriptura.* & sic perpetuo tenetur: vel intra triennium, & dixi nisi ante causa sit finita quia extunc non tenetur: *vt ff. de fideiussoribus. leg. Grae. §. & post litem.*

a quinimò vobis deprehensum in talibus contrariis & admittitur ... [marginal notes]

c Promissor diu in suspenso esse non debet.

d Negligentia alterius damnosa cuiquam esse nō debet. [a] deest in omnibus ...

cautionem[a] faciat, ostēdens se fideiussorem extitisse, praesētibus autē tabulariis hoc confessus est[b], quòd in fide sua eum suscepit: dubitabatur à Palaestina aduocatione, verùmne post duos menses liberetur, quasi sine scriptis fideiussione[c] facta secundū generalia edicta sublimissimae praetorianae sedis: an, vtpote scriptura interueniēte, teneatur. Et diuisio alia introducebatur, si idē iuris esse debeat tā in publicis causis quàm in priuatis. Sancimus itaque, nisi confessio literis exposita fuerit à fideiussorib⁹ ex repraesentatione personarū, licèt attestatio super hoc pcesserit, * attamē adhuc sine scriptis esse fideiussionē, videlicet in causis priuatis existimari: & duobus mēsibus effluentibus, ab huiusmodi nexu fideiussores liberari[d]: nisi in tempus certum data est fideiussio. Tunc enim in tantū eam extēdi in quantum etiā attestatio fuerit expressa. Sinautem in publica causa[necessitas* interueniat] tūc omnimodo attestationem p scriptura[e] haberi. Multis etenim preuilegiis propter publicas necessitates publico iuri praestitis, non ab re est & nos huiusmodi praerogatiuam ei condonare Dat. XII. Kalen. Mart. Constantinopol. post cōsulatum Lampadij, & Orestis VV. CC.

Contestatio facta contra alterum principaliter vel accessoriè obligatum, non liberat alterum. Et illud quod quotidie cōsueuit apponi in instrumentis, debet haberi pro apposito. Bal. Vel sic, Electo vno de fideiussoribus vel mādatoribus, nō liberatur alter: nec reus principalis similiter nec electo vno de reis principalibus, liberatur alius correus, nec fideiussores vel pignora: & quod pōt fieri per pactū pōt fieri per legē. Sal.

XXVIII. *Idem A. Ioanni praefecto praetorio.*

Generaliter sancimus, quēadmodū in mādatoribus statutum est[f], vt contestatione contra vnum ex his facta, alter non liberetur ita & in fideiussoribus obseruari. Inuenimus † etenim & in fideiussorū cautionibus plerūque ex pacto huiusmodi causae esse prospectum[g]: & ideo generali lege sancimus, nullo modo electione[h] vnius ex fideiussoribus vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsum reum fideiussoribus, vel vno ex his electo liberationem mereri, nisi satis fiat * creditori: sed manere ius integrū, donec in solidū ei pecuniae persoluātur, vel alio modo satis ei fiat. Idēmque in duobus reis promittendi constituimus[i], ex vnius rei electione praeiudiciū creditori aduersus aliū fieri nō concedentes[k]: sed remanere & ipsi creditori actiones integras, & personales & hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim[l] pactis conuentis hoc fieri conceditur, & in vsu quotidiano sēper hoc versari aspicimus: quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, vt nec simplicitas[m] suscipientium cōtractus ex quacūque causa possit ius creditoris mutilare? Dat. XV. Kalēd. Nouemb. Constantinopoli post cōsulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

Generaliter.] CASVS. Sicut creditor habet electionem an velit conuenire reum, vel fideiussorē: ita creditor qui habet duos vel plures fideiussores, potest vnum ex fideiussoribus conuenire in solidum: & eo conuento non propter hoc erūt liberati alij, vel principalis, nisi in solidum satisfaciat cōuentus, de hoc dicit Imperator quòd iussit legem generalem facere qua hoc cauetur: quia si contrahentes hoc agere possunt inter se, vt conuento vno non propter hoc alius liberetur: multo magis potest per legem statui & definiri, ne tabellionum simplicitas praeiudicet creditoribus. Viuianus.

f ¶ *Statutum est. vt & s. eo l. rear.* Accurs.

g ¶ *Prospectum.* vt vnus alterius conuentione non liberetur.

h ¶ *Electione.* not. per electionem: sed si diuisit petitione per partes, sic: *vt s. e. l. liberam.* Accurs.

i ¶ *Constituimus. vt & ff. mand. l. si mandato Titij. §. Paulus respondit.* Acc.

k ¶ *Non concedentes.* Immo videtur contra: *vt ff. de duobus reis l. ij. quae est contra.* Solu. ibi petiit animo nouandi: vel ibi petiit, & habuit. Accursius.

l ¶ *Si enim.* No.[a] *sic in*... *fiste. de lege Fu. Ca. toll. & ff. de pactis l. pactum. §. j. & s. de rei vxo. act. l. j. §. j.* Accursius.

m ¶ *Simplicitas.* Nota argu. per tabellionis[b] simplicitatem non fieri praeiudicium contrahentibus.

f hinc colligitur ... mus valere argumentum à pacto ad legē, statutum, vel consuetudinē, de quo dixi ad ... decur. lib. 10. ... & Euerard. in loco à cōmuniter accidentib. nu. 4. hinc etiā colligunt Notarij semper intelligi rogatā vt apponat clausulas in similibus contractibus apponi solitas etiam si hoc non fuerit dictū. ... eundem Euerardum ... s. ibidem quoque ... quod si de originali forma concessionis in emphyteusi non appareret, concessio facta per ecclesiam praesumitur facta in sot... tiam generationem, quia ita fieri consueuit.

DE NOVATIONIBUS & delegationibus.

Quia[c] supradictae obligationes nouantur & delegantur: ideo de hoc dicit. Vel sic: diximus de obligationibus quae nascuntur ex stipulationibus. Sed quia ab obligationes sic soluuntur per stipulationes, sicut & contrahuntur: ideo ponit de nouationibus & delegationibus. Acc.

TITVLVS XLII. DE NOVATIONIBVS & delegationibus.

Delegatio inuito debitore fieri nō pōt: sed iurium cessio pōt fieri eo inuito Bald. Vel sic: Delegatio debitoris non pōt fieri nisi eo consentiente: vēditio vero nominis sic. Bar. & Sal.

I *Imp.* ALEXANDER A. *Timotheo.*

Delegatio debiti, nisi consentiente[n] & stipulanti promittente[o] debitore, iure, fieri non potest. Nominis* autem venditio & ignorante vel inuito eo aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet[p]. PP. V.

Delegatio.] CASVS. Debebas mihi decem. & ego Titio decē. te inuitum Titio non possum delegare: sed ius quod habeo aduersus eum, te inuito & ignorante vendere possum, vel dare, non delegare in solutum: quia in delegatione necesse est vt creditor stipuletur, & debitor promittat: in qua stipulatione necessarius est consensus: in venditione non est necessaria debitoris responsio. Viuianus.

a satisfactum fiat.

b Notarij simplicitas non nocet contrahentibus.

n ¶ *Consentiente.* nunquid tenetur consentire? Videtur distinguendum vt in marito. *ff. sol. matrimo. l. ij. in princip. quae est contra.* maximè quia malitiis &c. *vt ff. de rei vindica. l. in fundo.* Sed dic speciale ibi in dote sicut & alia multa sunt in ea specialia. hic ergo non potest cogi ad consentiendum: *vt infra eadem l. nec creditori.* Accursius.

o ¶ *Promittente.* hoc quando fit per stipulationem. fit[d] etiam & per lit. contesta. *vt ff. eo. l. delegare. j. §. fina.* Accursius.

p ¶ *Solet. vt & supra de heredi. vend. leg. nominis. & ff. de here. vend. l. nomen.* Item donati:[e] *vt infra de dona. l. ij.* Item obligari: *vt supra quae res pignor. obligari possunt. leg. nomen.* Sed contra debitor creditorem ad recipiendum cogere non potest: *vt infra*

c haec cōnsistit tionis pars semel recitata ... nomine. l. de verbor. aff. vend.

d Delegatio duobus modis fit.

e Nomen vēdi, donari & obligari pōt ignorante & inuito debitore.

teresse, scilicet quanti sua interesset Iuliano reddi? an Iulianus agere possit præmortuo nepote, quæritur? Et dicitur quòd nō, quia sibi non fuit quæsita obligatio, quia alteri, &c. quia adscripserat: sed aget pater ad interesse, scilicet quanti sua interesset dotē fuisse Iuliano redditam.

certificanda per sententiam. Bart.

III. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. & CC. *Isidoro.**

VT inter absentes[f] verborum obligatio contrahi non potest[g], ita alteri cuius iuri subiectus non est, aliquid dari vel restitui (nisi sua intersit[h]) nemo stipulari potest. Cùm igitur defuncta in matrimonio filia tua, superstitis filij nomine partem dimidiam dotis à marito detineri, alteram verò partem nepoti tuo[i], vel si is in rebus humanis non esset, Iuliano restitui per pactum conuenisse proponas: præuentóque morte nepote, etiam stipulationem ad Iulianum factam, ob absentiam[k] eius non valuisse significes: ac propterea ex persona ac stipulatione tua qua restitui cuncta iuxta pactorum tenorem prouideras[l], reddi tibi desideres: super stipulatu tuo[m] adi præsidem prouinciæ, vt examinatis partium allegationibus, quanti constiterit interesse tua iuxta placiti fidem dotis portionem Iuliano fuisse restitutam, ob incertæ actionis effectum concludat condemnationem taxatæ quantitatis[n]. PP. Id. Decemb. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

Non valet instrumentum contra bonos mores factum, vt cùm quis se obligat ad aliquem hæredem instituendum. Vel sic: Pactum factum de futura successione, est nullum. Baldus & Salyc.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Domina.*

EX eo instrumēto nullā vos habere actionē, in quo cōtra bonos mores† de successione[o] futura interposita fuit stipulatio manifestum est: cùm om-

f ¶ *Vt inter absentes.* vt *instit. de inutil. stipul.* §. *item verborū.* & *ff. de verbo. oblig. l. j. in princi.* Sed contra. *ff. de donat. inter virum & vxorem. l. ea quæ.* Sed ibi inter præsentes fuit.

g ¶ *Non potest.* vt & *ff. de verbo. obliga. l. stipulatio ista.* §. *alteri.* & *instit. eod.* §. *alteri.* & *infra de don. l. cùm.* & *supra per quas person. no. acq. l. j.* & non est absurda hæc parificatio: quia vtrūque impedimētum interuenit in casu istius l. & ideò bona est comparatio.

h ¶ *Sua intersit.* potest sic esse quòd debeat centum Titio, & tantumdem eidem dari stipuletur, & refert quomodo dicat: quia si sic dicat, promittis tu Seio dare cētum quæ ei debeo? vel simpliciter, an promittis Seio dare centum? prima valet, secunda non.

i ¶ *Nepoti tuo.* ex ea nato, vel melius ex filio nato: vt & *s. de pact. conuen. l. pater.* & *l. pactū.* Et dic quòd fuisti stipulatus nepoti in potestate cōstituto, vel Iuliano: vnde in persona nepotis consistit stipulatio, in persona Iuliani non. Sed potuit ei solui tanquam adiecto, ergo ex eo quod fuit soluendū nepoti, agis condictione certi, ex eo quod Iuliano, ad interesse: vt *ff. de verbo. obliga. l. liber homo. ij.* §. *fina. secundùm Hu.* Vel sec. Azo. dic quòd fuit stipulatus vtriq; principaliter & in nepote fuit vtilis: sed per mortem facta est inutilis, in Iuliano ab initio fuit inutilis: interposuisti tamen post illas aliam vtilem, sic: si Iuliano nō dederis, promittis quāti mea interest te daturum? & de hac stipulatione dicit hîc. Accursius.

k ¶ *Absentiam.* nedum quia erat alius: sed si eo præsente stipularetur ei, valeret stipulatio, quia ipse stipulationem fecisse videretur: vt *ff. de verb. oblig. l. si procuratori.*

l ¶ *Prouideras.* stipulando nepoti aut Iuliano dari. Vel dic stipulando post primas inutiles omne tuum interesse.

m ¶ *Tuo.* facto Iuliano secundum primum.

n ¶ *Quantitatis.* i. certæ, licèt petatur incertum, i. interesse: vt *instit. de act.* §. *curare.*

Isidoro.

† *Contra Gl. i. ca. 1 extr. de pact.*

EX eo.] CASVS. Promisisti per stipulationem quòd faceres me hæredem, & inde confectum fuit instrumentum: inutilis est stipulatio, & cōtra bonos mores, putà de successione futura & ideò ex ea agi non potest. Viu.

o ¶ *De successione.* quod est vel cùm paciscor vt succedam: vel vt non succedam, vel certo modo succedam, vt *s. de pact. l. pactis quod dotali.*

dotali. & l. litis. & fin. de colla. l. pactum, & de inoffic. testamen. l. si quando. § illud. Sed contra. *ff. de action. empti. l. si quis seruum.* Sed ibi ratione praecedentis contractus, scilicet venditionis serui venditor cauet emptori de hereditate liberti restituenda. sed & aliter ibi solui.

[Om]nia quae contra [a] bonos mores vel in pactum [*] vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint. P P. iij. Kalend. Maij AA. Conss.

Dolus vel metus non reddit contractum ipso iure nullum, sed annullādum. Bald. Vel sic: Stipulatio facta dolo vel metu, rescinditur. Salyc.

v. *Iidem AA. & CC. Aquilina.*

DOlo vel metu [b] adhibito, actio quidem nascitur [c], si subdita stipulatio sit: per doli mali tamen vel metus exceptionem summoueri petitio debet. S. xiij. kalend. Octobr. AA. Conss.

Non potest quis alteri stipulari falsò in posito in eius potestate. Salycet. Vel sic: Stipulatio inter se & extraneum valet duntaxat pro parte sua, hoc dicit. Vel sic: Vbi inutilis est stipulatio, & vtilis numeratio agitur ex numeratione. & hoc in toto & in parte verum est. h. d. secundum But.

vi. *Iidem AA. & CC. Septimio.*

SI auia vestra sibi & [*] Eustolio, quam mutuam dederat pecuniam, dari fuerit stipulata: nihil ei cuius subiecta iuri non fuerit, quaerere potuit [d]. Sanè si ipse quod ei solui placuerat, in stipulationem suo nomine deduxerit, obligationem in eius etiam personam cōstitisse non ambigitur. S. V. kalend. Octobr. CC. Conss.

* Pactio vel in stipulatione.

a ¶ *Omnia quae contra. vt supra de condictio. ob turpem causam. l. j. & l. mercalem. & ff. de verbor. oblig. l. generaliter. & l. veluti. & l. si plagy.* etiam si poena sit promissa: *vt ff. de fideiussoribus. l. si a reo. § fina. & de verbor. obligat. l. stipulatio hoc modo.*

DOlo.] CASVS. Si dolo vel metu induxisti me ad promittendum aliquid: tenet quidem stipulatio, & ex ea agere poteris: sed obstabit tibi doli vel metus exceptio.

b ¶ *Dolo vel metu.* etiā legali: *vt ff. de constituta pecunia. l. illud. § si iureiurando.* licèt ibi non habeat locum exceptio. Accursius Florentinus.

a Stipulatio actionis semper stricti iuris.

c ¶ *Nascitur.* quia [a] stricti iuris est stipulatio: *vt hic. & ff. quod metus causa l. metum autem praesentem. § sed quod praetor. & ff. de verborum obligationibus. l. si quis cum aliter.* nisi in promissione dotis: *vt ff. quod metus causa. l. si mulier. § si dos.* at in bonae fidei ipso iure non valet, etiam si fiat per metum: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. in princip. secundum H.* Vel refert inter [b] dolum apertum, vt ibi: & velatum, vt hic, & etiam in contractu bonae fidei: *vt supra de rescind. vendi. l. j. & quod metus causa. l. fin.* Accur.

* Aliàs vestra Septimio & Eustolio &c.

b Dolus apertus & velatus.

SI auia.] CASVS. Mutuaui tibi decē, & ea stipulat[us] sum mihi Titio extraneo reddi. Dicitur quòd solui sibi extraneo non potest: sed tātum sibi numeranti. Et sic habes quòd extraneo non acquiritur actio ex stipulatu, sed remanet penes numerantem. sed qui sibi & alij stipulatur, valet tantum pro parte dimidia, & sic est differentia cum numeratio praecedit stipulationem, vel non praecedit.

d ¶ *Potuit, vt & supra eod. l. vt inter. & de pact. con. l. pactum.* & ita ex numeratione actio remansit: *vt ff. si cer. pete. l. certi condictio. § quoniam. & supra de contrahenda & committenda stipulatione l. iij.* Porrò cum quis simpliciter stipulatur sibi & alij decem, nulla praecedēte numeratione quinque sibi debentur, alij nihil: *vt ff. de verborū obligation. l. si mihi & Titio decem. & l. cum quis. & inst. de inutil. stipula. § quòd si quis sibi.* secus [c] in contractus bonae fidei, vt in emptione, quae si sic fiat, fundus ille sit emptus mih[i] & Titio persona Titij pro superuacua habetur: & totius fundi portio ad me pertinet: *vt ff. de contrahen. empt. l. [illegible].* Et est ratio: quia bonae fidei est contractus. Vel dic vt ibi.

c [illegible] locum non habet in contractibus stricti iuris secus in contractib. bonae fidei.

TITVLVS XL.

DE DVOBVS REIS stipulandi, & promittendi.

DE DVOBVS REIS STIPVlandi, & promittendi.

Quia quandoque plures accedunt rei vel stipulandi [d], vel debendi: ideo de hoc dicit. & à reatu dicitur: & dicuntur rei debendi, qui debent, stipulandi qui stipulantur: vt ff. eo. l. j. Accur.

d Rei debendi, & Rei stipulandi.

Codex.

i. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. *Pauline.*

SI duo pluresve rei cuiusdam traditione cōuentionem in solidum inierint: cuicumque eorum, quandiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit, actio in solidum competit. P P. iiij. Non. Decemb. Maximo. ij. & Aquilino Conss.

Duobus in solidum constituentibus obligationem: creditor potest alterum in solidum conuenire, & soluenti datur regressio contra correum. Bald.

ii. *Iidem AA. Drogeni.*

CReditor prohiberi nō potest exigere debitum, cum sint duo rei promittendi eiusdem pecuniae, à quo velit [e]. Et ideo si probaueris te conuentum [f] in solidum exoluisse, rector prouinciae iuuare [g] te aduersus eum cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur. S. V. kalend. Mart. Diocletiano. iij. & Maximiano. AA. Conss.

IN AVTHENT. DE duobus reis in principio. & § sequen. coll. vij. constitu. ix.

Duo rei tunc tenentur in solidum, cum actum est vt quilibet eorum possit in solidum conueniri vbi casu alter est inops: aut talis, qui de facili exigi non potest. hoc dicit. Vel sic: Duo rei constituuntur, si agatur vt quilibet in solidum teneatur: quo non acto, quilibet pro parte tenetur, & eo acto, ita demum ab vno in solidum fit exactio, si alter sit absens, vel non soluendo. Salyc.

CReditor.] CASVS. Si creditor habeat duos reos promittendi, scilicet qui sibi promittant eandem pecuniam: electionem habet quem eorum velit conuenire, & in solidum: & si cōtra vnum egerit in solidum, habet ille regressum contra eum pro parte sua: sed non aperit qua actione. Tu dic mandati secundùm M. secundùm Ioannem pro socio, si erant socij: vel māda. si hoc actum erat, vt si vnus pro altero fideiuberet. si nec erant socij, nec hoc actum erat, actione negotiorum gestorum.

e ¶ *A quo velit.* pro solido vel pro parte: *vt hic. & ff. loca. l. [illegible] & de fideiussor. l. inter eos. § quod.* Sed hodie contra. *vt in authen. hoc ita & c.*

f ¶ *Conuentum* ad totū debitum Accur.

g ¶ *Iuuare* actione mādati, quia [a] vterque pro altero videtur fideiussisse secundùm Ir. & Azo. *argum. ff. ad Velleia. num. l. vir vxori. § fina.* Sed ibi fuit color quaesitus. Vel ibi non dicit quòd intercesserit, sed iuuari ac si intercessisset: *vt in eod. titu. l. si de b[illegible] respon.* Vel ibi erant socij. Item & pro eis *ff. eod. l. reos & in authentic. eod. titu. in princip. col. vij.* Sed vtrobique fuit actum. Item pro eis quod dicitur de adiecto contra quem agitur mandati: *vt instit. de inutil. stipul. § si quis alij.* Sed ibi fuit mandatum, alias contra: *vt ibi diximus.* Nos [b] secundùm Ioan. diximus quòd nō videtur fideiubere: *vt not. ff. ad Velleianum. l. vir vxori.* Et ideo damus hic actionem pro socio, si sint socij: vel cessam, si fuerit cessa à creditore: vel mandati: si hoc actum fuerit inter eos, quòd vnus pro altero fideiuberet. ¶ Sed [c] an sit in solidum cedenda actio soluenti, vel pro parte quidam in solidum: *arg. ff. de leg. j. l. si res obliga. in fin.* Sed ibi non aperit in solidum. Item quia sic est in causa noxali, quòd ab initio melior est quandoque conditio primò agentis, qui cum alius teneatur, postea erit deterior: *vt ff. de noxa. l. si quis à multis. & ff. si ex noxali causa agatur. l. v.* Nos dicimus quòd pro parte: *vt ff. de tute. & ratio. distr. l. cum pop[illegible]. & ff. de adminis. tute. l. si plures. & ff. de pecu. l. quaesitum.* ¶ Sed quid si nec fuit cessa, quia hoc non fuit petitum: nec habet locum pro socio, quia non fuerunt socij: nec mandati, quia non fuit actum: quae actio locum habet? Quidam dicunt nullam: vt in fideiussore *ff. de fideiussoribus. l. vt fideiussor.* Alij mandati, cum semper dicant eos videri pro inuicem fideiubere. Tu dicas negociorum gestorum. Nam licet suam obligationem [illegible], tamen & alium liberauit: *vt d. [illegible] certum pet[illegible].* Item dixerunt quidam etiam pro parte non fieri [illegible], nisi [illegible] socij & eo casu quando sunt socij: vel quando [illegible] vt fideiussores fiant. Alij intelligunt legem istam (quod est falsum) vt cessio fiat tantum quando sunt socij: *argu. supra [illegible] l. cum ait.* ¶ Item pone quòd tres erant rei debendi in triginta. vnus in solidum fuit exactus. an in solidum in viginti cōtra vtrumque, an in decem contra quemlibet sit facienda cessio? Et videtur in solidum in viginti: sicut habet authē. hoc ita, quae est in cod. eo.

a Rei debendi an videntur pro se inuicem fideiubere.

b Salyc. dic sibi contra distinctionem [illegible] positam in l. reos ff. eo.

c Soluenti pro correo cedenda est actio à creditore non in solidū, sed pro parte.

HOc ita.] CASVS. Hæc authentic. determinat. l. quòd creditor non potest conuenire quemlibet debitorem in solidū, nisi alter sit non soluendo, vel absens. Si verò vterque esset præsens, & soluendo: vterque est conueniendus. Si verò non est actum expresse vt quilibet possit in solidum conueniri, tunc quilibet conuenitur pro parte.

HOc ita[a], si pactum fuerit speciale[b], vnumquemque teneri in solidum: & si alter inops sit in solidum, vel in partem, vt id saltem ab altero petatur: vel si absens sit[c]. Cum enim ambo adsunt, per iudicem producuntur, negotiúmque communiter examinatur, & sententia communiter infertur. quòd fiet[d] per administrationem, si iudex sit delegatus. Sin autem non conuenerint specialiter, ex æquo sustinebunt onus. Sed & si conuenerint vt vterque eorum sit obligatus: si ambo præsentes sint, & idonei simul cogendi sunt ad solutionem[e].

Rescriptum principis quo cauetur vt vnus ex correis in solidum obligatus conueniatur tantum pro parte, non est seruādum. Vel sic: Vnusquisque tenetur exprimere quæ est causa & fundamentum suæ intentionis: & per rescriptum non intelligitur princeps derogare contractui ex quo nata est naturalis & ciuilis obligatio. hoc dicit. Vel sic: obligatio solidi non contrahitur contra plures, si hoc agatur. Butrig.

III. *Iidem* AA. & CC. *Fabiano.**

EXprimere debueras tuis precibus, vtrúmne in partē, an in solidū[f] singuli vos obligaueritis, ac duo rei promittēdi extiteritis: cum si quidem ab initio vnusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit[g]. Si verò in solidum, electio[h] rescripto[i] adimi nō debeat. S. Id. Apr. Byzāt. AA. Coss.

Quando plures sunt obligati, sufficit quod causa obligationis finalis reperiatur in vno: nam suas radices extendit in omnes. Bald. Vel sic: Licet pecunia vni numeratur, tamen alij possunt simul in solidum obligari. Salyc.

IIII. *Idem* AA. & CC. *Andronico.*

PRopter mutuam vni datā pecuniam aliis reis promittendi factis, ob nō numeratam sibi pecuniā obligationē remitti desiderio postulantiū iura refragantur[k]. S. V. Idus. Februar. Sirmij. CC. Conss.

a ¶ *Hoc ita.* sc. quòd vnusquisque teneatur in solidum cum effectu.

b ¶ *Speciale.* s. quòd solidum: vt subiicit: vnūquēque &c. ¶ Sed quid si ita[a] dixeris: Promittis mihi decem: & tu alius promittis eadem decem? Respond. duo sunt rei in solidū: quia satis videt hoc exprimi: *vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. cum.* secus si dicam, simul promittis: *vt in eo. tit. l. si mihi & Titio. & de lega. j. l. si quis testamento.*

c ¶ *Absens sit.* scilicet alter ergo præsens conuenitur in solidum altero absente &c. & cū alter est inops. secus vero in intercessore præsente, & reo absente: *vt in authen. infra titu. j. præsente &c.* vbi datur dilatio[b] ad repræsentandum. olim autē in nostro casu sufficiebat pactū, licèt alter non est inops, vel absens: *vt ff. eod. l. reos. §. fi.* ¶ Sed quid si[c] vnus promisit purè, alter sub cōditione, quod fieri potest: *vt ff. eod. l. ex duobus. j.* nūquid qui purè promisit poterit in solidum conueniri, sicut cum alter est absens vel inops? Dic quòd sic: *vt dicta l. ex duobus. j. ad quod insti. eo. §. fina.*

d ¶ *Quod fiet.* i. quæ productio, nec enim per delegatum, sed ordinarium producentur re ipsa, *vt hic dicit: & in vlti: vt in authen. de exhi. & intro. re. §. si verò quidam. col. v.* Accur.

e ¶ *Ad solutionem.* nisi renunciauerit[d] beneficio[e] diuidendarum actionū. nam prætor ait pacta seruabo: *vt supra de pactis. l. penult. & l. pacta nouissima.* In tutoribus idem & cōtutoribus & fideiussorib. ex epistola diui Hadriani, vt viriliter cōueniantur. Sed non idem in fideiussoribus vnius tutoris, qui non possunt diuidendarū actionum habere beneficium: *vt ff. de tutelis & ratio. distrahen. l. j. §. nunc tractemus. & supra de constitu. pecunia. l. fin. & ff. rem pupil. saluam fore l. fin.* ¶ Item an hæc authentic. habeat locum etiam in fideiussoribus? Dic vt infra *tit. j. l. non recte. diximus.* Hic ponunt & habent quidam talem legem, quæ non est in Codice, scilicet, Si duo pluresve pro rei cuiusdam traditione conuentionē in solidum inierint: cuicumque eorum quandiu res in eadem causa remanserint, si casus obtulerit, in solidum actio competit.

EXprimere.] CASVS. Refert cum duo obligant se pro eadem pecunia: an ab initio obligentur in solidū, an quilibet pro parte sua. Primo casu creditoris erit electio quem velit conuenire, & in solidum. Secundo casu fiet quod conuenit, scilicet vt quilibet pro parte sua conueniatur.

Interruptio facta per vnū correorum, vel contra vnum ipsorum, aliis prodest & nocet. Bald. Vel sic: Interpellatio facta ab vno de correis credendi, interrumpit præscriptionem etiam quo ad cæteros. & econuerso agnitio facta per vnum ex reis debendi, nocet alteri. Salyc.

V. *Impp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni præfecto prætorio.*

CVm quidam rei stipulandi certos habebant reos promittendi, vel vnus fortè creditor duos vel plures debitores habebat, vel econtrario multi creditores vnū debitorē, & alij ex reis promittēdi ad certos creditores debitū agnouerunt, vel per solutionem, vel per alios modos, quos in anteriorib. sanctionibus interruptionis inuenimus positos: & non ampliauimus[l], vel fortè ad vnum creditorem quidam ex debitoribus deuotionem[m] suam ostenderūt: vel cū plures essent creditores, debitor qui solus existeret, ad vnum ex his vel quosdā debitum agnouit: & quærebatur, si eis vel ei[n] daretur licentia aduersus alios[o] in deuotionem suam exercere, & quasi tempore emenso[p] exactionem recusare, vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus, vel in iudicio pulsatis, deberent & alij ab omni cōtradictione repelli: nobis pietate suggerēte videtur esse humanum, semel in vno eodémque contractu qualicumque interruptione vel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad persoluendum debitum, siue plures sint rei, siue vnus: siue plures sint creditores, siue nō amplius quàm vnus. sancimúsque in omnibus casib. quos noster sermo complexus est, aliorum deuotionem vel agnitionem, vel ex libello[q] admonitionem aliis debitoribus obest, & aliis creditoribus prodest. Viuianus.

f ¶ *In solidum.* Et facit ad legem istam *s. loca. & conductus l. si diuisa. & supra si certum petat. l. si in rem.* Sed hodie plus est opus, scilicet quod alter sit absens vel inops: *vt in authentic. hoc ita.* Acc.

g ¶ *Non possit.* scilicet creditor.

h ¶ *Electio.* quam habet creditor, vt possit quemlibet in solidum conuenire. Accur.

i ¶ *Rescripto.* cum alterius ius per hoc tolleretur: *vt s. de preci. impera. offerend. l. quoties.* Accur.

PRopter.] CASVS. Mutuaui Titio x. & accepi pro eo duos reos, putà Caium & Seium, dicunt se non esse cōueniēdos, quòd sibi pecunia numerata non erat, opponitur excep. non numeratæ pecuniæ, an sint audiendi, quæritur? Et dicitur quòd nō. Vel dic quòd mutuaui omnibus: sed Titio de volūtate omnium mutuaui, & procedit sicut dixi.

k ¶ *Refragantur.* cum non propter numerationem eis faciendam fuerint confessi, sed alij facienda erat: *vt & supra de nō num. pe. l. aduersus. & l. frustra.* Vel si erat omnibus numeranda, fuit tamen data vni aliorum voluntate: & ad hoc facit *s. si certum petatur. l. si non singuli,* secus si non eorum voluntate: sed fortè[a] pœnituerant, quod possunt: *vt ff. si certum pet. l. qui pecuniam.* Accursius.

a Fini huius Glos. ibi (sed fortè) declara procedere, si denūciās creditori ante numerationē. per l. fideiussor. ff. de fideiussor. ma. vers. in l. Titius. ff. de procurat.

CVm quidā.] CASVS. Si plures creditores habēt vnum debitorem vel vnus creditor plures debitores, vel plures creditores habent plures debitores & aliquis ex debitoribus soluat alicui ex creditoribus: talis agnitio debiti sufficit ad interrumpendam præscriptionem, qua se volunt alij debitores tueri, qui non cognouerunt: quia talis agnitio debiti ab vno debitore facta vni creditori, aliis

l ¶ *Ampliauimus.* vt & *s. de præscriptione. xxx. vel xl. ann. l. cu notissimi.*

m ¶ *Deuotionem.* scilicet soluendo.

n ¶ *Eis vel ei.* debitoribus vel debitori.

o ¶ *Alios.* s. creditores: & hoc si non habes in litera.

p ¶ *Emenso.* scilicet triginta annorum.

q ¶ *Ex libello.* executore interueniente: *vt supra de præscriptio. triginta annorum. l. si in rem.* Vel loquitur in prætoriis & annalibus *vt supra*

vt supra quando libellus prin. datus. l. j. & ij.
a ¶ *Nemini.* qui agnouit. Accur.
b ¶ *Alienam.* scilicet eius qui agnouit. ¶ Et sic nota factum[a] vnius alij prodesse & nocere: *vt ff. eo. l. ex duobus vltimus.* ¶ Et sic est argum. contra. *ff. de solu. l. cum quis. §. si quis pro reo. & ff. manda. l. si fideiussor.* [b] j. §. *fina. & ff. de neg. gest. l. si ex duobus. in fin.* ¶ Item contra. est huic legi. *ff. eodem. l. ij. & l. ex duobus. ij.* Sed solues infra *titu j. l. fina.* ¶ Item contra. videtur. *ff. de vsuri. l. mora. §. fina.* Solu. potest dici quòd huic erant socij: ibi no. Vel ibi mora, hic agnitio, quæ est opposita.
c ¶ *Fonte.* quantum ad idem debitum & vnã obligationem: licèt diuersi sint: *vt ff. eo. l. iij. §. fin.* Accur.

a Factum vnius alteri prodest & nocet.
b Præscriptio nis interruptio facta contra vnum ex correis debendi potest alij. v. Ferrarensem in forma contra piares verbo solutionem contra reos.

debitoribus præiudicare, & alius prodesse creditoribus. Sit itaque generalis deuotio, & nemini[a] liceat alienam[b] indeuotionem sequi, cum ex vna stirpe vnoque fonte[c] vnus effluxit contractus, vel debiti causa ex eadem actione apparuit. Dat. kalendis Septemb. Constantinopo. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

DE FIDEIVSsoribus & mandatoribus.

Diximus supra de his qui per stipulationem principaliter obligantur: nunc videamus de fideiussoribus & mandatoribus, qui principalibus obligationibus applicantur. Azo.

d ¶ De fideiussoribus & mãdatoribus. *Cuique contractui potest fideiussor accedere, potest & mandator:* vt ff. mãdati. l. si hereditatẽ. §. & in súma. *Est tamẽ differentia*[e]: *quia fideiussor præcedit & sequitur obligationem:* vt insti. eo. §. fideiussor & præcedere. *at mandator tantum præcedit, nisi in casu:* vt ff. mandati. l. si verò nõ re. §. si post traditã. *et constitutor tantum sequitur:* vt ff. de constit. pecu. l. j. §. j. & §. debitũ.

e Fideiussor & mandator differunt.

TITVLVS XLI.

DE FIDEIVSSOribus & mandatoribus.[d]

Exceptio reo competens statu mutato non porrigitur ad fideiussorem. hoc dicit secundùm glos. Vel sic secũdùm Butrig. si solum reus ab obligatione eximitur, & in alium successorem transfertur: ista exceptio fideiussori non datur. Bald. Vel sic: Publicatio bonorum debitoris fideiussorem non liberat. Bart.

I. *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS AA. *Lysiæ.*

SI Lysias[e] adempta parte bonorum exulare iussus est: non nisi pro parte quam retinuit, creditoribus[f] obligatus est. Verum qui pro eo fidem suam adstrinxerunt, iure pristino conueniri possunt[g]. PP. Idib. Octobr. Seuero. A. iij. & Victorino Conss.

Licitum est creditori habenti pignora, agere contra fideiussorem: tamen debet ei pignora cedere, nisi in aliud debitum possit retinere. Bald. & Salyc. Vel sic: Fideiussori soluenti tenetur creditor cedere actionem

SI Lysias] CASVS. Mutuaui Lysiæ decem, & fideiussorẽ accepi, & Lysias cõdemnatus est. l. Iul. de vi, & ita tertia pars omnium bonorum delata est fisco. Licet non possum conuenire Lysiam nisi pro duabus partibus quæ apud eum remanserunt, & fiscum pro tertia: fideiussorem tamen quem in solidum habeo obligatum, & in solidum conuenire potero.

e ¶ *Si Lysias.* pone exemplum in l. Iulia de vi priuata: *vt institu. de publ. iudi. §. item lex Iulia de vi.* Nam fiscus quasi successor pro tertia quæ ad se pertinet, conuenitur: *vt j. ad l. Iuliã de vi. l. tutorum. & ff. de capi. de. l. v. & solu. matrimo. l. si marito. in princip.* & in ea tertia damnatus habet exceptionem: *vt ff. si quis cau. l. sed & si quis. in princ.*
f ¶ *Creditoribus.* pro duabus partibus.
g ¶ *Possunt.* videtur quòd non: *vt supra de exceptio. l. defensiones.* Sed ibi fuit integer status, hic non. Item adhuc contra. *ff. de iure fisc. l. in fraudem. §. si principalis.* sed ibi non ex successione, sed ex alia causa bona deuenerunt ad fiscum, vt quia debitor non soluebat, *argum. j. de senten. pa. l. iij. in fin.* Sed dic non est contra: quia ibi apud fiscũ fideiusserat: hic apud alios.

CReditori.] CASVS. Mutuaui tibi decem, fideiussorem & pignus accepi. Electio mea est quem velim conuenire, vel reum, vel fideiussorem. Soluenti tamen fideiussori cedam ius pignoris. si verò aliàs essent obligata mihi eadem pignora, & si pro alia pecunia non in quantum fideiussi: nisi totam pecuniam soluat, non cedam ei ius pignoris.
h ¶ *Licet.* id est licitum est: *vt ff. eod. l. inter cos. §. creditor.* nisi aliud

conuenerit: *vt arg. ff. man. l. qui mutuam. in princip. & infra eo l. omissis.*
i ¶ *Obligauerit.* scilicet fideiussor.
k ¶ *Ius pignorum.*[a] *vt ff. de distract. pigno. l. iij. & supra de senten. & interlo. l. cum eorum.* sed & personales non solum contra reum: *vt ff. de solu. l. Stichum. §. pen.* sed etiam contra fideiussores: *vt ff. eo. l. si fideiussores. §. idem respon. & l. fideiussoris. & supra loca. l. si diuisa. & supra arbi. tu. l. cum interdicta.* si ergo fecit ne cedere possit, nec poterit agere: *vt ff. de admi. tu. l. si pupillus. & d. l. Stichum. §. penult.* Sed contra *ff. eo. l. si stipulatus. §. fin.* Sed illud de rigore secundũ R. hoc de æquitate, vel aliter, vt ibi notatur.
l ¶ *Obligatas.* secus si nõ habet obligatas: nec[b] enim ob chirographariã pecuniã potest retinere cõtra fideiussoris voluntatẽ, sed cõtra voluntatem debitoris tantũ: *vt s. etiam ob chirographariam pecuniam. l. j. in fin.* Item intelligunt quidam quòd hic obligatio fuit facta ante fideiussionẽ. secus si post vt *supra etiã ob chirographariam pecuniam. l. j. in fin. & ff. qui pot. in pigno. hab. l. si prior. §. si tertius.* Alij dicunt quandocumque *per d. l. e. etiam ob chirograph. pecuniam. l. j. circa medium.* Sed si debet credere contra fideiussores, *vt supra dixi.* quomodo potest facere personale pactum vni fideiussorum, ita quòd alter in solidũ remaneat obligatus? Dic quòd volente altero. Accur.

personalem & hypothecariam. Bart.

II. *Iidem AA. Plotio.*

CReditori qui pro eodem debito & pignora & fideiussorem accepit: licet[h], si malit, fideiussorem conuenire in eam pecuniã in qua se obligauerit[i]. quod cum facit, debet ius pignorum[k] in eum transferre. Sed cũ in alia[e] quoque causa eadem pignora vel hypothecas habet obligatas[l], non prius compellendus est trásferre pignora, quàm omne debitum exoluatur. Dat. V. Kalend. Februa. Apro. ij. & Maximo. Côss.

a Ius offerendi competit desusso debitoris, qui offerendo vel soluendo creditori potest ab eodẽ obtinere cessionẽ iuris personalis & hypothecæ: quod per singulas amplissime tribuit modis, doctrinis tat, & plenissimẽ tractat Negusantius tract. de pignoribus parte 5. membro 5. numero 51. cum sequẽtib.
b Pignus contra fideiussoris voluntatẽ non potest retineri ob chirographariam pecuniam.
* Aliam quod que omnium;

Expressio eorũ quæ tacitè insunt, nihil operatur. Et quoties plures singuli fideiubent, quilibet in solidum videtur fideiubere. Bald.

III. *Iidem AA. Maximo.*

NOn rectè † procuratores[m] nostri, si allegationi tuæ fides adesset, audire te[n] noluerunt ex bonis fideiussoris quæ ad fiscum peruenerunt, pecuniam repetentem, sed reum principalem conuenire iusserunt: cum electioni potestas permittatur[o] creditori. Sed cum duos fideiussores accepisse te proponas: si alter idoneus est, intelligis te diuisa quantitate partem competentem à procuratore[p] [nostro] petere debere, & aduersus alium fideiussorẽ [eius] experiri[q]. Nam licet significes adiectũ[r] esse in obligatione, vt singuli in solidum tenerentur: tamen nihil hæc

† De materia huius l. & seq. multa & i mo ve nostro infra eo. titu. vide t. 2. cum Gl. i. seq. tra eod. titu.

NOn rectè.] CASVS. Electionẽ habet creditor, quẽ velit primo conuenire, scilicet fideiussorẽ, vel reum. si ergo mutuaui tibi pecuniam, & fideiussorẽ accepi, & fideiussoribus ob debitũ aliquid succedat fiscus, & conueniam fiscum: procurator autẽ Cæsaris, qui cognoscit inter fiscum & priuatũ, interlocutus fuerit me debere cõuenire prius reum principalem: an rectè pronũciauerit, quæritur? Et dicitur quod non. Si verò accepi duos fideiussores, & alteri fiscus succedat, conueniã fiscũ pro parte, & aliũ pro parte si soluendo sit: nec etiam si ab initio non cognouisset, vt quilibet fideiussor in solidũ teneretur, ob hoc minus, in solidũ tenebũtur, sed & si omnes idonei fuerint, pro parte erit quilibet conueniendus: sed Authentica dicit quòd si vterque sit præsens, fidẽ fideiussor quàm reus principalis debet primo cõueniri principalis, etiã si sit nõ soluẽdo in totum vel in partem. si reus sit absens, poterit fideiussor cõueniri, & si petat tẽpus intra quod reducat reũ: ei à iudice cõcedendũ est. intra quod si nõ venerit, cõuenietur fideiussor. creditor tamen cedet fideiussori actiones suas.
m ¶ *Procuratores.* s. Cæsaris, qui iudices sunt inter fiscum & priuatum: *vt hic. & j. si aduersus fiscum l. ij. §. j.*
n ¶ *Audire te.* s. creditorem conuenientẽ fiscum heredem vnius fideiussorum.
o ¶ *Permittatur.* iure veteri: *vt hic & j. eo. l. iure nostro.* Sed hodie contra: *vt in authen. præsente. hic posita.*
p ¶ *A procuratore.* s. fisci, qui successit alteri fideiussori: *vt s. dixi.*
q ¶ *Experiri.* vt *& ff. eodem. l. inter eos. in prin. & §. j. & institu. eodem. §. si plures.*
r ¶ *Adiectũ.* id est dictum.

¶ *Conditionem.* conditio iuris est, vt vterque pro parte conue-[...]atur, quando ambo soluendo sunt. Item constitutio dicit actio-[...]m diuidendam. siue ergo dictum sit vt vterque teneatur in so-[...]dum, siue non: vterque tenetur in solidum, sed [a] pro parte con-[...]nitur, si vterque sit soluendo, *& sic est. ff. de leg. j. l. iij.*

¶ *In solidum tenentur.* [...]odie contra, nisi hoc [...]catur: *vt supra titu. j. [...]theat. hoc ita.* Vel aliud [...] reis debēdi, qui pro [...]arte pecuniam acci-[...]unt: vnde pro parte [...]uo iure tenentur & [...]conueniuntur: & aliud [...] fideiussorib. qui cū [...]tercedant pro eo qui [...] solidum tenentur, [...]erito & ipsi in soli-[...]um tenentur: *vt instit. [...]. §. si plures.*

¶ *Diuiditur.* ex episto-[...] diui Hadria. *vt instit. [...]. §. si plures.* nisi inficie-[...]tur: *vt ff. eod. l. si dubitet.*

P*Ræsente.*] Diuiditur [...] in duas partes. Pri-[...]o quando ambo sunt [...]ræsentes. Secūdo quā-[...]o principalis est ab-[...]ns, & fideiussor præ-[...]ns. secūda ibi, absen-[...]. Et illa subdiuiditur [...] partes, q̄ per se pa-[...]t. Salyce tus. CASVS. [...]ræsens auth. sic conti-[...]uafur ad legē C. In iu-[...]e. ff. & C. erat in ele-[...]ione creditoris, vel-[...]t primo cōuenire reū [...]el fideiussorē: sed ho-[...]e istud est correctum [...]um distinctione, si v-[...]erque est præsens & [...]oluendo. Nam primo [...]gendum est cum reo: [...]d si reus est absens, [...]el non soluēdo in to-[...]um vel in partem, in [...]ubsidium potest agi [...]um fideiussoribus, sed [...] reus est absens, & agi [...]ur cū fideiussore, & fi-[...]eiussor petit tempus [...]t præsentet reū: in iu-[...]icio vt primo conue-[...]iat, dabitur tēpus à iu-[...]ice, intra quod dicat [...]um: postea in subsidiū [...]gitur cum fideiussore, [...]c cogitur satisfacere [...]lapso prædicto tēpo-[...]e, & cedūtur ei actio-[...]es absque distinctio-[...]e contractus. Viuian.

¶ *Primo conueniendum.* [...]ecus in hoc seruat in [...]uobus reis: *vt supra tit. [...] auth. hoc ita.*

¶ *Actionibus.* si [b] verò [...]on cedantur, non dā-[...]ur fideiussori actiones [...]uæ dabantur credito-[...]i: *vt ff. eod. l. vt fideiussor. & l. fideiussoribus.* secus vero in tutoribus: *vt [...]f. de tutelis & ra. distra. l. j. §. nunc tractemus.*

¶ *Absque distinctione.* quod hic subiicit, sumitur ex cor. §. non so-[...]um vsque ad §. quod autem sed præcedentia ex §. si quis igitur.

¶ *Contractus.* siue mutuum, siue vēditio sit in quo intercesserit.

¶ *Intercessionis.* intercessit mandando, vel fideiubendo, vel con-[...]tituendo, non tamen nouando. Accur.

res mutat conditionem [a] iuris & constitutionem. Nam & cum hoc non adiiciatur, singuli tamen in solidum tenentur [b]: sed vbi sunt omnes idonei, in portionem obligatio diuiditur [c]. PP. xvij. Kalendas Septemb. Antonino. A. iij. & Geta. iij. Conss.

IN AVTHENT. DE fideiussor. & mandat. §. si quis igitur. & §. non solum. colla. j. constitu. iiij.

Iure nouo prius conuenitur principalis, si est præsens: demum eo discusso fideiussor. * *Bald.*

PRæsente tamen vtroque nō permittitur intercessorem cōueniri prius quàm reus inuentus est minus idoneus, siue in totum, siue in partē. Absente † autem reo, præsens intercessor iure quidem conuenitur: ipso tamen desiderante iudex definiet tempus, intra quod deducat reum primo cōueniendum [d], ipso in subsidium reseruando. Nam transacto tēpore compellitur † intercessor satisfacere, cessis sibi à creditore actionibus [e], absque distinctione [f] contractus [g] siue intercessionis [h].

Obligatione nouata fideiussores non sunt obligati: nisi ipsi se de nouo obligauerint. Bald.

IIII. *Imp.* ANTONINVS A. *Rufo.*

NOuatione legitimè perfecta debiti in aliū translati, prioris contractus fideiussores vel mandatores liberatos esse non ambigitur [i]: si modò in sequenti se non obligauerūt. PP. xv. kalen. Octob. Antonino. A. iiij. & Balbino Conss.

Potestas à iure concessa, per pactū potest modificari. Bald. Vel sic: Per pactum contrarium tollitur potestas

N*Ouatione.*] CASVS. Habebam debitorem in decem, & fi-[...]deiuss. animo nouādi stipulatus sum decem ei à Titio: an fi-[...]eiussores sint liberati, quæritur? & dicitur quòd sic, nisi in con-[...]equenti contractu obligauerint se. Viuian.

i ¶ *Ambigitur. vt & 3. etiam ob chirographa. pecu. l. j. & ff. de noua. l. nouatione. & de solu. l. solutionem.*

I*Vre.*] CASVS. Dicit Imperator in hac lege, quòd electio datur creditori, velit primo conuenire reum, vel fideiussorem relicto reo: nisi aliud fuerit actum.

eligendi fideiussorem. Salyc.

v. *Idem A. Potamoni.*

IVre nostro est potestas [k] creditori, relicto reo, eligendi fideiussores, nisi inter cōtrahentes aliquid placitum doceatur. PP. vj. Non. Maij. Messala & Sabino Conss.

Notarius qui conficit instrumentū vel testes instrumenti non obligantur ex instrumēto: Bald. Vel sic: Subscribens se vt testis, non dicitur fideiubere. Salyc.

VI. *Idem A. Pollæ.*

SI pater tuus pro Cornelio, cum pecuniam mutuam acciperet se [l], non obligauit: frustra ex eo quòd tabulas obligationis vt testis signauit, conueniris [m]. PP. xj. Kalend. Iul. Messala & Sabino Conss.

Mandator non obligatur ex forma statuti, vel omissa forma mandati. Bald. Vel sic: Mandans vt alicui mutuet pignoribus datis, non potest ab illo conueniri sine pignoribus mutuante. Salyc.

VII. *Idem A. Eroti.*

SI creditor cōditioni mādato [n] adscriptæ cum pecuniā mutuam daret in accipiendis hypothecis, non paruit: frustra te iudicio mandati conuenit, quando non aliter * te obligasse intelligaris, quàm si pignoribus contraheretur obligatio. PP. kalend. Iul. Læto. ij. & Cereale Conss.

Filiusfamilias potest pro patre fideiubere. Butrig. & Salyc.

VIII. *Imp.* ALEXANDER A. *Longo.*

FIliusfamilias qui pro patre, quamuis in venditione fundi, fideiussit: tenetur [o]: PP. ij. Id. Octob. Max. ij. & Æliano Cōss.

Licet actum sit hypothecaria, non liberatur fideiussor. Baldus. Vel sic: Persecutio pignoris non liberat fideiussorē. Salyc.

IX. *Idem A. Aristocrati.*

ETiam si de iure obligationis [p] pignorum actum fue-

k ¶ *Est potestas.* vt *supra eodem l. non recte.* sed hodie contra: *vt in authentic. præsente.* ¶ Item contra. huic legi: *ff. de verbor. obliga. l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. postum.* Sed ibi actum videtur contra. *ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. curatores §. fina.* sed ibi soluitur. ¶ Item contra *infra de decur. l. j. lib. x.* sed ibi solue. Accur.

S*I pater.*] CASVS. Mutuaui decem Titio. confectum est instrumētum, pater tuus interfuit tanquam testis, & instrumento signum apposuit: non propter hoc erit cōueniendus, nisi se obligasset. Viuianus.

l ¶ *Acciperet.* scilicet Cornelius.

m ¶ *Conueniris. vt & supra de administratione tutorum. l. si non. & si certum petatur. l. mutue. & de actio. & oblig. l. nimia. & de rebus eccles. alien. vel non alien. l. ij.*

S*I creditor.*] CASVS. Mādaui tibi vt Titio mutuares decē, & pign[o] acciperes: sed pignus non accepisti: an me conuenire possis actione mandati, quæritur? Et dicitur quòd nō: aliter videor me obligasse, nisi pignus accepisses.

n ¶ *Mandato.* id est, quia non potest cedere actionem in pignore: *vt ff. manda. l. si mandato Titij. §. si.* Accur.

F*iliusfamilias.*] CASVS. Pater fundū vēdidit filius in sua potestate constitutus pro euictione fideiussit: an teneatur, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

o ¶ *Tenetur.* Potest [a] ergo fideiubere pro patre: *vt hic, & supra de filiofamil. minore. l. j. quod cum eo. l. si ex alio. & ad Velleianum. l. si paternam. & ff. qui satisda. cogan. l. ij. §. & fiam & ff. eodem l. si dubites. §. filiusfamilias.* & pro extraneo: *vt ff. de pecu. l. iij. § si filius. & supra quod cum eo qui in ali. potesta. l. nulla.* Dubitatio fortè hic erat: quia quasi dominus videtur etiam viuente patre: *vt ff. de liberis & posthumis. l. in suis. & instit. de heredum qualita. & different. §. sui.*

a Filiusfamilias pro patre potest fideiubere.

E*Tiam.*] CASVS. A debitore fideiussorem & pignus accepi. egi hypothecaria, an nihilo minus possum conuenire fideiussorem per hanc actionem, quæritur? Et dicitur quod sic: non enim ob hoc quòd egi hypothecaria, liberatus est fideiussor. Viuianus.

p ¶ *De iure obligationis.* scilicet hypothecaria, non solùm personali contra debitorem vel fideiussorem: nec enim fit nouatio: *vt ff. de*

ff. de pign. l. grege. §. etiam. & §. si cum defensore. & s. de pignor. l. quamuis. ij. Accursius.

a ¶ Fuerit. à creditore. ad pignora enim agit.

Fideiussor.] CASVS. Si pro te tam in sortem quàm in vsuras fideiussi: eas quin soluã, nõ potero recusare, & hoc in prima. Si verò cum alio fideiussi: an possim impetrare vt diuidatur inter nos obligatio? Respon. quòd sic, si vterque nostrum est soluendo, & hoc in secunda.

b ¶ Obligatus est. vel quia expresse se obligauit, vel quia in omnẽ causam fideiussit: vt ff. loca. l. quæro. circa princip. & ff. de administra. rerum ad ciuita. perti. l. ij. in fin. At vbi simpliciter intercessit dicit Ioann. idem. argumen. ff. eodem l. si quis pro eo. §. si nummos. & l. amissi. §. fideiussores. & ff. rem pupil. sal. fore. l. si postea. & ff. ad municipa. l. Lucius. §. Paulus. a Pla. tamen respond. his legibus quia in omnem causam videtur fideiubere, quæ ex numeratione nata nunc, vel postea nascitura est: vt dicto §. si nummos. At vsura d non nascitur ex numeratione. Item ad l. amissi. dicit ideo teneri, quia & prædiorum dos fuerat locata expresse vel tacite, argumen. ff. loca. l. sed addes. §. illud. Vel expone dotis prædiorum, id est dotalium prædiorum. argum. supra de iure dot. l. ij. Tenentur ergo fideiussores marito mercedis nomine dotalium prædiorum, etiã secuto diuortio. Item in l. si postea. in omnẽ causam fideiusserat. Item ad l. Lucius. dicit non d semper valere argum. à contrario sensu. Et ipse distinguit an debeatur ex e officio, quo casu cum nec sunt in obligatione, & non tenetur fideiussor: vt ff. de eo quod cer. lo. l. centum. Aut ex stipulatione f, & tunc sic: & pro eo, quia frustra diceret lex in omnem causam aliquando, si semper in omnem causam teneretur: vt d. l. ff. loc. l. quæro. & supra de pac. interemp. l. in initio. Item quia in pœnis, quæ crescunt contra reum, non tenetur: vt ff. eo. l. fin. & d. l. centum. Item qui simpliciter promittit, ea tãtum quæ in obligatione iam sunt, promittere videtur: vt ff. de verb. oblig. l. si stipulatus fuerim illud. §. cum stipulamur. & l. si à colono. Item pro eo ff. eo. l. fideiussores magistratuum. Sed ibi pro sorte tantum intercessit. Sed tu serua primam distinctionem: vt no. ff. loc. quæro.

a Fideiussor in vsuras obligatus intelligitur si ea expresse in eas se obligauit.
b Fideiussor in omnẽ causam obligatus, eo in vsuras quoque obligatus, in ea si fuerit obligatus: dicit Ioann. sed Pla. negat. In omnem enim causam fideiubetur, in eam causam intelligi fideiussisse quæ ex numeratione nata est, vel nascitura. Vsuras autẽ ex numeratione non nasci. Accursius Ioãnis sententiæ repudiata dissentit cum Placentino, de quo vide Gl. l. Quæro 54. ff. locati.
c Fideiubens simpliciter, si aliquo an te neatur, vel obligetur ad vsuras. v. Glo. l. quæro. 54. ff. locati.
d Vsura non nascitur ex numeratione.
d Argumentum à contrario sensu non semper valet.
e Fideiussor in dubio non censetur obligatus pro vsuris debitis officio iudicis à principali debitore.
f Fideiussor obligatus pro debitore principali obligatus ex stipulatione, ad vsuras obligatus intelligitur.
g Exceptio epistolæ Diui Hadriani anomala, nec dilatoria neque peremptoria.
h Exceptio epistolæ D. Hadriani, Velleiani, Macedoniani, quo tempore obiici possit.

rit a, fideiussoribus liberatio non contingit. PP. V. Kalend. Decembr. Maximo. ij. & Æliano Conss.

Si fideiussor intercessit in sortem & in vsuras, tenetur in totum, & habet beneficium hoc diuisionis. Bald. Vel sic: Si fideiussor se obligauit pro vsuris, ad illas tenetur. Et beneficium diuisionis quod habent fideiussores, debet opponi ante sententiam. Salyc.

X. Idem A. Vitali.

Fideiussor seu mandator si in vsuras quoque obligatus est b, iustam causam recusandi eas soluere non habet. Vt autem is qui cum altero fideiussit, non solus conueniatur, sed diuidatur c actio inter eos qui soluendo sunt: ante condemnationem d ex ordine postulari solet. PP.*

Fideiussor soluens solidum, non agit contra fideiussores nisi actiones sint cessæ: & vt cedantur potest petere tam à fisco creditore, quàm à priuato. Bald.

XI. Idem A. Sainstio.

Cum alter ex fideiussoribus in solidum debito satisfaciat actio ei aduersus eum qui vna fideiussit, non competit e. Potuisti sanè cum fisco f solueres, desiderare vt ius pignoris g quod fiscus habuit, in te transferretur: & si hoc ita factum est, cessis actionibus vti poteris. Quod & in priuatis de-

c ¶ Diuidatur. si non inficientur: vt ff. eo. l. si dubitetur. §. j.

d ¶ Ante condemnationem. quia dilatoria est, vt dicunt: vt supra de proba. l. exceptionem. quod non placet: quia etiam ante litem contestatam deberet tũc opponi. Dic ergo magis anomalam g quia nec est dilatoria, neque peremptoria. ¶ Et quod dicit, ante condemnationem: subaudi, maxime. nam h & post potest proponi: vt ff. eo. l. fideiussores. §. idem. & l. inter eos. §. fina. quia & exceptio Velleiani & Macedoniani postea proponuntur: vt ff. ad Macedon. l. sed & si. § fina. & l. sequen. Vel dic vsque ad sententiam, & non vltra. Et aliud est in beneficio cedendarum actionum: vt dicta l. si fideiussores. Item in dicta l. inter eos. est intelligendum quando est appellatum, vt tunc opponatur exceptio in causa appellationis. Accursius.

Cum alter.] CASVS. Si creditor plures habens fideiussores contra vnum egit, & solidum exegerit: an ille contra fideiusso. agere possit, quæritur? Et dicitur quòd non: nisi à credito-

re fuerit ei cessa actio. & hoc in prima. Idem est in fisco creditor, vt fideiussor soluens intra annum aduersus fideiussores pignor. action. habeat, si ius pignoris vel actionis sibi fuerit cessum. Viuianus.

e ¶ Non competit. vt & ff. eod. l. vt fideiussor. secus in tutore, qui contra contutores habet vtilem actionem: vt ff. de ta. & ra. distr. l. j. §. nunc tractemus. ¶ Et sic tutor triplex a habet auxiliũ: beneficiũ scilicet epistolæ. Item ceduntur actiones. Item habet vtilem, & sine cessione: vt d. §. nunc tractemus. & ff. de neg. gest. l. si ex facto. sed fideiussor habet tãtum prima duo. ¶ Item not. quòd b fideiussor soluendo pro reo, non liberat reũ ipso iure: vt ff. manda. l. Papinian. quia nec est propriè solutio sed preciũ cedẽdarum actionum: vt ff. de solu. l. Modestinus. & ff. eo. l. cum bu. & de censi. l. cum pos. exceptio tamen cõpetit debitori: & quo ad hoc dicitur solutio: vt ff. de iust. l. de quart. §. si. & ff. de peti. here. l. si quid possessor. §. sed & si. Sed licet sit inutilis actio creditori futura per exceptionem, tamẽ cessa, valet: sicut alias inanis actio vel obligatio aditione hereditatis cõfirmatur: vt ff. de sol. l. Stichum. §. aliquando.

a Tutor contra cõtutores triplex habet auxilium.
b Fideiussor soluendo pro reo, ipsum ab liberat ipso iure.

bitis obseruandum est. PP. vij. kalend. Nouemb. Alexandro. A. iij. & Dione Cons.

Diuersitas idiomatis fideiussores non viciat. hoc dicit. Vel sic: Fideiussor obligatur verbis tantùm non re, non consensu, non literis, apud intelligentem tamen. Bald. Vel sic: Fideiussor obligatur per stipulationem, etiam si verba sint Græca. Salycetus.

XII. Idem A. Theodoto.

Blanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quòd cum pro alio interuenires dixisti h:* cum & his verbis obligationem verborum posse cõtrahi pridem receptum est. PP. vj. Kalend. Septembris Agricola & Clemente Conss.

* Sic repetit in vno manuscripto quomodo & Græcos legisse ait Cuiac. 14 obs. c. 40. Alciatus 1. Parergõn 1. ita legit dixisti... alii ita...

Qui promittit latronem inuenire, videtur promittere in iudicio sisti: & si non sistit, punitur. hoc dicit. Vel sic: Ille dicitur inuentus, qui est inuentus & captus, & repræsentatus curiæ. Vel sic: Qui promittit antecedens, videtur promittere consequens. hoc dicit secundùm secundam lecturam. Butrig.

XIII. Pars ex epistola GORDIANI A. ad Auxilium.

SI Barsatoram i * latronem Lysanias decurio inuenturum se spopondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad præfectum prætorio k, vel ad præsidem prouinciæ.

f ¶ Fisco. i. creditori.

g ¶ Ius pignoris. item personalis obligationis: vt cod. l. fideiussoribus, & de solu. l. Stichũ. §. pen.

Blanditus.] CASVS. In Latino stipulatu à te decem, in Græco respondisti, & intellexisti an sis obligat*. quæritur? Et dicitur ꝙ sic. & si aliquis cõtra illud persuaserit, magis videtur blanditus, quàm verum dixisse. Intellige, quòd tantum fideiubeat pro aliquo apud me, & illa si ipse nõ solueret, stipulatus sum à te. Accur.

* Si Abstla cocam al. Barsatoram.

h ¶ Dixisti. respondendo Græcè, vel alio verbo quàm fuerisi nterrogatus: vt & supra de contrahenda stipulatione l. omnes. Mens c enim magis quàm verba spectatur: vt supra de fideicommiss. l. cum virum. Accur.

c Mens magis quàm verba spectanda.

i ¶ Si Barsatoram. Duobus modis intelligi hæc lex. Primo quòd hic Lysanias promisit hunc latronẽ iudicio sisti, & sic qua si fideiussor fuit: non verè, cum nulli obligationi accessit. Vel ergo exhibebit, vel secundum consuetudinem vel motum iudicis punietur: vt ff. de custo. re. l. si quis reum. & infra ad Turpil. l. ij. Vel aliter, promisit se inuenturum latronem, & super hoc etiam fideiussorem dedit. Licèt ergo inuenerit, non tamen est liberatus, nisi d exhibeat: vt ff. de in ius vocand. l. cum pro quo. Nam verba cum effectu &c. vt ff. quod quisque iuris. l. j. §. hac autem verba. sicut & qui haustum aquæ promisit: nam & iter promisisse videtur: vt ff. de seruitu. rustico. prædio l. iter. § fina. ADDITIO. Aduertas quòd hanc legem notant doctores ad quæstionem, pone statutum dicit, si quis de nocte fuerit inuentus cum armis, punietur tali pœna. Visus est aliquis cum armis de nocte, an inciderit in pœnam? & dicunt doctores communiter quòd non. sed requiritur quòd fuerit corporaliter apprehensus, per Littam ita vult Bartol. hic, & in l. prima in princip. ff. de acquirend. possessione & Cyn. in l. licet supra de acquirenda possessione, de qua quæstione videas latius per Angel. & Joann. de Imol. in l. tertia. §. inde Neratius ff. de acquirend. possessione.

d Inuento ad etenim pœnæ cõstitutæ pœnam non infligi hinc colligitur, si inuẽtus tantum, at non deprehensus vide Angelum de malefiiciis verbis, dictus Andreas.

k ¶ Prætorio. scilicet Romæ.

M*andati.*] C a s v s. Mandaui tibi vt pro me fideiuberes, & fideiussisti, non solùm me, sed heredem meum habes obligatum mandati, si creditori solueris pignora quæ obligaui, ad te non transeunt, nisi [a] à creditore ius pignoris tibi fuerit cessum, & mandati actio, quibus secutis aduersus pignorum possessores vtilis hypotheca tibi competit, non autem directa datur.

a ¶ *Nomine fideiussoris.* id est ipsi fideiussori, vel eius hæredi. ¶ Et not. [b] fideiussori dari mandati, quandoque negotiorum gestorum: vt si pro absente fideiussit, *vt ff. manda. l. qui fideiussorem. & l. ex mandato.* quãdoque nulla [c], *vt ff. mand. l. si remunerandi. §. si passus.* Accur.

b ¶ *Competit.* ad sortem à fideiussore solutam, & vsuras, si sub vsuris accepit, vt solueret: licet ipse debitor sine vsura inuenisset, non tamen plus repetit quàm soluerit verè vel interpretatiuè: *vt ff. manda. l. inter causas. §. si is. & l. si verò non remunerandi. §. simili modo.*

c ¶ *Celebrata est.* cùm vel incontinenti facta est cessio, vel hoc acto etiam postea, aliàs nõ: *vt ff. de solut. l. Modestinus. & ff. eadem l. cùm is.* ¶ Et notatur quòd sola solutio non acquirit fideiussori hypothecariam vel personalem, quæ creditori dabatur [d], licet personalem mãdati sic: sed demùm facta cessione, vt hic dicit. ¶ Et differentiam [e] inter cedere & mandare dixi, *supra de actio. & oblig. l. j.* ¶ Item an sit eadem hæc vtilis, quæ directa primo creditori competens vel vnde nascatur hæc vtilis, dixi *supra de lega. l. ex legato.* ¶ Item qualiter ceditur vtilis, cùm nec vtilis nec directa remaneat apud creditorem facta sibi solutione? Respond. cedit ante solutionem, vel tunc. ¶ Sed quid si postea soluit, & hæc actio prius fuit cessa? Respõ. adhuc erat sibi vtilis, licet non pro se, tamen pro cedendo: & ita ad opus alterius: & quia non soluit fideiussor vt debitorem liberet, sed vt sibi actionem cedat: *vt ff. eod. l. cum is.* Accur.

d ¶ *Extraordinariam.* i. [1] sine solennitate quæ olim desiderabatur: *vt instit. de interdict. §. fina. & supra de formulis.* 2 Vel dic extraordinariam, id est vtilem hypothecariam, directa verò ipsi numeranti daretur. Accur.

S*I indebitum.*] C a s v s. Habebam debitorem & fideiussorem, soluit mihi debitor fideiussore ignorante, post solutionẽ factam extorsi cautionem ab eo de pecunia reddenda, si soluit, repetet per condictionem indebiti: si non soluit, & agam, excipiet de dolo, & cautionem per condictionem sine causa, vt accepto feratur, condicet, & hoc in prima. Si bona debitoris sunt à fisco occupata, & creditor agat aduersus fiscum, & exigat: non est dubium quin liberetur fideiussor. Viuianus.

e ¶ *Per errorem.* Vt quia nec reus, nec ipse tenebatur, vel licet reus tenebatur, ipse tamen falso putabat se intercessisse, vel putabat in plus obligatum se, quàm esset. 2 Vel putabat se non munitum exceptione, cùm tamen ea sibi competeret. 3 Vel putabat debitorem non soluisse, cùm tamen soluisset, *& est ad hoc supra de non numer. pecun. l. si quasi. & de condi. indeb. l. cum ex solut. & supra de condi. ex leg. l. si non est.*

f ¶ *Fuerit conuentus.* à creditore. Accur.

Sola solutio non acquirit fideiussori hypothecariam, vel personalem, nisi cedantur. Bald. Vel sic: Actio mandati competit fideiussori soluenti, non hypothecaria competens creditori, nisi cedatur: quæ cessa potest intentari contra possessores bonorum. Salyc.

XIIII. *Idem A. Salino.**

MAndati actio personalis est, q̃ si nomine fideiussoris [a], vel aduersus debitorem, seu hæredes eius competit [b]: præses prouinciæ, quæ deberi compererit, reddi iubebit. Pignora etenim quæ reo stipulãdi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt, si facta nominis redemptione, solutio celebrata est [c], vobísque mandatæ sunt actiones. Quod si factum est, ea quoque vobis persequentibus aduersus [pignorum] * possessores extraordinariam [d] iurisdictionem idem vir clarissimus impertietur. P P. iij. Non. Iulij. Gordiano. A. & Auiola Consulibus.

Fideiussor soluens indebitum, agit condictione indebiti. Item si fiscus succedit reo debendi, & soluit, liberat fideiussores. Bald.

XV. *Idem A. Claudiano.*

SI indebitã pecuniam quasi ex causa fideiussionis obstrictus in cautionem per errorem [e] deduxisti, tam doli mali exceptione vti, quàm condicere vt obligatio tibi accepto feratur, potes. Non est autem dubium, fideiussorem rei promittendi, bonis ad fiscum deuolutis, si idem fiscus ob debitum restituendum fuerit [f] conuentus, & soluerit, liberari. PP. kal. Decemb. Gordiano. A. & Auiola Conss.

Actio per litis contestationem diuisa, integrari non potest. Bal. Vel sic: Electio non nocet creditori quominus aduersus alium confideiussorem habeat regressum, sed diuisio facta pro cuiuslibet rata sic. hoc dicit secundùm Gloss. Salyc.

XVI. *Idem A. Maximo.*

LIberum fuit antequam lis aduersus omnes fideiussores contestaretur: vnum eorum eligere creditori [g], si modò cæteros minus idoneos existimaret [h]. 2 At nunc post litis contestationem, petitionẽ diuisam redintegrari, iuris ratio non patitur [i]. PP. ij. Idus Iun. Gordiano. A. ij. & Pompeiano Conss.

Omisso pignore potest conueniri fideiussor, nisi contrarium sit actum, h. d. hoc est correctum: quia eousque potest ad bona debitoru sine controuersia haberi recursus, & non potest fideiussor inquietari, supra cod. authentic. præsente. Bal. Vel sic: Creditor qui accepit fideiussores & pignora, potest fideiussores eligere, nisi in subsidium pignorum sint accepti. Sal.

XVII. *Idem A. Brasidæ.**

OMissis quoque pignoribus fideiussorem à creditoribus vtiliter conueniri [k], nisi in tantum quod ex his [l] refici non poterit, acceptus sit [m]: explorati iuris est. P P. vj. idus Mar. Attico & Prætextato Conss.

Creditor qui vẽdit rẽ obligatã minus iusto precio, totũ iustum sibi computare tenetur. Bal. Vel sic: Si creditor minori precio vendit fundũ debitoris, residuum iusti precij à fideiussore non iure petit. Salyc.

XVIII. *Imp.* P h i l i p p v s *A. Smyrnæ.**

SI (vt proponis) fundum ob debitum obligatum non iusto precio vẽdidisti [n]: residuam quantitatem, quam ex precio eiusdẽ seruare potuisses, refundi tibi à fideiussore non iure

L*iberum.*] C a s v s. Creditor habet electionem conueniendi, vel primò fideiussorem, vel principalem, vel vtramque, vel in solidum vnum qui sit soluendo, & si idoneum in solidum: an possit postea actionem in alium transferre, quæritur? Et dicitur quòd non: quia hanc potestatem habuit antequàm lis esset contestata.

g ¶ *Eligere creditori.* vt *ff. manda. l. si mandato Titij. §. Iulianus respondit.*

h ¶ *Existimare.* vt *ff. eo. l. inter eos. §. j. & inst. eod. §. si plures.*

i ¶ *Iuris ratio non patitur.* opposita exceptione taciti pacti: *vt & ff. eodem l. amissi. §. primo & ff. de euiction. l. si per imprudentiam. §. fina. & supra de pactis. l. si creditores.* Sed contra *infra eodem l. reos. & l. fina.* Sed hic diuisit [a] ab vtroque partem petendo, ibi autem ab vno tantum petiit. [*] Vel solue vt ibi. Item contra: *ff. de legatis primo. si ex toto. §. primo.* Solue vt *in dicta l. supra de pactis. si creditores.* ¶ Et nota secundùm Irn. quòd non in electione, sed diuisione sibi præiudicauit: *argum. ff. quod fal. tut. auctor. l. nouissime. §. fin.* Accursius.

a Actio per litis cõtestationẽ diuisa non redintegratur.

* Ibidem.

O*Missis.*] C a s v s. Electionẽ habet creditor in residuum debitum, quòd nõ potest redigi ex pignoris venditione, conuenire fideiussorem: quo casu primo aget hypothec. Viuianus.

* Saturno.

k ¶ *Conueniri.* vt *& supra eodem l. creditori. & ff. eodem l. inter eos. §. creditor.*

l ¶ *Ex his.* s. pignoribus.

m ¶ *Acceptus sit.* vt *& ff. mand. l. qui mutuam. sic & ff. eod. l. si fideiussores. in princip.*

S*I (vt proponis.)* C a s v s. Si creditor in centum habeat pignus quod valeat cẽtum, & fideiussor lege vel pacto distrahat pro l. an pro residuis l. quæ sibi debẽtur adhuc, habeat regressum aduersus fideiussorem, quæritur? Et dicitur quòd non. Accur.

n ¶ *Vendidisti.* & ita teneris debitori pignoratitia actione ad interesse: quod est puta decem: *vt supra si vend. pig. aga. l. j.* sicque in eo factus es debitor tui debitoris, vnde fideiussor potest cõpensationem obiicere, *vt ff. de compens. l. si quid à fideiussore.* cùm [b] exceptio reo competens, & fideiussori detur: *vt supra de excep. l. defensiones.* Accursius.

b Fideiussori datur exceptio quæ reo competit.

S*I alienam.*] C a s v s. Si pro Titio fideiubere mandasti, vel te pro eo soluturũ constituisti, nõ compellitur creditor eũ primò

mò conuenire: sed electionem habet an velit te primo conuenire, vel eum, nisi ab initio aliter conuenisset. Accur.

a ¶ *Suscepisti.* non transferendo in te: sed ita quòd reus principalis remansit obligatus: quod fit constituendo, fideiubēdo, ac mãdando: quia mandatum[a] in casu sequitur principalem obligationem: *vt ff. mandati. l. si vero non remunerandi. §. si post creditam.*

a Mandatum certo casu sequitur principalem obligationem.

poscis. PP. V. Kal. Aug. Peregrino & Æmiliano Coss.

Suscipiens obligationem pro alio, potest conueniri omisso reo principali, qui accepit pecuniam mutuo. Bald. Vel sic: Constitutor & fideiussor vel mandator non potest compellere creditorem vt prius exigat reum principalem, nisi aliter conuentum fuerit, hoc dicit. & est hæc lex correcta per authent. præsente, supra eo. Salyc.

b ¶ *Vel fideiussorio.* diuidit quod in genere dixerat.

c ¶ *Quocunque alio.* putà constituendo: sed hodie corrigitur hæc lex per authentic. præsente. supra eod. posita. Accur.

Sententia.] CASVS. Pone quòd omnia bona debitoris fuerunt confiscata: quomodo subueniēdum erit creditori, quæritur? Et Respond. quòd habebit electionem an velit conuenire fiscum, vel heredem debitoris, vel successorem aut fideiussorem.

• Sabino.

d ¶ *Bonorum omnium.* scilicet debitoris.

e ¶ *Continente.* sicque fiscus vt heres tenetur: *vt j. eo. l. j.*

• Deest in omnibus.

f ¶ *Intercessores.* scilicet quosdam, cū multi essent: sed hoc videtur falsum: *vt supra eod. l. non recte. in fine.* Sed dic quòd illud est ex beneficio epistolæ. Vel dic quòd dat hic electionem conueniendi fiscum vel fideiussores. quod & hodie[b] est immutatum: *vt supra eodem authentic. præsente.* Accur.

b Fideiussor fisci beneficiū excussionis habet, vt notat Romanus singulari 637. Cremēsis singulari. 41.

Sicut.] CASVS. Sicut electio datur creditori quem velit conuenire, scilicet fideiussorem aut principalem ita non compellit creditor fideiussorem ad solutionem nisi cedat actionem hypothec. id est ius quod aduersus debitorē habet. Viuianus.

g ¶ *Sicut eligendi.* contingit eundem eidem sæpius debere decem.

h ¶ *Creditor.* secus in patre fideiussore pro filio: *vt j. de decurio. l. 4. lib. x.* Accur.

i ¶ *Vrgeri.* vt & *supra eodem l. ij. & l. mandati. in fin. & ff. de fid. l. Stichum. §. penultim.* & etiam post condemnationem: *vt ff. eod. l. si fideiussores. §. idem respondit.*

Si vltra.] CASVS. Mandaui de quinque mutuandis, accepisti decem. Non nisi in quinque tenebor. vel dic aliter vt in glo.

k ¶ *Mandatorio.* mandaui de decem tibi mutuandis: & me redditurū scripsi: tu quinque tantum accepisti. non teneor ex eo quod est mandatum, si vltra est numeratum. Et legitur planè tota, nisi

XIX. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabino.*

SI alienam reo principaliter constituto obligationem suscepisti[a], vel fideiussorio[b], siue mandatorio, vel quocunque alio[c] nomine pro debitore intercessisti: non posse creditorem vrgeri, cum qui mutuam accepit pecuniam, [magis]* quam te conuenire, scire debueras: cum si hoc in initio cōtractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. S. ij. kalend. Maij. AA. Conss.

Licet principalis sit confiscatus, potest conueniri fideiussor. Bald.

XX. Iidem AVGVST. & CC. Aureliano.

SEntentia bonorū omnium[d] ademptionem continente[e], rei damnati principalis intercessores[f] eligendi creditori potestas non adimitur.

Conueniens fideiussorem, debet ei cedere iura pignorum & hypothecæ: nec potest fideiussorem ad soluendū cogere nisi primo actionibus ei cessis. hoc dicit. Vel sic: Sicut subuenitur creditori vt eligere possit fideiussores: ita subuenitur fideiussori vt fiat pignorum cessio. Bald.

XXI. Iidem AVGVST. & CC. Iuliano.

SIcut eligendi[g] fideiussores creditor[h] habet potestatem, ita intercessorem postulantem cedi sibi hypothecæ siue pignoris obligata iure, non prius ad solutionem (nisi mandata super hac re fuerit persecutio) conuenit vrgeri[i]. S. xj. kalend. Nouēb. AA. Conss.

Non potest teneri mandator vltra quàm principalis teneatur. Bald. Vel sic: Mandator non tenetur de numeratis vltra mandatum, nec etiam nisi de acceptis intra mandatum. Salyc.

in fine: quod ita verte, ex hoc quod mãdatum tuum est vltra numeratum, vel econtra pone: & finis legitur planè, & principium ita, si vltra hoc quod scripsisti te datum, accepit &c.

l ¶ *Daturum.* id est redditurum.

m ¶ *Numeratum est.* diligenter ergo &c. *vt ff. manda. l. diligenter. & l. rogatus. & insti. eodem §. is qui exequitur.* Accur.

XXII. Iidem AVGVST. & CÆSARES Hermiano.

SI vltra hoc quod accepit ea pro qua te mandatorio[k] nomine intercessisse commemoras, daturum[l] te scripsisti: præses prouinciæ ex hoc quod vltra mandatum tuum numeratum est[m], à te nihil exigi patietur. S. xij. Kalend. Maij. CC. Cōs.

Electio creditori non nocet, siue in totum, siue pro parte fiat. Bald. Vel sic: Electio vnius de pluribus principaliter vel accessoriè obligatis, non preiudicat quo minus contra alios agat creditor: nec vt illis non existentibus soluendo, reuertatur ad primū. hoc dicit visis glos. Vel sic: Vt hæc litera sonat: Siue eligatur principalis, siue accessorius, non prohibetur creditor ad alium eorum accedere, nec ad electum reuerti. hoc dicit, & iste casus videtur mihi magis applaudere literæ. Etiam multa contraria cessabunt. Salyc.

XXIII. Iidem AA. & CC. Antipatro.

REos principales[n], vel mandatores simpliciter acceptos eligere[o], vel pro parte cōuenire, vel satis non faciente[p] contra quem egeras primo[q]: post [illum]* ad alium[r] reuerti[s] (cum nullus de his* electione liberetur) licet[t]. S. Non. Decemb. Nicomediæ. CC. Conss.

Fideiussoris allegatio trāsit ad heredem: sed si fideiussor debitori succedit, obligatio fideiussoris confunditur, & non potest amodo vt fideiussor, sed vt principalis conueniri. Bald.

XXIIII. Iidem AA. & CC. Pergamio.

FIdeiussoris quidem heres exēplo rei principalis tenetur[u]. Sed si idem[x] verisque[y] succedat, intercessionis obligatione finita[z], velut principalis tantum debitoris heres conueniri potest. S. vj. Kalend. Ianuar. CC. Conss.

Fideiussor interuallo longi temporis non liberatur ab eo quod restat soluendum. hoc dicit. Vel sic: Si pignora distracta sint vsucapta, fideiussor non prohibetur conueniri. Salycet.

Reos.[a]] CASVS. Creditor habet electionem quem velit conuenire, an principales an fideiussores: omnes an vnum in solidum, vel omnes pro parte. si tamen vnum conuenerit, neque exegerit, quia idoneus non est: nihilo minus ad alium habebit regressum: cū electione nullus eorum liberetur.

a Adde Alciat. lib. 1. Paradox. cap. 9. contra magistrum.

n ¶ *Reos principales.* scilicet debendi.

o ¶ *Eligere.* in solidum.

p ¶ *Non faciente.* propter inopiam.

q ¶ *Egeras primo.* scilicet in solidum.

r ¶ *Ad alium.* scilicet primum.

s ¶ *Reuerti.* aliis nihil habentibus.

t ¶ *Licet.* vt *ff. de legatis primo. l. si ex toto. & argumen. ff. de separatio. l. debitor. & ff. de pecu. l. & ancillarum. §. illud. & l. quoties. §. si creditor. & infra eod. l. fine.* Sed cōtra supra de pactis. *l. si creditores.* Sol. vt ibi. Item contra *supra eodem l. liberum.* Solu. ibi post litem contestatam: ipsa lite pendente ante sententiam non potest redintegrare petitionem diuisam: sed post sententiam sic, si conuentus non potest satisfacere: *vt hic.* Vel ibi egit pro parte contra omnes animo diuidendi: hic autem contra vnum, & in solidum. Vel hic fuit deceptus conueniendo eum de cuius facultatibus amplius sperabat, quàm in his esset: ibi non errauit. *argum. instit. quibus mo. non licet §. in fraudem.* Accur.

• deest.

• Hæc verba deerant referendo ad eos qui in solidū fuerunt cōuenti. Nec enim significat electionis verbū ... aliaqui enim sola partis petitio diuidit actionem l. liberū supra e.

u ¶ *Fideiussoris.* Tenetur. *vt instit. eodem. §. ij.* Accur.

x ¶ *Si idem.* contingit eundem idem sæpius debere. Accur.

y ¶ *Vtrisque.* s. fideiussori & reo.

z ¶ *Finita.* ne sit idē pro se obligatus, & ne duplex[b] ciuilis sit in eodē, altera principalis[c], & altera accessoria: *vt ff. solu. l. heres. §. ij. & plene dixi de hoc supra de pact.* *l. debitori. & facit ff. de separat. debitor. in princip.* Accur.

b In vno & eodē duplex ciuilis obligatio esse non potest.

c Obligatio alia principalis, alia accessoria.

Pignoribus.] CASVS. Creditor si vendat pignus lege vel pacto, nec solidum consequatur: non obstante quòd pignus fuerat

Codex

ucapum, ſi tamen erat res mobilis: vel præſcriptum, ſi immo-
lis: conueniet fideiuſſorem in reſiduum debiti.

¶ *Diſtractis.* à creditore, & explana. vel dic à debitore credi-
tore ignorante: aliàs teneretur creditor interpellare vſucapio-
nem. *vt argum. ff. de fun. do. l. ſi fundus. & ff. de nego. geſt. l. at qui. §. cum* e. Accur.

XXV. *Iidem* AA. & CC *Philippo.*

PIgnoribus datis à reo principali diſtractis [a], nec poſt longi temporis interuallum reſiduum à fideiuſſore creditor petere prohibetur. S. vj. Kalend. Ianuar. CC. Conſs.

Qui promittit aliquem iudicio ſiſti, appoſito termino cũ pœna, poteſt purgare moram ſiſtendo, vel reum principalem defendẽdo vſque ad tempus ſemeſtre, niſi contrarium actum ſit & ſi reus principalis decedit intra primum terminum, fideiuſſor liberatur, & non incidit in pœnam. ſed ſi reus principalis decedit intra ſecundũ terminum ſtatutum ad purgandam moram, fideiuſſor non liberatur à pœna: immo exigitur cũ effectu, & ius purgandi moram, quod competit fideiuſſori, tranſmittitur ad heredem fideiuſſoris. Vel breuius: In iudicio ſtipulatio pœnalis habens diem, pœna committitur, & purgatur: quod locum habet in præparatoriis, non in deciſoriis. Bald.

XXVI. IVSTINIANVS A. *Iuliano præfecto prætorio.*

SAncimus [b], ſi quis pro alio ſpoponderit, quatenus eum intra certum tempus tradat [c], vel certam quantitatem pecuniarũ pro eo inferat [d], & tẽpore ſtatutó iã effluente non poterit eũ repræſentare, non ſtatim pecunias pro eo ſtipulatas inferre, ſed cõpetere [e] quidẽ poſt tẽporis lapſum omnimodo pœnalẽ actionẽ: non autem ſtatim ſummam pro qua fideiuſſor admiſſus eſt, profligari [f]. Sed ſi quidẽ vſque ad ſex menſium ſpacium tempus ſtatutum ſit, aliud tantũ ei indulgeri [ſancimus,] * intra quod ſi poſſit [g] perſonam exhibere, & eam tradere, pœna ſit liberatus. Sin autem amplius quàm ſex menſium tempus ab initio conſtitutum eſt [h]: tunc quantacunque temporis curricula data ſunt, tamen poſt lapſum eorum ſemeſtres tantùm habere eũ inducias intra quas ſit ei licentia perſonam & non pecunias [i] reddere [k]. Sin autem & ſecunda adiectio temporis excedat: tunc omnimodo pœnam pecuniariam perſoluat. Sed ſi quidem poſt ſtatutum ab initio tempus completum maluerit reum pro quo conuenitur, defendere: licere ei hoc facere [l], niſi pacti tenor ad hoc reclamauerit, ſi forſitan ſine defenſione [m] facienda pro eo fideiuſſit. Sed ſi defenſionem ſubierit, eam vſque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio perſonam tradere, & pecuniarum dationem effugere. Sin autem & ſecundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur nec ad defenſionis venire præſidium, ſed omnimodo pœnam conferat *, niſi intra [n] primum tempus quod ſtatutum eſt, reus principalis ab hac luce fuerit † ſubtractus [o]: * tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberum eum cuſtodiri oportet. Quòd ſi ſecundo tempore inſtante mortuus fuerit, nihilo minus pœna iam cõmiſſa [p] à fideiuſſore exigatur: omnibus quæ in fideiuſſores, quando tali pœnæ fuerint illigati, ſtatuimus, & in heredes pro vtilitate [q] eorum obtinentibus. Dat. vj. Kalen. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſs.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti, ſi non eſt inde confecta ſcriptura fideiuſſionis, licèt poſtea appareat confeſſio in ſcriptis, non tenetur. niſi intra duos mẽſes lis initietur: & hoc eſt in cauſa priuata, ſed in cauſa publica perpetuo tenetur. Bald. Vel ſic: Promittens alium exhibere vel ſiſtere in iudicio ſine ſcriptis, liberatur per lapſum duorum menſium quibus actor negligẽs fuit. Et in cauſa publica promiſſio intelligitur in dubio facta in ſcriptis, ſecus in cauſa priuata. Salyc.

XXVII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

SI fideiuſſor [r] nullam quidem

SAncimus. [a]] CASVS. Promiſi aliquem ſiſtere in iudicio, qui reliquit: & ſi non ſiſterem, promiſi centum nomine pœnæ, quando committatur ſtipulatio pœnalis, diſtingue: aut fuit adiectum tempus ſex menſium, aut maius, intra quod debui reum repræſentare. Primo caſu, ſi intra ſex menſes non venerit, incido in pœnam: ſed ſtatim peti nõ poterit, ſed dabitur mihi ſpacium adhuc ſex menſium, intra quod ſi reum repræſentauero, liberor à pœna: quo lapſo nec reo veniente ſoluam pœnam. Si verò poſt ſpacium ſex menſium ab initio cõſtitutum vellem reum defendere, poſſem: niſi eſſet adiectum pactum de reo non defendendo, vt ſi inciperem eum defendere, oporteret, vt perſeuerarẽ vſque in finem, nec pendente lite reum repræſentabo, eſſem à pœna liberatus. poſt ſecundum autẽ tempus mihi conceſſum omnino non à pœna eſſem liberatus, quod dictum eſt, locum habet in fideiuſſore, & eius herede.

b ¶ *Sancimus.* loquitur [b] hæc lex quando [c] fideiuſſio fuit facta in ſcriptis: inferior lex, ſcilicet, ſi fideiuſſor, quando non interuenit ſcriptura. 2 Vel hæc loquitur quando quis principaliter promiſit ſe exhibiturum alium, ſequens quando ipſe reus, & alium fideiuſſorem dedit. 3 Vel ſecundùm Io. vtraque lex loquitur quando quis promiſit aliquem iudicio ſiſti. In quo ergo differunt? Poteſt dici quòd hæc in criminali, illa in ciuili. 4 Vel verius hic appoſitum eſt certum tempus ibi nõ. Præterea hic fuit certa pœna appoſita: ibi nõ.

c ¶ *Tradat.* id eſt [d] exhibeat, & hoc tempus arbitrio partium vel [e] iudicis ſtatuitur: *vt ff. qui ſatiſdare cogan. l. de die.* Accur.

d ¶ *Pro eo inferat.* nomine pœnæ.

e ¶ *Sed competere.* non tamen efficaciter.

f ¶ *Profligari.* id eſt exigi. Sed contra: *ſupra de contrahenda & committenda ſtipulatione. l. magnam & ff. de actionibus & obligationibus l. traiectitiæ.* Solu. ſpeciale in iudiciis. Sic & aliud *ſupra de iudi. l. properandum in fine, & ſupra ſi tutor vel curator. l. etiam.* Item aliud. Nam [a] minor obligatur aliàs: *vt ſupra de in integ. reſtitutio. mino. l. ſi curatorem.* in iudicio non: *vt ff. de re iudicata. l. acta. §. contra.* Sic etiam in arbitris eſt ſpeciale, niſi dies ab arbitro ſit ſtatuta: *vt ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. fina. & l. ſequen. & Celſus.* Accur.

g ¶ *Poſſit.* commodè. ſecus ſi caſu fortuito fuit impeditus: quia tunc non tenetur ad pœnam: *infra eadem. §. ſin autem & ſecundum & facit ſupra eodem. authent. præſente.*

h ¶ *Conſtitutum eſt.* quid ſi minus? Reſpon. id ſolum duplicari: *vt ſupra proxim.* innuere videtur.

i ¶ *Et non pecunias.* id eſt pœnam, quæ tamen ſoluta non poteſt repeti: *vt ff. de condict. inde. l. pœnæ.* ¶ Sed videtur non tam magnum tempus dari debere, ſed paucos dies: *vt ff. ſi quis cautionibus. l. & ſi poſt tres quæ eſt contra.* Solu. hæc corrigit. vel hæc in fideiuſſore dicit: illa in principali.

k ¶ *Reddere.* propriè & impropriè. ¶ Et not. verbum [b] ſemel poſitum &c. *vt ff. ſi certum petatur. l. certi condictio. in principio.* Accur. Florentinus.

l ¶ *Hoc facere.* dum ſex menſes ſecundi tituli durant: quibus elapſis ſtatim videtur exigi pœna: vt hic dicit: ſed & tunc dantur pauci dies, intra quos poteſt mora purgari ſecundùm Azo. *vt ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres.* vel ibi fuit certum tempus: hic non. Accur.

m ¶ *Defenſione.* id eſt ſic dixit, ſoluam pœnam ſi non exhibeam, nec volo poſſe eum defendere.

n ¶ *Niſi intra.* quæ dicta ſunt de pœna, vera ſunt: niſi &c.

o ¶ *Subtractus.* vt & *argumen. ff. ad Turpill. l. in ſenatuſc. §. ſi propter mortem. & §. ſequen. & ff. de conſti. pec. l. qui autem. §. ſed & ſi quis. & ff. qui ſatiſdare cogan. l. ſi deceſſerit. & ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. § eſt autem.* ſed argumen. contra. *ff. de ſur. l. inter omnes. in principio.*

p ¶ *Commiſſa.* cum effectu. Accur.

q ¶ *Pro vtilitate.* ſcilicet hominum.

SI *fideiuſſor.*] CASVS. In ciuili cauſa promiſi aliquem exhibere in iudicio. fideiuſ. dedi pro eo quòd ſtaret, aut fideiuſſio facta eſt in ſcriptis, aut non. Primo caſu in perpetuum teneor: ſecundo caſu, elapſis duobus mẽſibus liberor. Si verò corã tabellariis promiſi, an promiſi in ſcriptis diſtinguitur, aut erat publica perſona quæ conuenitur, aut priuata. Primo caſu in perpetuum teneor, perinde ac ſi ſcriptura interueniſſet. Secundo caſu, non niſi ad duos menſes.

r ¶ *Si fideiuſſor.* qui [c] reũ exhibere promiſit iudicio ſiſti, qui vtiq; non

a Minor an poſſit & extra iudiciũ & in iudicio obligari.

b Verbum vnum & idem diuerſo ſenſu accipi poteſt: propriè & impropriè.

* Sic in omnibus quidam perperam habent inferat.

† Difficultas excuſat à pœna. *de quo per Bart. & doct. in l. continuus. §. illud ff. de verb. oblig.*

* al. abſtractus.

c Promiſſo in iudicio ſiſti perpetuo obligatus eſſe debet, ſi ſcripto promiſit: ſin minus intra duos menſes.

non debet perpetuò teneri, & esse in suspēso: sed si quidem promisit sine scriptis, elapsis duobus mensibus liberatur, siue in causa publica, siue priuata: nisi in causa publica coram tabulariis hoc confessus est: tunc enim perpetuò tenetur, sicut & si scriptura interuenisset. Accurs.

a ¶ *Cautionem.* in scriptis.

b ¶ *Confessus est.* scilicet se fideiussisse. quæ confessio pro cautione habita in scriptis putabatur valere propter tabellionum præsentiam. Et not. hîc argu. quòd si quis deprehenditur cū aliqua, & iurat se eam vitiasse: pro[a] veritate accipitur: *sic* ff. *de arbi. l. ne in arbitru.* §. j. & ij. & ff. *de dona. l. ex hac scriptura.*

c ¶ *Fideiussione.* nam tunc elapsis duobus mensibus liberatur. Accursius.

d ¶ *Liberari.* hoc ideo, quia qui agit, promittit se litem contestaturum intra duos menses: *vt* ff. *de lit. contesta. authen. libellum.* secundùm Azo. & Hu. quod non placet cum tempore huius legis illa authenti. non esset. Sed illa potest esse ratio, quia non[c] debet esse diu in suspenso promissor: *vt* ff. *de diuer. tempor. præscript. l. si feruus.* nec[d] alterius negligentia debet esse damnosa. & ratio authenticæ ex hac leg. colligitur non hæc ex illa. Obtinet autem hoc nisi fideiusserit in scriptis, vel in publica causa in præsentia tabulariorū. tunc enim perpetuo tenetur, vel saltem vsque ad triennium, quod durat instantia iudicij. *vt supra de iudi. l. properandum.* §. j. Item lex superior videtur contra: quia vltra tenetur. sed ibi in scriptis, hic sine scriptis. Vel aliter differt, vt in eius princip. not. Vel ibi certum tempus appositum fuit in fideiubendo: hic non. & hæc est bona.

e ¶ *Pro scriptura.* & sic perpetuo tenetur: vel intra triennium, & dixi nisi ante causa sit finita quia extunc non tenetur: *vt* ff. *de fideiussoribus. leg. Græcè.* §. & *post litem.*

G Eneraliter.] CASVS. Sicut creditor habet electionem an velit conuenire reum, vel fideiussorē: ita creditor qui habet duos vel plures fideiussores, potest vnum ex fideiussoribus conuenire in solidum: & eo conuento non propter hoc erūt liberati alij, vel principalis, nisi in solidum satisfaciat cōuentus, de hoc dicit Imperator quòd iussit legem generalem facere qua hoc cauetur: quia si contrahentes hoc agere possunt inter se, vt conuento vno non propter hoc alius liberetur: multo magis potest per legem statui

a quia nimò vo- lût deprehen- sam in adulterio ... & admitti ... [illegible]

b Instrumento dotis matrimonium non plenè probare hinc colligit Roman. singul. 448 ...

c Promissor diu in suspenso esse non debet.

d Negligentia alterius dam nosa cuiquam esse nō debet. * deest in om nibus rectè.

cautionem[a] faciat, ostēdens se fideiussorem extitisse, præsentibus autē tabulariis hoc confessus est[b], quòd in fide sua cum susceperit: dubitabatur à Palæstina aduocatione, vtrùmne post duos menses liberetur, quasi sine scriptis fideiussione[c] facta secundū generalia edicta sublimissimæ prætorianæ sedis: an, vtpote scriptura interueniēte, teneatur. Et diuisio alia introducebatur, si idē iuris esse debeat tā in publicis causis quàm in priuatis. Sancimus itaque, nisi confessio literis exposita fuerit à fideiussorib[9] ex repræsentatione personarū, licèt attestatio super hoc præcesserit,* attamē adhuc sine scriptis esse fideiussionē, videlicet in causis priuatis existimari: & duobus mēsibus effluentibus, ab huiusmodi nexu fideiussores liberari[d]: nisi in tempus certum data est fideiussio. Tunc enim in tantū eam extēdi in quantum etiā attestatio fuerit expressa. Sinautem in publica causa[necessitas* interueniat] tūc omnimodo attestationem pro scriptura[e] haberi. Multis etenim preuilegiis propter publicas necessitates publico iuri præstitis, non ab re est & nos huiusmodi prærogatiuam ei condonare Dat. XII. Kalen. Mart. Constantinopol. post cōsulatum Lampadij, & Orestis VV. CC.

Contestatio facta contra alterum principaliter vel accessoriè obligatum, non liberat alterum. Et illud quod quotidie cōsueuit apponi in instrumentis, debet haberi pro apposito. Bal. Vel sic, Electo vno de fideiussoribus vel mādatoribus, nō liberatur alter: nec reus principalis similiter nec electo vno de reis principalibus liberatur alius correus, nec fideiussores vel pignora: & quod pōt fieri per pactū pōt fieri per legē. Sal.

XXVIII. *Idem A. Ioanni præfecto prætorio.*

G Eneraliter sancimus, quēadmodū in mādatoribus statutum est[f], vt contestatione contra vnum ex his facta, alter non liberetur ita & in fideiussoribus obseruari. Inuenimus † etenim & in fideiussorū cautionibus plerūque ex pacto huiusmodi causæ esse prospectum[g]: & ideo generali lege sancimus, nullo modo electione[h] vnius ex fideiussoribus vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsum reum fideiussoribus, vel vno ex his electo liberationem mereri, nisi satis fiat * creditori: sed manere ius integrū, donec in solidū ei pecuniæ persoluatur, vel alio modo satis ei fiat. Idémque in duobus reis promittendi constituimus[i], ex vnius rei electione præiudiciū creditori aduersus aliū fieri nō concedentes[k]: sed remanere & ipsi creditori actiones integras, & personales & hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim[l] pactis conuentis hoc fieri conceditur, & in vsu quotidiano sēper hoc versari aspicimus: quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, vt nec simplicitas[m] suscipientium cōtractus ex quacūque causa possit ius creditoris mutilare? Dat. XV. Kalēd. Nouemb. Constantinopoli post cōsulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

TITVLVS XLII.
DE NOVATIONIBVS & delegationibus.

Delegatio inuito debitore fieri nō pōt: sed iurium cessio pōt fieri eo inuito Bald. Vel sic: Delegatio debitoris non pōt fieri nisi eo consentiente: venditio verò nominis sic. Bar. & Sal.

I. *Imp.* ALEXANDER *A. Timotheo.*

D Elegatio debiti, nisi consentiente[n] & stipulanti promittente[o] debitore, iure[?] effici non potest. Nominis* autem venditio & ignorante vel inuito eo aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet[p]. PP. V.

& definiri, ne tabellionum simplicitas præiudicet creditoribus. Viuianus.

f ¶ *Statutum est. vt* & *s. eo. l. reos.* Accurs.

g ¶ *Prospectum.* vt vnus alterius conuentione non liberetur.

h ¶ *Electione.* not. per electionem: sed si diuisit petitione per partes, sic: *vt s. e. l. liberum.* Accurs.

i ¶ *Constituimus. vt* & ff. *manda. l. si mandato Titij.* §. *Paulus respondit.* Acc.

k ¶ *Non concedentes.* immo videtur contra: *vt* ff. *de duobus reis. l. ij. quæ est contra.* Solu. ibi petiit animo nouandi: vel ibi petiit, & habuit. Accursius.

l ¶ *Si enim.* No.[a] sic intellige. *de lege Fa. Ca. toll.* & ff. *de pactis l. pactum.* §. j. & §. *de rei vxo. act. l.* j. §. j. Accursius.

m ¶ *Simplicitas.* Nota argu. per tabellionis[b] simplicitatem non fieri præiudicium contrahentibus.

DE NOVATIONIBUS & delegationibus.

Quia[c] supradictæ obligationes nouantur & delegantur: ideo de hoc dicit. Vel sic: diximus de obligationibus quæ nascuntur ex stipulationibus. Sed quia obligationes sic soluuntur per stipulationes, sicut & contrahuntur: ideo ponit de nouationibus & delegationibus. Azo.

D Elegatio.] CASVS. Debebas mihi decem. & ego Titio decē. te inuitum Titio non possum delegare: sed ius quod habeo aduersus eum, te inuito & ignorante vendere possum, vel dare, non delegare in solutum: quia in delegatione necesse est vt creditor stipuletur, & debitor promittat: in qua stipulatione necessarius est consensus: in venditione non est necessaria debitoris responsio. Viuianus.

n ¶ *Consentiente.* nunquid tenetur consentire? Videtur distinguendum vt in marito. ff. *sol. matrimo. l. ij. in princip. quæ est contra.* maximè quia malitijs &c. *vt* ff. *de rei vindic. l. in fundo.* Sed dic speciale ibi in dote sicut & alia multa sunt in ea specialia. hic ergo non potest cogi ad consentiendum: *vt infra eodem l. nec creditori.* Accursius.

o ¶ *Promittente.* hoc quando fit per stipulationem. fit[d] etiam & per lit. contesta. *vt* ff. *eo. l. delegat.* j. §. *fina.* Accursius.

p ¶ *Solet. vt* & *supra de heredi. vend. leg. nominis.* & ff. *de here. vendi. l. nomina.* Item donari: [e] *vt infra de dona. l. ij.* Item obligari: *vt supra quæ res pignor. obligari possunt. leg. nomen.* Sed contra debitor creditorem ad recipiendum cogere non potest: *vt infra*

f hinc colligit ... valere argumentum à pacto ad legē, statutum, vel consuetudinē de quo dixi ad rubri. de decret. decur. lib. 10. ... Notariū semper intelligi ... apponere clausulas in ... appone solitas etiam si hoc non fuerit ... dictum ... quod si deo ... in emphyteusi ... non apparet concessio facta per ecclesiam ... tamen generationem ...

a Simplicitas ... [illegible]

b Notarij simplicitas non nocet contrahentibus.

c ... [illegible]

d Delegatio duobus modis fit.

e Nomen vendi, donari & obligari pōt ignorante & inuito debitore.

d Delegatio fit per stipulationem.
e Stipulatio verbis quidē cōtrahitur, nō tamen sine cōsensu.
f Nouatum intelligitur si nouatum est.

amodo eum conuenire.

a ¶ *Dirigitur.* contra debitorem.

b ¶ *Ritè facta.* pro debitore.

c ¶ *Euanuit.* fuit[f] ergo actum vt fieret & nouatio. aliàs remanet prima. & secunda accedit: *vt infra eo.l.finali.* Quandoque tamen tacitè[g] agitur vt fiat nouatio. Quid enim si idem à te pluribus nundinis stipuler faciendo noua instrumēta, & conueniēdo de reddendis primis instrumentis? Certè nō agam ex omnibus: *argu. ff. de praeto. stipula. l. penultim.* olim autem fieri semper praesumebatur: *vt instit. quibus modis tol. oblig. §. praeterea. & ff. de praescript. verbor. l. ob eam causam.*

g Nouatio fit quandoq; tacitè.

SI delegatio.] CASVS. Si mandaui creditori meo actionem aduersus debitorem meum, & creditor negligens fuerit in petendo, & timebam ne debitor fiat inhabilis: an non obstante quòd mandauī actionem creditori, possum debitorem conuenire, quaeritur? Et dicitur quòd sic: nisi in tribus casibus, scilicet si creditor litem fuerit contestatus, si partem debiti acceperit, aut si denunciauerit debitori ne mihi soluat. & hoc in prima. Si verò delegaui debitorem meum creditori per nouationem non potero eum amplius conuenire. Viuianus.

d ¶ *Non est interposita.* quae praesupponit[h] nouationem, & sic iure isto vbicunque delegatio, est nouatio, sed[i] nō conuertitur: quia nouatio[k] etiam in eadem persona fieri potest, sed[l] non delegatio.

h Delegatio praesupponit nouationem, vt vbicunque sit delegatio, sit & nouatio.
i Delegatio & nouatio non conuertuntur. & quomodo.
k Nouatio in eadem persona fieri potest.
l Delegatio in eadē persona fieri potest.

...niano Coss.

Delegans facta deleg: t o te contra delegatum, non retinet ius agendi. Baldus. Vel sic: Ex delegatione animo nouandi facta tollitur prius obligatio. Salycetus.

II. *Imp.* GORDIANVS A. *Firmino.*

EX contractu pecuniae creditae actio inefficax dirigitur[a], si delegatione personae ritè facta[b] iure nouationis vetustior cōtractus euanuit[c]. PP. Kalendas. Septemb. Pio & Pontiano Conss.

Cedens iura, nihilo minus apud se retinet directam actionem quam experiri potest nisi in tribus casibus. Primo, si cessionarius esset litem contestatus. Secundo, si cessionarius partem debiti sui cepisset. Tertio si cessionarius certiorato debitore denunciauerit ei ne solueret cedēti hoc dici secundùm Bald. Vel sic. Cessio actionum non liberat debitorem: ideo cedenti potest solui: praeterquā in tribus casibus hic positis. Delegatio verò solenniter facta, debitorem liberat: & ipsum nouo creditori obligat. Salycet.

III. *Idem A. Mutiano.*

SI delegatio non est interposita[d] debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt: quamuis creditori tuo aduersus eum solutionis causa mādaueris[e] actiones, tamen antè quàm lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denunciauerit[f], exigere[g] à debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, & eo modo[h] tui creditoris exactioné contra eum inhibere. Quòd si delegatione facta, iure nouationis tu liberatus es, frustra vereris ne eo

redundet: cum per verborum obligationem volūtate nouationis interposita, à debito liberatus sis. PP. V. Id. Iun. Gordiano A. & Auiola Conss.

Procurator constitutus ad exigēdum non potest remittere non exacta, nisi habeat generale mandatum cum libera. Bald. Vel sic: Procurator simpliciter factus ad exigendum, habet potestatem recipiendi, non nouandi, vel aliter liberandi. Salyc.

IIII. *Idem A. Stratonico.*[*]

NOn abstulit tibi procurator tuus[k] actioné, si cum ei mandasses exactionem pecuniae quam hi tibi debebant contra quos supplicas, parte accepta de reliquo eos liberauit[l]: cum neque contra volūtatem tuam nouationem facere, neque in eo quod non soluebatur, eos liberare potuerit, PP. Idib. Nouemb. Gordiano A. & Auiola Conss.

Si quis alterius obligationem sub stipulatione susceperit, & is pro quo stipulationem susceperit, non soluat, nec eum conseruet indemnem ipse soluere cogitur. h.d. Vel sic: Non debet quis mihi fidem rumpere, licèt sibi rumpatur ab alio. Baldus.

V. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. *Septimiae.*

SI pater tuus cui te successisse proponis, creditori[m] pro Alexandro suscepto[n] nomine certam pecuniā stipulanti spopondit: licèt per improbitaté Alexander ei[o] satis nō fecit, tamé summę promissę nimis improbè solutio negat[p]. S. II. Id.

...mandantem: *vt hic, & supra manda. l. si pater.* & est ratio: quia incorporalia[b] non separantur facilè vt corporalia: *vt ff. pro socio. l. si. & de pecu. l. quis ergo. & lege si Stichus.* Cessa[c] ergo vel mandata actio, est eius qui cessit. est tamen eius cui est cessa quo ad vtilitatem. inde est quòd in rem suam dicitur procurator.

b Incorporalia difficilius separātur, quàm corporalia.
c Cessa actio manet directo iure eius qui cessit: vtilitati est eius cui cessa est.

h ¶ *Et eo modo.* scilicet exigendo. Vel, id est demum exactione facta. Primum videtur verius: sed videtur solum denunciando: *vt ff. de solu. lege aliud.* sed ibi non cesserat, sed tantum solui promiserat.

* Frantonico.

i ¶ *A cliente.* id est debitore olim suo: ideo sic dictus quia[d] qui accipit mutuum, seruus est & cae. Vel quia in aliqua causa praestabat ei patrocinium.

d Mutuum accipiens seruus est creditoris.

NOn abstulit.] CASVS. Procurator tuus exegit à debitore tuo pecuniam, & pro parte eum liberauit stipulando, & postea accepto ferendo: an praeiudicare tibi poterit, quaeritur? Et dicitur quòd non. Viuianus.

k ¶ *Procurator tuus.* quia non habebat generale mandatum, & liberam administrationem.

l ¶ *Liberauit.* stipulatione facta animo nouandi & acceptilatione secuta, vt sic faciat ad titulum: nec liberam administrationem habeat hic procurator: *vt & supra de procurato. l. si procurator. & supra de transactio. l. transactionis placitum. & ff. de pactis, lege sed si tantum. & de procurato. lege procurator tutorum.* aliàs secus: *vt ff. eodem. lege nouare possumus in fine. & de procuratoribus. leg. procurator cui. quae sunt contra.* Accursius.

e ¶ *Mandaueris.* faciendo eum procuratorem in rem suam. idem est si cesserit dicendo, cedo. licet quidam contra. In simplici verò procuratoré constat etiam ante litem cōtestatam & postea posse reuocari ex causa: *vt ff. de procurat. l. ante litem contestatam. & l. post litem contestatam, cum sequentibus.*

f ¶ *Denunciauerit.* sic *ff. de euic. l. si cum venditor. in princip.*

g ¶ *Exigere.* ab inuito: *vt ff. de leg. iij. fideicommissa. §. si rem.* Item & transigere: *vt ff. de transactionibus. l. fin.* Sed videtur procuratorem in rem suam praeferendum: *vt ff. de procurato. l. procuratoré. quae est contra.* Solu. haec determinat illam. Vel ibi loquitur quando agit vtili suo nomine, quod potest facere cum emit: vel in solutum accepit, vel permutauit. Vel hoc mandatum non valuit. quia delegatio non iure facta fuit, secundùm M. prima verior est. Sed quid si[m] simul veniant ambo contestari litem? qui habet vtilem

m Actionem directam habens, si cōcurrat cū habente vtilem ad agendum vtet praeferatur.

SI pater.] CASVS. Mutuaui Alexandro decem: ea stipulatus sum à patre tuo animo nouandi. si patri tuo Alexander nō satisfaciat: tibi qui ei successisti, soluere tenetur id in quo liberatur Alexander à me Viuian.

m ¶ *Creditori.* s. Alexandri, cui animo nouandi pro Alexandro promisit pater tuus. Accur.

n ¶ *Suscepto.* per creditorem, secundùm Azo. id est, Alexander promisit patri tuo: vel eius mandato pater tuus promisit. Accursius.

o ¶ *Ei.* scilicet patri tuo.

p ¶ *Negatur.* idem habes *ff. de cond. causa da. lege si donaturus. §. si quis & ff. de*

April.Sirmij CC.Conss.

Etiam creditori creditoris debitor inuitus non delegatur. Baldus.

VI. *Iidem* AA.& CC. *Dertiparo.**

NEc creditoris creditori quisquam inuitus delegari[a] potest. S. XII. Kal. Nou. Dorostoli.CC.Coss.

Aduersus debitorem debitori nemo agit, nisi sit sibi delegatus vel nisi constituerit se soluturum. h.d. Vel sic: Personalis actio non sequitur debitorem debitoris. Baldus,

VII. *Iidem* AA.& CC. *Zeilo.*

SI soluere tibi pecuniam delegatus Eucarpus[b] dare spopondit, vel debitum constituit[c] suo nomine conueniri potest: alioqui aduersus eum[d] experiri pro chirographario[e] debitore tuo frustra conaris. S. VII. Kalend. Ianuar. CC. Coss.

Obligatio per obligationem non nouatur, etiamsi noua persona interueniat, vel obligatum aliquid addatur, vel detrahatur, vnde naturalibus verbis, i. expressis debet fieri nouatio, non per subauditum seu extrinsecum verbis ipsis intellectum. Vel sic: Olim fiebat nouatio noua persona interueniente, addita vel mutata quantitate: hodie non sic, nisi hoc agatur expresse. Bald.

VIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *ad Senatum.*

NOuationũ nocentia corrigentes volumina, & veteris iuris ambiguitates resecantes, sancimus: si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutauerit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam vel minuendam esse crediderit; vel conditionem seu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem acceperit, vel aliquid fecerit ex quo veteris iuris conditores introducebant nouationes, nihil[f] penitus prioris cautelæ innouari, sed anteriora stare, & posteriora incrementum eis accedere, nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint †, quòd secundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus, voluntate[g] solum esse non lege[h] nouandum, & si non[i] verbis exprimatur, vt sine nouatione (quod[k] solito vocabulo ἀνευ καινότητος † Græci dicunt) causa procedat: hoc enim[l] naturalibus[m] inesse rebus volumus, & non verbis extrinsecus superuenire. Datum XI. Kalend. Augusti, Cõstantinopoli. Lampadio & Oreste VV.CC. Consulibus.

& ff. de except. doli. l. pen. §. si tam. & ff. eo. si quis delegauerit. & l. nouatio autem. Accursius.

NEc creditoris.] CASVS. Debitorem meum inuitum nec etiã creditori meo delegare possum, cùm per stipulationem fiat delegatio: vt s. eo. l. j. Viuian.

a ¶ *Delegari.* i. cùm fiat per stipulationem: vt s. eo. l. j. Accurs.

SI soluere.] CASVS. Si debitor meus Eucarpum mihi delegauit & Eucarpus pro debitore se soluturum constituit an eum conuenire potero, quæritur? Et respon. quòd sic. Si verò non constituit, nec delegatus fuit, dimisso debitore meo sine obligatione Eucarpum cõuenire non potero. Viuianus.

b ¶ *Eucarpus.* debitor tui debitoris.

c ¶ *Constituit.* s. pro debitore tuo.

d ¶ *Eum.* scil. Eucarpum debitorem tui debitoris.

e ¶ *Pro chirographario.* secus si debitor tuus obligauit omnia bona, vel saltem illud nomen, *vt ff. de pignorat. actione. l. si conuenerit. in principio. & ff. de pignoribus. l. grege. §. ij.* Item hoc est verum, nisi post missionem ex causa iudicati aliis rebus deficientibus: *vt supra quando fiscus vel priuat. l. ij. & ff. de re iudicata. à diuo. §. j.*

NOuationum.] CASVS. Olim si aliquis tenebatur mihi ad centum & de ea quantitate aliquid detrahebatur, vel conditionale debitum fieret purè, cuius fiebat nouatio, prima obligatio euanuit, hodie non aliter fit nouatio, nisi hoc expressè agatur: nec euanescit prior obligatio, nisi expressè & specialiter remittatur. Viuian.

f ¶ *Nihil. vt instit. quibus modis tollit. obligatio. §. præterea.* Sed certè imò & olim videtur quòd erat necesse agi: *vt ff. eodem. l. omnes. & l. si Stichũ. §. j.* Sed dic quòd intelligebatur agi etiam tacitè vel expressè, *vt hic dicitur.*

g ¶ *Voluntate.* expressa.

h ¶ *Non lege.* i. coniecturis legis, vel interpretatione.

i ¶ *Et si non.* id est, dicere, & definimus repete, vt sine nouatione causa procedat, si non verbis, &c. Accurs.

k ¶ *Quod.* i. quam nouationem solito, &c.

l ¶ *Hoc enim.* i. nouationem, vel, i. vt nouatio fiat.

m ¶ *Naturalibus.* i. verbis naturaliter prolatis, & non verbis, &c. Et sic not. interesse[*] aliquid exprimatur, vel intelligatur tacitè: *vt hic & supra de impuber. & aliis substitut. l. precibus. & ff. de legat. ij. leg. si ita. §. illi.* Sed argumentum contra *ff. si certum petat leg. cũ quid.* Vltimò notat tres casus: quia aut est actum, vt fiat nouatio & expressum, quo casu ipso iure tollitur prior obligatio, solàque nouatio manet, aut neque actum, neque expressum est, & remanet efficax vtraque, vt hac lege. Aut est actum tacitè, licèt non expressè, etiam tunc manet prima ipso iure, sed tollitur per exceptionem, & meritò. Quid[a] enim si multas cautiones, putà decem per varia tempora tibi feci, putà in nundinis super eodem debito: agésne ex omnibus? certè non quia præsumitur animo nouandi factum, *vt argum. ff. de prætoria stip. l. pe.* Item & not. hic distinctionem, nouationum alia voluntaria, alia, &c. *vt diximus s. de iudic. l. j.* Accurs.

DE SOLVTIONIBUS, &c.

Dixit[b] de vno modo tollendi obligationem, scilicet per nouationem. Nunc de alio per solutionem qua tollitur omnis obligatio, vt inst. quib. mod. toll. oblig. in prin. Et potest dici solutio rerum liberatio personarũ. nam per solutionem sequitur liberatio & sic de ea subijcit. vel dicit de solutionibus rerum, & liberationibus scilicet de aliis quàm per solutionem, licèt large modo omnis liberatio dicatur solutio. vt ff. eod. l. solutionis verbum.

Tacitè vel expressè aliquid exprimatur an intersit.

a Bis promittens, vt semel soluendo liberatur. ita ex vna tantũ promissione conueniri potest, non ex omnibus, vt hic. Imò ex vtraq. gloss. l. quo ba. (?) ff. de verb. obli. Ambo ex nouatione, vel imò ex noua seu priori tantùm promissione conuenitur. Glo. in l. si dari. ff. de verb. obli. verũ huius postrema l. glossam tenet post Bart. & aliàs Iason in d. leg. quo bis, repudiata sententia ibidem Gloss. Dyni & Petri.

† Scilicet verbo, vel de hoc arg. mentis ... alij. et constet etc., non sit dictum animo nouandi. exemplificat Salyc. vt pro 10. quã mihi debes, promittis 15. hæc, inquit, appõtet primã obligationẽ mutari in secũdam.

b Continuatio.

TITVLVS XLIII.

DE SOLVTIONIBVS & liberationibus.

Debitor ex pluribus causis, potest eligere tempore solutionis in quam causam soluat, & si ipse non eligit, potest eligere creditor in quam causam accipiat, & si nemo eligit, lex præsumit electionem in duriorem causam. & si est debitum vsurarium, prius in vsuras, deinde in sortem. Bald. & Salyc.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Aristeneto.**

IN potestate eius est qui ex pluribus contractibus pecuniam debet tẽpore solutionis[n] exprimere, in quam causam reddat. Quòd si debitor id non fecit, conuertitur[o] electio ad eum qui accepit. Si neuter voluntatem suam expressit[p], prius in vsuras id quod soluitur, deinde

IN potestate.] CASVS. Si tenear tibi ad plures summas ex pluribus causis, putà ad decem ex causa venditionis, ad alia decem causa mutui, ad decem causa locationis, & solui tibi decem, in electione mea est in quam causam velim ea esse soluta, si non elegero, tua erit electio & si tu non elegeris, nec expresseris in quam causam velis accipere, nec ego, tunc primò conuertuntur ad decem in vsuras, deinde in sortem. Viuianus.

* Aristeneto.

n ¶ *Tempore solutionis.* id est, in ipsa solutione, vel parum ante, vel parum post: *vt s. de vsuris. l. si vsuras.* nam[c] res meæ dicere possum legem quam volo, *vt hic. & ff. eod. l. j. in princip. & l. Paulus. ij. §. j. & ff. de pactis. l. in traditionibus.*

c Soluens solutis rebus legem dicere potest.

o ¶ *Conuertitur.* debet tamen eligere in grauius debitum, & incõtinenti eligit vterque, non ex interuallo, vt sic vel creditori sit liberum non accipere, vel debitori non dare, cùm alter non admittat legem solutionis quæ alteri placet: *vt ff. eodem l. prima. §. finali. & l. ij. & iij. in principio.* & quæ[d] sit causa grauior, habes *ff. eodem. leg. prima. & iiij. & quinta. & leg. si quid ex famosa. & l. cùm ex pluribus.*

d Grauior causa debiti quæ dicatur.

p ¶ *Expressit.* vel expressit creditor, sed ex interuallo: *vt ff. eod. leg. cæterum. in princ.*

q ¶ *In vsuras.* debitas per stipulationem, nõ nudo pacto, *vt ff. eod.*

in his § autem. Sed aliud in precio ex pignore redacto, quod etiam in naturale debitum potest eligi, vel vsuras naturaliter tantùm debitas, *vt ff. eod. l. Paulus. ij. § j. & ff. de pign. actio. l. cùm & sortis.* Quid autem si pacto tantùm debeantur, verùm actum est vt pignus pro eis teneatur? Dic secundùm H. idem quòd si debeantur per stipulationem, siue soluantur, siue pignus distrahatur, *& sic intellige ff. eod. l. Paulus. ij. § j.* & ita est idem secundũ eum in debitore soluente, & creditore pignus distrahente: cùm in vtroque casu in ciuile & naturale debitum, vel naturale tantùm pro quo tenetur pignus, ex conuentione retineri possit non illud naturale pro quo pignus non tenetur. Cui videtur contra l. illa Paulus. vbi dicit [a] aliam esse causam debitoris soluentis, aliam creditoris distrahentis. Sed potest dici aliam esse in hoc, quia debitor [b] soluens potest eligere causam in quam soluit. Sed si creditor [c] distrahit, secus, etiam licentia sibi à debitore denegata. Item [d] si primò accipitur in vsuras, ergo non accipitur in grauiorem causam? Sed resp. vt diximus ȝ. *de vsuris. l. vsuras.*

a ¶ *In sortem.* grauiorem s. *vt ff. eo. l. caterùm. § fin. & l. magis. & l. in his.* sed secundùm H. nihil videtur referre an hoc eligat creditor, an taceat cum vtroque casu in duriorem casum fiat electio. Sed Io. dicit quòd tunc prodest electio, quando sunt æqualiter graues, nam si non eligat, intelligitur antiquior: *vt d. l. in his. § j.* sed si eligat etiã in nouam de qua fortè non erant ei probationes, sicut de prima, valet electio, sed hoc non placet, quia non sic faceret vt suum negotium, quod debet facere: *vt ff. eod. l. j. § penult.* Alij dicunt prodesse in hoc, quia vbi sunt plures æquè graues, & non eligit, cedit in vnamquamque pro rata: *vt ff. eodem. leg. illud.* sed vbi eligit, potest in vnam eligere. Sed tu dic etiam si in leuiorem eligat, potest: si modò sic in re sua faceret. Et si dicas quòd videtur in grauiorem eligere: hoc verum est, quia sic verisimile est, posset esse tamen contrarium, quia fortè talis est persona.

in sortem [a] accepto feretur. PP. II. Non. Nou. Duobus & Aspris Coss.

Si fiscus succedit debitori & creditori, confunditur obligatio. Bal. Vel sic: Si fiscus succedit debitori & creditori etiam diuersarum stationum liberantur fideiussores. h. d.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Bassæ.*

Liberari [b] fideiussores quoties fisc[9] tam debitori [c] quã creditori (licet diuersis stationibus *) succedit, ius certum est. Quod & in tua persona [d] procuratores mei [e] custodient. PP. Kalen. Iulij. Lupo & Maximo Coss.

Seruo mutuanti potest mutuum reddi si peculium non est ei ademptum. Bald. Vel sic: Soluens seruo ex contractu peculiari ante ademptum peculium, liberatur ipso iure: post ademptum, ope exceptionis si tunc ignorans fuit.

III. *Imp.* GORDIANVS A. *Apollonio.*

SI cùm seruus liberam peculij administrationem haberet mutuam ab eo accepisti pecuniam eique ante ademptum peculium, vel prius quàm ademptum cognosceres, eam exsoluisti: ea solutione liberat[9] es [f]. PP. V. Kalen. Octob. Pio & Pontiano. Coss.

Siue soluatur creditori, siue alij eius mandato, liberatur soluens, licèt instrumenta penes creditorem remaneant non incisa, nec cancellata. Bald. Vel sic: Obligatio extincta solutione, non resuscitatur mandantis morte superueniente ante instrumenta reddita debitori. Salycetus.

Liberari.] CASVS. Fiscus habebat duas stationes, vnam accepi mutuò, & fideiussores dedi, alia statio tenebatur mihi in centum, & ita fui debitor fisci ex vna parte, & creditor ex alia, decessi & successit fiscus, an fideiussores liberentur, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viu.

b ¶ *Liberari.* habet fiscus duas stationes, quarum [a] vni Titius est debitor in decẽ cũ fideiussore, alteri est creditor in aliis decem, si fiscus succedit illi Titio, extinguitur hincinde debitum per cõfusionem, & ita fideiussores quos dederat Titius illi stationi cui erat debitor, ipso iure liberati sunt, non autem hîc Titius viuens posset compensare, si à fisco conueniretur, *vt ȝ. de compen. l. j.*

c ¶ *Debitori.* eidem.

d ¶ *In tua persona.* fideiussori loquitur.

e ¶ *Procuratores mei.* i. Cæsaris, qui [a] reddunt ius inter fiscum & priuatum, *vt ȝ. si aduersus fisc. l. ij. in fi.* sed certè imò videntur fideiussores teneri, *vt ff. de euict. l. si ei. § j. in fin. quæ est contra.* Sol. ibi loquitur de fideiussoribus primi contractus, non eius cuius obligatio erat extincta per successionem.

a Procurator Cæsaris cognoscit inter fiscum & priuatum.

IIII. *Idem A. Rufinæ.*

NIhil interest, vtrum creditori mutuam pecuniã solueris, an ex eius voluntate seruo numeraueris [g]. Nec enim ex eo quod creditor concessit in fatum prius quàm instrumẽta redderet, euacuatæ [h] obligationis vires reparari queunt [i]. PP. II. Id. Octob. Pio & Pontiano Coss.

Extraneus offerens creditori, nõ potest per hoc eum cogere ad iura cedenda: nisi emerit nomen debitoris: licet quicumque soluat pro debitore, eum liberet. Bald. Vel sic: Non potest quis compellere alienum creditorem vt sibi cedat actionem contra eius debitorem. Sal.

V. *Idem A. Celso.*

NVlla tibi aduersus creditorem alienũ actio super est [k] eo quòd ei debitam quãtitatem offeres, ius obligationis in te transferri desideras: cùm ab eo te nomen cõparasse non suggeras [l]: licèt solutione ab alio facta nomine debitoris, euanescere [m] soleat obligatio. PP. XV. Kal. Nou. Pio & Pontiano Coss.

Confessio totius per errorem facta, non præiudicat nisi in parte recepta. Sal.

VI. *Idem A. Alexandro.*

SI inter patrem tuum, cõsque quos debitores esse dicebas, non de dubia lite transactio [n] facta est, sed parte tantum modo recuperata, vniuersum se recepisse cauit [o]: nec de superfluo eos quos verbis obligauit, per acceptilationem [p] liberauit, nec donationis [q] causa id factum est,

SI cùm seruus.] CASVS. Accepi x. mutuò à seruo tuo, qui habebat administrationem peculij tantùm, antequàm scirem peculium fuisse ei ademptum, solui, nũquid sum liberatus? Dicitur quod sic. Viuia.

f ¶ *Liberatus es.* in primo casu ipso iure, in secundo per exceptionẽ, & sic verbum semel positum, diuersimodè ponitur. *sic ff. si cert. pet. l. certi cond. in princ. sec. Azo.* Sed si [b] manumisso soluatur: aut ex contractu dominico, & tunc ignorans manumissum liberatur: si verò ex peculiari, etiam sciens debitor liberatur, si modò ignoret ademptum peculium. *vt ff. eod. l. si quis seruo. & leg. si seruus. & l. quod iussu. man. § recte. & facit ff. si cert. pet. l. cum qui.* Accurs.

b Soluens manumisso, an liberetur.

NIhil.] CASVS, Si, ue soluam creditori meo id in quo sibi tenebar, sine voluntate eius seruo suo, quoad hoc vt contingat mihi liberatio, nihil interest quia in vtroque casu liberor. licèt instrumentum obligationis penes eum remanserit quando decessit. Viuianus.

g ¶ *Numerauerit.* nam mihi soluere videtur, qui alij mea voluntate soluit. *vt hic: & ff. de pig. act. leg. solutum. § solutam. & infra eo. l. inuito.* Accur.

h ¶ *Euacuatæ.* per solutionem.

i ¶ *Reparari queunt.* sic ergo condicentur per condictionẽ, sine causa si non sit dominus debitor: *vt ī. de cond. ex lege. l. dissoluta. al. vindicat: vt ȝ. ad exhib. l. si* Accursius.

NVlla.] CASVS. Titius mutuauerat x. Mæuio, volo soluere ea x. Titio, vt cedat mihi actio aduersus Mæuium: nunquid est Titius compellendus cedere, quæritur? Dicitur quòd non. Viu.

k ¶ *Actio superest. vt ȝ. qui poti. in pig. hab. l. cùm tibi. & ȝ de contra. iud. tut. l. j.* Accurs.

l ¶ *Suggeras.* quia tunc competeret actio ex empto ad cessionem & contra debitorem vtilis, & sine cessione: *vt ī. de act. & obl. l. j. & ij. & ff. de sol. l. Modestinus.*

m ¶ *Euanescere. vt ff. de neg. gest. l. soluendo.* Accurs.

SI inter.] CASVS. Si pater tuus à debitore tuo partem debiti accepit partem accepto tulit, vel animo donandi remiserit: pro residuo debitorem poteris conuenire.

n ¶ *Transactio.* s. simplex, quæ fit nudo pacto.

o ¶ *Cauit.* per errorem. Acc.

p ¶ *Acceptilationem.* i. transactionem, quæ fit per Aqui. stipulationem, & acceptilationem, nam duobus modis fit: *vt ȝ. de transactio. l. vt responsum.* Accursius.

q ¶ *Nec donationis.* Debiti [c] enim remissio, est donatio: vnde non valet inter virum & vxorẽ: *vt ff. de donat. inter vir. & vxo. lege. iij. § sciendum.*

c Remittens debitũ donare videtur.

soluendum. & l. si sponsus. §. si vxor viri.

a ¶ *Exuberantis.* i. residui.

b ¶ *Competit.* fuit ergo prædicta confessio de toto per errorem, credens totum sibi solutum, *vt supra de ci confessio. l. si quidem.* vel spe futuræ solutionis, *vt s. eod. l. inter. l. & facit s. de except. l. si ex maiore.* & hoc probatur, aliàs præsumerentur omnia solenniter facta sicut & in obligando, *vt instit. de fideiusso. §. final.* Accursius.

exuberantis [a] debiti integra ei repetitio competit [b]. PP. III. Id. Februar. Gordiano. A. & Auiola Conss.

Ne currant vsuræ, vel quicquam pœnale, fit compensatio ipso iure. Baldus. Vel sic: Pro rata debiti quod potest compensari, non currunt vsuræ. Sal.

E*Ius.*] CASVS. Tenebaris mihi in decem, & ego tibi in aliis decem, admissa compensatione hincinde, quasi solutione facta, non currunt vsuræ. Viu.

c ¶ *Manifestum* [a] *est.* siue ex vna parte tantùm currebat vsura, siue ex vtraque. *vt ff. de compensa. l. cum alter. & l. idem. & supra de compensa. l. si constat.* Item nota, ex eo quod dicit, compensatio excludit quòd [b] videtur compensatio fieri ipso iure, etiam non opposita, quod non placet, *vt not. s. de compensat. leg. si constat.* Accursius.

a adde quæ scri. psit Accurs. l. 2. in verbo, repellere s. de rer. cont. ope. Socinus cons. 114.

b Côpensatio fit nô ipso iure, sed si opposita.

VII. *Impp.* PHILIPPVS & PHILIPP. C. *Antiocho.*

EIus quantitatis cuius petitionem ratio compensationis excludit, vsuras non posse reposci manifestum est [c]. PP. V. Kalend. August. Peregrino & Æmiliano Coss.

Hæc lex legitur duobus modis secundùm Bald. & vtraque lectura est notabilis. Prima lectura est talis. Qui promittit certo loco soluere, non potest denuo cogi alibi soluere. Secunda lectura: Creditor non potest compellere debitorem vt soluat alibi quàm in loco destinato: etiamsi alibi posset solui & offerri, tamen creditor non cogitur nouare contractum. Bald.

V*suras.*] CASVS. Promisisti mihi decem, & promisi me soluturum vsuras Bonon. vis me compellere vt soluam Mutinæ, nunquid potes? Dicitur quòd non: & sic est promittere, in litera, aliàs recipere, & tunc dic quòd debitor non potest compellere creditorem alibi recipere solutionem, quàm vbi promisit, si habeat pactum. *facit ff. de eo quod certo loco. l. is qui.*

† ista l. reputatur sing. secundùm Lud. de Ro. in sing. suo singul. 71.

† al. deferri, sed in omnibus reperi scriptú dependi.

VIII. *Iidem A. & C. Rufino.*

VSuras, † quæ quotannis [d] in vrbe [e] numerandæ sunt [f], promittere [g] alio loco dependi [h] †, nisi ex iusta causa exempli ratio minimè sinit. PP. V. Idus Maij. Philippo. A. & Titiano Consulibus.

Oblatio & obsignatio ipso iure liberat debitorem, nisi fiat loco incongruo, Bald. Vel sic: Locus congruus offerendi, est locus soluendi, & non alius, h. d. ista lex notabilis, Bald.

d ¶ *Quotannis.* i. singulis annis.
Ista lex ponit de pacto, de quo non habetur alibi in iure. Valet pactum, quod statim re vendita lite mota, reddatur precium emptori. vel sic: Regulariter non agitur de euictione, nisi euictio sit secuta, aut exceptio iudicata. Baldus. vel sic: Ad interesse agitur antequam res euincatur si inter partes hoc agatur. Salycetus.

EXceptione.] CASVS. Fundum mihi vendidisti, & pro euictione promisisti, & fideius. dedisti, fideiussor agit pro fundo, dicens se per vxorem eum emisse: an possit repelli per except. fideiussor, quæritur? Et dicitur quòd sic: cùm vendendo adeò consensit, vt pro euictione fideiusserit, quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. vnde not. hic, sicut venditor non potest euincere rem quam vendidit, ita nec eius fideiussor: quia quem de euictione tenet actio, &c. *vt hic & ff. eod. l. vindicantem.* Viuianus.

g ¶ *Eum.* fideiussorem.

h ¶ *Ab auctore.* i. venditore. ¶ Et no. quòd dicit, doli exceptione, quia dolo[a] facit qui petit quod restituturus est, *vt hic, & ff. de exceptio. do. l. dolo.*

a Dolo facit qui id petit quod restituturus est.

i ¶ *Suam.* ementem nomine viri.

xii. *Imper.* GORDIANVS A. *Philippo.*

SIue in libertatē euict[us] est[m] seruus quē mercatus es: siue cùm comparares, conuênit vt si qua quæstio nomine eius relata esset, & si necdum euict[us] esset tu precium recuperares[n]: pręses prouincię, quod tibi prę standum animaduerterit, restitui iubebit. PP. VII. Id. Mart. Gordiano. A. & Auiola Conss.

Res vendita in causa iudicati non potest per debitorem euinci: & si euincatur ab alio, tenetur debitor de euictione. Vel sic: Factum iudicis reputatur factum partis, ad hoc allegatur. Bald. Vel sic: Emens à iudice iudicatum exequente, partem habet obligatam de euictione, ideo eam agentem repellit exceptio. Salycetus.

xiii. *Idem A. Zoilo.*

SI ob causam iudicati pignora capta sunt ex ei[us] auctoritate cui præcipiendi ius fuit, eáque de quibus complecteris, tu mercatus es[o]: frustra ab ea quæ condemnata est, vel quę in eius locum successit, eorum refertur[p] quæstio: quandoquidem & si euictio eorum ab alio subsecuta fuisset, aduersus eos debuisse dari actionem[q], quibus precij solutio proficit, rectissimè * responsum est. PP. XVI. Kalen. Iun. Gordiano. A. & Auiola Conss.

Filius non potest euincere rem quam pater vendidit, cuius ipse est hæres. Bald. Vel sic: Quem de euictione tenet actio tanquam hæredem principalis, eundem agentem repellit exceptio. h. d. Bartol. & Salycet. secus in hærede fideiussoris.

xiiii. *Idem A. Secundino.*

SIue possessio vēditoris fuit, siue filius eiusdémque patris hęres frustra quęstionem mouet: siue nō patris, sed filij eius possessio fuit, *aduersus agentem patrem competit.*

k ¶ *Consensum.* ¶ Not. quòd fideiubendo[b] quis consentit: *vt ff. in quibus cau. pig. tac. contra. l. si gratuitam. aliàs Pomponius scribit. § fina. & supra de vsucap. pro empt. l. venditionis* Etsi inferas: ergo[c] ratum habet: ergo tenetur quòd iussu, sicut dominus[d] vel pater ad eum pro quo fideiubet, nō sequitur: quia[e] aliud est consentire, vt extraneus, vt fideiubendo: aliud est consentire vt dominus: *vt ff. quod iussu. l. j. §. quid ergo.*

b Cōsentit, qui fideiubet.

c Fideiubendo extraneus cōsentit quidem, sed non propter ea ratū habere aut iubere dicitur, & c.

d Fideiubendo pater vel domini ratū habere & cōsentire videntur.

e Consentire vt extraneum & vt patrem vel dominum differunt.

l ¶ *Obligauerit.* Not. ergo regulam hîc, quem de euictione[f] tenet actio, ipsum agentem repellit exceptio: *vt hic, & j. eo. l. si ob causam. & l. siue possessio. & ff. eo. l. vindicantem.* quæ fallit in casu quem habes. *infra eo. l. si.*

f De euictione quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

SIue in libertatem.] CASVS. Vendidisti mihi seruum, siue proclamauerit in libertatem, & sic euictus sit: siue conuenit vt si aliqua quæstio mihi moueretur nomine eius, restitueres mihi precium, licèt nondum esset euictus: quid mihi restituendū sit, animaduertet præses prouinciæ. Not. hic, Si tu vendis mihi rem, & tu promittis mihi quòd siue reseuincatur, siue de re moueatur quæstio, restitues precium, statur conuentioni. Viuianus.

m ¶ *Euictus est.* satis[g] euincitur, qui in libertatem prouocat: *vt ff. eod. l. si per imprudentiam. §. j. & j. eo. l. si statum.*

g Euinci videtur qui in libertatem prouocat.

* al. certissime. al. meritissime.

n ¶ *Recuperares.* al. si aliū non esset, nō posset agi nisi demū re euicta: *vt ff. eo. l. si plus. §. mota.*

SI *ob causam.*] CASVS. Mulier tenebat mihi in x. conuenta condemnata est, ea non satisfaciente, iussu iudicis distracta sunt prædia eius, & mihi est satisfactum, an prædia mulier illa vel eius successor possit recuperare? Dicitur quòd non: & sic ab eo emptore non conuincatur, non contra iudicem, sed aduersus me cui facta solutio est, pro euictione emptori competit actio. Viuianus.

o ¶ *Mercatus es.* sab officialibus.

p ¶ *Refertur quæstio.* cùm ipsi sint qui de euictione teneantur, *vt subijcit, & ī. eo. l. exceptione.*

q ¶ *Actionem.* & in precium, & in vsuras habita ratione fructuum: *vt ff. eodem. l. si plus. §. & si iussu. & ff. de distra. pign. l. rescriptum. § fed*

ctus est: quia succubui dãna quæ passus sum, mihi resarcies, quasi dicat, teneberis mihi ad expensas factas in lite, & ad precium.

i ¶ *Fecisti.* vel postea vsque ad sententiam ante aperturam tamē testium: *vt ff. eo. l. si rem quam mihi. §. finali.* & secundum hoc etiam intelligitur quod est *ff. de leg. iij. l. qui concubinam. §. si heres.* quod debet denunciare ante iudicium, id est ante sententiam, vel speciale in legato.

uembr. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

Emptor serui eo pronunciato libero, agit de euictione, secus si esset pronunciatus seruus. Bald. vel sic: Emptor qui succubuit, de euictione agit, si non obtinuit. Salycet.

k ¶ *Nec citra.* si[a] enim sine sententia iudicis restituisset, non ageret de euictione: *vt hic, & ff. de rei vindicat. leg. vtique. & ff. de nego. gest. leg. at qui natura. §. cum me. & ff. eod. leg. si dictum. §. si compromisero.* nisi esset notorium rem esse alienam: *vt ff. de act. empt. l. emptorem in principio.*

[a] Euictionem perdit qui sine iudicis sententia rem restituit.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Eutychio.*

SI status tibi super homine venundato mota quæstio est: solennibus [m] quæ iuris admittit ratio interpositis: si secundùm libertatem fuerit lata sententia, poterit de euictione [eius quem comparaueras *] si nesciens eius conditionē comparasti, sine aliqua dubitatione auctorem, vel eius fideiussores, heredésve eorum conuenire [n]. Quòd si fuisse seruum sententia declarauerit, intelligis ad venditorem te reuerti non posse [o].

l ¶ *In damnis.* ergo & in sumptibus litis, quod plene dixi *supra eo. l. j.*

SI *status.*] CASVS. Vendidisti mihi liberum, quem credebam esse seruum, proclamauit in libertatem, si pronuncietur liber, quia seipsum euicit tenebaris mihi de euictione: si seruus est, in nullo mihi teneberis.

*desunt, & recte desunt forsan.

m ¶ *Solennibus.* quæ id[b] est ordinato assertore qui causam pro seruo facit, quod non fit hodie, sed ipsemet litigat: *vt supra de asser. tol. l. j.*

[b] Solennia ad seruitiū in libertate hodie sublata.

n ¶ *Conuenire.* *vt s. eod. l. si in libertatem. & ff. eodem. l. minor. §. pater filium. & supra de sententiis. l. libera.*

Emptor qui præscripsit, debet se tueri exceptione præscriptionis: & qui eandem omittit, de euictione regressum non habet. Bald. vel sic: Præscriptio emptoris prodest venditori. h. d. Salycetus. & ratio assignatur in princ. glo.

XIX. *Iidem AA. & CC. Theodoro.*

SI obligata prædia venundedisti, & longi temporis præscriptione solita emptores se tueri possunt: euictionis periculum timere non potes [p]. S. II. Kalend. Maij. AA. Coss.

o ¶ *Non posse.* nec ergo in sumptibus, nisi cauerit: *vt ff. de verborum obligationibus. l. venditores. & plenè dixi supra eod. l. j.* ADDITIO. Tu dic contra, vt ibi adnotaui, quod sequitur etiam Abbas in c. fin. in fine, extra de emption. & vend. Nec ob. ista l. secundū Bart. *in d. l. venditores. ff. de verborum obliga.* quia verum est quòd non potest agi ex clausula de euictione, quia res non est euicta. sed bene potest agi ex clausula ob rem non defensam: siue hoc fuit expressum, siue nō: quia à lege tacitè subintelligitur: vnde potest agi ad interesse. quare est aduertendum in modo concludendi in libello. prædicta intellige quando emptor denunciauit venditori vt eum defendat. aliàs est quod posset ei imputari, secundùm Abba. vbi supra.

Ex persona venditoris iudicium cum emptore sopitum non retractatur: tamen emptor non habet regressum de euictione, nisi venditori denunciauit. Bald. Vel sic: Re euicta agitur de euictione etiam contra venditoris heredem: ideo ei debet denunciari vt adsit defensioni, nec ex eorum persona potest in integrum restitutio impetrari. hoc dicit. secundùm Bal. & Salycetum.

SI *obligata.*] CASVS. Vēdidisti mihi prædiū, licet alij obligatum x. vel xx. an. illud possedi. an possit à me euinci? Dicitur q̄ non.

p ¶ *Non potes.* quia siue non opposuit eam emptor, & sibi imputes: *vt ff. eo. l. si rem quam. §. si duplæ.* siue opposuerit, & non fuit admissa & sic passus est iniuriam, vnde non teneris: *vt ff. eod. l. si per imprudentiam. in princip. & est idem ff. eodem. l. qui alienam. & arg. ff. man. l. Iulianus.* Sed quomodo hypothecariæ longo tempore præscribitur,

bitur, cum quadraginta annis duret: *vt supra de praescriptio. triginta ann. l. cùm notissimi?* Respon. quia est extraneus possessor cum titulo inter praesentes: & sic decennio. vel inter absentes, & sic viginti [a] annis praescribitur *vt supra si aduer. credi. l. j. & ij.* Item contra. *infra eo. l. empti.* Solu. vt ibi.

a Hypotheca rig potest praescribi longo tempore.

Si parentes.] CASVS. Pater meus védidit tibi mancipium. si conueniaris, potero in iudicio adesse, si fortè timeam collusionem. Si verò euictū iam sit: nisi fuerit appellatum, propter personam meam lis non instaurabitur. Si verò mihi non denunciasti, de euictione me obligatum nó habebis.

a ¶ *Si parentes vestri.* quorum heredes estis, vt habeant locum sequentia.

b ¶ *Non prohibemini.* ne fiat collusio: *vt ff. de appella. l. si proluforio. & l. à sententia. §. si heres. & l. ab executore. §. alio. & ff. de inoffic. test. l. si suspecta. & in authen. de litig. §. j. colla. viij.*

c ¶ *Ex persona.* nisi essetis minores.

d ¶ *Debeatis.* quia non tenemini. *s. eod. l. emptor.* Accurs.

xx. Iidem AA. & CC. Solido & aliis.

SI parentes vestri [a] mancipia venundederunt, & quaestio dominij mota est: emptoribus adesse, ac defendere causā non prohibemini [b]. Quòd si eis haec etiam euicta sunt, instauratio litis ex persona [c] vestra, si appellationem non interposuistis, contra ius desideratur. Empti sanè iudicio pro euictione si cōueniri cœperitis, nec vobis negocium vt defendatis, denunciatum probetur: intelligitis quatenus vosmetipsos tueri debeatis [d]. S. VI. Kalen. Iul. AA. Conss.

Licèt res post longa tempora sit euicta, non impeditur emptor agere de euictione. Baldus. Vel sic: Etiam si post longum tempus res non praescripta euincatur, de euictione agitur, si legitima denunciatio praecessit. Salycet.

b Adde Soc. in reg. 107. incipit, emptor euictionis causa etiā ante litem motam denunciare tenetur.

Empti [b] actio.] CASVS. Mihi seruum vendidisti, possedi cum spacio viginti ann. quibus elapsis proclamat in libertatem: denunciaui tibi, & pronunciat[e] fuit liber. agā pro euictione quanti mea interest.

e ¶ *Submouetur.* quia talis res erat quae non poterat vsucapi, vel praescribi: *vt subijcit, & supra de praescript. long. temp. quae pro liber. l. fina.* aliàs contra: *vt s. eod. l. si obligata.*

¶ Sed nunquid xxx.[c] annis tollitur? Respon. nó, cùm praescriptio nec eo tempore compleri possit contra [d] libertatem: *vt arg. ff. eod. l. minor. in principio.* Vel dic quod tollitur si nasceretur: sed nó nascitur[e] nisi demum re euicta: sicut in aliis actionibus quibusdam dicimus: *vt s. de rerum permu. l. ex placito.*

c Euictionis actio xxx. annis tollitur si res semel euicta fuerit, si non fuerit, non tollitur. *add. Bal. hū. trac. de praescrip. 4. parte 4. q. 37.*

d Aduersus libertatem xxx. annis nō praescribitur.

e Non currit praescriptio euictionis antequā euictio nascatur, i. antequā res fuerit euicta.

f ¶ *Remisisse.* quia tunc ad precium tantum ageres: *vt ff. de act. empt. l. emptorem. §. qui autem habere.* Accurs.

xxi. Idem AA. & CC. Heliodoro.

EMpti actio longi temporis praescriptione non submouetur [e], licet post multa spacia rem euictā emptori fuerit comprobatum. Si itaque is quem te comparasse commemoras, nūc in libertatē proclamet: interpellare venditorem siue successorem eius debes, vt tibi assistāt, causámque instruant. Quem si liberum esse, vel seruum non esse, fuerit pronunciatum: nec te conuentione remisisse [f] periculum euictionis fuerit comprobatum: praeses prouinciae, si res integra est, quāti tua interest, restitui tibi prouidebit. S. XI. Kalend. August. Serdicae. AA. Conss.

Emptor conuentus hypothecaria qui debitum obtulit agenti, non expectata sententia euincente per actionem ex empto, indemnitatem consequitur à venditore. hoc dicit. Vel sic: Non creditur libera res emptoris quae est alteri obligata, & ideo agi potest contra venditorem ad interesse: nisi liberes eam. Bald. Vel sic: Ex stipulatione de indemnitatē, potest emptor agere pro eo quod soluit ad liberationem rei emptae. hoc dicit. sed non de euictione. Salycetus.

Cvm tibi.] CASVS. Vendidisti praediū mihi liberum ab omni obligatione, & promisisti mihi reficere omne damnum: apparuit postea qui dicebat illud sibi fore obligatum pro decē quae solui ei. nunquid ea à te potero petere, quaeritur: Et dicitur quòd sic.

g ¶ *Cum tibi liberum.* id est, vt liberum: vel hoc dicto expressim, vel non dicto in contrarium: *vt s. eo. l. ex his praediis.* Accursius.

h ¶ *Soluisti.* potuisti enim soluere: *vt s. de compen. l. quoniam liberum.*

¶ Sed quomodo agit non secuta aliqua sententia? Dicunt quidam quia sit notorium: *vt ff. de act. empt. l. emptorem. in prin.* Vel dic, non agitur de euictione hic: sed ex quadam stipulatione de indemnitate interposita: vt subijcit.

i ¶ *Ipsius.* s. stipulationis.

k ¶ *Conceptio.* i. tenor.

xxii. Iidem AA. & CC. Iulio.

CVm tibi liberum venundatum fundum ab auctore proponas: si ex antecedēte obligatione quod debebatur, iure soluisti [h]: stipulationē quam subiectam emptioni de indemnitate proponis, ipsius [i] conceptio [k] commissam manifestè declarat. S. VII. Kalend. Septembr. Viminacij. AA. Conss.

Successoribus venditoris in quocunque gradu, est denunciandum: quo facto siue ipsis praesentibus, siue absentibus res euincatur: non solùm precium, sed interesse emptor à venditore consequitur. Vel sic: Re euicta post denunciationem absente reo, vel absente actore, ad interesse agitur, necnon ad precium. Bald.

Cvm successores.] CASVS. Pater tu[9] vendidit mihi praediū obligatū ciuitati tuae, & decessit. si actor ciuitatis agat hypothecaria & euincat praediū, prius tibi facta denūciatione qui ei successisti, non solùm conueniā te ad id quod mea interest praediū nō fuisse euictum, sed etiā ad pretiū quod persolui.

l ¶ *Iure.* i. per hypothecariam. Accursius.

m ¶ *Gradu.* i. instituti vel substituti sint.

n ¶ *Non quantum.* i. non solùm ad precium, sed etiam ad interesse: *vt hic, & ff. eo. l. euicta.*

xxiii. Iidem AA. & CC. Eustochia.[a]

a Vide Cepol. sam cautela 114. vbi ne euicta fraude emptoris eo fine vt ne soluat pretiū, datur consiliū venditori deferēdi iusiurādi calumniae emptori, tertium litiganti eo euincente non fuisse ab emptore submissum. *arg. gl. in l. atqui natura. §. j. cum me absente ff. de negoti.*

CVm successores etiam venditoris pro euictione teneri possint: si velut obligata sibi respublica Thessalonicensium pignoris instituat iure [l] persequi quae comparasti: auctoris heredibus quocunque gradu [m] constitutis adsistere negotio denuncia. Quòd siue praesentibus his fundus quem emisti, fuerit euictus, siue absentibus: postea quanti tua interest rem euictam non esse, teneri, non quantum [n] precij nomine dedisti, si aliud non placuit, publicè notum est. S. II. Kal. Ian. Sirmij AA. Conss.

Cum in limine contractus imminet euictio, emptor precium soluere non tenetur, vel residuum precij: & si soluit, repetit: nisi ei de euictione satisdetur. Bald.

Si post.] CASVS. Vendidisti mihi domum vel mancipium, preciū tamen non solui. si aliquis dominium vindicauerit, vel mancipium ad libertatē proclamauerit: an pretiū tibi numerare sim compellendus, quaeritur: Et dicitur quòd non. Si verò partē precij numeraui, & mihi ab aliquo denunciatum est ne emam: iudex praecipiet tibi vt satisdes de domo non conseruare, si domus euincatur.

o ¶ *Ante precium numeratum.* si autem esset numeratū, non posset agi: vel vt fideiussor detur, vel vt aliàs quasi re euicta: *vt s. eod. l. qui rem. & ff. eo. l. si plus. §. mota.*

p ¶ *Satis ei non offeratur.* cū fideius. *vt ff. de peri. & com. rei vend. l. habitationum. §. fi.* aliàs [b] nō tenetur dare fideius. nisi cōuenerit de dando: *vt ff. eod. l. emptori. & s. de contrahenda empt. l. pacta.*

b Venditor nō tenetur dare fideiussores de euictione.

xxiiii. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI post perfectam venditionem ante precium numeratum [o] rei venundatae mota fuerit quaestio, vel mancipia vendita proclament in libertatem: cùm in ipso limine cōtractus immineat euictio: emptorem, si satis ei non offeratur [p], ad totius vel residui precij solutionem non compelli [q], iuris auctoritate monstratur. Vnde cum parte [r] precij numerata, domus quam emisti, tibi velut pignoris iure obligatē, ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas: iudex tibi quae ex emptione veniunt, praestari prouidebit [s]. S. VI. Kalendas Febr. Sirmij. CC. Conss.

¶ Sed an per hac euictione tantū? videt quod sic: *vt d. l. habitationum.* Arg. contra de rescind. vēd. l. fin.

q ¶ *Nō compelli.* habet. n. doli excep. *vt ff. de exc. doli. l. pater. §. ex quadr.*

r ¶ *Cum parte.* Vel nihilo. sed sic euenerat.

s ¶ *Prouidebit.* s. per fideius. satisdationē, vt dixi.

*ven.pig.act.l.j.*vbi similiter sciens recuperat precium. Sol.ibi precium repetitur à vindicante, quia in eius vtilitatem conuersum fuit, putà suo creditori datum: *vt ff.de rei vindic.l.emptor.* ¶Vltimo distinguitur:[a] quia vel emptor sciuit rem esse alienam, vel ignorauit si sciuit, non habet actionem pro euictione, nisi stipulatus est, vel pactus: *vt hic.* si ignorauit, & si non sit stipulatus, vel pactus, agit tamen ex empto ad interesse, nisi remisit periculum euictionis: quo casu agit tantum ad precium: *vt supra eodem l. non dubitatur. & l.empti. & ff.de ac. emp. l. emptorem. §. qui autem habere.*

a Emptor quemadmodũ possit agere cõtra venditorem re euicta.

XXVIII. *Iidem AA. & CC. Maximiano & aliis.*

EMptori etiam venditoris iura prodesse non ambigitur[i]. Si igitur vobis propter rei proprietatem mota fuerit quæstio tam propriis quàm vẽditoris defensionibus vti poteritis. S.III.Non.Octob. * Scuppis.CD.Coss.

In contractu permutationis venit euictio, dum tamen interueniat denunciatio. Bald.

XXIX. *Iidem AA. & CC. Rheso.*

SI permutationis gratia prędia curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit: his quæ in eorum vicem accedit, posteaquam ad defensionem fuerit denunciatum, vel cum eorũ non haberet facultatẽ[k], euictis quanti interest, eos cõueniri posse, rationis est[l]. S. Idibus Decemb. Nicomedię, CC. Coss.

Licet quis sibi diligenter prospiciat, & de dupla stipuletur non præsumitur mala fides, nec rei alienæ scientia. h. d. Vel sic: Ex abundanti cautela non præsumitur mala fides. Bald. vel sic: Stipulatio duplæ pro euictione, non facit emptorem præsumi malæ fides. Salyc.

XXX. *Iidem AA. & CC. Hostio.*

NOn ex eo[m] quòd duplum is qui à matre tua[n] mancipium comparauit, euictionis nomine stipulatus est, alienæ rei scientia conuincitur: nec opinio eius ex hoc læditur, vt malæ fidei emptor existimetur. Aliis itaque hoc indiciis, si vis, probare debes[o]. S. Idibus Decembr. AA.

Iste casus non est alibi. Heres fideiussoris ex persona sua potest euincere: licèt tanquam heres fideiussoris teneatur de euictione. h. d. vel sic: Quem de euictione hereditario nomine tenet actio: eundem agentem proprio nomine non repellit exceptio. hoc

EMptori.] CASVS. Vẽdidisti mihi prædiũ, de quo erat pactum de non petendo tibi factũ. vel fortè illud præscripseras, vel vsuceperas. nũquid præscriptio mihi emptori proderit? Dicitur quòd sic. vnde si res euincatur per culpam: qui exceptionem ex persona tua competentem mihi non opposui, de euictione non teneberis.

i ¶*Non ambigitur.* vt pactum factum venditori: *vt ff.de pact. l. si tibi. §. pactum.* & præscriptio: *vt ff. de contrahen. emptio. l. dolia. & supra de vsucap. transfor. leg. j. §. j. & ad idem. ff. de hered. vendi. leg. emptor nominis.* ¶ Sed quid si sciens alienum comparauit: an possit vti exceptione actoris? Quod videtur: *vt argumen. ff. de rei vindic. leg. emptor. & ff. eodem l. in creditore.*

SI permutationis.] CASVS. Permutasti. ff. tuum cum C. meo. Titius vindicat. ff. tuum. Denunciauit tibi: nihilominus euictum est: an agere possim de euictione quæritur? Et dicitur quòd sic ad interesse.

k ¶*Facultatem.* cũ fortè se absentarent: *vt ff. eodem. l. si ideo. §. fin.*

l ¶*Rationis est.* ad similitudinem emptionis: *vt supra de re. permu. l. j. & ff. de ædi. edict. l. sciendum. §. emptorem.*

NOn ex eo.] CASVS. Vendidisti mihi prædium tuum, feci mihi caueri de euictione: nunquid ideo intelligendus sim malæ fidei emptor? Dicitur quòd non.

m ¶*Non ex eo.* Not. ergo hîc, quòd licèt[b] mihi caueam, non ideo scientia vel mala fides præsumitur. ¶Sic & aliàs abundans[c] cautela non nocet: *vt j. de testa. l. testamenta. & argu. j. de calum. l. qui non probasse. & ff. de lib. ag. l. j. §. eleganter. in fi. §.* Sed arg. contra. *ff. de condi. institut. l. si quis sub conditione. & ff. ad l. Fal. l. Seius & Augerius.* & quod hîc subiicit, aliis itaque &c. quasi & hoc iudicium sit.

b Præsumi non debet dolus vel mala fides in eo qui sibi cauet.

c Cautela abũdans non nocet.

n ¶*Tua.* loquitur heredi venditricis.

o ¶*Debes.*[d] sic ergo bona[e] fides præsumitur, nisi probetur mala. *vt supra de præscript. long. temp. l. emptor.* ¶ Sed quid proderit probanti; cùm nihilo minus possit conueniri de euictione: quia hîc promisit: *vt supra eod. l. si fundum*? Respond. intellige hîc quando non

d Mala fides per sola indicia probatur. *leg. super longi ss. j. de præscrip. long. temp.* v. Marsil. *singulari 34.*

e Præsumitur bona fides nisi probetur mala.

non est promissum: *vt l. communia de lega. l. fin. in fin.* Item potest prodesse quantum ad hoc, vt sibi non possit expensas in prædio factas refetuare, secundùm H. *vt supra eo. l. si controuersia.*

HEredem fideiuss.] CASVS. Vendidisti mihi prædium, de euictione promisisti mihi, & fideiussorē vnum pro euictione dedisti. Sempronius heres Titij vult vindicare prædium, an possit, quæritur: Et dicitur quòd sic: neque factum Titij cui successit, sibi obest: quia ex persona sua vindicat. videbatur quòd non: quia quem de euictione tenet actio, eundem agentē repellit exceptio. vnde cùm fideiussor tenebatur, videbatur teneri & heres fideiussoris: vnde & agere non possit: contrarium tamen est verum.

a ¶ *Rerum.* & ita fallit hæc regula, quem de euictione tenet &c.

b ¶ *Persona.* scilicet heredis: sed ipse fideiussor hoc nō poterat: nec heres eius ex eius persona: nec heres venditoris: *vt l. eo. l. exceptione. & ff. eod. l. Sola. & ff. de distra. pig. l. & fi. ii.* Et incipit constructio, factum eius cui &c. & quod subiicit, pro quibus. i. pro quarum euictione. ¶ Itē nota ex hac l. falleteª regulam magistralē, quę colligitur supra eodem. *l. exceptione. & eodem. l. vindicantem.* scilicet quem de euictione tenet actio, ipsum agentem repellit exceptio. ¶ Item contra *s. de rebus alie. non alien. l. venditor.* Sed ibi in herede venditricis, hic fideiussoris. licèt & quidam dicant & hic habere conuentum electionem vel vti exceptione, vel pati euinci, vel conuenire cum pro euictione. Accurs.

a Euictionis debitor agēs, an & quando nō repellatur.

d. secundùm Baldum. Vel sic: In fideiussoris herede cessat regula, quē de euictione, tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, si agat nomine proprio. Saly.

XXXI. *Iidem AA. & CC. Agathoni.*

HEredem fideiussoris rerū[a] pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro vēditore, factū eius cui successit, ex sua persona[b] dominiū vindicare nō impedit, scilicet euictionis causa durante actione. S. XVIII. Kalen. Ianua. CC. Conss.

TITVLVS XLVI.

CREDITOREM EVICTIONEM PIGNORIS NON DEBERE.

Creditor vendens iure creditoris rem quam putabat esse debitoris, non tenetur de euictione, nisi expresse promiserit. Item creditor vendens iure creditoris: nec ex persona sua, nec ex persona alterius creditoris cui succedit, euincere potest. Salycet.

I. *Imperator Alexander A. Publicio.*

CVm iure[c] creditoris propter fisci debita prædium obligatum procurator meus[d] venundedit, euictio nō debet: quia & priuatus creditor eodē iure vtitur:[e] nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit creditore[f]. Si tamē fiscus[g] in ius alterius creditoris successit[h], emptori nōn iusta nomine fisci[i] mouet cōtrouersia: siue quia potior fuerat quando vēdebat[k], siue quia infirmior: quoniam hoc vtique præstare debet, qui pignoris iure vendit[l], potiorem se cęteris esse creditoribus. PP. XV. Kalendas Nouembr. Maximo. II. & Æliano Conss.

CREDITOREM EVICTIONEM PIGNORIS NON DEBERE.

Post generalem euictionem de quadam speciali dicit.

CVm iure.] Diuiditur[b] in quatuor partes. Primo ponit dictum duplex. Secūdo ponit exceptionem. Tertio nouum dictum. Quarto eius rationē. Secunda ibi. Nisi. Tertia ibi. Si tamē. Quarta ibi, Siue quia. Bald. & hæc loquitur tam in fisco, quàm in priuato, secundùm Salycetum. CASVS. Si fiscus iure creditoris, hoc est lege vel pacto distrahat: an teneatur emptori de euictione, quæritur? Et dicitur quòd non: sicut nec vt priuatus: nisi de euictione se obligasset. Si verò idem pignus erat obligatum fisco & priuato, & post venditionē fiscus priuato succedat: an possit fiscus pignus euincere contra factum suum, quæritur? Et dicitur quòd non: siue quia potior erat quādo vendebat, siue quia infirmior. debet enim qui rem distrahit, se ostendere potiorem cæteris creditoribus esse.

b Diuisio.

c ¶ *Cum iure.* Vendit[c] ergo interdum quis vt dominus, & tunc tenetur de euictione: vt ex tit. superiori apparet. interdum vt creditor, dicēs se vēdere quia creditor: & tunc si non habet ius vendendi ex pacto vel ex lege, tenetur emptori ex empto vt cedat ei contrariam pignoratitiam: *vt ff. de act. l. in creditore.* Si verò habet ius vendendi: non tenetur nisi vt præstet rem sibi obligatam, & se potiorem cæteris creditoribus, secundùm H. *vt in fi. huius l.* certè & superiori casu multo magis ad hæc duo tenetur. s. vt sit sibi obligata, & sit potior aliis quia non debent esse melioris conditionis malè agentes, quàm benè agentes: *vt ff. de noxa. l. non solum.* Item & hoc secundo casu quando potuit vendere, potest dici & eū teneri ad cessionē contrariæ pignoratitiæ actionis: cùm sine dispendio hoc facere possit: *vt dicta l. ff. de euict. l. in creditore.* quare non videtur interesse quantum ad prædicta, iure vendat, vel non. Vendit iure, ex quo iure creditoris vendit, & hoc extraneo domino euincente, ipse autem debitor si non est dominus,

c Creditor vendens pignus, an teneatur de euictione.

tenetur de euictione post euictionem secutam vtili ex empto, quasi ipse vendidisse videatur: sed ante eam secutam tenetur vero domino habenti ratum, vtili negotiorum gestorum: *vt ff. de distra. pign. l. rescriptum.* §. j. si verò est dominus, tenetur habere ratum, & emptor efficitur dominus: quanquam à non domino, id est, à creditore habeat: *vt inst. qui. alie. licet.* §. j. & hoc si iure vendatur. alias potest vindicari à debitore si est dominus: dum tamen offeratur precium: *vt ff. de rei vindi. l. emptor.* & à creditore est liberatus per precium emptoris: *vt dicta l. ff. de distra. pig. l. rescriptum.* sed si non iure vendit creditor, & propter hoc debitor euinciat: an ex empto per hoc ad interesse quod est vltra precium, teneatur creditor emptori? & puto quòd sic ratione doli, sicut & si scisset alienā: *vt ff. de actio. empt. l. emptorem.* §. *Cassius.* & §. *Iulianus.* & §. *sententiam.* Accurs.

d ¶ *Procurator meus.* qui ad tempus vicem procuratoris fisci gerebat: *argum. supra de ped. iu. l. j.* Vel dic, meus, id est fisci: quia omnia principis esse intelliguntur: *vt supra de quadrien. præscript. l. fi. in prin.*

e ¶ *Eodem iure vtitur.* vt vendens iure creditoris, non teneatur de euictione: *vt hic, & ff. de actio. empt. l. emptorem.* §. *sententiam.* nisi vt cedat contrariam pignoratitiam, & se præstet potiorem, & sibi obligatam: *vt dicta l. in creditore. & in fine huius legis.*

Creditor vendens iure pignoris, tenetur de euictione duobus casibus, scilicet quando expresse se obligauit de euictione, item quando mala fide contraxit, sciens rem esse alterius, & non debitoris. Baldus.

II. *Imperator* GORDIANVS *A. Sabinæ.*

SI à creditrice iure pignoris fūdos obligatos pater tuus cōparauerat: euictis prædiis ita demū petitionē aduersus creditricem habere iure potes, si vel cum vendidit, de euictione

f ¶ *Creditore.* tunc enim tenetur sicut promisit: *vt hic, & infra l. proxi.* & debitor tenetur pignoratitia contraria actione creditori ad totum interesse, si ideo promisit creditor, quòd melius vēderet: vel ideò, quia consuetudo erat. aliàs ad precium tantum, non ad duplam: licèt in dupla ex promissione teneatur emptori creditor: *vt ff. de pign. act. l. si pignore.* §. *fina. & l. seq. & ff. de distra. pign. l. rescriptum in fi.*

g ¶ *Si tamen fiscus.* qui prius vendiderat pignus.

h ¶ *Successit.* l. post venditionem pignoris factam.

i ¶ *Nomine fisci.* nam sic contra suum factum veniret: quod non potest: *vt hic & ff. de adopt. l. post mortem. & j. vt fiscus rem quam vendidit. l. j. & y. lib. x.* & sic esset in priuato creditore prius vendente, & postea in ius alterius succedente: *vt ff. de distract. pig. l. & si is. & facit ff. de iure fisci. l. iij.* §. *si posteriori.*

k ¶ *Vendebat.* & sic firmus est contractus: *vt supra si antiquior cred. l. j.* Accurs.

l ¶ *Iure vendit.* Collige[a] ergo hic creditorem quatuor præstare debere. 1 Primo, quòd sit tibi res obligata, vt ex principio legis patet, vbi dicit prædium obligatum, & hic dicit pignus. 2 Secundo, quòd sit potior quolibet alio creditore: *vt hic.* quod euenit vel tempore: *vt supra qui po. in pign. ha. l. ij.* vel priuilegio: vt in hypotheca pro dote: *vt supra qui po. in pign. l. fi.* 3 Tertio, quòd creditor credat rem esse debitoris, & sic non sit in dolo, & eadem ratio. e. 4 Quarto, quòd sibi liceat vendere ex pacto[b] vel ex lege vel saltem credat sibi licere, cùm interdum iustè possit errare, vt ex contractu procuratoris: *vt dicta l. emptorem.* §. *Iulianus. & §. sententiam. & j. l. proxi.* Accurs.

a Creditor esse debet rem sibi obligatā, quatuor præstare debet. Nat hoc Ol. & ... l. C. de distr. pign. ...

b Vide Gloss. contra. & ... quod...

SI à creditrice iure.] CASVS. Tua creditrix vendidit mihi prædiū sibi obligatum lege vel pacto. si euincatur à me, nō agam. de euictione, nisi de euictione repromiserit, vel dolum cōmiserit: quem qualiter committere potest creditrix, non aperit: tu dic, si sciat sibi non fuisse obligatum, vel se non esse potiorem, vel rem non esse debitoris, vel si dicat suam esse, cùm sit aliena, vel sibi non licere vendere: in quibus casibus aget emptor de euictione.

h ¶ *Non acquiruntur.* i. prohibentur acquiri, vt sit infinitum verbum, & est exemplum [a] eorum quæ non acquiruntur iure veteri castrensia, & quasi: *vt ff. de iud. l. lis nulla. & instit. per quas person. no. in principio.* hodie etiam omnia aduentitia, quantum ad proprietatem: *vt d. tit. institu. per quas perso. §. j. & supra de bon. quæ libe. l. cum oportet. & l. fina.*

a Filius veteri iure patri non adquirebat castrensia vel quasi: hodie ne quidem aduentitiorum proprietatem patri adquirit.

nare non potuit [i]. Quem, si pietatem patri debitam non agnoscit, castigare iure patriæ potestatis non prohiberis [k]: acriore remedio vsurus, si in patri contumacia [l] perseuerauit: cúmque præsidi prouinciæ oblaturus, dicturo sententiam [m] quam tu quoq; dici volueris [n]. PP. VI. Idus Decembr. Albino & Maximo Conss.

Quæstiones domesticæ inter matrem & filium debent dirimi: sed si necessarium est iudicium, in ciuili causa seruabitur iudiciorum ordo. Si verò alius excessus contra matrem deprehenditur, seuerius per iudicem plectitur. Baldus. vel sic: Causa pecuniariæ inter patrem & filium iuris ordine sunt tractandæ, & reuerentiam debet filius matri, & impietatem filij debet iudex seuerius vindicare. Salycetus.

IIII. *Impp.* VALERIANVS & GALLIENVS AA. *Cela.**

Congruentius quidem videtur, intra domum [a] inter te ac filios tuos, si quæ controuersiæ [o] oriuntur, terminari. Sed si ita res fuerit, vt pro iniuriis eorum, & ad ius experiendum, & ad vindictá processeris: aditus præses prouinciæ super disceptationib⁹ quidé pecuniariis [p] consuetú exerceri iubebit ordiné iuris: reuerentiá auté, debitam exhibere matri filios coget. Et si prouectá ad inclementiores iniurias improbitatem deprehenderit, læsam pietatem seuerius vindicabit. PP. XV. Kalend. Iun. Æmiliano & Basso Conss.

Filia tenetur alere matrem pauperem, & vocat ista lex alimenta, subsidium vitæ. Baldus.

V. *Impp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. *Donato.*

Filia tua nó solùm reuerentiam sed etiam subsidium vitæ [q] vt exhibeat tibi, rectoris prouinciæ auctoritate compelletur. PP. Kalen. [a] Mart. Diocletiano III. & Maximiano. AA. Conss.

Quæ naturalia sunt, separari non possunt. Bald. vel sic: Con-

Si filius.] CASVS. Si filiusfam. aliquid acquirit quasi patri quæsitum alienari non potest, & si patri non obediat, castigare eum poterit. Si verò in contumacia perseuerauerit, eum iudici offerat accepturo de filio vindictam qualem pater voluerit.

i ¶ *Non potuit.* idem de aduentitiis, quamuis nõ acquirantur: *vt s. de bo. quæ lib. le. fin. §. filiis autem.*

k ¶ *Non prohiberis.* sic *ff. de furt. l. serui & filij. & de iniur. l. prætor. §. præterea. in fin. §. & l. fina. & supra de bon. quæ lib. l. fin. § filiis autem.*

l ¶ *Contumacia.* simile de liberto. *ff. de iur. pat. l. j.*

m ¶ *Sententiam.* de eo conuincendo, vel commonẽdo, & puniendo. & est sic. *ff. de offic. procon. & le. l. nec quicquam. §. de plano. & argu. de offic. præf. vrb. l. j. §. cum patronus. & ff. de obsequ. lib. per totum. & infra qui accu. non pos. l. propter. & j. l. proxi.*

n ¶ *Volueris.* nam est verisimile [b] quòd non prauam sententiam petet: *vt d. l. propter.*

a Valam.

b Præsumitur nemo noxia petiturus.

Congruentius.] CASVS. Si inter matrem & filium orta est controuersia, in domo debet determinari. Et si filius aduersus matrem velit experiri in causa pecuniaria, iudex inter eos debet iustitiam exhibere. Item compellet iudex filium, vt matri reuerentiam præstet: quod nisi præstet, eum poterit punire.

o ¶ *Controuersiæ.* siue ciuiles, siue criminales: *vt hic. & argu. s. an seruus ex suo facto. l. fina. & dixi s. l. proxi. ij. respon.*

p ¶ *Pecuniariis.* idem de criminalibus: *vt infra qui accus. non pos. l. propter.* & intellige in emancipato quantum ad pecuniarias lites: aliter non posset esse iudicium: *vt s. de in ius voc. l. vlt. & ff. de iud. l. lis nulla. & s. de transact. l. fina.*

Filia.] CASVS. Non solùm debet filia patri obedire, sed alere, & sustentare tenetur.

q ¶ *Vitæ.* Not. ergo inferiorem [c] alere superiorem: *vt supra de bon. quæ lib. l. fina. §. hoc procul dubio. & supr. de alen. lib. l. j. & ij. & iij. & ff. de lib. agn. l. si quis à liberis. in prin.* Accursius.

c Alere superiorẽ inferior tenetur.

Abdicatio.] CASVS. Licèt apud Græcos pater filium vendere potest.

potest, non tamen apud nos, sed si fiat venditio non tenebit: vt ꝗ. de patr. qui fi. distr. l. j.

a ¶ *Abdicatio.* i. separatio, vt quia pater filiũ vẽdebat, hoc quidem fieri non potest apud nos: *vt hic, & ꝗ. de patrib. qui filios distrax. l. j.* nisi in casu, *vt in l. j. eiusdem titu.* Vel dic abdicatio, vt quia dicebat pater, nolo quòd sis filius meus, & filius consentiebat, vel ignorabat, vel dissentiebat: hoc quidem similiter fieri non potest apud nos: *vt hic, & ff. de pactis. l. cum autem agnationes. & de regulis iur. leg. iura sanguinis.*

*S*I *maritus.*] CASVS. An filius filij famil. militis, sit in potestate aui, quæritur? Et dicitur quòd sic.

b ¶ *Eum.* s. nepotem.

c ¶ *Ambigitur.* nam & ipse filius licet[b] miles sit, remanet in potestate: *vt instit. quib. mod. ius patr. pot. sol. §. filiusfamilias. & facit ꝗ. de castr. pec. l. errat. lib. xij.*

*L*ibertos.] CASVS. Sicut ingenui homines liberos natos ex legitimo matrimonio habent in sua potestate, ita liberti.

d ¶ *Non est prohibitum.* imò permissum: *vt & ꝗ. de suis & legit. hered. l. filium. & ꝗ. de seru. reip. ma. l. si decretum.*

*N*Ec *filium.*] CASVS. Quatuor sũt quæ declarant nulli licere negare filiũ quominus teneatur ei pstare quæ filio à patre sũt pstanda, s. senatuscõs. de par. arg. pœna denunciata aduersus eum: itẽ præiudicialis actio, remedium alimentorum.

e ¶ *Nec filiũ.* legitimum, vt non teneatur ei præstare quæ filio à patre præstanda sunt.

f ¶ *Liberum.* i. licitum,

g ¶ *Senatusconsulta.* s. declarãt, quod est in fi. & sic subaudi declarãt, ad omnia sequẽtia, & sunt hæc[e], scilicet, Plautianum, quod pertinet ad eos partus qui post diuortium eduntur. Item aliud senatuscõsultum quod factum est tempore diui Hadriani, cuius nomen non habemus, quod pertinet ad eos qui constante matrimonio eduntur, *vt ff. de agn. lib. l. 1. fine. §. quia Plautianum.* hæc enim senatusconsulta dicunt aliquem agnosci. id est, haberi vt filium.

h ¶ *Pœna.* pœna[d] est ex eisdem senatusconsultis, vt agnoscere, id est tenere & alere vt filiũ teneatur, licèt non sit filius, & sic constet calumniosè petere, quòd si non fecerit, subiicitur alia pœna, quia extra ordinem punitur: *vt ff. de liber. agnosc. l. j. §. Iulianus. alias quod senatusconsultum. & §. pœna.* Sed secus in Carboniana, quæ non datur alicui qui calumniosè petit: *vt ff. de Carbonian. edict. l. iij. §. causæ.* hæc quidem pœna ei imponitur, si ad denunciationem mulieris faciendam intra triginta dies à tempore diuortij dicentis se ex eo prægnantem, non econtra denunciauit: scilicet non ex se eam esse prægnantem, vel custodes non misit, *vt in eodem titul. l. j. §. j. & ij.* alterum enim prædictorum sufficit facere marito, *vt in eadem l. j. §. finali.* Sed licet teneatur agnoscere vt filium, non præiudicat plenè causæ filiationis, *vt in eadem leg. §. eleganter. & §. Iulianus. & §. ex his.* An ergo maritus responderit: vel custodes miserit, summatim q̃ritur: & pronunciatur ali vel non ali: *vt eodem tit. l. si quis à liberis. §. si vel parens.* vbi non respondet, omnino sine cognitione aliqua cogitur agnoscere, *vt d. §. Iulianus. alias quod senatusconsult. in princip.* Vel dic secundò, pœna amissi ꝯis patriæ potestatis: vt non[a] habeat eum in potestate, cui negat alimenta, vt in liberto dicitur, *vt ff. de lib. agn. l. alimenta.* & in seruo: quia liber efficitur: *vt supra de Lati. lib. toll. l. j. §. sed scimus.* Sed huic videtur contra. *supra de nupt. l. patrem.* vbi videtur non amittere patriam potestatẽ, licet non vt filiũ habuit in alendo: sed ibi nõ potuit plus amittere patriam potestatẽ, quã semel amiserat exponendo, *vt ꝗ. de infan. expo. l. ij.*

i ¶ *Præiudiciũ.* i.[b] præiudicialis actio, quia dicit se filiũ esse: quod præiudicium fit patri, si nõ ecõtra denunciet ex se non esse prægnantem, vel mittat custodes: *vt ff. de lib. agnos. l. j. §. Iulianus.* Vel dic, i. præiudicialis in rem actio quæ datur filio contra patrẽ per quam petit illũ in patrem, & se ei in filiũ: *vt instit. de act. §. præiudiciales.* quæ non est verè rei vindicatio: cum non sit pater in dominio filij, nec fili[9] in dominio patris. ¶ Et piu[e]dicialis ideò dicit, quia piudicat aliis quæstionib. vt interim nõ tractentur: *vt ff. de lib. cau. l. ordinata.* ¶ Item edicto dicit, i. in generali præcepto, verba cuius edicti non habemus.

k ¶ *Trimo petenti.* i.[d] triẽnio, inde annua, bima, trima, &c. *vt supra de rei uxor. actio. §. cum autem.* intra[e] triẽniũ ergo mater debet alere pater[f] ab inde, *ꝗ. vt hic, & ꝗ. de infan. expo. l. ij. & ꝗ. de nego. gest. l. alimenta, & de hoc ibi dixi.*

l ¶ *Nomine eius.* ipse enim cùm sit infans, petere non potest.

m ¶ *Declarant.* quatuor ergo sunt quæ declarãt nõ licere alicui negare filium, quæ hac l. dicuntur.

---

a Abdicatio sit quid.

† Abdicationum causas vide apud Aristot. ... 2. c. 27.

* vide Aristotelem lib. 8. Ethicorum ca. 14. vbi ait nõ licere filio ... abdicare patrem in vno autem ... licet ...

b Patriam potestatẽ nulli ... nõ soluit.

* Nicagoræ.

e Senatusconsulta varia de partu agnoscendo.

d Alimẽta an sint præstãda per eũ qui negat aliquẽ filium.

a Alimẽta negãs pater patronus domino nõ amittunt patriam potestatem ius patronatus, & dominium potestatem.

† In quodam exemplari q̃ diligẽtius recognitum videtur, illud sic scriptũ inueniens, & remedium alimẽtorũ apud præsidẽ maiori trimo petenti monstrat in iure, manifesto declarat.

b Præiudiciũ pro actione præiudiciali.

† Extat integrior & prolixior hæc lex in C. Th. lib. 4. tit. 8. l. 4. Constãt.

c Præiudicialis actio ... dicatur.

d Trimus pro triennali.

e Alere filiũ mater cogitur intra triennium, quod tamen dic ve scriptũ in Gloss. l. alij. nou. ... 117. c. 7. in verbo filios pascit.

f Alere filium pater cogitur post triennium.

g Actiones legis apud quos esse dicantur.

h Iurisdictio contentiosa apud quem esse dicatur.

VI. Iidem AA. Hermogeni.

*A*Bdicatio[a], † quæ Græco more ad alienãdos liberos vsurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur[*], Romanis legibus non comprobatur. PP. XVII. Kalen. Dec. Maximiano. A. II. & Ianuario Conss.

Licèt filius sit miles, nepos natus ex eo est in aui potestate: & non in potestate patris sui militis, donec auus viuit. Bald.

iunctio naturæ non potest separari, nec filius à patre vendi. Salyc.

VII. Iidem AA. & CC. Dupliane.

*S*I maritus tuus, licet militãs, in patria potestate constitutus filium ex legitimis suscepit nuptiis: cum[b] in potestate aui perseuerasse non ambigitur[c]. S. I I. Non. April. CC. Coss.

Natus legitimè ex liberto, est in liberti potestate. Bald.

VIII. Iidem AA. & CC. Æmiliano.

*L*Ibertos exemplo ingenuorum filios suos post libertatem ex legitimis nuptiis natos, in potestate habere, nõ est prohibitum[d]. S. XVI. Kalen. Maij, Sirmij, CC. Coss.

Licet quis neget aliquem esse filium suum, ei non potest denegare alimenta, quæ pater filio post triennium præstare debet. hac dicit. sec. Baldum.

IX. Iidem AA. & CC. Nicanagoræ.[*]

*N*Ec filium[e] negare cuiquã esse liberum[f], senatuscõsulta[g] de partu agnoscendo, ac denũciata pœna[h], item præiudicium[i] edicto perpetuo propositum †, & remedium alimẽtorum apud præsidem maiori trimo petenti[k], nomine eius[l] monstratum, iure manifesto declarant[m]. S. V. Kal. Maij. Sirmij, CC. Coss.

Pater non potest derogare libertati filij: olim verò libertati non solùm derogare licebat, sed etiam occidere. Bald. Vel sic: Pater filiũ non potest facere seruum, nisi ex necessitate famis.

X. Imp. Constantinvs A. ad Maximum. P. V.

*L*Ibertati † à maioribus tantum impensum est, vt patribus, quibus ius vitæ in liberos, necisq. potestas olim erat permissa[n], libertatem eripere non liceret[o]. Dat. XV. kalend. Iun. Thessalonicæ, Seuero & Rufino Conss.

TITVLVS XLVIII.
DE ADOPTIONIBVS.

Actus legitimus adoptionis non potest explicari, nisi coram eo qui super eo actu habet plenitudinem iurisdictionis. Bald. Vel sic: Magistratus auctoritate adoptantur hi qui in aliena potestate sunt. Salyc.

I. Imp. Gordianvs A. Martiæ.

*H*I qui in aliena potestate sunt, iuxta ius ciuile non nisi apud eum[p] apud quem plena legis actio[q] est adoptari possunt. PP. Kalen. Iun. Gordiano. A. & Auiola Consulibus.

Arrogatio auctoritate principis fieri debet causis arrogationis

*L*ibertati.] CASVS. Licèt pater habuerit olim potestatem vitæ & necis in filium tamen fauore libertatis eum in seruitutem redigere non potest.

n ¶ *Permissa. vt ff. de lib. & posth. l. in suis in fi.* quod hodie non licet etiam in seruis. *vt inst. de his qui sunt sui. §. j.*

o ¶ *Non liceret.* nisi propter famem, *vt ꝗ. de patri. qui fi. distr. l. ij.*

DE ADOPTIONIBVS.

Qui & per adoptionem constituitur patria potestas, ideò & de eo dicit, vt instit. eo. in prin.

*H*I *qui.*] CASVS. Qui filium non habent, an aliquem possint adoptare, quæritur? Et dicitur quòd sic, apud competentem iudicem.

p ¶ *Eum.* præsidem.

q ¶ *Actio.* apud[g] quem explicantur legitimi actus, s. emancipatio, adoptio, & hereditatis aditio, bonorum possessio, *vt ff. de regu. iur. l. actus legitimi.* Vel, i. apud eum qui habet contentiosam[h] iurisdictionem, i. qui potest cognoscere, & sentẽtiam ferre in inuitum,

& voluntarium inter cõsentientes. & præstare auctoritatem manumittere volentibus, vel adoptionibus: vel apud quẽ est altera tantùm, vt *ff. de offic. procons. l. ij. in princ.* & sunt isti magistratus [a] municipales, vt *ff. eod. l. magistratum. & instit. eod. §. j. & quib. mod. ius pat. pot. sol. §. præterea.*

Impuberem.] CASVS. Si aliquẽ qui sui iuris est, arrogare volueris, propinquorum suorum requirẽdus est cõsensus, & si eũ arrogaueris, & postea emãcipaueris: relinquas ei quartam partem, & caueбis restituere quicquid ex bonis suis ad te peruenit occasione arrogationis: & perinde valet arrogatio, facta p principis rescriptum, sicut valuit olim per populum facta.

a ¶ *Impuberem.* ¶ Not. φ tota lex ista de arrogatione dicit.

b ¶ *Confirmauerint.* alij comprobauerint: id est confirmauerint cũ magna inquisitione præcedẽte: vt *ff. eod. l. nec ei. §. j. vsque in fi. d.*

c ¶ *Quarta pars.* ex [b] cõstitutione diui Pij: vt *ff. si quid in frau. pa. l. fin. & de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si quis impubes. & ff. eo. l. si arrogator. in princip. & §. j. & instit. eodem. §. cum autem.*

d ¶ *Emãcipatus.* fine causa, al. perdit eam, vt *d. l. ff. si quid in frau. pa. l. fin. & inst. eod. §. cum autem.*

e ¶ *Seruo publico.* id [c] est notario, q publicè seruit, non quia seruus sit: vt *j. de tabu. l. generali. lib. x. & est sic. ff. eo. l. non enim aliter.*

f ¶ *Per populum.* vt *instit. de iur. nat. §. sed & quod principi.* Imò multò magis: vt *ff. de offic. prato. l. Barbarius in fine.* ¶ Et qđ dicit, intimata [d] apud præsidẽ: dic quòd primò impetrabat rescriptũ, vt liceret arrogare, deinde fiebat intimatio rescripti apud præsidem, vel prætorem, & probatio eorũ quæ necessaria sunt: sicut & aliàs fit: vt *j. de his qui ve. æta. impe. l. ij.*

Cum eum.] CASVS. Si q libertũ vult arrogare, nec causã assignat, quia non habet filios naturales, an sit audiendus, quæritur? Et dicitur quòd non.

g ¶ *Quem arrogaueris.* id [e] est arrogare volueris: vt *ff. de verb. oblig. l. stipulatus sum Daman.*

h ¶ *Tuum esse.* quod potes: vt *ff. de ritu nupt. l. sed si* alienum autem nullo modo posses: vt *ff. eo. tit. l. si paterfamiliàs. in fi.*

i ¶ *Causam.* fine causa non auditur. sic *& ff. de transactionib. l. cum hi. §.*

examinãdis per præsidem iussu principis, quando impubes arrogatur, & talis arrogatio valet, ac si esset coram toto populo Romano facta. Baldus. Vel sic: impuberis arrogatio à principe impetrata, præsidi est intimãda: qui cum magna inquisitione habet illam concedere. Et tenetur arrogator impuberi quartam bonorum relinquere ei vel præbere si eum emãcipat sine causa. Et qui arrogatione finita emancipatione, vel impuberis morte, bona impuberis veniunt restituenda: ideò tenetur arrogator satisdare seruo publico de eius bonis conseruandis, & restituendis in casibus prædictis. Salyc.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Timotheo.*

IMpuberem [a] quem ad vicem naturalis sobolis arrogare desideras, si hi qui sanguinis necessitudine sibi iunguntur, id ei expedire apud præsidem prouinciæ confirmauerint [b], filium habebis: ita vt bonorum tuorũ quarta pars [c] tam in postremo iudicio tuo, quàm si à te emancipatus [d] fuerit, ei præbeatur, & super patrimonio eius idoneis fideiussoribus datis seruo publico [e] caueatur: ne sub copulãdæ adoptionis obtẽtu, in facultates eius, quæ ei diligenti prouisione seruandæ sunt, irruas. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud prætorem vel præsidẽ intimata, ac si per populum [f] iure antiquo facta esset. PP. V. Id. Mar. Maximo II. & Aquilino. Conss.

Non debet admitti supplicatio, quando aliquid supplicatur contra ius non expressa causa dispensationis. Baldus. Vel sic: In arrogatione liberti debet causa inseri: & maximè defectus liberorum. aliàs non valet. Salyc.

III. *Iidem AA. Martiano.*

CVm eum quem arrogaueris [g], libertum tuum esse [h] profitearis, nec vllam idoneam causam [i] precibus addideris*, id est quòd liberos nõ habeas: intelligis iuris auctoritatem desiderio tuo refragari. P P. X V I. Kalen. Iul. Maximo II. & Aquilino Conss.

Tabellio ex vi tabellionatus nullam habet iurisdictionem: nec po- *si prætor.* & vertitur plura in causæ cognitione, vt *ff. eodem. l. nec ei. §. & primum. vsque in finem.* inter quas hæc est vna, si liberos habeat vel non.

Adoptio.] CASVS. Si scriptura interueniat, non propter hoc valet adoptio, nisi apud cõpetentẽ iudicẽ fiat cũ solẽnitate.

k ¶ *Sed solenni.* sic & emancipatio: vt *j. tit. j. l. non nudo.* Accur.

test auctoritatem interponere in legitimis actibus. Bald. Vel sic: In adoptione publicum instrumentum non sufficit, nisi auctoritas iudicis intercesserit. Salycet.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Proculiano.*

exceptio rei venditæ? Videtur quòd non: *vt argum. ff. quorum lega. l.j.§.quod ait prætor voluntate.in fin.* Sed argum. contra. *ff.de viſucapio.l.cum vir. & ff.de fundo dotal.l.penult.*

ſionis cōpendium ad vos pertinet. P P. V. Kalend. Iun. ipſis. AA. IIII. & III. Coss.

Filius præfectus legionis reſtitutus à Barbaris, recuperat priſtinam libertatem: nihilo propterea dato præfecto legionis. Bald. Vel ſic: Captiuus ſuis donatus ſine vllo precio, ſtatim habet ius poſtliminij, & nihil ſoluere tenetur. h.d.no.Sal.

V. *Iidem* AA. & CC. *Verſæ.*

CVm non redemptum[n] ab hoſtibus filium tuum, ſed ſine vllo contractu traditum à Barbaris† præfecto legionis dicas, poſtliminij ius locū habuit: & illico* ingenuitati ſuæ reddi cum præſes prouinciæ iubebit. PP. XVI. kalend. Iun. Ipſis. AA. IIII. & III. Coss.

Quolibet offerente redemptionis precium, debet redemptus priſtinæ reſtitui libertati. Baldus. Vel ſic: Redemptor compellitur iudicis officio precium redemptionis recipere à captiuo. Salyc.

VI. *Iidem* AA. & CC. *Iuſto.*

CVm & poſtliminij ius, & communis vtilitatis ratio exigat, vt ſi qui captos ab hoſtibus redemerint accepto precio redemptos ſuæ ingenuitati reſtituant[o]: proponáſque redemptorem tuum noluiſſe oblatum precium à te vel ab alio recipere: præſes prouinciæ efficaci inſtantia compellet eum legibus obtemperare, & percepto* eo quod precij nomine dependitur, ſtatus[p] ſecuritatem non inquietare[q]. PP. Kalend. Februar. Tiberiano & Dione. Coss.

Mulier quæ redimit puellam ab hoſtibus, & proſtituit, precium perdit: & illa proſtituta ab ea iuſtè aufugit. Baldus. Vel ſic: Delictum turpis quæſtus redemptoris, priuat ipſum à nexu pignoris precij redemptionis. Salyc.

VII. *Iidem* AA. & CC. *Claudio.*

FOediſſimæ mulieris nequitia permouemur. cū igitur filiam tuam ab hoſtibus captā, ac proſtitutam ab ea quæ eam redemerat, ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac ſeruādam natalium honeſtatem ad te[r] cōfugiſſe proponas: præſes prouinciæ ſi filiæ tuæ ſupradictā iniuriam ab ea quæ ſciebat[ſ] ingenuam eſſe, inflictam cognouerit: cum huiuſcemodi perſona indigna ſit preciū recipere, propter odiū deteſtabilis quæſtus etiam ſi precium compenſatum non eſt, ex neceſ-

i ¶ *Iudicari.* aliàs indicari: & aliàs vindicari. Sed ſi iudicatum fuerit contra eum, an poſtea cognito quòd ſit mortuus, poteſt repelli per exceptionem rei iudicatæ ſi agat? Videtur quòd non, *arg.ff.quo.lega.l.j.§.quod ait prætor voluntate. & in fi.huius.l.* & quia ex alia cauſa agit: *vt ff.de excep.rei iud.l.ſi mater.§.eandem.*

k ¶ *Vnde.* quod dixit in genere: dicit nunc in ſpecie.

l ¶ *Succeſſionis.* deceſſerat enim fili⁹ in medio: de quo filio habita eſt mentio. *ſ.in prin.huius l.*

m ¶ *Nō officientibus.* Immo* videntur quædam obſtare, ſcilicet ſi donauit: *vt ff.de dona.l.quidā.§.ſi. quæ eſt contra.* Solu. ſpecialis caſus in donatione. 2 Vel ibi conſtabat eū viuere: hic dubium erat. 3 Vel non repellitur ibi quia donauit, ſed quia indign⁹ repellitur.

n ¶ *CVm non redēptū.* tūc enim eſſet loco pignoris: *vt ſ.eod.l.ij.*

CVm & poſtliminij.] CASVS. Captus ab hoſtibus ſi redimatur ab aliquo, & preciū redemptori reſtituitur priſtinum ſtatum recuperat. Si verò redēptor preciū recuperare noluerit, compellet eum præſes prouinciæ.

o ¶ *Reſtituant.* reſtituti ſunt quidē ſtatim facta redēptione: ſed poſtea accepto precio ſic reſtituūtur, ac ſi non fuerint pignori nexi.

p ¶ *Status* tui.

q ¶ *Inquietare.* ſcilicet compellet.

FOediſſimæ.] CASVS. Vna ingenuā quādam ab hoſtibus redemit, & eam proſtituit: redempta ad matrem fugit cuſtodiendæ pudicitiæ cauſa. cum mulier indigna ſit preciū recipere, aduerſus eam petentē tuta erit. Viuia.

r ¶ *Ad te.* ſcilicet patrem. Accur.

ſ ¶ *Sciebat.* maximè, *ar. ff.de pigno.act.l.eleganter.§.fina.*

† Barbari qui dicantur, vide *Al.in.l.fcrnus, de pol. ſacra. larg. C.lib.11.*

* & ideo.

* Donās rem viuentis nihil trāſfert in accipientē: quinimo, ne mortuo quidem rei domino ei ſuccedere poteſt: & res donata ei eripitur tāquā indigno, rediq. fisco.

* recepto. In omnibus.

Ex neceſſi-

a ¶ *Ex neceſſitate*.i.ex miſera neceſſitate ſeruiendi extracta. *& facit ſ. de epiſ. aud. l. ſi lenones.*

b *Præſtabit*.ſ. præſes prouinciæ.

P*Ræſes.*] CASVS. Mulier capta redempta, ſi preciũ ſoluerit redemptori, vel quinquennium ſeruierit, priſtinum conſequetur ſtatum: & ſi filium poſt redemptioné pepererit, iure pignoris non erit obligatus pro precio. Accur.

c ¶ *Habebit*. poſtquam ſoluiſti preciũ, vel ſeruiſti per quinquennium.

d ¶ *Parum ignorat*. id[a] eſt bene ſcit. *ſic ſupra de tranſact. l. fratrem.*

a Parum ignorare pro bene ſcire.

e ¶ *Poſteaquam*. idem ſi ante, *j. eod. l. commercio.*

f ¶ *Nec pignoris*. abũdat nec propter dictionem nullis. ¶ Et nota ſpeciale. nam aliud eſt in alio pignore, quia nata ſunt pignori: *vt ff. de pig. l. grege. in prin. & l. Paulus. §. ſi mancipia.*

ſitate[a] miſerabili cuſtodita ingenuitateq; natæ tuę, aduerſus flagitioſæ mulieris turpitudiné tutã eã defenſãmque præſtabit[b]. PP. III. Non. Februa. Tiberiano & Dione Coſs.

Nati ex redempta, naſcuntur ingenui. Baldus. Vel ſic: Nati ex redẽpta, non poſſunt retineri pignori pro redemptionis precio. Salyc.

VIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Matronæ.*

PRæſes prouinciæ, ne vlteri° in ſeruitutis iugo detinearis curiæ habebit[c], qui pro ſolertia ſua parũ ignorat[d] filiorum tuorum ſtatum tueri quos poſteaquam[e] redempta es, enixam te eſſe ſignificas: cum eos qui poſt redemptionem naſcuntur, ne pignoris[f] quidem vinculo ob precium quod pro his datũ nõ eſt, teneri, nullis* auctoribus viſum eſt. PP. V. Id. Februar. Tiberiano & Dione Coſs.

° vllis.

C*Aptum.*] CASVS. Filius ab hoſtibus capt⁹, ſi pater in ciuitate medio tempore decedat, & ille reſtituatur: ſi tempore quo capiebatur, erat in patris poteſtate: iure poſtliminij erit patris ſuus heres, ſiue teſtamentũ fecerit pater, ſiue non: & res hereditarias à quolibet poſſidente vindicabit: niſi fuerint eo præſente & reuerſo vſucaptæ vel præſcriptæ. Viuianus.

g ¶ *Medio tempore*. id eſt poſt captum ante reditum. Accur.

h ¶ *Lex Cornelia*. Immo debet dicere ius poſtliminij, quod[b] fingit captum non fuiſſe captũ, ex quo reuerſus eſt: at lex Cornelia fingit eũ q. deceſſit, ea hora deceſſiſſe, qua fuit captus: *& inſtit. quibus non eſt per. facere teſta. §. fin.* Reſpon. lex Corne. ad multa capitula porrigitur, quorum vnum eſt an poſſit inſtitui captus ab hoſtibus, dum eſt captus: *vt ff. de hered. inſtit. l. illa inſtit. §. j.* & de hoc erat quæſtio in l. iſta. Vel dic & patrem fuiſſe captũ, & ibi deceſſiſſe. Vel aliter lex Cornelia vocat filiũ ad hereditatẽ, vt ſuum heredem: *vt ff. de teſta. l. lege Cornelia.* At ius poſtliminij vocat eum ad hereditatẽ, ſed non vt ſuum heredem: *vt j. eod. l. in poſtliminij.* Accur.

b Poſtliminiũ, & lex Cornelia diuerſimodè fingunt.

Filius captus ab hoſtibus inueniens patrem mortuum in ciuitate, ſuccedit ei vt ſuus heres ex duabus fictionibus ſimul iunctis: ſcilicet ex fictione legis Corneliæ, & poſtliminij. hoc dicit tex. cum gloſ. Bald. Vel ſic: Reuerſus fingitur nunquam captus, & patri licet antea defuncto ſuccedit ex teſtamento, & ab inteſtato: & ei reuerſo currit præſcriptio. Salyc.

IX. *Iidem* AA. *&* CC. *Gregorio.*ᵖ

ᵖ Georgio.

CAptum ab hoſtibus filiũ, patre mortuo medio tempore[g] lex Cornelia[h] reuerſum ſi in poteſtate patris tẽpore quo capiebatur, fuit, ſuum facit heredem. vnde ſiue ex teſtamẽto ad te, ſiue ab inteſtato ſucceſſioné patris tui pertinere apud præſidé prouinciæ probaueris: reſtitui tibi res hereditarias iubebit, ſi non tantum poſtquam reuerſus es tẽpus effluxit, quãtum intentionem tuam tẽporis prolixitate cõquieſcere faciat[i]. PP. V. Idib. April. AA. Coſs.

i ¶ *Faciat*. quadriẽniũ ſi res ſint vſucaptę: aliàs tẽpora ſolita, triẽnium, vel x. vel xx. vel xxx. an. *& facit ſupra de rei vind. l. nullo. & ſupra ex quibus cauſ. ma. l. fin. & ſupra quibus non ob. long. temp. præſcrip. l. ab hoſtibus.*

Seruus reuerſus ab hoſtibus reſtituitur domino, ſicut filius patri. hoc dicit Baldus & Salyc.

X. *Iidem* AA. *&* CC. *Apollodoro.*ʳ

ʳ Apollodoro.

S*Icut.*] CASVS. Sicut liber ab hoſtibus captus & reuerſus, iure perſonali ſtatum priſtinum recuperat: ſic ſeruus ab hoſtib. reuerſus domino reſtituitur. ſi ergo ancilla patris tui erat capta ab hoſtibus, & reuerſa nec redempta: ad patrẽ ſuum: nihil ad te, qui ei ſucceſſiſti, pertinebit. Viuianus.

SIcut liberis[k] captis ab hoſtibus, ac poſtliminio reuerſis ſtatus priſtinus reſtituitur, ſic ſerui[l] domino. Vnde ſi hæc, cuius meminiſti, ancilla patris tui fuit, nec commercio redempta eſt[m]: reuerſa dominum, vel eius ſequitur ſucceſſorem, qui per captiuitatem hanc amiſerat. S. III. Kalend. Maij, Hadrianopoli AA. Coſs.

k ¶ *Sicut liberis*. ſ. hominibus. Vel dic, id eſt filiis, & de vtroq. habes inſtit. *quib. mod. ius pa. pot. ſol. § ſi ab hoſtibus. & §. ipſe quoque.* Accur.

l ¶ *Sic ſerui*. ſecus[a] in armis & veſte & ſimilib. quæ turpiter amittuntur: *vt ff. eo. l. ij. & iij.* Itẽ in ſeruis intellige, ſi tamen in poteſtate domini, vel inter domini præſidia ſint, licet in liberis ſtatim cũ ſunt intra limina imperij. *vt ff. eod. l. fin. & l. in bello. §. manumittendo.*

a Poſtliminiũ non eſt in armis.

Gratis dimiſſus non efficitur libertus redemptoris, ſed durat ingenuus. Bald. Vel ſic: Si nexus pignoris redempto remittitur, libertus nõ efficitur: nec vllum obſequium debet remittenti, nec eius filiis. Salycetus.

m ¶ *Redẽpta eſt*. Si ergo donata eſſet alicui, nihilo minus habet poſtliminiũ. ſi[b] autẽ eſt redẽpta, ſtatim fieret redimẽtis. vnde & manumittit, & neceſſari⁹ eſt ei heres: *vt & ff. de acquirẽd. hereditate. l. ſi ſeruũ quis. & ff. eod. l. in bello. §. manumittẽdo.* Diſtinguitur tamen: quia ſi ſciẽs alienũ redimit, perpetuo audit domin⁹ precium offerẽdo. ſi ignorans, & credẽs eſſe vẽdẽtis, auditur dominus intra triennium, nõ vltra: *vt ff. eod. l. in bello. §. ſi quis ſeruum.*

b Ancilla ab hoſtibus liberata, an ſit domino reſtituenda.

XI. *Iidem* AA. *&* CC. *Eutychio.*

SI liberum captum te ab hoſtibus commercio redemit Sabinus, & cum vinculum pignoris ſuperſtitem remiſiſſe tibi probetur: non libertus effectus, ſed ingenuitati quam amiſeras reſtitutus, nullum filiis[n] eius obſequium debes. S. XV. Kalend. Ianuar. AA. Coſs.

S*I liberum.*] CASVS. Si libero ab hoſtib. capto is qui redemit, ius pignoris remiſit, nõ erit libertus, ſed ingenuus. vnde ſi redẽptor decedat, filiis eius obſequium non debebit.

n ¶ *Nullum filiis*. immo poteſt pro te agi interdicto de libero homine exhibendo: *vt ff. de libero ho. exhiben. l. iij. §. ij.*

Qui virtute militum liberantur, non efficiuntur liberti, ſed ſuam retinent libertatem. Bald.

XII. *Iidem* AA. *&* CC. *Quintianæ.*

AB hoſtibus[o] capti, & non commercio redẽpti, ſed virtute militum noſtrorum liberati, ilico ſtatũ quem captiuitatis caſu amiſerãt, recipiũt[p]: ſerui autem dominis ſuis reſtituentur. Receptos enim eos, non captos iudicare debemus: & militem noſtrum defenſorẽ eorum decet eſſe, non dominium[q]. S. V. Kalen. Ianuar. AA. Coſs.

A*B hoſtib.*] CASVS. Capt⁹ ab hoſtib⁹, ſi nõ redimat, ſed virtute communi militũ, ſuorũ hoſtium poteſtatẽ euaſerit, priſtinum ſtatum recuperat. ſi ſeruus fuit, domino reſtituitur: nec apud militẽ per quem euaſit hoſtiũ poteſtatem, remanebit cũ miles talium defenſor eſſe debeat, nõ dominus.

o ¶ *Ab hoſtibus capti*. & intra præſidia hoſtium deducti: ante enim manet ciuis, nec fit ſeruus: *vt ff. eodem. leg. poſtliminij.*

Omnis pater ex naturali affectu deſiderat habere filium legitimum. Baldus. Vel ſic: Contrahens matrimonium cum ea quam redemit ab hoſtibus, liberat eam à nexu pignoris. Salyc.

XIII. *Iidem* AA. *&* CC. *Quartinæ.*°

° Pamphilo.

SI is qui te ab hoſtibus ingenuam captã commercio redemit, ſibi matrimonio cõiunxit: dignitate nuptiarum, & voto futuræ iuſtæ ſobolis, vinculo

p ¶ *Recipiunt*. vt inſtit. *quibus modis ius patria poteſt. ſol. § ſed & qui captus.* Accurſius Florentinus.

q ¶ *Non dominium*. nota militem debere defendere. Inde eſt quòd

dicitur à militia, i. à duritia quam sustinet pro nobis: *vt ff. de mi- lit. testam. l. j. §. fin.*

S[i u.] CASVS. Ingenua ab host bus capta, & redempta, si is qui redemit, eã matrimonio copulauit sibi, tacitè remisso pignore pristinum recuperat statum.

a ¶ *Tibi remisso.* tacitè, & est argumen. *§. de opern liber. l. liberta. & fa- cit. §. eod. l. ij. & l. si liber- tum.*

pignoris tibi remisso[a], reddi natales pristinos rationis est. S. V. Id. Martij, CC. Coss.

Filia iure postliminij succedit matri. Bald. Vel sic: Filia reuersa ab hostibus succedit matri in ciuitate mortuæ. purgatur enim defectus captiuitatis, postliminij fictione. Bal. Et res hereditarias vindicat. Salyc.

I[Vs.] CASVS. Matre ab hostibus capta, & ibi decedente, an filia reuersa ratione legis Corneliæ possit successionẽ matris vindicare, quæritur? Et dicitur quod sic: nec sibi oberit quod medio tempore erat in seruitute, quominus res per maternam successionem sibi quæsitas possit vindicare.

b ¶ *Ius postliminij.* imò legis Corneliæ: *vt §. eo. l captum.* quæ est contra. Sol. vt ibi. Acc.

c ¶ *Ipsa.* filia.

d ¶ *Purgato.* scilicet ea reuersa: & sic purgatus est vigor illius euẽtus, scilicet quod fuerat capta.

e ¶ *Nec tibi.* nũc in specie mutat personas.

f ¶ *Fortuna.* i. infortunio.

XIIII. *Iidem AA. & CC. Seuera.*

IVs postliminij[b] filiam (rebus humanis exempta matre dũ in seruitutis ipsa[c] necessitate per captiuitatis causam fuit) euentus purgato[d] vigore, ad eius legitimam inuitat hereditatẽ: nec tibi[e] medij temporis fortuna[f], quo minus res maternas successione quæsitas persequi possis, iniuriam fieri patimur. Scrip. XVI. Kalendas Aprilis. CC. Conss.

Redemptus etiam antequam offerat precium redemptionis suæ, succedit parentibus suis. Bald.

I[S qui.] CASVS. Liber captus & redemptus interim quousque preciũ soluerit, vel per quinquennium seruierit, in seruitio remanebit, si interim obueniat ei aliqua successio, vel deferatur, an eam vindicare possit, quæritur? Et dicitur quòd sic, vt ex ea precium soluere possit.

g ¶ *Potest.* nec[h] enim seruus est: sed vinculo pignoris astrictus, *vt §. eod. l. ij. & ff. de testa. l. qui testamento. §. j. & ff. de legat. j. l. senatus. §. finali.*

XV. *Iidem AA. & CC. Macedoniano.*†

IS qui liber cõstitutus captus ab hostibus cõmercio redimitur, etiam antequàm restituatur pro eo data pecunia, successionis iura sibi vindicare fauore ingenuitatis potest[g]: vt ex ea possit precium pro se datum exoluere.

Filius sequitur conditionem matris quoad libertatem. Bald. Vel sic: Filij concepti, vel etiam nati ex patre & matre captiuis, patre ibi mortuo, matre verò redempta, reuersi intelliguntur ingenui. Sal.

C[ommercio.] CASVS. Si captã quis ab hostib. redemit, & interim dum in seruitio est, filios ex seruo procreauerit: an soluente ea preciũ, liberi ingenui remaneant, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

h ¶ *Ex seruo.* nec enim patrem, sed matrem[c] sequitur: *vt §. de rei vindicat. l. partum.* ¶ Et quod dicit medio, i. post redemptionem, & ante redditionem precij.

i ¶ *Placuerunt.* etiã non reddito precio pro filiis: *vt supra eodem. l. prases.*

XVI. *Iidem AA. & CC. Bassilide.*

COmmercio redẽptæ fœminæ filios, licet ex seruo[h] medio susceptos tẽpore, origini ingenuitatis matris, iuxta ea quæ benignè placuerunt[i], reddi conuenit. S. V. Kal. Sept. Viminacij. AA. Coss.

Lex nota. & hoc dicit. Redemptus à captiuitate debet precium pro redimendo solutum reddere redemptori, nisi mater redimeret filium: quia tunc præsumitur fecisse causa pietatis, & non animo repetendi. Baldus.

L[iber.] CASVS. Liber ab hostibus redemptus, cùm precium soluerit, vel ei remissum fuerit, pristinum recuperat statũ. Si verò mater filium suum redemerit, an precium repetere possit quæritur? Et dicitur quòd non.

k ¶ *Tunc demum.* Imò statim post redemptionem: *vt §. eod. l. ij.* Sed intellige tunc demũ, s. vt habeatur perinde ac si non fuisset obligatus.

l ¶ *Iudicio. vt §. eo. l. sed si me. & l. si is qui.*

m ¶ *Statum pristinum* per omnia: ante enim quasi seruus est cùm seruire cogatur, vel precium reddere: *vt ff. de libe. ho. exhib. l. ij.* verè est tamen liber, vt dixi. Accur.

XVII. *Iidem AA. & CC. Diogeniæ.*[*]

2 LIber capt⁹ ab hostibus, & commercio redẽptus: tũc demum[k] cùm precium soluerit, vel ei hoc qualicunque remittatur iudicio[l] statim pristinum[m] recipit: quo genere matre filium redimente, cùm huiusmodi contractus nõ de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cũ optabili conditione filium illicò matri restituit: ita vt à ciuiliũ obsequio munerum propter casum præteritum filius non excusetur[n]. Pro pietatis itaq. ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere, ac de precio quicquam tractare non conuenit[o]: dotem tamen ab eo debitam iure concesso[p] reddi postulas. S. III. kal. Nouemb. Deuellio. CC. Coss.

n ¶ *Excusetur.* sc. filius Accur.

o ¶ *Non conuenit.* præsumitur[a] enim donasse, nisi contrarium fuerit protestata: *vt ff. de negotiis gestis. l. Nesennius. & §. de negot. gest. alimenta.*

p ¶ *Concesso.* In quantum facere potest: *vt ff. soluto matrimonio. leg. etiam filios. in principio.*

Captus ab hostibus, si rediens inuenit rem non esse vsucaptam, vindicat eam: si autem inuenit eam vsucaptam, vel præscriptam, primò debet petere restitutionem in integrum, secundo agat rescissoria. Bal.

XVIII. *Iidem AA. & CC. Tripliniano.*[*]

3 AB hostib. captis, ac postliminio reuersis, pro huiusmodi casu amissa: quæ in eadem causa[q] quidem durant, omnimodo directa[r]: quæ verò per vsucapionem, vel liberationem[s] ex bonis subtracta, vel non vtendo finita esse videntur, intra annum[t] vtilem experiẽtibus actione rescissoria[u] restituuntur. PP. XII. Kal. Dec. CC. Coss.

Inuiti ducti ab hostibus habent ius postliminij: id est reuersi recuperant bona, secus in his qui finxerint se capi, vel transfugerunt ad hostes, quia bona perdunt, & ius postliminij non habent. Bald.

A[B hostibus.] CASVS. Captus ab hostibus, & reuersus, an recuperare debeat quod habuerit ante captiuitatem? Dicitur quòd sic, & si non sint vsucapta, vel præscripta: pro illis directa agere poterit, si sic, vtili rescissoria.

q ¶ *In eadem causa.* quia nondum sunt præscripta.

r ¶ *Directa.* scilicet, actione antiqua: *vt supra de rei vindicatione. l. multo.*

s ¶ *Liberationem.* à personali actione.

t ¶ *Intra annum.* hodie quadriennium: *vt supra de temporibus in integrum restituend. leg. supernam.*

u ¶ *Rescissoria.* quæ statim reuerso competit, secundùm Baldum. Sed inefficax antequàm impetret eam à prætore viuente, sed secundũ P. demum impetrata competit: contestata autem post impetrationem perpetuatur, secundùm Ioannem, *vt plene diximus supra, ex quibus causis maiores. leg. finali. & facit supra, quibus non obstat longi temporis præscriptio. l. ab hostibus.*

XIX. *Imppp. GRATIA. VALENTINIA. & THEOD. AAA. ad Seuerinum ducem.*[*]

SI quos fortè necessitas captiuitatis abduxit: sciant, si non trãsierint[x], sed hostilis irruptio-

S[i quos.] CASVS. Captus ab hostibus non sponte, sed vi hostium: res quas habuit ante captiuitatem, etsi à fisco possideantur, recuperat iure postliminij: hoc enim solũ inquirendum est, an sponte, an coactus apud hostes stetit.

x ¶ *Si non transierint.* spontè subaudi, si non habes: tunc enim denegatur eis postliminium: *vt ff. eodem. leg. postliminium. §. transfuga.* & vbique inuentus potest occidi: *vt ff. ad legem Corneliam. de sicariis. leg. iij. §. finali. & de pœnis. l. si quis aliquid. §. transfuga.*

[*] Diogenæ.

a Donatio pietatis intuitu interdum præsumitur.

[*] Trichimano. al. Trophoniano.

[*] Seueriano vt in C. Th. scr.

a ¶ *Recepturos.* conditione ex hac l.
b ¶ *Tenuerunt.* iure dominij, vel possessionis forte.
c ¶ *Possideantur.* qui occupauit illo existente in captiuitate. ¶ Sed nunquid locum habet l. cum quæreretur. §. vnde vi. Item quid si possessor titulum vel antiquiorem casum captiuitate prætendat? Resp. vt §. *de edicto diui Hadrian. tollen. l. fin. & ff. ad exhib. l. iij. §. ubi.*
d ¶ *Solum.* imò & aliud, an iuerit tépore iuduciarũ: quo casu nõ habet postliminium. vt *ff. eod. l. postliminium. §. induciæ. & l. non dubito.*
e ¶ *Voluntate.* quia trãsfugæ[a] (vt dixi) non datur postliminiũ: vt *di. l. postliminiũ. §. transfuga. ff. eod.* nec ei qui victus se dedit hostibus: vt *ff. eo. l. postliminij. §. captiuus. & l. si captiuus. in princ.* si tamẽ bonus miles fuit antea, soli[b] aliõ mationi eius creditur: alioquin non: vt *ff. de re militari. l. non omnes. §. à barbaris.*

a Postliminiũ quibus dene gamus.

b Vnius assermationi interdum creditur.

Diuersarũ.] CASVS. Capti ab hostib. cuiuscunque prouinciæ fuerint, dum reuertuntur, non debent in via impediri: & si aliquid in eis impẽsum fuerit, illius non detur repetitio: quia pietatis causa videtur impẽsum fuisse: nec refert masculus fuerit, aut fœmina, qui ab hostibus capiatur & reuertatur: quia idem beneficiũ omnibus debet concedi: preciũ vero pro quo redempti sunt redemptoribus reddere compellendi sunt: vel loco precij per quinquennium seruire redimenti: & tunc libertatem in qua nati sunt consequentur, & res suas & iura recuperãt: & si aliquis de partibus huic l. contradicendum putauerit: punitur pœna hic statuta: & hæc quæ dicta sunt, locorum episcopi & curiales faciant obseruari: quod si nõ faciãt, rector in decem libris, & apparitores eius in totidem punientur. Viuianus.

C. T. §§ 2.

f ¶ *Nemo retineat.* vt *supra de epis. audien. Christianos.*
g ¶ *Barbaris.* qui hostes erãt populi Romani. idem si quilibet alij sint hostes populi Romani.
h ¶ *Debet.* id est oportet: vt *probatur supra eodem. leg. ij.* Sic econtra. *infra de raptu virgi. l. j. §. nec sit facultas. & ff. de iustit. & iure. leg. prima. in princip.*
i ¶ *Cum pœna deportationis.* Sed nõne q damnatur in metallũ, libertatẽ amittit: sed q depor-

¶ Neque quicquã amplius *Glos. in l. i. de Episcopal. audi.*

sedibus vel. & C. T. eccl. Cons.

nis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare se debere: recepturos[a] iure postliminij ea quæ in agris vel mancipiis seu aliis reb[v] ante tenuerunt[b], etsi à fisco nostro possideantur[c]. nec timeat quisquam alicuius contradictionis morã: cum hoc solum[d] requirendum sit, vtrum forsitan aliquis cum barbaris voluntate[e] fuerit, an coactus. Dat. V. kalend. Iul. Romæ, Gratiano. A. V. & Dagalaiso Coss.

Redempti ab hostibus debent soluere precium redemptionis, vel seruire per quinquennium redemptori, alimenta autem eis præstita reddere non tenentur. Baldus. Vel sic: Ab hostibus capti, liberam habent facultatem remeandi: & eis pro alimonia datum, non repetitur: ad precium tamen redemptionis ipsorum tenentur: quod non soluentes, per quinquennium redemptoribus seruire tenentur: & aliter eos retinentes, ad domum reuertentes puniuntur: similiter & iudex qui negligens fuerit. Salyc.

XX. Impp. Honor. & Theodos. AA. Theodoro præfecto prætorio.

Diuersarum[a] homines prouinciarũ cuiuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captiuitatis necessitate transuexerat, inuitos nemo retineat[f]: sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. quibus si quicquam in vsum vestium vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitũ, nec maneat victualis sumptus repetitio: exceptis his quos barbaris[g] vẽdentibus emptos esse docebitur: à quibus status sui precium propter vtilitatem publicam emptoribus æquũ est reddi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionẽ, decet[h] redemptos aut datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennij, vicẽ referre beneficij, habituros incolumẽ (si in ea nati sunt) libertatẽ. Reddãtur igitur ædibus[*] pprijs sub moderatione quã iussimus: quib. iure postliminij etiã veterũ respõsis incolumia cuncta seruãda sũt. Si quis itaq; huic

præcepto fuerit conat[v] obsistere, actor, conductor, procuratórque dari se metallis cũ pœna deportationis[i] non ambigat: sin verò possessionis dominus, rem suam à fisco nouerit vindicandã, séque deportandum. & vt facilis executio perueniat, Christianos proximorũ locorũ volumus huiusmodi rei sollicitudinẽ gerere. Curiales quoq; pximarũ ciuitatum placuit admoneri, vt emergentib. talibus causis sciãt legis nostræ auxiliũ deferẽdũ: ita vt nouerint rectores vniuersi decẽ libras auri à se, & tãtundẽ à suis apparitoribus exigendũ, si præceptũ nostrum neglexerint. Dat. III. Id. Decẽb. Rauẽnæ, Honor. VIII. & Theodosio III. AA. Coss.

tatur, tantũ ciuitatem: vt *instit. de cap. min. §. maxima. & §. media.* Sed dic quòd impropriè dicitur deportatio. q. d. deportatur in metallum. *sic §. vt nemo priuatus. l. ij.*

a Deportatio in metallum impropria deportatio est.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS LIBERIS ET seruis, & de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.

Non tantum in captiuis opus pietatis exhibetur, sed etiam in infantibus expositis nutriendis: & ideo de hoc subiicit.

Si inuito.] CASVS. Si aliquis me inuito partũ ancillæ meæ exposuerit an vindicare possim, quærit. Et dicit q sic: ita tamẽ quòd id quod alimentorum nomine, vel doctrinæ in eo impẽsum est, refundam ei: nisi à fure eum vindicauerim.

k ¶ *Si inuito.* si autem eo volente: amitteret omne ius quod in eo habebat: vt *j. eod. l. fin. in princip.*

l ¶ *A fure.* Nota ergo furẽ[b] expensas retinere non posse. *sic & ff. de cond. fur. l. ex argento.* Sed videtur contra *supra de rei vindic. l. domũ.* vbi dicit malæ fidei[c] possessorẽ necessarias impensas seruare officio iudicis, & vtiles tollere. Solut. Aliud[d] in aliis malæ fidei possessorib[v]: & aliud in fure. Vel dic aliud in expẽsis factis in domo, & aliud in his quæ abradi nõ possunt: vt *arg. ff. de rei vindic. l. si autem. §. fin.* Accur.

m ¶ *Restituas.* Sic ergo indistinctè redduntur bonæ fidei possessori. Et sic est contra. *d. l. ff. de rei vindic. l. fin. autem. §. fin. & l. sequent.* vbi dicit non repeti expensas factas in[e] docẽdo: nisi in duobus casibus. Solut. ibi ideo, quia habuerat operas eius, quæ poterant esse aliquæ: hic nõ potuit habere, cũ esset infans. Vel aliter, vt ibi.

¶ Itẽ nota[f] bonæ fidei possessorem exceptionem habere, malæ fidei non. *sic instit. de rerum di. uisione. §. & ex diuerso. & facit supra de neptus. l. patrem.*

b Expẽsas fur non repetit.

c Expensas malæ fidei possessor seruat necessarias quidem officio iudicis, vtiles verò tollit.

d Malæ fidei possessoris & furis differentia in expensis deducendis.

e Expensæ in docendo factæ in & quibus do repetuntur.

f Exceptio datur ob bonam fidẽ quæ denegatur malã fidẽ habenti.

TITVLVS LII.

DE INFANTIBVS EXpositis liberis & seruis, & de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.

Alieni partum expositum, non tenetur eum restituere domino, nisi receptis sumptibus, & etiam mercede data ob aliquod artificium addocendum. Baldus. Vel sic: Partus ancillæ domino ignorante expositus, repeti potest: ad expensas tamen restituendas tenetur: nisi sint facta à fure. h. d. notabiliter. Salyc.

I. Imp. Alexander A. Claudio.

Si inuito[k] vel ignorante te partus ancillæ vel adscriptitiæ tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio eius (si non à fure[l] vindicaueris) ita fiet, vt si qua in alendo eo, vel forte addiscendum artificium iustè consumpta fuerint, restituas.[m] * PP. III. kalen. Iunij, Iuliano II. & Crispino Conss.

* restituentis.

Dictum est in l. præcedenti quòd si domino inuito vel ignorante partus est expositus potest dominus vindicare: sed hic dicitur, quod eo volente, vel exponente, perdit dominium: quia ille qui pereuntem contemnit, suum dicere nequit. Bald. Vel sic: Exponens sobolem propriam, quam nutrire tenetur, venit puniendus, nec dominus recuperat seruum quem exposuit. Salyc.

Vnusquisque.] CASVS. Si filium suũ naturalem & legitimũ, vel naturalem tantum exposuerit qu[is]: pœnæ legib. statutæ subiacebit: si vero domin[us] seruũ, vel patronus libertũ exposuerit, repetere non poterit: nec illud suum dicere potuit, quod vt non periret cõtempsit.

a ¶ *Sobolem.* legitimam & naturalem, vel[e] naturalem tãtum: *vt j. de natu. libe. authen. licet.*

b ¶ *Animaduersioni.* extraordinariæ[b]: *vt s. de patriã potest. l. nec filium. & ff. de libe. agnoscen. l. j. §. pena.* tenetur etiam quasi[c] occiderit filium: *vt ff. de libe. agno. l. necare.*

c ¶ *Contempsit.* vt[d] *ff. pro derelicto. l. fin. & supra de Lati. liber. tollenda. l. j. §. sed scimus.* Sed arg. *contra. ff. de sta. homi. l. seruus.* Accursius.

SAncimus.] CASVS. Si partũ expositum quis nutriri faciat, non poterit dicere puerum illum seruum suum: & quicquid acquirit, sibi acquirit: nec dominus illius infantis poterit eum in seruũ vindicare, cum noluit ei præbere alimenta.

d ¶ *Sãcimus nemini.* omnes alios cõprehendit, præter colligentem: de quo subiicit ibi, sed neque &c.

e ¶ *Paruulus.* i.[e] qui hoc ipso paruul[9] est, ꝙ puer est, id[f] est minor. xiiij. ann. mascul[9], vel xij. fœmina. a Vel dic puerũ i. infantẽ: vt restringatur puer ꝑ id quod dicit, paruulus: secus in non puero, nisi languidus esset: *vt s. de Latina liber. tollen. l. j. §. sed scimus.* Sed & in non puero si nõ exponatur, sed denegãtur[g] ei alimẽta: non eripitur in libertatem, sed pro derelicto habetur: *vt ff. pro derelicto. l. fin.* vt ita concedatur occupãti. vel datur patri: *vt dicta. l. dicit.* Vbi autẽ exponitur puer, non est ideo liber quia habuit eũ pro derelicto. nam si etiã contra vellet, idẽ esset propter derelictũ suum, & libertatis fauorẽ. Azo. & hæc l. est ferè de verbo ad verbũ. *s. de episc. audien. l. nemini.*

f ¶ *A libertina progenie.* id est[h] à patre liberto. nam filius eius est ingenuus.

g ¶ *Progenie.* fortè matre, vel patre: quod hodie non est, nisi in matre. & sic lege auth. antiqua &c. *quæ est coll. v. constitu. vij. quæ est ex adscript. &c.* Vel dic quòd nec hoc intelligebat nisi de eo qui ex matre tali esset natus. Accur.

h ¶ *Conditione.* hic cõprehendit seruum & adscripticium refert glos. quam hic habes, fortè matre, &c.

i ¶ *Dominium vindicare.* hoc accipe, si domino volente expositus est, qui ei subiectus est: *vt j. ea. l. ibi, neque enim &c.* alias contra: *vt supra eo. l. j.* ¶ Item nunquid patre exponente amittit ius vindicãdi in filium: Videtur quòd sic ex hac. l. licet nõ bene aperiat. Et pro hoc *supra de pat. pot. l. pe.* Sed argu. contra. *supra de nup. l. patrem.* Cui[a] respõderi potest, quòd de facto contradicebat ibi patri, non de iure.

a Pater seu exposuit filium, an perdat ius quod habet in eum.

k ¶ *Distinctione.* an eo animo, vt fint sui, non colligant eos: *vt j. ea. l. ibi, licet ab initio &c.* Accur.

II. *Imppp.* VALENTIN. VALENS & GRATIAN. AAA. *ad Probum præfect. prætor.*

VNusquisque sobolem[a] suam nutriat. quòd si exponendã putauerit, animaduersioni[b] quæ constituta est, subiacebit. * sed nec dominis, vel patronis repetẽdi aditum relinquimus, si ab ipsis expositos quodámodo ad mortem, volũtas misericordiæ amica collegerit. nec enim suũ quis dicere poterit, quẽ perĩturũ[?] contẽpsit[c]. Data. III. Non. Mart. Gratia. A. III. & Equitio Coss.

Suscipiens expositum, non efficitur dominus eius: etiam si ea mente vel protestatione suscipiat. & ideo talis expositus si erat ingenuus, remanet ingenuus: & potest succedere, contrahere, & testari in quancunque personam: etiam præterito ipso alimentante. Bald. Vel sic: Expositi cuiuscunque conditionis, per exponentes non possunt vindicari, nec per colligentes possunt vt serui vel libertini retineri: sed ingenui intelliguntur: & quicquid quærunt, sibi quærunt, & ad suos successores transmittunt: & competens iudex est præses prouinciæ, ciuitatis defensor, & episcopus. Sal. & est notabilis lex.

III. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Demostheni præfecto prætorio.*

SAncim[9][d] * nemini licere, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus[e] ꝓcreatus, siue à libertina[f] progenie[g], siue seruili cõditione[h] maculatus, expositus sit: eum puerũ in suum dominiũ vindicare[i], siue nomine dominij, siue adscriptitiæ, siue colonariæ cõditionis. Sed neq. his qui eos nutriendos sustulerũt, licentiam concedimus penitus cum quadã distinctione[k] [ita*] eos tollere & educationẽ eorum procurare, siue masculi sint, siue fœminæ, vt eos vel loco seruorũ, aut loco libertorũ, vel colonorũ, aut adscriptitiorum habeãt: sed nullo discrimine habito, hi qui ab huiusmodi hominib[9] educati sunt, liberi & ingenui appareãt, & sibi acquirant, & in posteritatem suã vel in extraneos hæredes omnia q̃ habuerint, quomodo voluerint transmittant: nulla macula seruitutis, vel adscriptitiæ aut colonariæ conditionis imbuti, nec quasi patronatus iura in rebus eorum, his qui eos, susceperint, prætẽdere concedimus: sed in omnem terram quæ Romanæ ditioni supposita est, hoc obtinere. neq. enim oportet eos qui ab initio infantes abiecerũt, & mortis fortè spem circa eos habuerunt, incertos constitutos si qui eos susceperint, hos iterum[l] ad se reuocare conari, & seruili necessitati subiugare. Neque hi qui eos pietatis ratione suadẽte sustulerint, ferendi sunt denuo suã mutãtes sentẽtiã, & in seruitutem eos retrahẽtes, licèt ab initio huiusmodi cogitationẽ habẽtes ad hoc prosiluerint: ne videantur quasi mercimonio[m] contracto ita pietatis officium gerere. Hæc obseruantibus tam viris clarissimis præsidibus prouinciarũ, quàm viris religiosissimis episcopis, necnon officiis præsidalibus & patribus & defensoribus ciuitatum, & omni ciuili auxilio. Data. XV. Kalen. Octob. Chalcedone, Decio. V. Coss.

IN AVTHENT. constitut. quæ ex adscripti. §. j. colla. v. consti. vij.

Ista authent. dicit quòd nati ex libera persona & adscriptitio, sunt adscriptitij ex iure veteri. & nihil innouat ista authent. Bald. Vel sic: Hodie natus sequitur conditionem matris, siue sit natus ex libera, siue ex adscriptitia: licèt olim ex libera & adscriptitio natus sequeretur cõditionem patris. Salyc.

ANtiqua lex erat, quę dicebat ex ꝑsona libera & altera adscriptitia natos, adscriptitiã sequi conditionẽ[n]. quod per Iustinianum[o] ad ius cõmune liberis ventris redactum est

l ¶ *Iterum ad se.* scilicet qui abiecerant.

m ¶ *Mercimonio.* misera redemptio videatur. *sic & infra de abolitionibus. l. ij.*

n ¶ ANtiqua. Cõditionẽ. hoc est, siue mater siue pater sit adscriptitiæ conditionis, filij sunt eiusdem. Accursius. & fortè erat hæc lex, sancimus. Vel dic quòd nõ habemus eam: quia per legem Codicis sequebat matris conditionem tantùm, non patris: *vt supra de senatusconsulto Claudiano leg. j. & infra de agrico. & censitis. leg. final. lib. xj. quæ sunt Iustiniani.* sed hoc solum addit authentic. vt patet in corpor. quòd in filiis tantum futuris intelligãtur leges. C. prædictæ.

o ¶ *Per Iustinianum.* nõ per authẽ. sed per prædictas leges. C. prædictæ.

QVÆ SIT LONga consuetudo.

Dictum[b] *est supra de iure scripto: videamus de iure non scripto: & ideo ponit quæ sit longa consuetudo. Acc.* ¶ *Sed quæ est longa consuetudo? Licet enim rubrica quærat, non tamen soluit lex huius tituli. Sed dic secundum Ioann. decem annorũ,* argumentum. ff. qui & à quib. manu. li. l. si cum fideicommis. §. Aristo. *& hoc patet etiã ex eo quòd dicitur lõga:* vt hic, & ff. eodem. in rubrica. *Longa*[c] *autẽ dicitur decẽ anno.* vt institutiõ. de vsucapion. §. primo *sequitur ergo quòd decem ann. sit.* ¶ *Sed nunquid sufficit semel sic in decem annis iudicari? Respond. non, imò bis:* vt supra de episco. audien. l. iij. in fin. *vel querimoniam vel libellum propositum contra talẽ consuetudinem spernere:* vt ff. eo. l. cũ de consuetudine. ¶ *Nunquid ergo iudicatur*[d] *exemplis? Respond. nõ:* s. de senten. l. nemo. *sed ex cõsuetudine quæ probatur exemplis: & sic conceditur aliquid per obliquum, quod directo non conceditur. sic.* ff. quæ res pigno. obligari possunt. l. Aristo. *sic econtra peto ex promissione, quæ promissio probatur ex lõgo vsu:* vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. *Vel dic quòd licet duæ vices faciunt consuetudinem: verum est. si populo placuerit. vel consilio (quod eius vicem repræsentat) placet vt idem fiers in futurum. Vel dic, non exemplis vnius, sed plurium: vel non malo,*

b Cõsuetudo.

c Consuetudo quãdo dicitur longa.

d Exẽplis iudicatur quando ex eis consuetudo est introducta.

mala: sed bonis. si ergo inducitur decem annis (vt dictum est) multo magis viginti aut triginta annis. Si autem tanto tēpore, quod non extet memoria: tunc potius dicitur vetustas, quàm consuetudo. ¶ Inducitur autem consuetudo per duas sententias: vt dixi. Item ex eo, quia perpetuo sic obtentum est sine côtradictione: vt quia clerici vendant sine decreto episcopi rē ecclesiæ: vt ff. cod. l. si de interpretatione. vel quia libell. querimoniarum non fuerunt de talibus recepti: vt. de geometribus. ℨ. vijs publicis. vt ff. cod. l. sed ea. & l. cum de consuetudine. Item ex eo, quia fuit contradictum quando que non esse consuetudinem, & reprobata contradictione iudicatum est esse côsuetudinem: vt ff. cod. l. cum de consuetudine.

† Quid differt consuetudo à præscriptione vide Bald. ... Adde Euerard. in loco ab vsu. ... fola contra formam ...

TITVLVS LIII.

QVÆ SIT LONGA consuetudo. †

Consuetudo rationabilis extenditur de casu expresso, ad casum tacitum, in quo eadem ratio reperitur. Baldus. Vel sic: Consuetudo loci probata debet seruari, & non contra eã fieri: & ratio côsuetudinis debet attendi. Salyc.

I. Imp. ALEXANDER A. Apro.

PRÆSES[a] prouinciæ, probatis[b] his quæ in oppido frequenter[c] in eodem controuersiarum[d] genere seruata sunt, causa cognita statuet[e]. Nam & consuetudo præcedens, & ratio quæ côsuetudinem[f] suasit, custodiẽda est. Et ne quid contra longã côsuetudinem fiat: ad sollicitudinem suam reuocabit[g] præses prouinciæ. PP. VI. kalen. April. Iuliano. II. & Crispino Coss.

Præses.] CASVS. Côsuetudo est vt filius vasalli monach⁹ in feudum succedere nô debeat. Sed quid si nô est monachus, sed canonicus regularis? nunquid idem est? Dicitur quòd sic: quia de similib. ad similia debet procedi. Sed quid vero contra côsuetudinem fiat hoc reuocabit præses.

a ¶ Præses. pone quòd côsuetudo est ex certa sciẽtia inducta: vt si dominus apponat manũ suam ad plaustrum, rusticus non tenetur de vino. idem ergo erit in oleo. hoc non placet, per l. ff. cod. l. quod vero contra rationem. & l. quod non ratione. & in authentic. vt nulli iud. §. j. col. ix. Ideo dic loqui in his q̃ sunt præter legem: vt in feudis[a] & similibus. si consuetudo est q̃ non succedat mâcus[b], idem sit in eo qui aliter est debilitatus & quod est in monacho, idem in canonico regulari. & pro hoc est. ff. cod. l. de quibus. ij. respon.

a Feuda præter legem introducta.
b Argumentũ à manco ad debilitatum.

b ¶ Probatis his. sed cum consuetudo est ius, ergo probatur ius: quod nô debet esse: vt ff. de probationibus. l. ab ea parte. Sed dic illud in iure scripto, quod est certum & finitum: vt ff. de iuris & facti ignor. l. ij. at hic non scriptum pendet ex facto: quod factum est necesse probari: vt hic dicitur.

c ¶ Frequenter. i. vsitato modo.

d ¶ Controuersiarũ. vt & ff. cod. l. cum de consuetudine. & supra de adisprius. l. an in totum. & ff. de testibus. l. ij. in fine. ¶ Sed quid si alia[e] sit consuetudo in foro actoris, alia in foro rei, cum terræ sint diuersæ? Quid etiam si iudex habeat suam consuetudinem? Respond. seruabit iudex quam volet, secundum H. argumen. ff. de arbit. l. si cum dies. §. si arbiter. Sed potest dici quòd locus iudicij sit spectandus; vt argum. ℨ. de emancip. lib. l. j. ADDITIO. Tu dicas, aut consuetudo spectat ad litis ordinationem: & tûc seruatur illa quę est in foro iudicij, aut ad litis decisionem: & tûc illa quæ in foro siue loco contractus est: vt l. in princ. ff. de vsu. & l. si fundus. ff. de euict. ita distinguit Odofre. hic. & Bartol. post eum in l. infra prox. in versic. xxxiij. quæro, &c.

e Consuetudo fori actoris an, an ipsius iudicis sit seruanda: an vero contractus.

e ¶ Statuet. s. consuetudinem.

f ¶ Consuetudinem. s. primam: quæ æquè bene facit ad casum de quo quæritur, igitur idem ius sit reddendum: vt ff. de verb. oblig. l. à Titio. in fin. ¶ Et no. rationem legis attendi non minus quàm legẽ: vt not. ff. cod. l. non omnium. ¶ Item not. quod sicut[d] trahitur de similibus ad similia ius scriptum: vt ff. cod. l. non possunt. sic & nô scriptum ad non scriptum, vt hic, & l. d. ff. cod. de quib. ij. resp.

d Consuetudo ad similes casus extenditur.

g ¶ Reuocabit. mos namque seruandus est &c. vt supra de testa. l. testamenta.

Consuetudinis.] CASVS. Posset quis dubitare cuius potestatis esset consuetudo. Et respon. quòd consuetudo non est vilis auctoritatis: non tamẽ tantæ auctoritatis quantæ est lex vel ratio: vnde legem vel rationem vincere non potest.

h ¶ Consuetudinis vsusque. pro eodem pone. & ita lege quæ, pro. i.
i ¶ Longæui. cuius scilicet non extat memoria.
k ¶ Momento. dicitur[e] hic momẽtum pro eo tempore, quo roboratur consuetudo, scilicet decem[f] annorum, aliàs pro paruo tempore: vt pro puncto. aliàs pro die: vt ℨ. de feriis. l. omnes iudices.

e Momentum quid.
f Consuetudini inducendæ sufficit tẽpus decẽ annorũ. de quo, vide Ronchinũ s. Concilia. 12.

l ¶ Aut rationem. id[a] est rationabilem legem. à Vel rationẽ, id est, mentem, siue æquitatem legis scriptæ & legem. s. scriptam & strictam vt patet in Macedoniano. s. quod dicit de filiis, idem[b] dicit æquitas de nepotibus vt ff. ad Maced. l. pen. sic & ff. si quæ pau. fa. di. l. pe. & indis. de leg. patro. in prin. Nec ergo tollet legẽ quæ loquitur de filiis: nec rationem siue mentẽ q̃ ad nepotes extenditur secundũ P. 3 Vel rationẽ, id est, legem, in qua est ratio: vt est in multis. verbi gratia: ne vxor teneatur furti ne aliqua seditio oriatur: vt ℨ. de fur. l. j. vel legem sine ratione: cuius est exemplum quòd vsucapio triẽnio finitur: vt ff. de vsuc. l. vsucapio. ¶ Et no. non[c] minus attendi mentem siue rationẽ legis, quàm ipsam legem: vt ℨ. cod. l. prox. ¶ Sed videtur sinis huius l. contrarius principio. nam si nô est vilis auctoritas, ergo vincit legem: Sed in fi. dicitur contra. Ad quæ dicunt quidam. 1 Vel, quòd loquatur primo in genere, postea in specie negeť: & sic derogat in parte, & nô abrogat quod est in totum: vt ff. de verb. sig. l. derogatur. Vnde versus: Est genus in primo: species seruatur in imo. 2 Alij intelligunt principium de ea quæ est secundũ legẽ, siue de ea quæ est contra. Tu dic secundũ Ioan. quod consuetudo vincit legẽ, siue sit generalis, & tunc generaliter: siue sit specialis, & tunc specialiter: & sic non est vilis auctoritas. non autem specialis vincit generalẽ. & hoc subiicit, non vsque adeo &c. ¶ Sed videtur quòd consuetudo[d] indistinctè tollat legem: vt ff. cod. l. de quibus. in fin. quæ est contra. huic f. Sol. secundũm P. illa loquitur secundũm sua tempora, secundũm quæ consuetudo erat populi, & lex populi: & sic vna poterat aliam tollere. At hodie principis est facere legem: & sic consuetudine populi[e] tolli non debet. 2 Vel secundũm M. loquitur ibi de alia consuetudine scripta, scilicet iure municipali, quæ tollitur à sequenti consuetudine: non autem lex scripta in corpore iuris tollitur consuetudine. vt hic. 3 Tertij dicunt, aut lex est talis, cui possit derogari per pactum, vt in Velleiano: vt ff. ad Vellei. l. fin. §. penult. & tunc consuetudo derogat ei. an non, vt in pacto l. commissoriæ, & aliis, quæ no. supra de pactis. l. si quis in conscribendo. & tunc non. & merito parificant[f] consuetudinem pacto, cũ ipsa sit tacitus[g] consensus: vt in l. contrariis. in fin. & ff. cod. de quibus. Sed hoc non placet, vt pacto[h] parificetur consuetudo: quia secundũ hoc furiosis & similibus qui expressè vel tacitè consentire non possunt: vt ff. loca. l. qui ad certum non obiiceretur consuetudo: quod est falsum. Sed posset responderi, immo nihilominus poterit obiici: quia maior[i] pars vniuersitatis consensit: vnde perinde est ac si omnes consensissent: vt ff. ad munici. l. quod maior. Sed Ioan. dicit quod illa regula locum habet in electionibus, & in his quæ singulorum prouident vtilitatibus. Item & ad hoc quòd vniuersitas possit conueniri, scilicet si maior pars fecit contractum, vel obligationem aliquam. Non autem ideo locum habet illa regula, vt aliquis ignorans conueniatur singulariter. Hæc autem consuetudo patrimonio singulorum detrahit, & aliquem obligat: quod facere non potest pars maior. nam si millesies consenserit maior pars quòd ego alicui tenear: nõ per hoc tenebor. 4 Quarti distinguũt an lex est sola, & côsuetudo ei côtraria: vt tunc legẽ abroget. an vero lex lata postea sit consuetudine roborata: & sic contraria consuetudo postea inducta, à lege vincatur. argumen. eius quod de venditione[k] dicitur, quæ solo dissensu tollitur, traditione non sit roborata: aliàs non: vt supra quando liceat ab emptione. dis. l. ij. & secundæ[l]. 5 Quinti dicunt quòd bona consuetudo vincit legem: sed si mala non: vt hic. 6 Sexti dicunt, quòd ex certa scientia vtens populus contra legem, vincit côsuetudo legem: ignorans non, quod non placet: quia melior, est conditionis esse populus delinquens, quàm innocens: quod esse nô debet: vt ff. de

Magna est auctoritas consuetudinis, tamen non tanta quod vincat rationabilem legem. hoc dicit in sũma Baldus. Vel sic: Consuetudo non est vilis auctoritatis, ideo pro lege seruatur: non tamen est tanta, quòd vincat legem, vel rationem, nisi respectu obseruationis in loco illo in quo est consuetudo. hoc dicit secundum Salyc.

II. Imp. CONSTANTINVS A. ad Proculum.

CONSUETUDINIS[h] † vsúsque longæui[i] non vilis auctoritas est, verum non vsque adeò sui valitura momento[k], vt aut rationem[l] vincat, aut legem. † Dat. VII. Kalend. Maij, Constãtinop. PP. A. V. & Licinio Cæs. Coss.

Consuetudo legem imitans, & antiquitus approbata, tenaciter est seruanda: & habet vim côcessionis collegiorum vel curiarum. Bal. Vel sic: Consuetudo legem imitatur, & pro lege seruatur. hoc dicit secundùm Salyc.

a Ratio pro rationabili lege, mente, æquitate.
b Ratio prohibitionis in nepote cadit quæ in filio: & ita Nepotes & filij eodem iure ... vtuntur.
c Menti seu rationi legis non minus attendi quàm ipsi legi.
† Contra. vide côsuetudine ... Gloss. ... cap. fin. ... extr. cod. tit.
† Potestatem habet abrogare ... neque vero hoc ... vincere legi. Itaque nô est ... loco ... de quibus ... de legib. ... quæ de se tamen ... est & longa ... inter glossas ...
d Consuetudo an & quæ legem tollat.
e Inferior principe populus, non obstante ... iure, vt non potest ... Adde Euerardũ in loco à pacto ad legem statutũ, vel consuetudinem.
f Côsuetudo, nihil aliud quàm tacitus consensus populi.
g ...
h Consuetudo pacto comparata.
i Potest maior vis consensu reliqui ciues ... obligantem ... singulis ... conuenire ...
k Venditio traditione nô ... firmata ... dissensu tollitur.
l Medemus glossa Azonis, nunc sequitur glossa Accursij.
l C editionis melioris esse nô debet delinquens quàm innocens.

...Tu dic secundum Io. & Azon. & nos breuiter quòd abloquuntur de generali cõsuetudine, quam princeps patitur ex certa scientia, quæ generaliter tollit legẽ. vt ibi, hic de speciali alicuius loci, quæ legem nõ abrogat, etiam si ex certa scientia sit inducta, licèt eo loco seruetur: vt ff. commun. prædio. l. venditor. §. si constat. & ff de administr. tutor. l. siue heredes. §. Lucius. Sed videtur e contra, scilicet quòd lex sequens tollat consuetudinem: vt ff. de sepul. vio. l. ij. §. D. Hadrianus. Sed ibi fuit lex facta post cõsuetudinem, secus si antea erat lex: vt dixi moderni... prohibita sit à lege consuetudo specialis: vt s. de vsur. l. eos. §. pen. ¶ Bene dixi ex certa scientia, quia si per errorem inducta esset, nec in eo loco legi derogaret: licet quidam contra, qui aliter quàm nos ponũt casum illius l. vt ff eo. l. quod non ratione. vt ibi nota. ¶ Vltimò quæro, quid si post præscriptam consuetudinẽ vtamur semel vel bis in cõtrarium, an sit interrupta? Resp. non puto, secundùm quosdam: vt ff de reg. iur. l. nemo alieno. § temporalis. & arg. ff. de pact. l. si vnus. §. si pactum & ff. de iti. actuq. priu. l. j. § si. & l. ij. ¶ Itẽ cũ municipes ex certa sciẽtia cõtra legẽ vtantur, an delinquant omnes, & sic puniũtur qui cõtra legem faciunt: vt ff. de pæn. l. sanctio legum? Resp. nõ, quia princeps scire fingit, & sic consentire, sicut & si res mea vsucapiat: vt ff. de verb. sign. l. alienationis.

a Leges.] Imitat. i. tãtum consuetudo valet vbi lex nõ est scripta, quãtum ipsa lex vbi est scripta. Et sic nota tres virtutes consuetudinis imitãdi: vt hic, & inst. de iur. nat. §. ex non scripto. Item interpretãdi: vt ff. eod. l. si de interpretatione. Item corrigẽdi, vt diximus l. s. prox.

III. Impp. Leo & Anthemivs AA. Alexandro.

Leges quoque ipsas antiquitus probata & seruata tenaciter consuetudo imitatur [a], & retinet [b]: & quod officiis, curiis [c], ciuitatibus, principiis [d], vel collegiis præstitum fuisse cognoscitur [e], perpetuæ [f] legis vicem obtinere statuimus. Data VII. Idus Septembr. Martiano & Zenone Coss.

Titvlvs LIIII.

DE DONATIOBVS.

Qui tradit instrumentum, videtur tradere possessionem rei. Bald.

I. Impp. Severvs & Antoninvs AA. Lucio.

Emptionum † mancipiorum instrumentis [g] donatis [h], & traditis [i], & ipsorum mancipiorum donationem [*] & traditionem [k] factam intelligis: & ideò potes aduersus donatorem in rem actionem [l] exercere. PP. V. Kal. Iul. Faustino & Rufino. Coss.

Vbi donatur vel ceditur actio: non est necessarius consensus debitoris contra quem actio ceditur vel donatur. Bald.

II. Imp. Gordianvs A. Leonidæ.

Si nominis persecutionẽ in te emancipatã pater tuus titulo donationis transtulit, frustrà prætendit qui debitori tuo heres extitit, consensum fuisse debitoris necessarium [m]: cùm satisfuerit [n] actiones eo nomine tibi mandatas fuisse. PP. II. Id. Mar. Gordiano. A. II. & Põpeiano Coss.

Ius conditionale potest cedi & donari: & ita conditionalis appellantur spes: vt inst. de verb. obli. §. ex conditionali. Bald.

III. Imp. Decivs A. Marcellino.

Spem futuræ actionis [o] plena intercedẽte donatoris volũtate posse trãsferri non immeritò placuit. PP. Non. Mar. Decio A. I. & Grato Coss.

Solutio datarum & collectarum facta ab eo cuius res non est, non tribuit dominium. Bald. Vel sic: Solutio functionum, non probat soluentem dominum. Salyc.

IIII. Imp. Probvs A. Marsiæ.

Si functiones, exactiones, vel tributa † per eum cui [p] donata res nõ erat, vel ab actorib. ipsius nomine celebratæ sunt: tibi obesse non potest. PP. V. kalend. Ianu. Messala & Grato Coss.

Commemoratio donationis inter viuos facta in testamento si nõ apparet de donatione inter viuos habet vim testamẽti. Bal. Vel sic: Verba cõfessionalia donationis in vltima voluntate amissa, fideicommissum inducunt, si aliter de donatione non apparet. Salyc.

V. Imp. Carinvs & Nvmerianvs AA. Flaccenillæ.[*]

Si donatio per epistolã facta nõ apparet, verba tamẽ testamenti...

† In quodam exemplari, quod antiquitatis in corruptis dolis esse dicerer, desunt hæc verba, exactiones, vel tributa.

[*] Flaccenillæ.

Item & quartò corroborandi: vt hic fabilitis, & retinet, &c. scilicet cùm vtitur populus, sicut l. dicit.

b ¶ Retinet. sicut enim leges stringũt & regunt vitas hominum, ita & consuetudo retinet ius eorum.

c ¶ Curiis. i. curialibus, & sic de sequentibus.

d ¶ Principiis. i. principibus, aliàs est principalibus, & aliàs principibus.

e ¶ Cognoscitur. ex cõsuetudine ab aliquo vel aliquibus. i. Vel dic præstitum per patientiam principis permittentis vti consuetudine aliqua. Azo. vt sic faciat ad titulum.

f ¶ Perpetuæ. si dicas perpetuæ, i. generalis, est contra s. de legi. & constit. l. ij. Sed dic, i. non ad tempus, sic & s. de diu. rescr. l. falso.

DE DONATIONIBVS.

Quia per stipulationem tantum olim fiebat donatio: vt j. eo. l. si quis argentum. §. fin. de qua est dictum, ideò de donationibus dicit.

Emptionum.] Casvs. Emi mancipium: dedi tibi instrumentum emptionis, an mancipium videar tibi donasse, quæritur? & dicitur quòd sic.

g ¶ Instrumentis. i. præsentibus seruis datis.

h ¶ Donatis. sic & venditis & legatis: vt ff. de leg. ij. l. seruum filij. §. ... qui. si tamen pretium sit solutum in venditione, idem in pignoratis. vt j. quæ res pign. oblig. poss. l. cum constat. & supra de hered. vend. l. penult.

i ¶ Et traditis. præsentibus Seruia: vt & arg. ff. de cont. emp. l. clauib. Vel aliud in donatione instrumentorũ, cùm instrumẽta sunt præsentia. ¶ Ideò non hic aliud dari, & aliud fingi dari, propter eius cohærentiam. & ad hoc ff. de lega. iij. l. qui chirographum.

k ¶ Et traditionem. hoc si donator possidebat, al. non. argum. ff. de rei vindi. l. quædam. & facit supra de remi. pig. l. tradit...

l ¶ Actionem. si postea cœperit possidere.

Si nominis.] Casvs. Si ignorante debitore meo ius quod cõtra eum habebam, filio meo emãcipato titulo donationis cessero: an valeat donatio, quæritur? & resp. quòd sic. videbatur quòd nõ, quia facta erat debitore ignorãte: contrarium tamen est verum.

m ¶ Necessarium. hoc in delegatione opus esset: vt s. de noua. l. j. & sic hic dux: ibi, s. in delegatione, tres personæ sunt necessariæ.

n ¶ Cum satisfuerit. sure isto, sed olim poterat reuocari: vt j. eod. l. illãm in fin. & facit ad hanc supra de distr. pign. l. j. & s. debi. vend. pignor. impe. non poss. l. ij.

Spem.] Casvs. Stipulatus sum à te x. si nauis ex Asia venerit, spe futuræ actionis: an tibi donare possim, quæritur? & dicitur quòd sic.

o ¶ Futuræ actionis. vt quia si sub cõditione, vel in diem: vt ff. de hered. vendi. l. nomina. & l. multum. & est. ad idem ff. de pact. l. pactum. in fin. Sed argum. cõtra. ff. de transact. l. de his. illa non est quęstio. si cedã spem doni mihi futuri: quia potest etiam vendi spes vt ff. de contra. empt. l. nec emptio.

a Cedi debere conditionale & ad diem potest. proinde & actio conditionalis vt hic. adde Glo. l. fin... ... de administrat. tut. ... gloss. ... Glo.

Si functiones.] Casvs. Donaui rẽ tuã Titio, pro qua consueuerat soluere tributum, ille vel ego solui tributa, nunquid tibi domino præiudicat: Dicitur quòd non: & sic est litera, cuius vel cui. & dic sic: Titius credens rem sibi donatam, cùm non erat, soluit tributa, vel illi quibus Titius erat heres, soluerunt: an præiudicat domino, quæritur? & dicitur quòd sic, maximè si in donatarium voluntate tã donantis, quàm donatricis post transferatur. Vel dic casum aliter vt in gl.

p ¶ Cui. aliàs cuius, & aliàs cui. Et secundùm primam dic quòd si aliquis donauerit Titio rem tuam, vt ille Titius, vel auctores sui nomine Titij, vel rei celebrarẽt solutionem, nõ fit tibi præiudicium: vt fiat Titij, cuius non erat facta per donationem, & facit j. eo. l. censualis. & ff. de atqu. re. dam. l. qua quisque. & s. de rei vindic. l. solemnibus. & s. de act. empt. l. si pater. Secũdùm aliam dic, quòd Titius credens sibi donatam, soluit, vel auctores eius quibus fuit heres Titius, soluerunt: & hoc si habes auctoribus, sed si habes, actoribus, i. castaldionibus, eius planum esset.

b Casum duplicitet ponit.

Si donatio.] Casvs. Si mulier aliqua non donauit mihi domum sed in testamẽto suo dixit, sciant omnes, domũ quam ego inter viuos in epistola mea Titio donaui, quòd volo eum habere: ista verba obtinent vim fideicommissi, vt per ista verba videatur ei domum reliquisse: etiam si nõ appareat in epistola quòd illam domum mihi donauerit, vel pone casum aliter vt in gl.

Casus. a ¶Testatrix. Testatrix ita dixit: Quamuis per epistolam donaui Titio, tamen eidem do lego, valet legatum, etsi nō appareat epistola, quia falsa demonstratio non vitiat legatū, cùm de corpore & quantitate constet: hoc autem verum est, si animo relinquēdi fuerunt verba illa in testamento apposita: vt l. de donat. inter vir. & vxo. l. ex verbis. Sed contra in authē. vt iiij. lat. §. & hoc insuper. colla. ix. Sed illud in instrumentis contractuum, vt debeat pferri instrumētū, cuius aliud facit mentionem, non autem in testamentis: vt hic, & j. de fal. cau. adie. leg. l. j. & ff. eod. l. ex his. & de leg. ij. l. Lucius. §. quisquis. j.

b ¶Nec ambigi.] Inter absentes. s. valida esse: vt inf. & ff. eod. l. etiam per interpositam personam. & l. absenti. in princ. Item plus dicūt quidā, quia si dico, donō: sufficit vt quilibet nunciet, me etiā inscio. Sed Ioan. cōtra. ¶ Sed quomodo inter absentes fit cū huc iure exigatur stipulatio: vt j. eo. l. si quis argentum. §. in autem hoc minimè. Resp. illud verum est quando per pactum: hic autem per traditionem fieri.

c ¶Nanciscantur. vt ff. de acquir. poss. l. si ex stipulatione. & ff. de rei vend. l. quaedam. & ff. eodem. l. absenti.

d ¶Et dicquòd maximè abūdat prout determinat verbū nanciscātur, vel pro saltē hic ponitur: quia si sine voluntate donantis intrat, erit prædo: vt d. l. si ex stipulatione.

stamēti, quib' liberalitas testatricis[a] confirmata est, fideicōmissum continere non ambigitur PP. VI. Kal. Feb. Romæ, Carino II. & Numeriano AA. Cōsulibus.

Donatio potest fieri inter absentes, & adepta possessione ex ea causa transit dominium. Baldus. Vel sic: Donatio quæ incipit à traditione, potest perfici inter absentes. Bartolus.

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Christianæ.

NEc ambigi oportet donationes etiam inter absentes[b] (& maximè si ex voluntate donantiū possessiones hi, quibus donatum est, nanciscātur[c]) validas esse. PP. III. Id. Feb. Maximo II. & Aquilino Coss.

Professio censualis non nocet domino, nisi consentiat, quo casu tacitè donare videtur. Baldus. Vel sic: Soluens censum de re aliena vt sua, non præiudicat domino non consentienti. Salyc.

VII. Iidem AA. & CC. Iulio.

CEnsualis quidē professio[d] domino præiudicare non solet[e]. Sed si in cēsum velut sua mancipia deferēti priuigno tuo consensisti[f], donationem[g] in eum contulisse[*] videris[h]. PP. Idus Iul. ipsis AA. & IIII. & III. Coss.

Consensus præstitus simulatè, non inducit donationem. Baldus. Vel sic: Pater censuarius filios censum debere scribens, non præiudicat sibi. Salyc.

VIII. Iidem AA. & CC. Flora.

SI præses prouinciæ non donandi voluntate filiorū tuorum nomine prædia in censum detulisse[i] te manifestis probationibus cognouerit: quod fides veri suggesserit, id statuet[k]. PP. VIII. Idus Septem. ipsis AA. IIII. & III. Coss.

CEnsualis.] CASVS. Si pro prædio tuo tributario Titi' tributū soluit, & de hoc instrumentum fiat: vel ille qui soluit, professus fuerit, domino nō præiudicat. Si verò vitric' p mācipiis animo donandi priuignum censum soluere passus fuerit: præsumitur donasse ei mancipia.

d ¶Professio. ab extraneo facta, vel solutio: vt j. eo. l. si sanctiones. & in concord. ibi positis. & ff. de dona. inter vir. & uxor. l. si seruus communis.

e ¶Non solet. nisi domino sciente & cōsentiēte animo donandi: vt j. l. proxim. & l. nec ignorans. & statim subiicit. Accursius.

f ¶Consensisti. animo donandi.

g ¶Donationem. s. mancipiorum.

h ¶Videris. patiendo, & hoc nisi contra probetur: vt j. l. nec ignorans. & facit ff. mandā si vero non re. §. Pomponius.

SI præses.] CASVS. Si pater animo donandi passus fuerit filios p prædio soluere tributum, sibi non præiudicat: si hoc probauerit, quòd non animo donandi, &c.

i ¶Detulisse. i. in solutum dedisse. Vel scripsit filios pro illis prædiis tantam quantitatem debere nomine tributorū: vt quia si fine filiorū honorabilius contraherent matrimonium: nec vt eis donaret, erant enim patris ista prædia.

k ¶Statuet. permittēdo te agere negociorum gestorum ad pretium vel æstimationem, secundum primum casum.

LEgem.] CASVS. Donaui prædium tibi hac lege, vt satisfaceres creditoribus meis, si nō stes pactis, & interessit stipulatio, agam ex stipulatu: si nō agā præscriptis verbis: vt fiat quod conuenit: vel repetā quod dedi. Vivianus.

Vt pactum donationis impleatur, ex stipulatione vel præscriptis verbis agitur. Bartolus. Vel sic: Pactum in donatione positum est seruandum. Bald.

IX. Iidem AA. & CC. Augustiano.[*]

LEgem quam rebus tuis donando dixisti: siue stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu[l]: siue non, incerto[m] † iudicio, id est præscriptis verbis apud præsidem prouinciæ debes agere[n], vt hanc[o] impleri prouideat. PP. XVI. Kalen. Maij, AA. Coss.

Potentior est veritas, quàm scriptura: & actus agentium non operatur deficiente consensu. Baldus. Vel sic: Nemo videtur donare id de quo non cogitauit. Bartolus. Vel sic: Inuitus vel ignorans non donat. & consensus errantis ei non præiudicat. Salyc.

X. Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

NEc ignorās[p] nec inuitus[q] quisquā donat, vnde si de hoc fundo non cogitasti, cuius velut donationi te consensisse continetur instrumento: maiores veritate rei quàm scriptura vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti[r], nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse[f]. S. V. Kalend. Maij. CC. Coss.

Donatio facta filio in potestate, est potius quædam donandi destinatio, quàm perfecta donatio. Sed si filius est emancipatus, donatio est perfecta. Bald.

XI. Iidem AA. & CC. Sabino.

CVm de bonis tuis partem quidē penes te retinuisse, partem verò in eum quē in potestate habes, donationis titulo contulisse commemores: nō est incerti iuris, in eum qui in sacris familię tuæ remanet, destinatum.

l ¶Ex stipulatu. si continetur ibi incertum, aliter expone, id est ex stipulatione certi conditione: vt inf. de verb. oblig. in prin.

m ¶Incerto. quia actio continet incertū, quod tamen per sententiam fit certum: vt inf. de act. §. curare.

n ¶Agere. vel id quod dedit sub conditione, per condictionem ob causam repetere potest. Accur.

o ¶Hanc. scilicet legē. & ad hoc supra de rerum perm. l. rebus. & supra de pact. l. legē. & ff. de pactis. l. in traditionibus. & j. de contr. l. ij. & j. tit. j. l. j. & j. de condictio. ob caus. l. j. vt proponis. & j. de cōtrahend. emption. l. si donatione. & de pactis inter emptor. l. si ea lege. & j. eod. l. cum res.

NEc ignorans.] CASVS. Dare nemo cogit, si ergo quis pstrat instrumentum quo continetur q donaui tibi prædium, cùm animum donandi non habui: plus valet quod actū est, quàm quod scriptum est, vnde per instrumentum mihi non præiudicatur.

p ¶Nec ignoras. facit ff. de transactio. l. cum Aquilianam. & ff. de contrahend. empt. l. cum in lege.

q ¶Nec inuitus. cùm mera liberalitas ibi sit: vt ff. de reg. iur. l. donari. Sed hoc fallit fiad l. Aquilianam. l. si seruus ferus. §. si olivam. & ff. de regul. iuris. l. cuius per errorem. Sed ibi impropriè dicitur donatio, id est sola amissio. sic econtrà inuito nō datur: vt ff. eo. l. hoc iure. §. non potest. & supra de iure delib. necessario.

r ¶Cogitasti. Credebas Titianum, & erat Seia nominterim tamē stat instrumento, si publicum est: vt supra de proba. l. cum precibus. & de contr. & comm. stipul. l. optimam.

f ¶Perdidisse. vt supra plus vale. quod agi. l. j. sed fallit in casibus, vbi plus valet scriptura: vt ibi not. & facit ad leg. illam. ff. de donat. caus. mortis. l. Seian. & de reg. iur. l. in totum. & supra eodem. l. censualis in princ. Accur.

CVm.] CASVS. In filium retentum à patre facta donatio non valet, sed eam reuocare potest: non est idem in emācipato: qd. sub articulo donationis nomine facta cessio valet, & donatio perfecta est. Vivianus.

a Donatio ab senti potest fieri nūtius inter venit vel epistola, & hāc communem esse ad naturæ Clarus q. for. ...torum §. donatio. ... nō potest, ne breuius ...quidem causa ... in verbis ... Ecclesiæ. ...

* Aristinæte dicè, nec probabile est hos Imperatores hoc nomen potuisse admittere.

b Et rectè. Donatio enim ab sens fieri absens nō potest quàm per nūtium ad hoc specialem vel per epistolā.

c Donatio quę pactionē, siue solenē requirit quæ traditione fit, non sequitur.

d Donatio incipiens à traditione valet interueniente nuncio siue epistola ad absentes ...

e Maximè dictio quando quæ ponitur superuacuè ...

* consulisse.

† Augustianus

† al. incertū

a Donatio proprie est donatio quæ fit ex mera nec conditione liberalitate. Hinc illud in necessitatibus nemini liberalè intelligi.

b Inuito nō fit donatio.

a ¶ *Perfectam.* non valet donatio facta in filiũ in[a] potestate cõstitutum, sed in emancipatum[b] sic: *vt hic, & ʒ. de inoffi. dona. inter virum & uxorem, l. donationes. & ʒ. eo. l. cum res.* Item & in ipsa emancipatione: *vt ʒ. de eman. lib. fina.*

a Donare filio in potestate patens non potest.
b Donare filio emancipato & in ipso emancipationis actu pater potest.

P*Ortionem.*] C A S V S. Habebam tecum rem communem pro indiuiso. an partẽ meam alij donare possim, quæritur: Et dicitur quòd sic.

b ¶ *Prohibetur.* *vt supra de communi. re. alie. l. falso. & supra de iure do. l. ante diuisionem. & de cõtrahen. emptio. l. dudum.* Hoc fallit[c] post litem cõtestatam in communi diuidundo iudicio: *vt ʒ. communi diui. l. j.* & mota controuersia in iudicio familiæ erciscundæ: *vt ff. famil. ercisc. l. alienationes.* Item[c] possessor hereditatis prohibetur nisi satisdet mota cõtrouersia alienare: *vt ff. de petit. hered. l. dium.*

c Donare portionem pro indiuiso commune quibus casibus quis nõ possit.

S*I aliquid.*] C A S V S. Si dedisti mihi fundum valentem quinquaginta, & in breui & vili charta scriptũ est: nũquid hoc nocet, quæritur? Et dicitur quòd non. Viuia.

c ¶ *Per epistolam.* quæ valet[d]: *vt ʒ. eo. l. si donatio per epistolam.*

d Per epistolam donare possumus: & sic absentes.

d ¶ *Donationi.* sic ʒ. *de fideicom. l. & in epist.*

S*I filius.*] C A S V S. Res ad patrem pertinentes sponsæ suæ dedit filius patre non consentiente pàtri non præiudicat quo minus possit eas reuocare. Viuianus.

e ¶ *Non potuit.* vt[e] *ff. de regulis iuris. leg. nemo plus iuris. & ff. de acquiren. rerũ dominio l. traditio.* Accursius.

e Nemo ius quod habet in alium transferre potest.

A*Eris.*] C A S V S. Dedit mihi Titius fundum, & decessit: nũquid creditores me conuenient? Dicitur quòd non, sed vniuersalem successorem, nisi fundus ille esset ei obligatus. Viuian.

f ¶ *Onus est.* nec[f] enim sequitur fundum, vel rem singularem donatam, nisi sit obligata: *vt hic, & ff. ad Trebel. l. j. §. si heres. & ff. de indi. l. si fiduciam. §. tractatum. & ʒ. eo. l. si patri. & ʒ. de reuo. his quæ in frau. cred. l. y. & supra de hered. action. l. creditores. & de iure do. l. licet. & de donatio. ante nupt. l. de rebus.* nisi in casu, putà in subsidium ꝓpter necessitatẽ primipili: *vt supra de dona. inter vi. & uxo. l. si non verum.* ¶ Sed q d si omnia bona sua donauit? Dic posse agi reuocatoria: *vt ff. quæ in fraud. credit. l. omnes. §. Lucius.* Vel contra ipsum donantem agi, quasi non teneat donatio, nisi omni ære alieno deducto: *vt ff. de iure do. l. mulier. & ff. de iure fisc. l. non possunt.*

f Donatarius rei donatæ nomine conueniri nõ potest à creditoribus donatoris, nisi res quam donatione recepit, creditoribus obligata sit.

nationem magis paternæ volũtatis factã, quam perfectã[a] donationẽ peruenisse. Delegationes autẽ nominum in emancipatũ collatæ, perfectam donationem actionum efficiũt. S. II. kalen. Maij. CC. Coss.

Portio pro indiuiso potest donari. Bald. Vel sic: Cõmunio non impedit donationẽ partis pro indiuiso. Salyc.

XII. *Iidem* AA. & CC. *Aureliano.*

PORtionem propriam, rebus nõdũ diuisis, nemo prohibetur[b] titulo donationis in aliũ trãsferre. Dat. XVII. kal. Ianua. AA. Coss.

Breuitas scripturæ non officit donationi. Vel sic: Tãtum valet vnum verbum effectiuum quantum mille. Bald.

XIII. *Iidem* AA. & CC. *Vraniæ.*

SI aliquid per epistolam[c] donatum tibi probetur, breuitas chartulæ, donationi[d] (si hæc rectè facta ꝓbetur) nihil quicquam derogat. Dat. XV. Kalen. Iun. Sirmij. AA. Coss.

Nemo transfert quod non habet: & ideo si filius donat sponsæ suæ rem patris, non præiudicat patri. Bald. Vel sic: Dominus non transfert dominium præter domini consensum. Salyc.

XIIII. *Iidem* AA. & CC. *Ideo.*

SI filius tuus res ad te pertinentes sponsæ suæ te nõ cõsentiẽte donauit: ad eam quod non habuit, transferre non potuit[e]. S. XV. Kalen. Octob. AA. Coss.

Donatarius certæ rei non tenetur ad onera debitorum quæ non sequuntur fundum: sed debet conueniri vniuersalis heres donatoris. Bald. Vel sic: Aes alienum non sequitur fundum, sed successorem vniuersalem. Bart. Vel sic: Personalis obligatio non sequitur singularem successorem sed realis sic. Salyc.

XV. *Iidem* AA. & CC. *Seueræ.*

AEris alieni quod ex hereditaria causa venit, nõ eius qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est[f]. si itaq; nemini obligata prædia per donationem cõsecuta es, superuacuã geris solicitudinem, ne vel heredes donatricis vel eius creditores te iure possint conuenire. S. XV. Kal. Dec. AA. Coss.

S*Enectus.*] C A S V S. An senex donare possit, quæritur? Et dicitur quòd sic. videbatur quòd nõ, quasi puerilem habeat sensum.

Homo vel mulier ætatis decrepitæ ita potest donare, sicut si esset in ætate virente, vel forti. Vel sic: Debilitas corporis ratione ætatis senio confecta donationem non vitiat. Baldus.

XVI. *Iidem* AA. & CC. *Theodoro.*

SEnectus ad donationem faciẽdam sola[g] non est impedimento. Dat. Kalen. Decemb. AA. Coss.

Sicut donatio facta emancipato valet, ita facta filio in potestate per emancipationem confirmatur si pater tradidit, & non ademit. secus si pœnituit ante emancipationem, vel in ipsa emancipatione. h. d. & tene menti. Bal. Vel sic: Si pater non ademit in emancipatione ea quæ donauit filiis in potestate, non potest postea reuocare. Salyc.

XVII. *Iidem* AA. & CC. *Hermiæ.*

SIue emãcipatis filiis res donasti, siue in potestate cõstitutis, & sui iuris effectis, ac tenẽtibus nõ ademisti: blandiri tibi nõ debes[h] veluti res donatas ex pœnitẽtia licet auferre. Sanè si ea quæ in tua positis potestate donaueras, post emancipationem contra tuam tenuerint voluntatẽ: horũ penes te dominiũ remãsit: siquidẽ nec tempore[i] quo voluisti, propter vinculum potestatis sibi quicquam quærere, post te inuito de reb' tuis potuerunt. S. VI. kalen. Ianuar. AA. Coss.

Gratuita remissio actionis ex maleficio est donatio. Bald. Vel sic: Furti actio potest ex donatione remitti.

XVIII. *Iidem* AA. & CC. *Andreæ.*

SI donationis causa furti actionem tibi remissam probetur: superuacuam geris solicitudinem[k]. S. V. Kalen. Ianua. AA. Coss.

Rem fuisse progenitorum nihil operatur, ex quo res ad aliã dominia transiuit. Bald. Vel sic: Mulier potest donare extraneis etiam res ab eius parentibus habitas. h. d. secundũ Bart. vel sic: non consideratur cuius res fuerit dummodo sit donantis. Salyc.

XIX. *Iidem* AA. & CC. *Alexandriæ.*

SI auia vestra[l] proprias[m] res quacũq. ratione factas titulo liberalitatis in eũ contra quẽ preces funditis, cõtulit: quo minus hæc rata maneant. quòd ex origine patris vel aui vestri de-

g ¶ *Sola.* nisi[a] sensum abstulerit. Cõtra videbatur. quia senex[b] puerilem sensum habet. & facit supra de transact. l. sanum. & ʒ. qui testa. face. post l. senium.

a Senectus sensum auferre interdum solet.
b Senex sensum puerilẽ habet. v. Tiraquellum de pœnis temperandis causa 8. nu. 6.

S*Iue.*] C A S V S. Si pater donauit filio, refert an emancipato, an in potestate cõstituto, primo casu valet donatio nec reuocatur. secũdo casu, si filius emãcipet, & retineat donata, an confirmetur donatio Distinguitur, aut tenet ea de voluntate patris & confirmatur: aut non, & pater eam reuocare potest: quia pater cum non potuit, voluit &c. Viuian.

h ¶ *Non debes.* est ergo confirmata: *vt hic, & ff. eo. l. donationes in concubinam. §. pater. & argu. ʒ. eo. l. cum salua.*

i ¶ *Nec tempore.* facit *supra si quis alteri vel sibi. l. multum. & supra de donationib. inter virum & uxorem. l. à marito. & ff. de officio procur. l. obseruare. §. fina.* *Item facit ad l. si. tam. supra de emancipation. libe. l. fina.*

S*I donationis.*] C A S V S. Subripui tibi, animo donandi remisisti mihi actionem furti. an iterũ possis me cõuenire furti, quæritur: Et dicitur quòd non.

k ¶ *Solicitudinẽ.* vt rursus possis cõueniri furti: *vt hic, supra de furt. l. post decisionẽ. & ff. de pac. l. si tibi. §. quidam.* Sed si est sine causa remissa, vel cum causa, sed secuta non est, vel est ingratus donatarius, vel cui est remissa: an ipsa resuscitabitur? Respond. secundùm H. non, argument. *ff. de pact. & supra de trãsaction. l. vbi pactum.*

S*I auia.*] C A S V S. Auia tua res quas auus tuus ei dederat, titulo donationis alicui cõtulit: vis eas reuocare, quia profectæ sunt de bonis illius aui tui: an possit? Respon. quòd non.

l ¶ *Si auia vestra.* Et nota hanc leg. & *facit pro ea supra de commun. rer. alien. leg. falso. & supra de contrahend. empt. l. dudum.*

m ¶ *Proprias.* i. suas.

Vice.

Vice.] CASVS. Mulier dedit mihi fundum: confectum est instrumentum: vice sua Titius in instrumento coscripsit: an hoc minus valeat donatio, quòd ipsa non subscripsit, quæritur? Et dicitur quòd non.

a ¶ *Alio. vt j. eo. l. in donationibus. §. j. in fi.*

Constante] CASVS. An mulier constante matrimonio dotem penes maritum cõstitutam, in alium titulo donationis trãsferre possit, queritur? Et dicitur quòd non.

e ¶ *Non potuit.* vt interim viro præiudicet: vt *hic, & supra de iur. dot. l. si prædium.* Sed ª ipsam actionem siue spem ᵇ potest cedere, vel ᶜ etiam dotem promittere: vt *supra eodem. l. spem futuræ. & j. de col. l. dotis.* Nam econtra vir ᵈ non potest dotale prędium alienare: confirmatur tamen mortua muliere si dos cessit lucro mariti: vt *ff. de vsucap. l. cum vir.*

Cum res.] CASVS. Dedi filio tuo emancipato prædium vt creditoribus meis satisfaceret. si non satisfecit & intercessit stipulatio, nõ agit creditor aduersus filium ex ea quia alteri &c. sed aduersus me & ego aduersus filium præscriptis verbis.

c ¶ *Creditoribus.* q. ius ᵉ creditorũ pacto priuatorum lædi non potest.

d ¶ *Actio.* qui alteri ᶠ paciscí nemo potest: *vt ff. de verbor. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. & facit ad l. in rem. l. liber homo. in fin. & supra de pac. l. debitori. & de condi. &. ob causam. l. si proponas. j. & de rerum permu. l. rebus.* Sed contra. *ff. eod. l. heredit. sol. vt j. de her. vend. contra. l. j. cui similiter illa est.*

e ¶ *Ciuili.* id est præscriptis verbis.

Si ea.] CASVS. Donasti tibi fundum, eundem mihi donasti. secunda donatio auelli non debet.

f ¶ *Obesse potest.* nam vltima pacta valent: vt *hic, & j. de pact. l. pactis nouissima. & ff. de reg. iur. l. quicquid. & l. incertam.*

Si patri.] CASVS. Pater rem filij donans filio non præiudicat: nisi patri filius heres existat. Viuianus.

g ¶ *Ex facta.* in te emãcipatum.

h ¶ *Liberalitate.* id est, cùm pater tuus res tuas alij donasset.

i ¶ *Non posse* vt *j. eod. l. a-vis. & j. de rei vindi. l. cum à matre.*

ª Helinio. al. Helbio.
ª Cedere dotẽ constãte matrimonio vxor viro non potest. sed spẽ tantũ dotis actionem ad ipsã dotẽ recuperandam. v. Tiraquell. de retract. lignager. §. 26. Gl. j.
ᵇ Spem dotis mulier viro etiam constãte matrimonio cedere potest. vt hic. adde Glos. l. j. S. eod.
ᶜ Dotis spei cedi ac promitti põt viro ab vxore constante etiam matrimonio: & non ipsa dos.
ᵈ Dotale prædium à viro non põt alienari: alienatũ tamen confirmatur morte mulieris si dos cessit lucro mariti.
ᵉ Creditorum ius debitoris pactionibus mutari minimè in on põt.
ᶠ Paciscí alteri quis non possit.

† aliàs incerti, sed in meis omnibus leg. incerta.

scendunt, nihil prodest. S. XVI. kal. Febr. Sirmij. CC. Conss.

Paria sunt per se subscribere, vel alium subscribere vice eius. Bald. Vel sic: Donatio non vitiatur, licèt alius pro donante subscribat. Salyc.

XX. Iidem AA. & CC. Helinio.ª

Vice donatricis alio ª volũtate eius subscribente, iure facta donatio non habetur irrita. S. VII. Kalend. Febr. CC. Conss.

Lex notabilis. Mulier constante matrimonio dotem suam donare non potest. Bald. vel sic: Vxor non potest donare dotem in mariti præiudicium. Salyc.

XXI. Idem AA. & CC. Antonia.

Constante matrimonio dotem penes maritum suum constitutam, auia tua tibi donare non potuit ᵇ. S. V. Id. Mart. CC. Conss.

Ex pacto donationis non quaeritur actio extraneo: sed ipse donator pacto non seruato agit ad interesse. Bald. vel sic: Vt pactum donationi adiectum impleatur, paciscens agere potest: non is cui pacisci voluit. Salyc.

XXII. Iidem AA. & CC. Diomedi.

Cum res filio tuo emancipato ea cõditione, vt creditoribus ᶜ tuis solueret, te donasse proponas: si stipulatione, vel incontinenti habito pacto huic rei prospexisti: creditoribus quidem non contra eum ex placito vestro ᵈ, sed aduersus te competit actio ᵈ. Eum autem cui certa lege prædia donasti, incerta † ciuili ᵉ actione ad placitorum obsequia vrgeri secundùm legem donationibus dictam conuenit. S. VII. Kalen. Apr. Sirmij. CC. Conss.

Acta posteriora prioribus derogant. Bald. Vel sic: Res à me dõnata, potest mihi donari. Bartolus. Vel sic: Posterius instrumentum resoluit primum. Vel sic: In contrariis vltima derogant primis. Salycetus.

XXIII. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

Si ea quæ donaueras, posteriori placito qui acceperat, dono tibi reddidit: donationis antecedentis instrumentum actis sequentibus nihil obesse potest. ᶠ S. V. Kalend. Octob. Cæsaribus Conss.

Filius qui non est heres patris, non obligatur ex contractu paterno. h. d. vel sic: Pater non potest distrahere rem filij qui postea patri non succedit. Bald. vel sic: Si pater donat res filij, non præiudicat illi sibi non succedenti. Salycetus.

XXIIII. Iidem AA. & CC. Mestorio.

Si patri tuo heres non extitisti, ex facta ᵍ ab eo liberalitate ʰ titulo donationis non posse iura tua lædi, manifestissimi iuris est. PP. Non. Februa. Antiochiæ, Diocletiano. IX. & Maximiano. VIII. AA. Conss.

Donatio cum suis pactis seruari debet, si pacta de iure subsistunt: aliàs spretis pactis donatio valet: & instrumentis donationis debet apponi nomen donatoris & donatarij, & res quæ donantur: nec debẽt fieri donationes clandestinæ, sed interuenientibus testibus, vel actis, vbi iura acta requirunt. Dicit hîc imperator quòd donatio siue inter viuos, siue causa mortis † siue sub conditione, siue in diem, siue ex die, siue sit pura: obseruari debet cum suis pactis, si pacta sint talia, quæ leges vel boni mores non respuunt. Item dicit hæc lex quòd quando fit scriptura de donatione (quia conuenitur inter partes quòd scriptura fiat) quòd scriptura debet continere substantialia & solennia. Baldus.

XXV. Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum P. P.ª

Donatio siue directa ᵏ sit, siue mortis causa instituta, siue conditione faciendi aut non faciendi suspensa ˡ, siue ex aliquo notato ᵐ tempore promissa, siue animo dantium ⁿ accipientiúmve sententiis ᵒ (quãtum ᵖ ius sinit) cognominata ᑫ: sub hac fieri debet obseruatione: vt quas leges indulgent actiones ʳ, conditiones, pactiónesque contineat ˢ. Hisque ᵗ penitus cognitis, vel recipiantur, si complacitæ sunt ᵘ: vel reiiciantur, si sunt molestæ ˣ. In conscribendis autem donationibus, nomen donatoris ʸ, ius ᶻ, ac rem notari oportet ª: neque id

Donatio] CASVS. Si donatio fiat inter viuos, vel in vltima voluntate, siue fiat purè, siue sub conditione, siue in diem, valet: & pacta quæ in donatione ponuntur, debent obseruari. si verò in donatione interueniat scriptura, scribi debet nomen donatoris & donatarij, & rei quæ datur. nec refert, fiat scriptura in tabula, an in charta dum tamen corã cõpetendi iudice fiat.

k ¶ *Directa* ª. id est inter viuos. sic ideò dicta, quia directò datur: sed donatio causa mortis quandoque per alium, putà per heredẽ.

l ¶ *Suspensa.* Primo de conditionali: postea de ea quæ est in diem, vel ex die tertio de pura dicit: & potest esse conditio in faciendo, & nõ faciendo: vt si ascenderis vel non ascenderis capitolium: vt *hic dicit. sic & instit. de verbo. oblig. §. fin.*

m ¶ *Notato.* id est, ex tẽpore, vel ad tempus.

n ¶ *Animo dantium.* hîc de pura. & dic animo, id est, voluntate dantiũ. Accursius.

o ¶ *Sententiis.* id est narrationibus voluntate dantium ab accipientibus expressis.

p ¶ *Quantum.* i. cum nõ fit contra legem.

q ¶ *Cognominata.* id est pactis expressa, distincta sit causa mortis, vel alia. Vel dic per simile, vt enim nomini accidit cognomen, sic donationi imponitur tenor, qui moderatus esse debet: & hoc dicit quantum ius sinit, scilicet vsque ad ccc. solid. olim: hodie vsque ad quingentos sine scriptura: sed cũ scriptura insinuationis vsque in infinitum: vt *infra eodem. l. sancimus. & l. pen.*

r ¶ *Actiones.* scilicet cõdictio ex le. & actio ex stipulatu, si interuenit stipulatio quæ actiones à iure inductæ sunt.

s ¶ *Contineat.* scilicet donatio.

t ¶ *Hisque.* pactionibus. Accursius.

u ¶ *Complacita sunt.* iuri & partibus.

x ¶ *Sunt molesta.* vt turpes vel contra legem: *vt j. de pac. l. pacta, quæ contra.* Et potest hæc prima pars loqui quãdo est in scriptis donatio, vel quando sine scriptis: sequens verò in scriptis tantùm. & hoc subiicit, in conscribendis.

y ¶ *Donatoris.* subaudi, & donatarij.

z ¶ *Ius.* quod donatur, putà actio.

a ¶ *Oportet.* putà ego Ti-

ª Quid in tantum donationem? vide Gaidonem Papæ decis. 610.

† Hoc verbũ iure receptũ fuit. aliud hodie & nouo. l. vlt. j. de mortis causa donat. vbi dicitur mortis causa donationem non requirere insinuationem.

ª In C. Th. l. 1. leg. P. & V.

tius do tibi Sempronio codicē meū titulo donationis: vel cedo actionem quam habeo contra talem: & totā scripturam oportet perfici: *vt* ℥. *de fide instru. l. contractus.* aliàs enim nisi hoc esset actum quòd in scriptis fieret, etiam fine scriptura valeret: *vt in prin. huius* & ℥. *eo. l. in extraneos. & l. in donatio. in fi. l.* nisi summam excederet.

a ¶ *Occultè*. Qui malè agit, odit lucem: sic & *supra de contrahen. empt. l. cum ipsi.*

b ¶ *Tabula.* aliàs tabulæ. & aliàs tabulæ: scilicet præscribatur, quod est infra. aut in alia materia subaudi. quodcunque materiæ tempus dabit, id est tēporis qualitas: vt charta, vel mēbrana,

c ¶ *Ab eo.* nam etiam per aliū scribi potest: dum tamen contrahentes subscribant: *vt instit. de contrab. empt.* §. j.

d ¶ *Actis etiam.* quando est vltra legitimum modum.

e ¶ *Vbi.* id est quando, & quo loco.

f ¶ *Leges.* quia sic olim vltra ccc. solidos: *vt dicimus per l. sanctimus. infra eo.* vel hodie vltra quingentos: *vt infra eod. l. penult.* Accursius.

Si quis.] CASVS. Si infanti quis fundum donare velit, si excedat legitimam summā, vel actionem, vt inde fiat scriptura: nō aliàs perficietur donatio, quàm si fuerit insinuata: & tunc per seruū infantis perficiatur, vt sic infanti acquiri possit per seruum. Accurs.

g ¶ *Fari posset.* ergo erat infans.

h ¶ *Instrumentis.* sic est opus, vt quia hîc agebatur vt fieret in scriptis. Vel quia excedebat legitimam summam, ne fit deterior infantis cōditio, quàm alterius.

i ¶ *Seruum.* & non alio modo: *vt innuit. & ff. de acquir. possess. l. j.* §. *furiosus. & l. quamuis. j.* §. *infans.* & sic est contra *supra de acqui. possess. l. donatarium.* Solu. vt ibi.

k ¶ *Transigi.* id est, perfici. & *sic ff. de isti. actionque priua l. j.*

l ¶ *Acquiratur.* sic *ff. rem pu. sal. fo. l. si pupillus.* Accursius.

Data.] CASVS. Si quis vltra legitimam summam donare voluerit: non aliter perfecta erit donatio, quàm si fuerit insinuata, & maximè inter coniunctas personas, ne fraus aliqua propter familiaritatem domesticam committi possit: vel donatio confingi. idem fit in donatione facta inter extraneos: vt sic inde valeat, si excessit summam legitimam, si facta fuerit insinuatio.

m ¶ *Lege. quæ est supra eo. l. donatio.* §. *in conscribendis.*

n ¶ *Conficiantur.* cum hoc agitur, vt fiat in scriptis: vel alio modo.

a Occultè quid fieri dicatur. vide *Cefsionem singularis remotè*.
b Clàm & occultè quod fit præsumitur fraudulētum. vide Cepollā tract. de simulatis. contra præsumptio *facit Glossa l. 1. C. de interdict. matrimonio.*
* l i i i.
c Donationis contractus per aliū scribi potest: dum tamen contrahentes subscribant.
d An donatio possit insinuari coràm iudice incompetente quæri solet: & verius est apud incompetentem non posse, sed apud competentem tātū respectu rerum ipsarū quæ donātur: vel donantis. *vide Guidonem Papa decis.* 405.
* Lxx.
† *Hæc verba ponit Glossa.* ... *super* ... *canonicis.* ...
e An apud incompetentem iudicē possit donatio insinuari paulo ante ad 25 l. eod. dixi: an possit consensu partium apud quemuis insinuari, an possit renūciari insinuationi cum iuramēto, an fieri possit insinuatio post donationē: vt etiam in donatione causa mortis, vel ob causam aliam requiratur insinuatio. *v. Guidonem Papa decis.* 335. & 350. ...

occultè [a], aut priuatim, sed aut tabula [b], aut quodcunque aliud materiæ genus tempus dabit, vel ab ipso, vel ab eo quem sors ministrauerit, perscribatur [c]: actis etiam [d] annectendis, quæ apud iudicem: vel magistratus conficienda sunt, vbi [e] leges [f] expostulant. Dat. III*. Non. Februar. Romæ, Seuero & Rufino Conss.

Infanti emancipato potest pater donare, adhibito pro infante aliquo qui pro ipso recipiat donationem. Nam infans pro se consentire non potest: quia non habet affectum, id est affectionem. Baldus.

XXVI. *Idem A. Catulino procons. Africæ.*

SI quis in emancipatum minorem prius quàm fari possit [g], aut habere rei quæ sibi donatur, adfectū, fundum crediderit conferendum: omne ius compleat instrumentis [h] ante præmissis. Quod ius per eū seruum [i], quem idoneum esse constiterit, transigi [k] placuit: vt per eum infanti acquiratur. Dat. XII. Kalend. Maij Serdicæ, Sabino & Rufino Conss.

Non solum inter extraneos, sed etiam inter coniunctas personas requiritur insinuatio donationis excedentis legitimam summam. ratio est, vt maximè coniunctarum personarum fraudibus & calliditatibus obuietur. Baldus.

XXVII. *Idem A. ad Seuerum com. Hispaniarum.*

DAta* iam pridē lege [m] statuimus, vt donationes interueniente actorum testificatione conficiantur [n]: quod vel maximè inter necessarias coniunctasque personas conuenit custodiri [o]. siquidem clandestinis ac domesticis [p] fraudibus facile quiduis pro negotij opportunitate confingi potest: † vel id quod verè gestum est, aboleri. Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione se cernat id quod necessariò super donationibus apud acta conficiendis iampridem statuimus, vniuersos teneat: gesta autem cōfici super rebus etiam alibi collatis, vbicunque sufficit [q]. Dat. III. Non. Maij Dalmatio & Zenophilo Conss.

Ista lex, & lex si quis argentum. §. *sed si quidem infra eod. non sunt alibi. & h. d. Retentio vsusfructus traditionem possessionis quæ erat penes tradentem inducit. Baldus. Vel sic: Si donans rei donatæ sibi retinet vsumfructum: videtur illā tradere: ideo dominium transfert & possessionem quadam iuris fictione. h. d. notabiliter. Salyc.*

XXVIII. *Impp.* HONORIVS & THEODO. AA. *Monaxio præfecto prætorio.*

QVisquis † rem aliquā donando, vel in dotē dando, vel vendendo, vsumfructū eius retinuerit: etiā si stipulatus [r] non fuerit eā cōtinuo tradidisse credatur [s], nec quid amplius requiratur quo magis videatur facta traditio: sed omnimodo idē sit in his causis vsumfructū retinere quod tradere [t]. Dat. II. Idus Mart. Honorio A. XI. & Constantio Cæs. II. Conss.

Etiā in personas extraneas & ignotas valet collata donatio. Baldus.

XXIX. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Hierio præfecto prætorio.*

IN extraneos [u], & sæpe ignotos [x] donationē collatam valere receptum est: & si sine scripto donatum quid fuerit, adhibitis aliis idoneis documentis, hoc quod geritur, cōprobatur. Datum XI. Kalendas Maij, Felice & Tauro Conss.

Donationes factæ in vrbe debent insinuari apud magistrum census. Sed donationes quæ fiunt in prouinciis, debent insinuari apud præsides, defensores, vel magistratus municipales eorum municipiorum vbi fiunt: & ibi insinuata, effectum suum extendunt vbicunque locorum. Baldus.

dat summam legis.

o ¶ *Custodiri.* adeò vt dixerit P. non valere in coniunctam personam, nisi fiat in scriptis intra etiam summam legitimam *per legem istam. & infra eodem. l. in extraneos.* quod non placet: *vt supra de donationib. inter virum & vxorem. l. donationes.* j. Sed remouet dubium quod erat: quia videbatur inter coniunctos non contingere fraudem: *vt argumen. ff. de ritu nuptia. l. penultima.* §. *decano.* sed tamen ita fiet vt inter alios. Accursius.

p ¶ *Domesticis.* nota de familiari [a] inimico: quia nulla pestis, &c. *vt hîc, & nonagintatertia distinct. si caimitus. & xiij. quæstio. ij. quibus. & supra de in officio. testamen. l. fratres. & not. ff. ad Silan. l. j. in principio.*

q ¶ *Sufficit. vt argum. supra de contrahen. empt. l. j. & infra eo. l. in hac. in principio.*

Qvisquis.] CASVS. Si vendo tibi rem vel dono, & retineo pro me vsumfruct. videor rem tradere. Viuianus.

r ¶ *Stipulatus.* scilicet donatarius rem sibi tradi, cùm perfecta est donatio. vel ergo stipulatione, vel traditione vera, vel hac ficta perficiebatur, aliàs poterat reuocari: & hoc olim. hodie etiam pacto nudo perficitur: *vt hîc, & infra eodem. l. si quis argentum.* §. *sed si quidem.* Alij vt Azo dicunt, stipulatur, scilicet vsumfructum sibi dari, vel retinere licere. quod non placet.

s ¶ *Credatur.* An ergo hoc casu dominium sine [b] possessione transfit? Respondet: non. Sed ideò enim quòd voluit esse fructuarius, voluit alium possidere ciuiliter, & sic possessorem fecit [c] cum suo ministerio: *vt ff. de acquirenda possessione. l. quod meo. & de rei vindica. l. quadam.* & sic per consequentiam transfert dominium.

t ¶ *Tradere.* scilicet rē.

In extraneos] CASVS. Si in extraneum sit facta donatio: licèt insinuata non fuerit, valet, si quidem quod gestum est probari possit.

u ¶ *In extraneos.* hæc est Theodosij. & facit mentionem de ea infra eo. *l. in donationibus.* Accursius.

x ¶ *Ignotos.* aliud in cōsanguineis, secundùm P. *vt supra eodem. l. dote* quod non placet: *vt dixi ibi. & facit supra de fide instru. l. non idcirco.* Accursius.

In hac.] CASVS. Donationes quæ excedunt legitimam summam debent insinuari in ciuitate coram magist. census: in prouinciis

a Inimico familiari & domestico nulla pestis est efficacior.
† *Idem cōsentit* ... *Supra est lex ex C. Th.* ...
b Dominium sine possessione an transfire possit.
c *Contra Gloss. super verb.* ... *in c. cum* ...

uinciis coram rectore, vel ipso absente coram defensore ciuitatis: & facta donatio quarumcunque rerum vbicunque sitarum, valebit. Viuianus.

a ¶ *Vrbe.* Constantinopolitana *& facit.* *eod. l. data in fi.*

b ¶ *Census. vt ī. de testamentis. l. consulta.*

c ¶ *Siue non habeat.* scilicet alium quàm defensorem. nam cum habet, vt subiicit.

d ¶ *Publicare.* etiã præsente in ea ciuitate præside: *vt ī. dixi.* ¶ Et sic nota minorem [a] iudicē non debere amittere iurisdictionem suam, licèt maior iudex sit præsens. Sed contra. argum. sunt *ff. de offi. proconsul. l. meminisse. & de dam. infec. l. ij. §. si vicinum. & l. fin. & de in ius vocan. l. quique. & de minor. l. sed si unius. §. filio familiãs. & de re iudic. l. cōtra pupillum. §. in quo. & in decr. xcv. dist. c. presbyter præsente. & facit ad l. istam in authent. de defens. ciui. §. nulla. coll. iij. & infra eodem. l. in donationibus. & supra de offi. iurisdic. Alexandriæ. l. j.* Accurs.

e ¶ *Voluerit. sic ff. de iure dot. l. plerunque. in fi.*

a Præsentia maioris iudicis non cessat iurisdictio minoris, vt hic. adde Glo. ...

IN *donationibus.*] CASVS. In donatione facienda quæ fit vltra legitimam summam, interueniente insinuatione non sunt testes [b] necessarij: cum in publico, hoc est in iudicis præsentia facta fuerit. Si verò fit circa legitimam summam, quod actum est, non debeat insinuari, sufficit præsentia solius tabellionis, si donator subscripserit. & hoc in secunda. donationes verò quę sine scriptis fiunt, suam obtineant firmitatem. & hoc in tertia. Viuianus.

b Insinuationes fiunt sine testibus. adde Gl. Nou. ... in verbo ...

f ¶ *Insinuantur. vt ī. l. proxima.*

g ¶ *Adhibere.* scilicet rogatos: adesse tamen debent. sic supra *qui potio. in pigno. ha. l. scripturas.* Vel dic, nullo [c] modo aliqui vocentur, nec etiam subscribantur: cū verisimile est quòd semper sit ibi multitudo [d] hominum: *vt argu. supra de testa. l. omnium. fic argu. ī. quando libel. princip. l. j.* ¶ Et dic quòd hic fiebat insinuatio: quia excedebat summam legitimā: idem si erat ī. sed tamen sponte fiebat: vt subiicit, verum &c. Accursius.

c Testes nō requiruntur in his quæ fiunt ...

d In hoc multitudo hominum esse præsumitur.

h ¶ *Alligari.* quia non sunt vltra legitimam summam.

i ¶ *Scribantur.* aliàs subscribantur: quia hoc fuit actū, vt inde fieret scriptura: aliter frustra exigeretur subscriptio: vt subiicit.

XXX. *Imperator* LEO A. *Constantino præfecto prætorio.*

IN hac sacratissima vrbe [a] cōscriptæ donationes vbicūq; positarum rerum apud magistrum census [b] insinuentur. In alijs verò ciuitatibus, siue absens siue præsens rector prouinciæ sit, siue eadē ciuitas habeat magistratus, siue non habeat [c], & defensor tantummodo sit: donator habeat liberam facultatem donationes rerum suarū vbicunque positarū, siue apud moderatorem cuiuslibet prouinciæ, siue apud magistratus, siue apud defensorē cuiuscunque ciuitatis prout maluerit publicare [d]: Atque vt ipsa donatio sita est in volūtate donātis, ita ei liceat donationē suá apud quemcunque ex memoratis voluerit [e] intimare: & hæ donationes quæ in diuersis prouinciis & ciuitatib⁹ apud quēlibet ex prædictis fuerint publicatæ, obtineant incōcussam ac perpetuam firmitatem. Dat. V. Non. Mart. Constantinop. Patricio. & Rhucomere Coss.

In insinuatione donationis sufficiunt acta licet non sint alijs testibus roborata. Si autem donatio non insinuatur, requiruntur testes subscripti, vel cum partis subscriptione. hoc dicit secundū intellectum gloss. Baldus. Vel sic: In actis iudicialibus non sunt necessarij testes. hoc dicit Bartolus. Vel sic: in donatione qua fit apud acta, non oportet testes adhiberi: & donatio facta extra acta, in scripturam sine testibus redacta, subscriptionem donatoris requirit: etiam si à tabellione scripta fuerit. h. d. secundùm Salyc.

XXXI. *Imperator* ZENO A. *Sebastiano præfecto prætorio.*

IN donationibus quæ actis insinuantur [f], non esse necessarium iudicamus vicinos vel alios testes adhibere [g]. Nam superfluum est priuatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant. Verùm & illas donationes quas gestis non est necessarium alligari [h], si fortè per tabellionem vel alium scribantur [i], & sine testiū subnotatione [k] valere pręcipimus: ita tamen, si ipse donator vel alius [l] voluntatem eius secundū solitam obseruationē subscripserit: donationibus quæ sine scriptis conficiuntur, suam firmitatem habentibus secundū constitutionem [m] Theodosij & Valentiniani ad Hierium præfectum prætorio promulgatam. Dat. Kalen. Mart. Constantinop. Ello. V. C. Coss.

Insinuatio facta coram iudice incompetenti non valet: nec acta, nèc testimonia præbita super ipsis. Bald.

XXXII. *Imp.* ANASTA. A. *Eusebio præfecto prætorio.*

SEcundùm diui Leonis cōstitutionē [n] donationes apud virum clarissimum magistrum census tantummodo insinuari † præcipimus: huiusmodi forma in illis instrumentis obseruanda, quæ in hac regia vrbe confecta seu celebrata fuerint [o]: nec concedi quenquam [p] vel apud defensores seu magistratus aliarum ciuitatum, vel in aliis quibuscumque locis præter memoratum iudicium insinuare: scientibus tam his qui ad huiuscemodi insinuationem peruenerint, quàm his qui eam susceperint, necnon tabellionibus quicunque testimonium suum [q] non in competenti (vt dictum est) loco vel iudicio præbuerint, vicenarum librarū auri multa & alia grauissima indignatione se esse ferendos. S. Dat. Prid. Kalend. Maij, Paulo. V. C. Coss.

Mortuo procuratore facta in rem suam re integra, non finitur mandatum, sed transit ius ad heredes: & talis procurator in rem suam, etiam ante litem contestatam facit alium procuratorem. Baldus.

XXXIII. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna præf. prat.*

ILlam * subtilem obseruationem amputamus, per quá donationis titulo cessiones actionum accipientes, non aliter suis eas transmittere heredibus poterant, nisi litem ex his contestati essent, vel ius contestationis diuino rescripto meruissent [r]. Nam sicut venditionis titulo cessas actiones etiá ante litis contestationē ad heredes transmitti permittimus, simili modo & donatas ad eos trásferri volumus [s]: licèt nulla cōtestatio vel facta vel pe

k ¶ *Subnotatione.* nota ergo tabellioni [a] sine testibus credi: quod speciale dicunt quidam in instrumento donationis. *& pro hoc in authentic. de fide instrumento. §. si verò neque colla. vj. & infra ad legem Cornel. de fal. l. si quis decurio. & in authentic. de heredi. & Falcid. §. si verò coll. j.* in eo quod dicit, tabulārijs solis quantum ad hoc &c. & sic videtur eis soli credi quantum ad alia. Tu dic hic, subnotatione, id est, subscriptione ab eis facta: tabellionis eorū nomina subscribere debet: *vt in authent. de fide instrum. §. sed instrumenta. coll. vj.* & quod dicit credi tabellioni soli: verum est in testificando quòd ipse fecerit, & quòd sit verum [b] in solennitate scripturę: *vt dicta l. si quis decurio. & dicta authentic. de fide instrum. §. si verò neque. & in alle. de hered. & Falci.* non sequitur, non credo in hoc: ergo in alio credo fiat & cū dicitur in testamento, reprobatum est in ea re domesticum [c] testimonium: *vt instit. de testa. §. in testibus.* non tamen in aliis approbatur: *vt supra de testi. l. etiam.*

a Ad fal. Tabellioni sine testib. credatur. ...

b Soli Tabellioni fides adhibetur deponenti de veritate instrumenti si se præsente ... solennitate.

c Domesticum testimonium improbatur.

† De materia insinuationis, vide Ange. ... de donat. ... insinua.

l ¶ *Alius. vt ī. eo. l. vlti. & l. donatio. in fin. & ī. de fide instrum. l. contractus.* nam & hic, vt dixi, actū fuit vt scriptura fieret. Accurs.

m ¶ *Constitutionem.* quam habes supra *eodem. l. in extraneos.*

SEcundùm.] CASVS. Donationes factæ in ciuitate in Cōstantinopoli, nō nisi coram magistro census habebuntur ratæ. Si verò coram alio magistratu insinuabitur: tam donator quàm talis in xx. libras auri multabitur.

n ¶ *Constitutionem.* quam habes ī. *eo. l. in hac.*

o ¶ *Fuerint.* i. celebrari consueuerint. Accurs.

p ¶ *Quenquam.* Constantinopolitanum.

q ¶ *Testimonium suum.* sic ergo tabellio est [d] vnus de testibus suis. quod dixi. ī. *qui testa. facere poss. l. hac consultissima.* Ac.

d Dic, Notarium in instrumento publico non connumerari in numero testium: in primo connumerari posset atq; ita ad instar testiū dicere posse testimonium.

ILlam.] CASVS. Si olim titulo donationis alicui cessa esset actio, eam ad heredes non transmittebat, nisi lis cum defuncto esset cōtestata: vel nisi esset impetratum priuilegium vt ad heredes transmitteretur. Item nec poterat constituere procuratorē, nisi cessa esset actio ad eā exercendam. hodie transmitti potest, & procurator cōstitui.

r ¶ *Meruissent.* scilicet vt liceret eis transmittere: licèt lis contestata non esset.

s ¶ *Transferri volumus.* Sic ergo mortuo procuratore facto in rem

¶ *Siue communem* s. simplicem, quæ in omnes fieri potest.

¶ *Ante nuptias*. sic[a] dicta, quia tantum ante matrimoniū fiebat: hodie[b] propter nuptias vocatur, cùm fiat & post: vt s. *de donat. ante nupt. l. fina.* §. j. & debebat insinuari: *vt hic, & supra de donat. ante nupt. l. fina.* §. *simili modo*. hodie contra: *vt statim dices*. Et dic maiori fœminæ: vt non contradicat: j. §. *his insuper*. Accursius.

nam teneat: sed in huiusmodi obseruatione similes sint tam communes quàm ante nuptias donationes. Si quid autem supra legitimam definitionem fuerit donatum, hoc quod superfluum[h] est, tantummodo non valere: reliquam verò quātitatem quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare, quasi nullo penitus alio adiecto, sed hoc pro non scripto vel non intellecto esse credatur[i]: Exceptis donationibus tam imperialibus, quàm his quæ in causas piissimas procedunt: quarum imperiales quidem donationes meritò indignari sub obseruatione monumentorum fieri, tam à retro principibus, quàm à nobis sancitum est, sed firmā habere propriam maiestatem[k].

IN AVTHENT. VT nō fiant pig. §. ij. alias. §. illud quoq; coll. v. cōstitutione. v.

Item & à priuatis in principem etiam cessantibus actis fit donatio.

Finis authentica.

Sequitur textus l. Codicis.

SI quis † ex familiarib. vel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscunque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationemᵈ, caputᵉ, atque fortunasᶠ petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, atque examinationem iudicij, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordioᵍ, vltore gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius, quàm audiri. Maiestatis autem crimen tantùm

SI quis.] CASVS. Ad accusationē alicuius aliquis de familia sua, siue liber, siue seruus prosiliit, is non solum amissione bonorum, sed capite plectēdus est, excepto crimine læsæ maiestatis.

d ¶ *Existimationem.* id est famam.

e ¶ *Caput.* id est statum: quod in tribus constat: *vt ff. de capi. demi. l. fin.*

f ¶ *Fortunas.* id est substantias. & sic ponitur *infra de Incolis. l. ciues. lib. x. & facit infra de delatori. l. fina. lib. x. & infra in quib. cauf. coloni do. lib. xj. l. ij. in fin.*

† Ex h. C. Tit. 6. l. 3. idem q. tit. 6. si quis. vbi ponuntur verba domini.

g ¶ *Exordio.* punitur ergo quis, licet non processit. ¶ Et sic sunt argum. contra. *ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. accusasse. & l. in seruitute. §. j. & ꝟ. de his quibus vt indig. l. alia.*

SI liberti.] CASVS. Si libertus ad accusationem patroni sui prosiliat: ea pœna afficiendus est, qua & seruus si inueniatur criminis delator.

h ¶ *Heredúmve.* etiam extraneorum. *argum. ꝟ. de in ius vocand. l. ij.* Accursius.

i ¶ *Supplicio.* extraordinarioª: *vt ff. de iure fisci. l. ij. §. penult. & facit supra de testi. l. libertorum.* Sed in ciuilibus auditur etiam venia petitaᵇ, & etiam in ᶜ crimine, si suam vel suorum iniuriam prosequatur: *vt ff. de accu. l. ho.*

k ¶ *Exordium.* vt & ꝟ. l. prox. & dic de hoc vt ibi notaui.

excipimus. Dat. vj. idus Nouēb. Constantinop. Cæsario & Attico Coss.

Libertus non potest accusare patronum, nec eius heredem: & contrafaciens punitur. Salyc.

XXI. *Impp.* HONORIVS & THEODOSIVS AA. *Consulibus, prætoribus, & trib. pleb. Senatui S. D.*

SI liberti, accusatores manumissorum heredúmveʰ esse præsumpserint: eodem quo serui supplicioⁱ tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium.ᵏ Dat. vij. idus Aug. Rauennæ Asclepiodoto & Mariniano Coss.

a Imò capitali. Hæc enim pœna seruis dominos suos accusantibus lege superiore constituta.

b In ciuilibus aduersus patronum libertus agere potest petita venia l. 4. §. 1. 1. 8. ff. de in ius voc.

c In criminalibus ex causis aduersus patronum libertus agere potest.

DE ACCVSATIONIBUS & inscriptionibus.

Dictum est de personis accusantium: nunc de ipsis accusationibus, in quibus quæ necessaria sunt inscriptiones, ideo de his subiicitur.

TITVLVS II.

DE ACCVSATIONIbus & inscriptionibus.

Euulsor finaliū terminorum, extraordinariè arbitraria pœna punitur. Bald. Vel sic: Qui terminos amouit causa fines turbandi, punitur extra ordinem. Salyc.

I. *Imp.* ALEXANDER A. *Martiano.*

EOs qui terminos effoderuntˡ, extraordinariaᵐ animaduersione coerceri debere, præses prouinciæ, nō ignorabit. PP. iij. Kalend. Augu. Alexandro A. Coss.

Dominus potest defendere seruum suum accusatum de crimine capitali. Bal. Vel sic: Pro suo interesse admittitur quis ad defendendum alium in crimine capitali. Bart.

II. *Idem A. Syro.*

SI cuidā * crimini obnoxius seruus postulaturⁿ, dominus eū defendere potestᵒ, & in iudicio sistere, accusatoris intentionibus responsurū.* Post probationem autem criminis, non ipse dominus, sed seruᵍ pro suo delicto condemnationē sustineat. Ideo enim seruū suū domino defendere permissum est, vt

EOs.] CASVS. Aliquis sustulit positos terminos inter agrū meū & vicini mei causa seminandarū litium. qua pœna puniri debeat? Et respon. quòd extraordinaria pro motu iudicis.

l ¶ *Terminos effoderunt.* distingueᵈ, an tantum ille qui effodit lapides, voluerit sibi furari, scilicet ipsos qui faciebāt terminos, & tūc habetur ætatisᵉ discretio: causa seminādarum litium hoc faciat, & tūc extraordinariè pro factorum varietate punitur: *vt ff. de termino mo. l. ij. & fi. §. fina.*

m ¶ *Extraordinaria.* nec enim est ordinaria pœna pecuniaria quæ ex hoc crimine datur: *vt hic, & ff. de termi. mo. l. prima.* Sed certè immo videtur quinquaginta aureorum: *vt ff. de termi. mo. l. Agraria. in princi.* quæ est contra. Solut. distingueᶠ tempora, & concordabis scripturam. à principio enim non fuerat statuta, & sic loquitur hic, *& dicta l. prima. ff. eodem.* Sed postea per Cæsarem statuta est: vt ibi dicitur. Alij dicunt hic de corporali, vt nulla ordinaria sit statuta: ibi de pecuniaria. vel nō est ordinaria quātum ad priuatum, sed quantum ad fiscum sic. Vel ibi de terminis in iure positis: hic in vrbe. prima placet.

d Terminos effodiens, qua pœna puniatur.

e Ætatis habetur ratio in pœnis statuendis.

f Temporis distinctio scripturā concordat. *cum tx. extra de reser. Gloss. in l. apud antiquos C. de furt.*

SI cuiusdam.] CASVS. An seruus de publico crimine accusari possit, quæritur? Et dicitur quòd sic, & dominus eum defendere potest, & verba pro eo facere: sed probato crimine seruus non dominus pœnam subeat.

* Si cuiusdam criminis, in omnibus.

* Responsurum. in vet. edit.

g An procurator admittatur in criminalib. saltem ad allegandas causas absentia vel declinatoriam fori. Gerdonē Papæ decis. 318. vbi latissimè hanc quæstionem tractat.

n ¶ *Seruus postulatur.* qui omnibus legibus reus fieri potest, exceptis his quibus pœna pecuniaria imponeretur: *vt hic & infra ad l. Iuliam de vi publ. vel priua. l. si crimina. & ff. de accusa. l. hos accusare. §. omnibus.*

o ¶ *Defendere potest.* & eius procuratorᵍ: *vt ff. de publi. iudi. l. seruus. & sic est contra. ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen.* Solu. potest interuenire ad omnia, præterquam ad sententiam: *vt hic, & ibi.* Vel hic dominus non pro alio, sed pro se & sua vtilitate interuenisse dic.

videtur: quia sua interest pecuniariter seruum suum absolui. Vel hoc speciale. in quibusdam tamen criminibus omnino interuenit procurator, quæ imponunt pœnam relegationis, vel infamię: *vt not. ff. de procura. l. seruum. §. publicè.* Accur.

a ¶ *Offerre.* q. d. non vt sententiam subeat: sed & si non defendat, non amittit eum: *vt ff. de publi. iudic. l. sciendum. & ff. de st. ho. l. seruus.*

Reos.] CASVS. An rei absētes in causa capitali p procuratorem defendi possint, quæritur? Et dicitur ꝙ sic. quod intellige vt alleget causas absētiæ, nō causas innocentiæ: ne sit contra. *ff. de publ. iudi. l. accusatore. §. ad crimen.* Viuian.

b ¶ *Reos.* id est [a] accusatos.

c ¶ *Capitalium.* quæ sunt *ff. de publi. iudi. l. ij.*

d ¶ *Per procuratorem.* Immo videtur quòd non: *vt ff. de publ. iudi. l. pen. §. ad crimen.* quæ est contra. Solu. secundùm M. hic erat iam lis contestata cōtra principalem: vnde ipse, nō procurator est condēnandus, quod non placet: immo semper procurator damnaretur: *vt supra de procura. l. nihil.* Dic ergo defendi, scilicet [b] vt allegētur causæ absentiæ [c] *vt ff. de procura. l. absens.* non in principali: vt in contrario, & in quibusdam criminibus etiam plenè defendit, vt no. *ff. de procu. l. seruum. §. publicè.* Accur.

SI accusatoribus.] CASVS. De facto duo vnū accusabant de eodē crimine: cœperunt abesse, & non per contumaciam: in absentia quorū iudex ad postulationem accusati eum absoluit. an valeat sententia absolutoria quęritur? Et dicitur quòd non, sed apud eundem iudicem vel successorem eius causa iterata ventilabitur.

pro eo possit competentes allegationes offerre [a]. PP. xj. Kalen. Decemb. Alexandr. A. Cos.

Admittitur procurator absentis ad allegandum absentiam in causa capitali. hoc dicit text. Item ad excusandum de pœna contumaciæ, sed non à pœnis criminis. Bald.

III. *Idem A. Stephanidi.*

REos [b] capitalium [c] criminum absentes, etiam per procuratorem [d] defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt. PP. iiij. Non. Nouemb. Maximo. ij. & Æliano Coss.

Non tenet sententia absolutoria lata pro præsente contra absentem non citatum legitime: & ea non obstante, tanquam nulla ipso iure, proceditur in causa per iudicem qui pronunciauit, vel eius successorē. Bald. Vel sic: Absolutoria lata accusatoribus absentibus non per contumaciam, est ipso iure nulla. Bart.

IIII. *Imp.* GORDIANVS A. *Archelao.*

SI accusatoribus [e] absentibus, & non per contumaciam adesse iudicio cessantibus, ex vna postulatione [f] aditus præses prouinciæ non causa cognita [g] sententiam dixit, qua eum de quo querimoniam detulisti, liberandum existimauit: criminatione [h] etiam nunc perseuerante, quæ contumacia [i] vel cessatione accusatorum nō interueniente auferri non potuit: causa intentati criminis apud eundem [k] vel successorem eius more [l] iudiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. Gordiano. A. ij. & Pompeiano Coss.

Mandatum mandatarium à crimine non excusat: & tam mandator, quàm mandatarius possunt de crimine accusari. Primo remouet allegationes mandatarij. Secundo dicit quid iuris de mandante & mandatario. secunda ibi, namque. Bald. Vel sic: Delinquens, propter mandatum alterius non excusatur. Bart.

V. *Iidem A. Paulino.*

NOn ideo minus crimine, siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is qui in iustam accusationem incidit [m], quia dicit [n] alium se huiusmodi facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu præter principalem [o] rerum mandatorem quoque ex sua persona conueniri posse ignotum non est [p]. PP. iij. Idus Septembris. Gordiano. A. ij. & Pompeiano Coss.

Contra absentem in causa capitali, non potest procedi nisi per annotationem bonorum: & si ad condemnationem fueris processum, sententia nulla est, & quatenus de facto processit, à superiori rescinditur. Bald.

VI. *Iidem A. Auidiano.*

e ¶ *Si accusatoribus.* erant ergo plures, & crimen vnum: *vt in fin. l. ibi intentati criminis &c.* & vnus accusatus. ¶ Sic ergo plures [d] accusant vnum. & sic est contra *infra eo. l. qui de crimine. & ff. de accu. l. j. §. fi. & l. si plures. & ff. de libe. bo. exhi. l. quod & lex. §. hoc interdictum.* Sol. hic sic de facto fuit, non tamen fieri debuit: vnde [e] non quid fiat, sed quid fieri debeat, obseruabitur: *vt & ff. de offi. præsi. l. sed licet.* Vel hic renunciauit [f] accusatus de iure suo confidens, dicens se paratum omnibus respondere. Alij dicunt quòd vno libello possunt, *vt hic:* diuersis non, vt in contrariis. ADDITIO. Bartol. hic dicit quòd hic non fuit opposita exceptio. si enim fuisset opposita, de pluribus fuisset electus vnus: *vt dicta l. si plures.* quod satis concordat cum prima solutione glo. Dicas ergo quod in accusationibus publicis non admittuntur plures: *vt dicta l. si plures.* quod fallit, nisi plurium interesset æqualiter: *vt d. l. j. §. si ad plures. ff. de sepul. violato. & ibi de hoc per Bart. & per eundem in dicta l. si plures. ff. de accusa.*

f ¶ *Ex vna postulatione.* id est postulatione vnius partis, scilicet accusati.

g ¶ *Causa cognita.* quod fuit eo ipso quòd non erat præsens vtraque pars: *vt §. si per vim vel alio modo l. fi.*

h ¶ *Criminatione.* id est accusatione.

i ¶ *Contumacia.* i. contumaci cessatione. Vel contumacia, quando expressè dixit, non veniam, cessatio, quando est tacita: vt quia cer citatus non fuit inuentus. ¶ Sed qualiter [g] fiat citatio accusatoris vel accusati, vt sic ad sententiam possit veniri? Dicunt quidam secundum formam quæ est. *ff. de publ. iudi. l. inter accusatorem.* in fine. Arg. contra. *ff. de pœn. l. absentem.* Tu dic sicut in ciuilibus actor, sic hic accusator: & sicut in ciuilib. reus, sic hic accusatus: *vt dixi supra titu. j. l. qui crimen.* saluo iudici, quòd causa pendēte poterit tempora statuere intra quæ incidat in Turpillianum accusator si non prosecutus fuerit: *vt supra titu. j. l. si ea.* eis autē accusatis citatis & [a] non venientibus pœnæ pecuniariæ imponuntur: vel etiam hæ quæ contingūt existimationem: & etiam interdū possunt relegari. cæterum si quid grauius eis irrogādum fuerit, putà pœna metalli, vel capitis, eis irrogāda non erit: sed in accusatorem absentem quādoque grauius statuitur quàm per Turpillianum sit statutum: *vt ff. de pœnis. l. absentem. §. j.* Nec ob. *ff. de publ. iudi. l. inter.* quia illud iuxta hanc exceptionem potest intelligi, vt de eius quidem calumnia pronuncietur: non tamen vt calūniator condemnetur, sed vt plus interdū patiatur, quàm per Turpillianū sit statutum.

k ¶ *Eundem.* Sententia absolutoria habita pro nulla. & idem [b] esset in ciuili, scilicet ꝙ ipso iure esset nulla, si legitimè citatio facta nō fuerit: *vt supra quomodo & quando iudex. l. ea quæ.* Item ad id quod dicit, apud eundem, subaudi, vel superiorem: *vt infra eod. l. absentem.* & quod apud eūdem cognoscatur, est sic supra de senten. *l. j. in fin. & quomodo & quando iudex. l. si præses.* Sed contra in eo. tit. *quomodo & quando iudex. l. si vt proponis. j.* vbi dicit alij committendum. Sed ibi primus fuit delegatus: hic ordinarius. Itē contra *ff. de re iudicata. l. iudex. & §. sentent. rescin. non pos. l. prima.* Solu. ibi valuit. sed contra ius litigatoris lata fuit: vnde tenuit. hic ipso iure fuit nulla.

l ¶ *More.* id est, prout iura requirunt.

NOn ideo.] CASVS. Intulisti mihi iniuriā: volebā te accusare: dicebas te nō esse accusandū, eo prætextu, quòd de mādato alterius id fecisse, an sis audiendus, quæritur? Et dicitur quòd nō, sed vterque tenebitur, tam tu, quàm ille qui mandauit.

m ¶ *Incidit.* id est, iustè accusatus est. agitur ergo criminaliter de iniuriis: *vt ff de priua. deli. l. vlt. & institu. de iniur. §. pen.*

n ¶ *Quia dicit* quod etiam dicere cogitur: *vt & ff. ad Sil. l. & si percussor. in princ. & l. prim.* Accur.

o ¶ *Principalem.* vocat principalem, iniuriam inferentem.

p ¶ *Ignotum non est.* vterque ergo tenetur: *vt hic & infra ad leg. Iuliam. de vi. l. seruos. & ff. de iniur. l. non solum. in princip. & §. si mandato. & §. Proculus. & l. lex Cornelia. §. si quis liberum. & ff. de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse. & infra si reus vel accu. mor. fuerit. l. defuncto. & arg. ff. de constitu. pecu. l. vtrum. in fine.* vbi dicit, factum alterius alium non releuare. & hoc nisi debuit obedire: quod euenit quandoque in lauoribus: *vt ff. ad leg. Aquiliam. l. liber homo. ij. in princip. & ff. de regu. iur. l. ad ea.*

ABsentem.] CASVS. Accusatum de crimine capitali in absentia sua præses cōdemnauit in metallum: an sententia teneatur? dicitur quòd non, sed requiri debet, & bona eius annotari. præsentabit se ergo accusatus iudici, & seipsum defendet: & quod perperam gestum est, in melius reformabitur.

Marginalia (left): a Reus pro accusato. — b Procurator admittitur in causa criminali vt causas absentiæ allegat: non vt innocentiam absentis defendat, nisi certis casib. — c Etiā ea quæ non concernūt principaliter crimen, vt ad dilationes proponendas, inhabilitatem iudicis, incapacitatē accusatoris, ineptitudinē libelli proponendam) admittitur procurator. Sal. — d Accusatores plures an possint. — e Citatio legitima vbi nō procedit, processus ad vlteriora ipso iure est nullus. Citatio enim nulla, nullum effectū parit. Bald. in extra de testibus ad de Rolandum à valle s. consi. 48. — f Accusatio vnius an per mittatur pluribus. — g Defensionibus à iure cibili introductis quibus nō excluditur crimen, intro ductis nō facile possit respondere, renūciari potest. vide Corpus tum singuri Defensio. fin. — Accusator accusatus quemadmodū citari debent.

Marginalia (right): a Accusatus citatus nō veniēs, quo modo puniatur. — b Citatio inualida nihil operatur, & ipso iure sententiā nullā reddit, vt hic. adde Iasonem in l. 1. in fi. ff. de in ius vocando. non interrūptionem, per etiam pescriptionem. Bal. c. in nomine domini in q. notabili de testibus. Gigas tract. de pensionibus qu. 90. num. 9.

a ¶ *Capitali crimine.* i. ex quo pœna imponitur capitalis vltra relegationem, alias secus: *vt ff. de pœ. l. absentem §. j.*

b ¶ *Non posse.* vt procedatur in causa: *vt in d. l. absentem. & ff. de adult. l. si maritus. §. legis Iuliæ & infra de adult. si quandam.* Accusatio tamen recipitur, *vt infra tit. j. l. ij. §. ex longinquo.* Interdum etiam proceditur, *vt j. de pœnis. l. ne diu.* Accur.

do ciuiliter agit secundum Azonem. Vel libellos à se scriptos, & querelam quando apud acta facit sibi scribi libellū per aliū: vel libellum quando est in scriptis dandus, & querelam quando sine scriptis hoc potest fieri: *vt infra de dign. l. quotiens. li. xij.* Vel libellum, quando scit scribere: querelam, quando nescit, vbi verbotenus (dummodo redigatur in actis) potest accusare & inscribere.

ABsentem capitali crimine [a] accusari non posse [b], sed requirendum [c] tantummodò annotari solere, si desit: vetus ius est [d]. Et ideò cùm absentem te, & ignorantem, cui nunquam vllum crimen denunciatum esset [e] per iniuriam à præside [f] prouinciæ in metallum damnatum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (vt asseueras) iam nūc fides veri possit illuminari, præfectum prætorio adire cura, qui quicquid nouo more, & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iustitia reformabit [g]. PP. iiij. Non. Aprilis Ariano & Pappo Coss.

In non notorio iudex per viam accusationis procedens, debet procedere solenniter. Bald. Vel sic: De notorio ad denunciationem officialis iudex procedit citra solennitatem accusationis, hoc primo. In non notorio debet index procedere per viam accusationis solenniter. hoc dicit.

VII. *Idem A. Proculo.*

EA [h] quidem quæ per officium [i] præsidibus denunciantur, & citra solennia [k] accusationum posse perpendi [l], incognitum non est. Verùm si falsis necne† notoriis [m] insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. PP. viij. Id. Ian. Peregrino & Æmiliano Coss.

Coram præside debet quis accusatorium libellum producere, non coram stationariis. Bald.

VIII. *Exemplum sacrarum literarum Diocletiani & Maximiani* AA.

SI quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre voluerit, nō ad stationarios [n] decurrat, sed præsidalem [o] adeat potestatem, aut libellos [p] offerens, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die & consule.

Accusatus ab vno, de eodem crimine non potest accusari ab alio: sed de diuerso, licet ortum habente ab eodem facto: non tamen prius iudex de altero pronunciabit, quàm de vtroque plenè cognouerit. Salyc.

IX. *Idem AA. Honorato.* [*]

QVi de crimine publico [q] in accusationē deductus est ab alio super eodem crimine deferri non potest [r]. Si tamē ex eodē facto [s] plurima [t] crimina nascuntur, & de vno crimine in accusationem fuerit deductus: de altero non prohibetur ab alio [u] deferri. Iudex autem super vtroque [x] crimine audientiam accōmodabit. Nec enim licebit ei separatim de vno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero [y] quoque crimine fiat. PP. xiiij. kalend. Septembr. Basso. ij. & Quintiano Coss.

Qui promittit se facturum quod iudex feret sententiam in aliquo tenetur sicut qui dat pecuniam pro sententia obtinenda. Bald. Vel sic: Victoria causæ pollicitus, non minus crimen contrahit, quàm stipulatus. Salyc.

X. *Iidem AA. & CC. Vrsæ.*

c ¶ *Requirendum.* sicut in ciuilibus, *vt not. s. qui accu. non poss. l. ij.*

d ¶ *Vetus ius est.* de quo tituli sunt speciales: *vt ff. de requir. & j. de requ. re. vbi plene dicit.*

e ¶ *Denunciatum esset.* ad maiorem exaggerationem dicit, *vt hic & ff. quæ sent. si ap. l. j. §. item eum ex edicto.* nam idem est si esset citatus cùm esset absens.

f ¶ *A præside prouinciæ.* & hoc etiam facit non valere sententiam, quia præses non potest damnare in metallum: *vt ff. de pœ. l. ij. §. j.*

g ¶ *Reformabit.* sententia habita pro nulla: *vt & s. eo. l. si accusatoribus. & supra quomodo & quando. l. si vt proponis. j.* hoc quando lis non fuerit cōtestata. Quid autem si se lite contestata absentauerit? H. idem, sed de hoc dic vt not. s. eo. l. si accusator. bus.

EA.] Diuiditur in duas partes. Primo loquitur de crimine notorio, & processu super eo. Secundò loquitur de crimine non notorio, secunda ibi, verum. CASVS. Officialis deputatus ad hoc vt denunciet, an se inscribere debeat, quæritur? Et dicitur quòd iudex facilè dictis eius non credet.

h ¶ *Ea.* i. crimina.

i ¶ *Per officiū.* id est officiales, erāt enim quidam officiales ad hoc deputati: *vt infra tit. ij. l. j. & ff. de officio præfecti. vrbi. l. j. §. sane. & j. de decurionib. l. j. lib. x.*

k ¶ *Citra solennia.* id est sine [a] inscriptione, & est speciale [b], regulariter contra: *vt j. eod. l. vltima.* ¶ Sed an [c] soli officiali credatur? quod videtur per prædictam legem, *ff. de officio præfecti vrbi. l. j. §. & sane. & per alium. ff. de rebus eo. l. magis. §. ne tamen.* & maximè quando notorium erat toti populo, vel maiori parti: *vt argum. ff. qui satisdar. coguntur. l. siue rò pro condemnato. §. fin.* Sed dico contra [d], *vt d. l. de curiosis. & hic, & ff. de custod. reor. l. diuus. ij. & j. eo. l. singuli.* hic ergo ad minus debet probari [e] notorium esse.

l ¶ *Pergendi.* i. audiri, & audita puniri, &c. & facit ij. quæ. j. c. de manifesta.

m ¶ *Nec notoriis.* Nam tunc non crimen, sed notorium esse, sufficeret probari.

SI quis.] CASVS. Si quis dicat ab alio se passum iniuriam, adeat competentem iudicem, non stationarium, & conueniat aduersarium ciuiliter, si velit, vel criminaliter. Viuian.

n ¶ *Ad stationarios.* publicos quibus locatæ fuerunt stationes publicæ. Vel e contra stationarios dicit, id est procuratores Cæsaris, & fisci qui præerant stationibus, vel appellat stationarios limenarchas qui custodiunt limina imperij.

o ¶ *Præsidalem.* qui [f] est iudex criminum, *vt s. de iurisdict. omn. iudi. l. iuris ordinem. & l. in criminali.*

p ¶ *Libellos.* scilicet accusando criminaliter: & querelam, quan-

QVi de crimine.] CASVS. Accusatus de vno crimine super eodem casu accusari ab alio non potest, nisi esset tale crimen, ex quo possunt plures oriri accusationes: verbi gratia vt quia commisit accusatus adulterium cum cognata sua: quia de adulterio, & de incestu potest accusari à Titio, & de vtroque feret sententiam. Viuian.

q ¶ *Qui de crimine publico. quæ sunt ff. de pub. iud. l. prima.*

r ¶ *Non potest.* hoc siue fuerit condemnatus ab accusatione primi: *vt ff. non. can. stabu. l. penult. in fi.* siue absolutus, nisi doceatur de præuaricatione primi accusatoris, vel nisi secundus prosequatur suam, vel suorū iniuriam, & probet se nesciuisse accusationē ab alio institutam: *vt j. eo. l. si quis homicidij. & ff. de præuar. l. iij. in princ. & ff. eod. l. si cui. §. iisdem.* siue etiam pendeat: *vt hic, & ff. eod. hi tamen. §. ab alio delatum.* nisi decesserit primus, vel nisi aliàs impeditur procedere, tunc enim intra xxx. dies admittitur alius: *vt ff. eod. l. libellorum. §. fina.* Item accipe hic, siue vna lege, siue diuersis: ex eodem tamen crimine: *vt ff. eo. l. senatus.* Item lite contestata, nam si ante ambo simul veniant, idoneior eligitur, *vt ff. e. l. si plures.*

s ¶ *Si tamen ex eodem facto.* multò magis si ex diuersis, *vt ff de priua. del. l. pen. & infra ad l. Fab. de pla. l. j. in fin.*

t ¶ *Plurima.* vt si in iniuriam domini seruū eius occidi, nam [a] tenetur iniuriarum & homicidij *vt ff. de pri. del. l. pe.* Vel si quis commiserit adulterium cū sorore, tenetur adulterij & incestus: *vt ff. de adult. l. si adulterium cum incestu in prin.* Sed huic videtur contra: *vt ff. eo. l. senatus.* sed ibi erat idem crimen, hic duplex. ¶ Quid si aliquem fui aggressus [b], & in aggressione homicidium perpetraui? Respon. licet facta diuersa sint: tamen quantum [c] ad initium pro vno facto habetur: *vt arg. j. ad leg. Iul. de vi. l. quoniam.*

u ¶ *Ab alio.* a contrario ergo ab eodem non potest accusari, & erit verum, vbi crimina ex eodem facto oriuntur, si autem ex diuersis, potest etiam ab eodem: *vt ff. eo. l. libellorum. § sed & si aliud.*

x ¶ *Super vtroque.* sic s. de iud. l. nulli. interim tamen dum respondet pro vno, non artetur pro alio: *vt ff. de iudo. tes. l. ij. §. fin.*

y ¶ *Super altero.* vtroque tamen plenissimè discusso, poterit seorsum pronūciare, *vt hic innuit.* ¶ Et vltimò distingue, quia aut vnus accusat vnū, & tūc de vno crimine & vna lege potest, diuersis legib. nō potest, *vt ff. eo. l. senatus.* sed si diuersis criminib. descendentibus ex diuersis factis, potest, *vt ff. eo. l. libellorū. §. sed & si aliud.* si ex vno non videtur quòd liceat, *vt sumitur ar. à contrario sensu in hac l. ij. resp.* Aut vnus [e] accusat plures: & tūc si de eodē crimine, licet: *vt j. si reus vel accus. mor. l. j. & ff. de ad. l. qui pupil. §. j. & l. vim pass. §. incesti.* Sed fallit

† Locum hūc restituit Iu. decus in anno. postle. in l. ab accus. titu. ad S.C. Tur. quo loco & vocē notoriis, intrepretatur.

a Accusatio nam eu solēnitas est, et cū inscriptio. ne fiat.

b Accusatio nis & denunciationis fa ctæ ab officia li differenti...

c Officiali non credar.

d Denunciantibus, de iure non creditur nisi de publico electi sint. v. tamen Socinū regula denunciantibus. adde l. z. § quietam verbo referē dum ff de off P. vrb..

e Notorium licet releuet ab onere probandi; probandum est tamen. *Iason. in l. ex quacunque. nu. 16. ff si quis in ius vo catus.* Stationarii qui dicantur.

f Iudex criminalis. præses.

[*] Ortus al. Honorato.

a Crimine duplici quando que quis tenetur.

b Vide Bartolum Nouella de armis in 6. collat. 6.

c Facti diuersi, inspecto initio pro vno habetur, verbi gratia à toto imposita arma deferenti in cetum vulnerati in eodem insultum ...ciendi, in eadem summā, hoc casu. insultans cum armis & vulnerans nō tenetur omnib. istis pœnis, sed vulneris tantùm ...

d Accusare vnus vnum an possit diuersis legib. vel criminibus.

e Accusare vnus plures de eodem crimine, an & quo modo possit.

n accusatione adulterij: vt infra de adul. l. reos. & ff. de adul. l. si mari- tus.ij. §.j. Si verò de diuersis criminibus, vno libello non possunt accusari duo: sed si diuersis, sic: non tamen tres, & hoc nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur: ff. eod. l. hos accusare. §. i. & ̃s. tit. j. l. cum rationibus. Aut econtra plures [a] accusant vnum, & tunc si de eodẽ crimine, idoneior est eligendus. vt ff. eo. l. si plures. si autem de diuersis criminibus ex vno, vel diuersis factis descendẽtibus, possunt scilicet plures vnum accusare, vt hac lege. Interim tamen dum habet necesse respondere pro vno, non attetur pro altero: vt ff. de cust. reo. l. y. §. fi.

QVi explicandi [a] negotij spem [b] (cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est [c]) pollicetur: non minus [d] ob illicitam sponsionem crimẽ contrahit, quàm qui ad huiusmodi promissionis commercium cõtra disciplinam publicam adspirat. P P. iij. Kalend. Nouemb. ipsis iiij. & iij. A A. Coss.

Accusatus, & quia non fuit probatum absolutus, potest ab alio de praeuaricatione primi primò docentis iterum accusari de eodem crimine: de alio verò crimine potest accusari, si doceatur, vel non doceatur de praeuaricatione vel collusione primi. Bald. Vel sic: Absolutus non reaccusatur de eodem crimine, nisi doceatur de priori praeuaricatione, de alio verò non prohibetur. h. d. secundùm Salyc.

QVi explicandi.] CASVS. Si comes vel adsessor iudicis, accipiat pecuniam à cõtẽto vt absoluatur, nõ minus puniẽdus est comes vel adsessor, quàm qui corrupit, quæ autẽ sit hæc pœna non apparet: Tu dic, si corrũpens sit actor, perdit litẽ, vt ̃s. de pœna iud. qui malè iudi. l. j. comes fustib. cæditur, & pro iniuria quã fecit iudici, damnabitur: vt ff. de iniuriis. l. item apud. Viuian.

a ¶ *Qui explicandi.* putà familiaris, vel adsessor, vel comes, vel cõsiliarius iudicis: vt & ff. ad l. Iul. repet. l. in comites.

b ¶ *Spem.* i. victoriam quam sperat qui dat.

c ¶ *Situs est.* dum tamen secundũ legẽ iudicet, vt in auth. de iud. §. omnis autem. col. vj.

d ¶ *Non minus.* quasi dicat [b], non minus punitur dictus consiliarius quã ipse corruptor, cũ par sit delictum: arg. ̃s. de episcop. & cler. l. si quẽquam. ¶ Sed quod sit hoc crimen, nõ aperit. Dic ergo actor corrũpens perdit litẽ, vt ̃s. de pœna iud. l. j. Item crimẽ falsi committit, vt relegetur ad tempus: vt ff. de falsis. l. qui duobus. familiares autem, vel alij prædicti, fustibus cęduntur, & per hoc de iniuria quam iudici fecisse videntur, damnati videntur: vt ff. de iniur. l. item apud. §. j. idem ait.

XI. Iidem AA. & CC.† liberis Crispinæ charissimæ nobis.

SI quis homicidij crimẽ existimat persequendum [e]: secundùm iuris publici formam debebit eum [f] qui in primordio homicidij postulauerit reũ, neque probauerit, ideóque reus absolutus est, præuaricationis arguere [g]. Id enim salubriter statutis principum parentum nostrorum iurísque forma præscriptum est [h]. Vel si id non putauerit [i] agendum: ad sequens crimen, id est pastorum [k] latronúmve, descendere eum coges [k], atque id exequi iudicio tuo: cum si quidem id ab incusato appareat esse commissum, ob vltiõnẽ publicam obnoxius legibus fiat [l]. Datum viij. Id. Aprilis Annibaliano & Asclepiodoto Coss.

Se præcipitans absque conscientia criminis, non nocet successoribus. Salyc.

Sed hodie ei qui dedit, parcitur, quod dic: vt ̃s de pœna iudi. auth. nouo iure. & facit ad l. illam. ff. de calumn. l. si ab eo. & quod not. in l. j. §. j. y. & iy. in eo. tit.

SI quis.] CASVS. Accusasti Titium de adulterio, & absolutus est: an possis eundem accusare, quæritur: Et dicitur quòd non, nisi arguere non poteris de præuaricatione, quia fortè collusi cum Titio. Si verò Titius homicidium fecit, poteris eum accusare. Viuianus.

e ¶ *Persequendum.* contra eum qui iam ab alio accusatus fuerat, & absolutus.

f ¶ *Eum.* primum accusatorem qui succubuit.

g ¶ *Arguere.* aliter enim regulariter non auditur: vt hic, & ff. de præuaricat. l. iij. in princ. sed fallit quando secundus suam vel suorum iniuriam prosequitur: & docet se nesciisse de prima accusatione: vt ff. eodem. l. si cui. §. sed hoc vtrum. si verò accusatus transigat, quod potest: vt supra de transactio. l. transigere. non nocet nisi transigenti: cùm res inter alios acta, & supra, res inter alios actas.

l. iy. licèt enim cuilibet liceat redimere sanguinem suum: verum est vt non habeatur pro confesso: non ad hoc vt non possit ab alio accusari, quod est in aliis publicis iudiciis, vbi nõ de sanguine agitur: vt ff. de priua. delict. l. fi.

h ¶ *Præscriptum est.* id est in scriptis positum.

XII. Iidem AA. & CC. Aurelio.

FActum sponte se præcipitantis [m], innocenti criminis periculum afferre non potest [n]. S. xiiij. Kalend. Iun. Sirmij. AA. Coss.

Accusatus non debet torqueri, si accusans se non inscripsit. Bald. Vel sic: In accusatione facta de seruo, necessaria est inscriptio sicut de libero. Salyc.

XIII. Imppp. VALENTINIANVS, GRATIANVS, & THEODOSIVS AAA. Mariniano Vicar. Hispaniæ.†

SI quis seruos crediderit accusandos, non prius ad corporũ tormenta veniatur, quàm se vinculo subscriptionis adstrinxerit [o]. Datum vj. Kalend. Ianuar. Patauij, Merobaude. ij. & Saturnino Coss.

Index in criminalibus non debet ire per emendicata suffragia, sed per probationes quibus lux veritatis assistat. Vel sic: In criminali iudex non debet credere dicto alterius iudicis, vel notarij: sed debet inquirere per se. Bald. Vel sic: Etiam in criminalibus non iudicatur exemplis, & simplici relatione: etiamsi persona referentis sit publica, non creditur, sed de veritate cognoscitur. Salyc.

XIIII. Iidem AA. & ARCADIVS A. Cynegio. P.P.†

SInguli vniuersique iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emen-

i ¶ *Non putauerit.* s. docere de præuaricatione primi, quod est etiam cũ prosequitur suã vel suorũ iniuriam, vt modò notaui. ¶ Et quod subiicit ad sequens crimen, s. homicidij, quod est sequẽs ratione præuaricationis de qua regulariter deberet ante docere. ¶ Itẽ quod subiicit, pastorũ: ideò dicit quia [a] à pastoribus hoc crimẽ, s. homicidij, primò deuenit, s. Cain & Abel. ¶ Et qđ subiicit, coges, nõ [b] absolutè: sed si vult accusare, coges eũ subscribere: vel aliàs non audias eũ. Vel dic secundò, secundũ B. qđ fecerat iniuriã, & postea homicidium in pastores: & hic secundus accusator de homicidio & iniuria inscripsit. Omisso de homicidio, ad sequens crimen, s. iniuriæ peruenitur, quæ tamen ante homicidium facta fuerat, quod totale cœpit à pastoribus, vt Cain & Abel. Tu dic melius tertiò, quòd tria delicta commiserat: primò homicidium vnius pastoris, postea iniuriã fecerat aliis, tertiò pecora abegerat, & sic ex quo omittit primũ, descẽdit ad primũ crimẽ pastorum, i. iniuriæ eis factæ, & domino per eos, & latronũ q scilicet abegerunt pecora, vel si iste nõ fuerat ordo in cõmittendo: fuit saltem in libello [c] accusationis, vt habeat locũ quod dicit sequens.

k ¶ *Eum coges.* si iã cœperat accusare: vt scilicet non incidat in Turpilianum: aliàs non cõpellitur. vt supra vt nemo inuitus [d] l. j. Sed si inscripsit in tribus casib. supradictis omisso vno, an tũc inscribet in duobus? Respond. sufficit prima inscriptio. ¶ Item an ratione omissi homicidij incidit in Turpilianum? Respond. non: quia non sponte desistit, sed repulsus exceptione, quia ab alio absolutus.

a Pastorũ crimen.

b Nemo inimicitia affect. aut offensus aliquo, cogẽdus est à iudice vt accuset vel agat. de quo. v. plura apud Clarum § fin. q. 15 quæst. versi. item quæro.

† Ex C.T. lib. 9. tit. 1. l. 4.

c Vnde Socin. regula 368. vt fi. incipiẽte fin. tentia super inepto libello.

† Ex C.T. ibid. l. 19.

d adde l. nec omnes. ̃s. de muner. Decian. dub. Socinus regul. 435.

l ¶ *Legibus fiat.* l. Corn. de sicar. secundũ primum modum, vel secundum vltimum crimine abigeatus & iniuriarum.

FActum.] CASVS. Si quis spontè vel impatientia doloris se præcipitauerit: hoc hæredi suo non imputabitur.

m ¶ *Præcipitantis.* scilicet ob tædium vitæ, vel impatientiam doloris vel pudorem æris alieni.

n ¶ *Non potest.* præcipitanti, vel eius hæredi: vt hic. & supra qui testam. fac. pos. l. iy. vbi plenè distinxi: & habes titulum specialem. infra de his qui mor. sibi consc.

SI quis.] CASVS. Si aliquis volens seruum accusare, petat eum torqueri, vt sic veritas patefiat: an sit audiẽdus antequam inscribat, quæritur: Et dicitur quòd non. Viuianus.

o ¶ *Obstrinxerit.* sicut si liberum accusaret: vt ff. eod. l. hos accusare. §. si seruum. & tu dic inscribit promittendo se subiturum eandem pœnam

pœnam, si non probauerit. Vel dic, profitebitur se deposuisse libellum, vel secundum alios, se perseueraturum vsque ad finem accusationis.

Singuli.] C a s v s. Si quis publicum crimē ab officialibus dicatur perpetrasse, secundùm relationem eorum non cognoscet iudex, sed veritatē inquiret. Viuian.

dicatis vti suffragiis[a] decretorum †, [aut relationibus[b] à publicis personis destinandis credere:] sed rei veritatem inquirere[c]. Dat. prid. kalend. Maij, Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone Coss.

In publicis iudiciis etiam potentiores viri debent personaliter adesse: licèt in ciuili causa possint mittere procuratorem. Bald.

XV. *Iidem AAA. Tatiano præfecto prætorio post alia.* †

TVnc conuenit[d] potentiores viros adesse iudiciis, cum eorum præsentiam in criminibus publicis per inscriptionem causa deposcat: licet in pecuniariis[e] causis per procuratores litem sustineant. Datum xv. Kalen. Martij, Mediolani, Valentiniano A. V. & Neotherio Coss.

In criminalibus causis requiritur inscriptio, & facti & temporis designatio, supple & etiam loci depositio. Bald. Vel sic: Non debet procedi super crimine, nisi certa & clara præcesserit accusatio: aliàs iudex punitur. Bart. Vel sic: Libellus in causa criminali debet continere factum & tempus & iudex qui non recipit libellum qui debet recipi: debet puniri. hoc dicit. Vel sic: Libellus in criminali debet continere nomē accusatoris, nomen iudicis, & nomen accusati. Item factum & eius qualitatem. Item debet continere tempus & locum. hoc dicit textus cum glos. vnde aliquid quod hic deficit, debet suppleri per l. libellorum.

XVI. *Imppp.* Arcadivs & Honorivs AAA. *Posiphilo.*[*]

a ¶ *Vti suffragiis.* hoc est quòd non[a] ex aliorum conscientia & scientia iudicē, sed sua, *vt in authent. de iudi. §. j. colla. vj.* Vel dic quòd iudicent sicut alius vel alij iudices in similibus iudicauerunt: *vt supra de senté. l. nemo.*

a iudicantium scilicet Conscientia iudex non ex aliorū scientia & cōscientia iudicare debet, sed ex sua.

b ¶ *Relationibus.* vt dicas, quærite ab officialibus: ipsi referēt vobis quid sit secūdùm Azo. ¶ Et sic non[b] creditur officiali soli, *vt not. supra eodem titu. l. eũ quidem. & facit ff. de custod. reor. l. diuus. §.*

b Soli officiali non creditur.

† in C. Th. eodem l. 17.

c ¶ *Inquirere.* & facit *supra de relationibus.*

TVnc conuenit.] C a s v s. Nobilis demū adesse iudicio debet, cum accusatur de publico crimine: aliud cum in pecuniaria causa cōuenitur, quo casu per procuratorē se defendere potest. Viuian.

d ¶ *Tunc conuenit.* quasi dicat, semper conuenit eos adesse publicis iudiciis quia semper hoc causa deposcit, cum ad crimen publici iudicij frustra interueniat procurator: *vt ff. de publi. iudic. l. penultim. §. ad crimen.* nisi in crimine iniuriarum, quod mouet vel suscipit illustris per procuratorem: *vt j. de iniur. l. fin.*

e ¶ *Licet in pecuniariis.* sed hoc ius hodie stat vsque ad illustres tātū ex necessitate: *vt l. de proc. l. pē. & auth. ibi posita.*

IN causis.] C a s v s. In libello accusatorio debet comprehēdi nomen accusatoris, & accusati, & tempus commissi criminis: quod si aliter fiat, iudex recipiens inscriptiones, in quinque libris multabitur. Viuianus.

* Ex C. Th. li. 9. tit. 1. l. 8. in fi. huius legis partes sunt l. momentariæ. supra vnde vi. & l. 3. tit. de abigeis. Cont.

f ¶ *Inscriptiones.* id est libelli accusatorij in scriptis, & cum inscriptione.

g ¶ *Magnitudinem.* exprimendo illud.

h ¶ *Tempusque.* i. annum & mensem, non autem diem commissi criminis, sed dati libelli, sic vt *no. ff. eo. l. libellorum.*

i ¶ *Alterutram.* id est vtranque, scilicet accusatum, si succumbat: & accusatorem, si non probet: *vt supra l. proxim. & infra de calumn. l. non prius.*

k ¶ *Statutum.* aliàs scilicet.

l ¶ *Secretarium.* id est recipientes inscriptiones, secundùm Azo. Sed alij, vt H. id est curatores (aliàs viatores) litium. ¶ In[e] prædicto autem libello plura debent cōtineri. Primo, anni domini, eius temporis quo datur libellus. Nam in omni instrumēto quod fit, temporis commemoratio poni debet, & indictio: *vt in authentic. præponatur nomen imperatorum. colla. v.* Deinde anni imperij illius imperatoris qui tunc est cum libellus datur. Consul, mensis, dies dati libelli, non dico, dies commissi criminis. Item quis accusat, & quis accusatur: & de quo crimine tractetur, & apud quem iudicem. Item locus criminis. Certum tempus mensis.

e Accusatorio libello quæ capita complecti oportent.

Consul, non dies vel hora apponatur ab initio. in fine subscribitur. Erit[a] ergo hæc forma, Anno domini. M. cc xxvij. imperij sacratissimi Federici imperatoris anno septimo, consulibus illis, indictione tali, die duodecimo exeunte mense Iulij, ego Titius defero vel accuso Geraldum apud Tespinum potestatem Bon. lege Iulia de adulteriis, quia fecit adulteriū cum Berta tali, in domo illius, mense tali, consulibus vel potestate tali: & huic me accusationi subscribo, & vsque ad finē vel ad sentētiam perseueraturum promitto. Super hoc etiā fideiussor dabitur: *vt infra ad Turpillian. l. prima & ff. eodem. l. si cui. circa princip.* Vel si ponatur in tertia persona, talis detulit talem &c. non est vis: *vt ff. eodem l. libellorum.* vel erit subscriptio quòd patiatur eandem pœnam: *vt & infra eodem l. proxim.* Vel tertio, profitebitur se dedisse præfatum libellum: per quod statim intelligitur ligatus ad talionem. *& facit supra de fide instrumentorum. l. fina. & supra titul. primo l. iij.*

a libelli accusatorij forma.

IN causis criminibus dignum est vt inscriptiones[f] præponantur, quæ magnitudinem[g] videlicet criminis, tempúsque[h] designent: vt alterutram[i] partem digna legum terrere possit auctoritas. Quòd si fuerit statutum[k] fortè contemptum: hi qui ex officio ingrediuntur secretarium[l], quinque librarum auri condemnatione ferientur. Datum viij. Id. Ianuar. †

† Mediolani. Contial. ex C. Th.

Non intelligitur quis esse culpabilis eo ipso quod coram iudice diffamatur, sed debet ille qui eum putat culpabilem, accusare, & detineri, vna cum reo, similitudine supplicij puniendus, si cōstiterit eum calumniatum. hoc primo. Cōfessus in se in tormentis, non debet torqueri in alium: nec debet credi eius testificationi cōtra alium. hoc dicit secunda pars. Bald. Vel sic: Accusator debet se inscribere, & detineri sicut accusatus, donec causa examinetur: & qui torquetur, non debet interrogari de sociis. Bald.

XVII. *Impp.* Honor. & Theodos. AA. *Consulibus, prætoribus, & tribun. pleb. Senatui S. D.*[*]

ACcusationis ordinem iam dudum legibus institutum[m] seruari iubemus: vt quicunque[n] in discrimen capitis accersitur, non statim reus qui accusari potuit, existimetur: ne subiectam innocentiam[o] feriamus. Sed quisquis[p] ille est qui crimen intendit in iudicium veniat[p], nomen rei indicet[q], vinculum inscriptionis[r] arripiat, custodiæ similitudinem[ſ] (habita tamen dignitatis

* Ex C. Th. lib. 9. tit. 1. l. 19.

ACcusationis.] C a s v s. Si quis accusatur de crimine, non debet statim credi quòd crimen commisit: sed accusator libellum accusatoriū porrigat, in quo contineatur crimen cōmissum, & nomen accusati: & in fine libelli obligauisse ad pœnā talionis: quæ est, vt eandem pœnam patiatur si non probet, quā passurus esset reus si crimen institutū probatum fuisset: & vterque sub custodia tenebitur simili: nisi dignitatis ratio alio exegerit: & non audietur accusatus volens se excusare per hoc quòd alij dicantur idem crimen commisisse quod ipse commisit, cū de se cōfiteri debeat quis, nec de aliena conscientia interrogari: quia nullus de proprio crimine confessus, super aliena conscientia est interrogandus. Viuian.

[illegible] l. vlt. de calb. [illegible]

m ¶ *Institutum:* vt no. s. l. prox.

n ¶ *Vt quicunque.* supple, eatenus volumus seruari, vt non statim &c. & dic, reus id est damnandus.

o ¶ *Sub innocentiam.* id est subiectos innocentes. Vnde Boëtius[b]: Hoc tantum dixerim, vltimam esse aduersæ fortunæ sarcinam, quòd dū miseris aliquod crimē infligitur, quæ perferunt, meruisse creduntur. ¶ Et ad hoc quòd[c] non debet esse quis credulus, est: *ff. de eo per quem fac. erit l. j. §. j.*

b Boetius.

c Credulus quis esse non debet.

p ¶ *In iudicium veniat.* vt ergo præsens[d] absentem non accusat: *vt s. eo. l. absentem.* sic nec absens præsentem: *vt hic.* si ergo præsens præsentem accusat.

d Accusare absentē præsens non debet: nec absens præsentem.

q ¶ *Indicet.* in libello vel querelam apud acta deponat, *vt s. eod. l. si quis.*

r ¶ *Vinculum inscriptionis.* id est det inscriptionem, per[e] quam ad similem pœnam ligatur. vt ibi, cum calumniantes & cæt. *vt supra l. prox. diximus.*

e Inscriptione hoc est vinculum in accusatione, vt inscribens se ad similē pœnam obliget.

ſ ¶ *Similitudinem.* id est sicut accusatus custoditur, sic accusator: *vt hic, & j. titul. j. l. secunda in fine, & infra ad legem Iuliam mai. l. si quis alicui.*

¶ *Habita tamen dignitatis aestimatione*. quia aliter in dignitate positus custoditur, quàm alius: *vt hic, & ff. de cu. re. l. j. & l. diuus. j.*
¶ *Noueris*. accusator: *vt infra de cal l. quisquis. & infra ad l. Iuliam. de vi. l. si quis.*
¶ *Similitudo supplicij*. hoc ergo est vinculum, & quando crimen ordinarium erat, & poena criminis ordinaria, planum est. ¶ Sed quid extraordinarium? Respon. & hic extraordinaria imponitur poena calumniatori, qualis imponenda erat reo si victus fuisset, *vt ff. ad Turp. l. & priuatu. & ff. de ptius. et l. fin. & ff. de prau. vri l. b imperatore.* In casu tamen calumniari permittitur: *vt ff. de bo. lib. l. qui in maior. §. si patru.* Sed illud vt non perdat patronus contra tabulas, non vt poenam talionis euitet. Item non talionis, sed alia poena videtur debere imponi: *vt s. tit. j. l. iij.* sed ibi erat absens accusator: hic praesens.
¶ *Nemo tamen*. licet supra faueat reo, non tamen in omnibus fauet, vt si cōfitens de se nominet socium pariem, vel maiorem vt illo absoluto, vel non inquisito iniquum sit eum teneri.
¶ *Aut inimici*. repete, nemo sibi blandiatur, quasi hoc sibi possit cōtingere quod nominet inimicum quasi in delicto, cum quo, vel ille pereat, vult libenter perire.
¶ *Aut eripi*. repete, & nō blādiatur sibi quasi & sic possit euadere, s. priuilegio vel studio nominati.
¶ *Ne interrogari*. nedum eorum accusationem admitti.
h ¶ *Sinat*. *vt supra de testib. l. quoniam liberi. & infra de quaestio. l. sicuti. & ff. de quaest. l. repeti. §. j. & ff. de publi. iud. l. si qui.*
i ¶ *Conscientia*. fallit in casibus propter immanitatē criminū. Primus est *s. de seri. l. prouinciarum.* Secundus *j. de fal. mon. l. j.* Tertius *ff. de cust. reo. l. diuus Hadrianus.* Item alius, *ff. ad exhib. l. fina.* Itē *j. de malefic. & ma. l. fin. & facit ad idem j. de custo. reo. l. j.* & tamen his casibus non debet interrogari, nisi aliqua praecedat praesumptio: *vt j. de quaest. l. j.* Item eius responsio non erit plena probatio, sed aliqua praesumptio.

aestimatione[a]) patiatur: nec impunitam fore nouerit[b] licētiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij[c]. Nemo tamen[d] sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quęstione cōfessus, veniam sperans propter flagitia adiuncti. vel pro communione criminis consortium personae superioris optans, aut inimici[e] supplicio in ipsa supremorum suorū sorte satiandus*, aut eripi[f] se posse confidens, aut studio aut priuilegio nominati: cùm veteris iuris auctoritas de se cōfessos, ne interrogari[g] quidem de aliorum conscientia sinat[h]. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super cōscientia[i] scrutetur aliena. Dat. viij. Id. August. Rauennae Asclepiodoto & Marinia. Coss.

TITVLVS III.
DE EXHIBENDIS ET transmittendis reis.

Miles à praeside captus est magistro militum sub fida custodia remittendus. Bald.

1. *Impp.* VALENTINVS & VALENS, AA. *Valentino.* consulari Piceni.*

SI miles in prouincia[k] repertus crimē publicum commiserit, eum rector prouinciae sub custodia[l] constituat: atque ita vel causae meritum[m], vel etiam personae qualitatem[n], ad magistrum militum referat. Data xij. Kalendas Februa. Valentiniano & Valente AA. Mediolani, Coss.

Non est quis in carcere ligandus antequam conuincatur: non est quis accusandus antequam inscribatur: non est quis ad iudicem transmittēdus antequam triginta dierum spacium eidem ad componendum moestos poenates assignetur, & tam reus quàm accusator ex vinculis aequaliter causam dicunt: in quibus debent detineri donec reperitur celebrata cognitio veritatis. Bald.

II. *Imppp.* GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS AAA. *Eutropio. vv.*†

NVllus in carcerem priusquam conuincatur, omnino[o] vinciatur. Ex longinquo si quis est acciendus[p], non prius insimulati †, [id est accusatori] accommodetur ad sensus[q], qua solenni lege se vinxerit[r], [& in poenam reciproci stylo trepidante reuocauerit.] Ei verò qui reducendus[s] erit[t], ad disponendas res suas, componendósque moestos poenates[u], spacium coram loci iudice, aut etiam magistratibus sufficientium dierū non minus tamen[x] triginta tribuatur: nulla remanente apud eū[y] qui ad exhibendum missus est, copia nūdinandi.[z] Qui[a] posteaquàm ad iudicem venerit, adhibita aduocatione, is debebit explorare quaesitū[b]: ac tandiu pari[c] cum accusatore fortuna retineri donec repererit cognitio celebrata discrimen[d]. Datum III. Kalendas Ianuarij Constāt. Gratiano V. & Theodosio AA. Coss.

DE EXHIBENDIS ET TRANSmittendis reis.

De personis accusantium dixit, nunc accusatorum, quae quandoque exhibentur, quandoque etiam ad alium locum trāsmittuntur etiam sub custodia, & ideo de hoc dicit.

SI *miles*.] CASVS. Miles si publicum crimen in prouincia cōmisit praeses faciet eum custodiri: & epistolam mittet ad magistrum militum, in qua contineatur qualiter contra eum fuerit probatum, & vt pro reo mittat.
k ¶ *In prouincia*. & sic extra militiam, quia tunc sub magistro militum tantum responderet.
l ¶ *Custodia*. i. custodiendo habetur discretio: *vt ff. de custo. reo. l. j. & l. diuus. j.*
m ¶ *Causae meritum*. i. acta qualiter deliquerit, & probatum sit: & vt mittat pro eo: & huiusmodi scriptura missa appellatur elogiū.
n ¶ *Vel etiam personae qualitatem*. id est ipsam personam qualis est, remittit: *vt hic & ff. eodem l. de militibus. & l. non dubium. §. illud. & ff. de re milit. l. iij. & infra de re mil. l. fin. in princip. lib. xij.* & hoc ex voluntate, cùm crimen est cōmune, & enorme: nam & ipse praeses potest punire: *vt ff. de accu. l. fin. & supra vbi s. vel cla. l. j. & in authent. vt omnes ob. iud. §. si igitur. colla. v. & plene dixi de hu supra de iurisd. omn. iud. l. magisteria. & facit supra de offic. ma. mi. l. prima.*

NVllus.] CASVS. Accusatus, antequam conuincatur, etsi custodiri debeat, in vinculis tamen non est ponendus: nec accusatori facilè credendum est, nisi inscripserit, quo facto dabuntur triginta dies accusato ad disponēdam familiam suam: nec officialis qui mittitur ad accusatum exhibendum, debet habere copiā nundinandi, id est negotiandi, vt sic proroget tempus, quo veniēte donec de veritate cōstiterit, sub pari erit custodia accusator cū accusato. Viui.
o ¶ *Omnino vinciat*. huic est contra *j. ea. l. in fi. & infra tit. j. l.* Sol. non ponitur in carcere vt ligetur sed vt custodiatur sine ligamine, vel in carcere vel sub fideiussoribus, vel nuntiis, secundum qualitatem delicti, & personae: *vt ff. de custo. reo. l. j.* Vel dic non ponitur vt crucietur, sed vt conseruetur, quod in idem recidet. Vel dic, postquā cōuincatur qualiquali praesumptione, sed prima placet, vel hic paratus erat dare fideiussorem, ibi non.
p ¶ *Acciēdus*. i. accusandus, vel. i. vocandus, vt possit accusari, sic ergo absens accusatur, & sic est cōtra, *s. tit. j. l. absentem.* sed recipitur accusatio, vt hic: non autem proceditur in ea: vel sic inscriptio, non tamen datur iudici.

† C. T. *lib. eod.* l. j.
…tetur delictum: cū de vtroque hic ponat, scilicet de adulterio & stupro. Item propter hoc, quia maritus talem retinens, accusare eam non potest, quasi lenocinium exercens: *vt supra eod. l. ita nobis.* Tu dic, si est nupta, quanquam vulgaris, potest accusari commissum: *vt ff. eod. l. si vxor. §. j.* & sic intelligitur in nupta meretrice. *ff. de ritu nupt. l. stuprum.* quāquam alij de alia vulgaritate intelligāt dictam legem, si vxor, loqui. Nec obstat nobis hæc litera: quia ambo ponuntur pro stupro tantum. q. d. quouis nomine censeatur: & sic dices &, pro id est. Item nec obstat quòd à viro nō potest accusari: quia ab alio potest: sed & à viro, si eam deferat. Itē & si est recepta viri accusatio antequam obijciat lenocinium: & sic non est simpliciter verum eam à viro non posse accusari. *& facit ad hoc ff. de concubinis. l. in concubinatu.*

QVanuis.] CASVS. Adulterij crimen quamuis inter publica connumeretur: tamen quilibet nō admittitur ad accusandum sed primo maritus, postea pater, frater, & alij consanguinei, & possunt desistere ab accusatione, impetrata abolitione à principe. Maritus autem ex sola suspicione potest vxorem accusare, & tunc suspectam potest penes se retinere: nec tenetur maritus se subscribere in libello accusationis obligādo se ad pœnam talionis. Post maritum & propinquos admittitur extraneus: & is qui dānatur de adulterio, capite punitur. Viuianus.

a ¶ *Referatur. vt ff. de publi. iudi. l. j.*

b ¶ *Conceditur.* & inde dicuntur publica: *vt instit. de publ. iudi. §. j. circa principium.*

c ¶ *Fœdare connubia.* hoc enim licere non debet: *vt hic, & ff. eod. l. constante.* ¶ Sed quid si matrimonium est solutum? Videtur contra, quasi cessante [a] causa. econtra idem, cum adhuc videtur fœdari præcedens matrimonium. quod placet: quia vir non accusat nisi soluto matrimonio: *vt s. e. l. crimen adulterij.* quem præferri constat: *vt hic, & probatur j. eo. l. si mulier.*

d ¶ *Proximis.* inter hos etiam est ordo, cum vir præferatur: *vt hic subijcit.* ¶ Sed quare [b] dicit solummodo, cum etiam & alij & post hos admittantur: *vt ff. eodem l. ij. in fine. & l. iij?* Respon. intelligitur donec prædicti extent, & accusare non recusent. inter cæteros autem iudex eliget: *vt no. & supra eodem l. iure mariti.* licèt hæc lex ordinet.

e ¶ *Vetus dolor.* no. causam defendendi connubium. ¶ Sed an alij vlteriores habent priuilegium quod habent hi quatuor? forte non. ¶ Item an hi possunt iure mariti omnes accusare? Respond. sic. quo ad hoc vt præferantur aliis, vt hic dicit, sed non quo ad alia priuilegia quæ habet vir: *vt dixi s. eo. l. iure mariti.*

f ¶ *Vt crimen.* i. criminis accusationem. Accurs.

g ¶ *Compescant.* omnimodo enim permittitur abolitio, licèt in aliis distinguatur: *vt j. de aboli. l. ij. in fi. & supra eod. l. abolitionem.*

h ¶ *Oportet.* contra adulteram: vt subiicit, cui quidem &c. sed & an idem contra adulterum? Respon. idem.

i ¶ *Ream.* id est, accusare eā. sic & reus, id est, accusatus ponitur. *ff. ad Sila. l. propter veneni. §. fin. & ff. de testibus. l. in testimonium. & ff. de acquirend. hered. l. Pantonius. §. res perduellionis. secundùm Ioan.* At secundùm P. potest petere vt ex sola suspicione condemnetur: *vt in authen. vt liceat ma. & auie. §. si quoque. & §. quia verò ita comperimus. collatio. viij. & infra eod. l. si qui adulterij.* Sed certè illa non dicitur suspicio, [a] sed legis præsumptio, quare condemnatur: *vt infra eo. l. si qui adulterij.*

k ¶ *Non prohibetur. vt s. eo. l. sine metu. & ff. e. l. mariti.*

l ¶ *Contineri.* id est, quia non debet libellum inscriptionis porrigere: & est speciale in marito. In aliis contra: *vt supra qui accusar. non poss. l. qui crimen.* secundùm P. Sed Io. nō placet. debet [b] enim inscribere, & sic libellum dare: *vt ff. e. l. miles. § quidam. & §. sexaginta.* Sed non tenetur vinculo inscriptionis: quia non tenetur de calumnia: *vt hic, & supra eod. l. iure mariti.* nisi sit euidens *vt ibi dixi.* Hodie autem inscribit, & donationem propter nuptias amittit: *vt in authentic. vt liceat ma. & auiæ. §. si de adulterio. & §. si vir. de adulterio. colla. vij.*

m ¶ *Cum.* vel causatiuè vel temporaliter lege.

n ¶ *Annuerunt. vt s. eo. l. iure mariti. & ff. de mino. l. auxilium.*

o ¶ *Ab accusatione.* donec prædictæ personæ extent, & accusare non recusent: *vt modo dixi.*

p ¶ *Omne genus.* non singula [c] generum, sed genera singulorum comprehendit. sic *institut. de suspec. tutor. §. j.* nam & ipse vir non adstringitur, cū iure mariti accusat: *vt hac l.* Item mulieres: *vt supra qui accusar. nō possunt. l. de crimine.* Et cōtinua sic, Licèt in huiusmodi crimine subscriptio celebret, pœnāmque inscriptionis quiuis (præter maritū) timeat, & licèt crimen sit publicum, non tamen cuilibet, vt dictū est, datur delatio indistinctè. nam & in populari actione prius agit is cuius interest: *vt ff. de his qui deiec. vel effu. l. si verò. §. hæc autem actio. & ad idē. ff. de sepul. vio. l. iiij. in princ. & ff. de lib. ho. exhib. l. iij. §. hoc interdictum omnibus.*

q ¶ *Sacrilegos.* quasi non enim verè est sacrilegium.

r ¶ *Gladio.* tam in mare quàm in fœmina: [d] sed in fœmina corriguntur, & alia pœna imponitur: *vt in authenti. quæ hic legis:* sed hodie adultera. *quæ est in authent. vt nulli iudi. §. si verò quando. colla. ix.* Ergo si [e] vir in accusando calumnietur contra vxorem: quæ erit pœna talionis? Quidam dicunt capitis, cum in eo non sit immutata: *vt in authenti. vt nulli iudi. §. si verò quando. colla. ix.* Alij quòd illa quam subiret mulier conuicta, scilicet mitti in monasterium, pro quibus in authentic. *vt li. ma. & auiæ. §. quia verò plurimas. colla. viij. vbi dixi, & ita adult. rum legitimè conuictam vnà cum vxore puniri.*

SEd hodie.] CASVS. Authent. ista corrigit l. C. in eo quòd dicit adulteros capite puniri: quia hoc non est verum in muliere: quia verberatur, & in monasterium detruditur, & maritus intra biennium eam recuperare potest. Si biēnium effluxerit, vel maritus non viuit, duæ partes bonorum suorum debent dari filiis suis. tertia pars datur monasterio. Si filios non habuerint, monasterium omnia occupabit. Viuia.

s ¶ *In monasterium.* sed videtur non dari ad pœnam alicuius corporis: *vt j. de nupti. l. ne quis: & de decur. l. ne quis ibi.* Solu. hoc speciale. & ille in corpore non causa religionis facto.

t ¶ *Recipere licet.* sic corrigitur omnia iura illa in quibus cauetur contra: *vt supra eodem. l. castitati. & ff. de minor. l. auxilium. § in delictis.* nec dicat aliquis hic loqui quando ignorauit maritus: nam eo casu etiam iure veteri poterat retinere: *vt supra eodem l. sine metu.*

u ¶ *Habitu.* non [f] tamen est monacha, secundùm Ioan. quod placet: quia pacta dotalia non statim, sed demum naturaliter mor-

---

Margin notes:

† In C. T. eod. tit. l. j.

[*] detinere.

a Cessante causa cessat effectus.

b Vir in accusatione adulterij præfertur extraneis.

a Suspicio aliud, aliud legis præsumptio: Hæc, non illa quis condemnari debet.

b Maritus accusans de adulterio, ab tenetur se inscribere.

† Inclusa desunt in Cod. Theod. Leo & Maiorianus in Nouel. de adulterio à Pithæo edita, relegatione deportationem etiā in Italia inuenimus sit.

† olim deportabatur vt cōmuniter nostri notant ac sentiunt hac Authēt. ea virgis cæditur deinde detruditur in monasterium. Multis in locis mulier adulterij conuicta fustigatur & mittitur in exilium arbitrarium, & hæc quidē in muliere. In masculo quidam putant adulterij puniri pœna capitis, & sic ā cōmunes tenēt nostri. Verum hodie in quibusdam prouinciis immutata est pœna mortis pro adulterio & imposita pœna pecuniaria. v. ... apud ... Adulterium, vbi etiā alias pœnas adulterij commemorat. putà posse maritū si eam in ipso facinore deprehensam à patre mulieris, agi eo nomine iure Canonico ad separationē thori, vxorē dotē amittere, quin imo & bona paraphernalia: verum cogi ad restitutionem dotis. In muliere hanc pœnam locum habere etiam propter osculum extraneo datū ... Romano ... singul. 670.

† Concor. Gl. c. ... fragmentis extra de præsu.

c Cō. ... fraternitatis cū ... ex præsu.

d Vir si calūnietur accusando vxorem de adulterio, qua pœna puniatur.

f Habitu non fadit monacha: sed ...

IN adulterij.] CASVS. Si accusetur quis de adulterio, non solùm serui mulieris, sed & viri torquebuntur. Viuianus.

g ¶ *In adulterij quæstione.* non sic in incestu, nisi per vim adulterium sit commissum: *vt ff. eo. l. vim passam. §. fina.*

h ¶ *Familia.* nota familiam inquiri: sic *& supra de repud. l. consensu. § penultim. & infra ad leg. Cornel. de sicar. l. fina.*

ponitur pœna mortis. Salyc.

XXXI. *Impp.* CONSTANTINVS & CONSTANS AA. *ad populum.* †

CVm vir nubit in fœminam[e] viris porrecturam †, quid cupiatur, vbi sexus perdidit locũ? vbi scelus est id quod non proficit scire? vbi venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec videtur? iubemus insurgere leges, † armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames [f] qui sunt vel qui futuri sunt rei. PP. Romæ. XVII. Kal. Ian. Constantino. VIII. & Constantio Cæs. IIII. Coss.

Pro veritate eruenda tota familia est torquenda in adulterij quæstione. Salyc.

XXXII. *Impppp.* GRAT. VALENT. THEOD. & ARCA. AAAA. *Cynegio præfecto prætorio.* †

IN adulterij * quæstione [g] ab omni familia [h] non solũ mariti, sed etiam vxoris (quæ tamen tunc temporis domi fuerit [i], quo adulterium dicatur admissum) quærendum est sine defensione cuiusquam. Da. iij. Id. Decemb. Constantinop. Arcadio. A. j. & Bautone Coss.

Quæstio repetitionis dotis vel alterius debiti, non potest obijci ad retractandum accusationem adulterij. Vel sic: Quæstio ciuilis non retractat processum in criminali. Baldus. Vel sic: Exceptiones friuolæ nõ sunt admittendæ: sed legitimæ, quæ ad processum oppositæ prius sunt examinandæ. Et si non reperiuntur obstare, cognosci debet de crimine. Salycetus.

XXXIII. *Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONORIVS AAA. *Rufino præfecto prætorio.* †

ADulterij accusatione proposita, præscriptiones [k] ciuiles quibus aut dos repeti fingitur [l], aut ex ratione aliqua debitum flagitatur [m], quæ occurrere atq; perstrepere examini consueuerunt, * iussimus sequestrari [n], nec earum obice aliqd negotio tarditatis afferri [o]: sed accusatione fundata

i ¶ *Domi fuerit.* imò & si non sint domi: *vt ff. qui & à qui. l. perspexit. quæ est contra.* Solut. ibi quo ad manumissionem prohibendam, hic quo ad tormenta. Vel hic de seruis alienis dicit, in quibus vxor vel maritus vsumfructum habet. *& facit supra eodem. l. verba. & quod ibi not.* Accursius.

ADulterij.] CASVS. Si vxorem tuam de adulterio accusaueris, an potest opponere exceptionem, scilicet dotis reddendæ, vel alterius debiti, vt sic emoueat vel differat adulterij accusationem, quæritur? Et dicitur quòd non: sed his nõ obstantibus procedet accusatio, & feretur sententia, & post sententiam latam poterunt ciuiles quæstiones intentari. Viuianus.

Hanc l. multum commendat Bartolus. hîc, dicens ex ea manifestè probari quòd tunc dicitur nomen rei receptum inter reos, quando facta examinatione super omnibus exceptionibus dilatoriis respicientibus processum iudex pronunciauit procedendum esse super accusatione. Vnde ante litem contestatam potest dici nomen receptum inter reos, scilicet per illam pronunciationem: & meritò hoc potest fieri reo absente: *vt l. adulteram. supra eodem.* licèt gloss. ibi aliter dicat. de quo etiam per eundem Bartolum *in l. is qui reus. ff. de public. iudiciis in iij. collatione. versi. quæro quando nomen rei, & cæt.*

k ¶ *Præscriptiones.* id est petitiones quas obiicit mulier viro, vt obtentu earum remoueat vel differat accusationem adulterij.

l ¶ *Fingitur.* cum nulla sit: & idem si sit.

m ¶ *Flagitatur.* quod vxor à viro petit.

n ¶ *Sequestrari.* vt in iudicio non appareant.

o ¶ *Afferri.* nam nec[a] dilatio in causa adulterij danda est: nisi fortè vt personæ exhibeantur, aut iudex secundum quod qualitas negotij suggesserit, hoc permiserit: *vt ff. eo. l. in crimine.*

† Ex C. T. eod. tit. l. 3. Cont.

† Legendum est viris porrecturã. Arrigere n. vt virorum est, & obscœnum, vt scribit Donat. ad illud Terent. Arrige aures Pamphile, porrigere fœminarum. Cont.

† Alexander Papa hos criminosos ex communicatione & in monasterium detrusione mulctat. in tit. de excessibus. prælat. Cont.

† Ex C. Theo. eo. tit. l. 4.

* l. vltim. ğ. ad l. Cor. de sicar.

† Ex C. T. eo. tit. l. 7.

* al. consueuerunt in plerisque manuscr.

a Dilatio an detur in causa adulterij.

Accusatio

a ¶ *Accusatio fuerit*. id est, actio.
b ¶ *Publicetur*. per probationes.
c ¶ *Iurgia* crimina minora, quæ superantur à maioribus.
d ¶ *Postponatur*. *vt supra qui accu. non possunt. l. j.* & ciuilis postponatur criminali etiam aliàs, *vt hic, & supra de ordi. iudi. l. final.* & sic argumentatur [a] à maiore, & à pari [b].

a Argumentũ à maiore.
b Argumẽtũ à pari.

e ¶ *Competere cœperit*. quod erit, si fuerit absoluta. in accusationem adulterij: aliàs non: *vt infra eo. l. fin.* Idem in crimine alio, vt damnatus non possit eam accusare: licèt inchoatas quandoque possit perficere: *vt ff. de publi. iudi. l. si qui.*
f ¶ *Examini*. accusationis: nec examen accusationis iam terminatæ obiicitur ciuili postea intentandæ, si modo (vt dixi) fuerit absoluta.

S*I qui.*] CASVS. Seius licebatur committisse adulterium cum Titia: Titius excusabat se eo prætextu, quod erat eius agnata: iudex in causa non processit: postea Seius duxit in vxorem eam: vnde præsumptio est contra eum quòd non fuit cognata eius. an sit puniendus, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuia.
g ¶ *Committi*. *vt arg. ĩ. de episcopis & clericis. l. eum qui probabilem.*
h ¶ *Publicabunt*. sic xxiiij. q. j. ca. j. ¶ Et nota hic præsumptionem [c] ex præsenti ad præteritum. sic & *ĩ. de naturalibus liberis. l. cum quis. & in authen. de restitutionibus, & ea quæ parit in vndecimo mense. §. vnum siquidem. & §. mulier enim. collatio. iiij. & in authen. vt nulli iudicum. §. si quis verò accusat. coll. ix.* Acc. Florentinus.
i ¶ *Conuictum*. ex præsumptione huius legis, & sic non ex præsumptione hominis, ne obstet. *ff. de pœnis l. absentem.* sic & dixi de hoc *suprà eo. l. quamuis adulterij.* Sed videtur quòd [d] non debeant condemnari iam absoluti: nisi doceatur de præuaricatione primi: *vt ff. de accusationibus. l. si cui. §. iisdem criminibus.* Sed dic illud verum quãdo probatione hominis tantum vtebatur, secundus accusator, hic autem probatione legis. Vel dic quòd prima causa non fuit definita, sed indiscussa remansit. Accurs.

† In C. Th. eo. tit. l. 2.
c Præsumptio fimitur quandoque ex præsenti ad præteritum.
d Absoluti semel, an possint condemnari.

S*I mulier.*] CASVS. Mulier Titio nupta timens se subiicere alij propter accusationem adulterij, ob hoc ei misit libellum repudij, vt sic subiiceretur: an possit accusari, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuian.
k ¶ *Viduitatem*. ad sequentia plenè refertur, quasi dicat: ideo deferimus viro, ne illa commaculet &c. Item ad præcedentia, quia ideo diuertit, quia credebat postea non commaculare aliquid quasi ei liceret.
l ¶ *Accusationem*. ¶ Nunquid accusabitur adulterij, vel stupri? Respond. stupri: *vt ff. eo. l. inter. §. lex Iulia.* sed pœna adulterij imponitur, vt scilicet detrudatur in monasterium: *vt in authentic. vt nulli iudic. §. quia verò aliqui solatio. ix. & in authent. vt liceat ma. & auia. §. quia verò quadam. colla. vij.* ¶ Sed nonne & quilibet alius potest accusare? Respondeo, præferam [*] virum quondam, per legem istam. ¶ Sed quid si meretricio more viuat? committi non videtur in ea stuprum: *vt supra eodem l. si ea.* Sed hic dicas contra in odium remittentis libellum, *per dictam authent. vt nulli iudicum. §. quia verò aliqui. & vt liceat ma. & auiæ. §. quia verò quadam. & facit. ff. eod. l. qui pupillam. in princip. & l. penult.* Accursius.

* C. T. j. [illegible]

hoc est cũ constiterit quo iure, id est, maritine, an extranei quóve tẽpore accusatio [a] fuerit intromissa: discutiatur crimẽ, facti qualitas publicetur [b]: cum & iurgia [c] quæ magnitudine superantur, & ciuilis actio criminali iure postponatur [d]. Idem tamen cum competere [e] cœperit, habitura momenti: dũmodo non obsit huic examini [f]. Dat. vij. Id. Dec. Constantinop. Arcadio. A. ij. & Rufino. Conss.

Ex præsenti præsumitur in præteritum: & violenta præsumptio, quam lex pro plena probatione habet, æquiparatur confessioni partis. h. d. Vel sic: Per actum contrarium subsecutum præsumitur aliquid in præteritum, quòd aliàs erat incredibile. Bald. Vel sic: Si is qui repulit accusationem adulterij, quia coniunctus mulieri, reperitur postea in vxorem illam ducere: puniendus est tanquam confessus. Salyc.

XXXIIII. *Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio.* †

SI qui adulterij fuerint accusati, & obtentu proximitatis intentata depulerint, per commemorationem necessitudinis crimini fidem derogando, dum existimatur non debere credi quod allegatur, vel non potuisse committi [g]: hi si postmodum in nuptias suas consortiúmque conuenerint, facinus illud in quo fuerint accusati, manifesta fide atque indiciis euidẽtibus publicabũt [h]. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdem seuerissimè vindicari, & veluti conuictum [i] facinus cõfessúmque puniri. Dat. ij. Non. Decembr. Constantino. Theodosio. A. iij. & Abundantio Coss.

Maritus quondam in accusationibus stupri aliis antefertur. Vel sic: Sequens diuortiũ non prodest mulieri quo minus à marito quondam possit accusari. Bald. Vel sic: Maritus admittitur ad accusandum vxorem quondam de stupro commisso postquam diuertit ab eo. h. d. secundùm lect. gloss. Salyc.

XXXV. *Impp.* HONORIVS & THEODOS. AA. *Palladio præfecto prætorio.*

SI mulier [*] repudij oblatione sine vlla legitima causa à se dati discesserit: ne viduitatem [k] stupri procacitate commaculet, accusationem [l] repudiato marito iure deferimus. Dat. xij. Kalen. Mart. Rauennæ, Eustachio & Agricola Coss.

Etiam mortua adultera serui adulteræ intra duos menses manumitti non possunt: quia durat post mortem quæstio adulterij propter dotem post autem duos menses isti possunt manumitti, & subtrahi quæstioni, nisi per subterfugia adulterij istud tempus sit elapsum. Baldus.

XXXVI. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni præfecto prætorio.*

LIbertatem seruorum qui ad dominium pertinent vxoris vel mariti, vel parentũ eorum: repudio misso, propter suspicionem criminis adulterij, legum cõditores intra duorum mensium spacium post missionem repudij numerandum suspendi definiunt [m], propter tormentorum quæstionẽ (si opus exegerit) eis imponẽdam. Sin verò vxor tua matrimonio sub præfato modo dissoluto, rebus humanis exempta fuerit: nihil de tempore quousque seruos eos propter memoratam causam permanere deceat, adiiciunt [n]. Nobis verò necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere ꝓpter dotis quæstionem, vtrum in lucro marito cedat, an heredibus mulieris restituatur. Sancimus itaque duos [etiam [*]] menses post mortem mulieris seruari, vt intra eos antè dicti serui permaneant, & facultatem maritus habeat probationes adulterij per eos præstare [o]. Transacto verò memorato tempore, licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere [p]: nisi per culpam eius

L*ibertatem.*] CASVS. Si mulier accuset de adulterio: tam serui sui, quàm mariti, quàm parentum, torquebuntur intra duos mẽses computandos à tempore diuortij: & serui manumitti nõ possunt. Si verò mulier pendente accusatione decessit, post mortem suam examinabitur accusatio: & serui intra duos [a] menses cõputandos à morte mulieris manumitti non debent, quibus elapsis poterit heres mulieris eos manumittere. Viuianus.
m ¶ *Definiunt*. *vt ff. qui & à quibus. l. prospexit. & supra eo. l. in adulterij. & l. verba. vbi plenè diximus.* Accursius.
n ¶ *Adyciunt*. sed quando vir decederet, vel pater vel mater mulieris, sic: *vt dicta l. prospexit. in fin. & l. seq. & l. si priuatus. §. fin.*
o ¶ *Præstare*. vt hoc probato dos cedat eius lucro: *vt & supra de repudiis. l. consensu. §. vir quoque. & §. virum.* & sic not. post [b] mortem quæri de crimine propter bona: *vt hic. & ff. ad Sila. l. Cdiui. & supra de asser. tollend. l. j. in fine. & supra si reus vel accusat. mor. fuerit. l. quamuis.* Item habet locum hæc lex tantùm quando facto diuortio decessit: secus si in matrimonio. Accurs.
p ¶ *Imponere*. Sed an per alias probationes admittitur saltem iure extranei vsque ad alios quatuor menses? Quod videtur: sed excipiendo, si de dote conueniatur, perpetuò probabit: quia quæ annua & cæt. *vt supra de exceptio. l. licet. & ff. de exceptio. doli. pure. in fin.*

a De prælectione duorũ mensium. v. Dynum tract. de præscript. num. 11.
b Mortui post accusari de crimine propter bona.
* deest.

SI QVIS EAM CVIVS TVTOR
fuerit, corruperit.

aberein peculio, non vt suum, quia se ipsum non habet.
n ¶ Dominio sociatum. non vt sibi teneat, sed vt succedentib. mu-
ieri detur, cum ipsa capitali sententiæ subiiciatur.

AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA[a] vel priuata.

a v. Bossium in Praxi. titul. de vi publica & priuata 66.

personam, quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato, vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur, vel ei quem ratio iuris admittit[k]. Id autem & quod ille[l] qui condemnatus * est, & quod ex eo suscepti filij quolibet casu in sua videantur habuisse substantia, mulieris dominio sociatum[m]: à memoratis successoribus vindicetur. Dat. iiij. Kalend. Iun. Serdicæ. Constantio C. Coss.

* In C.T. legitur, admittit. & ita vt & quod ille qui quondam armatus.

TITVLVS XII.

AD LEGEM IVLIAM de vi publica, vel priuata.

Ob debitum viri, res vxoris capi non possunt, & capiens vim committit. Baldus.

I. Imp. SEVERVS & ANTONINVS AA. *Pelitiæ.*

Ob debitum † viri, vel ciuile munus[n], res vxoris qui pignori capiũt, vim contrahere videntur[o]. Dat. Kalen. Iuliis, Romæ, Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

Fiscus ex debito succedẽs pro parte, creditoribus confiscati pro rata tenetur. Item illis defensionibus vti potest, quibus poterat vti damnatus. Vel sic: Tam ius agendi, quàm ius conueniendi, & ius excipiendi trãsit in fiscum. Baldus. Vel sic: Fiscus pro quota bonorum ad eum peruenta tenetur creditoribus. Salyc.

II. Imp. ANTONINVS A. *Vero.*

Tutoris tui lege Iulia de vi priuata damnati, si tertia pars [p]bonorum fisco vindicata est, tutelæ [q] actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige: modò si nulla præscriptio[r] locum habeat. Nam successio [s] pro oneribus [t] portionis suæ respondet. PP. XV. Kalend. Mart. Antonino A. iiij. & Balbino Coss.

Socer potest agere de rapina

Dixit de maioribus criminibus, sequitur de minoribus. Vel quia violentia in prædictis quandoque committitur de hac violẽtia dicit, & quia hæc lex Iulia tractat de ipsa violentia, ideo de ea interpretãda, corrigẽda, & supplẽda dicit, & quæ sit eius pœna, dicet j. e.

Ob debitum.] CASVS. Creditor siue fuerit priuatus, siue fiscalis bona vxoris debitoris per vim accipere non debet: alioquin lege Iulia de vi accusari poterit. Viuianus.

n ¶ *Munus.* quod gessit maritus, nisi fuerit primipilarius, de quo dic, *vt s. quib. ex cau. pig. tacitè contra. l. fatis.*

o ¶ *Videntur.* non ergo liceat: *vt & s. ne vxor pro mar. l. j. & ij. & de don. inter vir. & vxo l. res.* An autem res ipsius debitoris? Dic non: *vt infra vi bon. rapto. l. iij. & j. eod. l. in possessionem.* nisi ex conuentione: *vt s. de pign. l. iij. & facit s. de priuil. fis. l. j.* Accurs.

Tutoris.] CASVS. Tenebatur tutor pupillo in centum, malæ administrationis condemnatus, quia alicui vim intulit, relegatus est, & tertia pars bonorum suorum confiscata an pupillus ratione tertiæ illius possit conuenire fiscum iudicio tutelæ quæritur? Et dicitur quòd sic.[b]

† Conc. c. ex parte vestra in Gl. super verb. at lienadere[illegible].

b Potestne filius succedens filio prætericto à patre, dicere patris defuncti testamentum nullum? Cremẽsis negat, tametsi fiscus loco heredis habeatur: quoniam si filius defuncti bãnitus nõ potuit dicere testamentum nullum, ita nec fiscus ex persona banniti. v. Cremẽsem singul. 89.

p ¶ *Tertia pars.* quæ est pœna huius legis, cũ relegatione, sed si publica est vis, tunc omnia auferuntur, & deportantur: *vt in ff. de publ. iud. §. item. l. Iul. de vi. & j. eo. l. quoniam. & ff. eo. l. ij.*

q ¶ *Tutelæ.* personalem ergo non solùm hypothecariam contra fiscum intentes: nec est speciale in pupillo, sed idem in quolibet creditore: *vt ff. solut. matrim. l. si marito. in princ. & infrà de bon. proscript. l. si vt proponis. & de sententiam passis. l. ij. & suprà de fide-iussl. j.* Nec ob. *ff. de iu. dot. l. mulier.* quia ibi mulier non amisit bona, & sic nõ potest dici maritus tanquam successor.

r ¶ *Præscriptio.* i. exceptio: vt pacti, vel similis, vel dic propriè, vt triginta annorum.

s ¶ *Successio.* i. successor, vt est fiscus.

t ¶ *Pro oneribus. & c. vt & s. si cer. pet. l. j. & de hered. act. l. j.*

Si confidis sponsam.] CASVS. Si sponsam filij tui rapuerit quis, vel filium tuum per vim inclusit: an eum lege Iulia de vi accusare possis? Resp. quòd sic. Viuian.

Raptam

a ¶ *Raptam esse*. id est, hoc te posse probare.
b ¶ *De vi. ff. eo. l. & cum.* sed & primo casu potest agi de raptu, & maior pœna imponitur: *vt j. titu. j.* Item secundo potest accusare de priuato carcere: *vt s. de priua. carce. l. j.*

SI criminis.] CASVS. Si seruus tuus res meas rapuit, ipsum non accusare debeo. l. Iulia de vi. si verò tu me verberaueris hominibus coactis: te potero lege Iulia de vi accusare.
c ¶ *A seruo*. Fiscinuli.
d ¶ *Instituere debes*. accusationem legis Iuliæ de vi publi. vel priuata, sed contra. *ff. de accusatio. l. hos accusare. §. omnibus.* sed dic intentari hic vt vltimo supplicio puniatur: *vt infra eodem. l. seruos.* vel etiam aliàs corporaliter coerceatur: vt innuit in fine huius legis, & sic grauius punitur quàm liber in bonis & relegatione. *argu. ff. ad legem Corn. de sica. l. iij. §. penult.* Accurs.
e ¶ *De hoc etiam*. id est, propter hoc quasi diceret, non solùm iniuriarum ages, sed etiam hac l. criminaliter.
f ¶ *Debeat*. quæ est pœna, dixi s. *eod. l. ij. & sa. s. de noxal. l. si seruus. & s. de accusa. l. ij.*

IN possessionem.] CASVS. Si creditor in possessionem fundi sibi obligati per vim ingrediatur. l. Iul. de vi poterit accusari.
g ¶ *Priuata. vt ff. ad legem Iuliam de vi priua. l. fi. & infra vi bonorum raptorum. l. ij.* nisi ex pacto: *vt supra de pignorib. l. iij.* Sed contra. *ff. de furtis. l. cum creditor.* sed ibi furti actionem denegat: vel in dubio illud obtinet. at hic probatur vis malo animo commissa. vel ibi ex pacto accepit. & *facit supra eod. l. j.* Accurs.

QVoniam.] CASVS. Possidebã quoddam prædium: tu illud inuasisti: & ego tibi resistebam. in illo conflictu aliquis interfectus est, vel ex parte mea, vel ex parte tua, quam pœnam pati debeas, quæritur? Et Respond. quòd pœnam capitis: non deportationis: vel relegationis, nec audieris appellans.

sponsæ, & pater potest agere de inclusione siue incarceratione filij sui. Baldus. Vel sic: De raptu sponsæ & filij inclusione potest agi lege Iulia de vi publica, vel priuata. Salyc.

III. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Bianori.*

SI confidis sponsam filij tui raptam esse [a], vel filium tuũ inclusum instituere solenni more legis Iuliæ de vi [b] accusationem apud præsidem prouinciæ nõ prohiberis. PP. VIII. Kalend. Maij, Veronæ. AA. Conss.

Ex delicto serui criminaliter accusatur ipse seruus, non dominus: sed si dominus etiam deliquit (puta verberando) potest ipse de suo delicto conueniri. Bald.

IIII. *Iidem* AA. & CC. *Libertatio.*

SI criminis accusationẽ propter res à seruo [c] raptas intẽtandam putaueris, non contra dominum, sed contra eum quẽ facinus commisisse proponis, hanc instituere debes [d]. Sed quoniam à Fiscinulo etiam te verberibus afflictum adseueras: si hominibus coactis hoc fecerit, de hoc etiam [e], si legis Iuliæ de vi priuata reum defendum putaueris, apud præsidem prouinciæ age. non ignarum quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat [f]. S. XVII. Kalend. Iul. Sirmij. AA. Conss.

Titulus crediti non excusat ingredientem vi. Baldus. Vel sic: Creditor per vim prohibetur ingredi possessionem fundi debitoris. Salycetus.

V. *Iidem* AA. & CC. *Opiani.*

IN† possessionem fundi licèt creditor per vim ingrediatur, Iuliæ legis vis priuatæ [g] reus deferri potest. S. VI. Id. Decẽb. Nicomediæ. CC. Conss.

Accedens ad rem ab alio possessam causa expellendi illum de possessione: si ea occasione homicidium interuenit: siue ex parte insistentis, siue ex parte resistentis, est ad mortem condemnandus, & appellare non potest. h. d. l. nostra, quam not. Baldus.

VI. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Catul-linum proconsulem Africæ.*

QVoniam [h] † multa facinora sub vno violentiæ nomine continentur [i], cũ aliis vim inferre certantibus [k], aliis cum indignatione resistentibus, verbera cædésque crebro deteguntur admissæ: placuit, si fortè quis vel ex possidẽti parte, vel ex eius qui possessionem temerare tentauerit, interemptus sit [l]: in eum supplicium [m] exerceri, qui vim facere tentauerit [n], & alterutri parti causam malorum præbuerit [o]: & non iam relegatione [p], aut deportatione [q] insulæ plectatur, sed supplicium capitale excipiat, nec interposita prouocatione sententiam quæ in eum fuerit dicta, suspendat [r]. D. XV. Kalend. Maij. Serdicæ Gallicano & Basso Conss.

Expulsus contra expulsorem potest tam ciuiliter agere, quàm criminaliter accusare: in criminali legitimè se subscribendo. hoc primo. Si expulsus ex interuallo suum deiecit expulsorem, potest interdicto recuperatorio ciuiliter conueniri: & causa per condemnationem terminata criminaliter deportandus accusari: exinde si veniat criminaliter condemnandus. Baldus.

VII. *Idem* A. *ad Bassum* P. V.°

SI quis ad se fundum [f] vel quodcunque [t] aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat: aut ciuiliter suppossidẽdo

h ¶ *Quoniam*. vide rationem quare durius puniri pro homicidio debeat. Accursius.
i ¶ *Continentur*, vt damni datio, iniuriæ, vulnerum illatio, & homicidia. *sic s. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. iij.*
k ¶ *Certantibus*. in possessione prædij auferenda. Accurs.
l ¶ *Interemptus sit*. Not. quòd non distinguitur à qua parte sit interemptus, nec à quo. Dicas tamen quòd si potuit se sine homicidio defendere aggressus, quòd tenetur: *vt supra vnde vi. l. j. ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & l. si ex plagis. §. j.* Item an nihilominus tenetur occisor? quod dici potest, secundùm H. nihil enim vetat plures de eodem homicidio teneri, nisi ad defendendum fecerint. Accursius.

m ¶ *Supplicium*. corporalis pœnæ, scilicet capitalis, vt subiicit. ¶ Sed nunquid iuuantes cum si in aliquo damnentur, poterunt agere mandati,[a] vel ex stipulatione si promiserit reddere damna? Resp. non: quia cùm sit turpis [b] promissio, potior [c] est conditio possidentis: *vt instit. mandat. §. illud.* ¶ Item nota hîc puniri [d] affectũ vltra quàm se extendat: quia hic violenter solã possessionem habere affectauit, nõ occidere. vnde voluntas [e] & propositum non distinguunt hic maleficium, quod est alibi: *vt ff. ad legem Corneliam de sicariis. l. j. §. diuus.* sic de termino moto etiam ignorans [f] punitur: *vt ff. de termino moto. l. fi. in fine.* Sed in hoc est contra. illa lex quia ibi min9 punitur ignorans, quod hic non est. Sol. hic plura delicta & mala sunt: Vel ibi in splendidioribus dicit, vel ibi non fuit vis aliqua. ADDITIO. Tu videas de hoc Bartol. in l. diuus. ff. ad legem Corneliam de sica. vbi pulchrè pertractat quid iuris quando quis plus deliquit, quàm cogitauerat.
n ¶ *Tentauerit*. id est, tẽtando fecerit: Vel tentauerit quantum ad ablationem: quod facere non potuit.
o ¶ *Præbuerit*. sic *ff. si quadrup. paup. fec. di. l. j. §. cum arietes. & supra vnde vi. l. meminerint. & de accusa. l. fin.*
p ¶ *Relegatione*. quæ [g] est pœna legis Iuliæ. de vi priua.
q ¶ *Deportatione*. quæ [h] est pœna publicæ violentiæ: *vt dixi supra eo. l. ij.* Accurs.
r ¶ *Suspendat*. not. *sic s. quorum appel. non reci. l. obseruare. & infra de sal. mo. l. j. §. j. & infra titu. j. §. j.*

SI quis.[l] Duo facit, quia primo dat cõsilium per viam iuris. Secundo punit eũ qui suo suscepto consilio superbiam sequitur voluntatis. secunda ibi, quod si omissa. secundùm Odof. & Cy. CASVS. istius legis ponitur in glo. sed clarius dic sic. Licèt de possessione fundi me expulisti, an agere possim ciuiliter interdicto vnde vi, vel criminaliter *l. Iul. de vi.* quo casu nisi probauero, sustinebo pœnam talionis: si verò te deieci: restituam tibi possessionem, & me accusabis l. Iul. de vi. & differtur pœna mea quousque de possessione fuerit agitatum. & si contra me fuerit pronunciatum in causa criminali, deportationis pœnam sustinebo, omnibus bonis meis confiscatis. Viuia.
f ¶ *Si quis ad se fundũ*. de fundo quẽ possidebã, me deiecisti: debeo vel ciuiliter, scilicet petitorio vel possessorio repetere, vel criminalem accusationem de vi instituere & inscribere. Si autem ex interuallo mea auctoritate te deiecero, ages cõtra me de violenta possessione per interdictum vnde vi: & postea criminaliter de vi me accusabis, & vsque tunc differetur pœnæ impositio.
t ¶ *Quodcunque aliud*. vineam vel domum.

§ e. l. pen. de pign.

a Ex mandato vel turpis aduersus mandatarium agi nõ potest. ad de Clarum s. finaret. §. vlt. quæ. 89.
b Promissio turpis non obligat.
c Possidentis conditio potior est in causa turpi.
d Punitur interdũ affectus vltra quàm se extendat.
e Voluntas & propositum an semper distinguant maleficia.
f Ignorans interdum punitur.
† C. Th. lib. 9. titu. 10. l. 1. sed paulo aliter.
g Pœna vis priuatæ relegatio.
h Pœna vi[s] publicæ, deportatio.
l Spoliatus regulariter ante omnia restituendus. quibus casibus fallat hæc sententia vide apud Marsil. singulari 199.
° C. Th. 9. 10. 3.

dum: vt ℥. de prob. l. fina & poterit multis ex causis vincere, qui admisit: licèt ex eadem causa: vt ff. de adult. l. denunciasse. §. penu. ADDITIO. Videas de hoc pleniùs per Bart. in l. ij. §. j. ff. vi bo. rapt. in ij. col. versi. quæro vtrum probationes. &c.

m ¶ Differatur. puniri & dic in terminum litis, id est, post finem litis ciuilis, & sequentis criminalis.

stium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio[r] deditos luere perpetrata censemus. Quòd si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palàm est secundùm legem [f] Iuliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate non vti: seruos verò, quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo [t] post sententiam dedi. Viles autem, infaméque personæ [u], & hi qui bis aut sæpiùs [x] violentiam perpetrasse conuincentur, constitutionum diuinalium pœna [y] teneantur iudicem verò nosse oportet, quòd graui infamia † sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunitate [z] donauerit, aut molliorē quàm præstituimus pœnam protulerit. Dat. Prid. Non. Mar. Med. Valentiniano. A. IIII. & Neoterio Coss.

Par crimen est rapere, & rapinam scienter receptare. Bald.

IX. *Impp.* HONORIVS & THEODOS. AA. *Aurelio.* P.P.

CRimen [a] non dissimile est rapere, & ei qui rapuit, raptam rem scientem delictum seruare. Dat. III. Non. Mart. Honorio. IX. & Theodo. VI. AA. Coss.

Malandrinos & homines malæ conditionis quis non debet retinere, nec receptare: aliàs punitur. Baldus.

n ¶ Principali. s. de possessione ciuiliter.

o ¶ Iudicatum. s. subsequenter in criminali.

p ¶ Abrogatu. tacitè: vt ℥. si reus vel accusa. mor. fue. l. fin. Sed quæro, si incōtinenti recupero, an desino vsucapere? Item an habeat locum pœna legis, si quis in tantam? Respon. nec desino vsucapere, nec locum habet. l. si quis in tantam.

SEruos.] CASVS. Si seruus commisit vim, aut ignorante domino, aut sciente primo casu dabitur seruus vltimo supplicio. secundo casu dominus erit infamis, & seruus in metallum dabitur. si verò persona domini vilis fuerit, & sæpius tale delictum commiserit: pœna constitutionibus comprehensa puniendus est. quæ ista sit, non aperit: tu dic pœna capitis, vel l. Iul. de vi. iudex verò qui id exequi distulit, infamis erit.

† Iudex sine causa minuēs pœnas legibus cōstitutas infamia notatur vt hic: alibi eadem pœna punitur qua reus esset puniendus l. j. in §. i. Ne sacrum baptisma. v. Romanum singulari 77.

q ¶ Confessionibus. spontaneis. vel si in tormentis, ita quòd perseuerent: vt ff. de quæstio. l. j. §. diuus Seuerus. & §. si quis vltro.

r ¶ Supplicio. s. mortis: vt ff. de pœnis. l. vltimum. ¶ Et sic nota quòd plus [a] serui quàm liberi puniuntur: vt patet supra eodem. l. si criminis. in princip.

a Serui grauiùs puniuntur quàm liberi.

s ¶ Secundum legem vt ff. ad legem Iul. de vi priuata. l. ij.

t ¶ Metallo. in [b] aliquo ergo parcitur etiam in atrocioribus, si domino pareant: vt & supra ad leg. Iuliam de adulter. l. Gracchus. & facit supra de ...oxalibus. l. seruum.

b Mitius puniuntur serui si domino pareant, etiam in atrocioribus. v. quæ scripsi ad Gloss. l. 2. in verbo relegatione ℥. de sepulcro violato.

u ¶ Infaméque persona. s. dominorum. nam supra in dignitate e...ant. ¶ Et sic nota, plus vilem [c] quàm nobilem ex æquali facto ...uniri: vt hic, & ff. de incend. rui. l. Pedius.

c Nobiles mitiùs puniūtur ex eodem delicto quàm serui.

x ¶ Sæpius. Not. plus puniri [d] sæpius delinquentem. sic ℥. de episcop. ...dien. l. iij. in fin.

d Punitur grauius delinquēs quàm qui semel.

y ¶ Pœna. quia fortè capite puniuntur, secundū quosdam, vel fal...em pœna huius l. de vi. & etiam secundū Azo. fortè pro vi pri...ata deportabitur: vt sic in aliquo augeatur. & facit ad l. qui senten...am. ℥. de pœnis. & ff. de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu. & de actio. & obliga. ...eruus.

z ¶ Impunitate. absoluendo. Accurs.

¶ CRimen. Malam facit grammaticam. nam deberet crimi...a dicere. hoc modo: hæc duo, scilicet rapere, & seruare raptori raptam scienter, non sunt dissimilia crimina. sic & ibi, ...ctum est vespere & mane dies vnus. Quia ergo est æquale cri...en, videtur æqualis pœna: vt supra de episc. & cleri. l. si quemquam. in ...e. & infra de his qui latro. occul. l. j. sed tamen hic est contra. argu. ℥. ...u. j. § pœnas. vel secundùm Azo. sic, si ponas aliquem rapere, & ...ium scientem delictum seruare rem raptam raptori alterum ...imen prædictorum nō est alteri dissimile. & sic est bona gram...atica.

Omnibus.

Omnibus.] CASVS. Prohibet imperator ne quis secũ habeat tales, qui transeuntes spoliant: & is pœnam centum librarum auri præter aliam pœnam corporalem imponit. iudex autem qui hoc obseruari non fecerit, pœna centum librarum auri multabitur.

† De Isauris latronibus seu pastoribus eorumque grassandi consuetudine. vide Ammianum Marcellinum latissimè disputantem. Contius.

a ¶ *Buccellarios.* latrones[a] sunt, quia minimis inceperũt, putà à bucella panis. Vel verius: quia ponunt in ore captorũ lignum, vt non clamẽt: vt de conuersis sancti Lazari factum fuit.

a B cellarij qui sunt.

b ¶ *Isauros.* qui[b] sunt perfidiores latrones alijs: *vt supra de feriis. l. per prouinciarum.*

b Liberi qui sunt.

c ¶ *In speculis.* sic ↄ. *de priua. car. l. j. & facit in authẽ. de armis. in prin. col. vj.*

c adde Bossium in praxi. titulo de Raptu mulieris 14.

DE RAPTV[c] VIRginum, seu viduarum &c.

d Continuatio.

Specialiter[d] de quadã rapina vel violentia dicit post generalem tractatum de vi.

Raptores.] Ista lex habet principaliter duas partes: quia primo loquitur de pœna imponenda ratione huius criminis in persona raptoris. Secũdo loquitur de pœna imponẽda raptori in bonis. Secunda incipit ibi, & si quidem. Prima pars facit quatuor: quia primo præmittit crimen detestatũ. Secundo, pro crimine isto imponitur pœna capitalis. Tertio dat licentiam quibusdã occidendi raptores inuẽtos in crimine. Quarto monet iudicẽ quòd comprehẽdat raptores fugientes, & quòd omnes vltimo tradat supplicio, fori declinatione & appellatione remotis. h. d. Bal.] CASVS. Si quis virginem rapuerit, vel viduã vel sanctimonialẽ, capite plectẽdus est: & si velit appellare, non audietur: bona tamen eius nõ applicabuntur fisco, sed dabuntur raptæ: vel disponat de his secundum quod voluerit: & poterit nubere cui voluerit, rapto re excepto. & non solũ prædicta pœna punietur raptor, sed eius fautores, siue volente siue nolente muliere tale facinus fuerit perpetratũ. Si verò fuerit seruus, qui tale quid admise-

† ad verbum eodem edit. l. raptores. T. de episc. & cler.

1. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. *Nicostrato præfecto prætorio.*

Omnib[9] per ciuitates & agros habẽdi Bucellarios[a], vel Isauros, †[b] armatósque seruos licentiã volumus esse præclusam. Quòd si q s præter hæc quæ nostra mãsuetudo salubriter ordinauit, armata mãcipia, seu Bucellarios aut Isauros in suis prædiis, aut iuxta se habere tentauerit, post exactam centũ librarũ auri cõdemnationem, vindictã in eos seuerissimã ꝑferri sancim⁹. Viri quoq, clarissimi prouinciarum rectores in speculis[c] esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ mãsuetudinis in aliquo violare: scientes quòd ex dissimulatione, dignitatis & administrationis cingulo priuabũtur, & post centũ librarũ auri multã, salutis vitæq; suæ periculũ sustinebunt: primatibus videlicet apparitionis suæ personis præter amissionem fortunarum suarũ capitali quoque supplicio feriendis. Dat. V. Kal. Septembr. Anthemio. A. II. Conss.

TITVLVS XIII.

DE RAPTV VIRGInum, seu viduarum, necnon sanctimonialium.

Pro raptu mulieris honestæ imponitur pœna amissionis capitis. Et deprehensum in flagranti crimine, id est, in instanti, potest à coniunctis personis, & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impunè, & fugiens vbicunque comprehendi potest: & debet ad mortem damnari. Res verò rapientium non publicantur, sed si rapta non sit ingenua, successoribus reseruantur. si autem sit ingenua, ipsi applicantur: & pœna quæ imponitur rapienti, imponitur præstantibus eidem auxilium & fauorem in ipso raptu: & rapta non potest nubere raptori, hoc dicit tota lex in effectu: & hoc vltimũ dictum debet præcedere primũ dictum. Bal.

1. Imp. IVSTINIANVS A. *Hermogeni magistro officiorum.*

Raptores † virginũ honestarũ[d], vel ingenuarũ, siue iã despõsatæ fuerint, siue non, vel quarumlibet viduarũ[e] fœminarũ, licèt libertinæ vel seruæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio[f] plectendos decernimus: & maximè si Deo fuerint virgines vel viduæ dedicatæ: quod non solùm ad iniuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur: maximè cùm virginitas vel castitas corrupta restitui non possit[g]. † Et meritò mortis damnantur supplicio: cùm nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui[h]. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, vt hi qui huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium inuasionis tempore præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrãti crimine comprehensi, & à parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis, aut à tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis, conuicti interficiantur[i]. Quæ multò magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere: quia duplici tenentur crimine, tam adulterij [scilicet][e] quàm rapinæ: & oportet acerbius adulterij crimen ex hac adiectione puniri. Quibus[k] connumeramus etiã eum qui saltem sponsam suam[l] per vim rapere ausus fuerit. Sin autem post commissum tã detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga † euadere potuerit: in hac quidẽ regia vrbe tam viri excelsi præfecti prætorio, quàm vir gloriosissimus præfectus vrbis: in prouinciis autem tam viri eminẽtissimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quàm magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, nécnon vir spectabilis præfectus Ægypti, & comes Orientis, & vicarij, & proconsules, & nihilominus omnes viri spectabiles & duces, & viri clarissimi rectores prouinciarum, nécnon alij cuiuslibet ordinis iudices qui in illis locis inuenti fuerint, simile studium cum magna solicitudine adhibeant, vt eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas & iuri cognitas probationes sine fori præscriptione[m] durissimis pœnis afficiant: & mortis condemnent supplicio. Quibus & si appellare voluerint, nullam damus licentiam[n], secundùm antiquæ Constantinianæ † legis definitionem.

Hæc est secunda pars principalis, in qua tractat de bonis raptoris, distinguens inter raptam non ingenuã & ingenua: prohibet etiam nuptias cum raptoribus. Item di-

rit, concremabitur, abolitis his quæ de raptore virginum antiquis legib⁹ statuta sunt, & hæc l. suam obtinentẽ firmitatem.

d ¶ *Virginum honestarum.* secus[a] est in meretrice: *vt supra ad legem Iuliam de adult. l. quæ adulterium. & ff. de furtis l. verum. §. &* determinat hæc dictio[b] honestarum, etiam sequentia. ¶ Sed nónne hæc est lex superflua, per illam supra *de episc. & cler. l. raptores?* Respond. non: quia multa sunt hîc quæ non sunt ibi, & de nupta, & de sponsa, & de libertina, & de parẽtibus, & de rapta quòd non possit nubere raptori.

e ¶ *Viduarum.* quæ[c] autẽ sint & dicantur viduæ, dicitur. *ff. de verb. signif. l. malum. §. viduæ.*

f ¶ *Capitis supplicio. vt & ff. ad leg. Iuliam de vi publ. l. qui cœtu. §. qui vacantem.*

g ¶ *Restitui non possit.*[d] etiã à Deo secundùm Aug. licèt omnia Deo sint possibilia: *vt xxxij. q. v. c. si Paulus.* sed illud aliter ibi exponitur: & à Deo potest[e] restitui, nõ ab homine: *vt hic.*

h ¶ *Vacui.*[f] cùm plerũque in talibus rapinis homicidia perpetrentur.

i ¶ *Conuicti interficiantur.* hoc ipso quòd inueniũtur in flagrãti crimine. *& facit ff. de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio.* ¶ Sed an idem si cognatus patiatur rapinam, ꝙ eius cognati[g] possint resistere? Respond. sic: vt nota. *ff. de vi & vi arma. l. iij. §. cum igitur.* ADDITIO. Videas de hoc plenè per Barto. *in l. vt vim. ff. de iust. & iure. in vltim. col. versic. quæritur glo. quid de offensis &c.* vbi tenet quòd etiam extraneus[h] quis potest vim patientem defendere.

k ¶ *Quibus.* raptoribus.

l ¶ *Sponsam suam.* idem ecõtra si spõsa[i] vel mulier rapiat hominem, licèt[k] hoc raro contingat, secundùm Io. Sed huic videtur contra. *xxxvj. q. j. c. ij. & q. ij. c. si quis virginem. & xxvij. q. ij. raptor.*

m ¶ *Sine fori præscriptione.* alterius. nam & hîc ratione[l] delicti forum habet: *vt ↄ. vbi de crimine agi oportet. l. j. & ↄ. vbi senatores vel clar. l. j.*

n ¶ *Nullã damus licentiã.*

† Contra. ps. dist. ff. Paulus. & Ols. in c. 2. de ... de diga.

a Raptum nõ committi in meretricem hinc colligũt.

b Honestarum mulierum appellatione scorta non cõtinentur.

c Viduæ quæ dicantur.

d Fictionem non admitti circa essentiã facti. hinc colliga Alberic. in l. si is qui 15. ff. de vsucap. in fin.

e Virginitas à Deo restitui potest, non ab homine.

f Raptor quasi homicida.

g Hinc colliguut, fugã nõ probare delictum, cuius sententia nulla sit amplitiones vide apud Petrum Ducas regula 389.

g Cognationẽ per cognatos quibus quid ab alio eripitur, iure licet defendere.

h Vim patientem etiam extraneum, licet extraneo defendere.

i Hinc colligunt, fœminino masculinũ posse concipi seu comprehendi, & sic e dem ratio in masculo quæ in fœmina. vide de Decius in l. 120. in ff. de regul. Verũ nihil tale ex hoc loco potest colligi, sed contrarium potius colligitur masculino fœmininũ contineri, cum hic casum quã in masculos ... ad fœminas. Accursius extendit.

k Frequentia tius vlus gratia cõstituta locũ etiam habebit in talibus non ... a Decianus ... de consilio num. 148.

l Forum sortimus ratione delicti.

vt huic pœnæ omnes subiaceant, siue volentibus[f] siue nolentibus virginibus, siue aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptores metu vel atrocitate pœnæ ab huiusmodi facinore se temperauerint, nulli mulieri siue volenti, siue nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle[g] mulierum ab insidiis nequissimi hominis, q meditat rapinā inducit. Nisi etenim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circūuenerit, nō facit eā velle in tantū dedecus sese prodere: parētibus (quorū maximè vindicta intererat) si patientiā præbuerint, ac dolorē remiserint[h], deportatione plectendis. Sed & si quis inter hæc ministeria seruilis conditionis fuerit cōprehensus *, citra sexus discretionē eum concremari iubemus, cū hoc etiā Constantiniana * lege rectè fuerit prospectum, omnib[9] legis Iuliæ capitulis quæ de raptu virginum, vel viduarum, siue sanctimonialium, siue antiquis legum libris, siue in sacris constitutionibus posita sunt de cætero abolitis, vt hæc tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus etiā virginibus & viduis locum habere sancimus. D.XV.Kal.Dec. Constantinop.DN.Iustiniano.A.PP.II. Conss.

Sed P. dicebat licere modicè, vt emendando: & sic intelligebat hîc, immodicè verò non licèt: *vt hic subijcit, nec verò &c.* & subsequenter videtur dicere, *vt ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. l. j. §. fin. & instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. sed hoc tēpore. in fi.* nisi cū sua, *vt ff. de verbo. obligat. l. qui seruum merentem. & de legat. j. l. quid ergo. §. j.*

n ¶ *Tetra.* i. pessima.

o ¶ *Virus.* veneni species.

p ¶ *Sanie.* i. putredine.

q ¶ *Sæuitia.* sic crudeliter, vt de barbaro fieret, *& fa. ff. de iniur. l. itē apud. §. adiicitur. & j. de malef. & mathe. l. si excepta.*

DE EMENDATIOne propinquorum.

Quia emendatio propinquorum adhibetur, quorum quædam illicita celebratur, de emendatione propinquorum. Azo.

In corrigendis.] CASVS. Frater fratrē pro qualitate delicti punire vel corrigere potest: ita tamen, quòd modum non excedat, sed si excedat, à iudice est puniendus.

* deprehensus in omnibus manuscript.

* l. 1. C. T. eo. tit.

TITVLVS XIIII.
DE EMENDATIONE SERVORVM.

Dominus seruum potest castigare, siue emendare, sed non potest ipsum dolo malo occidere. h. d. & no. in hac l. quot modis homo potest occidi. Baldus.

1. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Bassum.*

SI quis. [i] Duo facit, quia primo dat cōsilium per viam iuris. Secundo punit eū qui suo suscepto consilio superbiam sequitur voluntatis. secunda ibi, quòd si omissa. secundùm Odof. & Cy. CASVS. istius legis ponitur in glo. sed clarius dic sic. Licèt de possessione fundi me expulisti, an agere possim ciuiliter interdicto vnde vi, vel criminaliter *l. Iul. de vi.* quo casu nisi probauero, sustinebo pœnam talionis: si verò te deiecero restituam tibi possessionem, & me accusabis l. Iul. de vi. & differtur pœna mea quousque de possessione fuerit agitatum. & si contra me fuerit pronunciatum in causa criminali, deportationis pœnam sustinebo, omnibus bonis meis confiscatis. Viuia.

f ¶*Si quis ad se fundū.* de fundo quē possidebā, me deiecisti: debeo vel ciuiliter, scilicet petitorio vel possessorio repetere, vel criminalem accusationem de vi instituere & inscribere. Si autem ex interuallo mea auctoritate te deiecero, ages cōtra me de violenta possessione per interdictum vnde vi: & postea criminaliter de vi me accusabis, & vsque tunc differetur pœnæ impositio.
t ¶*Quodcunque aliud.* vineam vel domum.

a Ex mandato rei turpis aduersus mandatarium agi nō potest. ad de Clarum §. fin. quæ. 89.
b Promissio turpis non obligat.
c Possidentis conditio potior est in causa turpi.
d Punitur interdū affectus vltra quàm se extendat.
e Voluntas & propositum non semper distinguunt maleficia.
f Ignorans interdum punitur.
† Co. Th. lib. 9. titu. 10. l. 1. sed paulo aliter.
g Pœna vis priuatæ relegatio.
h Pœna vis publicæ, deportatio.
i Spoliatus regulariter anne omnia restituendus. quibus casibus fallat hæc sententia vide apud Marsiliū singulari 199.
s C. Th. 9. 10. 3.
e. l. pen. de pign. (margin)

dum: *vt ī. de prob. l. fina.* & poterit multis ex causis vincere, qui amisit. licèt ex eadem causa: *vt ff. de adult. l. denunciasse. §. penu.* ADDITIO. Videas de hoc plenè per Bart. *in l. ij. §. j. ff. vi bo. rapt. in iij. col. versi. quæro vtrum probatiores.* &c.

m ¶ *Differatur.* puniri & dic in terminum litis, id est, post finem litis ciuilis, & sequentis criminalis.

stium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio[r] deditos luere perpetrata censemus. Quòd si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palá est secundú legem [f] Iuliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate non vti: seruos verò, quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo [t] post sententiam dedi. Viles autem, infaméque personæ [u], & hi qui bis aut sæpius [x] violentiam perpetrasse conuincentur, constitutionum diuinalium pœna [y] teneantur iudicem verò nosse oportet, quòd graui infamia † sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunitate [z] donauerit, aut molliore quàm præstituimus pœnam protulerit. Dat. Prid. Non. Mar. Med. Valentiniano. A. IIII. & Neoterio Coss.

Par crimen est rapere, & rapinam scienter receptare. Bald.

IX. *Impp.* HONORIVS & THEODOS. AA. *Aurelio.* P.P.

CRimen [a] non dissimile est rapere, & ei qui rapuit, raptam rem scientem delictum seruare. Dat. III. Non. Mart. Honorio. IX. & Theodo. VI. AA. Coss.

Malandrinos & homines malæ conditionis quis non debet retinere, nec receptare: aliàs punitur. Baldus.

n ¶ *Principali.* s. de possessione ciuiliter.

o ¶ *Iudicatum.* s. subsequenter in criminali.

p ¶ *Abrogatis.* tacitè: *vt s. si reus vel accusa. mor. fue. l. fin.* Sed quæro, si incótinenti recupero, an desino vsucapere? Item an habeat locum pœna legis, si quis in tantam? Respon. nec desino vsucapere, nec locum habet. l. si quis in tantam.

SEruos.] CASVS. Si seruus commisit vim, aut ignorante domino, aut sciente primo casu dabitur seruus vltimo supplicio. secundo casu dominus erit infamis, & seruus in metallum dabitur. si verò persona domini vilis fuerit, & sæpius tale delictum commiserit: pœna constitutionibus comprehensa puniendus est. quæ ista sit, non aperit: tu dic pœna capitis, vel l. Iul. de vi. iudex verò qui id exequi distulit, infamis erit.

q ¶ *Confessionibus.* spontaneis. vel si in tormentis, ita quòd perseuerent: *vt ff. de quæstio. l. j. §. diuus Seuerus. & §. si quis vltro.*

r ¶ *Supplicio.* s. mortis: vt ff. de pœnis. l. vltimum. ¶ Et sic nota quòd plus [a] serui quàm liberi puniuntur: *vt patet supra eodem. l. si crimina. in princip.*

f ¶ *Secundum legem vt ff. ad legem Iul. de vi priuata. l. ij.*

t ¶ *Metallo.* in [b] aliquo ergo parcitur etiam in atrocioribus, si domino pareant: *vt & supra ad leg. Iuliam de adulter. l. Gracchus. & facit supra de noxalibus. l. seruum.*

u ¶ *Infaméque personæ.* s. dominorum. nam supra in dignitate erant. ¶ Et sic nota, plus vilem [c] quàm nobilem ex æquali facto puniri: *vt hic, & ff. de incend. rui. l. Pedius.*

x ¶ *Sæpius.* Not. plus puniri [d] sæpius delinquentem. *sic ī. de episcop. audien. l. iij. in fin.*

y ¶ *Pœna.* quia fortè capite puniuntur, secundú quosdam, vel saltem pœna huius l. de vi. & etiam secundú Azo. fortè pro vi priuata deportabitur: vt sic in aliquo augeatur. *& facit ad l. qui sententiam. j. de pœnis. & ff. de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu. & de actio. & oblig. l. seruus.*

z ¶ *Impunitate.* absoluendo. Accurs.

a ¶ CRimen. Malam facit grammaticam. nam deberet crimina dicere. hoc modo: hæc duo, scilicet rapere, & seruare raptori raptam scienter, non sunt dissimilia crimina. sic & ibi, Factum est vespere & mane dies vnus. Quia ergo est æquale crimen, videtur æqualis pœna: *vt supra de episc. & cleri. l. si quemquam. in fine. & infra de his qui latro. occul. l. j.* sed tamen hic est contra. argu. *j. titu. j. § pœnas.* vel secundùm Azo. sic, si ponas aliquem rapere, & alium scientem delictum seruare rem raptam raptori alterum crimen prædictorum nó est alteri dissimile. & sic est bona grammatica.

† Iudex sine causa minuēs pœnas legibus cóstitutas infamia notatur vt hîc: alibi eadem pœna punitur qua reus esset puniendus *l. j. in fi. ī. Ne sacrum baptisma. v. Romanum singulari 77.*

a Serui grauius puniuntur quàm liberi.

b Mitius puniuntur serui si domino pareant, etiam in atrocioribus. *v. quasi rispi ad Gloss. l. 2. in verbo relegatus ī. de sepulcro violato.*

c Nobiles mitius puniũtur ex eodem delicto quàm serui.

d Punitur grauius delinquēs quàm qui semel.

OMnibus.] CASVS. Prohibet imperator ne quis secũ habeat tales, qui transeuntes spoliant: & is pœnam centum librarum auri præter aliam pœnam corporalem imponit. iudex autem qui hoc obseruari non fecerit, pœna centum librarum auri multabitur.

† De Isauris latronibus seu pastoribus corúmque grassandi consuetudine. vide Ammianum Marcellinum latissimè disputantem. Contius.

a ¶ *Bucellarios*. latrones[a] sunt, qui à minimis inceperũt, putà à bucella panis. Vel verius: quia ponunt in ore captorũ lignum, vt non clamẽt: vt de conuersis sancti Lazari factum fuit.

a B cellarij qui sunt.

b ¶ *Isauros*. qui[b] sunt perfidiores latrones alijs: *vt supra de feriis. l. prouinciarum.*

b Isauri qui sunt.

c ¶ *In speculis*. sic *s. de priua. car. l. j. & facit in auth. de armis. in prin. col. vj.*

DE RAPTV[c] VIRginum, seu viduarum &c.

c adde Bossium in praxi. titulo de Raptu mulieris 14.

Specialiter[d] de quadã rapina vel violentia dicit post generalem tractatum de vi.

d Continuatio.

RAptores.] Ista lex habet principaliter duas partes: quia primo loquitur de pœna imponenda ratione huius criminis in persona raptoris. Secũdo loquitur de pœna imponẽda raptori in bonis. Secunda incipit ibi, & si quidem. Prima pars facit quatuor: quia primo præmittit crimen detestatũ. Secundo, pro crimine isto imponitur pœna capitalis. Tertio dat licentiam quibusdã occidendi raptores inuẽtos in crimine. Quarto monet iudicẽ quòd comprehẽdat raptores fugientes, & quòd omnes vltimo tradat supplicio, fori declinatione & appellatione remotis. h. d. Bal.] CASVS. Si quis virginem rapuerit, vel viduã vel sanctimonialẽ, capite plectẽdus est: & si velit appellare. non audietur: bona tamen eius nõ applicabuntur fisco, sed dabuntur raptæ: vel disponat de his secundum quod voluerit: & poterit nubere cui voluerit, rapto re excepto. & non solũ prædicta pœna punietur raptor, sed eius fautores, siue volente siue nolente muliere tale facinus fuerit perpetratũ. Si verò fuerit seruus, qui tale quid admiserit, concremabitur, abolitis his quæ de raptore virginum antiquis legib[9] statuta sunt, & hac l. suam obtinente firmitatem.

† ad verbum eodem tit. l. raptores. s. de episc. & cleri.

1. Imp. LEO & ANTHEMIVS AA. *Nicostrato præfecto prætorio.*

OMnib[9] per ciuitates & agros habẽdi Bucellarios[a], vel Isauros, †[b] armatósque seruos licentiã volumus esse præclusam. Quòd si q̃s præter hæc quæ nostra mãsuetudo salubriter ordinauit, armata mãcipia, seu Bucellarios aut Isauros in suis prædiis, aut iuxta se habere tentauerit, post exactam centũ librarũ auri cõdemnationem, vindictã in eos seuerissimã ꝓferri sancim[9]. Viri quoq; clarissimi prouinciarum rectores in speculis[c] esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ mãsuetudinis in aliquo violare: scientes quòd ex dissimulatione, dignitatis & administrationis cingulo priuabũtur, & post centũ librarũ auri multã, salutis vitæq; suæ periculũ sustinebunt: primatibus videlicet apparitionis suæ personis præter amissionem fortunarum suarũ capitali quoque supplicio feriendis. Dat. V. Kal. Septembr. Anthemio. A. II. Conss.

TITVLVS XIII. DE RAPTV VIRGINUM, seu viduarum, necnon sanctimonialium.

Pro raptu mulieris honestæ imponitur pœna amißionis capitis. Et deprehensum in flagranti crimine, id est, in instanti, potest à coniunctis personis, & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impunè, & fugiens vbicunque comprehendi potest: & debet ad mortem damnari. Res verò rapientium non publicantur, sed si rapta non sit ingenua, successoribus reseruantur. si autem sit ingenua, ipsi applicantur: & pœna quæ imponitur rapienti, imponitur præstantibus eidem auxilium & fauorem in ipso raptu: & rapta non potest nubere raptori, hoc dicit tota lex in effectu: & hoc vltimũ dictum debet præcedere primũ dictum. Bal.

1. Imp. IVSTINIANVS A. *Hermogeni magistro officiorum.*

RAPTORES † virginũ honestarũ[d], vel ingenuarũ, siue iã despõsatæ fuerint, siue non, vel quarumlibet viduarũ[e] fœminarũ, licèt libertinæ vel seruæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio[f] plectendos decernimus: & maximè si Deo fuerint virgines vel viduæ dedicatæ: quod non solùm ad iniuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur: maximè cùm virginitas vel castitas corrupta restitui non possit[g]. † Et meritò mortis damnantur supplicio: cùm nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui[h]. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, vt hi qui huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium inuasionis tempore præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrãti crimine comprehensi, & à parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis, aut à tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis, conuicti interficiantur[i]. Quæ multò magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere: quia duplici tenentur crimine, tam adulterij [scilicet][*] quàm rapinæ: & oportet acerbius adulterij crimen ex hac adiectione puniri. Quibus[k] connumeramus etiã eum qui saltem sponsam suam[l] per vim rapere ausus fuerit. Sin autem post commissum tã detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga † euadere potuerit: in hac quidẽ regia vrbe tam viri excelsi prẽfecti prętorio, quàm vir gloriosissimus præfectus vrbi: in prouinciis autem tam viri eminẽtissimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quàm magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, nécnon vir spectabilis præfectus Ægypti, & comes Orientis, & vicarij, & proconsules, & nihilominus omnes viri spectabiles & duces, & viri clarissimi rectores prouinciarum, nécnon alij cuiuslibet ordinis iudices qui in illis locis inuenti fuerint, simile studium cum magna solicitudine adhibeant, vt eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas & iuri cognitas probationes sine fori præscriptione[m] durissimis pœnis afficiant: & mortis condemnent supplicio. Quibus & si appellare voluerint, nullam damus licentiam[n], secundùm antiquæ Constantinianæ † legis definitionem.

Hæc est secunda pars principalis, in qua tractat de bonis raptoris, distinguens inter raptum non ingenuæ & ingenuæ: prohibet etiam nuptias cum raptoribus. Item di-

d ¶ *Virginum honestarum.* secus[a] est in meretrice: *vt supra ad legem Iuliam de adult. l. quæ adulterium. & ff. de furtis. l. verum. ij.* & determinat hæc dictio[b] honestarum, etiam sequentia. ¶ Sed nónne hęc est lex superflua, per illam supra *de episc. & cleri. l. raptores?* Respond. non: quia multa sunt hic quæ non sunt ibi, & de nupta, & de sponsa, & de libertina, & de parẽtibus, & de rapta quòd non possit nubere raptori.

e ¶ *Viduarum.* quæ[c] autẽ sint & dicantur viduæ, dicitur. *ff. de verb. signif. l. malum. §. viduæ.*

f ¶ *Capitis supplicio. vt & ff. ad leg. Iuliam de vi publi. l. qui cœtu. §. qui vacantem.*

g ¶ *Restitui non possit.* de[d]cẽt à Deo secundũ Aug: licèt omnia Deo sint possibilia: *vt xxxij. q. v. sin. cap. si Paulus.* sed illud aliter ibi exponitur: & à Deo potest[e] restitui, nõ ab homine: *vt hic.*

h ¶ *Vacui.*[f] cùm plerũque in talibus rapinis homicidia perpetrentur.

i ¶ *Conuicti interficiantur.* hoc ipso quòd inueniũtur in flagrãti crimine. *& facit ff. de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio.* ¶ Sed an idem si cognatus patiatur rapinam, q̃ eius cognati[g] possint resistere? Respond. sic: vt nota. *ff. de vi & vi arma. l. iij. §. cum igitur.* ADDITIO. Videas de hoc plenè per Barto. *in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. in vltim. col. versic. quærit glo. quid de offensis &c.* vbi tenet quòd etiam extraneus[h] quis potest vim patientem defendere.

k ¶ *Quibus.* raptoribus.

l ¶ *Sponsam suam.* idem ecõtra si spõsa[i] vel mulier rapiat hominem, licèt[k] hoc raro contingat, secundùm Io. Sed huic videtur contra. *xxxvj. q. j. c. ij. & q. ij. c. si quis virginem. & xxvij. q. ij. raptus.*

m ¶ *Sine fori præscriptione.* alterius. nam & hic ratione[l] delicti forum habet: *vt s. vbi de crimine agi oportet. l. j. & s. vbi senatores vel cla. l. j.*

n ¶ *Nullã damus licentiã.*

† Concor. c. q. v. f. Paulus. & Gle. in c. 2. extra de dig.

a Raptum nõ committi in meretricem hinc colligas.

b Honestarum mulierum appellatione scorta non continentur.

c Viduæ quæ dicantur.

d Fictionem non admitti circa essentiã facti. hinc colligit Alberic.[9] in l. si is qui. 15. ff. de vsucap. in fin.

* deest.

e Virginitas à Deo restitui potest, non ab homine.

f Raptor quasi homicida.

g Hinc colliguns, fugã nõ probare delictum. cuius sententiæ multas ampliationes vide apud PetrumDuenaset. regula 389.

g Cognationẽ per cognatos quibus quid ab alio eripitur, iure licẽt defendere.

h Vim patientem etiam extraneum, licet extraneo defendere.

i Hinc colligunt, fœmininos masculino posse concipi seu comprehendi, si est idem ratio in masculo quam in fœmina. vt de Decuri. l. si de re militari. Verũ nihil tale ex hoc loco potest colligi, sed contrariũ potius colligitur masculino fœminino non contineri, cum hic casum qui masculos pertinet, ad fœminas Accursius extendat.

k Frequentiorẽ vsus gratia cõstitura loco etiam habent in casu non ita frequẽti. vide Extrau. ad de conflit. num. 148.

l Forum sortiri ratione delicti.

† l. 5. C. T. ad io

a ¶ *Senioribus propinquis.* vt reuerenda senectus.

b ¶ *Iure patrio.* quod [a] potius in pietate quàm in atrocitate consistit: *vt ff. de parricid. l. diuus.*

c ¶ *Atrocitas.* id est, si sic grauiter deliquit quòd nõ sufficit ad pœnam correctio propinquorum punit iudex. Vel dic atrocitas facti, id est, correctionis: quia excessit [b] modũ in corrigendo, vnde punitur: vt si est pater qui filium occidit ex voluntate, punitur de parricidio: *vt infra titu. ij.* alias non tenetur. sed si sine causa malè tractat, cogitur emancipare: *vt ff. si à parente quis fuerit ma. l. diuus Traianus.* Alij propinqui pro motu iudicis: *vt hic dicit.*

a Patria potestas in pietate consistere debet, non in atrocitate.

b Pater filium occidens, vel eum malè tractans, qualiter punitur.

IN corrigendis minoribus pro qualitate delicti seniorib[a] propinquis [c] tribuimus potestatem: vt quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat: neque nos in puniendis minorum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio[b] auctoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduersione compescat. Quòd si atrocitas[c] facti † i[y] domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. D. Prid. Kal. April. Valentiniano & Valente. AA. Conss.

TITVLVS XVI.

AD † LEGEM CORneliam de sicariis.

Probans non animo occidendi se percussisse, non punitur pœna homicidij, sed minori. Baldus.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Herculiano & aliis militibus.*

FRATER † vester rectius fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit [d]. Qui si probauerit † non occidendi[e] animo hominem à se percussum esse: remissa[f] homicidij pœna, secundùm disciplinam militarem[g] sententiã proferet. crimen enim contrahitur, si & voluntas [h] nocendi intercedat. Cæterum ea quæ ex improuiso casu potius quàm fraude accidunt, fato plerunque [i] non noxæ imputantur. PP. II. Kalend. Febr. Læto. II. & Cereale Conss.

Aggressus in dubio vitæ discrimine constitutus, potest suum occidere aggressorem, si ergo erat certus quod non erat in dubio discrimine vitæ, non potuisset occidere aggressorem, quia excederet modum. Baldus.

AD LEGEM CORneliam de sicariis [c].

Quia in violentiis committitur homicidium: de eo dicit, quod per legem Corneliam de sicariis punitur. Et est sica latens cultrus sed largè interpretatur telum, vt: omnia arma comprehendat. vt insti. de publi. iudi. §. item lex Cornelia.

c vide Bossium in praxi. crimi. tit. de homicidio & de mandato ad homicidium.

Sica.

† Olim, nella atrocitas facti hoc ius excedebat. nam de crimine læsæ maiestatis iudicium dome sticum exercuit in filios suos Brutus apud Liuium & Dionys. sed hodie post legẽ Pompeiam & alias Scta. non licet dominis seruos bestiis tradere, sed modicè castigare. *ff. circumcidere ff. ad leg. Corn. de sicar.* † *vide interpretationem Marsilij ad hunc tit.* † *vide Marsi. ad hanc legem.*

FRater.] CASVS. Miles fortuito casu quendam interfecit: præses pro eo misit, nec venit. frater suus consuluit principem an expediret ut se præsentaret? Resp. quòd sic: quia non punitur de homicidio, si probet se casualiter interfecisse: quia sine voluntate non contrahitur crimen. Vin.

d ¶ *Obtulerit.* quàm si celet se.

e ¶ *Non occidendi animo.* Sed quomodo probatur negatiua, [d] *vt supra de probat. l. actor?* Respond. per præsumptiones, [e] probando amicitiam, & affinitatem, [f] & qualitatem occidentis, & etiam per iuramentũ purgationis: *vt argu. ff. de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. si cubi. fic & ff. de in iur. l. si non conuicij.* Accur.

f ¶ *Remissa.* Not. impropriè. nam in eam non incidit. *sic ff. de verb. oblig. l. decem.*

g ¶ *Militarem.* Qualiter consulitur ei vt sit sub præside, cum miles erat: *vt ff. de iurisd. omn. iud. l. magisterio?* Respon. quia enorme est delictum: *vt supra vbi sena. vel clar. l. j.* Vel adeò notorium erat eum esse innoxium, vt etiam sub præside nõ suo iudice consulatur ei vt consentiat.

h ¶ *Si & voluntas.* hoc est, vt habeat locum lex Corn. de sica. *vt & ff. eo. l. j. §. diuus. & l. lege. & l. infans. & argum. ff. de iniur. l. qui iniuriarum. & institu. de oblig. quæ ex delicto. §. placuit. & ff. de pœnis. l. respiciendum. §. finali.* culpa tamen contrahitur etiam sine voluntate delinquendi: *vt ff. ad legem Aquiliam. l. qui occidit. §. penult. & ff. de minor. l. si ex causa. §. si mulier.*

i ¶ *Plerunque.* hoc dicit, quia qui hominem per lasciuiã occidit, in aliquo punitur: *vt ff. eodem. l. lege. §. cum quidam.* Item qui incendia fortuita commisit: *vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. qui ob inimicitias.* Item commentariensis tenetur, qui non benè custodiuit: *vt ff. de custo. reo. l. carceri. & supra de custo. reo. l. ad commentariensem.* ¶ Et nota quòd non dicit hic casu fortuito, sed [a] improuiso: vnde omnia exempla possunt dari ad dictionem plerunque, quæ habes: *ff. de inoff. præfecti præt. Orien. l. si quos.*

† Nam omne malum prauè præsumitur eodem. concor. c. cũ. Gl. super verbo, ludens. extra de præsum.

d Negatiua quemadmodũ probetur. adde Martinũ de Fano. tract. de probat. Negatiua vide l. actor 23. & ibi Accur. l. de probat. & vol. penult. ff. de terra admetat.

e Præsumitur animus occidendi ex conjectatis. homicidium commissum in persona alicui amici aut cognati præsumitur casuale, non dolo malo factũ. vide Ranchinum r. consul. 9. adde Socinum 591. vbi notat rationem coniunctionis vel sanguinis præsumptionem colligi adde eundẽ regula 94. vbi notat doli præsumptionẽ & homicidij tolli verisimilitudine contraria. adde Mascardum tit. de pœnis in praxi.

Codex.

IS qui aggressorem.] CASVS. Si Titius aggrediatur Seium, & interficiatur Titius, non tenebitur Seius. l. Cornel. de sica.

II. *Imp.* GORDIANVS A. *Quintiano.*

IS qui aggressorem [k] vel quẽcunque alium [l] in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. III. Non. April. Ariano & Pappo Conss.

Potest quis gladio propriam salutem defendere, & repellere aggressorem. h. d. Et not. hanc legem, & vide quæ scribit Innocen. extra de restitu. spolia. cap. olim. I. Baldus.

III. *Idem A. Quintiano.*

SI [l] † quis percussorem ad se venientem, gladio repulerit: non vt homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur [m].

Licet occidere latronem telo resistentem. Bal.

III. *Imp.* GALLIENVS A. *Monatio.*

SI † (vt allegas) latrocinantẽ [n] peremisti: dubium non est, eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, iure cæsum videri. PP. XIII. Kalend. Februar. Valerio & Lucillo Conss.

Non præsumitur quòd ille qui cum calce solo percussit, percusserit animo † occidendi: si ipse hoc allegat, quòd non percusseris animo occidendi. Bal.

V. *Exemplum sacrarum liter.* DIOCLET. *& MAXIM. AA. & CC. Agatho*[*].

EVm qui adseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito [*] fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione quã ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id quod adnotatione [o] nostra comprehẽsum est, volumus liberari. Dat. VII. Kalend. Decembr. Sirmij, ipsis. AA. IIII. & III. Conss.

k ¶ *Is qui aggressorem.* intelligunt [b] quidam, id est, eum qui vel nocturnus depopulator est, vel de die itinera frequentata insidiis obsedit: *vt supra quando lic. vni. sine iudi. l. j.* 2 Vel dic etiam alium qui insultum faciat: dummodo ad defendendum, non vindicandum fiat: *vt hic. & j. l. proxim. & diximus supra ad legem Iuliam de vi. l. quoniam.*

l ¶ *Alium.* qui cum aggressore sit socius. [c] Vel vt puto, etiam non socius: cũ dicat in discrimine eum constitutum. *& facit ff. eo. l. j. in fin. & ff. ad legem Aquil. l. si quis fumo. §. j.*

m ¶ *Peccasse videtur.* *vt supra l. proxi. & ff. ad legem Aquiliam. l. sed & si quemcunque. in prin.*

SI vt.] CASVS. Si furripientem res tuas interfecisti, nec lege Cornel. de sicariis teneberis.

n ¶ *Latrocinantem.* id [d] est, aggressorem: *vt s. l. proxima.* Vel dic, id est, furem: & si [e] quidem est nocturnus, ipsum occido: vel si se telo defendat, vel si sine periculo personæ vel rerum parcere ei non potui: dummodo clam est. si verò diurnus, ita demum si se telo defendat, *vt percipi potest. ff. ad leg. Aquiliam. l. itaque. §. lex. & ff. eodem. l. furem. & ff. de fur. l. si pignus. §. j.* nam tempus [f] aggrauat delictum: *vt supra ad legem Iuliam de adulter. l. Gracchus. & ff. de pœnis. l. aut facta. §. j. & §. tempus.* Præterea [g] in die potest cognosci: vnde non sic nocet si euadit, cùm postea possit capi. ADDITIO. Videas text. *in cap. interfecisti. & ibi Abba. & in c. si perfodiens. extra de homicidio.*

EVm qui.] CASVS. Si quis fortuito casu percussit quendam calce, & interfectus est: nunquid tenetur lege Cornelia de sica. quæritur? Et respon. quòd non.

o ¶ *Adnotatione.* iste amiserat bona per adnotationem: [h] quia vocatus ab Imperatore, noluit venire: postea venit, & probauit se non esse homicidam, & ita recuperauit. Azo. ¶ Sed qualiter negatiua [i] probabitur? Dic vt dixi supra *eod. l. j.* vel dic quòd alij indulserat.

SI quis.] CASVS. Minor quendam interfecit: vult se excusare eo prætextu, quòd minus teneatur l. Cornelia. quia minor: an sit audiendus, quæritur? Et dicitur quòd non, nisi probet se ignorantem esse.

a Casus fortuiti & improuisi differentia. Ipsa casus hic est culpa quæ dedit occasionem casui omissis: his denique imprudentia accidit, vt hic adde Barto. in l. quod Nerua. ff. depositi. Bald. d. vers. i. ex temp. appellat. Petrum Gamarram de fortuitus amierum. parte 3. numero 66.

b Aggressor quis.

c Homicidij non teneri eũ qui occidit med atorem, quo occurrẽte non poterat occidere aliter mortem effugere. Inde colligit Angelus & post eum Rauennas in Alphabeto aureo, in verbo Mediator.

† Vide Marsi. hic.

† Vide Marsi. hic.

d Latrocinans pro aggressore & fure.

e Furem an & quãdo liceat occidere.

† Qui non occidit ex proposito, nõ punitur de homicidio.

* Agathodia. al. Agathodio. al. Agathelio.

f Pœna ex tẽpore augetur. Iunge l. 1. § 1. ff. et de eo qui cuiusmodi vel eiusdem percuss.

g Mitius agitur cum fure diurno, quàm nocturno.

h Citati contumacis ac rei de homicidio bona adnotãtur. venies tamen intra annum ea recuperat: postea non nisi ex principis indulgentia. vide Marsi. hic.

i Negatiua quemadmodũ probetur.

Solu. dic quòd hæc illam corrigit. Vel hîc in ascendentibus, & descendentibus: illud in aliis ibi numeratis personis. Vel potest intelligi puniri lege Cornelia de sicariis, sed non accusari: vt tamen pœna vnius sufficiat: vel licet teneantur omnes tanquam parricidæ, diuersæ tamen pœnæ imponuntur secundũ personarũ diuersitatem: quæ idem est cum secunda.

Si quis parentis, aut filij, aut omnino adfectionis[l] †eius quæ nũcupatione parricidij continet, fata properauerit† [k]: siue clã, siue palã id enisus fuerit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neq; ignib[9], neq; vlli alij solẽni pœnæ [l] subiuget, sed insutus culleo cum cane & gallo gallinaceo[m], & vipera & simia, & inter eas ferales angustias cõprehensus, serpẽtium cõtuberniis misceat: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnẽ [n] ꝓiiciat: vt omni elemẽtorũ[o] vsu viuus carere incipiat, & ei cœlũ[p] superstiti, terra mortuo [q] auferatur. Dat. XI. Kal. Decẽb. Licinio V. & Crispo Coss. [Accep. Prid. Id. Mart. Carthagine, Cõstãtino. A. V. & Licinio Cęs. Coss.]

m ¶ *Insutus culleo cum cane & gallo gallinaceo.* Gallinaceo, id est, castrato: & sic vili, quem dicunt fortius pugnare cum serpente. Vel dic gallinaceo, quia gallinas amat: vt vir vxori[9], qui fœminas diligit, vt in odis Horatij.

n ¶ *In amnem.* si neutrum. proximum est, subiiciatur bestiis: *vt ff. eodem l. penult.*

o ¶ *Elementorum.* sed nónne vtitur aqua? Respond. hoc est ei ad pœnam.

p ¶ *Cœlum.* cũ sit in sacco de corio, qui culleus dicitur.

q ¶ *Terra mortuo.* cum in aquam iactetur.

† al. affinitatis eius quæ nuncupatione parentum continetur &c.

† al. præparauerit, rectè.

TITVLVS XVIII. DE* MALEFICIS, ET matematicis [r], & cæteris similibus.†

Atrocius est venerare, quàm occidere gladio. Baldus.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Titio.*

Plus est[s] hominem extinguere veneno, quã occidere gladio. PP. sine die & consule.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Tiberio.*

Artem Geometriæ[t] discere atque exercere publicè interest. Ars autem Matematica damnabilis est, & interdicta omnino. S. XIII. Kal. Septembr. Sirmij. CC. Coss.

Diuinatores concrementur: & eos euocantes, cum publicatione bonorum deportentur. Salyc.

III. CONSTANTINVS A. *ad Maximum.*†

Nullus aruspex[u], nullus sacerdos [x], nullus eorũ qui huic ritui adsolent ministrare, ad limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia (quãuis vetus) repellatur: concremãdo illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum aduocauerit suasionibus vel præmiis. Accusatorem autem huiusmodi criminis [y], non

DE MALEFICIIS, [a] & mathematicis &c.

Dictũ est s. de homicidiis: sed quia homicidia quandoque committuntur veneno, & arte magica, ideo de his ponit. Azo.

r ¶ Matematicis. *sine aspiratione debet esse, alioquin quadriuium significat. prima breuis est, & altera longa. Azo. Vnde versus: Scire facit mathesis, sed diuinare matesis.*

s ¶ *Plus est.* id est, atrocius: & tenetur Cornelia de sicariis: *vt hîc, & ff. ad legem Cornel. de sicariis l. eiusdem. in princ.* Accurs.

ARtem Geometriæ.] CASVS. Discere & docere Geometriã non est prohibitum, sed diuinare sic.

t ¶ *Artem Geometriæ.* i. de mensura terræ.

NVllus.] CASVS. Incantator vel aruspex ad domum alterius accedere non debet: quod si fecerit, cõcremabitur. & qui eum receperit, deportabitur: & omnia sua bona confiscabuntur: & qui talem accusauerit, crimen delatoris non incurret, sed præmium accipiet. Viuia.

u ¶ *Nullum aruspex* i. momẽtorum inspector vel horarum, quo puncto aliquid sit inchoandum dicens. Et dicitur ab aue, & inspicio: quia ex auium garritu quandoque percipiunt.

x ¶ *Sacerdos.* id est, doctor necromantiæ.

y ¶ *Criminis.* hoc est, qui accusat aruspicem. Acc.

a *adde Bossium in prax. titulo de sortilegiis & Mathematicis 48.*

* confer Nomocano. tit. 9. c. 25. vbi hic titulus explicatur Contius.

† Tacitus li. 9. narrat Consultis in P. Martium Magum extra portam Esquilinam more prisco animaduersisse, cũ classicũ canere iussissent. Item aliũ magũ nomine Pituanium à saxo deiectũ esse. Itẽ multa facta SCta. de magis Italia pellendis. Cont.

† *Cod. Th. li. 9. tit. 16. l. 1.*

Eorum

Eorum.] casvs. Ille puniendus est, qui per artem Magicam cõtra hominũ salutem aliquid machinatus est: vel animos mulierũ ad impudicitiam prouocauit. ille verò qui per incantationem suã grandines vel intemperiem aeris, quo magis fructus saluentur, sedauerit: puniendus non est.

a ¶ *Pudicos.* sic ff. *de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.*

b ¶ *Criminationibus.* id est, accusationibus.

Nemo.] casvs. nullus debet consulere incantatorem de his quæ futura sunt: nec Chaldæos, nec maleficos: & qui contra fecerit, vltore gladio capitali pœnæ subiacebit. Viuianus.

† Hæc posterior legis pars reiecta est ex lib. Basil. tanquam iniqua.

c ¶ *Ariolum.* id est, aris vel altaribus & sacrificiis dæmonum deseruientem. Accursius.

d ¶ *Chaldæi.* id est, incantatores.

e ¶ *Curiositas.* non enim est nostrũ nosse tẽpora vel momenta, quæ &c.

f ¶ *Supplicio capitis.* quia concremabitur: vel dẽtibus ferarum dabitur dilacerandus. Vel debet deportari, vel[a] decapitari: *vt j. eo. l. nullus. & l. j. & j. l. proxi. & l. etsi excepta. & l. fin. quæ omnes sunt pœnæ capitales.* Sed iniuriarum non tenetur si quis furem dixerit in diuinando: *vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis astrologus: & facit j. de paganis & sacrifi. l. ij.*

a Atque ita capitalis pœna simpliciter posita videtur relata ad pœnam decapitationis. vt hic. adde l. sum autem. §. capitalem. & ibi Bald. ff. de adilitio.

* Ex Co. Th. ibid. l. 4. sed mirum est quod Valentinian. l. 9. e. tit. ait, Haruspicinã aut aliquam præterea à maiorib. cõcessam, â se non poni in aliquo genere criminis, nec à se reprehendi: sed nocenter exerceri vetari. vnde manifestum imperatorem quamuis Christianum aliquas reseruasse superstitionis veteris reliquias. Cont.

† Malè dixi in notis hic.

Multi.] casvs. Si aliquis in necem alicuius dęmones inuocauerit, & consuluerit, capite punietur.

g ¶ *Non dubitant.* pingendo imaginem ceræ.

h ¶ *Manibus.* id est, diis infernalibus.

i ¶ *Ventilare.* id est, elementa mouere.

k ¶ *Feralis.* id est, ea morte qua bestiæ. i. gladio.

Et si excepta.] casvs. Licèt homines in dignitate constituti pro crimine torqueri non debeant, exceptis quibusdam, scilicet læsæ maiesta. & falsi. *vt j. de falsis. l. si quis de crimine.* non debent tamen, si in comitatu principis aliquis aruspex, vel mathematicus, vel consimilis inueniatur, licèt in dignitate fuerint constituti, propter hoc tormenta effugere.

* l. ij. ibid.

delatorem esse, sed dignũ magis premio arbitramur. PP. Kalen. Febr. Romæ, Constantino. A. V. & Licinio Cæs. Conss.

Facientes incantationes ad finem mali, sunt puniendi: non si faciant ad finem boni. de iure verò canonico, etiam si faciant ad finem boni xxvj. quæst. ij. c. illos. & ca. ex tuarum. extra de sortilegis. & ca. si. eo. tit. vbi glo. Bartol. & Salyc.

IIII. Idem A. & C. ad Bassum præfectum vrbi.

Eorum est sciẽtia punienda, & seuerissimis meritò legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos[a] animos ad libidinem deflexisse detegentur. Nullis † verò criminationibus[b] implicanda sunt remedia humanis quæsita corporib⁹, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinísque lapidatione quaterentur: quibus non cuiusquam salus aut æstimatio læderet, sed quorũ proficerent actus ne diuina munera & labores hominum sternerentur. Data. X. Kal. Iun. Aquileiæ. Crispo. & Constantio Cæs. Conss.

Nullus debet consulere diuinatorem: & quilibet à diuinando debet cessare: & contra faciens punitur. Salycetus.

V. Imp. Constantinus A. & Iulianus Cæs. ad populum.*

Nemo aruspicem cõsulat, nemo mathematicum, nemo ariolum[c]. Augurum & vatũ praua confessio conticescat. Chaldei[d] ac magi, & cęteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partẽ aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas[e]. Etenim supplicio capitis[f] ferietur gladio vltore prostratus, quicunq; iussis nostris obsequium denegauerit. Da. VIII. Kalend. Febr. Mediolani, Constantio. A. VIIII. & Iuliano Cæs. Conss.

Qui dæmones inuocant, vel imagines cereas incantant, puniuntur. Salycetus.

VI. Idem A. & C. ad populum.

Multi* magicis artibus vsi, elementa turbare, vitã insontium labefactare non dubitant[g], & Manibus[h] accitis audent ventilare[i], vt quisque suos cõficiat malis artibus inimicos. hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis[k] pestis absumat. Dat. Prid. Non. Decẽb. Med. Constantio. A. IX. & Iuliano. II. Conss.

Nulla dignitas excusat maleficos & mathematicos, quin subijciãtur tormentis. Baldus. Vel sic: Priuilegio à tormentis exempti, de crimine malefico vel magico accusati possunt sine præiudicio torqueri: & culpabiles inuenti, sunt puniendi. Salycetus.

VII. Iidem A. & C. ad Taurum præfectum prætorio.†

Et si excepta † tormentis sunt corpora honoribus præditorum[l], præter illa videlicet crimina quæ legibus demonstrantur[m]: etsi homines magi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt: quoniam tamen qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodũ maiestatem: si quis magus, vel magicis carminibus adsuetus qui maleficus vulgi consuetudine nuncupat', aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur, vel mathematicus, aut enarrandis somniis occultans artem aliquam diuinandi, aut certè aliquid horum simile exercens, in comitatu meo vel Cæsaris fuerit[n] deprehẽsus, præsidio dignitatis exutus, cruciat' & tormenta non fugiat[o]. Si verò cõuictus[p] fuerit, & ad proprium facinus detegentibus[q] repugnauerit pernegando: sit eculeo deditus, vngulísque sulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore. Data. III. Non. Iulij Arimini, Titiano & Cereale Conss.

Ars Magica non potest disci, nec doceri. Salycetus.

VIII. Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Modestum præfectum prætorio.*

Culpa[r] similis est, tam prohibita discere, quàm docere. Dat. Prid. Id. Decemb. Constantinop. Valentiniano & Valente. AA. Conss.

Maleficum licet cuicunque capere, & iudici præsentare, sed nemini licet occidere. Bald.

IX. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Albino præfecto prætorio.

Quicũq; maleficiorũ labe pollutũ audierit, deprehenderit, occupauerit: illico ad publicum pertrahat, & iudicũ oculis cõmunis hostem salutis ostẽdat. Quòd si quisquã ex agitatorib⁹ (id est aurigis*) seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictũ venire tentauerit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit[s]: vltimum supplicium non euadat, geminæ suspicioni obnoxius, quòd aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, seueritati legum & debitæ subtraxerit quæstioni: aut proprium forsitan inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine consilio atrociore[t] confecerit. Dat. XVII. Kalend. Septembr. Romæ, Timasio & Promoto Conss.

l ¶ *Præditorum. vt infra de quæstio. l. milites. & l. decuriones.*

m ¶ *Demonstrantur.* scilicet specialiter, vt in crimine læsæ maiestatis: *vt supra ad legem Iul. maiest. l. nullus.* & falsi: *vt infra de fal. l. si quis decurio.* & priuati carceris: *vt j. de priu. carce. l. j.*

n ¶ *Vel Cæsaris fuerit.* vel dic pro id est.

† C. T. ibid. l. 6.

o ¶ *Non fugiat.* ille mathematicus, sic contra seipsum torquetur.

† Manel. pulchrè declarat Alciat. in annot. in posteriores tres lib. C. super l. meritò, uncos.

p ¶ *Conuictus.* per testes. Accurs.

q ¶ *Detegentibus.* testibus. Accurs.

Culpa.] casvs. Similis culpa est tã phibita discere[a] quàm docere. Viuianus.

a Paria sunt prohibita discere & docere.

r ¶ *Culpa.* sic[b] ergo & pœna: *vt j. de episc. & cleric. l. si quenquam.* Sed contra *j. de hæretic. l. quicunque prope finem.* Solue vt ibi.

b Pœna ibi par esse debet, vbi par culpa est.

Quicunque.] casvs. Si aliquis maleficiorum labe pollutum audierit, & deprehenderit, statim ad iudicem eum ducat: & si quis plaustrarius talem oppresserit, vel si quis alius vltimo supplicio punitur.

s ¶ *Oppresserit.* id est, occiderit.

t ¶ *Atrociore.* quàm debet.

DE SEPVLCHRO violato.

De[c] viuis violatis dixit: nunc de mortuis. & eorum domibus, scilicet sepulchris: vt infra eodem. l. si quis sepulchrum.

c Chalcondil.

* C. T. ibid. l. in fin.

* C. Th. ibid.

* Quidam [illegible]

ferendo.

c ¶ *Distrahere*. cōtrectādo. ¶ Sed quid si vendidit & emptor tetigit volente venditore, an venditor tenetur? Resp. sic: *vt argu supra de acqui. pos. l. minus*. Idem dicunt quidam si tantū vendidit, & nemo contrectauit, per legem istam.

d ¶ *Non subsistat*. inter scientes, vel emptore solo sciente: *vt ff. de contrahen. empt. l. iij. & l. sequen. & l. liberi. instit. de contrahen. empt. §. fin. & ad hoc facit supra de adult. l. cum. & de exec. tuto. l. amplissimi*.

e ¶ *Crimen*. scilicet quasi [a] sacrilegij: quod crimen minus punit quàm si verū [b] sacrilegium esset auferēdo sacrum de sacro: & magis [c] quàm si fecisset furtum: *vt arg. ff. ad legem Iul. pecul. l. sacrilegi capite. in principio*. Azo. & oritur [d] ex hoc crimine actio ciuilis [e], non legis Aquiliæ, sed interdictū quod vi aut clam: *vt ff. eod. l. ij.* Item & actio in factum similiter ciuilis, quæ extraneo in centum aureis datur: ei ad quem res pertinet, ad interesse datur: vt tamen non minus quàm in centum aureos. Si autem alius habitat sepulchrum, indistinctè in cc. aureos agitur: *vt ff. eodem. l. iij. in principio. §. j. & iij. & §. qui de sepulchro*. & prædicta præstantur actori. Criminaliter [f] datur in viginti libris auri dandis fisco: *vt dices infra eodem. l. si quis sepulchrum*. quandoque in plus: *vt ff. eodem. l. fina. & dices infra eodem. l. qui sepulchra*. ¶ Sed si ille cuius interest, violauerit, an teneatur? Respond. sic: *vt ff. si ser. vin. l. altius*.

a Quasi sacrilegium minus punitur verò sacrilegio.
b Verum sacrilegium committitur, cum auferetur sacrū de sacro.
c Sacrilegium furto punitur grauius.
d Sepulchri violati nomine duæ actiones competūt ciuilis & criminalis.
e Sepulchri violati actio ciuilis quæ & qualis.
† C. T. 9. 17. 3.
f Sepulchri violati actio criminalis quæ & qualis.
† In C. Th. viribus. Contra gl. in atrocioribus delictis mitius agitur cū seruis si domino patiente: & talis similis est Gloss. in l. seruos. 8. in verbo mitius. & ad l. Iul. de vi publica. Gloss. in l. 1. in verbo ob temperare ff. de noxalib. act. Gl. & ad l. seruus. 20. ff. de obligat. & act. l. ad ea. 199 ff. de regul. iu. Ita adde Tiraquellū. vnde de pœnis tempe. randis causa 34. vbi multis disputat an pœna sit remittēda aut minuēda ei qui delinquerit mādato principis, patris, magistri vel alterius superioris: a quibus pœna non omnino remittitur ob iussum superioris: vide quæ scripsi in Gloss. ad l. liber homo 37. ff. ad l. Aquil. Gl. l. vlt. in fin. ff. de bonis damnator.

TITVLVS XIX.

DE SEPVLCHRO violato.

Contrectans res effectas religiosas tenetur crimine læsæ religionis: nec excusat eum titulus, cum sit nullus. Bald.

I. *Imp.* GORD. A. *Zenoni*.

RES religioni destinatas, quinimo [a] iam religionis effectas, scientes qui contigerint [b], & emere & distrahere [c] non dubitauerint: tametsi iure venditio non subsistat [d], læsæ tamen religionis inciderūt in crimen [e]. PP. III. Kal. Mar. Sabino. II. & Venusto Cōs.

Proprius motus aggrauat delictum, sed iussus domini ipsum attenuat: & confiscari debet ædificium in quo aliquid facit sacrum ædificari. Bald. Vel sic: Seruus demoliens sepulchrum domino inscio, damnatur in metallum: si verò eo conscio, relegatur: & locus ad quem aliquid de sepulchro exportauit, publicatur. Salyc.

II. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Tatianum præfect. vrbi*. †

SI seruus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur. Sin verò domini auctoritate vel iussione vrgetur, relegatione [f] plectatur. Etsi fortè detractum aliquid de sepulchro ad domū eius villámque prouectum reperitur: villa, siue domus, aut ædificium [g] quodcunque erit, fisci iuribus † vindicetur. Da. VII. Idus Iul. Acindyno & Proculo Conss.

Iudex qui negligit punire violatorem sepulchri, debet condemnari

III. *Idem A. ad Limenium præfectū prætorio*.

SI quis sepulchrum violaturus attigerit, locorum iudices si hoc vindicare neglexerint [h], non minus quàm viginti librarum auri in sepulchrorum violatores [i] statuta pœna multentur: vt eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. V. Kalend. April. Limenio & Catulino Conss.

Violator sepulchri intelligitur offendere mortuum & viuentem: & punitur in decem libris auri, & in omni alia pœna antiquitus constituta. idem est in violatore cadaueris & reliquiarum. Bald.

IIII. *Idem A. ad populum*. †

QVi sepulchra violant, domos [k] (vt ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare. nam sepultos spoliant destruendo [l], & viuos polluunt fabricando [m]. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa vel marmora vel columnas, aliámve quancunque materiam fabricandi gratia: siue id fecerit venditurus, decē pondo [n] auri cogatur fisco inferre: siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quicunque [o] alius accusauerit, vel ad officium [p] nunciauerit: quæ pœna priscæ seueritati accedit. Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violātibus videtur impositum [q]. Huic autem pœnæ subiacebunt & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint. Dat. Idib. Iun. Mediolani, Constantio. IX. & Iuliano Cæs. Conss.

viginti libræ auri: quod non placet, cùm pondo & libra idem significet: *vt ff. de leg. j. l. si ex toto. §. fina.* Dic ergo quòd decem [a] pondo sit pœna in violatores, in iudicem viginti libræ auri: vt si neglexerint vindicare, statuta pœna in violatores, quæ est decem pondo auri, non minus, &c.

a Sepulchri violati pœna criminalis quæ. adde Glo. l. 1. in verbis crimen. l. eodem. adde Gloss. 1. in verbo centum aureorum ff. eo.

QVi sepulchra.] CASVS. Sepulchrorū violator duplex facinus committit, scilicet spoliando mortuum, & viuum polluendo. vnde qui aliquid à sepulchro subtraxerit, in decem pondo auri multabitur.

† C. Th. 9. 17. 2.

k ¶ *Domos*. vnde illud, Sepulchra eorum, domus eorum in æternum.

l ¶ *Destruendo*. sepulchra.

m ¶ *Fabricando*. id est, faciendo alibi fabricari de materia inde sumpta. Vel dic artifices quos adhibent domini sepulchri ad reædificandum.

n ¶ *Decem pondo*. Contra supra l. proxi. Solu. vt ibi.

o ¶ *Quicunque*. cum is ad quem ea res pertinet, agere nollet: *vt ff. eo. l. iij. in princ.*

p ¶ *Officium*. aliàs officio: vel aliàs officium: vt quia sit notorium: *vt supra de accusatio. l. ea quidem*.

q ¶ *Videtur impositum*. quod secundùm diuersitatem personarum & factorum imponitur: *vt ff. eodem. l. iij. §. aduersus. & l. fin. & l. sepulchra*. Pecuniaria quoque imponitur: *vt ff. eod. l. iij. §. aduersus*. quandoque centum, quandoque ducentorum aureorum: *vt dixi supra eodem. l. j.* ¶ Sed qualiter pœna huius legis, vel illa centum aureorum imponitur, si ponas eum deportari vel decapitari, cum omnia eius bona publicantur? Respond. ea non publicari. *sic supra de maleri. qua ser. pro se. l. j. & supra de raptu virgin. l. vnica. §. & si quidem*. Vel aliàs si conueniatur ciuiliter, subibit hanc pœnam: quæ succedit in locum illius quæ olim erat statuta tacitè. si criminaliter, subibit eam quæ statuitur. *ff. eodem. l. fina*. Vel illa pœna corporalis habet locum in casu speciali, quando scilicet corpus ipsum est mutum. ADDITIO. Habes hic quòd licet per legem nouam imponatur aliqua pœna noua pecuniaria, non propter hoc tollatur antiqua lex quæ imponit pœnam corporalem? Ex quo infert Bartolus hic, quod si statutum pro homicidio imponat pœnam pecuniariam: non propterea tollitur pœna legis Corneliæ de sicariis. tamen si quis condemnatur vigore statuti quod imponit pœnam pecuniariam, tollitur condemnatio quæ resultabat ex lege Cornelia de sicariis: quia senatus voluit ne quis ob idē crimen duabus legibus fiat reus: *vt l. senatus*.

SI seruus.] CASVS. Si nesciente domino seruus sepulchrum spoliauerit, in metallum condemnabitur: si sciente domino, relegabitur. si ad domum domini aliquid apportatum est, domus confiscabitur. Viuianus.

f ¶ *Relegatione*. & sic in aliquo etiam in atrocioribus mitius [a] cum seruis agitur, si domino parent: *vt & supra ad legem Iuliam de vi. l. seruos*. Sed videtur hæc pœna non imponi seruo: *vt ff. de accusatio. l. hos accusare. §. in omnibus*. Solu. quod ibi dicit, sicut relegatio: subaudi, quæ cadit in personam seruorum. Vel aliter durior relegatio imponitur ei: *vt ibi in fin. §.* sed quidam libri non habent ibi non.

g ¶ *Ædificium*. sic & *infra de sal. mo. l. j. & supra de incest. nupt. l. si quis incest. & infra de his qui latro. vel al. l. ij. in fin.* ¶ Et nota quòd si seruus inhabitat, non est actio noxalis, sed accusatio: *vt ff. eod. l. iij. §. fin.*

SI quis.] CASVS. Si iudex sepulchrorum violatorem punire

natu. ff. de accusa. de quo vide latius per eundem Bartol. *in l. j. ff. de vi bonorum rap.*

PErgit.] CASVS. Sacrilegium committit qui sepulchrum euertit, id est ornamenta ex tricliniis sepulcrorum rapit. Viuian.

a ¶ *Pergit audacia.* i. pergunt audaces: & sic ponitur[a] qualitas pro quali, vel contentum pro continente.

a Qualitas pro quali interdũ ponitur.

Propriè sacrilegium est defraudare defunctorum corpora vel sepulturam. Bald. Vel sic: Remouens sepulchri ornamenta, punitur vt sacrilegus. Salyc.

v. *Imp.* IVLIANVS A. *ad populum.*†

PErgit audacia[a] ad busta[b] defunctorum *, & aggeres[c] consecratos: cum[d] & lapidem hinc mouere, & terram euertere, & cespitem euellere, proximum sacrilegio maiores nostri semper habuerint[e]: sed & ornaméta quædam tricliniis[f] aut porticibus auferre de sepulchris[g]. Quibus[h] primo consulentes, ne in piaculum[i] incidat contaminata religio defunctorum: hoc fieri prohibemus, pœna sacrilegij cohibentes. † Dat. Prid. Id. Februa. Antiochiæ. Iuliano. A. IIII. & Sallustio Coss.

† C. T. 9. 17. 5.

* idem functorum.

b ¶ *Ad busta.* id est persulta corpora, & in cinerem redacta: quia cinis in arcula aliqua reponebatur: & idem si ad sepulchrum hodie eatur. Accur.

c ¶ *Aggeres.* i. valla quę causa munitionis sepulchri fiebant, & sepulchra circundabant.

d ¶ *Cum.* pro quamuis.

e ¶ *Habuerint.* Sed[b] quomodo, cum sacrilegio imponatur pœna capitis, aut subiicitur bestiis, aut deportatur, aut in metallum datur secundùm qualitatem personæ & delicti: *vt ff. de cri. sacrileg. l. sacrilegij pœnam. & leg. sacrilegi capite.* hic autem relegantur vel deportantur, quãdocunque causa mouentur: *vt ff. eod. l. finali?* Respon. non dicit eandem semper, sed quandoque: vt in deportatione. & hoc dicit proximum[c] sacrilegio, &c.

b Sacrilegorũ pœna.

† Secundam ea. huius legis Iulianus quo prohibetur in exequiis confecta populi frequẽtia quasi à religione Christiana abhorrẽs, de tractatu Iustiniani.

c Proximum sacrilegio factum mitius punitur vero sacrilegio.

f ¶ *Tricliniis.* subaudi, & de ornaméntis sepulchri dicit. si autem veste[d] mortui auferat, siquidem vi armata, capite: si sine armis, metallo punitur: *vt ff. eod. l. iij. §. aduersus.*

d Veste mortuo auferentis pœna.

g ¶ *De sepulchris.* supple proximũ sacrilegio habuerunt maiores.

h ¶ *Quibus.* factis vel rebus.

i ¶ *In piaculũ.* Qualiter incidit in piaculum, id est in[e] crimen sanguine piandum: cum tantum in casu imponatur pœna sanguinis: *vt ff. eod. l. fina?* Respon. ideo dicit, quia per hoc posset perueniri ad id quod esset sanguine piandũ. Vel dic piandum, id est ad pietatem mouens. Accur.

e Piaculũ crimen sanguine piandum.

Ratione debiti sepulchra defunctorum non possunt impediri. & confessio, fideiussio vel solutio ex hoc extorta, debet viribus euacuari. Baldus. Vel sic: Propter debitum defuncti non potest eius sepultura impediri sub pœna quinquaginta librarum auri: quas si non potest soluere, luit in corpore: & cautiones, & confessiones, & exactiones ob hoc prius facta, ipso iure non nocent heredi. Salyc. Sed hodie serua authenticas hic positas. Salyc.

vi. *Imp.* IVSTINVS A. *Theodoro.*

a ¶ *Formam.* Sed nonne causa mulieris esse videtur, cũ de euictione teneatur? Respond. non tenebatur: vt distinguitur *j. de iure do. l. j.*

NEc exemplum.] CASVS. Impetraui rescriptum à principe vt delegaretur mihi iudex in causa quam habebam aduersus Titiũ in x. notarius comprehẽdit in rescripto. xxv. an prætextu[a] talis falsitatis debeat iudicis cognitio impediri? Dicitur quòd non. Vel dic aliter vt in gloss. Viuianus.

[a] Vt quis dicatur cõmittere falsum requiritur dolus, aliàs non dicitur committere falsum vt possit puniri. vt hic. Dolum enim interuenire in delictis respõsum est vtrique adeo vt etiam qui homicidium culpa admiserit, plecti non debeat quod maxime notandum, propter l. ff de le. gibus.

n ¶ *Commotus.* quia à quæstionibus non est incipiendum: *vt j. de quæst. l. j. & l. milites. & ff. de quæstio. l. j. in prin.*

EX initio.] CASVS. Fecisti confici instrumentum, in quo cõtinebatur quòd prædium meũ erat tuum: non propter hoc effectus es iust⁹ possessor: vnde potero te accusare de falso. Et si mulier dedit mihi fundum, & Titius fecit cõfici instrumentũ in quo cõtinebatur mulierem sibi Titio prius donasse: in quo instrumẽto mulier subscripsit, credens illud instrumẽtum esse epistolam:

b ¶ *Precum.* petit iudicem ad decem: scriba dixit de viginti vel moratoriam dilationem sex mensium petij: scribã scripsit septẽ mensium. procedit delegatus secundùm veritatem: *& supra de prec. imperat. offer. l. ij.* ¶ Et dicitur exemplum, quia in rescripto semper exemplificatur petitio: sicut in sententiis libellus. Vel dic quòd in his precibus fuit falsitas: quia dixi me prædium emisisse agens contra auctorem, vt mihi tradatur. cum donatum mihi esset: non tamen dolo. nõ differtur cognitio dati iudicis. se-

cus si dolo: vt hac l. innuitur: quia tunc rescriptum esset nullum: & sic iudex nullus: vt supra si contra ius vel vti. public. l. etsi legibus consentaneum. & ff. de pignor. act. leg. tutor. §. primo & extra de rescriptione super literis. ¶ Item nota hac lege falsum ª sine dolo non committi.

Si quis decurio.] CASVS. Tabellio aliquis multa fecit instrumẽta: postea creat' est decurio. de aliquo instrumẽto quod scripsit dũ erat tabellio, an ad eruẽdam veritatẽ torqueri possit non obstãte decurionatus dignitate, quæritur? Et dicitur quòd sic. Viuian.

a ¶ Scripserit voluntatẽ. nõ vt tabellio: nã ᵇ tabellio esse non potest: vt j. de decur. l. vniuersos. lib. x. quæ est contra. Vel dic, hic fuit, sed fieri nõ debuit. Vel nõ deberet fieri tabellio postquã fuit decurio: vt ibi. sed prius factus etiã postea potest conficere instrumentum: vt hic.

b ¶ Officium. dictãdi vel componendi, vel subscribendi.

c ¶ Moueatur. ei fortè.

d ¶ Seposito. sic s. de test. l. nullum.

e ¶ Permanet. ergo duplex ᵉ officiũ gerit, scilicet decurionatus, & tabellionatus seu scriptoris. & sic est arg. cõtra. ff. de pact. l. si plures. & facit j. de quæstio. l. decuriones. & l. milites.

f ¶ Nec vero is. s. quãdo post decurionatũ scripsit, nunc quãdo ante.

g ¶ Super his. scilicet instrumentis.

h ¶ Auctorem. ᵈ & ei soli ᵉ creditur: vt hic, & in authent. de fide instrument. §. si vero moriantur omnes. coll. vj. Sed contra s. de test. l. iurisiurandi. Sed hoc speciale. ¶ Item contra in authen. de hered. & Falcid. §. si verò absunt. colla. j. Sed ibi nõ de fide scripturæ, sed de solennitate agitur ᶠ. Quid autem si diffiteatur suam esse scripturam? Respon. suspecta fit: vt ff. quemadm. testa. ape. l. j. § fin.

XXI. Imp. CONSTANTINVS A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ & Brittiorum. †

SI quis decurio testamẽtum vel cõdicillos aut aliquam deficientis scripserit volũtatẽ ª, vel conscribendis publicis priuatisque instrumẽtis præbuerit officiũ ᵇ: si falsi quæstio moueatur ᶜ, decurionatus honore seposito ᵈ, quæstioni, (si ita poposcerit causa) subdatur: sed non statim desinit esse decurio, qui in huiusmodi facto fuerit deprehẽsus. Quantũ enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet ᵉ: quantũ od rem gestã & veritatẽ reserãdã, vti decurionatus honore non poterit. Nec verò is ᶠ q. ante fuerit tabellio, ad eludẽdã quæstionẽ super his ᵍ quç ante scripserit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: quoniã scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum debet probari auctorẽ. ʰ Dat. III. kalen. Febr. Sabino & Rufino Conss.

In crimine falsi acerrima fit indagatio, etiam per torturam: & non solum accusati, sed etiam accusantis. Nec iudex debet animi sui finalem motum exprimere nisi in prolatione sententiæ, quam proferre debet intra biennium à die exordij quæstionis: & secundum delicti atrocitatem reo conuicto, vel accusatori calumnianti pœna imponitur. Baldus.

XXII. Idem A. ad Maximum P. V. †

VBi falsi ⁱ examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumẽtis, testibus, scripturarũ collatione, aliisque vestigiis veritatis: nec accusatori ᵏ tantùm quæstio ˡ incũbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur ᵐ: sed inter vtrãque personã sit iudex medius ⁿ: nec vlla interlocutione ᵒ diuulget quç sentiat: sed tãquam ad imitationẽ relationis ᵖ, quæ solũ audiendi mandat officium, præbeat notionẽ: postrema sententia quid sibi liqueat prodíturus ᵠ. Vltimũ autẽ finẽ strepitus ʳ criminalis compẽdioso spacio ˢ limitamus quem ᵗ litigãtẽ † disceptantémque fas non sit excedere: cuius ᵘ exordiũ nascetur auspicio contestatæ ˣ accusationis apud iudicem competentem: post probationẽ supplicio capitali, si id exigat magnitudo commissi ʸ, vel deportatione ᶻ, ei qui falsum commiserit, imminente. P P. VIII. Kalend. April. in foro Traiani, Constantino. A. VII. & Constantio Cæs. Conss.

VBi.] CASVS. Si accuset aliquẽ q̃s de falso, debet iudex diligenter inuestigare veritatẽ per testes, & instrumenta, & scripturarũ collationem: & tã accusator quàm accusatus debet probationẽ inducere: & iudex debet causam definire & terminare non interloquendo: nec debet durare accusatio vltra biennium: & iudex debet pœnam imponere vel maiorem vel minorẽ: vel faciet reum deportari, si hoc exegerit qualitas delicti: vel decapitari si est seruus. Viuian.

i ¶ Vbi falsi. dic secundùm B. quòd vtebar instrumẽto contra te quod dicis falsum, & sic incidit quæstio falsi: pro quo facit verbum inciderit. sic supra de probat. l. iubemus. secundum vnum intellectum illius l. Sed Ioann. dicit quòd accusatio falsi directò hic proponebatur, pro quo est finis huius legis vbi dicit de pœna capitali imponenda: quia illa non debet imponi sine accusatore: vt ff. de mu. & honor. leg. rescripto. §. si quis accusatorem. cui tamen respond. Bart. quòd post finitam causam pecuniariam fuit instituta criminalis, & sic pœna secuta. Vel etiam speciale sit, vt sine accusatore procedat: vt & aliàs: vt ff. ad legem Iuliam de adulte. leg. ij. § si publico. & not. supra de proba. l. iubemus. Item pro Ioann. quia si ciuiliter ageretur: non acerrima, sed leuior fieret indago: vt infra leg. prox. Item quia non exigeretur probatio, nisi ab actore: vt supra de eden. l. qui accusare. nisi in excipiente: vt ff. de proba. l. in exceptionibus.

k ¶ Accusatori. qui falsum probat: ei tamen prius.

l ¶ Quæstio. id est falsitatis probatio. nõ autem de tormentis dicit.

m ¶ Indicatur. vt & j de aboli. l. fallaciter. secus in ciuili causa: vt s. de proba. l. actor. Accur.

n ¶ Medius. non ª declinãs ad dexteram vel sinistram: vt & in authent. iusiur. quod præstatur ab hu §. & æquus. coll. ij. Illud tamen verum est, quòd si accusator non probat, absoluitur reus.

o ¶ Nec vlla interlocutione. id est interlocutoria sententia non ostẽdat, sed per definitiuã suam voluntatẽ quam habet super crimine falsi cõdemnandi vel absoluẽdi: vt arg. ff. de arb. l. quæsit. & hoc ad imitationẽ, id est ad similitudinẽ.

p ¶ Relationis. id est de legationis quæ mandat tantùm officiũ audiendi, non definiendi: hoc est, sicut iudex ad quẽ causa mittitur vt de ea tantũ cognoscat & referat definiendam, non debet aliquid interloqui, sed tantum cognoscere: vt s. de rela. l. si quis. ita hic nulla interlocutione debet vti, p quã possit notum fieri quid sentiat: sed definitiuam det. hoc, si principaliter agit de falso, secundũ omnes. si autẽ incidenter, vt dixit B. tunc an debeat sup incidẽti iudicari, dic vt diximᵉ s. de ordi. iud. l. j. in fi.

q ¶ Proditurus. Sed si succubuit in ciuili, an aget in criminali? Ioan. sic: quia tãtum facit vel minus vbi succubuit, quãtum si soluisset. sed solutione facta agitur: vt j. quando ciui. ac pra. cri. l. j.

r ¶ Strepitus criminalis. id ᵇ est iudicij in quo strepitus fit confligentium, hoc est aduocatorum vel allegantium.

s ¶ Compendioso spacio. scilicet biennij: vt j. vt intra cer. temp. crimina. &c. l. fina.

t ¶ Quem. scilicet finem.

u ¶ Cuius. s. finis, id est exordium quod respicit finem & dic auspicio, id est initio.

x ¶ Contestatæ accusationis. id est ex die contestatæ litis. & dicitur initium, auspiciũ: quia veteres principia ab auspiciis & auguriis assumebant. Vel dic, cuius scilicet strepitus: Vel cuius scilicet accusationis.

y ¶ Commissi. quia est seruus, & ideo debet decapitari: vel quia est vsus falsis rescriptis sciens: vt s. eod. l. maiorem. & ff. eod. l. j. §. fin.

z ¶ Vel deportatione. vt d. l. ff. eod. l. j. §. fin.

ª Iudex neque ad dexteram neque ad sinistram declinare debet.

† Quia etiam reus probare tenetur: vt dicit gl. in c. illud quoque. extra de præsump.

† C. T. 9. 19. 4.

ᵇ Strepitus fit in iudicio.

De falso potest ciuiliter & criminaliter agi: & electa via ciuili, debet supersederi in criminali: sed ea finita, potest criminalis quæstio inchoari, & conuictus subiici pœnis legitimis. Salyc.

XXIII. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENT. AAA. ad Maximinum præfectum prætorio. †

DAmus licentiam litigantibus, si apud iudicẽ proferatur scriptura de qua oritur aliqua disputatio, profitendi verum de falso criminaliter statuat qui indubitet de instrumenti fide experiri, an ciuiliter. Quòd si expetens vindictam, falsi crimen intenderit, tunc quæstione ciuili ...

DAmus.] CASVS. Si proferatur instrumentum falsum: potest proferens criminaliter accusari. l. Cor. de falsis, ciuiliter actione in factum. Et si primo agatur criminaliter, suspenditur quæstio ciuilis quoad criminalis accipiat finem. in ciuili autem leuior

leuior procedat indagatio: quia in criminali vterque probat: in ciuili tantum actor. Viuian.

a ¶ *Quæstione ciuili.* super qua iudex primo aditus fuerat: quæ primo[a] debet terminari: *vt hic & ff. de iudic. l. qui prior.* Sed opponitur quia maior debet præcedere: *vt supra de ordi. iud. l. fina.* Sed respond. quia causa morandæ solutionis hic obiiciebatur crimē: *vt supra e. eo. l. y.* Vel hic prima facie instrumentū non apparebat esse falsum. Vel tertio dic q ciuiliter agebat de falso actione in factum: quod cum prius fuerat inchoatum, prius finiatur quàm criminaliter agatur. Quarti dicunt terminata, id est dilata per sententiam interlocutoriam. Nam criminalis est præponenda: aliàs dixi hoc tenere quando diuersis tēporibus incipit. Si autem simul ciuiliter & criminaliter incipiat, ponitur criminalis, *vt ff. de iud. l. si de vi. & supra de adult. l. adulterij.*

a Falsitas potest ciuiliter & criminaliter tractari.

b ¶ *Priuatas.* Sed cur hoc, cū nemini[b] præiudicet, si falsum priuatū scripsit instrumentum? Respon. quia quantum potui, crimen ad effectum produxi: *vt ff. de extraor. crimi. l. j.* Vel intellige de priuato tali, quod aliquid valet saltem ad comparationē: quia trium testium habet subscriptionē. Azo. *vt s. de fide instrumen. l. comparationes.*

b Falsi nemo puniri potest tametsi dolo se falsum cōmiserit si ex falso nemo læditur. *Vt post Bal. sum. vocat Lanfrancus supra c. t. n. 24. Ange. in tract. de maleficiis in verbo falsario. v. plura apud Clarum lib. 5. § Falsum. vers. item conuictus.*

c ¶ *Si quid prolatum.* vt *s. eo. l. j. § j.*

d ¶ *Leuior.* cū actor tātū probet: secus in criminali: *vt s. l. proxim.*

e ¶ *Quæstioni.* criminali.

f ¶ *Actoris.* id est accusatoris.

g ¶ *Vlcisci.* puniendo accusatorem si fuerit calumniatus. Si verò probauerit, puniendo reum secundùm leges quæ pœnam imponūt: *vt ff. eo. l. j. § fina.*

† al. instantia. Cont.

* Hoc est de SC. Libonia no, quod de his factū est, & de quo per mixtim tractatur tit. D. ad l. Corn. de falsis & SC. Liboniano.

PRæbemus.] C A S V S. Si ex instrumento petas ad me decē, quod dico falsū: potero criminaliter vel ciuiliter agere, vtrum velim: ita tamen, vt cum criminaliter agitur, prius incumbat onus probādi proferenti: deinde ei contra quem profertur. Viuianus.

li[a] per sententiam terminata, criminis fiat indago: vt si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationésque, necnon & rationes priuatas[b] vel publicas, pacta, & epistolas vel vltimas voluntates, donationes, venditionésve, vel si quid prolatum[c] aliud instituere conabitur: habeat accusandi facultatem.

Ciuilis autem inquisitionis inter vtrasque partes cōfligentium leuior[d] examinatio procedat: cum iudex qui præerit quæstioni[e], intentionis actoris[f] falsas, & conficta crimina reorū, ex legib. pœnis competentibus possit vlcisci[g]. PP. xvj. Kal. Maij Romæ, Valente. V. & Valentiniano. A A. Conss.

Producenti instrumentum suspectū, imminet prius probatio quòd sit verū, & aduersario imminet postea probare contrarium. Bald. Vel sic: De falso potest quæri ciuiliter & criminaliter: producens tamen instrumentum, eius fidem negatam prius debet probare: deinde de falso potest institui accusatio. Salyc.

XIIII. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCAD. AAA. *Proculo præfecto vrbi.*

PRæbemus licentiam, vt siue ciuiliter, siue criminaliter (vt actor elegerit[h]) super prolatis codicillis vel aliis instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumenti, ei primitus qui scripturam obtulerit[i] deinde ei qui stricta † instantia falsum arguere paratus sit. Datum X. Kalend. Febr. Timasio & Promoto Conss.

TITVLVS XXIII.*

DE HIS QVI SIBI ADscribunt in testamento.

Filius emancipatus sibi adscribens in testamento patris patre dictante,

h ¶ *Elegerit.* quod potest: *vt s. l. prox. & j. quando ciui. ac pra. crim. l. j.*

i ¶ *Scripturam.* quæ sit prima facie maculata. Vel quia conducens alias falsas protulit scripturas: *vt s. de proba. l. iubemus.* Vel volens sponte probare: *vt ff. de proba. l. circa. & facit supra de fide instrumen. l. fina.*

DE HIS QVI SIBI ADSCRIbunt in testamento.

De falsis in genere diximus: nunc in specie de quodam, quod licet non falsum, punitur tamen vt falsum: vt j. eo. l. senatusconsulto.

* v. Bossium in pract. tit. de his qui sibi adscribunt in testamento §.

QVanquam.] C A S V S. Qui sibi adscribit in testamento, tenetur l. Cornel. de fal. si tamen filius emancipatus à patre dictante, scripsit se heredē, & filium non scripsit, patri tamen erat successurus: perinde habetur, ac si pater sua manu scripsisset. Viu.

k ¶ *Futurus.* iure prætorio: *vt ff. de bon. quæ ab intesta. § emanci. pati.*

l ¶ *Bonorum possessione.* vnde liberi, quādo ab intestato successerat: & sic hic pūcta. Vel verius pūcta post dictionem esset: vel secundū tabulas habet. & punctā ibi, possessione.

m ¶ *Dulci officio.* ¶ Sed[a] videtur incidere filius emancipatus in pœnā, & solus in potestate filius vel seruus excusatur: *vt ff. de falsis. l. filius. in princip. quod est contra.* Solu. hæc illam corrigit: vt hic innuit. Vel dic quòd hic pater subscripsit confirmando: per quod parcitur filio. ¶ In quo nota quòd generalis[b] subscriptio sufficit in filio & seruo vt, quæ hoc testamento dictaui, hæc manu mea confirmo. sed in extraneo, & sic in emancipato filio, specialis exigitur: vt, quæ illi danda dictaui, confirmo: *vt s. eo. l. j. § inter.* Vel ibi de iure stricto, hic de æquitate. Item no. quòd hic mutat personas in fine. Vel dic filius quilibet subaudi, perinde habetur ac si pater te &c. ¶ Item quid si alius qui ab intestato veniret, vt patronus, vel agnatus, vel cognatus dictāte testatore scripsit? Respon. non idem: *vt ff. eodem l. si quis legatum. § fi.* & est ratio: quia filio est magis debita patris hereditas: *vt s. de codicil. l. fin. § penult.*

a Filius sibi adscribens in testamento pœnis, an incidat in pœnam.

b Subscriptio generalis in filio & seruo sufficit: specialis in extraneis personis requiritur.

quinetiam & iubente l. filius ff. ad l. Corne. de falsis Conc.

de æquitate à pœna legis Corneliæ excusatur: quia idem esset habiturus sine delicto quod cum delicto. Bald. Vel sic: Factum quod ex speciali æquitate fouetur, non incidit in delictum: licet sit degenere prohibitorum. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. *Valatio.*

QVanquam ita interpretantur iurisperiti, vt cōtra legem Corneliam videatur se inscribere heredem emancipatus filius patre dictāte[*]: tamen si cum testamētum non esset scriptum, iustus successor futurus[k] esset, accepta bonorum possessione[l], filius patri: perinde habebitur atque si sua manu pater tuus te heredem scripsisset, functus dulci officio.[m] P P. Non. Septemb. Duobus & Aspris Conss.

Vbi testator scribēti codicillos adscribit, cessat pœna: sed vbi scribens sibi adscribit: & testator in eadē voluntate vel in alia hoc recognoscit: scribenti parcitur. Bal. Vel sic: Testatoris subscriptio etiam generalis excusat à pœna: sed non tribuit ius petendi legatum extraneo qui ibi adscripsit: nisi specialis fuerit subscriptio testatoris. Salyc.

II. Idem A. *Atticio.*

SI † testator codicillis quos scripsisti, legatum quoque seu fideicommissum reliquisse tibi sua manu adscripsit[n]: nō videris in pœnam senatusconsulti incidisse.

Quod si testamentum dictasse[o] codicillis significauit, legato quidem vel fideicommisso abstinere debes[p]: pœna verò falsi tibi principali beneficio remittitur. PP. Idib. Decembr. Antonino A. iiij. & Balbino Conss.

Vere ignorantiam allegantis, &

SI testator.] C A S V S. Si testator in codicillis quos scripsit, adscripsit mihi legatū reliquisse: an videar incidisse in l. Corn. dicitur quòd non. Viuian.

† v. in hoc Bal. Ferrarensem in forma opposit. contra instrumenta in verbis, aliasque ibi confusum. ...

n ¶ *Adscripsit.* generaliter, si eras filius, vel seruus. aliàs specialis exigitur, vt pœna remittatur & legatū consequatur: sed generalis etiā sola sufficit ad pœnam euitandam: *vt ff. eodem l. j. § inter.* ¶ Et nota quòd[c] filius in potestate manēs, vel seruus iussu defuncti sibi adscribens, pœnam euitat: sed legato caret. extraneus autem, vel emancipatus, & legato carent, & pœnam incurrunt: *vt ff. eod. l. j. § inter. & l. filius emancipatus. & l. diuus Claudius.* & hoc subiicit.

c Seruus & filius in potestate sibi adscribētes iussu defūcti, non puniuntur.

o ¶ *Dictasse.* & scripsisse subaudi de sua volūtate: & verum est te scripsisse & dictasse: secus si dictasses tātū: quia tibi posset tūc legari: *vt s. de test. l. dictantibus.* & sic est generalis subscriptio vel recognitio in codicillis, quæ valet ad pœnā euitandā in extraneo: vt modò dixi: subaudi, sua voluntate. & dic, te, s. extraneum.

p ¶ *Debes.* lucri omissio fraudem repellit: *vt hic, & j. l. proxim. in fin.* Accursius.

SEnatusconsulto.] C A S V S. Qui sibi aliquid adscribit in testamento, tenetur l. Corne. de fal. Si verò dicat se ignorasse, &

nolit legatum habere, venia indulgenda est.
a ¶ *Senatusconsulto.* Liboniano.
b ¶ *Scribere.* per se[a], vel per alium, qui sibi quærat: *vt ff. eod. l. diuus Claudius. §. scribere.* Vel etiam alij adimit. vt sibi remaneat: *vt ff. eod. l. si quis. §. si institutus. & l. impuberem. §. qui codicillos.*
c ¶ *Corneliæ.* quæ est ff. eodem, scilicet de falsis. l. j. in fine.
d ¶ *Ob ignorantiam.* Nā dicūt se nescire legem istam, quæ hoc prohibeat.
e ¶ *Veniam raro.* aliàs est in litera, raro: & aliàs deficit.
f ¶ *Dederunt.* Duo sunt necessaria, vt dicit: ignorantia, & discedere à commodo: *vt & argument. supra l. proxim. & ff. eodem l. diuus Pius.* Sed contra. *ff. eodem l. diuus Claudius. §. respon.* vbi dicit non dari veniam scribenti & erranti. Solu. non datur venia errāti, vt ibi: nisi & à delicto velit discedere: *vt hic.* 2 Vel non parcitur ipso iure, vt ibi: cū non liceat ius ignorare, sed petito hoc à principe, vt hic. Vel non eo ipso sufficit, quòd se ignorasse dicat. vt ibi: nisi & probet vt hic. ¶ Item quomodo tenetur ipso iure, cum in dolo non sit, sine[b] quo falsum non committitur? Respon. propter ignorantiam[c] iuris, quæ tolèranda non est.

à delicto desistenti, pœna remittitur quam incurrerat quia sibi adscripserat. Bald.

III. Imp. ALEXANDER A. Martiali.

SEnatusconsulto[a] & edicto diui Claudij prohibitum est eos qui ad scribenda testamenta adhibentur, quamuis dictāte testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere[b]: & pœna legis Corneliæ[c] facienti irrogata est: cuius veniam deprecantibus ob ignorantiam[d] †, & profitentibus à relicto discedere, amplissimus ordo, vel diui principes veniam [raro][e] * dederunt.[f] PP. xvij. kalend. Aprilis. Maximo. ij. & Æliano Conss.

Maritus sibi adscribens in testamento vxoris, incidit in pœnam: & ista scriptura non valet. Bald. Vel sic: Non licet marito sibi adscribere in vxoris testamento. Salyc.

IIII. Idem A. Crescenti.

QVæ in testamento vxoris[g] maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur[h]: & legis Corneliæ pœna, si venia impetrata non est, locum habet. PP. iij. Non. Februa. Fusco. ij. & Dextro Conss.

Miles sibi adscribens: præsumitur iuris errore non malitia in legem incidisse: & ideo sibi parcitur quo ad pœnam, sed relictum non potest petere. Bald. Vel sic: Miles excusatur si sibi adscribit, legatum tamen non petit. Salyc.

V. Idem A. Galliene militi.

QVod adhibitus[i] ad testamentum commilitonis scribendum, iussu eius seruum tibi adscripsisti, pro non scripto habetur[k]: & ideo id legatum petere non potes: sed secuto tenorem indulgētiæ meæ, pœna legis Corneliæ tibi remittitur: in quam credo te magis errore quàm malitia incidisse. PP. xvij. Kalend. Iul. Fusco. ij. & Dextro Conss.

QVæ in testamento.] CASVS. Si maritus in testamento vxoris sibi aliqd adscribat, pro nō scripto habetur, & incidit in leg. Cornel. de falsis. idem est & econuerso.
g ¶ *Vxoris.* secus in testamēto extranei vxori adscripsit vir: *vt ff. eodem l. vxori.*
h ¶ *Habentur.* vt & *ff. eodem, scilicet ad legem Corneliam. de fal. l. si quis legatum. ij. respon. & infra l. proxi.*

QVod adhibitus.] CASVS. Si commilito in testamēto commilitonis sui adscripsit sibi, pro nō scripto habendū est: nec illud petere potest: pœna tamē l. Corne. ei remittenda est, in quam magis per errorem quam per malitiam videtur incidisse.
i ¶ *Quod adhibitus.* quod. i. quia. aliàs incipit, militi, qui &c.
k ¶ *Habetur.* vt & *s. l. proxi.* secus si pater filio militi in testamento commilitoni adscripsit: *vt ff. eo. l. si pater.*

SI libertatem.] CASVS. Seruus in testamēto domini præcipiēte domino libertatem sibi adscripsit, quo minus petat libertatē auctoritas senatuscon. sibi obest: pœna tamen l. Corn. quia domino obtemperauerit, ei remittitur.
l ¶ *Expressim.* vel etiam generaliter: *vt ff. eod. l. j. §. inter.* tunc enim tenetur libertas non directo, sed per fideicommissum: *vt ff. eodem,* *l. diuus Claudius. §. item senatus.*
m ¶ *Remittitur.* si tamen iussus subscriptione testatoris appareat: *vt ff. eod. l. filius. in prin. & l. diuus. j. §. & quatenus.*
n ¶ *Venire.* nam velle non creditur &c. *vt ff. de reg. iur. l. velle. & d. l. ff. eo. l. diuus Claudius. §. & quatenus.*

Parcitur ei qui sibi libertatē adscribit domino imperāte. tamē quod scribit, est pro non scripto. Bal. Vel sic: Seruus iussu domini sibi adscribens, excusatur à pœna: libertatē tamē nō cōsequitur, nisi de descriptione testatoris subscriptione doceatur. Salyc.

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Aufidio.

SI libertatem tibi manu tua imperante domino adscripsisti: cum proponas dominum non subscripsisse, & suis * literis tuam libertatem expressim[l] agnouisse: ad impetrandam libertatem senatusconsulti auctoritas tibi obest: pœna tamen falsi tibi remittitur[m]: quoniam non potueras contra domini voluntatem venire[n]. PP. vj. Id. Decembris, ipsis. iiij. & iij. AA. Conss.

* al. nec fuis &c.

TITVLVS XXIIII. DE FALSA MONETA.

Fabricantes falsam monetam puniendi sunt vltimo supplicio sine appellandi remedio: & domus, in qua fabricatur, est publicanda, siue dominus sciuerit, siue ignorauerit: dum tamen proximus loco fuerit. fallit in domibus viduarum & pupillorū: tutores tamen eorum tenentur. Salyc.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Ianuarium. †

QVONIAM nonnulli monetarij adulterinā monetam clandestinis scelerib. exercent, cuncti[o] agnoscant necessitatē sibi incūbere huiusmodi homines inquirendi: vt inuestigati tradantur iudici[p], facti conscios per tormenta ilico prodituri[q], ac sic dignis suppliciis addicendi. Accusatoribus etiam eorum[r] immunitatem[s] permittimus: cuius[t] modus, quoniam dispar patrimoniū[u] * est, à nobis per singulos statuitur. Si quis autē militū huiusmodi personā suspectam[x] de custodia exire fecerit, capite puniatur. Appellandi etiā priuato[y] licentia dene-

DE FALSA moneta.[a]

De alio speciali falso dicit, quod demum perfectum punitur: vt ff. eod. l. qui falsam. *Accursius.*

a v. Rosbem in praxi. titulo de falsa moneta 42.

QVoniam.] CASVS. Fabricatores falsarum monetarum requiri debēt, & torqueri vt manifestēt socios suos: & q. eos accusat, non punitur si nō probet. miles verò qui tales permisit egredi à carcere, punitur capite, & appellandi ei copia denegatur. Si verò miles fuerit qui in prædictum incidit crimen, ad magistrum militum remittendus est: & domus, in qua fit moneta adulterina, est confiscanda, si dominus erat præsens: licèt ignorauerit. Si verò præsens nō fuerit, nullum patietur damnum: sed actor siue castaldus qui hoc passus fuerit, capite plectetur. Si verò in domo viduæ dicatur pecunia adulterina fabricata, venia digna est, licèt præsens fuerit, ne domo sua careat: nisi euidens appareat eius delictum. Idē in pupillo: tutor tamen eius non excusabitur, sed tantum ex substantia tutoris fisco inferatur, quantum ex substātia pupilli erat inferēdum, si aliàs pupillus non fuisset.

† C. T. 9. m. 2.

o ¶ *Cuncti.* quorū prædia sunt vel domus vbi falsum fit.
p ¶ *Iudici.* Nota speciale contra id quod habes *s. de exhi. l. fin.*
q ¶ *Prodituri.* speciale contra id quod habes *s. de accusa. l. si. iiij.*
r ¶ *Eorum.* falsariorum.
s ¶ *Immunitatem.* calūniæ, licèt non probent. 2 Vel dic si sunt socij, non tamen puniuntur: *vt supra ad legem Iuliam. ma. l. quisquis. in fin. & ff. de re mili. l. non omnes. §. fina.* Vel immunitas datur, scilicet numerum ciuilium sordidorum. prima placet. Et est speciale hic cōtra id quod habes *s. de accu. l. fin. §. j.*

* dispar seng tas.

t ¶ *Cuius.* inquisitionis.
u ¶ *Patrimonium.* id est dispares sunt, in quorum patrimonium fit. Alij enim magni, alij pupilli, alij mares, aliæ viduæ. & specialis inquisitio fit in singulis. & hoc incipit infra *§. dom*[o], &c. & quod subiicit, si quis autem &c. interpositio est.
x ¶ *Suspectam.* aliàs susceptam, ad custodiendum.
y ¶ *Priuato.* de falsa moneta damnato: vel quia aliquem de custodia exire fecerit, & sic est speciale, cum regulariter liceat appellare:

lere: vt supra de appellat. l. & in maioribus fi. & supra ad leg. Iuliam. de vi. l. quoniam.

a ¶ *Promotus in gradum*. id est homo alicuius dignitatis.

b ¶ *Incurrerit*. id est falsam monetam composuerit.

c ¶ *Nomine*. id est quod sit eius nomen, & in qua dignitate.

d ¶ *Iudices*. s. ad magistrum militum, si miles erat: vel ad alium cui subest delinquens.

e ¶ *Cuius*. scilicet domini.

f ¶ *Punienda est*. Not. speciale. aliàs dolus solus punitur.

g ¶ *Prodiderit*. cum ab alio non esset manifestum: aliàs punitur si præueniens fuerit, vt hic dicit.

h ¶ *Iniuria*. i. damno.

i ¶ *Actore*. id[a] est castaldione.

k ¶ *Capitali*. Imò maior pœna imponitur: vt infra l. proxi. quæ est contra. Solu. vt ibi.

l ¶ *Impuberes*. doli non capaces, aliàs contra: vt ff. de reg. iur. l. pupillum. & l. pupillus. & ff. de furtis. l. impuberem. & §. si adner. delic. l. j.

m ¶ *Ignorat*. præsumptione[b] iuris: vt ff. de iur. & fac. igno. l. fin. & ff. rem pu. sal. fo. l. fi. & ff. de regu. iur. l. in eo quod plus. §. pupillus.

n ¶ *Non oportet*. vt supra de ser. fug. l. quicunque. & vnde vi. l. meminerint.

o ¶ *Expectabit*. id est tenebit.

p ¶ *Inferendum*. puta eius rei æstimatio in qua fit falsum.

Si quis.] CASVS. Si aliquis falsam monetam cuderit, omnia bona sua confiscabuntur, & in loco isto vbi cudit, concremabitur.

q ¶ *Nummos*. s. aureos.

r ¶ *Nostros*. Quid[c] ergo faciunt Pisani, vel aliæ ciuitates? Respon. excusari possunt: quia imperatoris monetam non fabricant: sed propria moneta imperatoris erat aurea, & maximi precij. a Vel permissione principis faciunt. ADDITIO. De materia ista, scilicet monetæ, vide plene per Abb. in c. quanto. extra de iurei. vbi pertractat qualiter puniatur falsarius monetæ. Item qualiter scienter expendens falsam monetam. Itē an inferiori à principe licitū sit monetam cudere, & alia plura hanc materiam cōtingentia require ibi.

s ¶ *Cudendæ*. à monetariis nostris tantum.

t ¶ *Pecuniæ*. s. aureæ.

u ¶ *Volumus*. i. nullus alius faciat nostram monetam, nisi nostri fabricatores.

x ¶ *Obnoxij*. id est, qui falsificant nostram monetam, vel aliam faciunt sine nostra voluntate etiam rectam. Azo.

y ¶ *Et præmio*. quod pro[a] arbitrio iudicis libero homini statuitur: vt ff. de iur. fisc. l. ædilo. §. extat. seruus fit libertus §. pro quib. cau. ser. pro præ. l. penult.

z ¶ *Solidorum*. id est nummorum qui faciunt solidum. imò, id est aureorum.

a ¶ *Flammarum*.[b] aliud in eo qui non cudit, sed radit, vel tingit: vt ff. eo. l. quicunque nummos. Sed contra. huic supra l. proxi. vbi capitis pœna imponitur. Solu. hic est pœna capitis de qua ibi dicit secundùm Azo. Vel vbi sunt metalla, vt alij terreantur, hoc habet locum: sed vbi raro sit moneta, habet locū quod ibi: argu. ff. de pæn. l. aut facta. §. fi. Vel hæc lex in falsariis propriæ monetæ imperatoris, superior in aliis. hæc vera. Vel illa indistinctè hoc desinit. nam hæc sub illa continetur, quod in idem recidit cū prima.

---

getur. Si verò miles, aut promotus in gradum[a], huiusmodi crimen incurrerit[b]: super eius nomine[c] & gradu ad competentes iudices[d] referatur. Domus vero, vel fundus in quo hæc perpetrata sunt: si dominus in proximo constitutus sit, cuius[e] incuria vel negligentia puniēda est[f], etsi ignoret, fisco vindicetur: nisi dominus antè ignorás, vt primū repererit, scelus prodiderit[g] perpetratum. tunc enim possessio vel domus ipsius, proscriptionis iniuriæ[h] minimè subiacebit. Sin † verò longissimè ab ea domo vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimētum: actore[i] videlicet fundi, vel seruis vel incolis vel colonis qui ad hoc ministeriū præbuerint, cum eo qui fecit, supplicio capitali[k] plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credimus, vt viduæ nec in proximo cōstitutæ, domo sua vel possessione careát, si nulla apud ipsas tam grauis cōscientiæ noxa resideat. Impuberes[l] vero etiam si conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid videat, ignorat[m]. Tutores tamē eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare eos quid in rebus pupilli geritur, non oportet[n], hæc pœna expectabit[o], vt de rebus eorū, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum à pupillo fuerat inferēdum.[p] Dat. xij. kal. Decembr. Romæ, Crispo. ij. & Constantino. ij. Cæsarib. Conss.

Falsans monetam Cæsaris: est reus læsæ maiestatis, & debet igne cōburi, & omnia eius bona debēt confiscari. Bald. Vel sic: Qui nūmos falsa fusione formauit, debet comburi, & præmium datur accusatori. Salyc.

II. *Idem A. ad Tertullum præfectum v. Afric.*

SI quis nummos[q] falsa fusione formauerit, vniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici. In monetis enim tantummodo nostris[r] cudendæ[s] pecuniæ[t] studium frequentari volumus[u]: cuius obnoxij[x], maiestatis crimen committunt: & præmio[y] † accusatoribus proposito, quicunque solidorum[z] adulter poterit reperiri, vel à quocunque fuerit publicatum, ilico omni dilatione summota, flammarum[a] exustionibus mancipetur. Datum prid. Non. Iul. Mediolani. Constantino. A. vij. & Constantino[*] Cæsa. iiij. Conss.

Obreptitium rescriptum impetratū, non excusát à crimine læsæ maiestatis, nec à pœna. Bald. Vel sic: Rescriptum per quod conceditur facultas cudendi pecuniam, præsumitur surreptitium. Salyc.

III. *Impp.* VALEN. THEOD. & ARCAD. AAA. *Rufino præfecto prætorio.*[*]

SI quis super cudendo ære, vel rescripto[b] aliquo, vel etiā adnotatione nostra sibi arripuerit facultatem, non solùm fructum propriæ petitionis amittat[c], verùm etiam pœnam quam meretur, excipiat. Dat. iiij. Iul. Constantinop. Theodo. A. iij. & Abundantio Conss.

Si quis.] CASVS. Nō debet quis impetrare rescriptum à principe vt liceat sibi fabricare monetam. quod si fecerit, nō valebit rescriptū: & pœnam non effugiet.

b ¶ *Rescripto*. per obreptionem, dicens se heredem eius cui imperator & suis concesserat heredibus, alias per consuetudinem toleratur, cum ex concessione principis ciuitatibus pluribus fit concessum. Vel dic hanc l. loqui quando à priuato peteretur: ab vniuersitate verò peti videmus[e].

c ¶ *Amittat*. vt & supra de preci. impe. offe. l. rescripta. & l. quoties.

TITVLVS XXV.

DE MVTATIONE nominis.

Mutatio nominis non fraudulosa, libero homini est permissa. Bald.

I. *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Iuliano.*

SICVT in initio nominis, cognominis, prænominis recognoscēdi singulos impositio libera est[d] priuatis: ita eorum mutatio innocentibus[e] periculosa nō est. Mutare itaque nomen, vel prænomen, siue cognomen, sine aliqua fraude[f] licito iure, si liber[g] es, secundùm ea quæ sæpe statuta sunt, minimè prohiberis: nullo ex hoc præiudicio futuro. S. XV. kalend. Ianua. A A. & Conss.

DE MVTATIONE nominis.[e]

De alio spectaculi falso dicit.

Sicut in initio.] CASVS. Aliquis nomen impositum sibi, an mutare[d] possit, quæritur? Et dicitur quòd sic, si liber fuerit, si in alterius fraudem non fecerit.

d ¶ *Libera est*. vt insti. de leg. §. si quis in nomine.

e ¶ *Innocentibus*. id est non fraudulenter facientibus.

f ¶ *Fraude*. secus si fraus fieret, vt alius deciperetur: putà libertus vt ingenuus crederetur, & patronum fraudaret: pœna enim falsi tenetur.

g ¶ *Si liber*. secus in seruo: quia ibi fraus præsumitur: vt ff. eo. l. falsi. j. in princip.

TITVLVS XXVI.

AD LEGEM IVLIAM de ambitu.

Nemo potest redire ad officiū quo ante functus est. Et ambitiosus qui per obreptionē officia impetrat, est cassandus, & etiā deportatus. Bal. Vel sic: Qui honores repetit, in legē ambitus

AD LEGEM IVLIAM de ambitu.[e]

Quæ in tribus casibus locum habet, & cessat in vrbe. Sed alias obtinet, [illegible]

---

a Actor pro castaldione.

† C. Th. 9. 21. 4. §. sin vero. Conc.

b Præsumitur impubes dolum non admisisse.

c Monetam cudere an possint ciuitates.

° C. Th. 9. 21. 5.

a Præmia iudicibus cessitorū pro arbitrio iudicis statuuntur.

b Idem dicit gl. in c. quanto. extra de iureiur. Nummos tingentes vel radentes qualiter puniendi sunt.

b Hæc postea lex pars summæ est ex l. 5. Cod. Theod. Cons.

* Constantio.

* C. T. 9. [illegible] 9.

c [illegible] de mutatione nominis 40.

d Nomen absq; alterius fraudē mutare est licet. Licebit igitur mutare extra fraudē alterius, multo magis autoritate legis Bar. in obseruatione omnē sanctionē. §. nec vero Proœmio Digestorū: vt si quis miles fiat doctor, nobilis vel quid tale. In huiusmodi enim status mutationibus permissa est nominis mutatio. Bart. in l. fal. §. 4. ff. de falsis.

e V. e. ff. 48.

st pœna[a] *centum aureorum, & infamia*: vt ff. eod. l. j. *& est crimen falsi in eo quòd appetendo dignitatem simulat pro publica vtilitate facere, cum pro proprio faciat: quod tamen non l. Corne. l. fal. sed l. Iulia de ambitu punitur.*

N*Vllus.*] CASVS. Si aliquis semel dignitate functus est, non iterum ad eãdem per ambitum aspirare debet: & si fecerit, primo debet compelli ad solutionem illius quòd debuit ex prima administratione, & postea deportabitur.

incidit, & pœnam legitimã subit. Sal.

I. *Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Pompeiano P.P. Africæ.*

NVLLVS omnino principatum[a], vel numeratum[b], seu commentariensis[c] gradum, vel cætera officia repetere audeat[d]: cum publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. At si quispiam promotorum denuo ad munus etiam per sacras literas[e] irrepserit quod ante docebitur gessisse, cassatis quæ hoc modo sunt impetrata, ad solutionem debiti[f] primitus vrgeatur: & qui cõtra fecerint, pœnam deportationis ad instar[g] legis Iuliæ ambitus excipiant. Dat. prid. kal. Iun. Mediolani, Stilichone & Aureliano Conss.

TITVLVS XXVII.

AD LEGEM IVLIAM repetundarum.

Delinquentes in officio, ibi debent remitti puniendi: & ad quadruplum pecunia per se vel per ministros recepta tenentur. Sal.

I. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Matroniano duci præsidi Sardiniæ.*†

VT vnius pœna, metus possit esse multorum[h]: ducem qui malè egit, ad prouinciam quam nudauerit, cum custodia competenti ire præcipimus[i]: vt non solùm quod eius non dicam domesticus[k], sed manipularius[l] & minister acceperit, verùm etiam quod ipse à prouincialibus, nostris rapuerit, aut sustulerit, in quadruplum[m] exoluat inuitus. Dat. prid. Id. Iun. Constantino. Antonio & Syagrio Conss.

a ¶ *Principatũ.* quia fuit princeps[b] agentium in rebus, *vt de hoc habes. j. tit. de princ. agen. in rebus. lib. xij.*

b ¶ *Numeratum.* vt quia fuit princeps[e] numerorum: vt habes *infra de numera. act. & chartu. &c. lib. xij.*

c ¶ *Commentariensis.* q. a. d. præfuit custodib. carceris.

d ¶ *Audeat.* Sed cõtra *j. de adsess. l. liceat.* Speciale ibi: sic & soluitur. *ff. de offic. procon. l. proconsules.* quia ibi speciale. Vel expone fascibus, id est mensibus. ¶ Item contra *in authent. de defen. ciui. §. fina. colla. iij.* Solu. illud quãdo legitimi deficiunt: *vt ff. de mune. & ho. l. honor. §. fi.* ¶ Item videtur contra. *j. de mu. & so. non conti. l. ij. libr. x.* vbi post quinquennium potest repetere: sed ibi in defectum.

e ¶ *Per sacras literas.* hoc est quasi p̃ priuilegium liceat: *vt infra de suscep. & arca. l. si aliquid. lib. x. & infra de dign. offi. l. ij. lib. xij.*

f ¶ *Ad solutionem debiti.* id est, soluat quod debet ex præcedenti officio: vel quod promisit pro huiusmodi dignitate, soluet in fiscum. Vel debitum appellat pœnam cẽtum aureorum: *vt ff. eo. l. j.* quam si non soluit, propter cõtumaciã deportatur: vt subiicit: aliàs sufficeret dicta pœna cum infamia: *vt d. l. eo. l. j.*

g ¶ *Ad instar.* quia antiqua solennitas cessat: *vt ff. de public. iudi. l. ordo.* Vel quia ipsa cessat in vrbe ad eius instar quod in vrbe prius seruabatur, seruabitur in oppidis. Vel in tribus casibus habet locum quo ad verba: hic quo ad sententiam.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

Post honorem habitũ per ambitionem, facit id propter quod diu petiit, id est aliquid iniquè accepit per se, vel per alium: de quo hic dicit. & dic repetundarum, scilicet pecuniarum. & habet locum in multis casibus: vt ff. eod. per totum. & infra per totum.

V*T vnius.*] CASVS. Si rector prouinciæ aliquid commiserit in prouincia quã rexit, extorquendo à subditis, stabit in ea vsque ad l. dies, & querentibus de se respondebit: & si prouinciam egrediatur, debet reduci, & quicquid ab stulit, debet in quadruplum restituere.

h ¶ *Multorum.* vt *ff. de pœnis. l. aut facta. §. fin.* Sed arg. contra. *j. de pœna. l. sancimus.* Sed dic vt ibi.

i ¶ *Præcipimus.* debet enim ipse & sui per l. dies ibi commorari. & si fugit, ad locũ redire cogitur: *vt j. vt omnes tã ciu. quàm milit. l. j.*

k ¶ *Domesticus.* quia id officium gerebat extorquendo.

l ¶ *Manipularius* à[a] manu & paululũ, eo q̃ paulatim extorquebat.

m ¶ *In quadruplum.* quod[b] medium læso, medium fisco dabitur: *vt j. de adsesso. l. iij.* nisi turpiter dedit, vt sentẽtietur forte pro se reo: quia tunc totum fisco: *vt ff. de iure fisci. l. Lucius.* ¶ Qualiter se habet hæc accusatio cum edicto de calumniatoribus, nota *ff. de calumn. l. j.* ¶ Item à quibusdam licet accipere, & sic nõ punitur: *vt ff. eo. l. j. & l. lex. §. apparet.* ¶ Et est pœna huius. *ff. eo. l. lex. §. hodie. & facit infra de execu. & exac. lib. xij. l. penult. & supra vbi de cri. agi opor. l. j. & ij. & ff. depos. l. bona fides. & ff. de pæn. l. capitalium. §. pe. & ff. de custo. reo. l. diuus. ij. & in authentic. de colla. §. super hoc. colla. ix.*

Pœna pecuniaria delinquentis in officio, transit in heredes. Salyc.

II. *Idem AAA. Floro præfecto prætorio.*†

SCiant iudices super admissis propriis, aut à se, aut ab heredibus[n] suis pœnam esse repetendam. Dat. Kalend. Septemb. Antonio & Syagrio Conss.

Iudex corruptus pecunia, puniendus est huius legis pœna. Salyc.

III. *Idem AAA. Marcellino.*†

OMnes cognitiones[o] & iudices[p] à pecuniis atq; patrimoniis manus abstineãt, neque alienum iurgiũ putẽt suam prædam. Etenim priuatarum[q] quoque litium cognitor idẽmque mercator, statutam legibus cogetur subire iacturam. Dat. prid. Non. April. Mediol. Merobaude. ij. & Saturnino Conss.

Concussionem inferens, & processum venalem faciens, vel sententiã venalem proferens, potest à quolibet accusari, dignus subiiciendus pœnis, accusare ex hoc gloriam & honorem reportante. Bald. Vel sic: Licèt maiores magistratus regulariter non possunt conueniri durante officio, fallit quando delinquunt in officio, seu in spectantibus ad officium. Salyc.

IIII. *Iidem AAA. & ARCAD. A. Edictum ad prouinciales*

IVbemus† atque hortamur, vt si quis fortè honoratorũ[r], decurionum, possessorum, postremò etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis, à iudice fuerit aliqua ratione concussus: si quis scit venalem fuisse de iure sententiam[s], si quis pœnam vel precio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam, si quis postremo quacunque de causa

S*Ciant.*] CASVS. Si iudex in administratione deliquerit: non solum ipse, sed heres eius poterit cõueniri.

n ¶ *Ab heredibus.* lite contestata contra se. & est mirabile, vt intra annum tantum detur etiam post litem contestatam contra se: *vt ff. ad Turpil. l. in senatusc. §. si propter. & ff. eod. l. ij.* Alij dicunt etiam lite non contestata intra annum in heredẽ dari in totum, & sic etiam in eo quod non peruenit ad eum: licèt edictum de calumnia non detur nisi in id quod peruenit: *vt ff. de calumnia. l. in heredem.*

O*Mnes.*] CASVS. Iudex pro sententia nihil accipere debet quòd si acceperit, pœnam legibus statutam non euitabit.

o ¶ *Omnes cognitores.* delegati.

p ¶ *Iudices.* scilicet ordinarij.

q ¶ *Priuatarum.* An[c] ergo in ciuilibus causis iudex accipiens teneatur hac l. cuius pœna est. *ff. eo. l. antepen. §. fin.* quod videtur per hoc quod hic dicit: *vt argu. ff. de calum. l. penul. & ff. eo. l. antepenult. circa prin.* vbi dicit, iudicium capitis pecuniæve. Sed dic contra hoc, scilicet vt non habeat locum hæc lex, nisi in criminali iudex delinquat. Et hæc l. magis est pro hoc quam pro cõtrario: & dices iacturam, vt scilicet in quadruplum ex edicto de calumnia teneatur non autem hac l. Item lex illa de calũniatoribus, de alia pœna intelligitur. vt ibi dices. Item & quod ff. eo. l. antepen. dicitur pecuniæve, putà quando deliquit in tali crimine, in quo pœna etiam omnium bonorum erat imponenda: vt patet in lege Iulia de vi.

I*Vbemus.*] CASVS. Iudex si pecunia accepta aduersus decurionem vel quemcunque alium sentẽtiam tulerit, vel pro precio pœnam dignam infligi remiserit, vel non inferendam tulerit: durante administratione, & ea deposita poterit accusari: & accusans si probet, victoriam reportabit & gloriam.

r ¶ *Honoratorum.* id est habentium dignitatem, siue administrationem.

s ¶ *Sententiam.* quæ ipso iure non valet: *vt j. quando prouo. non est necess. l. venales.*

a Manipularius.

b Iudex corruptus pecunia pœna etiã quadrupli tenetur quod fisco integrè applicatur quoties turpitudo simul dantis & accipientis continetur. aliàs si ex parte vnius tantum, mediũ fisco, alium mediũ læso applicat de quo vide plato apud Clarum §. fen. vlt quæst. 73.

† C. Th. ibid. l. j.

† C. Th. ibid. l. j. vbi sic in scribitur. Haec Marcellino Karissime vobis.

† C. Th. ib. l. ...

c Iudex in ciuilibus causis accipiens pecuniam, an teneatur lege Iulia repetundarum.

Vel administrante.

a ¶ *Vel administrante.* Contra *ff. de iudi. l. pars litterarum. & ff. de in ius vocan. l. ij. & ff. de iniur. l. magistratibus.* Solu. speciale, quando occasione officij conuenitur, vt hic: secus si ex alia causa.

b ¶ *Gloriam.* quia reipublicæ consulere videtur: *sic & ꝭ. de epis. & cleric. l. nullis. in fin.* Item fallit hæc lex in esculentis: *vt ff. de offi. præsid. l. plebiscito.* Item argu. contra *ff. eo. l. j.*

Nusquisq;.] CASVS. Si comes vel procurator aliquis constitutus super aliquo extorsit pecuniã à subditis suis: intra annũ post depositam administrationẽ potest petere pecuniam quam extorsit, vt inde soluat pensionem fisco debitam ab illis à quibus pecunia extorta est: anno autẽ elapso querelãtes, tunc non audientur.

c ¶ *Præpositus.* pro eodem vel diuersis ponitur. & est gynæcium, collegium fœminarũ deputatum ad aliquod opus fisco faciendũ secundùm Sr. Vel dic vt dicitur *ꝭ. de muilez. l. ij. lib. xj. & ꝭ. de naute. l. iij. eo. lib.* omnes hi respondebant comiti. Accur.

d ¶ *Decesserit.* i. discesserit vel propriè. In hoc ergo differt ab aliis qui etiam durante administratione conueniuntur: *vt ꝭ. l. prox.*

e ¶ *Repetiturus.* fortè quadruplũ: *vt arg. ꝭ. de adsess. l. iij. & l. fi. in fi.*

f ¶ *Pensionibus.* à se cõcussis fisco debitis. q. d. non cedat lucro fisci.

g ¶ *Administrationis.* vt *argu. ff. eo. l. datur.*

h ¶ *Præstituti.* anni.

i ¶ *Ad solutionem.* de suo: licèt non rehabeat quod dedit.

Sancimus.] Primo ponit dictũ generale. Secundo illud limitando formam addit iuramenti. Tertio pœnam adiicit contra facienti. secũda ibi. Ita sane. tertia ibi. Et licet. Salycet. CASVS. Ad regimen prouinciæ non debet quis perambitionẽ vel preciũ vocari: vocatus autẽ debet iurare nihil se dedisse, nec per se, nec per interpositam personã: nec aliquid accipiet præter sibi cõstitutũ salariũ. Et si aduersus sacramentũ suũ aliquid extorsit, illud in quadruplum restituere debet, nec solũ dãs, sed & accipiẽs à quolibet poterit accusari.

k ¶ *Promoueri.* quic suo ingenio augeãt dignitatem: *vt ff. de offi. præf. l. obseruandum.*

l ¶ *Deprom ant.* id est iurando dicant.

m ¶ *In fraudem.* vt *ff. de calum. l. generaliter.* ¶ Sed quid si non interposuit ian d q uill[d] tamen dedit? Idem argu. *l. generaliter. j. respon.*

n ¶ *Et ob hoc.* aliud subiiciat capitulum, scilicet quòd nihil accipiet nec[e] ergo der, nec accipiat: *vt hic & ff. eod. l. iiij. & in authent. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. §. sic igitur. colla. ij. & ꝭ. de episcop. & cleric. l. si quenquam. in fine.*

o ¶ *Arbitramur.* i. præsumimus. *sic ff. de iniur. l. iniuriarum. §. j.* Et nota quãt. legislator habuit iuramentũ: sic ꝭ. *de nup. l. si quis alumnam.* nõ tamen vt subiicit omnino ei statur.

p ¶ *Pœna.* ei ciuitati applicãda, in qua honorẽ adipisci volebat. *argum. in authen. de sanctiss. epis. §. pro omnibus. coll. ix.*

q ¶ *Conuictus.* vel dans, vel accipiens. Sed contra huic. *l. ff. de pol. l. j. Sol. ibi palam: vt not. ff. de offic. præto. l. Barbarius.* & sic solue aliud contra. *ff. de con. l. hoc iure. in principio* vel ibi ex consuetudine dabatur. Accursius. ADDITIO. Tu dicas quod ob habendũ honorẽ cum administratione nec palã nec clã potest dari, sed pro habendo honore sine administratione bene potest palã dari pecunia, non clam. ita dicit Bartol. *in d. l. hoc iure in princ. ff. de dona. nota.* Accur. *in d. l. Barbarius ff. de offic. præt. & in l. j. ff. eodem.* Videas de isto etiam per eundem Bartolum in *d. l. Barbarius. in ij. columna. versicu. tu autem ex omnibus conclude.* &c.

Marginalia: a Del' neque dos in officio seu administratione punitur etiã illo post... ; b Gynæceum.; † Perperam hic Salyc. per ... eodem ... Galatiis & procuratorẽ demorum. Cõt.; † Dicit tamen Salyc. quod etiam post annum poterit ille e actor conueniri ad simplũ ... ; † Ex nouel. Theod.; o Dignitas ... ; d Legendum est aliquis, vt sit quæstio. An si me ignorãte quis quid meo nomine vt dignitatem consequerer dederit, incidam in l. Iuliã de ambitu. Glossa hoc loco vult me incidere in l. Iuliam, tamen ... ; a Dignitas de nomine nihil dare aut accipere (excepto salariis) licet. b Arbitrari, præsumere. c Ignotus Dei timore habere præsumit. d Iuramentũ omnino nõ omnino standũ.; † Iure iurando omnibus credi.

improbum iudicem potuerit approbare: is vel administrãte[a] eo, vel post administrationem depositam in publicũ prodeat, crimen deferat, delatũ approbet: cum probauerit, & victoriã reportaturus & gloriã.[b] Dat. x. Kalend. Iul. Constantinop. Honorio. N.P. & Euodio Conss.

Hac lex prouidet circa tempus intra quod officiales possunt conuenire. Et primo quando tempus anni non excessit. Secundo quando excessit. secunda, ibi, Si verò. & hoc dicit. Si procurator Cæsaris pecuniam extorquet à colonis, vel aliis sibi subditis, potest conueniri intra annum à tempore deposita administrationis, non postea. Salyc. †

V. *Imppp.* VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCAD. AAA. *Seuerino Com. re. priua.*

Nusquisque procurator præpositus[c] gynæcio, tabularius, susceptor, colonus, vel quicunque se à comite domorum meminerit esse concussum: cum ipse cui pecuniã numerauit, ab administratione decesserit[d], intra anni spaciũ † ad iudicium spectabilitatis tuæ, quicquid dederit, repetiturus[e] occurrat: vt prosit pẽsionibus[f], quicquid ille reddiderit. Si verò ex tempore depositæ administrationis[g] præstituti[h] temporis curricula transfluxerint, nulla vox aduocationis emergat: sed ipsos procuratores, præpositos, colonos, tabularios, susceptores, obnoxios ad solutionem[i] volumus coartari. Data Prid. Non. Iun. Mediolani, Valentiniano. A. iiij. & Neotherio Conss.

Accedẽtes ad regẽdas prouincias, debent iurare forma hic scripta & de contrario postea conuicti in quadruplum sunt puendi. Salyc.

VI. *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Florentio præfecto prætorio.*

IN quæstione.] Ista lex variis modis leg[itur] p[ro] glo[ssa] in principi. & diuiditur in quatuor partes. secunda ibi, Ita tamé. tertia ibi, Minores. quarta & vltima ibi, Quòd si. CASVS. Seius filium habens in sacris vinculis suæ potestatis, deportatus est: medio tempore filius fecit testamentum: contractus celebrauit emédo, védendo. Postea Seius in integrũ restitutus est. Ex isto themate duæ eliciũtur quæstiones: an valeat testamétum? ad quod non respondet, vel alij contractus, quã quæstionem prosequitur, dicens quòd valet: & si filio datus erat tutor desinit esse tutor patre reuerso: nisi pater esset prodigus, vel furiosus: quia patri non præiudicat sentétia deportationis, quo minus filius recidat in potestatem suam, quia ad omnia bona sua restituitur: quia si non haberet filium in potestate, luctuosior esset reditus, quã discessus. & hic filius per emancipationé sui iuris efficitur, non per patris deportationem.

y ¶ *In quæstione.* quæstio illa est, an testaméntú filij eius qui deportatus est, irritetur patre in integrum restituto: quam non soluit, sed de aliis per eum gestis prosequitur.

z ¶ *Deportati.* ideóque à potestate exemptus: vt instit. quib. mo. ius pa. pot. sol. §. cum autem. Accur.

a ¶ *Remeante.* post testamentum factum. sed alij dicunt filium testatum post reuersionem patris.

b ¶ *Patre.* Quid de illo medio tépore quod est post restitutioné, & ante reuersioné? Resp. est in potestate: quia sicut deportatio facit statim eum perdere ciuitaté, & quæ iure ciuilis sunt: sic econtra restitutio statim recuperare: vt ff. de pan. l. quidam. & s. eo. l. ibi. quem si competta &c. ¶ Item quid si post reuersionem? Respon. indubitanter non valet. ¶ Item si filius moritur patre non restituto: in quo valet testamentum? Respon. in aduentitiis, non solùm in castrensi & quasi: saluo tamé vsufructu patri: vt supra de bo. ma. l. ij.

---

a Seruo pœnæ legari non potest.

b Indulgentia ad dignitatem pristiná extenditur. & hoc dictum sit. s. in Glo. l. iij. eo.

c Indulgentia specialis infamiam nõ abolet. vide Glo. vlt. s. de gene. abolitione.

d Casum pœnit. e Indulgentia ad concessum & recuperatá intelligitur quod principes expressit, neque plus neque minus. facit Glo. s. s. l. 9. l. eod.

a Indulgentia bonorum consecuta, recidit restitutus in obligationem quã tenebatur.

b Diuisio.

† C. V. 9. 43. l. Sug. Ide post eam vniuersum statuit The. lib. 5. C. Th. tit. 4. l. 2. Cons.

b Deportatio tollit ea quæ sunt iuris ciuilis.

¶ *Probibentur*. contra se, sed pro se sic: vt s. *de procuratore l. non eo minus*.
¶ *Quibus*. minoribus.
k ¶ *Datus est*. secus in filio capti: vt *ff. de tute. l. muto. §. fin.*
l ¶ *Corruptum*. & sic testamentum rumpitur, vt dixi.

atque effundendi patrimonij licentiam abutatur: & furioso, ac dementi, itémque prodigo, libidinum omnium vitiorúmque seruo [n], non est eorum [o] pecunia committenda, quin ab administratione fugiat [p], neque tutor [q] esse desinat, omniáque minoris dispendia suis ipse damnis præstet [r]. Sententia verò deportationis nullo patrem præiudicio deminuat [s].

Quicquid deportatio abstulit, restitutio restituit: nisi sit aliqua causa ab extrinseco impediens. Bald.

Quem si comperta integritas, vt naturæ, ita officio liberis restituerit, ei gubernacula rerũ tradenda sunt, cuius [t] ad imitationẽ publici iuris prouisa custodia est. Quę [u] nisi bonis patribus detur, luctuosior erit filiis reditus quàm discessus [x]. Ideóque státum ad restitutionem indulgentia [y] valeat, quantum ad correctionem sententia valuit, vtque deportationis ipsum per se [z] nomen, rerũ omniũ spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio [a], bonorum ac dignitatis, vno nomine amissorum omniũ sit recuperatio. Et filij emancipationẽ à patribus officiis [b] petant: vt libertatem [c] non dãnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant [d]. Dat. XVIII. Kal. Octob. Sirmij, Crispo II. & Cõstantino II. Cæsar. Conss.

m ¶ *Nã si patria*. bene dixi, nulla prauitate &c.

n ¶ *Seruo*. Nota. qui [a] facit peccatũ, seruus est peccati.

a Peccati seruus est qui peccatũ facit.

o ¶ *Eorum*. minorum: vt sicut tutor integræ vitæ non prodigus, vel malus administrat, ita & pater talis esse debet. Azo.

p ¶ *Fugiat*. sc. pater, id est fugetur.

q ¶ *Neque tutor*. datus dudum. ¶ Et sic not. mirabile, quod [b] qui in potestate patris est, tutorẽ habet, regulariter contra: vt *inst. de tute. in prin.*

b Tutorẽ quandoque habet qui in patris potestate est.

r ¶ *Præstet*. s. tutor qui actione tutelæ tenebitur. Accur.

s ¶ *Deminuat*. i. aggrauet: nisi esset prodigalitas.

t ¶ *Cuius*. s. patris custodia est prouisa, &c. & dic publici iuris, i. tutelæ. Vt [c] ergo tutor tenetur reddere rationẽ, sic & pater, & vt bona obligata sũt tutoris, sic & patris, & sic est contra s. *de bon. quæ lib. l. cùm oportet. §. non autem*. Potest dici hanc corrigi, vel speciale in quodam deportato.

c Pater vt tutor rationem reddere tenetur.

u ¶ *Qua*. s. gubernatio.

x ¶ *Quam discessus*. sic s. *de aposta. l. hi qui.*

y ¶ *Indulgentia*. i. in integrum restitutio.

z ¶ *Per se*. vt & s. *de pœ. l. deportatorum.*

a ¶ *Restitutio*. s. in integrum: vt & s. *eo. l. j.*

b ¶ *Officiis*. patribus exhibendis sic s. *de inof. te. l. si quando. l. j.*

c ¶ *Libertatem*. i. [d] existẽtiam sui iuris.

d Libertas pro existentia sui iuris.

d ¶ *Testem habeant*. i. dicant se liberatos potestate, non pœna paterna sed benignitate patris qui eos emãcipauit. Similis testificatio est s. *de administ. tut. l. lex quæ tutores. §. sed & si parens*. Accursius Florentinus legum doctor peritissimus.

CODICIS IV-
NEI.

Certissima demonstratio primæ hominum ætatis

ET TEMPORIS QVOD FLVXIT A MVNDI initio vsque ad totius orbis terræ diluuium, ex quinto cap. Geneseos, juxta editionem lxx. & Hebraicam.

PRIMA ÆTAS.

	ANNO mundi secundum 70. interp.	ANNO mundi secundum Hebraicã edit.	
ADAM protoplastus & primogenitus omnium hominum, cunctarum artium, & literarum & disciplinarum primus & summus inuentor, omnium animalium, arborum, herbarum & naturarum cuiusque primus index & nomenclator, & optimus nominum impositor, à cuius perfectione naturali & temperamento & intellectu & cæteris animi dotibus multum aberrauit omnis posteritas, primum temporis calculum & numerum ex annorum vitæ suæ computatione, velut quidam Monarcha & consul edidit, nempe totis 230. annis, secundum 70. vel 130. secundum Hebr. quibus nondum successorem ediderat. nam his annis completis edidit Seth successorem & filium, qui simul ac natus est, cœpit quasi fastis mox adscriptus ex persona sua temporis numerum continuare.	230	130	
Seth igitur ab anno mundi 230 vel 130. quo in lucem editus est, vsque ad annum 205. vel 105. quo filium & successorem Enos sibi genuit, eosdem fastos occupauit, id est vsque ad annum mundi.	435	235	
Enos similiter à die suæ natiuitatis vsque ad annum 190. vel 90. suæ ætatis fastos occupauit, id est vsque ad annum mundi.	625	325	
Cainam etiam à prima suæ natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 170. vel 70. quo filium Malaleel successorem reliquit, fastos impleuit, id est vsque ad annum mundi.	795	395	
Malaleel vsque ad annum ætatis suæ 165 vel 65. quo Iared filium successorem dedit, fastos & tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi.	960	460	
Iared vsque ad annum suæ ætatis 162 secundum vtranque editionem hic coalescentem, quo anno filium Enoch successorem edidit, eadem tempora signauit. i. vsque ad annum mundi.	1122	622	
Enoch à sua natiuitate vsque ad annum ætatis suæ 165. vel 65. quo Matusalam filium & successorem dedit, eadem tempora signauit i. vsque ad annum mundi.	1287	687	
Matusala à sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 167 secundum 70. interp. (qui auctore August. lib. 15 de ciuit. dei cap. 10. & 11. minus 20. annis habent quam Hebræi) vel secundum Hebr. anno ætatis suæ 187. quo Lamech filium & successorem reliquit. eadem tempora signauit. i. vsque ad annum mundi.	1454	874	Secundum editionem lxx. Aldinam, & quam sic emendari debere Augusti. & Hieronymus. 1474
Sed omnes hodie Græcæ editiones septuaginta interpretum ab illo numero aberrant quem iis adscribit Augustinus, & Aldina editio habet 187. quomodo & Hebraica, nec negat Augustinus sic debere emendari editionem septuaginta. Hieronymus verò disertè astruit mendosam esse hoc loco eorum editionem, & pro 167. reponendum 187. vt est in Samaritanis & Hebræis libris, sicque legit Nicephorus in chronicis nuper typis excusis: & sic quoque Iosephus legit cum in aliis sequatur editionem septuaginta interpretum, non Hebraicam. & sic videtur emendandum, vt tollatur illa obiectio, qua videretur alioqui Matusala vixisse post diluuium xiiij annis.			
Lamech à sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 188. secundum septuaginta interpre. vel 182. secundum Hebraicam editionem, quo filium Noe successorem reliquit, eadem tempora signauit. Sed eius quam diximus absurditatis tollendæ causa putant Augustinus & Hieronymus editionem septuaginta interpretum emendandam Hebraicam, vt pro 188. legatur apud eos 182. vt & in Hebr.	1642	1056	1656
Noe à sua natiuitate vsque ad annum ætatis suæ 500. secundum vtranque editionem, quo genuit Iaphet & Cham & Sem, eadem tempora signauit, id est ab annis mundi supra scriptis, vsque ad annos mundi adscriptos. Sed verisimile est Iaphet maiorem natu filiorum Noe illo anno ætatis Noe 500. natum fuisse. Cham vero anno sequente.	2142	1556	2156
Item Noe à natiuitate primi filiorum (puta Iaphet) vsque ad natiuitatem vltimi filiorum, id est Sem, per biennium eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi. Id ex eo probatur, quòd Sem biennio demum post diluuium dicitur esse 100. anno. ergo natus est 98. anno ante diluuium.	2144	1558	2158
Idem Noe à natiuitate filij sui Sem per alios 98. annos. i. vsque ad diluuium cum filiis suis eadem tempora signauit. i. vsque ad annum mundi.	2242	1656	2159

Diluuium, seu diluuio (vt ait Censorinus) Finis primæ hominum ætatis.

SECVNDA ÆTAS.

Certissima demonstratio secundæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à diluuio vsque ad natiuitatem Abrahæ, ex cap. vndecimo Geneseos & tertio cap. Lucæ Euangelistæ.

NOe, Sem, Cham, Iaphet iidem qui fuerant primæ ætatis terminatores, iidem secundæ principes & inchoatores fuerunt. Nam à diluuio biennium ad hæc tempora signauerunt, quo biennio post diluuium Sem genuit Arphaxat successorem. i. vsque ad annum mundi.	2244	1658	
Arphaxat à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 135. vel secundum Heb. 35. eadem tempora signauit vsque ad annum mundi 2379. quo genuit Cainam secundum 70 & Lucam Euangelistam, vel quo genuit Sala, secundum Hebraicam editionem.	2379	1693	
Cainam à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. secundum septuaginta. (nam in Hebraicâ editione omittitur) quo anno genuit filium successorem Sala. eadem tempora signauit	2509	*	Secundum editionem Origenis quæ obelo confodit hoec annos 70 interpr.
Sala à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. secundum septuaginta interpret. vel 30. secundum Hebr. quo genuit Heber † filium & successorem, eadem tempora signauit. i. vsque ad an. mundi. 2639.	2639	1723	2509
Heber à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 134. secundum septuaginta, vel 34. secundum Hebr. quo genuit filium & successorem suum Phaleg, eadem tempora signauit. i. vsque ad annum mundi.	2773	1757	2643
Suidas &c. dicitur turrim Babylonicam ædificatam esse 525. anno post diluuium, qui est annus ætatis Heber iis sic & Isidorus ait sub hoc Heber ædificari cœptam turrim, sed ex sacris literis certò definiri non potest, quo anno cœperit ædificari.			
Phaleg à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. vel secundum Hebr. 30. quo anno genuit Ragau filium & successorem, eadem tempora signauit. i. vsque ad annum orbis.	2903	1787	2773
Refert scriptura huius Phaleg tempore diuisam fuisse terram nec annum addit. certum est hanc diuisionem			

† à quo Hebræos dictos putat Isido. &c.

	Anno mundi.		
	Secund. 70.	Secund. Hebr.	Secund. Orig.
guarum in Babylonis ædificatione confusionem, quia eadem scriptura refert eos priusquam ... derent i.terras partirentur, consilium cepisse turris ædificandæ.			
... sua vsque ad annum ætatis suæ 132. vel secundum Hebr. 32. † quo anno genuit Seruch filium ... eadem tempora signauit.i.vsque ad annum mundi.	3036	1819	2905
... sua vsque ad annum ætatis suæ 130. vel secundum Hebr. 30. quo anno genuit Nachor filium ... eadem tempora signauit,i.vsque ad annum mundi. ... sub hoc Seruch ortam idolorum insaniam vsque ad Tharam patrem Abrahæ defluxisse, ... mine ipse Thara à filio Abrahamo obiurgatus est.	3165	1849	3035
... sua vsque ad annum ætatis suæ 79. secundum septuaginta interpr. vel anno 29. secundum ... Tharam filium & successorem, eadem tempora signat anno mundi.	3244	1878	3114
... secundæ ætatis à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 70. secundum vtranque editio... filium & successorem Abrahamum, futurum tertiæ ætatis principem, eadem tempora ... m mundi.	3314	1948	3184
FINIS secundę ætatis quę est 1072. annorum secundum meram editionem septuaginta interpretum, † & secundum editionem Origenis 942 annorum, & secundum editionem Hebraicam 292. annorum. Beda hanc diuersitatem non satis apertè exprimit, ac multo minus conciliat.			

Orof.lib.1.c.3. sequitur hanc computationem, vt & Eusebius & Epiphanius.

TERTIA ÆTAS.

Certissima demonstratio tertiæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à natiuitate Abrahæ vsque ad annum primum regni Dauidis, partim ex Genesi, Exodo, Numeris, Deuteronomio, partim ex Iesu Naue.

	Secund. 70.	Secund. Hebr.	Secund. Orig.
ABRAM primus in patriarchis, in quem sanctificatus est populus Israeliticus antequã à Deo renceretur, pater circuncisionis, & pater omnium credentiũ per præputium, non iis tantùm qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei quę est in eius præputio, qui & sacras literas inuenit, & linguam Hebraicam artificiosè disposuit (auctore Suida) ex qua cæteræ manarũt, princeps & inchoator tertiæ ætatis, à prima sua natiuitate vsque ad annum ætatis suæ lxxv. secundum omnes editiones, Genefeos cap xij. quo anno Deus cum Abraham testamentum † & repromissionem fecit. & verborum sponsionem & repromissionem interposuit, fore vt in eo benedicerentur omnes cognationes terræ, prima tertiæ ætatis tempora signauit, vsque ad annum mundi	3389	2023	3259

VETVS TESTAMENTVM.

	Secund. 70.	Secund. Hebr.	Secund. Orig.
Hoc vetus testamentum seu repromissio, magnam huius ætatis partem signat, nempe à primo huius repromissionis anno vsque ad quadringentesimum tricesimũ ab hac repromissione annũ, quo anno Israel exiuit de Ægypto, & lata est lex in monte Sina, vt dicitur Exod.cap.xij. & apud Paulum in epist.ad Galat.cap.4 Id est vsque ad annũ mundi 3819. secundum septuaginta, vel 2453. secundum Hebr. vel 3689. secundum Origenis editionẽ. Verùm & ex aliis scripturę locis totum hoc tempus minutius & specialius dissecabimus, ita tamen vt in eorum perfectam demonstrationem & hunc summum calculum aduocemus.			
Idem igitur Abraham ab anno ætatis suę 75. quo repromissionem accepit, vsque ad annum ætatis suæ cẽtesimum, secundum omnes deditiones, quo anno filium & successorem Isaac genuit, eadem hæc tempora signauit per sequentes 25. annos. id est vsque ad annum mundi.	3414	2048	3284
ISAAC ab anno ætatis suę primo, vsque ad annum ętatis suæ sexagesimum quo genuit Iacob filium & successorem, secundum omnes editiones, Gene.xxv. eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi.	3474	2108	3344
IACOB à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suę nonagesimum primum, quo genuit Ioseph filium & successorem, eadem tempora signauit. id est vsque ad annum mundi.	3565	2199	3435
*Quod 91. suæ ætatis anno genuerit Ioseph, id nõ disertè affirmatur in scriptura, sed per necessariam illationem, ac variorum locorum comparationem elicitur, hoc modo, Ioseph cùm explicat somnium Pharaoni, est 30. annorum. Gene.41 Idem cum patrem per fratres accersit, est annorum 39. Gene.45 ex eo quod illic ait tunc secundum sterilitatis annum agi, ergo 7. iam anni fertilitatis & duo sterilitatis fluxerant, ex quo anno erat triginta annorum Porro eodem anno pater eius deuectus in Ægyptum dicit Pharaoni se agere annum ætatis centesimum tricesimum. Gen.47. Subducatur igitur de eius ætate, ætas Iosephi quæ erat 39 annorum, relinquentur 91. anni, quibus Iosephum genitum ab eo necesse est.			
IOSEPH à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 110. quo mortuus est, secundum omnes editiones Genes.cap vlt. eadem tempora signauit. id est vsque ad annum mundi.	3675	2309	3545
Hebræorum seruitus à morte Ioseph, vsque ad exitum de Ægypto, annorum centum quadraginta quatuor, eadem tempora signat.i.vsque ad annum mundi.	3819	2453	3689
Hoc autem tempus seruitutis Hebræorũ 144. annorum fuisse disertè scriptura non affirmat, sed cùm à testamento & repromissione Dei cum Abrahamo vsque ad mortem Ioseph compleantur anni 286. vt suprà demonstratum est, populus autem exierit de Ægypto anno promissionis 430. consequitur vt durarit hæc seruitus 144. annis: quæ annorum summa desideratur ad complendum numerum 430 annorum.			
Primo anno exitus de Ægypto LEX Dei promulgatur in eremo in monte Sina. Ab hoc loco vsque ad ædificationem templi sub Salomone Tertius Regum liber numerat annos 480 quos seruare conabimur.			
Moyses ab exitu Israel de Ægypto quem ipse eduxit, vixit & præfuit populo 40 annis, secundum omnes editiones. Nume.14. Psal.94. Paul. Hebr. c.3. quod etiam ex ætatis eius comparatione necessariò colligitur. Exod.7. & Deuteron. vlt. Idcóque ab illo exitu vsque ad mortem suam ea tempora signat.i.vsque ad annum mundi. Hactenus ex pentateucho Mosis omnis annorum numerus & summa necessariò demonstrata est.	3859	2493	3729
Particularis illorum 480 annorum numeratio & dissectio à morte Mosis non probatur perpetuò disertis scripturæ verbis, sed partim ex lib.Iudicum, partim ex Iudæorum veterum traditionibus colligitur, quas Eusebius & Augustinus secuti sunt.			

Eusebius 3730 vsque ad Iesum Naue.

Iesus

Quod quidam tradũt à morte Mosis vsque ad Samuelem esse 350. annos. & ex act. apost. cap. 13. (vbi tamen Græci Latinique libri habẽt 450. quam lectionem temere Lutherus & Funccius emendandum putant) perperam illum locum intelligunt, cùm ex Latina translatione liqueat tot 450. annos à natiuitate Isaac vsque ad septimum annũ Iosue esse computandos. sunt enim 447. anni. id est ferè 450. anni, vt ibi dicitur &c.

	ANNI MVNDI			
	70 int.	Hebr.	Orige.	† Lxx. inter. et Iosepho cõtinentur an.
Iesus Naue à morte Mosis vsque in diem mortis suæ præfuit populo annis 27. septem scilicet annis diuisit terram. & aliis 20. annis bella gessit. Quod ad 7. annos diuisionis attinet, hi rectè probantur cap. xiiii Iesu Naue. cæteri 20. anni non probantur disertis scripturæ verbis. hanc tamen computationem sequuntur Clemens j. Stromat. Euseb. in chronic. August. lib. 18. de ciuita. Dei. c. 23 Isidor li. 5. etymolog & Hugo Parisiensis in chrono. Iosephus lib. 5. antiquitat. in Græco ait eum præfuisse 25. annis, sicut & Zonaras Græcus eum, vt probabile est, secutus, sed Latina Iosephi tralatio vulgò Ruffini credita, 26. annos habet, vt & Bedas lib. de natura rerum. sed puto & Latinam Iosephi tralationem & Bedam esse mendosum, cum idem postea dicat Eusebium duos annos dedisse Iesu Naue amplius, quàm Iosephus tribuerit, vt Elo nis annos, quem ex auctoritate 70. interpretum expunxerat, aliunde sarciret: nos Eusebium hoc loco sequemur: vt præfuerit Iesus vsque ad annum mundi. Mortuus est 110. annos natus Ios. vlt.	3886	2520	3716†	3884
Funccius verò ei 32. annos tribuit, nec cur id innouet, vllam rationem reddidit, nisi quòd postea eis confundit. cum 40. annis quibus in libro Iudicum quieuisse dicitur terra sub Othoniel, qui iudex fuit per 8. annos itaque reliquos 32. annos tribuit Iosue, sed absque iudicio & ratione, vt post ostendam.				
Post mortem Iesu Naue filij Israel subiecti fuere alienigenis, annis 8. & tunc dedit Deus eis iudicem Othoniel Iudic. 3. Sub hoc Othoniel terra eorum quieuit 40 annis. ita fiunt 48. anni Sed Eusebius ex Hebreorum traditione ait illos 8. anno. iungi debere 40. annis Othonielis, & eorum partem facere, vt illi 40 anni peruenerint vsque ad annum mundi. Clemens Alexand. in primo Stromate & Nicephorus in chronicis, separatim ea tempora computant, sed nos Eusebium sequi maluimus.	3926	2560	3796	3924
Post mortem Othoniel Hebræi subiecti fuere alienigenis, ann. 18. & postea habuerunt iudicem Aoth qui iudicauit annis 80. Iudicum cap. 3. sed secundum Hebræorum traditiones quas sequitur Eusebius, illi 18. anni iunguntur his 80. annis: vt hi peruenerint vsque ad annum mundi.	4006	2640	3876	4004
Post mortem Aoth alienigenæ vehementer opprimunt Israelitas per 20. annos. Iudic. 4. qui anni ex eadem Iudæorum traditione quos sequitur Eusebius, iunguntur annis Delboræ & Barach quos suscitauit Deus, qui dicuntur iudicasse 40 annis. Iudic. 5. cap. id est vsque ad annum mundi.	4046	2680	3916	4044
Post mortem Delboræ, Hebræos tradidit Dominus in manu Madian septem annis. Iudic. 6. post quos suscitauit eis iudicem Gedeonem. sed illi 7. anni, 40. annis quibus Gedeon iudicasse dicitur Iudic. cap. 8. iunguntur, eorúmque partem faciunt ex eadem traditione & perueniunt ad annum mundi.	4086	2720	3956	4084
Post mortem Gedeonis regnat filius eius Abimelech, 3. annis. iudic. cap. 9. vsque ad annum mundi.	4089	2723	3956	4087
Post mortem Abimelech iudicauit Israelem Thola fratruelis Abimelech, annis 23. Iudic. cap 10 id est vsque ad annum mundi.	4112	2746	3982	4110
Iair deinde iudicauit per 22. annos. Iudic cap 10. id est vsque ad annum mundi.	4134	2768	4004	4132
Post mortem Iair Hebræos in ditionem redigunt Ammonitæ ann. xviii. Iudic. cap. x. qui tamen anni cum temporibus Iepte † & sequentium iudicum computantur secundum traditionem supradictam. Nam post Iair, Iepte iudicauit annis sex Iudi. c. 12. i. vsque ad annum mundi.	4140	2774	4010	4138
Post Iepte, iudex fuit Esebon. 7. annis. Iudic. cap 12. id est vsque ad annum mundi.	4147	2781	4017	4145
Post Esebon iudex fuit Ælon, 10. annis. Iudic. cap. 12. secundum Hebraicam editionem. Eusebius ait hunc non haberi apud septuaginta interpretes: hodie autem habetur in vulgata editione Græca, additus nempe ab Origene sub Asterisco, sed Iosephus eum computat.	*		*	4155
Labdon deinde iudex fuit annis 8. vt dicitur Iudicum cap. 12. id est vsque ad annum mundi.	4155	2789	4025	4163
Tertio anno Labdon iudicis Hebræorum Troia post decennale bellum capta est.				
TROIA CAPTA.				
Colligitur omne tempus à natiuitate Abrahæ anno 2. qui erat annus Nini 43. Europis 2. { secundum Hebræos anni. 835 / secundum Assyrios anni. 835 / secundum Sicyonios anni 835 }				
A quinto & tricesimo anno ætatis Moysi, qui fuit primus annus Cecropis primi Atheniensium regis, vsque ad captiuitatem Troiæ. & 23 annum Mnesthei Atheniensium regis, cuius meminit Homerus, anni 375.				
A captiuitate Troiæ vsque ad primam Olympiadem numerantur anni 406.				
Post Labdon Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis 40 Iudic. 13. Sed hi 40. anni imputantur anni. sequentium iudicum ex eadem traditione quam sequitur Eusebius, hoc est tam 20. annis quibus Sampson præfuit, quàm annis illis quibus Heli iudex fuit. Iudic. cap. 15. Sampson igitur 20. annis iudicauit, id est vsque ad annum mundi.	4175	2809	4045	4183
Hucusque ex libro Iudicum tempora demonstrantur, sequentia autem ex libris regum.				
Post Sampson Heli sacerdos Iudex fuit annis 40. 1. Reg. cap. 4. secundum Hebraicam editionem, vt ait Eusebius quam hic sequitur, non autem editionem 70. interpretum, quam ait habere duntaxat 20. annos: tametsi Græca hodie impressa 40. annos habent. Ergo Heli præfuit vsque ad annum mundi.	4215	2849	4085	4223
Heli successit Samuel & Saul, qui præfuerunt vsque ad Dauid ann. 40 vt dicitur Acto. cap. 13. Beda tamen ait tempus eorum disertè non exprimi in scriptura: & ideo Iosephum sequendum, qui 32. annos duntaxat eis tribuit: & ideo iam in hunc annum eius computatio in concordiam redit, id est vsque ad annum mundi.	4255	2889	4125	4255
FINIS TERTIÆ ÆTATIS, vsque ad Dauid.				
QVARTA ÆTAS.				
Dauid primus ex Tribu Iuda regnauit apud Hebræos annis 40. secundum omnes editiones, nempe 7. annis & sex mensibus in Hebron, & 33. in Hierusalem. 1. Paralipo. cap. 3. & 2. Reg. cap. 5. id est vsque ad annum mundi.	4295	2929	4165	
Post mortem Dauid regnauit Salomon filius eius 4. annis: atque tum cœpit ædificare templum Domini, quod annis septem perfectum est Reg. 3. Eusebius legit VIII. secundum omnes editiones 3. Reg cap. 6. id est vsque ad annum mundi.	4299	2933	4169	

† Iepte initio sui principatus ait à Mose quo tempore pugnare cœpit cum gentibus vsque ad sua tempora computari annos 300. Iudic. c. xj. ex quo confirmatur Iudæorum traditio, qui annos breuiant, & confundunt eorum computatio qui integros singillatim computant: vt Clementis, Nicephori, &c.

BELLVM Troianum.

Latinus (qui post Romani dicti) tertio vel vt alij volunt, 8. post Troiam captam anno Æneas regnat, annis tribus.

Quidam dicunt Homerũ fuisse 10. anno Sãpson.

Quidam autem Homerum fuisse circa annũ 8. Samuel. Dissentientes de eius tempore opiniones colligit hic Eusebius.

Quidam Homerũ credunt sub Dauide vixisse. Euseb.

Renouatur Dauidi promissio & testamentum factum Abrahæ.

Kartago condita & colligit hoc loco Eusebius.

Ab exitu Israelis ex Ægypto vsque in hunc annum tertius regnorum liber cap. 6. colligit 480. annos, qui etiam ex particularibus annorum partitionibus a nobis positis ab illo anno vsque ad præsentem annum rectè & exactè conficiuntur, hoc modo.

Moses post egressum de Ægypto, præfuit annis	40
Iesus Naue annis	27
Othoniel annis	40
Aoth annis	80
Delbora annis	40
Gedeon annis	40
Abimelech annis	3
Thola annis	23
Iair annis	22
Iephte annis	6
Eusebon annis	7
[Elon]	*
Labdon annis	8
Sampson annis	20
Heli annis	40
Samuel & Saul annis	40
Dauid annis	40
Salomon vsque ad inchoationem templi annis	4
Summa omnium annorum suprascriptorum	488

* Omittitur in mera editione septuaginta interpretum, & ab Eusebio quoque in chronicis canonibus anni eius prætermittuntur. Hebraica autem editio tradit eum præfuisse annis decem.

Admonendi sumus omnes particulares computationes suprascriptas disertis verbis librorum Iudicum & regnorum comprobari, exceptis 27. annis Iesu Naue. verùm cùm cæteri numeri disertè probati sint, & ad complendam summam 480. annorum quos tertius regnorum liber exigit, totidem anni desiderentur, necessaria quoque illatione fiet vt totidem anni Iesu Naue tribui debeant, si puram ac meram editionem septuaginta interpretum quam habuit Eusebius, teste Hieronimo multis locis, sequi malimus cum Eusebio, cuius sane auctoritas & magna in discernendis editionibus cautio & eruditio me valde permouent. Si quis tamen ex Hebraica editione putauerit Elon suo loco ponendum, cùm decem annis quibus præfuit, non repugnabo sed eo casu septemdecim duntaxat anni Iesu Naue relinquentur ad prælatam summam 480. annorum. Equidem Iosephi suprascriptam computationem secutus essem libens cum Beda viro acerrimi iudicij, nam & Elon cum suis decem annis ponit, & Iesu Naue 25. annos adscribit, sed quæ ratio Bedam impulit vt eum sequeretur, ea me contrà reuocauit. Nam Iosephus tribuit Saul & Samuel 32. annos duntaxat, ac idcirco eum sequendum dicit Beda, quia quot annis illi regnauerint, nusquam in scriptura sancta exprimatur. sed id falsum est. nam Paulus actorum cap. 13. tribuit Samueli & Sauli 40. annos. quo loco fortè permotus Eusebius totidem eis annos adscripsit, tametsi locum Pauli non citet.

Hac igitur certissima computatione demonstrata, quantum editionum patitur diuersitas, si cui vacauerit cæteros chronographos euoluere, mira occurrent eorum portenta, & audax nouandi frons, neglecta veterum lectione, nec vlla eorum mentione facta. Primum enim Ioannes Funccius omnium qui nostro tempore chronologias scripserunt, exactissimus, in hac tamen computatione multipliciter errasse deprehendetur. Falsò enim ait inter Iair & Iephte fuisse interregnum 18. annorum. quia ad scriptura nusquam prodit. quin illi 18. anni perinde ad sequentium Iudicum tempora pertinent, vt anni 40. qui inter Elon & Sampson adsignantur, ad sequentes, Sampson puta, & Heli. In summa hoc mihi concedi postulo, vt aut illi anni quibus populus oppressus fuisse dicitur, semper adscribi debeant sequentium Iudicum annis, aut numquam. Si numquam adscribi debere dicetur, iam manifestus error consequetur, vt pro 480 annis, quos scriptura colligit, sexcenti ferè anni colligantur vt ait Eusebius in præfatione Chronicorum canonum. in quem tamen errorem delapsi videntur Clemens Alexandrinus. 1. Stromat. & Nicephorus in Chronologia nuper formis excusa, si modò illi libri aut numeri mendosi non sunt, sed ita ab auctoribus scripti. Nam tanta est omnium librorum ac præsertim Græcorum in hoc genere mendositas, vt nemo quamuis doctissimus ex hac computandorum temporum perplexitate euasurus sit, nisi sibi certam aliquam normam, & demonstrationem atque viam constituerit, eamque ex certioribus & minus mendosis libris collegerit. Nam nec ab his mendis omnino puri sunt publici libri præsertim impressi, ac maximè Græci. Cæterùm multò certiores esse libros Latinos omnis generis manuscriptos, omnibus Græcis, ipsa ratio atque experientia me docuit. Si vero semper adscribi debere dicent sequentium Iudicum annis, iam necessariò nostræ computationi assentientur. Si verò interdum adscribent, interdum verò non adscribent, videant ne id sit pro arbitrio sanctam scripturam fœdare & contaminare. Sed & quod idem Funccius octo duntaxat annos Othonieli adscribit, non vt nos, 40. in eo deprehenditur disertis scripturæ verbis palam contradicere, quæ tradit in eius morte terram quieuisse 40. annis. Denique falsò asserit, eandem scripturam annos Othonielis confundere cum annis Iesu Naue, quando quæcumque narrantur in libro Iudicum, sic narrantur, vt quæ post mortem Iesu Naue acciderint. Ex hoc tamen velut falso fundamento iacto, illud efficere molitur, Iesum Naue præfuisse annis 32. qui scilicet deductis octo Othonielis annis supersunt. Et de Funccio hactenus, quem tamen ob alia permulta acutè & doctè animaduersa, summis laudibus ornandum censeo. In Bibliis quibusdam lingua Francica impressis adnotatum reperi (sine nomine auctoris) Iosue 40. annis, & Othoniel 40. itidem annis præfuisse, & vt ea computatio congruat summæ 480. omittuntur illic 22. anni Iair, qui tamen ei disertè dantur Iudicum cap. x. Quid facias huic licentiæ? omnia licebunt, & scripturam velut quandam normam Lesbiam ad contortas quaslibet opiniones trahere licebit, si hæc licebunt. Diutius quàm vellem hic immoratus sum, vt hoc penitus hominum mentibus infigerem, non temere cuiquam assentiendum, præsertim in rebus maximi momenti. Nunc ad institutum opus ex hoc diuerticulo reuertamur.

ANNI MVNDI

70. In.	Hebr.	Orige.
4335	2969	4220

Post inchoationem templi regnauit Salomon alijs 36. annis, vt impleatur numerus annorum 49. quibus regnasse dicitur. 3 Reg. c. 11. id est vsque ad annum mundi.

Post Salomonem diuisum est regnum Hebræorum in Robeam regem Iuda, & Ieroboam regem

	ANNI Iul.	Mundi Hebr.	Graec.
regem Israel, i. regem caeterarum tribuum, excepta tribu Iuda. Verùm tempora computantur per annos regni Iuda, & regum Iuda ex quibus ortus est Christus. Regnauit igitur Roboam per patrem Salomonem annis 17. vt dicitur, 3. Reg. c.14. & 2. Paral.p. c. 12. id est vsque ad annum mundi.	4352	2986	4222
Post Roboam regnauit filius eius Abia 3. ann. 3 Reg. cap. 15. id est vsque ad annum mundi.	4355	2989	4225
Post Abiam regnauit filius eius Asa Iustus. 41. annis 3. Reg. cap 15. id est, vsque ad annum mundi.	4396	3030	4266
Post Asam regnauit filius eius Iosaphat Iustus ann. 25 3. Reg. c. vlt. 2. Paralip. cap. 19. i. vsque ad annum mundi.	4421	3055	4291
Post Iosaphat regnauit filius eius Ioram annis 8. 4 Reg. ca. 8 *	4429	3063	4299

* Sed ex his 8 annis Ioram, Funccius 4. tantum eius Regno proprios relinquit, & ex eius persona quatuor duntaxat annos computationi temporum addit. caeteros 4. annos cum regno patris eius Iosaphat confundit. Nos totos 8. annos quibus id fertè dicitur regnasse, specialiter ei attribuimus sequuti Eusebium, Isidorum, Bedam, & caeteros Graecos Latinosque chronographos. Funccium hominem vigilantissimum atque acutissimum mouit incredibilis scripturarum inter se contrarietas, quae aliter conciliari posse non videbatur, quàm si interpretaretur Ioram filium Achab coepisse regnare sub Ioram rege Iuda, non quidem solo, sed cum patre regnante: contra verò Ioram regem Iuda solum regnare coepisse sub illo Ioram filio Achab. Siquidem liber tertius Regum cap. vlt. tradit Ochoziam filium Achab regnare coepisse in Israel anno 17. Iosaphat, & regnasse annis duobus. Deinde lib. 4. Reg. cap. 1. ait Ochozia mortuo fratrem eius Ioram eiusdem Achab filium pro eo regnasse, consequens igitur erat eum regnare coepisse anno 18. desinente, aut 19. incipiente regni Iosaphat. vt rectè traditur, 4 Reg. c 3. Atqui lib. 4. Reg. c. 1. dicitur eum coepisse regnare anno secundo Ioram (filij scilicet Iosaphat) qui tamen non nisi post 25 annum regni paterni regnare coepisse videri posset. Praeterea huic sententiae repugnat alius locus, 4. Reg. ca 8. vbi scribitur Ioram filium Iosaphat regnare coepisse anno quinto Ioram filij Achab. Nam si Ioram filius Iosaphat regnare coepit anno 5. Ioram filij Achab, fieri nequit vt Ioram filius Achab regnare coeperit sub Ioram filio Iosaphat. Haec Funccium (vt dixi) permouerunt, vt superiorem subtilitatem excogitaret, quae tamen nec satisfacit omni omnino obiectioni. Equidem vt ei sit, in eam concessissem, nisi me septuaginta interpretes reuocassent, quorum Aldina & Germanica editio pro secundo anno Ioram, vicesimum primum annum Iosaphat habet 4. Reg. cap. 1. quae lectio totam fere discordiam componit. Editionem Complutensem hic nihil moror. quia in illa Graeca fuere emēdata ad exemplum Hebraicorum è regione impressorum, dum librorum correctores nihil sani, nihil integri relinquunt. Superest illa tantum dubitatio, cur non, 18. aut 19. anno Iosaphat dicatur Ioram filium Achab regnasse, sed anno demum 22. nam duobus annis tantum regnarat Ochozias, & regnare coeperat. 17. Iosaphati anno, vt eadem habet editio. Verùm & huic scrupulo ita satisfiet ex eadem editione Graeca enim editio non nominat Ioram, sed Ieroboam filium Achab, & eum 21 anno Iosaphat coepisse regnare scribit. Ergo alius intelligi debet ille Ioram, siue vt septuaginta nominant. Ieroboam filius Achab, ab illo Ioram quem vtraque editio scribit regnare coepisse anno 18. Iosaphat lib. 4. Reg c 3 & frater fortassis illius intelligi debet, & dicendum tres fratres, & Achab filios sibi ordine successisse, & Ochoziam biennio. Ieroboam altero item biennio, ac tum denique Ioram tertium fratrem 12 ann. regnasse in Israel. Haec procul dubio, si verae sunt Graecae editiones, optimè sibi constant, veras autem esse praecipuo hoc argumento vtor quòd Eusebius Caesariensis vir acutissimus, tantam discordiam non fuerit silentio praetermissurus, si exemplaria vnde talis discordia oriri potuisset, habuisset: sed vtebatur nimirum editione Graeca, quae vt praefatus sum, nullam huiusmodi discordiam inducit. Nos igitur illum & caeteros veteres sequuti, octo integros annos regno Ioram deputauimus: nec cum Funccio inter patrem & filium partiti sumus: vt omittam tutum non esse, ex regni Israelitici computatione, velle regni Iudaici calculum emendare aut reformare. cum praecipua cura scripturae in posteriore fuerit, cùm ex eo regno venturus esset Christus: in Israelitico verò regno, minore periculo aliquid omitti aut reticeri potuerit, licet factum non sit.

	ANNI Iul.	Mundi Hebr.	Graec.
Post Ioram regnauit Ochozias anno vno, 4. Reg. capite 8. id est vsque ad annum mundi.	4430	3064	4300
Post Ochoziam regnauit Gotholias, ann. 7 4 Reg. c. 11.	4437	3071	4307
Post Gotholiam regnauit Ioas annis 40. 4 Reg. c. 12. i. vsque ad annum mundi.	4477	3111	4347
Post Ioas regnauit Amazias ann. 29 4. Reg. c. 14. i. vsque ad annum mundi.	4506	3140	4376

Hos tres omisit Matthaeus c. 1.

Olympiades		IOATHAM		ANNI Iul.	Mundi Hebr.	Graec.
			Post Amasiam regnauit Azarias (qui & Ozias apud Matthaeum dicitur) annis 50. quo anno coepit prima Olympias Graecorum, vt ex Africano probat Eusebius, & post eum omnes, i. vsque ad annum mundi.			
A	α		Post primam olympiadem Azarias (qui & Ozias) duos alios regnat annos, id est vsque ad annum tertium primae olympiadis, i. vsque ad annum mundi.	4556	3190	4426
	β			4557	3191	4427
	γ		Ioatham succedit Oziae, & regnat 16. ann. 4. Reg. cap. 15. deinceps sigillatim singulos annos enumerabimus.	4558	3192	4428
	δ	1		4559	3193	4429
B	α	2		4560	3194	4430
	β	3		4561	3195	4431
	γ	4	Remus & Romulus nati secundum Solinum & Plut. qui 18 ann. natus 20. Romam condit.	4562	3196	4432
	δ	5		4563	3197	4433
Γ	α	6		4564	3198	4434
	β	7		4565	3199	4435
	γ	8		4566	3200	4436
	δ	9		4567	1	4437
Δ	α	10		4568	2	4438
	β	11		4569	3	4439
	γ	12		4570	4	4440
	δ	13		1	5	1
E	α	14		2	6	2

Anno 1. primae Olymp. Remus & Romulus nati perhibentur ex Marte & Ilia. A tempore 1. Olymp. Graeca de temporibus historia vera creditur. Nam ante hoc tempus, vt cuique visum est, diuersas sententias protulerunt. Euseb.

	ANNI 70 in t	Mundi Hebr	Olymp.
	3	7	3
	4	8	4
	5	9	5
Achaz regnare incipit, & regnat annis, 16.	6	3210	6
	7	1	7
	8	2	8
Anno primo septimæ Olympiadis qua vicit Damocles Messenius, regnante Athenis Carope (decennali magistratu primum hoc anno introducto, cum antea principes toto vitæ tempore regnarent, Euseb.) Roma condita est à Romulo Palilibus, qui est dies xj. Kal. Maj deinque dies natalis vrbis Romæ. Hæc Eusebius meus manuscriptus, verissime. Idem enim tradit Dionys. Halicarn. secutus Eratosthenis tabulas, quas ait esse omnium certissimas. Dionys. l.1.pag 45 in Græc. non inficio Eusebium typis excusum toto cælo aberrare, quem tamen cum hactenus secuti sint omnes chronologi qui libris impressis vsi sunt aut mendosis, non mirum est, si nihil hodie certi discere possumus ex huiusmodi chronographis. Eosdem mendosos codices secutus Onufrius vir alioqui diligentissimus, falsò asserit Eusebium scribere Romam conditam esse anno tertio sextæ † Olympiadis. Porrò cum Eusebio manuscripto præter Dionysium, etiam Solinus lib.2. conspirat. Orosius & alij minoris auctoritatis dissentiunt, quos hac in re nihil moror.	9	3	9
Romulus regnat annis 38 & postea sit interregnum anno vno.	4580	3214	4450
	1	5	1
	2	6	2
	3	7	3
	4	8	4
PRIMA captiuitas Israel, Decem tribus quæ vocabantur Israel, & erant in parte Samariæ, victæ à Sennacherib (qui & Salmanassar) rege Chaldæorum, translatæ sunt inter montes Medorum: ac cum Sennacherib ad custodiendam regionem Iudæam, accolas misit Assyrios, qui æmulatores Iudææ legis facti, Samaritæ nuncupati sunt, quod Latina lingua exprimitur custodes.	5	9	5
	6	3220	6
	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
	4590	4	4460
Ezechias reg. ann. 29 4 Reg. c 18.	1	5	1
	2	6	2
	3	7	3
	4	8	4
	5	9	5
	6	5230	6
	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
	4600	4	4470
	1	5	1
	2	6	2
	3	7	3
	4	8	4
	5	9	5
	6	3240	6
	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
	4610	4	4480
	1	5	1
	2	6	2
	3	7	3
	4	8	4
	5	9	5
	6	3250	6
Romulus apud paludem capreæ nunquam comparuit, quo mortuo Senatores per quinos dies rempub rexerunt, atque ita vnus annus expletus est. Quod tempus interregnum appellatum est. Eusebius manuscriptus sic habet, eum scilicet 38 annis regnasse, & postea vnius anni interregnum fuisse: quia scilicet anno 38. inchoato mortuus est, quia xj. Kalend. Maij regnare cœperat, & mortuus est Nonis Quintilibus anno regni 38. & residuo eiusdem anni cum anno sequente computato fuit interregnum. Itaque & hîc fallitur Onufrius, dum Eusebium excusum secutus, ait Eusebium dicere Romulum regnasse 37. annis: nam & libri manuscripti lectio inde etiam confirmatur, quod nisi 38. annos præter annum interregni Romulo tribueret Eusebius, non complerentur 240. anni quibus regnatum esse tradit, sed duntaxat 239. Sigonius annos duntaxat ei tribuit præter interregum.	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
	4620	4	4490
NVMA POMPILIVS anno vrbis conditæ 40. regnare incipit, regnare annis 40. secundum Eusebium, sed secundum Solinum, Dionysium, &c. 43. quos sequuntur Sigonius & Onufrius, & ego hic.	1	5	1
Apud Iudæos Manasses regnare incipit, & regnat annis 55. 4 Reg c.21.	2	6	2
	3	7	3

Chronici canones.

An. ab ur. co. | Olym. | R. Iud. | R. Ro. — ANNI ... | Mundi Hebr. | Orige ...

Tullus Hostilius Romæ regnat [illegible] annos.

Amon rex Iudæ regnat annis 12. secundum Septuaginta, at secundum Hebraicam editionem, regnat ann. 2. 4. Reg. c. 21.

Iosias apud Iudæos regnat ann. 31. 4. Reg. c. 22. sed nos cum Eusebio 32. annos ei damus, ut in eis comprehendantur tres menses quibus Ioachim regnauit post eum.

	ANNI 70 In.	Mundi Hebr.	Orige Euseb.
	3	7	3
	4	8	4
	5	9	5
Ancus Martius quartus Romæ regnat ann. 23 secundum Eusebium & Cassiodorum, quem numerum hic sequimur non autem 24. vt cæteri & Sigonius, &c.	6	3320	6
	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
	4700	4	4570
	1	5	1
	2	6	2
		7	3
	4	8	4
		9	5
	5	3330	6
		1	7
		2	8
	9	3	9
	4710	4	4580
	1	5	1
		6	2
	2	7	3
	3	9	4
	6		5
	7	3340	6
	8	1	7
Tarquinius Priscus quintus Romæ regnat annis 37. secundum Eusebium & Solinum, vel 38. secundum Liuium & Dionysium, sed nos Eusebium hic sequemur cum Sigonio, non cæteros cum Funccio.	9	2	8
Ioacham regnat apud Iudæos menses 3.		3	9
Eliachim, qui & Ioachim, regnat apud Iudæos annis 11. 4 Reg. c. 23.	4720	4	4590
	1	5	1
Anno 3. Eliacim Nabuchodonosor rex Babyloniæ Iudæam capit, & in ditionem suam redactis plurimis Iudæorum, cùm etiam partem vasorum templi sustulisset, tributario Eliachim facto, victor ad suos redit.	2	6	2
In Babylone geruntur, quæ de Daniele & tribus pueris narrantur apud Danielem Euseb.	3	7	3
	4	8	4
	5	9	5
	6	3350	6
	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
Filius superioris Ioachim. In principio Ezechiel filius est Ioachim ab illo Ioachim.	4730	4	4600
Ioachim qui & Iechonias, apud Iudæos regnat menses tres. Hic annus per diuisos impletur hunc Ioachim rex Babyloniæ secundò veniens in Iudæam captiuum secum pertrahit.	1	5	1
Sedechias apud Iudæos regnat ann. 11. in Hierusalem. 4 Reg. cap. 24 & 25	2	6	2
Matthia nominata	3	7	3
Mediæ in Astiages regnat annis 38	4	8	4
	5	9	5
	6	3360	6
	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
	4740	4	4610
	1	5	1
	2	6	2

Finis quartæ ætatis à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis.

QVINTA ÆTAS.

Incipit quinta ætas à transmigratione Babylonis vsque ad Christum.

	ANNI 70 In.	Mundi Hebr.	Orige Euseb.
CAPTIVITAS Hebræorum & exterminium templi annis 70. vsque ad secundum annum Darij	3	7	3
Nabuchodonosor rex Chaldæorum Hierosolymis captis templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ permanserat annis 442. Clemens ait captiuitatem hanc contigisse 47. Olympiade. Clemens in 1. stromate.	4	8	4
	5	9	5
Solis eclipsis seu defectio, quam futuram Thales longè ante prædixerat.	6	3370	6
	7	1	7
	8	2	8
	9	3	9
Mortuo Nabuchodonosor rege Babyloniorum suscepit imperium Euilmerodach, cui successit frater eius Balthasar, cui Daniel eam scripturam quæ in pariete apparuerat, interpretatus est, significantem imperium Chaldæorum in Medos & Persas transferendum.	4750	4	4620
	1	5	1
	2	6	2

An ab ur. co.	Olim.	R.Iu.	R.Ro.		ANNI Mundi	Mundi Hebr.	Orig. subs.
173	N α	11	36		3	7	3
174	β	12	37		4	8	4
175	γ	13	1	Seruius Tullus ancillæ, sed nobilis captiuæ filius, sextus Rom. rex regnat ann. 34. secundum Eusebium & Cassiodorum, aut 44. secundum Liuium & Dionysium, quæ tamen diuersitas in annis Tarquinij Superbi sequentis regis conciliatur: nam ei 35. annos dant Eusebius & Cassiodorus cum Liuius & Dionysius duntaxat 25.	5	9	5
176	δ	14	2		6	3380	6
177	NA α	15	3		7	1	7
178	β	16	4		8	2	8
179	γ	17	5		9	3	9
180	δ	18	6		4760	4	4630
181	NB α	19	7		1	5	1
182	β	20	8		2	6	2
183	γ	21	9		3	7	3
184	δ	22	10		4	8	4
185	NΓ α	23	11		5	9	5
186	β	24	12		6	3390	6
187	γ	25	13		7	1	7
188	δ	26	14		8	2	8
189	NΔ α	27	15		9	3	9
190	β	28	16		4770	4	4640
191	γ	29	17	Daniel. 7.	1	5	1
192	δ	30	18	SECVNDA ORBIS MONARCHIA CYRI PERSARVM.	2	6	2
193	NE α	31	19	Cyrus, Medorum destruxit imperium subuerso Astyage rege Medorum. Idem Cyrus Iudæorum captiuitate laxata, quinquaginta fermè hominum millia regredi fecit in Iudæam, qui constructo altari, templi fundamenta iecerunt. Sed cùm a vicinis gentibus ædificatio impediretur, imperfectum opus vsque ad Darium permansit, solo tantum altari consistente.	3	7	3
194	β	32	20		4	8	4
195	γ	33	21		5	9	5
196	δ	34	22		6	3400	6
197	NF α	35	23		7	1	7
198	β	36	24		8	2	8
199	γ	37	25		9	3	9
100	δ	38	26		4780	4	4650
201	NZ α	39	27		1	5	1
202	β	40	28	Et quæ de Crœso apud Herodotum narrantur quomodo tentaret oracula, his fuere temporibus.	2	6	2
203	γ	41	29		3	7	3
204	δ	42	30	Hoc tempore Iesus filius Iosedech, & Zorobabel filius Salathiel clarent, qui & principes fuerunt eorum qui regressi sunt in Iudæam. Euseb. Theognis poeta clarus habetur.	4	8	4
205	NH α	43	31		5	9	5
206	β	44	32		6	3410	6
207	γ	45	33		7	1	7
208	δ	46	34		8	2	8
209	NΘ α	47	Tarq. Sup. 1	TARQVINIVS SVPERBVS, septimus Rom. regnat annis 25. secundum Eusebium & Cassiodorum, vel 35. secundum Liuium & Dionysium, vt suprà scriptum est, nos Eusebium sequimur.	9	3	9
210	β	48	2		4790	4	4660
211	γ	49	3		1	5	1
212	δ	50	4	Hoc anno 50. captiuitatis, quidam complent septuagesimum annum captiuitatis, alius nempe eius initium repetentes à 3. anno Ioachim vsque ad præsentem annum qui erat Cyri Persarum regis vicesimus. Sunt qui eandem à 13. Iosiæ anno inchoent, & in primo Cyri anno terminent, quo templum ædificari permisit laxata captiuitate, sed neutram sententiam sequitur Eusebius: Funccius sequitur vltimam sententiam, nos Eusebium.	2	6	2
213	Ξ α	51	5		3	7	3
214	β	52	6		4	8	4
215	γ	53	7		5	9	5
216	δ	54	8		6	3420	6
217	ΞA α	55	9		7	1	7
218	β	56	10		8	2	8
219	γ	57	11		9	3	9
220	δ	58	12		4800	4	4670
221	ΞB α	59	13	Tomyris regina Massagetarum Cyrum interficit: cui successit Cambyses, quem aiunt secundum Nabuchodonosor vocari, quod Iudith historia conscribitur.	1	5	1
222	β	60	14		2	6	2
223	γ	61	15		3	7	3
224	δ	62	16		4	8	4
225	ΞΓ α	63	17		5	9	5
226	β	64	18		6	3430	6
227	γ	65	19		7	1	7
228	δ	66	20		8	2	8

...Ro.		ANNI 70 int.	Mundi Hebr.	Orig. Euseb.
[illegible]		9	3	9
[illegible]	Pythagoras physicus philosophus claret.	4810	4	.650
[illegible]	Anno 69. captiuitatis Iudaicæ Darius Cambysi regi Persarum succedit.	1	5	1
4	Hic est septuagesimus annus captiuitatis Iudaicæ, & secundus Darij Persarum regis: quo anno captiuitas finita est, & templum instaurari cœptum, consummatúrque opus anno quarto: hoc testatur Zacharias propheta, DOMINE OMNIPOTENS quousque non misereberis, &c. hic septuagesimus annus est, &c. Ab hoc tempore sacra scriptura incipit computare tempora per annos externorum principum, monarcharum scilicet Cyri, Artaxerxis, Darij & sequentium: vnde & nos similiter eosdem principes deinceps adscribemus, & eorum imperia & tempora.	2	6	2
25		3	7	3
26		4	8	4
27		5	9	5
28		6	3440	6
29		7	1	7
30		8	2	8
31		9	3	9
32		4820	4	4690
33		1	5	1
34		2	6	2
35		3	7	3

L. Iunius Brutus. L. Tarquinius Collatinus.

FASTI CONSVLARES A PRIMO VRBIS ROMAE CONsule ad vltimum Basilium, & Iustiniani mortem.

Anno quarto Olympiadis sexagesima septima vterque Consul Patricius fuit.

Anno ab vr. condita.		
244	L.Iunius Brutus.	Lucius Tarquinius Collatinus maritus Lucretiæ.
245	P.Valerius Poplicola II.	T.Lucretius Tricipitinus.
246	P.Valerius Poplicola III.	M.Horatius Puluillus II.
247	Sp Lartius Flauus.	T Herminius Aquilinus.
248	T.Valerius.	P.Postumius Tubertus II.
249	P.Valerius Poplicola IIII.	T.Lucretius Tricipitinus II.
250	P Postumius Tubertus II.	Agrippa Menenius Lanatus.
251	Opiter Virginius Tricostus.	Sp.Cassius Viscellinus.
252	Postumus Cominius Auruncus.	T.Lartius Flauus.†
253	Ser.Sulpitius Camerinus.	M.Tullius Longus.†
254	T.Æbutius Helua.	P.Vetusius Geminus.
255	L.Lartius Flauus II.	Q.Clœlius Siculus.
256	A Sempronius Atratinus.	M Minucius Augurinus.†
257	A.Postumius Alb Regillensis.	T.Virginius Tricostus.
258	D.†Claudius Sabinus.	P.Seruilius Priscus,
259	A.Virginius Cælimontanus.	T.Veturius Geminus.
260	Postumus Cominius Auruncus II.	Sp Cassius Viscellinus II.
261	T Geganius† Macerinus.	P.Minutius Augurinus.†
262	M.Minutius Augurinus II.	A Sempronius Atratinus II.
263	Q.Sulpitius Camerinus Cornutus:	Sp Lartius Flauus II.
274	C.Iulius Iulus.	P.Pinarius Mamercinus.
265	Sp.Nautius Rutilus.	Ser Furius Fusus.
266	C.Aquilius Tuscus.	T.Ticinius Sabinus.
257	Proculus Virginius Tricostus.	Sp.Cassius Viscellinus III.†
268	Q.Fabius Vibulanus.	Ser.Cornelius Maluginensis.
269	K.Fabius Vibulanus.	L.Aemilius Mamercus.
270	M.Fabius Vibulanus.	L.Valerius Potitus Volusus.
271	Q Fabius Vibulanus II.	C Iulius Iulus.
272	K.Fabius Vibulanus II.	Sp.Furius Fusus.
273	M.Fabius Vibulanus II.	Cn.Manlius Cincinnatus.*
274	K.Fabius Vibulanus III.	T.Virginius Tricostus.Rutilus.
275	L.Aemilius Mamercus II.	C.Seruilius Structus Ahala.
276	C. Oratius Puluillus.	T.Menenius Lanatus.
277	A.Virginius Rutilus.	Sp.Seruilius Structus.
278	C.Nautius Rutilus.	P.Valerius Poplicola.
279	L.Furius Medullinus.	A Manlius Vulso.
280	L.Aemilius Mamercus III.	Vopiscus Iulius Iulus.
281	L.Pinarius Mamercinus.	P.Furius Fusus.
282	App.Claudius Sabinus.	T.Quinctius Capitolinus.
283	L Valerius Potitus II.	T.Aemilius Mamercinus.
284	T.Numicius Priscus.	A.Virginius Cælimontanus.
285	T.Quinctius Capitolinus II.	Q Seruilius Priscus.
286	T.Aemilius Mamercinus II.	Q Fabius Vibulanus.
287	Q Seruilius Priscus II.	Sp.Posthumius Albus Regilensis.
288	T.Quinctius Capitolinus III.	Q Fabius Vibulanus II.
289	A.Postumius Regilensis.	Sp.Furius Medullinus Fusus.
290	P.Seruilius Priscus.	L.Æbutius Helua.
291	T.Lucretius Tricipitinus.	Sp.Veturius Crassus.
292	P.Volumnius Amintinus Gall.	Ser.Sulpitius Camerinus
293	P.Valerius Poplicola II.	C.Claudius Sabinus.
294	Qu.Fabius Vibulanus III.	L Cornelius Maluginensis.
295	L.Minutius Augurinus.	C.Nautius Rutilus II.
296	C Oratius Puluillus II.	Q Minutius Augurinus.
267	M.Valerius Maximus.	Sp.Virginius Cælimontanus.
298	Ti. Romilius Vaticanus.	C.Veturius Cicurinus
299	Sp.Tarpeius Capitolinus.	A.Æterius Fontinalis.
300	P.Tergeminus Curiatius.	Sex.Quinctilius Varus.
301	T.*Menenius Lanatus.	P.Sextius Capitolinus.
302	App.Claudius Crassinus.	T.Genutius Augurinus.

Fœdus I. cum Pœnis.

† al. Rufus.

Poplicola adeò hoc anno pauper moritur, vt sumptu publico sepeliatur. Eusebio.

Bellum Latinorum.

† al. Appius.

